BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
39 M K
29

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SEBASTIANI BARRADAS OLYSSIPONENSIS,

È SOCIETATE IESV.

DOCTORIS THEOLOGI,

Et in Eborenſi Academia quondam Sacrarum Literarum Profeſſoris;

Commentariorum

In concordiam & hiſtoriam quatuor Euangeliſtarum,

TOMVS TERTIVS.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS, atque in multis locis, Hebraicis & Syriacis necnon Chaldaicis vocibus, vbi deerant, auctus; ac pluribus in locis emendatus, & citationibus atque marginalibus additionibus illuſtratus.

Acceſſit initio tum ſeries atque ordo hiſtoriæ quatuor Euangeliſtarum, tum index, ſingulorum Euangeliſtarum capita indicans, quæ quicquid in hoc tomo continetur ob oculos ſubijciunt.

Cum duplici Indice, Scripturæ & rerum ſeu ſententiarum, copioſiſsimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC IX.

Apud Iacobum Antonium Somaſchum.

Digitized by Google

VIRO ILLVSTRISSMO.

MARTINO GONCALVEZ

A CAMARA,

REGII SENATVS IN LVSITANIA PRAESIDI, &c.

TERTIVM meorum commentariorum in Euangelia tomum, tibi dedico Vir Illuſtriſſime, munuſculum hoc qualecumque eſt, tuæ debitum in noſtrum ordinem beneuolentiæ, atque meritis, libenter offero; vt grati erga te animi ſit perpetuum. Idipſum flagitat à me Societatis noſtræ decus, ornamentumque maximum, Pater Ludouicus Goncaluez a Camara frater tuus, quem, vt noſti, viuentem ſingulariter dilexi, ac colui, vita verò functum, cœleſtique in patria iam degentem, ſempiterna memoria proſequi debeo. Duos ergo fratres nobilitate, ſapientia, virtuteque præſtantes, duo huius regni lumina, ac columina, hac licet tenui gratæ memoriæ dedicatione veneror, poſteritatique velut exemplaria ad imitandum propono. Idcirco enim viri inclyti laudantur, vt poſteri ad virtutes illas, quibus præcelluerunt, imitandas concitentur. Nam vt ait D. Auguſtinus lib. 2. de Sermone Domini in monte, cap. 2. Laus humana non debet appeti a rectè faciente; ſed debet ſubſequi, vt illi proficiant, qui imitari poſſunt, quod laudant. In vita S. Malachiæ quam ſcripſit, de lucernis in candelabris ad illuminandam Eccleſiam poſitis, hiſce verbis conqueritur D. Bernardus: Quem mihi oſtendas, vel de illorum numero, qui videntur dati in lucem gentium, non magis de ſublimi fumantem, quàm flammantem? &c. De ſuo ille conqueritur tempore; at nos noſtro duas nunc lucentes, ardenteſque lucernas oſtendemus, de ſublimi loco non fumantes, ſed flammantes, non fumum, ſed flammarum ſplendorem emittentes, virtutiſq; viam ſequentibus illuminantes. Incelſis enim Regni huius candelabris, hoc eſt, præcipuis honoribus, ac muneribus collocati fratres duo, non tetra fumi caligine, ſed ſplendida virtutum luce, Luſitaniam compleuiſtis. Cui nam ignotus fuit, Vir illuſtriſſime, fulgor ille tuus tum reliquarum virtutum, tum iuſtitiæ, atq; integritatis, quem in totum emittebas regnum, cum eius gubernacula à rege tradita tractabas? Id obſeruans cœleſte documentum, quod Sap. 1. ſcriptum extat, *Diligite iuſti-*

Digitized by Google

tiam,qui iudicatis terram,&c. Iuſtitiam & tenuiſti, & dilexiſti. Parum enim eſt (ait D.Bernard.lib.2.de conſid.) iuſtitiam tenere,niſi etiam diligas: hęc namque dilectio pectori fortiſſimus thorax eſt,ad irrumpendam iniquitatem,iuxta illud Eccle.7. *Noli quærere fieri iudex,niſi valeas virtute irrumpere iniquitates,&c.* Hoc autem thorace armaſſe te pectus, iniquitatesq; iuſtitiæ dilectione profligaſſe quis neſcit? Exod.18. Moſi ſuadet Iethro, ne ſolus ſubeat laborem, ſed in republica adminiſtranda ſocios aſſumat. Nequit enim princeps, regni ſolus inter fluxus tenere clauum, omniaque expedire negotia; multos oportet habere eiuſdem laboris conſortes. Quales verò hi eſſe debeant Iethro non tacuit: *Proinde*,inquir,*viros timentes Deum,in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam,&c.* Timorem imprimis Dei in gubernatore Reipub.poſtulat,velut totius domus fundamentum,iuxta illud Eccl.27. *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua, &c.* Subuertitur enim abſque timore Domini domus,ſubuertuntur virtutes omnes,ſubuertitur maximè Reipublic.columna iuſtitia: vnde illud D.Chryſologi ſerm.127. *Facilè deuiat a iuſtitia, qui in cauſis non Deum, ſed hominem pertimeſcit,&c.* Veritatem præterea poſtulat Iethro,& auaritiæ odium; quoniam his virtutibus qui carent, illis euadunt ſimiles, de quibus Iſaias cap.1. *Principes*,inquit,*tui infideles, ſocij furum, pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos,&c.* Non poterat Rex Sebaſtianus imperium ſolus gubernare; Cum verò multos haberet in gubernando comites, inter eos tu velut luna ſplendebas inter ſydera, tribus hiſce notis maximè conſpicuus, Dei timore, veritate, & auaritiæ odio. In timore Dei, atque amore, velut fundamento domum collocaſti tuam, ne ſubuerteretur, illique ſimilis eſſet, de qua Dominus ait Matth.7. *ædificauit domum ſuper arenam; Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit*. Cecidit inquam, quia ſolido timoris Dei carebat fundamento;in bibula verò arena,hoc eſt,in cupiditate extructa erat,quæ arenæ inſtar totum licet ebibat Oceanum, ſemper ſitiet,eritque ſterilis. Stetit,ſtatque domus tua,non in arena ſed in rupe exædificata; non in cupiditate inſatiabili,ſed in timore Dei ſtabilita'. Veritatem Reip.gubernatori maximè eſſe neceſſariam illa pictura indicabat,quam memorię prodidit Diodorus lib.2.c.1. *Triginta*,inquit, *viri ab vna parte muri ſculpti erant: Et in medio iudicandi princeps, cuius a collo ſuſpenſa veritas penderet: Id indicabat prætorem ſolam reſpicere veritatem,&c.* E collo principis veritas ſuſpenſa erat, in quam vnam conijceret oculos, neque ullo modo deflecteret in mendacium. At non ex collo ſuſpenſam ueritatum geris uir præclariſſime & ueritatis ſtudioſiſſime, ſed infixam cordi. Quemadmodum antiquus ille Pontifex apud

Hebræos,

Hebræos,veritatẽ ꝑtioſasq; in pectore ferebat gẽmas;ſic tu in corde ve ritatẽ,vigilantiã, prudentiã,reliquasq; virtutes fers, easq; in adminiſtra tione Reip.ita reſpicis,vt mendaciũ nequeas intueri. Iã verò auaros homines, auri, pecuniæq; ſeruos,& iuris nũdinatores,quis à gubernaculis Reip.depellendos eſſe nõ videat? Nullum vitium tetrius(ait M.Tull.lib. 2. offic.) quam auaritia, præſertim in principibus, & Rempub.gubernantibus. Habere enim quæſtui Remp. non modò turpe eſt, ſed etiam ſceleratum,& nefarium, &c. His addit; caput eſt in omni procuratione negotij,& muneris publici,vt auaritiæ pellatur,etiam minima ſuſpicio, &c. Non ergo illi Reſp.committenda eſt, qui ſua vtilitate metitur omnia;qui ad quæſtum ſuum poteſtate tradita abutitur, quippe in incommodis populi,ſua quærit commoda.Illi illi,inquam, committenda eſt, qui vt Iethro ait, auaritiam odit,atque execratur, qui publica commoda priuatis præfert quique Platonis illud documentum ſeruat,cuius M. Tull.lib.1.offic.meminit;vtilitatem ciuium ſic tueatur,qui Reipub. pręeſt,vt quidquid agit ad eam referat,oblitus cõmodorum ſuorum. Quis eſt hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Tu hic es, vir præclariſſime,ſic enim Rempub. moderatus es,vt ne tenuis quidem ſuſpicio in te potuerit hærerere auaritię,quam odio proſecutus magno à te fugaſti;publicam verò vtilitatem ante oculos ſemper habens,commoda tua contempſiſti,omniq; fide ac vigilantia conatus, ne quid Regnum caperet detrimenti,nihil vel tibi, vel tuis, capęre voluiſti emolumenti.Feruntur Thebani ſuos ſic depinxiſſe Senatores, vt manibus carerent,eaque re oſtendere voluiſſe, probos magiſtratus manus ad accipienda munera non habere.Nam vt eſt in Deut.c.16.*Munera excæcant oculos Sapientum,& mutant verba iuſtorum &c.* Non inſipientium,tantùm,ſed ſapientium etiam oculis tenebras offundunt,ne cernant ſplendidiſſimam iuſtitiam;verba virorum etiam iuſtorũ mutant, linguamq; peruertunt;ſiquidem alia loquuntur lingua,poſtquam munera acceperunt.Quis vnquam à te munus acceptum audiuit,qui etſi offerretur,vt Thebanus ſenator,manibus ad capiendum carebas? Quis dona ad corrumpẽdum pectus auderet offerre, cuius inuicta integritas tam erat explorata? Egregia fuit illa Ciceronis in Catonem virum ſua ætate integerrimũ ſuſpiratio,de qua in præfatione Plinius;inde (inquit) illa nobilis M.Ciceronis ſuſpiratio, ò te fœlicem M. Porci, à quo rem improbã petere nemo audet, &c. Hæc nobilis ſuſpiratio in te Chriſtianum Catonem quadrat nobiliter;ò te fœlicem à quo rem improbam petere nemo auſus eſt. Eras enim ipſo Catone multò iuſtior,adeoque integer,vt nullum apud te, vel munus,vel petitio iniuſta, locum poſſet obtinere. Argenteis haſtis pugnãt quidam,quarum quanta ſit vis, Pythius Apollo conſulenti Philippo oſtendiſſe legitur his verbis,

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις.

id eſt,

Tela adhibe in bellis argentea, & omnia vinces.

Hiſce telis bellum cum iuſtitia atrox geritur, ſępèque, proh dolor, victa gemit, trahiturq́ue leo, vt eſt in prouerbio, laqueo aureo. Amiſere vim haſtæ argenteæ pectoris tui integritatem exhorruere; non gemuit victa in te iuſtitia, ſed de iniuſtitia triumphum agens exultauit; nihil habuit virium ad fortiſſimum ligandum leonem laqueus aureus. Magiſtratuum honorum, munerum, præſulatuumq́ue diſtribuendorum; ad te ſpectabant negotia; ſic verò ea expediebas, vt illud ſummi Pontificis Pij II. documentum egregiè expleres; Dignitatibus viri dandi ſunt, non dignitates hominibus. Dabas magiſtratibus, & præſulatibus viros illis dignos; nō vendebas indignis hominibus dignitates. Imperator Tiberius Mauricium elegit Imperatorem, in extremo autem ſpiritu conſiſtens his illum verbis affatus eſt, vt Nicephorus ait lib. 18. cap. 6. Maurici pulcherrimum mihi epitaphium imperium tuum facere perge, & ſepulchrum meum virtutibus tuis exorna, &c. Pulcherrimum namque epitaphium electoris eſt, honoribus ac muneribus viros dediſſe dignos, qui odio auaritiam habeant, Deum timeant, & Reipub. commoda ſuis commodis anteponant. Contrà verò turpiſſimum eſt epitaphium, hominibus illis magiſtratus contuliſſe, qui Dei nullo timore commoueatur, Repub. ad quæſtum abutuntur, & ſpongiarum inſtar populi bona ebibunt. Vt Suetonius in Veſpaſiano ſcribit, credebatur Imperator procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ſolitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret. Quibus quidem vulgo pro ſpongijs dicebatur vti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. Has tu ſpongias procul à Repub. amandaſti, easq́; & madefacere, & exprimere; nefas maximum ſemper eſſe duxiſti; pulcherrima verò tibi epitaphia, optimorum magiſtratuum electione cōſtituiſti, qui te & ſuperſtitem, & vita functum virtutibus exornent ſuis. Denique tam ſanctè atque integrè muneribus à Rege traditis functus es, vt integritatem tuam non Luſitani ſolùm, verum etiam exteræ nationes, ac Reges ſuſpexerint. Scribit D. Hieronymus in epitaphio, D. Paulam ſatis miratam eſſe, cum Palæſtinam peragraret, quòd Ioſue diſtributor poſſeſſionum, ſibi montana, & aſpera delegiſſet. Nos miramur, quod tu honorum, ac munerum diſtributor, nec montana, & aſpera, nec plana, & amœna, nec aliquid omnino tibi elegeris. Verum illud in te experimur, quod de Paulo AEmilio ſcripſit M. Tul. lib. 2. de offic. Omni Macedonum gaza potitus, nihil in domū ſuam intulit, præ-

ter

ter memoriam nominis ſempiternam. Sic tu Luſitani regni honoribus præcipuis perfunctus, nihil in domum tuam, præter ſummũ decus, nominiſq; ſplendorem deportaſti, illudq; Iſocratis ad Demonicum expleuiſti, in communibus adminiſtrationibus diſcede. *μὴ πλουσιώτερος: ἀλλ' ἐνδοξότερος*, hoc eſt *non ditior, ſed glorioſior*, ò rem admirandam, omniq; gloriam plenam: Magnas opes, prçſulatumq; aliquem ampliſsimum, in tanta Regis familiaritate comparare potuiſti; at præ animi integerrimi prçſtantia, nihil penitus comparare voluiſti, quantique diuitias feceris, nempe nauci, ac flocci, magna cum gloria demonſtraſti. Nec te lauta, & pretioſa ſupellex, nec magna familia, nec apparatus magnifici delectarunt, nec aurum, vel argentum ſuo ſplendore tuos perſtrinxit, obcæcauitq; oculos; quippè qui non ab externis, caducíſque, ſed ab internis bonis, decus vitæ, quçrẽdum eſſe exiſtimas, quæ nec caſus eripit, nèc inuidia rodit nec ætas vlla conſumere poteſt. Vnicum eccleſiaſticum beneficium, neque id admodum amplum, cùm in aulam ingreſſus es, habebas, hoc vno contentus in aula vixiſti, hoc vnum habens ne teruncio quidem auctum, ex aula egreſſus es, tàm plenus gloria, quàm argenti, honoriſque cupiditate vacuus. *μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος, non ditior, ſed glorioſior*. ò beata illa regna, quæ ſimiles tibi multos habuerint gubernatores, beatos reges, qui multos ſimiles tibi habuerint rerũ ſuarum adminiſtratores. *Deum* (vt Iethro ait) *timentes, veritatem amantes, auaritiam toto pectore deteſtantes.*

De inclyto fratre tuo nonnulla addam. Sunt illius laudes, cum tuis ita copulatæ, vt tuæ illius, illius verò tuæ merito dici poſſint. Fugerat Pater Ludouicus Gonçalues, à Camara, frater tibi dilectiſſimus, fugerat, inquam, mundi fluctus, Romęq; in Societate noſtra vitam omni laude dignam traducebat; ſed inde reuocatus, in fluctus quos fugerat, velut alter Ionas iniectus eſt. Etenim prudentiſſimi Regis Ioãnis tertij in extremo fere ſpiritu exiſtentis iudicio, Sebaſtiani Regis magiſter deſignatus eſt, & poſt illius ex vita diſceſſum à Regina Catharina vehementi contentione poſtulatus. Iucundiſſimus multis alijs fuiſſet tãti honoris nuncius; illi verò qui peſſum honores dederat, fuit moleſtiſſimus. Itaque à P. Generali contendit precibus, vt ad Reginam reſcribens, tam grauem ab eius humeris depelleret ſarcinam, multis in eam rẽ redditis rationibus minimè permota, vt protinus Pater Olyſſiponem mitteretur flagitauit, obtemperatum eſt. Olyſſiponem venit; oppugnauit iterum Reginæ pectus ipſe prçſens, quod oppugnauerat abſens; tum verbis, tum ſcripto, tantum honorem à ſe pellere vehementer conatus eſt. Nihil tamen efficere valuit. Inuitus ac repugnans ſuſcepit onus; Achille multo præſtantiorem diſcipulum Phœnice, Chironèque multò præſtantior

Digitized by Google

ipſe,magiſter cœpit docere,& velut imaginem Dei, tum literarum coloribus, tum virtutum luminibus, ſuo velut penicillo illuſtrare; pietatem, religionem, fidei zelum, iuſtitiam, reliquaſque regio animo dignas dotes tradere, regno Luſitano regem omni regia ſupellectile inſtructũ, tum docendo, tum orando efformare. Euaſit talis ſub tanti magiſtri confeſſarijque ſimul diſciplina, talemque in ipſo adoleſcentiæ flore ſe exhibuit tantus diſcipulus, vt omnes in admirationem raperet, totique regno quaſi è cœlo demiſſus, magnorum bonorum magnam ſpem daret. Elucebat in corpore forma regia, membrorum robur firmum, frõtis maieſtas, amabiliſque decor; in animo ſplendebat generoſa vis, fides, religio, in Deum amor, magnanimitas, mira caſtimonia, & ad res magnas gerendas inflammata voluntas. Auguſtiſſimam ſic colebat Euchariſtiam, vt ſi fortè illi in via occurreret, protinus ex equo deſiliret, & domum vſque ægroti comes fieret; foris etiam in lutoſa via, flexis expectans genibus, ad templumque deinde ſequens. Septem eccleſiaſticas preces ſingulis recitabat diebus, tanto ardore, vt nulla à ſancto opere occupatione poſſet abduci. Cum aliquando ad venationem properaret, præſtolarenturque nobiles; equum iam aſcenſurus ſubito meminit non dum ſe veſpertinis precibus dediſſe operam, in reditum vt illas differret ſuadentem virum nobiliſſimum non audiuit, ſed domum repedans cæteris admirantibus recitauit, poſtea ad venationẽ profectus eſt. Tanta illi cura erat precandi Deum. Deiparæ antem Virginis fuit ſtudioſiſſimus; eius in honorem ſabbatis vnum ſolebat audire Sacrum publicè; alteri verò ipſemet in ſacello miniſtrabat. Octauo quoque die animum expiabat Confeſſione, Iurandi conſuetudinem quantum fugerit, illa illius verba demonſtrant; Magnopere equidem gaudeo (dixit aliquando) quod in os meum iuramentum nũquam ingreſſum eſt. Quanto autem odio mortiferum proſequeretur crimen illa alia indicant; Neſcio quiſnam hominum tam ſit temerarius, vt mortifero ſe crimine audeat inquinare. De animi magnitudine rege digna, inflammataque ad rem bellicam cupiditate, & Reipub. amore, longum eſſet dicere. Deſtinauerat ille animo præclaras res gerere, tum ad Dei honorem, tum ad regni ſalutem ſpectantes, eaſq; in libello memoriæ cauſſa deſcripſerat, ſed proh dolor, quod deſtinauerat animo, re exequi non eſt datum. Ea eſt enim humanarum rerum fragilitas, inconſtantia, viciſſitudo, vt nihil certi ſibi homo polliceri poſſit. Ecquis cùm Sebaſtianum regem optimum, ac fortiſſimũ videret, veluti è cęlo ad regni huius ſalutem demiſſum, tot corporis, animiq; dotibus decoratum, tanta in Deum pietate, religioneque prędítum; perſuadere ſibi poſſet, tàm acerbo caſu ijs fuiſſe eripiendum, quibus cęli magno dono fuiſſet datus, anchoram illam ſacram

cram

Digitized by Google

eram tàm ſubito fuiſſe præſcindendam, Columnam illam vnicam ſolo æquandam, in qua Luſitania inclinata recumbebat? ò rerum humanarũ inconſtantiam: ò vitæ volubilem rotam; ò ſpes hominũ fallaces: ò infęlices Africę campos, quos Regis optimi, inuictoq; animo præditi, & tot nobilium virorum ſanguis cruentauit: Heu ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus magnanimi Sebaſtiani, quaſi non eſſet vnctus oleo.

Exoriare aliquis noſtris ex regibus vltor,
Qui face Maurorum gentem, ferròque ſecare,
Territa quem videat Marochus ſua mœnia circum,
Bellipotente manu campos & flumina latè,
Hoſtibus ex victis fuſo complere cruore,
Sicque Iugo Chriſti ſubmittere punica colla.

Tantam hanc calamitatem, noſtra commeruere crimina; vtinam vt Phryges plagis efficiamur meliores, vtinam, vt cum Lyrico loquar, *per noſtrum ſcelus patiamur iracunda Deum ponere fulmina*, inuidit te nobis cœlum, ò Rex inclyte Sebaſtiane, & rapuit.

Nimium vobis Luſitana propago
Viſa potens ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.

Dignior eras Rex cœlo, quàm terra; *Raptus es ne malitia mutaret intellectum aut ne fictio deciperet animam tuam*. Caroli quinti aui tui gloria bellica ad bellum velut calcaribus concitatus; omni laude dignum bellum Chriſtiani nominis hoſtibus intuliſti. Si eo euentu, quem ſperabas, quemque prælium ipſum initio promiſiſſe dicitur, pugnaſſes, reportaſſesque victoriam; in aſtra te omnes prædicatione efferrent; (ſolent enim homines res ex euentu iudicare) Carolus alter, alter Alexander dicereris, vnus Luſitano regi orbis non ſufficeret. At verò vtinã in aliud tempus cõmodius diſtuliſſes bellum, quo & maiori apparatu, & minori periculo, abſentiæq; tuæ incommodo, geri potuiſſet. Fuit quidem infęlix euentus, ſed peccatis tribuatur noſtris. Solent aliquando infęlici euẽtu duces optimi præliari, vt omittam alios, ego cùm Sebaſtianum Regem cum Afris conſidero dimicantem, Ioſiam alterum videre videor cum Pharaone pugnantẽ. In flore ętatis ac virium Ioſias erat; erat & Sebaſtianus: virtutib. ornatiſſimus Ioſias erat; erat & Sebaſtianus, populi Hebręi ſpes, & columẽ Ioſias erat, populi Luſitani colũna, ac robur erat Sebaſtianus. Infęlici euentu cũ Pharaone pugnauit Ioſias, abijtq. è vita vulneratus Rex Sanctiſſimus, iuſto, ſed occulto Dei iudicio, eo tẽpore quo Reipub. Hebręæ maximè erat neceſſarius; infęlici quoq. euentu cũ hoſtibus Chriſtianæ fidei pugnauit Sebaſtianus, occubuitq; Rex oĩbus

virtuti-

Digitized by Google

virtutibus decoratus,immaculato,ſed abdito Dei conſilio,tunc cum illius vitam regnum magnopere flagitabat,videlicet,nondum completæ erant Afrorum,vt olim Amorrhæornm iniquitates.Ioſiam regem mœſtis lamentationibus Ieremias Hebræus Propheta proſecutus eſt: dignus eſt Sebaſtianus Rex,quem Luſitanus aliquis ſi non Propheta,certè Poeta flebili carmine proſequatur.Tua verò,Martine præclariſſime, fratriſque tui P. Ludouici prudentia tunc enituit; imminentem enim præuidentes calamitatem, ad eam ſuſcipiendam expeditionem conſilium minimè dediſtis,imò multis rationibus ne ſuſciperetur ſuaſiſtis.Secutus eſt rex belli cupidus ſuaſores alios: quos belli fortaſſe ſcientia potiores eſſe arbitrabatur. Eorum ſententia velut tempeſtate turbulentiſſima iactatus,in Africano ſolo, tamquam in profundo ſalo, miſerandū naufragium fecit. Diſcedens in Africam ſocium te Henrici tunc Cardinalis, poſtea Regis optimi, in gubernando regno optabat relinquere; Hoc autem honoris pleniſſimum munus obire noluiſti, aulæque remiſiſti nuncium, ne gerendi belli conſilijs aſſenſum præbuiſſe videreris. Non defuere forſitan, qui P.Ludouicum Goncalues incuſarent, quod Regi,& in Africam proficiſcendi autor fuerit, & vxorem eatenus non ducendi:ſed vtraq; in re maximè falluntur,tantique viri prudentiam,& integritatem minimè perſpectam habent. Proſpectabat ille tamquam celſa ex ſpecula, quæ regno erant neceſſaria, atque eadem pro viribus nitebatur exequi, vt Rex vxorem duceret operam,nauauit,Reginam, & Cardinalem, ipſum quoque Regem Sebaſtianum ea de re ſæpè monuit,quod in poteſtate erat præſtitit.Non effæminatum nobis Regem, ſed animi magnitudine,roboreque præcellentem, vt par erat enutriuit Africanæ tamen profectionis autor non fuit, adeoque illi diſplicuit, vt toto pectore ab ea regem auertere conatus fuerit, cumque auertere nō poſſet,ab aula diſceſſerit.Illius mentem, vt oſtendam, verba libet ſubijcere,quibus aliquando regem affatus eſt. Cùm aliquandò regem vidiſſet meditabundum,miratus eſt. At rex de Africa (inquit) cùm mihi per ætatem licuerit,ſub iugum mittenda meditabar.Reſponſum huiuſmodi tunc pater Ludouicus reddidit:Quandoquidem,Rex,ſeriò,loqueris, loquar ego quoque ſeriò.Luſitaniæ rex bellum Africæ inferre nequit, niſi tria prius habuerit,primùm mares filios quatuor, aut quinque, deinde pecuniæ magnam vim, hi enim ſunt bellorum nerui; præterea exercitum fortiſſimum,ac maximum,tum equitum,tum peditum. Addo his, maximam regiæ habendam rationem, nulloque modo in periculum capitis,ac vitæ diſcrimen inferendam. Neque verò bellum gerendum eſſe cenſeo,niſi regni tui id flagitet defenſio,ac conſeruatio.Sic tunc de bello cogitantem regem affatus eſt, ſæpius quoque grauiſſimis

verbis

verbis,& rationibus ne in Africam proficiſceretur ſuaſit,ſed non omninò perſuaſit. Inde per epiſtolam eum reuocauit,ſed iterum abijt. Cùm autem rex in Africam profectus eſſet, non vt bellator, ſed vt rediturus explorator, epiſtolam ſcripſit, qua vt in Luſitaniam protinus reuerteretur, vehementer ipſum adhortabatur. Reuerſus tunc eſt, ægrotum magiſtrum inuiſit,epiſtolamque, quam eatenus ſeruauerat,tradidit,dicens,tuam epiſtolam vbi accepi, confeſtim redij. Patrem Ludouicum ægritudo illa nobis abſtulit,& in cœlum ſanctiſſimè peractæ vitæ præmia ſempiterna accepturum extulit;poſt illius è vita diſceſſum Africam iterum Rex petijt,infœlicique,ac lamentabili prelio conflixit.Denique in Patre Ludouico nihil officij,quod magiſtro regio,ac confeſſario cõueniat,deſideratum eſt;nihil opis, nihil conſilij. Si ſicut potuit conſulere,ſic in poteſtate habuiſſet efficere, ſanè rex, & ſuo tempore vxorem habuiſſet, & Africanę expeditioni nuncium remiſiſſet. Si neque hoc factum,neque illud eſt, omni culpa vacat magiſter prudentiſſimus, omnique laude eſt digniſſimus, quod omnes induſtriæ ſuę neruos, ad inſtruendum regijs dotibus regem contulerit, idque Deo fauente fuerit aſſequutus. Suę commiſſam curæ egregiam arborem doctrina irrigauit,floribus, fructibuſque onuſtam vidit; fructus ex ea alios toti regno dulciſſimos expectabat,ſed antequam illos proferret, in fertiliorem, id eſt,cœleſtem regionem tranſplantata eſt. Alia verò multo procerior eius loco eſt plantata, arbori illi ſimilis de qua Dan.4. legitur, *Magna arbor,& fortis,& proceritas eius contingens cœlum,folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius,& eſca vniuerſorum in ea,&c.*Philippus hic eſt ſecundus, totius Hiſpanię rex potentiſſimus, qui imperium Oceano,famam terminauit aſtris. Poſt eius in cœlum diſceſſum tanti regis filius Philippus III. Rex clariſſimus, tum omnium virtutum, tum iuſtitię amantiſſimus Regni tenet clauum, vtique in Neſtoreos teneat annos, precamur. Regij te ille Senatus creauit preſidem, quod munus olim egregiè iam geſſeras; ſed quia *iam tempus equum fumantia ſoluere colla*, tanti muneris ſolutis vinculis, honoribus ornatiſſimus,ac gloria, ſenectutem tuam tranquillum in portum inuehis, vt omnibus expeditus negotijs, maximum cures negotium, animę videlicet ſalutem ſempiternam,Dominum expectans quando reuertatur à nuptijs. Faxit ille, vt ex aduenientis ore dulciſſima illa audias verba; *Euge ſerue bone,& fidelis,quia in pauca fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui.*

LECTO-

LECTORI OPTIMO.

IN antiquo typicoque Moſis tabernaculo, Lector optime, menſa ſtabat, auro tecta, panes continens propoſitionis, verſus plagam Aquilonarem; è regione verò menſæ aureum fulgebat candelabrum, multis adornatum lucernis, in latere Auſtrali. Sacram Scripturam menſa illa adumbrat verè auream, omni falſitatis ſcoria carentem, diuinaque auctoritate rutilantem; in qua Deus Opt. Max. verba ſua veluti cœleſtes propoſuit panes; omni melle dulciores, omni nectare, ambroſiaque ſuauiores. Menſa (ait Magnus Gregorius lib. 17. Moral. cap. 17.) id eſt, Sacra Scriptura pane verbi nos reficit, & contra aduerſarios ſua refectione nos roborat, &c. E regione menſæ aureum fulgebat candelabrum, ardenteſq; lucebant lucernæ; quoniam Scripturæ Sacræ menſa, luce indiget, qua illius caligo illuminetur. Etenim *tenebroſa eſt aqua in nubibus aeris*, Pſal. 17. hoc eſt, veritas caligine tegitur in Sacris auctoribus, quibus veluti nubibus irrigatur Eccleſia: Scripturæ *puteus altus eſt*, Ioan. 4. ſi hauſtris careamus, viuam haurire aquam nequibuimus. Gen. 29 *Iacob amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & adaquauit gregem*. clauditur Scripturæ puteus ponderoſo lapide, id eſt, difficultate intelligendi magna: opus eſt Iacob, qui lapidem amoueat, vt grex poſſit adaquari. Putei huius profunditatem indicat Auguſtinus lib. 12. Confeſſ. cap. 14. Mira (inquit) eſt profunditas Domine eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos ſuperficies blandiens paruulis, ſed mira profunditas Deus meus, mira profunditas; horror eſt intendere in eam, horror honoris, & tremor amoris, &c. Ezechieli 47. aquæ oſtenduntur ex templo emanantes, per quas traductus eſt ab angelo; Primum quidem, *traduxit* (inquit) *me per aquam vſque ad talos*; deinde, *traduxit me per aquam vſque ad genua*, poſtea, *traduxit me vſque ad renes*, tandem addit, *torrentem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſuadari, &c.* Similem in modum ex templo Dei, id eſt, Eccleſia, aquarum inſtar Scripturæ ſacræ, diuinaque emanant verba. Nonnulla vſque ad talos pertingunt, ſiquidem facilè intelliguntur; alia vſque ad genua, vel renes, quia difficilius explicantur; alia verò ſic profunda ſunt, vt vix poſſint tranſuadari, hoc eſt, explanari. Hinc illud Gregorij in præfatione Moralium cap. 4. Scriptura quaſi fluuius eſt planus, & altus, in quo & agnus ambulet, & elephas natet, &c. Ambulat agnus, quia multa intelligit homo minimè doctus, natat elephas, quia multa vix intelligit vir ſapientiſſimus. Vis elephantem cernere natantem? audi Auguſtinum ſapientiſſimum, epi. 119. c. 21. In ipſis (inquit) Scripturis Sanctis, multò plura neſcio, quàm ſcio, &c. Fuit hoc diuinæ prouidentiæ, ſic Scripturas conſtruere, vt multa in eis eſſent plana, atque aperta, multa quoque profunda, atque obſcura, vt idem pater ſanctiſſimus Auguſtinus docet huiuſce rei reddens cauſſam lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 6. quædam (inquit) obſcurè dicta denſiſſimam caliginem obducunt. Quod prouiſum diuinitus eſſe non dubito, ad edomandam labore ſuperbiam, & intellectum a faſtidio renouandum, cui facile inueſtigata plerumque vileſcunt, &c. Addit eodem capite, Spiritus Sanctus ſcripturas ita modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obſcurioribus autem faſtidia detergeret, &c. & ſerm. 11. de verbis Domini, cap. 7. Paſcimur (ait) apertis, exercemur obſcuris, &c. item lib. 18. de ciuitate Dei c. 32. Canticum Abacuc iuxta verſionẽ ſept. interp. explanans, *montem vmbroſum ac condenſum*. Scripturæ diuinæ altitudinem interpretatur. Multa enim in ea ait eſſe vmbroſa, & condenſa, quæ mentem quærentis exerceant. Candelabro ergo opus eſt, ac luce, qua vmbra Scripturæ & caligo illuſtretur, veruſque ac germanus ſenſus pateſiat. Adhibenda autem eſt lux in primis vitæ probæ vt auctor docet imperſ. hom. 42 Qui (inquit) legens de Deo vult inuenire Deum, feſtinet viuere Deo dignè, & conuerſatio eius bona ſit quaſi lampadis lumen, ante oculos cordis eius, viam aperiens veritatis, &c. & D. Athanaſius lib. de incarnatione, & corporali aduentu in fine. Ad Scripturarum (ait) indaginem, verumque intellectum opus eſt vita proba, animo puro,

&

Digitized by Google

& virtute quæ ſecundum Chriſtum eſt, vt mens per eius tramitem decurrens, ea quæ expetit, adipiſci poſſit, quatenus fas eſt humanam naturam diuina intelligere. Nam ſine pura mẽte, & ſanctorũ imitatione, nemo comprehenderit ſanctorum verba, &c. His ſimilitudinem hanc adiicit, Quemadmodum ſi quis intueri velit ſolem, oculos detergit, & in ſplendorem redigit quantum poteſt ad eius ſimilitudinem, cuius conſpiciendi deſiderio tenetur, ſeſe purificans, ut ita oculus iam lumen redditus, lumen Solis contempletur: ita qui volet mentem virorum cœleſtia loquentium intelligere, prius detergere, & abluere viuendi diſciplina animam debet, hæc Athanaſius. Vitæ probæ luci adiungenda eſt orationis lux, qua Spiritus ſancti impetremus ſplendorem Scripturas illuminantem. Etenim Scripturarum auctor diuinus eſt Spiritus, eo autem illuminante intelligendæ ſunt, a quo ſunt inſpiratæ, ac conditæ. Dei digitus Spiritus Sanctus appellatur, digitus eſt index, ſacrorum librorum germanos ſenſus precatione inuocatus, demonſtrans. Idcirco Angelicus doctor D. Thomas ſtudijs ſuis orationem ſemper præmittebat, diuinique Spiritus lucem implorabat, ut ſcribit D. Anton. 3. par. hiſt. in vita illius, Quoties (inquit) ſtudere, legere, ſcribere, vel dictare voluit, prius ad orationis ſecretum accedens, profuſis lachrymis orabat: petens ſibi diuinitus reuelari quod quæreret, & habere in promptu quod dictaret, &c. Id ipſum is præſtare, debet, qui literas ſacras cupit intelligere. Addenda præterea eſt lux interpretum, ſunt enim ſacrorum librorum interpretes, fulgentes, aureæque lucernæ iuxta menſam, id eſt, Scripturam collocatæ, quæ illius caligini ſplendorem afferunt, hæreticorum depellunt tenebras, fidemque tuentur orthodoxam. Vnde illud ſapientiæ Eccl. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, &c.* Elucidant autem ſapientiam interpretes, cum lucem ſacris libris impertiuntur, eorumque reconditos ſenſus enucleant. Huiuſmodi aureæ & ante ſacram menſam ardentes lucernæ Hieronymi ſunt, Auguſtini, Chryſoſtomi, Baſilij, Gregorij, Ambroſij, multique alij Patres, Scripturæque explanatores. qui præclaris lucubrationibus Sacros libros, orthodoxamque fidem illuſtrarunt. Horum lux adhibenda menſæ; hæreticorum tetra caligo fugienda, quibus vt eſt in Pſal. 68. Scripturæ *menſa fit in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum, abſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ad terrena incuruatur.* in ſcandalũ fit menſa Scripturæ hæreticis, quia in illam impingunt & corruunt, dum hæreſes ſuas ſacris eloquijs audent confirmare. Hinc illud D. Hiero. Matth. 15. Omnia, inquit, Euangeliorum loca apud hæreticos, & peruerſos plena ſunt ſcandalis, &c. fit in retributiones, & ſupplicium peccatorum. Fit illis in laqueum, quoniam Scripturæ verbis illaqueantur, dum falſis illam ſenſibus interpretantur. Pluit enim Scriptura hæreticis ſuperbis, qui illa abutuntur, pluit inquam laqueos, iuxta illud Pſal. 10. *Pluit ſuper peccatores laqueos, &c.* quem in locum ſic ſcribit Auguſtinus; eadem Scripturarum nube, pro ſuo cuiuſque merito, peccatori pluuia laqueorum, & iuſto pluuia vbertatis infuſa eſt, &c.

Sincerum eſt niſi vas, quodcumque infundis aceſcit.

Dixit olim poeta. Cum verò hæreticorum vaſa, id eſt, mentes, nihil habeant ſinceritatis, cibus quem ex menſa hac in vaſa contaminata infundunt, aceſcit, imò venenum illis fit praua interpretatione. Pium ad hanc menſam palatum afferre oportet, quem hæreticum Fauſtum non attuliſſe ait Auguſtinus lib. 16. contra eundem Fauſtum, c. 22. Quod, inquit, in his verbis Fauſtus ſapuiſſet, ſi pium palatũ attuliſſet. &c. Saperent ſanè hæretici, & intelligerent, ſi non ſuperbum, ſed humile, non impium, ſed pium, non inobediens, ſed Eccleſiæ obtemperans palatum afferent. Sed cum ſuo impio palato deſipiunt, non ſapiunt. Nos Lector optime, menſam tibi proponimus ſacram, videlicet ſacrum Chriſti Euangelium, dapeſque dulciſſimas. Quid dulcius Chriſti verbis, & factis? Adhibuimus menſæ candelabrum aureum & lucernas lucentes, hoc eſt Patres ſanctiſſimos, alioſque doctores Euangelium explanantes, noſtras quoque adiunximus ſcintillas. *Horatius in epiſto.*

Difficile eſt nimium varijs ſeruire palatis.

Accumbæ menſæ ſacræ egregie conuiua. Ad ſacram menſam palatum afferto ſacrum, pium, beneuolum. Hoc ſi afferas omnia erunt ſapida, hoc ſi careas, omnia erunt inſipida. Vale in Chriſto Ieſu, & ſape.

Digitized by Google

SERIES ATQVE ORDO
HISTORIAE

SEV RERVM A CHRISTO GESTARVM & dictarum ex quatuor Euangeliſtis deſumpta, quæ breuiter quicquid in hoc tertio tomo habetur ob oculos ſubijcit.

De Chriſti infantia ac pueritia ad annum vſque 12. actum eſt tomo 1.

De Chriſti rebus geſtis ab anno trigeſimo inchoante, vſq; ad annum trigeſimum tertium & nonum pene menſem actum eſt in tomo ſecundo.

IN hoc tertio denique tomo Chriſti geſta, & dicta per ordinem a quatuor Euangeliſtis expoſita, narrantur, & explicantur quę ille ab anno trigeſimo tertio & nono menſe vitæ ſuę vſque ad annum trigeſimum quartum & tertiū menſem ab eodem ſunt geſta, hoc eſt, a feſto tabernaculorum ſcenopegia a Græcis dicto, & ab Hebræis חג הסכות *chag aſſucchoth*, hoc eſt, *ſolennitatis tegumentorum*, nominato, quod in decimam quartam diem menſis Thizri (qui noſtro Septembri reſpondet) incidit, vſque ad decimam tertiam, vel duodecimam diem menſis Niſan (qui eſt noſter Martius) & iuxta nos, erit vigeſimus ſecundus Martij menſis dies: Sex ergo menſium vel circiter res a Chriſto geſtæ narrantur, quæ ab ipſo in Iudæa potiſſimum geſta ſunt, cum hoc feſto die ex Galilæa in Iudæam Chriſtum trāſiſſe legamus, ex qua deinceps ſaltem publicè receſſiſſe viſus non eſt. Quæ autem a Chriſto his ſex menſibus a Chriſto vel dicta, vel facta ſunt in hos decem libros hoc ordine digeruntur.

IN PRIMO LIBRO.

In hoc primo libro Chriſti ex Galilæa in Iudęam diſceſſus exponitur, cuius cauſa fuiſſe Scenopegiorum feſtum dicitur, quod vnum ex tribus illis erat, in quibus omnes Iudæi Ieroſolymam conuenire tenebantur. Exod. 23. Ex Ioanne autem ad hanc perfectionem a fratribus inuitatū legimus: quam tamen ipſe cum illis ſubire modeſtè recuſauit, nihilominus cum illi diſceſſiſſent, ipſe ſuis comitatus diſcipulis, ad diem feſtum profectus, per Galilæam tranſiens leproſos decem curat. Inde Ieroſolymam petens & in templo docens, vnde talem doctrinam haberet a Phariſæis interrogatur, ex quo Chriſti ſermo de ſua doctrina & his quæ ſequuta ſunt per multa capita protrahitur. Inſeritur poſtea mulieris adulteræ Chriſto a Phariſæos oblatæ hiſtoria. Cuius hiſtoriæ occaſione, multa a Chriſto coram Phariſæis magnis de rebus, & præſertim de ſua diuinitate diſputata a Ioanne, narrantur, ob quæ ipſum Phariſæi interficere, & lapidibus obruere voluerunt.

IN SECVNDO LIBRO.

Secundo libro initium dat cęci nati a Chriſto illuminati hiſtoria, cui ſermo Chriſti de bono paſtore, & alijs cap. 10. Ioan. contentis, ſubiungitur. Poſtea electio & miſsio ſeptuaginta duorum diſcipulorum, & eorundem ex ſua miſsione regreſsio attexitur. Chriſti de ſuorum profectu diſcipulorum apud Patrem gratulatio, & cum diſcipulorum beatos oculos prædicaſſet, ex occaſione ſibi factæ interrogationis, quis eſſet proximus parabola de homine ex Ieruſalem in latrones incidente, & ab eis vulnerato proponitur. Conſequenter Marthæ conuiuium adiungitur, qua de ſorore Maria conquerente, Chriſtus ſororis ſortem longè prę poſuit, necnon quæ de orationis perſeuerantia per parabolā amici ab amico tres poſtulantis panes noctu a Chriſto dicta ſunt: attexuntur itē in conuiuio ad quod eum Phariſæus inuitauerat ad Phariſæos

&

Digitized by Google

& legiſperitos obiurgationes & increpationes. Denique admonitione de cauēda Phariſæorum doctrina, & prædictione de Euangelio publicè & conſtanter per totum terrarum orbem a diſcipulis ipſius Spiritus Sancti virtute prædicando liber hic concluditur.

IN TERTIO LIBRO.

Tertius liber totus in explicandis duodecimo, & 13. & 14. & 15. Euāgelij B. Lucæ capitibus expenditur. Initium enim capiens ab ea parabola, quæ eſt de homine, cuius ager vberes fructus attulerat, ex occaſione huius parabolæ, de abijciēda rerum temporalium ſollicitudine & prouidentia diuina fusè diſſerit & de vigilantia a ſeruis Dominum a nuptijs reuertentem expectantibus cuſtodienda; ſub parabola fidelis & infidelis diſpenſatoris ſermonem texit. Poſtea cum quidā de Galilæis a Pilato occiſis ſermonē miſcuiſſet, ad capeſſendam pœnitentiam per parabolam ficulneæ, quam fructus non afferentem agri dominus ſuccidi iuſſit, ſerio vnumquemque hortatur. Subiungūtur de muliere inclinata a Christo in ſynagoga, curata & de regno Dei multa ſimilia, & datum Phariſæis eum ab Herode interficiendum comminantibus reſpōſum. Rurſus in conuiuio Phariſæorū hydropici curatio, atque parabolæ qua ad cœnā homines oēs Iudæ primum, poſtea gētiles inuitātur, ꝓpoſitio. Itē alia Christi documenta ſub parabola ſumptuū ad turrim ædificandam & ſimilibus adumbrata. Nouiſſimo tres ſunt parabolæ quibus totus hic liber cōcluditur, prima de paſtore ouem amiſſam quærente, & eam inuentam ſuis humeris reportante, altera de muliere amiſſam drachmam recuperante, tertia de filio prodigo benignè a Patre recepto.

IN QVARTO LIBRO.

Quartus liber a Parabola villici iniquitatis incipiens, & poſtea ad diuitem epulonem tranſiens, multum in vtroque loco eleemoſynam cōmendat, cuius priuilegia vſque ad vigeſimam primā enumerans, de alterius vitæ ſtatu diſſerit. Inde vitanda eſſe ſcandala docens, & fidei virtutem commendans, nos ex parabola ſerui ex agro redeuntis ad humilitatem inſtruit. De aduentu deinde Meſſiæ interrogatus, ambiguè reſpondet, & ab oratione numquam diſcedendum docens iudicis iniqui quem vidua pro ſe diu interpellabat, parabolam proponit. Denique iis quæ ex D. Luca hactenus expoſuerat parabola de duobus in templum orandi cauſſa aſcendentibus, Phariſæo altero, & publicano altero finem imponit. Accedit poſtea ad reliqua cap. 10 Ioan. explicanda, & primum tempus quo nobiliſſima illi quæſtio an ipſe eſſet Meſſias fuit illi propoſita, quæ fuit in feſto Encæniorū. Quæſtioni autem nobiliſſimæ non verbis, ſed factis reſpondens ſe Deum eſſe apertiſſimè profitetur.

IN LIBRO QVINTO.

In hoc libro quinto ea explicantur, quæ etſi a Marco, & Luca narrentur, fuſius tamen a Matthæo commemorentur. Primò itaque proponitur quæſtio de matrimonij ſolubilitate, cui cum Chriſtus reſpondiſſet matrimonium nullā ob cauſam niſi propter adulterium ſolui poſſe, altioris doctrinæ tradendæ de tribus Eunuchorum generibus Chriſto anſam dedit. Occaſione autem infantium, quibus bene precari rogabatur, quorum ſit regnum cœlorum docet. Poſtea à iuuene interrogatur de vitæ æternæ aſſequēdæ ratione cum primum ei mandatorū obſeruantiam commendaſſet, deinde conſiliorum viam, ſi vellet eſſe perfectus ſequendam docet. Quam cum ille difficilem iudicaſſet, Petro occaſionem dedit Chriſtū interrogandi de præmio, quod ſe alioſq; moneret, qui eū relictis omnibus ſequuti fuerant. Subiūgit Chriſtus huic doctrinę parabolam de operarijs diei varijs horis ad laborandum in vinea a patrefamilias conductis, in cuius expoſitione liber hic quintus concluditur.

IN LIBRO SEXTO.

In hoc libro primum de Ioanne omniū miraculorum Chriſti maximum Lazari reſuſcitatio primo loco, & poſtea Iudæorum Concilium de nece Chriſto inferenda, exponitur. Ex occaſione deinde Chriſti ſermonis, quo ille breui mortem & reſurrectionem ſuam futuram prædixerat, petitio matris filiorum Zebedæi, de duabus ſedibus in regno ſuo a Chriſto filijs donandis ſubiungitur. Quam poſtea cęci illuminatio antequam Iericho ingrederetur, & Zachæi Publicani mirabilis cōuerſio, & parabolæ Regis, qui ſeruis ad nego-

negotiādū decē mnas dedit declaratio cō ſequitur. Denique duorū cęcorū in exitu Iericho illuminatione liber hic cōcludit

IN LIBRO SEPTIMO.

Chriſtus cum ſibi vltimum vitæ diē, ſciret imminere, Bethaniam primum in hoc ſeptimo libro ueniſſe narratur. Vbi cum in conuiuio Magdalena ſuper caput ipſius vnguentū effudiſſet, Iudas eius tradendi & Iudæis vendendi conſilium cepit. Sequenti poſtea die cum magna pompa & populi acclamatione Ieroſolymam petens aſina vectus in maximo totius populi gaudio, vrbis ruinam & excidiū deplorat. Vrbem ingreſſus & templum petens, vendentes in eo & ementes eijcit. Denique quid toto eo die a Chriſto in tēplo cum Phariſæis ſit diſceptatum, & ſermo etiā Chriſti ſatis magnus, quo mors ipſius & clarificatio, & gentilium conuerſio prædicitur & Iudæorum etiam occæcatio ab Iſaia prædicta exponitur, toto hoc libro continetur.

IN LIBRO OCTAVO.

Quæ ſequenti poſtea die a Chriſto vel dicta vel facta ſunt, ex Matthæo potiſſimum in hoc libro octauo narrantur. Nā de ficu arefacta, eo quod in ea Chriſtus fructum non inueniſſet primo loco agitur, & cum interrogaretur a Phariſęis in qua poteſtate faceret, quę faciebat difficiliori propoſita quæſtione de Ioā. baptiſmate Phariſęorum ora occluſit: de duob. filijs parabolam adijciens, quorum alter ad vineam non iuit, qui ſe iturū dixerat; alter iuit, qui ſe iturum negarat. Adijciuntur duæ nobiles parabolæ de vinea agricolis locata vna, & de nuptijs filio regis factis altera. Proponuntur item Chriſto quæſtiones duæ, de tributo dando Cæſari vna, & de muliere ſeptēuira altera, quibus cum diuinitus a Chriſto ſatisfactum eſſet, ab ipſo Chriſto nobilis Phariſæis pponitur quæſtio, cuius filius Chriſtus eſſet, ad quam ipſi audita Chriſti obiectione, planè obmutuerunt. Adiūgitur grauis & acerba Phariſæorū increpatio, denique cum Chriſtus mulierem viduam duo minuta in gazophylacium mittentem, ijs præpoſuiſſet, qui larga in illud munera cōtulerant liber hic cōcluditur.

IN LIBRO NONO.

Ex occaſione Chriſti ſermonis, quo Ieroſolymorum euerſionem & templi excidium fuerat comminatus, de ſignis quę illam euerſionē & totius mundi conſummationē præceſſura erant in hoc cap. agitur, & potiſſimū difficilis Danielis locus de abominatione deſolationis in templo futura tractatur Quę cum ad multa alia, tum ad Antichriſtum referatur: hic liber pene totus, in duobus potiſſimum explicandis argumentis verſatur. Nā & de Ieroſolymorum excidio, per Titum & Veſpaſianū Imperatores patrato, multa hic narrantur, & quod maius eſt, totus pene Antichriſti vitæ curſus, ex Scripturis & Patribus multis exponitur. Agit itaque primo loco, qua ratione hæc abominatio deſolationis templo Ieroſolymitano accōmodari poſſit, & ſic de deſtructione Ieroſolymitana, & tēpli euerſione, a Chriſto prædicta ex his, quæ Ioſephus retulit fuſè explicat. Deinde ad Antichriſtū trāſit cui ēt totam prophetiā accommodat, & multa de perſecutione fidelium ſub eo futura ſcribit. Subiungit futuri ſigna iudicij, & conſummationis ſæculi, vnde & de conflagratione totius mundi, & de reſurrectione mortuorum fusè agit. Poſtremo de iudicio vltimo agit, ſententiamq; vtramque tam quæ ad probos, quam quę aduerſum reprobos ferenda eſt explicat.

IN LIBRO DECIMO.

Pauca in hoc lib. 10. ex Scriptura habētur. Nam in initio de mundi renouatione & hominū ſtatu poſt reſurrectionē, atq; adeo de Beatorū gaudijs, & damnatorum pœnis iuxta Theolog maximè Scholaſti. placita fuſe diſſerit. Redit deinde ad ipſū iudicium, quod primo ex inopinato venturum ex Script. demonſtrat, & qūo eius diē nemo omniū præter Patrem ſolū nouerit, vbi fusè tractatur vulgata quæſtio qūo Chriſtus iudicij diem ignorare dicatur; interſerit deinde plurima de ipſo iudicio, quæ maximè ad componendos mores faciunt, & tandē de præparatione ad iudiciū, tū ex alijs Scripturis, tum ex expoſitione duarum parabolarū, quarum prima eſt, altera de decē virginibus, quarū aliæ ad conuiuiū cæleſtiū nuptiarū eo ꝙ paratæ eſſent admiſſæ ſunt, aliæ eo ꝙ nō haberent oleū in vaſis ſuis ab eodem cæleſti cōuiuio ſunt excluſæ: altera de talentis ſeruis a Dn̄o diſtributis, de quibus Dn̄s in iudicio rationem a ſingulis exactūrus eſt. In quib. parabolis tertius hic Concordiæ Euangelicæ tomus definit.

Deo Ieſu Chriſto laus.

IN-

Digitized by Google

INDEX SINGVLORVM EVANGELISTARVM CAPITA CONTINENS QVAE IN HOC

Tertio Tomo explicantur.

Ex Beati Matthæi Euangelio.

Cap. 19 verſ. 1. *E*T *factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, &c.* lib. 1. cap. 1.

c. 11. v. 20 *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia nõ egiſſent Pœnitentiam.* lib. 2. c. 11.

11. ver. 25 *In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* lib. 2. c. 13.

eod. *Abſcondiſti hæc à Sapientibus & reuelaſti ea paruulis.* Morale. lib. 2. c. 14.

c. 19. v. *Acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum & dicentes, Si licet homini dimittere uxorem ſuam quacumque ex cauſſa.* lib. 5. c. 2.

eod. v. 7. *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimitti.* lib. 5. c. 2.

eod. v. 11 *Sunt Eunuchi qui ſic facti ſunt ab hominibus & ſunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.* lib. 5. c. 3.

eod. *Si licet homini dimittere uxorem ſuã.* Morale. lib. 5. c. 4.

eod. *Sunt Eunuchi qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum, de Eunuchis ſpiritalibus.* lib. eod. c. 5.

c. eo. v. 13 *Tunc oblati ſunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret.* lib. 5. c. 6.

eod. v. 16. *Et ecce vnus accedens ait illi, Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam.* lib. 5. c. 7.

ver. 21. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & veni ſequere me.* l. 5. c. 8

ver. 18. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* Morale. lib. 5. c. 9.

eod. v. 27 *Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?* lib. 5. c. 10. 11. 12. & 14.

Quid ergo erit nobis. lib. 5. c. 15. eod.

Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. lib. 5. c. 16. & pluribus alijs. c. 20. v. 1.

Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis, Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus ſacerdotum & ſcribis & cæt. lib. 6. c. 9. morale c. 11. c. eod. v. 17.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c. lib. 6. c. 10. Morale c. 12. eod. v. 20

Et egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba, & ecce duo cæci ſedentes ſecus viam audierunt quia Ieſus tranſiret, & clamauerunt dicentes. lib. 6. c. 20. eod. v. 29.

Cùm autem eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi acceſſit ad eum mulier, habens alabaſtrum unguenti pretioſi. lib. 7. c. 1. & Morale. lib. 7. cap. 4. c. 26. v. 9.

Et cum appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos dicens eis, Ite in caſtellum, &c. lib. 7. c. 6. c. 21. v. 1.

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via, alij autem cædebant ramos de arboribus. lib. 7. cap. 6. Morale lib. 7. cap. 7. & 8. eod. v. 8.

Et cum intraſſet Ieroſolymam Ieſus, commota eſt vniuerſa ciuitas dicens, Quis eſt hic? lib. 7. cap. 11. eod. v. 10.

Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique manſit, Mane autem reuertens in ciuitatem eſuriit. lib. 8. cap. 1. eod. v. 10.

Et cum veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentem Principes ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes, in qua poteſtate hæc facis. lib. 8. cap. 3. eod. v. 23.

Homo quidam habebat duos filios, & eod. v. 28

Digitized by Google

aſcendens ad primum dixit, Fili vade hodie operare in vinea mea.lib.8.c.3.

eod.v.33. Aliam parabolam audite: homo erat Pater familias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular.lib.8.cap.4. Morale. cap. 5. & 6. & 7.

c.22. v.1. Et reſpondens Ieſus dixit iterum in parabolis eis dicens Simile factum eſt homini regi,&c.lib.8.cap.8. Morale. c. 9. & 10.& 11.

eod.v.15. Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inerunt, vt caperent eum in ſermone, & mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis lib.8.cap.12. Morale de tributis Cæſari dando cap.13. Morale. quæ regibus debeantur.

c.22.v.23 In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem,& interrogauerunt eum dicentes,&c.lib.8. capit.15.

eod.v.32. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium lib.8.capi.16.

eod.v.34. Phariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor lib.8.c.20. de magno mandato caritatis morale.lib.8.ca.21. de Caritate proximi.c.22.

eod.v.41. Congregatis autem Phariſæis interrogauit eos Ieſus dicens. Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt.lib.8.capitolo.23.

c.23.v.1. Tunc Ieſus loquutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos dicens ſuper cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c. lib.8.cap.24. Morale de vitijs Phariſæorum & Scribarum cap.25.

eod.v.13. Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ; quia clauditis regnum cælorum ante homines,&c.lib.8.cap.26.

eod.v.16. Quicumque iurauerit per templum nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi debitor eſt lib.8.cap.27.

eod.v.29 Quia ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum,& dicitis,&c.lib.8.cap.28.

eod.v.37 Ieruſalem Ieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi sũt, &c.lib.8.cap.29.

c.24.v.1. Et egreſſus Ieſus de templo ibat, & acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens dixit illis.lib.9.c.1.

eod.v.5. Multi enim venient in nomine meo, dicentes ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.lib.9 cap.2.

Cùm ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta,&c.lib.9.cap.3. eod.v.15.

Tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus aut illic nolite credere. Surgent enim Pſeudochriſti,&c. eod.v.23.

Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur,& luna nõ dabit lumen ſuum.lib.9.cap.10.&c. eod.v.29.

Et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo.lib.9.cap.12. eod.v.30

Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna,& congregabũt electos eius, &c.lib.9.cap.13. eod.v.30

Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maieſtate.lib.9.cap.15. c.25.v.30

Cùm autem venerit filius hominis in maieſtate ſua; & omnes Angeli cum eo, &c.lib.9.cap.16. c.25.v.31

Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.lib.9.cap.19. eod.v.34.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.lib.9 cap.20. eod.v.41.

Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit,&c.lib.10.cap.6. c.24.v.32

De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum niſi ſolus Pater. lib.10.cap.7. c.24.v.36

Vigilate ergo quia qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret.lib.10.capito.12. Morale.13. eod.v.42

Quis putat eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore.lib.10.c.10.Morale. eod.v.45.

Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ.lib.10.cap.16. de eadem parabola Morale.c.18.& 19. c.25.v.1.

Sicut enim homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos,& tradidit illis bona ſua, & vni dedit quinque talenta, alij vero vnum,10.c.20. Morale.21. eod.v.14.

EX BEATI MARCI Euangelio.

c.10.v.1. *Et inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem.lib.5.c.1.*

c.10.v.2. *Et accedentes Phariſæi interrogabant eum.Si licet viro vxorem dimittere, Tentantes eum.lib.5.c.1.*

eod. c. v. 13. *Et offerebant ei paruulos, vt tangeret eos.lib.5.cap.6.*

eod. c. v. 17. *Et cùm egreſſus eſſet in viam, procurrens quidam genuflexo ante eum, dicẽs, &c.lib.5.cap.7.*

c.11.v.28 *Et cœpit ei Petrus dicere,ecce nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te.lib.5. cap.10.*

eod.v.32 *Erant autem in via aſcendentes Ieroſolymam,& præcedebat illos Ieſus,& ſtupebant,ſequentes timebant, & aſſumens iterum duodecim,&c.lib.6.c.9.*

eod. v.46. *Et proficiſcente eo de Iericho, & diſcipulis & plurima multitudine, filius Timæi Bartimeus cæcus ſedebat iuxta viã mendicans.lib.6.c.20.*

c.11.v.3. *Cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,& recumberet venit mulier habens Alabaſtrum vnguenti ſpicati, &c. lib.7.cap.1.*

c.11.v. 1. *Et cùm appropinquarent Ieroſolymis & Bethaniæ, ad montem oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis,& ait illis,lib. 7.cap.5.*

eod.v.15. *Et veniunt Ieroſolymam, & cùm introiſſet in templum,cœpit eijcere vendentes in illo & ementes dicens illis,&c.l.7. cap.11.*

eod.v.11. *Et circumſpectis omnibus cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim, & alia die cum exirent à Bethania eſuriÿt,lib.8,cap.1.*

eod.v. 27 *Et veniunt rurſus Ieroſolymam, Et cum ambularet in templo accedunt ad eum ſummi Sacerdotes,& Scribæ, & Seniores,& dicunt ei,&c. lib.8.c.2.*

c.12,v. 1. *Et cœpit illis in parabolis loqui. Vineam paſtinauit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrem.lib.8.cap.4.*

eod.v.31. *Et mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis,& Herodianis, vt eum caperent in verbo.lib.8.cap.12.*

eod.v.18. *Et venerunt ad eum Sadducæi,qui dicunt reſurrectionem non eſſe,& interrogabant eum dicentes,lib.8.cap.15.*

Et acceſſit vnus de ſcribis, qui audierat illos conquirentes & videns,quoniam bene illis reſponderit,&c.lib.8.c.20. eod.v.28

Et reſpondens Ieſus dicebat docens in templo Quomodo dicunt Scribæ Chriſtũ filium eſſe Dauid.lib.8.c.23. eod.v.35.

Et dicebat eis in doctrina ſua, Cauete à Scribis qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro,&c.lib.8.c.26. eod.v.38

Et ſedens Ieſus contra gazophylaciũ, aſpiciebat quomodo turba iactabat æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa.lib.8.c.30. eod.v.41.

Et cùm egrederetur de templo ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter quales lapides & quales ſtructuræ.lib.9.c.1. c.13.v.1.

Cùm autem videritis abominationem ſtantem vbi non debet qui legit intelligat.Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.lib.9.cap.3. eod.v.14.

Tunc ſi quis vobis dixerit Ecce hic eſt Chriſtus aut illic,ne credideritis. lib. 9. capit 9. eod.v.21

Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum lib.9.c.10. eod.v.29.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & gloria.lib.9.cap.15. eod.v.26.

A ficu autem diſcite parabolam.Cùm iam ramus tener fuerit, & nata fuerint folia,&c.lib.10.c.6. eod.v.28.

Videte,vigilate,& orate,neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus,&c.lib.9.c.12. eod.v.33

EX BEATÆ LVCÆ Euangelio.

Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis eius,& ipſe faciem ſuã firmauit,vt iret in Ieruſalem,&c.lib.1. capit.1. c.9.61.51 & ſep.

Et factum eſt dum iret in Ieruſalem tranſibat per mediam Samariam. Et cùm ingrederetur quoddam caſtellum occurrerunt ei,decem Leproſi,&c.lib. 1.capit.5.& pro Morali c.6.& 7. c.17.v.11

Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos & miſit illos binos in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe venturus.lib.2.c.9. c.10.v.1.

Meſſis quidem multa, operarÿ autem eod. v. 2.

pauci. De miſſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum, Morale libro 2.c.11.

verſ. 20. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone, facta fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent. lib.2.cap.11.*

cod. v. 13. *Reuerſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine etiam dæmonia ſubijciũtur nobis in nomine tuo, lib.2.c.12.*

c.11.v.25. *In ipſa hora exultauit Spiritu Sãcto, & dixit Cõfitebor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quod abſcondiſti hæc à prudẽtibus & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis, libro 2.cap.13.*

c.10.v. 23. *Et conuerſus ad diſcipulos ſuos dixit. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, libro 2.cap.16.*

c.10.v.25. *Et ecce quidã legiſperitus ſurrexit, tẽtãs illũ & dicẽs, Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo? &c. lib.2.c.17.*

c.10,v.30. *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones. Morale, libro 2.cap.18.*

c.10.v:38. *Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellũ; & mulier quædam Martha nomine excepit eum in domum ſuam, &c.lib.2.c.19.*

c.11. v.1. *Martha excepit illum in domum ſuã. Morale lib.2.c.20.*

c.11.v 37. *Et factum eſt dum eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum. Domine doce nos orare, ſicut & Ioannes docuit diſcipulos ſuos. libro 2.c.21.*

cod. c. v. 45. *Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Phariſæus vt pranderet apud ſe, & ingreſſus recubuit, &c. lib. 2.c.22.*

c.22. v.1. *Reſpondens autem quidam ex legiſperitis, ait illi, Magiſter &c.lib.2.c.23.*

c.12.v.13. *Multis autẽ turbis circũſtantibus, ita vt ſe inuicẽ cõculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos. Attendite, &c. l.2. c.24.*

c.12.v.22. *Ait autem quidam de turba. Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, lib.3.cap.1.*

c.12.v. 35. *Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori quid induamini, libro 3.cap.2.*

cod. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, libro 3.capit.3.*

Sit lũbi veſtri pcincti, etc. Mor. l.3.c.4.

Ait autem ei Petrus, domine ad nos dicis hanc parabolam, &c.lib.3.c.5. c.12.v.41.

Ignem veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accendatur. Baptiſmo autem habeo baptizari, &c. lib.3.c.6. c.12.v.49.

Aderant autem quidam ipſo tempore nunciantes ipſi de Galilæis, quorum ſanguinem, &c.lib.3.c.7. c.13.v. 1.

Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit, quærens fructum in ea & non inuenit, lib.3.c.8. cod.v.6.

Erat autem docens in ſynagoga eorum Sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat Spiritum infirmitatis &c.lib.3.c.9. cod.v.13.

Dicebat ergo cui ſimile eſt regnum, & cui ſimile æſtimabo illud. Simile eſt grano ſynapis quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, &c.lib.3.c.10. cod.v.18.

In illa die acceſſerunt quidam Phariſæorum dicentes illi, exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere, l.3.c.11. cod.v.31.

Et factũ eſt cũ intraret Ieſus in domũ cuiuſdam principis Phariſæorum, Sabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum & ecce homo quidam hydropicus erat ante illum, lib.3.c.12. c.14.v.1.

Et ipſi obſeruabant eũ. Mor. l.3.c.13. cod.v.15.

Hæc cũ audiſſet quidã de ſimul diſcũbentibus dixit illi. Beatus, &c.lib.3.c.14. cod.v. 16.

Homo quidam fecit cœnam magnam, &c. Morale lib.3.cap.15.

De magna cœna Auguſtiſſima Eucharistia. lib.3.cap.16.

Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuerſus dixit ad illos. Si quis venit ad, & non odit patrem &c.lib.3.c.17. c.14.v.25.

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens cõputat ſumptus, qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiendum. Morale lib.3.cap.18. cod. v. 28.

Erãt appropinquantes ei Publicani, & peccatores, vt audirent illum, & murmurabant Phariſæi & Scribæ dicentes &c. libro 3.cap.19. c.15.v.1.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem quæ perierat, Morale, lib.3.c.20. cod.v.6.

Ait autem homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater da &c.lib.3.c.21. cod.v.11.

Dixit adoleſcentior ex illis Patri. Pater da, &c. Morale lib.3.cap.22. cod.

Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos Homo quidam erat diues, &c. lib.4.c.1. c.16. v. 1.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, Morale. lib.4.c.2. cod.

Qui

eod.v.10 *Qui fidelis eſt in minimo,& in maiori fidelis eſt,& qui in modico iniquus,& in maiori iniquus eſt,lib.4.c.4*

eod.v.19. *Homo quidam erat diues,qui induebatur purpura,& byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide,&c.lib.4.c.5*

eod.v.24. *Mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti ſui in aquam ,vt refrigeret linguã meam,lib.4 c.6*

eod. *Homo quidã erat diues,Mora.l.4.c.7*

eod. *Mortuus eſt & diues Morale,lib.4.c.8*

c.17.v.1. *Et ait ad diſcipulos ſuos ; Impoſſibile eſt,&c.lib.4.c.9*

eod.v.20 *Interrogatus autem à Phariſæis,quando venit regnum Dei? Reſpondens eis dixit.Non venit regnum Dei cum obſeruatione lib.4.cap.10*

c.18.v.1. *Dicebat autem & parabolam ad illos quoniam oportet ſemper orare,& non deficere,&c.lib.4.c.11*

eod. v. 6. *Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum,lib.4.c.12*

eod.v.9. *Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti & aſpernabãtur cæteros parabolam iſtam &c.l.4.c.13*

De Publicano & Phariſæo, Morale, lib.4.cap.14.

c.16.v.18 *Omnis qui dimittit vxorem ſuam ,& alteram ducit mœchatur, & qui dimiſſã à viro ducit,mœchatur, lib.5.c.1*

c.18.v.15. *Afferebant autem ad illum & infantes,vt eos tangeret,lib.5.c.2*

eod.v.18. *Et interrogauit eum quidam Princeps dicens,Magiſter,&c.lib.5.c.3*

eod.v.28. *Ait autem Petrus ecce nos dimiſimus omnia,& ſequuti ſumus te lib.5.c.10.*

eod.v.31 *Aſſumpſit autem Ieſus duodecim , & ait illis. Ecce aſcendimus Ieroſolymam, &c.lib.6.cap.9*

eod.v.3. *Factum eſt autem cum appropinquaret Iericho ſecus quidam ſedebat ſecus viam mendicans,lib.6.c.13*

c.19.v.1. *Et ingreſſus perambulabat Iericho,& ecce vir nomine Zachæus,&c.lib.6.c.14. Morale de eodem cap.15*

eod.v.11. *Hæc illis audientibus adijciens dixit parabolam,eo quod eſſet prope Ieruſalem, &c.lib.6.cap.16*

eod.v.29. *Et factum eſſet cum appropinquaſſet ad Bethphage ad Bethaniam ad montem qui vocatur Oliueti &c.lib.7.cap. 5*

eod.v. 41 *Et vt appropinquauit videns ciuitatẽ fleuit ſuper illam dicens.Quia,&c.lib.7.c.9.Morale,c.10.*

Et ingreſſus in templum cœpit eijcere vendentes in illo & ementes dicens illis. Scriptum eſt,&c.lib.7.cap.11 eod.v.45.

Et factum eſt in vna dierum , docente illo populum in templo & euangelizante, &c.lib.8.cap.2 c.20.v.1

Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc Homo plantauit, &c.lib.8.c.4 eod.v.9.

Et obſeruantes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent vt caperent eum in ſermone, & traderent illum principatui & poteſtati præſidis,lib.8.c.12 eod.v.20.

Acceſſerunt autem quidam Sadducæorum,qui negant eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eũ dicẽtes , &c.l.8.c.15 eod.v.27.

Dixit autẽ ad illos . Quomodo dicunt Chriſtũ filium eſſe Dauid,&c.l.8.c.23. eod.v.41.

Sed væ vobis Phariſæis,quia decimatis mentam,& rutã,& omne olus,& præteritis iudicium & charitatem Dei , hæc autẽ oportuit facere,&c.lib.8. c.26 c.11.v.42

Reſpiciens autem vidit eos qui mittebant munera ſua in Gazophylacium diuites.Vidit autem,&c.lib.8.c.30 c.21.v.1.

Et quibuſdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus & donis ornatum eſſet,dixit.Hæc quæ videtis.&c.lib.9.c.1. eod.v.5.

Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem tunc ſcitote,quia appropinquauit deſolatio eius, lib.9.c.3 eod.v.20.

Et dicent vobis. Ecce hic & ecce illic Nolite ire neque ſectemini, lib. 9. cap.9. c.17.v.23

Et erunt ſigna in ſole & luna,& ſtellis & in terris preſſura gentiũ,&c.l.9.c.10 c.21.v.25

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube,cum poteſtate magna & maieſtate,lib.9.cap.15 c.21.v.27

His autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra,&c.lib.10.c.6 c.21.v.28

Et ſicut factum eſt in diebus Noè , ita & erit in diebus filijhominis.Edebant & bibebant,&c.lib.10.c.8 c.17.v.26

Attendite autem vobis ne forte grauẽtur corpora veſtra crapula & ebrietate,et curis huius vitæ,l.10.c.12.Morale,c.14. c.21.v.34

EX B. IOANNIS EVANGELIO.

Poſt hæc autem ambulabat Ieſus,non enim volebat in Iudæam ambulare,quia quærebant eum Iudæi interficere,l.1.c.1. Ioan. c.7. v.1. & ſequent.

Tempus meum nondum aduenit,tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum, eod.lib.1.c.3. eod.c.v.5

eod. v. 11

Iudæi ergo quærebant eum in diẽ feſto 12.

& dicebant, Vbi eſt, &c. quæ ſequuntur, lib.1.c.8.

eod. c. v. 38. In nouiſsimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat, &c. quæ ſequuntur, lib.1.cap.10

eod. c. v. 45. Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos, & dixerunt eis illi. Quare non adduxiſtis hominem illum, &c.c.11.

c.8. v.1. Ieſus autem perrexit in montem oliueti, & diluculo iterum venit in templum, &c. Hiſtoria hæc de muliere exponitur, lib.1.c.12, & pro morali, c.13.

c.8. v. 12. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ, &c. hoc Euangelium exponitur, lib.1. c.14

c. 8. v. 21. Dixit ergo eis iterum Ieſus, ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire, &c. Hoc Euangelium exponitur. lib.1. capit.15.

c. 8. v.26 Multa habeo de vobis loqui & iudicare, ſed qui me miſit verax, lib.1.c.16.

c.8. v.30 Hæc illo loquente multi crediderunt in eum, Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt, &c. lib.1.c.17

c.8. v. 35 Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere; quia ſermo meus non capit in vobis, &c. lib.1.cap.18.

c.8. v.40. Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, &c. lib.1.c.19

c.8. v.44. Quis ex vobis arguet me de peccato, &c. lib.1.c.20. Morale, c.22.

c.8. v. 54 Si ego glorifico meipſum gloria mea nihil eſt, eſt Pater meus qui glorificat me, &c. cap.21

c.8. v.47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis, morale, c.23

c.9. v. 1. Et præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum diſcipuli eius, &c. lib.2.cap.1

c.9. v.8 Itaque vicini, & qui nouerant eum prius, quia mendicabat, dicebant, nonne hic, &c. per totum, lib.2.c.2

c. 9. v.1. Præteriens Ieſus vidit hominem cæcū à natiuitate, Morale, lib.2.c.1.

Ibid. v.3 Quis peccauit, hic, aut parentes eius, Morale lib.2.cap.3

c.10. v.1 Amen, Amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium; ille fur eſt & latro, &c.c.5. lib.2

Ibid. v.11 Ego ſum Paſtor bonus, bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, l.2.c.6.

Qui non intrat per oſtium, ille fur eſt & latro, Morale, lib.2.c.7 Ibid. v.1

Ego ſum Paſtor bonus, bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis; Morale lib.2.cap.8 Ibid. v.11

Facta ſunt encænia in Ieroſolymis, & hyems erat, &c. lib.4.c.16 eod. v.22

Suſtulerunt ergo lapides vt iacerent in eum, lib.4.c.17 eod. v. 31

Facta ſunt encænia, Morale, lib.4.cap. 18. & 19 v. 22

Erat quidam languens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ, & Marthæ ſororum eius; quod Euangelium, lib.6.c.1. & alijs fuſiſsime explicatur. c.11. v.1

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & dixerunt; quid facimus, &c. lib.6.c.6. & aliquot alijs. e.eod.v.4

Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus, fecerunt autem ei cœnā ibi, l.7.c.1. Morale de eod. lib. 7. c. c.12. v.1

Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denarijs, & datū eſt egenis, li.7.c.3 eod. v.5.

In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent quia venit Ieſus Ieroſolymam, acceperūt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiā ei, lib.7.cap.5 eod.v.12.

Phariſæi dixerunt ad ſemetipſos, videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus poſt eum abijt, lib.7.c.11 c.12.v.19

Erant autem quidam gentiles, ex his qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum qui erat à Bethſaida Galilææ. lib.7.c.12 eod.v.20.

Niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit ipſum ſolum manet, lib. 7.cap.13 Morale c.14. eod. v. 25

Nunc anima mea turbata eſt, & quid dicam. Pater ſaluifica me, &c. lib.7.c.15 eod. v. 27

Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras, lib.7. cap.16. eod.v.32.

Et ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum, Morale, lib.7. cap.17. & 18. eod.v. 33

Cum autem tanta ſigna feciſſet corā eis non credebant in eum, vt ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit, &c. lib.7.c.19. eod.v. 37

Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriā eius, & locutus eſt de eo. lib.7.c.20. eod. v. 41

Hæc loquutus eſt Ieſus & abijt & abſcondit ſe ab eis. lib.8.cap.1. eod.v.35

Digitized by Google

INDEX PRAECIPVORVM TOTIVS S. SCRIPTVRAE LOCORVM,

QVI IN HOC TOMO NVNC FVSE, nunc breuiter, ſed accuratè explicantur.

In quo hoc obſeruandum eſt, locos, quos afferimus, non tam ex propria Auctoris mente, quàm ex S. Patrum veterum ſententia dilucidè explicari.

EX VETERI TESTAMENTO.

Gen.2. Formauit igitur Deus hominẽ de limo terræ.pagina.165.1.lit.e

Gen.2. Hoc nunc os ex oſſibus meis.& caro de carne mea.560.2.e

Gen.2. Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt.549.2.a,ead. propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in vnam carnem.2.d

Gen.4. Egreſſus Cain à facie Domini,habitauit profugus in terra 244.1.b

Gen.6. Erunt dies illius centum viginti annorum.343.1.c

Gen.21. Eijce ancillam,& filium eius.256.2.e

Gen.49. Simeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia,in concilium eorum non veniat anima mea,&c.689.1.d

Gen.49. Beniamin lupus rapax,mane comedens prædam,& veſpere diuidet ſpolia.542.1.e

Exod.3. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.907.2.b

Exod. 39. Fecerunt cingulum de byſſo retorta, hyacintho,purpura,vermiculo, diſtinctum arte plumaria,ſicut præceperat Dominus.87.2.b

Leuit.23. Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ,ſpatulaſque palmarum,&c. 5.2.e.verſio.70.huius loci quæ.72.1.d

Num.11. Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum.962.1.e

Num.15. Nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes, ſed magis memores,&c.943.2.b

Num.19. Præcipe filijs Iſraël,vt adducant ad te vitulam rufam,&c.127.2.d

Deut.6. Ligabis ea in manu tua,eruntque, & mouebuntur ante oculos.941.2.e

Deut.15. Ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in poſſeſſione tua.966.1.e

Deut.23. Iuxta 70. Non erit vectigal pendens ex filiabus Iſraël.322.2.b

Deut.24. Cùm egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem,quia polluta eſt, & abominabilis.552.2.b

Deut.25. Non habebis in eodem ſacculo diuerſa pondera.291.1.b

Deut.32. vt ſugeret mel.de petra.93.1.a

Ioſu.7. Da gloriam Deo Iſraël, confitere, atque indica mihi,quid feceris.150.1.e

1.Reg.2. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore,&c.641.1.a

1.Reg.3. Oculi Heli caligauerunt nec poterat videre lucernam Dei.non eſt vera lectio, ſed illa nec poterat videre,lucerna Dei ante quam extingueretur,dormiebat Samuel, vtraq; tamen exponitur.688.2.b

Tob.5. Inuenit iuuenem Tobias ſplendidum ſtantem, præcinctum; & quaſi paratum ad ambulandum.313.1.c

Iud.16. Dabis ignem, & vermes in carnes eorum.1117.2.c

Iob 5. Cuius (nempe ſtulti) meſſem famelicus comedit 949.1.a

Iob 5. Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum.632.1.d

Iob 5. Ponit humiles in ſublimi.519.2,b

Digitized by Google

Iob.9.Dies mei velociores fuerunt curſore,fugerunt,& non viderunt bonum, 250.2.d
Iob.9.Dies mei pertranſierunt, quaſi naues poma portantes,2.e
Iob.24.Ad nimium calorem tranſeat ex aquis niuium,& vſque ad inferos peccatum illius, 1116:1.e
Maledicta ſit pars eius in terra,neque ambulet per viam vinearum, 2.a
Iob.26.Obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus,818.2.c
Iob.28.Terra de qua oriebatur panis,in loco ſuo igne ſubuerſa eſt,495.2.d
Iob.31.In occurſum pergit equus armatis, contemnit pauorem,nec cedit gladio,1209.2.c
Iob.37.Nubes luſtrant per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, &c. 208.1.b
Pſal.1.Ideo non reſurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum,1693.1.a
Pſal.3.Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi,182.2.b
Pſal.5.Mane aſtabo tibi & videbo,74.2.e
Pſal.7.Deus iudex iuſtus,fortis,& patiens,numquid iraſcitur per ſingulos dies, niſi conuerſi fueritis,arcum ſuum vibrabit,1132.2.d
Pſal.8.Videbo cælos tuos opera digitorum tuorũ, lunam & ſtellas,369.2.a
Pſal.8.Chriſto conuenit ex Paulo,792.2.d, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, 2.c
Pſal.9.Non eſt Deus in conſpectu eius,inquinatæ ſunt viæ eius in omni tempore, 1202.2.b
Pſal.11.Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum,79.132.2.b
Pſal.11.Labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt,893.1.b
Pſal.13.Illic trepidauerunt timore,vbi non erat timor,690.2.d
Pſal.17.Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi,349.2.a
Pſal.18.In ſole poſuit tabernaculum ſuum,&c. 2.d
Pſal.18.A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, 1070.1.c
Pſal.22.Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt,&c.191.2.c
Pſal.29.Ira in indignatione eius,& vita in voluntate eius,788.1.b
Pſal.25.Odiui Eccleſiam malignantium,& cũ impijs non ſedebo,688.2.e
Pſal.26.Vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,856.2.b
Pſal.31.Dixi confitebor iniuſtitiam meam Domino,& tu remiſiſti,&c. 28.1.a
Pſal.35.Iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus multa,238.2.b
Pſal.36.Reuela domino viam tuam,& ſpera in eo,& ipſe faciet,&c.66.2.a
Pſal.37.Factus ſum ſicut homo non audiens,& non habens in ore ſuo redargutiones,1135.2.d
Pſal.38.Subſtantia mea tamquam nihilum ante te,632.1.b
Pſal.44.Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis,936.2.e
Pſal.44.Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime ſpecie tua,& pulchritudine tua: 818.1.c
Pſal.45.Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus,*167.2.e*
Pſal.47.Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion,607.2.c
Pſal.48.Ne timueris cùm diues factus fuerit homo,& cùm multiplicata fuerit gloria domus eius,308.1.a
Pſal.48.Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos,1149.1.c
Pſal.49.Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum,946.1.a
Pſal.50.Aſperges me Domine *hyſſopo & mundabor,127.1.d*
Pſal.54.Non eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum.*Extendit manus ſuas in retribuẽdo,73.1.b*
Pſal.54.Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula,893.1.d
Pſal.57.Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem,688.1.e
Pſal.59. Dediſti *metuentibus ſignificationem, vt fugiant à facie arcus,131.1.a*
Pſal.63.Firmauerunt ſibi ſermonem nequam, 116.1.d
Pſal.64.Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate,&c. 865. 2.b
Pſal.65.Quàm terribilia ſunt opera tua Domine *in multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui,148.2.d*
Pſal.67.Iter facite illi,qui aſcendit ſuper occaſum,212.1.a
Pſal.67.Pereant peccatores à facie Dei, *& iuſti epulentur,380.1.c*
Pſal.67.Proſperum iter faciet nobis Deus *ſalutarium noſtrorum,245.1.d*
Pſal.71.Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum,813.2.d
Pſal.73.Repleti ſunt,qui obſcurati ſunt terræ, domibus iniquitatum,1205.2 d
Pſal.74.cùm accepero tempus,ego iuſtitias iudicabo.

Digitized by Google

cabo.1144.1.b

Pſal 76.Et meditatus ſum nocte cū corde meo, & ſcopebam ſpiritum meum,644. 2.e

Pſal,81.Deus ſtetit in concilio Deorum *in medio autem* Deos *dÿudicat.&c.533.1.b,eod. Ego dixi dÿ eſtis & filÿ excelſi omnes, b.totus* Pſal*.exponitur,d,e, 534.1.a*

Pſal.83.Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit,&c.590.1.d

Pſal.85.Quàm dilecta tabernacula tua Domi*ne virtutum cōcupiſcit & deficit anima mea in atria* Domini*,856.1.b*

Pſal.88.Iuſtitia & iudicium præparatio cordis eius,1040.2.a

*Pſal.89.*Dies *annorum noſtrorum ſeptuaginta anni,ſi autē in potentatibus octuaginta,63.12.e*

*Pſal.93.*Deus *vltionum* Dominus*,* Deus *vltionum liberè egit,115.1:b*

Pſal.94.Vt iuraui in lingua mea, ſi introibunt in requiem meam.375.2.e

Pſal.101.Ipſi peribunt,tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent,1096.2.b

Pſal.102.Renouabitur vt aquila iuuentus tua, 539.2.a

Pſ.103.Qui tegis aquis ſuperiora eius. 922.1.a

Pſal.103.Sol cognouit occaſum ſuum. 711. 2.c

Pſal.103.Saturabuntur ligna campi, illic paſſeres nidificabunt,362.1.a

Pſ.106.Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim,&c.665.2.c

Pſal.109.Totus fuſiſſime de Chriſto explicatur, 936.1.e,2.c.d.e.52 per totum hic Pſ.de nullo alio niſi de Chriſto poteſt intelligi, & hoc Phariſæi cognouerunt, & ideo obmutuerunt, 937.1.a.b

*Pſ.109.Iudicabit in nationibus, implebit ruinas,conquaſſabit capita in terra multorum, 1043.1.d,eo.Sede à dextris meis donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, 142.1.c.*De *torrente in via bibit propterea exaltabit caput,26.*

Pſ.109.Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus *ex Sion,dominare in medio inimicorum tuorum,713.1.a*

Pſ.110.Intellectus bonus omnibus facientibus eum,596.2.a

Pſ.111.Iucundus homo qui miſeretur,& commodat,diſponet ſermones ſuos,&c.258.1.a

Pſ.113.In exitu Iſrael de Egypto domus Iacob de populo barbaro.Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius,610.1.d

Pſ.117.Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli,800.2.a

Pſ.117.Conſtituite diem ſolemnem in condenſis,vſque ad cornu altaris,769.2.d

Pſ.118.Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum nimis,595.2.d, & 993.2.b

Pſ.118.Factus ſum ſicut vter in pruina. 358. 2.a

Pſ.118. Anima mea in manibus meis ſemper, 644. 2.a

Pſ.118.A mandatis tuis intellexi,35. 2.c

Pſ.118. Paratus ſum,& non ſum vt cuſtodiam mandata tua,615.1.a

Pſ.118.Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam, 592.1.d

*Pſ.118.*Declaratio *ſermonum tuorum illuminat,& intellectum dat paruulis,236.1.c*

Pſ.126.Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filÿ excuſſorum,212.2.d

Pſ.127,Labores manuum tuarum quia mãducabis,635.1.b

Pſ.131.Domine non eſt exaltatum cor meum neque elati ſunt oculi mei, &c. per totum. 674. 1.c

Pſ.140.Singulariter ſum ego donec tranſeam, 797.2.b

Prou.5.Deriuentur fontes foras,& in plateis aquas tuas diuide.51.1.a

Prou.13.Spes quæ differtur,affligit animam,lignum vitæ deſiderium veniens. 334.2.a

Prou.14. Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt,vbi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis.210.1.a

Prou.18.Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius iniqua prætergredi.136.1.c

Prou.18. Aqua profunda verba ex ore viri. & torrens redundans:fons ſapientiæ.292.e

Prou.23. Non intelligit quod omnia videt oculus, quoniam expellit à ſe timorem Dei, & oculi hominum timentes illum.1203.1.b

Prou.25. Sicut qui mel multùm comedit, non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.239.1.c

Prou.27. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi,ſimilis eſt maledicenti.953.2.a.a

Prou.31.Mulierem fortem quis inueniet: Quæſiuit lanam & linum & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris & alia multa.1188.1.d

Prou.31.Dedit prædam domeſticis ſuis,& cibaria ancillis ſuis.326.2.c

Prou.31.Date ei de fructib. manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius & multa alia.633.2.d

Eccleſ.2.Oculi ſapientis in capite eius. 255.1.e

Eccl.3.Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.564.2.e

Eccl.6.

Eccl.6.Omnis labor hominis in ore eius,ſed anima eius non implebitur.1186.1.c
Eccl. 9. Quodcumque facere poteſt manus tua inſtanter operare , quia nec opus nec ſcientia, nec ratio apud inferos,quo tu properas.1190. 2.e
Eccle.10.Va tibi terra;cuius rex puer eſt;& cuius principes mane comedunt.16.1.e
Cant.1.Oſculetur me oſculo oris ſui.249. 2.a
Cantic.1.Exultabimus,& lætabimur in te,memores vberum tuorum ſuper vino.875.2. a
Cant. 1. dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.380.1. a
Cant.2.Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.875.1.c
Cant.2.Ordinauit in me caritatem. 821.1.b
Cant.2.Tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra.561.1.b
Cant. 2. Poſuerunt me cuſtodem in vineis , vineam meam non cuſtodiui.858.2.e
Cant.3.Inuenerunt me vigiles , qui cuſtodiunt ciuitatem.194.1.d
Cant.4.Dẽtes tui ſicut greges tonſarũ. 212.1.d
Cant.5.Electus ex millibus.129.2.e. candidus & rubicundus.130.1.d
Cant.5.Guttur eius ſuauiſſimum.54. 2.d
Cant.5.Totus deſiderabilis.250.1.a
Cant.6. Auerte oculos tuos à me , quia ipſi me auolare fecerunt.239.1.d
Cãt.7.Statura tua aſſimilata ẽ palmæ.341.2.a
Cant.8 Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ,vt inueniam te ſolum foris,&c. 249.2.e
Cant. 8. Amici auſcultant ,fac me audire vocem tuam.134.2 e
Cant.8.Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuũ.140.1 . d
Sap.2. Circumueniamus iuſtum quoniam inutilis eſt nobis , & contrarius eſt operibus noſtris,&c 690.1.b
Sap.4. faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. 228.2.e
Sap.4.Conſummatus in breui,expleuit tempora multa.628.1 e
Sap.5.Induet pro thorace iuſtitiam, accipiet pro galea iudicium certum, ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem.1040.1.e
Sap.6.Potẽtes potẽter tormẽta patiẽtur.720.2.c
Sap.7.Sapiẽtiam ſine fictione didici , & ſine inuidia communico.210.2.e
Sap. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas,& oſtendit illi regnum Dei,& dedit illi ſcientiam ſanctorum,&c.593.2.d
Sap.14.benedictũ lignũ, per qđ fit iuſtitia.813.1.e
Sap.15. Aeſtimauerunt vitã noſtram & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum,& oportere vndecũq; ẽt ex malo acquirere,1201.1.e
Eccl.6.lingua eucharis in bono homine abũdat. 932.1.c
Eccl.7. Vindicta carnis impÿ ignis & vermis. 1157.2.d
Eccl.11.Fili ne in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris,nõ eris immunis à delicto.272.1.a
Eccl.15.Si volueris in perpetuum ſeruare mandata,conſeruabunt te,& in perpetuum fidem placitam facere. eo. Ante hominem vita & mors,bonum & malum, quod placuerit ei dabitur,eo. 590 e.b
Eccl. 15. Deus dat nemini ſpacium peccandi. 343.1.b
Eccl.18. In omni dato non des triſtitiam verbi mali.932.1.e. Nonne ecce verbum ſuper datum optimum, ſed vtraque cum homine iuſtificato.933.1.a
Eccl.23.Verbis tuis facito ſtateram.133.1.e
Eccl. 25. Si non ambulauerit ad manum tuam confundet te, à carnibus tuis abſcinde illam, ne ſemper te abutatur. 552.2.e
Eccl.25.Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani , ſic mulier linguata homini quieto. 563.2.e
Eccl.26.fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ.595 2.a
Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula,& qui poſt aurum non abÿt,nec ſperauit in pecunia,& theſauris.362.2.a
Eccl. 32. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit , & donec propinquet , non conſolabitur. 500.1.a
Eccl.34.Qui baptizatur à mortuo , & iterum tangit illud, quid prodeſt lauatio eius.72.1.a
Eccl 35.Da altiſſimo ſecundum datum eius , & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum.967.1.d
Iſa.1.Caupones tui miſcẽt aquã vino.821. 2.a
Iſa.6.Excæca cor populi huius,& aures eius aggraua. 824. 2. e Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni,ſex alæ alteri,&c. 828. 2. d Domus repleta eſt fumo.829.2.a
Iſa. 7. In die illa radet Dominus in nouacula conducta in ÿs qui trans flumen ſunt , in rege Aſſyriorum , caput & barbam vniuerſam. 829.1.b
Iſa 9.Lætabuntur coram te , ſicut qui lætantur in meſſe,ſicut exultant victores capta præda, quãdo diuidunt ſpolia.778. 1.b,& 230.1. c
Iſa 9 Iugum oneris eius, & virga humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madian.858.2.d

Iſa.9.

Iſa. 9. Factus eſt principatus eius ſuper humerū eius. Chald. ſuſcepit ſuper ſe legem, vt ſeruaret eam. 950.1.b

Iſ. 11. Et erit ſepulchrū eius glorioſum. 798.1.a

Iſa. 14. Quomodo cecidiſti lucifer, qui mane oriebaris. 107.2.b

Iſa. 21. Vade & pone ſpeculatorem, & quodcum que viderit, nunciet; cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos venit mane & nox 1160.2.d. ео. Cecidit cecidit Babylon & Tritura mea & filij areæ meæ. 1161.1.a

Iſa. 26. Vrbs fortitudinis noſtra Sion, ſaluator ponetur in ea, murus & antemurale. 853.2.c

Iſa. 27. Viſitauit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentē vectem, &c. 857.2.c

Iſa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum. 863.2.d

Iſa. 34. Sicut cadunt folia de vite, ſic ſtella cadent de cælo. 1057.1.b

Iſa. 34. Tabeſcet omnis militia cælorum, & complicabuntur ſicut liber cæli, & omnis militia eorum deſluet. 1058.2.d

Iſa. 35. Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Gloria Libani data eſt ei, &c. 881.2.c

Iſa. 40. Conſummata eſt malitia eius. 715.2.d

Iſa. 49. In manibus meis deſcripſi te, 942.2.c

Iſa. 49. Et hæc nunc dicit Dominus formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſrael non congregabitur. 880.2.e Paruum es vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael cōuertendas, &c. Hæc dicit Dominus redemptor Iſrael ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad ſeruum dominorum. Reges videbunt, &c. e

Iſa. 55. Omnes ſitientes venite ad aquas. 48.2.c

Iſa. 56. Non dicat Eunuchus ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint ſabbata mea. 567.2.c

Iſa. 61. Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam. 282.1.d

Ier. 17. Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Benedictus vir qui confidit in Domino, &c. 517.1.c

Ier. 30. Plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta ſunt peccata tua. 482.2.d

Ierem. 31. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti. 513.2.b

Ier. 48. Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine. 800.2.b

Thren. 1. Vigilauit iugum iniquitatum mearum, dedit me Dominus in manu, de qua nō potero ſurgere. 042.1.a

Ezech. 2. Scriptæ erant lamentationes, carmen, & væ. 57.2.a

Ezech. 3. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, &c. 5.a b vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam. 9.2.d

Ezech. 4. Et tu ſume tibi ſartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te, & inter ciuitatem. 482.2 b

Ezech. 7. Immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. 1130.2.d

Ezech. 9. Tranſi per mediam ciuitatem, & ſigna thau ſuper frontes virorū gementium. 590.2.c

Ezech. 12. In conſpectu eorum, in humeris portaberis, in caligine efferēris, faciem tuam velabis, et non videbis terram. 159.1 c

Ezech. 13. Væ quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. 594.1.e, Ipſe ædificabat parietem, illi eum liniebant luto abſque palea. 2.b

Ezech. 17. Venit ad Libanum aquila grandis, & tulit medullam cedri ſummitatem frondium eius auulſit. 241.1.b

Ezech. 28. In multitudine iniquitatū tuarum & iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam. Producam ignem de medio tui, qui comedet te, &c. 1205.1.a

Ezech. 37. Sume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iuda, & filiorum Iſrael ſociorum, & tolle lignum alterum, &c. 197.1.d

Ezech. 40. Labia eorum palmi vnius reflexa intrinſecus per circuitum. 945.1.c

Dan. 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit, &c. 1077.2.e

Dan. 11. Faciat vt muniat Maozim cum Deo alieno, quem cognouit. 1031.2.d

Dā. 12. Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille trecētos & triginta quinque. 1039.1.b

Dan. 12. Eligentur, & dealbabuntur, & quaſi igne probabuntur multi. 1028.2.b

Oſeæ 1. Congregabuntur filij Iſrael, & filij Iuda pariter, & ponent ſibimet caput vnū, &c. 197.2.a

Amos 6. Lætamini in nihilo. 228.1.c

Amos 7. Armentarius ego ſum, vellicans ſycomoros. 730.2.d

Amos 8. Mittam famem in terram, non panis, ſed audiendi verbum Dei. 208.2.a

Ion. 4. Aſcendit hedera ſuper caput Ionæ, lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna. 228.2.a

Iona 4. Lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna & parauit Dominus vermem aſcenſu diluculi.11.2.a

Aba.3.Percuſſiſti caput de domo impij.1024.2.e

Abac.3.Suſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ.714.1.c

Agg.1.Qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.989.1.a

Agg.2.Veniet deſideratus cunctis gentibus. 249.2.e

Zach.2.Abſque muro habitabitur Ieruſalem, præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.853.1.e

Zach.4.Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ illius ſuper illud.1187.2.e

Zach.9.Exulta ſatis filia Sion iubila filia Ieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam.767.2.d

Zach.9.Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos de lacu, in quo nõ erat aqua. 777.1.e

Zach.11.Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, alteram funiculum.192.2.d

---

DE NOVO TESTAMENTO.

Loca quædam Euangeliorum extra propriam ſedem ab Auctore expoſita annotare potuiſſem: ſed quoniam ea omnia, in propria ipſorum ſede, vel in prioribus tomis vel in hoc ipſo declarata ſuſius habentur, vt nihil dicam de quarto tomo, qui toti operi addet coronidem, ea in hoc tomo annotare duxi eſſe ſuperuacaneum, venio itaque ad Acta Apoſtolorum & reliquos noui Teſtamenti libros, ex quibus ipſe has ſententias in locis hic notatis expoſuit.

ACT.2.Dextera Dei exaltatus & promiſſione Spiritus ſancti accepta à Patre, effudit hunc quem vos videtis, & auditis.52.2.d

Act.2.Quotidie perdurantes vnanimiter in templo, 525.1.e

Act.15.Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe, & erant vnanimiter omnes perſeuerantes in Porticu Salomonis.1.e

Rom.1.Reuelatio iræ Dei de cælo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam, &c.130.2.e

Rom.6.Gratias Deo, quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde.738.1.b

Rom.8.de peccato damnauit peccatum.817.1.d

Rom.8.Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.1097.2.b, Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens.1100.1.c

Rom.9.Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.516.2.b

Ro.11.Cõcluſit Deus omnia ſub peccato.477.1.d

Rom.11.O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.238.2.b

Rom.11.Amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi, & multa alia ex eodem cap.880.1.e

Rom.12.Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.611.2.c.

Rom.13.Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.929.2.b

Rom.13.Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.634.2.c

Rom.14.Miniſterium meum honorificabo. 327.2.d

1.Cor.4.Per euangelium ego vos genui.945.1.e

1.Cor.6.Si in vobis iudicabitur mundus indigni eſtis qui de minimis iudicetis.1096.1.b

1.Cor.7.Volo omnes eſſe ſicut meipſum 907.1.b

1.Cor.7.Si nupſerit virgo non peccauit.566.1.d

1.Cor.7.Sed ad id quod honeſtum & quod facultatem habeat ſine impedimento Dominũ obſeruandi. 130.1.e

1.Cor.7.Seruus vocatus es non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere, &c.95.2.a Nolite fieri ſerui hominum.2.e

1.Cor.7.Qui habent vxores tanquam non habentes ſint.375.1.e

1.Cor.7.Præterit figura huius mũdi.1097.2.e

1.Cor.8.Nec enim ſi manducauerimus abundabimus.177.1.d

1.Cor.9.Et ſi Euangelizauero, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit, væ autem mihi ſi nõ Euangelizauero.489.1.a. eodem. Non ſic pugno quaſi aerem verberemus, ſed caſtigo corpus meum.498.2.c

Digitized by Google

1.Cor.12.Excellentiorem viam vobis demõſtro. 1186.2.E

1.Cor.13.Cùm venerit quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt. 584.1.a. Ex parte enim cognoſcimus, C

1.Cor.15.Quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt, comedamus, & bibamus cras enim moriemur. 1070.2.e, eod. Caro & ſanguis & regnum Dei poſſidere non poſſunt. 1071.2.C

1.Cor.15.Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. 1070.2.d, eod. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. 1071.2.E

1.Cor.16. Si quis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non amat, ſit anathema maran Atthah 928.1.C

2.Cor.2.Non contemplantibus nobis quæ videntur ſed quæ non videntur. 323.1.C

2.Cor.4.Deus autem qui dixit de tenebris lucẽ ſpledeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationẽ ſcientia charitatis dei &c. 237.1.d

2.Cor.4.Id quod momentaneum eſt tribulationis noſtræ, ſupramodum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur &c. 262.2.D

2.Cor.5 .Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos iuſtitia Dei efficeremur in ipſo. 125.2.A

2.Cor.6.Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. 1191.2.D

2.Cor.7.Capite nos. 557.1.D

2.Cor.9.Qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 260.2.E

2.Cor.11.Deſpondi vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto. 361.2.B

2.Cor.12.Libentiſſimè impendar, & ſuper impẽdar pro vobis. 187.1.C

2.Cor.12.Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. 672.2.E

Gal.2.Quomodo gentes cogis Iudaizare. 367.2.A

Gal.2.Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. 228.1.B

Gal.5.Omnis lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. 919.2.C

Gal.6.Communicet autem is, qui catechizatur verbo ei qui ſe catechizat in omnibus bonis. 205.1.D

Gal.6.Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. 1145.2.D

Gal.6.Dum tempus habemus operemur bonum. 343.2.B

Gal.6.Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. 738.2.C

Epheſ.1.Elegit nos Deus, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius. 544.2.D

Eph.2.Ipſe eſt pax noſtra, qui facit vtraque vnum. 180.1.E

Eph.4. Deſcendit ad inferiores partes terræ. 1115.2.B

Eph.4.Induite nouum hominem. 167.2.A

Ep.4.Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. 164.1.d

Ep.5.Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino ut filij lucis ambulate. 1183.1.d

Eph.5.ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti thoracem iuſtitiæ. 316.2.e

Eph.5.Sacramentum hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chriſto & Eccleſia, 562.1.b eod. Adhærebit vxori ſuæ. 561.1.a

2.Phil.2.Cùm metu & tremore ſalutem veſtrã operamini, Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle & perficere. 638.1.c

Phil.3.Non quod iam acceperim aut iam perfectus ſim, 584.1.d, ad deſtinatum proſequor, ad brauium ſupernæ vocationis. 371.1.c

Philip. 3. Comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. 394.1.e

Coloſſ.1.Adimpleo ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. 820.1.b

Coloſſ.2.Expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. 829.1.b

Coloſſ.2.Expoliantes vos veterem hominem cũ actibus ſuis, & induentes nouum. 337.1.a

Coloſſ.3.Induentes vos nouum hominem, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. 338.1.c

2.Theſſal.2.cuius aduentus eſt ſecundum operationem Satanæ, &c ijs qui pereunt. 1050.1.b

1.Theſſal.4.Dominus in iuſſu, & in voce Archãgeli, & in tuba deſcendet de cælo. 1068.2.d Rapiemur cum illis. 1061.1.b

1.Theſſ.4.Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur ſimul rapiemur, cum Chriſto in aera. 1081.1.c

2.Theſſal.2.Myſterium iam operatur iniquitatis. 1025.1.c, eodem, ita vt in templo Dei ſedeat. 1026.2.e, 1.a, eod. Nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis, &c Item. Ne quis vos ſeducat vllo modo, quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, &c eod. d. 1027.1.d, eod. oſtendẽs ſe quaſi ſit Deus. e.2.

1.Tim.1.Finis præcepti eſt caritas. 920.1.c

1.Tim.2.Mulier ſaluabitur per filiorum generationem, ſi permanſerit, in fide, & dilectione, & ſanctificatione. 562.2.a

1.Tim.3.

Index locorum Sacræ ſcripturæ.

1.Tim.3.Qui epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat. 857.2.c

1.Tim.5.Nemini cito manum impoſueris.570, 2.c

1.Tim.6.Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 271.2.b

1.Tim.6. Qui ſolus habet immortalitatem, 578.1.b

2.Tim.1.Chriſtus deſtruxit mortem, illuminauit autem vitam. 75.1.e

2.Tim.4.Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos per aduentum, &c. 207.2.c

2.Tim.4.Inſta opportune importune. 1211.2.b

Tit.2.Vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. 632.2.c

Hebr. Relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. 372.1.d

Heb.2.Abundantius oportet nos obſeruare quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus. 136.2.e

Heb.2.Ipſe participauit eiſdem, vt per mortem deſtrueret eum, qui mortis habebat imperiũ. 819.2.c

Heb.2. Decebat autem eum per quẽ omnia, & propter quem omnia, auctorem ſalutis eorum, per paſſionem conſummare. 353.1.b

Hebr.4.Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. 193.1.d

Hebr.4.Feſtinemus ingredi in illam requiem, vt ne quis in ipſum incidat incredulitatis exemplum. 376.1.b

Heb.9.Si ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſãctificat, &c. 126.1.d

Iac.1.Qui autem perſpexerit in legem perfectã libertatis. 94.1.b

Iac.2.Sic loquimini & ſic facile quaſi per legem libertatis incipientes iudicari. 595.1.d

Iac.5.Multum enim valet oratio iuſti aſſidua. 282.1.a

1.Pet.1.In obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. 127.1.d

1.Pet.1.In quem deſiderant Angeli proſpicere. 370.1.e

1.Pet.2.Ipſi tamquam lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum. 314.2.e

1.Pet.4. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, quaſi boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. 1165.2.e

2.Pet.1 Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis, 544.2.c

2.Pet.3.Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant prius & de aqua & per aquam conſiſtẽs Dei verbo. 1063.2.e, per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. 1046.1.b Cæli magno impetu tranſient. e

1.Ioan.3.Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua ſed opere & veritate. 932.2.c

1.Ioan. 2.Non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis permãſiſſent vtique nobiſcum. 882.2.d

Apoc.1.Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. 1076.1.a

Apoc.1.Oculi eius tamquam flamma ignis. 555.2.a

Apoc.1. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. 1045.1.a

Apocal.3.Qui vicerit ſedebit mecum in throno meo. 709.1.a

Apoc.6.Vſquequo Domine non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum ab iis, qui habitant in terra. 591.1.d. Dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec impleantur conſerui eorum. 2.c

Apocal. 6. Cælum receſſit ſicut liber inuolutus. 1093.2.e

Apoc.13.Dedit illi draco virtutem ſuam. 1024, 1.b.

Apoc.20.Vidi thronum magnum, candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit cælum, & terra, & locus non eſt inuentus & vidi mortuos &c. 1143.2.e

Apoc.21. Ipſa ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo. 1104.1.b

Ieſu Chriſto ſcientiarum Deo laus & gloria.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM COPIOSISSIMVS, QVAE

In hoc opere toto continentur.

In quo lectori eſt animaduertendum, pleraſque omnes, quæ hic habentur, morales maximè ſententias, non tam eſſe Auctoris ipſius verba, quàm veterum Patrum ſermones: ex quo illas maiori in pretio habendas eſſe perſpiciet.

A

ABNEGATIO duplex eſt, ſicut & Chriſti ſequela. 586. 2.e

Abominatio deſolationis quæ ſit & prima ex D. Hieronymo. 1007.2.b. Non poteſt eſſe imago Cæſaris, nec Adriani equeſtris ſtatua. c.

Abominatio deſolationis eſt iuxta Origenem Imperator, & Romanus exercitus 2. d. Refutatur hæc opinio. d. Alij prophanationem templi, quæ à zelotis facta eſt. 1008. 2. e. Abominationem Hebræi Idolum vocant. 2. e. Abominatio deſolationis Antichriſtus intelligitur d. e. vbi de Abominatione Daniel locutus ſit. 1009. 2. c. locus ille quomodo interpungendus ſit, 1010.1.c.

Abominatio deſolationis eſt hæreſis, quæ ſtat in loco ſancto, quando in vrbe ſtat, in qua fuit olim ſanctitas, 1041. 1. c. Abominatio eſt peccatum mortiferum. 1044. 2. c. abominationem pellat. 1045.2.b

Abominatio deſolationis an exercitus Romanorum dici poſſit, iterum quæritur. 1010. 2. c

Abrahæ ſinus cur dicatur locus in quo ante Chriſtum piorum animæ quieſcebant. 470.1 b. in Abrahæ ſinu cur potius Lazarum viderit, quàm in ſinu Adæ diues. 472. 2. c.

Abrahami modeſtia & humanitas erga damnatum 474. 2. e. Abrahæ ſinus locus erat conſolationis, & Orcus tormentorum. 475. 2. d. in ſinu Abrahæ iuſti dolorem patiebantur. 476 1 a.

Abraham quomodo diem Domini viderit, & quis ille ſit 711. e. Abraham exultauit, vt videret diem Domini, vnde quæritur quando exultauit 2. b. Abraham habuit viſionem S. Trinitatis.

Abraham vidit diem Domini per reuelationem 121. 2. b. hoc intelligitur de tẽpore aduentus Chriſti incarnati, 1. e. Non pugnat cum hac interpretatione locus Lucæ. Prophetę voluerunt videre. *c. Abraham vidit diem Chriſti multis modis, 139.1.b.*

Abſconſio Chriſti de templo quid deſignet. 141. 2.d.e.

ἄγνος Græcè & caſtum, et mundum, & plantam ſignificat. 12. 1.e.

Adæ verba quib. matrimonium ſtabilitur quomodo Chriſtus dicat à Deo prolata, quæ Abraham dixerat, 549. 1. a. Adam & Eua fuerũt vna caro duabus de cauſis, & quæ illæ. 550. 1. a. Adoleſcens qui Chriſtum interrogauit de via ſalutis, an fuerit legiſperitus. 576. 2. a. Non fuit legiſperitus, de quo ſcripſit Lucas. 6. nõ acceſſit ad Chriſtum tentandi gratia. 1. b. Adoleſcentis huius interrogatio maximè cõmendatur c. ad hunc Adoleſcentem Chriſti reſponſum ab Euangeliſtis variè relatum conciliatur. 578. 1. c. Explicatur dictum cur me dicis bonum *1. a. Phariſæus non fuit, nec Phariſaica inflatus ſuperbia. 1. e. Cur quæ mandata eſſent interrogauerit. 2. a. Adoleſcenti huic cur Chriſtus ſola ſecundæ tabulæ mandata propoſuerit. 2. e. An mentitus ſit dicens ſe omnia præcepta ſeruaſſe. 581. 1. c.*

Adoleſcens qui dixit ſe mandata ſeruaſſe, non fuit mentitus. 582. 1. e. Adoleſcentem hunc quo Chriſtus amore dilexerit. 1. c. ei Chriſtus poſt actum dilectionis conſilia ſequẽdi viam aperuit. d. Adoleſcens cur ex Chriſti colloquio mæſtus diſceſſerit. 587. 2. c.

Adoleſcẽtia ætas quibus ſit malis ſubdita. 589. 2.c.

Ad-

Digitized by Google

4.e. Adoleſcentia proſpiciendum eſt, vt à vitijs arceatur 2. e. Adoleſcentia perit ob nimiam indulgentiam. 41 e. 1. d.
Aduentus Chriſti ſecundus terribilis & quid tunc in eo fiet. 840. 2. a. poſt Chriſti Aduentum omnia parata ſunt ad conuiuium, non ante. 505. 2. e.
Aduerſarius diabolus quis dicatur, & peccatum ſignificat, vel etiam dæmonem. 336. 2. b hoc effugere ſummopere conuenit. e.
Aduerſarium ſynderesim alij interpretantur. e. per Aduerſarium litterali ſenſu is, qui nobis aduerſatur intelligitur, cũ quo Chriſtus monet nos debere reconciliari. 2. b. Aduerſarius noſter eſt Ethnicus homo. e.
Adulatores laudem ſuam tanquam oleum venditant ſtultis. 893. 2. a. adulatio eſt munus ab ore, largitio munus à manu. c. Adulatione oblectamur, demulcemur, capimur. 890. 1. a. Adulator ſimilis eſt Iaheli, quæ Siſaram clauo confixit. c.
Adulteræ mulieris hiſtoria à quibuſdam dubia iudicatur. 59. 1. a. b. eſt canonica, & iam in omnibus habetur codicibus tam Græcis quàm Latinis. 1. d. Adultera mulier quomodo ad Chriſtum adducta ſit 60. 1. e. Adulterij pœna quæ eſſet ex lege Moſaica. 1. c Quid in hac cauſſa Adulteræ mulieris contra Chriſtum Phariſæi voluerint e. hoc voluerunt, vt ſi Adulteram abſolueret, eum tanquam præuaricatorem legis damnarẽt, ſi damnaret, eum crudelitatis apud populum damnarent. 61. 1. c. Adulteræ iudicium Chriſtus declinare potuit, ſed noluit, & cur. d. e. Adulteræ accuſatorum, id eſt Phariſæorum factum admirabile, ſubito obmutuiſſe et diſceſſiſſe 63. 2. d. & rurſus. 64. 1. b. Adulteram cur Phariſæi ſecum diſcedentes non abduxerint 64. 2. b. Seniores cur prius diſceſſerint quã alij d. Adultera an à ſatellitibus adducta ſit, & quomodo ſola cum Chriſto manſerit 65. 1. d. eam quomodo Chriſtus abſoluerit. 1. e eſt à pœna, & culpa abſoluta, b in hoc iudicio mirabilis Phariſæorum fuga repræſentatur. 66. 1. a. Adulteram Chriſtus ad ſe duxit per Phariſæos. 70. 2. e in Adulteræ iudicio Phariſæi peccata ſua viderunt, ſed ea non ſunt confeſſi. 66. 1. e
Adulteram mulierem Deus mandauit lapidari, ſed Chriſtus ei pepercit 67. 2. e Adulteriũ Chriſtus occidit, non adulteram. 8. a
Aegrotus prius animæ, poſtea corporis medicum accerſat. 40. 2. c.
Ætas noſtra fœlix hoc nomine, eſt, quod in ea aperta eſt via ad prædicandum Euãgelium ignotis antea gentibus. 728. 1. e
Aetate in omni vigilandum, ſed in ea maximè, quæ maioribus eſt expoſita tentationibus. 321. 2. e
Ætas nulla regno Dei infirma eſt. 411. 2. d
Affectus inuadunt nos etiam nolentes, Chriſtus affectuum Dominus erat. 662. 2. e
Affectus Chriſtus in poteſtate habebat, nullumque patiebatur inuitus. 583. 1. b Affectum horroris mortis cur Chriſtus pati voluerit. 2. b
Alabaſtrum quid ſit, & an verè fuerit vas vnguentarium. 750. 2. b
Alabaſtrum cur Maria fregerit, cùm eſſet vas pretioſum 752. 1. d
Alienigenæ ſimilem oportet eſſe eum, qui gratus eſſe vult. 289. 1. b
Alter alterius culpam quiſque facilè intelligit, ſuam autem difficulter. 709. 1. b
Altilia vnde dicantur, & quæ ſint. 869. 1. e Altilia & tauri ſpiritualiter quid ſignificent. 867. 1. e
Ambitio ſcenam deſiderat, & inanis gloriæ hominum oculos. 367. a
Ambitioſi & honorum cupidi grauiter arguuntur. 716. 1. e
Ambitioſus cogitet quàm breuis ſit honorum ſplendor. 717. 1. d
Ambitio crux eſt ambientium, nihil acerbius ea cruciat b.
Ambitio vt dominetur prius ſeruit, curuatur obſequio, vt honore donetur. 718. 1. c. Ambitio eſt infinita & inſatiabilis b.
Ambitio ſancta quædam eſt, quæ eſt rerum verè magnarum, & cæleſtium 719. 1. b
Ambulare ſignificat viuere, & operari. 353. 2. d
Amicus de via veniens, eſt ipſe homo qui de peccato ad ſe ipſum reuertitur. 278. 1. a Amicus noſter magnus Chriſtus eſt. 279. 1. b. Amicus Chriſti eſt martyr, & ſic Chriſtus eũ vocat. 298. 1. b
Amici Dei morbis, varijſque afflictionibus impetuntur 677. 2 d. hoc multis exemplis comprobatur. e Amicorum Dei in afflictionibus qualis eſſe debeat conſolatio. 678. 2. b. Amicis Dei quantum afflictiones boni conferãt. c
Amor vnctum, id eſt, Meſſiam, occidit, & ſepeliuit. 759 2. d
Amorem ad reddendum Chriſto præclara exhortatio. 895. 2. d
Amor bonus eſt, & malus, & odium eſt bonum, & malum. 386. 1. d Amor Dei, & proximi cũ prauo odio copulari non poteſt, ſed cum ſancto e.
Amor fons eſt, quo irrigandæ omnes animæ potentiæ

Digitized by Google

tentia.927.1.d

Amoris Dei teſtis fidelis eſt Chriſtus crucifixus.1.e

Amorem Chriſtus incendit amore noſtrum ſuo.528.2.a

Amor lenit, caritas facit ſine felle more columbino.703.1.a

Anathemata ſunt dona quæ in templis dicata ſuſpenduntur.992.2.b

Ancillarum olim erat molere.1007.2.c

Angelus eſt is cuius cor in cælo verſatur, talpa eſt, cuius cor in cœno defoſſum eſt.302.2.a

Angeli quodammodo contremiſcent ob ſigno iudicij.1019.2.d

Angeli terrebuntur terribilibus immutationibus vniuerſi.2.e, Angelorum quatuor actiones in reſurrectione hominum.383.1.b

Angeli boni an mereantur gloriam propter cuſtodiam, & mali pœnam ob tentationes, 1043 1.a, Angeli iudicabũtur in extremo iudicio, d

Angeli ſunt fortiſſimi Chriſti milites ad Eccleſiam propugnandam.854.1.c

Angeli qua ratione Deum venerentur.396.

Angelos vocat Chriſtus Apoſtoles.14.1.b

Anglia his temporibus turbidis multos martyres protulit.169.1.d, his quædam dicta Canticorum accommodantur.2.a

Anima noſtra luce caritatis, & bonorum operum ornantur maximè 1170.1.d Anima pulchritudo caritas eſt, & quantũ in te creſcit amor, tantùm creſcit pulchritudo.e, in anima, quæ alant caritatem.2.c

Anima hic peregrina eſt, neo perfectè corpori dominatur.709.2.c

Anima tribus muris munita eſſe debet, fide, bonis operibus, & conſideratione rerum æternarum.169.2.e, Anima ponere eſt mori.182.1.b

Anima peruerſa amara eſt futurorum memoria.787.2.b, Animam ſuam amant, quomodo eã perdit.797.2.b

Anima an poſſent ex ſinu Abrahæ, ad tormentorum locum permeare.516.1.a, Animæ Beatorum an habeant voluntatem ſuccurrendi eis, qui in inferno ſunt poſiti, b, Anima à corpore ſeparata moueri poteſt, & ex vno loco extra.327.2.c

Animã ſpiritalem eſſe conſtat, neque oculos vel membra vlla habere.311.2.a, Animæ membra cur tribuantur, c

Animæ defunctorum cur ad nos ſæpè ex inferis non mittantur.278.1.c

Animæ iuſtorum portantur ab Angelis in cælũ.871.2.e

Animas furari cælo & Deo, grande peccatum eſt, & qui hoc faciunt.149.2.d

Anima de ſtercore peccatorum leuanda, antequã porcorum pedibus conculcetur.157.1.a

Animarum lucrum expetit Dominus à prælatis: 131.1.e, Animam quaſi eſſet aliena non curamus.342.2.a

Anima vinea Domini eſt, quæ ſæpè circundata eſt & qualis illa.823.2.a, Anima hominis ſponſa eſt Chriſti.514.1.a, in anima duplex eſt imago Dei, naturalis, & ſupernaturalis, & quæ ſit.523.2.b

Anima rationalis cæteris præter Deum occupari poteſt, repleri non poteſt.415.2.b

Anima hominis immortaliter mortalis eſt, & moraliter immortalis.633.2.b, animæ mors per peccatum, quanto ſit grauior morte corporis, d, Animæ mors inſtar ſomni eſt, 67.1.a,

Animus generoſus haurit calicem, timidus potiùs peccatum quàm calicem haurit.720.2.b

Animæ quæ ſunt in inferno an loquãtur cum ijs, quæ ſunt in limbo, vel purgatorio.463.1.a

Animæ Chriſto lucrari debent omnes diligenter curare.1210.2.b, per phialas & cyathos qui tabernaculo deſeruiebant, ſuit deſignatum doctos & indoctos, huic officio debere incumbere e.

Anima repetitur à Deo, & proinde immortalis eſt.307.1.e, Anima auari nocte repetitur, & quid hoc ſit.309.1.a

Anima noſtra quomodo odienda ſit.383.1.d, Anima non ſatiatur temporalibus, aliquid æternum donet ei Deus.414.2.e

Animæ ante Chriſti aduentum in cælum non aſcendebant.459.2.a

Anima Lazari quomodo portata ſit ab Angelis in ſinum Abrahæ.459.2.e

Animalia plena oculis ante, & retro quid deſignent.1158.1.c

Animus ſi eſt immundus, corpus perfectè mundum eſſe nequit.969.2.b

Animam dilexit Deus per ſummam miſericordiam vocans, & trahens.994 1.d

Antichriſtus non eſt nomen proprium illius beſtiæ, ſed ſic nominatur, donec veniat.1022.2.d, Antichriſti, & veri Chriſti antitheſes.1023.1.a, Antichriſti nomen communicatur multis ſeductoribus, c. Antichriſti nomẽ litteras continebit, quæ 666. numerũ faciant. 1.e, Iudæus erit ex tribu Dan, & phantaſticã aſſumet ex muliere impudica carnem.1.c, Antichriſtus nõ erit diabolus, ſed homo verus, 2.e, diabolicus.1024.1.ex Babylone veniet et erit vera abominatio deſolationis.b, Magus erit &

multis ſceleribus contaminatus,e, Multos habet præcurſores,& habebit,1025.1.e, Orbis erit monarcha Diaboli induſtria.2.a, Iudæi pro Meſſia illum colent, & honorem illi regis deferent,c,Antichriſtum hi recipient pro vero Meſſia in pœnam veri Meſſiæ non recepti.2.e

Antichriſti tempore erunt decem reges, quibus ipſe dominabitur.1026.1.d,regia eius ciuitas futura erit Ieruſalem.1027.1.c.Antichriſti monarchia extinguet Romanum imperiũ,2.Antichriſtum Deus regnare permittet propter monſtra hominum, id eſt, peccata,1028.1.b, Antichriſtus factus monarcha omne ſuũ virus exeret,& Deum ſe faciet.2.d.atrox inferet bellum Chriſti cultoribus,1029.1.c,Bellum geret cum Sanctis,d,auferet iuge ſacrificium, ideſt, Miſſam, quæ tamen occultè celebrabitur,e, Antichriſti charaćter quis futurus ſit.1030.2.a, Antichriſti pſeudopropheta faciet adorare charaćterem eius, 2.b. Antichriſtus erit Dæmonis cauda, qui trahet ſtellas de cœlo.c, quibus rebus ad ſe Chriſtianos trahet, & quibus tormentis afficiet, d. Antichriſtus à Chriſto interficietur,2.e, de morte Antichriſti conciliantur Ioannes & Paulus. 1031.1.c

Antichriſtus occidendus à S. Michaele iuſſu Chriſti,1.e,Antichriſtus ex monte Oliueti volens in cœlum aſcendere, à Chriſto occidetur, 2.b, inter Antichriſti mortem & extremi iudicij diem quot dies intercedent,c,d,poſt Antichriſti mortem vſque ad iudicium aliquot annorum ſpacium intercedet. e, Antichriſto mortuo, & falſitate eius detećta totus mundus ad Chriſtum conuertetur.1032.1.a,Antichriſti tempore multi erunt pſeudochriſti, ſed vnus præcipuè.2.d

Antichriſtus paſtor ſtultus dicitur,& quomodo. 192.

Antichriſti poſt cædem multi erunt qui diem iudicij non expećtabunt, ſed vacabunt ſolitis occupationibus.1035.1.d, denique erunt tam probi,quàm improbi.1036.1.e

Antichriſto occiſo pauci erunt in terra fideles. 503.2.e

Antonio quid Chriſtus reſponderit,de ſua deſertione quærenti.680.1.a

Apadno quis locus ſit & quid ſignificet.1037.1.a

Apoſtoli an reliquerint omnia quæ habebant voto nuncupato 985.2.d,Apoſtoli in iudicio extremo quali iudicio ſunt iudicaturi.2.e, Apoſtoli iudicabunt mundum vniuerſum, non Iudæos tantùm.1 08.1.a

Apoſtoli à Chriſto paruuli. vel alii dicuntur, & cur.230.2.e, Apoſtoli ſatores Euangelij electi ſunt,propter ſummam illorum humilitatem, 237.1.c,Apoſtolos Chriſtus vbi doceat ſeruandam eſſe ciborum frugalitatem. 264.1.c

Apoſtoli niſi fuiſſent præclaris virtutibus ornati,numquam ad fidem homines attraxiſſent. 1025.1.d

Apoſtoli quomodo Chriſti ſermonem de morte,& paſſione eius non intellexerint.700.1.e,ex Apoſtolis quidam hunc ſermonem intellexerũt, & quidam non 2.d, Apoſtoli non intellexerunt, quia non ſapiebant, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.701.1.c.Auctoris de hac re ſententia,d, Apoſtoli de duobus fratribus indignati quomodo à Chriſto compreſſi ſint.709. 2.d

Apoſtoli ſoli an ſint cum Chriſto mundum iudicaturi,vel etiam alij,qui Chriſtum,ſicut Apoſtoli,ſequuti ſint.601.2.b,hoc priuilegium ijs tribuendum non eſt, qui tepidè Chriſtum ſequuti ſunt,602.1.d, Soti ſententia quæ Auctori probatur, & Auctoris imperfećta e, duplex huius loci ſenſus, quem Auctor ipſe profert.603.1.a,Apoſtoli fuerunt Eccleſiæ paſtores,poſt Chriſti aſcenſionem, ſed in his Petrus excelluit b,Apoſtoli pauca reliquerunt,ſi ſpećtemus bona,ſed ſi animum,multa,2.d

Apoſtoli qui à Chriſto miſſi ſunt in Samariam, qui fuerint, & cur potiùs Ioannes & Iacobus dixerint,vt ignis ſuper eos deſcẽderet.15.1.a Apoſtolis Chriſtus cur noluerit concedere, vt ignem de cœlo euocaretur,2.c

Apoſtoli cur prophetæ, & ſapientes, & ſcribæ à Chriſto dicantur.974.1.a

ἀποσωματίζειν quid ſit & vnde dicatur.293. 2.e

Apoſtata ſal eſt infatuatum.386.1.a

Apoſynagogus idem eſt quod excommunicatus. 149.2.a

Aqua viua eſt, quæ mouetur, mare mortuum quod non mouetur.50.1.b

Aqua viua,& mortua quæ ſit moraliter.51.1.b

Aqua luſtralis Hebræorũ fiebat ex cinerib. vaccæ rufæ,& quid portendebat.126.2.e

Aquila nobis præbet exemplum renouationis. 507.1.a,ſerpens 2.b, & terra etiam, ſed cauenda alia vel talis abiećtio.e

Aquilæ congregantur vbi eſt corpus, quis ſenſus ſit horum verborum 1051.2 b,Aquilæ an hic vocentur omnes homines, an iuſti tantum b, diuerſus eſt apud Lucã,& Matthæum horum verborum ſenſus, d. Significant Aquilæ tam probos,quàm impios.2.a,Euchariſtiæ quomodo ver-

de hac verba adaptentur.1012.1.d, Eccleſia etiam Catholica.1.e
Arbores quæ fructum producunt, quemodo futuræ æſtatis ſunt ſigna.1228.2.a
Arca teſtamenti, Antichriſti temporè apparebit, 1031.1.a, cur tunc apparebit.b
Archiſynagogus populum increpat, quod in Die Sabbati ad Chriſtum ſanitatis cauſſa conueniret, ſed eum Chriſtus redarguit.345.1.b
Areſcentes homines præ timore quomodo dicantur, 1059.1.e
Ariani qui de Chriſti diuinitate malè ſentiebant redarguuntur.706.2.b.
Arrogans quibus ſignis demonſtretur.509.1.a
Aſina & pulli quibus Chriſtus inſedit ſignificationes 779.1.c. cur eis Apoſtoli veſtimenta impoſuerunt, ut in eis Chriſtus ſederet.2.d
Aſſumendum unum, & alterum relinquendum in die iudicij quid ſit.1127.1.a, Aſſumendi ſunt duo ex uno lecto, qui ſint illi.2.b
Aſſumptionis dies eſt tempus tranſitus ex hoc mundo, & aſcenſionis in cælum.4.2.a
Ἄσωτος quis ſit & quis dicatur, ζῆν ἀσώτως, i. viuere azotice.402.2.e
Auaritiæ horrea digna ſunt quæ deſtruantur. 305.1.c, Auaritia eſt pecuniam congregare, miſericordia diſpergere.2.a, Auarus neſcit bona, niſi ea quæ quæſtuoſa ſunt appellare. 306. 2.a, Auarus cur ſtultus appelletur.2.e, Auaro diuiti quomodo Deus loquutus ſit.307.1.c
Auaritiam fugiendam, g. πλεονεξίαν Chriſtus docet.303.2.b, Auari diuitis parabola explicatur.304.1.d, Auarus omnia concludit, nihil donat.2.d, Auarus imprudens eſt ſibi conſiliarius.305.1.a
Auaritia per hydropiſim deſignatur, & curatur purgatione.357.2.d.e
Auaritiæ deteſtatio.1205.1.b, Auarorum idolum eſt ſtatua aurea Nabuchodonoſoris. c
Auditor concionatoris qualis eſſe debeat, 946. 2.a, debet pecuniam, id eſt, doctrinam recipere cum uſura, & quæ ſit illa d, Auditor ſapiẽs eſt, qui audit & facit. 2.b, Auditor improbi concionatoris quid facere debeat.d
Aureola Beatorum qualis, & quid ſit, & quibus competat.1308.1.c, Aureola eſt in animo, ſed in corpore etiam percipitur.e, Aureola præcipua eſt martyrum, ſecunda virginum, tertia Doctorum.1.e
Auris Dei dicitur auris Zelij & cur.432.2.c
Auxilium Deus probet hominibus ad conuerſionem, non dæmonibus.212.1.c
Auxilia Deus ſufficientia nulli denegat, ſed ſuperabundantia, quibus tamen nonnulli non conuerſuntur, 218.2.b
Auxilia æqualia Deus non dat omnibus c, Auxilia interna Deus dat omnibus, & non ſuperabundantia, 219.1.b,
Auxilia quibus Deus dat ſuperabundantia, ſi non conuertuntur, grauius in iudicio punientur.c.
Auxilijs Dei utendum eſt, & nos conuerti oportet.222.2.b

B

BAlæna piſciculum ſequitur gubernatorem, & quid hoc deſignet.919.1.a
Baptiſmum cur Chriſtus mortem ſuam nominauerit, 333.2.e
Baptiſmus cur paſſio Chriſti dicta ſit.705.1.a, baptiſmus ſanguinis mors & martyrium dicitur.e
Baptizatum ad prælium oportet accingi.168. 1.c
Beatitudo cæleſtis, quam ſit ſuauis & dulcis. 186.2.b
Beatorum corpora quibus & qualibus veſtibus induentur.1308.1.e, Beatorum palatia amæniſſima erunt, & manſiones.2.a, Beati Beatos viſitabunt, & alij per aliorum manſiones diſcurrent.b. Beati in cælo quomodo habitabunt.1.d. Beati loquentur omnibus linguis, quibuſcunque voluerint.1109.1.b.
Inter Beatos nulla futura eſt murmuratio, nulla inuidia, etiamſi alius alio ſit beatior.375. 1.d. Beatitudine omni ille dignus eſt, quem mors occupat Chriſto ſeruientem.376.2.e
Beatitudinis noſtræ cõſideratio quantum nos ad laborandum monere poſſit,383.1.a, b
Beati ſunt hæredes, & beatitudo hæreditas. 1098.1.d, Hæredes filij ſunt dilecti, non impij e, Beatis cur regnum cæleſte à conſtitutione mundi paratum dicatur,2.b. Beatis trib. modis cæleſtis patria parata eſt,2.c. Beatos fratres quos Chriſtus nominet.1099.1.a, Beatorum mentes, & ipſa corda cæteris beatis erũt conſpicua.1100.2.a
Bellum Deo infert homo impius, & quid faciet, ut pacem cum illo habeat.389.1.a
Bella & ſeditiones præcedere debent Ieroſolymorum euerſionem.998.2.a
Beneficium datur propter officium.857.2.e, Beneficium poſſidens ſacerdos otio vacare non debet.a
Beneficia ad Deum per gratiarum actionem redire debent.27.1.e
Beneficijs Dei ingrati, qui, & quanti ſint, qui pro gratiarum actione offenſas reddunt. b.a
Beneficia ſunt debita & peccata,b, Beneficijs

ingratus obruitur, gratus ad amorem & gratiam ſubleuatur. 2.e

Benignitas Dei erga peccatores ad ſe reuertentes quanta ſit, 395.2.b, ea maximè in Patre Prodigi filij eluceſcit. 421.1.c.d.

Bethania fuit caſtellum prope Ieruſalem, de quo quæritur, an Martha & Maria dominæ eius fuerint. 651.1.a

Bethſage vicus propinquus Bethaniæ & Ieroſolymis, ſic Euangeliſtæ concordantur. 765.1.c, eius nominis etymologia & interpretationes, 2.a, Sacerdotum erat viculus qui ibi habitabant octonis diebus quibus miniſtrabant. b

Bona cæleſtia propriè noſtra dicũtur, & cur. 452.1.a, Boni in altera vita cognoſcunt malos, & mali bonos. 461.2.e

Bona in hac vita habere poſſe homines, & in altera, etiam quæ rationes probent. 481.1.b, reſpondetur contraria ſententiæ, c

Boni poſt iudicium malos intuebuntur; ſed mali non intuebuntur bonos. 461.2.e Boni ante iudicium quomodo malos intueantur, & mali bonos, 462.1.a

Bona an quis in hac vita recipiat, qui in altera mala etiam non recipiet. 480.2.d, planè hoc negatur. 2.e

Bona mihi gutta ſortis, eſt prior mentis eado. Auari dictum, quod emendatur. 900.1.c

Boni in cælo ſunt, in inferno mali, in terra mixti vbique. 883.1.c

C

CAdit aſina, & eſt qui ſubleuet eam, perit anima & non eſt qui reputet eam. 968.1.e

Cadus, & batus, & Ephi menſura quæ ſint. 424.2.d, & corus item 425.1.a

Cadus erat vaſis genus, & menſura. 1.d

Caipha in conciliabulo Iudæorum ſententia plena iactantia. 684.1.d, Caiphæ verba duos ſenſus continent, vnum quem ipſe, alterũ quem Spiritus S. intendebat. 2.c

Caiphas an propheta fuerit, d, fuit propheta etiã in hoc dicto, 685.1.b, in Caipha Deus Pontificiam dignitatem voluit honorare. 2.e, Caiphas Heli ſimilis. 688.2.b

Caiphas ſcit quid dicat & neſcit, dum contra Chriſtum fert ſententiam. 693.2.d

Calix Chriſti, & qualis Babylonis diuerſa propinant pocula, & quæ illa, 721.2.b, c.

Calix Chriſti quanta ſit virtute præditus, e, Calix paſſio Chriſti appellatur, quòd leuis ſit. 722.1.d

Calicem amaritudinis dulcorat farina deuotionis. 2.a, Calicem ſuum dat ſolum Deus dilectis ſuis ſedes primas dat multis impijs. 2.c

Capharnaum Bethſaida & Corozaim deſcribũtur. 216.1.d, Vbi ſcriptum ſit Chriſtum miracula in Bethſaida, & Corozaim perpetraſſe. 2.c, Capharnaum ſuperbiam Dominus increpat. 219.1.e

Capillus in reſurrectione, ne periturus quidem eſt. 1000.2.c

In Caritate omnia fiunt facilia, cui vni ſarcina Chriſti leuis eſt. 247.1.a

Caritas friget, quia cupiditas viget, caritas regnat, cùm cupiditas exulat. 931.2.e

Caritate præditus Chriſtianus, corde, ore, & opere diligit, & hoc quomodo fiat. d

Caritas illa ficta non eſt, quæ prodit ex corde, e Caritas qualiter opere exercenda ſit. 932.1.a

Caritas proximi eo vſque progreditur, vt quis ponat animam pro fratribus. b

Caritate copulata Chriſtianorum acies dæmoni terribilis eſt d

Caritas proximi ex caritate Dei emanat. 934.1.b

Caritas eſt ſupereminentiſſima via. & ſuper eminentiſſimum locum inter mandata obtinet. 1.c

Caritas via regalis eſt, quæ ad ſummi regis curiam ducit, d. Eſt ſcala Iacob d, eſt aurum fulgentiſſimum, quos cælum comparatur. 1.e

Caritatis præceptum maximum eſt, quia maximos facit & homines, & Angelos. 2.a, Caritate carens quàm paruus homo ſit, b, Caritas regina eſt virtutum, & ſupereminet omnibus, c, Caritatis præceptum maximum eſt capacitate, & opulentia. 1.d, item meritis, e, item nobilitate, 935.1.a, item diſtinctione, quia probos ab improbis diſtinguit. b, item quia maximũ eſt caritatis vinculum, c, item maximum eſt victoria, d, Caritas vincit omnia, ſed vincens non aufert vitam, ſed infert, 1.e, item eſt maximum mandatum imperio, & volatu & ſaluatione. 2.a

Caritas vna duo habet brachia, & duos pedes, & qui illi. 936.1.c

Caritatis debitum fælix eſt, cum ſoluitur non amittitur, ſed multiplicatur. 1.d

Caritas fecerat Paulum omnium debitorem, e, Caritatis præceptum totum complectitur orbem, ſed maximè Chriſtianos. 937.1.c

Caritas inter Chriſtianos tanta eſt, quanta eſt membrorum inter ſe. d

Caritatis præceptum maximum eſt fortitudine, & patientia. 938.1.a Item maximum eſt fæcilitate. b

Caritati omnia ſunt facilia c, item maximũ eſt, quia finis eſt omnium mandatorum, d, caritas finis eſt perfectionis, & conſummationis omnium mandatorum, e, Caritas inchoata, inchoata iuſtitia eſt, perfecta, eſt perfecta iuſtitia, 2.a, caritas eſt radix omniũ mandatorum, b, caritas Chriſti erga nos caritatem noſtram in ipſum maximè flagitat. 2.d.e

Caritatis diuina erga nos teſtimonia, quot & quanta. e

Caritas eſt veſtis nuptialis non fides, ſine qua caritate ſaluari nemo poteſt. 883.1.d.

Caritas eſt veſtis talaris Ioſeph. 2.c

Caritas refrigeſcit quando omnino peccati frigore aboletur. 939.1.b

Carnales affectus, & mugitus ſuperandi ab ijs, qui Chriſtum ſequi volunt. 387.1.a

Carnis cura quatenus habenda ſit, vel non habenda. 969.2.b

Carpi viſio à Dionyſio Areopagita relata, qua ſumma in peccantes Chriſti clementia oſtenditur. 210.2.c

Caſtellum non ſignificat locum munitum, ſed vicum, Græcè κωμήν. 262.1.b

Caſtellum ad quod miſſi ſunt diſcipuli, non erat Ieruſalem. 766.1.c, fuit viculus quidam è regione Chriſti & Apoſtolorum poſitus, c, fuit Bethphage, vel alius ſimilis viculus. d

Caſtitas fulgida eſſe debet, longeque ſui ſplendoris radios emittere, 365.1.a, Caſtorum religioſorum pulchra eſt generatio, immortalis eſt memoria eorum, b, Caſtitas ſine comitibus ſuis ieiunio ſcilicet & temperantia cito laſſeſſit. 2.c

Caſtitas immortalitatis comes eſt, & ſequitur immortalitatem, 904.1.c, Caſtitatem ſeruantes in hac vita immortalitatis ſtatum imitantur, e, Caſtitatem perpetuam religioſus flagitat ſtatus, planeque angelicam, 2.d. Caſtitatem ſeruare opus Dei eſt opem hominibus ferentis, 905.1.a, Caſtitatis familia noua eſt, quam Chriſtus in terris inſtituit d, caſtitatem ſeruantes ſunt Chriſti martyres, 2.b, Caſti hoſtiæ ſunt Deo gratiſſimæ d, Caſtitas angelica res eſt, & multa alia de caſtitate concione digniſſima 906.1.b

Caſtus vir Dei Patris imitator dicitur, & in quo. 315 2.c, caſtitas eximium eſt Chriſtiani cingulum, e, Caſtitatis votum cur religioſi emittant. 316.1.b

Caſtitas eſt balſamum, & clypeus. 317.2.b, eſt honor ſacerdotum, c.

Chaos quod inter ſinum Abrahæ & Tartarum fuit, quod nam ſit, & quare firmatum dicatur 467.1.c.d

Chiliaſtarum error quis fuerit, & eius refutatio. 357.2.a

Chirographum noſtrũ quod Chriſtus cruci affixit, quale ſit, & illud quomodo Chriſtus deleuerit. 813.2.b.c

Chriſtianus omnis in vinea ſua, id eſt, anima colenda quàm diligens eſſe debeat, 380.1.a, quos ad vineam ſuam colendam operarios vocare debeat. c, d

Chriſtiano Sacrorum librorum lectio eſt maximè neceſſaria. 2.b. & Confeſſio frequens, & communio ſacra, c. & Sanctorum inuocatio, & Chriſti maximè deprecatio, d, e, Chriſtianus debet habere certa tempora pijs operibus deſtinata. 891.2.a

Chriſtianus qualis eſſe debeat ex Paulo. 373.1.c debet ſedulò vacare bonis operibus. d

Chriſtianos ſequuntur opera ſiue bona ſiue mala. 2.b

Chriſtiani laborant & ſudant quo linteo ſibi ſudorem abſterget. 374.2.b

In Chriſtianos otio tabeſcentes grauis increpatio. 375.2.b.c

Chriſtianus quiſque dignè vocatione ſua ambulare debet, & quis ille ſit. d

Chriſtianum bene operantem certum eſt mercedem æternam conſequuturum, ſed ſe eſſe in gratia & mercedem conſequuturum nemo certo ſcire poteſt. 376.1.c

Chriſtianus, vel religioſus vocatione primus, fit tepiditate ſua nouiſſimus & contra. 2.b

Chriſtianis negligentibus quomodo exprobare poſſumus, ſicut Chriſtus exprobrauit ciuitatibus, 221.2.a, grauius hi punientur, quàm Ethnici plurimi, c, Chriſtiani quantùm laudare Deum teneantur, & ei gratias agere, quòd eos fidei lumine illuſtrarit. 237.2.e

Chriſtiani tota vita ſanctum deſiderium eſt. 251.2.b

Chriſtiani reliquos moribus præcellant. 258.2.c Chriſtiani omnes vt virgines partim ſunt fatui, partim prudentes, his adaptatur Euangelium de decem virginibus, b, c, Chriſtiani oleum habent in vaſis, qui opera miſericordiæ exercuerunt, non habent, qui non exercuerũt. 2.a, b

Chriſtiani etiam prudentes ſunt negligentes, ſed non vt fatui, c, d, Chriſtianus ſimilis Chriſto in hac vita, ſimilis erit eidẽ in cælo. 802.2.c

Chriſtianus in dolore & calamitatibus quomodo ſe gerere debeat. 804.2.c

Chriſtiani vita ab omni peccato pura eſſe debet. 127.2.b

Chriſtianus quomodo vitam abſque peccato mortali traducere poterit, c.

Chriſtiani hominis ſuppoſitum Deus eſſe debet, & quomodo hoc erit.128.1.a

Chriſtiani tota vita eſt in hoc mundo ſe peregrinum ducere.734.1.e

Chriſtianus ſit granum mortuum vt Chriſtus. 798.1.d

Chriſtianos omnes ex Chriſto ortos, omnino Chriſto ſimiles eſſe oportet.801.1.a

Chriſtianus eſt oliua viua, & fructifera, quando vt Deo placeat bonorum operum fructum producit.2.a

Chriſtus de hoc mundo cur ſe non eſſe dicat. 84. 2.d

Chriſtus Deum ſe eſſe indicat his verbis, niſi credideritis quia ego ſum. *85.1.c, Chriſtus dicẽs ſe eſſe* principium qui & loquor *variè explicatur.c.explicatio prima, eſt Chriſtum eſſe principium & creatorem rerum omnium.2.d, huic interpretationi Græca lectio repugnat.2.e Græca explicantur. 86.1.a.b. Maldonati expoſitio cæteris clarior.2 d. Auctoris interpretatio ab Hebræo ſermone deſumpta. 87.1.a, Explicatur vulgata editio, & principium in nominandi caſu ſumptum eſſe dicitur.2,a,b, Chriſtus quomodo probet ſe falli non poſſe, nec fallere.88.2.c, Chriſtus Patrem ſuum dicebat Deum, quod Iudæi non intellexerunt.89.1.a, Patre accepit ſapientiam & potentiam ſecundum vtramque naturam 90.1.c. Chriſtus numquam à Patre derelictus fuit.2.d. Chriſtus meruit perpetuã Patris aſſiſtentiã.91.1.a Chriſtus nõ ad pileũ ſeruos, ſed ad coronam vocat. 97. 2. d. Chriſtus oſtendit ſe Deum eſſe, eo quòd ſolius Dei ſit à peccato liberare.99.1.a, Chriſtus à Deo proceſſit per æternam generationem, & venit in mundum per incarnationem.103.1.d*

Chriſtus habebat: & ſecundùm diuinitatem, & humanitatem impeccantiam.124.2.d, cuius rei ratio redditur.2.a, Chriſtus ſuſcepit labores vitæ noſtræ, ſed non peccatum.2.e, Chriſtus fuit innocentiſſimus, & ideo in crucem actus, 125.1.e, Chriſtus fuit hoſtia pro peccato, quæ occiditur pro peccatoribus.2.e, Chriſti ſanguis iis ſolum prodeſt, qui ſeruant mandata eius.127.1.c Chriſtus non accepit illos defectus, qui gratiæ repugnant, aut ſcientiæ.131 1. d. Chriſtus in pectore gerebat inſcriptum Doctrina & Veritas.*2.a, Chriſtus non reddit maledictum pro maledicto.135.2.b, Chriſtus ſolus diem ſplendidum orbi effecit. 139. 1.a, Chriſtus verus Deus eſt, & verè nos nihil ſumus 140.2.a, Chriſtus ſe patefecit in horto ignorantibus, qui ſe abſcondit in templo ſcientibus, 141.1.c, Chriſtus mortem elegit, & tempus & locum, 142.1. d Chriſtus inunxit oculos non palpebras cæci.141.1.b*

Chriſtus ſua ſpõte morti ſe expoſuit.182.e, Chriſtus apertè ſe oſtendit Deũ & hominem, 2. d Chriſtus vt homo præceptum moriendi accepit à Patre, e, Chriſtus humilis oſtium eſt, qui vult per Chriſtum intrare humilis eſſe debet.183.1.e, Chriſtus eſt oſtium virtutum, 185.1.e, & tale, cum quiſquis illud ingrediatur, per merita & fidẽ ipſius illud intret.2.a, Chriſtus eſt bonus paſtor, & eius deſcriptio, 191.1.e, inſignia boni paſtoris omnia habet, & quæ ſint illa, 2. a, b, Chriſtus paſtor inſignis, & Dauid vocatur.192. 1 d, Chriſtum paſtorem oues tenerrimè diligunt.2. a, Chriſtum quantum diligat ſponſa declaratur in Cant.c. Chriſtus cognoſcit oues perfectiſſima cognitione.193.1 c, Chriſtus ſignat ſuas oues, 2.a, Chriſtus quomodo quoſdam non cognoſcere dicatur 199.2.e, Chriſtus præſtantiſſimam animam pro ouibus poſuit 195.1.e, Chriſto debebatur propter vnionem immortalitas & impaſſibilitas.2.c, Chriſtus quando ciuitatibus exprobrauerit, in quibus miracula fecerat.216.1.b

Chriſtus ad ſepulchrum Lazari flens veritatem humanæ naturæ iudicat 663. 2. d, Chriſtus cur ad ſepulchrum Lazari ſit lachymatus 664.1.a, Chriſtus ex lætitia potiùs, quàm ex dolore lachrymatus eſt, 2.a, Chriſtus propter peccata fleuit, quæ homini mortem pepererãt, 665.1.a, Chriſti lachrymæ eius in Lazarum amorem teſtantur, c. Chriſtus rurſus fremuit in ſemetipſo, & quid hoc ſit.c,d, Chriſtus antequam miracula faciat, non preces fundit, ſed gratias agit.667.2.c, Chriſtus in reſurrectione Lazari quid petierit, de quo ſit à Patre auditus, e, Chriſtus à Patre poſtulauit Lazari reſuſcitationem, 663.1. e, Chriſtus poſt ſuſcitationem non iuit ad domum Marthæ & Mariæ, & cur.670.1. a, Chriſtus eſt reſurrectio & vita & cur 677.1.e, Chriſtus cur amico Lazaro non ſtatim ſuccurrerit, & quid hoc ſignificet.679.2.c

Chriſtus non venit à ſe, ſed ab alio ſecundum humanitatem.104. 1. d, Chriſtus ſe probat digniſſimũ, cui credatur, 111.1.a, ſe ſuorũ inimicorum iudicio ſubiicis.1.d, Samaritanum Chriſtum vocatum à Iudæis numquam legimus, dæmoniacum ſæpius, 112.2. b. c. cur Samaritanum eum dixerint, e, & dæmonium habere, 113.1.a, Chriſtus Deum maximè honorabat, et illi debitum honorem tribuebat 1.d, Chriſtus quomodo gloriam ſuam non quæſierit, 114.1.e, Chriſtus manifeſtè dicit Patrem ſuum

Digitized by Google

ſuum eſſe Deum,1.a, Chriſtus eſt Abrahamo maior,119.1.e, Chriſtum accedere ad quinquaginta annos cur Iudæi dixerint 122.2.e, Chriſtus apertè ſuam diuinitatem profitetur & æternitatem 123.1.c.d, Chriſtus quomodo ſe abſconderit, & an ſe inuiſibilem reddiderit.124.1.a

Chriſtus cùm ex nuptijs reuertitur, lætus redit, damnare non vult, ſed beare,319.2.c,d, Chriſti aduentum boni læti excipiunt, mali horrent,320.1. a Chriſtus concitauit in ſe deſiderium inflammandi totum orbem amore ſuo,332.1.b, Chriſtus deſiderio mortis ſuæ angebatur.334.1.b, imo illam differri dolebat, 335.1.b, Chriſtus eſt princeps pacis & ſeparationis, 2.c Chriſti factorum curſum impedire nemo poteſt.352.1.c, Chriſti verba Hodie & cras, & tertia die conſummor, quid ſignificent.2.b

Chriſto à Iudæis omnium potiſſima quæſtio, an ipſe eſſet Chriſtus, ex quibus, & quo animo fuerit propoſita 312.1.d, Chriſtus ſe dicebat Chriſtum apertè non verbis, ſed factis. 2.a, Chriſto quod Deus Pater dedit maius omnibus eſt, quidnam hoc ſit.313.2.a, Chriſtum ſe Deum profitentem Iudæi intellexerunt, hæretici non intelligunt.314.1.a, Chriſtum nullam ob cauſſam Iudæi lapidare potuerant. b

Chriſti erga homines miſericordia & amor, quos ſic ad ſe vocat, vt gallina pullos. 984.1.b, Chriſti eſt congregare, diaboli diſpergere, e, Chriſti ad alas confugiamus, ne nos tartareus rapiat miluus.2. a, Chriſti prædictio de Templo an ab omnibus diſcipulis audita fuerit.985.1.b, pro Chriſto occidi viuere eſt, atque triumphare,2 a, Chriſtus de cælo deſcendet ad occidendum Antichriſtum.986.1.d

Chriſti iudicis in iuſtos ſententia explicatur, 987.1.c, Chriſtus cur reſpondebit iuſtis quãdiu vni ex minimis & reprobis, quamdiu nõ feciſtis 988.1.e, Chriſtus an ſit dicturus etiã infidelibus, eſuriui, & non dediſtis mihi manducare 2.a, infidelibus non dicentur hæc verba, ſed illa diſcedite à me maledicti in ignem æternum.2.b, Chriſtus non hanc tantùm ſaluationis & damnationis ſententiam feret, ſed alias etiam c, cur hanc ſolùm nunc cauſſam ſaluationis & damnationis cauſſam aſſignet, d, cur ſepulturæ non meminerit, e, Sententias Chriſtus multas pronunciabit, vt in hæreticos &c.989.1.d

Chriſtus poſt triumphum palmarum, nullum Ieroſolymis inuenit, qui eum hoſpitio exciperet. 834.1.b, Chriſtus tãquã tẽpli Dominus, oĩa quæ in templo erant circumſpexit, ne quid in eo eſſet indecorum,2.a, Chriſtus an verè eſurierit, cum ad ficum acceſſit 2.d, verè eſuriit, & q̃ ob cauſſam,835.1.b, cur quæſierit ficus in arbore, quam ſciebat non habere, d, Chriſti corporalis eſuries denotat ſpiritalem eſuriem 837.1.b, Chriſtus quomodo ſit factus lapis in caput anguli ſeu lapis angularis.850.2.b,c, Chriſtus eſt lapis ſummus & fundamentalis totius Eccleſiæ,851.1.c, Eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali, & cur. e, Chriſtus crucis prelo preſſus eſt,857.1.b. eum quomodo Phariſæi tentent in ſermone illaqueare.886.1 a

Chriſtus ſe Deum apertè prodit 653.1.c, Chriſtus cur noluerit Lazaro ſanitatem reſtituere, & manſerit, vbi eum nuncius fuerat allocutus,2.b,c, cum Chriſto qui iter facit, ſecurus eſt, & nullo incõmodo afficietur 654.2.b Chriſti ſciẽtia q̃ta ſit, & q̃uo ea falli nõ poſſit 655.1. d, e, Chriſtus ſummus conſolator ad ſorores venit, vt eas conſolaretur,659.1.c, Chriſtus ſe Deum indicat, qui propria virtute poſſit mortuos ſuſcitare.2.c

Chriſtus cur ſe lumen vitæ dixerit.75.1.b, dicitur lumen vitæ quia eſt lumen vitale d, Chriſti de ſe teſtimonium Phariſæi reijciunt, ſed redarguuntur, 2.c, Chriſti de ſe teſtimonium eſt veriſſimum,76.1.b, Chriſtus quomodo non iudicet quemquam, qui tamen iudex eſt viuorum & mortuorum 77.1.c, Chriſtus probat ſe eſſe Deum,78.1.e, Chriſtus & ſi de ſeipſo teſtimonium ferat quomodò ſint duæ perſonæ teſtificantes, id eſt Pater & ipſe. 2.e, Chriſtum filium nemo cognoſcere poteſt, niſi & Patrem cognoſcat Deum,80.1.c, Chriſtũ Iudæi cum hora eius nondum veniſſet apprehendere non potuerunt,82.2.c

Chriſtus multa cæco dixit, quæ Euangeliſta præteriuit.146.2.d, Chriſtus q̃uo dicat ſe in mundum in iudicium veniſſe.154.1.c, Chriſtus oſtendit ſe creatorem, quando cæcò lumen reſtituit.164.2.e, Chriſtus ſe verum oſtendit paſtorem, verumque Meſſiam.171.1.a, Chriſtus quomodo ſit oſtium ouium.2.b, Quomodo ſit paſtor, & oſtiũ. 172.1.d, Chriſtus q̃uo paſtoris munus ſibi tribuerit 2.b. Chriſtus verus paſtor, & oſtiũ ouium.173.1.e, per Chriſtum qui intrant, q̃uo ſaluẽtur.175.2.b, Chriſtus optimus & pulcherrimus paſtor eſt.177.2.d. q̃uo vitã ponat pro ouibus ſuis.178.1.a, Chriſtus nouit omnes ſuas oues & prædeſtinatas, & non prædeſtinatas, illas tamẽ præcipuè 180.1.a, Chriſtus lapis angularis cur dicatur 2.a Chriſtus quo ſenſu dixerit nõ eſſe ſuũ dare beatorũ ſedes duob. diſcipulis.707.1.a, Hoc dixit ſecũdũ naturã humanam, vel præ-

ſextis vita ſtatum.2.b, Chriſtus an dederit primas has ſedes alicui Beatorum.708.1.c, d, Chriſti ad dexteram ſedet regina beatorũ omnium & mater 2.d, Quis ad ſiniſtram ſedeat incertum 709. Chriſtus mortis diem cognouit, & mortẽ quæſiuit, & non aſt ab ea q̃ſitus 711.1.b. Chriſtus ſi mori noluiſſet, nemo illum occidere non potuiſſet.e, Chriſtus voluntate paſſus, non neceſſitate eſt.712 2.d, quomodo mori potuerit.711.1.d,

Chriſtus ſe prophetam vocat dicens, qui a non capitis prophetam. 353.2.c. Chriſtus in conuiuio paſcitur, & paſcit 355.2.c, Chriſtus in eo conuiuio duo exhibuit fercula præſtantiſſima.356.2.c.357.1.a, Chriſtus ſe ſeruum nominare non ſolet, ſed filium 363.1.a, Chriſtus δειπνοποιὸς eſt is, qui magnam cœnam parauit.368.2.b.

Chriſtus non tollit à Iudæis opinionem, qua eum credebant ſe Deum dixiſſe, ſed eam confirmat.314.1.b, Chriſtus eſt Verbum Dei, quod ſi hi ad quos Verbum Dei factum eſt Dij ſunt, multo magis Chriſtus Deus eſt.2.c. Chriſtus quomodo à Patre ſit ſanctificatus variè exponitur.311.1.d e loquitur Chriſtus de ſanctificatione humanitatis per gratiam 2.b. Chriſtus ſe probat eſſe Deum ex operibus diuinis, quæ ipſe faciebat.d. Chriſtus euadit Iudæorũ manus, & fugit, 316.1.a. in Chriſtum multi Iudæi credunt, & illum Ioanni præferunt. c, Chriſtus multa millia templorum quotidie ex ædificat, quæ ſunt corpora noſtra 2.b. Chriſtus ſol propinquus eſt multis in quibus tamen hyems eſt profundiſſima.319.2.d

Chriſtus quo die Bethaniam venit, quando ei cœna facta eſt, & dicitur fuiſſe ſabbatũ.748.1.a, b à quibus hæc cœna ei facta ſit 749.1.1.d, Chriſto lautior hæc cœna facta eſt, quam alijs diebus, & cur.2.b. Chriſtus an bis. vel ſemel tantùm ante Paſcha vnctus fuerit. 752.2.a, Chriſtus crumenam habuit, in qua pecuniam habebat, ad ſuos & diſcipulorum vſus, & ad ſubleuationem pauperum.755.1.a Chriſtus quomodo nobiſcum ſit, & non ſit. 756.1.a, b, Chriſtus ex Bethania, id eſt, domo obedientiæ ad mortem venit.711.2.d, Chriſtus cur pullo aſinæ iturus Ieroſolymam vti voluerit, 766.2.a Chriſtus rex pauper, humilis, & manſuetus, contrarius alijs regibus. 767.2.d

Chriſtum iudicem omnes tàm probi, quàm improbi videbunt ſed diuerſa ratione 1076.1.a eum omnes agnoſcent, & adorabũt.b, Chriſtus è cœlo empyreo in nuba, vel etiam in nubibus veniet.c, Chriſtus deſcendet magna cũ maieſtate, & potentia e, Chriſti maieſtas, & gloria, qualis, & quanta in iudicio futura ſit 2.a Chriſtus ante paſſionem cur gloriam, & poteſtatem ſuam manifeſtauerit 2.d; Chriſtus è cœlo deſcendens an lento, vel concitato greſſu venturus ſit.e, Chriſtus quatenus homo homines iudicabit. 1077.1.b, Chriſtus alienos ſeruos non iudicabit, ſed ſuos duplici nomine. c, Chriſtus iudicabit propria auctoritate non aliena, vt Micha el faceret, ſi iudicaret.d, e

Chriſtus bis clarificatus fuiſſe dicitur, & quando.805.1.c & fuſius d, Chriſtus quomodo per crucem omnia vel omnes traxerit.809.2.c, Chriſtus traxit omnes ſufficienter, ſed non efficaciter. 810.1.a, Chriſtus æternus in Scriptura perhibetur, d, Chriſtum etiam moriturum eadem Scriptura perhibet 811.1.b. Chriſtus nihil rapuit, ſed rapta perſoluit.813.1.d Chriſtus de diabolo vbi, & quando triumphauit.819.1.c, Chriſtus cur brachium Dei ſit dictus.822.2.a

Chriſtus eſt deſideratus cunctis gentibus.795.2.b, Chriſtus an paſſione ſua clarificatus ſit. 796.2.b, Chriſtus granum frumenti mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum, e. Chriſtus innocens mortuus, vt germinando reſurgeret, & multa ſecum grana referre 797.1.c, Chriſtus imitationem poſtulat, & præmium proponit.2.d, Chriſtus verè fuit granum frumenti 798.1.d, Chriſti nomen qua ratione de terra eradere voluerunt Iudæi, eadem per totum orbem fuit propagatum, e, Chriſtus eſt exemplar noſtrum excellentiſſimum, quod exprimere debemus. 801.1.d, Chriſtum ſequamur ſemper, vt quo illo peruenit, perueniamus. 2.c

Chriſtus neſcit diem iudicij ex ea parte, qua homo eſt. 1123.2.c. vel voluit referre hanc cognitionem ad fontem ſcientiæ diuinæ, d, vel neque filius adoptatus hunc diem nouit, vel neque filius nouit, vt alijs aperiat.2.a, Chriſtus iudicij diem ſcit ſibi, & neſcit nobis c. Chriſtus neſcit diem iudicij, ſed ſolus Pater quatenus Pater nomen eſt eſſentiale non perſonale.b, Chriſtus nouit interpretationes omnes loci huius & plures alias 1124.1.b, Chriſtus in varijs ſignis verſatus eſt.1.e

Chriſtus miſericors eſt, quod lachrymæ indicant ſed iuſtiſſimus etiam, quod teſtatur ſuppliciũ 787.2.d, Chriſtus è templo, an eodem die vẽdentes eiecerit, quo eſt vrbem ingreſſus, an die ſequenti.790.2.c, Chriſtus eiecit bis vendentes de templo.791.1.c

Chriſtus eſt non Lazarus qui ad nos miſſus eſt,

vt

Digitized by Google

vt æterna ſupplicia denũciaret.484.1.a,Chriſt° cũ dixit Quid me vocas bonũ,humilitatis gr̃a ſic locutus eſt.342.b,Chriſtus quõ ex occaſione adoleſcẽtis diuitias damnarit.347.2.b

Chriſtus numquam ſibi iniuriam factam in terris vltus eſt.17.2.b de Chriſto populus dicens ubi eſt ille,non id odio faciebat.31.1.a Chriſtus qui occultè Ieroſolimam venerat,iã publicè concionatur,& quid hoc ſit.2.e,Chriſtus oſtendit vbi didicerit quæ ſcit.32.2.e,Chriſtus legatus erat à Patre miſſus,& doctrinã Patriſq; verba loq̃batur.36.1.d,Chriſtus ĩſignẽ cõtumeliã fert patiẽtiſſime.37.2d

Chriſtus in terra erat vt homo,& in cælo ſecundum diuinitatem 46.2.e ad Chriſtũ itur nõ pedibus,ſed affectibus.49.1.b,Chriſtum qui dicebant ex Bethlhem non eſſe,ſed ex Nazareth,vnde decepti fuerint.53.1.b.c,Chriſti eloquentia omnium hominum ſermonibus p̃fertur.54.2d,Chriſtus in mõte Oliueti orans pernoctauit,potius quam Bethaniã ſe contulit.59.2.d,Chriſti propoſiti finis erat peccata hominibus dimittere.61.2.a

Chriſtus in cælum aſcendẽs peregrè abijt.1201.1.b,Chriſti humanitas peregrina ab Angelis excipi viſa,c,Chriſtus in cælũ profectus in terra eſſe non deſinit d,Chriſti Dei & hominis aſpectus nos à peccatis arcere debet 1202.1.a,Chriſtus peregrinus è cælo in terram rediturus eſt.1.e,Chriſtus omnia nobis bona tradidit,& mala quæ paſſus eſt.2.a

Chriſti ſecundus aduentus non indigebit demõſtratore.1050.2.c.Chriſti aduentus ſecundus cur ſimilis fulguri dicatur.b,Chriſti ſecundus aduentus in quo ſit primo diſſimilis.e Chriſtus verè Deus eſt quia Angelos habet,miniſtros in reſurrectione.1058.2.a

Chriſti crux in hominum poteſtate non erat,ſed ipſius Chriſti.680.2.b,Chriſti miracula longe his mirabiliora,quæ Moſes geſſet 696.1.a Chriſtus ſigna dedit amoris in homines,& odij in peccata.2 b Chriſtus abſque vllo timore mortem perpeſſurus Ieroſolymam aſcendit.698.1.b,Imitatur eum egregiè Paulus.2.a Chriſtus hoc myſterium Apoſtolis prædixerit.699.1.b.Quam ſæpe illud fecerit.2.a.

Chriſtus in medio triumpho lachrymas fundit,& cur.782.1.c,Chriſtus mortem ſuam non fleuit,ſed Iudæorum impendentes calamitates.2.c,Chriſtus fecit quod potuit,ne Iudæorum populus periret.783.1.b,Chriſtus vocatur p̃pheta a populo & cũ articulo.790.2.a

Chriſtus medicus ægrotorum,reprehẽditur,quod ad ægrotum diuerterit.732.1.a,Chriſtus totus deſiderabilis,vel totus ipſe deſideria 734.2.d.Chriſtum qui videre cupit,fidei arborem debet conſcendere.735.2.e Chriſti regnum q̃ putabant manifeſtandum,cum Chriſtus iret in Ieruſalem ſunt per parabolam inſtructi.738.1.a,Chriſtus homo nobilis imo nobiliſſimus,quia Deus.2.A

Chriſti iudicantis deſcriptio qualis 1043.2.c,Chriſtus erit iudex,& teſtis,& ſecundum legata & probata non iudicabit.d,Chriſti iudicis thronus qualis futurus ſit.e.Abſq; Chriſto nemo vitam prorogat anima.1044.1.a,Chriſtus verus Ioſeph debet immittere manus in oculos noſtros,vt videamus.1.d

Chriſtus à Patre rerum omnium Dominus conſtitutus eſt.232.2.e,omnes ad ſe uocat,vt eis reuelet fidei myſteria.233.2.c.Chriſtus proponit ijs quos vocat humilitatem & manſuetudinem imitandam.235.2.a Chriſtus hominum præcipuè Dominus eſt,ad eos a dæmonis poteſtate eripiendos.240.1.a Chriſtus myſterium S.Trinitatis hominibus reuelauit 241.1.c.Chriſtus potentiſſimus,& liberaliſſimus eſt.2 b.Chriſtus in quo non cubat,vagatur.244 1.d,eſt verus Noë,id eſt,requies e Chriſtus quantum ſuo exemplo nos promouere debeat.245.1.e Chriſtus hoſpes & peregrinus fuit in terra 266.1.a Chriſtus paucis contentus fuit,laudantur tamen qui plurima ei offerunt.272.1.b

Chriſtus verus paſtor ouem perditam & inuentam quomodo humeris ſuis impoſuerit.391.2.d,& iterum fuſius.397.1.b

Chriſti opus maxime mirandum quod non Angelicam,ſed humanam naturam aſſumpſerit quemadmodum ſi Dominus duos ſeruos fugientes habens nobiliorem relinqueret,viliorẽ à fuga retraheret.274.2.d,e,Chriſtus trahebat multa bonũ millia Phariſæis.295.1a

Chriſtus quomodo ex Lazari morte ſpiritu infremuerit.662.1.b,in eius poteſtate erat dolor & mæſtitia,& cohibere pro arbitrio illũ poterat,2.a Chriſtus cur infremuerit.663.1b

Chriſtus in Iudæos infremuit,q̃ tot uiſis miraculis non credidiſſent,& ex hoc miraculo eius occidendi occaſionem capturi eſſent.1.c.2.A

Chriſtus numquam deſinit operarios in meſſem ſuã mittere 209.2.c,Chriſtus bis dixit confiteor tibi Pater &c.229.1.b.Quõ exultauerit in Spiritu S.c Chriſtus gratias agit Patri vt homo 230.1.a Quõ gratias agat,q̃ abſconderit myſteria fidei paruulis quod malum eſt.231.1.a.Chriſtus agit gratias quod homines indoctos ad diſſeminadũ ĩ orbe fidẽ elegerit.2e

Chri-

Chriſtum occidere maius peccatum fuit quàm omnes ſimul prophetas, 174 2.b. Chriſtus diuinitatem ſuam oſtendit cum prophetas ſe miſiſſe ſcribit.

Chriſtus alacriter Ieroſolymam periit accepturus opprobria, fugit quando ſibi regnum oblatum fuit, 744.1.a

Chryſaorij exemplum terribile qui pœnitentiā ad mortem diſtulit. 616.2.d

Chryſaorij ſerui ignauiſſimi mors horrēda, 320.1.b

Chryſoſtomi Eccleſiæ quos pauperes aleret. 446.2.a

Cibus verbi Dei quam ſit neceſſarius populo Dei, 686.2.e

Cingulum eximium eſt voluntaria paupertas, 316.2.b, Cingulum eximium eſt veritas cōſiderata, & iuſtitia meditata, 317.1.b

Cingulum aliud virorum eſt, & aliud fœminarum, & quid ſit vtrumque, 313.2.b. Cingulum aureum caſtitatem deſignat, 315.2.a

Circumciſio longè ante Moſem inſtituta eſt, 38.2.e, Circumciſio Sabbato fieri ſolebat, ſi hic eſſet octauus à natiuitate dies, 391.b, ex circumciſione Chriſtus probat ſibi Sabbato curare licere, c

Clamor cordis quid ſit, 429 2.c

Clauis ſcientiæ quæ ſit, & quomodo eam legiſperiti tulerint, 957.1.a, Clauem ſcientiæ hæretici ſibi arrogant, & habent clauem inſcitiæ. b, Clauem ſcientiæ habent bene docentes, & bene viuentes, c.d

Cæcus natus alius viſus eſt quàm qui fuerat antea, 148.1.a. Cæcus ducitur ad Phariſæos & cur. d, Cæcus Chriſtum prophetam eſſe coram Phariſæis profitetur. 149.1.a, Cæcus Chriſtum peccatorem eſſe pernegat, 150.2.d, Cæcus cur totus in peccatis natus dicatur. 153.1.b, Cæcus à Chriſto in fide illuminatur, 153.2.d.e, Cæcos Chriſtus quos appellet ibi vt qui non vident videant. 154.2.a. Cæcitas animi tria habet, quæ corporis cæcitati aduerſantur, & quæ ſint illa, 159.1.e

Cæcus natus an à Domino de templo exiens curatus ſit, 142.1.a

Cæcum ad ianuam templi ſedentem Dominus curauit, 2.a, cæcitas multis de cauſſis prouenit 2.b, An cæcus peccauit, antequam naſceretur quæſtio hæc quas difficultates contineat, 143.1.a, b, c, quomodo ſit exponenda hæc interrogatio, 2 b, Cæcus vel parentes eius, peccatum commiſerant ſed non ideo cæcus eſt natus c, Cæcus natus cur ita natus ſit vera cauſſa. 144.1.a

Cæci oculos vnde, & quomodo Chriſtus efformauerit, 145.1.d

Cæci mendici illuminatio eſt eleemoſyna digna Deo. 724.1.a, cæci illuminatio quomodo ſit facta. d, cæcus peccatoris eſt imago, caducis rebus inhærentis, 2.b, cæcus cur ſedere dicatur, 725.2.b, cæci quomodo ſint mendici, e, cæci iuxta viam ſedent quid hoc ſit. 726.1.a, cæcus increpantibus non cedens quid ſignificet. 727.2.d

Cæcus illuminatus poſt egreſſum ex Iericho, an ſit idem cum duobus, qui ibidem idem beneficium conſecuti narrātur, 745.1.e.2.a, Quatuor cæcos tunc fuiſſe illuminatos quidam putant, 2.e, duæ ſunt hiſtoriæ & tres tantum cæci ſunt illuminati, 746.2.a

Cæci ex natiuitate ſunt hi, qui nobilitate gloriantur, 165.2.d, Cæcus à natiuitate eſt humanum genus peccato originali ab ortu maculatum, 166.1.e. Cæci obedientia commendatur, 167.1.b, Cæci Chriſtus aperuit oculos quid hoc ſignificat. 167.2.d, Videntes caueāt ne cæci fiant. 168.2.c. Cæci plerique ſiunt qui videbant, & vident qui cæci erant, vt indi & Æthiopes. 5.e

Cæci animo ſuam cæcitatem non agnoſcunt, ſed corpore ſic. 159.2.c, Cæcitas animi voluntaria, & cæci iſti ſunt in cæleſtibus talpæ, in terrenis lyncei. 160.1.d, noctuis ſunt ſimiles. 2.a Cæci mundo, & Deo videntes qui ſint, c. cæcitas animi eſt pœna peccati d

Cæci nati oculi quid repræſentarunt, 162.2.e

Cælibatus præſtantior eſt matrimonio etiam in viduitate, 906.2.a

Cælibes ſi omnes eſſent citius mundi nequitia finiretur. c. nec metuendum eſt, ne hoc accidat. e

Cæli ianua aperta eſt probis, impijs clauſa, 1198.1.c

Cæli fores operibus pulſandæ ſunt, non vocibus. 2.a

Cæli ianuam qui pulſat, priùs interrogatus quis ſit, antequam aperiatur. 2.d

Cælorum regnum noſtrum eſt, ſi Domino pollicenti ſeruiamus. 452.1.c

Cælorum regnum quomodo vim pati dicatur tēpore Euangelij. 453.2.e

Cæli & elementa num omnino peritura, probatur pars affirmans. 1096.2.b, Qui ſint huius ſententiæ doctores. c. Cæli, & elementa non ſunt peritura quoad ſubſtantiam attinet, ſed quoad accidentia hoc probatur. 1097.1.a. Cæli poſt diem iudicij quieſcent. b. Cæli, ſol, luna, elementa nouo ſplendore illuſtrabuntur. d

Cæli

Digitized by Google

Cæli & terra quomodo tranſibunt, verba autem Dei non tranſibunt. 2.a

Cæli palatia qualia futura ſunt, & quomodo diſtincta. 1102.2.d

Cælorum ſummum, & terminus eorum quid dicatur. 1074.1.a

Cænam magnam fecit Chriſtus, in qua poſuit fercula quatuor, & quæ ſint illa. 378.1.a. Cænæ illius fercula, id eſt, panis azymus, agnus Paſchalis, & lactuca agreſtes, quid ſignificent. c Cæna admirabilis, quam Chriſtus inſtituit, eſt Euchariſtia. 2.b. in cæna Chriſtus Deus & homo cibus voluit noſter fieri c. Cænæ Chriſti valor, & ſuauitas e cænam Chriſti Chriſtiani qui non adeunt, macilenti, & debiles ſunt. 379.1.d ad Cænam Chriſti qua lucerna indigeamus. 380.2.a ad cænã Chriſti pauperes, & debiles, & cæci, & claudi inuitantur, ſed inuitari tales eſſe deſinunt, e. in cæna Chriſtus manducat cum peccatoribus miro modo, quia ſe illis manducandum præbet. 398.2.a.

Cæna cæleſtc æternumq; adumbrat conuiuium, & cur. 364.2.a cur magna dicatur. b. cæna ſine numine non fit. 2.c. ad cænam inuitari, per quem ſeruum ſint vocati. 365.1.b cænæ hora quæ ſit, c. ad cænam hanc neceſſaria omnia Chriſtus parauit, & nemo ante illum. 2.a ad cænam inuitati Iudæi venire noluerunt, ſed ſe excuſarunt. b ad cænam ne uenirent excuſationes inuitatorum, quomodo eos prohibuerint inter eſſe, cum mortiferum peccatum non continuerent. d. ad cænam cum Iudæi venire noluerunt, gentiles vocantur 366.1.b, ad cænam repetita vocatio quid deſignat d, ad cenã homines quomodo intrare compellantur. 367.1.d, parabolæ concluſio cuius ſit. 2.b.

Cæna cæleſtis conſideratio labores huius vitæ leuare debet. 330 2.b, iſta conſideratio eſt linteum, quo ſudores huius vitæ abſtergimus, e, ad cænam hanc nemo niſi vocatus uenire poteſt. 371.1.b, ad cænam qui vocantur ſunt omnes pauperes, d, ad Cænam parata ſunt omnia: ſed homines ſunt imparati. 372.1.b, cæna parata paratos poſtulat inuitatos. e, ad cænam homines inuitati, & renuentes grauiter arguuntur. d.e. ad cænam qui uocati ſunt ad illam properare debent. 376.1.c. ad cænam compelli homines mirabile eſt. 2.e

Cæna magna eſt Euangelium, omnia bona fercula habens. 368.1.d

Cæna magna eſt propter magnum apparatorem, qui eſt Deus. 368.1.e. item propter magnos conuiuas. 2.e. & eorum magnum numerum e, & magna fercula, quæ erunt abundantiſſima, dulciſſima b, magnam durationem. e. cæna rectè appellatur beata uita 369.2.a b

Collyrium mirabile Chriſtus compoſuit ex luto & ſputo ad ſanandos oculos cæci 145.1.b, Collyrium nobiliſſimum eſt ſui conſideratio. 166.1.b.

Concilium contra Chriſtum à Iudæis congregatum, quale fuerit 691.1.c. Concilium Iudæorum de Chriſto vero Meſſia recipiendo cõgregandum erat, non de eo tollendo. 682.2. in hoc concilio qualis eſſe debuit Iudæorum conſultatio. 2.c d. concilium hoc non fuit legitimum, & ideo errauit 683.1.b

In Concilio Iudæorum contra Chriſtum quanta fuerit Spiritus Sancti benignitas 693.1.b.c in eo concilio Spiritus S. honorauit Pontificẽ & multo magis noſtros. d in Concilio Sacerdotum Deus veritatem reuelat, & illuminat chriſtianos 694.1.a

Concilij Iudæorum decretum diuino fuit ab æterno concilio ſtabilitum. 695.1.b, concilium diuinum de Chriſti morte quale, & quomodo ſit factum, c.d, concilium intra nos etiam colligendum eſt, & quale illud eſſe debeat. 696.1.a

Concilium Iudæorum fuit concilium vanitatis & mendacij. 689.1.b, concilium illud iniquũ eſt, in quod lex, & mandata Dei non veniunt d, concilium Iudæorum contra Chriſtum, in quod Scripturæ locis reprobatum. 689.d, concilio in iſto nulla Dei lux implorata eſt ſic totum operuit caligo. 601.2.b

Concilia generalia, quibus præeſt Pontifex errare non poſſunt 606.1.b, concilium Iudæorum contra Chriſtum admirandum, ob eorum cæcitatem, & Spiritus ſancti benignitatem. 687.1.c

Concionator vitæ actiuæ & contemplatiuæ permixtionem facere debet: 319.1.c

Concionatores oblatis ſibi contenti eſſe debent, nec delicata quærere fercula. 203.1.b, concionatores ab iis, quos docent, alimenta capiant, b, concionatores inconſtantiæ, & leuitatis debent notam effugere, e, concionatori patientia maximè neceſſaria. 207.2.d, concionatores quales ſunt eligendi, & alij operarij, 210.1.d

Concionatores nihil ſibi debent arrogare, ſed Deo laudem omnem tribuere. 223.2.e

Concionator feruens pertranſit mundum, docens populos. 181.2.e

Concionator menſa templi eſt, in qua Deus apponit, populos cibos 557.1.e, concionator qualis eſſe debeat, ex eo maximè, quod ſit vir bonus con-

Digitized by Google

concionandi peritus. 2, concionator ſit potens in opere & ſermone. 558. 1. a, concionatoris miracula iam bona opera ſunt, b, cõcionis fructus opera bona. 2. b
Cõcionatores humiles eẽ debẽt, vt dicere poſſint, mea doctrina non eſt mea. 34. 1. c, concio non ex ore ſolum, ſed ex corde fluere debet. 502. a
Concionator nunquam fructu caret concionis. 213. 2. e, concionator ſemper mercedem, & meritum ſuæ concionis reportat. 214. 1. b, concionatores non concionentur vt concedant, ſed comedant vt concionentur. 2 d, concionatores ad Dominum redire debent, & ſe eius præſentiæ ſiſtere. 223. 1. a
Concionatores ab omni inuidia carere inter ſe maximè debent. 215. 1. d, maximè ſi ſint religioſi e, concionatores ſunt Chriſti præcurſores 2. e, concionatores maximè humiles eſſe debent. 212. 1. c, filij excuſſorum dicuntur, 2. b, concionatores veredarij eſſe debent, & ſimiles angeli. 253. 1. a
Concupiſcentia & fomes peccati parit mortem, 672. 1. b, ſed non ſi ei reſiſtatur, tunc enim gloriam parit d, concupiſcentia languens imploret diuinum auxilium, 2. b, concupiſcentia morbus ſtrenuis non eſt ad mortem, ſed ignauis. 673. 1. a
Concupiſcentia cur peccatum dicta ſit ab Apoſtolo. 96. 1. d, concupiſcentia & peccatum rex eſt impiorum, & tyrannus ſæuiſſimus. 97. 1. b
Condemnari nemo debet, antequam diligenter eius cauſſa examinetur. 57. 1. c
Confeſſarius virtutes indices habere debet, & quæ illæ ſint. 41. 2. c, confeſſariorum & concionatorum diligentia quãta eſſe debeat. 60. 1. b
Confeſſione peccata ſunt aperienda, ſi quis vult eorum remiſſionem conſequi. 66. 1. d, confeſſione celeriter peccatum eſt exterminandum, ne ſerpat 67. 1. a, in ea non tantùm velocem, ſed velociſſimum eſſe conuenit. c
Confeſſio peccatorum eſt quædam vulnerum ruptio, & multa alia de confeſſione. 26. 2. a, b, confeſſionis ſigillum diuinum eſt nõ etenim. d
Confideri in ſeipſo homini plane eſt nefas. 305. 2. b. confidere in Deo omnino neceſſe eſt. d
Confiteri vel inuocare in Deo eſt Hebraiſmus pro Deum confiteri & inuocare. 299. 2. c, confitebor confeſſorẽ, negatorẽ, ait Chriſtus. 300. 1. a
Coniugium vnde dicatur, & quo modo non debeat homines à cæleſti cæna auocare. 375. 1. c
Conſcientia miſera perfidorum, quæ audito dei verbo contumeliam ſibi fieri putat. 290. 1. a
Conſideratio ſol eſt intelligentia rerum tum temporalium, tum æternarum, a; conſiderationi Dei & ſui, qui non vacat, extra ſe eſt, qui vacat eſt apud ſe. 419. 1. c
Conſideratio quæ bona animo pariat, & quæ mala inconſideratio. 323. 1. a
Conſideratio trutina eſt intellectus, in qua res quales ſint ex pendendum eſt. 725. 1. b
Conſideranda quæ non videntur, & ſpernenda quæ vidẽtur, ſi ſalui eſſe volumus. 1131. 2. d
Conſilium fratrum Ioſeph contra ipſum quale fuerit. 692. 1. b, conſilium Pharaonis de opprimendis Iſraelitis quale etiam fuerit. e, conſilia oportet facere ex Dei voluntate. 2. e
Conſtantia in aduerſis quomodo ſeruanda variè oſtenditur. 92. d, conſtantia Pauli, & firmitas animi in paſſione pro Chriſto tolerandæ. 10. 1. c
Contumelia & iniuria verborum qualiter toleranda. 135. 2. c
Cõtumelias & iniurias vlciſci puſilli eſt animi. 136. 1. d
Contumelias & iniurias Chriſtus exemplo ſuo docuit nos eſſe tolerandas. 113. 2. c
Conuiuio quod Chriſtus in cælo parauit nullum poteſt cogitari ſplendidius. 321. 1. c. in eo conuiuio Chriſtus quomodo miniſtrare dicatur. d
Conuiuium exhibendum non diuitibus, ſed pauperibus. 356. 2. a
Corporalium Dei eſt, ſed capit etiam proximos. 945. 1. a
Corpus noſtrum tabernaculum in Scriptura dici ſolet. 10. 2. e, corporum reſurrectio per tabernaculorum feſtum deſignatur. 11. 1. a, Tabernaculorum id eſt corporum feſtum hic improbi agunt, pij in altera vita. c
Corpora beatorum quatuor dotibus prædita reſurgent. 1101. 1. b, prima eſt claritas, quæ nõ erit eadem in omnibus. 1102 1. a, corpora ſanctorum non ſolum ſplendida, ſed etiam dilucida, & diaphana erunt b, quod probatur, d, corporis beati claritas, an ſit diuerſæ ſpeciei, à claritate ſolis, vel aliarum rerum. 2. a, corporis beati claritas an offendat oculos alterius beati b, corporis beati viſio non producit in oculis alterius beati ſpeciem materialem, ſed intentioanalem. 1103. 1. b. c, corpus glorioſum ſuam claritatem occultare poteſt d, corporis glorioſi ſecunda dos erit impaſſibilitas b, qualis erit hæc impaſſibilitas e, Impaſſibilitas erit diuerſa ab ea quæ fuit in Adame ante lapsũ. d, quomodo fiet. 2. a, vnde proficiſcatur b, corpus glorioſum nullo gladio vulnerari poteſt c, in beatis non erit expiratio nec reſpiratio d, corpora beatorum quomodo mouebuntur, & de dote agilitatis e, corporis beati agilitas eſt qualitas ..

qualitas ſupernaturalis, qua corpus ad motũ ſit agile 1504.1.a.Corpus beatum item, futurum ſit ponderoſum.b. Corpora beatorum an inſtanti mouere ſe poſſint.c.Corpora beatorum erunt ſubtilia & de dote ſubtilitatis.d.Corpora glorioſa erunt per dotem, ſubtilitatis perfectiſſimè ſubiecta informationi animæ. 2.a.corpora beatorum carebunt fomite, ſed retinebũt ſenſus,d.Corporum Beatorum ſenſuum qualis futura, ſit beatitudo.2.c,in oculos Beatorũ corporum quomodo ſpecies viſibiles ſint deferẽda. 1105.1.a.Corpora beatorum erunt tangibilia & palpabilia,b.in Beati corpore quales erũt delectationes.c Corporis beati robur quãtum erit.d.corpora damnatorum vnum ſuper aliud congeſta erunt & conglobata.2.b

Cras futurum tempus in Scriptura denotat. 332.2.e

Creatura benè & malè amari poteſt,& quomodo.927.1.b

Creatura diligenda ſunt propter Deum, & tunc nihil Dao aufertur diligendo creaturas b

Creatura omnis quomodo liberabitur à ſeruitute filiorum Dei.1099.1.a.Creatura eſt vanitati quia ſeruit homini, qui vanitas eſt. 2.c. Creatura omnes in iudicio contra impios pugnabunt.1164.1.e

Crimina ad Deum clamare vindictam dicuntur 432.1.d

Crux eſt lignum vitæ, ſeu vt Hebræi legũt lignũ vitarum.814.1.d eſt arca Noe.eſt arcus, quẽ in nubibus Dominus poſuit.2,a, eſt lignum ſi humeris Iſaac impoſitum.815.1.a, eſt ſcala. Iacob, terra homines in cælum vehens. b. Eſt baculus Iacob.quo Iordanem trãſiuit.c. Crux quicquid boni habet ex Chriſto habet. d. Eſt terebinthus, ſub qua idola Iacob defodit.e,Eſt virga Moſis, qua percuſſa petra aquas dedit largiſſimas.81.b.c.Crucis ſecundas fructus eſt Dæmonis expulſio.817.2.b.Crux gladius fortiſſimus quo Chriſtus Dæmonem premit.d. Crux ſuper omnia reddit nobis Chriſtũ amabilem. 818.1.d, Cruce Chriſtus Leuiathan cepit,& Cruce extraxit.2.b.Crucis tertius fructus fuit omnium tractio,& quæ ſint illa, quæ traxit Chriſtus.820.2.e.Crux omnia traxit, omnia vincit,& nos cedamus cruci. 821. 2.a

Crux Chriſti & mors exaltatio dicta eſt,& cur. 89. 2.e.Cruci Chriſtus ſuffixus eſt,quia fuit innocentiſſimus.125.1.c Crux non Chriſtum, ſed nos de peccato arguit.2.c

Crux exaltauit Chriſtum, totumque mundum, & quomodo.809.2.b

Crucis vis quomodo per verbum traham declarata fuerit.810.2.a

Crucis Chriſti fructus tres & primus eſt mũdi liberatio.212.2.b. in Cruce fuit ſeueriſſimum mundi iudicium & quomodo.813.1.b

Crucem noſtrã quomodo portare iubeamur.383. 2.c.Crucem ii baiulat,qui contemnit honores, amplectitur labores.e, Crux noſtra nobis portanda eſt.& quomodo.387.1.e

Crux totius gratiæ fons & origo & hominum gloriæ.1066.2.e

ex Crucis aſpectu omnes tribus plangent, Iudæi, gentiles, & præcipue mali Chriſtiani. 1067. 1.a

Crux ſignum erit, & vexillum quod ante iudicium apparebit 1068.1.b.Crux ex aere vel ſplendidiſſima nube effecta in cælo apparebit ſupra locum iudicij, non ipſa vera crux.c. Quando hæc Crux eſt appaſitura.d.e.Crucem portabunt Angeli.2.a.b

In Cruce Chriſti ſumma Dei potentia elucet & ſapientia 713.2.d, In Cruce Deus miſericordiæ ſuæ theſauros effudit.2.a, in Crucè aſcendit iuſtitia,& peccati odium,b,in Crucẽ aſcẽderunt virtutes, humilitas, obedientia, patientia,&c. d. In Cruce aſcendunt opera noſtra, quia iacent ſine Chriſti meritis.711.1. b, Crux ſycomorus eſt inſipientibus & incredulis.737.1.a fidelibus ficus ſapiens, ibid.

Crucem portãtes noſtrum in Chriſtum amorem oſtendimus.387.2.b

Crux Chriſti torcular eſt Eccleſiæ.857.1.e

Cupiditas noſtra Dei opus non eſt, ſed forma. 271.2.e

Cura huius mundi fugiẽda, ne cor grauẽt. 1163. 2.e,Curæ mũdi putredinẽ cordibus afferunt, obliuionem ſui homini pariunt 1164.1.e,Curæ hæ inſenſibilem reddunt affectum erga diuina, mentemque obundunt. 2. a, Curis qui grauantur mundi, gibboſi ſunt.1165.1.b

Currus Dei ſunt nubes & Cherubim, Chriſtus tamen viliſſimo inſidet animali.778.2.b.e

D

DA gloriam Deo quã vim habeat.550.1.d Dæmonum cibus peccata ſunt.404.1.a

Dæmon eos conatur implicare, qui proximo opem ferunt.1109.2.d

Dæmon infirmitatis cauſſam mulieri per octodecim annos attulit. 344.1.b, Dæmonis opera infirmitatem excitatam Chriſtus depulit. 2. b, cur mulierem hãc curatam Chriſtus dicat priuſquam ipſa curata eſſet.c

Dæmones ſunt hoſtes noſtri, quibuſcum nulla pax nobis incunda eſt,& nulla inducia. 388. 2.e

Dæmo-

Digitized by Google

Dæmones an torquere debeant damnatos poſt iudicium.1118.2.c

Damnari an aliquid boni velle poſſint ijs, qui in terra ſunt, 467.2.d, an velint alios homines beatitudinem conſequi.468.1.a. Damnatorum *preces non placent Sanctis; ſed ſic ex hoc orbe emiſſa 477.1.c Damnatorum ſumma eſt inopia.2.d, Damnatorũ pœna, ſicut & gloria beatorum eſt immutabilis, 481.e*

Daniel Hebraicè iudicium Dei ſonat, hoc liberat animal, à libidine.22.2.b. Daniel Suſannam à morte liberat, Chriſtus veram adulteram.72.1.a

Dauid audito, Siba Miphiboſeth iniuſtè damnauit.435.1.c

Decimare & decimas ſoluere, & decimas exigere ſignificat, & pro quo ſumatur eo in loco 964.1.b. Decimas de minimis etiam rebus an Phariſæi ſoluere obſtringerentur, c. Probabilis eſt utraque ſententia d. Decima decimarum à Leuitis ſummo Sacerdoti ſoluebantur. 2.a Decimæ item aliæ quæ ſeparabantur, coram Domino in Ieruſalem comederentur, & ſimiles aliæ d Decimarum *iſtarum fundamẽtum in Scriptura ubi ſit.c, Decimæ tertiæ erãt quæ pauperibus recondebantur.965.1.a, Decimas non ſoluentes dicuntur Deum configere, & dolore afficere.1.b, Decimæ hilari, ac læto animo ſoluendæ ſunt b*

Decimarum rerum minimarum ſolutionem nõ damnat Dominus, *ſed anteponit caritatem, & iudicium.288.c*

Demenſum quale genus menſuræ Græcè ἐπιμέτριον.326.2.c

Denarius *merces eſt laboris diurni. & vitam æternam deſignat.647.1.e*

Deſideria trahunt homines, deſidera Chriſtum & traheris ad Chriſtum.734.2.e. Deſiderio ardens videndi Chriſtum debet inquirere media, quibus id conſequatur.735.1.b

Deus *an hominem de puluere vel luto formauerit, 165.1.d. Quid ſignificet iſta curatio.2.e Deus ſuperbos ad cognoſcendam ueritatem non illuminat.225.1.c* Dei *opera iniuſta eſſe non poſſunt.238.2.a* Deus Dominus *eſt, & pro ſua voluntate omnia facit, ſed oportet nos bene operari.239.2.b, Deus ante mundi conditionem in ſe ſolus habitabat.265.1.c*

Deus ſe ex iuſtitia debitorem nobis conſtituit per promiſſionem.63.2.e

Ex Deo *qui ſint, & qui non ſint 111.2.c. Intelligitur eum ex* Deo *eſſe, qui eius eſt imitator, 112.1.a, Deum is non cognoſcere dicitur, qui mandata eius non ſeruat.118.2 c.* Deus *cognoſcitur affectu & effectu e, Deum Chriſtiani cognoſcere debẽt, non ſolum fide, ſed etiam operibus.119.1.e, Deus tres leges dedit, hoib. in quib. veritatẽ docuit.171.2.c, ex* Deo *qui ſunt, verbum* Dei *lubenter audiunt.134.1.b*

Deus poſt mundum conditum in cælis, in Sanctis, & in templis habitare dicitur.265.1.d in homine iuſto e. Deum *quomodo raptim aſpicere debeamus.269.2.a* Deus *cur differat dare petita 279.2.d, Deus nihil magis dare vult quam ſe, ſi aliquid melius inueneris pete 280.1.c* Deus *proprium negat, cum male amamus.2.a*

Deus ſimilis eſt parturienti dum punire vult. 788.2.c

Deus electorum ſuorum vindictam facturus eſt. 499.2.e

Deus quomodo vindictam electorum ſuorum faciet.501.2.b

Deus eſt præſens diligentibus, negligentibus abeſt.846.2.d. Deus dicitur peregrinari, vt liberum oſtendatur arbitrium.847.1.a, Deus *cur dixit forſitan verebuntur filium meum. qui certo ſciebat eum eſſe occidendum 847.2 d. Deus malos malè perdit, & bene. 866.2.d*

Deus rex eſt potentiſſimus, cæteris reges ſunt reguli ſi cum illo cõferantur.873.1.b.c, Deum regẽ cæteris reges imitari debent clementia.d

Deus molliſſimus quomodo fiat duriſſimus 483.1.b, Deus gratiam magnam habet ſeruis, qui quod facere debent fecerunt.486.2.d, Deus liberalis eſt, & opera noſtra licet ſibi debita remunerat.488.1.b

Deus dat maxima, ergo dabit minima. 311.1.a, Deus prædeſtinat ſine meritis, ſed non dat regnum ſine meritis.c. Deus minatur, ne feriat, proſint minæ, ne experiamur ſupplicia. 342.1.b

Deus ſemper nos intuetur, & nos ſemper eum debemus intueri 859.2.d, Deus filium habet æqualem ſibi peromnia, cui Eccleſiam *deſponſauit.873.2.b*

Deus habet multos exercitus, & quaſi milites, & qui ſint illi.879.1.d, Deus eſt cauſa benedictionis iuſtorum, non maledictionis reproborum.1094.2.b, Deus an parauerit ignem æternum hominibus, ſicut & dæmonibus, & qui dicunt pro ſolis Dæmonibus fuiſſe factum e, rationes quæ probant æquè pro vtriſque paratum eſſe.1095.1.a. Cur Deus pro ſolis Dæmonibus eum parauiſſe dicatur.b.c

Deus quos diu vt conuertantur tolerat, inconuerſos durius damnat.1133.1.b, Deus *ſolus nec fuga uitari, nec bello ſuſtineri põt.1104.1 a, Deus*

a,Deus iudex eſt;nulla peccatoribus fuga,nulla poterit eſſe liberatio.2.b

Deus in impios nulla flectetur. miſericordia 1141.1.d

Deus non iubet impoſſibilia,& ſic mandatum dilectionis Dei ſeruari poteſt.948.1.b, Deus à nobis diligitur in hac vita. ſed perfectiſſimè in patria.2.a, Deus vtens imperandi modo dum agit de malis patrandis non imperatiuè ſed permiſſiue loquitur.998.2.a

Deus imperat cum ſuperior mandatum dat. 949.2.a, Dei theatrum & ſcena ampliſſima ſunt illius oculi.963.1.d, Deus neminem ad ſe adducit inuitum,& omnes vult ſaluari voluntate antecedente. 985. 2.a,Deus ſeruare vult,non euertere.89.2.a

Deum nulla re egere,neque obſequio,neque virtute exploratiſſimũ eſt.393.1.e,id ſignificat Habreũ nomen Chadai,qui ſufficit 2.b,Deus cur tanto labore quærit peccatorem,vnus nulla re indigeat.e, Dei ſerui duo aufugerunt, vnus magni pretij,alter nullius, Deus miſit ad quærendum vilem,ilum reliquit. 394.1.c,Deus fugientem hominem certo periturum apprehendit, & à morte liberauit. 394.1.c Deus Pater eſt redeuntibus, non redeuntibus ſeuerus iudex.395.2.d, à Deo nihil magis diſtat quàm peccatum.402.1.e

Deus altiſſimus,eſt altiſſimum refugium, illius miſericordia eſt altiſſimum aſylum 67. 2.b, Peccata Deus ſcribit,& delet, & quomodo. 68.1.e, Deus propria auctoritate peccata condonat.Sacerdotes aliena.70.2.c, Deus tuus vbique totus eſt,ſi non,ab ipſo facias caſum, nunquam à te facit occaſum.75.2.a

Deus omnia videt & tenebræ in eo non ſunt vlla.1202.1.c

Deus omnia cernens etiam cogitationes, à quantis non ſceleribus deterrere deberet.1203.2.a

Diabolus multa vera ſcit, & tamen in eo non eſt veritas.108.1.a.Quomodo cum mendaciũ dicit ex proprijs loquatur d Diabolus pater mendacij cur dicatur.2 c,vnde quidam dixerit per Diabolum Cain intelligi.109.1.a per Diabolum quis hic Iudam intellexerit, & cur.d, e, Diabolus creatus eſt in gratia & fuit bonus.2.b

Diabolus cur mundi princeps appelletur. 808. 1.a,Princeps mundi eſt,quia eſt princeps malorum omnium,qui in mũdo ſunt.c, vel quia in toto mundo in Idolis colebatur.e cur foras eiectus eſſe dicatur.2.b, eiectus eſt foras ab imperio, ſed non ab oppugnatione d quomodo eiectus fuerit ex antiquis patribus. 809. 1.a, Diabolus non potentia, ſed iuſtitia ſuperandus fuit. 810.2.b,Diabolus quomodo mortis habuerit imperium.819. 2.d, ne reuocetur victus cauendum nobis eſt. 820.1.e

Diabolo adhærent impij, ita vt difficillimum ſit eos ab illo auertere.415. 2. e, Diabolus vnde nomen habeat.424.1.b

Diabolum an Chriſtus Cain appellauerit,dicẽs, vos ex patre diabolo eſtis, vel etiam Iudam. 105. 1. c, De diabolo hic propriè locutus eſt Dominus,2.c. Diaboli deſideria quæ Iudæi faciebant,qualia erant 106.2.a, cur homicida dicatur ab initio d, Diabolus non ſemper fuit impius.107.1.c, in veritate cur dicatur ſemper non ſtetiſſe,d,eſt mendax.2.d

Diaboli lapſus per ſuperbiã factus, de quo Chriſtus loquitur.223. 2. d, Diaboli alter caſus quo de mundo per Chriſtum fuit eiectus,224 1.b,de hoc lapſu Chriſtus loquitur.224.2.b, Diabolus de cælo ſicut fulgur cecidit.225.2.b Diabolus cum fulgure comparatur,c, Diaboli laqueos qui volunt effugere, oculos in cælum intentos habeant.255.2 c, Diaboli eos qui in eorum manus incidunt, ſpoliant & vulnerãt. 256.2.e

Dies noſtra & dies Dei quæ ſint,& quales.787. 1.a

Diei & noctis in duodecim horas diuiſio qualis fuerit.625.2.c.Diem ſe vocat Chriſtus cùm dicit, nonne duodecim horæ ſunt diei. 654.1.c

Dies vnus Chriſti quis ſit,de quo dicitur deſiderabitis videre vnum diem filij hominis.493. 2.b, Dies Chriſti præcipuus eſt dies iudicij 494. 1.a, Diem iudicij multi fideles videre deſiderant,d, Dies iudicij eſt terribilis, ergo non deſiderabilis,reſpondetur.2. b

Dies malos malus efficit,bonus bonos.164.2. a

De Dilectione noſtri cur præceptũ nõ datũ nobis. 932.1.c,Diligenda quatuor ſunt ex caritate, Deus,nos ipſi proximus, & corpus noſtrum d, Dilectio quædam bona eſt,& quædam mala.e Dilectionis Dei quatuor gradus ſunt, & qui ſint illi.583.1.a

Diligere Deum ex toto corde & ex tota anima & ex tota mente quid ſit.916.2.b, Diligere Deum ex toto corde eſt diligere Deum ſuper omnia 917.1.b, Diligendo proximum ſicut nos ipſos,mundus ſit.919.1.c. Diligendi Deũ modus ex toto corde,quis ſit.926.2.d

Diſcipuli an ſuper veros ſerpentes & ſcorpiones poteſtatem acceperint, vel ſuper Dæmones. 225.2.c, Diſcipuli an inanis gloriæ peccatũ incur-

Digitized by Google

incurrerint, cum dixerunt, Ecce dæmonia ſubijciuntur nobis.226.2.b. Probabilior ſententia eſt eam illos nō incurriſſe.c, Diſcipuli erāt Patres conſcripti.227.1.c, an Diſcipuli omnes fuerint prædeſtinati.2.b. Auctor tenet affirmantem ſententiam.d

Diſcipuli qui laudarunt Chriſtum in die palmarum qui fuerint.769.1.a. Horum acclamatio quæ fuerit, & quis eius ſenſus.b. Diſcipulis an acclamationem illam intellexerint.771.1.c

Diſcipulum eſſe Chriſti ſummus honor eſt.91.b

Diſcipulorum ſeptuaginta miſſio quando contigerit.198.1.b Diſcipuli quomodo ab Apoſtolis electi ſint.199.1.c.d Diſcipulos quomodo Chriſtus deſignauerit.2.a, diſcipuli an fuerint ſeptuaginta duo, vel tantum ſeptuaginta.c,d, Apoſtoli duodecim, & Diſcipuli ſeptuaginta, vbi deſignati, Epiſcopi tenent locū Apoſtolorum. presbyteri diſcipulorum.200.1.a b Diſcipuli cur bini miſſi ſunt.202.1.c, Diſcipuli an bini mittantur.210.2.a, Diſcipuli cū gaudio ad Chriſtum reuertūtur.222.1.c, Diſcipuli magis gaudent de dæmonijs expulſis, quàm de alijs.223.1.d

Diſcipuli Chriſti de regno Chriſti carnaliter ad modum ſentiebant.995.1 c. Verè tamen eum de tempore iudicij & de ſecundo aduentu eū interrogant.2.a, Diſcipuli unde intellexerint finem mundi futurum.b, cur cum cōſummatione ſæculi finem templi coniunxerint.c, d. Diſcipulis Chriſtus venturas prædicit tribulationes, & cur.2.e

Diſcipuli Chriſti quales eſſe debeant Chriſtus docet.382.1.b

Diſciplina, & bona inſtitutio quantam vim habeat.232.2 c d

Diſcipuli Chriſti non Apoſtoli, ſed ſectatores omnes doctrinæ Chriſti dicti ſunt.7.2.a

Diſcipuli Chriſti ſunt alii veritate eſſentiæ, alij veritate finis & permanentiæ, & qui ſunt illi.92.1.d, Diſcipulus Chriſti verè tripliciter quid dicitur.2.b, Diſcipulo Chriſti perſeuerātia in diſcipulat eſt neceſſaria.c, Diſcipuli Chriſti veritatem diſcunt maximè neceſſariam.93.1.d an Diſcipuli qui Chriſto crediderant, dixerint Semen Abrahæ ſumus.94.1.e

Diſcipulus Chriſti ſemper in procinctu eſſe debet, & ab omnibus alijs curis liber.312.1.c hoc explicat parabola de ſeruis dominum expectantibus 2.c. Diſcipulos ſuos Chriſtus eſſe vult in perpetua ſui aduentus expectatione.314.1.a.

Diſcipuli Chriſti, & ſi multi alij præter Apoſtolos eſſent, cur puſillus grex dicantur.310.2.c Diſcipulos Chriſtus vult omnia vendere, & pauperibus diſtribuere.311.1.d

Diſcipulus Chriſti qui fieri vult non temerè, ſed conſideratè id faciat.384.2.b Similitudines quæ id docent, quomodo ſunt intelligendæ, de eo qui Chriſtianam fidem vult accipere. d.e, Similitudinum concluſio quō illis ſit ad aptanda.385.1 c,d, Diſcipulis Chriſti cōſtantia eſt neceſſaria.2.d, Diſcipuli Chriſti profeſſio eſt turris, & proinde difficilis.382.2.d

Diſpenſatore malo praui Eccleſiæ præſules deſignantur.329.2.d. Diſpenſatoris mali opera iniuſta, & abſurda.330.1.a, Diſpenſator malus unde veniat in contemptum herilium mandatorum b, Diſpenſatoris mali ſupplicium mors æterna.2.c, Diſpenſatores mali quo doctiores, eo grauius punientur.2.1.a.b

Diſpenſatoris boni virtutes ſunt fidelitas & prudentia 327.2.a

Diſpenſatores ſunt Eccleſiæ gubernatores diſpenſatores Chriſti id eſt prælati quomodo miniſterium ſuum honorificabunt.e diſpenſatoris boni encomia.328.1.b.c, diſpenſatoris mali ſupplicium eſt diuiſio & diſſecatio, vel diuidet, id eſt, ſeparabit ex ſua familia.329.1.a

Diſpenſator ſeu villicus maximè fidelis eſſe debet.450.1.e

Diues in Deum quis dicatur, & quis eſt qui ſibi theſaurizat 308.2.b, à diuitijs conquirendis, quæ ſunt in Deum, numquam ceſſare debet Chriſtianus.d, diuitum genus duplex eſt, ſecūdum Deum, & ſecundum hominem, e diues in Deum maximè eſt pauper uoluntarius.309.1.d. diuitiarum vſus egregius eſt eas donare pauperibus, turpis vſus, quo in libidines conſumuntur.361.2.d

Diuites Epulonis ad alios diuites admonitio: 476.1.d. diuitis gaudia momentanea luctus occupabit æternus.2.b, diues epulo ſero ſapit.477.2.e, diuites ſomnium dormientes vident cum putent ſe diuites, poſtea nihil habēt.478.1.d, diues non cruciatur quia receperat bona, ſed quia fecerat mala.481.1.d

Diuites ſunt ſpongijs ſimiles quæ expreſſæ nihil retinent, 609.1.d, diuitem impium mortis forāmē arctiſſimū pungit, ac diſcruciat.613.1.a

Diues Dauidi ſimilis eſſe debet, qui aluit Miphiboſeth.362.1.c, diuitis boni laudes ex Eccleſiaſtico.2,a,b

Diues in auro probatur.d diuitiæ virtutum & uitiorum materiam ſuppeditant.e ad diuites ut Chriſtum in pauperibus alāt præclara exhortatio.

Digitized by Google

tatio,363.1.b, Diuites à Chriſto retributionem expectare debent.2.a

Diues *epulo quis fuerit ambigitur.456.1.a,* Do*mum is habuit Ieroſolymis, in qua habitaſſe dicitur 2.b, fuit nobilis & diues, non tamen Herodes rex.c.d, Victus & veſtitus eius declarat eum corporis multam, nullam animæ curam habuiſſe 457.1.a, habebat agrum ante ianuam, in quo ſuas ſeminare diuitias poterat nempe Lazarum, c.Diuitis & Lazari comparatio 458.1.e, Diues, cur ſolam in inferno guttam aquæ petierit.463.2 a, cur ad ipſum Lazarum ſermonem non direxerit. e, quemuis alium potiùs quàm Lazarum ad ſe mitti non petierit, 464.1.c, cur potius linguam, alia membra refrigerare poſtulet.e, ob quæ ſcelera damnatus fuerit.2.c*

Diues *cur bona recepiſſe dicatur in vita ſua, & mala Lazarus.465.1.b,*Diues *quæ bona fecerit, ob quæ in vita bona receperit. 2.a,* Diues *quo animo petierit Lazarum ad fratres ſuos mitti.467.2.b,* Diues *hic fuit hæreticus, & fratres hæreticos habuit.168.2.e, Diuiti quæ neceſſaria non ſunt, paupere ſunt, 473.1.c,* Diui*tes ingrati & inſipientes ſunt, qui non dant illi à quo diuitias acceperunt.c, Diuitis epulonis exequiæ quæ, & quales.476.1.b*

Diuites *auari quomodo Iudæ ſimiles ſint. 761.1.a*

Diuites qui diuitias malè impendunt, ex ſuo auro Baal faciũt.433.2.d, Diuitiæ alienæ ſunt, quæ ſuper terram, cæleſtes noſtra ſunt.451.1.a

*Diuites boni, & ſancti perfecti ſunt ſecundum caritatem, non ſecundum ſtatum perfectionis. 583.1.d,*Diuites *non tenentur omnia ſua vendere.585 1.d,* Diuitib. *maximè neceſſarium eſt Dei auxilium, ut ſalui fiant.588.2.a*

Diuiſionem tempore legis Euangelicæ qualem futuram Chriſtus prædicat.335.2.b

Diuitiæ non reputantur diuitiæ niſi ab iniquis. 428.1.e

Diuitiæ iniquitatis dicuntur, quaſi inæqualitatis, quia non æqualiter ſunt omnibus diſtributæ, 2.e, Diuitæ ſe diuitiarum diſpenſatores eſſe intelligant, id eſt, villicos.431.2.d, Diuitiarũ *vſum habent homines non dominium, niſi eas pauperibus tribuant.432.1.b, Diues ſi ſe villicum & diſpenſatorem conſideret, quid inde lucrabitur, e, Diues habet dominium rerum ſuarum, ſed hoc eſt breuiſſimum.432.2.e,*Di*uites quomodo diffamentur apud Deum quaſi diſſipatores.ibid.*Diuitibus *Deus dedit, vt haberent vnde pauperibus darent.433.1.c,* Di*uites infideles villici ſunt, quando non dant pauperibus.2.a*

Diuitiæ non poſſunt vitam cuiuſpiam prorogare.303.2.c, hoc quomodo verum ſit, vel non.e. Diuitiæ cur improbis, qui eis malè vſuri ſunt conferantur.304.1.e

Diuitum horrea pauperes ſunt, 305.1.e

Diuitiæ *dantur diuitibus, vt illi dent pauperibus.2.e*

*Diuitis probi ad animam ſuum colloquium.306 2.c,*Diuitiæ *hic relinquuntur.308.1.b*

Diuitiæ *non poſſideant homines ſæculares, ſed poſſideantur. 373.2.c,* Diuitiæ *tenendæ ſunt in vſu, ſed æterna in deſiderio.384.1.e, ex Diuitijs iniquè comparatis an eleemoſyna ſint facienda.427.2.e*

Diuitiæ veræ ſunt opes, quæ miſeris opem ferunt. 445.1.a

Diuitis auari deſcriptio, & pij ſermocinatio.437 2.b,c,d

Diuitiæ *ſibi alas faciunt, diuitemque ſubito fugiunt.438.2.d, Diuitiæ iniquitatis ſunt facienda diuitiæ ſanctitatis, & quomodo. 441.1.c*

Diuitiæ *viuorum exuuiæ ſunt mortuorum. 240.1.d, Diuitiæ & terrena omnia non ſunt noſtra, ſed aliena. 148.2.d, Diuitiæ nulli poſſunt vitam prorogare.303.2.c*

Diuitiæ omnes abundantes ſunt, & grandes eleemoſynæ quas Deus diuitibus impertiuit. 447.2.c

D*iuortij cauſſa propria eſt adulterium, alia minus propria.556.2.a*

Doctoris proprium eſt veritatem diligere, ab omni mendacio abhorrere, & vnitatem colere. 111.1.b

In Doctore *requiritur vita peccati expers, & doctrina ab omni falſitate aliena.131.2.b*

Doctor *& concionator cuius vita à doctrina diſſentit, magna dignus reprehenſione eſt. 945.2.e*

Doctor magis eſſe debet, quàm ſermonis. 946.2.b

Doctrina Chriſti *non eſt vita, ſed patris. 32.2.d*

Doctrina Chriſti fluuius erat, qui à fonte.1. Patre emanabat.331.1.b, alia varia expoſitiones horum verborum mea doctrina non eſt mea.c,d

Doctrinam Chriſti qui vult cognoſcere, an ex Deo ſit, voluntatem eius faciat.34.2.c

Doctrina Euangelica accipienda eſt, quomodo pueri litteras diſcunt.573.1.b, Doctrina *Chriſti lac rationale eſt.574.2.e*

Dolores *& cruciatus pro Chriſti gloria, & proximi ſalute expetendi, & cum gaudio ſuſcipiendi.335.1.c*

Dolores tribus tantum in locis eſſe poſſunt, in cælo nulli ſunt.472.2.b

Dolore in hac vita animus ſoluat, quod delectatione commiſit.b

Dolores inferni Concionatores maximè inculcare debent.434.1.b

Dominus abſolutè Deus à Iudæis dicebatur.767 1.a

Dominus opus habet hominibus, vt eos beneficijs afficiat,& dona eis largiatur.779.2.a

Domus Dei,id eſt, cælum empyreum, eſt omnino implendum,& nullus in eo erit locus vacuus. 377.2.c

Dona cùm augentur,rationes etiam creſcunt donorum.331.2.c

Duros corde Deus relinquit.140.2.c

E

EBrietas & crapula maximè fugienda, & q̃ ſit turpis ebrietas.1161.1.c,Ebrij turpiores ſunt canibus & aſinis, a, Ebrietas ex hominibus facit belluas,ſobrietas homines,b, Ebrietas dæmon voluntarius,malitia mater, virtutis inimica,d,Ebrioſi ſordidis paludibus ſunt ſimiles e,Ebrioſi ſimiles ſunt ſanguiſugæ.2.e,Ebrietas puteus inferni eſt.1162.1.a, Ebriorum à menſa abeſt ratio à vino abſorpta b, Ebrietas duplex vini & curarum, vtraque corda grauantur.2.d

Eccleſia perſecutionibus creuit, martyrijs coronata eſt.1029.1.c,Eccleſia cum vritur, ſicut aurum detrimenta non ſentit. 2. a, Eccleſia naui ſimilis in puppi,et prora anguſtiori,in medio latior.b,Eccleſiam cur Deus tantis ab Antichriſto affligi pmitti perſecutionibus, ſimulque quantis eam iuuabit auxilijs,c.d,Eccleſia Romana mons eſt Dei in quo beneplacitum eſt Deo habitare.1030.1.c, Eccleſia eſt ſicut fulgur,quæ paret ab oriente vſq; in occidentẽ.2.d

Eccleſia eſt vna grano punico ſimilis.196.2.d

Eccleſia vna eſt in terris, & eius vnus eſt paſtor, & vnus eius vicarius Rom.Pont.181.1.a,Eccleſia locus eſt paſcuæ vberrimus.183.2.c

Eccleſia multis de cauſis regnum cælorum dicitur, & primò, quia excelſa eſt propter fidem, 1181.1.b, quia magna & ampliſſima eſt cælorum inſtar,c.De Eccleſia amplitudine vaticinia,1182.1.a,Splendida eſt vt cælum, d. fulget magna dignitate, & pontificibus & regibus.d,Eccleſia eſt Chriſti regnum, vnde dicitur regnum cælorum, quia rex eius Chriſtus rex cæleſtis eſt, 1183.1.c, Eccleſia eſt ſedes, Dei inſtar cælorum, Deus in ea habitare dicitur,1.e,Eccleſia vt cælũ in terras ſalutiferos immittit influxus. Quia non eſt inuiſibilis, ſed conſpicua omnibus, d. item regnum cælorum eſt,multos habens in ſe cælos,id eſt, viros perfectos.2.a,in Eccleſia boni mali permixti ſunt. b,Eccleſiæ filij ſunt omnes virgines, ſed alij boni, alij mali,alij prudentes,alij fatui.d.e

Eccleſia Dei tranſplantata ex Synagoga in gentiliſſimum.813.1.a

Eccleſiæ dux Chriſtus, cum eam ex infidelitate ad fidem traducit, b, Eccleſiæ latitudo quantùm extendatur.1.

Eccleſia ſepem habet, & non habet.2.b, Eccleſiæ murus Angeli,prælati,concionatores,& alij,c, Eccleſiam ſacerdotes,& prælati tuentur. 854. 1.e, Eccleſiæ ſepium ædificatores ſunt reges, & Principes Chriſtiani.2. c, Eccleſiæ ſepem ſtare neceſſe, id eſt, conuenit bonos eſſe Eccleſiæ paſtores & prælatos.d

Eccleſiæ turres ſunt templa,& alia multa. 855. 1.e,in Eccleſia tẽplis quomodo ſint omnia,quæ erant in templo Ieroſolymitano ſpiritualiter. 2.e,in Eccleſia eſt palatium & templũ, in quo viri nobiles frequentes eſſe debẽt,856.1.a,Eccleſiæ torcular ſunt preſſuræ & dolores.2.d, Eccleſia locata eſt agricolis hominibus laborioſis quid hoc ſit.857.2.a,Eccleſiam Deus plantauit, vt illa fructus ferat, & qui illi fructus. 859.1.e

Eccleſiæ immunitate gaudere non debet, qui in ea homicidium perpetrauit.71.2.d

In Eccleſia is perſeuerat,qui in fide, & religione perſeuerat,licet à Chriſto deficiat.91.1.c

Eccleſia lunæ ſimilis ſi in vna parte obſcuratur, in altera illuminatur.169.2.b Eccleſiæ principatus eſt monarchicus.180.1.b,& rurſus.196 1. d, Eccleſiæ fundamentum nullo modo eam labefectari ſinit.864.2.a

Eccleſia Dei regnum longe ſuperant ſynagogam. 865.1 c, Eccleſia dedit fructus vberrimos & qui illi,e, Eccleſia per hæreticos ex ſeptemtrione ſublata creuit in Indijs.866.1.d, Eccleſia regnum cæli,Heb.phraſi pro regno cæleſti.868 1.b, ad Eccleſiam vocati non omnes ſaluantur.870.1.e

Eccleſia Chriſti ſponſa ex alienigenis collecta, cuius figuræ multæ ſunt,874.1 A.B.

Eccleſia naui ſimilis eſt fluctibus agitata. 933. 2. b

Eccleſia virgines ſacras parit. 906.2.C in Eccleſia noſtra eſt vera religio, quia tot ſunt in ea virgines & cælibes. D. Eccleſiæ vexillum eſt caritas.933.2.b

Eccleſia cur cælorum regnũ appelletur. 1169.1.d

Eccleſiæ moderatores qui audit, Chriſtum audit, & qui ſpernit,Chriſtum ſpernit.221.1.B,

Eccleſiæ præpoſiti debent in ea habere primum locum,ſed non amore. 944.2.d,

Ab

Digitized by Google

Ab Eccleſia Chriſtus magiſtri, & doctoris appellationem non repulit, ſed tātùm ambitionem, & ſuperbiam. 2. a

Eccleſia operarij non debent inter ſe diſſentire. 210. 2. d

Eccleſia operariorum præda opulentiſſima ſalus animarum ad quam capiendam debent feſtinare. 213. 1. e, Duplex eis debetur merces, & quæ illa. 214. 2. d

Eccleſia bonis ditati debent prædicationis officiū illi impendere. 215. 1. b

Electi pauci ſunt, & multi vocati, hoc variè explicatur. 630. 1. e

Electis optimè fit, ſi conſideratio, & contemplatio adhibeatur. 272. 2. c, Eligere qui vult bene, demat laruam, d, Electio bona & mala quæ ſit. e

Eleemoſyna in iudicio multum commendabitur, & de laude eleemoſynæ. 1145. 2. d

Eleemoſyna ſacculus eſt, qui non veteraſcit, & ſacculus, ſiue marſupium eſt pauper. 145. 2. b, c, Eleemoſyna cum pænitentia & caritate coniungenda eſt, vt ad ſalutem prodeſſe poſſit. 363. 2. c, d

Eleemoſyna ex diuitijs iuſtè partis faciēda ſunt, non ex iniquè, 427. 2. e, Eleemoſyna ex iniuſtè partis fieri poſſunt, ſi verus dominus ignoretur. a, ex Eleemoſynis qui amici faciendi ſunt, Angeli ſunt, & Sācti 429. 2. c, Eleemoſynam qui fecerunt, cùm defecerint, quomodo recipiantur in æterna tabernacula. 429. 2. e

Eleemoſyna duplex eſt vna, qua corpus, altera, qua animus iuuatur, vtraq; bona, ſed hæc præſtantior 1210. 1. e, Eleemoſyna verbi præſtantior eſt, quàm panis. 1211. 1. b

Eleemoſynæ prærogatiuæ plurimæ, & 1. eſt aduerſus peccatum 441. 2. b, 2. eſt alius baptiſmus quo peccata demerguntur. c, Eleemoſyna in quo quaſi baptiſmum excellat. 442. 1. a, Eleemoſyna ſine pænitentia hunc effectum præſtare non poteſt, b. 3. Eleemoſyna in iudicio eximia patrona eſt, e, Eleemoſyna nomine nihil tribuens eſt ficui, cui maledixit Dominus ſimilis, 2. d. 4. eſt inſtar ſacrificij Deum placantis, 2. b, eſt ſimilis columbæ, quæ ad Noe reuerſa eſt 443. 1. c, tuto in loco opes collocat. e. 7. Aeterna ædificat tabernacula. 443. 2. d, exempla huius rei, & præſertim ſutoris Deus dedit, 444. 1. a, Diuitias hominibus cōſeruat, facitque immortales. a. 9. Opes facit ſanctas. 2. c. 10. eſt ſapientiſſima negotiatrix 445. 1. a, Pecunias fœnori dat Deo d. 12. Pauperi datur, ſed Chriſtus ſibi datam reputat. 2. b. 13. ars eſt quæſtuoſiſſima, d. ars hæc & diſcenda & docenda eſt, 446. 1. a, eſt eximium tributum, quod regi cælorum penditur & ſtipendium, q̄ militibus datur. 1. c, famam dantī præclaram parit. 2. d, Deo reddit hominem ſimilem 447. 1. a, opem præſtat orationi magnam, c, Eleemoſyna arcula domi locanda, in quam ante orationem aliquid reponatur. 2. c, pro eo pugnat, & exorat Deum, qui eam fecit. 2. e, Deus eleemoſynam intuetur, vt homini cùm opus eſt ferat auxilium. 446. 1. b, in morte hominē conſolatur, ac tuetur, d, ob eleemoſynam Tabitha vidua reſuſcitata eſt. 2. a, bonis etiam temporalibus prodeſt. 2. d, Eleemoſynam non dantes in bonis temporalibus flagellantur. 450. 2. a, Eleemoſyna docet nos pauperes debere in ſinu. 277. 2. b, Eleemoſynam qui negabant in terra petit in inferno d, Eleemoſyna non deſerit dantem, cum cætera deſerant retinentem. 473. 2. b

Per Eleemoſynam quomodo omnia munda eſſe poſſint. 286. 2. e, non eſt hic agnoſcenda ironia, vt quidam volunt. 287. 1. a, Eleemoſyna ſi rectè adhibeatur pænitentia comite, delet peccata, c, Eleemoſyna ſeipſum mundans purgatur à peccatis. 1. d, Eleemoſyna de eo quod ſupereſt facienda, quid ſit quod ſupereſt, Græcè, τὰ ἐνόντα. c d

Eleemoſyna præclarior eſt, quæ animis, quàm quæ corporibus præſtatur. 156. 1. d

Eleemoſyna fructus vberrimos in die iudicij proferet, 260. 2. a, & in hac vita etiam. 2. a

Eleemoſynam qui nihil habet, quomodo conferet, 990. 1. b

Elias quomodo Iudæos ab Antichriſto auellet & ad Chriſtum conuertet. 109. 2. a, b, Elias, & Enoch prædicabunt fidem & pænitentiam, c, degunt nunc in paradiſo terreſtri. 1035. 1. e, occiſi reſuſcitabuntur. 2. d

Elias & Enoch ſub aduentum Antichriſti ſunt venturi. 1030. 2. a, Occidentur ab eo, ſed reſurgent, b, & rurſus, 1030. 2. c, quamdiu prophetabunt. 1202. 1 c

Encænia quale feſtum fuerit, & vnde hoc nomen ducatur. 521. 1. a, Encænia tria templi ſiue innouationes tres factæ leguntur, et quæ illæ. 1. d, Encænia quorum Ioannes meminit, cuius temporis fuerint. 2. a, Encænia hæc non fuerunt templi, ſed altaris. 521. 2. d, Encænia templi Salomonici, & Zorobabelij quo die & menſe fuerunt celebrata. 522. 1. c, Encæniorum feſtiuitatem Iudæi eo modo celebrabant, quo feſtum Tabernaculorum. 1. e, Encæniorum feſtum etiam ſcenopegia nominatur, & feſtum luminum. 2. a, an in hoc feſto Iudæi habitarint in tabernaculis. 2. b, hoc feſtum quare hyeme celebratum Euangeliſta dicat. 2. e, Encæniorum feſtum ſpiritualiter quomodo celebrandum ſit.

Digitized by Google

ſit.537.1.c,Encania in hyeme huius vitæ celebranda ſunt.538.2.c, Encania in cælo celebranda.539.1.d

Ephrem, vel Ephraim quæ ciuitas fuerit.687.1.b

Epiſcopi puritas cordis in duobus conſiſtit.191.1.a,Epiſcopus oues ſuas debet cognoſcere,& viſitare.194.1.e

Equus ſuperbum animal eſt, & equitate parum humilitatem ſapit.779.1.a

Erubeſcentia pars eſt pænitentiæ,512.2.e,Erubeſcere nolunt impij, & peccandi pudorem abijciunt.e,Erubeſcentia quædam peccatum adducit,alia gloriam & gratiam.d

Eſſeni quinam eſſent,& eorum mores.912.2.a Iuramentum quanti fecerint.e, Quo tempore cæperint.& quid de eis Plinius ſcribat.e

Ethnici in imperio & poteſtate primatum, & hominis magnitudinem poſitã eſſe putant.710.2.a

Ethnicorum ad Chriſtum conuerſio ſedulò procuranda eſt, ſed magis vt Chriſtianis moribus exornentur.960.1.c, ſunt cadauera, ad quæ aduolare debent Chriſtiani doctores,vt ea vita compleant.961.1.d

Euangelium toto orbe prædicatum eſſe ante excidium Ieroſolymitanum qui teneant.1004.1.b Euangelij prædicatio maximum eſt omnipotentia Chriſti argumentum,a, Euangelij prædicatio homines in toto orbe reddit inexcuſabiles. Euangelium prædicari in toto orbe ante Ieroſolymorum euerſionem cur Chriſtus voluerit, b. Euangelium prædicatum eſt in toto orbe per ſynecdochen.2.c,Qui dicunt Euangelium prædicandum in toto orbe ante mundi finem.1005.1.a

per euangelium omnia dicta & facta Phariſæorum fuerunt manifeſtata.297.1.b

Eucharistia eſt viaticum, ſine qua Chriſtiani iter peragere non poſſunt. 379.1.e Euchariſtia ſupra eſt,quamdiu mundus durabit.2,e Euchariſtiam ſumpturi amici eſſe debẽt.e. ad Euchariſtiam recipiendam neceſſaria eſt uita puritas.380.2.e Euchariſtia mundiſſima omnia requirit, ſacerdotes, aras & εὐδοκία bene placitum vel bona voluntas reddi, poteſt, ſed reddi etiam poteſt placitum.132.2.b

Euge particula unde componatur, & quam vim habeat.741.2.a

Eunuchi Euangelici ab Iſaia celebrantur.368.1.d de his Eunuchis alia Scripturæ loca explicantur c Eunuchi magna etiam in terra præmia conſequuntur.1.d

Eunuchorum tria ſunt genera & qui illi ſint.357.2.d Eunuchorum præmium,qui voluntariè ſe caſtrarunt,idem, quod pauperum ſpiritu,& martyrum.1.c Eunuchi ſunt, qui voto maximè ſolemni carnem exſecant.e Eunuchi cæleſtes & voluntarij qui ſint.364.1.c Eunuchos quomodo Chriſtus iam habere velit. Eunuchus ſpiritalis non eſt lignum aridum.367.2.c

Excæcat Deus homines non dandò cæcitatem,ſed lumen non dando.923.2.c Excæcat Deus, & indurat non impertiendo malitiam, ſed non impertiendo gratiam d Excæcatio hæreticorũ, noſtri temporis mirabilis eſt.226.1.c

Exempla Chriſti & Sanctorum nos multùm excitant.326.e.d

Exemplum maximè iuuat ad ſeruãda legis præcepta.941.1.b Exemplum paſtoris præeuntis, leue præceptum reddit. Exemplum ſtulli prælati Roboam.950.1.e Exemplis noui conuerſi iuuandi.566.2.b

Exempla ſuperiorum cogunt ſubditos quodammodo ad eos imitandos 367.2.a

Exercitus Dei quot, & quanti, & quales ſint.874.1.d

Exercitus Romanorum fuit Dei exercitus, & Chaldæorum etiam.2.a

F

FAciem ſuam firmare in Ieruſalem,eſt ſtabili re ſententia eundi Ieroſolyma.4.2.d alia interpretationes.d.e firmanda facies eſt contra omnia pericula & tentationes.45.2.d

Fames mundanorum inſatiabilis quibus perſonis graphicè depingitur.415.2.c

Feſtiuitas Dei & Angelorum eſt dies,quo peccator agit pænitentiã 318.2.a feſtiuitas Paſchalis peccatoris eſt dies pænitentiæ ipſius c Feſtũ expirationis olim adumbrabat conuerſionem peccatorum.399.1.c

Feſti dies honorandi ſunt aſcenſu,non deſcenſu, & quid hoc ſit.16.2.a

Ficus fuit arbor,quam primi parentes guſtarũt, ex qua edere vetitum eis fuerat. & ideo à Chriſto maledicta fuit.835.2.e ficus cõtinuo aruit,ſed non continuo areſacta apparuit, & conciliantur Euangeliſtæ.836.1.e Ficus areſacta quid deſignet.1.a

Chriſtianum etiam infructuoſum deſignat.e ficum onuſtam fructibus ſibi gratiſſimis, id eſt, peccatis dæmon reperit.837.2.e

Ficus infructuoſa Iudæorum populum deſignat.342.1.e item Chriſtianum ſterilem, & fructibus operum bonorum carentem.2.c

Fides donum Dei eſt,quod à nullo niſi à Deo hominibus donari poteſt,& cur illam ſibi augeri Apoſtoli petierint.485.2.a

Fides

Digitized by Google

Fides neceſſaria eſt ad edenda miracula tum ardens, tum humilis. 486.1.a, Fides miraculorum talis eſt, vt etiam is, qui minimam habet, poſſit miracula facere, 2.a, fides ſi deficit, oratio perit, quis enim orat quod non credit. 297.1.c, de qua fide loquatur Dominus. *d*

Fides quæ dubitat non eſt fides. 44 2.b, ſine fide viua nullus poteſt in cælum aſcendere, 85.1.a fides perſeuerantiam exigit. 91.1.d, fides non ſufficit ad ſalutem. 1030.2.e

Fides poteſt eſſe ſine caritate, ſed non prodeſſe. 923.1.e, fidem ſibi hæretici finxerunt, ex qua à fide non ficta aberrarunt. 925.2.e

Fides Dei *quæ dicatur, & quam Chriſtus fidem ad miracula facienda exigat. 836.2, b. fides ſine caritate, & bonis operibus non poteſt ad ſalutem ſufficere. 883.1.d*

Fidei confeſſioni cedere debent omnia, & ipſa vita, ſi opus ſit, 830.2.e, Fidei confeſſio non ſemper neceſſaria, ſed quando obligat. 831.1.b, Fides in Chriſtum quàm ſit neceſſaria, b, Fides in Chriſtum eſt fides in Deum, *c, Fides in Chriſtum non eſt humana, ſed diuina, e. Fidei in Chriſto fructus eſt illuminatio. 2.e*

Fides cum operibus coniuncta eſſe debet. 590.1.a

Fides non ſufficit ſine operibus, & debet habere bona opera. 634.2.a

Fides turris à nobis extruendæ fundamentum eſt, reliqua ſuperſtruenda. 388.1.e, vel etiam humilitas, & parietes virtutes fortiſſimi, & tectum caritas. 2.a

Fidem ad ſuſcipiendam infidelis diu cogitare non debet. 385.1.b, Fidei auditus eſt is, qui corde, non qui aure percipitur. 386.1.b

Fides pia eſt bonus piſcis & cur. 280.2.d

Fides non initium tantum credendorum ſed progreſſum ſignificat. 656.2.a

Filij puniuntur, pro patribus à Deo *quandoque non ab hominibus. 977.1.d, filius portat iniquitatem patris in anima, quando iniquitatis patris imitator eſt, non autem quando iuſtus eſt d, Filij infantes cur pro peccatis parentum puniantur. 2.a, Filij Achan cur pro peccato patris puniti, quandoquidem aliqui adulti fuerunt. e, Filij an acerbius puniantur pro peccato parentum, quando peccata eorum imitantur. 978.1.a, Filiorum punitio hæc an ſit tribuẽda* Dei *miſericordiæ, vel ſeueritati. e*

Filij pro parentibus æternas & ſpirituales pœnas non ſubeunt. 978.2.a

Filij Dei, *qui erant diſperſi, & congregandi per Chriſtum, qui nam eſſent & vbinam eſſent, & vbi congregandi. 685.2.b*

Filij dicuntur tripliciter vel natura, vel imitatione, vel doctrina. 105.2.e, Filios nos facit imitatio eorum, quos imitamur. 106.1.b

Filij ſæculi huius, & filij lucis quinam ſint. 439.1.c, Filij lucis, & Filij ſæculi quomodo prudentes ſint vel non, c. Filij ſæculi quibus in reb. prudentiores ſunt filijs lucis. 2.b

Filium hominis quomodo turba de Chriſto intellexerit, cùm tamen ſic ſe Chriſtus nõ vocarit. 812.1.a, Fimbriæ quid eſſent, & quo contextæ. 943.1.d, cur de Fimbriis à Domino *præceptum ſi datum. 2.a, Flagella* Dei *nos ad cœnã intrare compellunt. 376.2.b, Flagella nobis prodeſſe debent ad ſalutem conſequendam, d. Flagella* Dei *quibus ad ſalutem non proſunt, grauiter increpantur. 418.2.b*

Flumina de ventre eius fluente aquæ viuæ, vbi habeatur in Scriptura. 49.2.c, Flumina qui habent, & puteos moraliter. 50.2.e

Fœmina inclinata quam Chriſtus ſoluit animã deſignat terrenis rebus addictam. 345.1.e

Forſitan quam vim habet in hoc Chriſti ſermone, Forſitan & Patrem meum ſciretis. 80.2.a, ἂν particula etiam hoc forſitan ſignificat. d

Forte in Dei *ore adhibetur, vt liberum hominis ſeruetur arbitrium. 220.1.e, Forum eſt mundus iſte, vbi omnia ſunt venalia, & anima ipſa. 639.2.b, Fugere in perſecutione licitum eſſe Chriſtus docet. 687.1.e*

Fures & latrones qui venerunt in ouile ouium qui ſint. 173.2.e, an fuerint Iudas, & Theodas, & ſimiles ſeditioſi, e, an alij qui ſe reges tunc tẽporis eſſe dixerunt. 174.1.c, fures ſunt & latrones qui falſam atq; hæreticam doctrinam diſſeminant, d, ante Chriſtum qui fures fuerunt. 2.b

G

G*Alilæi quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificijs eorum, quinam fuerint. 339.2.c, eorum ſecta, vnde originem habuerit. 1.c, docebant non debere offerri victimas pro ſalute Romanorum. 2.b, Galilæos Pilatus vicit cũ Samaritanos ad vicũ Tirabatham deductos, occidi præcepit. d, Galilæi Iudæi erant, Samaritani Ethnici. 339.2.b. Galilæi hi fuerũt Iudæ Galilæi ſectatores. 340.1.a, eorum ſanguinem quomodo, & quando Pilatus cùm eorum ſacrificijs miſcuerit, d, Galilæi hi an ſacerdotes fuerint, e, de Galilæis cur hæc Chriſto nunciata ſint. 2.b, ex hac Galilæorum cæde Chriſtus quem fructum decerpat. 2.d*

E Galilæa in Iudæam à quatuor Euangeliſtis an idẽ diſceſſus memoretur. 2.a eundem diſceſſum fuiſſe magis probatur. 2.c, reſpondetur argumentis negantibus. 2.e. hic è Galilæa diſceſſus poſtremus fuiſſe dicitur. 3.2.c, in Ga-

Digitized by Google

lilaam Chriſtus ambulabat legendam eſt, & quid hoc ſit.d

Gaudium miraculorum minus eſt gaudio cæleſtium præmiorū.126.2.e, Gaudere poſſumus, ſi ita viuamus, vt piè ſperemus nomina noſtra in cælo ſcripta eſſe 128.1.a, Gaudere in nihilo qui dicantur, c, Gaudium verum, non in caducis, ſed in æternis verſatur. 1.e, Gaudendum maximè eſt in conuerſione hominum.230.1.d

Gaudium Domini, in quod Deus nos intrare iubet, eſt ipſummet Gaudium, quo Deus gaudet.1212.1.a

Gazophylacium quid ſit, & vnde dicatur. 987.1.c, Gazophylacia fuerunt arcæ, in quibus nō ſolam pecunia, ſed & alia aſſeruabantur. 2.b Gazophylaciū terræ & cæli quod ſit.988.2.d

Gazophylacium vnum tantum in templo fuit, non duo vt vult Montanus.481.2.b, Gazophylacium quod expilare Heliodorus volens mirabiliter repulſus eſt, quod nam fuerit, 82.1.a, Gazophylacion קרבן Korban Hebraicè dictum eſt.2.a

Gazophylacium quid ſit. fuerunt autem in templo multa Gazophylacia. 81.1.a. dicitur etiam arca perforata. 80.2.e, in quo Gazophylacio locutus ſit hæc Dominus. 1.e

Gazophylacium diuitis epulonis & Sardanapali venter eorum fuit.989.1.e

Gehenna metas quos & quales ſanctos inuaſerit. 1130.2.d

Gehennam cogitare magnam habet vtilitatem. 298.2.e

Generatio duplex eſt, alia ſæcularium, & impiorum, altera iuſtorum, ſeu filiorum lucis. 425.2.d, Generatio item eſt tempus, quo generatio hominū viuit, 426.1.b, Generatio impiorum quomodo præcellat prædicta piorum generationem, an hoc ſemper verum ſit.1.b

Generatio quæ ſit, quæ non præteribit, donec omnia fiant.1122.1.d, loquitur de generatione hominum, qui tunc erant, & de euerſione Ieruſalem.1123.1.e, Credibilius eſt de iudicio loqui.e

Gentes an vocandæ fuiſſent ad fidem ſi Iudæi non credidiſſent.880.1.c, Gentium conuerſionis occaſio fuit Iudæorum incredulitas. 2.d, De Gentium conuerſione prophetia.2.e, Gentes dicuntur eſſe extra vias & ear.881.2.a

Gentes vbi orauerint in templo Salomonis, antequam atrium gentium ædificaretur. 527.1.d

Gentes toto erant orbe diſperſæ, cùm Iudæi in terra ſola promiſſionis habitarent, vnde dicitur Gentium diſperſio.47 1.e, Iudæi etiam toto ſere orbe per colonias diſperſi erant, vnde Gentium diſperſio, & de Iudæis intelligitur.2.a

Gentes primum locum in Eccleſia tenere debere, & Iudæos poſteriorem vbi olim prædictum, & figuratum.349.2 b

Gladius cur habere ora, & deuorare Hebraica phraſi dicatur.1015.1.e

Gladius Dei & gladius hominum, quomodo differant.1043.1.a, Gladius Dei erit exacutiſſimus in vltimo iudicio.e

Gloria inanis nihil eſt, & propterea inanis dicitur. 118.1.a, Glorificanti ſeipſam non habetur fides.1.e

Gloria inanis contemnenda, & pro nihilo ducenda 137.2.e. eſt ſimilis laruis, & hiſtriorum perſonis.2.e, ſimilis eſt muſcarum & culicum ſtridoribus. 138.1.b, inanis gloria vincitur per gloriam æternam.2.e, gloria vera ambienda eſt, quæ ex cælo eſt.139.1.e

Gloria mundi quàm citò euaneſcat Chriſtus ſuo exemplo oſtendit.773.1.b, Gloria mundi ſimilis eſt ramorum amœnitati, c. gloria mundi quàm ficta & inconſtans ex Valerio Maximo, & Philone Iudæo oſtenditur, 2.b, Hoc ex verbis Scripturæ magis elaceſcit.774.1.c, hāc gloriam qui ritè conſiderant, quomodo eam citò ſpernant.2.b

Gloria inanis in homine carnali magnas vires habet, gloriæ æternæ ſpes minus vrget. 953.2.c, ad Gloriam inanem fugiendam & ad ſectandam æternam exhortatio.954.1.b

Glorificatio Chriſti eſt paſſio, vel etiam aſcenſio. 52.1.b

Gog Princeps erit exercitus Antichriſti, Magog regio Aquilonaris, cui Gog imperet.1037.1.d

Græci pro Gentilibus in Scriptura ſumuntur. 795.1.a, id eſt, Gētiles veniebant adorare in Ieruſalem, b, an hi cum Deo vere adorarent etiam idola, c, Volebant Ieſum non ſolàm videre, ſed etiam ſalutare, & colloqui. 1.e, Græci quo permoti deſiderio Chriſtum videre voluerint.796.1.a, An cum illis Chriſtus ſermonem miſcuerit, c. Gentilium conuerſionem Chriſtus toto orbe futuram prædicit d

Sine Gratia Dei non peruenitur ad gratiam, & gratia ſemper præuenit liberum arbitrium. 419.2.d

Gratia & caritas omne pretium ſuperant.1190 1.a, Gratia datur etiam cùm emitur & gratis datur, e, Gratia augmentum ex condigno iuſtus meretur.e

H

HAereditas Chriſti ampliſſima, quam Iudæi dum eum priuare voluerunt, effecerūt, vt potiretur quæ ſit.862.2.d

Hæreſes ſunt idola, quæ hæretici colūt.1043.2.b, hæreſes

Digitized by Google

hæreſes diabolus ſuſcitauit, pro idolis, quæ antiqui colebant, c. Hæreſi flagrante, vt noſtris temporib. tot ſunt fides, quot voluntates, 1, Hæretici ſunt Antichriſti. 2. a, Hæreſis Apoſtatas facit, perſecutio martyres b, ad Hæreſes fugiendas, ad montes, id eſt viros ſanctitate præditos oportet confugere, d. Hæretici Scripturas confundunt. 2. e, Hæreſes apud eos multum valent, qui in fide non valent. 1042. 1. b, Hæretici ſibi quid credant eligunt, quod non placet non credunt c, d. Hæretici concipiunt hæreſes ex diabolo e, Hæretici dicunt Chriſtum apud ſe eſſe, ſed credendũ illis nõ eſt. 1043. 1. a
Hæreſum omnium fons eſt S. Scriptura, & Dei potentiæ ignoratio 901. 2. e, Hæreticis noſtri ſeculi vtraque ignorantia laborant 902. 1. b, Hæretici oderũt cuſtitutẽ & arguuntur. 905. 1. b
Hæreſes ſucceſſerunt idololatriæ. 184. 1. a, Hæreſeŏ omnium parens iſt ſuperbia, b, Hæretici omnes ſunt paleæ, & ſurmenta præciſſa. e. e
Hæreſis quamprimum ne ſerpat exſcindẽda eſt. 24. 2. b
Hæreticorum doctrina eſt ſua, nõ Eccleſiæ Catholicorum doctrina eſt Eccleſiæ, non ipſorũ. 34. 1. b, Hæretici quia non curant voluntatẽ Dei facere, ſed ſuam, ideo doctrinam Eccleſiæ à Deo eſſe non credunt. 35. 1. b
Hæretici & ſchiſmatici compelli poſſunt ad fidẽ, & debent. 377. 1. b
Hæreſes & ſchiſmata ſunt viæ, & ſepes, & cur. d
Hæretici ſignum eſt gloriam, captare ex doctrina. 36. 1. c Phariſæis ſunt ſimiles & quo. 16. 2. b
Hæretici qui negant Dei legem ſeruari poſſe redarguuntur. 191. 2 c
Hæretici ſe ſimpliè ex nuptijs ſubtrahunt. 882. 2. b, hæreſiarchæ ex nuptijs ſe ſubtrahentes ſecum multos trahunt, vt Lutherus, & Caluinus, ſed quos c, Hæretici ſerui mali, & fugitiui ſunt, d.
Hæretici ſunt magiſtri mendaces, qui verbis Scripturæ mendacium adornant. 895. 2. e
Hæretici non accipiunt verbum Dei humiliter, ſed inſolenter. 573. 1. e
Hæretici Chriſti diſcipuli non ſunt 92. 1. d. Horum ſchola falſitatis eſt, Chriſti ſchola eſt veritatis. e, Hæretici ex patre diabolo ſunt. 109. 2. e, ſunt homicidæ animarum. 100. 1. b, Hæretici benedicere ſe aiunt & maledicunt. 135 1. a, Hæreticis Scripturæ liber eſt ſignatus, & cur. 236. 2. b, Hæretici animo cæci ſunt, & cũ in Babylone degant, ſe tamen in Eccleſia eſſe credunt. 159. 2. e, inter hæreticos ſunt Catholici aliqui. 168. 2. d
Hæretici vt Iudæi verba Dei non intelligunt. 117. 2. b, Hæretici ſũt veritatis inimici. 129. 2. e, Hæretici ſimiles Iudæis veritatem audire nolunt. 132. 1. a
Hæretici oua aſpidum fouent, & pariunt baſiliſcos. 699. 1. b, Hæreticorum argumenta, quàm ſint periculoſa, & fragilia, e, Hæretici cur in domum Dei non conſcendant, nec ambulant in vijs eius. 736. 1. b
Hebdomada ſãcta cur magna dicatur. 772. 2. a, Hæc in Hebdomada quæ Chriſtiani agere debeant. c
Hedera Ionæ quid deſignet. 782. 1. a
Herodes cur à Chriſto dicatur vulpes. 351. 2. b
Herodiani qui fuerint variæ ſententiæ, & illi primũ qui Chriſtũ Herodẽ eſſe dicebãt, arguũtur. 886. 2. b, vel Herodiani Herodis milites, vel q̃ Cæſari tributũ ſoluebãt, vel colligebãt, 887. 1. d, reprobantur, d, fuerunt aulici ex domo & familia Herodis. 2. c, Herodis quædam ſecta fuit, ex qua hi nominati ſunt Herodiani 888. 1. a
Homo duplex vnus vetus, alter nouus, vetus exuendus, nouus induendus. 517. 1. d, vterque deſcribitur. e
Homo vetus eſt Adam nouus Chriſtus, hic imitandus maximè. 2. d
Homo quomodo renouetur. 538. 1. e, Homo creaturarum viſibilium præſtantiſſima cur poſt cæteras creatus fuerit. 560. eum tamen ſolum eſſe noluit. 2. a, Hominis opus quale ſit, & quo ab illo per ſuas cupiditates auocetur. 539. 1. a
Homini operandum eſt in vita, poſt mortem præmium, vel ſupplicium contingit. 163. 2. d
Homo an ſit ex luto formatus. 165. 1. d, Homines non ſunt iudicandi ex his quæ patiuntur, ſed ex his quæ faciunt. 341. 1. b, Hominum peccata Deus punit etiam caſib. fortuitis. 341. 2. c
Hominem ſanatum relinquit Deus in ſuo libero arbitrio viuere. 359. 1. a
Homini maior eſt cura de aſina quã anima. 1. c
Homo ad Deum non reuertitur, niſi à Deo quæratur. 394. 2. e, Homini auxilium Dei neceſſarium eſt, vt ad eum redeat. 395. 2. a
Homo non ſolum auxilio Dei indiget, vt iuſtificetur, ſed vt in gratia conſeruetur. 398. 2. c
Homo is eſſe deſiit, qui non eſt miſericors. 445. 2. c
Homo impius amicus per ſe Dei eſt, ipſi ſe facit inimicum 883. 2 c, Homo impius in iudicio damnatus nullã habet excuſationẽ. 884. 1 e
Homo impius quamuis rex ſit, vel princeps, Deo punire volenti reſiſtere non poteſt 2. e
Homines impij à tenebris ad tenebras tranſeũt. 885. 2. a
Homo nummus Dei eſt, & Deo ſe totum reddere debet. 898. 1. e

Digitized by Google

Homo ſe debet Deo quadruplici ratione & qua illa.2.d

Hominum imprudentia magna, cùm tempus habet operari nolunt, cùm non habent, operari volunt.1198.1.a

Homo is eſt, qui hominis imaginem ſaluam retinet, non qui eam eſt ementitus.1199.2.e

Homo ſi voluiſſet aſcendere, numquam peccaſſet, quia voluit deſcendere, peccauit.255.1.e

Homo caret naturalibus munimentis quibus animantia reliqua pollent, ſed loco illorum habet miſerationis affectum.258.1.c

Homo operator, Deus eſt cooperator.245.1.c

Homo quot quantiſq; rebus indigeat, pluſquam cætera animantia.281.1.b

Homo probus templũ eſt Dei, improbus fœtidum ſepulchrum.280.2.d

Homo dicitur terrenæ hæreditatis appetitor & cur.303.1.d

Hominem nulla creatura ad peccatum cogere poteſt neque ipſe Deus.673.1.b

Homo ſolus ſibi mortem animæ volens conſciſcit.1, Homo laborat ne moriatur corpore, ſed mortem animæ non timet.e

Homines peregrini ante Chriſti aſcenſionem, facti deinde ſunt cœli incolæ.1200.1 a

Hominem totum ſanum facere in Sabbato quid ſit.40 1.e

Hominum ſitim honorum, voluptatum, & diuitiarum Chriſtus explet.48.2.b

Honores accipere Sancti viri poſſunt, ambire nequaquam.952.1.a

Honor quærere te debet, non illum tu.e

Ad Honores aſcenditur per labores, & ad præmia per certamina peruenitur.719.2.c

Honores omnes ſunt vitrei, vel fragiles.717.1 b

Honores contemnere doceat nos Chriſtus Crucifixus.718.1.b

Honoratus affatim eſt, qui cum Chriſto inhonoratus eſt.e

Horreum fœlix, quo egentium & debilium ſaturatur eſuries.446.2.e, Horreum Dei cœlum nunc eſt, olim ſinus Abrahæ.474.2.e

Hoſanna quid ſignificet.770.1.e, vox eſt Hebræis familiaris in feſto tabernaculorum ab ipſis maximè vſitata.2.e, an hac voce Iudæi ſibi ſalutem, an Chriſto peterent.771.1.c

Humiles ſtellis ſimiles ſunt, quæ paruæ apparẽt, & ſunt magnæ.914.2.c

Humiles Deus nouit, atque approbat, ſuperbos ignorat.470.1.b

Humilitas eſt ſublimioris philoſophiæ mater, & origo.236.1.c

Humilitas Chriſti fuit ſuperbis amara, & pauperibus.1.a

Humilitas virtus eſt confeſſionis peccatorum comes.406.1.a

Humilitas prima, & ſecunda, & tertia virtus ad Scripturas intelligendas neceſſaria 237.1.a

Humilitas Chriſti veſtis eſt quam omnes induere debeat, & numquam deponere.240.2.b

Humilitas & manſuetudo virtutes ſunt confœderatæ.243.1.a, Humilitas in corde ſedem habere debet.1.d, Humiles eſſe debent potentes & principes.1.d, Humilitas facit veram animi magnitudinem atque præſtantiam.d, Humilitas quædam eſt cognitionis, alia cordis.2.d Humilitatis infimus locus pacatiſſimus eſt.280.1.e

Humilitas neceſſaria ad accipiendã doctrinam Chriſti, & cuſtodiendam.533.1.a, Humiles Deus amplectitur, & in vlnas accipit.574.1.a

Humilitas eſt claritatis & præcellentiæ æternæ meritum.519.1.d, Humilitas ſurſum facit cor, ſuperbia deorſum.2.e

Hydropicum in Iudæorũ conuiuio quomodo Chriſtus curauerit, & cur.355.1.c, Hunc curare ſibi licuiſſe quomodo Chriſtus probet.e, Hydropicus vnde dicatur, & quid ſignificet.357.2.c Hydropicus ſuperbum ſignificat.2.d, Hydropici multi in mundo.359.2.e

Hypocriſis fermentum Phariſæorum cur dicatur.295.2.a

Hypocriſis fugienda multis modis dicitur.296.1.a, Hypocrita gloria vanum eſt hominum teſtimonium, b, Hypocriſis vitia ſuperficialibus virtutibus obumbrat.b

Hypocrita non vult eſſe, quod vult videri, vult videri eſſe bonus, & malus eſt 970.1.a, Hypocrita eſt Hiſtrio, foris apparet, quod non eſt, 1, ſimilis eſt ſtrutioni & ſigno, d, Hypocrita ſe transfigurat vt dæmon, 2.b, & ſeminanti ſtante valido vento, illorum opera tela aranearum ſunt, d, Multa alia de hypocriſi concione digna.971.1.a

I

Iacob filios Ioſeph benedicens quid ſignificauerit, quando cancellatis manibus illis eſt benedicatus.773.2.d

Ichneumon cor crocodili arrodens, quid ſignificet 731.2.c

Idololatria in Scripturis ſpiritalis fornicatio dicitur.1042.2.e

Iericho lunam ſignificat, & lunaticos efficit filios ſuos.734.2.b

Iericho vnde dicatur, & quid ſignificet.729.1.b eius deſcriptio.b

Iericho mundum ſignificat, quem nos pertranſire debemus.734.1.a

Ieroſolyma habitabilis terra medium eſt, & veluti cor, ex quo mundi ſalus emanauit. 712. 1.b, Locus erat ſcarificiorum, unde neceſſe fuit ibi ſummum offerri ſcarificiũ.d. hoc ex Aſtrologis probatur, qui dicunt ſolem nunquam deficere, niſi in capite, vel cauda Draconis, 21.d

Ieruſalem quam inconſtans & varia erga Chriſtum fuerit. 774.1.b

Ieruſalem excidendam Chriſtus vaticinatur. 773.1 d

Ieruſalem deſerenda à Deo predicitur. 982.2.d

Ieruſalem bis obſeſſa fuit ſemel à Caſtio præſide poſtea à Tito imperatore. 1011.2.d. De hac loquitur Chriſtus non de illa e

Ieruſalem antequam obſideretur Chriſtiani omnes ex ea monitu diuino receſſerant, & Pellam ſe receperant. 1012.1.b

Ieruſalem obſeſſa quomodo Chriſtus ſuadeat fugam capeſſere. 2.a. Quæ dicuntur de fuga ad Iudæos, non ad Chriſtianos pertinet. 1013.1.b

Ieruſalem numquam à Iudæis incolenda prædicitur. 1015.2.c

Ieruſalem calcarunt Chriſtiani, & ſub ſuo imperio tenuerunt, 2.e

Ieruſalem à Iudæis calcabitur, & habitabitur in fine mundi. 1015.2.e

Ieruſalem à Tito quomodo obſeſſa fuerit, & muro tota circundata. 1016.2.d

Ieruſalem quo die capta, & quomodo ſolo æquata. 1018.2.d

Ieruſalem obſidionis dies breuiati, & Deus cum Tito verè pugnauit. 1019.2.e

Ieruſalem eodem die à Chaldæis & Romanis capta, & incenſa eſt. 1020.1.a curſa à Tito rurſus eſt ædificata, & Aelia dicta. 2.c

Ieruſalem quomodo Titus expugnarit, & diruerit. 784.1.d

Ieruſalem deſtructionis, & totius reipub. Iudaicæ vera cauſa quæ ſit. e.d. Ieruſalem expugnãdam eſſe Reges non crediderunt, quæ tamen Deo deſerente expugnata eſt. 788.2.e. Ieruſalem commota eſt, ingreſſu Chriſti, & quomodo. 790.1.a

Ignauus coram Deo *nemo ſit. 638.1.d, ignauiam noſtram oculi patrisfamilias qualiter excitare debeant. 626.2.a*

Ignis quem Chriſtus uenit in terram mittere quis ſit. 333.1.b

Ignis Chriſti eſt amor Dei *vehemens, expurgans animum vitiorum ſordibus. 1. d ignem hunc quantopere Chriſtus accendi petierit. c ignem caritatis venit Chriſtus accendere, cupiditatis Dæmon. 2.a ignis ſacer caritas eſt, alienus cupiditas eſt, b ignem ſubiectis amoris ſui facibus Chriſtus in toto orbe inflammauit. 2.e*

Ignis Tartareus qualis nam ſit, ſed dicitur verè corporeus, & noſtro ſimilis. 1110.1.a non habebit ſplendorem vt noſter. c non indiget formentis. c. Nutritur tamen ſulphure æterno b ignis huius locus ſub terra eſt, d ignis Tartareus agit tum in corpora tum in animam. 1112.1.e ignis corporeꝰ quõ in aĩas agat & dæmones. 2b

Ignis an vret corpora per ſpecies materiales, aut intentionales. 1113.2.a ignis reuera per ſpecies materiales corpora aduret. 2. b ignis uerè æternus erit. e. arguuntur qui ignem æternum futurum non eſſe ſentiunt. 1114.1.b

Ignis futurus eſt æternus q̃a peccata ſunt æterna. 1.d. ignis tres victoriæ ſũt, & q̃ illa. 1037.1.a

Ignis totius mundi peccata expiabit. 1.e

Ignis Tartareus quàm ſit ſæuus. 482.1.a eſt æternus & nullus datur ex eo euadendi in æternũ locus, quod multis exaggeratur. 483.1.b

Per ignem Chriſtum mundum iudicaturum eſſe conſtat. 1060.1.e an ignis conflagrationis præceſſurus ſit iudicium, vel ſequuturus. 2.b

Ignis conflagrationis iudicium præcedet. 2.e comburet omnem terram, ipſos etiam homines qui ſupererunt. 2.e

Ignorantia inuincibilis liberat à culpa, quæ autẽ vinci poteſt, pœnam leuiorem reddit. 328.1.b

Impatientia doloris & laboris nullum fel amarius eſſe poteſt. 472.1.c

Imperare ſibi maximum eſt imperium. 716.2.c

Impiorum fælicitas deſcribitur. 481.1.a

Impiorum vexatio, quàm à vitijs reuocantur. magnum eſt Dei *beneficium. 2. a Impiorum ſepulchra æterna vbi ſunt. 2.e*

Impiorũ ſupplicia pueris ſunt ꝓponẽda. 484.1.e

in Impios prolata Chriſti ſententia, & pœnam damni, & ſenſus continet. 1094.1.d

Impij quomodo poſt latam ſententiam in infernum detrudentur. 1016.1.a

Impij præparatio ad gratiam à Deo *incipit, ſed confeſſio ſuccedere debet. 406.2.a*

Impius à ſeipſo diſcedit, reuertitur in ſe cum conuertitur. 418.2.b

Impios & ſceleratos quomodò Deus non nouerit. 348.2.d

Impij quidã Iudæi ſe in iudicio à Chriſto notos, & ipſi fuiſſe familiares prædicabunt, ſed fruſtra 2.e

Impij ſunt filij Belial & abſq; iugo, & cur. 598. 1.a, Impij extra viam mandatorum Dei *incedunt b, Impietate & iniquitate nihil laborioſius. 632.1.e*

Improbitas. ἀναίδεια idem eſt quod importunitas. 279.1.e

Incarnatio deſignata eſt luto illo, quem Chriſtus ex ſua ſaliua & puluere fecit. 166. 2. b

Indigentia ad Deum *hominem ducit, abundantia abducit. 281. 1. d*

Indulgentia tibi Deus *promiſit, craſtinum non promiſit. 1167. 2. e*

Indulgentiæ ſpe non eſt procraſtinanda pænitentia. 1168. 2. a

Infantes an fuerint pueri qui Chriſto hoſanna acclamarunt. 793. 2. b fuerunt pueri grādiuſculi, qui ſarniam poterant. d

Inferorū pœna nunquā intermittitur. 1154. 2. e

Inferorum aliæ pœnæ, & primò fletus an verus futurus ſit. 1 1 1 7. 1. b, ſtridor dentium futurus eſt verus, d & vnde orietur. & frigus. e. in Infernis duplex erit gehenna, ignis & frigoris. 1116. 1. b. Vermium item innumerabilis multitudo. 1117. 1. a qui dicunt vermem tantum futurum ſpiritualem, ſed verum vermem auctor probat. d Vtraque opinio probabilis. 2. d

Inferorū loca quatuor ſunt, & quæ illa. 459. 2. c

Infernum locus eſt ſub terra 1111. 2. b a quod probatur c Inferi ſub terra poſiti quomodo tot hominum nulla capient. 1112. 1. e

Inferni ſupplicium duplex, vnum pœna eſt damni, alterum eſt pœna ſenſus. 375. 2. e

Infidelis in minimis, quomodo in magnis infidelis non erit. 451. 1. b

Ingratus eſt is, qui tantum beneficium in deſpicientia vertit illius, qui contulit. 343. 1. e

Ingredi & egredi ex ouili multis modis exponitur. 175. 2. e

Per Hebraiſmum eſt intus, & foris agere & verſari. 176. 1. e

Inimici perſequendi ſunt lachrymis non igne, & quo igne ſint perſequendi. 184. 2 a

Iniquitas quantò magis ab unoquoque ſuſcipitur, tantò magis in ipſo caritas extinguitur. 1001. 1. d

Inſipientes prius emunt honores, beneficia, & c. quam videant, ſapientes contra. 374. 1 a

Intellectus præſtātiſſima pars animi eſt, & multa de intellectu. 157. 2. b

Obſcuratur affectionum noſtrarum caligine. e

Intellectus noſter eſt Samſoni ſimilis, quem Philiſtæi oculis orbatum molere fecerunt. 158. 1. b

Intellectus quanta ſit vis in hominibus à peccatis auertendis exemplo Balaam. 2. e

Intellectus quomodo eclipſim patiatur. 725. 2. b

Intentio bona in omnibus noſtris operibus ſeruanda eſt. 128. 1. e

Intentio placendi Deo ſuper omnia procuranda eſt. 953. 1. a

Intrare in gaudiū Domini ſui qd ſit. 1198. 1. e

Inuidia monſtrum deſcribitur, & quomodo inter Chriſtianos eſſe non debeat. 931. 1. d

Inuidia maximè cauenda ab iis qui Chriſti fidē barbaris prædicant. 944. 2. a

Inuidia eos torquet qui inuident, & exedit. 357. 1. a

Inuidiorum ſtulſitia mira eſt. c

Inuidi mortem amariſſimam quam deguſtant deuorant. e

Inuideat nemo ſi alter primarum virtutis ei præripiat 639. 1. a

Ioachim rex verba Dei *pro nihilo ducens ſepultura aſini ſepultus eſt. 2. b*

Ioānes Baptiſta cur ſignū nullū fecerit. 336. 1. d

Iob liber veram continet hiſtoriam. 455, 2. e Iob alter eſt Lazarus patiētiæ exemplum. 471. 2. d

Ionas in procella ſomno ſopitus, & cete expoſitus quid deſignet. 1138. 2. b

Ioſaphath locus eſt iudicij extremi, idque indicat nomen, quod Dei iudiciū exponitur. 1096. 2. e

in Ioſaphath valle quæ ſint futura 1140. 1. b

Ioſeph cur alteri filio nomen Manaſſis, & alteri Ephraim impoſuerit. 418. 2. e

ex Ieſu ſalus eſt, ex homine pernicies. 11. 2. b

Ira aliorum cedendum & parcendum exemplis oſtenditur. 18 2. c

Ira percitus ſeipſum non poſſidet. 1002. 1. a

Ira theſaurum qui ſibi fecerunt & aſſeruauerūt ſibi illa. 878. 1. d. Ira Dei duplex conſumptionis, & conſummationis, & quæ ſit utraque. 2. b Ira Dei, *non perturbatio, ſed iudicium, quo irrogatur pœna peccato. 519. 2. e*

Ira theſauri in die iudicij aperientur. 1035. 1. c

Irenæus noſter citat b. Ignatij verba frumentū Chriſti ſum, & c. 616. 1. d. Irenæi noſtri de Romana Eccleſia teſtimoniū luculentū. 1043. 1. a

Irenæi error Chriſtum ad quinquageſimum vitæ annum acceſſiſſe unde manarit. 122. 2. e

Iris in uno tātum cernitur hemiſphærio, & quid hoc ſignificet. 1026. 1. a

Iſaias non vidit Dei eſſentiam, ſed ſpeciem quādam quæ Deum *repræſentabat. 827. 1. d. Iſaias vidit verbum incarnatum, Seraphinis laudantibus cinctum 828. 1. b. non vidit Spiritum S. ſed locutus eſt per eos eius. 2 b*

Iterum particula indicat inter Chriſti verba fuiſſe aliquam interciſionem. 82. 1. c

Iubilæum magnum Chriſti mors in orbem intulit. 126. 2. c

Iudæa tota in tres prouincias diuiſa eſt, Iudæam propriè, Galilæam, & Samariam. 3. 2. c. in Iudæa quoties ex Galilæa Chriſtus fuerit, & viciſſim ex Iudæam in Galilæam d, Iudæa trans Iordanem quæ eſſe dicatur, an Peræa ſit

ſit vel alia.14.1.e

Iudæi an verè dicere potuerint nomini ſeruiuimus vmquam.94.2.a Iudæi è domo Dei *pellẽdi dicuntur.98.2.b.Iudæi ex Eccleſia pellendi.99.1.b.*

Iudæi cùm ſe habere Deum *dicunt patrem,indicant Chriſtum, quem morti tradi petierunt, eo quod ſe filium* Dei *faceret, eſſe filium* Dei *naturalem non vulgari modo.103.1.a. Iudæi quomodo non poterant audire ſermonẽ Chriſti 104.2 e Iudæi filij diaboli ſunt, non natura, ſed imitatione.105.2.c Iudæi nũquam Chriſtum de peccato conuincere potuerunt.111.2.a*

Iudæorum incredulitas & euerſio à Chriſto prædicta per lapidem,qui cadit, & in quem aliquis impingit.832.1.c Iudæi non ſunt amplius populus Dei.*865.1.b*

Iudæi furore ebrij proprij honoris obliuiſcuntur. 116.1.e Iudæi cur Chriſto dæmonium habere rurſus obijciunt.2.c. Iudæi Chriſtum in dubijs non interrogant vt diſcant.122.1.d

Iudæi quare Chriſtũ dum dixit, & me ſcitis,&c. comprehendere noluerunt.44.1.a. Iudæi quomodo Chriſtum quæſierint, poſtquam è terra diſceſsit.45.2.d.Maldonati interpretatio huius loci probatur.46.1.c.Non quærunt Dominum,*quem ſi quærerent verè inuenirent. 1.d*

Iudæis prædicit Chriſtus in perfidia obſtinationẽ, & à cœleſti gloria excluſionem 83.2.e

Iudæis Chriſtus dicens, ego de ſupernum ſum, vos de deorſum eſtis quid ſignificare voluerit. 84.2.a

Iudæi poſt Chriſti paſſionem, & reſurrectionem Chriſtum cognouerunt eſſe Deum.*89.2.a in paſſione etiam cognouerunt.d*

Iudæorum excæcatio cauſſa fuit euerſionis reip. 829.1.d

Iudæorum principes multi in Chriſtum crediderunt,ſed non confitebantur eum.e

Iudæi pleni folijs,& fructũ nõ habẽtes. 837.1 b

Iudæi qui Chriſtum lapidare voluerunt erant lapidei,& peccati frigore obdurati.541.2.b

Iudæos per quadraginta annos poſt aſcenſionem ſuam Chriſtus ad pœnitentiam expectauit. 1016.1.e

Iudæi obſidionis tempore qualiter ſibi famem compararunt.1017.1.a

Iudæorum fames qualis,& quanta.1.d

Iudæi ad Romanos transfugientes, quid paſſi ſint.2.e

Iudæi multi à Romanis crucifixi ſunt.1015.1.b

Iudæorum mortuorum in ciuitate numerus. 1.d, quomodo factum ſit vt tot homines morerentur de Captiuis quid actum ſit 2.e

Iudæi poſt vrbis deſtructionem duos falſos Meſſias ſibi aſſumpſere,quorum vterque dictus eſt Barchosbas.1021,1.b

Iudæorum de hoc falſo Meſſia fabula.d. Iudæi poſt exædificatam ab Aelio Adriano Ieruſalẽ, veriti ſunt eam ingredi.1022.1.a

Iudæi quotannis funus Ieruſalem dato pretio celebrant.d

Iudæorum exilium,vaguſque huc illuc eorum diſcurſus Chriſti necis ſupplicium.2.a

Iudæi ante Chriſtum filij erant primogeniti,poſt Chriſtum poſt geniti.640 2.a.Iudæorum ſynagoga pulchritudinem ſuam perdidit, & ad Eccleſiam tranſlata eſt.641.1.a

Iudæi murmurant contra Ethnicos,2.a

Iudæorum incredulitatem Iſaias vbi prædixerit.822.1.d

Iudæi etiamſi excæcati fuerint,potuerunt tamen credere.823.2.a

Iudæi quod non poterant credere,culpa eſt voluntatis humanæ.824.1.b

Iudæorum excæcatio cauſſa fuit incredulitatis eorum.2.c

Iudæis Chriſtus viſus eſt blaſphemare dicens, antequam Abraham fieret ego ſum.122.2.e

Iudæi ſe aiũt benedicere cũ maledicunt.135.1.d

Iudæorum error animas migrare de corpore in corpus.143,1.d

Iudæi quomodo à Romanis tributarij facti, & Iudæa in prouinciam redacta ſit.888.2.a.Iudæi qua Scriptura nitebantur,ne ſoluerent tributum.2.e

Iudæi ſoluebant duos denarios Romanis pro tributo.889.2.b.tributi nõ fuit certa moneta.d

Iudæorum verba Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati facere, vt hic non moreretur, quo animo ab illis dicta ſint.665.2.b

Iudæi qui poſt Lazari reſurrectionem ad Phariſæos ierunt, quo animo id fecerint dubium. 670.1.e

Iudæi à Chriſto grauiter arguuntur, quòd tempus Meſſiæ non agnoſcerent.335.2.e

Iudæi quibus modis cognoſcere potuerint tempus Meſſiæ aduenisse.336.1.c

Iudæorum reprobatio à Chriſto prædicitur,& gentium conuerſio.349.1.e ex Iudæis cõuerſi multi ſunt,non ſolum ex plebe, ſed ex principibus.366.2.c

Iudæi damnati Chriſto genua flectent, & dicent benedictum,&c 300.1.b

Iudæi quomodo à diabolo ſua facta didicerint. 101.1.d

Iudæi quomodo dixerint pater noſter Abraham eſt.c.Probantur non eſſe filij Abrahæ.2.b

Iudæorum

Digitized by Google

Iudæorum improbitas colligentium ex ſignis, quæ Chriſtus faciebat Chriſto necem eſſe inferendam.687.2 b
Iudæi fuerunt abſque ſcientia & conſcientia in eo Concilio.2.d
Iudæorum cæcitas circa Crucis myſterium, vbi prædicta.753.c.d
Iudæis Chriſti paſſio eſt petra ſcandali.2 b
Iudæi omnes tribus in anno feſtis Ieroſolymam veniebant, & quibus.6.2.d
Iudæi cur Chriſtum interficere volebant. 36.2.e
Iudæi legis tranſgreſſores Chriſtum volebant occidere quaſi legem tranſgrederetur.37.1.a
Iudæis diſceſſuris ex feſto Chriſtus viaticũ præbet.48.1.b quodnam illud ſit c. Iudæorum ex turba quinam voluerint Chriſtum apprehendere.53.1.d
Iudæorum conuerſio quantum Eccleſiam lætificabit 1034.1.d
Iudæi ad veſperam mundi ad fidem conuertentur.e. Morte ab Antichriſto propter Chriſtum afficientur.1035.2.a
Iudæi ad Chriſtum conuerſi terram promiſſam diu inhabitabunt.1040.1.b
Iudæi regem Chriſtum detrectarũt, ſine ulla cauſſa, ſed liuore ſolo.740.1.d
Iudæi poſt Euangelium prædicatum curſum Euãgelij impedire conati ſunt.2.a
Iudæi Ieroſolymitani cur ad Chriſtum uidendũ Bethaniam venirent, & Lazarum.758.1.e
Iudæi poſt Chriſti aduẽtum à Romanorum exercitu perditi & profligati.86.2.c
Iudæi inuitati ſunt ad nuptias ante Chriſti aduentum, & per quos. 877.1.e ſed uenire noluerunt.
Iudæorum peccata ſtatim Deus non punitur, ſed poſt quadraginta annos.878.2 b
Iudæi decima die menſis Niſan domum agnum ducebant, quem decima quinta immolabant. 775.1.c
an hoc fuerit perpetuo ritu à Iudæis ſeruatum. b
Chriſtus verus agnus ſponte in vrbem venit, eo die quo Iudæi ex lege agnum domum habere tenebantur.2.b
Iudæi veſtes habebant oblongas, quas ambulantes, miniſtranteſque præcingebant. 353 1.c
Iudæi videntur vſi cingulis, & domi & foris. d
Iudæi cibum recumbentes ſumebant.
Iudas veſte caritatis auaritiam induit, ſed Ioannes ei veſtem detraxit.754.2.b
Iudæ cur Chriſtus pecunias portandas tradiderit quibus ſciebat eum malè vſurum.755.2.b
Iudas nondum propoſuerat Chriſtum tradere cũ Chriſtus myſterium ſuæ paſſionis Apoſtolis reuelauit.699.2.e
Iudas an ſolus indignatus ſit in Magdalenam, an filij fuerint.754.2.d
Iudex Chriſtus erat omnium hominum, ſed ſic loquutus eſt quaſi hoc officium ad ſe non pertineret.302.2.b cur hoc iudiciũ deffugerint b
Iudex iudicat ſontes propter rempub. iudicet etiã ſe propter ſe.70.1. a Iudicio hoc accuſatrix conſcientia eſt, eademque teſtis. b Iudicare ſecundum carnem eſt male iudicare. 45. 2.e. alij ſenſus.76.2.a
Iudices oportet eſſe ſenes, non corpore ſed mente. 1077.2.d
Iudicis primum munimentũ eſt iuſtitia 671.2.d
Iudici timor Dei maximè neceſſarius, & hominum reuerentia. 476. 2. d Iudici minus eſt Deum non timere, quam hominem non reuereri.497.1.a Iudice qualem vindictam vidua poſtulauerit.c
Iudices improbi, & probi quid faciãt.c, Iudex impius propter mulieris importunitatem viduæ ſuccurit.2.c, quid ſit ne in nouiſſimo veniens ſugillatim.498.1.e
Iudex quomodo dictus ſit hominem non reuereri, quem tamen timuit, ne vidua eum ſugillaret.499.1.c
Iudex quomodo precibus compulſus ſit.c
Iudicij extremi locus prope Ieruſalem futurus eſt, in valle Ioſaphat.107.2.a
Iudicij ſigna non apparebunt immediatè ſtatim poſt Antichriſti perſecutionem.1054.1.b.
Iudicij ſignum erit ſolis, lunaque obſcuratio: ſed qualis & quomodo futura ſit dubium eſt c. in Iudicij die uiui aliqui reponuntur, quos conflagrationis ignis non attinget. 1060.1.d. quæ hac de re ſit quorundam veterum Græcorum ſententia.a d
Iudicij diem ſolus Pater dicitur ſcire, ut manifeſtet videlicet.1124.1.b
Iudicij dies ex inopinato quomodo ſit venturus. & hoc duobus exemplis Chriſtus docet.1126.1.b Iudicij dies pro ſignis aduentus iudicii ſumitur.d Iudicium Dei vltimum formidandum malis, amandum bonis.1038.1.b
Iudicij diem iuſti non tam debent timere, quam optare.2.c.
in Iudicij magni die omnia reuelanda ſunt.198.2.d. in iudicij die ſola dicta manifeſtanda perhibentur, ſed par eſt de factis & cogitationibus ratio.2.c
Iudicij ſigna probis gaudium, impij timorem afferre debent. 1120.1.b
Iudicij dies ſumma ira erit, & qualis ſit futurus, 1134.2.e in iudicio extremo quæcunque iudicata

cata

Digitized by Google

tata ſunt: & iudicabuntur apparebunt æquiſſima. 1064.1.c

Iudicium amplius & abundantius quodnam à Chriſto dicatur. 958.2.d

Iudicium in morte peculiare quare fuerit, tale erit & uniuerſale. 1044.1.b

Iudicij dies imparatum eum inueniet, quem in morte imparatum inuenerit. e

Iudicij extremi tempore omnes homines morituri ſunt, & ex ijs mortem effugiet. 1062.1.b *omnes morituri ſunt ante raptum per ignem conflagrationis.* 2.b. *per Ignem conflagrationis purgabuntur electi, qui in viuis tunc erūt* e. *per illum ignem non pertranſiens iuſti, in quibus nulla reſidebit macula.* 1063.1.d. *Per illum ignem fiet expurgatio totius mundi & calorum etiam* c. *per calos purgandos aer intelligitur. hoc probatur.* 2.e

Ignis conflagrationis tantum aſcendet quantum aſcendit aqua diluuij. 1064.2.e

Iudicium duplex eſt ſecūdum pœna inflictionem, & ſecundum diſcretionem, hoc modo iudicat Pater illo, filius. 114.2.d

Iudicium Dei duplex in homines & in Angelos valde diuerſum. 816.2.e *Iudiciū Dei in cruce datum contra mundum fuit.* 817.1.b *Iudicium Dei terribile contra peccatum in cruce datum* d

in Iudicij die aliorum virtutes, aliorum opera ſubleuare non poſſun. 1072.1.e

Iudicium faciendum eſt, ſed cum magna cordis tranquillitate. 434 1.b. *Iudicium Deus non facit, cauſſa incognita, nec homines id facere debent.* 2.e

Iudicium duplex eſt, damnationis, & liberationis, Chriſtus utrumque in morte exercuit. 807.1.c *Iudicio æquiſſimo, ſeuero iure mundus per Chriſti mortem liberatus eſt* d. *Iudicium Dei duplex liberans in primo aduentu, damnans in ſecundo.* 812.2.c *vtriſque propria.* 2.e

Iudicare ſe quiſque prius debet, vt non in iudicio damnetur. 1043.2.c *Iudicandus Prælatus eſt de ſuis ſubditis, & ſic alij.* 2.c. d *ad Iudicium nos præparare quibus nos uerbis Chriſtus moneat.* 1092.1.a

Iudicij dies repentina futura eſt, ideo vigilandū 2.b d *ad Iudicij diem quomodo parati eſſe debeamus, etiam ſi non ſit futurum noſtris temporibus,* 2.d

Iudicio idem eſt quod materiam iudicandi ſubminiſtrare. 832.2.b

Iudicandi an ſint omnes homines, & qui non. 1082.c.b *Iudicium aliud probationis, aliud diſcuſſionis, Iudicio approbationis iuſti iudicabuntur, de iudicio diſcuſſionis, dubium,* b *Iudicio diſcuſſionis.B.V. & infantes baptizati metui non diiudicabuntur.* 1063.1.b *alij omneſic.* 1063.1.b

Iuſti præcellentiores non ſunt iudicandi iudicio diſcuſſionis. 1.a

Iudicare ſignificat damnare, & iudicium condēnationem quandoque. 2.a *Iudicio reprobationis damnandi ſunt omnes impij ſed non iudicio diſcuſſionis.* b

Iudicio reprobationis damnandi ſunt infideles, & diſcuſſionis fideles. 2.d

Iudicio diſcuſſionis etiam infideles omnes iudicandi ſunt vt conſtet iudicis integritas. 2.e

Infideles Iudicandos non eſſe quomodo ſit intelligendum. 1084 2.d

Iudicabuntur infantes non baptizati. 1085.1.c

In iudicio an ſint manifeſtanda omnium opera, verba, & cogitationes. 1086.1.c *Non ſolum in iudicio ſua ipſorum facta & verba & cogitata manifeſtabuntur, ſed omnium aliorum.* 2.c.d *fiet diuina quadam vi.* d *Iudicio peccata per pœnitentiam deleta ſunt manifeſtanda contra Magiſtrum.* e

Iudicij locus eſt vallis Ioſaphat, Chriſto iudice & beatis in aere ſupra montem Oliueti conſtitutis. 1088.2.c

Iudicabit Chriſtus viuos & mortuos, id eſt, quot quod homines ſunt, fuerunt, & futuri ſunt. 1089.1 a *alia interpretatione.* c *de Iudicio Chriſti narratio, non eſt parabola ſed habet aliquid parabolæ ſimile.* 1091.1.d

Iudicij dies quamdiu durabit. 1095.2.b

Iudicij diem Angelis, & ſibi quoque cur Chriſtus ignotum dixerit. 1122.2.b

Iudicij diem Chriſtus nō nouit in membris ſuis, vel practica cognitione & experimētali. 1123 1.c, *vel nō nouit Chriſtus diē iudicio vt homo.* e

Iudicare ibi, ego non iudicio quemquam, eſt priuatim de aliquo ſententiam ferre 77.2.e

vnum requiet iudicem & duos teſtes quale ſit. 479.c *in Iudicium Deus Iudæorum peccata condemnanda reſeruat.* 88.1.a

Iudicare, ſecundum faciem quid ſit. & miſer quo eſſet iudicium illud de quo Chriſtus loquitur exercendum 40.2.d

Iudices non debent in iudicando habere perſonarum rationem. 31.1.e *Iudex vt recte ſuo fungatur officio quas virtutes habere debeat* e

Iugum Chriſti primum ſuaue reddit auxilium Dei. 245.1.b

Et vſus. e *& ſpes præmij.* 2.c *Chriſti ſanctorumque exemplum* d *& caritas.* 246.2.e *& meditatio.* 247.1.c *eſt ſimile alarum oneris & nobis ſalutem affert.* 2.a

Digitized by Google

Iugum ſuaue cur onus Chriſti dicitur. 235.1.e, *iugum Chriſtus nõ imponit inuitis, tollat qui uult.* 242.1.d *Iugum Chriſti requiem affert, & mundi iugum curas.* 243.2.e, *iugum Chriſti ſuaue.* 244.2.e

Iuliani Apoſtatæ imperium fuit quadam nubecula teſte Athanaſio. 1034.1.a

Iuramentum per templum, vel altare maius eſt auro templi, vel dono, quod altari offertur. 963.1.a *iuramenta per creaturas ſuſcipiuntur, quoniam in eis Deus eſt.* e

Iuſtitia Deus eſt ut peccata eſſe nolit, aut peccata non impunita relinquere. 877.2.e

Iuſti ab impijs quomodo in iudicio ſunt ſeparandi. 1080.2.e *Iuſtos Chriſtus ſtatit in terra ad ſuam dexteram impios in terra, ad ſuam ſiniſtram, interim cum ſententia proferet.* e. *Iuſti poſt prolatam ſententiam in aerem rapientur ſtatim, impij in terra permanebunt Iuſtos ſtatuet Chriſtus ad dexteram in aere, & impios ad ſiniſtram in terra.* 1.d. *Iuſti dum in uita manent, permixti ſunt cum impijs, ſed in iudicio ab impijs erunt ſeparati.* b *Iuſti cur appellentur oues, impij hædi. Iuſti in iudicio dicturi non ſunt quãdo te vidimus eſurientem.* 1091.1.d *cur iſta dicant.* e

Iuſti hic hyemem habent, & poſt mortem æſtatẽ contra impij hic æſtatem, poſtea hyemem æternam habebunt. 1121.1.c

Iuſti arboribus ſimiles ſunt quæ in hyeme mortuæ apparent, in uere florent. 1135.2.d

Iuſtus in conſpectu Dei ſtat, ſcelera uera cadunt & iacent. 1206.1.a

Iuſtorum in reſurrectione exultatio & iubilus, & impiorum lamentatio. 1164.2.a, *Iuſti & impij in iudicio qualiter ſtabunt.* 2.d

Iuſtificatio impij propriè non eſt miraculum, eſt tamen aliquo modo. 671.2.e

L

LAbor eſt quod agimus, onus quod ſuſtinemus 233.2.e. *Labori vbi domina & ancilla vacant pro Deo illa domus fœlix eſt.* 151.2.c

Lais vrbis populus in maxima ſecuritate viuens captus eſt & quid hoc deſignet. 1157.2.e

Lapis eſt Chriſtus ſcandali Iudæis quia humi iacuit, & angularis nobis, quia in ſublime leuatus. 863.1.e

Lapis eſt Chriſtus fundamento aptiſſimus. 2.b

Lapis ſcandali Iudæis, & fundamentalis Eccleſiæ. d

Lapis fuit probatus, & reprobatus. e

Lapis eſt ſine manibus à mõte abſciſſus. 864.1.d

Lapis non quadratus non conuenit ædificio, nec cælo homo male præparatus. 719.2.e

Latina lectio Græca præfertur. 461.1.a

Lazari nomen cur Chriſtus protulerit, diuitis tacuerit. 457.1.e, *quomodo hic Pauper ad commiſerationem diuitem mouere potuit.* 2.e

Lazari ſumma paupertas, & ſumma tolerantia. 458.1.b *ſenſit magis miſericordes canes quã homines.* 2.c, *erat adeo debilis, vt non poſſet canes lambentes abigere.* e

Lazari & diuitis poſt mortem conditio diuerſa. 459.1.a

Lazari nomen unde dicatur. 470.2.e

Lazarum in ſepulchro iacentem mortuum fœtentem Iudæi priuſquam ſuſcitaretur, viderunt. 669.1.a

Lazarum mortuum cur Chriſtus magna uoce inclamauerit. a. *ſic prodijt, vt nec ambulare, nec manibus reptare, nec oculis videre, quiret potuerit.* e

Lazari anima vbi fuerit, antequam ſuſcitaretur. 2.b

Lazarum ſuſcitatum cur Chriſtus non ſolucrit, & quo ille poſt reſurrectionem abierit. 2.c

Lazarus quot annos natus eſt cum ſuſcitatus fuit 670.2.c

Lazari reſuſcitatio eſt miraculum miraculorũ. a. *eſt duplum & miraculum in miraculo, & cur* 671.1.b *huius miraculi duo effectus Iudæorũ conuerſio, & gloria ingens Dei.* 1.d

Lazari reſuſcitatio alterius maioris miraculi imago eſt, & quod illud ſit. 2.c

Lazari reſurrectio noſtræ & reſurrectionis præſagium. 677.1.b *declarat item quomodo Chriſti corporis facta ſit reſurrectio.* d

Lazari quatriduani ſuſcitatio fuit maximum Chriſti miraculum. 650.1.a

Lazari ſorores pro eo ad Chriſtum nuncium mittunt. 651.2.e *huius nũcij cõmẽdatio.* 652.1.a

Lazari ſororibus verba Chriſti quid attulerint. 2.c. *Lazari infirmitas quomodo ad mortem illi non fuerit.* 653.1.b

Lazari mors inſtar ſomni erat, et quare. 655.2.d

Lazarum quomodo Chriſtus inuenerit quatuor dies in monumento habentem. 278.1.c, 2.a.

Lazarum reſuſcitaturus cur lapidem tolli iuſſerit. 606.1.b

Lazarus fœliciſſimus finis nec mortuus eſt Lazarus, ſed mendicus. 474.1.c

Lazarus in cœna cur cum Chriſto poſt reſurrectionem fuiſſe narretur. 749.1.c

Lazarus eſt alter Iob ſingularis patientiæ exemplum. 475.2.d

Legiſperitus quomodo in Phariſæos dicta, in ſe dicta putauerit. 290.1.a *male vocat contumeliam quod non erat.* a

Legiſperiti, quæ onera populo imponerent, quæ ipſi non tangerent. 2.a *hæc ſunt traditiones Phariſaica*

Digitized by Google

riſaica lege Moſis non contenta.2.d
Legiſperiti non arguuntur quod ſepulchra prophetarum conſtruerent, ſed quod patres prophetorum occiſores imitarentur,291.1.0. Quomodo dicantur conſentire Patrum operibus. 2.b
Qua mente id facerent oſtenditur, & propterea arguuntur.292.2.c
Legiſperitus de vita æterna interrogans, in quo Chriſtum tentauerit.252.1.a
Ei Chriſtus non reſpondit, ſed ad legẽ remiſit.1.0
Legiſperiti Chriſtus reſponſum probat.2.c
Legiſperitus quomodo voluerit iuſtificare ſe ipſum, bene, an ſecus.233.1.c
ad Legiſperitum facta reſponſio bis fac continet, & quid hoc verbo deſignetur.161.b
Leo qua ratione capi facile poſſit 558.1.e hoc intellectui accommodatur, quid facilè ob cacatus capitur.24.2.a
Lepra perſenerans, & voluntatis, quæ ſint.24.2d
Leproſi à conſuetudine hominum acerbantur, & moribus leproſi in familiaritate non ſunt retinendi.25.1.a
Leproſi à longe ſtantes quid ſignificent.2.e
Lepra oſtendenda ſacerdotibus ſignificat ſacerdotibus peccatorum confeſſionẽ faciendã.26.1.c
Loproſus Samaritanus corpore & animo curatus eſt, alij item.20.1.b
Leproſos decem qui confundunt cũ illo, qui curatus apud Matthæũ legit̃, malefaciũt.121.1.d
Lepra peccatum adumbrat, & eſt triplex carnis, veſtis, & domus, & quid ſignificent.21.2.d
Lepra carnis, ideſt, libido in primis fugienda eſt. 22.1.b
Lepra veſtis, eſt ſuperfluitas in veſtibus quæ curãda eſt.2.e
Lepra domus q̃ ſit, & quid eã propellat. 23. 2.b
Lepra eſt hæreſis, & hæreciti ſunt extra Eccleſiam.24.1.e
Leproſi hi non fuerunt cunctatores, ſed ſtatim ſe ſacerdotibus obtulerunt, & quid hoc ſignificat 27.1.a, Lepra iudicium ſpectabat ad ſacerdotes veteris legis. & iudicium peccatorum ſpectat ad nouos 1.d
Leproſis non licebat in Iudæorum oppidis manere, ſed oppida ingredi.19.2.a horum leproſorum obedientia commendatur.2.c
Lepra iudicium ad Sacerdotes veteris legis ſpectabat d.2
Leproſus Samaritanus ad Chriſtum rediijs Galilæi erãt c Leproſi alij ingrati in Chriſtũ fuiſſe dicuntur: ſed eos ab ingratitudine Auctor liberat.2.d
Lex Euangelica dicitur lex perfectæ libertatis cur.94 1.a
Lex & pro tota Scriptura, & pro parte Scripturæ ſumitur.810.2.e
Liber vitæ, & liber conſcientiæ in iudicio aperientur, & quis ſit liber conſcientiæ.1094.1.e
Libri conſcientiæ aperiendi, ita vt alij aliorum nouerimus conſciontias.1144.2.a. quid in illis contineatur.2.a
Liber vitæ quis ſit, & quomodo nudandus.2.e ex libris vitæ & conſcientiarum quomodo homines iudicabuntur.e
Liber conſcientiæ diligenter hic curandus, & qd in eo ſcribendum 1145.1.c
Libertas animæ à vitijs quanta cura ſeruanda ſit.98.1.a
Libertas arbitrij in homine vadè commendatur 410.2.e vt rectè poſſimus vti libero arbitrio, gratia dei neceſſaria eſt 411.1.a
Libertatem Græcia concedens. S.P.E.R. quanto plauſu ſit exceptus.c
Libertas vera eſt à peccato liberum eſſe, ſed iuſtitiæ ſeruum eſſe.99.1.c
Libertas in hoc ſæculo perfecta eſſe nõ poteſt.2.a
Liberum arbitrium Deus homini dedit, vt illi liceat quod velit facere.410.2.b
Liberum arbitrium indicat hæc particula forſitan quando Deo tribuitur.847.2.c
Liberum arbitrium non obſtante diuina prædeſtinatione affirmatur & probatur.544.1.c
Liberum arbitrium concurrere debet cum Dei viſitatione, quia ſine eo nihil fit.789.2.a
Liberum arbitrium non tollit prædictio ſeu prophetia. ſed ex hypotheſi infallibilitatem affert.823.1.c
Libidinis initium viſus eſt, & cogitatio.413.2 c ad Libidinem coercendam timor Dei neceſſarius eſt, & diuinæ præſentiæ conſideratio.414.1.b Libido templum Spiritus S. corpus noſtrũ violat.d, Libidini ſeruiens Chriſti membra facit membra meretricis.d
Libido quot & quantos clericos & Epiſcopos ſuperauit.22.1.e libidinis via lubricum & tenebræ.1.e eſt etiam laqueus. 2.b
Libido eſt fortiſſimum telum diaboli.317.1.a
Libri profani legendi ſunt, ſed circumcidendi & radendi.417.1.c Libri hæreticorum omnino fugiendi, qui omnes breui perituri ſunt, vt exẽpla docent.2.b Libri pij, & ſancti legendi maximè, & quantum hi proſint ex Hortenſio Ciceronis oſtenditur.2.d
Lignum pulcherrimum Hebr. עץ שמן hheſc ſchemen lignum oleo quodnam eſſe.6.1.c
Liliorum veſtes quomodo omnibus Salomonis ornamentis ſint præſtantiores.301.2.a
Limbus Patrum fuit hoſpitium, non perpetua manſio, ſicut & purgatorium.181.1.b
Locus nouiſſimus in mundo eſt tranquilliſſimus, 319.

359.2.e locus nouiſſimus in mundo eſt terra, quæ facundiſſima eſt.e Locus nouiſſimus plenus honore, & Chriſto propinquior. 360. 1.b. Locus nouiſſimus cētrum eſt viri humilis Locus creaturarum eſt ipſum nihil e, Locum nouiſſimum ita tenere debemus vt nulli nos præferamus. 2.b. de Loco nouiſſimo. non de primo noſtra debet eſſe contentio. 361.1.c
Longum nihil eſt quod finem habet. 437.1.a Lōga nulla res eſt mortalium, omniſque fælicitas ſæculi, dum tenetur, admittitur.e
Loquela & proprium idioma & locutionem propriam ſignificat. 504.1.b
Loqui ex ſeipſo quidnam ſit. 33.2 c Loqui ex ſemetipſo iterum quid ſit. 2.d
Lucernas ardētes cur manibus tenere iubeamur, & quid ſint illæ. 317.2.e Lucernæ ardenti bonum opus ſimile eſt, & cur.d Lucernæ ardentes ſunt exempla ſanctorum. d alia ſignificationes morales. 2.a Lucerna ſunt fides caritate ardens d
Lucifer ligatus in carcere eſt, & ſic è mundo eiectus. 808.2.b Lucifer quamuis ligatus ſit, nō eſt prohibitus tentare. 820.2.e
Lucri bonus eſt odor ex re qualibet, hoc Iuda conuenit. 762.2.c
Lumbi præcincti ſignificant hominem paratum ad agendum. vel miniſtrandum. 313.1.c Lūbos præcingere eſt parare ſe ad mortem vſque 2.a. Lumbi præcincti caſtitatem deſignant. 316.1.d
Lumbos hi præcinctos gerunt, qui cor ab amore rerum caducarum arcent. 2.b multa alia morales ſignificationes c Lumbos præcincti maximè magiſtri populi eſſe debent 2.e
Lumen & ſolem Chriſtus appellat. 812.1.d
Lupus hæreticos deſignat, eoſque omnes, qui Chriſti oues laniare nituntur. 178.1.d. Lupi deſcriptio, & quomodo hæreticis adaptartur. 189. 1.e Lupus eſt etiam diabolus. 2.d Lupi inter quos miſſi ſunt diſcipuli qui. 203.1.a
Lux mundi Chriſtus & Apoſtoli, ſed longe diuerſa ratione 74.1.b
Lux mundi ſol ab hominibus extingui non poteſt, ſic nec Chriſtus. 2.e
Luxuria peccatū eſt maxime adherētia 416.1.e

M

Magiſtrum oportet eſſe veracem, ſeductor eſt qui docet falſitatem, vt ſunt hæretici. 839.1.d
Magiſtri veraces pro ueritate non minus acriter, quam Græci pro Helena, pugnant. 2.e
Magiſter veritatis non accipit perſonam hominū d Magiſter veritatis, fortitudine, ac cōſtantiæ armarum gerat pectus. 896.1.b
Magiſter vnus eſt Deus, qui à ſe doctrinam habet, miniſterio multi ſunt. 946.1.b Magiſter vnus eſt Chriſtus, ſed cum Patre & S.S. 2.d
Magnum dupliciter aliquid dicitur ſecundum quantitatem, & ſecūdum qualitatē. 399.1.a
Magnus verè eſt, non qui ſuperbo dominatur, ſed qui humiliter miniſtrat. 716.1.c
Malorum familiaritas fugienda eſt, vt leproſorū 25.1.d Mali communicat ſua vitia yſ cum quibus verſantur.e Malum fieri facillimum eſt. 2.b Mala opera cælo nos priuant. 47.1.a
Mammone iniquitas diuitiæ cur ſic appellentur. & vnde ex Habreo nomen hoc ducatur. 427. 2.d. Mammona iniquitatis cur diuitiæ etiam iuſtè partæ nominentur.e & rurſus. 2.b
Mammona iniquitatis eſt pecunia vndecumque colligitur. 428.2.b
Mandata Dei ſunt via, quæ ad vitam æternam ducit. 589.1.e ſunt porta. quæ ad vitam æternam introducit. 2.c ad Mādata ſeruanda Dei in primis auxilio opus eſt. 590.1.d
Mandata Dei nos ſeruare Deus conſiderat. 2.e
Mādata Dei ſeruandi nos magnum deſiderium tenere debet, quale Dauid habuit. 591.d Mādata Dei cuſtodiēda nimis quomodo ſint. 592. 2.e Mandata Dei qui cuſtodiunt, Deo dilecti ſunt. 593.1.a
Mandata Dei ſunt ſcala, quam Iacob vidit in ſomnis. 594.1.b Mandata Dei ſunt ſcala manus, ex qua cauēdum eſt ne cadamus, d ad Mādata ſeruanda, & quæ & qualia adhibenda ſint remedia. 2.e. Mandata Dei conſiliarij sūt optimi, & præceptores ſapientiſſimi. 596.1.a
Mandata Dei ſeruare vera ſapientia eſt. 2.c
Mandata ad proximum ſpectantia cur Paulus ſummam legit eſſe dixerit. 389.2.a
Manichæi dixerunt Diabolum habere patrem Leuiathan. 109.2 a
Manus impoſitio varijs de cauſis adhibita, & primo ad ſanitatem impertiendam. 570.2.b. & ad ſacros ordines conferendos. c & ad conferendū ſacramentum confirmationis c.atem antiquo ritu victimis manus imponebātur. 571. 1.a cur hoc fieret.e
Maozim Deus quem colet Antichriſtus quis erit. 1071.2.c per Maozim Diabolus poteſt intelligi, vel quid ſimile. 2.d
Maria V. aſſumptioni die ſacro Euangelium Marthæ & Mariæ accommodatur. 273.2.a
Maria V. vtero nullus locus fuit ſanctior, & in cælis in nullus ſublimior eſt, eo, in quo Chriſtus Mariam ſuſcepit.d
Maria V palatium eſt admirandum quod ſibi in h s vico paruo Chriſtus conſtruxit. 274 1.e
Maria V. excipit Chriſtum in domum ſuā hoc prædi-

Digitized by Google

prædicatur.2.b.fuit peccata expers.c
Maria V. conſanguinei,fratres Domini appellantur.7.1.a non Maria tantum ſed etiam Ioſeph conſanguinei fratres Domini dicti ſũt. d
Maria V. actioni dedita fuit,ſed contemplationi maximè.275.1.d
Mariæ V. pars eſt præclarior & præſtantior omnibus aliarum creaturarum partibus.2.b
Maria Magdalena vtrum præſciſerit Chriſtum breui moriturum & ſepeliendum, vt idcirco in eum diem eũ vnxerit.757.2.c De hoc Magdalenæ facto duo Chriſti vaticinia miranda.758.1.e
Maria bis Chriſtum vnxit,& de qua vnctione loquatur.Euangeliſta Ioannes cap.12. 651.2.b
Mariam cur Iudæi ſequuti ſint Chriſto obuiam euntem,non autem Martham.661.2.a
Maria,& Martha,an petierint à Chriſto,vt fratrem ſuſcitaret.667.1.b
Maria Magdalena ſola bis Chriſtum vnxit, primo in conuerſione,poſtea ante paſſionem. 752.2.e Vna & eadem eſt vnctio quæ à tribus Euãgeliſtis commemoratur.753.1.a reſpondetur argumentis contrarium ſuadentibus.c
Maria prius exterſit pedes, poſtea vnxit. 2.b Prius tamen vnxiſſe poſtea exterſiſſe probabilius cenſetur.2 d
Magdalenam Chriſtus contra Iudam tuetur. 755.2.e
Magdalenæ opus cur bonum opus fuerit. 756.2. d quomodo illud in piæ ſepulturæ ſeruauerit.e
Martha an cum Chriſtus iuſſit remoueri lapidẽ crediderit eum velle fratrẽ ſuſcitare. 666.2.c
Martha cur Chriſto obſtiterit iubendi remoueri lapidem,& Chriſti ad eam reſponſio.667.2.a
Martha Chriſto miniſtrat, non per ancillas ſed per ſe.750.1.d
Martham pij viri & fæminæ imitantur per ſe pauperibus ſeruientes.761.2.e
Martha & Maria duas vitas deſignant laborioſam qui etiam.149.1.d vel agentem & contemplantem.e Martha vbi de Maria conqueritur congregatio fælix ubi contra fit.2.d Marthæ in cõuiuio cur vir nõ memoretur. 275.1.b
Martha cum Magdalena Chriſtum domi ſua excepit,fælix tanto hoſpite.262.1. d earum ſororum diuerſa occupatio.2.a Martha an cum Maria Chriſto docente ſederit. 2.b
Maria potius cum alijs fæminis quæ ad audiendum Chriſtum conuenerant, ſediſſe dicitur.d Martha intenta erat quomodo paſceret Dominũ,Maria quõo paſceretur à Domino. 263.1.b
Martha cur Mariam non vocauerit.ad eam iuuandam.2.c Martha an ſola miniſtrauerit, nec ancillas ad Chriſti obſequium vocauerit.d Marthæ nomen cur Chriſtus multiplicauerit.2.d
Martha an Chriſtum credidit filium Dei eſſe naturalem,an per excellentiam.659.1.c
Martha an mandatum à Chriſto habuerit vocandi ſudorem.666.1.e
Martha quomodo fratrem quatriduanum vocauit.666.1.e
à Martyre mors nõ timenda ideo probatur, quia magnum ei præmium affert.299.2.a
Martyres ſub Antichriſto erunt illuſtriſſimi. 1033.1.e
Matrimonij vinculum indiſſolubile eſt iure diuino.561.1.b
Matrimonij *vinculum per Chriſti legem factum eſt longe arctius,& ſanctius.1.d*
Matrimonium eſt ſignificatione eximiũ, & quid ſignificet.2.b eſt magnum ſacramentum & cur.562.1.c Matrimonij e*ncomia.2.e*
Matrimonium eſt miſerrimum in quo ſunt iurgia. 563.2. b Matrimonium conſequuntur multa neceſſitates.568.2.d
Matrimonium ratum non conſummatum ſolui poteſt per religionis ingreſſum.556.1.b
Matrimonium dirimi poteſt cum alter fidem Chriſtianam amplectitur, alter ſiue iniuuia Creatoris non vult cum altero cohabitare. 1.a
Matrimonium primum in mundo à Deo conciliatum,& factum vbi ſit. 562.2.a
Meditatio parit ſcientiam,ſcientia compunctionem,compunctio deuotionem.783.2.a
Meditatio mortis, & peccatorum noſtrorum eſt neceſſaria ad vitandas inferorum pænas.786.2.a non meditantes mortem & ea quæ mortẽ conſequuntur ruunt in præceps ad omnia mala,& peccata.2.b
non Meditantur homines duo præcipue, nempe, quæ ipſis imminent mala, & quæ ipſis cum Deo pacem afferunt.2.e
Meditatio de vita & morte Chriſti,reddit homines ſeipſis ſuperiores.736.2.b
Mello quid fuerit,& oſtenditur non fuiſſe vorago,ſed domus quædam vel arx ſeu ædificium. 528.1.a
Mendaces ſunt peſſimi pectores.894.2.e
Mentiri proprium eſt ſerpentis,& mandaces ſũt filij Diaboli.895.1.b
Mendacium eſt à Diabolo,& proinde fugiendum 108.2.e
Mentiri ſeruile eſt vitium vel potius Diabolicum.133.1.b
Mercenarius eſt paſtor & non eſt paſtor. 178. 1.d Mercenarius amat potius lucrum, quam oues. 2. a Mercenarij boni & mali, & qui

vtrique c. Mercenarij à Chriſto appellantur, qui malè ſuo funguntur munere.181.1.c

Mercenarij Dei ſumus, ſic nullum tempus a labore vacuum nobis eſſe debet.862.1.a

Mercenarij paſtores duo habent, paſcũt mercedis cauſſa & non curant oues.188.1.b Mercenarij boni ſunt, ſi bonam doctrinam tradant.2.d Mercenarij non curantis oues deſcriptio.189.1.a Mercenarius fugit animo non corpore, & quomodò.190.1.b Mercenarius cõparatur Antichriſto.d nõ ſe opponit iræ Dei pro populo.2.a

Merita quatenus & quomodo fiduciam generare in nobis poſſint.555.2.d merita neceſſaria sũt ad gloriam æternam comparandam.516.1.c in meritis cauenda eſt ſuperbia, & humilitas ſeruanda.e

Merita noſtra cum Deus coronat, dona ſua coronat.368.2.d

Merita noſtra & Dei dona ſunt, & opera noſtra. 2.d

Meſſiam verum Chriſtum noſtrum fuiſſe contra Iudæos probat Zachariæ vaticinatum.467.2. b Meſſias an aſinæ & pullo inſederit, & dicitur in vtroque inſediſſe.768.1.b Meſſiæ gloriam prædicari in eo ingreſſu neceſſe fuit.769. 1.b Meſſia rex acclamatur nemine contradicente ex militibus Cæſaris.776.1.b

Meſſiæ nomen & auctoritatem ſibi multi ante Ieroſolymorum euerſionem vſurpabunt. 996.2. c quinam illi fuerint. c forte præſtigiatores illi fuerunt, de quibus Ioſeph loquitur. e Meſſiæ nomen quamuis nullus ſibi arrogarit. multi tamen Pſeudoprophetæ & reges tunc fuerunt. 997.1.e de Meſſia ſeu rege qui totum orbem teneret ex Iudæa oriundo, quæ fama toto orbe percrebruerit.2.e

Meſſiam uerum Chriſtus ſe eſſe oſtendit, ubi nam 791.2.e

Meſſias qualis rex ſit deſcribitur. 242.2.b an pro Meſſias ille Chriſtum habuerit qui eum ꝓ hæreditate diuidẽda interpellauit. 300.1.a

Meſſias vocatur à Dauide Dominus, ex quo ſequitur eum Deum eſſe.936.1.c

Meſſias quibus nominibus à patre ſuo Dauide dicatur.c, Meſſias regnant in cælo, & in Eccleſia, ſed habet inimicos, quos nondum ſub pedibus ſubiecit.2.d Meſſiæ lex, id eſt, ſceptrum fortiſſimum ex Sion emanauit.937.1.a Meſſias Filius eſt Dei naturalis.1.b Meſſias omnes dignitates Pontificis, regis, & iudicis eſt per crucem aſſecutus.2.e Meſſiam ſuum Chriſtum Iudæi in iudicio videbunt, & neceſſitate compulſi adorabunt. 983.1.d niſi in Meſſiam credant Iudæi non poterunt.2.d

Meſſiam venturum unde habuerint Iudæi neminem ſciturum, vnde eſſet.42.2.a Meſſiæ genus & patriam Scriptura indicat b Meſſias partim notus Iudæis, partim ignotus fuit. 43. 1.c Meſſias ſecundum diuinitatem Iudæis notus erat, ſed obſcura. e in Meſſiam Chriſtum multi crediderunt, alij non, & cur.2.d Meſſiã Chriſtum turba confeſſa eſt, dicens, Chriſtus cum venerit, numquid plura ſigna faciet, 44. 2.b Meſſias verè eſt natus in Bethlehem, & Nazareth educatur.57.2.c

Meſſis multa & operarij pauci, quam hoc verum ſit.207.1.b in Meſſem ſuam, vt mittat operarios rogandus eſt Deus.208.1.c

Meſſis quid propriè & ſpiritaliter ſignificet.202. 2.a Meſſis eſt præſentis vitæ tempus vitæ tempus meſſis.206.1.e Meſſis eſt ſæculi conſummatio.2.e

Michael & Angeli præliabuntur cum diabolo Antichriſti tempore.1031.1.c

Miltiades dux Athenienſium quo exemplo Athenienſes contra Perſas concitauit.246.2.b

Mina Latinè, & μνᾶ Græcè quæ pecunia ſit, & quanti valeat Attica & Hebræa.740.1.b

Miniſtri qui venerant ad Chriſtum comprehendendum, & re infecta diſceſſerunt, an in Chriſtum crediderint.54.1.a tribus de cauſſis commendantur.e & obdicendi libertatem.e

Minuta duo quiſque Deo offerre poteſt, id eſt, corpus & animam.890.2.b pauper quilibet ea offerre poteſt.b

Miracula Chriſti perfecta erant, nec conueniebat vt quem corpore curaret, quem animo non curaretur.140.2.a Miraculoſa opera Sabbatũ non violant.41.1.c

Miracula Chriſtus fecit hominibus proficua, præterquam ficus arefactæ, & cur tale ſignum fecerit.838.1.b

Miracula Chriſti ſunt omnia æqualia ratione ❘ potẽtiæ, in ſe alia alijs ſunt maiora.671.1.c

Miracula tãta pro tot miraculis vſurpauit Euangeliſta, & quæ illo fuerint.822.1.b

Miſer eſt nemo niſi comparatus hoc an verum ſit.458.2.a

Miſericordiæ materia numquam deeſt, ſi non deſit miſericordia.471.1.b

Miſericordia Dei Male innitendum non eſt ad peccandum.71.2.b

Miſſio Chriſti à Patre, & miſſio hominis quomodo differant.99.2.a Miſſio humana diuinæ non eſt ſimilis.103.2.b Miſſio diuina & humana duo habent, & quæ ſint illa.d Miſſio diuinæ perſonæ fit ſine motu.2.c Miſſio ad docẽdum eſt neceſſaria.202.1.a Miſſio eſt diuinæ potentiæ opus.2.d Miſſio Chriſti eſt incarnatio.103.2.d Miſſio verbi ratione effectus cum motu

Digitized by Google

motu fuit copulata.e

Mors conuertit totam huius mundi, diuitem miſerrimum pauperem fecit faliciſſimū. 460.2. e Mors excutit diuitem dum moritur, nec plus illi ſinit importare quam intulit. 475.1.e detrahit laruam diuitibus, & alijs. 2. b

Morti propinquus quantum ſe ſeruiſſe Chriſto, tot vel tot annos delectetur. 639.2.a

Mors eſt certa, & nihil eſt in rebus humanis morte certius. 1156.2.b mortis & iudicij hora sūt incerta. 1157.1.c. Mors eſt laqueus & hamus c Mortis & iudicij hora cur incerta ſit.c

Mors duplex eſt, temporaria, & æterna, hanc aliqui fugiunt, illam nulli. 115.2.e Mors eſt impiorum vita in inferno. d aduerſus mortem præſentiſſimum antidotum eſt Chriſtianæ legis obſeruatio. 116.1.c

Mortem corporis ſolam Iudæi agnoſcentes Chriſtum dæmonium habere putant. 117.1.a

Mors damnatis quantū erit deſiderabilis. 1148. 2.e Mors ſine morte erit apud inferos. 1149.1. a Mors eſt quædam diuiſio & diſſicatio. & cur 1155.1.d Mors omnes iudiciumque præſtolatur. 1156.1.d

Mortem non timendam quomodo Chriſtus doceat. 297.2.b

Mors Chriſti quantum fuerit humano generi ſalutaris. 117.2 e Mors Sanctorum quomodo pretioſa ſit. 631.1.e Mortis metum Chriſtus voluit nos docere contemnere. 803.2.e

Mortis tempus ignoratur & cur. 324.2 .a Mors talis erit, qualē eam nos eſſe cupimus. 2.b

Mors quæ iudicium præcedit cur ſomnus dicatur. 1173.2.c Mortis timor etiam improbos excitat ad pænitentiam. 1180.2.a

Mortificatio quid ſit, ſimul & immortificatio. 799.2.a Mortificationis fructus vita æterna, immortificationis, ſupplicium æternum. 2.c Mortificatus ſpelūcam duplicem emit, in qua ſepeliatur, & quæ illa ſit. 800.1.c Mortificatio non vnius diei eſt, ſed totius vitæ.e

ortis pulſatio eſt quando per ægritudinis moleſtiam mors vicina oſtenditur. 319.2.d Mortis ſuperuentus ſubitus, quem ſibi Auguſtus imprecabatur, non eſt bonus. 320.2.b Mors quoſdam inuadit vigilantes, quoſdam dormiētes, & qui ſint illi. 322.1.d Mors veluti fur in domum irruit. 2.a Mors eſt fur. d Mors fur potētiſſimus. 323. 2.e eſt linea ſimilis. 324.1 a

Moſis cathedra quæ ſit & dicatur in Euangelio. 939.2.a

Moſis cathedra vis cogebat Phariſæos vera dicere. 940.1.d

Moſes ſimilis fuit philoſopho, qui ad Theologiā diſcipulos præparat. 151.2.c Moſem Chriſto longe anteponunt Phariſæi.e

Mundus cœnam facit & ad eam homines inuitat & illi ad eam properant. 372.2.e mundi cænam reſpuunt ſapientes, inſipientes adeunt. 373.1.b mundus totus poſt iudicium renouādus eſt. 1096.1.b mundi huius figura præterit non deperit 1097. 2. d mundus quomodo renouandus ſit. 1098.2. b mundus totus erit diaphanus. 1099.1.e mundi incendium horribile. 1136 2.d mundus eſt diuerſorium, in diuerſorio nemo permanet. 734.1 c

Mundi finem ſcire non eſt in noſtra poſitum poteſtate. 1122.2.e mundi finis à nobis frequenter conſiderandus, ne nos decipiat. 1137. 2.e mundus ac ſi iam non eſſet, ita viuendum eſt. 1138.2.e mundi huius via periculoſa, in qua eūt ſpelūca, in qbus latrones habitāt. 256.1.b

Munus arduum, & difficile eſt, docere verbo & exemplo. 32.1.c

Murmur multum de Chriſto Ieroſolymis excitatum quorum fuerit. 31.1.b murmur de Chriſto quomodo ſtare poſſit cum eo, quod ſequitur nemo tamen palam de eo eloquebatur. d

Myſteria fidei quomodo ſapientibus Deus abſcōderit. 231.2.a myſteria hæc cur Deus paruulis reuelauerit, cauſſa reddi nō poteſt. 232.1.c

N

NAl particula quam interpres reddit ita quam vim habeat. 232.1.c

Natura paucis contenta eſt, ſi ſola ſit. 10.2.d Naturam vincit inſtitutio & diſciplina. 23. 2.c

Natura paucis contenta, & vel vnitus cibi apparatu ſatiare poteſt. 264.1.a

Neceſſitati pauca ſufficiunt, cupiditati nihil. 271.2.b

Negotiatio duplex altera ad quæſtum temporale ſpectans, altera ad ſpirituale. 1204.1.e Negotiationis terrenæ exitus. 2 a Negotiatores plerumque amittunt omnia, quæ negotiando ſunt conſecuti. d Negotiatores improbi, lucrū omne contra ius, faſque ſectantur. 1205. 2.a Negotiatores vitam hanc ludum putant. b

Negotiatores probi quomō in negotiādo ſe gerāt. c Negotiatio cæleſtis qualis & quam quæſtuoſa vt pote qua Chriſtum lucratur. e Negotiationis huius terminus eſt Chriſti aduentus poſt quem negotiari non licebit. 1206.2.d Negotiantes ſpirituaiia, ſibi lucrantur non domino. 1208.2.b

Nero quadam effigies Antichriſti, & putatus à quibuſdam verus Antichriſtus. 1205.1.b

Nicodemus occultus Chriſti diſcipulus, cauſſam illius agit apud alios Phariſæos. 57 1.b Nicodemi verba Chriſto proferunt. 58.2.b

Niniue euerſa eſt ad prædicationem Ionæ, quæ

Digitized by Google

mala erat,& bona ædificata.1046.1.e
Nomine Carent apud Deum reprobi omnes, probi excellentiſſimum nomen habent.470.1.b
Nox in quatuor vigilias diuiſa erat, quarum ſingulæ tres horas continebant.314.1.e cum Noctis vigilijs vita noſtra cur conferatur.2.b
Nubes ſedes Dei à Chryſoſtomo dicitur.1076.2.b Nubes quales erunt in quibus Christus deſcendet.2.a Nubes erit thronus gloriæ & maieſtatis Chriſti.1077.1.b
Nunc vos Phariſæi quid ſignificet particula nūc loco.285.1.a
Nuptiali veſte minime indutus homo quid ſignificet,& quæ ſit veſtis nuptialis. 870.2.c Ad Nuptias vocati boni & mali quinam dicantur.d Nuptiæ à conuiuio incipiunt, in luctum deſinunt, ſed non Chriſti cum anima 874.1.e in Nuptijs Chriſti admirabile exhibetur conuiuium,& quale illud ſit.2.d Nuptiæ olim ſeptem diebus celebrabantur.882.1.c
Nuptias Deus Pater filio ſuo fecit, cum etiam incarnari præcepit. 868.2.a ad inuitandum ad Nuptias Deus Pater bis ſeruos miſit, prophetas ſcilicet,& apoſtolos.d ad has Nuptias an Iudæi, qui ante Chriſtum vixerunt, fuerint vocati.869.1.a in his Nuptijs ſplendidiſſimū epulū quale ſit paratū.1.c Ad has nuptias Iudæis venire renuentibus gẽtes vocatæ ſunt.2.e
Nuptiæ duæ ſunt alia in Eccleſia triumphanti, alia in militanti celebrantur.1193.2.c

O

OBediendum non eſt ſuperioribus, præſtando id quod iubent quando Deo aduerſa præcipiunt 54.2.b
Obedientiam præſtandam magiſtris docentibus docet Chriſtus, etiam ſi illi corrupta vita ſint. 940.1.d Hoc intelligitur quando nihil docet Chriſti doctrinæ contrarium.e Obedientia aurea eſt, quæ in rebus etiam difficilibus, & arduis præſtatur.615.2.e & quæ eſt ad omnia indifferens.616.1.a item velox & prompta.d Obedientes milites & promptos Scipio, quā habuerit.2.c Obedientia quæ voluntatis habet plurimum, eadem, & ſuauis eſt.617.1.b Obedientia illectus commendatur.1.e Obedientia aurea eſt humilis,& tribus de cauſſis debetur Deo d
Obliuio Dei regio longinqua eſt 402.2.b in Obliuionis Dei terra, fames & inopia eſt maxima 414.1.d
Occaſiones peccati quàm primum excutiendæ, ſi ſalui eſſe uolumus.& fugiendæ.256.2.a
Oculi beati tam corporis quam animi qui Chriſtum viderunt quinam ſint.248.1.d Oculi q non uiderunt,& crediderunt etiam beati. 2.c
Oculos ſapiens in capite habet, id eſt, in Chriſto.255.2.e Oculi ſunt nobiliſſima corporis pars,& multa alia in laudem oculorum.157.1.b Oculi hominis ſpecula ſunt, quæ obiecta repræſentant.163 2.d
Oculus bonus & oculus nequam, qui ſint.626.2.e
Odij effectus, non affectus quomodo ſit erga parentes habendus.386.2.a
Odij effectum quomodo quis in ſua ipſius membra exercere poſſit.2.c Odium ſanctum etiam ad animā noſtram peruenit,& q̄uo. 387.1.c
Omni habenti dabitur & abundabit,&c. prouerbium fuit apud Hebræos & quid ſignificaret. 743.1.a quis ſit horum verborum ſenſus.1.b
Onus Chriſtus tollit,& onus imponit, ſed ſuaue & leue.234.1.d
Onerati quietem maxime deſiderant,& eã Chriſtus in via & patria promittit.235.1.b
Opera omnia noſtra debita ſunt Deo, ad ea tñ facienda præmijs nos allicit. & ea remunerat. 490.1.b Opera bona non ſunt differenda ad ſenectutem.861.2.b Opera bona ſunt meritoria vſque ad mortem, & non poſt. d ad bona opera grauis exhortatio.866.1.b
Opera bona neceſſaria ſunt,& illis meremur vitam æternam.1094.1.a
Opera bona in iudicio inſtar gemmarum erunt, mala inſtar carbonum.1141.2.b Opera bona & mala ſunt ſemen & quomodo.2.c Opera ſupererogationis Deo ſunt gratiſſima, & quæ illa ſint.261.2.b Opera bona nos verè diuites efficiunt, exhortatio ad ea ſectanda.860.2.e Opera quæ ſectari debemus dum ſumus in vita, vt in iudicium adducantur 861.1.a Opera bona poſtulat à nobis Deus ab initio pueritiæ.c Operibus bonis electio confirmatur, & certa redditur.544 2.d
Operarij vineæ à Deo ab initio mundi miſſi, qui & quales.639.2 e Operarius maximè præ cæteris inſignis Chriſtus eſt.640.1.b in ipſius aduentu qui erant primi facti ſunt nouiſſimè, & contra.d Operarij Eccleſiaſtici intelligant ſe operarios eſſe, non ad otium vocatos, ſed ad opus.642.2.d Operarius non ratione dignitatis mercedem accipit, ſed laboris.e Operarij ſumus Dei & filij, qui operando hæreditatem meremur,& conſequimur.646.2.d Opera noſtra abſque gratia Dei non ſunt meritoria vitæ æternæ, ſed ſic cū illa.647.1.c Opes mittere in gazophylacium quidnam ſit.988.2.b Oportet non neceſſitatem rebus futuris inducit, ſed ex hypotheſi tātū.998.1.b Orare ſēper qs dicēdus ſit.498.1.c orare ſēper is d̄, q beatā vitā ſemp deſiderat.2.b uel ēs q crebras & breues orōnes fundit, vñ dicūtur orōnes iaculatoria.

toria.496.2.d Orare ſemper is dicitur, qui aſſiduè, frequẽter, & ſæpe orat. 2.a Orationis humilium iuſtorum magna eſt vis. 500.1.b Oratio ardens electorum clamor eſt ad Deum. c Orare oportet ſemper. 504.1.d

ab Orantibus Chriſtus poſtulat, vt peccata contra ipſos cõmiſſa proximis dimittãt. 836.2.d

Orantes an olim ſteterint, vel genua flexerint dubium eſt. 506.1.c Orabant vtroque modo, & flexis genibus, & ſtantes. 2.d opinio dicens veteros ſtantes oraſſe eſt probabilior. e oratio etiã eſt gratiarum actio, & quid ſit orare apud ſe. 507.1.a Oratio quanta ſit veneratione, & attentione peragenda. 351.1 d

Orationem Dominicam an Chriſtus bis tradiderit, vel ſemel tantum. 276.2.b an Oratione Dominica Lucas prætermiſit quadam, quæ sũt apud Matthæum cur. 277.1.b Orationem lõgiorem diſcipulus cum peteret Chriſtus breuiorem tradidit. e. in Oratione perſeuerantia maximè neceſſaria eſt. 2.c hoc docet parabola hominis ab amico media nocte panes petentis. 278.1.a Oratio nocturna à Dauide frequentata. 1.d Oratio in fame, & calamitate, adhibẽda eſt. e Orationis ſancta importunitas laudatur. 279.2.a Orandi aſſiduus labor, quomodo vrget egeſtas, vincet omnia. 167.2.e Orationis perſeuerantia multis exemplis & ſententijs commendatur. 282.1.d ab Oranda ſunt neceſſaria non ſuperflua. 2.e

Oratio legatus eſt egregius. 1179.2.b Orandum ſemper eſt & vbique. c

Oratio duas debet habere alas, ieiunium & eleemoſynam 447.1.e

Origenes dicens pœnas damnatorum terminandas eſſe arguitur. 466.1.a & rurſus 48 e.1.a

Oſtendere bona pro præſtare & exhibere ſumitur. 532 2.b

Oues Chriſti in Eccleſia multa sũt, q̃ nõ sũt prædeſtinata ad ouile cæli. 542.1 e Ouẽ te putas, hircus forte es, apud Deũ nota Religioſe. 543.1.d

Oues Chriſti quædam iam ſunt, & quædam futura ſunt & quæ illæ ſint 530.1.a ex Ouibus Chriſti non eſſe quomodo ſit cauſſa cur Iudæi non crederent. 2.c

Ouile unũ ex duob factũ ẽ, et unus paſtor. 18 e.1e

Ouile vnũ an ſit futurũ totius mũdi ante diẽ iudicij. 181.2.d hoc non conſtat. e Oues quomodo Chriſtum cognoſcant. 193.2.b Ouile unum Chriſtus fecit ex duobus. 196.1.b

P

IN Palam eſſe ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι quid ſignificet. 7.2.d ſignificat & manifeſtationem. 1.a

Pallium Pontificale, quod geſtant Archiepiſcopi, quid ſignificet. 398.1.a

Palma quõ aĩa aſſimilata eſſe debent. 345.2.e

Panes cur tres amicus ab amico petierit. 278.2.d Panes tres quid ſignificent. 239.1.b Panis, ouum, & piſcis ſunt tres virtutes Theologicæ 280.2.c Pani opponitur lapis, ſcorpioni ouum, & piſci ſerpens & cur. 2.d

Papa neque in fidei decretis, neque in præceptis morum, quæ toti Eccleſiæ tradit, errare poteſt. 694.2.a Papa non põt errare nõ quia nobilis, &c. ſed quia Papa, & totius Eccleſiæ Pontifex e ad Papam recurrendum eſt in quæſtionibus fidei, in quo fides defectum ſentire non poteſt. d. Papa eſt ſeruus ſeruorum Dei, & proinde verè humilis. 710.2.c

Papyri duæ notæ coluber & manus & quid illæ deſignent. 137.1.d

Parabola de duobus filijs quorum alter rogatus à Patre ut iret in vineam, reſpondit ſe non iturum, & tamen iuit, alter dicens ſe iturum, nõ iuit, quid ſignificet. 841.2.c Probatur his duobus filijs duos populus Ethnicum & Iudaicum ſignificari. 842.1.a vel ille qui promiſit non ire & poſtea iuit eſt is qui primo malus poſtea bonus fit. 1.e Parabola de Patrefamilias qui plãtauit vineam & locauit eam agricolis qui fructum non reddiderunt, explicatio 844.2.b Vinea plantata eſt Iſrael populus. 445.1.c Vineæ tria paterfamilias contulit ſepem, torcular, & turrim, & quid ſit ſepes d quod ſit vineæ huius torcular, & dicitur eſſe altare holocauſtorum. 846.1.a & turris, quæ eſt legis eminentia, vel ipſum templum 1.e Agricolæ quib. vinea locata eſt, qui ſint 847.1.c Serui miſſi ad poſcendum vineæ fructum, qui ſint. d Coloni de interficiẽdo filio inter ſe deliberãt. 848.1.b extra vineam quomodo coloni filium eiecerint & occiderint. 849.2.c Parabola laborantium in vinea de Iudæis & Ethnicis eſt intelligenda. 828.2.b Adaptatur illis parabola d. Quomodo fiat, vt in parabola Iudæi dicantur mercedem recepiſſe, qui nihil receperunt. 629.1.e in Præmio quomodo omnes æquales futuri ſunt. 2.d Parabola filij prodigi quid per ſeniorem filium, & quid per iuniorem deſignetur. 405.1 a quid per ſubſtantiã. Græcè Βίον. 2.b hoc note dona Dei tã naturalia quã ſupernaturalia ſignificatur. 2 b Patre uiuẽtẽ bona ſua filijs diuiſiſſe quõ factũ ſit 2.e Pater filio et ſeniori parte ſuã aſſignauit, ſed ille nõ ẽ ea abuſus. 402 1 c [illegible] q̃ in lõginqua regione graſſatus eſt. 403 1.d Ciuis cui adhæſit filius eſt diabolus, q eũ ad paſcendos porcos depu[illegible] 2.c Prodigi filij pœnitentia qualis, & quanta. 405 2.b ad Patrem reuertitur. 40[illegible] b Patris cũ reuertẽtẽ ſuſcipiẽtis [illegible] ignita[illegible]

d [illegible]

Digitized by Google

Parabola furis et patrisfamilia explicatur.1164 1.d.ſignificat omni tempore vigilandum eſſe. 2.a.Parabola ſerui prudentis & fidelis explicatur.2. b. Parabola mali ſerui declaratur. 1155.1.b.hac deſignat malum paſtorem.e,Parabola hominis profiſcentis peregrè, & ianitori pracipienti vt vigiles exponitur. 2.b,an per hanc parabolam ſoli ianitori vigilandum pracipiatur.2 d. Parabola de diuite epulone,vera ne ſit an ficta narratio.455.1.b,eſt vera hiſtoria,qued multis probatur.e, Parabola de iniquo iudice,& vidua quando dicta. 497.1.a, Parabola ſenſus idem eſt cum ea qua de amico poſtulant, tres panes agit.2 d.

Parabola hac Synagoga accõmodatur, & anima. 504 2.c,Parabola de inuitatis ad nuptias diuerſa ab illa qua dicitur, homo quidam fecit canam magnam.867.1.a,Parabola cenclusio an apta ſit Multi ſunt vocati,pauci verò electi.871.2.b,hac concluſio an de ſolis Chriſtianis intelligatur,vel de alÿs:2.d. Poteſt intellò gi de omnibus.c,d.Parabola explicatio.e

Parabola laborantium in vinea breuis explicatio litteralis.625.1.b, Senſus morales multiplices.226.2.c. Parabola indicat, mercedem non tempori,quo laborauit,ſed operi reſpondere.627.2.e.Parabola de decem virginibus expoſitio.1169.1.a.in Parabolis aliqua adhibentur parerga.1177.2 a.Parabola decem virginum quibus conueniat. 2.c. Parabola & prouerbium quid ſint.173.1.c.Parabola de villico iniquitatis quando dicta.422.2.a, Parabola hac quomodo ſit difficilis explicatu, 430.1. e,explicatur breuiter.2.c.Parabola de Phariſao & publicano quando dicta,& quid ſibi velit.505.1.b.

Parabola paſtoris ouem amiſſam quarenti breuis explicatio. 391.1.a, Parabola item mulieris qua amiſſam drachmam inuenit,et recuperat. 392.2.e,in Parabolis ſunt quadam qua ad intellectum illatum non faciunt.400.2.a

Parabola an ſit quod Chriſtus dicit de recumbẽdo in nouiſſimo loco in conuiuio. 355.2. d. cur Parabola dicatur.2.c.

Parabola talentorum & minarum diuerſa ſunt, non vna & eadem 1194.2.a.Parabola talentorum explicatio.c.Quid ſignificet hac parabola.Parabola finis de talentis quis ſit. 1000. 2.d. Parabola diſpenſatoris prudentis quem ſcopum habeat, 326.2 a. an hic fuerit totius domus gubernator.2.e.boni diſpenſatoris pramium.327.1.d.

Parentes Chriſtus quomodo odio habendos eſſe doceat.382.2.a.Parẽtes quomodo odiendi ſint, ſi inimici diligendi.

Parentes ſancto odio proſequi debemus, non prauo.386.2.a.

Parentes caueant, ne apud ipſos filÿ vitiorum exempla videant.Parentum proborum & Sanctorum facta,filÿ debent imitari.102.1.b. Parens Iudaorum à Chriſto diabolus eſſe dicitur.d.

Paruuli quãdo Chriſto oblati fuerint,an poſt ſermonem de caſtitate habitum,& non ſatis probatur.570.1.a.

Paruuli cur Chriſto oblati fuerint, & dicitur ad benedicendum. 2.a. Paruulos Chriſto offerrẽ cur Apoſtoli prohibuerint. 172. 2.c. Paruulis benedictio danda,& baptiſmus conferendus.d

Paruulos à ſe carceri Chriſtus indigne fert.572. 1.d.cur Chriſtus taliũ eſt regnum calorum dixerit non horum.1.a.Paruulos Chriſtus benedixit & complexus eſt.573.2.d.quid contulerit benedictio.574.2.b.

Paſſio Chriſti in oculis ſemper habenda & quomodo.140.1.a.

Paſſio Chriſti, & mors,cur Calix, & baptiſmus dicatur.704.2.c.

Paſſio Chriſti. & mors admirandum eſt noſtra redemptionis pretium.710.2.b.

Paſſionis Chriſti inſignia, vt clauos, lanceam, in iudicio conſpicienda Angeli deferẽt.1065.2.e

Paſtor oues ſuas pracellere debet virtutibus.104 2.d.Paſtor ante oues vadit,cum virtutis exẽplo prait.185.1 a.Paſtorum exempla plus iuuant quàm verba.185.2.e.Paſtoris boni nota eſt non quieſcere.187.1.a.eſt comparandus cũ multis martyribus debet excellere caritate.e.

Paſtor bonus debet largas eleemoſynas ouibus facere.2.a.

Paſteres alÿ filÿ ſunt,alÿ mercenarÿ,& qui vtrũque.188.1.c.

Paſtoris boni praces tenent Deum,*ne ſaniat.203 2.d.Paſtoris reſidentia oues ſignat.193.2 c.*

Paſtores Eccleſia dona eis tradita lucro reddere debent.179.2.c.

Paſtores.Eccleſia exemplo Chriſti diſcant ouem perditam quarere.397.2.c.

ad Paſtores Eccleſia ad diruta Chriſti templa renouanda exhortatio.537.1.a.

Paſtor Eccleſia Zeletypus eſt,non vult animas fidelium hareſi corrumpi.183.2.a.

Paſtores pecuniam ſibi à Chriſto creditam, quomodo nummularÿs credere debeant.1011.1.c Ex Paulos & alÿs quanta Paſtoribus pradicandi Verbi cura eſſe debeat explicatur.2. a. Paſtore ſunt debitores pradicationis verbi Deĩ *ſuis ouibus.c.Paſtores ſunt in tradendis pecunÿs nummularÿ diligentes,auditores in ſoluẽdis vſuris aſſidui.e.*

Paſto-

Digitized by Google

Paſtoris boni & mali nota quæ ſint.171.1.c.prima Paſtoris nota, eſt per oſtium ingredi, teſtimonium habens ex Scripturis.170.1.d.Paſtor etiam quomodo alijs modis per oſtium intret 178.1.b.Paſtori aperiens quis oſtiarius dicendus ſic, 2.b.Paſtorem oues ſequuntur, & præeunt etiam, ſed Chriſtum maximè.c. Paſtorũ onus quantum ſit.2.b Paſtor bonus eſt Chriſtus, quia cognoſcit oues, & amat.

Paſtoris Eccleſiæ quatuor ſunt virtutes & quæ illæ.1165.1.b, prima virtus eſt fidelitas in diſpenſando Dei verbo, & ſacramentis, e, quæ & qualis ſit iſta fidelitas.2.a.virtus eſt prudentia, & quis ſit prudens.2.c.virtus eſt doctrina, vt det cibum plebi in tempore.1166.1.b. Paſtorem Eccleſiæ quis exitus maneat, ſi non paſcat gregem ſibi creditum doctrina.2.a.Virtus eſt perſeuerantia in docendo.2.c.Paſtori improbo væ cuius culpa oues pereũt.eius vitia.1167.1.d.pater miſericordiarũ Deus duplici ratione dicitur, & quæ ſit illa.788.1.a.Pater vltionũ, & iudiciorũ non dicitur & cur.b.Pater miſericordiarũ eſt, & Deus vltionum, & quid hoc ſibi velit.e.

Pater & Filius vnum ſunt vnitate naturæ Chriſtiani ſunt vnum vnitate voluntatis.531.2.d

Pater gratiæ, & ſalutis Deus vnus eſt, ſed honorificentiæ cauſſa multi ſunt patres945.1.e

Paterfamilias in domo ſua quodammodo paſtorale debet exercere officium.24.1.d.

Patrisfamilias parabola qui ſi ſciret qua hora fur veniret vigilaret explicatur.315.1.b

Pater & filius vnius naturæ ſunt, & vnus Deus. 78.1.e.Pater quid ſignificet cum Iudæi petũt, vbi eſt Pater tuus.2.c. Patrem Chriſti Iudæi non cognoſcebant Deum eſſe.79.2.e.Patris & Filij eſſentia vna eſt & eadem.90. 2.a. Pater quomodo non iudicet, & tamẽ iudicet.114.2.e

Pater & filius quomodo ſe mutuo cognoſcant. 179.1.d.

Patris, & filio cognitio eſt æqualis, ſed oues non cognoſcunt Paſtorem ſuum æqualiter.2.a. Pater amat filium, & qua de cauſſa id faciat.181. 2.d. pati pro Chriſto donum Dei eſt.722.2. e.

Patientiæ opera duplex martyrium genus faciũt. 100.2.d.Patientia coronam vitæ auream fabricat.e.

Patientia emitur anima, & empta in æternũ poſſidetur, 2.e.per Patientiam animas poſſidemus in cælo & in terra.1002.1.a.Patientia veſtis eſt egregia, qua frigus repellitur, quo caritas refrigeſcit. d. patiens eſt maior expugnatore vrbium.2.c.per patientiam oſtenditur ſapientia viri.1009.1.a patientia opus perfectum habet, quæ ad finẽ vſque perſeuerat. pati pro 2.c.

Deo præſtantiſſimum opus eſt.2.a.

In Pauperes immiſericordes Nabalis ſunt ſimiles.933.1.e. pauperes & diuites eleemoſynam donare poſſunt.929.2.e.

Pauperes qui ſunt improbi quomodo homines in æterna tabernacula recipere poſſint. 429.1.c. per Chriſtum recipiuntur, cuius nomine dantur eleemoſynæ.e. Pauperem & diuitem Deus ex æquo fecit.433,1.b.pauperes ſunt fidi cuſtodes opum.443.2.a.

Pauperibus omnia ſimul largiri, quam paulatim bona ſua eiſdem diſtribuere maioris perfectionis eſt. 586.1.e. Pauper plus confert diuiti quã diues pauperi, & diues propter pauperem factus eſt, non con-tra.47.1.e

Paupertatem ſequitur humilitas non ſuperbia. 309.2.c.paupertas excelſa dicitur, quod in cælum attollat hominem.608. 5.d. paupertate nihil poteſt ditius inueniri.611.1.a paupertas perfectioni inſtrumẽtum eſt, ſequi autem Chriſtum perfectio.599.2.a.pauperes voluntarij dicuntur omnia relinquere, cæteri eleemoſynam dare.604.1.e

Pacis filius quis dicatur.204,2.c.pacem operarij Chriſti ferre debent, ſed multi eam reſpuunt. 213.1.e.pacis filij, & iræ qui ſint.2.d.

Peccator in quot, & quantis ſit Lazaro mortuo, & fætenti ſimili. 674.2.e. peccatore de nullo deſperandum eſt.675.1.c. peccatori quomodo ex peccato exeundum ſit ſuſcitatio Lazari indicat. 2.a. peccatori Confeſſio neceſſaria eſt, quam verecundia impedit.2.c.peccator contra ſeipſum fremere, & turbari debet. d. peccator non ſit delicatus, in ſeipſum fremat, ſumatque de ſe ſupplicium.636.1.e.peccator vt ſit liber, abſolutione ſacerdotis indiget.2.e.peccatori poſt abſolutionem cauendum maxime eſt recidiuum e. peccatores Deus non audit, an ſit vera hæc propoſitio.152. 2.c. peccatores Deus nõ audit ad miracula patrãda, e peccati onus grauiſſimum eſt, 241.2.c.eius onus multi non ſentiunt.e, peccator eſt ſemiuiuus.257.1.b.

Peccator iumento ſtultior eſt, quia cum poſſit ſe liberare, ſe non liberat, 780.1.b, peccatores Apoſtoli ſoluunt, 1.c.peccatore nullus maior prodigus reputari poteſt.402. 2.c. peccatorum conſortium, & conuiuium an lege prohibitum fuerit.390.2.a, quibus hoc fugiendum vel non c. Peccatorum conuerſio quomodo maius afferat gaudium, quam iuſtorum perſeuerantia. 392. 1.b.peccatorum eſt iacere, ſtare iuſtorum, 405. 2.d.fuſius hoc explica.219.2.c.

Peccatorum menſura quæ ſit, quã Deus expectat, vt peccata puniat.978.2.a peccatum ſtatim atque factum eſt, Deus non punit.e. Peccatum

Cain quomodo ad peccatorum Iudæorum menſuram pertinuerit,& aliorum,qui non fuerũt ex genere Iudæorum.979.2.a Peccatorē Deus iteratis vicibus ad ſe vocat,ſed ire ad eum venire non vult.2.e Peccata noſtra Deus metitur,& menſura plena ea caſtigat.986.2.b

Peccatores & benè, & malè pereunt, & quomodo.380.1 c

Peccatores & publicani erant ad Ieſum appropinquantes quid hoc ſit,389 1.c

in Peccato viuere horrendum eſt, in peccato mori horribilius 84.1.a in peccato non viuat, qui nō vult in peccato mori b peccatum eſt infinitæ fugibilitatis,Deus eſt infinitæ honorabilitatis.125.1. b Peccatum originale quomodo cæcitatis in cæco nato cauſſa fuerit.68.1.c

Peccatum ſuper omnia abominandum eſt.1044.2.d Peccatum eſt abominatio deſolationis.1045.1.c Peccatum quot,& quales deſolationes pariat.d,e Peccatum per confeſſionem ac contritionem conteritur.2.c Peccatum quanta velocitate fugiendum ſit.1046.2.b

Peccatum eſt opus mortuum, quod ſi tangimus immunditiam contrahimus. 72.2.d Peccatū nemo repetere poteſt,niſi canis.73.1.b

Peccata quædam commiſſionis, quædam omiſſionis ſunt.1200.2.c

Peccata minima culicibus ſimilia cauenda ſunt 967.2.b Peccata venialia vitare maximè conuenit altaris miniſtris.2. e Peccata grauia q perpetrant,camelos deglutire dicuntur.668.1 a Peccamus quoties,toties formidādo væ digni ſumus.968.1.a Peccare poſt exempla grauius eſt,quàm ante exempla 974.2.d ideo grauior pœna ſequitur.975.1.b

Peccata dilecta difficile eſt pellere.68.2.e

Peccatum grauius eſt purgatorij & inferni cruciatibus.67.1.e peccato omni ſint liberi,qui illud in altero perſequũtur.69.2.b peccata aliorũ reprehēdere nō debemus,ſicut Deus 70.2.a

Peccati in terra magna eſt egeſtas, ſed in inferno maxima.415.2.c in Peccati terra diabolus eſt rex,& herus.e à peccato quomodo quis auelli poſſit 416.1.d peccati ſtatus quam ſit miſerabilis attentè conſiderandum.2.b

Pecuniam cur Chriſtus habuerit cum eam habere diſcipulis prohibuerit.444.2. d Pecuniam alienam tractare,quin manibus hæreat,difficile eſt.762.1.a pecuniam curant homines, non animam.2.a

Pedes duo Domini miſericordia,& iudicium,qui ſimul oſculādi ſunt.1209.1.c Pedes duo Chriſti ſunt miſericordia & iudicium,quos peccator oleo compunctionis debet iungere.760.2.b

Pelagianorum error confunditur.588.2.c

Percuſſio pectoris hominis eſt agētis pænitentiam: quorſum fieret.313.2.d514 1.a

Perdix aliena oua fouet,ſed pulli excluſi eam deſerunt,& ad veram matrem confugiunt quid hoc ſit myſticè.985.2.c

Peregrini officium ex M.T. & hoc etiam Chriſtiano conuenit.249.2.b Peregrinum Chriſtū quomodo nos poſſimus excipere.250.1 b peregrinum excipi & pauperem paſci dignatio eſt & vtilitas recipientis.d

Perfectus an quis eſſe poſſit etiamſi diuitijs non renuntiauerit.582.1.d perfectus ſolus ſummè Deus eſt.2.b Perfectio eſſentialiter eſt in caritate,inſtrumentaliter in conſilijs d perfectionis in homine tres ſunt gradus,& qui illi. 583.1.d perfectus duobus modis qs eſſe pōt.e

Perfectionis ſtatum aſſumimus,cum tria cōſilia ſeruare voto nos obſtringimus.587.1.d

Perfecti aliqui in hac vita quomodo eſſe poſſint. 583.2.b perfectio quædam eſt imperata,& qdam conſulta.585.2.c perfectio in quo ſita ſit 586.1.b

Pericula nulla ꝑ Chriſto ſunt refugiēda.679.2.c

Perſecutio qualis quantaq; ſit propter Chriſtum à Iudæis inferenda.1000.1.e perſecutiones nō nocent perſeuerantibus in Chriſti fide.2.b

Perſecutio ab Antichriſto inferenda erit omniū maxima.606.1.a perſecutionē hanc cur Deus ꝑmiſſurus eſt.1028.1.e ſecutionibus nos Deus affligit,quia experiri vult,quanti fidem caritatemque faciamus e

Perſecutio Antichriſti tribus tantum annis cum dimidio durabit.1033.2.e

Perſeuerantia eſt virtus boni operis.282.1.b

Perſeuerantia Chriſti diſcipulis quantum ſit neceſſaria ex turris ædificatione oſtenditur. 388.1 c

Perſeuerare,& proficere oportet, non decreſcere. 1047,2.b

Perſonarum acceptor quiſnam ſit.888.2. b perſonarum quædam acceptio etiam in Eccleſia quomodo laudetur.527.1.a perſonarum acceptio non eſt apud Deum 707.1.b Nec pro qualitate perſonarum,ſed pro meritis gloriam æternam tribuit 1.d

Petrus cur interrogauerit Chriſtum de præmio, quod ipſe,& alijs Apoſtolis Chriſtus erat daturus.598.1.a Petrus quæ omnia reliquerit. vt Chriſtum ſequeretur.2.b

Petrus reliquit vxorem,& omnia quæ in mundo habuit magno affectu propter Chriſtum.2.e Petrus & And.multa reliquerunt,quia deſideriū hñdi dimiſerunt.599 1.c Petri interrogatio ad nos dicis hanc parabolam,an ad omnes,quam ob cauſſam ſit facta.326.1.b

Petr-

Digitized by Google

Petrus eſt cui Chriſtus præfecturam ouium totius mundi commendauit,196.2.a

Phariſæorum Chriſtus hypocriſim & ſimulationem maniſeſtat.889.1.d Phariſæi nunquam cum conſilio concilium ineunt.992.1.b phariſæorum conſiliarij,odium, & inuidia contra Chriſtu n 1.d

Phariſæi ex verbo D*ei nullum fructum capiebãt ſed illud deridebant.452.2.a phariſæi coram Deo abominabiles, & coram hominibus iuſti videri volebant.453.1.a* Phariſæi *erant maximè humanæ gloriæ cupidi 941.1.e phariſæorum ambitio,& honorum cupiditas quanta. 944.5.c phariſæi qui ſint ſimiles.951.1.d*

Phariſæi fures & latrones à Chriſto dicuntur. 175.1.a veri paſtores,ſed non boni c phariſæi quando non fuerint veri paſtores.e

Phariſæi *quando Chriſto dixerunt,exi hinc,quia Herodes, &c. quo animo id fecerint.350.1 c An verum ſit,quod dixerint, & dicitur fuiſſe falſum.2.b phariſæi,vbi hæc Chriſto dixerint & dicitur in Iudæa dictum eſſe. 351.1. c ad phariſæos Chr.ſti reſponſio diuina planè eſt,& quid contineat,e phariſæos à Chriſto vulpes dictes Græci dicunt.2.e phariſæorum principes qui.354.1.c*

Phariſæi Chriſtum interrogantes,in qua poteſtate hæc faceret,de quibus loquebantur. 839 1. b phariſæorum interrogationi cur Chriſtus,q̃ſtionem de baptiſmo Ioannis adiecerit.840.1. d phariſæi ſuam inſcientiam profiteri non erubeſcunt.2.c phariſæi an de hoc reſponſo dando inter ſe deliberauerint.841.1. a phariſæos & ſacerdotes meretrices & publicani in regno Dei præcedent.843.1.a

Phariſæi exactiorem legis cognitionem profitebãtur.911.1.b eorum victus & cõtinentia 910. 1.e eorundem placita.2.b eorundem apud populum quanta fuerit authoritas 911.1 a phariſæus fuit Ioſephus, & eorum ſecta proxime ad ſectam Stoicorum acceſſit.1 b

Phariſæos Chriſtus interrogans de Chriſto, cuius filius eſſet,quale contra eos pro Chriſti diuinitate fecerit argumentum.936.1.b phariſæi arguuntur quod à Chriſto cui argumentis, cui reſpondere non potuerũt,ſolutionẽ non petierint c de hac Phariſæis *facta interrogatione concilientur Euangeliſtæ.2.e phariſæi & Scribæ an ex cathedra ſedentes, vel ſtantes docuerint. 939.1.d docuerunt ex cathedra non ſtantes, ſed ſedentes.2.a phariſæi qualia onera plebi imponerent.940.2.d phariſæorũ circa iuramentum inſcitia redarguitur 963.1.b phariſæi non arguuntur quod decimas rerum & minimarum ſoluerent,ſed quod maiora his præcepta ommitterent.2.d phariſæi animo ſordidi,corpore abluti erant.959.1.c phariſæorum abulationes variæ.2.a phariſæorũ hypocriſis ſimilitudine ſepulchrorum dealbatorum indicatur 2.d phariſæi patrum imitatores in cædibus prophetarum.972.1.a phariſæi quomodo patrum ſuorum menſuram impleuerint.d*

Phariſæi cur Serpentes. & genimina viperarum à Chriſto dicantur.973.1.e cur à Chriſto tã acriter arguantur,& facilè ferant.2.d

Phariſæi *qua ratione dicantur claudere regnum cælorum hominibus 956.2 a qua videlicet homines in Chriſtum credere volentes arcebant 957.1.b Prætextu longarum orationum domos viduarũ deuorabãt,hoc quid ſit.454.1.d*

Phariſæi cur arguantur,quod vnum proſelytum facerent.959.2.a Quomodo eos facerent duplo priores illis.2.d phariſæi cur de opere pio quale erat ſepulchrorum prophetarum cõſtructio à Chriſto arguantur.973.1.d

Phariſæi obiurgantur, quod quæ grauiora legis erant negligerent,leuiora obſeruarent.288.1. c phariſæi an decimas ſoluerent,ve l exigerent e phariſæi quomodo dicantur ſepulchris dealbatis ſimiles,quod tamen eis cum multis alijs commune 281.1.e

Phariſæi non vt diſcant, ſed vt accuſent Chriſtum interrogant.294.2.a

Phariſæos Chriſtus cauendos monet & cur.2.e

Phariſæi *an Chriſtum Meſſiam eſſe cognouerint. 848.1.d probatur eos non cognouiſſe plena cognitione,& firma. 2.c ſed ignorantia eorum erat craſſa,& potuerunt de eo firmam habere cognitionẽ ſi voluiſſẽt.849.1.a phariſæi an Meſſiã Filiũ Dei naturalẽ eſſe cognouerint.1.c*

Phariſæis Chriſtus mortem ſuam paulò poſt futuram prædixit.2.a

Phariſæi contra ſeipſos ſententiam ferunt. 850. 1.b

Phariſæorum blandiloquentia fallax erat. 893. 1.a phariſæi vnde dicantur,& cur ſic nominẽtur.999.1.a Vnde & quando originem habuerint.2.d Quale hominum genus ex Ioſepho.910.1.e

Phariſæi quomodo legem violarent infantes circumcidendo in ſabbato.37.2 a

Phariſæi an Chriſto dixerint dæmonium habes, an potius Iudæorum turba.2.c

Phariſæorum *voluntas de Chriſto occidendo popularibus eorum erat nota.42.1.b*

Phariſæorum *miniſtri qui venerunt ad Chriſtũ comprehendendum ad eos re infecta redeunt, ſed quando dubitatur.53.2.c*

Phariſæi ad conuiuium cur Chriſtus inuitatus venerit.354.2.b

Phariſæi cur in Chriſtum non crediderunt. 56. 1.a *Cæci fuerunt.*d *cur illi maledictam turbam dicerent.* 2.b
Phariſæi multi in Chriſtum crediderunt. 57.1.a
Phariſæi errant in Chriſto natali ſolo. 2.d
Phariſæi Chriſtum violaſſe Sabbatum iudicant, quod lutum feciſſet. 148.2.d
Phariſæi ſeipſos excommunicarunt. cum eos qui confitebantur Chriſtum excommunicatos decreuerunt. 144. 2.c *eorum peccatum grande fuit* d *Phariſæorum maledictum benedictum, & benedictum maledictum.* 151.2.a
Phariſæorum cæcitas illis per Chriſtum oſtenditur. 155.1.c
Phariſæorum inuidia omnia Chriſti facta peſſimè interpretatur. 792.1.b *ipſos Chriſtus interrogare debuit, audiſtis quid iſti dicunt non Chriſtum illi* 2.c. *Phariſæos quomodo Chriſtus conuicerit ex Pſal.* 8.467.1.a *Phariſæi ſe nihil proficere cõtra Chriſtũ fatẽtur.* 793. 2.e
Phariſæi murmurant, quod Chriſto peccatores appropinquarent. 390.1.b
Phariſæorum mos peccatorum conuiuia, & ſocietatem fugere. e
Phariſæi quodammodo de Chriſto prophetant. 794.1.b. *verè nihil aduerſus Chriſtum profecerunt.* d *Phariſæi deſperatione permoti ſe nihil proficere fatentur, ſed inuidia non poteſt quieſcere.* 2.a *Videntur verba eſſe rectè ſentiẽcium.* c
Phariſæus quando Chriſtum ad prandium inuitauerit. 283.2.b *an admiratus ſit quod Chriſtus ſe totum in aquam non immerſerit vel quod manus non abluerit.* 284. 2.a *Chriſtus de induſtria manus non lauerat, vt poſſet Phariſæos reprehendere* d *Phariſæum inuiatorem à Chriſto tam acriter fuiſſe reprehenſum mirum valde.* 2.e *Phariſæi externam curabant munditiem, internam negligebant.* 285. 2.a
Phariſæi quomodo quod deforis eſt calicis, & catini mundarent, 2.b *Phariſæi à Chriſto inſipientes, & ſtulti dicuntur.* c
Phylacteria unde dicuntur, & quid ſignificent. 941, 2.d. *quomodo Hebraicè & Caldaicè dicãtur.* 942. 2.d. *de his quid Epiphanius ſcripſerit, & ſunt, qui amuleta phylacteria nuncupant.* e *an de his Phylacterijs Deus præceptum dederit* 943.1.e *Pars negans tenetur.* 944.1 a *Phylacteria quid continerent.* b
Pictura Chriſti ouem perditam portantis in humerit in calicibus olim figurabatur. 397.2.e
Pij ſe peregrinos eſſe in hoc mũdo indicãt. 11.2.c
Plorare & lugere ſolius hominis eſt. 789.1.c *nõ Plorant homines quandiu ſunt vtero ignorantia, ſed tunc quando ex eo prodierũt.* e *Ploratum ſeu compunctionem peccatorum maximè dæmones oderunt.* 2.d
Pœnæ genera multa ſunt, & quomodo Deus pœnas infligat. 162.1.e, *Pœnam qui in alio cernit, non ob peccatum, ſed ad probationem illi adueniſſe iudicet.* 163.1.a, *Pœna ſuauis eſt, quæ à culpa liberat.* b
Pœnam ſibi aliquam à Deo *inflictam cernens, ſtatim ad cauſſam, id eſt, peccatum recurrat.* 161 1.d. *Ioſeph fratres hoc fecerunt.* 2.a, *Pœna ſemper generalem non ſpecialem culpam indicat.* 162.2.e
Pœna oculos aperit & diuitibus cæcis oculos reddit. 477.2.e
Pœna peccati magna eſt metum, ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij. 1131.1.b
Pænitẽtis eſt cõfeſtim ablata reſtituere. 72.1.e *inter Pænitentiã veram, & gratiæ infuſionem nullum tempus intercedit.* 407.1.c, *Pænitentia res magnas efficit.* 421.2.a, *Pænitentiam ita agere oportet, vt ad vomitum non ſit reditus.* d
Pænitentia eſt quæ animum renouat. 539.1.a
Pænitenti ab hoc nunc peccatum repetendum non eſt. 73.2.a
Pænitẽtia ſera in iudicio eſt inutilis. 1176.2.c
Pænitentia Damnatorum *eſt infructuoſa.* 1177. 1.c. *Pænitentia non differenda.* 1192.1.d
Pænitẽtia tribunal eſt in Eccleſia, ad quod quiſque præſẽtare ſe dẽt, ſi cupit ſaluari. 1146.2.b
Pænitentia eximia virtus eſt, quæ à ſupplicijs liberat. 341.2.e
Pænitentia perfugium rei eſt. & aſylum, ex quo nemo ad ſupplicium æternum abripitur. 342. 1.c, *Pænitentiæ tempus Deus dat in hac vita, ſed illo nos abutimur, cùm peccata peccatis addimus.* 343.1.a
Pænitentiam agentium mos erat, cinere & cilicio vti. 217.1.r, *& dolentium,* e *Pænitentiam agere in cilicio & cinere ſpiritualiter quid ſit.* 2.b
Pænitentiæ proprium eſt facere Deo peccatores appropinquantes. 396.1.d, *de Pænitentia hominis cælum gaudet.* 398.1.d
Pænitencia cælum aperit. 399.1.d
Pænitentia peccatoris gaudium eſt in terra. 2.b
Pænitens Eccleſiam totam ſuaui odore replet, & cælum ipſum lætificat 760.1.e
Pænitens præuenit vngere animam ſuam in ſepulturam. b. *Polygamia, id eſt, multarum vxorum ſimul copulatio iure diuino eſt prohibita.* 551.2.b
Pontifices Iudæorum quomodo plures fuerint, cũ vnus tantum ex lege eſſe debeat. 682.1.b. *Pontifices cum interrogãt, quid facimus, quid ſibi velint,* 683.1.a, *Pontifices & Phariſæi an*

verè

Digitized by Google

vere Romanorum arma timuerint.2.c
Pontificatus vno tantum anno durabat.2.e
Pontifices quomodo de Chriſto interficiendo cogitauerint poſt Concilium celebratum.686.2.d
Pontifices quomodo fuerint terræ ſanctæ exploratoribus ſimiles.690.2.c
Pōtifex ancillam habet oſtiariam, qui carne ducitur ad conferenda Eccleſiaſtica.183.2.b
Pontifex debet ſe pontem facere, & quomodo.188 2.e
Pontifex gerebat Iſraelitarum nomina in pectore, & Dei nomen in capite, & quid hoc ſignaret.929.1.e
Pontifex ſumus eſt Chriſtus.937.2.c
Porcis ſimiles ſunt affectus hominis carnales, quod pluribus modis oſtenditur.416.1.e
Porticus Salomonis fuit atrium immundorum non mundorum & eius deſcriptio. 523.1.d. Porticus Salomonis combuſta fuit in excidio Babylonico.2.d poſt Salomonem atrium gentium, & porticus extructa ſunt.524..1.d. porticus Salomonis non fuit atrium gentium. 2.d porticus Salomonis fuit atrium populi. 525.1.b porticus Salomonis in atrio populi à Salomone extructa, poſt reditum reædificata fuit.1.e porticus Salomonis cur dicatur eſſe extra templum.526.2.b porticum Salomonis qui atrium gentium fuiſſe putant, vnde errãdi occaſionem habuerint.2.e
Non poſſe id dicimur quod difficulter poſſumus. 823.2.b non poſſe fieri id dicitur à quo noſtra voluntas abhorret.d
Potentes qui ſunt ad omnia pro Chriſto toleranda.721.1.c potentes quidam ſunt ad faciendum malum.d potentes ſunt huius ſæculi dilectore.in reb. terrenis, in cæleſtib. debiles.2.a
Poteſtati, id eſt, potētibus, amica eſt ferè ſemper impatientia.136.2.a
Potens qui iniuria afficitur, debet malle patientiam exercere quam potentiam.141.1.a
Præceptum de dilectione Dei cur primum & maximũ ſit.915.2.d Vbi habeatur. d Hebraicè quomodo legatur ex tota fortitudine & explicatio ipſius.916.1.b An in hac vita hoc præceptum implere poſſimus.917.1.c pars affirmans probatur.1.e
Præceptum hoc ab aliquibus ſeruatam eſſe ex Scripturis prboatur.2 c
Præceptum de dilectione proximi, cur ſit ſecundum, & vbi habeatur in lege.918.2.c. quam vim habeat particula ſicut in hoc præcepto. 919.1.b
Præceptum diligendi proximum in duo alia ſubdiuiditur, & quæ ſint illa.1.d
Præcepta omnia pendent ex præcepto caritatis. 2.a. quomodo hoc ſit verum.2.c
Prædeſtinatorũ numerus eſt complēdus. 367.1.b
Prædeſtinatum non eſſe non eſt cauſſa cur homo non credat nec reprobatio infidelitatis. 530. 1.e prædeſtinatum non eſſe facit, ut Deus non mittat Doctores, nec det auxilia efficacia, quãuis det ſufficientia.530.2.a
Prædeſtinati quales ſint, & in æternum non pereunt.2.e
Prædeſtinationis pelagus occultum eſt. 542.2.b
Prædeſtinatus an ſit, nemo ſcit.2.d & hoc valde vtile eſt hominibus. 543.1.a
Prædeſtinationis non datur cauſſa ex parte hominum.232.1.d
Prædeſtinatio Dei eſt fundamentum firmiſſimũ bonorum omnium.470.2.a de prædeſtinatione noli eſſe ſollicitus, ſed de vita correctione.b prædeſtinationis ſigna ſunt cruciatus, & dolores in hac vita.481.1.e prædeſtinationis effectus non reddunt certam prædeſtinationem, qui eſt glorificatio.545.2.a
Prædeſtinationis quædam ſigna ſunt, ex quibus conijcere poſſumus nos eſſe prædeſtinatos, & quæ ſint illa.543.1.c prædeſtinare Dei eſt. unde Chriſtus qui prædeſtinat, eſt verus Deus. 2.b. prædeſtinatio non tollit liberum arbitriũ & hoc de fide eſt.d p̄deſtinationis certitudini libertas arbitrij non officit.544.1.a de p̄deſtinatione, non eſt nobis laborandũ, ſed de ipſius effectibus.2.b propter bona opera p̄uiſa Deus non prædeſtinat.545.1.b
Prædeſtinatus ut pereat, fieri non poteſt ex hypoteſi 1050.1.a
Prædictio monet quid euēturum ſit, vt caueatur 1.e
Prælatus clarus operibus eſſe debet, non dignitate.642.1.e Prælatus omnium bonorum operũ exemplũ eſſe debet.1.b Prælatus bonus ſimilis eſſe debet, & quatuor Ezechielis animalibus. 2.c Prælatus debet habere ligonem, id eſt, virtutem & ſcientiam.643.1.c Prælati qui ſtãt nec negotiantur, nec laborãt grauiter arguuntur.2.c
Prælati ad pericula ſubeunda ſubditos præcedere debent. & oues eos ſubſequi.698.1.e Prælatorum humilitas vbi doceatur.710 2.d
Prælati diſcant beneficia nō indignis, ſed digniſſimis dare. 723.1.b prælati Eccleſiæ debent humiliter miniſtrare, & ijs ſeruire quibus præſunt.2.a
Prælatis improbis reuerentia neganda non eſt, ſed vita non eſt imitanda. 950.1.b Prælati quæ ſubditis concedere debeant & negare 2.e
Præmium eorum qui reliquerunt omnia propter Chriſtũ in hac uita, quale futurũ ſit.692.2.b

vtrique e. Mercenarij à Chriſto appellantur, qui malè ſuo funguntur munere.181.1.c

Mercenarij Dei ſumus, ſic nullum tempus a labore vacuum nobis eſſe debet.862.1.a

Mercenarij paſtores duo habent, paſcũt mercedis cauſſa & non curant oues.188.1.b Mercenarij boni ſunt, ſi bonam doctrinam tradant.2.d Mercenarij non curantis oues deſcriptio.189.1.a Mercenarius fugit animo non corpore, & quomodò.190.1.b Mercenarius cõparatur Antichriſto.d nõ ſe opponit iræ Dei pro populo.2.a

Merita quatenus & quomodo fiduciam generare in nobis poſſint.515.2.d merita neceſſaria sũt ad gloriam æternam comparandam.516.1.c in meritis cauenda eſt ſuperbia, & humilitas ſeruanda.e

Merita noſtra tum Deus coronat, dona ſua coronat.368.2.d

Merita noſtra & Dei dona ſunt, & opera noſtra.2.d

Meſſiam verum Chriſtum noſtrum fuiſſe contra Iudæos probat Zachariæ vaticinatum.467.2.b Meſſias an aſina & pullo inſederit, & dicitur in vtroque inſediſſe.768.1.b Meſſiæ gloriam prædicari in eo ingreſſu neceſſe fuit.769.1.b Meſſia rex acclamatur nemine contradicente ex militibus Cæſaris.776.1.b

Meſſiæ nomen & auctoritatem ſibi multi ante Ieroſolymorum euerſionem vſurpabunt.996.2.c quinam illi fuerint.e forte præſtigiatores illi fuerunt, de quibus Ioſeph loquitur.e Meſſiæ nomen quamuis nullus ſibi arrogarit. multi tamen Pſeudoprophetæ & reges tunc fuerunt.997.1.e de Meſſia ſeu rege qui totum orbem teneret ex Iudæa oriundo, quæ fama toto orbe percrebruerit.2.e

Meſſiam uerum Chriſtus ſe eſſe oſtendit, ubi nam 791.2.c

Meſſias qualis rex ſit deſcribitur.242.2.b an pro Meſſias ille Chriſtum habuerit qui eum p̃ hæreditate diuidẽda interpellauit.300.1.a

Meſſias vocatur à Dauide Dominus, ex quo ſequitur eum Deum eſſe.936.1.c

Meſſias quibus nominibus à patre ſuo Dauide dicatur.e, Meſſias regnant in cælo, & in Eccleſia, ſed habet inimicos, quos nondum ſub pedibus ſubiecit.2.d Meſſiæ lex, id eſt, ſceptrum fortiſſimum ex Sion emanauit.937.1.a Meſſias Filius eſt Dei naturalis.1.b Meſſias omnes dignitates Pontificis, regis, & iudicis eſt per crucem aſſecutus.2.a Meſſiam ſuum Chriſtum Iudæi in iudicio videbunt, & neceſſitate compulſi adorabunt.983.1.d niſi in Meſſiam credant Iudæi non poterunt.2.d

Meſſiam venturum unde habuerint Iudæi neminem ſciturum, vnde eſſet.42.2.a Meſſiæ genus & patriam Scriptura indicat.b Meſſias partim notus Iudæis, partim ignotus fuit.43.1.c Meſſias ſecundum diuinitatem Iudæis notus erat, ſed obſcura.e in Meſſiam Chriſtum multi crediderunt, alij non, & cur.2.d Meſſiã Chriſtum turba confeſſa eſt, dicens, Chriſtus cum veneris, numquid plura ſigna faciet.44.2.b Meſſias verè eſt natus in Bethlehem, & Nazareth educatur.57.2.c

Meſſis multa & operarij pauci, quam hoc verum ſit.207.1.b in Meſſem ſuam, vt mittat operarios rogandus eſt Deus.208.1.c

Meſſis quid propriè & ſpiritaliter ſignificet.202.2.e Meſſis eſt præſentis vitæ tempus vitæ tempus meſſis.206.1.e Meſſis eſt ſæculi conſummatio.2.e

Michael & Angeli præliabuntur cum diabolo Antichriſti tempore.1031.1.c

Miltiades dux Athenienſium quo exemplo Athenienſes contra Perſas concitauit.246.2.b

Mina Latinè, & μνᾶ Græcè quæ pecunia ſit, & quanti valeat Attica & Hebræa.740.1.b

Miniſtri qui venerant ad Chriſtum comprehendendum, & re infecta diſceſſerunt, an in Chriſtum crediderint.54.1.a tribus de cauſſis commendantur.c & obdiendi libertatem.e

Minuta duo quiſque Deo offerre poteſt, id eſt, corpus & animam.890.2.b pauper quilibet ea offerre poteſt.b

Miracula Chriſti perfecta erant, nec conueniebat vt quem corpore curaret, quem animo non curaretur.540.2.a Miraculoſa opera Sabbatũ non violant.41.1.c

Miracula Chriſtus fecit hominibus proficua, præterquam ficus areſacta, & cur tale ſignum fecerit.838.1.b

Miracula Chriſti ſunt omnia equalia ratione oi potẽtiæ, in ſe alia alijs ſunt maiora.671.1.c

Miracula tãta pro tot miraculis vſurpauit Euãgeliſta, & quæ illo fuerint.822.1.b

Miſer eſt nemo niſi comparatus hoc an verum ſit.458.2.a

Miſericordia materia numquam deeſt, ſi non deſit miſericordia.472.1.b

Miſericordia Dei Male innitendum non eſt ad peccandum.71.2.b

Miſſio Chriſti à Patre, & miſſio hominis quomodo differant.99.2.a Miſſio humana diuinæ non eſt ſimilis.103.2.b Miſſio diuina & humana duo habent, & quæ ſint illa.d Miſſio diuinæ perſonæ fit ſine motu.2.c Miſſio ad docẽdum eſt neceſſaria.202.1.a Miſſio eſt diuinæ potentiæ opus.2.d Miſſio Chriſti eſt incarnatio.103.2.d Miſſio verbi ratione effectus cum motu

Digitized by Google

motu fuit copulata.e
Mors conuertit totam huius mundi, diuitem miſerrimum pauperem facit faliciſſimũ. 460.2.c Mors excutit diuitem dum moritur, nec plus illi ſinit importare quam intulit. 475.1.e detrahit laruam diuitibus, & aliis. 2 b
Mors propinquus quantum ſe ſeruiſſe Chriſto, tot vel 100 annos delectetur. 639.2.a
Mors eſt certa, & nihil eſt in rebus humanis morte certius. 1156.2.b mortis & iudicij hora sũt incerta. 1157.1.c Mors eſt laqueus & hamus e Mortis & iudicij hora cur incerta ſit.e
Mors duplex eſt, temporaria, & æterna, hanc aliqui fugiunt, illam nulli. 115.2.c Mors eſt impiorum vita in inferno. d aduerſus mortem præſentiſſimum antidotum eſt Chriſtianæ legis obſeruatio. 116.1.c
Mortem corporis ſolam Iudæi agnoſcentes Chriſtum dæmonium habere putant. 117.1.a
Mors damnatis quantũ erit deſiderabilis. 1148.2.e Mors ſine morte erit apud inferos. 1149.1.a Mors eſt quadam diuiſio & diſſicatio. & cur 1155.1.d Mors omnes iudiciumque præſtolatur. 1156.1.d
Mortem non timendam quomodo Chriſtus doceat. 297.2.b
Mors Chriſti quantum fuerit humano generi ſalutaris. 117.2 e Mors Sanctorum quomodo pretioſa ſit. 631.1.e Mortis metum Chriſtus voluit nos docere contemnere. 803.2.e
Mortis tempus ignoratur & cur 324.2.a Mors talis erit, qualẽ eam nos eſſe cupimus. 2.b
Mors quæ iudicium præcedit cur ſomnus dicatur. 1173.2.c Mortis timor etiam improbos excitat ad pœnitentiam. 1180.2.a
Mortificatio quid ſit, ſimul & immortificatio. 799.2.a Mortificationis fructus vita æterna, immortificationis, ſupplicium æternum. 2.c Mortificatus ſpelũcam duplicem emit, in qua ſepeliatur, & quæ illa ſit. 800.1.c Mortificatio non vnius diei eſt, ſed totius vitæ.e
ortis pulſatio eſt quando per ægritudinis moleſtiam mors vicina oſtenditur. 319.2.d Mortis ſuperuentus ſubitus, quem ſibi Auguſtus imprecabatur, non eſt bonus. 320.2.b Mors quoſdam inuadit vigilantes, quoſdam dormiẽtes, & qui ſint illi. 322.1.d Mors veluti fur in domum irruit. 2.a Mors eſt fur. d Mors fur potẽtiſſimus. 323. 2.e eſt lineæ ſimilis. 324. 1a
Moſis cathedra quæ ſit & dicatur in Euangelio. 939.2.a
Moſis cathedra vis cogebat Phariſæos vera dicere. 940.1.d
Moſes ſimilis fuit philoſopho, qui ad Theologiã diſcipulos præparat. 151.2.c Moſem Chriſto longe anteponunt Phariſæi.e
Mundus canam facit & ad eam homines inuitat & illi ad eam properant. 372.2.e mundi canam reſpuunt ſapientes, inſipientes adeunt. 373.1.b mundus totus poſt iudicium renouãdus eſt. 1096.1.b mundi huius figura præterit non deperit 1097. 2. d mundus quomodo renouandus ſit. 1098.2. b mundus totus erit diaphanus. 1099.1.e mundi incendium horribile. 1136 2.d mundus eſt diuerſorium, in diuerſorio nemo permanet. 734.1 c
Mundi finem ſcire non eſt in noſtra poſitum poteſtate. 1122.2.e mundi finis à nobis frequenter conſiderandus, ne nos decipiat. 1137. 2.e mundus ac ſi iam non eſſet, ita viuendum eſt. 1138.2.e mundi huius via periculoſa, in qua sũt ſpelũcæ, in qbus latrones habitãt. 256.1.b
Munus arduum, & difficile eſt, docere verbo & exemplo. 32.1.e
Murmur multum de Chriſto Ieroſolymis excitatum quorum fuerit. 35.1.b murmur de Chriſto quomodo ſtare poſſit cum eo, quod ſequitur nemo tamen palam de eo eloquebatur.d
Myſteria fidei quomodo ſapientibus Deus abſcõderit. 231.2.a myſteria hæc cur Deus paruulis reuelauerit, cauſſa reddi nõ poteſt. 232.1.c

N

NAl *particula quam interpres reddit ita quam vim habeat. 232.1.c*
Natura paucis contenta eſt, ſi ſola ſit. 10.2.d Naturam vincit inſtitutio & diſciplina. 23.2.c
Natura paucis contenta, & vel vnius cibi apparatu ſatiare poteſt. 264.1.a
Neceſſitati pauca ſufficiunt, cupiditati nihil. 271.2.b
Negotiatio duplex altera ad quæſtum temporale ſpectans, altera ad ſpirituale. 1204.1.e Negotiationis terrenæ exitus. 2 a Negotiatores plerumque amittunt omnia, quæ negotiando ſunt conſecuti.d Negotiatores improbi, lucrũ omne contra ius, faſque ſectantur. 1201.2.a Negotiatores vitam hanc ludum putant.b
Negotiatores probi quomõ in negotiãdo ſe gerãt.c Negotiatio cæleſtis qualis & quam quæſtuoſa vt pote quæ Chriſtum lucratur.e Negotiationis huius terminus eſt Chriſti aduentus poſt quem negotiari non licebit. 1206.2.d Negotiantes ſpiritualia, ſibi lucrantur non domino. 1208.2.b
Nero quædam effigies Antichriſti, & putatus à quibuſdam verus Antichriſtus. 1201.1.b
Nicodemus occultus Chriſti diſcipulus, cauſſam illius agit apud alios Phariſæos. 57 1.b Nicodemi verba Chriſto proferunt. 58.2.b
Niniue euerſa eſt ad prædicationem Ionæ, quæ

Digitized by Google

mala erat, & bona ædificata.1046.1.c

Nomine Carent apud Deum reprobi omnes, probi excellentiſſimum nomen habent.470.1.b

Nox in quatuor vigilias diuiſa erat, quarum ſingula tres horas continebant.314.1.a cum Noctis vigilijs vita noſtra cur conferatur.2.b

Nubes ſedes Dei à Chryſoſtomo dicitur.1076.2.b Nubes quales erunt in quibus Chriſtus deſcendet.2.a Nubes erit thronus gloria & maieſtatis Chriſti.1077.1.b

Nunc vos Phariſæi quid ſignificet particula nũc loco.285.1.a

Nuptiali veſte minime indutus homo quid ſignificet, & quæ ſit veſtis nuptialis. 870.2.c Ad Nuptias vocati boni & mali quinam dicantur.d Nuptiæ à conuiuio incipiunt, in luctum deſinunt, ſed non Chriſti cum anima 874.1.e in Nuptijs Chriſti admirabile exhibetur conuiuium, & quale illud ſit.2.d Nuptiæ olim ſeptem diebus celebrabantur.882.1.c

Nuptias Deus Pater filio ſuo fecit, cum etiam incarnari præcepit. 868.2.a ad inuitandum ad Nuptias Deus Pater bis ſeruos miſit, prophetas ſcilicet, & apoſtolos.d ad has Nuptias an Iudæi, qui ante Chriſtum vixerunt, fuerint vocati.869.1.a in his Nuptijs ſplendidiſſimũ epulũ quale ſit paratũ.1.c Ad has nuptias Iudæis venire renuentibus gẽtes vocatæ ſunt.2.e

Nuptiæ duæ ſunt alia in Eccleſia triumphanti, alia in militante celebrantur.1193.2.c

O

OBediendum non eſt ſuperioribus, præſtando id quod iubent quando Deo aduerſa præcipiunt 54.2.b

Obedientiam præſtandam magiſtris docentibus docet Chriſtus, etiam ſi illi corrupta vita ſint. 940.1.d Hoc intelligitur quando nihil docẽt Chriſti doctrinæ contrarium.e Obedientia aurea eſt, quæ in rebus etiam difficilibus, & arduis præſtatur.615.2.e & quæ eſt ad omnia indifferens.616.1.a item velox & prompta. d Obedientes milites & promptos Scipio, quã habuerit.2.c Obedientia quæ voluntatis habet plurimum, eadem, & ſuauis eſt. 617.1.b Obedientia in lectus commendatur.1.e Obedientia aurea eſt humilis, & tribus de cauſſis debetur Deo d

Obliuio Dei regio longinqua eſt 402.2.b in Obliuionis Dei terra, fames & inopia eſt maxima 414.2.d

Occaſiones peccati quàm primum excutiendæ, ſi ſalui eſſe volumus. & fugiendæ.216.2.a

Oculi beati tam corporis quam animi qui Chriſtum viderunt quinam ſint.248.1.d Oculi q non viderunt, & crediderunt etiam beati. 2.c

Oculos ſapiens in capite habet, id eſt, in Chriſto.255.2.e Oculi ſunt nobiliſſima corporis pars, & multa alia in laudem oculorum.517.1.b Oculi hominis ſpecula ſunt, quæ obiecta repræſentant.163 2.d

Oculus bonus & oculus nequam, qui ſint.626.1.e

Odij effectus, non affectus quomodo ſit erga parentes habendus.386.2.a

Odij effectum quomodo quis in ſua ipſius membra exercere poſſit.2.c Odium ſanctum etiam ad animã noſtram peruenit, & quõ. 387.1.c

Omni habenti dabitur & abundabit, &c. prouerbium fuit apud Hebræos & quid ſignificaret. 743.1.a quis ſit horum verborum ſenſus.1.b

Onus Chriſtus tollit, & onus imponit, ſed ſuaue & leue.234.1.d

Onerati quietem maxime deſiderant, & ea Chriſtus in via & patria promittit.231.1.b

Opera omnia noſtra debita ſunt Deo, ad ea tũ facienda præmijs nos allicit. & ea remunerat. 490.1.b Opera bona non ſunt differenda ad ſenectutem.861.2.b Opera bona ſunt meritoria vſque ad mortem, & non poſt. d ad bona opera grauis exhortatio.866.1.b

Opera bona neceſſaria ſunt, & illis meremur vitam æternam.1094.1.a

Opera bona in iudicio inſtar gemmarum erunt, mala inſtar carbonum.1145.2.b Opera bona & mala ſunt ſemen & quomodo. 2.c Opera ſupererogationis Deo ſunt gratiſſima, & quæ illa ſint.261.2.b Opera bona nos verè diuites efficiunt, exhortatio ad ea ſectanda.860.1.e Opera quæ ſectari debemus dum ſumus in vita, vt in iudicium adducantur 861.1.a Opera bona poſtulat à nobis Deus ab initio pueritiæ.e Operibus bonis electio confirmatur, & certa redditur.344 2.d

Operarij vineæ à Deo ab initio mundi miſſi, qui & quales.639.2.c Operarius maximè præ cæteris inſignis Chriſtus eſt. 640.1.b in ipſius aduentu qui erant primi facti ſunt nouiſſimi, & contra.d Operarij Eccleſiaſtici intelligant ſe operarios eſſe, non ad otium vocatos, ſed ad opus.642.2.d Operarius non ratione dignitatis mercedem accipit, ſed laboris.e Operarij ſumus Dei & filij, qui operanda hæreditatem meremur. & conſequimur.646.2.d Opera noſtra abſque gratia Dei non ſunt meritoria vitæ æternæ, ſed ſic cũ illa.647.1.c Opes mittere in gazophylacium quidnam ſit.988.2.b Oportet non neceſſitatem rebus futuris inducit, ſed ex hypotheſi tãtũ.998.1.b Orare ſẽper q̃s dicẽdus ſit.498.1.c orare ſẽper is d̃r, q beatã vitã ſẽp deſiderat.2.b uel ẽt q crebras & breues orõnes fundit, vñ dicũtur orõnes iaculatoriæ.

Digitized by Google

toria.496.1.d Orare ſemper is dicitur, qui aſſiduè, frequẽter, & ſæpe orat.2.a Orationis humilium iuſtorum magna eſt vis.500.1.b Oratio ardens electorum clamor eſt ad Deum.e Orare oportet ſemper.504.1.d

ab Orantibus Chriſtus poſtulat, vt peccata contra ipſos cõmiſſa proximis dimittãt.836.2.d

Orantes an olim ſteterint, vel genua flexerint dubium eſt.506.1.c Orabant vtroque modo, & flexis genibus, & ſtantes.2.d opinio dicens veteres ſtantes oraſſe eſt probabilior.e oratio etiã eſt gratiarum actio, & quid ſit orare apud ſe.507.1.a Oratio quanta ſit veneratione, & attentione peragenda.511.1 d

Orationem Dominicam an Chriſtus bis tradiderit, vel ſemel tantum.276.2.b an Oratione Dominica Lucas prætermiſit quædam, quæ sũt apud Matthæum cur.277.1.b Orationem lõgiorem diſcipulus cum peteret Chriſtus breuiorem tradidit.e. in Oratione perſeuerantia maximè neceſſaria eſt.2.c hoc docet parabola hominis ab amico media nocte panes petentis.278.1.a Oratio nocturna à Dauide frequentata.1.d Oratio in fame, & calamitate, adhibẽda eſt.e Orationis ſancta importunitas laudatur.279.2.a Orandi aſſiduus labor, quomodo vrget egeſtas, vincet omnia.167.2.e Orationis perſeuerantia multis exemplis & ſententijs commendatur.282.1.d ab Oranda ſunt neceſſaria non ſuperflua.2.e

Oratio legatus eſt egregius.1179.2.b Orandum ſemper eſt & vbique.c

Oratio duas debet habere alas, ieiunium & eleemoſynam 447.1.e

Origenes dicens pœnas damnatorum terminandas eſſe arguitur.466.1.a & rurſus 480.1.a

Oſtendere bona pro præſtare & exhibere ſumitur.532.2.b

Oues Chriſti in Eccleſia multa sũt, q̃ nõ sũt p̃deſtinata ad ouile cœli.542.1.e Ouẽ te putas, hircus forte es, apud Deũ nota Religioſe.543.1.d

Oues Chriſti quædam iam ſunt, & quædam futuræ ſunt & quæ illæ ſint 530.1.a ex Ouibus Chriſti non eſſe quomodo ſit cauſſa cur Iudæi non crederent.2.c

Ouile unũ ex duob. factũ ẽ, et unus paſtor.180.1e

Ouile vnũ an ſit futurũ totius mũdi ante diẽ iudicij.181.1.d hoc non conſtat.e Oues quomodo Chriſtum cognoſcant.197.2.b Ouile unum Chriſtus fecit ex duobus.196.1.b

P

IN Palam eſſe ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι quid ſignificet.7.2.d ſignificat ẽs manifeſtatione in.1.a

Pallium Pontificale, quod geſtant Archiepiſcopi, quid ſignificet.398.1.a

Palma quõ aĩa aſſimilata eſſe debeat.345.1.e

Panes cur tres amicus ab amico petierit.278.1.d Panes tres quid ſignificent.279.1.b Panis, ouum, & piſcis ſunt tres virtutes Theologicæ 280.2.c Pani opponitur lapis, ſcorpioni ouum, & piſci ſerpens & cur.2.d

Papa neque in fidei decretis, neque in præceptis morum, quæ toti Eccleſiæ tradit, errare poteſt.694.2.a Papa non põt errare nõ quia nobilis, &c. ſed quia Papa, & totius Eccleſiæ Pontifex e ad Papam recurrendum eſt in quæſtionibus fidei, in quo fides defectum ſentire non poteſt.d. Papa eſt ſeruus ſeruorum Dei, & proinde verè humilis.710.2.c

Papyri dua nota coluber & manus & quid illa deſignent.137.1.d

Parabola de duobus filijs quorum alter rogatus à Patre ut iret in vineam, reſpondit ſe non iturum, & tamen iuit, alter dicens ſe iturum, nõ iuit, quid ſignificet.841.2.c Probatur his duobus filijs duos populus Ethnicum & Iudaicum ſignificari.842.1.a vel ille qui promiſit non ire & poſtea iuit eſt is qui primo malus poſtea bonus fit.1.e Parabola de Patrefamilias qui plãtauit vineam & locauit eam agricolis qui fructum non reddiderunt, explicatio 844.2.b Vinea plantata eſt Iſrael populus.445.1.c Vinea tria paterfamilias contulit ſepem, torcular, & turrim, & quid ſit ſepes d quod ſit vinea huius torcular, & dicitur eſſe altare holocauſtorum.846.1.a & turris, quæ eſt legis eminentia, vel ipſum templum t.e Agricolæ quib. vinea locata eſt, qui ſint 847.1.c Serui miſſi ad poſcendum vineæ fructum, qui ſint.d Coloni de interficiẽdo filio inter ſe deliberãt.848.1.b extra vineam quomodo coloni filium eiecerint & occiderint.849.2.c Parabola laborantium in vinea de Iudæis & Ethnicis eſt intelligenda.828.2.b Adaptatur illis parabola d. Quomodo fiat, vt in parabola Iudæi dicantur mercedem recepiſſe, qui nihil receperunt.629.1.e in Præmio quomodo omnes æquales futuri ſunt.2.d Parabola filij prodigi quid per ſeniorem filium, & quid per iuniorem deſignetur.401.1 a quid per ſubſtantiã. Græcè Βίον.2.b hoc nõie dona Dei tã naturalia quã ſupernaturalia ſignificatur.2 b Patrẽ viuẽtẽ bona ſua filijs diuiſiſſe quõ factũ ſit 2.e Pater filio ẽt ſeniori parte ſuã aſſignauit, ſed ille nõ ẽ ea abuſus.402.1.c [illegible] q̃ in lõginqua regione graſſatus eſt.403.1.d [illegible] eſt diabolus, q cũ ad paſcendos porcos deputat 2.e Prodigi filij pœnitentia qualis, & quanta.405.2.b ad Patrem reuertitur.40[illegible] b Patris eũ reuertẽtẽ ſuſcipientis [illegible] ignit [illegible]

d [illegible]

Digitized by Google

Parabola furis et patriſfamilia expliſatur.ſ164 1.d.ſignifiſat omni tempore vigilandum eſſe. 2.a.Parabola ſerui prudentis & fidelis explicatur.2. b. Parabola mali ſerui deslaratur. 1155.ſ.b.hac deſignat malum paſtorem.e,Parabola hominis profiſſentis peregrè, & ianitori praſipienti vt vigiles exponitur. 2.b,an per hanc parabolam ſoli ianitori vigilandum pracipiatur.2 d. Parabola de diuite epulone,verane ſit an ficta narratio.455.1.b,eſt vera hiſtoria,quod multis probatur.e, Parabola de iniquo iudice,& vidua quando dicta. 497.1.a, Parabola ſenſus idem eſt sum ea qua de amiso poſtulant, tres panes agit.2.d.

Parabola hac Synagoga acsōmodatur, & anima. 504 2.c,Parabola de inuitatis ad nuptias diuerſa ab illa qua dicitur, homo quidam fecit canam magnam.867.1.a,Parabola conclusio an apta ſit Multi ſunt vocati,pauci verè electi.871.2.b,hac sonclusio an de ſolis Chriſtianis intelligatur,vel de alijs:2.d. Poteſt intellēgi de omnibus.c,d.Parabola explicatio.e.

Parabola laborantium in vinea breuis explicatio litteralis.625.1.b, Senſus morales multipliſes.226.2.c. Parabola indiſat, mercedem non tempori,quo laborauit,ſed operi reſpondere.627.2.e.Parabola de desem virginibus expoſitio.1569.1.a.in Parabolis aliqua adhibentur parerga.1177.2 a.Parabola decem virginum quibus conueniat. 2.c. Parabola & prouerbium quid ſint.173.1.c.Parabola de villico iniquitatis quando dicta.422.2.a, Parabola hac quomodo ſit difficilis explicatu, 430.1. e,expliſatur breuiter.2.c.Parabola de Phariſao & publisano quando dicta,& quid ſibi velit.505.1.b.

Parabola paſtoris ouem amiſſam quarenti breuis explicatio. 391.1.a, Parabola item mulieris qua amiſſam drashmam inuenit,et recuperat. 392.2.e,in Parabolis ſunt quadam qua ad intellectum illatum non faciunt.400.2.a

Parabola an ſit quod Chriſtus dicit de recumbēdo in nouiſſimo loso in conuiuio. 355.2. d. cur Parabola dicatur.2.c.

Parabola talentorum & minarum diuerſa ſunt, non vna & eadem 1594.2.a.Parabola talentorum expliſatio.1.Quid ſignifiſet has parabola.Parabola finis de talentis quis ſit. 1000. 2.d. Parabola diſpenſatoris prudentis quem ſsopum habeat, 326.2 a. an hic fuerit totius domus gubernator.2.e.boni diſpenſatoris pramium.327.1.d.

Parentes Chriſtus quomodo odio habendos eſſe doceat.382.2.a.Parētes quomodo odiendi ſint, ſi inimici diligendi.

Parentes ſancte odio proſequi debemus, non prāuo.386.2.a.

Parentes saueant, ne apud ipſos filij vitiorum exempla videant.Parentum proborum & Sanctorum facta,filij debeat imitari.102.1.b.
Parens Iudaorum à Chriſto diabolus eſſe dicitur.d.

Paruuli quādo Chriſto oblati fuerint,an poſt ſermonem de caſtitate habitum,& non ſatis probatur.570.1.a.

Paruuli cur Chriſto oblati,fuerint, & dicitur ad benedicendum. 2.a. Paruulos Chriſto offerri cur Apoſtoli prohibuerint. 172. 2.c. Paruulis benedictio danda,& baptiſmus conferendus.d

Paruulos à ſe sarceri Chriſtus indigne fert.572. 1.d.cur Chriſtus taliū eſt regnum calorum dixerit non horum.2.a.Paruulos Chriſtus benedixit & complexus eſt.573.2.d.quod contulerit benedictio.574.2.b.

Paſſio Chriſti in osulis ſemper habenda & quomodo.140.1.a.

Paſſio Chriſti, & mors,cur Calix, & baptiſmus dicatur.704.2.c.

Paſſio Chriſti. & mors admirandum eſt noſtra redemptionis pretium.750.2.b.

Paſſionis Chriſti inſignia, vt clauos, lanceam, in iudicio conſpicienda Angeli deferēt.1065.2.e

Paſtor oues ſuas pracellere debet virtutibus.504 2.d.Paſtor ante oues vadit,cum virtutis exēplo praeit.185.1 a.Paſtorum exempla plus iuuant quàm verba.185.2.e.Paſtoris boni nota eſt non quieſsere.187.1.a.eſt comparandus cū multis martyribus debet excellere caritate.e.

Paſtor bonus debet largas eleemoſynas ouibus facere.2.e.

Paſtores alij filij ſunt,alij mercenarij,& qui vtrīque.588.1.e.

Paſtoris boni praces tenent Deum,ne ſauiat.203 2.d.Paſtoris reſidentia oues ſignat.193.2 e.

Paſtores Esslesia dona eis tradita lucro reddere debent.179.2.c.

Paſtores.Esslesia exemplo Chriſti diſcant ouem perditam quarere.397.2.c.

ad Paſtores Ecclesia ad diruta Chriſti templa renouanda exhortatio.537.1.a.

Paſtor Ecclesia Zelotypus eſt,non vult animas fidelium hereſi corrumpi.183.2.a.

Paſtores pecuniam ſibi à Chriſto creditam, quomodo nummularijs credere debeant.1011.1.c Ex Paulos & alijs quanta Paſtoribus pradicandi Verbi cura eſſe debeas explicatur.2. a. Paſtore ſunt debitores pradicationis verbi Dei ſuis ouibus.c.Paſtores ſunt in tradendis pecunijs nummulary diligentes,auditores in ſoluēdis vſuris aſſidui.e.

Digitized by Google

Paſtoris boni & mali nota qua ſint.171.1.c.primn Pnſtoris notn, eſt per oſtium ingredi, teſtimonium hab-ns ex Scripturis.170.1.d. Paſtor etiam quomodo alÿs modis per oſtium intret 178.1.b. Paſtori aperiens quis oſtiarius dicendus ſit, 2.b. Paſtorem oues ſequuntur, & pra eunt etiam, ſed Chriſtum maximè.c. Paſtorũ onus quantum ſit.2.b Paſtor bonus eſt Chriſtus, quin cognoſcit oues, & amat.

Paſteris Eccleſia quatuor ſunt virtutes & qua illa.1165.1.b, prima virtus eſt fidelitas in diſpenſando Dei verbo, & ſacramentis, e, qua & qualis ſit iſta fidelitas.2.a. virtus eſt prudentia, & quis ſit prudens.2.c. virtus eſt doctrina, vt det cibum plebi in temporo.1166.1.b. Paſtorem Eccleſia quis exitus maneat, ſi non paſcat gregem ſibi creditum doctrinn 2.n. Virtus eſt perſeuerantia in docendo.2.c. Paſtori improbe va eiius culpa oues pereũt. eius vitia. 1167.1.d. pater miſericordiarũ Deus duplici ratione dicitur, & qua ſit illa. 788.2.n. Pater *vltionũ, & iudiciorũ non dicitur & cur.b.* Pater *miſericordiarũ eſt, & Deus vltionum, & quid hoc ſibi velit.e.*

Pnter *& Filius vnum ſunt vnitnte natura Chriſtiani ſunt vnum vnitnte voluntatis.531.2.d*

Pater gratia, & ſalutis Deus vnus eſt, ſed honorificentia cauſſa multi ſunt patres945,1.c

Paterfamilias *in domo ſua quodammodo paſtorale debet exercere officium.24.1.d,*

Patriſfamilias *parabola qui ſi ſeiret qua hora fur veniret vigilaret explicatur.315.1.b*

Pater & filius vnius natura ſunt, & vnus Deus. 78.1.e. Pater quid ſignifices cum Iudas petũt, vbi eſt Pater *tuus.2.c.* Patrem *Chriſti Iudai non cognoſcebant Deum eſſe.79.2.c.* Patris *& Filÿ eſſentia vna eſt & eadem.90. 2.a.* Pater *quomodo non iudicet, & tamẽ iudicet.114.2.e*

Pater *& filius quomodo ſe mutuo cognoſcant. 179.1.d.*

Patris, *& filio cognitio eſt aqualis, ſed oues non cognoſcunt* Paſterem *ſuum aqualiter.2.a.* Pnter *amat filium, & qua de cauſſa id facint.181.2.d. pnti pro* Chriſto *donum Dei eſt.722.2.e.*

Patientia *opera duplex martyrium genus faciũt. 100.2.d.* Patientia *coronam vita auream fabricat.e.*

Pntientia *emitur nnima, & empta in aternũ poſſidetur, 2.e. per* Patientinm *animas poſſidemus in calo & in terra.1002.1.a. Patienlia veſtis eſt egregia, qua frigus repellitur, quo caritas refrigeſcit. d. patiens eſt maior expugnatore vrbium.2.c per patientiam oſtenditur ſapientia viri.1009.1.a patientia opus perfectum habet, qua ad finẽ vſque perſeuerat. pati pro 2.c, Deo praſtantiſſimum opus eſt.2.a.*

In Pnuperes *immiſericordes* Nabalis *ſunt ſimiles.933.1.e. pauperes & diuites eleemoſynam donare poſſunt.929.2.e.*

Pauperes *qui ſunt improbi quomodo homines in aternn tabernacula recipere poſſint. 429.1.c. per Chriſtum recipiuntur, cuius nomine dantur eleemoſyna.e.* Pauperem *& diuitem* Deus *ex aquo fecit.433,1.b. pauperes ſunt fidi cuſtodes opum.443.2.n.*

Pauperibus *omnia ſimul largiri, quam paulatim bona ſua eÿdem diſtribuere maioris perfectionis eſt. 586.1.e.* Pauper *plus confert diuiti quã diues pauperi, & diues propter pauperem factus eſt, non con-trn.47.1.e*

Paupertatem *ſequitur humilitas non ſuperbia. 309.2.c. paupertas excelſa dicitur, quod in calum attollat hominem.608. 1.d. pnupertate nihil poteſt ditius inueniri.651,1.a pnupertas perfectioni inſtrumẽtum eſt, ſequi autem Chriſtum perfectio.599.2.a. pauperes voluntarÿ dicuntur omnia relinquere, cateri eleemoſynam dare.604.1.e*

Patis *filius quis dicatur.204,2.c. pacem operarÿ Chriſti ferre debent, ſed multi enm reſpuunt. 213.1.c. pacis filÿ, & ira qui ſint.2.d.*

Peccator *in quot, & quanti, ſit Lazaro mortuo, & fatenti ſimili.674.2.c. peccatore de nullo deſperandum eſt.675.1.c. peccatori quomodo ex peccato exeundum ſit ſuſcitatio Lazari indicat. 2.n. peccatori Confeſſio neceſſnria eſt, quam verecundia impedit.2.c. peccator contra ſeipſum fremere, & turbari debet. d. peccator non ſit delicatus, in ſeipſum fremat, ſumatque de ſe ſupplicium.636.1.e peccator vt ſit liber, abſolutione ſacerdotis indiget.2.e. peccatori poſt abſolutionem cauendum maximo eſt recidiuum e. peccatores Deus non audit, an ſit vera hac propoſitio. 152. 2 c. peccatores* Deus *nõ audit ad miracula patrnda, e peccati onus grauiſſimum eſt, 241.2.c. eius onus multi non ſentiunt.e, peccator eſt feminiuus.257.1.b.*

Peccator *iumento ſtultior eſt, quia cum poſſit ſe liberare, ſe non liberat, 780.1.b, peccatores Apoſtoli ſoluunt, 1.c. peccatore nullus maior prodigus reputari poteſt.402. 2.c. peccatorum conſortium, & conuiuium an lege prohibitum fuerit.390.2.n, quibus hoc fugiendum vel non c.* Peccatorum *conuerſio quomodo maius afferat gaudium, quam iuſtorum perſeuerantia. 392. 1.b. peccatorum eſt iacere, ſtare iuſtorum, 405. 2.d. fuſius hoc explica.219.2.c.*

Peccatorum *menſura qua ſit, quã* Deus *expectat, vt peccata puniat.978.2.a peccatum ſtatim atque factum eſt,* Deus *non punit.e.* Peccatum

Digitized by Google

Cain quomodo ad peccatorum Iudæorum menſuram pertinuerit,& aliorum,qui non fuerũt ex genere Iudæorum.979.2.a Peccatorẽ Deus iteratis vicibus ad ſe vocat,ſed ire ad eum ue nire non vult.2.e Peccata noſtra Deus metitur,& menſura plena ea caſtigat.986.2.b

Peccatores & benè,& malè pereunt,& quomodo.380.1 e

Peccatores & publicani erant ad Ieſum appropinquantes quid hoc ſit,389 1.c

in Peccato viuere horrendum eſt, in peccato mori horribilius 84.1.a in peccato non viuat, qui nõ vult in peccato mori b peccatum eſt infinitæ fugibilitatis,Deus eſt infinitæ honorabilitatis.525.1. b Peccatum originale quomodo cæcitatis in cæco nato cauſſa fuerit.68.1.e

Peccatum ſuper omnia abominandum eſt.1044. 2.d Peccatum eſt abominatio deſolationis. 1045.1.c Peccatum quot,& quales deſolationes pariat.d,e Peccatum per confeſſionem ac contritionem conteritur.2.c Peccatum quanta velocitate fugiendum ſit.1046.2.b

Peccatum eſt opus mortuum, quod ſi tangimus immunditiam contrahimus. 72.2.d Peccatũ nemo repetere poteſt,niſi canis.73.1.b

Peccata quædam commiſſionis, quædam omiſſionis ſunt.1200.2.c

Peccata minima culicibus ſimilia cauenda ſunt 967.2.b Peccata venialia vitare maximè conuenit altaris miniſtris.2. e Peccata grauia q perpetrant,camelos deglutire dicuntur.668.1 a Peccamus quoties,toties formidãdo væ digni ſumus.968.1.a Peccare poſt exempla grauius eſt,quàm ante exempla.974.2.d ideo grauior pœna ſequitur.975.1.b

Peccata dilecta difficile eſt pellere.68.2.e

Peccatum grauius eſt purgatorij & inferni cruciatibus.67.1.e peccato omni ſint liberi,qui illud in altero perſequũtur.69.2.b peccata aliorũ reprehẽdere nõ debemus,ſicut Deus 70.2.a

Peccati in terra magna eſt egeſtas, ſed in inferno maxima.415.2.c in Peccati terra diabolus eſt rex,& herus.e à peccato quomodo quis auelli poſſit 416.1.d peccati ſtatus quam ſit miſerabilis attentè conſiderandum.2.b

Pecuniam cur Chriſtus habuerit cum eam habere diſcipulis prohibuerit.444.2. d Pecuniam alienam tractare,quin manibus hæreat,difficile eſt.762.1.a pecuniam curant homines, non animam.2.a

Pedes duo Domini miſericordia,& iudicium,qui ſimul oſculãdi ſunt.1209.1.c Pedes duo Chriſti ſunt miſericordia & iudicium,quos peccator oleo compunctionis debet iungere.760.2.b

Pelagianorum error confunditur.588.2.c

Percuſſio pectoris hominis eſt agentis pœnitentiam: quorſum fieret.313.2.d 314 1.a

Perdix aliena oua fouet,ſed pulli excluſi eam deſerunt,& ad veram matrem confugiunt quid hoc ſit myſticè.981.2.c

Peregrini officium ex M.T. & hoc etiam Chriſtiano conuenit.249.2.b Peregrinum Chriſtũ quomodo nos poſſimus excipere.250.1 b peregrinum excipi & pauperem paſci dignatio eſt & vtilitas recipientis d

Perfectus an quis eſſe poſſit etiamſi diuitijs non renuntiauerit.582.1.d perfectus ſolus ſummè Deus eſt.2.b Perfectio eſſentialiter eſt in caritate,inſtrumentaliter in conſilijs d perfectionis in homine tres ſunt gradus,& qui illi. 583.1.d perfectus duobus modis qs eſſe põt.e

Perfectionis ſtatum aſſumimus,cum tria cõſilia ſeruare voto nos obſtringimus.587.1.d

Perfecti aliqui in hac vita quomodo eſſe poſſint. 583.2.b perfectio quædam eſt imperata,& q̃dam conſulta.585.2.c perfectio in quo ſita ſit 586.1.b

Pericula nulla ꝑ Chriſto ſunt refugiẽda.679.2.c

Perſecutio qualis quantaq; ſit propter Chriſtum à Iudæis inferenda.1000.1.e perſecutiones nõ nocent perſeuerantibus in Chriſti fide.2.b

Perſecutio ab Antichriſto inferenda erit omniũ maxima.608.1.a perſecutionẽ hanc cur Deus pmiſſurus eſt.1028.1.e ſecutionibus nos Deus affligit,quia experiri vult,quanti fidem caritatemque faciamus e

Perſecutio Antichriſti tribus tantum annis cum dimidio durabit.1033.2.e

Perſeuerantia eſt virtus boni operis.282.1.b

Perſeuerantia Chriſti diſcipulis quantum ſit neceſſaria ex turris ædificatione oſtenditur. 388.1 c

Perſeuerare,& proficere oportet, non decreſcere. 1047,2.b

Perſonarum acceptor quiſnam ſit.888.2. b perſonarum quædam acceptio etiam in Eccleſia quomodo laudetur.527.1.a perſonarum acceptio non eſt apud Deum 707.1.b Nec pro qualitate perſonarum,ſed pro meritis gloriam æternam tribuit 1.d

Petrus cur interrogauerit Chriſtum de præmio, quod ipſe,& alijs Apoſtolis Chriſtus erat daturus.598.1.a Petrus quæ omnia reliquerit. vt Chriſtum ſequeretur.2.b

Petrus reliquit vxorem,& omnia quæ in mundo habuit magno affectu propter Chriſtum.2.e Petrus & And.multa reliquerunt,quia deſiderium habẽdi dimiſerunt.599 1.c Petri interrogatio ad nos ditis hanc parabolam,an ad omnes,quam ob cauſſam ſit facta.326.1.b

Petru-

Petrus eſt cui Chriſtus præfecturam ouium totius mundi commendauit,196.2.a

Phariſæorum Chriſtus hypocriſim & ſimulationem manifeſtat.889.1.d Phariſæi numquam cum conſilio concilium ineunt.992.1.b phariſæorum conſiliarij,odium, & inuidia contra Chriſtum 1.d

Phariſæi ex verbo Dei *nullum fructum capiebãt ſed illud deridebant.452.2.a phariſæi coram Deo abominabiles, & coram hominibus iuſti videri volebant.453.1.a* Phariſæi *erant maximè humana gloria cupidi 941.1.e phariſæorum ambitio,& honorum cupiditas quanta. 944.1.c phariſæi qui ſint ſimiles.951.1.d*

Phariſæi fures & latrones à Chriſto dicuntur. 175.1.a veri paſtores,ſed non boni c phariſæi quando non fuerint veri paſtores.e

Phariſæi *quando Chriſto dixerunt,exi hinc,quia Herodes, &c. quo animo id fecerint. 350.1 c An verum ſit,quod dixerint, & dicitur fuiſſe falſum.2.b phariſæi,vbi hæc Chriſto dixerint & dicitur in Iudæa dictum eſſe. 351.1. c ad phariſæos Chriſti reſponſio diuina planè eſt,& quid contineat,e phariſæos à Chriſto vulpes dictos Græci dicunt.2.e phariſæorum principes qui.354.1.c*

Phariſæi Chriſtum interrogantes,in qua poteſtate hæc faceret,de quibus loquebantur. 839 1. b phariſæorum interrogationi cur Chriſtus,quæſtionem de baptiſmo Ioannis adiecerit.840.1. d phariſæi ſuam inſcientiam profiteri non erubeſcunt.2.c phariſæi an de hoc reſponſo dando inter ſe deliberauerint.841.1. a phariſæos & ſacerdotes meretrices & publicani in regno Dei præcedent.843.1.a

Phariſæi exactiorem legis cognitionem profitebãtur.911.1.b eorum victus & cõtinentia 910. 1.e eorundem placita.2.b eorumdem apud populum quanta fuerit authoritas. 911.1.a phariſæus fuit Ioſephus, & eorum ſecta proxime ad ſectam Stoicorum acceſſit.1 b

Phariſæos Chriſtus interrogans de Chriſto, cuius filius eſſet,quale contra eos pro Chriſti diuinitate fecerit argumentum.936.1.b phariſæi arguuntur quod à Chriſto cui argumenti, cui reſpondere non potuerũt,ſolutionẽ non petierint c de hac Phariſæis *facta interrogatione conciliantur Euangeliſtæ.2.e phariſæi & Scribæ an ex cathedra ſedentes, vel ſtantes docuerint. 939.1.d docuerunt ex cathedra non ſtantes, ſed ſedentes.2.a phariſæi qualia onera plebi imponerent.940.2.d phariſæorũ circa iuramentum inſcitia redarguitur.963. 1.b phariſæi non arguuntur quod decimas rerum ẽt minimarum ſoluerent,ſed quod maiora his præcepta ommitterent.2.d phariſæi animo ſordidi,corpore abluti erant.959.1.c phariſæorum ablutiones variæ.2. a phariſæorũ hypocriſis ſimilitudine ſepulchrorum dealbatorum indicatur 2.d phariſæi patrum imitatores in cædibus prophetarum.972.1. a phariſæi quomodo patrum ſuorum menſuram impleuerint.d*

Phariſæi cur Serpentes. & genimina viperarum à Chriſto dicantur.973.1.e cur à Chriſto tã acriter arguantur,& facilè ferant.2.d

Phariſæi *qua ratione dicantur claudere regnum cœlorum hominibus 956.2 a qua videlicet homines in Chriſtum credere volentes arcebant 957.1. b Prætextu longarum orationum domos viduarũ deuorabãt,hoc quid ſit.454.1.d*

Phariſæi cur arguantur,quod vnum proſelytum facerent.959.2.a Quomodo eos facerent duplo priores illis.2.d phariſæi cur de opere pio quale erat ſepulchrorum prophetarum cõſtructio à Chriſto arguantur.973.1.d

Phariſæi obiurgantur, quod quæ grauiora legis erant negligerent,leuiora obſeruarent.288.1. c phariſæi an decimas ſoluerent,vel exigerent e phariſæi quomodo dicantur ſepulchris dealbatis ſimiles,quod tamen eis cum multis alijs commune 281.1.e

Phariſæi non vt diſcant, ſed vt accuſent Chriſtum interrogant.294.2.a

Phariſæos Chriſtus cauendos monet & cur.2.c

Phariſæi *an Chriſtum Meſſiam eſſe cognouerint. 848.1.d probatur eos non cognouiſſe plena cognitione,& firma. 2.c ſed ignorantia eorum erat craſſa,& potuerunt de eo firmam habere cognitionẽ ſi voluiſſẽt.849.1.a phariſæi an Meſſiã Filiũ Dei naturalẽ eſſe cognouerint.1.c*

Phariſæis Chriſtus mortem ſuam paulò poſt futuram prædixit.2.a

Phariſæi contra ſeipſos ſententiam ferunt. 850. 1.b

Phariſæorum blandiloquentia fallax erat.893. 1.a phariſæi vnde dicantur,& cur ſic nominẽtur.999.1.a Vnde & quando originem habuerint.2.d Quale hominum genus ex Ioſepho.910.1.e

Phariſæi quomodo legem violarent infantes circumcidendo in ſabbato.37 2 a

Phariſæi an Chriſto dixerint dæmonium habes, an potius Iudæorum turba.2.c

Phariſæorum *voluntas de Chriſto occidendo popularibus eorum erat nota.42.1.b*

Phariſæorum *miniſtri qui venerunt ad Chriſtũ comprehendendum ad eos re infecta redeunt, ſed quando dubitatur.53.2.e*

Phariſæi ad conuiuium cui Chriſtus inuitatus venerit.354.2.b

Phari-

Digitized by Google

Phariſæi cur in Chriſtum non crediderunt. 56. 1.a Cæci fuerunt.d cur illi maledictam turbam dicerent. 2.b

Phariſæi multi in Chriſtum crediderunt. 57.1.a

Phariſæi errant in Chriſto natali ſole.2.d

Phariſæi Chriſtum violaſſe Sabbatum iudicant, quod lutum feciſſet.148.2.d

Phariſæi ſeipſos excommunicarunt. cum eos qui confitebantur Chriſtum excommunicatos decreuerunt.144. 2.c eorum peccatum grande fuit d Phariſæorum maledictum benedictum, & benedictum male dictum.151.2.a

Phariſæorum cæcitas illis per Chriſtum oſtenditur.155.1.c

Phariſæorum inuidia omnia Chriſti facta peſſimè interpretatur.792.1.b ipſos Chriſtus interrogare debuit, audiſtis quid iſti dicunt non Chriſtum illi 2.c. Phariſæos quomodo Chriſtus conuicerit ex Pſal.8.467.1.a Phariſæi ſe nihil proficere cõtra Chriſtũ fatẽtur.793.2.e

Phariſæi murmurant, quod Chriſto peccatores appropinquarent.390.1.b

Phariſæorum mos peccatorum conuiuia, & ſocietatem fugere.e

Phariſæi quodammodo de Chriſto prophetant. 794.1.b. verè nihil aduerſus Chriſtum profecerunt.d Phariſæi deſperatione permoti ſe nihil proficere fatentur, ſed inuidia non poteſt quieſcere.2.a Videntur verba eſſe rectè ſentiẽtium.c

Phariſæus quando Chriſtum ad prandium inuitauerit.283.2.b an admiratus ſit quod Chriſtus ſe totum in aquam non immerſerit vel quod manus non abluerit. 284. 2.a Chriſtus de induſtria manus non lauerat, vt poſſet Phariſæos reprehendere d Phariſæum inuiatorem à Chriſto tam acriter fuiſſe reprehenſum mirum valde.2. e Phariſæi externam curabant munditiem, internam negligebant. 285. 2.a

Phariſæi quomodo quod deforis eſt calicis, & catini mundarent,2.b Phariſæi à Chriſto inſipientes, & ſtulti dicuntur.e

Phylacteria unde dicuntur, & quid ſignificent. 941,2.d. quomodo Hebraicè & Caldaicè dicãtur.942. 2.d. de his quid Epiphanius ſcripſerit, & ſunt, qui amuleta phylacteria nuncupant.e an de his Phylacterijs Deus præceptum dederit.943.1.e Pars negans tenetur.944.1 a Phylacteria quid continerent.b

Pictura Chriſti ouem perditam portantis in humeris in calicibus olim figurabatur. 397.2.e

Pij ſe peregrinos eſſe in hoc mũdo indicãt.11.2.c

Plorare & lugere ſolius hominis eſt. 789.1.c nõ Plorant homines quandiu ſunt vtero ignorantia, ſed tunc quando ex eo prodierũt.e Ploratum ſeu compunctionem peccatorum maximè dæmones oderunt.2.d

Pœnæ genera multa ſunt, & quomodo Deus pœnas infligat,162.1.e, Pœnam qui in alio cernit, non ob peccatum, ſed ad probationem illi adueniſſe indicet.163.1.a, Pœna ſuauis eſt, quæ à culpa liberat.b

Pœnam ſibi aliquam à Deo *inflictam cernens, ſtatim ad cauſſam, id eſt, peccatum recurrat.161 1.d. Ioſeph fratres hoc fecerunt.2.a, Pœna ſemper generalem non ſpecialem culpam indicat. 162.2.e*

Pœna oculos aperit & diuitibus cæcis oculos reddit.477.2.e

Pœna peccati magna eſt metum, ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij.1131.1.b

Pœnitẽtis eſt cõfeſtim ablata reſtituere. 72. 1.c inter Pœnitentiã veram, & gratiã infuſionem nullum tempus intercedit.407.1.e, Pœnitentia res magnas efficit. 421.2.a, Pœnitentiam ita agere oportet, vt ad vomitum non ſit reditus. d

Pœnitentia eſt quæ animum renouat.539.1.a

Pœnitenti ab hoc nunc peccatum repetendum non eſt.73.2.a

Pœnitẽtia ſera in iudicio eſt inutilis,1176.2.c

Pœnitencia Damnatorum *eſt infructuoſa.1177. 1.c. Pœnitentia non differenda.1192.1.d*

Pœnitẽtia tribunal eſt in Eccleſia, ad quod quiſque præſẽtare ſe dẽt ſi cupit ſaluari.1146.2. b

Pœnitentia eximia virtus eſt, quæ à ſupplicijs liberat.341.2. e

Pœnitentia perfugium rei eſt. & aſylum, ex quo nemo ad ſupplicium æternum abripitur. 342. 1.e, Pœnitentiæ tempus Deus dat in hac vita, ſed illo nos abutimur, cùm peccata peccatis addimus.343.1.a

Pœnitentiam agentium mos erat, cinere & cilicio vti.217.1.c, & dolentium,e Pœnitentiam agere in cilicio & cinere ſpiritualiter quid ſit.2.b

Pœnitentia proprium eſt facere Deo peccatores appropinquantes.396,1.d, de Pœnitentia hominis cælum gaudet.398.1.d

Pœnitentia cælum aperit.399.1.d

Pœnitentia peccatoris gaudium eſt in terra.2.b

Pœnitens Eccleſiam totam ſuaui odore replet, & cælum ipſum lætificat 760 1.e

Pœnitens præuenit vngere animam ſuam in ſepulturam. b. Polygamia, id eſt, multarum vxorum ſimul copulatio iure diuino eſt prohibita.551.2.b

Pontifices Iudæorum quomodo plures fuerint, cũ vnus tantum ex lege eſſe debeat. 682.1. b, Pontifices cum interrogãt, quid facimus, quid ſibi velint,683.1.a, Pontifices & Phariſæi an verè

vere Romanorum arma timuerint.2.c

Pontificatus vno tantum anno durabat.2.e

Pontifices quomodo de Chriſto interficiendo cogitauerint poſt Concilium celebratum.686.2d

Pontifices quomodo fuerint terra ſancta exploratoribus ſimiles.690.2.c

Pōtifex ancillam habet oſtiariam, qui carne ducitur ad conferenda Eccleſiaſtica.183.2.b

Pontifex debet ſe pontem facere, & quomodo. 188 2.e

Pontifex gerebat Iſraelitarum nomina in pectore, & Dei *nomen in capite, & quid hoc ſignaret.929.1.a*

Pontifex ſumus eſt Chriſtus.937.2.c

Porcis ſimiles ſunt affectus hominis carnales, quod pluribus modis oſtenditur.416.1.e

Porticus Salomonis fuit atrium immundorum non mundorum & eius deſcriptio. 523.1.d. Porticus Salomonis combuſta fuit in excidio Balylonico.2.d poſt Salomonem atrium gentium, & porticus extructa ſunt.524..1.d.porticus Salomonis non fuit atrium gentium. 2. d porticus Salomonis fuit atrium populi. 525.1.b porticus Salomonis in atrio populi à Salomone extructa, poſt reditum readificata fuit.1.e porticus Salomonis cur dicatur eſſe extra templum.526.2.b porticum Salomonis qui atrium gentium fuiſſe putant, vnde errãdi occaſionem habuerint.2.e

Non *poſſe id dicimur quod difficulter poſſumus. 823.2.b non poſſe fieri id dicitur à quo noſtra voluntas abhorret.d*

Potentes qui ſunt ad omnia pro Chriſto toleranda.721.1.c potentes quidam ſunt ad faciendum malum.d potentes ſunt huius ſaculi dilectore.in reb. terrenis,in caleſtib.debiles.2 a

Poteſtati, id eſt, potētibus, amica eſt ferè ſemper impatientia.136.2 a

Potens *qui iniuria afficitur, debet malle patientiam exercere quam potentiam.141.1.a*

Praceptum *de dilectione Dei cur primum & maximū ſit.915.2.d Vbi habeatur. d Hebraicè quomodo legatur ex tota fortitudine & explicatio ipſius.916.1.b An in hac vita hoc praceptum implere poſſimus.917.1.c pars affirmans probatur.1.e*

Praceptum *hoc ab aliquibus ſeruatam eſſe ex Scripturis prboatur.2 c*

Praceptum *de dilectione proximi, cur ſit ſecundum, & vbi habeatur in lege.918.2.c.quam vim habeat particula ſicut in hoc pracepto. 919.1.b*

Praceptum *diligendi proximum in duo alia ſubdiuiditur, & qua ſint illa.1.d*

Pracepta *omnia pendent ex pracepto caritatis. 2.a.quomodo hoc ſit verum.2.c*

Pradeſtinatorū *numerus eſt complēdus. 367.1.b*

Pradeſtinatum *non eſſe non eſt cauſſa cur homo non credat nec reprobatio infidelitatis. 530. 1.e pradeſtinatum non eſſe facit, ut Deus non mittat Doctores, nec det auxilia efficacia, quã uis det ſufficientia.530.2.a*

Pradeſtinati *quales ſint, & in aternum non pereunt.2.e*

Pradeſtinationis *pelagus occultum eſt. 542.2.b*

Pradeſtinatus *an ſit, nemo ſcit.2.d & hoc valde utile eſt hominibus. 543.1.a*

Pradeſtinationis *non datur cauſſa ex parte hominum.232.1.d*

Pradeſtinatio *Dei eſt fundamentum firmiſſimū bonorum omnium.470.2.a de pradeſtinatione noli eſſe ſollicitus, ſed de vita correctione.b pradeſtinationis ſigna ſunt cruciatus, & dolores in hac vita.481.1.e pradeſtinationis effectus non reddunt certam pradeſtinationem, qui eſt glorificatio.545.2.a*

Pradeſtinationis *quadam ſigna ſunt, ex quibus conijcere poſſumus nos eſſe pradeſtinatos, & qua ſint illa.543.1.c pradeſtinare Dei eſt.unde Chriſtus qui pradeſtinat, eſt verus Deus. 2.b pradeſtinatio non tollit liberum arbitriū & hoc de fide eſt.d p̄deſtinationis certitudini libertas arbitrij non officit.544.1.a de p̄deſtinatione, non eſt nobis laborandū, ſed de ipſius effectibus.2.b propter bona opera p̄uiſa Deus non pradeſtinat.545.1.b*

Pradeſtinatus *ut pereat, fieri non poteſt ex hypoteſi 1050.1.a*

Pradictio *mouet quid euēturum ſit, vt caueatur 1.e*

Pralatus *clarus operibus eſſe debet, non dignitate.642.1.e* Pralatus *omnium bonorum operū exemplū eſſe debet.1.b* Pralatus *bous ſimilis eſſe debet, & quatuor Ezechielis animalibus. 2. c* Pralatus *debet habere ligonem, id eſt, virtutem & ſcientiam.643.1.c* Pralati *qui ſtãt nec negotiantur, nec laborãt grauiter arguuntur.2.c*

Pralati *ad pericula ſubeunda ſubditos pracedere debent. & oues eos ſubſequi.698.1.e* Pra*latorum humilitas vbi doceatur.710 2 d*

Pralati *diſcant beneficia nō indignis, ſed digniſſimis dare. 723.1.b pralati Eccleſia debent humiliter miniſtrare, & ijs ſeruire quibus praſunt.2.a*

Pralatis *improbis reuerentia neganda non eſt, ſed vita non eſt imitanda. 950.1.b* Pralati *qua ſubditis concedere debeant & negare 2.e*

Pramium *eorum qui reliquerunt omnia propter Chriſtū in hac uita, quale futurū ſit.692.2.b*

in hac

Digitized by Google

in hac vita centies tantum recipient, quantũ reliquerint. 605. 1. d Quid ſibi velit illud Marci cũ perſequutionibus. 606.1.a Pramio aterno breuis labor compenſatur.635.1.a Pramia diuerſa diuerſis meritis reſpõdẽt.636.1d

Pramium lucro & merito reſpondet, id autem Chriſtus donat, nõ vt nobilis, ſed vt rex.741. pramia in calo non ſunt aqualia. e pramium eſt merito conſentaneum.742.1 b

Praparatio ad mortem debet eſſe certa, licet mors ſit incerta.324.1.c praparationem magnam qua requirant, ſed nihil maiorẽ, quã mors.2.e

Praſcientia Dei non tollit liberum arbitrium. 220.2.c praſcientia Dei de ijs, quibus aterna dabitur vita, eſt liber vita.226.1.a

Praſentia Dei ſemper in iuſtorum oculis verſatur.412.2.c

Praſentia Dei conſideratio mngnum eſt aduerſus omnia peccata remedium.358.2.d

Preſſura gentium qua futura ſit ante iudicium. Grace, ταυχὴ ἐθνῶν coarctatio.1059.1.b

Primatus & excellentia propria dilectio, ex animo ableganda.289.1.b

Principem ſuis legibus parere, res digna eſt, maieſtate regnantis.291.1.d

Principes & Rectores ſequendi non ſunt, quando à recto itinere deuiant.55.1.d

Principes, ac Doctores à malis exemplis dandis cauere debent, e principes, non quod faciunt, ſed quod facere deberent attẽdendum eſt.2.d

inter Principes gentium & Chriſtianorum latũ eſt diſcrimen.328.2 a

Prodigo filio conuiuium exhibitum quodnam ſit & quid ſignificet.408.1.b in eo vitulus ſaginatus eſt corpus Chriſti verè panitentibus exhibitum.1.c

Prodigi filij ſenior frater deſignat Scribas, & Phariſaos, & cur.2 b

Prodigi frater ſenior quomodo iuſtorum perſonã geſſerit.409.1.a filius prodigus cur iunior, & adoleſcentior ſit dictus.2.a

Prodigus filius quomodo in vitia ſit prolapſus. 411.2.a prodigalitas nulla maior prodigalitate peccatoris.412.1.c prodigus herum habet, qui cibum ei non porrigit 416.2.c prodigo profuit fames, & flagella proſunt ſceleratis.418. 1.a prodigus qua confidentia ſe patri praſentauerit.420.1.b. prodigus omnia excludit peccatorum velamina, & excuſationes.2.a confeſſio eius qualis fuerit.2.d

Prodigalitas parit inopiam, & patrimoniũ quãuis amplum abſumit.403.1.a prodigus filius cur non omnia dixerit, qua meditatus antea fuerat.406.2.e

Propheta interpres eſt Dei, dictantis intus oracula.936.1.b prophetarum ſepulchra quo animo phariſai extruxerint, vt a Chriſto reprehẽderentur.972.1.e

Propheta omnes Chriſtum vaticinati ſunt, & uidere voluerunt.249.1.a

Prophetarum & aliorum quanta fuerint videndi Chriſti deſideria.250.1.b

Propterea variè exponitur ibi propterea dedit uobis Moſes circumciſionem.38.1.a

Prophetarum occiſoribus pana debita eſt Iudaorum reip. euerſio, quam Deus diſtulit vſque ad Chriſtum.976.1 b

Propheta omnes non omnia cognoſcunt, & intelligunt, qua Deus ipſis reuelat.686.1.a

Prophetarum ſepulchra adificare, ſi fiat religionis cauſſa eſt laudabile, aliter non.293.1.b

Prophetia ſicut nec praſcientia non eſt cauſa, cur res pradicta eueniant,822.2.e

Prophetia, vt compleatur, cauſſa ipſa prophetia non eſt.823.1.a prophetam mentiri erat impoſſibile, ſed non erat impoſſibile, vt Iudai crederent.824.1.c

Propoſitiones futurorum contingentium indeterminata veritatis, an Chriſtus certa cognitione nouerit.218.1.d affirmatiua tenenda eſt ſententia.1.c an forte particula iuncta his propoſitionibus tollat earum certitudinem.220.1.a

Proſelyti qui dicantur, & vnde nomen ducatur, & quot fuerint in Iudaa tempore Salomonis proſelyti.959.1.b

Proſpera ad inferos ſape ducunt, aduerſa ad calum.469.1.e

Proſperitatis humana finis.480.2.b

Προσκοίϐμιμα quot habeat ſignificationes, qua omnes hiſtoria adultera adaptantur.62.1.a

Prouidentia vita clauus eſt, quo cuncta Deus regit.1198.1.e

Proximi ſub nomine intelligitur homo, & Angelus.919.2.b proximo quod perpetuò debemus eſt caritas.929.2.c proximi dicuntur qui nobis harent, vnde patet qualis eſſe debeat inter nos dilectio.934.2.a

Proximi omnes propoſitis inferni panis à peccatis deterrendi.484.2.c

Proximus iuuandus eſt in ſuis corporis & anima neceſſitatibus.258. 2.e proximi curam Deus nobis commiſit.260 1.d

Proximus quis eſſe apud Iudaos non ſatis conſtabat.252 2.e proximi noſtri omnes ſunt homines cuiuſque generis & nationis ſint. 254.2.a

Prudentia eſt ea qua ſunt ad finem pertinentia praparare.1184.2.c

Prudentia triplex falſa, imperfecta, & hac duplici modo & vera ſeu perfecta. 2.e prudentiores dicuntur filij huius ſaculi, filijs lucis, quomodo

hoc

hoc ſit verum.1185.2.a Prudentes virgines quæ prudentia prædita fuerint, & fatuæ quæ imprudentia laborarint.2.c Prudentiæ ſymbolum formica.1188.2.d Prudentiam formicæ prudentiſſimus Ioſeph eſt imitatus. 1189.1.b

Prudentiam complectuntur ſapientes, ſtulti deſpiciunt.1.d Prudentia bona & mala quæ ſit. 440 1.a Prudentis & imprudentis quæ partes ſint & munera.1.c

Pſeudoprophetæ fuerunt apud Iudæos qui eos deceperunt.1000.1 e

Publicani oratio qualis fuerit. 509.1.c Breuis eſt oratio ſed humilitate, pœnitentiaque plena. 2.c Phariſæo magis iuſtificatus, e templo diſceſſit.2.e

Publicani oratio eſt humilis, & verecũda.514.1e

Pueros quidam malè imitantur, quidam bene. 574.2.d

Puerorũ inſtitutio maximè curanda eſt.409.2.c

Puluerem ex pedibus excutere quid ſignificet. 205.2.c

Purgatorij pœnas qui non ſentiant.472.2.b

Purgatorius ignis eſt carcer, in quo omnia debita vſque ad minimum quadrantem ſoluuntur. 337.2.d

Pyra mundi totius, qualis & quanta ſit futura. 1037.1.e

Q

Quærendus Deus dum inueniri poteſt, in Tartaro inueniri non poteſt.477.1.c

R

RAmos geſtare in Feſto tabernaculorum, & in alijs feſtis Iudæis ſolemne fuit. 769. 2.d idẽ ẽt alibi eſſe factitatũ legitur.770.1.c Ra nos quã Chriſto Ieroſolimã euntes cadant. 781.1.a Ramorum feſtum cur nomen habeat Dominica, & quid deſignet.2.e

Rechabitæ qui fuerint, ex Ieremia.913.1.b

Redempti ſumus ſine argento. ſed non ſine pretio 814.1.d

Redemptorem dedit Deus hominibus non angelis malis. & cur.816.2.c

Redemptio quam iuſti expectare iubentur, & quæ & qualis ſit.1120.1.d

Refectio mẽtis maior eſt, quam ventris. 875.1.b

Reges boni Iudæorum Chriſtum videre deſiderarunt, & iuſti omnes.249.1.b ſed eorum deſideria non ſunt completa.250.2.d

Regnum gloria in ipſorum morte deſinit, Chriſti gloria in morte cœpit.797.2.d.

Regibus reddenda ſunt obedientia, & tributa, & honor, & timor.897.1 b Regibus illa debita ſunt. quæ pietati non officiunt, & religioni b Regum leges Dei legibus cedant. 1.e Regibus non ſunt reddẽda quæ ſunt Dei, & Regi ſuo quæ ſunt Dei illi reddunt, qui illum caput Eccleſiæ affirmant.898.1.b Regi qui non reddunt, quæ ſunt pontificis ſempiternã coronã accipiẽt. 1.c

Reges poſt certamen triumphant, noſter Rex etiã ante certamen 770.1.d Rex Chriſtus triumphator in Iſrael dictus bellum contra Diabolum patientia confecit e Rex iuſtus Chriſtus, & ſaluatur, & quomodo.777.1 c Rex eſt Chriſtus manſuetus.2.b. Rex quoque eſt pauper b. Rex à Deo conſtitutus Chriſtus eſt.778.1.e

Regio longinqua quam Chriſtus petijt, accipere ſibi regnum eſt quiõnſdam Eccleſia gentium. 738.2.b melius eſt ſi dicatĩ eſſe cælũ.739.1.b

Regnum Chriſti in cælo occultũ eſt, in terra, manifeſtum, & eius vicarius Papa conſpicuus eſt 1.c Regnum Chriſti Dauidis regnum cur dicatur 771.2.d Regnum Dei quid ſit quando proponunt Phariſæi quando illud veniet. 492.2. b Regnum Dei venturum variè interpretari poteſt, & primo pro iudicio vltimo.1.a pro Eccleſia c Regnum totius mundi eſt, & proinde Eccleſia Catholica dicitur.2.a Regnum Dei pro virtutibus ſumitur, quæ faciunt vt Chriſtus in nobis regnet. 2.c hic ſenſus probatur. 493.1.b ſumitur pro aduentu Meſſiæ qui ſenſus alijs præponitur. 1.c

Regnum Dei duobus modis in hac vita accipimus, tum inſperum in cauſſa.573.2.b

Regnum Chriſti eſt viſibile, id eſt, Eccleſia. & ipſe inuiſibilis, vicarium habet viſibilem, id eſt, Papam.

Regnum Dei eſt idem quod vinea, & Eccleſiam deſignet.848.2.d

Regnum Dei, id eſt, Eccleſia donũ Dei eſt, & quidam maximum 812.2.c

Regnum æternum æterno erat labore comparandum, ſed non ita fit.1147.2.d

Relapſus peccatoribus maximè fugiendus. 422. 2.a

Religionis ſtatus pretioſa margarita eſt. 612.1. d eſt inſtar columbæ habentis alas deargentatas.2.a Religiones labefactare, & ſolo æquare, in paruis rebus ſoles ſocordia.613.1.e Religioſo cupiditas omnium relinquenda eſt. 2.c Religioſi tribus votis ſe cruci affigunt. 614.1. d Religioſus caueat, ne lunam pedibus ſubiectam in caput transferat.2.a Religioſus perit quando forma ab eo tollitur.618.1.c Religioſorum impuritas tetrum maximè odorem reddit, & religioſis vitanda mulierũ familiaritas 619 2 a Religioſos viros, quidam non diuinis, ſed in humanis negotijs occupare contendunt.303.1.c

Religioſorum ſtatus præeminentia. 505.1.e nos reddit ſimile Chriſto, & ſecundus baptiſmus dicitur.

Digitized by Google

dicitur.2.b in Religionis ingreſſu remiſſionem omnium peccatorum quis conſequitur.607.1. b Religionis ſtatus terribilis omnibus hoſtibus tartareis.c Religio terra eſt excelſa,fluens lacte & melle.2.a Religio ſpecula eſt ex qua æterna ſpeculamur. d Religioſorum ordines in Eccleſia multi ſunt,quibus illa maximè decoratur.608.1. a Religio eſt ſtatus perfectionis acquirendæ, cuius inſtrumenta ſunt conſilia. 1.c Religioſorũ eſt omnia relinquere voto nũcupato 609.1. c Nazaræis ſunt admirabiliores,qui in veteri lege admirabiles [illegible] dicebantur 698.2.d Angelicum eſt vitæ genus.609. 1.b Religioſi relinquunt omnia, ante quam ab eis relinquantur.1.c Religioſus relinquit omnia libertiſſime.2.d Religioſus mundo dicit Anathema ſicut Ioſue Iericho.610.2.e

Religioſus debet mundum perfectè relinquere. 611.1.a quomodo Eliæ in cælum conſcedenti ſimilis ſit.612.1.a

Religioſus caſtellum ſuum cuſtodiat,& quale illud ſit.620.1.a

Religioſorum carnes Deo conſecratas nemo debet attingere.2.b Religioſi ſanctificatio volũtas Dei eſt.e Religioſorum corpora vaſa ſunt, quæ ſunt ſuaui odore implenda.621.1.a Religio à ligando dicta hominem cum Chriſto ligat.2.d Religioſi qui reliquerunt omnia, inuenient omnia.622.2.d Religioſi quæ dimittũt, non amittunt,ſed tranſmittuunt in cælos.d religioſus in reſurrectione ſcdebit tum animo,tũ corpore.623.2. d Religio locus paſcuæ eſt, in qua nihil deerit,neque corpori, neque animo. 624.1.b Religioſi deliciæ quæ & quales. 1.c

Religioſus centuplum quodnam recipiet.2.c

Religioſi ambitioſi ſunt valde deteſtandi.717. 2.c Religioſis quibuſdam potius prælatus obedit,quam ipſi prælato.728.2.e

Religioſi omnia impedimenta reliquerunt, quibus à cæna anocentur,& proinde fælices ſunt. 373.2.b

Religioſi omnes vnius ordinis eſſe debent, ſed omnium caritate.211.2.a

Reuocatio animæ per conſiderationem rerum æternarum facienda eſt.540.1.d

Reprobi omnes ſua uoluntate pereunt. 1050.1.c

Rerum omnium finis conſiderandus eſt, quando res ad ſui nos trahunt admirationem. 999 2. a finis conſideratio potentiſſima eſt ad contemnendas res humanas.2.c

Reſurget plane idem homo, & non alius. 1071. 1.e hoc declaratur & oſtendilur.2.c fiet etiã reductio partiũ ad partes, ita vt qualibet pars materiæ ad eam partem redeat, in qua ante fuerat. 1072. 1.e in Reſurrectione materia quam habuit homo per totã vitã, illi reddẽda nõ eſt.173.2.e Reſurgere cum tota materia cũ homo non poſſit, quænam pars materiæ illi ſit reddenda.1073.2.e Reſurgente homine faciei lineamenta remanebunt,ſed in maiorem pulchritudinem immutata.e

Reſurgemus omnes in ætate 33.trium annorum. quæ eſt perfecta.2 a

Reſurgemus omnes non in eadem ſtatura, ſed in ea qua futuri eramus in ætate perfecta.c in qua Gigantes magnitudine reſurgent. 1070. 2.a in Reſurgentibus corporibus non erit ater color,nec vlla corporis deformitas.2. b in Reſurrectione erunt eadem qualitates, quæ hic fuerunt,modo indecora nõ ſint d in corporibus ſuſcitatis nullus erit corporis defectus.e in reſurrectione erit ſexuum diuerſitas, & diſtinctio 1075.1.b quod probatur ex diſpenſatione cum Sadducæis habita c.Reſurgent omnes mortui.1139.1.b

in Reſurrectione quis ordo ſeruabitur. 1069.1.e in Reſurrectione Angeli colligent cineres, & congregabunt homines in vnum locum, Deus efformabit corpus, & animum immittet. 2.c. 2 c.Angeli ſoli colligent cineres etiam reproborum,& deducent in locum iudicij non dæmones.2.e Electi viribus ſuis dote agilitatis in locum iudicij ibunt,reprobi portabũtur.1070. 1.a Reſurrectio quo tempore,fiet,& quamdiu durabit. 2. d Reſurrectio vbi fieri debeat. 1071.1.a

poſt Reſurrectionem hominum ſtatus totus ſpiritalis futurus eſt.903.1. a poſt Reſurrectionem nullæ prorſus nuptiæ futuræ ſunt.b erit tamen ſexuum diſtinctio.2 a poſt Reſurrectionem homines ſunt inſangeli & quid hoc ſit. 2.e poſt Reſurrectionem nec vir vxorem. nec virum vxor habebit.904.1.a poſt Reſurrectionem ſtatus immortalium præſtantiores voluptates habet,beſtiales non recipit.1.e

Reſpondere aliquando non ad perſonam, ſed ad rem præcedentem refertur.231.1.b

Reſurrectio mortuorum cur dicatur regeneratio. 600.1.c

Reſurrectionem mortuorum redebant Iudæi ſed non Sadducæi.659.2.b

in Reſurrectione corpora magis reformata erunt, quo magis hic deformata ſunt.677.2.b

Reſurrectio mortuorum ex animorum immortalitate optimè, & in bona forma colligitur. 908.1.a

Reſurructionem probat Paulus eodem argumento.2.a

Reſurrectio cum animorum immortalitate, eſt coniuncta.b

Roma

Roma Chriſtus toti orbi imperat, Eccleſia regnat, iacet ſynagoga.713.1.b

Romanus Pontifex eſt totius Dominici *ouilis Chriſti loco paſtor.179.1.b*

Ei omnis populus Chriſtianos parere dēt.596.2.a

a Romano imperio facta eſt maxima diſceſſio, ſed Antichriſtus, illud plane delebit.1027.2.b

Romanis quomodo ex moneta Chriſtus tributum ſoluendum probauerit.890.1.c

Romanis an verè Iudæi tributum ſoluere tenerentur.2.c

S

SAbbatum totā deſignat hebdomadē.506.1.e Sabbato fugere an Iudæi ex lege potuerint.1053.2.b

Sacculum ſignificat marſupium & pera eſt, qua viatores cibum geſtāt.203.2 a hac cur Chriſtus portare vetuerit b

Sacerdotes Chriſtiani maximè miſericordia & liberalitate ſplendere debent.257.1.e Sacerdotes optare debet, vt diem plenum beneficijs excurrant.2.c Sacerdotes & Eccleſiaſtici cauere debent, ne ipſis meliores laici reperiātur.258.2.b Sacerdotes ſanandis vulneribus peccatorum, oleum & vinum adhibere debent.259.2.d debent cum miſericordia miſcere veritatem.e

Sacerdos ſui officij acerrimè monetur, ex eo quod ſit ſal. lucerna, agricola. & paſtor.858.1.b Sacerdos qui colit Eccleſiam, animam ſuam colat diligenter.d Sacerdos is domui ſuæ præeſt optimè, qui caſtitatem, benè cuſtodit.2.b Sacerdos debet ſemper Deum habere preſentem, vt rectè ſuo fungatur munere.859.1.a Præ oculis habere debet circumſpectionem Dei.1.d

Sacerdotis pectus domum eſſe oportet orationis.791.2.c

Sacerdotes, & alij qui ſumunt Euchariſtiam, olere bene debent.381 1.e Sacerdotes improbi ſimiles ſunt Miphiboſeth. & quomodo.2.b iuſti eſſe debent, & iuſtitiæ amictu veſtiti d

Sacerdotum noua legis vita. & ſanctitas qualis eſſe debeat.27.2.a Sacerdotum principes miſerunt milites ad Chriſtum apprehendendum.45.1.c Sed apprehenſus nō eſt quia noluit.2.a

Sacerdotes caritatem, & gratiam veluti vendūt cum ſacramentum pænitentiæ, & alia adminiſtrant.1176.1 a Sacerdotes non poſſunt oleū donare, ſed uendere, hoc quomodo ſit verum.1181 1.c

per Sacerdotes etiam malos Deus ſalutem operatur.694.1.b

Sacrificiorum multa erant genera, omnibus tamē præceptum dilectionis Dei, & proximi præponitur.920.2.e

Sadducæorum errorem Chriſtus confutat & probat animam eſſe immortalem & corporum reſurrectionem.907.2.b cur contra eos ſolius Moſis teſtimonio vſus ſit.1.e in eo Chriſti argumentatio in forma.2.d ex diſputatione cū Sadducæis octo colliguntur veritates infallibiles.909.1.b Sadducæi vnde dicantur.911.1.c eorum placita.2.a eorum mores b, c Poſt Sadducæorum interrogationem quomodo rurſus interrogatus fuerit.914.1.c

Sadducæi negabant, eſſe reſurrectionem, & eorū quæſtio de reſurrectione Chriſto propoſita.901.1.c Errabant ſcripturarum, & potentiæ diuinæ ignoratione.902.1.d negabant verè Dei potentiam.2.a

Saladinus princeps quid ex tantis opibus ſecum extulerit.475.2.a

Salomonis tectum cuſtodientes, vigiles quid ſignificent.1160.2 a

Saluandi an ſint pauci, quæſtio eſt ſuper, cui idcirco Dominus directè ſatiſfacere noluit.347.2.b Saluandos paucos eſſe, ſcire vtile eſt, ne negligenter ſaluti noſtræ incumbamus.c Salutis via eſt difficilis, & quomodo contendere pro ſalute conueniat.348.1.a Saluandorum numerum eſt paucus comparatione damnandorum.1.b Saluandi pauci, & multi ſunt.e ad Saluationem conſequendam omnis conatus eſt adhibendus.1.c Salutem qui non poterunt conſequi, quando maximè cupient.1.e

Salutationem in via cur Chriſtus vetuerit.203.2.e Salutatio in via ad longum ſermonem inuitatio eſt.e Salutatio, & colloquutio quibus de rebus prohibita intelligatur. d Salutatio pax huic domui quam uim habeat.204.2.c ſalutationes quales, & quomodo à concionatoribus fugiendæ ſint.1.b

Salutis occaſiones præterlabi non patiamur.726.2.e ſalus tunc domui ſit, cum eſt exinanita diuitijs.735.2.a

Salutis initium à Deo eſt non à nobis.674.1.b

Salutis cura, & non rei alterius eſt habenda, iudicij die appropinquante.1128.1.e

Salus noſtra noſtrū opus eſt, & labor noſter.638.1.e ſaluti noſtræ animæ omni nobis vigilantia incumbendum eſt.644.1.b

Samaritani parabola qui incidit in latrones breuiter explicatur.253.2.c Hac parabola doceri nos videtur quis ſit proximus.254.1.d Parabolæ huius myſticus ſenſus explicatur.2.c Hominis triplex ſtatus hac parabola deſignatur ante lapſum, poſt lapſum, & poſt reparationem.255.1.b.c Samaritanis factum laudatur ſummopere.259.1.d

Samaritani idem ſunt quod cuſtodes, & vnde

Samaria

Samaria hoc nomen habuerit.113.1.c

Samaritani Chriſtum Iroſolymam petentem cur non receperint.14.1.b

Samaritani Chriſtum Iudaeorum cognouerunt, & eum tamquam hoſtem recipere noluerunt. 2.e Samaritani qui iam in Chriſtum crediderant, quomodo eum non recipiunt. e Samaria media erat inter Galilaeam & Iudeã. 19.2.a

Sanctorum vita clariſſima aſtra ſunt. 1391.2.b

Sancti tribus modis dici poſſunt in extremo iudicio iudicaturi & primo per comparationem. 1095.2.a hoc modo Apoſtoli non vniuerſum mundum. ſed tribus Iſrael iudicabunt.c eodẽ modo reliqui Sancti iudicabunt, & iniquiores minus iniquis.1096.1.b Sancti omnes iudicabunt per aſſiſtentiam, & ſententia comprobationẽ. & Apoſtoli per ſententia prolationẽ. 1.c

Sancti in iudicio multas ſententias pronunciabunt, vt in Caluinũ, Lutherum. &c.1095.2.a

Sanctorum exempla conſideranda aſſiduè & ferenda in pectore 318.1.d ad hoc propoſitum quid Seneca ſcribat.2.b

Sancti duobus modis vindictam de perſecutoribus poſtulant, & qui illi ſint. 100.1.b Sancti orant pro perſecutoribus Eccleſiæ, vt deſiſtant à ſuis perſecutionibus.2.e

Sancti in die iudicij pro impijs non orabunt, nec vlla illorum miſericordia flectẽtur.1133. 1.e

Sancti nunc exorandi ſunt, vt in extremo iudicio eorum precibus ſalutem conſequamur. 2.e

Sanctorum precibus nunc fuſis in iudicio iuuari poterimus.1134.1.a

Sanguis iuſtorum ſiue prophetarum qui occiſi ab Abele vſque ſunt. quomodo caſurus à Chriſto dicatur ſuper Iudaeos.973.1.e multæ huius loci difficilis explanationes.974.1.c

Sanguis alicuius venit ſuper occiſorem, cum propter ſanguinem effuſum pœnas dat.976.2.a

Sanguis contra amoueri ab aliquo dicitur, cum pœna homicidij infertur.b Sanguinem inquirere vel requirere eſt, de interfectore pœnam ſumere.2.c

Sanguis iuſtus dicitur omnis ſanguis omnium prophetarum iniuſte effuſus.980.1.a

Sapiens quanto eſt doctrina præſtantior, tanto debet eſſe virtute præcellentior.56.2.e

Scenopegia unde dicatur, & quale feſtum eſſet. 5. 2 a in hoc feſto Iudaei ramos arborum manibus præferebant, & cur.6.1.a quo anni menſe hoc feſtum ſoleret celebrari.2.a dies collecta huius feſti erat octauus.b

Schiſma vnde dicatur, & ſciſſuram ſignificat 148.2.c

Schiſma aliud inter Iudaeos.183.1.a

Scientia coniecturalis de futuris contingentibus non eſt in Deo ſed certa & euidens:219.2.e

Scientia coniecturalis Deo non conuenit.220.2.b

Scriba qui quæſiuit à Chriſto de magno legis mã dato, an id malo animo fecerit.915.1.a

Scriba hic potius miniſter tentationis fuit, quam verus tentator, Phariſæi autem reliqui veri tentatores.d In quo tentatio huius Scribæ conſtiterit.2.c

Scriba hic valde probat dicta Chriſti. 920. 2.d Chriſti diſcipulus fuit.921.1.b

Scribæ vnde dicantur. & quinam fuerint. 912. 1.b fuerunt de tribu Simeonis, & Iſſachar.e Scribæ aliqui fuerunt Phariſæi & ex Phariſeis Scribæ.914.2.c

Scriptura liber eſt illuminans oculos non ſuperborum, ſed humilium. 236. 1.e hoc exemplo puerorum diſcentium literas explicatur. 2.d

ad Scripturas intelligendas opus eſt voluntatem Dei facere. 33.2.e

Scripturæ nulla vis inferenda, ſed ſequendus ſenſus, quem verba præ ſe ferunt.39. 2.b

Scripturas ſacras imperiti non legere, ſed audire debent.468.1.e

Scriptura ſolui non poteſt, quid hoc ſit.534.1.e

Scribere in terra cur Chriſtus voluerit.62 1.b

Scribuntur in terra peccatores, iuſti in cælo. 2.b quid in terra ſcripſerit.e Scriptione hac, & inclinatione quid Chriſtus ſignificare voluerit. 63.1.a

Scribebat Chriſtus peccata Phariſæorum, & quomodo hoc fieri potuerit d Auctoris de hac Scriptione ſententia.2.a Scriptio illa Chriſti non fuit vana & inanis.64 1.a Scribere impauimento quomodo Chriſtus prouerit. d Scribit Deus omnium peccata quod per hanc ſcriptionem deſignatur.66.2.d

Scribuntur piorum nomina in libro vitæ impiorum, in libro mortis.69.1.c

Scrupuli ſunt timores nocturni, & negotia perambulantia in tenebris.1209.2.c

Sedes maieſtatis in qua Chriſtus in die iudicij ſeſſurus eſt qualis futura ſit.600. 1.d Sedes Apoſtolorum in iudicio quanam erunt.2. b in Sedibus Chriſto proximis Apoſtoli ſedebunt 2 e Sedes religioſorum in iudicio maximè expetendæ 623.2.e

Seniores à Moſe electi fuerunt ſeptuaginta non ſeptuaginta duo.200.1. c qui aſſerant fuiſſe ſeptuaginta duos, & quomodo id probent.201. 1.b. reſpondetur illorum argumento.1 e

Sententia Dei immutabilis, & perpetua eſt contra damnatos.1150 2.a

Sententia æterni iudicis pro iuſtis explicatur. 1147.2.b

Senten-

Sententia pro iuſtis prius proferetur quam pro impijs.1148.1.a impiorum ſententia qualis.1.e

Sepcuaginta duo fuere S. Scripturæ interpretes. 200.2.e

Septuaginta quæ linguæ poſt diluuium exortæ ſint. hoc tamen eſt incertum.201.2 c

Sepultura mortiſque recordatio in ipſis delicijs habenda.760.1.b

Sermo eſt laqueus, quo nos facile capimur, non Chriſtus.891.2.c. Sermonibus ſuis ſæpe vnuſquiſque inuoluerit, non explicatur.2.e in Sermonibus noſtris quam circumſpecta eſſe debeamus.892.1.c Sermo alligandus eſt, eodem modo quo in marſupio pecunia ligatur.2. Sermo moderandus eſt tum maxime, cum alij nos mordent.2.b

Sermo meus non capit in vobis, quis ſit horũ verborum ſenſus.100.1.d Sermo Dei hamo ſimilis eſt, non capit, niſi capiatur.2.b eſt intra intima viſcere traijciendus.d Sermo Chriſti diuinus oſtenditur.101.1.c Sermonis diuini prædicatio, non eſt deſerenda proptee hominum improbitatem.1158.2.b

Serpens Hebraice, nachaſch, dicitur, & quid deſinet, quod naaz dexteros oculos eruere Iabeʒitis voluerit.138.1.e

Seruiendum Deo eſt cum ſollicitudine. 270.2.a quod probatur.c. Seruiendum eſt Deo noſtris ipſis manibus, & pedibus.2.d

Seruitus quadruplex eſt, hominis, legis veteris, peccati, & corruptionis, à quibus nos Chriſtus liberat.93. 2.c Seruitus peccati eſt omniũ duriſſima, à qua ſolus Deus liberare poteſt. e de Seruitute hominis Chriſtus non liberat.95.1. d Serui dominis ſeruiant, ſicut Chriſto & non erunt ſerui hominum.2.e Seruus quo modo peccati quis eſſe poſſit.96.1.e

Seruitus iuſtitiæ, & caritatis eſt nobiliſſima, & ſeruitus peccati eſt turpiſſima.2.b Seruiens peccato libertatem valet conſequi ſi velit.97.2. b Serui quomodo olim in libertatem mitterentur.d Seruus in domo perpetuo nõ manet quid hoc ſit.98.1.d

Seruus ignauus qui pecunia non eſt operatus quid deſignet.742.1.e Seruis decem cum ſint tradita mina ad negotiandum, cur tantum à tribus ratio exigatur 743.2 b

Serui Dei quid faciant, vt homines ad cœnam intrare compellant.367.2.a

Seruis Dei id contingit quod Chriſto, alij eos laudant, alij vituperant.31.2.a

Serui inutiles dici nõ poſsũt, qui Chriſti obſeruãt conſilia.480.2.a Seruos inutiles nos planè exiſtimare debemus etiamſi magna faciamus.e Seruus is inutilis eſt, qui ſe vtilem putat, capitque ex ſuis operibus gloriam.456.1.a

Serui inutiles qui dicantur, & qui ſint illi.486. 2.e Seruus inutilis is eſt, qui ea ſolum facit, quæ debet. nullumque lucrum domino reportat.487.1.d Serui inutiles ſunt, qui nihil ſingulare, & eximium Domino præſtant.2. d Serui inutiles etiamſi ſimus, quomodo tamen ratio meriti conſtare poſſit. d Seruos inutiles non dicit Chriſtus nos eſſe, ſed vt dicamus nos eſſe tales 488.2.a Seruos vtiles nos Chriſtus vocat.2.b his verbis conſiliorum obſeruatio mandatur.2.e

Seruus ſtrenuus eſt ſimilis naui inſtitoris.2010. 1.d

Serui pigri qui talẽto ſuo laborare neglexit, excuſatio.1199.1.e in eum quod dixerat Dominus retorſit.2.c pœna mulctatur.2000.1.c Seruus piger quia deſignet.e Seruus piger accuſat dominum.2008.2.d timore abuſus eſt ſeruus negligens.e ſerui pigri effigies 2010.1.a

Signa per Antichriſtum facienda cur mendacia dicantur.1049.2.b Signa iudicij apparebunt poſt Antichriſti tribulationẽ.1053.1.& 2.a

Signa de cœlo quæ euerſionem Ieroſolymorum præceſſerunt.998.2.c Signum aliud horribile hominis væ væ toties Iereſolymis inclamantis. 999.1.b

Siliquæ quibus paſcebantur porci, & quas prodigus edere cupiebat quæ fuerint.404.1.c Siliquas quomodo potuerit prodigus in eſcam concupiſcere.2.b

Siliquæ porcorum cibus ſunt peccata, vel alia.d Siliquæ ſunt carmina poetarũ & ſimilia.417. 1.a & libri hæreticorum maximè.72.c.

Siloe an fuerit fons vel piſcina, & dicitur fuiſſe fons.145.2.b an idem ſit cum fonte Gihon.e cur dicatur natatoria.146.1.b Siloe diuerſus eſt à fonte Gihon.c Quomodo diuinitus fluxerit.2.b Siloe aqua baptiſmum deſignat.166. 2.d Siloe cur cum ſilentio aquas mittere dicatur.167.1.a

Sitis bonorum ſpiritualium à Deo datur, & aqua etiam quæ eam expleat.48.2.e

Societatis Ieſu religio quatuor fluminibus ex paradiſo exeuntibus aſſimilatur.960.2. d ad eã pia exhortatio, vt in conuerſionem hominum incumbat 961.1 a

Societatis Ieſu religioſi quanta obedientia ſplendere debeant.616.2.d Ignatij B P.N. epiſtola de obedientia, & qualem eam ille in nobis requirat.617.1.a

Solis obſcuritas mærorem indicat. 1054.2.e Sol non tantum metaphoricè, ſed reuera lumen amittet. & hoc quomodo fiet.1055.2.b Sol obſcurabitur, quomodo in paſſione factum eſt 2.e

Solis & lunæ obſcuratio quatuor modis fieri poteſt & quibus, e Soli & lunæ Deus ſuum con curſum auferet, ne lucem in terras emittant. 1056.1.b Solis & lunæ obſcuritas quamdiu durabit. 2.a per plures dies hæc obſcuritas duratura eſt fortè vſque ad orbis incendium. 2.b
Somnus corporis plenus eſt inſomnijs, multo maioribus ſomnij animi. 322.2.d Somnus animi: in conſideratio eſt rerum æternarum, vigilia conſideratio. 323.1.e
Somnus corporis Samſonem in priſtinum detruſit, occidit Siſaram, ſimile quid facit ſomnus animi. 2.a
in Somno quot & quales morte mulctati ſint, vel damnum aliquod paſſi ſunt. 1158.1.e inter Dormitaſſe & dormire in parabola decem virginum quæ ſit differentia. 1180.1.c
Somnus ægrotantiũ eſt ſalutis indicium. 456.1.a
Spe noſtra ſacra anchora eſt 245.2.e
Spiritus S. omnes animæ facultates irrigat. 51.2. b Spiritus S. flumina quæ ſint. c Spiritus S. cur non datus ſit ante paſſionem. 52.1.a Spiritum S. cur Chriſtus non dederit Apoſtolis viſibiliter antè ſuam in cælos aſcenſionem. 2.a
Spiritus S. per prophetas locutus eſt, illoque inſpirati prophetæ loquuti ſunt. 938.2.c
Spiritus Euangelicus non eſt ſpiritus iræ, & vindictæ, ſed lenitatis eſt patientiæ. 19.1.e eſt agni non leonis. 2.b Spiritus Chriſti eſt columbinus & mitis. 18.1.d Spiritum hunc Chriſtiani exemplo Paganorum habere debent. 2.b
Spiritus S. ſuggerit & martyribus, & prædicatoribus, quæ dicenda habent. 300.2.b
Spiritus Domini eos in quos inſilit, mutat. 167. 1.e Spiritus S. oſtiarius eſt, qui veros paſtores in Eccleſiam introducit. 183.2.e
Stellæ quomodo ſint de cælo caſuræ, & primò qui dicant hoc ſine metaphora futurum. 1056.2. e Non cadent ſtellæ, ſed ſtellarum lux. 1057. 1.c vel non micabunt in cælo perinde ac ſi ceciddiſſent 1.e Stellas omnino eſſe caſuras non improbile indicat metaphoricã eſſe locutionẽ. 2.c
Stola quæ veſtis ſit, & gratiã ſignificat. 407.1.d
Stolæ additur annulus, & veſtimenta, & quid ſignificent. e
Suauitas mentis maior eſt quam corporis. 186.2b
Suauis Deus ſuper omnia mũdi ſuauia. 876.2.d
Sublime tolli pro quo in Græco eſt. μετεωρίζεσθαι quid ſit. 309.2.d ſecundum quoſdam eſt ne ſitis curioſi de curſu aſtrorum, ſiue de cæli aeriſque diſpoſitione. 310.1.d
Subſtantia hominis eſt gratia Dei, quam peccatum diſſipat. 412.2.e
Sugillo, vnde dicatur, & quid ſignificet. 498.1.e Græcè ὑπωπιάζω quid propriè deſignet. 2.c
Superbia caritatis ſimia eadem agit quæ caritas, ſed diuerſo fine. 319.1.a
Superbiam comitantur tria vitia & primum, cõfidentia ſui. 415.2.b
Secundum aſpernatio cæterorum. 517.2.c
Superbus æquales ſibi putat omnes homines, ſed natura non vita. c.d
Superbi deſcriptio ex Philone. 518.1.b vitium eſt ſuorum operũ iactatio & laudatio ſui. 1.c
Superbia ex ſanctitate & virtute oritur. 2.d
Superbiæ ſupplicium eſt deiectio, exaltatio humilitatis premium. 356.1.e
Superbiæ timor ſanatur humilitate. 358.1.e
Superbum ſequitur humilitas, & humilem exaltatio. 361.2.b
Superbia, & ira excutiunt iugum Chriſti, humilitas tollit 242.2.c
Superbia Deo eſt abominabilis. 453.1.b
Superbia ex proſperitate, & abundantia oritur. 479.2.b bonis operibus inſidiatur. 456.2.a
Superbi inaniſque gloriæ cupidi animi eſt ſeipſum, ſuaque opera mundo manifeſtare. 10.2.b Superbi & arrogãtes inanibus ſpicis ſimiles. 951.1.d
Sycomorus arbor quæ ſit. 730.2.c
Sycomorus ficus fatua dicitur, & cur. 731.1.b
Sycomoro ſimilis Zachæus erat. 1.d
Sycomorus crucem deſignat, quam oportet conſcendere, ſi ſalui eſſe volumus 736.2.c

T

in Tabernaculorum Feſto Chriſtus non comparẽs à Iudæis quæritur, & quare. 30.1.a ad Tabernaculorum feſtum an Chriſtus die primo, vel quarto affuerit & an primo die veniſſe. 31.2c
Tabernaculorum dies octauus fuit celeberrimus cur collecta nomen fuit. 48.1.a
Tabernaculorum feſtum quomodo ſit ſpiritaliter agendum, 12.1.a ad Tabernaculorum feſtum quomodo Chriſtus ſe non aſcenſurum dicat, & poſtea aſcendit. 13.1 d aſcendit non ad celebrandum, ſed ad docendum. 2.b
Talentum in terra abſcondere eſt acceptum ingenium in terrenis rebus implicare. 1195.2.c Talenta quomodo Deus vnicuique ſecundum propriam virtutem diſtribuerit. 1196.1.e vel hoc ſignificat Deũ nobis nihil impoſſibile præcipere. d Talentorũ varia ſignificationes à Doctoribus traditæ. 2.e Talẽtorũ ratio redditur. 1197. 2.c Talẽta ſua q bene collocarunt præmijs magnis afficiuntur. 1198.2.a Talenta qui quinque, & qui duo accepit an meritis pares fuerint. 1198.2.a
Talenta quo plura nobis à Deo data ſunt, eo ad maiora obligamur. 1204.1.c
Taurus anicula parua magnorũ bouũ mugitus, imita-

Digitized by Google

imitatur, & Attius Poeta ſibi puſillo magnã ſtatuam poſuit, & quid hoc ſit. 954.2.e

Templum orationis locus eſt, & eò qui orat oportet aſcendere. 506.1.a Templum in cælo nullum erit, in Iudæa vnum celeberrimum, in orbe Chriſtiano infinita. 510.2.b

Templorum noſtrorum dignitas. d

Templum eſt locus ſacrificiorum, in quo ſacrificium verum, & viſibile, & ſpirituale offertur 514.2.d in Templo item offerendum ſacrificium contritionis, in quo erant olim duo altaria vnum holocauſtorũ, & alterum thymiamatis, & quid illa ſignificent. 515.1.a in Templo nemo vacuus apparere debet. c Templa Deo ædificare piorum, deſtruere barbarorum. 536.2.a Templum vnum Dei eſt Eccleſia tota. d

Templum Iudaicæ religionis columnam prædicit Chriſtus deſerendum. 982.2.c quomodo templum ab angelica cuſtodia derelictum ſit. 983.1.a

Templum primum omnium cum ciuitatem ingredimur aliquam inuiſendum. 791.1.d

Templum ſpeluncam latronum cur Chriſtus vocauerit. 2 a

Templi ſtructuram & lapides cur tunc primũ Apoſtoli Chriſto oſtẽderint. 992.2.a vt eum ad commiſerationem mouerent, ne illud deſtrui pateretur. 993.1.b vel vt eum ad intuẽdum prouocarent templi magnificentiam. 1.d Templi deſtructionem Chriſtus prædicit. 2.e Templum inuito Tito cõbuſtum eſt, non Deo. 994.1.b Templum à Romanis incenſum inuito Tito ſed volente Deo. 1020.1.d

Templum ab Antichriſto reædificandũ, in quo ipſe coletur. 1027.1 a

Templorum ornatus contra inſultantes defenditur. 762 2 d

Templa noſtra quanta in veneratione habenda ſint. 511.1.c in Templis quid ſit agendum. d in templis pænitentia agenda. 512.2.c Templum eſt Dei cõflatorium. 514.2.b eſt locus medicinæ c

Temporalia à Deo non abſolutè petẽda. 680.1.a

Temporalia omnia amittenda ſunt; ne Deus amittatur. 691.1.a Temporalia propter Deũ qui amittit, tũ Deũ, tũ res omnes lucratur. e

Tempus neceſſarijs in rebus expendendum eſt, & temporis iactura eſt turpiſſima. 164.1.b Tempus redimendum eſt, & quomodo hoc fiat. 2.a

Tempus mundi contemptorum nondum aduenit ſed dilectorum. 15.2.e

Tempus & voluptatis mundi amatores præcipiunt & anticipant. 16.1 d

Tempus quodnam ſit quod Chriſtus nondum ſibi adueniſſe dicit. 12.2.c Tempus conſanguineorum Chriſti cur ſemper paratum Chriſtus dixerit. 13.1.b

Tempus etſi longiſſimum nihil prodeſt, niſi bonorũ operum in eo uiaticũ præparetur. 1268.1.d

Tempus quod fluit modicum totum eſt, 501.2.d

Tenebræ interiores, & exteriores quantæ ſint. 724.2.d

Tenebræ metuendæ ſunt morum, non oculorum. 74.2.a

Tenebræ exteriores indicant tenebroſum quemdam carcerem. 871.1.c in tenebras exteriores vnus etectus ſignificat damnatorum multitudinem. 2.a

Terra cælo comparata vicus eſt, imo punctum. 274.1.b vel potius eſt puncti punctum

Terra omnis in die iudicij exurenda eſt & mixta omnia abolenda. 1099.2.c

Teſtimonium duorum hominum verum eſt quia verum in lege reputantur. 79.1.c

Theſauri in iudicio duo aperientur, & qui ſint illi. 1146.1.b

B. Thomæ verba eamus & nos & moriamur cũ eo, an timiditatem aliquam præ ſe ferãt. 457.1 a Amores hæc verba ſunt nõ timoris. d Thomas Hebræo nomine & Dydimus Græco dictus. 2.a

Tiberij imperatoris magna liberalitas in pauperes, eiuſque dictum. 449.2.d

qua ratione magnum theſaurum inuenerit. e ab eodem Tarſetus theſaurus quomodo ſit repertus. 450 1.a

Timent homines laruas, malum vere ipſum, id eſt, peccatum non timent. 1129.2.c

Timor addit pedibus alas, nam qui pauet, timet. 1130.1.b

Timor fundamentum eſt ſalutis, præſumptio impedimentum timoris. c

Timens naufragium in tempeſtate, abijciat onera peccati. 2.b

Timidi fugiunt laborem pro Chriſto ſubire. 1210.1 c

Timoris Dei arma ſimilia ſunt, his quibus Gedeon ſuos milites armauit. 1131.1.e

Timorem non ſalutem D Bernardus initio epiſtolæ cuidam precatur. 1128.2.e

Timorem Dei Eccleſia hominibus ſuadere nititur 1129.1.b

Timore bene vtendum eſt, non male. 1209.1 a

Timore laborãtes humano & ſcrupuloſo ſibi cauti videntur. 1209.2.c

Tormentorum æternitas damnatos valde cruciat. 1149.2.a

ad Tormenta æterna conſideranda grauis exhortatio. 2.e

Tormenta gehhenæ ſunt omnino formidanda. 1151.

c 2

1151.1.b

Trapezita quinam ſint, & vnde dicantur. 1199. 2.e Trapezitarum vſuras Dominus non probat. 1200.1.b

Trapezita qui ſint & vſura cur τόκος, id eſt, partus Græcè dicatur, & Hebraicè נשך neſchech, 742.2.c

Tria ſunt loca in quibus ſunt homines. cælum in quo ſunt boni omnes, infernus, in quo ſunt mali, & terra, in qua partim mali, partim boni. 1184.1.b

Tribulacio qualis non fuit ab initio ſæculi, neq; fiet, an ad Iudæos tempore obſidionis, an ad Chriſtianos tempore Antichriſti pertineat. 1014 1.a Quomodo ſi tribulatio illa non fuiſſet abbreuiata, Iudæi omnes periſſent. 2.c Tribulationis dies breuiandi propter electos, qui ſunt illi electi d Tribulationis dies quomodo breuiati ſint. 1015.1 a

Tribunalia quatuor ſunt, in quibus reddenda eſt vita noſtra ratio, & quæ illa. 435. 2.d

Tribunal primum eſt examen conſcientiæ, quod quotidie faciendum eſt. e in Tribunali hoc cõſcientiæ quomodo omnia reperiantur, quæ ſunt in iudicio externo. 436.1 d

Tribunal hoc reprobi contemnunt, probi exercẽt. e Tribunal ſecundum eſt confoſſionis quod eſt mitiſſimum. 2.b

Tribunalia duo alia ſunt ſeruiſſimà. d

S. Trinitas iudicabit ineſpectabiliter, ſed filius aſpectabiliter. 1078.2.c

S. Trinitas dedit Chriſto, vt homini iudicandi poteſtatem. 2.e

Trinitas auguſtiſſima ab Iſaia an viſa fuerit. 827.1.e Trinitatem ſanctiſſimam Angelorũ triſagion denotauit. 2.a Trinitatis ſanctiſſimæ gloria per Chriſti aduentum terra plena eſt. 829.1.d

S. Trinitas diuinarum perſonarum ſine reuelatione cognoſci non poteſt. 233. 1.c S. Trinitatis opera ad extra ſunt inſeparabilia, 2.a S. Trinitatis perſonæ ſe ſolæ nouerunt, & nemo ſine reuelatione eas cognoſcit. 240.2.c Deum eſſe vnum creatura trinum nequaquam d

Trinitatis ſacroſanctæ myſterium agnoſci cæpit poſt aduentum Spiritus ſanctus. 849.1.d

S. Trinitatis oper ſunt inſeparabilia. 78.2.b

Tuba ante iudicium an verè ſonabit, & tenetur pars affirmans. 1067.2.b

Tuba quid ſonabit, & quid ſignificabit. 1068.1. b à Tubæ ſonitu an ſit diſtincta, uox magna, quæ audietur. d Tuba & vox quorſum in iudicio audientur. 2.a Tuba Apoſtolus quomodo meminerit, d Tuba nouiſſima quæ dicatur 1069.1.a Vna tantum tuba erit ad conuocandos homines, multæ poſtea ad indicandam iudicis maieſtatem. e

Tunc particula non ſignificat temporis conſequentiam, ſed initium eorum quæ dicenda ſunt. 1049.1.b

Turba multa præcedit & ſequitur Chriſtum, & quæ illa. 780 1.e Turba quæ præcedit & ſequitur Chriſtum, regem, & Meſſiam eum confitetur. 2.e Turba quid Chriſto conferat. e

Turris Siloem vbi fuerit, & quomodo ceciderit. 341.2.b

Turtur eſt vir orans ſolus, gemens, & inſtar turturis flebili voce Deum deprecans. 282.1.e Tyrannorum nullus in animum vim habet, ſi tela animus repellat. 297. 2.d Tyrannorum immaniſſimi cruciatus corpore terminantur vltra non tranſiliunt. 298.1.d Tyrannorum timor timore gehennæ expellitur. 2. a Tyrannus timendus non eſt, ſed Deus. 2.b

Tyrannus cum Martyrem torquet, Deus martyrem non obliuiſcitur, 299.1.b

V

VÆ duplex eſt, alterum præſentis ſæculi, & alterum futuri. 968.2.b

Væ ſupplicium iudicat damnatorum lamentationes & carmina quid deſignent. 2.e

Vaticinia Chriſti quatuor parabola de vinea continet, quorum primũ eſt de ſua morte. 862.2.b

Vaticinium ſecundum eſt de eius exaltatione. 863.1.e

Vaticinium tertium de ablatione regni Dei à Iudæis. 864.2 e

Vaticinium 4. eſt de euerſione reſpub. Iudæorum. 866.2.e

Venter interioris hominis conſcientia eſt. 50.1.e de ventre interiores hominis fluuius manans eſt beneuolentia, quæ vult conſulere proximo e. Ventris viſcera ſunt mentis interna & quæ illa. 2.a

Verbo Dei verba hominis aſſimilentur, id eſt, ſint plena gratia, & veritate. 132.2.d Verba Dei fatui & inſipientes deſpiciunt. 134.2.d

Veritatem lucentem amant homines, oderunt redarguentem. 129.2.d Veritas eſt filia temporis 130.1.b Veritati duobus modis non creditur & quibus. c Veritas pulchra eſt, & talis vt eius pulchritudo ingentem ſui in pectore amorem excitare poſſit. 131.1.c Veritate ſermo maxime decoratur. 132.2.d Veritatis ſignum fuit malum perſicum. 133.1.e

Veritas etiam imbecilles corroborat, mendacium fortes debilitat. 150.1.c Veritatis vis quanta ſit, cæcus oſtendit. d

Veritas fugit eam mentem, quam non inuenerit humilem.

humilem.236.1.e

Veritas omnis fidem ſibi ſuo iure vendicat. 128. 1.e Veritas ſimilis eſt ſali. 2.d Veritati non obediunt homines faſcinati 2. d. item ſolis eſt ſimilis.129.1.a Veritas odium parit monſtrũ turpiſſimum.1.d vel potius amorem. e Veritatis filia pulcherrima eſt fides.2.b

Veſpeſianus edixit ne quis ex Dauidis ſtirpe extaret, & quotquot ex ea ſtirpe progeniti eſſent necari iuſſit.997.2.e Veſpaſianus & Titus pro oppugnata Ieruſalem præmij loco imperium obtinent.1019.2.c

Veſtitus ſuperfluus valde damnatur.22.1.d. Veſtis virtutis ab antiquo poeta qualis depicta ſit.23.1.c Veſtium ornatus meretricibus non honeſtis matronis Lacedæmoni permiſſus. 2.a

Vexatio prodigi eũ in ſeipſum reuocauit.405.1.e

Viæ duæ nobis ſeſe offerunt arcta & lata, quam ſequi debeamus, conſideratio faciet notum.411. 1.e Via lata ducit in regionem à Deo longinquã, & quæ illa ſit.612.1.a eſt peccatũ. 1.c

Vnguentum gratiarum actionis duo ſunt præclara vnguenta quibus vnguntur pedes Chriſti 760.2.c Vnguentum piſticum id eſt fidele eſſe debet, ſic bona opera virtutibus coniuncta eſſe debent.761.1.d

Viduæ munuſculum cur diuitium donarijs præponitur.989.2.c

Viduæ non ſunt ſpoliandæ, ſed protegendæ.988.1. e Viduam paupercula Chriſtus commendat, & eius munus aliorum muneribus aufert.1.e

Vigilandum eſſe ex Parabola.10. Virginum quẽ rectè inferatur.1167.1.d Vigilantia oratio eſt iungenda.1159.1.d Vigilantiæ & orationi adiungenda eſt meditatio rerum æternarum.2.e

Vigilantiæ iungenda eſt oratio 1159.1.c Vigilare oportet omnibus vigilijs & horis 1157.1.b vigilantia animi quæ ſit, & vt adhibenda. 1158.2.e

Villam qui emit cur ſe à nuptijs excuſatum putet, & quid ſit villa, & quid ſignificet.337.2.

Villicationis à nobis reddenda eſt ratio, eaque ſeuera.435.2.a

Villici & coloni oẽs ſumus, & terra nulli datur in perpetuum,432.2.b Villicatio omnis terminum habet, cui conſiderans eſt attente,437.1. b Villici dum ſe amouendum ſentit, ſermocinatio 438.1.e

Villicus qui ſit gr. οἰκονόμος 422.2.a eſt accuſatus & quæ de cauſſa.424.1.b quomodo ſibi proſpexerit.1.e Villicum Dominus laudat non Chriſtus, vt vult Eraſmus. 425.2.b Villicus diabolus etiam hic dicitur.431.2.a

Vindicta quomodo iuſtè deſiderari poſſit.502.1.b

Vinum mundi voluptates deſignat, quæ à nobis intuenda non ſunt.474.2.e vini poculum intuendum eſt, quod cum vitreum ſit facile frangitur.475.1.a

Vir fortis non eſt ἀναίσθητος lachrymatur, cum lachrymas miſericordia poſtulat.783.1.c

Vir iuſtus moneta vera imagine Dei ſplendens, impius imago adulterina.899.2.a

inter Virum & vxorem triplex coniunctio reportur & quæ illa.551.1.e

Virgines religioſæ quales eſſe debeant ex Ambroſio.619.2.e

Virginum fatuarum plurimæ fatuitates, & primo quia ſibi oleũ dari gratis voluerunt.1189. 2.d ſecundo fatuitas voluerunt emere frumẽtum alieniſſimo tempore.1190.2.d tertio fatuitas eſt, quod abſque accenſis lampadibus fores pulſarũt, & ſibi aperiri voluerũt.1198.2a

Virginibus ſimiles ſunt Chriſtiani, & Chriſtianæ & cur.1169.2.b Virginitas in carne paucorum eſt, omnium debet eſſe in corde, ideſt fides incorrupta.d Per Virgines fatuas & prudentes quidam intelligunt omnes homines vnius veri Dei cognitione gloriantes.e ad Virgines ſolas quidam adaptant parabolam alia harũ virginum expoſitiones.d Virgines iſtæ quomodo obuiam dicantur prodijſſe ſponſo & ſponſæ.2. a b Virgines hæ quales. & cuiuſmodi lampadas habuerint. 2.a & quid ſignificarent.b Oleum quid ſignificauerit.c Sponſus & ſponſa cui virgines obuiam exierunt, quid denotent. d e Virgines fatuæ cum lampadibus acceperũt oleum, ſed non in uaſis. prudentes, acceperunt oleum & in lampadibus, & in uaſis, & quid hoc denotet.1171.1.b Virgines illas dormitaſſe, & dormiuiſſe quid ſit, & mora ſponſi quid denotet.1173.2.b à Virginibus ſonus auditus quid denotet.d. Virgines prudentes quomodo ſuas lampades ornaſſe dicantur.1174.2.d Virginum fatuarum petitio & prudentum reſponſio quid denotet.1175.1.e Virgines prudẽtes cur mittant fatuas ad vendentes oleum q non erunt.2.a mittũtur fatuæ ad adulatores, qui illis ſolebant laudes vendere.2 b Poſt Virginum prudentum ingreſſum clauſa ianua qd ſignificet.1176.2.c Virgines fatuæ an oleũ ſecum attulerint cum redierunt.1177.1.a Verè Virginibus hoc adaptatur Euangelium. 1179.1.d

Virginitas melior eſt matrimonio, & quantum 562.2.e Virginitas paradiſum, nuptiæ terram replent.564.2.c Virginitas maior eſt matrimonio quia conſulta eſt non præcepta. 565.1.e Virginitas ſuperat humanã naturã: eius ſplendor & decus Angelicũ pectus flagitat.2.a Virginitas incorruptibili Deo hominẽ ſimillimũ facit.

Digitized by Google

facit.d Virginitas corporis ſpiritualis eſt, quã ſeruat continentia pietatis.e Virginitatem qui vouit, eam tenetur ſeruare, nec liberum ei eſt eam non ſeruare.566.1.c Virginitas ſuperat humanas vires, ſed cum diuino auxilio, nihil ea eſt facilius.e ad Virginitatem ſeruandam adhibenda ſunt flagella, ieiunia, &c.2.e Virginitatis ſeu caſtitatis ad Auguſtinum exhortatio praclara.567.1.b Virginitatis pramium regnum calorum, & quale. quantumque illud d Virginitas volupta eſt aterna, breuis eſt voluptas matrimonij.569.2.b

Virginitas fidei eſt integritas, qua maxima indiget cuſtodia, ne ab hareticis corrũpatur.1183.1.c Virtutis locus non eſt in regione libidinis, luxus, & voluptatis.403.1.d

Virtutes calorum commouendas eſſe quomodo ſit intelligendum, & primo de Angelis hoc exponitur.1057 2 d vel quia hi qui calos mouent prope iudicium aliter calos mouebũt.1058.1.b vel potentia vel exercitus calorum iactabuntur, & veluti fluctuabunt.c, d

Virtus ſola comes eſt defunctorum, diuitia hic acquirunt hic relinquuntur.308 1.c

Viſio Dei totius fons beatitudinis.1221.2.e

Viſitatio quadam eſt miſericordia ac beneficentia, alia iuſtitia, ac ſupplicij.784 2.c Viſitatio noſtra diligẽter nobis cognoſcẽda eſt.789.1.b

Viſitatur aliorum prius ſeipſum viſitare debet. 70.1.c

Vita datur legem ſeru antibus.590.2.e

Vita hominum vno dies eſt habens horas varias id eſt, atates.630.2.e vita nihil habemus niſi punctum. in quo ſumus.631.1.a vita noſtra tandem morte clauditur. d & eſt breuiſſima etiamſi ab initio mundi fuiſſemus.e vita tempus breue operandi eſt tempus, non otiandi.2 e vita eſt tempus operandi, mercedem recipiendi mors, breuis eſt labor, longiſſima quies 633.1.d vitam longam qui ſibi promittit, ſtultus eſt 1186 1 b vita huius breuiſſima viaticum magnũ, pro eterna nihil parare, ſtultiſſimũ.1.c. d

vita nos ſemper fallit, cum breuis ſit, longa appares.306.1.e

vita aterna propriè, & verè vita eſt.586.1.b vita hac noſtra eſt proxilitas mortis.d vita aterna comparanda duo ſunt gradus.590.2.a vitam aternam ſine Dei auxilio nemo conſequi poteſt.597.2 d

vita tempus Deus prorogat, vt cõuertamur, quod ſi non conuerſi fuerimus, ad panam ſupplicium que conuertet.243.2.b

vita noſtra mercatus eſt, & nũdina.422 2.e quãdiu in vita ſumus negotiari debemus, & ſtrenue mercari.438.1.b

vita mercatus duplex eſt, vnus in qua virtus, alter in qua peccatum emitur, vnus Dei alter damonis.1026.2.c

vita breuitas ab Hippocrate, & Theophraſto notata.1027.1.a

vita noſtra & longa, & breuis eſt diuerſa ratione.1.c

vita longa eſt ratione meritorum, qua in hac vita poſſumus comparare.e

vita noſtra pauci anni quomodo inſtar multorum eſſe poſſint.2.a

vita breuitate non eſt quod Chriſtianus conqueratur.c

de vita breuitate etiam Ariſtoteles conqueſtus à Seneca arguitur.d

vita longa eſt illius, qui nihil vita perdit, breuis illius, qui vitam perdit.1208.1.e

vitam breuem nos non accepimus.2.b

vita hac mercatus eſt, & nundina & tempus negotiandi, poſt non erit.1191.2.b celeberrima ſunt vita huius nundina & quid in his emere debeamus.1189.1.c

vitam habere abundantius quid ſit.176.2.e

vitula rufa & integra ſingularis fuit Chriſti patientia typus qui explicatur fuſiſſimè.121.1.b

viſio Dei eſt noſtrum eſt iniuriam inferentibus non imprecari vltionem.115.1.b

Vnguentum ex nardo pretioſum fuit, & magni odoris.755.1.b

cur Hoc nardi ſpicati dicitur 1.c cur item piſticũ dicatur.b an piſticum dicatur vnguentũ quaſi potabile ſeu fluidum, & liquidum.2.a

Vnguẽtum quo Chriſtus unctus eſt pretium fuit triginta aureorum.734.1.a de Vnctione Chriſtus facienda quaſi iã facta loquitur.757.2.a

vnum eſt neceſſarium quot habeat explanationes.247.2.c in vno requies, in multis turbatio 270.1 b vnum à Domino petendum, & quid illud.271.2 b

vocatio & iuſtificatio reprobi, quomodo à iuſtificatione & vocatione pradeſtinati differat. 345.2.e vocationes varia fuerunt Iudaorũ, Ethnicorũ, & hareticorum, & quo deſignata. 377.2.a vocatio Dei ſuperna, & caleſtis cur dicatur, & ſancta.371.1.c vocat Deus per ſe, & per ſeruos ſuos varijs modis.d

voluntas dura in peccato catena ferrea eſt.984.2.e voluntas ſeruos nos facit, vel Chriſti, vel diaboli.985.1.b voluntas cuſtodienda ne illiciatur, fugienda voluntas, ne illiciens capiat.e

volũtate bona nihil Deo offertur ditius.992.1.b

voluptates carnales coniugio deſignata quantum homines à caleſtibus auocent.374.2 e

votum obedientia omnium eſt praſtantiſſimum. 614.2.b vota tria grauiter ſeruanda ſunt, vt ad per-

Digitized by Google

ad perfectionem veniamus.616.1.a vota tria qua moneta ſoluenda ſint B.Franiſco oſtenſũ 2.b vota ſunt ſummo ſtudio reddenda.620.1.e vota catena ſunt ſed aurea.2.a

vox de cælo ad Chriſtũ facta articulata fuit, & cur turba tonitruum factum putarit.806.1.b votem hanc vt vult Maldonatus omnes intellexerunt.1.d vox hæc cur non propter Chriſtũ ſed propter circumſtantes facta ſit.807.1.a

vſuras Deus ex pecunia vetuit, ſed ex doctrina verbi Dei ea repetit.1215.2.d

ad vſuras demus non homini, ſed Deo.445.2.a ad vſuram dare Iudæi Ethnicis ſine peccato poterant.e

vt non euentum ſed cauſſam indicat ibi, vt manifeſtantur opera.d vt conſequutionem non cauſſam ſignificat, ibi vt videntes nõ uideãt.e

vxorem dimittere permiſſum fuit, dare libellum repudij præceptum.552.1.b vxores dimittere an Iudæis per legem ſine peccato permiſſum fuerit.2.a probatur affirmans ſentẽtia, quam grauiores auctores ſequuntur.c, d Eorum argumenta qui priorem ſententiam ſequuntur, diſſoluuntur.553.1.b vxorum repudium omnino aufert Dominus.554.1.c vxorem qui dimiſit ob fornicationem non poteſt aliam ducere.1.d vxor deſinit prioris eſſe viri vxor, non ſi fornicetur, ſed ſi moriatur.e vxor propter fornicationem dimitti poteſt quoad torum, non quoad vinculum.555.2.a vxorem dimittens niſi ob fornicationem mœchatur, quia facit eã mœchari 556.1.c de vxore dimittenda diſcipuli rurſus Dominum interrogant, & quid eis Chriſtus reſponderit.2.d vxoris & viri amor caſtiſſimus eſſe debet, qualis Chriſtus ergo Eccleſiam.563.1.b vxor indigna eſt cõiugio, quæ digna eſt iurgio.d

vxores dimittere & illis dare libellum repudij Iudæis lege permiſſum fuit 547.1.e an vxores dimittere liceret certis de cauſſis tantum, Iudæi dubitabant, qua de re Chriſtum captioſe interrogant.2.b de hac quæſtione reſponſio Chriſti, in qua Matthæus, & Marcus qui ſibi videntur diſſentire, conciliantur.548.1.c vxores dimittere numquam licet niſi ob vnã cauſam quoad torum e vxorum multitudinẽ matrimonium excludit, vnam tantum poſtulat. 549.1.n vxor & vir quomodo vna caro eſſe dicantur.2.e vxor & vir ſunt vna caro, non rei veritate, ſed fictione iuris.d ſunt vna caro propter carnalem copulam.550.1.b vxorum repudium iure diuino prohibitum.e

X

XYlophoria Iudæorum feſtum quodnã eſſet, & ad quid inſtitutum.1187.2.b

Y

Υπομένω permanet cum patientia, & ὑπομένε patientia perſeuerans.1001.2.c

Z

ZAchæus an omnibus ſuis opibus nuncium remiſerit, vt Chriſtum ſequeretur, 732 2.a Zachæus fuit Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ.2.c Zachæi domus tota in Chriſtum credidit. 733.1.b Zachæus filius Abrahæ dicitur, de qua filiatioue hoc intelligatur.c Zachæus erat ouis perdita, quam vt quæreret Chriſtus, eius domum ingreſſus eſt d e

Zachæus quid ſignificet, & fuerit ne gentilis, an Iudæus.730.1.b Zachæus Chriſtum videre deſiderat.1.e Zachæi deſiderium ſuperauit Dominus.731.2.b Zachæus excepit Chriſtum, & exceptus eſt c Zachæum Chriſtus magna gratia donauit.732.1.c

Zacharias quis fuerit occiſus inter templum & altare, & quædam de Zacharia Patre Ioannis traditio.527 1.a Alia de eodem traditiones 6.b An fuerit Zacharias prophetarum penultimus 2.a fuit Zacharias filius Ioadæ.b c Zachariæ cuiuſdam diuitis pij certamen cum Deo.990.1.e

Zebedæi filiorum mater cur pro filijs primas ſedes à Chriſto poſtulauerit.701.2.c Mater & filij ſimul poſtularunt.1.e an hi petierint ſedes temporales in Chriſti regno æterno, an æternas.702.2.a Chriſtum temporale futurũ exiſtimantes temporales etiam ſedes petierunt.2.e Cæleſtes ſedes eos poſtulaſſe Chriſti reſponſũ indicat.703.1.a quibus rationibus moti eas ſedes poſtulauerint.1.c hæc Apoſtolum mater Salomone dicta eſt.1.e Reſponſum illis datum Neſcitis qui petatis quale ſit.704.1.b quomodo reſponderint ſe poſſe calicem, id eſt, mortẽ ſubire, ſi terrenas ſedes poſtularint.705.1.a Conceditillis Chriſtus à poſtulatis longè diuerſum.2.e

Zelotæ quinam fuerint & vnde nomen habuerint, & quomodo ſubuerſionis Vrbis cauſſa fuerint.1008.1.c ab eis qualiter templum fuerit profanatum.2.b hæc ſententia probatur.2.e Zelotæ ſignum fugæ commodum eſſe potuerunt 1011.1.c

Zelus bonus eſt qui ex bono animo & Chriſti amante procedit.16.2.d

Deo Ieſu Chriſto Sapientiſſimo ſententiarum omnium Gnomothetæ gloria & honor perpetuo reddatur.

Digitized by Google

COPIA.

Gli Eccellentiſs. Signori Capi dell'Illuſtriſs. Conſeglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del ſtudio di Padoua per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del R. Padre Inquiſitor, & del Circ. Secretario del Senato Zuanne Marauegia con giuramento, che nel libro intitolato terzo Thomo delli Commentarij del R. Padre Sebaſtiano Barradio ſopra li Euangelij non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa concedono licentia, che poſsi eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 3. ſeptembris 1608.

D. Stefano Viaro
D. Lunardo Mocenigo } Capi dell'Eccel. Conſeglio di X.
D. Bortolo Nauagier

Illuſtriſs. Conſ. X. Secretarius
Leonardus Otthobonus.

1608. à 5. Settembre.
Regiſtrato in libro à carte 4.

Io. Baptiſta Breatus Officij contra Blaſphe. Coad.

Digitized by Google

SEBASTIANI BARRADAS

E SOCIETATE IESV.

Doctoris Theologi, Commentariorum in quatuor Euangelia, eorumque concordiam.

TOMVS III. LIBER I.

Caput Primum.

De extremo diſceſſu Chriſti ex Galilæa in Iudæam.

MATTHÆVS CAPITE XIX. Verſ. 1.

ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem.

MARCVS CAPITE X. Verſ. 1.

ET inde exurgens venit in fines Iudææ, vltra Iordanem.

LVCAS CAPITE IX. Verſ. 51.

FActum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis
eius; & ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieruſa-
lem. * Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & 52
euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt
pararent illi. * Et non receperunt eum; quia facies 53
eius erat euntis in Ieruſalem. * Cùm vidiſſent au-
tem diſcipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dici- 54
mus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? * Et conuerſus
increpauit illos dicens. Neſcitis, cuius ſpiritus eſtis. * Filius homi- 55
nis, non venit animas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud 56
caſtellum.

Digitized by Google

IOANNES CAPITE VII. Verſ. 1.

POſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat
in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. * Erat 2
autem in proximo dies feſtus Iudæorum, Scenopegia * Dixerunt au- 3
tem ad eum fratres eius: tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli
tui videant opera tua, quæ facis * Nemo quippe in occulto quid facit, 4
& quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis manifeſta te ipſum mundo
* Neque enim fratres eius credebant in eum. * Dicit ergo eis Ieſus 5
Tempus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt 6
paratum. * Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego 7
teſtimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala ſunt. * Vos aſcen- 8
dite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendo ad diem feſtum
iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt. * Hæc cum dixiſſet, 9
ipſe manſit in Galilæa. * Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe 10
aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

De extremo Chriſti diſceſſu in Iudæam ex Galilæa.

PRimus huius vniuerſi operis tomus quæ ad infantiam, pueritiàmque ſeruatoris ſpectant, complectitur, ſecūdus virilis ætatis A gesta, dictàque continet, à baptiſmo vſque ad parabolam Regis, qui a ſeruis rationem exegit. Tertius hic, reliqua, quæ ad Cœnam vſque extremam præclarè, vel fecit uel dixit, comprehendet Faueat cœptis Deus. Quæ reſtant tomus quartus excipiet totque erunt volumina, quot Sacri B Euangeliſtæ.

Hactenus partim in Iudæa, partim in Galilæa uerſatus eſt Chriſtus, ut ex tomo ſecundo ſit compertum. Euangeliſtæ, Matthæus capite 19. Marcus 10. Lucas 9. Ioannes 7. Scribunt è Galilæa in Iudæam diſceſſiſſe. Quæſtio exoritur duplex. C Prima, An idem diſceſſus ab omnib. quatuor Euangeliſtis cōmemoretur. Secunda, An ſit hic diſceſſus è Galilęa in Iudæam extremus. Prioris quęſtionis pars negans probatur; quoniam Matthæus & Marchus ſcribunt Chriſtum diſceſſiſſe ex Galilæa, & veniſſe primum quidem in fines Iudææ trās Iordanem, deinde Ieroſolymam paulo ante feſtum diē Paſcatis, quo crucifixus eſt. Lucas verò cap 9. ait firmaſſe faciem, vt iret in Ieruſalē; cap. 19. Ieroſolymam perueniſſe, paucis diebus antequam ageretur in crucem, celebrique pompam exceptum. Exploratum ergo eſt tres Euangeliſtas ſcribere, Chriſtum è Galilea diſceſſiſſe, perueniſſeq; Ieroſolymam eo die quo aſello vectus admirandū in modum triumphauit. At vero Ioānes capit. 7. ſcribit Chriſtum veniſſe Ieroſolymam ad diem feſtum Scenopegiæ, multo ante Paſcatis tempus ergo alius eſt diſceſſus, & aduentus Chriſti in Ieruſalem, quem commemorant tres reliqui Euāgeliſtæ, alius quem commemorat Ioannes. Præterea Ioannes ait Chriſtum occultè, & ſolum in Iudæam aſcendiſſe; at Mattheus ait ſecutæ ſunt eum turbę multæ, &c.

An idem diſceſſus Chriſti Galilea Iudæam omnibus Euangeliſtis memoretur.

Reſpondemus partem qōnis affirmātē vero ſimiliorē videri videlicet
eundem

Digitized by Google

eundem è Galilæa in Iudęam diſceſſum a qua tuor Euangeliſtis commemorari. In hac ſententia eſt Iãſenius Card. Baronius in annalibus, Buiſonius in concordia, Adrichomius, & alij. Mattheum quidem, & Marchum de eodem ſcribere perſpicuum eſt, quoniam eundem ſcribendi ordinem ſeruant. Eundem quoque ſequitur Lucas. Poſtquam enim ea narrauit, q̃ Chriſtus in Galilæa geſſit, ſubiungit Dominum, cum complerentur dies aſſumptionis eius, firmaſſe faciem, vt proficiſceretur in Ierusalem, ex Galilea per Samariam. Ioannes quoque de eodem diſceſſu agere videtur cap. 7. probatur. Quia diſceſſus ille capitis 7. Ioannis extremus fuit, vt moxoſtẽdemus; diſceſſus quoque, de quo reliqui Euangeliſtæ agunt, fuit extremus, ergo idem fuit. Non enim poſſunt eſſe duo extremi diſceſſus.

Ianſenius. Baronius. Buiſonius. Adrichom.

A

Argumento priori reſpondetur; Chriſtum, vt reliqui ſcribunt Euangeliſtæ, ex Galilæa profectum eſſe in Iudæam, vt verò conſtat ex Ioanne profectum eſſe eo tempore, quo Scenopegiæ feſtum erat proximum, ueniſſeque Ieroſolymam, cum feſtum ipſum agebatur. Poſtea in Iudæa mãſit & in regionem, q̃ trans Iordanẽ erat abijt, vt Mattheus, & Marcus docet, tandem Ieruſalem celebri cũ triumpho paulo ante crucẽ ingreſſus eſt. Euãgeliſtæ reliqui de tpe, quo ex Galilæa diſceſſit, tacuerunt, Ioãnes ſcripſit propè feſtum ſcenopegiæ diſceſſiſſe, & Ieruſalem ad idem feſtum ueniſse, de quo aduentu nullam fecerũt mentionem alij Euangeliſtæ, neque etiam de aduẽtu ad feſtum Encœniorum. Omnes tamen ingreſſum in Ieruſalem cum triumpho, & palmis ante crucem literis mandarunt.

Chriſti hic aduentus Ieroſolymã quomodo poſtremus fuerit.

Poſterius argumentum non pellit nos a ſententia, etenim Chriſtus. ad feſtum Scenopegiæ nõ manifeſtè neque turbis comitatus, ſed quaſi in occulto profectus eſt, ut Ioan. ait. Mattheus verò aſſerit ſecutas turbas poſtea, cùm in regionem, quæ trans Iordanem eſt uenit. Nam ſic ſcribit cap. 19. *Venit in fines Iudææ trans Iordanem, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, &c.* Et Marcus cap. 10. *Venit in fines Iudææ vltra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum, &c.* Præterea dicendum Chriſtum profectum quidem ex Galilæa non manifeſtè, ſed quaſi in occulto, ingreſſum quoque Ieruſalem ad feſtum Scenopegiæ non manifeſtè, ſed quaſi in occulto; ignorantib. cognatis, in itinere tamen petere eum Ieruſalem cognitum eſt etiam à Samaritanis, ut Lucas docet cap. 9. *Non receperunt* (inquit) *eum* ſcilicet, (Samaritani in hoc itinere) *quia facies eius erat euntis in Ieruſalem, &c.* Sed ſiquid in Luca, & alijs Euangeliſtis occurerit huic opinioni contrarium ſuis locis reſpondebimus.

B

Poſteriori quæſtioni reſpõdemus hunc è Galilæa diſceſſum videri extremum Ratio eſt, quoniam ex contextu Euangeliſtarum, apparet poſt hunc è Galilea exitum, Chriſtum in Iudæa vſque ad crucem permanſiſſe, neque in Galilæam redijſſe.

Poſt hæc ambulabat Ieſus in Galilæam.

C

IN tres diuiditur prouincias Iſraelitarum regio, vt iam alijs locis diximus Galilæam Septemtrionalem, Iudæam Auſtralem, & Samariam, quæ inter vtramque mediam eſt. Chriſtus in Galilæa, in ciuitate Nazareth eſt nutritus, inde in Iudæam venit, vt à Ioanne baptizaretur; Ioannes enim, vt Matthæus aſſerit cap. 3. in deſerto Iudææ habitabat. *Venit* (inquit) *Ioannes prædicans in deſerto Iudææ, &c.* Poſt baptiſmum, & alia, vt Ioannes docet in fine cap. 1. redijt in Galileam. Rurſus ex Galilæa propè Paſcha Iudæam, & Ieroſolimam petij Ioannis 2. cum nonnullis diſcipulis. Ibi commoratus eſt, & per diſcipulos baptizauit. Poſt aliquod tempus inuidiam Phariſęorum declinare volens in Galilæam reuerſus eſt Ioan. 4. *Præterea* (ait Ioannes cap. 5.) *erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam*; atque adeò in Iudeam: Ieroſolyma enim in Iudæa eſt. Ex Iudæa in Galilæam venit, Ioannis 6. in Galilęa verò verſabatur, in Iudæam nolebat proficiſci, quia volebant eum Iudæi vita priuare, ut ſcribit idẽ Euãgeliſta

Tres prouincia terræ Iudæorum.

D

Chriſtus ex Iudæa in Galilæam, & ex Galilæa in Iudæam abit. Matth. 3. Ioan. 2.

E

Ioan. 4. Ioan. 5.

 initio

Digitized by Google

Lectionis correctæ explicatio.

initio capitis 7. Obſerua veram lectionem correctæ editionis hanc eſſe; *Poſt hac ambulabat Ieſus in Galilæam; non enim volebat in Iudæam ambulare*: accuſandi caſu lege, *in Galilæam; &, in Iudæam*; non verò in Galilæa, & in Iudæa. Obiicies: Chriſtus in Galilæa erat; ergo non ambu **A** labat in Galilæam; ſed in Galilæa. Reſpondetur, ſenſum hunc eſſe: *Ambulabat in Galilæam*, id eſt, in loca diuerſa, vel per loca Galilææ, neque enim vno in loco morabatur.

Venit in fines Iudææ trans Iordanem.

Matthæus ſcribit poſtea, quæ ſecundo tomo enarrauimus, migraſſe **B** Chriſtum è Galilæa, & veniſſe in fines Iudææ trans Iordenem: Eodem modo Marcus. Interpretatur, ex recentioribus quidam interpres, non veniſſe Chriſtum in regionem, quæ Peræa dicitur, à πέραν, id eſt, *trans*, quaſi tranſamnana, eſt enim trans Iordanem. Sed vult appellari hoc loco Iudæam trans Iordanem, eam re-

An ea regio in qua eſt ſita Ieruſalē, dicatur eſſe trans Iordanem.

C gionem, quæ circa Iordanem erat, in qua ſita eſt Ieruſalem, & alia oppida. Dici autem ait trans Iordanem, quia ab Hebræis venientibus ex Ægypto, quòd illis vltra Iordanem eſſet, ſic appellabatur. Non placet ſententia. Quis enim credat Iudæos regionem, quæ re vera citra Iordanem erat, contrario penitus nomine, vltra Iordanem, appellaſſe? **D** Obiicitur: Chriſtus cùm migrauit ex Galilæa in Ieruſalem venit, quæ eſt citra Iordanem; ergo regio, in qua eſt Ieruſalem dicitur regio trās Iordanem à Matthæo, & Marco. Reſpondemus, Chriſtum veniſſe quidem in Ieruſalem ad feſtum Scenopegiæ, vt Ioannes ait; poſteà abiiſſe in regionem, quæ trans Iordanem eſt, vt Matthęus, & Marcus ſcribunt. **E** Illi enim aduentus in Ieruſalem non meminerunt, ſed ad regionem, quæ trans Iordanē erat, ſcribendo tranſierunt. Quo autē tēpore trās Iordanē Dominus abierit, ſuo loco dicemus.

Factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis eius.

D. Lucæ ſunt hæc verba, cum de hoc extremo in Ieruſalē diſceſſu loquit. *Dū complerentur* (inquit) *dies aſſumptionis eius*, Græcè, ἀναλήψεως, aſſumptionē Chriſti appellat diſceſſū, & aſcēſionē in cœlos, ſic enim loquitur Act. 1. *vſque in diem* (inquit) *qua aſſumptus eſt*; ſcilicet in cœlū. Et Marcus **A** vltimo capite; *aſſumptus* (inquit) *eſt in cælum, &c.* Appellatur ergo aſſumptio hoc loco aſcenſio in cœlum, & diſceſſus, tranſituſq; ex mundo, de quo Ioa. 13. *Sciens* IESVS *quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, &c.* Dies aſſumptionis eius (ait Euthymius) dicit Euangeliſta præfinitū tēpus, dū à terra aſſumeretur ī cœlū, &c. Cōplebātur aūt dies **B** huius aſſumptionis, quoniā inſtabat tēpus paſſionis. Quod ſi roges, quanto diſtaret tēpore paſſio? Repōdeo ſeptē mēſiū ſpatio. Etenim Chriſtus initio menſis Septembris diſceſſit ex Galilæa in Iudæā, paſſus verò eſt ad finē menſis Martij. Diſceſſiſſe aūt nūc ex Galilæa initio menſis Septēbris, probatur ex Ioanne; ait enim profe- **C** ctū ad feſtū Scenopegiæ, qđ vt dicemus 10. die Septēbris agebatur, profectus ergo eſt quarto, vel qnto Septēbris die, vt ad feſtū puenire poſſet.

Qui dicantur dies aſſumptionis Chriſti.

Euthymius

Quoniam tēpore profectus ſit Chriſtus ex Galilæa in Iudæā.

Et ipſe firmauit faciem ſuam, vt iret in Ieruſalem.

Cum dies paſſionis, & aſſumptionis in cœlum, à Chriſto præfiniti, ac de **D** creti cōplerentur, firmauit Dominus faciē ſuā, vt iret in Ieruſalē. Euthymius ſic interpretatur, confirmauit faciem ſuam, hoc eſt direxit, ut iret Ieroſolymā, progrediēs ad paſſionē, ne reſpicēdo qdē in tergū, &c. Theophylactus ſic: decreuit Dominus, nō vltra hinc, & īde obābulare; ſed aſcēdere Ieroſolymā. Itaque obfirmauit faciē ſuā, hoc declarat, ꝙ ſtabilierit, **E** & firmarit ſententia, ꝙ velit aſcendere Ieroſolymam, &c. Græcè, πρόσωπον ἐστήριξε, id eſt, *faciem firmauit vt iſet Ieruſalem*; firmiter faciem direxit in iter Ieroſolymitanum, firmiter, & conſtanter ſtatuit Ieruſalē petere, quamuis à Iudæis ſciret ſe occidēdū. Firmaſſe autē dicit faciē, vt

Euthymius.

Theophyl.

Quid ſit faciem firmare.

Digitized by Google

vt iret in Ieruſalem, quia is qui facit iter, verſus eum locũ faciem habet, ad quem tendit. Firmauit igitur faciem, vt verſus Ieruſalem iret, nec in Galilæam rurſus faciem verteret, vt ſolebat. D. Hieronymus quæſt. 5. ad Algaſiam his verbis fortitudinem Chriſti putat indicari, qua paſſionis locum petebat. Obfirmauit (inquit) faciem ſuam, vt iret in Ieruſalem. Ob firmatione enim, & fortitudine opus eſt ad paſſionem ſponte properanti, &c. D. Bonauent. Lucæ 9. ſic interpretatur: Faciem ſuam firmauit, ſcilicet, per conſtantiam, & patientiam, &c. Poteſt eſſe ſenſus. Firmauit faciem ſuam, vt iret in Ieruſalem; hoc eſt, firmauit faciem ſuam aduerſus Iudæos aduerſus tormenta omnia, & mortẽ quo ſenſu Ezechieli cap. 3. ait Dominus: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, vt adamantem & ut ſilicem dedi faciem tuã, ne timeas eos &c.* Firmauit Dominus faciem Ezechielis, ne Iudæos timeret, ſic Chriſtus firmauit faciem ſuam, pluſquam adamantem, & ſilicem, ne Phariſæos, & Scribas mortemq; metueret. Caietanus, quem ſequitur Ianſenius, putat Chriſtum, dum hoc iter ad mortem ingrederetur, ipſa facie externa animi conſtantiam, & fortitudinem prætuliſſe. Magnanimitatem (ait Caietanus) quam demonſtrabat Chriſtus ẽt exterius, volendo ire in Ieruſalem, deſcribit Euangeliſta, à firmitate faciei. Prætendebat enim etiam in facie animi conſtantiam, & magnitudinem, &c. Idem ſcribit Ianſenius, & Beda Lucę 9. Chriſtus (inquit) firmata faciẽ, i. conſtanti, ac imperterrita mẽte locum, in quo crucifigendus erat, petiuit, &c.

D. Hieron. — *D. Bonau.* — *Ezech. 3.* — *Caietanus.* *Ianſenius.* *Chriſti fortitudo, & conſtantia aduerſus mortem.* — *Beda.*

Erat autem in proximo dies feſtus.

Quo tempore è Galilæa diſceſſerit Dominus, aperit Ioannes. Erat (inquit) propinquus dies feſtus, qui Scenopegia appellatur. Nomen eſt Græcum. Abulenſis Leui. 23. ait ſignificare comeſtionem in loco publico. Lyranus præterea Ioan. 7. nomen deducit a ſcena, & φάγομαι, id eſt, *comedo*, quod in ſcenis, id eſt, tabernaculis comederent Iudæi. Scribit autem ſcenophegiam cùm aſpiratione: melius ſcripſiſſet ſcenophagiam. At neque ſcenophegia dicitur, neq; ſcenophagia, ſed ſine aſpiratione ſcenopegia, ſiue σκηνοπηγία a nomine, σκηνὴ, qđ *ſcenam* ſignificat *vmbraculum*, ſiue *tabernaculum*; & a verbo, πηγνύω, vel, πήγνυμι, id eſt, *figo*, quaſi *tabernaculorum fixio*. Tunc enim tabernacula figebant, ſiue conſtruebant Iſraelitæ.

Quid ſignificet ſcenopegia. — *Abulenſis.* *Lyranus.*

A

De hoc feſto agitur Leuit. 23. his verbis. *Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus &c.* Theophylactus Ioã. 7. de hoc feſto ſic ſcribit. Tunc gratias agebant Domino (ſcilicet illo menſe ſeptimo) conuectis omnibus frugibus, ideo & tabernacula fiebant, & quaſi ſub dio agentes lætabantur. Vnde Pſalmos quoſdam Dauid qui inſcripti ſunt, pro torcularibus, quidam compoſitos eſſe dicunt in hoc feſtũ. Nam tunc torcularia implebant, & vuas premebant, propereaq; agebãt gratias, & Pſalmis vtebantur, atque alijs in gratiarũ actionem, Sic Theophylactus, Euthymius verò exiſtimat tabernaculorum feſtum celebratum in memoriã diei illius, quo Moſes Dei tabernaculum fixit, & erexit. Celebrationis tamẽ ratio alia eſt, extatq; perſpicuè Leuit. 23. *Omnes* (inquit Dominus) *qui de genere eſt Iſrael manebit in tabernaculis, vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti, &c.* Igitur agi iuſſit feſtum hoc Deus, vt in memoriam reuocaret filijs, collata beneficia in patres, quos quadraginta annorum ſpatio, per ſolitudinem, ex Aegypto, in terram repromiſſionis duxit. Habitabant autem in tabernaculis, cùm per ſolitudinẽ faciebãt iter. Hęc cã feſti.

B C D

De feſto ſcenopegia, vel tabernaculorum. — *Theophyl.* — *Euthym.* — *Quorſum celebraretur feſtum tabernaculorum.*

Vt autem ex ſolitudine horrida, atque arida, in terram arboribus, aquiſque amœnam, ſe a Deo adductos recordarentur, manibus illis diebus arborum ramos præferebant, & in tẽplo coram Domino lætabantur. Abulenſi explicat, ſaltabant. Leuit. 23. *Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini, coram*

E

Ramos manibus geſta

bant Iſraelita in feſto tabernaculorum Leuit. 23.

Domino Deo veſtro. Celebrabitiſq; ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum, &c. in biblijs Regijs vertitur, *& tripudiabitis illud tripudium Domino ſeptem diebus, &c.* Verbum nempe Hæbreum חגג *chagag*, feſtum agere ſignificat, & tripudiare: Arbor pulcherrima citrus, lignum denſarum frondium myrtus, appellatur. Manibus autem prætuliſſe hos ramos, etſi ex Scriptura non conſtet, ait Ioſephus libro 3. Antiquit. capite 10. Iubentur (inquit) octo dies feſtos ducere, victimas incendere, & ſimul pro gratiarum actione ſacrificare, manibus interim geſtantes ramos myrti, & ſalicis, cum ramis palmæ, &c. libr. 2. Eſdræ capit. 8. ex his arboribus tabernacula conſtrui indicatur his verbis: *Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemoroſi; ut fiant tabernacula.* Hebraicè, ad facienda tabernacula. &c. ſumebantur frondes harum arborum, tùm vt in tabernaculis collocarentur, tùm vt in manibus haberentur. Hierony. Zachar. 14. præcepit (inquit) vt facerent tabernacula de ligno pulcherrimo, quod Iudæi cædrum vocant, & de palmarum ramis, & frondibus ligni denſiſſimi, & ſalicis, & populi, &c. Lignum pulcherrimum hoc loco, Hebraicè dicitur, עץ שמן *hhez ſemen*, ideſt, lignum, vel arbor olei: Sept. interpr. cupreſſum eſſe putant. Leuit. 23. aliter dicitur Hebraicè lignum pulcherimum, ſcilicet עץ הדר *hhez hadar*, i. arbor decoris, lignum denſarum frondium non eſſe myrtum uel non ſolam myrtū, probatur quia 2. Eſdræ 8. myrto additur lignum nemoroſum id eſt, denſarum frondium, vt ex Hebreo conſtat. Fortè lignum pulcherrimū dicitur Leuit. 23. arbor quælibet amæna, & lignum denſarum frondium, quælibet arbor frondoſa, hoc ſenſu. Et accipietis fructus arborum, quæ pulchræ ſunt, & amœnę, palmarum ſpatulas, & ramos arborū, quæ frondoſæ ſunt, &c. numerus ſingularis pro plurali ſumitur. Elias ait, hoc feſto conſueuiſſe Iudeos ſuper ramos clamare hoshanna. Vnde ipſi quoque faſciculi ſalicum dicuntur hoshanna. Faſciculi ſalicum torrentis (ait Elias in Thisbi, quos tollunt in feſto tabernaculorum vocātur hoſhanna: eò quòd clamant ſuper ipſis hoshanna, ideſt, ſaluum fac obſecro, &c. hunc morem ſecuti ſunt Iudæi, cùm Chriſtum ramis palmarum honorarunt, & hoshanna inclamarunt.

De ramis feſti tabernaculorum Ioſephus.

2. Eſdr. 8.

D. Hieron.

Quæ ſit arbor pulcherrima, & denſarum frondium.

Elias.

Iſraelita hos hanna ſuper ramos clamabant in feſto Tabernaculorum. Tempus feſti Tabernaculorum.

Tempus feſtiuitatis huius fuit mēſis ſeptimus, qui noſtro Septembri, & Octobri reſpondet. Quando Iudæi de area, & torculari frumentum, vinumque collegerant, vt dicitur. Leuit. 23. & Deut. 16. Septem autem dierum feſtiuitas hæc erat, octauus addebatur, qui vocatur dies cœtus, & collectæ, Leuit. 23. *Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque ſanctiſſimus; & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cætus, atque collecta, &c.* Cœtus, atque collectę dicebatur, quia conueniebant, & colligebantur Iſraelitæ in templo, Deoque vacabant a ſeruilibus operibus abſtinentes. D. Thomas 1. 2. q. 102. art. 4. hoc die, ait collecta a populo ea, quæ neceſſaria erant ad expenſas diuini cultus. Similiter Lyranus, Toletus, & alii, Collectam, dici volūt a pecunijs colligendis. Sed hanc opinionem refutat Paulus Burgenſis Leuit. 23.

Leuit. 23.

Collecta quid dicatur.

D. Thomas

Lyranus. Toletus.

Libro 2. Eſdræ cap. 8. acta dicitur tabernaculorum celebritas ab Iſraelitis, extructa, verò ſunt tabernacula ex frondibus arborum ſub dio, tum in atrijs templi, tum in atriis, tectiſq; ędium, in plateis quoque. Facta quoque poſtea ex pellibus & linteis veriſimile eſt. Neque enim tam magnę Iſraelitarum multitudini arborum frondes ſatis eſſe poterant, niſi velis ex alijs locis allatas. Huius autem feſtiuitatis tempore, iuſſerat Deus. Deuter. 16. Omnes Iſraelitas Ieroſolimam venire. *Tribus (ait) vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei, in loco quem elegerit* (id eſt, Ieroſolymis) *in ſolemnitate azymorum* (id eſt Paſchatis) *& in ſolennitate hebdomadarum* (id eſt, Pentecoſtes) *& in ſolennitate Tabernaculorum, &c.* Pentecoſte quinquageſimam ſignificat, quia quinquaginta diebus poſt Paſcha celebrari ſolebat, quinquageſima appellabatur ſolēnitas verò heb-

2. Eſdr. 8.

Quibus in locis tabernacula extruerētur.

Deut. 16. Ad feſtum Tabernaculorum Iſraelita Ieroſolymam petebant.

Quid Pentecoſte ſignificet.

rò hebdomadarum dicitur a ſeptem hebdomadis, quæ a Paſchate uſque ad Pentecoſten numerabantur. Leuit. 23.

Dixerunt autem ad eum fratres eius.

Auguſtinus fratres Chriſti qui dicebantur

Quinam in Euãgelio fratres Domini appellentur, explicauimus tomo 1. lib. 6. cap. 15. A eo loco diximus Chriſti conſanguineos fratres appellari. Lege Aug. tract. 28. in Ioan. Conſanguinei (inquit) Virginis Mariæ fratres Domini dicebantur, erat enim conſuetudinis Scripturarum, appellare fratres quoſlibet cõſanguineos. Gen. 33. & 29. Cùm ergo audis fratres Domini, Mariæ cogita conſanguinitatem, B nõ iterum parientis vllam propaginem. Sicut enim in ſepulchro, vbi poſitum eſt corpus Domini nec antea, nec poſtea mortuus iacuit: ſic vterus Mariæ, nec antea, nec poſtea quidquam mortale concepit, &c. D. Hierony. Eccleſiaſtæ 10. Sancta (inquit) Maria nullum habuit fruticem, nullum germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florem, i. Chri-C ſtum, &c. Inter conſanguineos aliqui erant, qui in Chriſtum hoc tempore nondum credebant. D. Chriſoſtomus, & Euthymius, ex his nondum credentibus aiunt fuiſſe Iacobum minorem, & Iudam eius fratrem. Non eſt tamen ſequenda ſententia Nullus enim Apoſtolorum his Ioannis verbis comprehenditur. Credebant iam omnes. De alijs ergo Chriſti cognatis locus D eſt intelligendus, qui Apoſtoli non erant, ſed vel Deiparam conſanguinitate, vel Ioſephum attingebant. Cùm enim Ioſephus pater exiſtimaretur, eius conſanguinei Chriſti etiam conſanguinei exiſtimabantur.

Chryſoſto. Euthymius

Tranſi hinc, & vade in Iudæam, &c.

E Proximum erat tabernaculorum feſtum, vt Ioannes dixit. Hoc autem in feſto vt diximus, Iudæi omnes Ieroſolymitanum templum ſolebant petere, quemadmodum in feſto Pentecoſtes, & Paſchatis. Fratres ergo Domini ſuaſerunt illi, vt Ieroſolymam ſe conferret *tranſi*, inquiũt *hinc ex Galilæa, & vade nobiſcum in Iudæam, & in Jeruſalem.* Fratres enim in Iudæam profiſciſci decreuerant. Addunt rationem: *vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis,* diſcipulos vocat, non Apoſtolos, ſed ſectatores doctrinæ Chriſti, quos in Iudæa habebat, vt Nicodemum, & alios proficiſcere (A aiunt) Ieroſolymam, vt etiam diſcipuli, quos ibi habes, videant miracula, quæ facis, quemadmodum hi vident, qui in Galilæa ſunt.

Suadent Chriſto conſanguinei vt petat Iudæam.

Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe.

Pergunt ſuadere profectionem in Ieruſalem, quod ſit illuſtris locus, ac B celeberimus, ad comparandum nominis ſplendorem ex miraculis, quaſi dicant: Galilææ regio occultus eſt angulus ſi cum vrbe Ieroſolyma Iudæorũ metropoli conferatur, vbi templum eſt, ſacerdotes, legiſque periti, vrbem pete regionis caput, ibi ex his admirandis operibus fies notus, & omnibus admirandus. Nemo enim C clàm opus facit, ex quo gloriam, & famam vult comparare, ſed coram hominum, præſertim illuſtrium, multitudine, qualis in vrbe Ieruſalem eſt. illud, *in palàm eſſe*; Græcè dicitur à Ioãne, *ἐν παρρησίᾳ εἶναι*: ſignificat aũt parriſia libertatem in dicendo, eſſe ergo in parriſia, eſt eſſe in ore hominum liberè, & palam loquentium de aliquo. Vnde illud Ioan. 7. *Nemo palàm loque-D batur de illo, &c.* Græcè *παρρησίᾳ ἐλάλει* nemo cũ parriſia loquebatur de Chriſto propter metum Iudæorum. Sẽſus erit: Nemo in occulto facit quid, ideſt, rem gloria, & laude dignã; & vult, conaturque conſpicuus eſſe, & vult in parriſia eſſe, ideſt, & vult prædicari, & laudari palàm, & liberè ab hominibus. Sed hic ſenſus parriſiam nõ tribuit Chriſto, ſed hominibus libere de E de illo loquentibus. Id vero eſt homines eſſe in pariſia, non autem Chriſtũ. Euangeliſta vero non hominibus, ſed Chriſto pariſſiam tribuit. Caietanus interpretatur, in parriſia eſſe, id eſt, eſſe in libertate, eſſe liberum a perſecutionibus; ſed pariſia non quamcumque ſignificat libertatem, ſed

Quid ſit eſſe in parriſia.

ſed libertatem in loquendo. Obſeruo apud Ioannem παῤῥησίαν manifeſtationem ſignificare, Ioan. 7. *ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt:* Græcè παῤῥησίᾳ λαλεῖ, Ioan. 16. *venit hora cùm iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palàm,* Græcè ἀλλὰ παῤῥησίᾳ, *de patre annuntiabo vobis.* Eodem capite 16. dicunt ei diſcipuli, *ecce nunc palam loqueris,* Græcè παῤῥησίᾳ λαλεῖς. Ioã. 18. *ego palam:* Græcè, ἐγὼ παῤῥησίᾳ, *locutus ſum mundo,* Ioan. 10. *Si tu es Chriſtus, dic nobis palam;* Græcè, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ, Ioan. 11. *Ieſus iam non in palam ambulabat apud Iudæos;* Græcè, οὐκ ἔτι παῤῥησίᾳ Paulus ad Coloſſ. 2. *traduxit confidenter palam:* Græcè, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ. Significat ergo hoc loco, eſſe in parrhſia; eſſe in publico, & in celebritate hominum, atque ore. Ideoque rectè interpres vertit, *quærit in palam eſſe.*

Ioan. 7.

Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo.

Eodem hæc tendunt. Si vel ſiquidem (inquiunt) hæc admiranda opera facis, Ieruſalem pete, & teipſum mundo manifeſta. Ne lateas in Galilæa, hoc die feſto; Ieroſolymam proficiſcere, quo ex toto orbe Iudæi confluunt; mundo te redde manifeſtum operibus admirandis.

Dubium eſt, quonam animo hæc conſanguinei Domini dixerint. Suadent Chriſto, vt Ieroſolymam proficiſcatur, & in celeberrimo Iudæorum conuentu miracula edat, ſeque mundo manifeſtum reddat. Hæc animo bono, & Chriſti gloriæ amante dicta exiſtimaremus, ſi non adiunxiſſet Euangeliſta illa verba: *Neque enim fratres eius credebant in eum:* quæ bono animo, & Chriſti claritatis ſtudioſo, dicta nõ eſſe indicant. Euthymius quidem exceſſit, ait enim ſuaſiſſe hos conſanguineos Chriſto profectionẽ in Iudæam, ut à Iudæis occideretur. Finis (inquit) eorum prauus erat, ab inuidia procedens, conabãtur ſiquidem illum in Iudæam pellicere, vt ab illis occideretur, qui eum quærebant interficere, &c. Ex Chryſoſtomo hanc opinionem hauſit; ſic enim Chryſoſtomus ſcribit homil. 47. in

Quo animo conſanguinei Chriſto ſuaſerint petere Iudæã.

Euthymius.

Chryſoſt.

Ioannem; fortaſſe Chriſtum conſanguinei tradere Iudæis conſultabant, &c. Sequenda non eſt: non enim eſt probabilis. Idem Chryſoſtomus exiſtimat hos cognatos Chriſtum tùm timiditatis incuſaſſe, tùm gloriæ inanis; dubitaſſe prætereà, an miracula, quæ edebat eſſent vera. Videtur (ait) principium ſermonis amicorum eſſe; ſed aſperrimè dicunt. Nam & formidinis, & inanis gloriæ eum inſimulant. Siquidem cùm dicunt; Nemo in occulto aliquid facit: & formidinis arguere, & ſuſpicari videntur, an quæ faceret IESVS, verè faceret. Illa autem particula, & quærit eſſe in palam, habet inanis gloriæ ſuſpicionem, &c. Sequitur Chryſoſtomum, Theophylactus, eadem addit Euthymius.

Theophyl.
Euthymius
D. Auguſt.

D. Auguſt. tract. 28. opinatur hoſce homines inani gloria fuiſſe ductos: Dabant (inquit) cõſiliũ Chriſto conſequendæ gloriæ, veluti ſæculariter, & terreno affectu mouentes, ne eſſet ignobilis, & lateret, &c. Itẽ: Quare non credebant? quia humanã gloriã requirebant, &c. Et D. Cyrillus li. 4. in Ioan. ca. 32. Videntes (inquit) propinqui Chriſti miracula ab eo occultius in Galilæa fieri, ad inanem gloriam hortãtur; quaſi ad hoc ille ſigna faceret, vt laudẽ ab hominibus conſequeretur, &c. Rupertus ſimiliter Io. 7. Hi (inquit) conſanguinei gloriam huius mundi amantes vanã Chriſto dilatandę glorię conſiliũ dabant, &c. Paulo inferius: Inuidiam (ait) teſtari hoc conſilium: Verba (inquit) propinquorum Chriſti non tàm beneuolentiam teſtantur, quàm inuidiam; quia non multum curabant, ſi interficeretur, qui vtique odium Iudæorum aduerſus ipsũ ignorare nõ poterãt, &c.

D. Cyril.

Rupertus.

Toletus putat cõſanguineos Domini dubitaſſe, an ipſe Meſſias eſſet; ideoque incredulitate ductos ſuaſiſſe Iudæam petere, vbi legis periti erant; vt eo in loco res hæc diſcuteretur.

Auguſt.

Exiſtimo potius cũ Aug. & Cirillo, hoc Chriſti cognatos inani gloria ductos ſuaſiſſe Domino, vt Ieruſalẽ peteret, & ĩ celeberrimo Iudeorũ cõuentu miracula oſtentaret. Hoc enim eorum verba præferunt. Obijcies,

Cyrillus.
Inani gloria ducti conſanguinei Domini.

Ioan-

Ioannẽ indicare hanc ſuaſionẽ ex incredulitate profectã, nõ ex inani gloria: ſubiicit enim: *Neque enim fratres eius credebant in eum*. Reſpondemus, Ioannis hunc eſſe ſenſum: ſic Chriſto ſuaſerunt propinqui, vt inanem captaret auram; quia Deũ eſſe, & Meſſiã non credebant. Si enim credidiſſent; non ſic ſuaſiſſent.

A

Euthym.

Euthymius in illa verba: *Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo;* arbitratũ cognatos Chriſti eſſe ſuſpicatos miracula, quæ faciebat vera nõ eſſe; idem

Chryſoſt.
Theophyl.
Lyran.
Carthuſ.
Maldon.

Chryſoſtomus, & Theophylactus opinantur, Lyranus etiam, & Carthuſianus, & Maldonatus de miraculis conſanguineos dubitaſſe aiunt. Qđ ſi verũ eſt, verba illa; *ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo* dubitando prolata dicemus, hoc ſenſu; ſi hæc miracula facis, quæ te facere fama fert; vel ſi hæc miracula vera facis, non falſa, manifeſta teipſum mundo: tùm adiicit Euãlegiſta: *Neque enim fratres eius credebant in eum;* videlicet quia de miraculis dubitabant. Aliter ſupra hæc verba expoſuimus; *ſi hæc facis:* hoc eſt, ſiquidẽ hęc admirãda opera facis, *manifeſta teipſum mũdo*, qualia illa exiſtimet, non aperiunt. Sed cùm nõ crederent in Chriſtum, veriſimile eſt de miraculis inuidia obcęcatos dubitaſſe, forſitan verba hæc ex inuidia profecta ſunt. Nam ut ait Chryſoſtomus homilia 48. in Ioannem, conſanguinitas ſolet quodammodo inuidiæ haberi. Et Thophylactus, Ioann. 7. Solent (inquit) cognati inuidere, &c. Pręterea, vt Chryſoſtomus ait, inanis gloriæ tacitè inſimulare videntur Chriſtum; & vt Iudæam veluti operum ſuorum theatrum petat, ſuadere.

B

C

Aliqui conſanguinei inuidi.
Chryſoſt.
Theophyl.

D

CAPVT II.

Morale.

Ipſe firmauit faciem ſuam, vt iret in Ieruſalem.

E

Firmanda facies, animuſque, ne periculis, laboribus, & tentationibus ſuccunbamus, iuxta illud poetę. *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.* Vt enim Seneca ait epiſtola in noua aditione 104. *periculis magis patemus auerſi*, & epiſtola 79. Quemadmodum pernicioſior eſt hoſtis fugientibus; ſic omne fortuitum incommodum magis inſtat cedenti, & auerſo, &c.

Virg. 6. Aen. Seneca.

A

Quemadmodum aduerſus hoſtes arcus intenditur, remiſſus enim nihil prodeſt; ſic aduerſus pericula, & labores intendendus animus eſt, atque vultus; formidine namque laxatus nihil poteſt. Marcus Tullius Tuſcula. 2. in omnibus (inquit) officiis perſequendis, animi eſt adhibenda contentio. Ea ſola eſt officij tamquam cuſtodia. Et ſimilitudine hoc illuſtrat huiuſmodi; vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua, preſſum depellit omnem ponderum. Remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Hæc ille. Obfirmatione opus eſt, (ait Hieronymus ſupra citatus) & fortitudine, ad paſſionem ſpõte properanti, &c.

Firmanda facies aduerſus labores, & animus.

B

C

Obfirmat æger faciem aduerſus amaram potionem eàm quę haurit; obfirma tu faciem aduerſus amarum laborem pro Deo oblatum, eùmque patienter ferto. Quæ mollia ſunt diſſoluuntur, ac cedunt; quæ firmata, duraque ſunt durant, ac reſiſtunt. Eundem in modum mollis animus metu ſoluitur, & cedit; aduerſus pericula, laboreſque obfirmatus durat, & perſiſtit. Ezechi. 3. *Vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam; ne timeas eos, &c.* Adamantina opus eſt faciei, & cordis obfirmatione, ac conſtantia, vt periculis ac laboribus eamus obuiam. Cor minimè firmatum, citò è loco deiicitur, in quo ſtat; bene firmatum commoueri nequit. Irruant è cœlo turbines, procelloſique imbres, irruant è terra flumina, ipſaque maria; vt firmamentum ſit in medio aquarum, tempeſtatum, aduerſarumque omnium rerum; iuxta illud Geneſis. primo. *fiat firmamentum in medio aquarum*. Noeticæ inſtar

Ezech. 3. 9

D

Conſtantia

E

Digitized by Google

ſed libertatem in loquendo. Obſeruo apud Ioannem παρρησίαν manifeſtationem ſignificare, Ioan. 7. *ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt*: Græcè παρ'ρησίᾳ λαλεῖ, Ioan. 16. *venit hora cùm iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palàm*, Græcè ἀλλὰ παρ'ρησίᾳ, *de patre annuntiabo vobis*. Eodem capite 16. dicunt ei diſcipuli, *ecce nunc palam loqueris*, Græcè παρ'ρησίᾳ λαλεῖς. Ioã. 18. *ego palam*: Græcè, ἐγὼ παρρησίᾳ, *locutus ſum mundo*, Ioan. 10. *Si tu es Chriſtus, dic nobis palam*; Græcè, εἰπὲ ἡμῖν παρ'ρησίᾳ, Ioan. 11. *Ieſus iam non in palam ambulabat apud Iudæos*; Græcè, οὐκ ἔτι παρ'ρησίᾳ Paulus ad Coloſſ. 2. *traduxit confidenter palam*: Græcè, ἐδειγμάτισεν ἐν παρ'ρησίᾳ. Significat ergo hoc loco, eſſe in parrhſia; eſſe in publico, & in celebritate hominum, atque ore. Ideoque rectè interpres vertit, *quærit in palam eſſe*.

Ioan. 7.

Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo.

Eodem hæc tendunt. Si vel ſiquidem (inquiunt) hæc admiranda opera facis, Ieruſalem pete, & teipſum mundo manifeſta. Ne lateas in Galilæa, hoc die feſto; Ieroſolymam proficiſcere, quo ex toto orbe Iudæi confluunt: mundo te redde manifeſtum operibus admirandis.

Dubium eſt, quonam animo hæc conſanguinei Domini dixerint. Suadent Chriſto, vt Ieroſolymam proficiſcatur, & in celeberrimo Iudæorum conuentu miracula edat, ſeque mundo manifeſtum reddat. Hæc animo bono, & Chriſti gloriæ amante dicta exiſtimaremus, ſi non adiunxiſſet Euangeliſta illa verba: *Neque enim fratres eius credebant in eum*: quæ bono animo, & Chriſti claritatis ſtudioſo, dicta nõ eſſe indicant. Euthymius quidem exceſſit, ait enim ſuaſiſſe hos conſanguineos Chriſto profectionẽ in Iudæam, ut à Iudæis occideretur. Finis (inquit) eorum prauus erat, ab inuidia procedens, conabãtur ſiquidem illum in Iudæam pellicere, vt ab illis occideretur, qui eum quærebant interficere, &c. Ex Chryſoſtomo hanc opinionem hauſit; ſic enim Chryſoſtomus ſcribit homil. 47. in Ioannem; fortaſſe Chriſtum conſanguinei tradere Iudæis conſultabant, &c. Sequenda non eſt: non enim eſt probabilis. Idem Chryſoſtomus exiſtimat hos cognatos Chriſtum tùm timiditatis incuſaſſe, tùm gloriæ inanis; dubitaſſe præterea, an miracula, quæ edebat eſſent vera. Videtur (ait) principium ſermonis amicorum eſſe; ſed aſperrimè dicunt. Nam & formidinis, & inanis gloriæ eum inſimulant. Siquidem cùm dicunt; Nemo in occulto aliquid facit: & formidinis arguere, & ſuſpicari videntur, an quæ faceret IESVS, verè faceret. Illa autem particula, & quærit eſſe in palam, habet inanis gloriæ ſuſpicionem, &c. Sequitur Chryſoſtomum, Theophylactus, eadem addit Euthymius.

Quo animo conſanguinei Chriſto ſuaſerint petere Iudæã.

Euthymius.

Chryſoſt.

D. Auguſt. tract. 28. opinatur hoſce homines inani gloriæ fuiſſe ductos: Dabant (inquit) cõſiliũ Chriſto conſequendæ gloriæ, veluti ſæculariter, & terreno affectu mouentes, ne eſſet ignobilis, & latitaret, &c. Itẽ: Quare non credebant? quia humanã gloriã requirebant, &c. Et D. Cyrillus li. 4. in Ioan. ca. 32. Videntes (inquit) propinqui Chriſti miracula ab eo occultius in Galilæa fieri, ad inanem gloriam hortãtur; quaſi ad hoc ille ſigna faceret, vt laudẽ ab hominibus conſequeretur, &c. Rupertus ſimiliter Io. 7. Hi (inquit) conſanguinei gloriam huius mundi amantes vanũ Chriſto dilatandę glorię conſiliũ dabant, &c. Paulo inferius: Inuidiam (ait) teſtari hoc conſilum: Verba (inquit) propinquorum Chriſti non tàm beneuolentiam teſtantur, quàm inuidiam; quia non multum curabant, ſi interficeretur, qui vtique odium Iudæorum aduerſus ipsũ ignorare nõ poterãt, &c.

Theophyl.

Euthymius

D. Auguſt.

D. Cyrillus.

Rupertus.

Toletus putat cõſanguineos Domini dubitaſſe, an ipſe Meſſias eſſet; ideoque incredulitate ductos ſuaſiſſe Iudæam petere, vbi legis periti erant; vt eo in loco res hæc diſcuteretur.

Auguſt.

Exiſtimo potius cũ Aug. & Cirillo, hoc Chriſti cognatos inani gloria ductos ſuaſiſſe Domino, vt Ieruſalẽ peteret, & ĩ celeberrimo Iudeorũ cõuentu miracula oſtentaret. Hoc enim eorum verba præferunt. Obijcies,

Cyrillus.

Inani gloria ducti conſanguinei Domini.

Ioan-

Ioannẽ indicare hanc ſuaſionẽ ex incredulitate profectã, nõ ex inani gloria: ſubiicit enim: *Neque enim fratres eius credebant in eum*. Reſpondemus, Ioannis hunc eſſe ſenſum: ſic Chriſto ſuaſerunt propinqui, vt inanem captaret auram; quia Deũ eſſe, & Meſſiã non credebant. Si enim credidiſſent; non ſic ſuaſiſſent.

Euthym. Euthymius in illa verba: *Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo*; arbitratũ cognatos Chriſti eſſe ſuſpicatos miracula, quæ faciebat vera nõ eſſe; idem *Chryſoſt.* Chryſoſtomus, & Theophylactus o- *Theophyl.* pinantur, *Lyran.* Lyranus etiam, & Carthu- *Carthuſ.* ſianus, & *Maldon.* Maldonatus de miraculis conſanguineos dubitaſſe aiunt. Qđ ſi verũ eſt, verba illa; *ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo* dubitando prolata dicemus, hoc ſenſu; ſi hæc miracula facis, quæ te facere fama fert; vel ſi hæc miracula vera facis, non falſa, manifeſta teipſum mundo: tũm adiicit Euãgeliſta: *Neque enim fratres eius credebant in eum*; videlicet quia de miraculis dubitabant. Aliter ſupra hæc verba expoſuimus; *ſi hæc facis*: hoc eſt, ſiquidẽ hęc admirãda opera facis, *manifeſta teipſum mũdo*, qualia illa exiſtimẽt, non aperiunt. Sed cùm nõ crederent in Chriſtum, veriſimile eſt de miraculis inuidia obcęcatos dubitaſſe, forſitan verba hæc ex inuidia profecta ſunt. Nam ut ait Chryſoſtomus *Aliqui conſanguinei inuidi.* homilia 48. in Ioannem, conſanguinitas ſolet quodammodo inuidiæ haberi. Et Thophylactus, Ioann. 7. Solent (inquit) *Chryſoſt.* cognati inuidere, &c. *Theophyl.* Pręterea, vt Chryſoſtomus ait, inanis gloriæ tacitè inſimulare videntur Chriſtũm, & vt Iudæam veluti operum ſuorum theatrum petat, ſuadere.

CAPVT II.

Morale.

Ipſe ſimauit faciem ſuam, vt iret in Ieruſalem.

Firmanda facies, animuſque, ne periculis, laboribus, & tentationibus ſuccumbamus, iuxta illud poetę. *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.* *Virg. 6. Aen.* Vt enim Seneca ait epiſtola in noua aditione 104. *Seneca.* *periculis magis patemus auerſi*, & epiſtola 79. Quemadmodum pernicioſior eſt hoſtis fugientibus; ſic omne fortuitum incommodum magis inſtat cedenti, & auerſo, &c.

Quemadmodum aduerſus hoſtes arcus intenditur, remiſſus enim nihil prodeſt; ſic aduerſus pericula, & labores intendendus animus eſt, atque vultus; formidine *Firmanda facies aduerſus labores, & animus.* namque laxatus nihil poteſt. Marcus. Tullius Tuſcula. 2. in omnibus (inquit) officiis perſequendis, animi eſt adhibenda contentio. Ea ſola eſt officij tamquam cuſtodia. Et ſimilitudine hoc illuſtrat huiuſmodi; vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua, preſſum depellit omnem ponderum. Remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Hæc ille. Obfirmatione opus eſt, (ait Hieronymus ſupra citatus) & fortitudine, ad paſſionem ſpõte properanti, &c.

Obfirmat æger faciem aduerſus amaram potionem eàm quæ haurit; obfirma tu faciem aduerſus amarum laborem pro Deo oblatum, eùmque patienter ferto. Quæ mollia ſunt diſſoluuntur, ac cedunt; quæ firmata, duraque ſunt durant, ac reſiſtunt. Eundem in modum mollis animus metu ſoluitur, & cedit; aduerſus pericula, laboreſque obfirmatus durat, & perſiſtit. Ezechi. 3. *Vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam; ne timeas eos, &c.* *Ezech. 3.9* Adamantina opus eſt faciei, & cordis obfirmatione, ac conſtantia, *Conſtantia* vt periculis ac laboribus eamus obuiam. Cor minimè firmatum, citò è loco deiicitur, in quo ſtat; bene firmatum commoueri nequit. Irruant è cœlo turbines, procelloſique imbres, irruant è terra flumina, ipſaque maria; vt firmamentum ſit in medio aquarum, tempeſtatum, aduerſarumque omnium rerum; iuxta illud Geneſis. primo. *fiat firmamentum in medio aquarum*. Noeticæ inſtar

ſtar

Digitized by Google

ſtat Arcæ nunquam demergitur, de qua D. Auguſtinus libr. 1. de Geneſi contra Manichæos cap. 23. Arca (inquit) firmamentum erat inter aquas

D. Auguſt. inferiores, in quibus natabat, & ſuperiores, quibus compluebatur, &c.

Vt generoſus equus abſque pauore prælium aggreditur; ſic generoſus Chriſti miles. Exultat audacter,)qd̃ A de equo dicit Iob. 39. *in occurſum pergit armatis; contemnit pauorẽ, nec cedit gladio, &c.* Et poeta,

Iob 39.

Nec vanos horret ſtrepitus, illi ardua ceruix.
Luxuriatq; toris animoſũ pectus, &c.

Prou. 28. Prouerb. 28. cũ leone confertur. *Iuſtus* (ait Salomon) *quaſi leo confidens,* B *abſque terrore erit &c.* Vide leonem cõfidentem non ſuis, ſed Dei viribus.

Pſal. 26. & 45. Pſalm. 26. *Si conſiſtant* (inquit) *aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prelium, in hoc ego ſperabo, &c.* Et Pſalm. 45. *Deus noſter refugium, & virtus,* id eſt, fortitudo, *adiutor in tribulationibus.* Sequitur: *Propterea nõ timebimus, dum turbabitur terra,* C *& transferentur montes in cor maris, &c.* Vide obfirmatam leonis faciem, Act.

Act. 21. & 12. Pauli conſtantia & firmitas animi in paſſione pro Chriſto toleranda. 21. Cùm propheta Agabus prædixiſſet Paulum in Ieruſalem alligandum, gentibùſque tradẽdum, rogarèntque diſcipuli flentes, ne vrbem peteret; fortiſſimus leo facie, animòque obfirmato in hunc modum reſpondit: *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non ſolùm alligari, ſed &* D *mori in Ieruſalẽ paratus ſum propter nomen Domini IESV, &c.* Itaque cùm firmatum animum à ſententia depellere non poſſent, quieuere. Iam verò quàm firmatam aduerſus mortem aduerſaſque res omnes faciem haberet, ſatis ſuperque illa indicant verba epiſtolæ ad Romanos cap. 8. *Quis*

ad Rom. 8. 35. *nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas?* E *an periculum? an perſecutio? an gladius?* & alia ſequentia. Similes leones martyres fuere, qui obfirmata facie ſubiere pericula. Tu quoque faciem firma, vt eas in Ieruſalem, non terreſtrem, ſed cœleſtem. Arcta enim via firmatum poſtulat vultum, firmatumque pectus, & ad labores perferendos audax; ſi audeas, quæ difficilia videntur, ſuperabis. Nam ut Seneca ait epiſtol 103. nouæ editionis. Non quia difficilia ſunt non audemus; ſed quia non audemus, difficilia ſunt, &c. Senec.

Manifeſta teipſum mundo.

Suaſerunt cognati Chriſto, ut Ieroſolymam proficiſceretur. non aiunt, proficiſcere Ieroſolimam, vt feſtum celebres tebernaculorum; ſed, vt manifeſtes teipſum mundo. Superbi, inaniſque gloriæ cupidi eſt, ſeipſum, ſuaque opera mundo manifeſtare; nihil, quod laude dignum videatur, in occulto agere, hinc illud Chryſoſtomi hom. 2. in Ioannem de inanis gloriæ cupido: Quidquid facit alio rum gratia facit, &c. Ornatè ſe induit, faciem componit, famulorum caterua ſtipatur, aliorũ gratia facit, vt manifeſtet ſe ipſum mundo. Theatro delectatur gloriæ vanę mancipium, fugit ſolitudinem. Solus eſſe nõ poteſt, oculos, & aures, quibus ſe vẽditet, inquirit. Vnde Seneca lib. 14. epiſtola 95. Ambitio (inquit) ſcenam deſiderat. Item: vbi ſpectator abſceſſit, vitia ſubſidunt; quorum monſtra, ri, & conſpici fructus eſt. Quis eam quam nulli oſtenderet, induit purpuram? Quis poſuit ſecretam in auro dapem? &c. Paruo contenta natura eſt ſi ſola ſit; quia verò multorum oculis ſe oſtentat, concupiſcit multa, quibus exornata, ſiue potius onerata appareat. Quamobrem idem philoſophus eadem epiſtola præclarè ait: Ne concupiſcamus efficies; ſi vt non oſtendamur effeceris, &c.

Inanis gloria cupidus quid quid facit, aliorum gratia facit, vt videatur. D. Chryſoſt. Seneca. Natura *paruo contenta eſt.*

Dies feſtus Iudeorum Scenopegia.

Tabernacula dici corpora noſtra perſpicuum eſt, in corpore enim veluti in tabernaculo viuit animus. Vnde illud 2. Petri. 1. *Quamdiu ſum in hoc tabernaculo,* id eſt, quamdiu ſum in corpore; item: *Certus ſum, quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, &c.*

Corpus eſt tabernaculum. 2. Pe. 1. 13. 14.

Id

Digitized by Google

2.Cor.5.4. Id eſt, corporis mei. Et illud Pauli 2.Cor.5. *Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati.* Id eſt, in hoc corpore. Horum tabernaculorum dies hi, operis ſunt atque laboris, etenim quamdiu vitam hoc in orbe terrarum traducimus, & opera ſancta præſtanda, & labores ſancti ſunt tolerandi. Cùm dies extremus aderit, A tunc tabernaculorum noſtrorum feſtum aderit, gloria pleniſſimum. Tūc tabernacula hæc, quæ mors euerterat, erigentur, admirabiliterque à Deo rurſus extruentur. Itaque tabernaculorum noſtrorum, id eſt, corporum, feſtus dies, erit reſurrectionis ille dies, quo in vitam ſummo ſplendore, immortalitate, agilitate, ſubtilitateque donata, nunquam caſura excitabuntur. B Sic D.Cyrillus exiſtimat li.17. de adoratione: Arbitramur (inquit) ſcenopegiam eſſe ſpiritalem, ac veriorem illam humanorum corporum compactionem, cùm ab interitu qui interuenerat ad incorruptionem reuiuiſcunt, &c. Similiter Theophylactus Ioann.7. Scenopegia (inquit) ſignificat reſurrectionem, quando C omnes quidem fructus noſtrorum operum conſummantur, tabernaculaque noſtra per mortem deſtructa, iterum conſtruuntur, &c.

Tabernaculorum feſtum dies reſurrectionis.

D.Cyrillus

Theophyl.

Feſtum tabernaculorum, id eſt, corporum, agent ſancti reſurrectionis tempore, improbi verò, ac voluptarij homines hoc feſtum hic agunt, cùm tabernacula ſua, id eſt, corpora ſaginant voluptatibus, ornāt, atque D comunt. Sed feſtum huiuſmodi, in æternum conuertetur luctum. Non eſt huius temporis tabernaculorum id eſt, corporum feſtum, ſed æternitatis. Hic anima cæleſtibus ſaginãda eſt dapibus, & cæleſtibus decorãda ornamentis. Corpus verò pœnitentia, humilitate, abiectione macerandum. Omnia amatorum mundi feſta tabernaculorum ſunt. i. vtilium E tuguriotum, quæ paulò poſt mors euertit, redigitque in cinerem. Quid ſunt honor, & quid dignitates, quibus magnopere lætamur, & diem feſtum agimus? Nonne mundi huius tuguria quædam, mox diſſipãda, mox deferenda? Sub hederæ virentis vmbra veluti ſub tabernaculo ſedebat Ionas ſumma affectus lætitia. Ionæ 4. *Lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna &c.* Sed quam longo lætitia hæc durauit tempore? Audi ſequentia; *Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum: & percuſſit hederã, & exaruit. Et cùm ortus fuiſſet ſol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti: & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat, &c.* Eundem in modum ſub honorum, diuitiarum, dignitatum, voluptatumque vmbra amœna, veluti ſub hedera, tabernaculisvè, ex lætis arborum frondibus, ac floribus conſtructis, mūdi amatores vitam agūt, lætitiaque exultant. At non longo manet tempore. A Deo præparati mortis vermes hæderam, amœnaque tabernacula arrodunt, exareſcunt ſubdito omnia, caput iuſtitiæ ſol percutit, ignibus æſtuant, qui amœnitate tabernaculorum oblectabantur, tabernacula verò ipſa ex frondibus conſtructa eſſe breui temporis ſpatio areſcentibus, non recordabãtur.

Improbi hic agunt feſtum tabernaculorum.

Ionas 4.

Longè aliter ſancti viri feſtum tabernaculorum hic Deo celebrant. Videlicet ſe peregrinos eſſe intelligūt cùm domos, palatia, honores, mundique gloriam, & opes, veluti tabernacula, paruique temporis tuguria aſpiciunt, & veluti per ſolitudinem, terram repromiſſam petunt. Auguſtinus tractat. 28. in Ioan. ipſe (inquit) dies feſtus tabernaculorum. Chriſti membra peregrinatura ſignificabat. Item: Modò antequam ad patriam promiſſionis veniamus, in deſerto, in tabernaculis ſumus. Ille eſt in tabernaculis, qui ſe eſſe in mundo intelligit peregrinum, &c. Hic feſtus dies Dei eſt, quia lætitiam parit Deo, & cælo. Origenes homilia 23. in libr. Numerorum: lætatur (inquit) Deus ſuper te, cùm te viderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem, cùm te viderit non habere fixum, & fundatum animum, ac propoſitum ſuper terras, neque deſiderantem quæ terrena ſunt: ſed velut in tranſitu poſitum, & ad patriam paradiſi feſtinantem, ac dicentem, incola ego ſum, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Cùm ergo incola fueris, & peregrinus

Viri probi hic peregrini ſunt.

D.Auguſt.

Origenes.

nus in terris,& nõ eſt mens tua fixa, & radicata in deſiderijs terrenorum ſed paratus es,vt citò tranſeas,& paratus es extendere te ſemper ad anteriora,vſque quo peruenias ad terrã fluentem lac & mel,Si te,inquam,poſitum in his videat Deus, lętatur in te,& diem feſtum agit ſuper te. Hactenus Origenes.

D.Hieronymus Zachariæ 12. feſtum tabernaculorum agendum docet, cum ramis ligni pulcherrimi. i. Sapiẽtiæ,quæ arbor eſt vitę pulcherrima,& cum ramis palmarum.i. cum vitiorum uictoria,cum ramis quoq; myrti, & ſalicis.i.cum caſtitate, ipſius Hieronymi verba accipe: Quãdiu(inquit)in profectu ſumus, & in curſu, atque certamine, habitamus in tabernaculis,hoc omni mente nitentes,vt de tabernaculis ad ſtabilẽ ſedẽ trãſeamus.i.domum Dei,&c.Itẽ Qui in tabernaculis habitat, & ad templum Domini ire feſtinat, debet celebrare ſolennia tabernaculorum, in ligno ſapientiæ pulcherrimo, de quo Prouerb.3.dicitur *lignũ uita eſt omnibus,qui appropinquant ei;* Et in ramis palmarum, in quibus ſignũ victoriæ,& virtutis præmium continetur,& in frondibus denſiſſimæ arboris,quam myrtum Iudæi intelligunt,propter mortificationem carnis,ac libidinum.Et in ramis ſalicis, & populi,quam quidam vnam arborem vocant. Ipſumque ligni nomen quod Græcè dicitur,ἁγνὸς,indicat caſtitatem.Aiunt medici, & ij qui de verborum & herbarum ſcripſere naturis,quòd ſi quis florem ſalicis,ſiue populi,mixtum aqua biberit, omnis in eo frigeſcat calor,& libidinis vena ſiccetur, vltraque filios generare non poſſit. Hæc ille. Sequitur autem ſeptuaginta interpretum verſionem ſic enim illi vertunt Leuit.23. *Sumetis die primo,fructum ligni ſpecioſum, & ſpatulas palmarum, & ramos ligni denſos, & ſalices; & agni ramos de torrente, &c.* Græcè,ἄγνυ,Hieronymus vertit, *populum*, editio correcta nomen Græcum agni retinuit. Editio regia habet: ſumetis & ſalices & agni caſti ramos,ex torrente,&c. Nomen Græcum,ἁγνὸς, mundum ſignificat, purum,& caſtum, ἁγνὸς etiam plantam ſignificat, verti t à Gaza apud Theophraſtum amerina,apud Ariſtotelẽ, vitex. Eſt autem vitex frutex in arborem aſſurgens,in fluminum ripis ac torrentium alueis naſcens, ramis prælongis, lentiſque, folijs oliuæ, ſed mollioribus.Amerina,ſpecies eſt

A ſalicis. Chaldæus lignum pulcherrimum vertit arborem ethrugin.eſt autem ethrug,citrum.

Tabernaculorum feſtũ quomodo ſit agendũ.

D.Hieron.

De ramis feſti tabernaculorũ.

Agnus plantam ſignificat.

CAPVT III.

De itinere Chriſti in Iudæam per Samariam.

B *Tempus meum nondum aduenit.*

Reſpondet Chriſtus conſanguineis manſuetè. tempus meum, vt proficiſcar in Iudæam, & Ieruſalem, nondum adeſt, ideoque modò non proficiſcar. D.Auguſtinus tract. 28. in Ioan. de tempore manifeſtandæ gloriæ intelligit. Dixerant conſanguinei; manifeſta te ipſum mun-

C do ad cõparandam gloriam. Reſpondet Dominus,vt Auguſtinus ait, tempus gloriæ meæ nondum venit: tempus autem veſtrum, id eſt,mundi gloria,*ſemper eſt paratum.* Et interlinearis Gloſſa: tempus gloriæ reſurrectionis,& aſcenſionis meæ nondum aduenit.D.Cyrillus de Chriſti manifeſtatione interpretatur. dixerunt: manifeſta te ipſum mundo: reſpon-

D det ex ſententia Cyrilli:Nondum palam faciendi omnia tempus adeſt,cũ Iudæorum animus ſine ira doctrinã meam pati nequeat: Neque etiam tempus adeſt, ut gentibus hæc omnia tradantur,&c. Chryſoſtomus de tempore mortis Chriſti agi putat. Fortaſſe(inquit)eum tradere Iudæis conſultabant, & ob hoc reſpondit: tempus meum nondum aduenit,hoc

E eſt, crucis, & mortis. Quid ante tempus,vt moriar properatis? &c. Similiter Theophylactus de tempore crucis exponit, & Euthymius ſimplicius de tempore proficiſcendi Ieroſolymam interpretabimur hoc pacto; tempus petendi Ieroſolymam nondum aduenit. Græcè ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς

D. Auguſt.

Quodnã ſit illud tempus Chriſti quod nondum aduenerat.

Cyrillus.

Chryſoſt.

Theoph. Euth.

πάρεστι

πάρεστι, Ideſt tempus meum nondum adeſt. Sic exponunt Dionyſius Chartuſianus, Caietanus. Titelmannus, Ianſenius, Toletus. Probăt hunc ſenſum verba ſequentia: *Tempus veſtrum ſemper eſt paratum.* De tempore proficiſcendi in Iudæam vtrobique ſermo eſt. Meum tempus abeundi Ieroſolymam nondum adeſt; veſtrum vero tempus abeundi ad celebrandum feſtum ſemper eſt paratum. Poteſtis enim cùm libuerit proficiſci.

Non poteſt mundus odiſſe vos, me autē odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala ſunt.

Reddit rationem cur tempus conſanguineorum ſit paratum; ſuum verò tempus nondum adſit, Ieroſolymis (inquit) nullum vobis imminet periculum; nullus ibi eſt, qui vos odio habeat. Non enim poſſunt mundi amatores odiſſe vos ſibi ſimiles. Nam ſimile diligit ſimile. Non incuſatis mundi amatorum facta id circo vos non inſectantur. At ego illorum vitia arguo; ideoque odio me proſequuntur. Ergo quocumque libuerit tempore Ieroſolymam poteſtis petere; nemo vobis ibi perniciē machinabitur. Meum autem tempus nondum adeſt; quoniam hoſtes ibi habeo, qui vita me cupiunt priuare.

Vos aſcendite: ego enim non aſcenda, &c.

Chriſtus quō ſe dixerit non ire. quo demū iuit.

Iubet cognatos Ieroſolymam ire, vt tabernaculorum feſtiuitatem celebrent: ſe verò non iturum affirmat quod eundi tempus nondum ſit completum. At dices, poſteà iuit; ergo quod verbo dixit, facto nō prǽſtitit. Aduerte Græcè ſic legi, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω. id eſt, *ego nondum aſcendo, vel nōdum aſcendam*; ſenſus ergo noſtræ verſionis eſt, vos aſcendite ad celebrandum feſtum, ego non aſcendam hunc vobiſcum; vel, nondum aſcendò, quia tempus proficiſcendi nondum mihi impletum eſt: poſteà verò aſcendit. Nulla itaque in dicto, & facto, eſt diſcrepantia. Euthymius; dixit Dominus: nondum aſcēdam; hoc eſt, non nunc aſcendam, eo quòd nūc vigeat excandeſcentia Iudæorū, &c.

Euthym.

Chriſoſto.

Et Chryſoſtomus; dixt Dominus nō aſcendam adhuc, ideſt, Vobiſcum, quia tempus meum nondum eſt impletum, &c. Eodem modo Theophylactus exponit. Non aſcendam nunc ad feſtum vobiſcum. D. Cyrillus interpretatur in hanc ſententiam: Ego non aſcendam ad diem feſtum hunc celebrandum; quia vmbra eſt, & typus futuri. Ego (ait Cyrillus) cui vmbræ iam cordi non ſunt, non aſcendo; quia per figuras celebrare iucundum non eſt. Expecto autem veræ ſolennitatis tempus, quod nōdum impletum eſt. Tunc enim in ſplendore ſanctorum, cum eis conuiuam in gloria Patris; &c. Si obijcias poſtea aſcendit ad celebrandum feſtum. Reſpondet Cyrillus, non aſcēdiſſe ad feſtum celebrandum, ſed ad docendum; Non aſcendit (inquit) feſtum diem acturus, ſed admoniturus potius, & ad vitam ęternā doctrina illos ſua reuocaturus, &c. Et Theoph. Non aſcendit diem feſtum acturus; ſed doctorus, & non cum hilaritate, qua ſolent celebraturi ferias, ſed clam, &c. Eſt & alia interpretatio huiuſmodi; Non aſcendam ad diem feſtum hunc; id eſt, ad initium feſti; ſed poſteà, mediante enim feſto aſcendit vt ait Ioannes, Prima interpretatio placet.

Ego non aſcendam ad feſtum, & poſtea aſcēdit non manifeſtè: quomodo ſit uerum.

Theophyl.

Aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

Chriſtus quomodo Ieroſolmū venerit.

Abierunt Ieroſolymam Chriſti conſanguinei; ipſe in Galilæa manſit paulò poſt Ieroſolymam profectus eſt, non manifeſtè, neque omnino occultè, ſed quaſi occultè. Diſcipulis enim comitatus iter faciebat, non tamen concionabatur, hominūque multitudinem poſt ſe trahebat. D. Auguſtin. myſticè exponit, aſcendiſse Chriſtum ad diem feſtum in occulto; quoniam ipſe dies feſtus, occultus erat Chriſti typus. Non vacat (inquit) quod latenter aſcendit Chriſtus ad diem feſtum; quia ipſe latebat in ipſo die feſto; quia ipſe dies feſtus Chriſti membra peregrinatura ſignificabat. &c.

Auguſtin.

Miſit

Miſit nunti os ante conſpectum ſuum.

Qui ex Galilæa Ieroſolymam petit, Samariam pertranſit, quia media interiacet. Cùm igitur Dominus iter faceret, (vt Lucas ait ca. 9.) nuntios ante ſe miſit, vt hoſpitium in Samaria prepararent, Græcè ἀπέστειλεν A ἀγγέλους, Ideſt, *miſit angelos*. Ideo D. Hieronymus in Epiſt. ad Algaſiam, quæſt. 5. Sic ſcribit; Et miſit nuntios, ideſt, angelos, ante faciem ſuam. Iuſtum enim erat, vt Dei filio angeli miniſtrarent; ſiue angelos Apoſtolos vocat, &c. Hæc ſecunda opinio eſt probabilior; angeli enim nomen nũtium ſignificat. Ingreſſi illi ſunt ciuitatem Græce κώμην, ideſt, vicum, B vt Hieronymus vocat Samaritanorum. At Samaritani Chriſtum excipere noluerunt; reddit cauſam Euangeliſta; quia firmauerat faciem ſuam vt iret in Ieruſalem; vt ſupra dictum eſt.

D. Hieron.

Quinã fuerint nuntij à Chr. ſto miſſi.

Samaritani excipere noluerunt Chriſtum.

Quia facies eius erat euntis in Ieruſalem.

Samaritani templum in monte Garizim extructum habuerunt, de quo ſatis diximus tom. 1. lib. 5. cap. 25. & tomo 2. lib. 4. cap. 10. Id templum ante Chriſti tempus ab Hyrcano ſolo æquatum eſt, ut oſtendimus eodem loco, forſitan aliud poſtea Samaritani exædificarunt. In hoc tum ipſi confluebant, tum Iudæos potius, quã in templum Ieroſolymitanum conuenire volebant. Lege quæ diximus tom. 2. lib. 4. cap. 10. ad illa verba Samaritanæ; *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, &c.* Quia igitur Chriſtus Ieroſolymam potius, quàm montem Garizim, ad feſtum tabernaculorum celebrandum petebat; Ideò hoſpitio illum excluſerunt. hoc eſt, quòd ait Euangeliſta: *Non receperunt eum quia facies eius erat euntis in Ieruſalem:* hebraiſmus eſt, ideſt, quia Ieruſalem petebat, non autem montem Garizim. D. Bonauentura Luc. 9. Non ſuſceperunt Samaritani Chriſtum, quia cognoſcebant, quòd iret in Ieruſalem, ad colendum Deum iuxta ritum Iudaicum, &c. D. Hieronymus loco citato, Epiſtolæ ad Algaſiam, putat propterea excluſum a Samaritanis Chriſtum, quòd Iudæus eſſet, & ad hoſtes Samaritanorum pergeret Ieruſalem, diſſidebant enim odio Samaritani a Iudæis. Iudæum (inquit) eſſe cognoſcunt, & quaſi Iudæum, atque alienum, & eum qui ad inimicos pergeret, ſuſcipere noluerunt, &c. Aliter idem Hieronymus eodem loco ait, non excepiſſe Samaritanos Dominũ, quoniam ille ab illis noluit excipi, vt in Ieruſalem properaret. Erit ſenſus: Non receperunt eum, quia recipi noluit; erat enim facies eius euntis in Ieruſalem. ideſt, in Ieruſalem iter habebat, & nolebat apud Samaritanos diuerſari. Theophylactus: Euangeliſta (inquit) dicit, quòd non ſuſceperunt eum, deinde quaſi interrogaſſet quiſpiam. Numquid impotens erat? An non valebat etiam illis nolentibus ingredi? Dicit, Non ideò impotens fuit, ſed quia noluit illuc ire, ſed Ieroſolymam. Quoniam niſi hoc fuiſſet, etiam inuitis illis in caſtellum ingreſſus fuiſſet. Sic Theo C phylactus. Et Hieronymus: Quamquam (inquit) & alia nobis ſubijciat intelligentia, quòd voluntatis Domini fuerit non ſuſcipi a Samaritanis, quia feſtinabat ire Ieruſalem, ibique paſſione occupatus ſuſceptione Samaritica, & doctrina illius gentis, paſſionis differret diem, &c. At verò Chriſtus longo poſt tempore mortem ſubijt, non ergo fuit cauſa, cur D a Samaritanis non exciperetur properans in Ieruſalem. Præterea ſi apud Samaritanos diuerſari noluiſſet, nuntios ad parandum hoſpitiũ non miſiſſet.

Samaritanorum templũ vbi foret.

Cur Samaritani Chriſtum excipere noluerunt.

Ionas 4.

D. Bonauẽtura.

D. Hieron.

Theophy.

Dubium exoritur, Cur Samaritani noluerint Chriſtum excipere, ſi quidem, vt dictum eſt Ioann. 4. in eũ iam crediderant? Reſpondetur illos, qui crediderunt Ioan. 4. alios fuiſſe: E Multa enim erant Samaritanorum oppida. Poteſt alius eſſe horum verborum ſenſus huiuſmodi: *Non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ieruſalem;* hoc eſt. Noluerunt recipere Chriſtum, quia ipſe nolebat apud eos manere, eoſque docere, ſed tantum

Cur. Chriſtus a Samaritanis exceptus nõ ſit cum tamen antea in eum credidiſſent.

tantum feſtinanter tranſire in Ieruſalem. Sed prima interpretatio præcellit.

Vt dicimus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos?

De nuntijs miſſis.

Qui fuerint nuntij à Chriſto miſſi, non aperit Euangeliſta; fortè aliqui fuere ex Apoſtolis, potuerunt etiam alij eſſe. Euthymius arbitratur Iacobum fuiſſe, & Ioannem. Propterea quòd indignati dicantur ignē è cęlo euocare voluiſſe. Coniectura tenuis eſt; ſi hi fuiſſent, id non prætermiſiſſet, Euãgeliſta, vt intelligeremus indignationis causã. Res ſic ſe habuiſſe videtur. Miſit nūtios Dominus, repulſi ſunt; id viderunt quidem Apoſtoli omnes, qui Chriſtum comitabãtur; Iacobus tamen, & Ioannes, ardentiori zelo inflammati Chriſto dixerũt; vis Domine, vt ignem è cœlo euocemus, qui hoſce impios Samaritanos exurat? & illatam tibi iniuriam vindicet? Venerat in mentem Elias, qui 4. Reg. 1. ignem è cœlo deduxit, & regis Ochoziæ milites exuſſit. Similem in modum illi Samaritanos voluerunt perdere, & factam Chriſto iniuriam vlciſci. Diſcipuli (ait Hieronymus ad Algaſiam) vlciſci nitũtur iniuriã, & imitari Eliã, ad cuius vocem duos pentecontarchos militum, ignis abſumpſerat, &c. Syriacũ Euangelium ſic habet; Vis dicimus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos, ſicut & Elias fecit? Græcè quoque ſic habetur; ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε. Ideſt, *Sicut & Elias fecit*.

4. Reg. 1.

Elias ignē è cælo deduxit.

Neſcitis, cuius ſpiritus eſtis.

Eliæ annuit Deus 4. Reg. 1. ignem è cœlo in milites regis Ochoziæ iaculatus eſt, duobus Apoſtolis non annuit; igne Samaritanos noluit abſumere, quin potius illos arguit. *Neſcitis* (inquit) *cuius ſpiritus eſtis* Græcè, οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς. ideſt, *neſcitis qualis ſpiritus eſtis vos*. Spiritus ſecundi caſus eſt. Primus ſenſus eſſe poteſt: Neſcitis qualem nunc habeatis ſpiritũ, quo ipulſi ignē in Samaritanos è cœlo vultis euocare; neſcitis non eſſe ſpiritũ bonũ, & meis diſcipulis cōſentaneũ. Secundus; Neſcitis, qualis ſpiritus eſſe debeatis; neſcitis ad qualem, vel quem ſpiritũ vocati eſtis, nempe manſuetudinis, & non vindictæ. Non eſt igitur ignis è cęlo deuocandus; ſed patienter repulſa ferenda. De clementiæ, & manſuetudinis ſpiritu Chriſtũ loqui, docet Dionyſius Areopagita, in epiſtola ad Demophilũ his verbis: Diſcipuli (inquit) tunc clemēti, benignoque ſpiritu carebant, &c.

Apoſtoli arguuntur.

Manſuetudinis ſpiritus.

Dionyſius Areop.

Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.

Reddit rationē, cur Samaritani igne non ſint abſumendi; videlicet, quoniam non venerat in terras, ad perdēdos, ſed ad ſeruandos homines. Vnde habere nomen voluit à ſalute. IESVS enim ſeruatorem ſignificat. Non venit IESVS vt perdat, ſed ut ſeruet; ex Ieſu ſalus eſt; ex homine pernicies. ſi perit homo, ipſe ſibi damnationem parit; Ieſus ſalutem affert. Diſcipuli (inquit) neſcitis, cuius, vel qualis ſpiritus eſtis; nō eſtis ſpiritus vltionis, ſed manſuetudinis; Nolite hac in re Eliam imitari, qui milites Ochoziæ igne incendit; me potius imitamini, qui non veni in mundum, vt homines perdam, ſed vt ſeruem. Nullum Samaritanis Dominus damnum inferre voluit, qui illum excipere hoſpitio noluerunt, ſed illis relictis in alium pagum abijt.

Ex Ieſu ſalus eſt, ex homine pernicies.

CAPVT IIII.

De itinere Domini per Samariam. Morale.

Moraliter illa uerba; *tempus meũ nondum aduenit, tempus autē veſtrum ſemper eſt paratum*: de mundi cōtemptoribus, & amatoribus Auguſtinus interpretatur. Etenim eorũ, qui gloriam, mundique voluptates contemnunt, tempus nondum aduenit; aduenietur tũc, cùm æterna aduenerit glo-

Auguſt.

gloria, æternaq; voluptas. At eorũ q mundum amant, tempus ſemper eſt paratum. hic enim inanem gloriam, honores, delicias habent, quas exoptant. Itaque mundi contemptor his ſe verbis corroboret: Tempus gloriæ veſtræ, ò mundi amatores, ſemper eſt paratum in terra: at tempus gloriæ meæ nondum venit. Veniet paulo poſt, interim ferẽda ſunt amara, vt ueniant dulcia. Vobis dulcis nunc propinatur potio, paulò poſt amariſſima propinabitur. Ego amaram nunc haurio, dulciſſimam expecto. Auguſtinus tract. 28. Quando (inquit) nobis inſultant amatores huius ſæculi dicamus eis; tempus veſtrum ſemper eſt paratum; tempus noſtrum nondum venit, Nobis enim dixit Apoſtolus ad Coloſſ. 3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*. Quando veniet tempus noſtrum? cùm Chriſtus (inqt Apoſtolus) apparuerit vita veſtra, tũc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. hæc Auguſtinus.

Mũdi amatorum tempus hoc. *D. Auguſt.* *Coloſſ. 3.* *Tempus sãctorum poſt hoc.*

Mundi amatores voluptatis tempus præripiunt, & anticipant, quia expectare gloriæ, & veræ voluptatis debitum tempus nolunt, idcirco pereunt. Væ tibi terra (ait Salomon Eccl. 10.) cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt, Illi mane comedunt, qui ante debitum alterius vitæ tempus gloria, lætitia, & voluptate paſci in hoc mundo volunt. Principes (ait Rupertus Ioan. 7.) qui mane comedunt, potentes, & ſuperbi mundi dilectores ſunt, qui dum in hac vita ſua bona recipiunt, vt in futuro crucientur, quaſi mane comedunt, ut hora cœnæ a conſortio comedentium ſecludantur, &c. His væ inclamatur. Sancti verò qui mundum deſpicatui ducunt, tantiſper expectant, donec hora adſit cœnæ, & tempore ſuo comedunt, ſuauiſſimèque epulantur, videlicet, poſt hanc vitam. Eodem capite adiungit Salomon: Beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo &c. In tempore ſuo ueſcuntur ſancti, qui hic manè nolunt comedere. D. Hieronymus Eccleſ. 10. ſancti (inquit) nec comedunt manè, nec velociter. Non enim in præſenti ſæculo quærunt voluptatem. Sed tempore ſuo manducabunt, cùm retributionis tempus aduenerit, &c.

Eccleſiaſt. 10. *Dilectores mundi mane comedunt intẽpeſtiuè Rupertus.* *Sãcti comedũt tempore ſuo.* *D. Hieron.*

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc.

A Ad celebrandos dies feſtos mente, & operibus aſcendendum eſt. ille aſcenſu feſtum celebrat, qui ieiunio ſe ante præparat, qui peccata confeſſione delet, qui auguſtiſſimæ Euchariſtiæ epulo perfruitur, qui ſacrũ qui concionem attentè, ac deuotè audit. Aſcendite ad diem feſtum hunc, ait Chriſtus; aſcenſu feſtos honoremus dies, deſcenſum, ideſt, in peccata lapſum diligenter caueamus. Lege Gregorium Nazianzenum orat. 6. qua docet quomodo dies feſti ſint agendi. Inter alia; Demus ait, operã, ne ſancta impurè, & ſublimia demiſsè, & honore digna turpiter, & vt vno verbo dicam ſpiritalia terrenè celebremus, &c. Et aliter Gregorius magnus lib. 11. Epiſtol. 3. Dominico (inquit) die, a labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodo orationibus inſiſtendum. Vt ſiquid negligẽtiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis dominicæ (ideſt, per diem dominicum) præcibus expietur, &c.

(Line-start letters B and C stand in the margin beside "ta lapſum" and "dum eſt" respectively.)

Feſti dies quomodo celebrãdi. *Nazianzenus Greg.* *D. Greg. Dominicus dies.*

Vis dicimus, vt ignis deſcendat de cælo.

D Filios tonitrui appellauit Chriſtus duos fratres Ioannem atque Iacobum Marc. 3. vt filij tonitrui fulgurant, ignemque è cœlo eiaculari volunt. Vnde Ambroſ. Benè, inquit, præſumunt, quia ad ſermonem ſuum ignis de cœlo deſcenderet, quoniam filij ſunt tonitrui, &c. Animo feruidi videntur fuiſſe, ideoque fortè filii tonitrui ſunt nominati. Repulſum à Samaritanis Dominum ægrè ferebant, ideoque zelo tracti iniuriam cupiebant vlciſci. Et carne erant fratres, & zelo erga Chriſti honorẽ. Animi acrimonia (ait Nazianzenus orat. 23.) cùm ad pietatem acceſſerit, zelũ parit, &c. Animi acrimonia præſtabant, acceſſit hæc ad pietatem, & peperit

E

Ioan. Et Iacobus filij tonitrui feruidi animo. *Zelus.*

Digitized by Google

peperit zelum. Eſt autem zelus laudabilis, ut ait idem Nazianzenus orat. 14 modò intra fines ſuos conſiſtat, is diſcipulorũ zelus laudabilis fuit, ſiquidem ex bono animo, & Chriſti amante eſt ortus; fines forſitam exceſſit, ſed Dominũ qui zelum regeret, conſuluerunt. *Vis (inquiunt) dicimus ut ignis deſcendat è cœlo? &c.* abſq; magiſtri voluntate nihil decernebãt facere. Quæres, An peccauerint? Reſpondet Ambroſius Lucæ 9. his verbis; Non peccant diſcipuli, qui legem ſequuntur; ſciebant enim & Phinees reputatum ad iuſtitiam, quia ſacrilegos interemerant Nu. 25. Et ad preces Eliæ ignem deſcẽdiſſe de cœlo, vt prophetæ vindicaretur iniuria. Sic Ambroſius: & Hieronimus quæſt. 5. ad Algaſiam; Diſcipuli quodãmdo verbis alijs hoc loquuntur; ſi ad ſerui Eliæ iniuriam ignis deſcendit de cœlo, & non Samaritas, ſed Iudæos cõſumpſit incendium; quantò magis ad contemptum filij Dei in impios Samaritas debet flamma ſæuire? &c. D. Bonauentura Luc. 9. ait hunc zelum non fuiſſe ſecundum ſcientiam; ideo (inquit) iſti duo Apoſtoli præcipuè hoc dixerunt; quia magni erant zelatores honoris Domini, unde poterat de eis dici illud ad Rom. 10. *teſtimonium perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundùm ſciẽtiam.* Sicut duo filij Iacobi Simeon, & Leui, zelo iniuriæ ſibi factæ commoti deſtruxerunt vrbem Sichimorũ Gen. 34. &c. Fortè aliquod peccatum venia le zelo fuit admixtum. Quorſum Chriſtus cùm ſciret ſe à Samaritanis excludendum, nuntios ad parandum miſit hoſpitium? Reſpondetur, ut diſcipuli diſcerent repulſam ferre.

An peccarint diſcipuli, qui ignẽ è cœlo in Samaritanos volebant deſcẽdere.

Ambroſius Hieronym.

Zelus non ſecundum ſcientiam.

Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.

Spiritus Euãgelicus non vindictæ, aut iracundiæ eſt, ſed manſuetudinis, ac patientiæ. Meminit huius ſpiritus Apoſt. ad Gal. 6. *huiuſmodi (inquit) inſtruite in ſpiritu lenitatis*, Eſt hic ſpiritus illi ſibilo auræ tenuis ſimilis, in quo Eliam allocutus eſt Deus, 3. Reg. 19. *Ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in ſpiritu Dominus: & poſt ſpiritum commotio, non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis, non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis, &c.* Non in ſpiritu grandi & forti, ideſt, ſuperbo eſt Dominus; non in commotione & perturbatione animi; non in igne A iracundiæ, ſed in ſibilo auræ tenuis, ideſt, humili, & manſueto. Corripere voluit Dominus Adamum, & punire, Ge. 3. ſed *venit ad auram poſt meridiem*; hoc eſt, non in igne, & feruore mediæ diei. ideſt, in iracundia: ſed in aura, & ſibilo manſuetudinis. Sic tu ſi quẽpiam punire velis, ad auram veni lenitatis, poſt meridiem iræ. Numquã B Chriſtus, cùm facillimè poſſet, iniuriam ſibi factam, dum in terris verſaretur, vltus eſt; nunquã è cœlo ignẽ in Phariſæos demiſit blaſphemantes, ac dicentes; *in Belzebub eiicit dæmonia; &: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Patienter omnia, ac manſuetè tulit. Spiritus Euãgelicus Agni eſt, non Leonis. *Diſcite à me* (ait Dominus Matth. 11.) *quia mitis* C *ſum, & humilis corde* Nõ receperunt eũ nunc Samaritani iter facientem: non receperunt eũ Iudæi è cęlo venientẽ, iuxta illud Ioa. 1. *in propria venit, & ſui eum non receperunt.* Neque in Samaritanos, neque in Iudæos, ignem è cœlo, cum facilè poſſet eiaculatus eſt. Non flammas in hoſtes, ſed lacrymas emiſit Luc. 19. *Vidẽs ciuitatem fleuit ſuper illã &c.* Lacrymis potius, quàm igne inimici proſequendi ſunt: quod ſi ignem D in hoſtes vis mittere; illum mitte, de quo Prouerb. 25. ait Salomon: *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitierit, da ei aquam bibere; prunas enim congregabis ſuper caput eius; & Dominus reddet tibi, &c.* Cibum, potum, & beneficia reliqua in inimicum confer, cœleſtem amoris ignem in caput eius E mitte, te & illum, diuina flamma incende, hic Euangelicus eſt Chriſti ſpiritus. Narrat magnus ille Dionyſius Areopagita in epiſtola ad Demophilum, Carpum quemdam zelo percitum à Deo poſtulaſſe, vt duorum hominum vitam, ſine miſericordia, turbine aliqua extingueret; quo-

Spiritus Chriſti nõ eſt vindictæ, ſed mãſuetudinis.

Ioan. 1.

Luc. 19.

Prouer. 25

Areopag. Dionyſ. Viſio Carpi.

quorum vnus à fide Chriſtianæ abhor
rens , alterum ad impiũ cultũ traduxe
rat. Vt diſcipuli Samaritanos , ſic ille
hos duos homines morte mulctari cu-
piebat. Quid Chriſtus? Viſionẽ Carpo
offert huiuſmodi: repẽte domũ in qua
ſtabat, agitari vidit; deinde à vertice ĩ
duas diuidi partes, & ante ſe magni lu
minis rogum è cęlo deferri: cœlum; ve
rò apertum, & in eius cardine Chriſtũ
angelis comitatũ ; in terra obſcurum
quemdam, ac tenebroſum hiatũ. Duos
verò illos homines, quibus malè pre-
catus fuerat, ad os hiatus tremẽtes, at-
que ex hiatu angues ſurſum ſerpentes
conſpexit, omnique ratione agentes ;
vt eos in voraginem pręcipites darẽt:
viros etiam quoſdã, qui unà cùm ſer-
pentibus in miſeros inuadebant exagi
tatione pulſus, & percuſſione. Itaque
decidere videbantur duo illi viri im-
Benignitas Christi. pij. At Carpus grauiter, quòd nondum
decidiſſent ferebat, conabaturque eoſ
dem impellere. Vertit in cœlũ oculos;
ecce Chriſtum miſericordia cõmotũ
è ſolio ſurgentem cernit ad os hiatus
deſcendentem, miſeriſque hominibus
benignam porrigentem manum; tùm
Carpo, feri me (inquit) iam: paratus
ſum enim rurſùm ſalutis hominũ cau
ſa mortem perpeti; mihique hoc per-
gratũ eſt, dum alij homines non pec-
cent. Vides benigniſſimum Chriſti ſpi
ritum ; non fulmen in impios è cœlo
miſit, quod Carpus optabat, ſed ma-
nũ, ut à peccato ſurgerent, porrexit.
Porrigit quidem manum & auxilium,
vt impius ſurgat; ſi nolit, æternis flã-
mis mancipat; præcedit miſericordia,
ſequitur iuſtitia.

Spiritus ſanctus manſuetæ colum-
bæ apparuit effigie ; hic ſpiritus eſt
Christi ſpiritus columbinus. Chriſti, columbinus, mitis, benignus ,
abſque felle dulcis. Scito igitur cuius
ſpiritus eſſe debeas , ô Chriſti cultor,
hoc ſpiritu iniurias vlciſcere; pro ini-
uria benignitatẽ, pro cõtumelia cari-
tatẽ, pro inſectatione redde beneficia.
Rom. 12. *Noli* (ait Paulus ad Rom. 12. *vinci à ma-
lo: ſed vince in bono malum.* Adiiciam &
Speciosa vindicta, vincere beneficiis. Ethnici ſcriptoris ſententiam. Vale-
rius Max. lib. 4. cap. 2. Specioſius (in-
quit) aliquantò iniuriæ beneficiis vin
cuntur , quàm mutui odij pertinacia
penſantur , &c. Eximia ſpecioſaque
uictoria eſt , iniuriam ſuperare bene-
ficiis, & malum, vt Paulus ait, vince-
re in bono. Idem Valerius lib. 7. cap.
3. de Fabio Maximo ait; Fabij non di-
micare vincere fuit , &c. Id dictum in
patientem Chriſtianum egregiè qua-
drat. Chriſtiani non dimicare, cum eo
A qui iniuria affecit , vincere eſt . Non *Ambroſius.*
enim pugnando , ſed non dimicando ,
reportat triumphum , Iudices etiam
ipſos vult Ambroſius, ſpiritum habe-
re Chriſtianæ manſuetudinis Epiſtol.
58. *Scio* (inquit) *pleroſque gentilium glo
riari ſolitos , quòd incruentam ſecurim de
adminiſtratione prouinciali reuexerint . Si
hoc gentiles, quid Chriſtiani facere debent?
&c.* Iuſtitiam ſeruare oportet iudicẽ,
B ſed & clementiæ ſpiritum habere ; ſi
fieri poterit abſque vllo reipublicę &
cõſcientiæ detrimento, ſecurim ſerua
re incruentam. At ſi ſecurim nequit ,
ſeruet incruentam voluntatem.

Et abierunt in aliud caſtellum.

Cum Samaritanis Apoſtolos conten-
C dere noluit Chriſtus ; ſpiritu humili ,
humiliter ceſſit, & in aliũ pagum abi-
it . Cede homini irato , noli cum re-
ſiſtente iniuriis contendere . *Date lo-
cum iræ:* ait Paulus ad Roma. 12. Cùm *Cedendum aliis humiliter.*
per vrbis plateam incedis , ſi fortè ef- *Ad Ro. 12.*
frænatus occurrat equus , ſi è vincu-
lis elapſa leæna, vel tigris ſeſe offerat,
cedis , locum illis das. Eundem in mo-
dum ſi effrenata occurrat ira, ſi vincu
D lis rationis ſoluta leæna hæc , vel ti-
gris irruat ; cede loco , cede verbis ,
ſi emendare non potes , & diſcede.
Abierunt (inquit) *in aliud caſtellum* .
Nonne hoc Abrahamus fecit, cùm in-
ter illius paſtores , paſtoreſque Loth
rixa eſt orta ? ceſſit Abrahamus loco ,
abiit , (ut cum Euangeliſta loquar)
in alud caſtellum . Audi illius verba *Gen. 13.*
Gen: 13. *Ne ſit* (inquit) *iurgium
E inter me, & te, &c. recede à me
obſecro; ſi ad ſiniſtram ie-
ris, ego dexteram te-
nebo ſi tu dexte-
ram elege-
ris ,
ego ad ſiniſtram pergam, &c.*

CAP.

CAPVT V.
De decem leproſis.

LVCAS CAPITE XVII. Verſ. 11.

ET factum eſt dum iret in Ieruſalem, tranſibat per mediam Sa
mariam, & Galilæam. * Et cùm ingrederetur quoddam ca-
ſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi; qui ſteterunt à
longè, * & leuauerunt vocem dicentes: IESV præceptor 12
miſerere noſtri. * Quos vt vidit, dixit: Ite, oſtendite vos 13
ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt. * Vnus autem ex il-
lis, vt vidit, quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnifi- 14
cans Deum, * & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens; & hic 15
erat Samaritanus. * Reſpondens autem IESVS, dixit. Nonne decem 16
mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? * Non eſt inuentus, qui rediret, & da 17
ret gloriam Deo, niſi hic alienigena? & Et ait illi: Surge, vade, quia fi- 18
des tua te ſaluum fecit.
19

Et factum eſt, dum iret in Ieruſalem.

MIraculũ, quo Chriſtus decem leproſis ſalutem cõtulit, vt Lucas ſcribit cap. 17. tunc patratum eſt, cùm Chriſtus ex Galilæa petebat Iudæam, & Ieruſalem, per mediãq; tranſibat Samariã. Sæpe vt diximus ex Galilæa (A) Iudæã petens ꝑtranſiuit Samariã; quo in tranſitu miraculũ ſit factũ Euangeliſta nõ indicat: in hoc extremo trãſitu factũ veriſimile eſt, ut arbitrantur Ianſenius & alij; quamuis potuerit in alio tranſitu hunc antecedente fieri.

Ordo geſtorum.

Ianſenius,

Tranſibat per mediã Samariã & Galilæã.

Prior eſt Galilæa verſus Aquilonẽ, (B) quàm Samaria; dicitur autem Chriſtus tranſiſſe per mediam Galilæam, & Samariam, quoniam ex Galilæa in Iudæam tendebat, per mediam ipſam Galilæam, atque Samariam. Erat autẽ Samaria media inter Galilæam, & Iudæam, vt ſuprà iam admonuimus.

Occurerunt ei decem viri leproſi.

Cũ ingrederet̃ Dominus quoddã caſtellum, Græcè *κώμην*, ideſt, pagum, vel vicum quemdam; obuiam ei venerunt viri decem lepræ morbo infecti, (D) antequàm in pagũ eſſet ingreſſus. Nõ n. licebat leproſis oppida intrare Iudeorũ iuxta illud Leu. 13. *Omni tẽpore quo leproſus eſt, & immũdus, ſolus habitabit extra caſtra, &c.* Caietanus, & Ianſenius Matthæi. 8. arbitrãtur nõ licuiſſe illis in oppidis habitare; licuiſſe tñ oppida ingredi, & ꝑ publicas trãſire plateas, hoc ſi verũ eſt, potuerunt hi viri Chriſto occurrere in ipſo caſtelli ingreſſu. Præterea ſi Samaritanorũ oppidũ erat (neq; n. ex Luca ſatis cõſtat) (A) fortè in oppido habitabãt leproſi, ab alijs ſeparati incolis; & intrãti ſũmo medico obuiã proceſſerunt, ꝓculq; ſtãtes cõtẽta voce opẽ ſanitatẽq; implorarũt. Veriſimilius multò eſt fuiſſe hoc oppidũ Iudæorũ in Galilæa. Eteñ fere oẽs hi leproſi videntur fuiſſe Iudæi; nõ igitur in Samaria, cũ Samaritanis habitabant. (B) *Non. n. contebantur Iudæi Samaritanis*, vt Ioan. 4. legitur.

Caietanus Ianſenius.

An fuerint Samaritani decẽ leproſi.

Ite oſtendite vos ſacerdotibus,

Nõ fuit clamor leproſorũ vanus. Oculos miſericordia plenos in miſeros homines coniecit ſeruator, clamantibus annuit. Noluit tñ protinus ſanitatem tribuere. Ad ſacerdotes miſit, vt eorũ (C) probaret fidẽ, atque obedientiã, eteñ dicere potuerunt: Quorſum Domine nos ad ſacerdotes mittis, lepræ fœdita te deformes? quid illi nobis præſtare poſſunt? de dubia lepra iudicant, noſtra venire nõ põt ĩ dubiũ. (D) Sana priùs, tũc ad ſacrdotes mitte, ut iudicent, an ſani ſimus, & ſacrificia pro ſanitate debita peragant. Nil tñ obiecerunt; ſed obedienter, ac ſimpliciter ſeruatoris mandato obtemperarunt.

Leproſorũ obediẽtia.

Si dubites, cur ad ſacerdotes hos le-

Iudiciũ lepra ad ſacerdotes ſpectabat.

Digitized by Google

prosos miſerit, lege Leuitici caput 13. & 14. ex his locis intelliges lepræ iudicium ad ſacerdotes ſpectaſse. Illi.n. iudicabant, an lepra eſſent inquinati Hebræi, necne. Quòd ſi ſanitatem recuperaſſent, de ſanitate quoque ferebāt ſentētiā. Quia ergo hi leproſi ſanādi erāt, ad ſacerdotes mittunt, vt de ſanitate iudicent. Illi verba Chriſti in hūc ſēſū intellexiſſe videt: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus;* q̄a ſanitatē recuperabitis, vt de illa diiudicēt. Cùm.n. ſe ad ſacerdotes mitti viderent, non fruſtra mitti arbitrati ſunt, neque vt de certiſſima lepra iudicio decernerent; ſed vt de ſalute à Chriſto reſtituenda, ſnam dicerēt. Ad ſacerdotes ergo abierūt, vt ſe illis ſanos lepra depulſa oſtēderent. Theophylactus; qđ p̄cipiebat illis, vt ad ſacerdotes abirent, nihil aliud indicabat, q̄ ꝙ mundi futuri eſſent, &c. Euthymius; Credēdo ꝙ eūdo poſſet illos mundare, ibant; non diiudicantes de præcepto Chriſti, &c.

Theophyl. Euthymius

Et factum eſt dum irent mundati ſunt.

Non breue leproſis iter erat conficiēdū. Chriſto enim vel in Galilæa, vel in Samaria fuerunt obuij. Iuſſi aūt ſunt Ieroſolymā petere, ſeque ſacerdotibus oſtendere; longè aūt à Samaria, lōgius à Galilæa Ieroſolyma diſtabat. Longum iter obedienti, ſimplicique animo aggreſſi ſunt; in ipſa via ſanitatem ſubitò, mirandumque in modum recuperarunt.

Obedientia & fides leproſorum.

Vnus autem ex illis.

Decē leproſi omnes, ſanitatis magnū beneficium ſunt conſecuti; idque omnes cognouerunt. Attamen ex illis nouem Iudæi, ut Chriſtus præceperat, tēplum petiuere, vt ſecerdotibus ſe oſtēderēt, & ſacrificia debita offerrent. At vnus Samaritanus protinus, vt à lepræ fœditate ſe liberatum animaduertit, ad beneficij tanti auctorem rediit, cōtenta voce Deum pro recuperata optatiſſima ſanitate laudans. Antequam ſanaretur, procul cum alijs ſtans, miſerando clamore opem Chriſti implorauit; tunc ſanatus læto clamore Deum glorioſè prædicat, neque procul ſtat, ſed a Chriſtū accedens ad pedes benefactoris ſeſe abiicit; gratiasque agit mirificas. Erat hic Samaritanus reliquos nouem Iudæos fuiſſe ſentiunt, Theophylactus Luc. 17. Euthymius. D. Bonauentura, D. Titus Boſtrorum epiſcopus.

Vnus ex leproſis decē, ad agendas gratias reuertitur.

Iudæi erāt alij leproſi. Theophyl. Euthymius. D. Bonaue. Titus Boſt.

Nonne decem mundati ſunt? & nouem ubi ſunt?

A Solus Samaritanus ad Chriſtū rediit, egitque gratias; nouē reliq, vt dixim⁹ tēplū petiuere. Cùm vnū tantūmodò Chriſtus videret, reliquos requiſiuit dicens: Nonne decē ſanati à me ſunt, & nouē reliq, vbinā ſunt? Vnus tātūmodò ad gratias agēdas rediit? Perſpecta erant Chriſto omnia, vbinā eſſent B cæteri nouē leproſi nouerat; quærit tñ, vbi ſunt? ad auditorū ſe accommodās captum, & iudicans debuiſſe illos quoque ad agendas ſimiliter gratias reuerti. D. Epiphanius hæreſi 66. contra Manichæos. *Vnus (inquit) leproſus à Domino prædicatur. Vides quod propterea ꝙ intellixerit beneficiū, & p̄p gratitudinis opus; vnius pro decē mentionem facit, &c.*

Et daret gloriam Deo.

C Deo gloriam dediſſe dicitur ſanatus Samaritanus, quoniam ſanitatis acceptæ beneficium agnouit, Deumque publica laude celebrauit. Nam vt ſupra ait Lucas, regreſſus eſt cum magna voce magnficās Deū: dare gloriam Deo, eſt idem, quòd magnificare ſiue glorificare. Cæteros nouē non fuiſſe gratos, aiunt Euthymius & Theophylactus. Fideles (inquit Euthymius) decē D leproſi fuerunt: Solus autem hic gratus fuit, &c. Et Theophylactus; Nouē (inquit) quamuis Iſraelitæ ingrati apparuerūt: at Samaritanus reuerſus eſt, & vocē gratitudinis emiſit, &c. D. Bonauentura ad hæc verba: *Non eſt inuētus qui rediret, & daret gloriā Deo, niſi hic alienigena?* in quo (inquit) manifeſtè E oſtenditur Iudæorū ingratitudo, quia cùm eſſent nouē, nullus ex eis rediit; ſed ſolus Samaritanus, &c. Car. Hugo. Quare (inqt) alij ingrati nō ſunt puniti? Reſpōdet; q̄a miſericordia expectat ad pœnitētiā, &c. Gloſſa interl. in illa verba: Nouē vbi sūt? ſic habet; ingratos quaſi ignotos, vbi ſunt? inqrit Dominus,

Thophyl. Euthymius. An fuerint ingrati nouē leproſi? Bonauent. Hug Card. Gloſa interlin.

minus, &c. D. Titus: Nouem (inquit) leproſi in ingratam obliuionem lapſi, non ſunt reuerſi, &c.

At vt reor reliqui nouem gratitudine quidem multo inferiores Samaritano fuerunt; omninò tamen ingrati tã to, tamque recenti beneficio forſitan non fuerunt. Non eò peruenit eorum gratitudo, vt redire eos faceret ex itinere ad agendas gratias; hoc Dñs requirit dicens; *Et nouem vbi ſunt?* cur ad agendas pro beneficio gratias, declarandamque gratitudinem non venerunt? Samaritanus illos non accuſauit, quòd cũ ipſo nõ rediiſſent: forſitã excuſauit, dicens tẽplũ petiuiſſe, vt erat imperatum. At cùm Samaritanũ reuerti viderent Deum magna voce laudãtem, exemplũ ſequi debuerunt ſocij.

Fides tua te ſaluum fecit.

Saluum fecit Chriſtus Samaritanum, non corpore ſolùm, ſed etiam animo: perfectam enim ſanitatem illi contulit, reliquos etiam nouem leproſos ſanatos tàm corpore, quàm animo vero ſimile eſt, quia ea Chriſto conſuetudo fuit, vt quos curaret corpore, animo etiam curaret. D. Auguſt. lib. 2. quæſt. Euangelicarũ ca. 4. reprobatos ait his verbis; illi nouẽ q gratias non egerunt, reprobi effecti à cõſortio vnitatis excludũtur; ita vnus ille, q gratias egit, vnicæ Eccleſiæ ſignificatione approbatus, atque laudatus eſt, &c. Sed forſitan ſenſu myſtico illos damnat, nõ literali. Clemens li. 6. Conſtit. cap. 19. nouẽ tantùm numerat leproſos à Chriſto ſanitate donatos. Saluator (inquit) cùm curaſſet vnũ leproſũ, & rurſus nouem, &c. librarij eſt error. Non deſt q exiſtimet leproſũ illũ qui Matthęi 8. ſanatus eſt, vnũ eſſe ex iis decẽ, qui apud Lucã ſanati ſunt, eſſe verò cõmemoratũ ſolũ à Matthæo pp gratum animũ, præteritis reliquis nouẽ, quos cũ illo Lucas numerauit. Verùm cùm leproſus apud Matthæum mundatus ſit alio tẽpore, multò antè quàm hi decem mundarentur; efficitur non fuiſſe illum ex hoc denario numero, quod ipſa etiam narratio Lucæ oſtendit. Meminit D. Epiphanius huius miraculi hæreſi. 66. Contra Manichæos.

An fuerint animo ſanati omnes decem leproſi? Auguſt.

Clemens Rom.

CAPVT VI.

De decem leproſiis. Morale.

A *Occurrerunt ei decem leproſi.*

INgreſſus eſt Rex ſummus quoddam caſtellum, hoc eſt, terrarum orbẽ, qui ſi cum cœleſti orbe cõferatur exiguum caſtellum, exiguus eſt pagus. Occurrerunt autem ei non nobiles, principeſque viri bombycinis, aureiſque gratiæ, & virtutum amicti veſtibus; ſed pauperes fædo lepræ, id eſt,
B peccati morbo inquinati, lacerisque operti indumentis. Etenim à primo illo noſtræ originis fonte peccati originarij leprã trahimus, hãc multis alijs additis cumulamus. Occurrerunt igit Chriſto in mundum venienti Adami filij peccati lepra turpiſſima contaminati, iuxta illud Pſal. 13. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum,*
C *&c.* Item; *corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt, &c.* Videlicet, ſicut leproſi, Non fugit Rex occurrentes; quippe q hos quæreret, iuxta illud Matth. 9. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatore: non fugit ſed ſanauit.*

Lepra peccatum adumbrat, quamobrem illius iudicium voluit Dominus ad ſacerdotes ſub lege veteri ſpectare. Vt dicitur Leuit. 13. Lepra quædã
D eſt carnis, alia veſtis, alia domus. Lepra carnis libidinem ſignificat, & gulam, quæ carnalia ſunt vitia, atque cognata. Vnde Paulus ad Epheſ. 5. in vino luxuriam eſſe ait. D. Hieronymus in commentarijs Epiſt. ad Epheſ. ca. 1. *Vbicunque ſaturitas, & ebrietas fuerint, ibi libido dominatur, &c.* De lepra veſtis eodem capite Leuit. 13. Sic legitur. *Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei, & linei,*
E *&c.* Eſt autem moraliter lepra veſtis, veſtium ſplendor, & oſtentatio ſuperba. Eſt lepra veſtimẽti linei, & lanei, eſt ſerici, aurei, eſt lepra aulæorum, quibus parietes, non pauperes teguntur, eſt & ornamentorũ, quibus exornantur

Lepra triplex veſtis carnis domus.

Digitized by Google

nantur equi, & ſimilium. De lepra domus agitur Leuit. 14. *Si fuerit plaga lepra in ædibus, ibit cuius eſt domus, nuntians ſacerdoti, & dicet: quaſi plaga lepræ uidetur mihi eſſe in domo mea, &c.* Item: *intrabit Sacerdos, vt conſideret lepram domus, &c.* Moraliter, lepra domus filiorum, famulorumque ſunt praui mores, ex negligenti inſtitutione nati. Leproſa illa domus eſt, in qua filij, famulique nullo diſciplinæ fræno cohibiti, vitia conſectantur.

Hæc omnia lepræ genera cauenda ſunt maximè. In primis cauenda lepra carnis, id eſt, libido, *in illo æſtu* (ait) Hieronymus ad Heliodorum, Epiſtol. 1. *Charybdis luxuriæ ſalutem vorat: ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetrandæ naufragia ſcyllæum renidens, libido blanditur, &c.* Charybdi voraci, ſcopuloque ſcyllæo libido ſimilis eſt. Quemadmodum igitur nautæ ſcopulos, mariſque vortices diligenti cura fugiunt; ſic hanc animarum voracem charybdim, infeſtamque ſcyllam fugere debet Chriſtianus. Nulla enim tã vorax charybdis, nulla tam periculoſa eſt ſcylla, quàm fœdiſſimum hoc uitium. Quis enim numerando poterit naues recenſere, quas hæc uorago abſorbuit, hic infeſtiſſimus ſcopulus fluctibus obruit? Auctor libri de ſingularitate clericorum inter op[illegible], qui Origeni aſcribitur: Quanti (inquit) & quales Epiſcopi, & clerici, ſimul & laici, poſt confeſſionum, victoriarumque calcata certamina, poſt magnalia, & ſigna, vel mirabilia vſquequaque monſtrata, noſcũtur cum his omnibus naufragaſſe; cùm volunt in fragili naue nauigare; Quantos leones domuit vna mulibris inſirmitas delicata, quæ cùm ſit uilis & miſera de magnis efficit prædam, &c.

Fugienda lepra libidinis.

Origenes.

Libido cauenda, quia etiam fortes in cauneant, ſuperat.

Lubricum locum fugis, ſi facis iter; eundem in modum lubricum fuge vitium, ſi cadere non vis. Pſalm. 34. *Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, &c.* Hæc via libidinis, via eſt tenebroſa, quia menti offundit tenebras: & lubrica, quia facilè carne cõſtans homo in hoc peccatum labitur, ſi occaſionem non fugiat, iuxta illud D. Ambroſij lib. 2. de virginibus ꝓpe finem: Cauſa peccãdi etiam iuſtos ſæpe decepit; &c. Auguſtinus eodem Pſalm. Lubricum (inquit) quis non caueat? Lubricum eſt luxuria, &c. Flumina horres, horro libidinis flumen, quo percuſſus animus integro corpore miſerandum in modum perit, iuxta illud Pſalm. 57. *Supercecidit ignis, & non uiderunt Solem,*
A *&c.* Cadit ſuper libidinoſum hominẽ luxuriæ ignis, fulmenque tartareum, & perit, ſolisque, id eſt, Chriſti æterno conſpectu priuatur. Auguſtinus in commentarijs eiuſdem Pſal. Timete (inquit) fratres ignem malæ concupiſcentiæ, ſi nõ vultis liqueſieri ſicut cera, & perire à facie Dei. Supercadit enim ignis iſte, & ſolem non videbitis, &c. Prouerb. 6. *Mulier uiri pretioſam*
B *animam capit, &c.* Laqueum auis fugit, ne capiatur; tu fuge turpe hoc vitiũ, ne pretioſa anima tua à dæmone illaqueetur. Ducebatur ad mortem caſtiſſima Suſanna, id eſt, candidiſſimum lilium, id enim Suſannæ nomen ſonat: morti illam eripuit Daniel, ut leges Dan. 13. Daniel autem iudicium Dei ſignificat, דן Dan enim Iudicium dicitur Hebræis, אל el, Deus, vnde *Daniel*
C id eſt, *iudicium Dei*: ſi forte Suſanna tua ad laqueũ declinat, ſi caſtitas tua ad mortem à tentatione impellitur, Danielis flagita opem id eſt, iudicij Dei. Terribile Dei iudicium, horrendam ſententiam, æternoſque flammarum rogos libidinoſis paratos, in mẽtem reuoca, Suſannam liberabit tuam Daniel, id eſt, iudicium Dei animo verſatum. Illud Auguſtini in tractat de
D honeſtate mulierum, cap. 3. volue animo; Citò præterit, quod delectat; & permanet ſine fine quod cruciat, &c.

& laqueus

Libido fulmen Iudicij & Orci medicatio liberat à libidine.

Veſtis quoque lepra curanda eſt; ſit veſtis frugalis, & honeſta, perſonæ, ac ſtatui congruens: quod veſtium ſplendori impenditur, pauperibus potiùs impendatur, ne excedat lepra hæc crumenam & eleemoſynarum dona, vt fie-
E ri ſolet, abſumat. Vnde illud D. Ambroſij in libro de Nabuthe. cap. 13. Parietes auro veſtitis, homines veſte nudatis. Clamat homo nudus; & tu, ſollicitus es, qbus marmoribus pauimenta ueſtias. Panem poſtulat homo & equus tuus aurum ſub dentibus mã-

De ornatu corporis & lepra veſtis.

Ambroſius

Lubrica via libidinis.

dat

dit. Delectant te ornamenta pretioſa, cùm alij frumenta non habeãt. Vitam populi poterat annuli tui gemma ſeruare, &c.

Clemens Alexand.

Clemens Alexan. lib. 2. pædagogi cap. 2. Abſurdum (inquit) eſt, & turpe vnum lautè & luxurioſè viuere, cùm multi eſuriant. Quantò eſt glorioſius benefacere, quàm magnificè habitare? quantò prudentius in homines, quàm in lapides, & in aurum impendere? &c.

In veſtitu quid quærẽdum.

In veſtibus quærendus eſt calor, nõ color ſplendidus; neceſſitas, non pretium; vtilitas, non ſubtilitas. At cõtrà (ait Bernardus ſuper Miſſus homil. 4.)

Bernard.

in habitu iam nõ calor, ſed color requiritur. Item; pretium affectatur in veſtibus, nõ neceſſitas. Et in Apologia: Nõ veſtitũ appetimus, ſed ornatum. Quæritur ad induendũ, non quod vtilius, ſed quod ſubtilius inuenitur, nõ quod repellat frigus, ſed quod ſuperbire compellat, &c.

Vir Chriſtianus nõ corporis curet indumenta, ſed animi ornamẽta. Etenĩ ornandus animus eſt virtutibus; ornãda quoque caro, & corpus, ſed, vt ait

Clemens.

Clemens, carnis ſiue corporis ornamẽtum illuſtriſſimum, non veſtis eſt bõbycina, vel aurea; ſed continentiæ, & caſtitatis decor. Clemens Alex. lib. 3. pædagogi capi. 2. Nõ externi (inquit) hominis aſpectus, ſed animus probitatis ornamẽto ornandus eſt.

Ornatus hominis mores boni.

Dici põt ornãdã quoque eſſe carnẽ ornamento cõtinẽtiæ, &c D. Auguſti. Epiſtola 73.

D. Auguſt.

Verus ornatus maximè Chriſtianorũ, & Chriſtianarũ, nõ tantùm nullus fucus mẽdax, verùm ne auri quidẽ, veſtiſque põpa; ſed mores boni, &c. Ipſa virtutis veſtis Chriſtiano cõgruit; virtus verò pura ſimplicique veſte pingitur ab antiquo Cæo, quemadmodũ improbitas florida, atque delicata, quod Clemens Alex. lib. 2. ca. 10. probat his verbis;

Clemens Alexand.

Cæum iure approbo, qui virtutis, & improbitatis aptas depingit imagines. Virtutẽ fecit ſimpliciter ſtantem, candida veſte indutã, & pura, ſola verecundia ornatã. Improbitatem contra inducit, ſuperflua quidem, & varia veſte indutam; alieno autem colore exultantem. Hæc ille. Imitentur ergò virtutis habitum fœminæ, virique virtutis cultores; improbitatis indumẽtum repudient, ne Ethnicis Lacedæmoniis inferiores ſint. Laudo (ait Clemens eodem capite) & admiror veterem Lacedæmoniorum ciuitatẽ, quæ ſolis meretricibus floridas veſtes, & aureum mundum geſtare permiſit, à probis mulieribus mundi ſtudiũ auferens, quòd ſolis meretricibus concederet ſe ornare &c.

A

Ornatus.

Meretricis eſt corpus ornare; caſtæ probæque fœminæ, atque viri, ornare mentem, pulchritudinemque veram quærere, non ſimulacrum pulcritudinis: id eſt, externũ ornatum. Sic appellat Clemens, atque ait eos qui ornatus nimium ſtudioſi ſunt ſimulacrorum cultum inducere, quippe qui pulchritudis, ornatuſque ſimulacra, id eſt, externũ corporis cultum, colant. Ij (inquit) qui ſimulacrũ pulchri, nimium ſcilicet ornatus ſtudium, non autem ipſum pulchrum, & honeſtum attendunt, ſpecioſo nomine ſimulacrorum cultum inducentes; à veritate longè ſunt relegandi, &c.

B

De lepra domus.

D. Ambro.

Denique lepra domus longè à domo propellenda eſt. Eam uerò inſtitutio propellit, tùm filiorum, tùm reliquorũ miniſtrãtiũ. Duas aũt partes inſtitutio habet, vt Ambroſius docet initio libri de viduis: Prima (inquit) inſtitutionis eſt diſciplina culpã auertere; ſecũda, virtutẽ infundere, &c.

C

De inſtitutione familiæ, filiorũ, &c.

Imprimis ergo omnia peccata à domo Chriſtiana fuganda ſunt; deinde omnis virtus inducenda. Difficile hoc eſt, fiet tamen, ſi ferueat inſtitutio. Eſt enim vis magna inſtitutionis, ac diſciplinæ; vnde D. Cyprianus in libro de habitu virginũ: Diſciplina (inqt) cuſtos ſpei, retinaculũ fidei, dux itineris ſalutaris, fomes, ac nutrimẽtũ bonæ indolis, magiſtra virtutis, facit in Chriſto manere ſemp, ac iugiter Deo viuere, &c.

D

Cyprianus.

Et D. Ambroſ. li. 2. de Abel & Cain. ca. 1. tantũm (ait) valet inſtitutio, vt vincat naturam, &c.

Ambroſ.

E

Nonne animantiũ rationis expertium naturã inſtitutio, & cõſuetudo uincit? Diſcit pica, coruus, & pſittacus, noſtra verba proferre; diſcit ferox leo manſueſcere, equus diſcit parere habenis. Diſcent etiam pueri, iuueneſque, & ſi ad uitia propenſi, vi-

Digitized by Google

tia fugere virtutéque colere, ſi diligẽter inſtituãtur. Vnde illud Pro. 13. *Qui diligit filiũ, inſtanter erudit.* Quòd ſi diſciplina reprimatur, improbitas regnabit: Repreſſa diſciplina (ait Augu. Ser. 15. de verbbis Domini) ſçuit impunita nequitia. Quid ergo faciẽdũ eſt? Corripiamus verbis, & ſi opus eſt, & verberibus, &c. Neque verò crudelis pater A

Prou. 13.

eſt, qui verberat filiũ vt à peccato renocet, ſed pius. Quemadmodũ nõ crudelis, ſed pius eſt chirurgus, qui putridas carnes ferro ſecat. Quid tã pium (ait Auguſtinus eodẽ loco) q̃ medicus ferens forramẽtũ, &c. Non ſæuit medicus in hominem, ſed in vulnera; ſic pater non in filiũ ſæuit, quẽ verberat, ſed in peccatũ. Auguſtinus: ſeuit medicus in vulnus, vt homo ſanetur: quia ſi B vulnus palpetur, homo perditur, &c.

Matth. 5.

Vos eſtis ſal terræ: ait Apoſtolis Dominus: terræ totius ſal fuere Apoſtoli: domus ſuæ ſal eſt bonus pater familias, inſtar ſalis peccatorum repellit putredinem, virtutis infert ſaporem. Paſtor eſt, luporum rabiem à grege abigit, paſcua læta præbet. Denique velut Epiſcopus eſt domus ſuæ. Vnde illud C D. Auguſtini tract. 51. in Ioannẽ. Vnuſquiſque (inquit) pater familias agnoſcat paternũ affectũ ſuæ familiæ ſe debere, pro Chriſto, & pro uita æterna, ſuos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impẽdat beneuolẽtiã, exerceat diſciplinã. Ita in domo ſua Eccleſiaſticũ, & quodãmodo Epiſcopale implebit officiũ miniſtrans Chriſto, vt ĩ æternum ſit cũ ipſo, ſic ille. Qualis eſt D paterfamilias, talis eſt familia; ſi paterfamilias leproſus eſt, familia quoque lepra inquinatur, ſin ſanus, familiæque ſanitatẽ vigilanter curans, ſana et eſt familia, hic prouerbiũ, cuius meminit Clemens Alexand. lib. 3. pædagogi. ca. 11. Qualis domina, talis eſt catella.

Qualis pater familias, talis & familia.

D. Aug. lepra hæreſim ſignificatam vult li. 2. quæſt. Euãgelicarũ q. 40. Idẽ E Beda opinatur Luc. 17. D. Gregorius ĩ fine 3. capitis Iob. & Rubertus Le. 13. & q̃dẽ lepra eſt hæreſis, lepra leproſũ extra caſtra eiiciebat: Leu. 13. hæreſis hæreticũ eiicit extra Eccleſiã. iuxta illud Iudæ in epi. *hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales &c.* Lepra contagione ſerpit, ſic hæreſis latè vagatur, populũque miſerãdũ in modũ contaminat. Leproſus vnus, ideſt, Lutherus multa hominũ millia contaminauit, unus item leproſus Caluinus fœdiſſimã hæreſeos leprã in ſeptemtrione latè diſperſit. *Doctrina peruerſa* (ait D. Hieronymus ad Galat. 5.) ab uno incipiens, vix duos, aut tres primùm in exordio reperit auditores; ſed paulatim vt cãcer ſerpit in corpore; & iuxta vulgare prouerbiũ, vnius pecudis ſcabies, totum cõmaculat gregem, &c. Igitur ubi primùm lepra hæreſis apparuerit, ne ſerpat latius toto pectore enitẽdũ eſt. q̃d Hieronymus eodem loco docet his verbis: Scintilla ſtatim ut apparuerit extinguenda eſt; & fermẽtũ à maſſæ uicinia ſemouendũ; ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouiũ repellẽdũ; ne tota domus maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrũpatur, putreſcat, intereant. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit. Sed quia nõ ſtatim oppreſſa eſt, totũ orbẽ eius flamma populata eſt. Hæc Hieronymus. Præter hæc Leui. 13. vocatur *lepra perſeuerans: Et lepra volatilis, ac vaga:* Lepra perſeuerns peccatũ eſt in homine perſeuerans, à quo diſcedere non uult quale illud erat Iſraelitarum, de quo Hierem. 17. *Peccatũ* (inquit) *Iuda ſcriptũ eſt ſtylo ferreo, in vnge adamãtino, &c.*

Lepra eſt hæreſis.

Hæreſis mox eſt extinguenda

Arius una ſcintilla fuit lepra permanens & volatilis quæ ſint moraliter.

Quemadmodũ literæ in vngue adamãtino exaratæ perſeuerantes ſunt; ſic in homine duro, atque obſtinato perſeuerans eſt peccati lepra. In libidine, auaritia, cæteriſque huiuſmodi, veluti iumenta in ſtercore, moriuntur obſtinati homines & cõputreſcunt; iuxta illud Ioelis primo. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, &c.* In ſterquiliniũ proiiciũtur huiuſmodi iumenta tartareis lanianda canibus. Pſal. 54. *Non eſt illis cõmutatio, & non timuerunt Deum;* Chaldæus exponit ſic: peccatores nõ mutantur à viis ſuis prauis, neque timent conſpectum Dei, &c. Lepra volatilis peccatum eſt uolatile, quod volat ex alio in aliũ, & cõtagione ſerpit. Lepra (ait Abulenſ. Leu. 13.) habet virtutem germinatiuam, & multiplicatiuam ſui ipſius per id, in quo eſt, &c.

Pec-

Peccati verò lepra hēt vim (vt ita dicam) germinatiuam, & multiplicatiuā etiam in id in quo non eſt: in eos enim in quo non eſt peccatum, ex aliis ſociis volat, & germinat. Quamobrem longè à te ſtent huiuſmodi leproſi. Audi Euangelium.

Steterunt à longe.

A Leproſi à conſuetudine hominum arcebantur, iuxta illud Leui. 13. *omni tēpore, quo leproſus eſt, & immundus ſolus habitabit, extra caſtra, &c.* 2. Parali. 26. *fuit Ozias rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, &c.* Num. 12. *Excluſa eſt Maria extra caſtra ſeptem diebus, &c.* Excluſa inquam, eſt Maria ſoror Moſis extra caſtra, propter leprā, & ſeparata à populo. Si leproſi carne ex caſtris eiiciuntur; leproſi moribus in familiaritate, & amicitia, cur retinentur? Fuge leproſos, ne tuos inquinent mores, fuge volatilem lepram; ſi leproſi familiaritate utaris, leproſus eris. Quemadmodum decem hi leproſi ſteterunt longè à Chriſto: ſic leproſi moribus longè à te ſtent, tuque lōgè ab illis. A porcina carne vt abſtinerent, Iſraelitis pcepit Deus; illi à porcina carne abſtinebant, nos a porcinis abſtineamus amicis. Clemens Alexand. lib. 3. pędagogi ca. 11. Ea (inquit) uitæ prodeſt conſuetudo, quæ intercedit cum viris bonis. Vſum uitę cum improbis hominib. planè ſuillum agnoſcens pædagogus, ſeniori populo porcis veſci prohibuit; ſignificans nō oportere eos, q Deum inuocant, cum impuris uerſari hominibus, &c. Eccleſiaſtici. 9 *ſecundū virtutē tuā* (.i. ſecundum uires tuas) *caue te à proximo tuo, & cum ſapientibus, & prudentibus tracta* (Græcè βουλεύου. i. *conſulta*) *viri iuſti ſint tibi conuiuæ, &c.* Cauēdum igitur eſt a proximo, cauendum ab improbis, & leproſis. Lepram enim amicus ſuam, atq; ſcabiem amico affricat, hæret illa inſtar picis. Eccleſ. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam, &c.* Hæret pix manibus attrectāti, hærent uitia moribus amici conuiuentis. Etenim amicus eſt alter ego, Si

Fugiendi mali amici quos corrigere nō poſſumus. Clemens Alexand.

Eccleſ. 9.

Eccleſ. 13.

ergo ego vitijs ſcateo, amicus meus, alter ego, vitijs ſcatebit. Ionathas Dauidi amico corporis ſui veſtes dedit 1. Reg 18. amicus amico aīæ ſuę dat indumenta, hoc eſt, vel virtutes, vel uitia. *Qui cōicauerit ſuperbo* (ait Eccleſiaſt.) *induet ſuperbiam* Superbus.n. ſuperbiā uelut i. indumentum amico communicat. Simile gaudet ſimili, eſtq; ſimilitudo amoris mater, ac ſocietatis. Quamobrem ſimiles aues, ſimiles pecudes ſimiles quoque feræ conſociantur. Nō poterunt igitur diſſimiles moribus homines conſociari: ſimiles vt ſint, opus eſt, Facilius autem, improbi, probum ſimilem ſibi facient, quam probus ſimiles ſibi faciet improbos. Nā vt ait D. Greg. Nazianz. in Apologetica orōne res ad imitandum prona, & expedita eſt improbitas, nec quidquam tā facile eſt, q̄ malum fieri, etiamſi nemo ducem ſe nobis ad vitium præbeat. Rara tñ & ardua eſt uirtutis adeptio, q̄libet etiam multa ſint, quæ nos ad eam trahant, & inuitent, &c. Eccleſiaſtici 13. *Quid communicabit cacab. ad ollam? quādo.n. ſe colliſerint confringetur, &c.* Similis cacabo æreo eſt impius flagitijs obduratus. Fictili ollæ improbus, qui altas in uirtute nec dum iecit radices. Cacabus quid aliud communicare poterit ollæ, quam fractionem; idem impius communicabit probo, ſi illo vtatur familiariter. Prouerb. 13. *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit; amicus ſtultorum, ſimilis efficietur, &c.* Et ca. 16. *Vir iniquus lactat,* ideſt, decipit, *amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonā, &c.* Audi egregium Senecæ conſiliū Epiſt. 104. Si velis (inquit) vitijs exui, longè à vitiorum exemplis recedendum eſt &c. item; Hærebit tibi tumor, quādiu cum ſuperbo conuerſaberis, hærebit auaritia, quamdiu auaro conuixeris, incendent libidines tuas adulterorum ſodalitia. Cum Catonibus viue, cum Socrate, cum Zenone verſare, &c.

Nanzian. Greg. Nihil facilius quam fieri malū.

Eccleſ. 13.

Prouerb. 13. & 15.

Præterea à longe ſteterunt leproſi, quoniam longè à Dei gratia ſunt impij; *longè a peccatoribus ſalus*, ait vates Pſ. 118. & Salomon Prouerb. 15. *longe eſt Dominus ab impijs, &c.* Adde, ſignificari etiā reuerentiam & horrorē peccatoris, leprā, ideſt, peccata ſua agnoſcentis,

Pſal. 118. Proue. 15.

Digitized by Google

ſcientis, nec ad Deum propinquare audentis, iuxta illud Luc. 18. *Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare &c.* At verò etſi a longè ſteterũt corpore leproſi, præce feruida facti ſunt propinqui, vt ait Theophylactus Luc. 17. Loco (inquit) procul ſtãt leproſi; oratione autem appropiant. A *Prope enim eſt Dominus omnibus inuocãtibus eum in veritate.* Pſalm. 144. &c. Aliter, ſteterunt leproſi longè à Chriſto, quia *longè a peccatorib. ſalus*, Pſ. 118. Lõgè ſtãt multi leproſi a ſanis; longè multi impij a iuſtis nolũt iuſtis appropinquare, illorũ cõſilia fugiunt, admonitiones, correctiones, ſibi inuicem aſſociantur, vt iſti decem omnes leproſi erant, omnes ſocij; videlicet ſimiles B cum ſimilibus verſantur, corui cum coruis, leones cum leonibus, columbę cum columbis.

Luc. 18.

Theophyl.

Oratio.

Pſalm. 144

CAPVT VII.

Morale de leproſis decem.

Ite oſtendite vos ſacerdotibus.

AD ſacerdotes legis veteris voluit Dominus iudicium leprę pertinere; vt typo indicaret, peccatorum iudicium ad ſacerdotes legis nouę ſpectare. Audiant Chriſti verba Chriſtiani, omnibus dicta leproſis, hoc eſt, peccatoribus; *Ite oſtendite vos ſacerdotib.* Ideſt, ſi ſanari cupitis, ad ſacerdotes pergite, oſtẽdite ſacerdotibus vos ipſos, conſcientiæ veſtræ faciem, ipſamque D peccatorum lepram. Auctor libri de vera & falſa pœnitentia, qui inter opera Auguſtini habetur ca. 10. & extat, de penitentia diſtinct. prima. Quẽ (inquit) pœnitet, omnino pœniteat, & dolorẽ lacrymis oſtendat, repræſentet vitam ſuam Deo, per ſacerdotem. Præueniat iudicium Dei per confeſſio E nem. Præcepit enim Dominus mundatis, vt oſtenderent ora ſacerdotibus; docens corporali præſentia confitenda peccata. Dixit enim, ora monſtrate, & omnes, non vnus pro omnibus, vt qui per vos peccatis, per vos erubeſcatis: Erubeſcentia enim ipſa

De cõfeſſione.

partem habet remiſſionis, &c.

Deus oſtendere nos vult peccata; vt tegat. Oſtendite (ait) peccata ſacerdotibus, ſi oſtẽdatis, ego tegam, ſi aperiatis, ego operiam. Auguſtinus Pſal. 31. Noli (inquit) tu operire peccata, & operit Deus. Qui tegunt peccatæ, nudantur. &c. Eodem Pſalm. 31. *Beati* (ait Dauid) *quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, &c.* Tunc teguntur peccata, cùm oſtendũtur. Tũc remittitur, ac deletur culpa, cùm patefit. Quemadmodũ plaga non ſanatur, ſi medico nõ aperitur; ſic culpa non remittitur, ſi ſacerdoti non oſtenditur. Pſal. 37. *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ a faciè inſipientiæ meæ &c.* Putreſcunt, & corrumpuntur animi cicatrices, & vulnera, propter inſipientiam peccatoris: quia videlicet, medico illa oſtendere non vult. Quid inſipientius, quàm facilem recuſare medicinam, vt periculoſiſſimã ſanes plagam? quid ſtultius quàm malle mori, quàm vulnus ferro rumpendum chirurgo detegere? D. Greg. homil. 40. in Euang. Quid (inquit) peccatorũ confeſſio, niſi quędam vulnerum C ruptio? Quia peccati virus ſalubriter aperitur in confeſſione, quòd peſtifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis in ſuperficiem trahunt humorẽ putredinis; & confitẽdo peccata, quid aliud agimus, niſi malum, quod in nobis latebat aperimus, &c.

Deus tegit peccata, ſi nos ea in cõfeſſione detegimus.

Auguſt.

Pſal. 37.

D. Grego.

Oſtẽdite (inquit) vos ſacerdotibus oſtendite vulnera medicis; illi verò oſtenſa vulnera ſilentio tegent perpetuo; atque ita tegent, vt nulla ratione, & ſi tormentis afficiantur, detegere illa fas ſit. Oſtẽdere igit iubemur peccata; ſed oſtenſione adeò arcana, ut nihil magis arcanum vlla ratione excogitari poſſit. oſtenſio hæc noſtra ſigillo munitur nõ cereo, quod facile poſſit tolli, ſed diuino, quod nullo caſu euelli queat. Leuit. 13. Iubetur leproſus contaminatum ac ſordidum ſe clamare, lepramque ſuam pateſacere. At leproſus animo contaminatum ſe, & ſordidum, non quidem clamare, ſed in aurem ſacerdotis dicere iubetur, qui audita crimina æterno inuoluat ſilentio. Oſtendat ergo ſe leproſus medico

De Sigillo confeſſionis.

4. Reg. 5.

quia

Digitized by Google

quia vulnus,quod non oſtenditur, nō ſanatur: quod ignorat medicina non curat,cauſa,quæ non excutitur,nō expeditur,exeat foras Lazarus,& ſoluetur.Veniat nudus Naaman in Iordanē abiectis vitiorum tegumentis , in fluuium iudicij, in tribunal Sacerdotale, ingrediaꝰ,lauet animum,leprā pellet.

A Obſerua hos leproſos non fuiſſe cūctatores , ſed protinus, vbi a Chriſto audierunt: *Ite oſtendite vos ſacerdotibus*; ad ſacerdotes iuiſſe.Oportet enim nō eſſe cūctatores eos,qui criminis mortiferi ſibi conſcij ſunt;ſed cōtinuò ad cōfeſſionem aduolare, protinus ſacerdotibus ſe oſtendere. Nam vt (ait D. Chryſoſt.homil.36.ad populum)acer inſtat diabolus;ingreſſum aliquem capere volens:ſi vel breuem arripuerit

D.Chryſo. Celeriter querenda ſanitas. Eccleſ.5.

B vacationem, & dilationem, magnum inducit torporem,&c.Et Eccleſ.5.*Nō tardes conuerti ad Dominum , & ne differas de die in diem.&c.*Et Caſſiodorus,ſiue Theodoricus rex li.3.Variar.Epiſ. 14 Malum(inquit)cùm perſeuerat,augetur.Et remediabile bonū eſt in peccatum, accelerata correctio,&c. Vita quam tibi largitur Dominus ſpatium

C eſt correctionis,ne illam effeceris ſpatium nequitiæ.Eccl.15.*Dominus nemini dedit ſpatium peccandi ,&c.* Non dat ſpatium peccandi ſed dat ſpatiū emendandi.Vtere bene hoc ſpatio,ne ſubitò in anguſtias magnas redigaris.Aug. tract.33.in Io.Largitur , (inquit) tibi Dñs ſpatium correctionis.Sed tu plus amas dilationē , quàm emēdationem. Malus fuiſti heri,hodie bonꝰ eſto,&c.

D Ad ſacerdotes illos veteris legis leproſorum ſpectabat iudicium , ad ſacerdotes nouæ legis multo grauius iudicium ſpectat peccatorum.Legis veteris ſacerdotes lepram non purgabāt ſed de ſanitate leproſi ſententiam ferebant.At nouæ legis ſacerdotes longè præſtantiores , ipſam peccatorum

E lepram purgant, veluti miniſtri ſummi Dei,abſolutionis ſniam verè ligatos,ſoluendo proferūt.Vnde D.Chryſoſt.lib.3.de ſacerdotio:Corporis(inquit)lepram purgare,ſeu verius dicā, haud purgare quidē, ſed purgatos ꝓbare,Iudæorum ſacerdotibus ſolis licebat. At verò noſtris ſacerdotibus,

Sacerdotes veteris legis inferiores erāt nouæ ſacerdotibus.

D.Chryſo.

non corporis lepram, verū animę ſordes,non dico purgatas probare , ſed purgare prorſus cōceſſum eſt,&c.Diſcipuli Chriſti(ait D. Gregor. homil. 26.in Euang.)principatum ſuperni iudicij ſortiuntur;vt vice Dei,quibuſdā peccata retineant,quibuſdam relaxēt &c:Sit igitur Sacerdotum vita princi-

D. Gregor.

A patui congruens,qui alios a peccatis abſoluit,caueat, ne ipſe peccatorum vinculis obſtrictus ſit. Durum eſt ait Gregorius eodem loco) ut qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ , iudex fiat vitę alienæ,& plerumque contingit,vt hic iudicij locum teneat,cui ad locum vita minimè concordat,&c.

Sacerdotū vita qualis eſſe debeat.

Sacerdotis vita & ſapientia.

B Cùm vita coniuncta ſit ſapientia, qua de lepra iudicare poſſit abſque errore. Conſiderabat ſacerdos antiqui teſtamenti leproſam carnem,iuxta illud Leuit. 13.*conſiderabit eam ſacerdos , &c.*Sacerdos verò noui Teſtamenti leproſam conſideret animam;& ſapienter conſideret,atque attentè,vt peccata agnoſcere , & animæ congruentia remedia poſſit adhibere.Oleum infundat vulneribus,& vinum;permiſceat vtrumq; nec nimio regiore exulceret

Leuit. 13.

C nec nimia miſericordia,quæ iure ſoluere non poteſt,ſoluat.D. Ambroſius Pſal. 118. Octon, 4.ad illum verſum; *Viam iniquitatis amoue a me, & de lege tua miſerere mei,*&c. Lege,inquit,miſeretur,qui cum iuſtitia & ſapientia miſeretur:vt ea dimittat,q̄ ſcit iure poſſe dimitti;ne cùm alterius miſeretur, ſe ipſum legi faciat obnoxium , Agag

Ambroſius Sacerdos miſericors, ſit,et iuſtus 1.Reg.15.

D poſtquam miſeratione donatus eſt,fecit peccare Saul.Peccauit.n.in ipſa miſericordia;& ideo Peccauit poſt miſericordiā.Cōſideremus etiam, ne & ipſum deteriorem faciamus,cuius miſeremur iniuſtè,&c.Greg.homil.25.in Euang.cāæ penſandæ ſunt;& tūc ligādi,atq; ſoluēdi poteſtas exercēda,&c.

E *Et factum eſt,dum irent mundati ſunt .*

Antequā ad ſacerdotes antiquæ legis leproſi peruenirent,corporis ſanitatem ſunt conſecuti.Similem in modum antequam ad ſacerdotes nouæ legis accedat impius , animi ſanitatem conſequitur,ſi veram habeat , legitimamque contritionem, fatēdiq; pro-

poſitum

Pſalm.31. *Beda.*

poſtum.Nam per cõtritionem culpa deletur,etiam antequam ad confeſſionem perueniat.Pſalm.31.*Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino;& tu remiſiſti impietatem peccati mei , &c.*Beda ſic exponit.Dixi quod in ꝓpoſito meo confitebor Dño:& ad huc non erat verbum in ore;iam auris Domini erat in corde, quia , tu Domine A ſtatim cum hoc propoſui,remiſiſti mihi,&c. Nihilominus quemadmodum leproſi quamuis ſanitate iam donati, ſacerdotibus ſe debebant oſtendere : ſic etiam peccatores, quamuis gratia iam exornati, commiſſa crimina confeſſarijs debent aperire.

Non eſt inuentus qui rediret,& daret gloriam Deo,niſi hic alienigena ? B

De gratijs agẽdis Deo pro beneficijs. *D.Bernar.* *Eccleſ.1.*

Nouem leproſi Iudæi ad Chriſtum non redierunt;redijt vnus alienigena ad agendas pro accepto munere gratias.Hic nobis imitandus. Cùm beneficium à Deo accipimus,ad Deum redeamus,debitaſque perſoluamus gratias.Fœlix(ait D.Bernard.in ſermone cõtra ingratitudinem) qui ad ſingula C dona gratiæ redit ad eum, in quo eſt plenitudo omnium gratiarum, &c.Eccleſ. 1. *Ad locum vnde exeunt flumina , reuertuntur , &c.* Quemadmodum flumina ad mare redeunt,vnde fluunt,ſic beneficia ad Deum per gratiarũ actionẽ redire oportet,à quo emanãt. Idẽ Bernard. ſerm. 13.in Cantica:Ad locũ vnde exeunt,reuertãtur;flumina gratiarum, vt iterum fluant ; remittatur D ad ſuum principium cęleſte profluuiũ quo vberius terræ refundatur. Qualiter inquis? Qualiter dicit Apoſtolus 1.Theſ.5.*in omnibus gratias agentes,&c.* Redijt Samaritanus, nõ rediere Iudæi leproſi ad agendas gratias.Quamobrẽ Chriſtus rogat; *& nouem vbi ſunt? non eſt qui rediret , & daret gloriam Deo niſi hic alienigena.*Redeunt grati ad Deum, E nõn redeunt ingrati. Vt redijt columba ad Noe,diluuio abeunte, oliuæ virentis ramum ore præferens,ſic redit columbinus,gratuſq; homo,ad Chriſtum peccatorum inundatione ceſſante,gratiarum laudes grato ore proferens . Non redijt coruus,nec redit ingratus.*Nouem vbi ſunt ?* ait Dominus. Nos verò rogare poſſumus; Mille vbi ſunt?Centum milia vbi ſunt ? vbi inꝗ ſunt innumeri homines , Dei beneficijs cumulati,qui pro beneficijs non gratias,ſed offenſas reddunt ; qui Dei beneficia quibus circumuallati ſunt , nõn vident,non ſentiunt, nõ cogitãt; Videlicet,in ingratitudine ſunt in obliuione tot beneficiorũ ſunt,in terrenis demerſi negotijs ſunt,flagitijs obruti ſunt.Porcorum inſtar, animantiumq; ratione carentium cibum è cœlo capiunt ; numquam tamen caput nunquam oculos in cælum , ad largitorẽ beneficiorum attollunt.

Gen.3.

Matth. 6. *Peccata,& beneficia sũt debita Deo ſoluenda.*

Pauci ſunt qui redeant, & dent gloriam Deo pro beneficijs maximè debitam.Etenim debita ſunt peccata,de quibus in orõne dominica dicimus . *Dimitte nobis debita noſtra,* debita quoque beneficia, ſoluere debemus Deo debita tùm peccatorum,tũ beneficiorũ,illa debita pęnitẽtia vera; hæc gratiarum actione,amore,ſantiſq; operibus ſoluuntur.Age pro peccatis pęnitẽtiam;age prò beneficijs gratias age ſancta opera.Si peccatorum onus abieciſti,beneficiorum onus abijcere nõ potes.Semper beneficijs a Deo oneraris;caue ne hoc dulci onere,in gratus obruaris.Beatus homo(ait Bernardus ſerm.15.Pſal.90.)qui ſemper pauidus nec minori angitur ſollicitudine , ne fortè obruatur beneficijs,ꝗ peccatis, &c.Ingratus beneficjs obruitur, gratus ad amorem & gratiam & ſubleuatur;Ad hoc ſiquidem(ait eodem loco Bernardus)diuina tã ſedula erga nos , & tã profuſa beneficientia commendatur,vt ſollicitemur ad gratiã, inuitemur ad dilectionem,&c.Dignum & iuſtũ eſt(canit Eccleſia) nos tibi ſemper,& vbique gratias agere. Quia.n. ſemper,& vbiq; beneficia accipimus, ſemper,& vbiq; gratias agamus oportet verbo,opere,& amore: Auguſt.in lib.ſoliloq.c.18.Omni(inquit)momẽto,ò Domine,me tibi obligas,dum oĩ momento mihi tua magna beneficia præſtas.Sicut ergo nulla hora eſt, vel,punctum in oĩ vita mea , quo tuo beneficio non vtar ; ſic nullum debet eſſe momentum ; quo te non habeam

D.Auguſt.

ante

A ante oculos in mea memoria, & te nõ diligam ex omni fortitudine mea,&c.

Non eſt inuentus qui rediret (ait Dominus) & *daret gloriam Deo, niſi hic alienigena, &c.* Alienigenæ, id eſt, peregrini cæli magis, per meditationẽ, ac deſiderium incolæ, quàm terræ, Ad Chriſtum redeunt, dantque illi gloriam, & agunt gratias, iuxta illud Pſal. 18. B *Cæli enarrant gloriam Dei*, Cæleſtes. n. uiri perpertuò gloriam Dei & verbis, & operibus enarrantes, beneficia accepta ſoluunt. Præterea is gratias agit, qui alienigenã ſe eſſe, id eſt, ignotum, nulloq; beneficio dignum agnoſcit. Filij, vxor, domeſtici, conſanguinei, beneficijs patris familias dignos C ſe credent; at homo alienigena, patrique familias penitus ignotus, nihil ſibi deberi arbitratur. Si quid conferatur alienigenæ, grato accipit animo; Alienigenæ ergo ſimilem eſſe oportet hominẽ, vt gratus ſit; vnde illud Bernardi in Serm. cõtra ingratitudinẽ; fælix, inquit, qui ſe alienigenã reputans & pro quibuſque minimis beneficijs, nõ minimas refert grates, gratuitum eſſe non dubitans, neque diſſimulans, quod alieno impẽditur, & ignoto, &c. Idẽ Serm. 51. in Cant. Diligenter conſidera, quæ tibi apponuntur, vt nulla Dei dona debita gratiarũ actione fruſtrẽtur. non grandia, non mediocria, non puſilla. &c. Et Serm. de ſeptem miſericordijs; nihil ita diſplicet Deo, præſertim in filijs gratiæ, in hominibus conuerſionis, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obſtruit gratiæ, &c.

Gratus eſt peregrinus, & alienigena.

D. Bernar.

CAPVT VIII.

De dictis Domini in feſto tabernaculorum.

IOANNES CAPITE VII. Verſ. 11.

IVDÆI ergo quærebant eum in die feſto, & dicebãt; vbi
eſt ille?* & murmur multum erat in turba de eo. Quidam 12
enim dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dicebant, non,
ſed ſeducit turbas.* Nemo tamen palam loquebatur de il 13
lo, propter metum Iudęorum* Iam autem die feſto mediã 14
te, aſcendit Ieſus in templum, & docebat.* Et mirabantur 15
Iudæi, dicentes, quomodo hic literas ſcit, cũ nõ didicerit?* 16
Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina, non eſt mea, ſed eius qui miſit
me.* Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex 17
Deo ſit, an ego a me ipſo loquar. * Qui a ſemetipſo loquitur, gloriã propriã 18
quærit; qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſti
tia in illo non eſt.* Nonne Moyſes dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit 19
legem?* Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: Dæmonium 20
habes quis te quærit interficere?* Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus fe 21
ci, & omnes miramini.* Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem: (nõ 22
quia ex Moyſe eſt, ſed ex Patribus) & in ſabbato circumciditis hominem.* Si 23
circumciſionem accipit homo in ſabato, ut non ſoluatur lex Moyſi; mihi indi
gnamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato?* Nolite iudicare ſecũ 24
dum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate:* Dicebant ergo quidam ex Ieroſo 25
lymis: Nonne hic eſt, quem quærunt interficere?* Et ecce palàm loquitur, & 26
nihil ei dicunt. Nũquid verè cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus?* 27
Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſcit, vnde ſit.* 28
Clamabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens, & me ſcitis, & vnde ſim ſci-
tis: & à me ipſo non veni; ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis, * Ego 29
ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.* Quærebant ergo eum apprehen 30
dere; & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius* De tur 31
ba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cum venerit, num-

quid

Digitized by Google

32 quid plura ſigna faciet,quam quæ hic facit?* Audierũt Phariſæi turbã mur-
murantem de illo hæc: Et miſerunt principes,& Phariſæi miniſtros,vt appre
33 henderẽt eum.*Dixit ergo eis Ieſus:adhuc modicum tempus vobiſcum ſum:
34 & vado ad eum,qui me miſit.*Quæretis me,& nõ inuenietis:& vbi ego ſum,
35 vos non poteſtis venire.* Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos:Quo hic iturus
eſt,quia nõ inueniemus eum?numquid in diſperſionem gentium iturus eſt,
36 & docturus gentes?*Quis eſt hic ſermo, quem dixit:Quæretis me & non in-
37 uenietis:& vbi ſum ego,vos nõ poteſtis venire?* In nouiſſimo autem die ma
gno feſtiuitatis,ſtabat Ieſus,& clamabat dicens:Si quis ſitit veniat ad me ,&
38 bibat.*Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura , flumina de ventre eius fluent
39 aquæ viuæ.*Hoc autem dixit de ſpiritu,quem accepturi erant credentes in
40 eum:nondum enim erat Spiritus datus,quia Ieſus nõdum erat glorificatus.
41 *Ex illa ergo turba,cũ audiſſent hos ſermones eius,dicebãt ; hic eſt verè pro-
42 pheta.*Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Nũquid à
43 Galilæa venit Chriſtus?*Nonne ſcriptura dicit:Quia ex ſemine Dauid,& de
44 Bethlehẽ caſtello,vbi erat, Dauid venit Chriſtus?*Diſſenſio itaq; facta eſt in
45 turba,propter eũ.*Quidam aũt ex ipſis volebãt apprehendere eum:ſed nemo
46 miſit ſuper eũ manus.*Venerunt ergo miniſtri ad Põtifices,& Phariſæos. Et
47 dixerunt eis illi:Quare non adduxiſtis illum?*Reſponderunt miniſtri:Num-
48 quam ſic locutus eſt homo , ſicut hic homo*Reſponderunt ergo eis Phari-
49 ſęi: Numquid &vos ſeducti eſtis?*Numquid ex Principib. aliquis credidit in
50 eum,aut ex Phariſæis?*ſed turba hæc,quæ non nouit legem, maledicti ſunt.
51 Dixit Nicodemus ad eos, ille,qui venit ad eum nocte,qui vnus erat ex ipſis.*
52 Numquid lex noſtra iudicat hominem,niſi prius audierit ab ipſo,& cognoue
53 rit quid faciat?* Reſponderunt,& dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es?
Scrutare Scripturas,& vide, quia à Galilæa propheta non ſurgit.* Et reuer-
ſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto.

Qua mẽte Iudæi quærerẽt Chriſtum, in feſto.

ADuenit feſtum tabernaculorum, de quo ſupra diximus cuius celebrandi cauſa oẽs Iudæi Ieroſolymam confluebant. Non tũ apparebat Ieroſolymis Chriſtus;ideoq; vt Euangeliſta ait,quærebant eum Iudęi.Qua mẽte quærerent,ambigitur.D Chryſoſt. exiſtimat quæſiuiſſe vt comprehenderent,& occiderent.Diem,inquit,feſtũ maximè reuerebantur , & tñ capere Chriſtum conabantur, &c. Et Euthymius;Cùm Iudęi Chriſtum in feſto occidere propoſuiſſent , vt pote tunc ẽt aduenturum propter publicum conuentum;eo non inuento hinc inde errabant,& dicebãt:*vbi eſt ille?*&c. Theophyl. Conſidera quàm auidi fuerint cædis,cùm neque per tempus feſtiuitatis illi parcerent; Sed venari Chriſtum per illud volebant, ideo & quærebant,&c.Quòd autem Iudæi Chriſtum vellent interficere, initiò huius capitis ſeptimi Ioannes affirmauit his verbis:*Non volebat in Iudæam ambulare,quia volebãt eum Iudæi interficere,&c.* Et eodẽ capite Chriſtus:*Quid*,inquit, *me quæritis interficere?*item Euangeliſta *Miſerunt*(ait)*Principes, & Phariſæi miniſtros,ut apprehenderent eum,&c.*Neq; verò hæc Principum , & Phariſæorum voluntas latebat,ſiquidem eodem capite ait Euangeliſta ; *dicebant quidam ex Ieroſolymis:Nonne hic eſt,quem quærũt interficere,&c.* D. Cyrillus non putat Chriſtum quæſitum , vt occideretur, vt quidam aiunt , ſic enim ſcribit: Iudęi Chriſtum quærunt, non ut credãt ſed vt dicacitatem ſuam in eum exerceant,&c.Item:iucunditatem,inquit, potius ex admiratione ſignorum,quã vtilitatem venari videbantur, &c.

Chryſoſt. *Euthym.* *Theophy.* B *Iudæi diuerſis modis Chriſtũ quærunt.*

C Veriſimilius mihi videtur Iudæos , ideſt incolas Iudææ prouinciæ quæſiuiſſe Dominum,vt ſolebant alii, videlicet,vt audirent conciones , & viderent miracula.Quia verò nõdum credebant,ideo rogant;Vbi eſt illè?D.Cyrillus arrogantię tribuit hũc loquendi modum.Chryſoſto. & Euthymius odio,

Chryſoſt. *Euthym.* *Theoph.*

Digitized by Google

odio, Theophylactus item: Pre multo (inquit) odio nomẽ eius nõ proferũt, &c. Sed populus Chriſtum non habebat odio, ideoq; dici põt, ſic locutos Iudæos, quoniam nondum in Chriſtũ credebãt, & de notiſſimo loquebãtur ideoq; nomen pretermittebant. Obſeruat hoc loco Cyrillus non ſufficere ſi Chriſtum quæras, neceſſe enim eſt, A quærere, & obedire. Quęrebãt Iudæi, ſed illius dictis non obtemperabant; ideoque perierunt. *Quærite Dominũ* (ait Iſai. 55.) *dum inueniri poteſt, inuoca te eum dum propè eſt.* Sed quomodo quærendus ſit addit. *Derelinquat impius viã ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, &c.* Vnde D. Cyrillus in Ioannem: Animaduertis (ait) quòd non ſufficit ad ſalutem, ſi ſolum B quæris: Sed oportet cũ inueneris, obedientia, & fide ad illum reuerti &c.

Et murmur multum erat in turba de eo.

Murmur multum dicitur de Chriſto fuiſſe in turba, quæ ad feſtum tabernaculorũ agendũ conuenerat, quia de illo oẽs loquebantur, murmure, ac ſtrepitu magno. Quidã bonum eſſe, ac iuſtũ, alij turbæ ſeductorẽ aſſerebãt. Verba illa: *ſeducit turbas*; Chriſoſtom. C principium putat fuiſſe, & ſacerdotũ. Crediderim potius fuiſſe turbæ, inter ſe.n. colloquebantur de Chriſto; alii iuſtum alii ex eadem turba, ſeductorẽ eſſe aiebant. Dices, ſi de turba erant, quõ aiunt, ſeducit turbas? Reſpõdeo illos, qui hæc proferebãt verba, nõ fuiſſe turbã, ſed fuiſſe ẽt ex turba, recteq; dicere potuiſſe, ſeducit turbas. Quẽadmodũ ciuis eiuſdẽ ciuitatis de ſeducto D re dicere certè poteſt, ſeducit ciues.

Chryſoſto. Verba illa cuius fuerint.

Nullus tamen de eo palàm loquebatur.

Videntur verba hæc cũ ſuperioribus pugnare, ſi de Chriſto oẽs loquebantur, qui fieri poteſt, ut nullus palã loqueretur? Reſpondemus, nõ pugnare. Nã loquebãtur de Chriſto oẽs; ſed qui bonum ſanctum, iuſtum eſſe affirmabant, palã id nõ dicebã Gręce παρρησία, i. *palam*, & *libere*. Eſt ſenſus: nemo cũ libertate Chriſtũ ſanctum iuſtũ que prædicare nemo illum Meſſiã eſſe dicere palã, libereq; audebat propter metum Iudeorum, non oĩum, ſed quorundam, videlicet principum, & Phariſæorũ, ac ſacerdotũ. Obſeruat Aug. tract. 28. hoc ẽt Dei ſeruis contingere: quidã laudãt, alii probris afficiũt. De oĩbus (inquit) ſeruis Chriſti hoc dicitur modo. Quicunq;.n. eminuerit in aliqua gratia ſpiritali, profectò alij dicunt bonus eſt, alij nõ ſed ſeducit turbas. Vnde hoc? q̃a vita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo, &c. Apparebit Chriſtus in iudicio, apparebit tunc vita noſtra, apparebit bonus Chriſti ſeruus, apparebit ſeductor malus. Quemadmodũ hyemali tpe arbores, ſic nunc nõ agnoſcũtur homines. Verno illo ſiue æſtiuo iudicij tpe, quales ſint apparebit. Aug. eodem tractatu; licet (inquit) dicere hominib. per hyemẽ, mortua eſt hæc arbor, ſimilis eſt aridæ; & quamdiu hyems eſt, non apparet. Aeſtas probat, iudicium probat, ęſtas nr̃a reuelatio Chriſti eſt, &c.

Seruis Dei id euenit, quod Dominũ quidam laudant, alij vituperant.

D. Auguſt.

In die iudicij, cognoſcẽtur ignoti. Auguſt.

Iam autem die feſto mediante, aſcendit. Ieſus in templum.

Græcè τῆς ἑορτῆς μεσούσης, i. *feſtiuitate dimidiata*. Vt ſuprà diximus, tabernaculorum feſtũ ſeptem complectebatur dies, feſto iam dimidiato. i. tertia, uel quarta die feſti Chriſtus in templum, q in celſo loco extructũ erat, aſcendit, populumq; docuit. Dubitatũ; Num uenerit Chriſtus Ieroſolymam prima die feſti, an uerò iam dimidiato feſto? Nam hic locus indicat dimidiato iam feſto veniſſe, quod ſentit Auguſt. tract. 28. veriſimilius eſt ad primam feſti diem Ieroſolymam veniſſe. Probatur quoniam legem ſeruabat, lex autem præcipiebat vt ſeptem diebus tabernaculorum feſtum celebraretur. Leuit. 23. Deut. 16. ergo prima iam aderat, & prima ipſa die in templũ venerat, ſed occultè; fuerat enim occultus aduentus iuxta illud Euãgeliſtę, hoc capitè 7. *Ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè ſed quaſi in occulto, &c.* E Itaque occultè ante primam diẽ vrbem ingreſſus, templumq; petijt cũ diſcipulis, tertiò uerò, uel quarto die, palàm in templũ reuerſus, docere cœpit ſumma cum libertate. Ecce ille q in Iudæam ambulare nolebat, quia q̃rebant eum Iudæi interficere, quique occultè

Quo die feſti taberna culorum uenerit Chriſtus in templum.

Digitized by Google

occultè ad feſtum agendum venerat, ecce (inquam) in locum maximè publicum aſcendit, ideſt, in tẽplum, nec latet, aut ſilet, ſed concionatur, & clamat. Quid hoc eſt? ſi occultè aſcendit; cur publicè docet coram ijs, qui mortem illi moliebantur? videlicet, neminem timet vitæ, neciſque dominus. Et hominem ſe indicauit occultè veniẽs A & Deum palam docens, neminemque formidans. Sic in horto ſanguine ſudat; poſtea hoſtibus obuiam prodit. Noſter interpres forſitan intellexit Chriſtum ipſo primo die feſto dimidiato, in tẽplo comparuiſſe, & docuiſſe quia vertit. *Die feſto mediante, aſcendit in templum*, non dixit, feſto mediante, ſed die feſto, ſcilicet primo ſeptem dierum. Non ergo venit in templum, B tertio, vel quarto die, ſed primo die feſto mediante. Veriſimilius fortè eſt hæc interpretatio. Græca lectio non repugnat: ſic enim eſt exponenda: feſtiuitate dimidiata, i. primo die feſtiuitatis dimidiato. Veriſimilius eſt diẽ feſtum appellari tempus feſtum illud, quod octo diebus agebatur. Sic D. Auguſtinus arbitratur tract. 28. in Ioan. Mediante (ait) die feſto, i. cùm iam illius diei feſti tot dies præterijſſent, quot remanſiſſent, &c. Dicitur Chriſtus in templum aſcendiſſe ad docendum, quia in loco edito templum ſitũ erat. Moraliter, celſus locus eſt templum, ſuggeſtus, ſacerdotis dignitas, aſcendere ad eam oportet, morib. non deſcendere. Arduum, difficileque eſt munus, docere exemplo, & verbo. Vnde D. Cyrillus: Non dixit (ait) Euangeliſta Chriſtum ingreſſum fuiſſe in templum; ſed aſcendiſſe. Ardua ſanè res eſt, atque ſublimis loca ingredi ſancta, & docendi munus rectè ſuſcipere. Hæc Cyrillus.

Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit.

Doctè, ac literatè Chriſtus concionatus eſt; ſciebant autem Iudæi literis operam nauaſſe numquam. Ideo mirã- *Mirãtur Iudæi Chriſti ſapiẽtiam.* tur, ac rogãt. *Quomodo hic literas ſcit, cũ non didicerit?* ignorantia cauſa eſt admirationis, Sapientiã Patris eſſe Chriſtum ignorabant, idcirco quòd ſapienter loqueretur mirabantur. Sed quid mirum ſi ſapientia Dei ſapientiſſime loquatur? Non eſt ſapientiæ diſcere, ſed docere; q̃d ergo miramini Iudæi, quod literas non didicerit, & tamen doceat? In Dei ſapientiam (ait Ambroſius lib. 2. de fide, cap. 4.) nõ cadit, ut *Ambroſius.* inſtituta ſit alterius diſciplinis; cũ ipſa diſciplinarum omniũ tradiderit inſtitutum, &c. Theophylactus hanc admirationem tribuit inuidię. Obſtupe- *Theophyl.* ſcebant (inquit) quod ſolet inuidis accidere. Sicut ſi pauper vicinus repẽtè in ſplendidiore veſtitu procedat, & videat eũ vicinus inuidus dicit; Quomodo hic tam ſumptuoſis veſtibus indutus eſt? Vnde huic veſtis illa? &c. Similiter Nazareni aiebant. Marci 6. *Vnde huic hæc omnia; Et quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi? &c.*

Mea dotrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.

Nihil occultum Chriſto. Quid Iudæi dicerent, ſciebat. Reſpondet illorum quæſtioni; Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? Doctrinæ ſuæ C originem, ac fontem indicat puriſſimum, nulla falſitate, aut incertitudine inquinatum, nẽpe Deum Patrem. In qua ſchola literas didicerit oſtendit. Reliqui homines ab hominibus, vel Angelis diſcũt. Chriſtus nõ ab hominibus didicit, non ab Angelis. Eius enim dignitati repugnabat, ab hominibus diſcere ſcientiam erroribus admixtam, & in certis opinionibus: re- D pugnabat quoque ab Angelis doceri. Secundum humanam naturam a Patre didicit, iuxta illud Ioan. 8. *Sicut docuit me Pater, hæc loquor in mundo &c.* Nam à Patre a diuinitate repleta eſt humanitas ſapiẽtia admirabili: ideo ait. *Mea doctrina, non eſt mea, ſed eſt eius qui miſit me.* Suam appellat doctrinã; quia illã *Quonã modo doctrina Chriſti, nõ ſit Chriſti.* E ipſe tradebat, non ſuam, quia nouã doctrinam, & Deo aduerſariã non excogitauerat, & inuenerat; quia a ſe ipſo nõ loquebatur, ſed a Patre acceperat, q̃ docebat, qui per illum, & in illo loquebatur. Similem in modũ diſcipuli dicere poterãt; doctrina noſtra, nõ eſt noſtra, ſed eius q̃ miſit nos, & loquiť in

in nobis. Vnde illud Matth. 10. *Non vos eſtis q loquimini, ſed ſpiritus Patris noſtri, qui loquitur in vobis, &c.* Ideſt, verba veſtra non ſunt veſtra, doctrina veſtra non eſt veſtra, ſed Spiritus ſancti. Aiebat olim propheta. *Hæc dicit dominus*, quaſi diceret: doctrina mea, non eſt mea, ſed eius, qui miſit me, quoniam id, quod dicebat a Deo acceperat; ita legatus dicere poteſt, verba mea, non ſunt mea, ſed eius qui miſit me principis. Sic lux lunæ non eſt lunæ, ſed ſolis, aqua fluuij nõ eſt fluui, ſed, fontis, quia à fonte emanat doctrina Chriſti. Fluuius erat Chriſti, ſed a fonte, i. Patre emanabat. Deut. 18. *Ponã verba mea in ore eius, &c.* ad Hebr. 1. *Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio &c.* Ioan. 8. *Quæ audiui ab eo, i. à Patre, hæc loquor in mundo, &c.* Intelligitur autem locus de doctrina ipſa, quam hominibus tradebat Chriſtus: conſequenter de ſapiẽtia, ex qua doctrina emanabat. Doctrina in verbis erat; ſapientia creata, & a Patre accepta, in intellectu.

Poteſt etiam locus exponi de ſapiẽtia increata hoc ſenſu Mea doctrina, i. doctrina, quam doceo, non eſt mea, ideſt a me ipſo ſine Patre non eſt reperta, ſed eius eſt, qui miſit me, ideſt, Patris eſt quia a Patre ſimul cum generatione æterna infinitam accepi ſapientiam, a qua hæc doctrina effluit, veluti è fonte puriſſimo, nulloq; errore, aut falſa opinione inquinato. D. Aug. tract. 29. ita exponit. Mea doctrina non eſt mea, ideſt, ego nõ ſum à me ipſo: ſed a Patre. Nam Chriſtum Verbum Patris, doctrinam Patris eſſe ait. At Chriſtus de doctrina loquitur, quã verbis docebat. Erat autem ipſe ſapiẽtia Patris, à quo doctrina emanabat; non autem erat ipſa doctrina, quę verbis tradebatur. Lege eundem lib. 1. de Trinit c. 12. & lib. 2. ca. 3. Sic interpretatur D. Cyrillus; Aut, inquit, quia eadem eſt Patris, & filij doctrina, aut qa ipſe ſapientia Patris eſt per quam loquitur vniuerſa, & ſanxit Pater, ſuam eſſe Patris doctrinam aſſerit, &c. D. Chryſoſt. Hoc, ait, Verbum: Non eſt mea; maiorem in modum Patris, & ſuã vnam eſſe doctrinam indicat, quaſi dicat; nihil habet diuerſum, tamquam alterius. Quòd ſi perſona alia ſum, idẽ tamen & dico, & facio, vt non exiſtimetis aliud a Patre, ſed idẽ me dicere & facere. Hæc ille. D. Ambroſius lib. 5. de fide, cap. 3. Mea doctrina, inquit, non eſt mea: Non eſt enim ſecundum carnem mea; quia quæ diuina ſunt, nõ ſicut carnis eloquia, &c. Et lib. 2. c. 4. Cùm ſine eruditione literarũ doceat; nõ quaſi homo, ſed potius vt Deus videtur docere, qui doctrinam non didicerit; ſed inuenerit, &c.

(Margin: D. Auguſt. — Cyrillus. — D. Chryſo. — Ambroſ.)

Alius ſenſus eſt, doctrina mea non eſt mea, ſubaudi ſolùm, ſed eius etiam qui miſit me Patris. Sic Paul. 1. Corint. 15. *Non ego, inquit, laboraui; ſed gratia Dei meum;* ideſt; non ego ſolus laboraui: ſed etiam Deus mecum. Ioan. 12. *Qui credit in me* (ait Chriſtus) *non credit in me ſed etiam in Patrem.*

(Margin: Alius ſenſus. — 1. Cor. 15. — Ioan. 12.)

Denique videtur Dominus dicere doctrinam ſuam non eſſe ſuam, quia a ſeipſo non loquitur: contrariam Deo doctrinam tradens, hoc ſenſu: *Mea doctrina non eſt mea;* i. a me excogitata, & inuenta ſine Patre; & contraria Patri, ſed ipſius Patris eſt doctrina, idem eſt non eſt mea, quòd; *à me ipſo non loquor*, probatur hic ſenſus ex verbis conſequentibus. *Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar, &c.* Idem eſt dicere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar, & dicere; cognoſcet de doctrina, an ſit ex Deo, an mea. Quid ſit autem loqui ex ſe ipſo oſtendunt verba addita: *Qui, inquit, a ſemetipſo loquitur gloriam propriam quærit, &c.* Ergo loqui a ſe ipſo eſt loqui, docere doctrinam ſuam nouam, & a ſe inuentam, inanis gloriæ cauſa. Chriſti autem doctrina huius mundi non erat, ideò ait: doctrina mea non eſt mea, & non loquor a me ipſo propter inanẽ gloriã. Sic interpretatur Theophylactus; *mea doctrina non eſt mea*, ideſt, Non loquor a me ipſo, tamquam Deo aduerſarius; ſed quæcumq; illa fuerint Patris, hæc & mea verba ſunt, &c. Item: *Mea doctrina, non eſt mea*: hoc eſt non eſt aduerſaria Deo, ſed Patris mei eſt, &c. Itaque ait Dñs: Non ſum falſus magiſter, qui a me fictã doctrinam tradã, ad ſedu-

ſeducendum populum,Doctrina mea non eſt mea,a me ficta,ſed Dei eſt. Magiſter ſum, qui Dei trado doctrinam, non meam. Rupertus interpretatur doctriua mea non eſt mea,ſicut doctrina Phariſæorum doctrina ſua eſt; iuxta illud Matthæi 15. *Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionẽ veſtram?* Habes hæreticorum ac nouatorum ſignum euidens.Etenim Orthodoxus verè ait, doctrina mea non eſt mea;non eſt noua a me reperta,ſed Dei & Eccleſiæ.At hæreſiarchæ & nouatoris doctrina,ipſius eſt,ab ipſo malè ad captandam inanem gloriam ficta noua,& Eccleſiæ,Deoq; aduerſa. Hæreticorum(ait Rupertus Ioan.7.)profeſſio iſta non eſt(.ſ.doctrina mea, nõ eſt mea)illis magis placet propria, q̃ illa,quæ omnium ſanctorum communis eſt, Catholicæ atq; Apoſtolicæ fidei doctrina.Dicatq; itaque Dei filius quod vnumquemque Eccleſiæ doctorem dicere vult:Mea doctrina non eſt mea,ideſt,non facit hæreſes, & ſchiſmata,quomodo faciunt eorum doctrinæ, qui nouitatum amantes derelinquunt traditiones Dei,propter traditiones ſuas;hæc ille.Expende Lutheri Caluini,cæterorumq; doctrinam,videbis apertiſſimè non Patris, ſed ipſorũ doctrinam eſſe. Attendant ẽt cõcionatores,ne ex doctrina Chriſti popularemcaptent auram;tum doctrinam,tũ gloriam tribuant Deo.Mea doctrina, dicit humilis, non eſt mea, ſed Dei, qui,miſſit me,arrogans vero ait; Mea doctrina eſt mea; Audiamus D.Petrũ 1.Pet.4. *Siquis,*inquit,*loquitur,quaſi ſermones Dei,&c.* Non igitur quaſi ſermones,ſuos loquaẽ concionator, ſed quaſi ſermones, & doctrinã Dei. Deo tribuat doctrinam,prętereà gloriã,& honorẽ. Vnde ſequitur apud Petrum; *Vt in oĩbus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtũ,&c.*Et Dñs Ioan.8. *Qui a ſemetipſo, loquitur gloriam propriã quærit, &c.*

Hæreticorũ doctrina noua, & ab ipſis, diaboloque,inuẽta.

Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoſcet de doctrina,vtrum ex Deo ſit.

Docet Dominus quomodo cognoſci poſſit doctrinam ſuam non eſſe ſuã ſed a Deo Patre acceptam; eiuſque

A voluntati congruentem,Vultis, inq̃t, cognoſcere doctrinam meam à Deo eſſe acceptam, veram, Dei voluntati congruentem? date operam, vt Dei voluntatẽ faciatis,ideſt, ut illius mãdata obſeruetis.Hoc ſi faciatis illuminabit vos,eiuſq; lumine illuſtrati,intelligetis,doctrinam meam, non eſſe meam,ſedDei.Indicat Dominus viam ad veritatem inueniendam, ſtudium eſſe virtutis,faciendæq; diuinæ volũtatis cupiditatem.Etenim mandatorũ B Dei ſtudioſis,veritatem, aperit Deus. D.Chriſ. Qui facit voluntatẽ eius cognoſcet de doctrina;hoc eſt,ſi quis ſit amator uirtutis, meorum verborum vim intelliget. Si quis voluerit prophetias perſcrutari, an ſecundum eas loquar cognoſcere poterit.Sic Chryſoſt. & Theophy. Si quis virtutẽ amplexatus fuerit,& inuidiæ non ſeruierit, neq; odio contra me obtenebratus fuerit, ſciet meorum ſermonum C virtutem;num ea quæ Patris ſunt,loquar.Voluntatem autem Dei facit, & qui Scripturas, & Prophetas ſcrutatur. Igitur qui talis eſt,poterit ſcire de doctrina Domini,ꝙ ex Deo ſit,&c. Eodẽ modo interpretatur Euthymius Voluntatem,inquit,Dei vocat Dominus operari virtutem, & prophetijs, quæ de ipſo ſunt,attendere.Virtus ſiquidẽ purgat mentem;ꝓphetiæ verò docent,&c. Et Rupertus Ioan 7. Hoc ait,audiat conſilium, qui diſcretiuum D quærit veritatis intellectum.Velit facere voluntatem Dei, vt cognoſcere poſſit voluntatem Dei,optet ambulare viam Dei;vt mereatur videre uiam Dei,&c.Item:Quia doctrinam Dei nõ diſcernunt, excuſationem non habẽt quia videlicet ex ipſo errore ſuo, ſibi teſtes ſunt,quod deſiderium non habeant faciendi Dei volũtatem. Quod vtique ſi haberent,doctrinam,quæ ex Deo eſt ultrò amarent,&c.Non habebant E Phariſæi, Sacerdotumq; principes,& Scribæ,deſiderium diuinæ uoluntatis faciendæ, inani gloriæ cupiditate inuidia,odioq; in Chriſtum flagrabant, ideoque doctrinam Chriſti a Deo eſſe non cognoſcebant. Vnde D. Chryſoſt. homil.48. in Ioan. ſic facit loqnentem Chriſtum; Amouete (inquit)

Voluntatẽ Dei faciat qui doctrinam illius & verba vult intelligere.

Chryſoſt. Theoph.

Euthym.

Rupertus.

Iudæi in Chriſtum quali animo fuerint

Chryſoſt.

(inquit)Iudæi iram,& inuidiã, & inane contra me odium,& nihil vos impediet,quin cognoſcatis Dei verè verba mea eſſe.Nunc hæc uobis tenebras & offundunt,& rectum, verumque iudiciũ corrumpunt,&c. Huc illud ſpectat Ioan.5. *Quomodo uos poteſtis credere qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriã quæ a Deo eſt non quæritis?&c.* Et illud Sapientiæ 7. *In maleuolam animam non introibit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis,&c.* Maleuolæ erant Phariſeorum animæ, ideò Dei ſapientia in illas non introibat.Vt ægro palato dulcis cibus;ſic ægro animo dulcis ſapientia minimè dulceſcit.

Ioan.5.

Sap.7.

Quod Iudæi dixit Chriſtus id nos hæreticis etiam dicere poſſumus. Si quis voluerit voluntatem Dei facere, cognoſcet,de doctrina Eccleſiæ,ꝙ ex Deo ſit.Quia verò hæretici voluntatem Dei facere nolunt,ſed ſuam; ideò verã doctrinam non cognoſcunt,cœcoque impetu feruntur in tartarum. Sicut bona diſpoſitio guſtus(ait Card. Caiet.)dat guſtui diſcernere differentias ſaporum;ſic bona diſpoſitio volũtatis,ſi verè eſt bona, dat intellectui diſcernere doctrinam ex Deo,a doctrina quæ non eſt ex Deo,&c. Huc illud pertinet Iſaiæ,58. *Me de die in diem quærunt,& ſcire vias meas volũt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit,&c.* Qui vias Domini ſcire vult, qui eius doctrinam agnoſcere,iuſtitiam faciat. Hæretici vias Domini ſcire volunt,ſed iuſtitiam nõ faciunt,ideo eas non inueniunt. Aberrant à via; ideo non inueniunt veritatem. 1.Timoth.1. *Habens fidem, & bonã conſcientiam,quam quidam repellentes,circa fidem naufragauerũt,&c.* Qui bonam conſcientiam repellit, circa fidem facit naufragium, & circa ſcripturas, quas repulſa bona conſcientia cœcus non intelligit hęreticus.Nam vt eſt in Pſal.111. *Intellectus bonus omnibus faciẽtibus eum* Hieronymus vertit: *Doctrina bona omnibus,qui faciunt eam,&c.* Diuus Auguſtinus tractatu 29. in Ioannem interpretatur hoc fide, quæ per caritatem operatur hoc ſenſu: *Si quis uoluerit voluntatem Dei facere ,i.credere fide quæ per dilectionem operatur:* nam hæc vo-

Hæretici quomodo illuminabuntur.

A luntas Dei eſt,vt credamus; & operemur per caritatem;Cognoſcet de doctrina mea,&c. *Fides quæ per dilectionẽ operatur in te ſit,*(ait Auguſtinus)& intelliges de doctrina Dei, &c. Collige hinc ad intelligendam Dei doctrinam Scripturaſque ſacras,opus eſſe voluntatem Dei facere. Legendus D.Athanaſius lib.de incarnatione,& corporali aduentu,in fine; Ad Scripturarum (ait) indaginem, verumque intellectum opus eſt vita proba,animo puro

B & virtute, quæ ſecundum Chriſtum eſt.Vt mens per eius tramitem decurrens, ea que expetit, adipiſci poſſit, quatenus fas eſt, humanam naturam diuina intelligere. Nam ſine pura mẽte,& Sanctorum imitatione,nemo cõprehenderit Sanctorum verba,&c.Rẽ illuſtrat Athanaſius ſimilitudine hac: Queamodum ſi quis intueri velit Solem, oculos detergit, & in ſplendorem redigit,ad eius ſimilitudinem, cuius conſpiciendi deſiderio tenetur,

C ſeſe purificãs,vt ita oculus iam lumẽ redditus,lumen ſolis contempletur: ita qui volet mentem virorum cæleſtia loquentium intelligere;prius detergere, & abluere viuẽdi diſciplina animam debet,&c D.Hiero.epiſt.16. Pſal.118. *Amandatis tuis,*ait, *intellexi: vt poſtquam mãdata compleſſet, tunc ſciret,ſe mereri intelligẽtiã Scripturarũ &c.*

Qui a ſemetipſo loquitur,gloriam propriam quærit.

D

Is à ſemetipſo loquitur,qui nouam & a ſe inuentã tradit doctrinam à vera doctrina alienam,quod hæretici faciunt nouatores. Noua enim in orbẽ dogmata inuehunt,à vera Catholicæ Eccleſiæ ſapientia diſcrepantia.Chryſoſt.quid ſit a ſemetipſo loqui ſic exponit:hoc eſt,inquit,proprium quiddam & ſeparatum,loqui,&c. D Cyrillus, Quod(inquit)ſibi gloriam docẽ-

E do non quærit Chriſtus,argumentum hoc affert;qa non contraria neq; aliena a lege doctrina vtitur. Hoc enim eſt a ſe ipſo loqui,&c. Rupertus verò ait,non poſſe quemquam a ſemetipſo loqui, & veracem eſſe, veramque doctrinam docere. Euthymius;A ſe ipſo

Quis nam dicatur à ſe ipſo loqu. *Cryſoſt.* *Cyrillus.* *Rupertus.*

Digitized by Google

Theophyl. *Auguſt.*

A (inquit) loquitur, qui ea quæ ſuę ſunt voluntatis loquitur, &c. Theophylactus a ſe ipſo loqui ait, qui vult propriam ſtatuere doctrinam. D. Aug. de Antichriſto hæc verba intellexit, qui a ſemetipſo loquetur impius: & propriam quæret gloriam, non Dei. Sed vniuersà intelligantur hoc pacto; ſeductores impij, q a ſe ipſis loquũtur, & a ſe inuenta dogmata vulgant, propriam quærũt ex ſua doctrina gloriã, Et mendaces, atque iniuſti ſunt, ego B non quæro ex mea doctrina gloriam meam, ſed Patris, qui me miſit; ergo non loquor a me ipſo, i. non affero doctrinam aliquam nouã Dei doctrinæ repugnantem. Sed verax ſum, & iuſtus quia iniuſtitia ſiue iniquitas non eſt in me. Verax in doctrina, quia gloriã quæro Patris; iuſtus in vita. Itaque doctrina mea, vt dixi, nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me; non eſt à me ipſo ſine Patre, ſed eſt Patris, veluti principij ſine principio. Quod autem Chriſtus gloriam propriam non quæreret, videbãt C Iudęi, quia popularem auram minimè curabat, Phariſęorum, & Principum beneuolentiam non captabat; aulam fugiebat, & honorem.

Signum hæretici captare inanem gloriam ex doctrina.

Auguſt.

Habes hic ſignũ hæretici eſſe gloriam captare ex doctrina. & ſignũ mẽbri Antichriſti, iuxta expoſitionẽ Auguſtini. Vnde tract. 29. Omnes, inquit, pertinentes ad corpus Chriſti, ne inducamur in laqueos Antichriſti, non quæramus gloriam noſtram. &c.

D Aliter probat Dñs ſuam doctrinam eſſe Patris, ꝙ ipſe gloriam ex doctrina, non ſuam, ſed Patris quærat, tamquam auctoris illius, & largitoris. Loquitur. n. de humana ſapientia a Patre dono data. *Qui a ſe ipſo loquitur, gloriam propriã quærit:* hoc eſt, qui ex ſua ſapientia loquitur, q quę ipſe reperit, & quorum auctor eſt, ſapiẽtiæ documẽto tradit gloriam propriam quærit proprię ſapientiæ; non vult ſua inuẽta alij tribui. At qui a ſemetipſo non loquitur E ſed ꝙ ab alio accepit ſapiẽter effat glo riã ſapientiæ ſuæ non quærit, ſed tribuit ei, a quo accepit, id quod loquit. Ego ex doctrina mea gloriam propriã non quæro ſed verax ſum, & Patri tribuo: ergo Patris doctrina eſt.

Alius ſenſus.

A Aliter hic locus ſic explicari põt: *Mea doctrina,* ait, *non eſt mea, ſed eius qui miſit me.* Quemadmodum ſi legatus regis dicat; Mea verba non ſunt mea, ſed regis, q miſit me, Chriſtus. n. legatus erat a Patre miſſus, & doctrinã, Patriſque verba loquebatur. Si quis voluerit voluntatẽ Dei facere, & in me credere, cognoſcet an mea doctrina ſit à Deo, an vero loquar a me ipſo, nõ miſſus a Patre. Qui a ſe ipſo loquitur, i. qui loquitur, & docet non miſſus, ſed B propria cupiditate ductus, ꝓpriã gloriã quęrit, & mendacia loquitur: *Qui autem quærit gloriã eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt,* i. Ego non quæro gloriam meã, ſed gloriã illius, qui me miſit, ideoq; verax ſum, non. n. vt gloriam hominum aucuper, a veritate recedã, ſiquidem illam non aucupor. Et non eſt in me iniuſtitia, i. iniquitas illa ꝑ quam poſſitis verbis meis fidem denegare. In verbis ſumma eſt veritas, in vita ſum- C ma iuſtitia.

Chriſtĩ doctrina nulla ratione recuſari poteſt.

Alius ſenſus.

Addo & hanc interpretationẽ, ait Chriſtus, *Siquis uoluerit voluntatem Dei facere cognoſcet, an doctrina mea ſit à Deo.* Deinde Pariſæos carpit, quòd a ſe ipſis loquantur, & gloriam propriã quęrant, illis verbis; *Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit:* quaſi dicat Vos qui a vobis ipſis excogitatam doctrinam plebi traditis, Dei uolun- D tati aduerſantem, gloriã priuatam quęritis. Adiungit illos non cognoſcere doctrinam, quã docet, eſſe a Deo quia non faciunt voluntatem Dei. *Nonne,* inquit *Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* i. nemo ex uobis mandata Dei obſeruat, nemo uoluntatem Dei facit, ideoque unde ſit doctrina mea non agnoſcitis.

Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex uobis facit legem? quid me quæritis interficere?

E

Animaduerte Chriſtum non in Galilæa eſſe, ſed in Iudæa, in ipſa prouinciæ metropoli Ieruſalem, & in ipſo templo. Galilæi Chriſtum occidere nolebant. Iudęi uerò Ieroſolymitani id cupiebant. Vnde Ioan. initio cap. 7.

Iudæi cur Chriſtũ occidere voluerint.

Ambu-

Ambulabat (inquit) *Chriſtus in Galileã, non enim volebat in Iudaam ambulare, quia uolebant eum Iudai interficere.* Cur autem uoluerint interficere, docet capite 5. his uerbis? *Propterea proſequebantur Iudai Ieſum, quia hac faciebat in ſabbato:* ſcilicet quia paralytico in ſabbato apud piſcinam ſanitatem contulit.

Cur Iudai vellẽt Chriſtũ occidere

A

Addit Euangeliſta, *Propterea magis quarebant eum Iudai interficere, quia non ſolũ ſoluebat ſabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualẽ ſe faciens Deo, &c.* Cùm igitur Iudæi vellent Chriſtum vita priuare, illorum voluntatem aperit, & increpat. Occidere uolebant Dominum, quòd legem ſabbati frangeret legis zelatores, at Dñs arguit illos ꝙ legem Moyſis frangat, cuius zelatores erant ipſe verò eam obſeruet:

Arguit Dominus Iudæos, legis tranſgreſſores.

B

Nõne (inquit) *Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* quæ cauſa eſt cur me uelitis occidere, D. Chryſo. exponit, nemo ex uobis facit legem, qa omnes vultis mihi interitum afferre.

Chriſoſto.

Itaq; putat Chriſtum affirmare neminem ex Iudæis legem ſeruare, propterea quòd ipſum velint de medio tollere. Sic et interpretatur D. Cyrillus, Theophylactus, & alij. Generaliter potius de tota lege intelligo, cum D. Tho. hoc pacto; Nemo ex vobis facit legem, oẽs legẽ tranſgredimini; ſi ergo legis eſtis tragreſſores, cur me vultis occidere, quaſi legis trãſgreſſorẽ, ò legis zelatores. Præterea oſtenderat Chriſtus ſuam iuſtitiam, & ſanctitatẽ, cùm dixit: *hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt,* hic oſtendit Iudæorum iniuſtitiam, & iniquitatem. *Nemo ex vobis facit legem: quid me vultis interficere?* Eſt alia interpretatio, qua violatio legis dr̃ hoc loco circũciſio in ſabbato hoc ſenſu: Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem, qa omnes in ſabbato infantes circumciditis? Quid me tamquam legis violatorem vultis ocidere, quod paralyticũ in ſabbato curarim, cum multò magis vos legem frangatis cùm in ſabbato infantes circumciditis? Dices Iudæi non frangebant legem, infantibus circumciſionem exhibendo. Reſpondeo verum eſt. Loquitur tamen Chriſtus ex Iudæorum ratione, & opinione. Nã

Chriſtus quomodo d

ſi hominem in ſabbato ſine vllo labore ſolo verbo ſanare, violatio legis erat, vt ipſi aiebant; multo magis erat infantem circumcidere manibus, medicinamque poſtea affere vulneri. Mihi tamen videtur Chriſtus de vera legis violatione loqui, vero ſenſu. Quis credat Chriſtum ſic abſolutè ſine vlla explicatione, dixiſſe Iudæos legẽ frangere, cum natos in ſabbato circumcidebant?

bet Iudæos Sabatũ uiolare infantes circumcidendo.

Demoniũ habes, quis te quarit interficere?

Exiſtimat D. Cyrillus Phariſæos ſic reſpondiſſe; ſed verius eſt reſpondiſſe alios. Nam vt Euangeliſta ait, reſpondit turba; turbæ autem nomine non ſolent Pariſæi, & ſimiles nuncupari. Ioannes paulo infrà *Audierunt* (ait) *Phariſai turbam murmurantem, &c.* Diuidit à turba Phariſæos. Erant in turba quidam, qui aiebant Chriſtum turbas ſeducere, ut initio huius capitis 7. Ioan. ſcribit. *Quidam* (inquit) *dicebant; quia bonus eſt. Aly autem dicebant; Non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudaorũ, &c.* Hi Domino reſponderũt; *Damoniũ habes.* Non audebant aliqui Chriſtum laudare propter metum Iudæorum, i. Principum, & Phariſæorum. Audebãt autem hi illum afficere contumelia in gratiam eorundem, vult Euthymius. Hoc (inquit ille) dicit turba, volens rẽ gratam præſtare magiſtratibus, & eũ qui omnem excedit honorem iniuria afficiunt, in gratiam primatum, &c. Dicebat autem turba dæmonium habes, quia rem, quã putabant eſſe Chriſto occultam, patefaciebat. Quid poſſet aliud dicere turba turbulenta? (ait Auguſt. tract. 30.) quid poſſet aliud olere cœnum commotum? turba turbata eſt, &c. Conſidera Domini manſuetudinem, cõuitium pertulit, nec curauit, neq; aduertiſſe demonſtrauit, ſermonem minime interrupit, ſed ſumma cum tranquillitate animi, vociſq; continuauit. Dominus (ait Auguſti.) non planè turbatus, ſed in ſua veritate tranquillus, non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, &c.

Cyrillus.

C

D

Euthymius

Turba contumeliam Chriſto dicit in gratiam primatum.

E

Chriſtus cõtumeliam fert.

D. Auguſt.

(inquit) loquitur, qui ea quæ ſuę ſunt voluntatis loquitur, &c. Theophylactus a ſe ipſo loqui ait, qui vult propriam ſtatuere doctrinam. D. Aug. de Antichriſto hæc verba intellexit, qui a ſemetipſo loquetur impius: & propriam quæret gloriam, non Dei. Sed vniuersè intelligantur hoc pacto: ſeductores impij, q a ſe ipſis loquũtur, & a ſe inuenta dogmata vulgant, propriam quærũt ex ſua doctrina gloriã, Et mendaces, atque iniuſti ſunt, ego non quæro ex mea doctrina gloriam

Theophyl. *Auguſt.*

A

B meam, ſed Patris, qui me miſit; ergo non loquor a me ipſo, i. non affero doctrinam aliquam nouã Dei doctrinæ repugnantem. Sed verax ſum, & iuſtus quia iniuſtitia ſiue iniquitas non eſt in me. Verax in doctrina, quia gloriã quæro Patris; iuſtus in vita. Itaque doctrina mea, vt dixi, nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me; non eſt à me ipſo ſine Patre, ſed eſt Patris, veluti principij ſine principio. Quod autem Chriſtus gloriam propriam non quęreret, videbãt

C Iudęi, quia popularem auram minimè curabat, Phariſęorum, & Principum beneuolentiam non captabat; aulam fugiebat, & honorem.

Signum hæretici captare inanem gloriam ex doctrina. *Auguſt.*

Habes hic ſignũ hæretici eſſe gloriam captare ex doctrina. & ſignũ mẽbri Antichriſti, iuxta expoſitionẽ Auguſtini. Vnde tract. 29. Omnes, inquit, pertinentes ad corpus Chriſti, ne incurramus in laqueos Antichriſti, non quæramus gloriam noſtram. &c.

D Aliter probat Dñs ſuam doctrinam eſſe Patris, ꝙ ipſe gloriam ex doctrina, non ſuam, ſed Patris quærat, tamquam anctoris illius, & largitoris. Loquitur. n. de humana ſapientia a Patre dono data. *Qui a ſe ipſo loquitur, gloriam propriã quærit:* hoc eſt, qui ex ſua ſapientia loquitur, q quę ipſe reperit, & quorum auctor eſt, ſapiẽtiæ documẽto tradit gloriam propriam quærit proprię ſapientiæ; non vult ſua inuẽta alij tri-

Alius ſenſus.

E bui. At quia ſemetipſo non loquitur ſed ꝙ ab alio accepit ſapiẽter effat gloriã ſapientiæ ſuæ non quærit, ſed tribuit ei, a quo accepit, id quod loquit. Ego ex doctrina mea gloriam propriã non quæro ſed verax ſum, & Patri tribuo: ergo Patris doctrina eſt.

Aliter hic locus ſic explicari põt: *Mea doctrina,* ait, *non eſt mea, ſed eius qui miſit me.* Quemadmodum ſi legatus regis dicat, Mea verba non ſunt mea, ſed regis, q miſit me, Chriſtus. n. legatus erat a Patre miſſus, & doctrinã, Patris que verba loquebatur. Si quis voluerit voluntatẽ Dei facere, & in me credere, cognoſcet an mea doctrina ſit à Deo, an vero loquar a me ipſo, nõ miſſus a Patre. Qui a ſe ipſo loquitur, i. qui loquitur, & docet non miſſus, ſed propria cupiditate ductus, ꝓpriã gloriã quęrit, & mendacia loquitur. *Qui autem quærit gloriã eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt,* i. Ego non quæro gloriam meã, ſed gloriã illius, qui me miſit, ideoq; verax ſum, non. n. vt gloriam hominum aucuper, a veritate recedã, ſiquidem illam non aucupor. Et non eſt in me iniuſtitia, i. iniquitas illa ꝓꝓ quam poſſitis verbis meis fidem denegare. In verbis ſumma eſt veritas, in vita ſumma iuſtitia.

Alius ſenſus. *Chriſtĩ doctrina nulla ratione recuſari poteſt.*

Addo & hanc interpretatiõnẽ, ait Chriſtus, *Si quis voluerit voluntatem Dei facere cognoſcet, an doctrina mea ſit à Deo.* Deinde Pariſæos carpit, quòd a ſe ipſis loquantur, & gloriam propriã quęrant, illis verbis; *Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit:* quaſi dicat Vos qui a vobis ipſis excogitatam doctrinam plebi traditis, Dei uoluntati aduerſantem, gloriã priuatam quęritis. Adiungit illos non cognoſcere doctrinam, quã docet, eſſe a Deo quia non faciunt voluntatem Dei. *Nonne,* inquit *Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* i. nemo ex uobis mandata Dei obſeruat, nemo uoluntatem Dei facit, ideoque unde ſit doctrina mea non agnoſcitis.

Alius ſenſus.

Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex uobis facit legem? quid me quæritis interficere?

Animaduerte Chriſtum non in Galilæa eſſe, ſed in Iudæa, in ipſa prouinciæ metropoli Ieruſalem, & in ipſo templo. Galilæi Chriſtum occidere nolebant. Iudęi uerò Ieroſolymitani id cupiebant. Vnde Ioan. initio cap. 7.

Iudæi cur Chriſtũ occidere voluerint.

Ambu-

Digitized by Google

Ambulabat (inquit) Chriſtus in Galileã, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia uolebant eum Iudæi interficere. Cur autem uoluerint interficere, docet capite 5. his uerbis? *Propterea proſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato*: ſcilicet quia paralytico in ſabbato apud piſcinam ſanitatem contulit. Addit Euangeliſta, *Propterea magis quærebat eum Iudæi interficere, quia non ſolũ ſoluebat ſabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualẽ ſe faciens Deo, &c.* Cùm igitur Iudæi vellent Chriſtum vita priuare, illorum voluntatem aperit, & increpat. Occidere uolebant Dominum, quòd legem ſabbati frangeret legis zelatores, at Dñs arguit illos ꝙ legem Moyſis frangat, cuius zelatores erant ipſe verò eam obſeruet: *Nõne (inquit) Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* quæ cauſa eſt cur me uelitis occidere, D. Chryſo. exponit, nemo ex uobis facit legem, qa omnes vultis mihi interitum afferre. Itaq; putat Chriſtum affirmare neminem ex Iudæis legem ſeruare, propterea quòd ipſum velint de medio tollere. Sic ẽt interpretatur D. Cyrillus, Theophylactus, & alij. Generaliter potius de tota lege intelligo, cum D. Tho. hoc pacto; Nemo ex vobis facit legem, oẽs legẽ tranſgredimini; ſi ergo legis eſtis tragreſſores, cur me vultis occidere, quaſi legis trãſgreſſorẽ, ò legis zelatores. Præterea oſtenderat Chriſtus ſuam iuſtitiam, & ſanctitatẽ, cùm dixit; *hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt*, hic oſtendit Iudæorum iniuſtitiam, & iniquitatem. *Nemo ex vobis facit legem: quid me vultis interficere?* Eſt alia interpretatio, qua violatio legis dr̃ hoc loco circũciſio in ſabbato hoc ſenſu: Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem, qa omnes in ſabbato infantes circumcidi tis? Quid me tamquam legis violatorem vultis ocidere, quod paralyticũ in ſabbato curarim, cum multò magis vos legem frangatis cùm in ſabbato infantes circumcidit is? Dices Iudæi non frangebant legem, infantibus circumciſionem exhibendo. Reſpondeo verum eſt. Loquitur tamen Chriſtus ex Iudæorum ratione, & opinione. Nã ſi hominem in ſabbato ſine vllo labore ſolo verbo ſanare, violatio legis erat, vt ipſi aiebant; multo magis erat infantem circumcidere manibus, medicinamque poſtea affere vulneri. Mihi tamen videtur Chriſtus de vera legis violatione loqui, vero ſenſu. Quis credat Chriſtum ſic abſolutè ſine vlla explicatione, dixiſſe Iudæos legẽ frangere, cum natos in ſabbato circumcidebant?

Cur Iudæi vellẽt Chriſtũ occidere

A

Arguit Dominus Iudæos, legis tranſgreſſores.

B

Chriſoſto.

C

D

E

Chriſtus quomodo ꝑ

bet Iudæos Sabatũ violare infantes circumcidendo.

Demoniũ habes, quis te quærit interficere?

Exiſtimat D. Cyrillus Phariſæos ſic reſpondiſſe; ſed verius eſt reſpondiſſe alios. Nam vt Euangeliſta ait, reſpondit turba; turbæ autem nomine non ſolent Pariſæi, & ſimiles nuncupari. Ioannes paulo infrà *Audierunt (ait) Phariſæi turbam murmurantem, &c.* Diuidit à turba Phariſæos. Erant in turba quidam, qui aiebant Chriſtum turbas ſeducere, ut initio huius capitis 7. Ioan. ſcribit. *Quidam (inquit) dicebant; quia bonus eſt. Alij autem dicebant; Non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorũ, &c.* Hi Domino reſponderũt; *Dæmoniũ habes*. Non audebant aliqui Chriſtum laudare propter metum Iudæorum, i. Principum, & Phariſæorum. Audebãt autem hi illum afficere contumelia in gratiam eorundem, vult Euthymius. Hoc (inquit ille) dicit turba, volens rẽ gratam præſtare magiſtratibus, & eũ qui omnem excedit honorem iniuria afficiunt, in gratiam primatum, &c. Dicebat autem turba dæmonium habes, quia rem, quã putabant eſſe Chriſto occultam, patefaciebat. Quid poſſet aliud dicere turba turbulenta? (ait Auguſt. tract. 30.) quid poſſet aliud olere cœnum commotum? turba turbata eſt, &c. Conſidera Domini manſuetudinem, cõuitium pertulit, nec curauit, neq; aduertiſſe demonſtrauit, ſermonem minime interrupit, ſed ſumma cum tranquillitate animi, vociſq; continuauit. Dominus (ait Auguſti.) non planè turbatus, ſed in ſua veritate tranquillus, non reddidit malum ꝓ malo, nec maledictum pro maledicto, &c.

Cyrillus.

Euthymius.

Turba contumeliam Chriſto dicit in gratiam primatum.

Chriſtus cõtumeliam fert.

D. Auguſt.

Vnum opus feci, & omnes miramini.

Pergit Dominus oſtendere ſe legē non fregiſſe, quod in ſabbato paralytyco ſanitatem cōtulerit; atque adeò *Admiratio Phariſeorū cum perturbatione coniuncta.* nullam eſſe cauſam, cur Iudæi velint necem illi inferre. Vnum, inquit, opus feci, vnum miraculum, & omnes mira *A* mini, Græcè θαυμάζετε Admiratio hæc coniuncta fuit cum perturbatione, & indignatione, ideò *Auguſt.* Auguſtinus; Fecit, inquit, Chriſtus vnam rem, & turbati ſunt, quia ſaluum fecit hominem ſabbato, &c. *Cryſoſt.* Chryſoſtomus. Miramini, inqt, hoc eſt, perturbamini, &c. *Theophyl.* Theophylactus item, omnes admiramini. Exponit hoc eſt turbamini, & tumultuamini, &c. *Euthymi⁹.* *B* Euthymius eodem modo; Omnes, inquit, miramini, ſiue turbamini, aut tumultuamini, nam hi erant qui ex eo tempore inſanientes, quærebant eum interficere, &c. Fecerat autem hoc opus Chriſtus, vt ex ſerie geſtorum Chriſti colliges, longè ante hoc tempus, Paſchatis feſto tpe ſed hactenus Iudæi voluntatem illam impiam, miraculi tanti patratorem in *C* terficiendi, in pectore retinebant. D. *Cyrillus.* Cyrillus: Miramini, interpretatur, de meo animo, quia Moſaicam nolim legem ſeruare. *Rupertus.* Rupertus, Miramini velut magnum ſcelus; & velut magno legis zelo indignamini. Crediderim Iudæos, & ſi nollent, in corde miraculū admiratione fuiſſe proſecutos, quoniam triginta octo annorum notiſſimus paralyticus ſanitati erat reſtitu- *D* tus; vſum verò Chriſtum hoc verbo, *Miramini*, modeſtiæ cauſa, neque alio duriori, ſcilicet tumultuamini, vel turbamini voluiſſe vti.

Propterea Moyſes dedit uobis circumciſionem non quia ex Moyſe eſt, ſed ex Patribus.

E *Theophyl.* Theophylactus particulam, *Propterea*, cum ſuperioribus verbis coniungit hoc ſenſu: vnum opus feci, & omnes miramini propterea, i. propterea, quia illud feci; Græcè, πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο: *omnes miramini propter hoc.* *Euthym.* Euthymius putat Hæbreo more particulam *propterea*, abundare, nihilque ad ſenſum attinere. *De hac particula Propterea varia interpretationes* Dictio, inqt, *propterea*, non eſt hic cauſæ redditiua, ſed vulgari modo, ac ſuperfluè Hebraico more ponitur, &c. Diſpūctio Theophylacti non placet. Non enim cum antecedentibus, ſed cum conſequentibus coniungenda eſt, dictio *Propterea*, *A* vt Biblia correcta docent. Neq; etiam placet Euthymij interpretatio, neque Ruperti, quę huiuſmodi eſt: *Propterea*, quia omnes miramini, & mihi indignamini, & defenſione vtar hac: Moyſes dedit vobis circumciſionem, &c. *D. Thom.* D. Thom. *propterea* (inquit) ideſt, ad ſignificandum mea opera Moyſes dedit vobis circumciſionem. Eodem modo *Carthuſ.* Carthuſianus. Sed hic de ſignificatio- *B* ne circumciſionis non eſt ſermo. *Ianſenius.* Ianſenius & alij, particulam, *propterea*, ſignificare putant *itaque*, vt ſit ſenſus: *Caiet.* itaque Moyſes dedit vobis circumciſionem, &c. Sed non eſt hic locus particulæ, *itaque*. Caietanus ſic interpretatur: Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem; & in ſabbato circumciditis hominē, &c. Hoc eſt, vt non miremini opera mea in ſabbbto; vt intel *C* ligatis licita eſſe opera mea in ſabbato; ideo Moyſes circumciſionem præcepit fieri etiā in ſabbato. *Hugo Cardinalis.* Hugo Cardinalis, *propterea*, exponit, i. propter cauſam conſimilem, dedit vobis Moſes circumciſionem, i. propter hominum curationem, &c. Erit ſenſus; pp infantium curationem ſpritalem, ut à peccato originali liberarentur, dedit *D* vobis Moſes circumciſionem, & ideo in ſabbato hominem circūciditis pp ſpiritalem curationem, licitum ergo mihi ēt fuit, hominem paralyticum in ſabbato ſpiritu curare, & corpore. Mihi facilis videtur ſenſus, & ve- *Lyranus. Verus ſenſus.* rus, quem ſequitur Lyranus; Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem, Propterea, inquam quia erat ex *E* Patribus, non ex ipſo Moyſe; hoc eſt, Moſes ppea vobis legem dedit circū- *Circūciſio ante legem data patribus.* ciſionis, non quia ab ipſo initium habuerat, vel, nō quia ipſi à Deo tradita fuerat: ſed quia iam tradita erat patribus Abraham, Iſaac, Iacob, & cæteris ante Moſem Nam præcepeum circumciſionis Moſem præceſſit. Etenim

Abrahamo

Abrahamo datum eſt Gen. 17. Itaq; Patres qui ante Moyſem fuerunt Abraham, Iſaac, Iacob, filijq; Iacob circumciſionis præceptum obſeruarũt. Quia igitur Patribus datum erat præceptũ Moſes populo circumciſionis legem ſcripſit, non q ipſe illam a Deo accepiſſet primus. Hoc eſt, quod ait Dominus; Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed quia eſt ex patribus.

Et in ſabbato circumciditis hominem.

Leuit. 12. Lex Moſis Leui. 12. Sic præcipit. *Die octauo circumcidetur infantulus, &c.* Eadem lex data eſt Abrahamo Gen. 17. *Gen. 17.* *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, &c.* Vnde efficiebatur, ut infans, ſi ſabbatũ octauus a natiuitate eſſet dies in ſabbato deberet circumcidi. Idque Iudæi ſeruabant. Quamuis in ſabbato ab opere omni ceſſare iuberet lex; ab illo opere non ceſſabant.

Si circumciſionem accipit homo in ſabbato, &c.

Chriſtus probat ſibi licuiſſe hominem Sabbato curare.

Probat Dominus licuiſſe ſibi paralyticum ſanare in ſabbato, quemadmodum Iudæis licebat infantes in ſabbato circumcidere. Si infans (inquit) circumciſionem accipit in ſabbato, ſi accipit vulnus, ſi accipit vulneris medicinam. Cur homo paralyticus ſanitatem non accipiet in ſabbato? ſi licet infantem circumcidere, & poſt circũciſionẽ medicinã vulneri adhibere in ſabbato: cur nõ licebit verbo ſolo paralyticũ ſanitate donare in ſabbato?

Vt non ſoluatur lex Moyſi.

Duplicem ſenſum habere poſſunt verba hæc: Prior eſt, ſi circumciſionẽ accipit infans in ſabbato, ut non ſoluatur, i. vt ſeruetur lex Moyſi. Cur non erit fas hominem paralyticum accipere ſanitatem in ſabbato, nullo labore, ſed ſolo verbo donatam, ut ſeruetur caritas? hic communis eſt ſenſus. Sed obijcitur, legem de circũciſione non fuiſſe ex Moſe, ſed ex Patrib. vt Dominus ait; ergo non circumcidebant Iudæi infantem, vt non ſolueretur lex Moſis; ſed vt non ſolueretur lex data patribus, videlicet Abrahã.

Per circumciſionem in Sabbato factã lex non ſoluebatur.

Alter ſenſus eſt, circumciſionem accipit infans in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moyſi; id eſt, ita vt non ſoluatur lex Moſis per eam circumciſionẽ. Si circumciditur homo in ſabbato, & A tamen non ſequitur inde, legẽ Moſis ſolui, vel frangi; cur etiam idẽ in meo facto verum non erit? cur non potui paralytico ſanitatem verbo conferre ita ut non ſolueretur lex Moſis, per eam ſanitatem? Sequitur hũc ſenſum Toletus. Sed non puto adeò obſcurè, & ambiguè ſcripſiſſe Ioãnem, videbat Ioannes ſenſum horum verborũ apud omnes priorem illum eſſe, cur igitur B ſi alium ſenſum verbis ineſſe volebat aliquid non addidit? Ego nullã vim Scripturæ verbis inferendam puto. Sed eum ſenſum ſequendum, quẽ ſuauis poſtulat conſtructio verborum, dummodo verus ſit. Nihil enim falſi in Scriptura poteſt reperiri. Quis hæc verba; *ſi circumciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi*, non C ſic interpretabitur. Si circumciditur homo, vt non frãgatur lex Moſis? Obiectioni reſpondemus, circumciſionẽ eſſe primum quidem a Patrib. præterea ex Moſe; quod Dñs docuit illis verbis: *Moſes dedit vobis circumciſionem;* i. circumciſionis legem. Extat verò circumciſionis lex data a Moſe quam ſupra citauimus Leu. 12. *Die octauo circũcidetur infantulus*. Hanc legem Moſis D ſoluebat, qui die octauo infantem nõ circumcidebat. Rectè ergo ſic ſenſu communi verba propoſita interpretamur. Si circumciſionem accipit homo in ſabbato, vt nõ ſoluatur, i. ut nõ frangatur, ut ſeruetur lex Moſis, quæ præcipit infantem circũcidi die octauo, cur homo paralyticus nõ accipiet ſanitatem in die ſabbati, grabbatumque tollet, ut Meſſias manifeſtetur? D. E Cyrillus libro 4. capite 50. aliter diſpungit, hoc pacto: Si circumciſionẽ accipit homo in ſabbato, hic nota ſignẽ puncti, Vt non ſoluatur lex Moyſi, mihi indignamini, quia totũ hominem ſaluũ feci in ſabbato? ſenſus erit; Mihi indignamini, qa paralytico ſa-

In Scriptura nihil falſi reperiri poteſt.

Leuit. 12.

Cyrillus.

Digitized by Google

nitatem cõtuli, mihi inquam indignamini, vt lex Moyſi non ſoluatur huiuſmodi curationib. Subijcio Cyrilli verba: Quoniam, inquit, diſtinctione quadã indiget textus, idcirco, vt facilius intelligatur, membra trãſponemus, ſi circumciſionem, inquit, accipit homo in ſabbato; mihi indignamini, qui totum hominem ſanum feci in ſabbato; A vt non ſoluatur lex Moſis? Non enim idcirco circumciditur homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moſis, ſoluitur enim omnino propter circumciſionem, quæ eo die peragitur. Circumciſio .n. non à Moyſe, ſed a Patrib. eſt, pp quam lex Moſis de ſabbato ſoluit. Membrum igitur illud; Vt non ſoluatur lex Moſis: non antecedentib. ſed conſequentibus coniungendum eſt. B Hæc Cyrillus. Cui reſpondemus, mẽbrum illud, ſiue verba illa; Vt non ſoluatur lex Moſis; non eſſe coniungenda ſequentibus ſed antecedentibus, & circumcidi hominẽ in ſabbato, ut nõ ſoluatur, ſed ſeruetur lex Moſis Leu. 12. ut ſuprà diximus. Neque verò frãgi legem ſabbati per legem circumciſionis, quia circumciſio in ſabbato nõ prohibebatur.

D. Cyrilli diſpunctio.

Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci?

Quid ſit totum hominem ſanũ feci?

Cyrillus.

Quid ſit totum hominem ſanum facere dubium eſt. D. Cyrillus ad corpus refert hoc ſenſu; totum hominem id eſt, totum corpus ſanum feci. Libr. 4. cap. 50. Quomodo, inquit, prohibere vos vultis, ne totum quis corpus D hominis die ſabbati curet; cùm ipſe Moſes in parua quadam particula id conceſſerit? &c. Nam Moſes vulneri paruo infantis circumciſi concedit in ſabbato adhiberi medicinam. Euthymius quoqne: Totum, inquit, hominẽ dixit Chriſtus. Nam cùm totum eius corpus paralyſi diſſolutum fuiſſet, totum reddidit ſanum, &c. Simul cũ hoc E ſenſu copulandus eſt alter de ſanitate animæ, hoc pacto: totum hominem ſanum feci, tum corpore toto tũ anima. Etenim Chriſti perfecta erant opera, totum igitur ſanabat hominem, totũ corpus & animam. Vnde D. Thomas 3. p. q. 44. art. 3. Dei, inquit perfecta ſunt opera, Deut. 23. Nõ eſt autem aliquid perfectum ſi finem non conſequatur, finis autem exterioris curationis per Chriſtum factæ, eſt curatio animę. Et ideo non conueniebat Chriſto, vt alicuius corpus curaret, niſi eius curaret animam, &c Idem D. Thomas hũc A locum Ioan. 7. Sic exponit: Dicit (inquit) Chriſtus totum hominem, quia cum Dei perfecta ſint opera, curatus eſt paralyticus, vt ſanus eſſet in corpore, & credidit vt ſanus eſſet in anima, &c. Euthymius quoq; hunc ſenſum alteri addidit ſupra allato: Totũ, ait, hominem dixit. Nam cùm totum eius corpus paralyſi diſſolutum fuiſſet totum reddidit ſanũ. Aut oſtendit ꝙ non B corpus tantum; ſed animam eius curauerit, &c. Idem ſentit Caiet. Ioan. 7. & alij. Præterea D. Auguſt. tract. 31. Feci (inquit) totum hominem ſaluum ſabbato, quia, & curatus eſt, ut ſanus eſſet in corpore, & credidit, vt ſanns eſſet in anima, &c. Et prius quidem Dñs aię ſanitatem, quàm corpori conferebat, quoniam potior ſanitas animæ eſt. Vnde antequam paralytici corpus ſana- C ret Luc. 5. dixit, *Fili remittunt ibi peccata tua*. Prius internis animi vulneribus, poſtea corporis paralyſi medicinam adhibuit. Qui ægrotat non hominis partem; ſed totum hominem ſaluum facere curet. Prius animæ, poſtea corporis medicum accerſat.

Euthym.

Chriſtus perfectam donabat ſanitatem, tũ corporis, tũ anima.

D. Thomas

Euthym.

D. Auguſt.

Luc. 5.

Aegroti prius curãt animam, & corpus.

Nolite iudicare ſecundum faciem.

D D. Auguſtinus legit: Nolite iudicare perſonaliter, Græcè legitur, κατ' ὄψιν, i. *ſecundum viſionem*. Simile eſt illud Iſaiæ 11. *Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit &c.* Prior ſenſus eſt: Nolite perſonas accipere, & ſecundum aſpectum externum ferre ſententiam ſed iudicate rectè, quærit inter quoſnam ſit hoc iudicium exercendum? E Reſpondetur ex ſententia Auguſtini, Cyrilli, Euthymij, Theophylacti Ianſenij, inter Chriſtum, & Moſem. Iudicate inter nos (ait Auguſtinus) ideſt, inter me, & Moſem, ſed verum iudicium iudicate, &c. Cyrillus: Cum Moſem (ait) pręuaricatorem non putatis,

Iſai. 11.

Auguſt.

filium

Digitized by Google

filium quoque Vnigenitum ab omni crimine abſoluite,&c. Nam Moſes in ſabbato præcepit circumcidi hominē, ego in ſabbato ſanaui hominem. Aliter iudicium exercendum intelligi poteſt inter Chriſtum, & Iudæos, hoc pacto: Rectè iudicate inter me, & vos, abſque perſon arum acceptione: ego A hominem totum vno verbo in ſabbato ſanaui; vos ſæpiſſimè filios veſtros in ſabbato circumciditis, vulneratis, medicinamq; adhibetis. Si abſque culpa, & legis violatione, id vos facere iudicatis; iudicate etiam me hominem in ſabbato abſque legis trangreſsione ſanaſſe.

Quid ſit ſecundum faciem iudicare.

Præterea eſt alius ſenſus huiuſmodi: Nolite ſecundum faciem de rebus B iudicare; hoc eſt, ſecundum externam rei ſpeciem, ſecundum id, quod prima ſe offert fronte, rem de qua ferenda ſententia eſt, introſpicite, & diligenter conſiderate, recteque iudicabitis. Conſiderate opus admirandum, quod edidi; expendite rem recta iudicij trutina; ſabbatum me non violaſſe reperietis. Miraculoſa enim opera ſabbatum non violant. Quæ aduerſus hanc C interpretationem quidam ex recentioribus opponit, prætermitto; quia facilè quiuis diſſoluet. Hoc (ait Chryſoſt. hom. 48. in Ioan.) Hoc inquam, non illius ſæculi hominibus tantum dictum eſt; ſed etiam nobis, vt nullo pacto iuſtitiam oppugnemus, ſed totis viribus eam defendere contendamus. Nullus ſit nobis reſpectus, an pauper quis ſit, an diues, rem ipſam inueſtigemus, &c. D Iudex igitur non iudicet ſecundum faciem, perſonas non accipiat, cauſam proſpiciat, diligenterque inueſtiget. Sententiam ſecundum nobilitatem, aut munera, minimè ferat. *Prouide viros potentes* (ait Iethro Moſi Exod. 18.) *& timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiā, qui iudicent populū, &c.* In iudice ne iudicet ſecundum faciem, E neve ſit προσωπολήπτης id eſt, *perſonarum acceptor*, hæc requiruntur: potentia, & fortitudo, ne potentibus & diuitibus ſuccumbat; iuxta illud Eccleſ. 7. *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute* id eſt, fortitudine, *irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas, faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua, &c.* Fortiter agebat iudex potens Iob 29. *Conterebam*, inquit, *molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam, &c.* Præterea neceſſarius eſt iudici Dei timor, qui animum ſtimulet ad excutiendam cauſam, iuxta illud Iob 29 *Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam, &c.* A Addit Iethro, *Veritatem, & auaritiæ odium.* Iudex enim cauſæ veritatē, & amare debet, & inquirere, mendacijque ſordes longè propellere. Auaritiam vero odiſſe oportet, ne munera veritati offundant tenebras. Ælianus lib. 14. de varia hiſtoria, cap. 34. In iudicibus, inquit, apud Ægyptios princeps erat ſententiæ maximus natu; eū omnium hominum eſſe iuſtiſsimum & B ſincerisſimū oportebat, qui circa collum imaginem ex ſapphyro gemma confectam geſtabat, quæ vocabatur, Veritas. Ego vero iudicem, non tam in lapide ſculptam veritatem circumferre, quam in animo, menteque inſitam, & infixam habere velim, &c. Docent Ægyptij qualis iudex eligendus, nempè iuſtiſsimus, veritatisque amantiſsimus, quod interpres dixit ſinceriſsimum C Græcè legitur, ἀφειδέστατον, hoc eſt, *non parcentem*, videlicet ſceleratis. Fortè legendum, non ſinceriſsimum, ſed ſeueriſsimum, id enim ſignificat nomen Græcum.

D. Chryſo.

Iudex non ſit perſonarum acceptor.

Exod. 18.

Morale, de iudiciū integritate.

Eccl. 7.

Iob 29.

Aelianus.

Quod in iudicibus externi, idem in iudicibus fori interni, id eſt, confeſſarijs requiritur; ſcilicet fortitudo, qua potentium iniquitates irrumpant, neque verò quemquam iniuſtè abſol- D uant.

Confeſſarijs fortitudo eſt neceſſaria.

Præterea fortitudo, qua dæmonis è faucibus animas eripiant, ita vt dicere quilibet confeſſarius poſsit illud Iob iam citatum; *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Requiritur timor Dei, vt confitentis conſcientiam diligenter excutiat; E ad contritionem permoueat; abſoluendus ne ſit, an ligandus, conſideret; & ſcientiam diligenti ſtudio, muneri tanto neceſſariam comparet. Si enim timor Dei non adſit, negligenter hæc fient. Adde veritatem illi ſacramento maximè neceſſariam, auaritiæque odium; vt gratis det, quod gra-

De integritate confeſſarij.

Digitized by Google

tis accepit. Animaduertat autem confeſſarius illud Eccleſiaſtici iam citatũ: *Noli quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, &c.* Nolit fieri iudex interni fori, & animarum; niſi virtute animique fortitudine, ex virtutibus comparata, valeas irrumpere, & diſſoluere iniquitates.

CAPVT IX.

Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis.

NOn erat occulta Phariſæorum, & Principum voluntas de occidendo Chriſto; multis popularibus erat nota, ex ijs qui Ieroſolymitanam vrbem incolebant. Hi ergo cum Chriſtum viderent libere in templo loquẽtem, mirabantur, quod id principes abſque contradictione paterentur. *Nonne,* aiunt, *hic eſt, quem quærunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: nunquid vere cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus?* Græcè ſic habetur, οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι, καὶ ἴδε παρρησίᾳ λαλεῖ καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι, μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός: vbi hæc verba Græca παρρησίᾳ λαλεῖ, ſignificant, *idem quod palam & audacter loquitur, & nihil ei dicunt;* ſed tacent. Numquid tacent principes, non indicunt ſilentium loquenti, neque ligari vinculis iubent, quod nouerint hunc eſſe Meſſiam?

Nota erat multis voluntas phariſæorum occidẽdi Chriſtum.

Chriſtus cum venerit nemo ſcit, vnde ſit.

Dubitabant hi Ieroſolymitani homines an principes agnouiſſent Dominum eſſe Chriſtum, id eſt, eſſe Meſſiã; quod liberè illum in templo loquentem audirent. Hæc ratio ſuadebat eſſe Meſſiam, quod principes ſilerent, com prehendi non iuberent, palam loqui ſinerent. At alia ſeſe illis obtulit ratio, quæ diſſuadebat. Chriſtus, aiunt, id eſt, Meſſias, cum venerit, nemo ſcit, pro futuro, nemo ſciet, vnde ſit: at nos ſcimus vnde hic ſit; nouimus .n. eius

Quare Iudæi Chriſtũ non eſſe verum Meſſiã non crederent.

patriam Nazareth, parentes, & cognatos: ergo non eſt hic Meſſias. Illam primam propoſitionem non probarunt: *Meſſias cum venerit, nemo ſciet, vnde ſit.* Audiuerant fortè à ſuis doctoribus errantibus, ciues hi indocti Meſſiæ parentes, & genus fore ignotum, &c. Vnde autem hoc doctores collegerint, igno

Quid de Meſſia genere Iudæi exiſtimarint.

A ratur, D. Antoninus ex illis Iſaiæ verbis cap. 53. collectum putat; *Generationem eius quis enarrabit?* Sed is de quo hæc dicuntur occidendus dicitur, & a Deo percutiendus. Sic enim vaticinatur Iſaias: *Generationem eius quis enarrabit, quia abſciſſus eſt de terra viuentium, propter ſcelus populi mei percuſſi eum, &c.* Quod Phariſæi de Meſsia non credebant. Theophylactus col-

B lectum ait ex illo Mich. 5. *Egreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis, &c.* Quod enim æternum eſt ignotum eſt; natiuitas ergo Meſſiæ æterna ignota erat Iudæis. Ideo aiebant, nemo ſciet, vnde ſit Meſſias, quia ſcilicet egreſſus eius ab æternitate latebat. Quidquid ſit, hi ciues Ieroſolymitani putabant Chriſti parentes, & genus, fore ignotum. Co-

C gnoſcebant autem Chriſti matrem ſanctiſſimam, eiuſque cognatos, Ioſephũ patrem eſſe arbitrabantur. Quamobrẽ Meſſiam eſſe non putabant. Scriptura aperte patriam Meſſiæ indicauit, & genus Dauidicum, idque Iudæis notum erat, ut patet tum ex alijs locis, tum ex hoc eodem c. 7. Ioan. Aiunt enim hoc capite ex Iudæis quidam: *Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Beth-*

D *leem venit Chriſtus? &c.* Quamobrem hi Ieroſolymorum incolæ non de patria & genere Dauidis remoto; ſed de parẽtibus, & cognatis propinquis videntur intelligendi. Forſitan adeo erant imperiti, ut nulla habenda ſit huius dicti ratio.

Ieroſolymitanorum et phariſæorũ dicta inter ſe conciliãtur.

Capite 9. Ioannis huic dicto aduerſantur Phariſæi. Ieroſolymitæ hoc capite 7. aiunt: *hunc ſcimus, vnde ſit.* Phari

E ſæi capite 9. aiunt: *hunc neſcimus, vnde ſit.* Sed Ieroſolymitani de parentibus loquuntur, cognatis, & patria, cum dicunt: *hunc ſcimus, vnde ſit.* Phariſæi vero de miſſione, cum dicunt. *Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus, vnde ſit, &c.* hoc eſt, ſcimus Moſẽ

cum

cum Deo locutum, & à Deo miſſum; hunc autem neſcimus, unde nam venerit, & à quo miſſus ſit. Vel contẽptus gratia dicunt; *neſcimus, vnde ſit*, quemadmodum ſi dicerent; neſcimus quis ſit.

Clamabat ergo Ieſus in templo.

Omnia Chriſto nota erant, quæ fiebant, quæque dicebantur. Ieroſolymitanis loquentibus, & diſceptantibus, clamans ipſe, vt ab omnibus audiretur, reſpondit, verum eos dixiſſe, ſe partim eſſe cognitum Iudæis, partim ignotum. Cognitum eſſe quoad humanitatem, ignotum quod attinet ad diuinitatem. *Et me* (inquit) *ſcitis*, hoc eſt, ſcitis me, cognoſcitis me, effigies, vultuſque meus notus eſt uobis. *Scitis vnde ſim*; id eſt, ex qua matre, ex qua prouincia, ex qua ſim patria. At ſi diuinitatem ſpectamus, *neque me ſcitis, neque vnde ſim.* Nam ego à me ipſo non veni, ſed à Patre Deo miſſus ſum filius. à Patre Deo vero veni, quem vos non cognoſcitis, quia numquã illũ vidiſtis. Ego vero illum cognoſco, q̃a ab ipſo natus ſum, & ille me in orbẽ miſit. Itaque cognoſcitis ũde ſim, quoad humanitatẽ; ignoratis ũde ſim quo ad diuinitatẽ. Nam ignoratis Patrem Deum, à quo producor, & à quo ad vos miſſus ſum. Ignoratis autem Patrem, quia illum numquam vidiſtis. Sic loquitur Ioann. 5. *Neque vocem* (inquit) *eius vmquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis, &c.* Vel Patrem ignoratis; quia Patrem eſſe; mẽque filium ab æternitate genuiſſe neſcitis. Hunc in modum interpretatur Diuus Auguſtinus: Excepto (inquit) Virginis partu Iudæi totum nouerant in Ieſu, quod ad hominem pertinet, facies ipſius nota erat, patria, genus. Rectè ergo dixit; & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis; ſecundùm carnem, & effigiem hominis, quam gerebat. Secundùm autem diuinitatem: & à me ipſo non veni, ſed verus eſt, qui me miſit, quem vos neſcitis, &c. Eundem in modum Beda interpretatur & Rupertus, D. Thomas, Gloſſa Ordinaria, Lyranus, & alij.

Reſpondet Dominus ijs qui dicebant: hunc ſcimus, vnde ſit.

Quomodo Chriſtus Iudæis notus, & ignotus.

Auguſt.

Aliter Diuus Chryſoſtomus exſtimat Chriſtum confirmaſſe id, quod Ieroſolymitani affirmabant, ſed alio ſublimiori ſenſu. Illi aiebãt Chriſtũ eſſe eis notum ſecundùm carnem & parentes, Chriſtus ait ſe eſſe eis notum etiã ſecundùm diuinitatem, ſed obſcurè, hoc pacto. *Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis*; hoc eſt, vos dicitis me eſſe vobis notum; aio verum eſſe. Nam me ſcitis, id eſt (ait Chryſoſtomus) ſcitis quòd filius Dei ſum, & vnde ſim ſcitis; hoc eſt, (ait Chryſoſtomus) non ex hoc mundo, vt ſuſpicamini, ſed vnde ille qui miſit me. Euthymius ſic; Et me (iquit) noſtris quis ſim, quia Deus, & noſtis unde ſim, quia à Patre Deo: quamquã vos ſcire fingatis, quòd à Ioſeph, ſim progenitus. Dicebat autem quòd illi ipſum nouerant à teſtimonio Ioannis, ab operibus ſuis, & à ſcripturis, &c. Theophylactus quoque, Me (ait) ſcitis: & ſcitis vnde ſim: nempe quòd ex cœlo. Hoc eſt, quamuis propter malitiam reticeatis, ſcitis tamen vnde ſim, & quòd ab illo miſſus ſum, qui eſt verus, &c. Illud: *Quem vos neſcitis*: exponit Chryſoſtomus de ignorantia factorum: & operum. Notat (inquit) operum inſcitiam, ſicut & Paulus, inquit ad Titum primo: *Cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autẽ negant, &c.* Euthymius: Quem neſcitis, vt pote negantes illum operibus, &c. Eodẽ modo Theophylactus, eſt & tertia huius loci ĩterpretatio: *Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis*; hoc eſt, dicitis, quòd me ſciatis, *& à me ipſo non veni*, id eſt, at verò ego à me ipſo non ueni, ſed à Patre, quẽ vos ignoratis. Primus Augu. ſenſus præferendus eſt. Nã Iudæi illi è plebe neque ſciebant Chriſtum eſſe Deum, neque Filiũ Dei. Niſi ſic velimus explicare: *Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis*: id eſt, & me ſcire deberetis, & vnde ſim ſcire deberetis propter miracula, & ſanctimoniam, & Ioannis teſtimonium, ſed non ea videtur fuiſſe Domini mens.

Chryſoſtomi interpr. A *Euthym.* B *Theophyl.* C D E

Quærebant ergo eum apprehendere.

Cur voluerint nunc Chriſtum comprehendere dubium eſt. Cauſam Chryſoſto-

Chryſoſt.

Cur voluerint nunc Iudæi Chriſtum comprehẽdere?

ſoſtomus reddit; irritatos ait Iudæos illis verbis: *Quem vos neſcitis*, quod dixerit Chriſtus illos Deum neſcire, qui Dei maximè ſe profitebantur, & cultores, & cognitores. Euthymius præterea; *Quærebant*, inquit, *eum apprehendere Iudæi. Nam ægrè audierant dicentem: Quẽ vos neſcitis, &c.*

Euthym. *Caiet.*

Caietanus putat prouocatos Iudæos ad comprehenſionem, A quod Chriſtus diuinam illis originem aperuiſſet, ſed valde obſcure aperuit, dicens: *A me ipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me*. Ideo non credo eam fuiſſe cauſam.

Rupertus.

Rupertus arbitratur cauſam fuiſſe, quod ſe Meſſiam eſſe ſignificarit.

Chryſoſt. *Euthym.* *D.Thom.*

Probabilior eſt illa Chryſoſtomi & Euthymij. Eadem redditur a D.Thoma. Forſitan non propter verba hæc comprehendere Chriſtum uoluerunt; B ſed quia iam antè hoc decreuerant, ut initio capitis Ioannes dixit; nunc exequi uolebant. Præterea uerba Ioannis hæc ſunt; *quærebant ergo eum comprehendere*, quę hoc habent ſignificatum: Quęrebant toto iſto tempore Iudæi Chriſtum comprehendere. At nemo in illum manus miſit: quoniam hora comprehenſioni ab ipſo deſtinata, nondum aderat; immo multi crediderunt in C eum, &c. Exiſtimari quoque põt Ioannem hoc loco de ea comprehenſione per anticipationem loqui, de qua paulò poſt loquitur: *Et miſerunt Principes Sacerdotum, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum, &c.* Etenim turba non poterat Chriſtum comprehendere, ſed principes, ergo non turba, ſed principes comprehendere voluerunt. Vnde D Chryſoſtomus: Quærebant, inquit, Chriſtum apprehendere; non turba, quæ non affectabat principatum, nec capiebatur inuidia, ſed ſacerdotes, &c.

De turba autem multi crediderunt in eum.

E

Multi in Chriſtũ crediderũt in feſto tabernaculorũ.

Eodem ſolis ardore, & cera mollis, & lutum fit durum: ita eodem Chriſti ſermone, nonnulli induraſcebant, alij ad fidem emolliebantur; nempe illi, quos efficaci auxilio permouebat. Itaque Ieroſolymitani de Meſſia altercati ſunt. Alij vero ex aliis oppidis, Meſſiam eſſe abſque dubitatione, miraculorum ducti multitudine, crediderunt. Sic enim aiebant: *Nunquid Meſſias cum venerit plura edet miracula, quam Ieſus edit?* Ait Chryſoſtomus horum fidem fuiſſe imperfectam: Non firma, inquit, fuit eorum fides; ſed qualis abiectæ ſolet eſſe multitudinis, &c. Probat ex his verbis, quæ exponimus, aiebant enim; *Chriſtus cum venerit*, quaſi nondum veniſſet.

An ſine dubitatiõe crediderunt?

Si credebant Chriſtum eſſe Meſſiam, cur adhuc alium expectant? cur aiunt, Chriſtus cum venerit? *Illa particula* (ait Chryſoſtomus) *cum venerit Chriſtus, non erat multum credentium, quod eſſet Meſſias, &c.* At vero cum Euangeliſta ſimpliciter affirmet, multos crediſſe in Chriſtum; exiſtimandum eſt, abſque dubitatione crediſſe fide firma; alioqui fides, quæ dubitat, non eſt fides.

Fides quæ dubitat nõ eſt fides.

Verba autem illa, ſine dubitatione dici potuiſſe non eſt dubium. Hoc ſenſu: Numquid Chriſtus hic alius, quem noſtri Principes expectant, cum venerit plura ſigna faciet? Vel, Nullus Chriſtus poteſt plura patrare miracula, quam Ieſus; ille ergo verus eſt Meſſias. Vel, Chriſtus, qui venturus expectatur a Iudæis, numquid cum venerit plura faciet ſigna? Non faciet: ergo hic eſt ille, qui expectatur.

Euthym.

Euthymius Dicentes: Chriſtus cum venerit: oſtendebant ſe non firmiter crediſſe eum Chriſtum, ſed dubio modo. Aut id ex ſuppoſitione dixerunt; ponamus poſt modum venturum eſſe Chriſtum, veluti dicunt principes ſacerdotum: Chriſtus ille quem ipſi dicunt, cum venerit, num hoc magis admirandus erit? nequaquam, &c. Ipſe quoque Chryſoſtomus: Aut, inquit, per conceſſionem dictum hoc eſt a turba, ac ſi conantibus principibus ſemper perſuadere eũ non eſſe Chriſtum, turba diceret: Eſto non ſit Chriſtus. At cum venerit, num melior erit? &c. D. Auguſtinus. Sic interpretatur verba turbæ, quaſi dicat: Vtique ſi duo non erunt Meſſiæ, hic eſt Meſſias; ſcilicet, quia cum alter venerit, non faciet plura miracula. Caietanus: Vtuntur, inquit, modo loquendi tamquam Chriſtus ſit venturus, uel communicando in modo loquendi cũ

non

Digitized by Google

non credentibus; vel referendo futurum ad promiſſionem factam patribus, & ſcriptam a Prophetis; ac ſi dixiſſent: Chriſtus ſecundum Prophetas venturus numquid plura ſigna pro miſſus eſt facturus, ijs, quæ hic facit? &c. Aliter reſpondetur hos homines qui crediderunt, antequam crederent, his verbis ſe ad fidem excitaſſe, aliqua cum dubitatione prolatis, attamen adiutos a Domino credidiſſe, & dubitationem abieciſſe animo.

Miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros. vt apprehenderent eum.

Miracula Domini extollebant, qui crediderunt, eumque Meſſiam eſſe ſignificabant, voce ſubmiſſa murmurantes. Hoc ait Euangeliſta Phariſæos audiuiſſe. Deinde addit, Principes & Phariſæi miniſtros miſiſſe, qui Chriſtum apprehenderent. Videntur ergo Phariſæi, qui audierant murmurantem turbam, Principes, vt hoc iuberent cōmouiſſe. Principes autem Græcè, *ἀρχιερεῖς*, dicuntur, id eſt, *Principes ſacerdotum*. Miſerunt ergo Principes ſacerdotum, & Phariſæi miniſtros, qui Dominum vinculis ligatum ducerent.

Principes ſacerdotum Chriſtū iubent comprehendi.

Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum.

In poteſtate Chriſti cuncta erant poſita: non poterat ligari, niſi ipſe permitteret, modo non permiſit; in aliud tempus diſtulit. Venerunt in templum miniſtri a ſacerdotibus, & phariſæis miſſi; nihil aduerſus illum facere auſi ſunt, quia non permiſit, conſtiterunt cum alijs in media turba. Chriſtus vero ſic eos eſt affatus, reliquoſque omnes: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum*, hoc eſt, non poteritis modo me capere, & ad necem ducere. Nam volo adhuc breui tempore in terra vobiſcum manere. Poſt breue hoc tempus, a vobis diſcedam in cęlum ad Patrem. *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum:* & poſt hoc modicum tempus, *vado*, ſiue vadam, *ad eum, qui me miſit*; id eſt, ad Patrem. Ex hoc modico tempore, veſtri Principes ne momentum quidem poſſunt detrahere. Expleto tempore ego ipſe in veſtra me tradam vincula. Diuus Auguſtinus ſic interpretatur. Quod modo vultis facere, facturi eſtis, ſed non modo, quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? quia adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Implere debeo diſpenſationem meam; & ſic peruenire ad paſſionem meam, &c. Diuus Chryſoſtomus hoc pacto; Expectate paululum, & abibo, &c. Rupertus ſic, tam cito vultis me comprehendere? ſic feſtinatis occidere? expectabitis pauliſper donec impleam tempus, &c.

Nondum aderat hora comprehenſionis.

D. Aug. interpretatio.

D. Chryſo.

Rupertus.

Oſtendit his verbis Dominus, ſcire ſe quorſum miniſtri veniant, ut Chryſoſtomus obſeruat; Ego, inquit, hæc verba ad miniſtros dicta arbitror, ut eos maximè alliceret oſtēdendo ſe aduentus eorum cauſam intelligere, &c. Oſtendit præterea phariſæorū, & principum conatus, ut ipſum comprehendant, uanos eſſe, niſi permittat. Similem in modum phariſæis dicentibus, Luc. 13. *Vult te Herodes occidere:* oſtendit in poteſtate ſua eſſe tempus ſuæ mortis, non autem in poteſtate Herodis. *Ite*, inquit, *dicite vulpi illi: ecce eijcio dæmonia & ſanitates perficio, hodie & cras, & tertia die conſummor. Veruntamen oportet me hodie & cras ambulare, &c.*

In poteſtate Chriſti tēpus erat comprehenſionis: non in poteſtate Iudæorū. Luc. 13.

Quæretis me, & non inuenietis.

Ait Dominus Iudæos ipſum quæſituros, poſtquam abierit in cœlum ad Patrem; neque inuenturos. Dubium eſt, quomodo quæſierint Iudæi Chriſtum, poſtquam è terra diſceſſit. Diuus Auguſtinus putat locum intelligendum de ijs, qui in Chriſtum poſt Spiritus Sancti aduentum crediderunt, eumque fide quæſierunt. Quæretis, inquit, me, & non inuenietis; quia quæſituri illum erant poſt reſurrectionem compuncti, &c. Diuus Chryſoſtomus ait Chriſtum quæſitum a mulieribus plangentibus paſſionis tempore; & a Iudæis capta vrbe: Non ſolum

Quomodo quæſierint Iudæi Chriſtū poſt Aſcenſionē. Aug.

D. Chryſo.

ſolum, ait, obliuioni non mandabitis, A ſed quæretis me. Et vbi nam quæſierunt eum Iudæi? Dicit Lucas 23. *quod plangebant mulieres ſuper eo, ita & alios multos credibile eſt, & ſtatim captis Ieroſolymis Chriſti & miraculorum eius meminiſſe, & eum deſideraſſe debuerunt, &c.* At mulieres illæ quæſierunt Chriſtum, antequam in cœlum abiret, & è vita diſcederet. Rupertus exiſtimat Iudæos dici quæſituros Chriſtum ad perſequendum; Quæretis, inquit, me ardétiſſima perſecutione; & ſeruos meos B occidetis, &c. Caietanus arbitratur Iudæos quæſiuiſſe Chriſtum in ſepulchro, quia adhibuere cuſtodiam; Cuſtodia, inquit, quam procurarunt poni in ſepulchro, fuit quærere Ieſum ad retinendum corpus eius; ſed non inuenerunt retinendum, quia ſurrexit, &c. Rectius dicemus, quæſiuiſſe Iudæos Chriſtum in ſepulchro poſt reſurrectionem; ſed non inueniſſe. Hiſque verbis vaticinari Dominum ſuam reſurrectionem: Iudæi enim ad ſepulchrum C Domini venerunt eum quærentes; ſed minimè repererunt.

Rupertus.

Caiet.

Probabilior eſt interpretatio Maldonati phraſim eſſe Hebræam; *Quæretis me:* hoc eſt, etſi quæretis me, poſtquam abiero a vobis, *non me inuenietis* in terris, ita Pſal. 9. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Pſalm. 36. *Quæres locum eius, & non inuenies.* Iſa. 41. *quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos: erunt quaſi non ſint, &c.* Toletus ſignificari ait his verbis, Iudæos poſt Chriſti D aſcenſionem quæſituros Meſſiam; ſed non inuenturos, quantumuis quærant, quia falſum quærunt, non verum Quæretis, ait, me, id eſt, verum Meſſiam vobis promiſſum; quia qui verum Meſſiã quærit, me quærit, & non inuenietis. Me enim repudiato, Meſſias verus inueniri nõ poteſt. Modo etiam Iudæi quærunt, & expectant Meſſiam; ſed numquam inuenient, niſi Chriſtum verum E recipiant. Attamen Chriſtus de ſua perſona ſingulari loquitur: Quæretis me ipſum hanc perſonam meam. Non igitur ſignificat, quæretis Meſſiam. Præterea Iudæi increduli quærunt alium Meſſiam, quem non inueniunt; ergo non quærunt Dominum,

Pſal. 9.
Pſal. 36.

Toletus.

Iudæi vero Meſſia repudiato, quærunt falſũ.

quem ſi quærerent, profecto inuenirent. Dixiſſet potius Dominus; Quæretis me, & inuenietis per fidem, & gratiam, ſi rectè quæratis. Ego verba velim in propria ſumi ſignificatione, itaque exiſtimari poteſt Iudæos poſt Chriſti aſcenſionem illum quæſiuiſſe; quoniam de illo loquebantur, de illius miraculis, & concionibus agebant, etiam illi, qui non credebant. Deſiderabant etiam illum multi, & cõuertebantur plurimi.

Hæc vero verba non ſunt dicta ad ſolos Miniſtros, vel Phariſæos, ſed ad Iudæos omnes, vt diximus, & de Iudæis omnibus. Neque vero dicta reor, vt terrorem incuteret; ſed ut oſtenderet Dominus ſe in cęlum diſceſſurum, quando vellet. Simile illud eſt, Lucæ 17. Diſcipulis dictum; *Venient dies, quando deſideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis, &c.* Ac ſi diceret; Quæretis me videre, & non inuenietis, quia in cœlo ero, quo uos aſcendere tunc corpore non poteritis.

Et vbi ego ſum, vos non poteſtis venire.

Significant hæc verba Iudæos in cęlum non poſſe tũc aſcendere, vbi Chriſtus ſecundum diuinitatem erat; & quo ſecundum humanitatem iturus erat.

Quæretis, inquit, me in terra, & non inuenietis. Et eo vbi ego ſum, id eſt, in cœlum, vos non poteſtis venire, vt me ibi inueniatis. Non dixit (ait Auguſtinus.) vbi ego ero, ſed, vbi ſum; ſemper enim ibi erat Chriſtus, quo fuerat rediturus. Sic enim venit, vt non recederet. Vnde Ioannis tertio. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo, non dixit, qui fuit in cælo, in terra loquebatur, & in cælo ſe eſſe dicebat. Sic venit, vt inde non abſcederet, ſic rediit, vt nos non derelinqueret. Erat Chriſtus ſecundum viſibilem carnem in terra, ſecundum inuiſibilem maieſtatem in cælo, & in terra, &c.* Euthymius, *Vbi ego ſum;* interpretatur; vbi ego ero, vos non poteſtis venire, quo ego

Chriſtus in terra erat & in cælo, quoad diuinitatem.

Euthym.

Digitized by Google

Chryſoſt. *Mala opera cælo priuant.*

ego aſcendam, vos non poteſtis aſcendere. Timet Chryſoſtomus hom. 49. ne in nobis locum hæc verba habeant, propter iniqua opera. De nobis, inquit, timeo, ne dicatur: Vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Quomodo enim poterimus: cum contra quam præcipiatur, operemur? &c.

Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos.

Verba Chriſti non intellexerunt Iudæi, illorum enim ſuperabant captum. Ideoque inter ſemetipſos alij alijs dicebant, & colloquebantur. Quonam iturus hic eſt? quam regionem petiturus? in qua inueniri a nobis non poſſit? Numquid ad gentes longe diſtantes proficiſcetur, eaſque docebit? *Numquid*, aiunt, *in diſperſionem gentium iturus eſt?* id eſt, in gentes quæ toto orbe ſunt diſperſæ. Græcè, εἰς διασπορὰν τῶν ἑλλήνων, id eſt, *in diſſeminationem Græcorum*. Nam in nouo teſtamento gentes dicuntur Græci, quia vero per totum orbem ſunt diſſeminatæ, Iudæorum vero ſola erat terra illa repromiſſionis, diſperſionem, ſiue diſſeminationem gẽtium appellant gentes diſperſas orbe toto. Prænuntiarunt hi, vt Auguſtinus obſeruat, quod futurum erat neſcientes. Salutem, inquit, noſtram prædixerunt, quod Dominus iturus eſſet ad diſperſionem gentium; & impleturus quod legebant. Pſalm. 17. *Populus quem non cognouit ſeruiuit mihi, &c.* Hinc
D illud Ioann. 11. *Prophetauit quod Chriſtus moriturus erat pro gente*, ſcilicet Iudæorum, *& non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum*. Hoc eſt, vt filios Dei, qui erant ex Ethnicis per totum orbem diſperſi, in unum ouile, & ita unam Eccleſiam adduceret. Diſperſio Ethnicis tribuitur; hoc tamen tempore quo in terris agebat Dominus, diſperſi quoque erant Iudæi toto fere orbe, quia
E non capiebat eos propria regio, vt cõſtat ex Philone in libro de legatione ad Caium, pag. 860. in epiſtola ad Caium, Agrippa Rex ſic ſcribit: Pro ſancta, inquit, ciuitate, id eſt, Ieruſalem hæc afferre licet, eam eſſe metropolim non vnius regionis Iudææ, ſed & mul-

Gentiles in nouo teſtamento dicũtur Græci.

D. Aug.

Chriſtus in diſperſionẽ gentium abijt.

Pſal. 17. *Ioan. 11.*

Iudæi per orbem diſperſi.

A tarum, propter colonias inde olim deductas, vel propius in finitimam Ægyptum, Phœnicem, Syriam, vel longius in Pamphyliam, Ciliciam, pleraſque Aſiæ partes, vſque Bithyniam, & Ponti ſinus intimos. pari modo in Europæ Theſſaliam, Bœotiam, Macedoniam, Ætoliam, Atticam, Argos, Corinthum. Nec tantum cõtinentis prouinciæ plenæ ſunt colonijs Iudaicis, ſed & inſularum celeberrimæ Eubœa, Cyprus,
B Creta, ne quid dicam de Tranſeuphratenſibus; excepta enim parua parte Babylonis, & aliarum præfecturarum, omnes vrbes, quæ bonum agrum habent a Iudæis incoluntur. Sic ille. Conſtat hoc etiam ex Actis Apoſtolorum. Hinc illud Iacob 1. *Iacobus Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſaltem:* & 1. Pet. 1. *Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bythiniæ, &c.*
C Forſitan D. Iacobus, & D. Petrus diſperſionem appellant gẽtes diſperſas, hoc ſenſu; duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſcilicet gentium, id eſt, quæ inter gentes diſperſas uerſantur. Item, electis aduenis diſperſionis gentium Ponti, Galatiæ, &c. Vel, duodecim tribubus diſperſis, & Iudæis aduenis diſperſis.

CAPVT X.

In nouiſſimo autem die magno, &c.

Chriſtus extremo die tabernaculorum in tẽplo clamat. *Leuit. 23.*

Feſtum erat hoc tabernaculorum vt ſupra diximus, quod ſeptem dierũ ſpatio agebatur: hos ſeptem ſequebatur dies octauus celeberrimus. Leu. 23. *A quinto decimo die menſis huius ſeptimi erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque ſanctiſſimus, omne opus ſeruile non facietis in eo, & ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino. Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque ſanctiſſimus; eſt enim cætus atque collecta. Omne opus ſeruile*

uile non facietis in eo, &c. Hic dies octauus dicitur a Ioanne *dies magnus, & nouiſſimus*, quoniam celeberrimus erat, vt conſtat ex Leuitico, & extremus. Cur Cœtus, & Collectæ appelletur, cap.1. huius libri diximus. In hoc igitur die nouiſſimo, & extremo feſtiuitatis, & celeberrimo, quo a ſeruilibus operibus Iudæi vacabant, & in templum confluebant, templum Chriſtus petiuit, ſtanſque clamabat, vt ab omnibus audiri poſſet.

Extremus eſt octauus dies feſti tabernaculorum celeberrimus, erat.

Si quis ſitit, veniat, &c.

Poſt feſtũ diſceſſuris Iudæis viaticum præbet Dominus.

Illa dies feſtiuitati imponebat finẽ; diſcedebantque Iſraelitæ in loca varia ex quibus venerant. Chriſtus igitur, vt ait Diuus Chryſoſtomus, abeuntibus viaticum præbere voluit, aquam videlicet illo Eliæ pane validiorem, de quo 3.Reg.19 dicitur: *Ambulauit Elias in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb* Chryſoſtomus hom.50. Cur, inquit, nouiſſimo die? Quia omnes Iudæi conueniebant, non ita in primo, ſed neque in ſecundo, neque in tertio tale locutus eſt; ne irrita verba caderent, cum delicijs vacaturi eſſent. Nouiſſimo autem, quoniam domum erant redituri, præbet eis ad ſalutem viatica, &c.

Chryſo. *Viaticum eſt aqua Chriſti eximium.*

De quanã ſiti loquatur Dominus. *D. Chryſo.* *Audiendũ verbũ Dei cum ſiti, & legendum.*

Si quis, inquit, ſitit, de quanam ſiti loquatur Dominus ambigitur. Diuus Chryſoſtomus homil.50. Sitim intellexit verbi Dei. Ad audiendum enim Dei verbum ſitim afferendam eſſe docet. Qui, inquit, ad diuinam accedunt prædicationem, & fidei uacant, ſitientium eos deſiderium præ ſe ferre oportet; ita enim quam audiunt doctrinam poterunt fideliter continere. Etenim qui ſitiunt poculum quam cupidiſſimè hauriunt, & ita recreantur. Itidem & qui diuinos ſermones audiunt, ſi ſitientes acceperint, numquam fatigabuntur, quoad totum biberunt, &c. Caietanus ſpiritualium bonorum cupiditatem ſitim ait appellari. Toletus deſiderium ſummi boni, & perfectionis, Clichtoueus libro quinto, quem Diuo

Caiet. *Toletus.* *Clichtoueus.*

A Cyrillo adiecit, deſiderium doctrinæ veræ, & cognitionis Dei.

Puto ſitim hoc loco appellari cupiditatem honorum, diuitiarum voluptatum. Hæc homines ſitiunt, hac ſiti torquentur; extinguere illam nequeunt. Vocat illos Dominus, docet quo fonte, quibus aquis ſit explenda. Quẽadmodum Matthæi vndecimo, graui onere preſſos vocat, vt reficiat; *Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*. Ita hoc lo-

B co, ſiti rerum caducarum vexatos inuitat, vt potu recreet, ſitimque expellat hoc ſenſu: Si quis ſiti vexatur caducarum rerum, vel abſolutè, ſi quis rei alicuius caducæ, vel æternæ, corporeæ, vel ſpiritalis, ſiti torquetur; veniat ad me, & bibat. Ego enim ſum fons, cuius aquis ſitis, cuiuſcumque rei illa ſit, reſtinguitur. Itaque qui a ſiti, id eſt, cupiditate mundi vult liberari, ad me veniat, bibat, & liberabitur. In eundem ſenſum Iſaias cap.55. ait: *Omnes*

C *ſitientes venite ad aquas*; omnes, inquã, ſitientes res caducas, venite ad diuinas aquas, quæ hanc ſitim extinguant. Probatur hęc interpretatio, quia Chriſtus, & Eſaias etiam impios vocant, qui nihil aliud quam caduca ſitiunt. Quod ſi vocarent ſolum eos, qui res ſpirituales ſitiunt, pauciſſimos vocarent. Aliter: ſi quis ſitit, id eſt, deſiderat bonum ſuum, ſalutem ſuam, beatitudinem ſuam, veniat ad me. Nam omnes homines ſuum bonum deſide-

D rant, ſalutem ſuam, & beatitudinem, ſi non actu, ſaltem habitu. Forſitan ſitis hic voluntatem tantum bibendi ſignificat, quamuis non ſit ardens, ſitis inſtar, hoc ſenſu: ſi quis ſitit, hoc eſt, ſi quis bibere vult, id eſt, Spiritum ſanctum accipere, & ſpiritalia dona, veniat ad me, & bibat, id eſt, accipiat. Neque illum ſenſum abijciam: ſi quis ſitit, ſcilicet ſpiritualia bona, Spiritum ſanctum, etſi pauci ſitirent; id enim parum refert.

Hominum ſitim explet Chriſtus.

E Vocabat Dominus: vocati verò ſunt ad aquam, ſitientes. Qui aquam dat, dat etiam ſitim. Tam enim aqua hæc, quam ſitis a Deo datur. Poteratque iure optimo Chriſtus dicere: ſi quis vult ſitire, nempè bona ſpiritalia, & animæ

Sitis bonorum ſpiritalium a Deo.

ſuæ

ſuæ ſalutem; veniat ad me, & ſitiet. Ei qui ſine ſiti bibit, aqua eſt inſipida; ſi ſitiat ſuauiſſima eſt. Eundem in modũ, ſi quis ſpiritus bona ſitiat, ſummam in s deguſtandis ſuauitatem experietur; niſi ſitiat, amara erunt; ideo meritò Iſaias ſitientes vocat, c. 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas:* & Dominus hoc loco: *ſi quis ſitit veniat ad me, & bibat.*

Veniat ad me.

D. Aug.

Quibus pedibus ad Chriſtum ſit veniendum, docet D. Aug. nempe affectibus; Si ſitimus, inquit, veniamus, non pedibus, ſed affectibus; nec migrando, ſed amando veniamus. Quamquam ſecundum interiorem hominem, & qui amat, migrat. Et aliud eſt migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectũ. Si aliud amas, & aliud amabas, non ibi es, vbi eras. Hæc Aug. Chriſtus docet quibus ſit pedibus veniendum, ſcilicet viuentis fidei. *Qui credit*, ait, *in me, &c.* Si quis ſitit quod ſitire debet nempè animæ ſuæ ſalutem, bonaque æterna, veniat ad me fidei greſſu, credat in me fide per charitatem operoſa, & bibet, hauriet que hæc omnia bona.

Ad Chriſtũ aff. ctibus itur.

Sicut dicit Scriptura.

D. Chryſoſt. & Theophylactus, hæc verba antecedentibus adnectunt hoc pacto. *Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura:* hoc eſt, qui illam in me fidem habet quam Scriptura prædicat, eius ex viſceribus fluent flumina. Eandem diſpunctionem Caietanus, & alij ſequuntur Neoterici. D. Hiero. & alijs verbis conſequentibus hæc adiungunt, hunc in modum: *Sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent, &c.* Sed difficillimũ eſt oſtendere, vbinam hoc Scriptura dicat: *flumina de ventre eius fluent*, qui in Meſſiam crediderit. Caietanus ait in libris, quos habemus non reperiri hoc teſtimonium. Et quidem his ipſis verbis ſcriptum non reperiri verum eſt. Marianus Victorius in ſcholijs Hieronymi, fortè ex his libris, qui periere, hæc verba accepta ſcribit. D. Hiero. in

Caiet.
[V]bi nã di[c]at ſcriptu[r]a, flumi[n]a de ven[t]re eius fluẽt, &c.

A præfatione in pentateuchum, ſumptũ putat ex prouerbijs, locum non indicat. Marianus indicat illum Prou. 18. *Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redũdans, fons ſapientiæ, &c.* q. d. Salomõ: Aquæ profunda ſunt verba ex ore viri in Chriſtum credentis, inſtar fluminis emanantia. Et torrens, fluuiusve inundans, fons ſapientiæ veræ, id eſt, fidei Chriſtianæ. D. Cyprianus epiſto. 63. illum indicat Iſa. 48. ex verſione ſept. Interp. Si ſitierint, per deſerta adducet
B illos; aquam de petra producet illis, findetur petra, & fluet aqua, & bibet plebs mea, &c, Ruper, D. Tho, locum illum demonſtrant Prou. 5. *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Deriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, &c.* priora verba, *Bibe aquam tuã de ciſterna tua, & fluenta putei tui*, indicant credentem in corde, & animo ſuo fontem habere, & flumina aquæ viuæ. Sequentia verò: *deriuentur fontes tui foras, &c.* ſignificant hæc flumina ex inti-
C mo pectore foras prodire, quod dixit Chriſtus: *flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Quod ſi opponas, Salomonẽ eo loco de matrimonio loqui. Reſpondebitur, plures ſenſus ineſſe eidẽ Scripturæ loco. Demonſtrari poſſunt loca alia: Eccleſ. 24. *Ego ſapientia effudi flumina, &c.* Item cap. 21. *Sapientia prudentis tam quam inundatio abundabit: & conſilium illius ſicut fons vitæ permanet.* Græcè, ὡς κατακλυσμὸς, id eſt, *ut cataclyſ-*
D *mus, ut diluuium abundabit, &c.* Sciebat Dominus librum Eccleſiaſtici authoritatem habere diuinam. Ioel 2. *Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ, &c.* Hæc effuſio efficit flumina in viſceribus Apoſtolorum, & aliorum Chriſtianorum. Iſa. 44. *Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam, effundam ſpiritum meũ ſuper ſemen tuum, &c* Iſa. 41 *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam deſertum in*
E *ſtagna aquarum, & terram in viam in riuos aquarum, &c.* Denique non ait Dominus Scripturam his eiſdem verbis vti: ſed hunc ſenſum habere, de ventre eius, qui crediderit, flumina fluent aquæ viuæ, id eſt, flumina Spiritus ſancti. Vbicumque ergo Scriptura de miſſione Spiritus S. agit, hũc hẽt ſenſum.

Plures ſenſus inſunt eidem Scripturæ loco.

Eccleſiaſtici liber tempore Chriſti habuit auctoritatẽ Canonicã.

Digitized by Google

Nam Spiritus ſancti ſunt hæc flumina. A Cum dicit Spiritum ſanctum mittendum, hæc flumina in viſceribus credentium fore indicat, eſt ſenſus: *Qui credidit in me, ſicut dicit Scriptura flumina de ventre eius fluent aqua viua*: id eſt, Spiritum ſanctum accipiet & ex viſceribus in alios effundet.

Flumina de ventre eius fluent aqua viua.

Is qui corporis ore bibit, parum po B tat aquæ. At is qui animi ore haurit, plurimum ſpiritalis vndæ capit; ita vt ex ventre eius flumina fluant aquæ vi uæ. Viua aqua illa dicitur, quæ nō ſtat, ſed mouetur, ac fluit, qualis eſt fontiū, & fluminum. Motus enim eſt viuentium. Quamobrem mare mortuum vocatur, quoniam non fluit ac refluit. Vētrem cor appellat, ex ſententia Chryſoſtomi, ex ſententia Auguſtini conſcientiam; Vēter, inquit, interioris hominis conſcientia eſt, &c. Sed Pſal. 21. C dicitur: *Factum eſt cor meum, tamquam cera liqueſcens, in medio ventris mei*: ergo venter non ſignificat cor ſolum, ſed viſcera. *Factum eſt*, inquit, *cor meum tamquam cera liqueſcens, in medio viſcerum meorum*. Sic pſal. 29. *& legem tuam in medio cordi meis*. Hier. vertit, in medio ventris mei, id eſt, viſcerum meorum. Prouer. 22. *Appone cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum ſeruaueris eam ventre tuo, & redundabis in labiis tuis, &c.* D Senſus ergo eſt: Ex viſceribus eius, qui ad me venerit, per fidem viuam, ac biberit, flumina effluent aquæ non ſtantis, ſed fluentis, non mortuæ ſed viuæ, id eſt, flumina gratiarum, ac donorum, & doctrinæ Euangelicæ, quæ in eo efficiet Spiritus ſanctus. Fluent, inquit, flumina ex viſceribus.

Aqua viua quæ meretur.

Chryſoſt. Auguſt.

Pſal. 21.

Quid ſignificet venter in S.S.

Prou. 22.

Vnde fluant flumina ait Dominus, quò fluant, non aperit. D. Auguſti. quo fluant, indicat, nempe in proximum. Quid eſt, inquit, fons & fluuius, qui ma E nat de ventre interioris hominis? beneuolentia qua vult conſulere proximo, &c. Ex viſceribus præſertim Apoſtolorum hæc emanarunt flumina in homines quæ totum irrigarunt orbē; emanant etiā hodie ex viſceribus ope rariorū Chriſti. Quemadmodum abſque fontibus, & fluminibus tellus areſcit, nullaſq; fruges producit: Sic abſque his Spiritus ſancti fontibus, ac fluuijs, areſcet mundus, nihilque frugis bonæ proferet. Conſidera quæſo, vnde nam hæc exeant flumina; flumina, inquit, de ventre, id eſt, viſceribus fluent. Non ex ore tantum concio fluat, ſed ex corde, non ex inani gloria, ſed ex ſancto deſiderio. Audiamus magnū Gregorium hom. 10. in Ezechielem: Quia, inquit, de mente fidelium ſanctæ prædicationes defluunt, quaſi de ventre aquæ viuæ flumina decurrunt. Vētris autem viſcera, quid ſunt aliud, niſi mentis interna, id eſt recta intentio, ſanctum deſiderium, humilis ad Deū, pia ad proximum voluntas, &c. Ergo ex hoc ventre concio emanet; ex recta intentione, ex ſancto deſiderio, ex humili ad Deum, pia ad proximum volūtate. Audiamus prætereà Rupertum Ioan. 7. Fluent, inquit, de ventre eius, id eſt, de intimis animæ, vbi Deus interno ſentitur amore, ſe ipſum animæ infundens, vbi Spiritum hunc imbibit de Dei pectore. Quod dum fit multum, differt ab eis, quorum ſolum ex ore, verbo tenus fluit vbertas doctrinæ; corde intrinſecus ſumit oris verba per amorem non ſentiente. De qualibus rectè dicat Dominus: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt a me*. Sic ille. Ezechielis 3. Prius Prophetæ dicitur, *Venter tuus comedet, & viſcera tua complebuntur volumine iſto, &c.* Poſtea, *Vade & loqueris, &c.* Ea quæ viſceribus condiderat ex viſceribus loqui iubetur vates. Comedat, viſceribuſque recondat concionator, diuinam Scripturam, compleat cor diuino affectu: poſtea loquatur: fluant ex corde verba, non ſolum ex ore.

Auguſt.

Doctrina irrigat Eccleſiam.

Concio non ex ore ſolū, ſed etiā ex corde fluat.

D. Greg.

Rupertus.

Puteus, & ciſterna, recondi poſſunt domi: at flumen recondi nequit, neceſſe eſt effluat foras, neque vllo conſiſtat loco, donec in mare influat. Puto, & ciſternæ ſimilia ſunt dona, vel talenta, quæ proximo non proſunt. Nō proſunt tuæ opus pauperibus, non proſunt honores, non proſunt literæ, ingenium concionēs: puteum habes diuitiarum, ciſternam honorum, & literarum,

Puteo & ciſterna ſint ſimi

Foras in proximū fl. noſtra b

rarum, quæ in ſe ſuas continet aquas, ne foras in proximũ deriuentur. Qđ ſi pauperibus hæc afferunt opem: flumina habes, quæ arentes irrigant, potantq. agros, & totius bonitatis mare, ideſt, Deum curſu ſuo petunt. Prou. 5. *Deriuentur fontes tui foras: & in plateis aquas diuide, &c.* Fontes habes, flumina ſpiritus habes: deriuentur foras in plateas in pauperes, inſipientes, miſeros, auxilioq. deſtitutos homines. D. Gregor. 3. p. paſt. admonit. 25. de concionibus hæc exponit, fontes, ait, foras deriuare eſt, exterius aliis vim prædicationis infundere, in plateis aquas diuidere, eſt in magna auditorum amplitudine diuina eloquia diſpenſare, &c

Prou. 5.

D. Greg.

Aquæ mortuæ ſimilia ſunt bona illa quæ proximo non proſunt. Vt enim aqua mortua ſtat: ſic illa domi concluſa ſtant. Aqua viua illa eſt, quæ fluit: huic ſimilia bona ſunt, quæ in pauperes, orphanos, viduas, cæterosq; qui auxilio indigent, magno caritatis impetu manant. Pſal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, &c.* Læta eſt ciuitas illa, oppidumve illud, in quo flumina magno caritatis labuntur impetu: cum & corporis, & animi dona, qui habent, indigentibus impertiuntur. Non continuerunt Apoſtolorũ pectora dona ſpiritus: doctrina totum orbem, inſtar Gangis, Euphratis, aliorumq. fluminum, quæ ex paradiſo dicuntur exire, irrigarunt. Eccl. 24. ait ſapientia: *doctrinam quaſi ante lucanum illumino omnibus: & enarro illam vſque ad longinquum, &c.* Iordanis fluuius in regione Iudæorum, & oritur, & deficit Iudaico fluuio ſimilis fuit lex, & doctrina Iudaica: in Iudæis orta eſt, in eis defecit. Neque enim gentibus lex Moſis data eſt. At Chriſti doctrina, lexq. noua, flumen eſt aquæ viuæ, quod in Iudæa ex viſceribus Chriſti ortum, in Iudæa minimè defecit: quin potius in totum terrarum orbem effluit.

Qui aquis mortuis ſint ſimiles.

Pſal. 45.

Eccl. 24.

Lex Moſis data Iudæis.

Lex Chriſti toti mũdo.

Obijciet aliquis: Non omnis, qui fide viuente credit in Chriſtum, flumina hæc habet ſpiritus, vt poſſit etiam alios irrigare. Multi enim rerum ſpiritalium ignorantia laborant. Reſpondetur, Chriſtum loqui de aduentu illo Spiritus S. viſibili: cum linguis igneis

A Apoſtolos, aliosque diſcipulos inflammauit. Tunc autem flumina in omnibus ad irrigandum orbem effecit etiã poſtea in doctoribus Eccleſiæ, efficietque vſque ad diem extremum. Quod ſi velis de omnibus credentibus intelligere verba Chriſti, hoc pacto explicabis: Qui credit in me, flumina ex viſceribus eius fluent, in opera ſancta, in omnes animi facultates, memoriam, intellectum, voluntatem, in omnes ſenſus, atque appetitus: Nam Spiritus ſancti

B flumina, totum irrigant hominem: & ſpiritalem efficiunt ex carnali. Aliter: quemadmodum Chriſtus Samaritanæ dixit: *Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam:* ſic hoc loco: *flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ:* fluent (inquam) in vitam æternã. Idem enim poteſt ſignificare aqua fluens, & aqua ſaliens.

Spiritus S. omnes animæ facultates irrigat.

Ioan. 4.

D. Cyprianus Epiſt. 63. de baptiſmo hunc intellexit locum, in quo Spiritus ſanctus datur. Flumina autem, quæ effundit ſpiritus in animam hæc ſunt, ad

C Gal. 5. *Fructus autem Spiritus* (ait Paul.) *eſt caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, &c.* Effundit etiã ſua ſeptẽ dona: adde chariſmata, quæ appellant gratias gratis datas, de quibus Paulus Cor. 12. *Alii per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecũdum eundem Spiritum: alteri fides in eodẽ Spiritu, alii gratia ſanitatum in eodem Spiritu: alii operatio virtutum, alii prophetia:*

D *alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum, &c.*

Cyprianus. Baptiſmus.

Ad Gal. 5. Spiritus S. flumina q.

Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.

De quibus fluminibus loquatur Dominus, indicat Euangeliſta; hoc, inquit dicebat de Spiritu ſancto, quem Apoſtolis, alijſque Chriſtianis poſt aſcenſionem daturus è cęlo erat, etenim flu-

E mina hæc aquæ viuæ, Spiritus Sanctus in viſceribus Apoſtolum, aliorumque Chriſtianorum effecit.

Nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

Dixit Euangeliſta. *Hoc dixit Ieſus de Spiritu, quem accepturi erant:* non dixit:

quem acceperant credētes in eum. reddit rationem cur de futuro loquatur. Nimirum quia Spiritus S. nondum credentibus datus erat: ſed dandus. Præterea, cur non fuerit, eatenus datus, indicat. Videlicet, quia Chriſtus nondum erat glorificatus. Chryſoſt. Theophil. Euthymius in hanc ſententiam interpretantur. Nondum Spiritus S. erat datus in die Pentecoſtes: quia Chriſtus nōdum erat in crucem actus. Gloriā (ait Theophylactus) hoc loco crucem nominauit Euangeliſta. Per crucem n. deiecit Chriſtus tyrānū, & regnauit, &c. D. Hiero. in eadem eſt ſententia in Epiſtola ad Hedibiam q. 9. Nondum, ait, erat ſpiritus in Apoſtolis, nec de ventre eorum fluebant gratiæ ſpiritales: quia Dñs nondum fuerat glorificatus gloria ſaluatoris patibulum triumphātis eſt. Crucifigitur, vt homo, glorificatur ut Deus. Deniq. ſol fugit, luna mutatur in ſanguinem, terra motu inſolito cōtremiſcit, aperiuntur inferi, mortui ambulant, ſaxa rumpuntur. Hæc ille. Item Rup. Io. 7. Obediētia, ait, Chriſti, quia Deo Patri ſemetipſum pro mūdo obtulit, glorificatio eius eſt, &c.

Dicatur ne Chriſtus glorificatus in paſſione an in aſcenſione? Theophyl. D. Hiero. Crux Chriſti gloria, et triumphus. Rupertus. Chriſti obedientia glorificatio eius eſt.

Alij veriſimilius Chriſti glorificationem appellari putant aſcenſionem: iuxta illud Io. 16. *Si non abiero paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos, &c.* Et illud Pſ. 67. *Aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominibus, &c.* D. Leo ſer. 2. de Pentec. Dicente (inquit) Ioan. Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus nondum fuerat clarificatus, Dñi aſcenſio, dandi ſpiritus fuit ratio, &c. Eſt ergo ſenſus: Spiritus S. nōdum erat diſcipulis in linguis igneis datus, & palam aduentu admirabili: quoniam Ieſus nondum reſurrexerat, & in cœlos aſcenderat, tunc enim maximè eſt glorificatus.

D. Leo.

Quæſtio hinc exoritur: Cur non dederit Chriſtus Spiritum S. diſcipulis, antequam in cœlos aſcenderet? Dedit quidē Spiritum S. diſcipulis, cæteriſq. qui gratia præditi erant, antequam cælos peteret; immo & ante incarnationem: ſed inuiſibiliter. Præterea dedit Apoſtolis poſt reſurrectionem inſufflando, ad remittenda peccata. At quæſtio de aduentu Spiritus ſancti excitatur in linguis igneis, & inundantibus gratiarum fluminibus. D. Chryſoſtomus: ſic reſpondet: Cum munus non odio habitis inimicis, ſed amicis detur; oportuit primum pro nobis offerri ſacrificium, & Deo amicos fieri, & deinde munus accipere, &c. & Theophylactus: Nondum cruce formata, neque peccato abolito, neque natura noſtra in Chriſto victrice mundi, & recōciliata Deo, meritò nondum datum fuiſſe largum Spiritus ſancti donum dicitur. Oportebat enim nos prius fieri amicos Dei: id quod per crucem cōſummatum eſt. Primum aliquis fit amicus regis, deinde accipit donum, &c.

Ioan. 20.

Cur Chriſtus non dederit Spiritū ſanctum ante aſcenſionem. Chryſoſt. Theophy.

Verum Chryſoſtomus, & Theophylactus, rationem reddunt, cur ante paſſionem non ſit datus Spiritus ſanctus: nos verò quærimus, cur non ſit datus ante aſcenſionem. Reſpondeo, propterea poſt aſcenſionem datum: quia æquum erat Spiritum ſanctum dari a Filio iam victore, ac ſedente ad Patris dexteram: vt intelligeremus non ſolū a Patre, ſed etiam a Filio procedere, & mitti, atque adeo intelligeremus Chriſtum Deum eſſe, qui Spiritum ſanctum mittebat. Præterea voluit Chriſtus oſtendere ſe in cœlos aſcendiſſe, & in cœlis eſſe: ideoque non ex terra, ſed ex cœlo, Spiritum palam magno cum ſonitu dedit, vt intelligerent Iudæi, in cœlis ipſum eſſe, quem occiderant. Vnde illud D. Petri Act. 2. *Dextera Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus ſancti accepta a Patre, effudit hunc quem vos videtis, & auditis, &c.* Id eſt, Chriſtus ad dexteram Dei in cœlo exaltatus, & glorificatus, Spiritum hunc, quem in ſuis donis, & effectibus videtis, & auditis, è cœlo effudit. Clichthoueus, alias rationes addit his verbis: Non æquè, ait, cōmodum fuit, & tempeſtiuum Spiritū ante Chriſti glorificationem dari, tū quod vnus Chriſtus aderat, carne præſens cōſolator, & illuminator, cuius doctrina & lux tunc ſufficiebat ad hominum illuſtrationem, tum quod Spiritus S. potiſſimū miſſus eſt, vt hominū corda ab amore præſentis vitæ, ad futuræ vitæ bona traduceret, & inuiſibilium affectum induceret: id aūt nō vſq. adeo opportune factū fuiſſet, cū hoīes nullo

Miſſio Spiritus ſancti oſtendit Chriſtū eſſe Deum.

adhuc

adhuc fuiſſent exēplo edocti, quæ ſperanda ſint futuræ vitæ præmia. Cùm verò per reſurrectionem Chriſti, & in cœlos aſcenſum, uiderint in capite præceſſiſſe futuræ vitæ gloriam, & exemplum, facilius perſuaderi potuerunt, hoc quoque in membris eſſe ſperanda, & miſſus eſt Spiritus, qui hanc ſpem, iactis iam à Chriſto fundamentis, corroboraret. Ad hac icōplenda erat prophetia dicens: *Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus.* Hactenus illæ.

Pſal. 67.

Hic eſt uerè propheta, &c.

Turba uarij de Chriſto ſermones.

Hoc Chriſti ſermone commota turba eſt. Aliqui prophetam, alij Chriſtum, id eſt, Meſſiam eſſe, affirmabant. Nonnulli huic veritati obijciebant, eſſe Galilæum, Meſſiam uerò non ex Galilæa venturum, ſed ex caſtello Bethlehem, genereq; Dauidico. Obiectio autem ex ignorantia oriebatur; ignorabant enim Dominum in Bethlehem eſſe natum, atque adeò, ex Bethlehē uenisse. Bethlehem à D. Luca cap. 2. dicitur, πόλις Latinè *ciuitas*. Hoc loco ab his Iudæis dicitur castellum: Græcè, κώμη, id eſt, *pagus*. Forſitan etiam parua ciuitas. Græcè κώμη dicebatur, quaſi *vicus*; nam Bethſaida, quæ ciuitas erat κώμη dicitur, Marc. 8. vel propter paruitatē, quāuis ciuitas eēt, vocāt vicū.

Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum.

Qui nam uoluerint Chriſtum apprehēdere.

Hæc uerba ad aliquos de turba referunt interpretes, hoc ſenſu: Quidam ex turba, in qua diſſenſio facta eſt, uolebant Chriſtum apprehendere; ſed nemo id facere eſt auſus, quia ille nō permiſit. Mirum eſt fuiſſe aliquos, qui Dominum uinculis auderent obſtringere, miniſtri. Veruntamē cùm Phariſæorum & principorum uoluntas eſſet illis nota, aliqui id auſi ſunt tentare. Forſitan uerba hæc de miniſtris, quos principes miſerūt, ſcripta ſunt, in hunc ſenſum: *Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum*: id eſt, miniſtri; miſſi enim erant à principibus, ut id facerēt; ſed nemo miſit ſuper eum manus; qa eo audito voluntatem miniſtri mu-

A tarunt. Huic ſenſui fidem faciunt uerba ſequentia. *Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos, &c.* Ergo (inquit) quia uidelicet non ſignauerunt Dominum, redierunt infecta re, ad eos, à quibus fuerant miſſi.

CAPVT XI.

Venerunt ergo miniſtri ad principes & Phariſæos.

B

CHRISTVS, vt Ioannes initio cap. 7. narrauit, in templum uenit primo, uel alio die feſtiuitatis tabernaculorum: vt ſupra eſt explicatum, venit iterum die octauo, & extremo. Illo die primo, vel alio feſtiuitatis, miſerūt principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehēderent eū, quod colligitur ex illis uerbis Ioan. 7. *Audierūt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc* uidelicet, die priori; *& miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, ut apprehenderent eū.*
C Sed illa die nō apprehenderunt. Reuerſi ſunt die alio, id eſt, octauo, ut colligitur ex hoc loco, neq; tunc, quod facere iuſſerāt, fecerunt. Aliter, credi pōt miniſtros illo die priori, quo miſſi ſūt poſtquam Chriſtū audierunt, ad principes rediſſe; Euangeliſtam uerò per recapitulatione, hoc loco, poſt diem octauū, meminiſſe reditus. Hac de re ſic Caietanus ſcribit, ordo narrationis inſinuat, quod miniſtri die ultimo feſtiui-
D tatis interfuerunt prædicationi Chriſti. An autem plurib. diebus venerint, & tamen diſtulerint; tā exequi quàm referre; an ultimo tātum die venerint ad capiendum; incertum eſt. Potuit eſſe, quòd Phariſæi, & Pontifices, prius ordinauerint, ut miniſtri irēt; (& propterea Euangeliſta ſuperius narrauit, quod miſerunt miniſtros) & tamē illi nō fuerint vſque ad vltimum diem & potuit eſſe quòd penultimo die miſerūt,
E ita vt vltimo die irent, diuerſis enim modis potuit accidere iteruallū tpis. Sic ille. Re igitur infecta illi redierūt. Rogati autē, cur mandato non eſſent obſecuti, reſponderunt: *Numquā ſic locutus eſt homo ſicut hic homo.* Capere uolebāt miniſtri Chriſtū, ſed ab eo capti ſūt, volebāt apphēdere ſed illius verbis

Quonam die Miniſtri voluerint Dominum comprehēdere. Caietan.

Miniſtri à Chriſto cõprehenſi.

ſunt apprehenſi. Qui ad Chriſtum capiendum ierant (ait Chryſoſtomus) eius admiratione capti redierunt, &c. Et Euthymus. Abierũt (inquit) eum ligaturi, reuerſi ſunt admiratione ſermonum eius ligati, &c.

Chryſoſt. *Euthym.* *An miniſtri crediderint?*

Dubium eſt, an hi miniſtri in Chriſtum crediderint: Credidiſſe ſentit D. Chryſoſtomus his uerbis: Signis non eguerunt, ſed ſola doctrina crediderunt, &c. Euthymius; illi qui miſerũt, id eſt, principes & Phariſæi, cùm multos Chriſti audiſſent ſermones, multaque uidiſſent miracula, ac prophetias de eo legiſſent, iudicãtes ſe ſapiẽtes, nihil profecerunt. Qui uerò miſſi erant ab una concione capti ſunt. Nã mentem habebant incorruptam, &c. Theophylactus; Miniſtri (inqt) abſq; ſignis à doctrina Chriſti perſuaſi ſũt &c. D. Auguſtinus tract. 33. Miſſi (inquit) ſunt tenere, & maluerunt credere. D. Thomas Ioan. 7. Miniſtri (inqt) dimiſſo malo infidelitatis, ad ueritatem fidei ſunt adducti, &c. Idem exiſtimat Clichtoueus, & Hugo Cardi. Pia eſt opinio, & probabilis.

Theophyl. *D. Auguſt.* *D. Thomas* *In miniſtris tria laudãtur.*

D. Thomas in his miniſtris tria laudat, Admirationis cauſam, conuerſionis facilitatem, animi ſecuritatem, & libertatem. Redduntur (inquit) cõmẽdabiles miniſtri ex tribus: Primò ex admirationis cauſa; quia non propter miracula, ſed propter doctrinã Chriſti mirabantur; ex quo propinquiores efficiuntur ueritati, & recedũt à conſuetudine Iudæorum, qui ſigna quærebant. Secundò ex conuerſionis facilitate; qa ad pauca uerba Chriſti capti ſunt, & allecti ad eius amorẽ, tertiò ex animi ſecuritate; quia Phariſæis, q Chriſto aduesabantur talia dicunt de Chriſto. *Nunquam ſic locutus eſt homo.* Hęc D. Thomas. D. Chryſoſto. audaciã loquendi in illis obſeruat, Eorum (inquit) audacia admiranda. Siquidem ijs, qui ſe miſerant ita loquuntur, Phariſæis uidelicet, &c. Euthymius quoq; Non ſolum (inquit) prudentiam eorũ admirari dignum eſt, ſed & loquendi libertatem. Neq; enim dicunt dimiſimus illum, ne fieret diſſenſio in populo; neq; aliã fingunt excuſationẽ. Sed ipſam dicunt ueritatem, & Chriſti p̃dicant ſapientiam, &c. Et Theophylactus: oportet (ait) eorum admirari libertatem. Neq; enim curauerunt irã Phariſæorum, neq; quia vt ſerui miſſi fuerant, quæ placita erant principibus dixerunt; ſed teſtabantur ueritati &c. Obſeruat præterea Theophylactus horum exemplo, ijs mãdatis obedientiam à ſubditis non eſſe præſtandã quæ Deo aduerſari uident. Nos (inquit) miniſtros imitari oportebat, & non obedire in ijs, quæ Deo ſunt aduerſa; ſicut & Sauli non eſt obtemperatum, cũ aſtantes iuſſiſſet contra legẽ ſacerdotes interimi, &c. 1. Reg. 22. *Ait rex emiſſarijs qui circũſtabant eũ, conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini. Noluerũt autẽ ſerui regis extẽdere manus ſuas in ſacerdotes Domini, &c.* Sic hi miniſtri, licet à Phariſæis miſſi, noluerunt extendere manus in Chriſtum diuino capti ſermone. *Numquã* (inqunt) *ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo.*

D. Chryſo. *Euthym.* *Theophil.* *Non eſt obtemperandum præceptis, q̃ Deo aduerſantur.*

Veriſſimè locuti ſunt; Quia nũqnã ſic locutus eſt homo à mũdi origine, non Moyſes, Non Dauid, non Salomõ non Eſaias, aut ex prophetis ullus: neque enim ſolum erat homo, ſed Deus, & homo. Auguſtinus tract. 23. Non quiſquam ſic loquitur homo, ille autem ſic locutus eſt, quia Deus & homo, &c. Verbum erat Dei, cuius uerba hominum corda facile quocumq; vellet ducebãt; homo erat, in cuius labia Pater eximiam gratiam diffuderat, iuxta illud Pſalm. 44. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.* Herculem antiqui finxerunt aureis catenis hominum in aures inſertis, traxiſſe auditores, in Chriſto hoc uerum, gemmatis uerborum catenis, in corda inſertis, quocumq; placebat, libero ſeruato arbitrio, auditores impellebat. His catenis ſatellites ligauit: *Numquam* (inquiunt) *ſic locutus eſt homo.* Cant. 5. *Guttur illius ſuauiſſimum, &c.* Cur guttur Chriſti ſuauiſſimum dicitur; profectò qa ſuauiſſima edebat eloquia; Quid (ait Theodoretus in cant.) diuinis eloquijs dulcius? Itaq; & miniſtri principũ ſacerdotũ, qui ad Dominũ miſſi fuerãt, deſiderio dulcedinis ſermonum eius deliniti, & capti, ad eos qui ſe miſerant; *Numqnã ſic* (inquiunt) *locutus eſt homo, ſicut hic homo*, hæc ille. Valeat Homericus Neſtor, cuius ex ore melle dulcior manabat

D. Auguſt. *Chiſtus concionator maximus.*

bat

bat oratio; valeat Xenophon, cuius uoce Muſas quaſi locutas ferunt, ualeat Theophraſtus, qui à diuinitate loquēdi nomen inuenit, ualeat Pericles, qui tonare, & fulgurare dictus eſt; valeant Demoſthenes, & Tullij, principes eloquentiæ; numquam enim ſic locutus eſt homo. Quamobrem omnes Iudæi ad eum audiendū ſummo mane in templum confluebant. Luc. 19 *Omnis populus manicabat* (id eſt manè ibat) *ad eū in templum, audire eū, &c.* Omnes auditores ex eius ore ſapientiſſimo pendebāt tacebant omnes, intentique ora tenebant; Luc. 19. *Omnis populus ſuſpēſus erat audiens illum,* &c. Denique illius cæleſtem eloquentiam omnes admirabantur. Lucæ 4. *Mirabantur in uerbis gratia, quæ procedebant de ore ipſius, &c.* Videlicet, quia numquam ſic locutus homo. *Sic,* inquam, tanta cum gratia, cordiū poteſtate, auctoritate, tamque cæleſtē doctrinam tradens.

Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum.

Cum audirent Phariſæi miniſtros doctrinam extollentes Chriſti, rogarunt, num ab eo eſſent ſeducti; num illum ſequi vellent, & in eum credere? id enim verebantur: tùm exemplum proponunt principum & Phariſæorum. *Numquid,* aiunt, *aliquis ex principibus credidit in eum. aut ex Phariſæis?* numquid aliquis ex illis ſeductus eſt? Non ſeducuntur principes, & Phariſæi, ſed turba maledicta; non turba, ſed principes ſequendi ſunt, Sequendi quidem eſſent principes & Phariſæi, ſi recta via iter facerent; ſed cùm inuidia obcæcati à recta uia aberrarent, ſic ſequendi erant, quemadmodum cæci ſequendi ſunt. Quis cæcos ſequatur itineris duces? *Cæcus ſi cæco ducatum præſtet ambo in foueam cadunt,* ait Dominus Matthæ. 15. Eodem loco. Phariſæos cœcos appellat, & Cæcorum duces; *Sinite illos* (inquit) *cæci ſunt & duces cæcorum, &c.* Hos itineris duces miniſtris præbebant Phariſæi, hæc egregia principum, & Phariſæorū exempla proponebāt, hominū à uera Meſſiæ cognitione, pp inuidiā, atq; odiū aberrātiū.

De exemplis principum, & Similium.

Matth. 15

Principes à malis exēplis ſubditis præbendis cauere debent.

Caueant Principes, & doctores, ac Paſtores, ne vitiorū exemplo inficiant

A populum, ac contaminent. Nam ut ait magnus ille eloquentiæ preceptor Quintilianus, declamat. 3. Hæc eſt ſuperiorum cōditio, ut quidquid faciūt præcipere uideantur, & pernicioſiſſimus eſt malæ rei quiſque maximus autor, Vtq; ait Poeta Claudianus, in Panegyr. de 4. Conſulatu Honorij;

----Componitur orbis.
Regis ad exemplū, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos, edicta valent, ut uita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vul-
B *gus, &c.*

Et Satyricus Satyra 14.

Velocius, & citius nos
Corrūpūt vitiorū exēpla domeſtica magnis
Cum ſubeunt animos auctoribus.

Subditi uero caueāt, ne principes, paſtoreſve, ac doctores ſectētur, ſi a recto virtutis tramite receſſerint. Hoc docet Dominus Matthæi 23. de Phariſæis doctoribus loquens; *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi,*
C *omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundum verò opera eorū nolite facere, &c.* Hoc eſt, doctorum veſtrorū opera mala ne imitemini, exēplum ne ſequamini. Si princeps vir iniuriam ulciſcitur, ſi pauperes vexat, ſuperbia inflatur, ſi aliena bona diripit, ſi auaritia, & ambitione ardet; ne ſecteris, quantūcūq; tibi dicatur, nōne principes viri hoc faciunt? Crimina confeſſionis balneo ſæpe elue, cæleſtem panem frequenter ſume, pau-
D peribus miniſtra, humilitatē cole, iniurias remitte, eleemoſynam tribue; quamuis tibi occinat aliquis Phariſæus: Numquid ex principib. aliquis, & Phariſæis, hæc facit? Si non faciunt facere deberent. Non id quod principes faciunt, ſed quod facere dērēt, eſt attendendum. Nonne inſanæ mentis eſſet, qui a recto itinere recederet, quia cœcum aliquem principē, aut doctorem, cerneret alia via aberrātem? Au-
E diamus Auguſtinum in libro 50. homil. Homilia extrema ca. 4. Tam ſunt (inquit) præpoſteri, qui prępoſitorū ſuorum malos mores imitari eligūt, quàm per eos prædicta Domini præcepta ſeruare, quam ſi quiſquam viator, remeādū ſibi eſſe exiſtimet in itinere, cū viderit miliaria lapidea lite-

Matth. 23

Non imitandi improbi

Non quod principes faciūt, ſed quod facere deberēt, mirandum eſt. Auguſtin.

ris plena, viam docere, & non ambulare; Cur enim non potius, ſi peruenire deſiderat, tales comites intueſ, & conſequitur, qui & uiã demõſtrãt, & in ea pſeuerãter, & alacriter ambulãt? &c. *Sed turba hæc, quæ non nouit legem maledicti ſunt.*

Sibi ſimiles principes, ſuóſque Phariſæos, commendant Pariſæi; turbam indoctam, & maledictam appellant; quod Chriſtum ſequatur. Excæcarunt ſapientes ſuperbia, & inuidia, Meſſiæ myſteria, veluti terræ nubes, abſconderunt, iuxta illud Matth. 11. *Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Chriſtum illi perſequebantur, humilis vero turba, cuius oculis neque inuidia, neque odiũ, neque arrogantia, caliginem offuderat, ſequebatur. Ipſi ſe accuſant, quod legis ſe peritos, turbam vero legis imperitam fateantur. Nam quia legis periti erant, ideò facilius credere debuerũt. Hoc magis vos accuſat, (ait Chryſoſtomus homil. 51.) quòd turba credidit; vos uerò Phariſæi minimè, etenim illi de turba, legem cognoſcentiũ opera faciebant; &c. Auguſtinus tract. 33. Qui non nouerant legem, ipſi credebant in eum, qui miſerat legem, & eum qui miſerat legem, contemnebãt illi, qui docebant legem. Vt impleretur, quod dixerat ipſe Dñs Ioa. 9. *In iudicium ego in hunc mundum ueni; ut qui uident non uideant, & qui uident cæci fiãt.* Cœci enim facti ſunt Phariſæi doctores, illuminati ſunt populi neſcientes legem, & in auctorem legis credentes &c. Illud eiuſdem Auguſtini hinc ſe offert libro 8. confeſſionum cap. 8. Surgunt indocti, & cœlum rapiunt: & nos cum doctrinis noſtris ſine corde ecce vbi volutamur, in carne, & ſanguine, &c. Rapiebat turba indocta cœlum. Phariſæi, docti, in carne & ſanguine ſine corde volutabantur, & ſine intellectu Meſſiam non uidentes, quẽ apertiſſima admirandaque opera, Scriptura, vitæque ſanctimonia ſingularis, indicabant. Si humiles fuiſſent, ad ſapientiæ fontem ueniſſent, veritatis ſciendæ deſiderio ducti, ſi quid dubij circa Meſſiã habebant, interrogaſſent, ſine dubio lucem humilium tenebris **A** attuliſſent. Quemadmodum Nicodemo Ioan. 3. & Nathanaeli, Ioan. 1. At nihil ueritatis indagandæ cauſa humili animo interrogarunt, id quod obſeruat Rupertus, Ioan. 7. ad illa verba; *Dixerunt Iudæi ad ſemet ipſos, quo hic iturus eſt, &c.* Ad ſemetipſos (inquit) hoc dixerunt, & Chriſtum non interrogauerunt. Nec enim in humilitatis arcem, quæ ſuperbis mentib. ardua nimis eſt, ſaltem tantiſſum aſpirare poterant; vt ab ipſo quidquam intentione diſ**B**cendi quærerent, &c.

Phariſæi cur in Chriſtum non crediderĩt.

Chryſoſto.

Auguſt.

Ioan. 9.

Ex turba crediderũt Phariſæi credere noluerunt.

Humilitas ad credendũ neceſſaria.

Rupertus.

Similes Phariſæis hæretici ſunt; Eccleſiam, eiuſque paſtores humiliter interrogare nolunt, ſi quid dubij de Catholica doctrina exoritur, ab Eccleſia nolunt humiliter diſcere, ideo miſerãdum in modum pereunt. Si ſubmiſſo animo, veritatiſque deſiderio impulſi Eccleſiam vellent rogare, profectò fidei, qua carent, luce colluſtrarentur.

Hæretici ſimiles ſunt Phariſæis.

Turbam maledictam Phariſęi appellant, quod exiſtiment legem non ſer**C**uare, non ſeruantes autem legem maledicti dicuntur. Deut. 27. *Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit, &c.* Eodem capite multæ maledictiones aduerſus eos, qui legem frangunt pronunciantur. Phariſæi trabes in oculis ſuis non uidebant, ipſi legem non ſeruabant, iuxta illud Chriſti Ioan. 7. *Nemo ex vobis facit legem;* maledictique erant: turbã verò maledictam eſſe aiebant, quę, qđ Chriſtum ſequebatur erat benedicta. **D** Mentem ad nos inflectamus, qui legis diuinæ peritia, diuino munere donati ſumus. Caueamus ne Phariſæi ſimiles ſimus, & à turba imperitorũ hominũ, ac mulierum, humilitate, caſtite, caritate, reliquiſque uirtutibus ſuperemur, turpe eſt uirum doctum, diuinæque legis ſcientia exornatum, ab indoctis uinci hominibus, ac fœminis. Caueamus, ne illud Auguſtini citatum, i nobis etiã uerum fiat: ſurgunt in**E**docti, & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris, ſine corde, ecce vbi uolutamur in carne & sãguine, &c. Quãto ſapientia eſt præſtantior vir ſapiẽs tanto debet eſſe uirtute pręcellẽtior.

Deut. 27.

Doctores ne ſint inferiores virtute quã turba.

Dixit Nicodemus ad eos.

Dixerunt Phariſæi. *Numquid aliquis*

A *quis ex principibus credidit in eũ, aut ex Phariſæis?* Habemus principem, & Phariſæũ, quẽ Phariſæis opponamus. Aliquis ex principib. Phariſæus aliquis ex Phariſæis, credidit in eum. Nicodemus princeps erat, & Phariſæus erat, & credidit in eũ. Quod aũt princeps fuerit, & Phariſæus, Ioannes docet ca. 3. *Erat*, inquit, *homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, &c.* Nec ſolus Nicodemus, ſed alij multi ex principib. crediderunt, ſed præ metu quod credebant, profiteri nõ audebãt, vt teſtatur, idem Euangeliſta c. 12. *Ex principibus*, inquit, *multi crediderunt in eum. Sed propter Phariſæos, non confitebantur, vt e Synagoga non eiicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominũ, magis quã gloriam Dei, &c.* Itaq; princeps erat Nicodemus, & Phariſæus, & Chriſti diſcipulus, ſed occultus; aderat verò cũ miniſtri ſunt reuerſi, verbaq; illa magna cum voluptate audiuit; *Numquam ſic locutus eſt homo.* Poſtquam verò Phariſæi miniſtris reſponderunt, ille Phariſæos ſic eſt allocutus; *Numquid lex noſtra iudicat hominẽ, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?* Deut. 13. *Quære ſollicitè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur ſtatim percuties habitatores urbis, &c.* Deut. 17. *& hoc tibi fuerit nunciatũ, audiensq; inquiſieris diligenter, & verũ eſſe reperereris, &c.* Deut. 19. *Cumq; diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſũ teſtẽ dixiſſe contra fratrem ſuũ mendaciũ, &c.* Et: *in ore duorũ vel triũ teſt. ñ ſtabit oẽ verbũ, &c.* Deniq; ex lege hoc colligebatur, qđ ait Nicodemus; & cõſuetudo obſeruabat Iudæorũ, & Romanorũ. Act. 25. *Non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominẽ, prius quàm is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat, &c.* & in lege Naturæ Iob. 29. *Cauſam*, ait, *quam neſciebã, diligentiſſimè inueſtigabam, &c.* Ait ergo Nicodemus nos Ieſum iudicatis, anteq̃ illũ audiatis, cauſamq; diligenter diſcutiatis, ſeductorem eſſe dicitis, vinculis obſtringi iubetis, occidere conamini. At verò ex lege fieri aliter debet. Debet. n. prius audiri quiuis reus, & cauſa diligenter diſcuti. Audite igitur illum patienter, prius quam aliquid facere aggrediamini; cauſam explorate, fortè à ſententia diſcedetis.

Ex principibus, Nicodemus, et alij multi crediderũt. Ioan. 12.

B *Diligenter cauſa excutienda a iudice.*

Deut. 13. 17. 19.

Act. 25.

Reus debet prius audiri quàm dãnari.

Iuerat ad Chriſtum nocte Nicodemus Ioã. 3. illius verba audiuerat, quis eſſet explorauerat; ut explorator nocturnus, & occultus diſcipulus loquitur, alios quoque terram repromiſſionis vult explorare, vt illius doctrinæ lacte, & melle capiantur. D. Augu. tracta. 33. Sciebat Nicodemus, vel potius credebat, quia ſi tantummodo Chriſtũ vellent patienter audire, fortè ſimiles fierent illis, qui miſſi ſunt tenere, & maluerunt credere, &c. Hoc Phariſæis defuit, & principibus, Chriſtum patienter, & humiliter, veritatis indagandæ ſtudio rogare, & audire: id ſi feciſſent abſque dubio, Deo iuuante, credidiſſent. Si quod Nicodemo obiecerunt, ex Galilæa prophetam, & Meſſiam nõ ſurgere; Chriſto, humili, vt dixi, animo, ſincero, & veritatis cupido, obiecisſẽt; paucis verbis rem totam aperuiſſet: nẽpe Meſſiam eſſe natum in Iudæa, in ciuitate Bethlehem, educatum verò in Galilæa, itaque Iudæum eſſe ex prouincia

C Iudæa, ex ciuitate Dauid Bethlehem; & Galilæum quoque; & Nazaræum, ex ciuitate Nazareth; quod & Scripturę indicarũt, vt Matth. ait capite. *Veniens*, inquit, *habitauit in ciuitate, q̃ vocat Nazareth: vt impleretur, qđ dictũ eſt per prophetas. Quoniã Nazaræus vocabit, &c.* Facilè fuiſſet Chriſto prophetas indicare.

Numquid & tu Galilæus es?

D Non eſſe opus exploratione reſpondent, eo quod ſciant Dominum, neque Meſſiam eſſe, neque prophetam, cum Galilæus ſit. Numquid, aiunt, etiam tu Galilæus es? Græcè, ἐκ τῆς γαλιλαίας. Numquid tu Nicodeme ex Galilæa es oriundus, quemadmodum hic homo? numquid propterea tueris Galilæum, quia Galilæus es? ſcrutare Scripturas, ſiquidem vir doctus es, & vide, quia ex Galilæa propheta non ſurgit. Græcè nunc, ἐγήγερται, *ſurrexit*: noſter in-

E terpres præſens legit, *ſurgit*, hoc eſt, in Scripturis reperies in Bethlehem prophetam magnum Meſſiam naſciturum, inde ſurrecturum, non ex Galilæa; vel reperies in Scripturis, ex Galilæa nullum antiquis temporibus ſurrexiſſe prophetam, neque vmquam ſurrecturum.

Quare Phariſæi Ieſum pro Meſſ. non agnoſcant.

In

Digitized by Google

in eadem hærent ſalabra hi phariſæi, A
in qua hærebant ſupra hi, qui aiebãt: *Numquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine David, & de Bethlehem caſtello, vbi erat David, venit Chriſtus? &c.* Hic videtur fuiſſe Phariſeorum Achilles, aduerſus Chriſtum, ſed imbecillis. Si Chriſtum ſincero animo, vt diximus, & rogare voluiſſent; protinus hic Achilles exarmatus occubuiſſet.

Hereticorũ argumenta nullius momenti ſunt

Rideam ne, an plorem igno ro, cùm Achilles illos, illos Hectoras cerno, B
quibus hac in re Phariſæis ſimiles hæretici, ſuperantur, argumenta dico, & rationes, quibus ad deſerendam veram, Catholicamq; fidem ducuntur. Equidem imbelles ſunt Achilles, imbelles Hectores: A viris doctis, & Catholicis, qui aduerſus hæreticos ſcripſerunt doctiſsimè, exarmati: iã ſunt penituſq; profligati, robur habẽt nullum, niſi quod illis præbet libertatis hæreticæ cupiditas. Atſi & ſi Achilles eſſent, & fortes Hectores, pugnan C
dum aduerſus illos eſſet, nõ offerenda palma. Hoc eſt, & ſi validiſſima ſe offerrent aduerſus verã, Catholicamq; fidẽ argumenta, reſiſtendum eſſet, non cedendum. At ò homines deplorandos, qui imbecillimis hoſtibus repugnare nolunt, ſed libenter manus in vincula hæreſeos tradũt. Nonne videmus quali argumento Phariſæi homines, ut ſibi videbantur ſapientes, irretiantur? multo imbecillioribus irretiuntur hęretici. Neque Phariſæi rogarunt Chriſtum, nec illi rogare volunt ſponſam Chriſti. Perierunt illi, heu pereunt & iſti: & reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

Innuit Euangeliſta Principes, & Phariſæos, non miſiſſe iterũ Miniſtros vt Chriſtum apprehenderent. *Reuerſi* (inquit) *ſunt in domum ſuã* quaſi dicat; Nihil amplius actum eſt ea de re de qua agebatur, agebatur autem de apprehenſione Chriſti. Nam verendum erat, ne Principes, & Phariſæi Miniſtris alijs, quibus magis fiderẽt, imperarent, vt Chriſtum vinculis obſtringerent; id factum non eſſe indicãt hęc verba: *reuerſi ſunt in domum ſuam.*

An autẽ verba Nicodemi huius rei cauſa fuerint, incertum eſt. Potuerũt enim domum diſcedere, quòd tempus id poſtularet; vel propter aliam rationem. Rupertus profuiſſe verba Nicodemi cenſet. Ad vnam (inquit) obiectiunculam infirmæ cauſæ, conſcientia diuerberato, in domum ſuam reuerſi ſunt, &c. Iãſenius quoq; Ad hoc (inquit) profecit Nicodemi patrociniũ, vt eius interpellatione malignũ hoc concilium diſſolueretur. Vnde diſcendum, quantum ſæpe alicuius monitio valeat, ad impiorum conatum reprimendum. &c. Idem ſentit Toletus. Gloſſa moraliter hæc verba ſic exponit: *Reuerſi ſunt in domum ſuam, i.* in malitiam ſuam. Nam malitia veluti domus eſt impiorum; in qua habitant, quouſque aliam in domum, id eſt, Tartarum, commigrent.

Verba Nicodemi an pr fuerint? Rupertus. Ianſenius.

CAPVT VIII.

De muliere adultera.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 1.

IESVS autem perrexit in montem Oliueti, *& diluculo iterũ 2
venit in templum: Et omnis populus venit ad eum, & ſedens
docebat eos* Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem 3
in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, *& di 4
xerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. *In le 5
ge autẽ Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? * 6

Hoc

Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum Ieſus autem
inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. * Cum ergo perſeuerarent 6
interrogantes eum, erexit ſe & dixit eis: *Qui ſine peccato eſt veſtrum. pri- 7
mus in illã lapidem mittat. *Et iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. * Au 8
dientes autem vnus poſt vnũ exibant, incipientes a ſenioribus; & remãſit 9
ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans. * Erigẽs autẽ ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, 10
vbi ſunt qui te accuſabãt? nemo te cõdẽnauit? *Quæ dixit: Nemo, Dñe Di 11
xit autẽ Ieſus: Nec ego te condemnabo, Vade, & iã amplius noli peccare.

Hiſtoriam adulteræ mulieris q canonicam non eſſe dicant.

A Hiſtoria hæc mulieris adulteræ, neque a Chryſoſtomo, neque a Theophylacto exponitur. Euthymius, verò, & ſi exponat, tamen monet in emendationib. exemplarib. non haberi, & in quibus habetur, obelo quaſi adiectitiam notatam eſſe. Addit a Græcis non fuiſſe explanatam. Euſebius præterea; l. 3. hiſt. Eccleſ. c. 39. de Papia Ioannis diſcipulo verba faciẽs, ſic
B ſcribit: Hiſtoriam quamdam ſubiũgit de muliere adultera, quæ accuſata eſt à Iudæis apud Dñm. Habetur autem in Euangelio, quod dicitur ſecũdum Hæbreos ſcripta hæc parabola, &c. Nullã Ioannis facit Euſebius mentionem neq; ait hiſtoriam ab illo conſcriptã, ſed a Papia eius auditore, & in Euãgelio apocrypho, ſecundum Hebræos, haberi. Græcè non fit mentio apud Euſebium mulieris adulteræ: ſed mulie-
C ris accuſatæ propter multa peccata. Ex Græco ſic vertitur fideliter: Expoſuit Papias, & aliam hiſtoriam de muliere accuſata de multis peccatis, apud Dominum; quam Euangelium, ſecundum Hebræos cõtinet. &c. Potuit ergo eſſe alia hiſtoria. Veriſimilius tamen eſt, eandem eſſe.

Qui eam Canonicã affirment.

At vero tempore Hieronymi hæc hiſtoria in multis Græcis, & Latinis codicib. Euangelij, extabat, ut ipſe teſtatur lib. 2. contra Pelag. in Euã
D gelio, ait, ſecũdum Ioãnem, in multis & Græcis, & Latinis codicib. inuenitur de muliere adultera, quæ accuſata eſt apud Dñm, &c. D. Ambroſius epiſt. 76. ſemper fuiſſe decantatã, refert. Sẽper, iuquit, decantata quæſtio, & celebris abſolutio fuit, mulieris eius, quæ in libro Euangelij ſecundum Ioannẽ, adulterij rea oblata Chriſto eſt, &c. Recipitur ab Auguſt. tract. 33. in Ioã. & alijs in locis ab Hieron. loco citato

Hieronym. Ambroſius

A a D Gregorio libr. 1. Moral. cap. 5. ab Ammonio in harmonia c. 12. ab Athanaſio in ſynopſi; citatur a Chriſoſtomo homil. 60. Ioan. ad Ambroſio lib. 3. de Spiritu S. cap. 2. & alijs locis, a Proſpero in lib. de Promiſſionibus p. 2. c. 22. a Sedulio lib. 4. carminum, & pleriſque aliis, Quid plura? rem extra controuerſiam poſuit Synodus Tridẽtina ſeſſ. 4. Si quis (inquit) libros ipſos
B integros cũ omnib. ſuis partib. prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur pro ſacris, & Canonicis, non ſuſceperit, Anathema ſit, &c. Hæc pars Euangelij D. Ioannis in Eccleſia Catholica legi conſueuit, & in ueteri vulgata Latina Editione habetur: ergo ſuſcipienda eſt pro ſacra, atque Canonica. Ea verò cum reliquis Euangelij partibus connectitur, ac co
C hæret, vt non aſcita, ſed natiua.

Hiſtoria de Muliere adultera canonica eſt.

Perrexit in montem Oliueti.

Pontifices, ac Phariſęi domum petiuerunt, nocte inſtante; vt ſupra dictum eſt Chriſtus mõtem petiuit Oliueti, ut noctẽ ibi ageret, & oraret. D. Tho. Caietanus & Hugo Card: exiſtimãt petiuiſſe Marthæ domum, quæ in Bethania erat. Bethania autẽ radicib. montis Oliueti Orientalib. adiacebat
D ideoq; ait Euangeliſta, *Perrexit in montem Oliueti*, i. in Bethaniam, quę in mõte eſt Oliueti: de alio tpe ſcribit Marcus c. 11. *Cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniã cũ duodecim*, &c. Sic nũc, cum iam aduentaret nox, in Bethaniã ſe contulit. Gloſſæ Ordinariæ hoc loco hæc ſunt verba: Mos Chriſto erat die docere in tẽplo, veſpere reuerti in Bethaniam, quę eſt in monte Oliueti, &c. Mihi placet magis in monte pernoctaſſe

An Dominus in mõte Oliueti pernoctauerit?

inctaſſe cum diſcipulis, quod verba ſignificant Euangeliſtæ, nullam enim Bethaniæ facit mentionem. Nō ſemel ſolùm nunc, ſed ſæpe hoc Dñs fecit, vt cōſtat ex Luc. c. 21. *Erat*, inquit, *diebus docens in templo, Noctibus verò exiens morabatur in mōte, q vocabat Oliueti &c.*

Et diluculo venit in templum.

Diligentiſſimus, ſalutisq; hominū ſitientiſſimus cōcionator, ſummo manè ex monte Oliueti in templum venit, populo cœleſtem doctrinam traditurus. Solē ipſum Sol iuſtitiæ preuenit, priusq; radijs ſuis hominum corda, q̃ ille corpora calefecit. Auditores cōcionatoris reſponderūt diligētiæ. *Et omnes populus* (ait Ioannes) *venit ad eum & ſedens docebat eos.* Chriſti actio nr̃a ſit inſtructio. Is cui Deus munus tradiderit, uel cōcionib. publicis uel ſecretis in confeſſione admonitionib. populum docendi, non ſegniter, atq; ignauè tantum munus exequatur. Diſcāt et auditores ad cōciones cōfluere, & diligentiæ cōcionatorū confeſſariorūq; ſatisfacere; iuxta illud Lucæ 21. *Omnis populus manicabat* manè ibat, *ad eū in templū, audire eū, &c.* Ne ſimiles illis ſint de quib. Iere. 32. dicitur. *Verterūt ad me terga & nō facies, cū docerē eos, et erudirē diluculo, &c.*

Concionatorum & confeſſariorū diligentia qualis eſſe debeat.

Ierem. 32.

Adducunt autem Scribæ & Phariſæi mulierem.

Solis radijs cera liqueſcit, lutū obdureſcit: Chriſti beneficijs turba inſtar ceræ liqueſiebat; Phariſæi, & Scribæ obdurabantur. Obdurati ſummo concionatori laqueum expandunt. *Fruſtra* tamen *iacitur rete ante oculos pennatorum*: ut dicitur Prouerb. c. 1. Admirabilis ſapientiæ pennis omnes ſuperuolabat Dominus; quid machinarentur videbat; fruſtra iecerunt rete. Mulierem adducunt in templū, vbi Chriſtus erat in adulterio deprehenſam. An ſit ex regis præſcripto lapidibus cædenda, rogant captioſè. *Magiſter*, aiunt, *hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio*, modū Græcè dicitur; ἐπαυτοφώρῳ, i. in ipſo furto. φῶρ, furtum ſignificat. In ipſo furtò, inquiunt, in ipſo actu, in ipſo adulterio, modo deprehenſa eſt; nihil eſt dubij, res eſt exploratiſſima. ſoiam ferro, D. Ambroſius lib. 9. Epiſt. 76. legit: hanc mulierem inuenimus publicè peccantem. Euthymius interpretatur, manifeſte eſt deprehenſa, ita ut negari non poſſit. Non tamē uidetur ſtatim poſt peccatū adducta fæmina in tēplum; erat. n. immunda, ut docet caput 15. Leuitici: oportuit igit primū abluere corpus, niſi forte Chriſtus in atrio immundorum tunc docebat:

Adducitur adultera ad Chriſtū iudicanda.

Ambroſius

Euthym.

Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare.

Leuit. 20. Hæc extat lex in adulteros lata; *ſi Mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cū coniuge proximi ſui, morte moriantur, & mœchus, & adultera. &c.* Et Deut. 22. *Si dormierit vir cum uxore alterius, vterque morietur. i. adulter, & adultera, &c.* Morte mulctatur adultera, & adulter hac lege: mortis genus non decernitur. Conſuetudine recepta erat lapidatio ex ſimilibus forte legibus Deut. 22. *Si puelam virginem deſponderit uir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur, &c.* item: *ſi non eſt in puella* (ſcilicet iam nupta) *inuenta virginitas, eam lapidib. obruent, &c.* Erat hoc ſupplicij genus in frequenti vſu apud Iudæos.

Lex de occidē dis adulteris.

Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut poſſent accuſare eum.

Nō ſincero, puroq;, ſed vulpino, maloq; animo, ad Chriſtum Phariſæi, & Scribæ, adulterā duxerūt, ut eū tentarent, accuſandiq; anſam ſibi aliquam pararēt. Dubiū eſt, quid nā ex hoc facto elicere illi poſſent; quod accuſatione videretur dignū. D. Aug. tract. 33. arbitratur putaſſe Phariſæos Chriſtum reſponſurum adulterā lapidandam non eſſe, ſed pœnam remittendā vt manſuetudinis opinionē, quia apud populum valebat, conſeruaret, & augeret: id ſi feciſſet, cauſam præberet accuſationi, q legi Moyſi repugnaret. Auguſt. hæc verba Phariſæis tribuit; Si fæminā iuſſerit lapidare, māſuetudinē nō habebit; ſi eā dimitti cēſuerit

Quorſum Phariſæi adulterā ad Chriſtū adduxerint.

Digitized by Google

Ambroſius *Euthym.*

A iuſtitiam non tenebit. Vt autem manſuetudinem nō perdat, in qua iam populis amabilis factus eſt: ſine dubio, eam dimitti debere dicturus eſt. *Chriſti manſuetudo.* Hinc nos inueniemus accauſandi occaſionē & eum reum faciemus, tamquam legis præuaricatorem, &c. Similiter Rupertus *Rupertus.* Quid, inquit, Phariſæi arbitrarentur, niſi Chriſtum propter ſeruandam ſuæ manſuetudinis famam, ne popularium fauores amitteret, a veritatis, & iuſtitiæ tenore declinaturum? Huic famæ ſtudentem dicturum putabant, ut dimitteret peccatricem. Hæc autem pietas ſtatim pateret crimini, vt dicerent; hoſtis es legis, &c. Præterea Euthymius: cognoſcentes, ait, Phariſæi Chriſtum eſſe miſericordē, & compatientem, cogitabant: quod eſſet illi parciturus, & ita habituri eſſent aduerſus eum accuſationem, &c. *Lex de cōdēdis adulteris.* Et D. Bernard. *D. Bernar.* Ser. 13. de Annunciat. Suauis, inquit, & mitis eſt Chriſtus, & copioſæ miſericordiæ, credamus inimicis, qui in eo nihil aliud inuenerūt vnde occaſionem ſtruendæ calumniæ caperent. Compatietur, aiunt, peccatrici, neque ſibi oblatam occidi patietur. tenebitur itaq; manifeſtus aduerſarius, cum abſoluerit lege damnatā, &c. Obijcies: Phariſæi ſciebant Chriſtum eſſe iuſtum, & legis obſeruatorē non ergo ſibi perſuaſerunt, aduerſus legem reſponſurū. Reſpondet Phariſæos, & ſi exiſtimarint Chriſtum eſſe iuſtū, exiſtimaſſe tamen in miſericordiam magis eſſe, q̄ in iuſtitiam propēſum; & aliqua legis interpretatione adhibita, cōſiliū daturū, vt adulteræ parcerent, ſi verò lapidib. cēſeret obruendam inuidiam illi apud populum calumnioſè concitarēt, q miſericordiā verbis extollerēt, factis tollerēt. *Chriſtus iuſtus, ſed in miſericordiam magis propenſus.*

Quorſum Phariſæi adulterā ad Chriſtū adduxerint.

Beda. Beda in Ioannē ait, Phariſæos mulierem duxiſſe ad Chriſtum, ut ſi abſolueret lapidatione dignam: tamquam legis transgreſſorem accuſarent, ſi dānaret, tamquā miſericordiæ ſuæ obliti deriderent. Adduxerunt (inquit Beda) mulierem, interrogantes, quid de ea fieri iuberet, quoniam Moyſes talem lapidare mandauerat. Vt ſi & ipſe hanc lapidandam decerneret, deriderēt eum, quaſi miſericordiæ, quā ſemper docebat, oblitum; ſi lapidari vetaret, quaſi fautorem ſcelerum, legique velut contrarium, meritò damnarent, &c. D. Ambroſius lib. 7. Epiſt. 58. *Ambroſius* Obtulerunt, inquit, mulierem Saluatori, captantes, ut ſi abſolueret eā, videretur legem ſoluere: ſi damnaret, videretur aduerſus finem veniſſe propoſiti ſui, &c. Erat autem finis propoſiti Chriſti peccata hominibus remittere, vt explicat idem Ambroſius lib. 9. Epiſt. 76. *Propoſiti Chriſti finis peccata hominibus dimittere.* B Oblata (ait, erat adulterij rea, vt ſi eā abſolueret legem ſoluere videretur, ſin vero damnaret, propoſitum ſui mutaret aduentus, qui peccata oīa remiſſurus aduenit, &c. Hinc illud Auguſtini, tract. 33. *Auguſtin.* Abſit, ut diceret Chriſtus. lapidetur mulier. Venit.n.non perdere, qđ inuenerat; ſed quærere quod perierat, &c. Item; Io. 3. *Non miſit Deus filium ſuum in mundū vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum, &c.* D. Gregorius lib. 1. *D. Gregor.* C Moral. c. 6. Cum, inquit, quidam deducta adultera Chriſtum tentare voluiſſent; vt in culpam, aut immanſuetudinis, aut iniuſtitię laberetur, ad vtraq; reſpondit, &c. Item Auguſtinus, *Auguſt.* ſi diceret: Nō lapidetur adultera, iniuſtus conuinceretur, ſi diceret, lapidetur: manſuetus non videretur, &c.

Digito ſcribebat in terra.

D Lucæ 12. a Chriſto petiuit quidā; *Luc. 12.* *Magiſter dic fratri meo, ut diuidat mecū hæreditatem: At ille dixit ei, homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos, &c.* Eundem in modum reſpondere potuiſſet his Phariſæis, atq; Scribis, cūm adulteram fœminam duxerunt, vt ſententiam in eam diceret. Quis me cōſtituit iudicem inter vos, ò Phariſæi? Non miſit Deus filium ſuū in mundum, ut iudicet mundum. Sed quia res erat cum Phariſæis, & Scribis tentatoribus, reſpondere ſic noluit, E ſed admirabili modo fæminam liberare. itaque inclinato deorſum corpore, digito in terra characteres exarabat, in nonnullis Græcis codicibus legitur; digito ſcribebat in terra; *μὴ προσποιούμενος*, i. *non ſimulans*, vt habet Biblia Regia, vel, *non fingens*, quia non

Digitized by Google

non fictè illud fecit Dominus, ſed verè ſcripſit literas. Significat etiã verbum Græcũ formare, & figurare. eritque ſenſus, non formans, non figurãs litteras, Sed digitum tantum per terram ducens inſtar ſcribentis. Significat quoque uerbum *προσποιοῦμαι vendicare*, erit ſenſus, non vendicans ſibi iudicium illud: ſignificat præterea, *μὴ προσποιοῦμαι*, diſſimulo, vnde *μὴ προσποιούμενος*; i. non diſſimulans digito ſcribebat in terra auerſa facie; nõ reſpiciẽs mulierem, aut Phariſęos.

Quorſum Chriſtus ſcripſerit in terra? *Cur Chriſtus in terram ſcripſerit.* *Chriſtus ſe legiſlatorẽ ſignificat.*

Offert ſe quæſtio. Quorſum Chriſtus ſcripſerit in terra? Diuus Auguſtinus tractatu 33. in Ioannem: Audiſtis (inquit) doctores legis, legis cuſtodẽ; ſed nondum intellexiſtis legis latorẽ. Quid uobis aliud ſignificat, cùm digito ſcribit in terra? Digito enim Dei lex ſcripta eſt; ſed propter duros in lapide ſcripta eſt. Nũc iam Dñs in terra ſcribebat, quia fructũ quęrebat. Audiſtis ergo, impleatur lex, lapidetur adultera. hæc Aug. Scribebat ergo Dominus in terra ex ſentẽtia Auguſtini, vt ſe legiſlatorẽ eſſe ſignificaret, qui olim digito in lapidib. legem ſcripſerat Propter Iudæorum duritiem. Nũc verò in terra, quæ fructifera eſt, characteres efformabat: quia fructum ex Iudæis quærebat. ſignificabat ſe legis latorem eſſe, legemquæ ſcripſiſſe digito; præterea legem eſſe ſeruandã, adulteram lapidib. cędendam; ſed ab innocentib. vt poſtea explicauit, cùm dixit: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat*. *D. Auguſt.* lib. 4. de cõſenſu Euang. c. 10. alias reddit cauſas: prima eſt: digito ſcribebat in terra, tamquam illos tales, in terra ſcribendos ſignificaret, non in cœlo, &c. Secũda: Aut quòd ſe humiliãdo, quod capitis inclinatione monſtrabat, ſigna in terra faceret, &c. hoc eſt, exarando ſigna literarum in terra inclinato corpore, humilem ſuam incarnationem indicabat; & quod Deus factus homo humiliter ſigna, i. miracula, in terra ederet. addit tertiam; aut, inquit, ꝙ iam tempus eſſet, vt in terra quæ fructum daret, & non in lapide ſterili, ſicut antea, lex eius conſcriberetur, &c. Sed hæc ratio refutatur; quia Chriſtus nõ

A in terra; ſed in lapidibus templi ſcribebat, Et Diuus Ambroſius Epiſt. 76. *D. Ambroſ.* Scribebat, inquit, Chriſtus in terra digito, quo legem ſcripſerat. Peccatores in terra ſcribuntur; iuſti in cœlo, ſicut habes dictum ad diſcipulos Lucæ 10. *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Secundò autem ſcripſit vt gemino teſtamento ſcias Iudæos eſſe damnatos, &c. Exiſtimat Ambroſius Chriſtum indicaſſe hac ſcriptura, Phariſęos impios in terra ſcri-B bendos, non in cœlo. Et quia bis ſcripſit, ſignificaſſe ait, vtroque teſtamento, tam veteri, quam nouo, eſſe condemnatos.

Euthym. Vt Euthymius arbitratur, in terra ſcripſit Dominus quaſi nolens aduertere, Phariſæiſque reſponſum dare abnuens: Quod, inquit frequenter facere ſolent, qui reſpondere nolunt, importuna, indignaq; rogantib. Cognita enim illorum machinatione, fingebat in terra ſe ſcribere, neq; ijs attendere C quæ dicebant, &c. Et Montanus: *Montanus.* digito, ait, ſcribebat, velut aliud agens, & tentationem eorum diſſimulãs, ac differens; & ſe eius quæſtionis non eſſe iudicem, arbitrùmve, indicans, &c. *Beda.* Beda iuxta morem conſuetudinis humanæ poteſt intelligi, quòd ideò Dominus in terra ſcribere voluerit, vt alio vultum intendens liberum eis daret exire, &c. Loquitur Beda de ſcriptione ſecunda, de qua Ioannes ait; *iterum ſe inclinans ſcribebat in terra, &c.*

Quid ſcripſerit Chriſtus in terra digito? Ambroſius.

D Exiſtit ſecunda quæſtio, quid ſcripſerit Chriſtus in terra? Diuus Ambroſius Epiſtol. 76. Scribebat in terra vtique dicẽs: illud ſcilicet, quod eſt apud Matth. c. 7. *Quid autem vides feſtucam, quæ in oculo eſt fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non vides, Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucã de oculo fratris tui.* Epiſt. 58. Quid, inquit, ſcribebat Dñs niſi illud propheticum *terra, terra, ſcribe hos viros abdicatos*, *Ierem. 22.* quod de Iechonia E lectum eſt in Ieremia propheta? & cætera. *D. Bernar.* Diuus Bernardus ſermone tertio de Annunciatione Fortè, inquit, veritatem & gratiam ſcribens; & iterum ſcribens, terræ impreſſiſſe videtur; ſecundum quod Ioannes ait ca. 1.

Lex

D. Thomas *Lex per Moyſem data eſt gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. &c.* D. Thomas, ſcribebat, ait, Dominus ſecũdum quoſdam illud, quod dicitur Ierem. 22. *terra terra, audi ſcribe virum iſtũ ſterilem.* Secundum alios verò, & melius. dr̃ ꝙ ſcripſit. eadem verba quæ protulit, ſ. *qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Neutrũ tñ certum eſt. hæc ille. Nonnulli teſte Carthuſiano, affirmant, litteris hæc verba exaraſſe: *terra iudicat terrã,* i. peccator peccatorem ex Carthuſiani ſen- *Carthuſian.* tentia, inclinans ſe Chriſtus ſignificauit ſe inclinaturum miſericordiã ſuã, in fœminam adulteram, digito ſcribebat in terra, vultu ab accuſatorib. auerſo, ut ſignificaret ſe a Phariſæis ac cuſatoribus, pietatis ſuæ vultum auertere, eorumque verſutiam deteſtari. Pręterea ſcribebat, vt ſignificaret, ſententiam magna cum deliberatione ferendam, & litteris prius mandandam.

Hieronym. D. Hieronymus peccata ſcripſiſſe putat lib. 2. contra Pelagianos ca. 6. Digito, inquit, Ieſus ſcribebat in terra, eorum videlicet, qui accuſabant, & omnium peccata mortalium. Secùndum quòd ſcriptum eſt in propheta, *relinquentes autem te, in terra ſcribentur.* Ierem. 17. &c. hanc ſententiam ſequitur Gloſſa interlinearis, his verbis: Scribebat in terra peccata eorum, &c. *Lyranus.* Lyranus exiſtimat primò Dominũ ſcripſiſſe, id quod poſtea protulit, ſ. *qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidẽ mittat.* Cùm vero ſcripſit ſecundò, ſcripſiſſe Phariſęorum peccata, vt eos oſtenderet ineptos ad accuſandam, & lapidandam fœminam. D. Bonauentura in lib. de vita Chriſti cap. 68. Gloſſam ſequitur. Rogabis, quomodo ſcribi potuerint peccata Phariſæorum in terra. Reſpondet D. Bonauentura eo- *D. Bona.* dem ca. 68. Dicit Gloſſa, quòd ſcribebat peccata eorum. Erat igitur illa ſcriptura tantę virtutis, quòd quilibet eorum cognoſcebat in ea peccata ſua. &c. Et Lyranus: Si quærat, ait, quomodo Chriſtus ſcribebat, dicendũ quòd non ſcribebat per ſingula, ſed diuina virtute potuit facere, ꝙ in aliqua figura ab eò protracta, quilibet eorum uideret ſua propria peccata, &

A nõ alia: neq; ab alijs videbãtur; ſic ille. Eſt & alia opinio, videlicet, Chriſtum nihil ĩ terra ſcripſiſſe, ſed digito ſolo, veluti in aere, efformaſſe characteres.

Arbitror Chriſtum cum primò ſe inclinauit, verba illa ſcripſiſſe, quę poſtea protulit. *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat.* Græcè ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, Significat autem ἀναμάρτητος, *immunem a peccato, impeccabilem, & peccato carentem.* eſt ſenſus, qui ex vobis impeccabilis eſt, vel qui

B peccato caret, incipiat lapidare. Puto ẽt Phariſæos & Scribas non intellexiſſe, vel non aduertiſſe. Cùm verò illi vrgerent, ſecunda ſcriptione reor aliquas notas digito effinxiſſe, quæ accuſatoribus ſcelera commiſſa in memoriam reuocarent, vel eadẽ verba ſcribendo repetiuiſſe. *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat.* Vimque illis dediſſe, vt crimina Phariſæorum, & ſcribarũ ſignificarent; uel (ſi nõ dedit vim verbis) diuinitus alio *Chriſtus peccata Phariſais oſtendit quæ cõmiſerant.*

C modo flagitia menti accuſatorum obieciſſe. In hanc ſententiam me ducit inopinatum, & admirãdum Phariſæorum, & Scribarum factum. Nonne admirabile valdè eſt, Phariſæos & Scribas, inopinatò obmutuiſſe, & a Chriſto diſceſſiſſe? nõne admirabile, fœminam, quam adduxerant, quãque morte dignam ex lege nouerant, dereliqſſe, neque de illa ſupplicium meritum ſumpſiſſe? Quænam cauſa fuit admira-

D bilis, & inopinati huius facti? ſanè aliquã reddere oportet. Ea verò hæc eſt; In notis illis, ſiue literis, quas Chriſtus efformauit, crimina accuſatorib. quæ patrauerant, indicauit: cõſciẽtia ſtimulati, pudore ſuffuſi, ac territi, alius poſt aliũ, oẽs abſceſſerũt. Græcè in nõnullis codicib. legit̃ ὑπὸ τοῦ συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, i. *a conſcientia redarguti exierunt.* Stimulauerat. n. Chriſtus illorũ conſcientias. Fortè ẽt putarunt

E ſcelera ſua populo patefacta, qui aſtabat. Sed qd opꝰ fuit ſcribere peccata? reſpondetur, voluiſſe Dñm famæ illorum hominum cõſulere, ideoq; noluiſſe ore palam, ſed digito occultè vnicuique crimina patefacere. Præterea Chriſti illa ſcriptio, non fuit uana; & inanis. Neq; vero vt iudicium a ſe depellere

pelleret. ſcripſiſſe videt: aliter enim verbis facilè depellere Potuiſſet, reſpondens; *quis me conſtituit iudicem inter nos*: vt reſpondit Lucæ 12. Ergo aliquam grauem cauſam habuit, nimirū hanc quam indicauimus. Aliquid dubij iniiciunt illa Euangeliſtæ verba: *Audientes*, inquit, *vnus poſt vnum exibant*: Phariſæorum diſceſſum tribuit verbis illis, quæ audierant: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, &c.* non autem alicui rei. Reſpondetur, accuſatores audientes verba illa: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat*: diſceſſiſſe, quia Dñs ſcribēdo illa, nullū eſſe ſine peccato oſtenderat. Quod ſi quis nolit, litteris peccata Phariſeorū eſſe repreſentata; credendū eſt, vel Chriſtum menti illorum illa obieciſſe, vel alia ratione pudorē, timorēque incuſſiſſe, quo perculſi ꝓfugerūt.

An Chriſtus in lapidibus templi literas exararit?

Simon Caſſia.

Io. Maior.

Carthuſia.

Reſtat dubium huiuſmodi: Dominus in templi ſcripſit pauimento lapidibus conſtrato; non ergo literas efformauit: in lapide enim literæ efformari non poſſunt Simō Caſſianus miraculo rem ait tribui poſſe: Piè, ait, credendum eſt, quòd digito miraculos in lapide aliquo pauimenti ſcriberet, &c. ſimiliter Ioannes Maior Io. 8. Sacri, inquit, digiti attractu, pauimētum ſcripturam ſuſcepit, &c. Carthuſianus, Dici, inquit, pôt, quod materia ceſſit Chriſto, vel quod aliquid humoris, ac pulueris ſuperiacuit pauimento, in quibus ſcripſit, &c. Nihil opus eſt hoc miraculo: potuit Dominus in puluere pauimenti ſcribere, potuit etiam digito per lapidem ducto, literas efformare, quę quamuis lapidi non imprimerentur Phariſæis tamen crimina oſtenderent.

Vnus poſt unum exibant.

Bernardus

Magna fuit vis, quæ Phariſæos, & Scribas, fœminæ accuſatores, è conſpectu Chriſti abire coegit. Protulit Chriſtus verba illa: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mutat.* ſimulque ſcribens, peccata ante mentis oculos cuiq; ſua poſuit, territi, pudefactique, vnus poſt unum, i. alius poſt alium, abſceſſerunt. Diuus Bernardus Sermone tertio de Annunciatione. Verbum, inquit, fuit abbreuiatum. *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Sed vnum & efficax, & ancipiti gladio penetrabilius. Quam grauiter enim ad verbum hoc ſaxea corda transfoſſa, quam vehementer hoc uno lapillo contritæ ſint lapideæ frontes; rubor ipſe confuſionis, & clandeſtinus probauit abſceſſus, &c. D. Auguſt. *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat*: hęc uox iuſtitiæ eſt. puniatur peccatrix, ſed non a peccatorib. impleatur lex, ſed non a præuaricatorib. legis. Hæc vox oīno iuſtitiæ eſt, qua iuſtitia illi tamq̄ trabali telo percuſſi, ſeſe inſpicientes, & reos inuenientes vnus poſt vnum oēs receſſerunt. Dñs autē cū eos telo iuſtitiæ percuſſiſſet, nec dignatus eſt cadentes attendere, ſed auerſo ab eis obtutu, rurſum digito ſcribebat in terra: ſic ille. Item in ſermone ſabbati poſt tertiam Dominicam quadrageſimæ. Leuauit, inqt, Chriſtus oculos ſuos, & inſpexit terram, id eſt, accuſatores, & fecit eā tremere. At illi compūcti, & tremefacti, vnus poſt alterum diſceſſerunt. O terræ motum, vbi ſic terra mota eſt, ut ēt mutaret locum: &c. Abſceſſerunt: ſed cur mulierem, quam duxerant, non tulerunt, ut ſecūdum legem pœnas daret? reſpōdetur, adeo fuiſſe pudefactos homines arrogātes, vt de ſola fuga cogitarint, de muliere, q̄ adduxerant, nihil ſolliciti fuerint. Vel forte diſſimulanter exierunt relicta muliere, non oēs ſimul, ne fugere viderentur victi, ſed unus, poſt alium, vt iudicium pro nihilo ducere, & relinquere putarētur. Primi exierūt ſeniores, ſeruato honoris, & reuerētiæ ordine poſtea iuniores, D. Ambroſius Epiſtol. 58. ait, ſeniores primos exijſſe, vel ꝙ plura in ſe vidiſſent flagitia, vel ꝙ vim ſentētię Chriſti priores intellexiſſēt, exire, inquit, cœperunt ſinguli, incipientes a ſenioribus vel quòd ipſi plura haberēt crimina, qui diu vixerant, vel ꝗa priores vim intellexerunt ſententiæ, quaſi prudētiores, &c. Videtur præterea Ambroſius ſētire. Seniores hos prudētiores

Diſceſſer. Phariſæi, muliere relicta Cur?

D. Auguſt.

Ambroſius

egiſſe

Diſceſſerũt Phariſæi, inultare re ... D. Auguſ.

egiſſe pęnitentiam. Addit enim verba hæc: & cęperunt ſua magis peccata deflere, qui alieni criminis venerant accuſatores, &c. Forſitan Dominus qui peccata aperuit, pęnitentiam dedit eamque etiam ob cauſam crimina patefecit.

Remanſit ſolus Ieſus, & mulier ſtans in medio.

NVmquid auditores, qui ad Chriſtum audiendum, confluxerant magno numero, omnes diſceſſerũt? nunquid etiam diſcipuli abierũt, ſolumq; Chriſtum, & mulierem in tẽplo reliquerunt? Minimè & auditores & diſcipuli, in templo cum Chriſto remanſerunt dicitur tamen ſolus remanſiſſe, id eſt, ſine accuſatorib. Vox enim, *ſolus*, ad accuſatores Phariſæos, & Scribas, eſt referenda Manſerunt etiam alij Phariſæi, de quibus infrà Euangeliſta loquitur, manſit auditorum turba, & mulier in medio eorũ ſtans ligata. Quæres; num mulier hæc ſit adducta a ſatellitibus? reſpondeo, eſſe vniuerſale adductã ab ipſis Phariſæis, & Scribis, abſque publicis miniſtris. Nam ſi publici miniſtri illam compræhendiſsẽt, etiam Phariſæis, & Scribis recedentibus, illã tenuiſſent, Atque adeò nõ ſoluiſſent, niſi a Chriſto iuſſi: huius aũt iuſſus nulla fit in Euangelio mentio. Quòd ſi velis à ſatellitibus ductam, dicendum eſt, illos eodem modo pulſos, quo Phariſæi, & Scribæ pulſi ſunt.

An fuerit mulier ducta à ſatellitibus.

Vbi ſunt qui te accuſabant?

POſtquàm accuſatores Dominus, nullo negotio, veluti imbecilles muſcas fœminã pũgẽtes, abegit: fœminam rogauit; *Vbi nam accuſatores tui ſunt? nemo te condemnauit?* Reſpondit illa; *nemo Domine* Addidit D. clementiſſimus: *Neque ego te condemnabo. Vade in pace, & iam amplius noli peccare.* Non dixit; ego te à pœna legis libero, ſententiã pro te fero: ne legi aduerſari videretur. Sed neganter reſpondit; ſi quidem accuſatores te non condemnãt, neque ego te condemno: quod illi

Ambroſius

Abſoluitur à ſummo iudice fœmina.

A faciunt, ego facio. Obijcere non poſſunt me legi repugnare.

An Phariſæi poſtea mulierem apprehenderint, & condemnauerint, ac lapidarint, nõ conſtat: potuit enim accidere, vt poſtquã à Chriſto diſceſſit, meritas pęnas de illa ſumpſerint. Sed multò veri ſimilius eſt, ac penè certũ, ſic diuina Chriſti potentia territos fuiſſe, vt poſtea mulierem attingere non ſint auſi. Quamuis enim ſolum dixerit; *nec ego te condemnabo*; tamen fęminam omninò à legis pęna liberauit

An poſtea fuerit affecta ſupplicio

B

Quæſtio eſt, num à peccati etiã vinculis ſoluerit? Reſpondet D. Thomas his verbis: fęminam adulteram abſoluit Dominus à culpa, non imponendo ei aliquam pęnam; quia cùm abſoluendo exterius, iuſtificaret interius, bene potuit eam adeò immutare interius per ſufficientem contritionẽ vt ab omni pęna immunis efficeretur &c. Idem ſentit Lyranus, & Carthuſianus: Dimiſit [inquit] Saluator huic mulieri pęnam, & culpã, ſicut & latroni in cruce, &c D. Auguſtinus tract. 33. in Ioannem, ſic explanat verba illa Domini: *nec ego te condemnabo*, facta ſecura de præterito; caue futura, *nec ego te condemnabo*, deleui quod commiſiſti, obſerua quod præcepi; vt inuenias quod promiſi, &c D. Ambroſius epi. 76. Meruit [inquit] mulier abſolui, quæ manſit ſola cum Chriſto ibi. Donaturus peccatum ſolus remanet Ieſus, &c.

An fuerit à peccatis liberata.

D. Thomas.

C

Chartuſia.

D. Auguſ.

D

CAPVT XIII.

Morale de muliere adultera.

E

Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem.

ADmirandum Chriſti factum hiſtoria hæc continet. Adulteram fœminam, lege damnatam, à mortis, dæmoniſque faucibus eripuit; prædamque Phariſæis, & Scribis, mirabiliter extorſit. Quis non

E mi-

Digitized by Google

Admirāda Phariſæorum fuga.

miretur Phariſæos, & Scribas, homines ſuperbia inflatos, Chriſtumq; tentantes, ſic ſubito obmutuiſſe? & è conſpectu illius, neque telo, neque externa vlla vi repulſos, muliere, quā adduxerant relicta, abſceſſiſſe? Si diſceditis Phariſæi, mulierem, quam attuliſtis, referte; ex legis præſcripto dicite ſententiam, lapidibusque cædite. Ita ne & veſtri, & illius obliti eſtis, vt eam liberam relinquatis? cur abire feſtinatis? quis vos pellit? quis fugat? Nulla vis apparet, cur vnus poſt alterum abitis? Draconum, qui nobis obiecti ſunt (dicent illi) aſpectus non pellit, conſcientia fugat, ſcelera agitant, ac abire cogunt. Accuſatores fęminæ (ait Diuus Auguſtinus Sermone quinto Dominica 3. Quadrag.) à vindicta repreſſit cōſcientia, &c. Beda: Nemo peccatricem fęminā damnare auſus eſt; quia in ſe cernere cęperant ſinguli, quod magis damnandum cognoſcerent, &c. Viderunt iſti ſcelera ſua, ſed abſque pœnitentia viderunt; fugerunt; ſed ad pœnitentiā non confugerunt; pudore ſunt ſuffuſi, ſed pœnitentia non ſunt affecti. Oſtendit Nathan Dauidi, quæ cōmiſerat crimina. Vbi primùm illa vidit, protinus pœnitentiam egit: *Peccaui (ait) Domino, &c.* Oſtendit Chriſtus his Phariſęis, & Scribis, q̄ perpetrauerant flagitia. At illi neque animo contritionem, & dolorem conceperunt, neq; ore Dauidicum verbum, *Peccaui*, protulerunt: Ambroſ. tamen Epiſt. 58. pœnitentiam egiſſe ſcribit, vt ſupra dictum eſt. Prouerb. 18. ait Salomō, *Iuſtus prior eſt accuſator ſui, &c.* Et Iſaiæ 43. ex verſione ſeptuaginta interp. *Dic tu iniquitates tuas primus vt iuſtificeris, &c.* Egregiè hi feciſſēt ſi flagitijs ſuis conſpectis, ſe potiùs accuſaſſent, q̄ fœminam, & iniquitates, quarum erant conſcij; Chriſto aperuiſſent, vt iuſtificarentur. At illi non ſe accuſarunt, ſed fęminam, non ſuas iniquitates aperuerunt, ſed adulteræ; neq; verò peccata, ſed peccatorum condonatore fugerunt, verteruntq; terga Soli. *Qui enim malè agit, odit lucem:* Io. 3. *& non venit ad lucem, vt non arguātur opera eius, &c.* Arguebat ſol ſplēdidiſſimus opera Phariſęorū, & Scribarum Solis ſplendore fugati abierunt, & in craſſiſſimis tenebris permanſerunt.

2. Reg. 12.

Prouerb. 18. Iſai. 43.

Peccata ſua Phariſæi viderūt, à Chriſto oſtenſa: ſed pœnitētiam non egerunt.

Sic illi permanent, qui flagitia ſua accuſare, & confeſſionis luce ex animo nolunt fugare. Pſal. 36. *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet: & educet quaſi lumē iuſtitiam tuam; & iudicium tuum tamquam meridiē, &c.* Ij qui vias ſuas, & peccata, Dei miniſtris confeſſarijs, per confeſſionem non aperiunt, quiq; ſe non accuſant, in terra vitam degunt caligine, craſſis tenebris circumfuſi. At qui peccata patefaciunt, ſuorumq; peccatorū coram confeſſarijs, qui Dei vices gerunt, veram habentes pœnitentiam, ſunt accuſatores, luce clariſſima perfundunt. Lege Origenē in commētarijs huius Pſalmi: Si malorū (inquit) tibi conſcius aliquorum fueris, noli occultare; ſed per confeſſionem reuela ea Domino, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Hoc eſt, cū confeſſus fueris, & reuelaueris ei delicta tua, ſpera in eū, quòd poſſis ab eo veniam promereri; *& ipſe faciet.* Quid faciet? ſiue dubio ſanum te faciet, &c. D. Hieronymus in eadem verba: Quomodo (inquit) dicit: *Reuela?* Numquid aliquid neſcit Deus; Non, ſed tu quod habes in corde, patefacere debes Deo in ſermone, per confeſſionem tuam. Confitere ei actiones tuas, & ſpera in eum ſemper: & ipſe tibi dimittet peccata tua, &c. Deo autem confitemur cū confeſſarijs, qui Dei locum obtinent crimina aperimus. Præterea illud tibi continget, quòd initio orbis contigit. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, dixitque Deus fiat lux, & facta eſt lux, &c.* Tenebræ flagitiorum animum tuū obſcurant; ſi rite illa confitearis, dicit Deus per ſacerdotis os: *fiat lux:* cum ſacerdos illa ſanctiſſima, mirabiliaque verba profert: *Ego te abſoluo, &c.* Hoc modo ex confeſſione *educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuū tamquam meridiem.*

Pſalm. 36.

De peccatorum confeſſione.

Origenes.

Gen. 1.

Pſal. 36.

Adducunt (inquit Euangeliſta) *Phariſæi, & Scribæ, mulierem in adulterio deprehenſam, & dixerunt: Magiſter hæc mulier modò deprehēſa eſt in adulterio.* Vide

quàm

quàm veloces fuerint peccati alieni accuſatores. *Modo* (inquiunt) *nūc depre henſa eſt in adulterio.* Vtinam ſic nos ſimus noſtrorum criminum celeres reprehenſores: ſumma cum celeritate exterminandum eſt peccatum ne ſerpat, aliaque pariat. Qui in lutulentū locorum forte labitur, ne momento quidem ſua ſponte iacet, magna velocitate protinus ſurgit. Quis locus magis lutulentus quam peccatum? Si igitur lapſus es, ſurge protinus ſumma cum celeritate. Baruc 4 *Videbunt & in celeritate ſalutem veſtram à Deo, quæ ſuperueniet vobis cum honore magno, & ſplendore æterno, &c.* In celeritate animi ſalus reparanda eſt; quæ magno cum honore & ſplendore gratiæ à Deo ſuperuenit. Qui vulnus corpore excepit graue, magna velocitate medicum aduocat: grauiores ſunt animi, quam corporis plagæ; plaga effectus es mortifera, & ſiles, cunctaris, ad medicum minimè acceleras? Vbinam tua prudentia? Eccleſiaſtici 31. *In omnibus operibus tuis eſto velox, &c.* Si in alijs operibus velocem oportet eſſe hominem in pœnitentia agenda oportet eſſe velociorem. Velociſſimus ſol eſt, ad afferendam mundo lucem; *exultat vt gigas ad currendam viam*; Pſal. 18. tu quoque eſto velociſſimus, ad afferendam animæ peccato tenebroſæ, gratiæ ſplendorem: Quod ſi impedimenta aliqua ſeſe obijciant; eſto gigas fortiterque impedimenta vince; viam ad gratiā comparandam curre, & exulta vt gigas, ad currendam pænitentiæ viam, qua peccatum animo pellitur. Si facultatem Deus daret alicui animæ, ex purgatorijs cruciatibus protinus exeundi; nunquid cunctaretur? Nonne mox magna cum velocitate exiret? Peccatum mortiferum purgatorijs, tartareiſq. cruciatib. peius eſt. Quid igitur cunctaris, cum facultatem exeundi habeas? cur hæres, cur tergiuerſaris? Quis eſt captiuus, qui crudeliſſimi, & iniuſtiſſimi tyranni iugū, oblata occaſione, nō excutiat velociſſime? Quis crudelior tyrannus, quam diabolus? Attamen cum facillimū homini ſit, ab illius captiuitate, tyrannideque liberari, cunctatur, ſub iugo tartareo mauult eſſe, quam ſub iugo Chriſti: ò dementiam ſingularem. Nō moratur Deus, non differt flagitij veniā in annum, non in menſem, non in diem, non in horam, non in quadrantem, ſed vbi primum pęnitentiam agis ſtatim criminis remiſſionem abſque mora largitur Velox eſt Deus ad remittenda; veloces quoque nos ſimus, ad crimina confitenda.

Celeriter peccatū exterminandum.

Baruc 4.

Ecclеſ 31.

Peccatum grauius eſt purgatorij cruciatib.

Velox Deus ad remittenda peccata.

A

B

C

D

E

A

Adduxerunt Phariſæi fœminam adulteram, pręter opinionem ſuā, ad aſylum, ac perfugium nempe in templum, & ad templi Dominum Chriſtum Pſalmo 90. *Altiſſimum*, id eſt, Deū *poſuiſti refugium tuum: non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, &c.* Deus altiſſimus, altiſſimum refugium eſt, illius miſericordia altiſſimum eſt aſylum, ad illum, quem hoc refugium, & aſylum recipit, malum non accedet. Recepit fęminam hanc, & ſi peccato inquinatam; non acceſſit ad illam malum. Nō potuere Phariſæi, & ſi lapidatione dignam, vel vno lapide cædere. Cur? quia ad aſylum arcemque fortiſſimā Chriſtum illam adduxerunt; ex qua veluti telis, ac ſagittis acutiſſimis, peccatorum ſuorum recordatione, ac pudore, repulſi ſunt. Iob, 17. *Libera me* (inquit) *Domine, & pone me iuxta te; & cuiuſuis manus pugnet contra me.* Poſuit iuxta ſe Dominus mulierem hanc; & ſi contra illam Pharisęi, & Scribæ pugnarunt, aerem irrito conatu verberarūt Ierem. 1. *Bellabunt aduerſum te & non prævalebunt quia ego tecum ſum, ait Dominus vt liberem te, &c.* Denique, duxerūt fęminam peccatricem ad Saluatorē; conſecuta eſt ſalutem. Sedulius lib. 3.

Pſalm. 90.

Chriſtus aſylum & arx fortiſſima.

Iob. 17.

Serm. 1.

Ecce trahebatur magna ſtipante caterua,
Turpis adulterij mulier lapidanda reatu.
Quam Pariſæa manus, placido ſub iudice ſiſtens.
Cum damnare parat, plus liberat omnibus illis.

Moyſes mādauit nobis huiuſmodi lapidare.

MOyſes mandauit adulteram lapidare; at Chriſtus ad miſericordiā ſe, legemq; inclinauit. Inclinās ſe

Bernardus Chriſtus nō perſonā adulteræ cecidit ſed peccatum Auguſtin. Ambroſius

[ait Bernardus Serm.3. de annunc] & ad miſericordiam flexus ſcribebat in terra,&c. Non perſonam adulteræ lapidauit,ſed peccatū. Auguſt. tract. 33. Dominus [inquit] damnauit; ſed peccatum, non hominem, &c. Hæc egregia pęna eſt,[vt Ambroſius ait] non perſonā occidere,ſed ſcelus. Ambroſ.Epiſt.76.Seueriore[inquit]ſententia,culpa damnatur;ſi vnuſquiſq. crimen ſuum oderit,& in ſe incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur,perſona magis, quam culpa punitur. Vbi verò culpa deponitur,abſolutio pſonæ eſt; pœna peccati,&c. Phariſæi perſonam poterāt occidere fęminæ,non peccatum; At Chriſtus perſonam non occidit, ſed adulterium,donans fęminæ contritionē. Egregiè lapidauit peccatū,& contritionis lapide veluti gigantem proſtrauit:q̄ ipſe ſolus,non Phariſæi,non hominum aliquis,facere potuit.

Remanſit [ait Euangeliſta] *Solus Ieſus & mulier ſtans,&c.* Solus remāſit ad remittendum peccatum,quia ſolus ille poterat remittere,vt Ambroſius ait; Epiſtola 76. Donaturus[inquit]peccatum,ſolus,remanet Ieſus. Solus remanet,quia non poteſt hoc cuiq̄ hominum cum Chriſto eſſe commune; vt peccata condonet. Solius hoc munus eſt Chriſti.&c.

Digito ſcribebat in terra.

Deo facile eſt ſuperbos pudefacere & humiliare.

QVàm facile eſt Deo ſuperbos pudefacere,atq. humiliare. En Phariſæos,& Scribas,literis in terra digito exaratis pudefactos,in fugam vertit. Olim Exod. 8. è puluere ciniphes protulit, qui Aegyptiorum corpora pūgerent;nunc è puluere illo templi, veluti ciniphes quoſdam euolare fecit,qui Phariſæorum, & Scribarum conſcientiam ſtimularent Diſceſſerunt illi pudefacti. At nos cum peccata noſtra extremo illo iudicij die cernemus;pudefacti quoniā quæſo diſcedemus? Abſtructis ad fugam vijs ferè dus pudor erit.

Deus peccata hominū ſcribit, in iudicio aperiet.

Omnium Deus peccata ſcribit;forſitan hoc ſignificabat,cum digito in terra ſcribebat. Videlicet ſe peccatorum,quales Phariſæi erant,& Scribę crimina ſcribere, vt pęnas ſumeret. Itaq. peccata omnium hominum ſcribit; tandem in iudicio illa oſtendet, non ei ſoli,qui commiſit, vt hoc loco factum eſt;ſed vniuerſæ cunctorū hominum turbæ, magno cum pudore improborum,tunc illud fiet Apocal. 20. *Et libri aperti ſunt*;nimirum illi, in quib. cuiuſq; opera ſunt ſcripta. Et illud Pauli 1.Cor.4. *Illuminabit abſcondita tenebrarum;& manifeſtabit conſilia cordium,&c.* Scribit quidē peccata Deus, ſed etiam delet,ſcribit cum illa patramus;delet cum pęnitentiam agimus: idcirco Pſalmo 50. Dauit precatur. *Secundum multitudinem miſericordiarū tuarum dele iniquitatem meam,&c.* Dilgenter nauanda eſt opera, ne illud nobis contingat Pſalm. 108. *Peccatum matris eius non deleatur,&c.* Non deletur peccatum,q̄ non condonatur:non cōdonatur,q̄ pęnitentia non obliteratū. Duæ ergo res nobis ſummæ curæ eſſe debent;altera;ne crimina perpetremus quæ Deus ſcribat;altera,ne quæ perpetrata ſunt,ſcripta permaneant, ſed mox pęnitentia aboleantur. Apoca. 20. 1.Cor.4.

Deus peccata delet, ſi pœnitentiā agimus. Pſalm. 50. Pſal. 108.

Ierem. 17. Nos ſcribimus peccata in corde, & conſcientia,

Scribit Deus peccata; ſcribimus ēt nos in nobiſmetipſis,iuxta illud Iere mię 17. *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo,in vngue adamantino,exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, &c.* In cordis latitudine,veluti in tabula lata,flagitia ſcribimus,quæ committimus,libros nobiſcum circumferimus,in quibus cū peccatum fit,mox exaratur,id eſt conſcientias,ex ſententia.n. Richardi Victorini,D.Thomæ,& aliorū,conſcientiæ libri illi ſunt,quos in iudicio aperiendos ſupra diximus,ex Apoc. 20. Quid ſcribamus,diligenter attendamus;venient.n. omnia in conſpectum omnium. Aperientur libri, id eſt,conſcientiæ;legent omnes, quidquid fuerit ſcriptum. Illa vero peccata in corde ſcribimus, quæ nobis cordi ſunt,quæ amamus, quorū affectu ob ſtringimur,iuxta illud ex Ieremia citatum: *Peccatum Iuda,exaratum eſt ſupra latitudinem cordis eorum,&c.* Hæc ſtylo ferreo in adamante ſcripta dicunt eodem Ieremiæ loco, quoniā difficilè delentur. Quod. n. quis amat,qđ in corde

Richard. D.Thomas.

Peccata dilecta difficile eſt pellere.

corde habet, difficile relinquit quam orbem difficulter amata concubina, debitaq; pecunia, ſimiliaque alia relinquuntur, exarata ſunt hæc peccata ſuper latitudinem cordis, quemadmodum Iudæorum idolatria.

Auguſt.
Impij i terra iuſti in cœlo ſcribūtur.
Ierem. 17.
Luc. 10.

Præter hæc, digito ſcribebat Dominus in terra, vt Auguſtino placet lib. 4. de conſenſu Euangel. c. 10 quaſi illos Phariſæos, & Scribas, in terra ſcribendos ſignificaret. Etenim impiorum nomina, in terra, & puluere ſcribuntur: iuxta illud Ieremiæ 17. *Recedentes a te, in terra ſcribentur.* Iuſtorū vero nomina ſcribuntur in cœlo. Vnde illud Lucæ 10. *Gaudete quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, &c.* Nomen quod in terra ſcribitur, & puluere, venti flatu, vel pluuiæ aquis aboletur quod in cœlo exaratur, in æternū permanet. Sic omnis improborum laus, mox euaneſcit: Sanctorum verò gloria eſt ſempiterna. Scribuntur præterea iuſtorum nomina in libro vitæ, Hinc illud Pauli ad Philippēſes quarto. *Cum Clemente (inquit) & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ, &c.* Improborum verò nomina ſcribuntur in libro mortis; atramento teterrimo, quod illi ſuppeditant, nimirum ſcelerum auctore. Lege Dom. Baſilium Iſa. 4. Duæ (inqir) intelligi debent deſcriptiones, vna quidem eorum, qui ſcribuntur ad perditionem, plerumque tamen contingit, permutationem Scripturę fieri; vt cum à virtute dilapſi ad malitiam exciderimus Nam dictum hoc Pſalm. 68. *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribātur.* illud item, *d le, & me de libro tuo, quē ſcripſiſti*, de ijs dicit, qui dignos ſe exhibuerint prius, vt in libro Dei conſcriberentur. Hæc Baſilius. Lege Do. Gregorium Nazianz. orat. 9. ad Iulianum, qui in deſcribendis, & corrigendis, publicis vectigalibus erat præfectus. Erit (inquit) alia quoque deſcriptio, & deſcriptor alius, niſi forte de quodam viuentium, pereuntiumq; libro, nihil vnquam audiſti. Illic omnes inſcribemur, vel vt rectius dicam, iā inſcripti ſumus; pro meritò quiſq. iā confecti vitæ curriculi: Illic non meliore conditione ſunt diuitiæ, nec de-

Philipp. 4.
Liber vitę & liber mortis.
D Baſilius.
Exod. 32.
D. Gregor. Nazianz.

A teriore paupertas: non gratia, nō odium non denique alia omnia quibus iudiciorum fides labefactatur. Omnes digito Dei deſcripti ſumus, nobiſque in reuelationis die liber aperietur, &c.

Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.

Scelus in ſe perſequatur, qui illud perſequitur in alio
D. Gregor.

IVdicibus, punitoribuſque, & accuſatoribus, hæc conueniunt. Curan-
B dū eſt ijs, vt omni ſcelere ſint liberi qui iudicant alios, vel puniunt, vel accuſant, ſe ipſos priùs iudicent, puniāt accuſent. D. Gregorius lib. 14. Moral. cap. 13. Ordo (inquit) erectionis in bono ille eſt; vt primum contra nos, poſtmodum contra malos erigamur Contra nos erigimur, quando mala propria recognoſcentes, diſtricta nos pœnitentiæ vltione ferimus, quando
C nequaquam nobis in peccatis parcimus, &c. eodem loco de ijs adulteræ accuſatoribus ſic ſcribit. Ad aliena punienda peccata ibant; & ſua liquerunt. Reuocantur itaque intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant, &c. Exemplum proponit huiuſmodi ex capite 20. libri Iudicum petitum; Aduerſus tribum Beniamin cæteri Iſraelitæ, conſulto Deo, arma ſumpſe-
D runt, ſed tn ſemel, atq. iterum ſunt ſuperati. Cur ita? Quia vt Gregorius ait punire Beniaminitas conabantur, neque ſua puniebant vitia. Quid eſt hoc (ait Gregorius) quòd Iſrael in vltionē ſceleris inflammatur, & tamen prius ipſe proſternitur, niſi quod prius ipſi purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ feriuntur? &c. Do. Ambroſius epiſt. 76. Quid tam diuinum, quam iſta ſententia, vt is peccata puniat,
E qui exors peccati ſit? quomodo enim feras alieni vltorem, & proprij criminis defenſorem? &c. Caſſiodorus lib. 6. Variarum in formula rectoris prouinciæ. Eſto (inquit) vitæ cōtinēs, vt poſſis in alios eſſe iudex. Prima æquitas eſt, à ſe præſules inchoare. Vt debeat criminoſi metuere, quē nequeūt ſimilem reperire. Nullas in ſe culpas timet reus, quas in ſe habere perpexerit

D. Gregor.
Cur victę trib. ſcelus vlciſcētes alterius tribus.
D. Ambro.
Caſſiodo.
Iudices ſe ipſos iudicent.

Digitized by Google

xerit cognitionem. O quale eſt, liberum tribunalibus inſidere, &c.

Iudicat iudex ſontes propter rem pub. iudicet etiam ſe, propter ſe, ita reipub. cōſulat, vt cōſulat etiam ſibi. Audiat D. Auguſtinum in ſerm. ſabbati poſt 3. Dom. quadrag. O iudex (inquit) prius propter te, eſto iudex in te prius iudica te de te; vt de penetrali cōſciētiæ ſecurus procedas ad alterū, in te ipſum redi, te attende, te diſcute, te audi, &c. In hoc iudicio accuſatrix conſcientia eſt, eademque teſtis hæc in hoc iudicio audienda, & cōſulenda. Auguſtinus eodem loco. Dixit tibi conſciētia tua de te, quid feceris, quid acceperis, quid peccaueris. Vellem ſcire, qualē ſentētiam protuliſti. Si benè audiſti conſcientiā, ſi in audiē do te iuſtus fuiſti, ſi tuæ mentis tribunal aſcendiſti, ſi te ipſum ante ipsū in equuleo cordis ſuſpēdiſti ſi graues tortores adhibuiſti timoris, bene audiſti, ſi ſic audiſti, & proculdubio pœnitēdo peccatū puniuiſti, &c. Huc illud ptinet Helinandi, q̃ refert D. Antoninus 3. part. titulo 7. ca. 5. O tu (inquit) quiſquis es viſitator aliorū, ſi temetipſum prius viſitaueris poſtea proximū viſitando non peccabis. Nam in te ipſo poteris legere, quomodo aliorū debeas errata iudicare. Et reuera quid iuſtius, quid conuenientius, q̃ vt ſpirituales medici, qui ſpiritualiter infirmos viſitāt, prius ſe ipſos viſitare ſtudeant & de ſtatu ſuo interrogēt. venaſq. pulſatiles affectionum pulſent? ne fortè contingat illis nondum viſitatis, & iā viſitantibus, id eſt, nondum correptis & iā alios corripiētib. audire hoc prouerbiū. *Medice cura teipſum* Lucę 4. &c.

D. Auguſ.

Conſciētia teſtis.

Helinādus

Viſitator aliorū prius ſe ipſum viſitet.

Qui verum eſt, ἀναμάρτητος (ait Dominus) *primus in illam lapidem mittat.* Sunt quidam, qui velut impeccabiles reliquos accuſant, carpunt, reprehendunt. Humilis verò paſtor, ſi reprehēdit ſubditum, non vt impeccabilis, ſed vt peccator rephēdit peccatorē. Iuxta illud Pauli ad Galat. 6. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris, &c.* Iob 19. *Quare* (inquit) *perſequimini me ſicut Deus, &c.* Ille ſicut Deus alte-

A rum perſequitur, accuſat, & carpit, qui velut impeccabilis carpit. Deus enim impeccabilis eſt, omni vitio caret. Ne perſequamur vitia aliorum ſicut Deus impeccabilis, ſed ſicut homines peccatores, noſtra vitia intueamur, vt humiliter alios corrigamus: Iuxta illud Magni Gregorii, paſt. 2. p. c. 10. Ex ſe debet vnuſquiſq; colligere qualiter alienæ hūc oporteat imbecillitatis miſereri, ne contra infirmita-

B tem proximi ſi ad increpationis vocē feruentius rapiatur, oblitus ſui eſſe videatur, &c.

Non debemus aliorū peccata ſicut Deus reprehendere.

Remanſit ſolus Ieſus.

D. Ambroſius epi. 76. Donatarius (inquit) peccatum ſolus remanet Ieſus. Solus remanet, quia non poteſt hoc cuiquam hominum cum Chriſto eſſe commune, vt peccata condonet. Solius hoc munus eſt Chriſti, qui tu-

C lit peccatum mūdi, &c. Solius Chriſti eſt peccata condonare propria auctoritate & poteſtate. Sacerdotes verò huius condonationis miniſtros facit. Chriſtus ſolus, vt dominus poteſtate propria condonat crimina: ſacerdotes, vt Chriſti miniſtri ab illo poteſtate accepta dimittūt. Ne timeas ſacerdotis tribunal, abſolutionis eſt, ſi rectè confitearis, non damnationis. Ducta eſt adultera ad Chriſtū: abſolutio-

D nē accepit non dānationem. Nō damnat Chriſtus adulterā (ait Ambroſius epiſt. 58.) quaſi redēptio, corrigit qua ſi vita, quaſi fons abluit, &c. Inuenit illa redemptionem, vitam, & fontem eadem tu inuenies.

Ambroſius

Ioan. 1. Chriſtus ſolus condonat peccata propria auctoritate ſacerdotes poteſtate ipſis cōceſſa.

Nec ego te condemnabo.

ISaiæ 65. *Inuenerūt me* (ait Dominus) *qui non quæſierunt me, &c.* Contigit hoc huic fęminæ. Nō quærebat Chri-

E ſtum, ſed inuenit, quem non quærebat, quoniam ipſe ad ſe eam traxit; traxit inquam, quod mirum eſt, per Scribas & Phariſęos. Si ab illis non eſſet adducta in peccato permanſiſſet, adducta eſt non ſine Dei numine, & peccatorum reperit remiſſionē. Magdalena quidē remiſſionem inuenit, at Chriſtū quæſiuit, in cōuiuium venit, pedes illius lachrymis rigauit, vnguēto pre-

Miro modo adulteram Chriſtus ad ſe duxit per Phariſeos Lu. 7.

Digitized by Google

ro pretioſo vnxit, capillis terſit, oſcu-lata eſt. Hæc verò adulterio inquina-ta, neq; quæ fuit Chriſtū, nec lachry-mis pedes eius rigauit, neque ad perē dam criminū condonationem venit; attamē mirabiliter a Chriſto abſolu ta eſt. Forte quemadmodum Phariſæ is, ſic ēt illi, quæ commiſerat ſcelera, ante oculos poſuit; vt contritionē ani mo conciperet, ſine qua peccatū non deletur. Concepit illa animo dolorē, veramque pœnitentiam Chriſto au-xiliante; peccatorūmq; remiſſionē, vt altera Magdalena, eſt aſſecuta. Nec ego. ait Dominus) te condemnabo. Non condemnauit, ſed abſoluit.

Hæc mulier (aiunt Phariſęi, & Stribę) *modo comprehenſa eſt in adulterio*, ò felicē comprehenſionem, comprehenſa eſt vt ad Chriſtum duceretur, mediū qđ ducebat ad mortem, fecit Deus me-dium quod duceret ad vitam. *Melius eſt* (ait Dauid 2 Reg. 24.) *vt incidam in manus Domini, quam in manus hominum.* Cur nam? reddit rationem: *Multę* (in-quit) *miſericordia eius ſunt*, *&c.* Incidit hęc fęmina in manus hominū, lapidi-bus obruendā eſſe ex legē cenſebāt, incidit in manus Dei, nō à lapidib. tā tū, verū ēt à criminib. illā liberauit. *Multa n. miſericordia eius ſunt*. Quāobrē meritò Rupertus in comm. Ioannis, hoc Chriſti factum miſericordiæ vi-ctoriam appellat. Quis (inquit) hoc fa ctum non miretur? quis hanc miſeri-cordiæ victoriam non veneretur? &c. *Superexaltat miſericordia iudicium*, ait D. Iacobus, capi. 2. Grecæ, κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως, id eſt, *gloriatur miſericor-dia contra iudicium*. Nonne aduerſus iu dicium, & accuſatores Phariſæos, ac Scribas, miſericordia hoc loco gloria ri poteſt? iudicium, lapidationē, mor temque adulteræ indicebat, at miſeri cordia uitam illi, peccatorūmq; inſu per contritionem, & condonationem elargita eſt, ſuperexaltata a miſericor dia iudiciū hoc ſuperexaltauit. Latro nis in cruce iudiciū ſuperxaltatū a mi-ſericordia eſt; at latro à Domino peti uit *Domine memento mei, dum veneris in re gnū tuum.* Regē agnouit Chriſtū, regi ſupplicauit. Hāc vero adulteram, ne que agnouiſſe Chriſtum legimus, ne

Incidit in manus Phariſeorum fœmina poſtea in manus Chriſti.

Rupertus. Miſericordia victoria.

Iacob. 2.

Luc 23.

A que illi ſupplicaſſe. Valde ergo à miſe ricordia ſuperexaltatum eſt hoc iu-dicium, probabile tamen eſt, vt ratio ne intellectum dante, hanc fęminam peccati pœnituiſſe, cum à Iudæis cō prehenſa eſt quamuis fortè pęnitētia ad cōtritionē tunc minimè puenerit, Deumque pro remiſſione oraſſe.

Sed hæc ſunt paucorum priuilegia quibus non eſt malè innitendum, vt pęnitentiam differamus. Lege Augu

B ſtinum in hunc eundem locum tract. 33. in Ioannem: Intendant (inquit) qui amant in Domino manſuetudinē & timeant veritatem. Etenim *dulcis & rectus dominus.* Pſalm. 24. Ama quod dulcis eſt: time, quod rectus eſt. Item. Metuendum eſt, ne te occidat ſpes, & cùm multum ſperas de miſericordia, incidas in iudicium, &c. Addit: illis qui ſpe periclitantur Dominus dicit Eccl. 5. *Ne tardes cōuerti ad Dominum, ne*

C *que differas de die in diē ſubito. n. veniet ira illius, & in tempore vīdictæ diſperdet te.* Sic Auguſt. In Deo miſericordia eſt, & iu ſtitia, non ita miſericordia conſiderā da, vt iuſtitiæ obliuiſcamur. Caue ne miſericordia abutaris, ſiſque malus, quia Deus eſt bonus, in peccato per-maneas, quia Deus eſt miſericors. Di gnus eſt, qui miſericordia nō fruatur is qui miſericordia abutitur. Queād-modum dignus eſt, qui eccleſiæ im-

D munitate non gaudeat, is qui in ipſa Eccleſia ſub ſpe impunitatis homici-dium patrauit, vt leges cap. vltimo de immunit. Eccleſiarum. Gregorius no nus; Nonnulli (inquit) impunitatem ſuorum exceſſuum, per defenſionē Eccleſiæ obtinere ſperantes, homici-dia, & mutilationes membrorum, in ipſis eccleſijs, vel earum cęmeterijs committere non verentur; qui niſi per Eccleſiam, ad quam confugiunt

E crederent ſe defendi, nullatenus fue-rant commiſſuri. Et infra. Mandamus quatenus publicè annuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt ſe indignos, &c. Denique inclinans ſe Dominus ſcribebat. Inclinauit enim ſe Domi-nus in hac peccatorum remiſſione, inclinauit miſericordiam mirabili modo, erexitque iacentem adulterā.

Cauendum ne miſericordia Dei male utamur, ad peccādū D. Auguſt.

Gregorius nonus.

Digitized by Google

Quãdo ſe inclinat Ieſus (ait Ambroſ. epiſt. 58.) ideo inclinat vt iacentes eleuet. Ideo ait; *Nec ego te damnabo, &c.* Daniel olim Suſannam, adulterij falsò accuſatam à morte liberauit Dan. 13. Chriſtus multò maior Daniele, verè adulteram non ſolùm à morte liberat, verùm etiam a peccatis. Ille malos ſenes, Chriſtus malos repulit Phariſæos. *Nemo te condemnauit* (ait Dominus) *neque ego te condemnabo.* Si nemo nos condemnarit, non condemnabit nos Dominus, tolle accuſatores, damnationem ſuſtuliſti. Accuſatores autẽ noſtri crimina ſunt, ſi crimina nos non damnarint, Chriſtus non damnabit: in nr̃a poteſtate eſt Deo iuuante hos tollere accuſatores, ac proinde tollere dãnationẽ ne cunctemur.

Vade, & iam amplius noli peccare.

NOn ſatis eſt criminum, quæ cõmiſimus pœnitentiam agere, C præterea neceſſe eſt animo decretum firmum, voluntatèmque ſtabilem cõcipere ad vomitum nunquam reuertẽdi, ait Dominus adulteræ cuius peccata remiſerat. *Vade, & iam amplius noli peccare,* ait paralytico, cui apud piſcinam ſanitatem contulerat, Ioan. 5. *Iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Perſeuerantiam in gratia accepta commendat. Vt enim ait D. Gregorius lib. 9. epiſt. 39. Pęnitentiam verè agere, eſt commiſſa flere; ſed iterùm plangenda declinare, &c. Item: Magna eſt contra peccatum virtus pęnitentiæ. Sed ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret. Nam ſcriptum eſt, Matth. 10. *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, &c.* Sic ille. Eccli. 34. *Qui baptizatur,* id eſt, abluitur. *à mortuo & iterum tangit eum, quid proficit lauatio eius? &c.* Olim immundus erat, qui mortuum tangebat, ablutione fiebat mundus Num. 19. At ſi iterum tãgebat mortuum, in legalem iterum incidebat immunditiam, ideo ait Eccleſiaſticus, cap. 34. *Quid prodeſt lauatio immunditiam iteranti;* Nunc immundus eſt, non qui tangit mortuum; ſed qui tangit, & facit opus mortuum, id eſt, mortiferum peccatum committit. Nam Paulus ad Hebr. 9. peccata ap-

Caueat homo ne recidat in peccatum.

D. Gregor.

Eccleſ. 34.

A pellat *opera mortua.* Theodoretus: Mortua, (inquit) peccata appellauit maleolentia, & improba. &c. D. Chryſoſtomus homil. 15. Si quis (inquit) tãgebat olim mortuum contaminabatur, & hic ſi quis tetigerit opus mortuum, (id eſt peccatum) inquinatur per conſcientiam. Item: Si eum, qui corpus mortuum tangebat, non oportebat intrare in templum; quantò magis eum, qui opera mortua habet? B contaminatio enim eſt peſſima: Mortua quippe omnia opera ſunt, quæ vitam non habent, quæ putorem ſpirant, &c. Comparat autem munditiam eius, qui tangit opus mortuum, id eſt, qui peccatum committit cum ablutione, non aquæ, ſed ſanguini Chriſti. Iuxta illud Pauli ad Hebr. 9. *Si ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat, ad emũdationem carnis, quanto magis ſanguis Chri-* C *ſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, &c.* Si autem ſeſe contaminet peccati ſordibus, quid proderit ablutio, vt gloriam conſequatur? Baptizatur à mortuo (ait Gregorius loco citato) & iterum tangit mortuum qui praua opera, quæ ſe meminit egiſſe, deplorat; ſed in eiſdem ſe iterum poſt lachrymas implicat. Anima itaque quælibet eiuſdem mortui lauatione non proficit, quæ hoc iterum fa- D ciendo, quod planxit, nec per lamenta pęnitentiæ, ad rectitudinem iuſtitiæ exurgit, &c.

Opus mortuum eſt peccatũ, quod ſi tangimus immunditiam contrahimus. Mortuum hominem mox è domo eductum in ſepulchro condimus; neque poſtea aut tangimus, aut videmus vmquam. Eundem in modum peccatum, quod opus eſt mortuum, vel cogitatio mortua, aut verbũ mor- E tuum, ſtatim è domo ex anima, ex corde, ex ore, exterminare oportet, & veluti ſepulchro condere; ita vt neque tangatur, neque videatur amplius. Niſi mortuum corpus pellatur domo, fœtore, ac corruptione, totam domum complet; ſic niſi peccatum pellatur animo, totum animum, totũque corpus corrumpit. Lege Chryſoſtomum loco citato; Dicitur (inquit)

Theodor.

Chryſoſt.

Opera mortua, inquinãt ſuo tractu, id eſt, peccata.

Gregor.

Peccatũ eſt opus mortuũ, fœtens, mox pellendum domo.

Quid

Digitized by Google

quia peſtis cùm generatur, corrumpit corpora, tale quiddam eſt peccatum, à peſte nihil differt; non quia aerem corrumpat primum, deinde corpora: ſed continuò in animam inſilit, &c. Quid vomitu turpius excogitari poteſt, aut fædius, & horribilius ad edendum? Quemadmodum nemo ad vomitum turpem, atque horribilem, redire poteſt, niſi canis ſit; ita nemo ad peccatum turpius vomitu, atque horribilius vertatur, ſi homo, non inuerecundus canis, dici velit. Prouerb. 26. *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiã ſuam, &c.* Ex verſione Septuaginta: *Sicut canis cùm redierit ad ſuum vomitum, & odibilis efficitur, ſic imprudens, ſua malitia reuertens ad peccatum ſuum, &c.* Audiamus igitur Chriſti verbum, illique obtemperemus: *Vade & iam amplius noli peccare.* Græcè, ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι ἁμάρτανε, id eſt, *ab hoc nunc ne amplius pecces. Ab hoc* (inquit) *nunc, ab hoc inſtanti,* deinceps omne fuge peccatum; peccatori hoc dicitur, ne conuerſionem differas: ſtatim, ab hoc nũc incipe, ne amplius pecces, ne procraſtines. Pœnitenti quoque idem dicitur hactenus peccaſti: deinceps ab hoc nũc, ne peccatum repetas: pœnitentis ſtabile non peccandi propoſitum incipit ex hoc nunc; protenditur in totã vitam. Ideò dicitur, ex hoc nunc, ne pecces amplius, vel noli peccare amplius, id eſt, per totam vitam. Abijt fœmina plena lætitia, effugerat enim mortem, & vitam inuenerat. Nam vt Bernardus ait Serm. 68. in Cant. Placet cũctis ſecuritas, ſed ei magis, qui timuit: iucunda omnibus lux, ſed euadenti de poteſtate tenebrarum iucundior, tranſiſſe de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat, &c. *D. Bern.*

CAPVT XIIII.

De dictis Chriſti poſt dimiſſionem mulieris adulteræ.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 12.

ITERVM ergo locutus eſt eis IESVS, dicens. Ego
ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in te-
nebris, ſed habebit lumen vitæ. ✱ Dixerunt ergo ei 13
Phariſæi: tu de teipſo teſtimonium perhibes; teſtimo
nium tuum non eſt verum. ✱ Reſpondit IESVS, & 14
dixit eis, etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo,
verum eſt teſtimonium meum. Quia ſcio vnde veni, & quò vado;
vos autem neſcitis vnde venio, aut quò vado. ✱ Vos ſecundùm car 15
nem iudicatis. Ego non iudico quemquam. ✱ Et ſi iudico ego, iu- 16
dicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum: ſed ego, & qui miſit
me, Pater. ✱ Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominũ
teſtimonium verum eſt. ✱ Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de 17
me ipſo: & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater. ✱ Di- 18
cebant ergo ei, vbi eſt Pater tuus? Reſpondit IESVS: Neque 19
me ſcitis, neque Patrem meum. Si me ſciretis, forſitan & Patrem
meum ſciretis. ✱ Hæc verba locutus eſt IESVS in gazophylacio, 20
docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat
hora eius.

EGO

Ego ſum lux mundi, &c.

DOcebat populum in templo Dominus, cùm Phariſæi, & Scribæ, adulteram adduxere mulierem. Poſtquàm verò illorum tentationem, veluti araneartum telam, excuſſit; ad docendum reuertitur. Seque mundi lucem eſſe profitetur. De Apoſtolis dixit Matth. 5. *Vos eſtis mundi* de ſe idem prædicat; *Ego ſum lux mundi*. ſed longè aliter, quàm Chriſtus, Apoſtoli, Apoſtolicique viri lux ſunt mundi. Chriſtus lucis fons eſt inexhauſtus; ex hoc fonte viri hauriunt Apoſtolici. Chriſtus ſol eſt, illi inſtar lunæ, ab hoc ſole incenduntur. Chriſtus ignis eſt ardens, & lucens; illi lucernæ ab hoc igne inflãmatæ, & ſplendentes. *Ego* (inquit) *ſum lux mundi*; Scitis ne ò Iudæi quemnam inter vos habeatis? Habetis ſolẽ, qui vniuerſum terrarum, cęlorùmque illuſtrat orbem. Ego ſum ſol mundi totius. Non Galilææ, (ait Chryſoſtomus) non Paleſtinæ, nõ Iudææ, &c. Sed totius mundi, non terræ ſolùm, ſed etiam cœli, non hominum ſolùm, ſed etiam angelorum. Si me ſequamini, in luce & ſplendore animi viuetis; ſin minus, in craſſiſſimis tenebris ambulabitis. *Etenim qui ſequitur me non ambulat in tenebris*. Quemadmodum qui ſolem ſequitur, veluti facẽ præeuntẽ, non poteſt in tenebris verſari, ſic qui me ſequitur præcedentẽ, non poteſt caligine opprimi. Solis ſplẽdor, etiam ſi illum ſequamini occidet voſque nocte deſeret circumfuſos. At meus ſplendor, ſi me ſequamini, numquam vobis occidet, numquam vos in tenebris deſeret; occaſum enim non nouit. D. Auguſtinus tract. 34. in Ioa. Et ſi nolueris ſolem deſerere, ipſe te deſeret ſeruitutis ſuæ neceſſitate peragens diem. Deus tuus vbique totus eſt: ſi non ab illo facias caſum, numquã à te ipſe facit occaſum, &c. In terra ſi lux ſolis deſit, ab igne lux emendicatur. At ſi Chriſti lux nobis deſit, non eſt Sol alius, non eſt alius ignis, à quo illam emendicare poſſimus. Ideò ait; *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*; quicumque verò non ſequitur,

Chriſtus lux & ſol mundi.

Chryſoſt.

Auguſt.

A in nocte ambulat. Sunt tenebræ interiores, & exteriores; omnes Sol hic pellit, tenebræ interiores, aliæ ſunt ignorantiæ, alię peccati: de quib. Aug. tract. 25. Tenebræ (inquit) metuendæ ſunt morũ, non oculorũ, Et ſi oculorũ non exteriorum, ſed interiorum, vnde diſcernitur, nõ album, & nigrum, ſed iuſtum, & iniuſtum, &c. Tenebræ exteriores ſunt tartareæ. Qui ſequitur hunc Solem, neque ambulat nunc
B in tenebris ignorantiæ, neque in tenebris peccati, neque poſteà ambulabit in tenebris tartareis. A ſole enim hoc, omnes hæ tenebræ diſſipantur. Lux mundi Sol, quidquid homines machinentur, extingui non poteſt; ideòque meritò lucem mundi, & Solem ſe appellat Dominus; quia à Phariſęis, Scribis, & alijs perſecutoribus, extingui eius lux, & gloria, nec potuit, neque vmquam poterit. Rupertus Ioan. 8.
C Vide (inquit) quam breuiter, quamque magnificè expreſſit Dominus, nihil inuidiam impiorũ hominum, poſſe nocere gloriæ Dei, ac ſi diceret: Numquid non deridendi eſſetis, ſi Solem iſtum, exufflando extinguere, vel aerem pugnis verberãdo, de magno cœli candelabro deijcere, & ſub modium cõdere conemini? Nempe huic ſimile eſt hoc, quòd meum nomen delere, vel famam meam extinguere
D contenditis. *Ego enim ſum lux mundi*. Sic Rupertus.

Tenebræ metuendæ ſunt morũ non oculorum.

Omnes tenebras interiores, & exteriores fugat Sol Chriſtus.

Rupertus.

Non poteſt extingui lux Solis Chriſti.

Sed habebit lumen vitæ.

D. Auguſtinus de præmio cœleſti hæc verba interpretatur in hanc ſententiam. Qui ſequitur me in hac vita, non ambulat in tenebris; ſed fidei, & gratiæ lumine illuſtratur, in cęlo autem poſtea habebit lumen vitæ
E æternum. Auguſtinus; Non ait Dominus; *habet lumen vitę*; ſed, *habebit*. Non ait tamen, *Qui ſequetur me*, ſed, *qui ſequitur me*. Qui ſequitur habebit: modò ſequitur per fidem, poſt habebit per ſpeciem, &c. in eandem ſententiam illud exponit Pſalmi 5. *Mane aſtabo tibi, & videbo*, ſiue contemplabor: hoc eſt, tranſacta nocte ſæculi huius, aſtabo tibi in cęlo; & contemplabor, ſiue vide-

Auguſt.

Qui ſequitur. Solem Chriſtum, in luce videbit.

Digitized by Google

videbo pulcherrimum vultum tuũ. Veriſimilius eſt ad hãc vitam vtrunque referri, *ſequitur me, &c. habebit lumẽ vitæ*: hoc ſenſu; Qui ſequitur me, qui veſtigijs meis inhæret, qui legem meã ſeruat, & exemplum; is non ambulat in tenebris, quas ignorantia, & peccata hominibus offundunt: *ſed habebit in hac vita lumen vitæ*, non habebit tenebras, ſed lumen fidei, & gratię, quo longè tenebræ propellantur.

Cur dicatur lumen vitæ?

Cur appellet lumen vitæ, dubium eſt. Caietanus lumen vitę dici ait, quia dirigit vitam noſtram, & illuminat actiones noſtras. Non enim promittit Chriſtus lumen ſcientiæ, quo res Philoſophicas, & Theologicas intueamur; ſed lumen vitæ, quo quæ ad vitam bene agendam neceſſaria ſunt, cognoſcamus. Addit, dici etiam lumẽ vitæ, quia vitam confert gratiæ, quæ eſt initium æternæ vitæ. Lyranus de æterna vita interpretatur. Quatuor modis dici poteſt lumen vitæ. Primo, quia illuminat vitam, & actiones noſtras, hoc ſenſu. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*, quaſi diceret habebit lumen vitæ: nã vita via eſt. *Non ambulat in tenebris*, hoc eſt, nõ viuit in tenebris, *ſed habebit lumen vitæ*, id eſt, lumen illuminans vitam, ſiue viam, qua ambulat. Secundo phraſi Hebręa, lumẽ vitæ dicitur lumen vitale, quemadmodum vir fortitudinis appellatur vir fortis: ſignificat autem lumen vitale lumẽ vitam habens, quaſi dicat Dominus; qui ſequitur ſolem, lumen habet, ſed lumẽ carens vita; nam Sol vitæ expers eſt. At qui ſequitur me, habebit lumen vitæ, id eſt, lumẽ viuum, videlicet me ipſum, qui ſum Sol viuus, iuxta illud Ioan. 1. *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum.* Tertiò habebit lumen vitæ, id eſt, vitale, vitam efficiens, in vitam ducens. Quartò, habebit lumen vitę, id eſt, lumen vitam æternam illi oſtẽdens, iuxta illud Pauli 2. ad Timoth. 1. *Chriſtus deſtruxit mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem &c.* Id eſt, Chriſtus vitam æternam, & immortalitatem, per Euangelij ſplendorem hominibus oſtẽdit, docuit enim animam immortalem eſſe, & vitam æternam ſumma cum gloria in cœlo (ſi legi paruerit) ſimul cum corpore conſecuturam. Sol, quem cernimus, vnum tantùm hemiſphærium illuminare valet, duo ſimul non poteſt. At verus Sol Pater luminum Chriſtus, duo ſimul illuminat hemiſphęria. Terrenum inferius, & cœleſte ſuperius. Terrenum illuminat lumine vitæ, id eſt, gratiæ, cœleſte illuminat lumine eodem, & lumine alio vitæ, id eſt, gloriæ, fons vitæ & luminis eſt noſter Sol, Pſal. 35. *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, &c.* Pater eſt luminum, à quo omne lumen, *omne quod datum optimũ deſcendit.* Iacob. 1.

Lyranus.

2. Timoth. 1.

Chriſtus illuminauit vitam.

Tu de te ipſo teſtimonium perhibes.

Admirandum de ſe teſtimonium dixerat Dominus, videlicet, ſe Solem eſſe, & ſplendorem orbis totius. Obijecerũt Phariſæi, qui aderãt, (alij, ab illis accuſatoribus adulteræ fœminę, qui diſceſſerãt) obiecerunt, inquã, teſtimoniũ hoc non eſſe verũ, ſiquidem Chriſtus ipſe de ſe teſtimoniũ dicebat. *Tu* (aiunt) *de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Tu ipſe dicis te eſſe mundi lucem abſque vllo teſte, id non eſt teſtimonium verum, & legitimum, & idoneum, cui fides habeatur. Plurimos teſtes Chriſtus produxerat, Baptiſtã Ioãnem, Patris vocem in Baptiſmo, Spiritum ſanctum columbæ ſpecie apparentem, miracula infinita, quæ omnia illum mundi lucem eſſe prædicabant. Sed Phariſæi iuxta lucem mundi, erant, & tamen nõ videbãt. Quia enim eam non ſequebantur; ſed perſequebantur in tenebris ambulabãt, & ſummam veritatem, verum teſtimonium non dicere, mẽdaciſſimè affirmabant. Solis radijs ambitur cœcus, ſed in tenebris ambulat; ſic Chriſti radijs, id eſt, miraculis, concionibus, ſanctimonia, teſtimonijs, circundati erant Phariſæi; ſed cęcorum inſtar in tenebris degebant.

Obiectio Phariſæorum, tu de te dicis teſtimonium.

Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum.

Reſpondet Phariſæis Dominus, ſuum teſtimonium veriſſimum eſſe;

eſſe; neque poſſe eſſe vlla ratione falſum. Quamuis (inquit) ego me lucē mundi eſſe teſter; teſtimoniūmq; de me ipſo feram; verum eſt meum teſtimonium. Reddit rationem, cur teſtimonium falſum eſſe non poſſit. *Quia ſcio vnde veni, & quò vado; vos autem neſcitis, vnde venio, aut quò vado.* Hoc eſt; affirmo me verum teſtimonium dicere, quia ſcio quis ſim, ſcio me filium Dei eſſe, à Patre miſſum in mūdum, quique ad eum è mundo paulò pòſt diſcedam. Dei autem filius, de ſe verum teſtimonium dicit; non enim poteſt mentiri. *Scio* (inquit) *vnde veni*; id eſt, ſcio me à Patre veniſſe. Scio, *quò vado*, id eſt, ſcio me ad Patrem reuerti, Patriſque filium eſſe, qui aut falli, aut fallere nequit. Ideoque meritò dixi verum eſſe teſtimonium meum. Præterea ſcio me Patris Dei eſſe filiū; ideòque teſtimonium meum, quod de me dixi, verum eſt, nempe me eſſe lucem mundi. Nam filius Dei lux eſt, & Sol mundi. Si vos ſciretis vnde veni, & quò vado, equidem veriſſimū eſſe teſtimonium meum diceretis. At vos *neſcitis vnde venio, aut quò vado*, neſcitis me à Patre veniſſe miſſum Deum ex Deo, lumen ex lumine: neſcitis me in mundum veniſſe, vt mūdò tenebris oppleto, ſplendorem afferam, mòxque ad Patrem reuertar; ideòque affirmatis mendaciter, teſtimonium meum non eſſe verum. In me ſcientia eſt, in vobis ignorantia; ego ſcio quis ſim, vos neſcitis quis ſim; ideò ſic loquimini. Chryſoſtomus ſic exponit. Ex Deo (inquit) ſū, & Deus ſum, & Dei filius. Deus autē ſibi ipſi idoneus teſtis eſt, vos autem neſcitis, &c. Verba illa Ioannis 5. *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum*: videntur eſſe his contraria, *Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meū.* Non eſſe contraria iam oſtendimus illo eodem capite; quoniam Chriſtus eo loco ſecundum vulgi, & eorum, quibus cum colloquebat opinionem locutus eſt. Ex vulgi enim opinione, non exiſtimatur verum, & legitimū, atque idoneum, cui credatur teſtimonium, quod quis in laudem ſuam dicit. Hoc autem loco, loquitur Chriſtus non ex opinione vulgi, ſed ex veritate ipſius rei. Re enim vera falſum eſſe non poterat eius teſtimonium.

Reſpondet obiectioni.

Chriſti teſtimonium de ſe, veriſſimum, nēpe filii Dei.

Chryſoſt.

Vos ſecundùm carnem iudicatis.

CHryſoſtomus, *iudicare ſecūdùm carnem*, interpretatur, malè, & iniuſtè, iudicare. Quemadmodum (ait) ſecundùm carnem viuere, eſt malè viuere: ita & ſecundùm carnem iudicare, eſt iniuſtè iudicare, &c. Et ſenſus; *vos ſecundùm carnem iudicatis*, hoc eſt, ſecundùm carnales affectus, ac prauos, ideòque aberratis à veritate iudicij. Vel, vos iudicatis ſecundùm carnales inuidiæ, & odij affectus; ideoque me morti adiudicatis, & occidere vultis. Nam Phariſæi, vt ait Ioannes, cap. 7. Chriſtum quærebant occidere. Aliter Rupertus. *Vos* (inquit) *ſecundum carnem iudicatis*, id eſt, ſecundùm exiguitatem parentum meorum, & propinquorum carnalium, perſonā eam attenditis, & ſuprà id, quod viſibile eſt, in me nihil intelligere vultis, &c. D. Thomas: *Vos ſecundùm carnem iudicatis de me*, me ſolùm carnem eſſe putantes, non autem Deum, &c. Theophylactus: Vos (ait) ſolū ſpectatis ad hoc, quod apparet, & quia in carne ſum, carnē contemptā eſſe ſuſpicamini, & non Deū, ac adeò veniſſe ſecundùm carnem iudicatis, hoc eſt, periculosè. Nam ſicut qui in carne viuit, improbè viuere dicitur; ita & qui ſecūdùm carnē iudicat, iniuſtè iudicare dictus eſt. Sic ille. Euthymius; *Vos* (inquit) *ſecundùm carnem iudicatis*, carnaliter, ſen ſualiter, craſſo modo, ad id ſolùm, qđ apparet intuentes, nihilq; ſublimius, ac ſpiritale, cogitātes, &c. Et ſenſus: *Vos ſecundùm carnem iudicatis*, hoc eſt, ſecundùm id, quod in me apparet, ſecūdùm carnem, quam in me cernitis; ideò hominem tantùm, non etiam Deum me eſſe exiſtimatis, cuius teſtimoniū fallax eſſe nequit. Fauet huic ſenſui illud Chriſti Matthæi 16. *Caro & ſanguis non reuelauit tibi*. Petrus non iudicauit de Chriſto ſecundùm carnem, quia caro & ſanguis, illi non reuelabat, neque oſtendebat illius diuinita-

Chryſoſt.

Quid ſit iudicare ſecūdū carnē.

Rupertus.

D. Thom.

Theophyl.

Euthym.

nitatē, quam confeſſus eſt. Phariſæi ſe A
cundùm carnem iudicabant. Carnis
Auguſt. autem iudicium erat falſum. Auguſti
nus tract. 36. Ideò (inquit) mihi dici-
tis, *teſtimonium tuum non eſt verum*, quia
ſecūdùm carnem iudicatis; quia Deū
non intelligitis, & hominem videtis,
&c. Vterq; ſenſus eſt probabilis, ſecū-
dus probabilior. Adiungo tertium ſē
ſum huiuſmodi: *Vos ſecundùm carnem*
iudicatis, id eſt, ſecundùm hominem,
ſecundùm hominum morem, iudi- B
catis meum de me teſtimonium, non
eſſe verum, & legitimum. Solent e-
nim homines iudicare, teſtimonium
hominis de ſe ipſo, nō eſſe dignū fide.

Ego non iudico quemquam.

OBijcit his verbis D. Auguſtinus
tractatu 36. in Ioannem: Nos di
cimus venturum Chriſtum iudicem
viuorum, & mortuorum: ipſe aūt di- C
cit; *Ego non iudico quemquam*, quę viden-
Quomodo Chriſtus nō iudicet quē quam. tur contraria. Quæſtionem ſoluit duo
bus modis. Quęſtio (inquit) iſta duo-
bus modis ſolui poteſt, vt aut hoc in-
telligamus; non iudico quemquam:
Auguſtini duplex ſenſus. id eſt, modo, ſicut dicit Ioan. 3. *Ego non*
veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluum fa-
ciam mundum. Non iudicium negando,
ſed differendo. Aut certe, quia dixe-
rat: *Vos ſecundùm carnē iudicatis*, ita ſub-
iunxit: *Ego non iudico quemquam*, vt ſub- D
audias, *ſecundùm carnē*, *&c.* Eſt prior ſē-
ſus Auguſtini; *Ego non iudico quemquam*
modò, hoc primo aduentu, ſed iudica
bo poſtea, aduentu ſecundo. Senſus al
ter eſt; *Ego non iudico quemquam*, ſecun-
dùm carnem, quem in modum vos iu
dicatis. Chriſtus enim nec iudicabat
ſecundùm carnales affectus, nec ſecū-
dùm id ſolùm, q; corporeis oculis cer
1. Reg. 16. nebat. Vnde illud 1. Reg. 16. *Homo vi-*
Iſai. 11. *det ea, quæ patent, Dominus autem intuetur* E
Chryſoſt. *cor, &c.* Et Iſai. 11. *Non ſecundùm viſionem*
oculorum iudicabit, &c. D. Chryſoſtom.
priorem ſequitur ſenſum: *non iudico*
Theophylact. Euthymius. *quemquam*, nunc: poſtea iudicabo. Si-
militer Theophylactus, & Euthy-
mius. Exiſtimant autem Chriſtum
hoc loco tacitè Phariſæorum obie-
ctioni occurrere. Dixerat Dominus,
Vos ſecundùm carnem malè iudicatis. Po-

A terant obijcere: ſi malè iudicamus ſe-
cundum carnem, cur nos non ar-
guis? cur non iudicas, & condemnas?
Reſpondet, ego non veni nunc ad iu
dicandum, vel condemnandum, ideò
vos non iudico, non condēno. Chry-
ſoſtomum ſequuntur Theophyla-
ctus, & Euthymius, parum mihi vide
tur habere veriſimilitudinis obiectio
illa ſi malè iudicamus, cur nos non
iudicas, & damnas? Non enim Phari-
B ſæi Chriſtum poſſe quemquam iudi-
care, aut damnare, ſibi perſuadebant.
Præterea non loquitur Chriſtus de iu
dicio ſecundùm carnem, vt Auguſti-
nus vult; ſubijcit enim; *& ſi iudico ego,*
iudicium meum verum eſt, quo loco non
poteſt ſubintelligi, *ſecūdùm carnem:* hoc
modo, ſi iudico ego ſecundùm carnē:
ergo neque hoc in loco ſubintelligi-
tur. Opinor verbum, *iudico*, ſignifica-
re ſententiam de aliquo ferre, non in
C tribunali iudicij, ſed priuatim animi
ſenſa aperire, & exiſtimare. Nam ho-
mines ipſi apud ſe, alij alios iudicant, *Quid ſit hoc loco iudicare.*
culpant, ac damnant, vel abſoluunt.
Hoc modo iudicabant Phariſęi ſecun
dùm carnem, non vt iudices ex tribu
nali, in Chriſtum ferebant ſenten-
tiam, & ſtatuebant eſſe hominem tā-
tummodò, quia id caro teſtabatur.
Ait ergo Chriſtus: *Ego non iudico nunc*
quemquam, quid de vobis ſentiam non
D dico, neminem accuſo, neminem cul
po, neminem damno, videlicet ore,
& ſermone, nam mente, & cogitatio-
ne, multos culpabat, multos con-
demnabat.

Ego ſi iudico ego, iudicium meum
verum eſt.

NEminem iudicabat Chriſtus ver-
bis palàm. Quod ſi iudicare vel-
E let, in iudicando a veritate non poſ-
ſet aberrare. *Vos* (inquit) *iudicatis me ſe*
cundùm carnem, id eſt, ſecundùm id, q;
cernitis, & hominum more. *Ego non iu*
dico quemquam. Quòd ſi iudico, vero iu
dicio iudico. Videntur hæc verba præ
cedētibus repugnare, dixerat: *Ego non*
iudico quemquam, modò ſubijcit, *& ſi iu*
dico ego, ergo iudicabat, ait enim, *& ſi*
iudico ego. Reſpōdetur ſenſum eſſe, *&*
ſi iu-

Digitized by Google

ſi iudico, id eſt, etſi iudicárem ego, nullaque eſt verborum repugnantia. Totius huius loci ſenſus hic eſt: *Vos* (inquit) *ſecundùm carnem iudicatis*, id eſt, ſecundùm carnem dicitis, quid de meo teſtimonio ſentiatis. Ego non iudico quemquam ex vobis, non dico quid de vobis ſentiam, quidque nouerim: quod ſi iudicare vellem, & de vobis dicere ſententiam, ſiue teſtimonium, veriſſima eſſet ſententia, & teſtimonium. Quia in lege veſtra a Moſe promulgata, ſcriptum eſt duorum hominum teſtimonium, verum, & legitimum eſſe. Cùm autem ego iudico, & de aliquo ſententiam, vel teſtimonium dico, non ſolus dico, ſed ſimul cum Patre, ergo verum eſt iudicium meum, ſiue ſententia, & teſtimonium. Nam duæ diuinæ perſonæ illud perhibent. Itaque teſtimonium, quod de me ipſo dixi, *me lucem mundi eſſe*, verum, & legitimum eſt. Etenim à duabus diuinis perſonis, Patre, & Filio, datur.

Explicatur locus.

Quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.

Reddit rationem, cur iudicio veriſſimo iudicet, videlicet, quia non ſolus iudicat, ſed ſimul cum Patre. Difficultatem non exiguam continent verba hæc. Quid ergo Domine (ait Auguſt. tract. 36.) ſi ſolus eſſes falſum eſſet iudicium tuum, & ideò verum iudicas quia ſolus non es, ſed tu, & qui te miſit Pater? &c. Theophylactus exiſtimat Chriſtum his verbis ſignificare, non ſolùm ipſius iudicio; ſed etiam Patris ſententia, Phariſæos eſſe condemnatos, in eundem ſenſum interpretatur Euthymius. D. Chryſoſtomus ait, voluiſſe ſignificare ſe Deum eſſe, eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, in hanc ſententiam ait Auguſtinus. Eſt ſenſus iuxta Chryſoſtomum, & Auguſtinum. Verum eſt iudicium meum, quia Deus ſum; Deus enim falli nequit. Tamquam ſi diceret (ait Auguſtinus) verum eſt iudicium meum, quia filius Dei ſum. Vnde probas, quia filius Dei es? *Quia ſolus non ſum, Sed ego & qui miſit me Pater.*

Chryſoſt.

Auguſt.

Chriſtus iudicat, & Pater, & Spiritus ſanctus.

A Sic Auguſtinus. At vero cùm Chriſtus ſubijciat: *& in lege veſtra ſcriptum eſt, quòd duorum hominum teſtimonium verum eſt.* Voluit potiùs his verbis indicare, ſe ſimul cum Patre teſtimonium, & ſententiam dicere, atque adeò verum eſſe ſuum iudicium, & teſtimonium, ex præſcripto legis dictum. A duabus enim perſonis diuinis proficiſcitur. Nam de Spiritu ſancto nunc ſilet. Ad illud Auguſtini, Do-
B mine ſi ſolus eſſes, nunquid falſum eſſet iudicium tuum; reſpondetur, Chriſtum non poſſe ſolum eſſe, aut ſolum teſtimonium, uel ſententiam dicere. Opera enim S. Trinitatis inſeparabilia ſunt. Simul cum Patre & Spiritu ſancto iudicium, teſtimoniùmque profert; ideòque illum in modũ locutus eſt, vt oſtenderet teſtimoniũ ſuum, duarum eſſe perſonarum, vt lex præſcribit.

Opera S. Trinitatis inſeparabilia.

C Duæ reſtant quæſtiones. Prima, ſatis eſt vnus iudex ad iudicandum: cur igitur ait Dominus, ſuum iudicium verum eſſe, quòd cum Patre iudicet, id eſſe, quòd duæ perſonę iudicẽt; Secunda, lex duos teſtes flagitat, qui non de ſeipſo, ſed de alio teſtimoniũ ferant: at Dominus ſeipſum cum Patre, ait eſſe teſtem teſtimonij illius, quod de ſeipſo tulit. *Ego ſum lux mundi*, & aliorum, ergo non duos teſtes ci-
D tat, quales lex poſtulat. Priori quæſtioni reſpondetur, Chriſtum non loqui hoc loco de iudicio propriè, & de ſententia, quæ ex tribunali pronunciatur a iudice ad hanc enim pronunciãdam ſatis vnus iudex eſt; loqui verò de iudicio, quo homines hominib. ſuã de alijs ſententiã aperiũt, & quales ſint, teſtantur. Hoc autem iudiciũ non vnum tantum requirit iudicẽ, vel teſtem, ſed duos, quoniam teſtimo-
E nium eſt. Secundæ quæſtioni reſpondetur, legem de teſtimonio intelligi, quod in iudicio fertur, Chriſtum verò de teſtimonio loqui, quod extra iudicium de hominibus exhibetur, vera autem eſſe verba legis in hoc iudicio affirmare per accommodationem, quia duæ perſonæ diuinæ teſtimonium fuerunt; quamuis altera, id eſt, filius de ſe ferat. Præterea ſi teſtis huiuſ-

Duæ quæſtiones ſoluuntur.

Quomodo ſit verum iudicium à duobus prolatum.

Quomodo ſint duo teſtes, etiam ſi Chriſtus de ſeipſo ferat teſtimonium.

Digitized by Google

huiuſmodi eſt, qui falli nequit, de ſeipſo teſtimonium ferre poteſt; Chriſtus verò falli non poterat. His adde, ineſſe verbis Domini vim argumenti à minori ad maius. Nam ſi lex duorũ hominum, qui decipi poſſunt, teſtimonium vt verum recipit; multò ſanè æquiùs recipiet teſtimonium duarum perſonarum diuinarum, quæ ſunt veritas ipſiſſima, quamuis altera de ſe ipſa teſtimonium dicat.

Duorum hominum teſtimonium verum eſt.

Deut. 17. Deut. 19. *Duo teſtes neceſſarij ad damnationem.*

DEuter. 17. Hæc lex extat: *In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimonium, &c.* Item Deut. 19. *Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut trium teſtium, ſtabit, omne verbum &c.* Verba legis non recenſuit Dominus ſed ſenſum propoſuit. In lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Si duorum hominum teſtimonium verum eſt, duarum diuinarum perſonarum teſtimonium plus quàm verum erit. Ergo teſtimonium, quod ego fero, & ſi de me ipſo feram, veriſſimum eſt. Nónne teſtimonium duorum hominum falſum eſſe poteſt? Cur igitur ex lege ait Dominus verum eſſe? Reſpondeo, verum dici duorum hominũ teſtimonium, non propterea quòd falſum eſſe nequeat, vt teſtimonium dictum in Suſannam Dan. 13. & dictum in Naboth. 3. Reg. 21. Sed quoniam verum reputatur in lege, & legitimum ducit, niſi quid habeat, propter quod ſit reijciendum.

Quomodo duorum hominum teſtimonium verum ſit.

Vbi eſt Pater tuus?

ASſeruit Dominus Patrem teſtimonium ferre, & Patrem non ſemel nominauit. Hãc ob cauſam Iudæi interrogarunt. *Vbi nam eſt Pater tuus?* Reſponſum reddidit interrogatoribus ignotis; Margaritas ante porcos proijcere noluit. *Neque me* (inquit) *cognoſcitis, neque Patrem meum. Si me cognoſceretis eſſe Dei filium, Patrem etiam meum Deum cognoſceretis.*

Rogãt Chriſtum Phariſæi, vbi ſit illius Pater. Reſpondet Dominus.

A Sed quia Filium non cognoſcitis, ideò neque Patrem cognoſcitis & quæritis, vbi ſit Pater meus. Qui Chriſtum cognoſcit, cognoſcit etiam Patrem, quoniam Filius ad Patrem refertur, vnuiſque naturæ, & eſſentiæ numericæ, eſt Pater, atque Filius. Qui igitur Filij naturam cognouerit, cognoſcit etiam naturam Patris.

Theophylactus Ioan. 8. Quoſdam auctores ait ſenſiſſe Iudæos rogaſſe B Dominum, *vbi eſt Pater tuus?* opprobrij, & iniuriæ cauſa. Significare enim, patrem certum indicare non poſſe, ſed ex genitore incerto, vt nothum malè progeneratum. Non placet ſententia, nimium enim diuinat. Ipſe Theophylactus putat, Iudæos de Ioſeph loqui, quem Chriſti Patrem eſſe arbitrabantur, hoc ſenſu; vbi eſt Pater tuus, ignobilis, & obſcurus faber Ioſeph, quem tantoperè iactas? Præ-C terea exiſtimat idem auctor rogaſſe Iudæos Chriſtum; vbi eſt Pater tuus? vt tentarẽt. Idem ſentit Euthymius. Potuere illi quidem, vt nonnulli volunt rogare; Vbi eſt Pater tuus? captioſè, vt apertè diceret Patrẽ ſuum eſſe Deũ; & æqualem ſe illi faceret, quã ob cauſam illum accuſarent, vel lapidib. impeterent. Nam vt Ioan. ait cap. 5. Iudæi Chriſtum quærebant interficere; *quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed &* D *Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.* Auguſtinus tamen de Patre homine locutos vult, tract. 37. in Ioan. Me (inquit) hominem putatis, ideò Patrem meum hominem quæritis, &c. Sed animi arcana cognoſcere Dei eſt; ideò quo animo Iudæi ſic rogarint Chriſtum non eſt exploratum. Fortè non iniquo rogarunt animo.

Theophyl.

Loquuntur ne Iudæi de Patre cœleſti.

Auguſt.

E *Neque me ſcitis, neque Patrem meum.*

IVdæi Deum cõgnoſcebant, Deus pater erat Chriſti, ergo Patrem Chriſti cognoſcebant. Cur igitur (ait) *Neque me ſcitis, neque Patrem meum.* Reſp. non cognouiſſe Iudæos Deum, ſub ratione Patris, neque cognouiſſe eſſe Chriſti Patrem. Quamobrem ait; *Neque me ſcitis,* videlicet eſſe Filiũ Dei naturalẽ, *neque Patrem meum ſcitis;* hoc eſt, neque cogno-

Iudæi non cognoſcebãt Patrem cœleſtem Chriſti.

Digitized by Google

cognoſcitis, quis ſit Pater meus. Neſcitis Deum eſſe Patrem meum, ſi me ſciretis eſſe a Deo genitum, Patrem meum agnoſceretis. Cap. 7. ait Dominus, *Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis*; ſed nõ pugnant inter ſe verba, vt conſtat ex explicatione ſupra data eodem cap.

Forſitan & Patrem meum ſciretis.

QVi filium Dei cognoſcit, Patrem etiam cognoſcit. Nam eandem habent naturam. Vnde illud Ioan. 14. *Philippe qui videt me, videt & Patrem meũ, &c.* Rupertus in Ioan. Quid (inquit) Chryſtus ſecundùm ſubſtantiam ſit, nullatenus ſcire quis poteſt; niſi & hoc ſciat, quod Deus Pater eius ſit. Non enim quemadmodum de quolibet homine ſcimus, quia ſecundùm ſubſtantiam ſit, etiamſi neſciamus, quia homo pater eius fuerit, ſic & de Chriſto ſcire poſſumus, quia ſecundũ ſubſtãtiam ſit, niſi ſciamus, quis eius pater ſit, &c. Iudæi ergo ſi cognoſcerent Chriſti ſuppoſitum, & diuinitatem, patrem etiam æternum cognoſcerent, quia verò Chriſti diuinitatẽ neſciebant: neſciebãt etiam patrem.

Rupertus.

Qui filium Dei cognoſcit, cognoſcit & Patrem.

Cur Dominus addit particulam, *forſitan?* cur ait, *ſi me cognoſceretis, fo ſitan & patrem meum cognoſceretis?* D. Auguſt. trac. 35. in Ioan. hunc loquendi modũ docet eſſe increpãtis: ille (inquit) qui omnia ſcit, quando dicit *forſitan*, non dubitat, ſed increpat. Ipſum, *forſit an*, dubitationis verbũ eſt, cùm dr̃ ab homine: ideò dubitante, quia neſciente. Cùm verò dicitur à Deo, verbum dubitationis, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatr̃ diuinitas, &c. Idem exemplis explanat hoc pacto: homines de his rebus quas certas habent, aliquando increpatiuè dubitant, id eſt, verbum increpationis ponunt, cùm corde non dubitant. Velut ſi indigneris ſeruo tuo, & dicas: contemnis me? cõſidera, forſitan Dominus tuus ſum. Hinc & Apoſtolus 1. Corin. 7. ad quoſdam contemptores ſuos loquens: *puto quòd & ego ſpiritum Dei habeo.* Qui dicit, *puto*, dubitare videtur. Sed ille increpabat, non dubitabat. Hæc Auguſtinus.

Quid ſignificet, orſitã, in ſermone Chriſti.

D. Auguſt.

A Grecè legitur, ᾔδειτε ἂν, ideſt, *ſciretis forſitan*; Biblia regia: *ſciretis nimirum.* Pagninus particulam ἂν expletiuam eſſe arbitratur. Itaque illam omittit: ſic ille vertit; *Si me nouiſſetis, & patrem meũ nouiſſetis, &c.* Iſidorus quoque Clarus eandem particulã omittit. Interpres Euthymij vertit, *vtique*, hoc modo, *ſi me cognouiſſetis, & Patrem meum vtique cognouiſſetis.* Sic etiam vertit noſter interp. Ioan. 14. *Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis:*

B Græce, ἐγνώκειτε ἄν. Hoc loco vertit; *forſitan*, Ianſenius vſurpatum ait pro, *vtique*, enim (inquit) ἂν, eſt hic dubitantis, ſed affirmantis, quod etiam Maldonatus putat, & Salmeron. At verò particula, ἂν, etiam ſignificat *forſitan.* Forſitan vero non eſt affirmãtis, non igitur dicendum eſt particulam, ἂν, hoc loco eſſe affirmantis, ſed ſignificare, *forſitan*, vt interpres vertit,

C eo ſenſu quo Auguſtinus exponit. Additur autem ſermoni cauſa modeſtiæ, & ſi nulla de eo, quod dicitur ſit dubitatio, vel etiam increpando adhibetur. Vt ſi matrem increpando dicas: ſi mater eſſes, forſitan filium tuũ diligeres, & ingenioſum adoleſcentẽ, ſed ignauum, ſic alloquaris, ſi operam literis nauares ſtudioſè, forſitan aliquid diſceres. Simile eſt illud Aeneæ lib. 1. apud Maronem, *forſan &*

D *hæc olim meminiſſe iuuabit.*

Cur addatur hic forſitan.

Preterea & ſi Chriſtus nihil dubitaret, certiſſimùmq. eſſet, id quod dicebat, addidit particulam, *forſitan*, propterea quod Iudæi quod dicebat dubium eſſe, vel etiam falſum exiſtimare poterant, & ſi falsò exiſtimarent.

Hæc verba locutus eſt IESVS in gazophylacio.

E

GAzophylacium Græcum nomen eſt, γαζοφυλάκιον, deductum a gaza, & a verbo, φυλάσσω, id eſt, *cuſtodio.* Significat gazæ, ſiue diuitiarum, aſſeruatorium, vel theſaurum. Fuerunt in templo multa gazophylacia, quæ etiam theſaurorum exedræ appellantur. Ierem. 35. *Et introduces eos in domum Domini, in vnam exedram theſaurorum. Et introduxi eos ad gazophylaciũ filiorum Hanan,*

Quid ſit gazophylaciũ.

nan, quod erat iuxta gazophylacium principium. Vocat Ieremias exedram theſaurorum gazophylacium. Huiuſmodi gazophylacia non erant arcæ, ſed domus, in quibus templi gazæ, ſiue opes reponebantur. Lege quæ diximus tom. 2. lib. 3. cap. 36. de exedris templi. Dicitur etiam gazophylaciũ arca perforata, in quam pecunia immittebatur per foramen. 4. Reg. 12.

4 Reg. 12.

Gazophylacium arca, uel domus.

Tulit Ioiada pontifex gazophylacium, Septuaginta interpr. vertunt, *κιβωτὸν*, id eſt, *arcam, aperuitq; foramen deſuper, & poſuit illud iuxta altare, ad dexteram ingredientium domum Domini, mittebantque in eo ſacerdotes, qui cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam, quę deferebatur ad templum Domini, &c.* Hoc gazophylacium conſtituit Ioiada pontifex in atrio ſacerdotis iuxta altare holocauſtorum, & in id ſacerdotes, pecuniam, quam populus offerebat, immittebant. Duo huiuſmodi gazophylacia, videlicet duas arcas, operculis perforatis, ait Montanus in lib. de Templi fabrica, ad portam atrij mundorum exterioris, ſiue fęminarum fuiſſe conſtituta.

Dubium ergo eſt, de quonam gazophylacio ſit Ioannes intelligendus, cùm ait; *Hęc locutus eſt* IESVS *in gazophylacio*, de domo ne, an de arca? De domo eſſe intelligendum probatur, quoniam ait locutum eſſe in gazophylacio, id eſt, in domo; non enim locutus dicitur in arca. Simile illud eſt Ieremiæ 36. *Legit Baruch ex uolumine ſermones Ieremiæ in domo Domini, in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribę, in ueſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo, &c.* Quemadmodum Baruch in gazophylacio, Ieremiæ verba legit, omni populo audiente; ſic Chriſtus loqui potuit in gazophylacio, id eſt, in domo aliqua, ſiue exedra theſaurorum templi audiēte populo. At cùm multa eſſent huiuſmodi gazophylacia; ſi in aliquo horum Chriſtus ſermonem habuiſſet, gazophylacium Euangeliſta deſignaſſet; quemadmodum Ieremiæ illo capite 36. deſignatum eſt gazophylacium, in quo legit Baruch. *In gazophylacio* (inquit) *Gamariæ, filij Sapham, &c.* Cùm igitur Ioannes nullum certum gazophylaciũ deſignarit, intelligendus eſt, de gazophylacio, i. loco, in

de quonam gazophylacio ſit locutus Dominus.

Ier. 36.

A quo gazophylaciũ, i. arca perforata propoſita erat, ad recipiendas pecunias, in atrio mundorum. Itaq; ſenſus eſt; *hęc locutus eſt* IESVS *in gazophylacio*, id eſt, in loco, vbi erat gazophylacium. ; Iis quæ oppoſuimus ex dictis facilè reſpondebitur. Poteſt etiam ſenſus eſſe; hæc locutus eſt IESVS ſedens in gazophylacio quodam populo audiente, extra gazophylacium, & intus.

B Montanus ait duo fuiſſe gazophylacia, id eſt, duas fuiſſe arcas; attamen colligi poteſt ex Luca cap. 21. Vnum tātùm fuiſſe. Sic enim Lucas ſcribit; *Reſpiciens Chriſtus, uidit eos, qui mittebant munera in gazophylacium, & uiduam mittentem æra minuta duo, &c.* Gazophylacium dixit; dixiſſet gazophylacia, ſi duo eſſent. Reſponderi poteſt, duo fuiſſe, vnum verò ab altero diſtaſſe, Chriſtum eos tantùm reſpexiſſe, qui

Quæ fuerint templi gazophylacia.

Lucę 21.

C in alterũ mittebāt pecuniā. Pręterea, quamuis duo fuerint, quia vidua in vnũ tātũ miſit æra minuta duo, vnius tantũ meminit Euangeliſta. Vnũ tamē fuiſſe indicat Ioſephus lib. 19. Antiq. c. 5. his verbis; Agrippa rex catenam auream a Caio donatā ſuſpēdit in ſacrario, ſuprà gazophylaciũ, &c. Sanè ſi duo eſſent gazophylacia, illud gazophylacium indicaſſet Ioſephus, ſuprà qood Agrippa catenam ſuſpen

Catena Agrippæ ſuſpenſa in gazophilacio.

D dit. Coniectura non eſt firma, forſitā enim catena in aliqua exedra, theſauròve ſuſpenſa fuit. Adrichomius in deſcriptione Ieruſalē, gazophylaciũ hoc in atrio immundorũ, ſiue gentiũ collocat; in quod etiam gentib. ingredi fas erat. Veriſimilius eſt, in atrio fuiſſe mundorum, vt alij volunt, & indicat Ioſephus verbis citatis, cùm ait gazophylacium fuiſſe in ſacrario.

E Atrium autem gentium, in quod Immundi, atque ethnici, introire ſolebant, non videtur ſacrarium appellari. Græcè ſic ſcripſit Ioſephus; *τῶν ἱερῶν ἐντὸς ἀνεκρέμασε τριβόλον ὑπὲρ τὸ γαζοφυλάκιον*, id eſt, *intra ſacros porticus ſuſpendit catenam, ſupra gazophylacium.*

Ambigitur; quodnam fuerit ærarium illud, quod Heliodorus iuſſu regis Syriæ cōplicare conatus eſt 2. Machab. 3. mirabiliterque repulſus, conatum perficere nequiuit. Adrichomius

De ærario ſiue gazophylacio, quod voluit conpilare Heliodorus.

loco citato, gazophylaciũ fuiſſe vult, A de quo nunc agimus. Et quidem fuiſſe gazophylacium, probatur ex Græca Scriptura, id enim quod noſter interpres appellat ærarium, in Græco codice dicitur gazophylacium, ergo vel in templo alia erant gazophylacia, præter illam arcam, de qua diximus, vel hanc arcam Heliodorus voluit exhaurire. Attamen de arca hac, ſiue gazophylacio, ſermonem eo loco non haberi, ſuadent verba illa eiuſdẽ libri, & capitis 2. Machab. 3. *Summus* B *ſacerdos oſtendit depoſita hæc, & victualia viduarum, & pupillorum. Quædam verò eſſe Hyrcani Tobiæ, viri valdè eminentis. Vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadrigenta, & auri ducenta. Decipi verò eos, qui credidiſſent loco, & templo omnino impoſſibile eſſe, &c.* Ex his verbis conſtat in gazophylacio illo depoſita Tobiæ, & aliorum, præterea magnam fuiſſe argenti, & auri vim. Non igitur videtur fuiſſe gazophylacium, ſiue arca, C in quam populus pecuniã mittebat. Neque enim in huiuſmodi arca, publicè populo propoſita, ſolent aſſeruari depoſita, aut pecuniarum tanta vis. Itaque credo fuiſſe aliud gazophylacium, id eſt, domũ aliquam, ſiue exedram, in qua theſauri templi erant. Fauet noſter interpres, qui cùm Græcè γαζοφυλάκιον, dicatur, vertere noluit *gazophylacium* ſed, *ærarium*.

2. Mach. 3.

His adde gazophylacium Hebraicè כרבן *corban* appellari. Vnde Math. 27. Sacerdotes de argentis à Iuda D redditis aiunt: *Non licet eos mittere in corbonam, &c.* קרב *Carab*, verbum Hebræum, ſignificat propinquare, in hiphil, *appropinquare facio, & offero*; inde, *corban, oblatio* dicitur, & locus etiam, in quem mittebatur pecunia oblata.

Corban eſt gazophylacium.

Et nemo apprehendit eum.

CAp. 7. ait Ioan. *Quærebant eum*, id eſt Chriſtum, *Iudæi interficere, &c.* Idque ita erat manifeſtum, vt dicerent nonnulli, eodem capite: *Nonne* B *hic eſt, quem quærunt interficere?* addit Euangeliſta: *Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.* Item: *Miſerunt principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum, &c.* Sed non apprehenderunt. Hoc loco idem docet, videlicet Chriſtum latebras non quæſiuiſſe, ſed publicè in ipſo templo, in loco publico gazaphylacij docuiſſe; C neminem tamen ex ſacerdotibus, qui in templo miniſtrabant, Phariſæiſvè, aut Scribis, auſum eſſe manus in illũ inijcere. Quoniam necdum venerat hora eius, id eſt, hora quam ipſe comprehenſioni, & morti ſuæ deſtinauerat. Etenim non erat hæc hora in poteſtate Iudæorum; ſed in poteſtate Chriſti, ideoque quamuis necem illi machinarentur, tamẽ irritæ fuiſſent oẽs machinationes; ſi Dominus com D prehendi, & mori noluiſſet. Compeſcuit luporum rabiem agnus, ad horam vſque deſtinatam.

Non potuerunt Phariſæi Chriſtum cõprehẽdere quo ad ille voluit.

C A P V T XV.

De dictis Chriſti.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 21.

DIXIT ergo iterum eis IESVS: ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos non poteſtis venire. * Dicebant ergo Iudæi, numquid interficiet ſemetipſum, quia dixit: quo ego vado, vos non poteſtis venire? & dicebat eis: * Vos de deorſum eſtis; ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis; ego non ſum de hoc mundo. * Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim nõ credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. * Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis IESVS: Principium, qui & loquor vobis.

Dixit.

Dixit ergo iterum eis Ieſus.

A

DVBIVM eſt, ſit ne hoc alterius concionis vel colloquij initium, an eiuſdem continuatio. Initiũ alterius eſſe hæc verba comprobant. *Dixit ergo iterum eis IESVS*, iterum (inquam) id eſt, in altero colloquio. Præterea ſuperius cum Phariſæis colloquium, clauſiſſe videtur Ioannes illis

B

verbis; *hac verba locutus eſt IESVS in gazophylacio, &c.* Ergo hoc loco alterum inchoat. Probabilis eſt vtraque pars. Fortè altera die in templum redijt, ſermonémque hunc habuit. Probabilius videtur eandem eſſe concionem, vel colloquium, ſi enim diuerſum eſſet, dixiſſet Euangeliſta, Chriſtum diſceſſiſſe è templo, dièque altera redijſſe: neque verò diuerſa colloquia ita

An hac verba ſint cũ præcedētib. cõtinuata.

C

copulaſſet, vt vnum videretur, illa enim particula, *ergo*, idem eſſe indicat. Illa autem verba; *hac locutus eſt IESVS in gazophylacio*, non claudunt ſermonẽ, ſed addita ſunt ab Euãgeliſta, vt Chriſti potentiam indicaret, qui a ſacerdotibus, & Phariſæis, in templo, loco ad comprehendendum apto, nõ fuerit comprehenſus, quòd nondum venerat hora eius. Præterea addita ſunt propter verba ſequentia, vt infrà dicemus. Particula, *iterum*, ſignificat ali-

D

quam in dicendo fuiſſe interciſionẽ, & intercapedinem. Quia enim concionem interciderat Dominus, duas illas particulas adiunxit Euangeliſta *ergo*, & *iterum*, *Dixit ergo iterum eis IESVS*, quaſi diceret; itaque iterum ad ſermonem rediens IESVS dixit eis vel aliter, quia dixerat Euangeliſta; *hęc locutus eſt IESVS in gazophylacio & nemo apprehendit eum, quoniam nec dum venerat ho-*

E

ra eius, &c. Subijcit, *Dixit ergo iterum eis*; hoc eſt, cùm ergo nemo Chriſtum apprehenderet, cùm id optarent multi; dixit eis iterum, illa ferè verba, quæ iam dixerat ſupra cap. 7. Miniſtris ad comprehendendum miſſis; *Vado ad eũ qui me miſit, quæritis me & non inuenietis, & vbi ego ſum vos non poteſtis venire, &c.* Nam hæc ferè verba iterum dicit hoc loco Chriſtus, *ego* (inquit) *vado & quæritis me, & in peccato veſtro moriemini.*

A

Quo ego vado, vos non poteſtis venire, &c. In hanc ſententiam interpretatur Rupertus particulam, *iterum*, Caietanus quoque & Ianſenius. Forſitan Chriſtus concionem non intercidit, ſed quia Ioannes illam interſecuit, illis verbis, *hac dixit IESVS in gazophylacio, &c.* reuerſurus ad concionem, ſubiunxit duas illas particulas, *ergo*, &, *iterum*, quaſi indicaret, ſe iterum ad colloquium Chriſti reuerti: hoc ſenſu, ita-

Quid ſit iterum.

B

que Chriſtus, *iterum*, id eſt, poſt ea quæ ſcripta ſunt, dixit eis, &c. Hunc in modum ad Hebræos. 2. dicitur; *& iterum, ego ero fidens in eum. Et iterum, Ecce ego & pueri mei, &c.*

Ego vado, & quæritis me.

EA quæ ſuprà dixerat, cap. 7. comprehendere, & occidere volentibus, qui aderant, repetit. Vos (inquit)

C

me occidere vultis: ego verò occidar à vobis, & cruci affigar. Vadam ad Patrem, per viam hanc aſperam, ac difficilem. Poſtquam figeritis in crucẽ, mèque in vitam reuocatum audieritis, quæretis me, ſi cubi fortè compaream: Quæretis etiam, an verum ſit, me in vitam redijſſe, quæretis quis fuerim, &c. Hęc verba iam ſupra explicauimus, cap. 97. huius libri. Fortè. *quæretis me*, idem eſt, quod quęretis o-

Quid hoc loco ſit quæretis me.

D

re, rogabitis, & ſermonem conferetis de meis rebus. Hebraiſmus potiùs eſt, quo ſignificat Dominus, ſe ex mundo diſceſſurum, neque compariturum. Ego (inquit) vado per crucem ad patrem, in cœlum aſcendam, neque deinceps verſabor in terris, etſi me quæratis nõ inuenietis. Lege quæ ſupra dicta ſunt, cap. 9.

E

Et in peccato veſtro moriemini.

IVdæis prędicit Dominus obſtinationem in perfidia, & incredulitate æternámque a cœleſti gloria, & hęreditate abdicationem. Ego vado in cœlum per crucem, quam vos mihi extruetis, vos verò in veſtro ſcelere, id eſt, incredulitate moriemini, ideòque eò *non poteritis venire, quò ego vado*, id eſt, in cœlum nõ poteritis aſcendere, ſed in flãmas tartareas pcipites ibitis.

Chriſtus prædicit obſtinationẽ.

Prædicit Dominus obſtinationem peccato vſque ad mortẽ, Iudæis.

F 2 Horren-

Digitized by Google

Horrendũ eſt in pecca to mori.

Horrendum profectò eſt in peccato viuere, horrendum magis in peccato mori. Qui in peccato viuit, medicina illi adhiberi poteſt, dum vitã ducit. Qui vero in peccato moritur, omni medicina caret. Poſtquã enim animam exhalat homo, nullum ſupereſt remedium, quo peccatum mortiferum poſſit expiari. Flammæ ſuper ſunt æternæ, quę ſcelera non expiãt, ſed ardore puniunt ſempi erno.

Auguſt.

Infœliciſſima conditio (ait Auguſtinus tract. 38. in Ioannem) miſera ſors iſtorum Iudæorum, qui de ore veridico audierunt: *in peccato, veſtro moriemini &c.* Qui in peccato mori non vult, in peccato non viuat. Qui enim in peccato viuit, ſæpiſſimè antequàm agat pœnitentiam, iuſto Dei iudicio in peccato moritur; vt mors ſit vitæ ſceleratæ conſentanea. Pſal. 33. *Mors peccatorum peſſima.* Vita eſt peſſima, ſimilis vitæ peſſimæ. Audiamus ergo D. Aug Serm. 24. de verbis Domini: Viuite [inquit(benè, ne moriamini malè, & c.

Viuat bene qui vult mori benè.

Nunquid interficiet ſemetipſum.

CVm Chriſtus Ioannis, cap. 7. dixiſſet: *Vbi ego ſum, vos non poteſtis venire*: dixerunt Iudæi: *Quo hic iturus, eſt, quia non inueniemus eum: Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes?* &c. Nunc autem cùm eadem ferè verba repetiuit, inquiens; *Quo ego uado, vos non poteſtis venire*, aliter loquuntur ſiue ijdem fuerint Iudęi, ſiue alij. *Nunquid* (aiunt) *interficiet ſemetipſum, quia dicit Quo ego vado vos non poteſtis uenire, &c.* Quaſi dicant, ait nos non poſſe eò venire, quò ipſe abit, ſortè ſe ipſum occidet, manuſq; noſtras ita effugiet, vt inuenire illum non poſſimus, aut ſequi. Si enim ſibi conſciſcat mortem, eò ibit, quò nos ire non poterimus, neque enim mortem nobis inferimus ludunt hi Iudæi, & iocantur, ſciebant longè à tanto ſcelere abeſſe Chriſtum.

Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum.

DIxerat Dominus, *Ego vado, & quęritis me*: item *quò ego vado vos non poteſtis venire.* Videlicet, quia in cęlum per crucem erat abiturus. Hoc loco, rationem reddit, cur in cœlum ipſe poſſit aſcendere, Iudæi verò eò venire non poſſint. *Ego* (inquit) *de ſupernis ſum*, hoc eſt, de cœlo ſum, nēpe Deus, qui de cœlo in mundum deſcendi, quoniam ex Virgine humanam naturam accepi. Ideoque facillimum mihi eſt domum meam repetere, & in cœlum aſcendere. *Vos autem de deorſum eſtis*; hoc eſt, ex infima terra; ideoque non poteſtis eò venire, quò ego vado, id eſt, in cœlum, veſtris viribus. Aliter; *Vos de deorſum eſtis*; id eſt, ex inferis eſtis, ex tartaro eſtis. quia in peccato veſtro moriemini, & in tartarum ibitis; ideòque eò venire non poteritis, quò ego vado, id eſt in cęlum. Qui enim in tartarum præcipitatur, in cœlum nullo modo poteſt aſcendere. *Ego de ſupernis ſum*: id eſt, ex cœlo, idcirco facilè in cœlum redire queo.

Chriſtus ex ſupernis, Iudæi de deorsũ.

Addit, *Vos de mundo hoc eſtis* In hoc mundo eſtis nati, & educati, huius mundi ciues eſtis, & incolæ, illius bona caduca diligitis, illis hæretis, cœleſtia minime curatis. *Ego non ſum de hoc mundo* Nàm etiamſi in hoc mundo, ſecundùm naturam humanam natus ſim, & educatus, tamen è cęlo veni, verbum Patris ſum, Deus ſum, cœli Dominus, caduca mundi bona pro nihilo duco, cœleſtia ſòlùm mihi curæ ſunt. Quia ergo vos ex hoc mundo eſtis, mundique ſordibus, id eſt, peccati inquinati, quò ego vado, id eſt, in cęlum, non poteſtis venire. At ego, quia ex hoc mundo non ſum, ſed è cęlo veni, & Deus cœli ſum, cęleſtemque ago vitam, planèque diuinam, facilè cœlum poſſum repetere. Omnes homines de deorſum, id eſt, de terra, & de mundo hoc ſunt; quoniam in terra, & in hoc mundo naſcuntur, peccato inquinati, terræque ſunt incolæ. In cęlum iter habere non poſſunt proprijs viribus. Chriſtus de ſupernis eſt, & cęli Dominus, in cęlum ipſe potuit aſcendere, & fide viua in eum credentes homines illuc adducere.

Omnes homines à terra ſunt.

Si

Digitized by Google

Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.

Qui nō credit i Chriſtū, moritur in peccato ſuo.

NVllus homo, vt diximus, in cęlū poteſt ſuis viribus aſcendere, vt aſcēdat fide viua in Chriſtum indiget, idcirco Dominus nunc ait, Iudæos ſi hanc non habuerint fidem, in peccatis ſuis morituros, & in cœlum nō aſcenſuros. *Vos*[inquit] *è terra eſtis*, terræ incolæ, terrenis rebus hærentes, peccatis contaminati; propterea dixi vobis, *quia in peccatis veſtris moriemini*, id eſt, in credulitate, & alijs criminibus. *ſi enim non credideritis, quia ego ſum*, hoc eſt, ſi fide viua in me non credideritis, in peccato veſtro moriemini; cœlumque non ingrediemini. *Si non credideritis*[inquit] *quia ego ſum*: nō addit quid ſit. Ideò Auguſtinus, putat ſignificare voluiſſe ſe eſſe Deum, qui Exod. 3. dixit; *Ego ſum qui ſum*. Et quidem valdè probabilis eſt interpretatio, nam mox rogatus quis eſſet, reſpondit, *principium qui & loquor vobis*; quibus verbis indicauit ſe eſſe Deū. Eſt ergo ſenſus, moriemini in peccatis veſtris, ſi nō credideritis, quia ego ſum; ille, qui veſtro Moyſi dixit, *ego ſum qui ſum*. Lyranus exponit, *ſi non credideritis quia ego ſum* Meſſias, à vobis expectatus. Euthymius, *ſi non credideritis* quia ego ſum, videlicet, Chriſtus filius Dei.

D. Auguſt.

Criſtus Deum ſe eſſe affirmat.

Lyranus. Euthymius

Principium qui & loquor vobis.

DIxerat Dominus; *ſi non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro*, nō explicauerat quiſnam eſſet, oſtenderat tamen multis miraculis, teſtimonio Ioannis, teſtimonio Patris, & Scripturæ, Ioann. 5. Sed rogant increduli. *Dicebant ergo ei* [ait Euāgeliſta] *tu quis es?* Reſpōdit Dominus, *Principium, qui & loquor vobis*: quæ quidem verba multiplicem habent ſenſum, & difficultatem quoque. Senſus qui ſe primū offert facilis eſt, & multorum patrum. Rogatis, quis nam ſim? ſum principium rerum omniū, ac Deus, qui vos, cæteraque omnia condidi. Hunc ſenſum ſequitur D.

Quid ſignificēt hæc verba, Principiū, qui & loquor vobis.

A Ambroſius lib. 3. de fide, cap. 4. hoc (inquit) Deum ſe probauit æternum, quia omnium ipſe principium eſt, & vniuſcuiuſq; virtutis auctor eſt, quia Eccleſiæ caput eſt, ſicut ſcriptum eſt ad Coloſſ. 1. *Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, &c.* Et lib. 5. cap. 5. Sic legit, & in lib. 6. hexamer. cap. 2. *Ego ſum, principium, quod & loquor vobis*, vt cognoſceres [inquit] Deū eſſe initium vniuerſorum, ſicut in Euangelio dicitur, *initium quod & loquor vobis, &c.* Lege eiuſdem libri caput 4. Similiter D. Auguſtinus lib. 1. de Gen. ad literam cap. 5. principium (ait) creaturæ intellectualis eſt æterna ſapientia. Ideoque rogatus Dominus quis eſſet, reſpondit: *Principium qui & loquor vobis*. Et libro 5. de Trinitate, cap. 13. Principium dicitur Filius, cùm enim diceretur ei: *Tu quis es?* reſpondit, *principium, qui & loquor vobis*. Creatorem ſe quippe oſtendere voluit, cùm ſe dixit eſſe principium, &c. Item lib. 11. confeſſionū, cap. 8. Verbum (inquit) principium eſt, qui & loquitur nobis. Sic in Euangelio ait, &c D. Fulgentius lib. 2. ad Thraſimundum: Dominus [inquit] interrogantibus Iudæis, principium ſe eſſe affirmauit dicens: *principium, quod & loquor vobis, &c.* D. Proſper in commentarijs Pſalm. 109. Dominus interrogantibus quis eſſet, reſpōdit, *principium qui & loquor vobis*, hoc eſt, ego qui loquor vobis principiū ſum. Sic ille hæc verba explanat. Hunc eūdem ſenſum ſequūtur Lyranus, Carthuſianus, Hugo Card. Clichtouæus, Simon Caſſianus, Rupertus, D. Bernard. lib. 5. de conſideratione, & alij.

Ambroſius.

B

D. Auguſt.

C

D. Fulgentius.

Proſper.

D

Repugnare videtur Græca lectio. Nā hic ſenſus poſtulat vt, *principium*, ſit caſus nominandi, quaſi dicat Dominus: *Ego ſum principium*. Græcè verò caſus eſt accuſādi, τὴν ἀρχὴν, qui quidem caſus magnam huic loco affert obſcuritatem Rogatus enim Dominus. *Tu quis es?* Reſpondet, per accuſatiuū, τὴν ἀρχὴν, id eſt, principiū veluti ſi quis interrogatus. Tu quis es? reſponderet, Chriſtianum, qui Roma veni, cū deberet reſpōdere; Chriſtianus, qui Romā veni. Vel ſi Chriſtus rogatus, tu quis es? reſponſum

E

Græca lect. repugnat interpretationi propoſitæ

hoc reddidiſſet, ſapientiam Patris; cũ A
reſponderi debeat, ſapientia Patris.
Hanc difficultatem Auguſtinus vidit
Auguſt. vidit difficultatem. cum Latina verſione Græcam confe-
rens lectionem. Iccirco aliquid ſubin
telligẽdum putauit, quod accuſatiuũ
illum, τὴν ἀρχὴν id eſt, principium re
geret, hoc pacto, rogant Iudæi, *Tu qui
es?* reſpõdet Dominus τὴν ἀρχὴν *Prin
cipium, qui & loquor vobis*, hoc eſt credi-
te me eſſe principium, qui vobis lo-
quor. Quemadmodum ſi reſpõdiſſet, B
ſapientiam Patris, ſubintelligeretur ali-
quid hoc modo, credite me eſſe ſapiẽ-
tiã Patris. Alij accuſatiuũ, τὴν ἀρχὴν
aduerbialiter ſumi putant. Nam pro
aduerbio vſurpatur a Grecis, & ſigni
ficat, *primò ante omnia, in principio, omnino*,
quemadmodum, τέλος, ſignificat, *po
ſtremò*, aut, *denique*.

Alia interpretatio. Præterea nunc Græcè legitur, τὴν
ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, id eſt, *princi-
pio, quòd & loquor vobis*, vel quia loquor C
vobis, nam particula, ὅτι, relatiuum,
quod, eſſe poteſt, aut coniunctio, *quia*.
Caiet. Caietanus igitur aduerbialiter inter-
pretatur, & cum ſequentibus verbis
coniungit in hanc ſententiam: Princi
piũ, id eſt, in primis, quia ego loquor
vobis prædicando, ideo habeo multa
de vobis loqui teſtificando iniurias,
quas mihi infertis, & iudicare dam-
Iſid. Clarius. nando. Sic ille. Iſidorus Clarius cum
conſequentibus etiam coniungit *prin D
cipium*, hoc ſenſu, in primis, *quod & lo-
quor vobis*, id eſt, quod apertè vobis di-
co, habeo multa de vobis loqui, & iu-
Ianſen. dicare. Similiter Ianſenius ſic, in pri-
mis vobis reſpondeo, quia loquor vo
bis veritatem prædicando; ideo mul-
ta habeo de vobis loqui, & iudicare,
quoniam erit vobis illud grauiſſimæ
condemnationis occaſio, quòd mihi
credere nolueritis, &c Sed vt Ianſen.
aduertit hic ſenſus poſtulat aliud, vel E
alia membra, quæ reſpondeant dictio
ni, *in primis*, nam ordinem ſignificat.
Si ergo verus eſſet ſenſus, dixiſſet Do
minus: in primis hoc dico; deinde hoc
&c. At nihil eſt, quod reſpondeat di-
ctioni, *in primis*. Præterea nõ congruit
cum vulgata editione.

Græcorum expoſitio. D. Chryſoſtomus, Theophylactus,
& Euthym. hæc verba obſcurè expli-
cant, ideoque quid ſenſerint ſignifica
re τὴν ἀρχὴν, hoc loco, non conſtat
ſatis. Chryſoſtomi verba ſunt hæc, *Chryſoſt.*
Principium, qui & loquor vobis, hoc eſt, ſa-
nè indigni eſtis, qui ſermones meos
audiatis, & quis ſim intelligatis. Vos
vt me tentetis ſemper loquimini, &c.
Eadem apud Theophylactum leges.
Aliquanto clarius Euthymius; Defe-
ctiuus (inquit) ſermo eſt, iuxta conſue
tum loquendi morem. Tale eſt au-
tem, ac ſi diceret; omnino ſuperfluũ
eſt, etiam quod vobis loquar. Nam
omni ſermone indigni eſtis, vt pote
tentatores, &c. quid ſignificet τὴν
ἀρχὴν, non docent.

Nonnus Poeta Græcus ac Chriſtia
nus verba hæc his verſibus explica-
uit.

τίς σὺ πέλεις καὶ χριστὸς ἀνίαχεν ὅττι παρ᾽ ὑμῶν
ἐξ ἀρχῆς ἐάριζον, ἔχων νήριθμα δικάζειν,
καὶ λαλέειν, &c. hoc eſt,

Quis tu es? & Chriſtus inſonuit, i. reſpon-
dit, *quod apud vos à principio, verno agens
tempore, habens innumera iudicare, & loqui.*

Potuit noſter interpres Græcũ ac-
cuſatiuum, τὴν ἀρχὴν, vertere in ac-
cuſatiuum Latinum, *Principium*, ita vt
idẽ ſignificaret poſſet accuſatiuus La-
tinus, *principium*, quod ſignificat accu-
ſatiuus Græcus, τὴν ἀρχὴν. Itaque
quemadmodum τὴν ἀρχὴν, ſignifi-
cat, *in primis, à principio, & primò*, ſic prin
cipium idẽ ſignificabit. Hoc ſecutus *Maldonatus.*
noſter Maldonatus ſic exponit: Roga
tis quis ſim? ſum id quod vobis à prin
cipio loquor, id eſt, quod iam inde ab
initio vobis dico, iam dixi vobis me
eſſe Meſſiam Filium Dei, lucem mun
di, panem vitæ, &c. Similem in mo-
dum exponit Ianſenius, id ſum (ait) *Ianſenius.*
quod etiam loquor, id eſt, locutus ſum
vobis principio, cùm ſcilicet dixi, me
eſſe lucem mundi. Aliter idem Ianſe-
nius ſic interpretatur, omninò id
ſum, quod etiam locutus ſum vobis
me eſſe, quo ſenſu, τὴν ἀρχὴν, acci-
pitur pro, *omninò*, quo modo accipitur
apud Greg. Nazian ſer. de Paſchete.

Sed hæ interpretationes non con-
ſentiunt cum emendata lectione, quę
non eſt huiuſmodi, *principium, quod &
loquor vobis*; ſed, *principium qui & loquor
vobis*. Fortè Dominus Hebraicè ſic lo-

cutus

cutus eſt, בראשנה *bariſchonah*, vel בתחלה *bathechillah*, id eſt, in principio, quòd vertit, Græcè τὴν ἀρχὴν, Gen. 13. & 43. & alijs locis. Erit igitur ſenſus: rogant Iudæi Chriſtum: *Tu quis es?* Non vult apertè respondere, quis ſit, ſed obſcurè reſpondet, בתחלה *bathechillah*, vel בראשנה *bariſchonah*, id eſt, τὴν ἀρχὴν, in principio, relinquit aliqua ſubintelligenda; videlicet, *in principio*, vel *à principio ſum, ab æternitate ſum Deus*. Aliter, Principium, id eſt, principio; hoc eſt, qui loquor vobis à principio.

B At cũ noſter interpres doctis ſcripſerit, qui Græcè ſciebãt, & indoctis, qui neſciebant, verteritque, non, *in principio*, vel *in primis*, vel, *omnino*, ſed *principium*, exiſtimarim nõ accepiſſe τὴν ἀρχὴν, aduerbialiter, ſed eo in ſenſu, qui ijs etiam ſe offert qui Græcas literas ignorant. Itaque interpres intellexiſſe videtur id quod Patres ſupra-

Interpres quomodo ſumpſerit principium, in caſu nominandi.

C citati intellexere, nimirum Chriſtum affirmare ſe eſſe principium. Ideoque ſic vertit, *principium qui & loquor vobis*. Sed ſub intellexit, *me eſſe dico*: hoc pacto, principium me eſſe dico, qui & loquor vobis. Vertiſſe autem videtur, *principium*, nominandi caſu, quoniam idem ſenſus eſt, τὴν ἀρχὴν, vel, *principium me eſſe dico*, &, *principium ſum, qui loquor vobis*. Videbat enim interpres, ab omnibus qui Græcum Euangelium non conſulerent, nominandi caſu accipiendum, *principium*, atque ita accipere voluit. Pagninus quidem ſic vertit, *principium (me eſſe dico) qui & loquor vobis*. Eſt ergo ſenſus facilis, & Patrum, *Tu qui es? principium*, ſum, vel principium me eſſe dico, qui & loquor vobis; hoc eſt, qui cùm ſum principium rerum omnium, veſterque conditor, loquor vobis. Hanc vim videtur habere particula, *&*. Aliter, *qui &*, id eſt, etiam vobis loquor, non ſolùm angelis in cœlo loquor, ſed & vobis in terra; iuxta illud Pauli, ad Hebr. 1. *Nouiſſimè locutus eſt nobis in filio.* Vel, qui non ſolum patribus veſtris, Abraham, Iſaac, Iacob, & alijs Iſraelitis, in monte Sinai, & in ſolitudine olim locutus ſum, ſed & vobis aſſumpta natura nunc loquor.

Principiũ qui & loquor, quẽ ſenſum habet.

C A P V T X V I.

De dictis Chriſti.

I O A N N E S C A P I T E VIII. Verſ. 26.

MVLTA habeo de vobis loqui, & iudicare, ſed qui me miſit
verax eſt, & ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. * 27
Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum. * Di- 28
xit ergo eis IESVS, Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc
cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio nihil, ſed ſicut
docuit me Pater, hæc loquor. * Et qui me miſit mecum eſt, 29
& non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio
ſemper.

Multa habeo de vobis loqui, & iudicare.

OBſcure reſpondet Iudæis Chriſtus, ac breuiter, quis enim eſſet apertè dicere noluit, *principium* (inquit) *qui & loquor vobis*. Addit: *Multa ha-*

D *beo de vobis loqui, & iudicare*; hoc eſt, loquor vobis modò in humilitate; ſed loquar poſtea in maieſtate. Nam multa habeo, quæ vobis obijciam, & de quibus iudicabo in extremo iudicio, & in peculiari. Auguſtinus, quod (inquit) dicit Chriſtus: *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare*, iudicium futurum

Auguſt. Peccata In

 dicit,

dicit,&c. D. Chryſoſt. de iudicio extremo non interpretatur,ſed de præſenti in hanc ſententiã: Multa habeo, de quib. vos reprehendam, & puniã, ſed pater id nunc fieri non vult. Non enim veni modò iudicare mundum, ſed ſaluare. Sequitur Chryſoſt. Euthymius, & Theophylactus. Prior ſenſus magis placet. Ianſenius, & alij verbũ, *habeo*, putant ſignificare, *poſſum*, hoc pacto, *multa habeo*, id eſt, poſſum, de vobis loqui, & iudicare. Multa poſſum in vobis reprehendere, & in multis condemnare, ſed ſatius eſt verbũ habeo, in propria ſignificatione retinere ſenſu ſupra poſito.

deorum in iudiciũ reſeruat Dominus aperienda. *Chryſoſt.*

Sed, qui me miſit, verax eſt.

Difficile eſt explicatu, quonam modo hæc verba cum antecedentibus cohæreant. D. Chryſoſt. ſic copulat: Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, ſed Pater vt nunc id faciam, non vult: Nõ enim veni iudicare ſed, ſeruare *Non enim miſit Deus*, vt dicitur Io. 3. *Filium ſuum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum*. Si ergo ad hoc me miſit pater, & ille verax eſt, meritò neminem ego nũc iudico. Sed ad ſalutem loquor, non ad reprehenſionem. Eodem modo Theophylactus interpretatur. Alij, vt idẽ Theophylactus tradit, ſic exponunt: poſſẽ (ait Dominus) & nunc iudicare vos, ſed reſeruo in futurum ſæculum. Nõ creditis, & retributionis tempus non ſuſpicamini. Sed quamuis vos nõ creditis, pater verax eſt, qui ſtatuit diem iudicij, quo retribuatur vobis.

Chryſoſt. *Theophyl.* *Auguſt.*

D. Auguſt. *Multa* (inquit) *habeo de vobis loqui, & iudicare, ſed qui miſit me, verax eſt*. Tamquam diceret, ideò verũ iudico, quia Filius veracis, veritas ſum, &c. Auguſtini ſenſus huiuſmodi eſt: De multis habeo vos reprehendere, & iudicare, erit autem meũ iudicium veriſſimum, & iuſtiſſimum; quoniam Pater meus verax eſt, & ego Veritas ab illo geni a. In hunc etiam ſenſum, quidam ex recentioribus interpretantur; Multa poſſum de vobis vere ac meo iure dicere, atque iudicare. Quod ſi fecero, nemo poterit iudicium meum reprehendere; quia qui miſit me verax eſt, & ego quæ audiui ab eo loquor in mundo. At tam ſenſui Auguſtini, quàm huic aduerſatur particula aduerſatiua, *ſed*, quæ non reddit rationem, vt Auguſt. & hic auctor volunt.

Recordemur vnde cœperit hic Chriſti ſermo, inde enim cœpit Ioan. 8. *Ego ſum lux mundi. &c. Dixerunt Phariſæi. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum*. Probauit Dominus teſtimonium ſuum eſſe verum, quòd ſimul cum patre teſtaretur. Interpoſita ſunt aliquo. Nunc ad principium illud redit, repetitque teſtimonium ſuum verum eſſe; eò quod nihil aliud loquatur, præter id, quod à Patre, accepit, qui nec falli poteſt, nec fallere. Itaque ſenſus eſt; *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare*, ſed illa in iudicium futurum relinquo, nunc alijs omiſſis illud ſolũm dico, de quo quæſtio eſt orta, *qui me miſit Pater verax eſt*, decipi non poteſt, aut falſò teſtificari; *& ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo*. Vnde conſtat teſtimonium meum verum eſſe. ſiquidem pater verax eſt, ego autem quæ ab illo audio, ea loquor. Poſſunt etiam hęc verba referri ad illa: *Principium qui & loquor vobis*, hoc pacto. Sum principium, ego qui loquor vobis. Multa quidem habeo de vobis loqui, & iudicare, ſed de ijs modò loqui nolo. Loquor vobis nunc: de vobis loqui omitto. Iis omiſſis, quæ de vobis loqui habeo; illud ſcitote ea, quæ vobis ego principium loquor, eſſe veriſſima vtrãque fide digniſſima. Nam *qui me miſit Pater verax eſt*, ego autem quæ ab illo accepi, illa loquor, ergo veriſſima loquor. Quomodo autem Filius audiat patrem ſecundũm diuinitatem iam eſt explicatum, tomo ſecundo, quomodo audiat ſecundũm humanitatem, & ab eo accipiat ſapientiam perſpicuum eſt.

Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum.

Hanc lectionem non probat Ianſenius. Malè (inquit) pro, *eis*, multi libri habent, *eius*, Toleti quoque illud

Digitized by Google

lud (inquit) *eius*, corruptio eſt literæ. A
Nam legendum eſt; *Quia patrem eis di-*
cebat Deum, ſed probandum eſſe lectio
nem propoſitam, ac retinendam, con
ſtat ex editione emendata. Græci co-
dices nunc habent, *αὐτοῖς*, *ipſis*, vel *eis*,
noſter interpres legiſſe videtur, *αὐτοῦ*
ipſius vel *eius* Sed idem ſenſus eſt Græ
cæ lectionis, & latinæ, ſic enim Græ-
ca eſt exponenda. *Non cognouerunt quod*
Patrem ſuum ipſis dicebat Deum, vel, non
cognouerunt quòd de Patre ſuo Deo B
loquebatur. Quib. autem verbis Chri
ſtus de Patre Deo locutus ſit, patet; ni
mirum verbis illis antecedentibus:
Qui miſit me verax eſt. Et, ego quæ audiui
ab eo, hæc loquor in mundo, & alijs.

Lectio vulgata defenditur.

Quibus autem verbis dixerit Pa-
trem ſuum eſſe Deum, quæritur. Re-
ſpondeo dixiſſe verbis eiſdem. *Qui mi*
ſit me verax eſt, ſcilicet Pater Deus, &c.
Adde illa ſuperiora, *ſolus non ſum, ſed*
ego & qui miſit me Pater: teſtimonium perhi C
bet de me, qui miſit me Pater. Neq; me ſcitis
neque Patrem meum: ſi me ſcieritis, forſitan
& Patrem meum ſciretis, &c Omnibus
enim his verbis, & ſi non apertè, ſi-
gnificabat Patrem ſuum eſſe Deum.

Chriſtus quibus verbis dixerit ſuum Patrẽ eſſe Deum.

Duas quæſtiones Chriſto propoſue
runt Iudæi, hoc capite Prima eſt, *Vbi*
eſt Pater tuus? Secunda, *Tu quis es?* has
quæſtiones reſpexit Ioannes, cum di-
xit; *Et non cognouerunt, quia Patrem eius*
dicebat Deum: quaſi diceret, rogarunt D
Iudęi Dominum, Vbi eſt Pater tuus?
& quis eſſet. Neque vero ex verbis e-
ius cognouerunt quòd Patrem ſuum
Deum dicebat qui in cœlis eſt, & vbi
que, ſeque Dei Filium eſſe aſſerebat.
Simplicius, & veriſimilius hic locus
ſic explicatur, dixit Chriſtus; *Qui mi-*
ſit me verax eſt, &c. Et non cognouerũt
Iudæi, quod his verbis de Patre ſuo
Deo loquebatur. Patremque ſuum di
cebat Deum, à quo miſſus erat, & au- E
dierat, quęcumque loquebatur. Inter
poſuit autem Euangeliſta hæc verba;
& non cognouerunt, &c. Propter verba
Chriſti ſequentia.

Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc co-
gnoſcetis, quia ego ſum.

VAticinium eſt Chriſti. Nõ cogno
uerunt Iudæi, ꝙ Dominus Patrẽ
ſuum dicebat Deum, aliquando ta- A
men cognituros, quod modò non co
gnoſcebant, ſequi cruci ſuffigendum,
vaticinatur. Cum (inquit) me in cru-
ce exaltaueritis, id eſt, poſt paſſionem
meam, *tunc cognoſcetis quia ego ſum*. Ni-
hil aliud videtur dixiſſe (ait Auguſt.)
niſi Iudæos poſt paſſionem ſuam co-
gnituros quis eſſet, &c. Opponitur:
Iudæi cum Chriſtum cruci ſuffixerũt
in Chriſtum non crediderunt, atque
adeò quis eſſet non intellexerunt. Nõ B
ergo vera eſt hęc interpretatio. Re-
ſpondeo non eſſe verba Domini in-
telligenda de tempore illo, quo in cru
cem eſt actus; ſed de tempore conſe-
quenti paſſionem, reſurrectionem, et
Spiritus ſancti aduentum. Nam poſt
Spiritus ſancti aduentum, Iudęi plu-
rimi fidem Chriſti amplexi ſunt, &
quis ille eſſet agnouerunt. Et ſenſus;
Poſtquam exaltaueritis Filium homi
nis, poſt crucem meam, & paſſionem C
adueniet Spiritus ſanctus, voſque lu-
cis ſuę fulgore illuſtrabit, illuſtratiq;
cognoſcetis, quia ego ſum. Quod ſi
dicat etiam in cruce pendentẽ Chri-
ſtum à Iudæis cognitum. Cum enim
Solem cernerent ſplendore priuatũ,
lapides ſciſſos, terram motu admira-
bili concuſſam, vt Lucas ait, cap. 23.
percutientes pectora reuertebantur. Reſpon
deo cognouiſſe quidem tunc fuiſſe vi
rum iuſtum, Deoque dilectum; ſed D
nondum credidiſſe Meſſiam eſſe, Dei
Filium, & Deum. Ianſenius de incre-
dulis quoque hæc verba intellexit:
Tunc cognoſcetis quia ego ſum, quoniã exi
ſtimat, ex incredulis multos cognouiſ
ſe Dominum eſſe Meſſiam, vt princi-
pes Sacerdotum, quib. cuſtodes Chri
ſti reſurrectionem nuntiauerunt. Il-
lud, *cognoſcetis quia ego ſum*. D. Auguſtin.
interpretatur, cognoſcetis quia ego
ſum, qui ſum, id eſt, qđ ego ſum Deus E
Aliter, *cognoſcetis quia ego ſum*, ſcilicet, il
le vobis promiſſus Meſſias, ille deſide-
ratus, ille expectatus. Significauit au-
tem Dominus mortem ſuam, nomi-
ne exaltationis, quoniam ij qui in cru
cem agebantur, in altum à terra tolle
bãtur. Arcano ſenſu, exaltationẽ mor
tem ſuam dixit. ab effectu, quoniam
& Chriſtum, & orbem totũ exalta-
uit vt alibi dicemus ad Philip 2. *Factus*
obe-

Iudæi poſt crucẽ Chriſtum agnouerunt.

Chriſtũ Iudei dum in crucẽ actus eſſet iuſtũ cognouerũt.

Chriſti mors exaltatio cur dicta.

Digitized by Google

obediens vſque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, &c.

Et à meipſo facio nihil.

DIxerat ſupra Dominus; *Qui me miſit verax eſt, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo.* Hoc loco ait, cognituros Iudæos id, quod his verbis ſignificatur, videlicet ſe à verace Patre omnia accipere, diuinam eſſentiam, B ſapientiam, & cætera attributa, tunc (inquit) cùm credideritis, cognoſcetis me Filium Dei eſſe, à Deo genitũ, & à meipſo nihil facere, ſed potentiã ad faciẽdũ à Patre habere, quemadmodum & eſſentiam. Prçterea cognoſcetis id quod vobis dixi; *Ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo.* Cognoſcetis enim me ita loqui, ſicut docet me Pater. Nam à Patre habeo ſapientiam, per quam loquor, & doceo vos. Auguſtinus, hoc (inquit) eſt, *docuit me Pater*; C quod eſt ſcientem me genuit Pater, &c. Hæc verba tam ſecundùm diuinitatem, quàm ſecundũ humanitatẽ, de Chriſto vera ſunt. Etenim ſecundùm vtramque naturam, à Patre accipit tùm potentiam ad agendum, tùm ſapientiam ad docendum, ſecundùm diuinitatem à ſolo Patre accipit, ſecũdùm humanitatem accipit à tribus perſonis. Aliter poteſt hic locus ſic ex D poni. Cùm exaltaueritis, me in cruce, tunc cognoſcetis, quòd ego ſum Meſſias veſter. Cætera ſeparatim intelligi poſſunt, ita vt cùm verbo, *cognoſcetis*, non coniungantur, ſitque alia ſententia; & *& à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor, &c.*

Christus à Patre potẽtiã accipit, & ſapientiam.

Auguſt.

Et qui miſit me, mecum eſt.

RVpertus & Caietanus hæc verba cum antecedentibus copulãt E in hũc ſenſum; cognoſcetis prçterea, quòd Pater, qui miſit me, mecum eſt, & non reliquit me ſolùm, &c. Poteſt diuerſa eſſe ſententia, ita vt verba hçc, à verbo, *cognoſcetis*, non pendeant; ſed initium dent ſententiæ, vt alij opinantur. *Qui miſit me* (inquit) *mecum eſt, & non reliquit me ſolum.* Nam Patris & Filij eſſentia vna eſt, atque eadem, & vt ait Ambroſius in hymno laudum ſe- A riæ ſecundæ, in Patre totus Filius eſt, & totus in verbo Pater, &c. Quia igitur Pater in Filio eſt, & Filius in Patre, propter numericam eiuſdem eſſentiæ vnitatem, ait Dominus, *qui miſit me*, id eſt, Pater, *mecum eſt & non reliquit me ſolum.* Sed in me eſt, & ego in illo Differt enim mea miſſio ab hominum miſſionibus. Mittit homo hominem, ſed ſeparatur ab eo, non eſt cũ eo, relinquit eum ſolum. Quia ſolus B abit ſine mittente miſſus. At Pater me Filium miſit, ſed non eſt à me ſeparatus, mecum eſt, non reliquit me miſſum Pater mittens.

Rupertus. Caiet.

Pater miſit Filium in terras, ſed ab eo nõ eſt ſeparatus.

Ambroſius

Pater eſt in filio, & filiũ in Patre.

Quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper; hoc eſt, non eſſe me relictum à Patre illud oſtendit, quòd illa quæ ei placent, ſemper facio, idcirco enim rectè ſemper ago, malè verò agere, & peccare, nullo modo poſſum, quoniam C Pater mecum ſemper eſt, numquam me derelinquens; id eſt, quoniam ſum Deus naturam Patris habens. Aliter: Pater non reliquit me ſolum, non priuauit me vmquam ſua gratia, auxilio, ac fauore; quia quæ illi placent, ſemper facio, & peccatum nullum committo, etenim Pater eos derelinquit, id eſt, ſua gratia priuat, qui ea quæ illi diſplicent, mortifera peccata perpetrant. Loquitur Chriſtus ad captum Iudæorum, cùm ait, ſe non relinqui à D Patre, quoniam illa agit, quæ Patri placent: Quaſi verò poſſet Pater Filium derelinquere, quod fieri nequit. Caietanus in hanc ſententiam interpretatur. Pater non reliquit me ſolum ſecundùm humanitatem, abſque ſua continua gubernatione, ac directione. *Quia quæ illi placent, facio ſemper*: hoc eſt, quoniam hanc continuam gubernationem mea perpetua obedientia ſum meritus. Nam quæ E Patri placita ſunt, perpetuo facio, illius voluntati ſemper obedio. Similiter Diuus Thomas ſic exponit; Pater non reliquit me hominem protegendo. *Quia quæ placita ſunt ei facio ſemper*; & ſecundum hoc, dicit cauſam meritoriam. Sic ille. Quòd ſi obijcias Chriſtum eſſe Deum, & ſine vllo merito potuiſſe humanitatem ſuam ſemper gubernare, ac dirigere. Reſpondetur ex Caietano, Chriſtum hanc

Deus eos dirigit, & cũ eis eſt, qui eius faciũt voluntatẽ.

Caiet.

D. Thom. An Chriſtum meruerit ſemper à patre dirigi, & gubernari.

Digitized by Google

hanc gubernationem duplici habuiſſe de cauſa; habuit enim tum quod Deus erat; tum quod illam merebatur: habuit propter diuinitatem, & propter meritum. Similem in modum duplici de cauſa gloriam habet corporis, videlicet, quia diuino A ſuppoſito debita eſt, & quia illam meritis eſt conſecutus. Itaque quemadmodum gloriam corporis, ita hãc in omnibus rebus gubernationem habuit Chriſtus, duplici iure, ſcilicet iure diuini ſuppoſiti: & iure meriti.

CAPVT XVII.

De dictis Chriſti.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 30.

HAec illo loquẽte multi crediderũt in eũ. * Dicebat ergo Ieſus
31 ad eos, qui crediderũt ei, Iudæos. Si vos manſeritis in ſermo
ne meo, verè diſcipuli mei eritis, * & cognoſcetis veritatem,
32 & veritas liberabit vos. * Reſponderunt ei, ſemen Abra-
33 hæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vmquam; quomodo tu
dicis, liberi eritis? * Reſpondit eis Ieſus; Amen, Amen di
34 co vobis, quia omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt pec
35 cati. * Seruus autem non manet in domo in æternum: Filius autem ma-
36 net in æternum. * Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.

Si manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis, &c.

CORDA multorum, qui audiebãt Chriſtus commouit, fidem commoti conceperunt. Quia verò credentibus perſeuerantia ſummopere neceſſaria eſt, hanc in primis ab illis flagitat. Nouerat enim hominum inconſtantiam: *Si vos* [inquit] *manſeritis in ſermone meo ſeruando:* ſi in fide, & doctrina mea pſeuerabitis *verè diſcipuli mei eritis*, nam á diſcipulis perſeuerãtia requiritur, abſque perſeuerantia neque corona comparatur: eſt quidem diſcipulus, antequam deficiat: Is etiam, qui á Chriſto deficit. Quamdiu perſeuerat in fide, & vera religione, in Eccleſia diſcipulus eſt Chriſti, poſtquam Eccleſiæ caſtra deſeruit, transfuga eſt hereticus eſt, non diſcipulus. Ait ergo Dominus; *ſi manſeritis in ſermone meo* & fide, *verè diſcipuli eritis mei*, quamdiu in fide manſeritis, quod ſi a fide deficiatis, non erritis diſcipuli. Exiſtimãt

Perſeuerantia requiritur in Chriſti diſcipulis.

B hæretici ſe Chriſti eſſe diſcipulos, ſed vere diſcipuli non ſunt, quia non manent in ſermone eius, & fide, ac doctrina.

Dubium eſt, an hi Iudæi qui crediderunt, fidem cum caritate coniunctam ac formatam conceperint; an fidem abſque forma caritatis? Caietanus informi fide ait crediſſe probat ex illis verbis Ioannis, *Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderant ei, Iudeos.* Non di C cit (inquit Caietanus) *crediderunt in eum*; Quod ſignificat fidem caritate formatam, ſed, *crediderunt ei:* quod eſt actus fidei informis, &c At hæc ratio parui eſt momenti: Nam Ioannes nõ ſolum dixit, *crediderunt ei:* ſed etiam, *crediderunt in eum. Multi* (ait) *crediderunt in eum.* Poſtea aliter locutus, dixit, *crediderunt ei:* idem vtroque loco ſignificãs Theophylactus proterea ſcribit, hos Iudæos vulgariter, & ſuperficialiter D crediſſe. his verbis; Audiens, quod multi crediderint, ſic intellige, quod vulgariter crediderint: & non vt oportebat; ſed ſicut placati; & demulſi, verborum humilitate. Quia nõ fuerunt

An hi Iudei fidẽ habuerint formatam

Caietanus

Theophylact.

runt tot verè fideles,&c. Probat ex verbis illis Domini;*Si manſeritis in ſermone meo*. Significat enim Dominus, (ait Theophylactus) eos ſuperficialiter credidiſſe;& propterea non permanſuros in fide. Probabilis eſt hæc opinio. Probatur ex illis verbis Chriſti; *Veritas liberabit vos*; ſcilicet ex ſeruitute peccati; *ſi manſeritis in ſermone meo*. Ergo nondum à ſeruitute peccati erant liberati, hi qui crediderunt; atque adeo fidem habebãt minimè formatam charitate; ſi non omnes, ſaltẽ aliqui. Reſponderi tamẽ poteſt, verba Chriſti, *liberabit vos veritas*, ſic interpretanda eſſe; liberabit vos à ſeruitute peccati perfectè & omnino, in beatitudine; & in vita hac liberabit vos, ne rurſus in captiuitatem peccati redigamini. Quo circa non probat peccati ſeruos fuiſſe illos credentes poſt fidem. Credibileque eſt Chriſtum nõ ſolùm auxilio ſuo eos ad fidem, ſed etiam ad caritatem promouiſſe, quia *Dei perfecta ſunt opera*, Deuteron. 32.

Car. Bellarminus.

Quæritur deinde, an ſint verè diſcipuli Chriſti eo tempore quo permanent, qui in ſermone eius non ſunt permanſuri? Ait enim Dominus: *Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis, &c.* Cardinal. Bellarminus libro 3. de Eccleſia militante, capite ſeptimo ait, Quoſdam eſſe verè diſcipulos Chriſti veritate eſſentiæ, ſiue formæ; alios veritate finis, ſiue permanentiæ. Illi ſunt verè diſcipuli veritate eſſentiæ, ſiue formæ, qui caritatem habent; illi veritate finis, ſiue permanentiæ, qui cœleſtem beatitudinem conſequuntur. De his putat intelligenda Chriſti verba *Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.* Quaſi dicat; verè diſcipuli mei eritis, veritate finis, ſi manſeritis in ſermone meo, vſque ad finis, ideſt, beatitudinis, conſecutionẽ. Similiter Maldonatus exiſtimat appellari hoc loco verè diſcipulum illum, Qui ita diſcipulus eſt, vt finem diſcipuli conſequatur. Auguſtinus quoque in eadem eſt ſententia, libro de correptione & gratia, capite nono. Tunc (inquit) verè ſunt quod appellãtur; ſi manſerint in eo propter quod ſic appellantur. Si autem perſeuerantiam non ha-

An ſint verè diſcipuli qui non perſeuerant.

Maldonatus.

A bent, non verè appellantur, quod appellantur, & non ſunt. Apud eum enim hoc non ſunt, cui notum eſt quod futuri ſunt, &c. Et de diſcipulis illis loquens, qui Ioan. 6. abijſſe retro dicuntur, ſic ait; Numquid non & iſti diſcipuli appellati ſunt, & tamen nõ erant vere diſcipuli, quia non manſerant in verbo eius, ſecundum id quod ait Dominus Ioan. 8. *Si manſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eritis.*

B Quia ergo non habuerunt perſeuerãtiam, ſicut non verè diſcipuli Chriſti, ita neque verè filij Dei fuerunt, etiã quando eſſe videbantur, &c. Reſpondeo, verè diſcipulum tripliciter dici; dicitur enim vere diſcipulus, id eſt Chriſtianus, qui veram fidem habet: dicitur etiam verè diſcipulus, qui fidem habet & caritatem; præterea dicitur verè diſcipulus, qui in fide, & caritate eſt perſeueraturus, De his lo-

C quitur D. Auguſtinus. Chriſtus autẽ de diſcipulis primo ſecundoque modo loquitur, & tertio. Eius verba, eo ſenſu intelligi poſſunt, quẽ ſuprà propoſuimus. *Si vos manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis*, ſcilicet, quãdiu manſeritis, vellem autem vos vſque in finem permanere. Perſeuerantiam requirit ita, vt ea deſinente, deſinat quoque diſcipulatus. Perſeuerantia enim in fide, & charitate neceſſaria

Diſcipuli Chriſti tripliciter dicuntur.

Perſeuerantia.

D eſt ei, qui dilectus vult eſſe Chriſti diſcipulus ſecundo modo & tertio, perſeuerantia in fide, illi qui diſcipulus eſt primo modo, quamdiu autem perſeuerarit diſcipulus, erit primo & ſecundo modo, & ſi non ſit omnino vſque in finem permanſurus.

Caueamus nos, ne illis ſimiles ſimus, de quibus legitur primę Ioannis ſecundo. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis; Nam ſi fuiſſent ex nobis, per-*

E *manſiſſent vtique nobiſcum, &c.* Neq. etiã illis de quibus Ioan. 6. dicitur. *Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retro, &c.* Abierunt illi retrò, quia Chriſti ſermonem de Euchariſtia durum eſſe arbitrantur, qui tamen omni ſuauitate redundabat. De dulciſſimo enim ſacramento agebatur. *Durus* (inquiunt) *eſt hic ſermo, &c.* Nos vero retrò abimus, quia Chriſtianam, & ſine peccato vitam, duram eſſe putamus;

Ioan. 6.

Virtus dulcis.

Digitized by Google

A mus; quæ tamen fluit lac, & mel is; qui illam amplectuntur. Ex dura petra mel ſugebant Hebræi, iuxta illud Cantici Moſaici; Deut. 32. *Vt ſurgeret mel de petra.* ex dura vita mel ſugunt Chriſtiani. Legendus Auguſtinus lib. de catechiz. rudibus cap. 16. Tu (inquit.) quia veram requiem quę post hanc vitam Chriſtianis promittitur quęris, etiam hic eam inter amariſſimas vitæ huius moleſtias ſuauem B iucundamque guſtabis, ſi eius, qui eam promiſit præcepta dilexeris. Cito enim ſenties dulciores eſſe iuſtitiæ fructus, quam iniquitatis. Et verius, atque iucundius gaudere hominē de bona conſcientia inter moleſtias, quā de mala inter delicias, quia non ſic veniſti coniungi Eccleſiæ Dei, vt ex ea temporalem aliquam vtilitatem requiras, &c.

Et cognoſcetis veritatem.

Diſcipuli Chriſti cœleſtē addiſcunt Theologiam, & veritatem

C Diſcipulus idcirco diſcipulus fit, vt diſcat, & cognoſcat veritatē. Chriſti diſcipuli, veritatem diſcunt, ſummopere neceſſariam, nimirum cęleſtem, ac diuinam Theologiam, in qua hominum ſita eſt ſalus. Ait ergo Chriſtus ijs qui crediderant; *ſi permanſeritis in ſermone & doctrina mea, diſcipuli mei eritis*, & diſcetis à me diuinam D quamdam veritatem; & cęleſtem quādam Theologiam ijs, qui mei diſcipuli non ſunt, ignotam cognoſcetis: Nā ſoli Chriſti diſcipuli; qui vera fide prę diti ſunt, veritatem, veramque Theologiam cognoſcunt, à qua longe aberrant Mahometanorum, Iudæorum; Ethnicorum, Hæreticorumque diſcipuli: hi falſitatem; Chriſti diſcipuli addiſcunt veritatem; horum ſchola falſitatis eſt; Chriſti ſchola ſupremæ E veritatis. Chryſoſtomus veritatem Chriſtum hoc loco appellari putat, ſic enim interpretatur. *Et cognoſcetis veritatem*, hoc eſt, cognoſcetis me. Eodem modo Euthymius, & Theophylactus, interpretantur. Item Auguſtinus veritatem Chriſtum dici ait. Præterea verbum *cognoſcetis* futuram in cęlo cognitionem ſignificare putat, hoc ſenſu diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem in cœleſti regno. *Si* (inquit) *manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis*; vt contemplemini ipſam veritatem ſicuti eſt, non per verba ſonantia, ſed per lucem ſplendentē. Sic ille: prior ſenſus vero ſimilior eſt.

Chryſoſt.

Auguſtin.

Et veritas liberabit vos.

Gręcè, ἐλευθερώσει hoc eſt, *ex ſeruis liberos faciet, ex ſeruitute liberabit*. Eſt liberatio à periculis, & liberatio a ſeruitute; dicitur enim homo liberari a periculo mortis, & liberari à captiuitate. Hoc loco verbum, *liberabit*, in ſecunda ſignificatione ſumitur, liberabit vos a ſeruitute.

Seruitus quadruplex & quadruplex libertas.

Quadruplex autem ſeruitus eſt, nimirum hominis, legis veteris, peccati, & corruptionis. Seruus hominis is eſt qui in captiuitatem redactus homini ſeruit; ſerui legis veteris fuerunt Iudæi; ſeruorum enim ſtatum habuerunt legi Moſis ſeruientes. Ad Galat. 4. *Duo* (inquit) *ſunt teſtamenta, vnum in mōte Sinai*, id eſt vetus *in ſeruitutem generans, &c.* Serui peccati ij ſunt, qui ſeruiunt peccato; iuxta illud; *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*; ſeruus corruptionis is eſt, qui moritur, & corrumpitur. De hac ſeruitute Paulus loquitur ad Rom. 8. *Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis.*

Ad Gal. 4.

Chriſtus à qua ſeruitute nos liberauit.

Quæritur de qua ſeruitute loquatur in hoc loco Dominus, cum ait, *Veritas liberabit vos à ſeruitute?* Reſpondeo loqui de ſeruitute peccati: Probatur ex conſequentibus verbis, cum enim Iudæi reſpondiſſent ſe non eſſe ſeruos hominum; reſpondit Chriſtus eſſe ſeruos peccati. Hæc eſt Chryſoſtomi ſententia, & aliorum. Iudęos (inquit Chryſoſtomus) non hominum ſeruos oſtendere voluit Chriſtus, ſed peccati. Quæ ſeruitus eſt grauiſſima à qua ſolus Deus liberare poteſt. Ideo ad hoc eos adducit, dicitque, *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, vt quam ſeruitutem dicat, intelligāt, ſic ille. Verum eſt Dominum liberaſſe etiam a veteris legis iugo; a ſeruitute verò corruptionis, in die iudicij liberabit, cum ſuos donabit immortalitate; tamē hoc loco de liberatione

Chryſoſto.

Seruitus peccati grauiſſima.

Digitized by Google

Iacob. 1.

Lex Euangelica perfecta eſt: & lex libertatis à peccato.

ex peccato loquitur. Appellatur lex Euangelica Iacobi 1. *Lex libertatis*, ob hanc præcipuè liberatio ab omnib. calamitatibus, à morte, & corruptione. Nam qui a peccati pœna, & culpa omnino liberatus fuerit, is a ſeruitute corruptionis omnino liberabitur, eſt etiam lex libertatis, quoniam à peccati ſeruitute liberat, iugumq; Dæmonis excutit: dicit prætereà eodem loco, *lex perfecta*. Non enim legendum eſt, *perfecta libertatis*; ſed hoc pacto. *Qui autem perſpexerit in legem perfectã libertatis*: vt ex Græca lectione conſtat, & editione Romana emendata. Duplex enim laus Euangelicæ legis his verbis continetur, eſt perfecta lex noua, antiqua erat imperfecta, iuxta illud Pauli ad Hebræos. 7. *Nihil ad perfectum adduxit lex, &c* Antiqua, vi ſua neminem à peccato liberabat, noua à peccati ſeruitute liberat. Quo circa Dominus ait, *Veritas liberabit vos*. Veritas, inquam, Euangelicæ legis. Aduerte tamen, hominem Chriſtianum, non ita à peccatis liberari, vt omnia venialia poſſit effugere omnino. Dicuntur liberales artes, quæ veritatem inquirunt, quia libero homine dignæ ſunt, vt ait Seneca philoſophus epiſt. 88. Veritas Chriſti, & Chriſtiana Sapientia liberalis dici poteſt, quia & liberò hominem liberat. *Veritas* (inquit) *liberabit vos*. Qui volet vere liber eſſe Chriſti, ſtudeat Veritati, hoc liberale ſtudium eſt, multò præſtantiùs omnium liberalium artium ſtudio. Seneca epiſt. iudicata: liberalia (inquit) ſtudia dicta, quia homine libero digna ſunt. Vnum ſtudium verè liberale eſt, quod liberum facit, hoc ſapientiæ ſtudium eſt, &c. Adde Chriſtianę, quia Philoſophorum ſapientia liberum hominem nequit facere.

Ad Heb. 7.

An credentes, Chriſto ſic reſponderint?

Semen Abrahæ ſumus, nemini ſeruiuimus vnquam.

IVdæi verba Chriſti de ſeruitute hominum interpretãtur. Veritas à ſeruitute vos eripiet, ait Dominus, reſpondent illi; *Nos ſemen*, id eſt, filij, *ſumus Abrahæ*, Patris liberi, & ſanctiſſimi. *Nulli homini vnquã ſeruiuimus*. Quo [A] modo ergo, tu dicis, *liberi eritis veritas liberabit vos*?

Quæſtio hoc loco exiſtit, An hi Iudæi, qui ſic reſponderunt ſint illi ipſi, qui crediderunt? Origenes, Theophylactus, & Chryſoſtomus eoſdem fuiſſe putant. Statim (inquit Chryſoſtomus) defecerunt: crediderunt quidem, non autem permanſerunt, &c. Et Rupertus: Quo modo (ait) crediderunt, qui cum Chriſto, cui crediderunt, [B] altercantes, tandem ad lapides cucurrerunt? &c. Probatur ſententia: Quoniam, vt Rupertus ait, reſponſio tunc propriè dicitur, cùm illi reſpondent, ad quos vel de quibus ſermo eſt. Probabilius Auguſtinus cenſet tract. 41. non reſpondiſſe credentes, ſed alios non credentes. Iudæi (inquit) reſponderunt ei, non illi, qui iam crediderant, ſed illi, qui in turba erant non credentes, &c. Confirma- [C] tur opinio; quoniam vt ex ſequentibus conſtat, hi qui reſponderunt, Chriſtum quærebant occidere, id quod de credentibus credere æquum non eſt. Argumento Ruperti reſpondetur. Aliquando etiam reſpondere, non ad illos ad quos ſermo eſt, ſed alios referri. Exiſtimat quoque Rupertus callidè & inſidioſè hæc a Iudæis dicta, vt aliquid à Chriſto elicerent, quod accuſare poſſent. Inſidioſa [D] malignitate (ait Rupertus,) hoc obijcerunt, intẽti elicere verbum, de quo illum apud humanum poſſent accuſare imperium, ſicut quando tentantes dixerunt; *licet cenſum dare Cæſari? &c.* Matthæ. 22. Nam potuiſſet Chriſtus reſpondere; falſum eſt quod dicitis; *nemini ſeruiuimus vnquàm*; Nunc enim Romanis ſeruitis, à qua ſeruitute veritas vos liberabit. Hoc verò [E] ſi dixiſſet, accuſaſſent.

Rupertus. Auguſt.

D. Auguſt. An Iudæi ſeruierint

Ambigitur num verum ſit, Iudæos nemini vmquam ſeruiſſe? D Auguſti ait, dixiſſe mendacium. De ſua (inquit) libertate Iudæi mentiri ſunt, dicentes *Nemini ſeruiuimus vmquàm, &c.* Probat Auguſtinus mendacium: quoniam Ioſeph venundatus eſt, prophetæ in captiuitatem ducti ſunt, ipſi Iſraëlitæ Aegyptijs ſeruierunt, iuxta illud Exod. 13 *Eduxit nos Dominus de terra Aegypti de domo ſeruitutis*. Theophylact.

A phylact.quoq; manifeſtè(inquit) mẽtiti ſunt dicentes; *Nulli ſeruiuimus*: ſeruiuerunt enim quoties in captiuitatẽ ducti ſunt, Aegyptijs, Babylonijs & alijs multis, &c. Reſpondetur, hos Iudæos verum dicere potuiſſe; nimirũ, ſi de ſe ipſis, non autem de maiorib. ſuis loquebantur. Nam hi ipſi nemini vmquam ſeruierant, ſi mancipia ſeruire ſolent: verè igitur dicere potuerunt; nos & patris liberi Abrahæ

Iudæi quomodo non ſeruiuerit.

B filij ſumus, & nulli homini tanquam mancipia ſeruiuimus. Quod ſi objicias; Romanis ſeruiebant; illorum enim parebant imperio; reſpondebitur, non ſeruiſſe Romanis, vt mancipia dominis ſeruire ſolent, ſed libertatem retinuiſſe: hæc eſt Caietani ſententia. Dicebãt(inquit) iſti perſonas ſuas eſſe liberas, item; Non vt ſerui, ſed vt liberi ſub Cæſare gubernabantur per præſidem, &c. Sic etiam opinatur. Toletus.

Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.

DE ſeruitute hominis verba illa Chriſti; *veritas vos liberabit*: interpretati ſunt Iudæi, ſed malè neque enim ex hac ſeruitute Chriſtus nũc liberat: vnde illud ad Epheſ 6 *Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, &c.* & illud 1. Cor. 7. *Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus ſit, in ea permaneat. Seruus vocatus es? nõ ſit tibi cura, ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere, ſed. Qui enim vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini, &c.* hoc eſt, ſi in ſtatu ſeruitutis à Deo ad fidem vocatus es, non ſit cura excutiendæ ſeruitutis, & ſtatus mutandi. Nam quamuis ſis ſeruus hominis, es libertus Dei; libertus ille dicitur, qui ex ſeruo factus eſt liber. Ait igitur Paulus, probos Chriſtianos eſſe quidem ſeruos hominum, ſed libertos Dei; quoniam à Chriſto liberati ſunt à ſeruitute peccati, & dæmonis. Quẽadmodum libertus Cæſaris, appellatur ſeruus, qui à Cæſare eſt manumiſſus, & libertate donatus; ſic libertus Chriſti, vocatur ſeruus peccati, qui à Chriſto eſt in libertatem aſſertus, de qua libertate ſupra ait; *Veritas liberabit vos.*

Chriſtus modò nõ liberat homines ex ſeruitute hominũ ſed peccati.

Epheſ 6

1. Cor. 7.

Chriſtianus omnis libertus eſt Chriſti.

Illa verò verba, Pauli; *Sed & ſi potes fieri liber, magis vtere*; Significant non ſolum non ſeruitutem in quo animo, ſed etiam libertatem anteponendam propter Chriſtum, hoc ſenſu *Sed, & ſi potes fieri liber*: hoc eſt, etiam ſi potes libertatem conſequi, *magis vtere*: ſcilicet ipſa ſeruitute, ad Domini gloriam, humilitatis cauſa. Theodoretus 1. Serm 7. Sic exponit, gratia(inquit) non nouit differentiam ſeruitu-
B tis, & dominij. Ne fugias ergo ſeruitutem, tamquam fide indignã. Quod ſi fieri poſſit, vt libertatem aſſequaris, perge ſeruire, & expecta remunerationem, &c. Eodem modo interpretantur Chryſoſtom. Theophlact. D. Thomas, & alij. Eſt & alia interpretatio, huiuſmodi: *Sed & ſi potes fieri liber*; Si potes à ſeruitute liberari, *magis vtere*: hac ſcilicet potentia, & commoditate, & ſeruitutem excute. Sed non
C rectè cum conſequentibus cohæret. Fuit hac interpretatio aliquorum antiquorum, non probat Chryſoſtomus illum lege. D. Hieronymus librò primo aduerſus Iouinianum, capite ſexto multo aliter hæc exponit, in hanc ſententiam: *Seruus vocatus es?* id eſt, vocatus es ad finem in ſeruitute coniugij, & ſeruus vxoris; *quia vir ſui corporis poteſtatem non habet, quemadmodum nec vxor: non ſit tibi cura*, id eſt, noli propter
D hoc triſtitia affici. Sed etiam ſi poteris cauſas aliquas inuenire diſſidij, *magis vtere* ſeruitute coniugij, &c. Sed prior ſenſus eſt verior.

Serui turpe Chriſtum anteponẽda libertati.

Theodoretus.

Locus Paul explicatur 1. Cor. 7.

Hieronymus.

Obſtare videntur dictis verba Pauli eodem capite. *Nolite*(inquit) *fieri ſerui hominum*: ergo ſeruitus pellenda eſt non retinenda, reſpondendum eſt, Paulum non eſſe ſibi contrariũ. Nos autem vult non eſſe ſeruos hominũ, id eſt, in peccatis nemini obſequi.
E Chriſtianum hominem (ait Theophylactus) inſtituit Paulus, vt nihil ad humanam gratiam factitet, neque illorum iuſſã, qui praua iniunxerint, exequatur, &c. Chryſoſtomus rogat quomodo ſeruus, cum ſit ſeruus, non eſt ſeruus? reſpondet, qñ propter Deum omnia fecerit, quando non ſimularit, nec fuerit hypocrita, nec aliquid agat, vt ſeruiat oculis hominum: hoc eſt, hominibus ſeruientem eſſe liberum:

1. Cor. 7.

Quonãmodo Chriſtianus non ſit ſeruus hominum.

Theophilac.

Chryſoſto.

Digitized by Google

rum: ſic ille. Aliter, ait Paulus nos nō eſſe ſeruos hominum; ſed Chriſto in hominibus ſeruire: iuxta illud ad Epheſ 6. *Serui obedite dominis cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei, ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & hominibus.* Sic Paulus docet ſeruos eſſe Domini, & non hominum: ſed eò vnde digreſſi ſumus reuertamur. Itaque non liberat nunc Chriſtianos ſeruos Chriſtus à ſeruitute hominum, liberi erūt ab hac ſeruitute in cœleſti regno, de hac loquuti ſunt Iudæi. *Nos* (aiunt) *liberi ſumus, nulli hominum ſeruiuimus vnquā.* Chriſtus verò ſeruos eſſe peccati indicat dicens; *Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Quamuis Abrahę filij ſitis, ſerui peccati eſtis: omnis enim homo cuiuſcumq; ille filius ſit, & ſi ſanctiſſimi viri, ſi peccatum facit, ſeruus eſt peccati.

Epheſ. 6. Serui Domini ſeruiant ſicut Chriſto.

Ambigitur, quomodo dicatur homo peccati ſeruus. Nam peccati actus mox tranſit. Cuius ergo domini permanet ſeruus homo prætereunte furto, periurio, homicidio? Ianſenius putat peccatum appellari hoc loco concupiſcentiam: ſic enim à Paulo appellatur ad Rom. 7. *Quod* (inquit) *habitat in me peccatum, &c.* id eſt, concupiſcentia. Dicitur autem concupiſcentia peccatum, quia à peccato orta eſt, & ad peccatum incitat: eſt ſenſus Ianſenij. *Qui facit peccatum*: hoc eſt, qui aliquo peccati actu ſe inquinat; *ſeruus eſt peccati*: videlicet concupiſcentiæ, cui obedit, & a qua ſuperatur. Concupiſcen tia autem; id eſt, appetitus concupiſcibilis nō tranſit cum peccati actu: ſed permanens Dominus eſt.

Concupiſcentia cur dicatur peccatum.

Veriſimilius videtur Chriſtum de peccato ita loqui, vt vulgus loquitur. Dicitur autem homo peccati ſeruus, quoniam peccato eſt obſtrictus, ſubiectus, & captiuus, quia illi obediuit, & quia ab illo ſuperatus eſt, iuxta illud Pauli ad Roma. 6 *Neſcitis quoniam, cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? &c.* Et illud 2. Petr. 2. *à quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt, &c.* Quamuis autem peccati

Quomodo dicatur homo ſeruus peccati. Ad Ro. 6. 2. Pet. 2.

A actus tranſeat, tamen macula velut ſtigma ſerui permanet: propter quā dicitur homo ſeruus peccati, & permanere in peccato mortifero, quamdiu illa permanet. Captiuus enim eſt, neque à peccato ſuis ſe viribus liberare poteſt. Dicitur etiam homo peccati ſeruus: quia peccatis ſeruit, quēadmodum dicitur à Paulo ſeruus iuſtitiæ, qui ſeruit iuſtitiæ, id eſt, virtutibus ad Rom 6. *liberati* (inquit,) *à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ, &c.* & ab Auguſtino ſeruus dicitur caritatis, qui

B ſeruit caritati tract. 41.

Nobiliſſima ſeruitus eſt iuſtitię, & caritatis: nempè ea vera eſt libertas. Turpiſſima vero ſeruitus eſt paccati. Quemadmodum enim nihil eſt peccato fœdius: ita nihil fœdius ſeruitute peccati. Turpem eſſe exiſtimāt homines, & abiectam mancipiorum ſeruitutem: ſed multò turpior, & abiectior

De ſeruitute turpiſſima peccati.

C eſt ſeruitus impiorum. Illa corporis eſt: hæc animi nobiliſſimi: illa ſtigma inurit ori, hæc menti: illa corpus obſtringit vinculis; hæc Spiritum grauiſſimis onerat compedibus. Vnde illud Prouerb. 5. *Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur, &c.* Illa morte definitur; hæc in æternitatem permanet: illa homini hominem ſubijcit: hæc peccato, & Cacodæmoni: illa verberibus addicit

D hæc perpetuo igni mancipat. O horrendam ſeruitutem: totiſque viribus fugiendam. O inſanos homines, qui ſua ſponte in turpiſſimam, horrendāque hanc ſeruitutem ſe conijciunt. Seruire hominibus multi loquuntur: nemo niſi coactus ſeruit homini, ſeruire peccatis nemo cogit, nemo niſi voluntarius ſeruit peccato. Attamen plurimi inueniuntur, qui voluntarij hāc ſubeant ſeruitutem, quiq; ab ea

E & ſi poſſint, non diſcedant. Nimirum talpæ ſunt, qualis ea ſit minime videt. Clamat Apoſtolus ad Rom. 6. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius, &c.* Sed a ſurdis hominibus non auditur, peccatū in ſuo corpore, & animo regnare patiuntur: merita ſoluet ſtipendia Rex, quem eligunt, videlicet tormēta ſempiterna. Vt enim ait idem Apoſtolus ad Rom. eodem cap. 6. *ſtipendia peccati mors:*

Rom. 6.

Rom. 6.

Digitized by Google

morti; videlicet tàm temporaria, quã A in cruciatibus tartareis perpetua.

Rex eſt impiorum, & ſæuiſſimus Tyrannus peccatum, & concupiſcentia effrænata. Hanc iii corpore ſuo regnare patiuntur, quia concupiſcentijs corporis, & vitijs obtemperant.

Non regnet in nobis cõcup. ſcẽtia.

Olim Ieremias ſuam deplorabat Ieruſalem, quod Babylonico tributo eſſet obnoxia; Threnor. primo, *Princeps;* (inquit) *prouinciarum facta eſt ſub tributo*, deploranda multo magis eſt homi- B num anima, quæ corporatarum principes creaturarum, ſub tributo facta eſt grauiſſimo, ſub tributo, [inquam] vitiorum. Nam vt ait Hieronymus threnorum primo, *tot ſeruit ſceptris dedita, quot vitis.* Sceptrum habet ſuperbia in anima impij, ſceptrum quoque habet auaritia, libido, reliquaque vitia Tot tyrannis ſeruit, quot vitijs obtemperat: Sceptrum impius rationi eripit, tradit concupiſcentiæ: perinde C ac ſi quis reginæ optimæ coronam detraheret, & meretricis petulãtiſſimæ capiti imponeret. Eſt enim regina ratio; inſtar meretricis concupiſcentia improba. Lege Chryſoſtomum hom. 11. ad Rom. Abſurdum [inquit] plane eſt, atque indecens, ad cœlorum regnum vocatos pro regina peccatum habere, vocatos, vt cùm Chriſto regnent, peccati captiuos eſſe malle. Perinde ac ſi quis diademate a capite D abiecto, mulieris intemperijs actæ, mendicæ ac pannoſæ ſeruitutem ſeruire velit &c.

Thren. 1.

Tot tyrannis ſeruit anima, quot vitia.

Chryſoſt.

Obtemperemus quæſo Paulo, non regnet peccatum in nobis. Non regnabit ſi corporis prauis deſiderijs non obedierimus. Tyrannus hic niſi illum armis inſtruxerimus, imbecillis eſt, noſtris nos armis vulnerat, & occidit. Hinc illud eiuſdem Apoſtoli eodem capite ſexto ad Rom. *Neque* E *exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viuentes; & membra veſtra arma iuſtitia Deo, &c.* Inſanus eſt, qui arma hoſti ſuppeditat, quibus occidatur. Hæc eſt impij hominis inſania; membra ſua; oculos, aures, manus, pedes, linguam; præterea animi facultates, intellectum, memoriam, voluntatem

Rom. 6.

Impius arma dæmoni ſuppeditat.

A affectus, denique arma dæmoni ſuppeditat, proprioque gladio, vt gigas ille Goliath interficitur. Audi Auguſtinum tractat. 41. in Ioannem; Tolle [inquit] peccato regnum, non habeat arma, vnde contra te pugnet: diſcet etiam non ſurgere, cùm arma cœperit non inuenire, &c. Item; Noli dare concupiſcentijs tuis vires: ſequendo eas vires eis addis: dando eis vires quomodo vincis, quando con- B tra te, inimicos nutris viribus tuis? &c.

1. Reg. 17.

Concupiſcẽtia.

Auguſtin.

Qui ſeruit homini coactam ſeruitutem, libertatem non valet conſequi At qui ſeruit peccato, ſeruitutem voluntariam, ſi velit, facilè illam poteſt excutere, illi liberator, & redemptor deeſt, huic non deeſt, tantoque vituperatione eſt dignior, ſi in libertatem ſe non aſſerit, quantò facilior eſt libertatis conſequutio, etenim para- C tum habet liberatorem, & redemptorem Chriſtum, ipſe in libertatem nos vendicabit, ſi liberi eſſe velimus. *Si vos filius liberauerit* [ait Ioan. 8.] *verè liberi eritis.* Item, *Veritas liberabit vos.*

Peccati ſeruitus eſt voluntaria per voluntariã pœnitentiã pellitur.

Olim qui manu mittebantur ſerui, pileo donabantur, vnde vocare ad pileum, eſt vocare ad libertatem. At Chriſtus quos ex ſeruis facit liberos, non ad pauperem vocat pileum; ſed ad regnum opulentiſſimum, non pi- D leo donat ſuos libertos, ſed corona fulgentibus gemmis diſtincta, in cæleſti patria ornat ſi modò in accepta perſiſtant libertate, iuxta illud, *Si manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.* Quemadmodum enim ex Academicis diſcipulis, ij ſolùm doctoratus lauream conſequuntur, qui Theologię curriculum perſeueranter emetiuntur, ita ex diſcipulis Chriſti ij ſolùm glorię diadema adipiſcuntur, qui E virtutis curſum conſtanter conficiũt, & conſummant, iuxta illud Pauli 2. ad Timoth. 4. *Curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt corona iuſtitia. &c.*

Vocare ad pileũ quid ſit.

Chriſtus nõ ad pileum ſeruos, ſed ad coronã vocat.

Perſeuerãtia.

2. Timoth. 4.

Denique in diuina hac libertate permaneamus, proque illa tuenda totis virib. depugnemus. Centuriones (ait Philo) in libro cui titulus eſt, *quod improbus ſit liber*, tribuni, & imperatores,

Pro libertate à peccato fortiter pugnandū.

nullam cohortationem habent efficaciorem in prælijs, quàm, eſtote viri, libertas agitur, qua nihil hominibus optabilius, vt quæ ſit fons fælicitatū cunctarū, &c. Si pro corporis libertate tanto ardore pugnatur, pro libertate animi, quonā ardore pugnandum eſt? Eſte ergo viri, libertas agitur, nō ſolùm corporis, ſed etiam animi, non paucorum dierum, ſed æternitatis.

Libertate nihil optabilius.

Val. Max.

Quanta alacritate libertas excipiatur, illud iudicat Val. Maxim lib. 4. cap. 8. Philippo (inquit) Macedoniæ Rege ſuperato, cùm ad inſigne ſpectaculum tota Grecia conueniſſet, Q. Flaminius tubę ſigno ſilentio facto per præconē hæc verba recitari iuſſit: Senatus, Populuſq; Romanus, & Q. Flaminius Imperator, omnes Gręcię vrbes, q̄ ſub ditione Philippi Regis fuerunt, liberas, atque immunes eſſe iubet: quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines percuſſi, primò veluti non audiſſe ſe, quæ audiuerant credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronunciatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleuerunt; vt certè conſtet, aues quæ ſuperuolabāt, attonitas, pauentesque decidiſſe. Si tanta alacritate à populo Romano data Gręcię vrbibus libertas excipitur; quanto gaudio, animique exultatione excipienda eſt cœleſtis, æternaque libertas, toti mundo à Chriſto oblata? Quid non agendum vt illa perfruamur?

Aues è cœlo clamore deiectæ.

Seruus autem non manet in domo in æternum.

OMiſſis alijs explicationibus, quę nō placent, ſic videtur locus explicandus. Dixerat Dominus, *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*: addit ſerui huius pœnam grauiſſimam, quā Theologi pœnam appellant damni. Multū nos terruit Dominus (ait Auguſtinus) dicendo; *Seruus non manet in domo in æternum*, terruit, ne peccatum amaremus, &c. Pœna autem eſt, ex domo id eſt, ex Eccleſia cæleſti expulſio, eſt ſenſus: *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati* ſeruus autem peccati, manet quidem in domo Dei, id eſt, Eccleſia (ſi Chriſtianus eſt) dū viuit; at nō manet in ęternū in Eccleſia, q̄m cùm animā efflat, in Barathrum pręcipitatur, pelliturq; à cæleſti domo. Geneſ. 21. è domo Abrahæ eijcitur ancilla Agar, cū filio: *eijce* (inquit) *ancillam, & filium eius*. Iſaac promiſſionis filius manet in domo, & hæres eſt. Eundē in modū, ſeruus peccati pellitur è domo Dei, filij promiſſionis manent in æternū hæredes cæleſtis regni. Minatur præterea, & prædicit Dn̄s, quod euenit, videlicet, Iudæos eijciēdos ex Eccleſia, Dei domo, quòd cū ſerui peccati ſint, liberatorē nolint agnoſcere, & recipere. *Seruus peccati* (ait) *non manet in domo in æternum*; ita vos nō manebitis in domo Dei, i. Eccleſia in ęternū, nō eritis Dei populus, & Eccleſia. Exiſtimabant autem Iudæi, ſe numquā pellendos, ſed in æternū in domo Dei manſuros, futuroſq; perpetuò populum Dei. Alio ſenſu, is dr̄ manere in domo in ęternū, qui hęres eſt domus; qui domū à ſe, poſteriſque ſuis ſemper poſſidendā accipit, & in ea per ſe, & poſteros in æternū manet, *ſeruus non manet in domo in æternum*, i. nō eſt hæres. Filius aūt manet in domo in ęternū, i. hæres eſt. Significat Dn̄s ſeruū peccati neq; eſſe hæredē neq; poſſe ſeruos liberare; ſe aūt Dei filiū eſſe hæredē domus Dei, poſſeq; ſeruos peccato liberare. quaſi dicat: ſeruus non eſt hæres domus, & Dominus, ideoque non poteſt ſeruos manumittere, & libertate donare. Filius qui hæres eſt, hoc facere poteſt. Omnes homines ſerui ſunt peccati, ſaltem Originarij, non ſunt hæredes, non poſſunt ſeruos liberare. Ego filius & hæres id præſto. Ad me hoc ſpectat.

D. Auguſt.

Pœna ſerui peccati, is domo pellitur.

Gen. 21.

Filius autem manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis.

DE ſe loquitur Chriſtus, ſe liberatorem captiuorum, & ſeruorum redemptorem eſſe aſſerit. *Seruus* (inquit) *peccati, non manet in domo Dei in æternum*, at filius Dei in æternū manet in domo Dei, tanquam hæres vniuerſorum & Dominus, poteſtque quos volue-

Chriſtus ſe Deum eſſe oſtendit.
Chriſtus à peccato redemptor.

A voluerit ſeruos libertate donare: Si ergo ille vos libertate donauerit, & ex peccato eripuit, verè liberi non eritis, quamdiu verò peccato ſeruitis, liberi nō eſtis, q̃uis Abrahæ ſitis filij. Oſtendit Dominus ſe Deū eſſe. Solius Dei eſt à peccati ſeruitute hominem liberare. At dominus ait, *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis*; ſcilicet a peccati ſeruitute, ergo filius Deus eſt, à peccati captiuitate hominem liberans, per legem Euangelicam: ideo ſupra dixit *veritas liberabit vos*, & nunc, *Si vos filius* B *liberauerit*: liberat enim filius, per veritatem cognitam, & factam. Indicat etiam Dominus Iudæos ex Eccleſia pellendos, ſe verò in æternum in eadem tamquam filium Dei, & dominum permanſurum, quaſi dicat; ſeruus peccati non manet in domo Dei in æternum, ſic vos non manebitis, quia ſerui eſtis peccati: ego autem qui filius Dei ſum in æternum manebo in Eccleſia, quam mihi ex alijs po C pulis congregabo.

Chriſtus vera libertas à peccato liberari.

Verè liberi eritis, ait Dominus quoniam vera libertas hæc eſt, à peccato liberum eſſe; liberum quidem à peccato, ſed ſeruum Chriſti, ſeruum iuſtitiæ, & mandatorum, & legis Dei, ſeruumq́; caritatis. Auguſt. tract. 41. Eris (inquit) liber, ſi fueris ſeruus: liber peccati, ſeruus iuſtitiæ, &c. Itē: Chriſtus liberando ſeruos nos facit, ſerui eramus cupiditatis; liberati, ſerui effi A cimur caritatis, &c. Paulus ad Rom. 6. *liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, &c.* itē: *liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ, &c.* Mutatur ſeruitus peccati horrenda, in ſeruitutem Dei, caritatis, & iuſtitiæ iucundiſſimam. Quæ. n. res iucundior eſſe poteſt ſeruitute amoris, iuſtitiæ, & Dei, cui ſeruire regnare eſt? mutatur ſeruitus turpiſſima in ſeruitutem nobiliſſimam; mutatur ſeruitus Cacodæmonum, in ſeruitutem Seraphinorum. Etenim Ca- B codęmones peccati ſunt ſerui, Seraphini verò ſerui Dei. Deniq; mutatē ſeruitus, cuius ſtipendium mors eſt æterna; in ſeruitutem, cuius merces eſt, æterna vita: iuxta illud Pauli ad Rom. 6. *Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna, &c.* Aduertit autē Auguſt. tract. 41. hanc à peccato libertatem, in hoc ſæculo perfectam omnino non eſſe. Etenim quamuis mortifera crimina omnia effugere Deo iuuā- C te poſſimus, dum viuimus; venialia tamen peccata omnia ita effugere nequimus, vt ſine vllo huiuſmodi peccato vitam traducamus. Auguſtinus ex D parte (inquit) libertas eſt, & ex parte ſeruitus; nondum tota, nondum pura, nondū plena libertas; quia nondū plena æternitas, &c. Cū æternitas venerit, cœleſtiſque gloria, tunc veniet plena libertas à peccato omni, ab omni morbo, dolore, mæſtitia, morteq́ꝫ, & corruptione.

Rom.
Seruitus caritatis, & Dei vera libertas.
Rom. 6.
Peccata venialia.
D Auguſt.

CAPVT XVIII.

De dictis Chriſti.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 37.

SCIO quia filij Abrahæ eſtis; ſed quæritis me interficere, quia
ſermo meus non capit in vobis. * Ego quod vidi apud Pa- 38
trem meum loquor; & vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrū,
facitis. * Reſponderunt, & dixerunt ei, Pater noſter Abra- 39
ham eſt. Dicit eis IESVS, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ
facite. * Nunc autem quæritis me interficere hominem, 40
qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo, hoc 41
Abraham non fecit. * Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei;

42 Nos ex fornicatione non ſumus nati, vnum patrem habemus Deum. * Di-
43 xit ergo eis IESVS, ſi Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me, ego enim
44 ex Deo proceſſi, & veni. * Neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit. *
Quare loquelam meam non cognoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermo-
nem meum.

Scio, quia filii Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis.

DIxerant Iudæi; *Semen Abrahæ ſumus, nemini ſeruiuimus vnquam, quomodo tu dicis, liberi eritis?* Propterea de ſeruitute peccati hactenus egit Dominus. Nunc peccati ſeruos eos eſſe, & diaboli potiùs, quàm Abrahæ filios B oſtendit. *Scio*, ait, *quia ſemen, ſiue filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere;* quod filios Abrahæ maximè dedecet: eſtis filij Abrahæ, ſed ſerui etiam eſtis peccati; quoniam vita me priuare cupitis, non ob aliquod crimen meũ, ſed *quia ſermo meus non capit in vobis.* Sic Luſitani loquimur (*nao cabe en vos*) *non habet in vobis locum*. Occidere me vultis, quia verba mea non beneuolo animo, & ad diſcendum parato, ſed C inuido, & maleuolo auditis. Maleuolentia, & inuidia animum veſtrũ occupat, adeò vt locum ſermo meus in illo nõ reperiat Græcè. *ὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.* verbum autem, *χωρέω.* ſignificat, *ſum capax*, vt locus *capio, comprehendo. χώρα*, nomine vtuntur Græci vt Latini nomine, *loci.* Matth. 19. *ὐ πάντες χωρῦσι τὸν λόγον τῦτον*, i. *non omnes capiunt verbum iſtud.* & 2. Corinth. 1. *χωρήσατε ὑμᾶς*, i. *capite nos, dilatetur cor veſtrum,* D fiat in eo locus, qui me capiat, quia ſuprà dixit Paulus (ait Chryſoſtomus) *anguſtiamini in viſceribus veſtris*, apertius declarat, dicens, *capite nos.* Itẽ Matth. 19. *ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω* ideſt, *qui poteſt capere, capiat.*

Chriſti ſermo ſublimis.

Chryſoſt. D. Chryſoſtomus ſignificari vult verborum Chriſti ſublimitatem, hoc dicendi modo: Non dixit (inquit) non capitis ſermonem, ſed *ſermo meus non capit in vobis*: ad doctrinæ magnitudi- E nem ſignificandam, &c. Theophylactus quoque ſic exponit: Sermo meus

Theophyl.

A ſublimior eſt veſtra cogitatione, & à vobis capi non poteſt. Sed quamuis ſublimior eſſet doctrina ſi Iudæi beneuolum præbuiſſent animum, & Chriſtum rogaſſent, doctrinæ altitudinem percepiſſent, odium, & inuidia menti offudit tenebras. Non propter aliud inſanitis contra me (ait Theoph.) quàm propter ſermonem meum, qui ſublimior eſt veſtra cogitatione, & a vobis capi nequit. Quamuis non propter hoc oportebat occidere, ſed magis orare, vt doceam dogmatum ſublimitatem, & colere, & obſeruare, &c.

Oportet locum in corde dare diuino ſermoni, & concionibus; alioqui, is qui verbum Dei non capit, a verbo non capitur. Nam Dei verbum hamo eſt ſimile. Piſcis vt capiatur, capit: vt capiatur à piſcatore, capit hamum. Eundem in modum homo, vt capiatur, capiat neceſſe eſt, vt capiatur à Deo, capiat verbum Dei. Auguſtinus tractat. 42. in Ioannem. Sermo (inquit) Dei ſic eſſe debet fidelibus tam quam piſcis hamus. tunc capit, quando capitur. idem verba Domini ſic explicat: Si ſermo meus caperetur, caperet: ſi caperemini, intra retia fidei, tamquam piſces concluderemini: tũc capit, quando capitur. Nec fit iniuria illis, qui capiuntur. hæc ille, &c. Neq; verò ſatis eſt ſi ſermonem Dei auribus ſolum capiamus, in cor & intima viſcera traijciendus eſt: tunc capiet quando in viſcera penetrabit. Quemadmodum piſcis in viſcera trahit hamum, perque hamum ex pelago in littus trahitur: ſic bonus verbi auditor in viſcera trahit verbum, & per verbum ex turbulento peccati profundo, ad placidum ducitur littus gratiæ. *Sermo meus* (ait Dominus) *nõ capit in vobis*; idem dici auditoribus multis poteſt, qui cõciones ita audiunt, ac ſi non audirent. *Sermo Dei non capit in vobis.*

Hamo verbum Dei ſimile eſt.

Auditores cõcionum, capiant verbum.

vobis; hoc eſt, non habet in uobis locum; quoniam pleni eſtis curis, & caducarum rerum cupiditatib. & quẽmadmodum enim in vaſe pleno locũ non habet, idq́ infunditur, ſic in corde ſollicitudinib. & inanib. deſiderijs pleno, locũ nõ habet ſermo Dei Luc. 8. de verbi Dei ſemine loquẽs Dominus ait; *cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerut illud, &c.* Spinę quę verbum ſuffocãt ſollicitudin es ſunt & cupiditates, hę verbo locum nõ dãt quia cordis agrum accupant.

Ego quod vidi apud Patrem meum loquor, & vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.

Non dabant Iudæi locum, beneuolo in corde, ſermoni Chriſti; qualis hic ſermo ſit indicat, qualiaq; Iudæorum ſacta, quib. ſermoni reſpõdent. Verba ſua diuina eſſe affirmat, Iudæorum verò facta diabolica, factis enim diabolicis; ſermoni diuino reſpondebant. *Ego* (inquit) *quod apud Patrem meum vidi*, in diuina eſſentia, & quod ab illo accepi, hoc *loquor*, ſermo meus, qui non capit in vobis diuinus eſt, à Patre acceptus, dignus qui beneuolentiſſimo animo à vobis accipiatur, locumq. in corde veſtro amplifſimum, vt vos capiat, inueniat. Facta verò veſtra diabolica ſunt. Etenim quemadmodum ego, quæ apud Patrẽ meum vidi, hęc loquor, ſic vos q́ apud Patrem veſtrum; ſcilicet diabolũ, vidiſtis, illa facitis, meq; vultis priuare vita, & à Patre diabolo didiciſtis, opera diabolica facere. Numquid Iudæi diabolum viderant, vel cum diabolo verſabantur, & apud eum illa viderant, quæ faciebant? Minimè videbant, ſed modus eſt loquendi, quo ſignificatur Iudæos diaboli eſſe imitatores, perinde ac ſi illum viderent, & cum eo verſarentur. Vel quia Iudęi ſciebant dæmonem impium eſſe, & hominum de lectari interitu ideo ſcelera apud ipsũ vidiſſe ait hoc ſenſu. Vos facitis opera impia, quæ ab impio patre veſtro diabolo fieri ſolere ſcitis. Vel *vidiſtis* ſignificat, *didiciſtis*; à diabolo n. velut magiſtro, didicerãt. Poſſunt hęc verba filijs

Chriſti ſermo diuinus eſt.

Iudæi quomodo à diaboli ſua facta didicerant.

Exẽpla parentum.

A accommodari; Vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum facitis, etenim à patrib. diſcunt filij, quæ à parentib. fieri vident, ea faciunt, veluti exemplaria parentes inſpiciunt. Caueant igitur parentes, ne filij apud ipſos vitiorum videant exempla.

Pater Noſter Abraham eſt.

Locutus eſt Dominus de patre Iudæorum, *Vos* (inquit) *quæ vidiſtis apud Patrem veſtrum facietis*: reſpondent Iudæi illi, ſe Patrem habere Abrahamum.
B Quòd ſi ea faciunt, quę apud patrem ideſt, Abrahamum vident, rectè facere. *Pater* (inquiunt) *noſter Abraham eſt*, ſi ea facimus quę apud illum videmus profectò ſanctè operamur. Fuit enim Abrahamus pater noſte-, vir ſanctiſſimus, quod nemo inficiabitur. Vel intellexerunt Chriſtum de alio patre loqui cum dixit. *Vos quæ vidiſtis apud pa-*
C *trem veſtrum facitis*, ideoque occurrũt; *Pater noſter Abraham eſt*, de quonã alio patre loqueris? D. Auguſtinus putat, his verbis prouocaſſe Iudeos Dominum, vt de Abrahamo mali aliquid diceret. Videbantur [inquit] iſti prouocare Chriſtum, vt aliquid mali diceret de Abrahamo, & eſſet occaſio faciendi quod cogitabant, & c. ſcilicet occidendi Dominum? & Rupertus, Quid (inquit) expectant Iudæi captatores; dum dicunt; *Pater noſter Abraham*
D *eſt*, videlicet, ex ore Chriſti excidiſſe cuperent hoc verbũ, vt diceret, Abraham pater veſter non eſt, Nam quantę putas calumniæ ſeſe aditum repeririſſe gauderent? vtiq. conclamarẽt, negatorem Chriſtum eſſe adoptionis & teſtamenti, & legis lationis Moyſi: quoq. & patrum, & omnium, quæ ex Abraham gens illa ſe habere credebat; hæc ille.

E *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ fa ite.*

Abrahamum patrem ſuum eſſe aſſeruerũt Iudęi. Idcirco hortatur illos Dominus, vt tanti patris imitatores ſint. Decet. n. filios optimorum parentum imitatio, ſed Abrahamũ patrem illos nõ imitari probat, quod homicidium perpetrare cogitent *Si Abrahæ* (inquit) *filij eſtis*, imitamini patrẽ

Quomodo Iudæi dixerint Abrahamum patrem ipſorũ eſſe.

D. Auguſt.

Rupertus.

tantum, *& opera Abrahæ facite*. Sancta A
fuere Patris Abrehæ opera,sãcta quo
que opera vos illius filij præſtate. At
de me interficiendo cogitatis, qui nõ
falſus,ſed verus propheta, veritatem
vobis diuinã prædicans. Hoc opus nõ
eſt Abrahæ opus; non igitur opera fa
citis Abrahæ,patrem bonum,filii ma
li non imitamini. Mõtanus in Bibliis
regiis,Pagninus,& alii vertunt. *Si filij
Abrahæ eſſetis,opera Abrahæ faceretis*. Sed
correcta editio ſequẽda: Iudæis dixit B
Chriſtus *Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ
facite.* At Chriſtianis meritò dicẽdum
eſt: ſi filii Chriſti eſtis, opera Chriſti
facite. Si Auguſtini,ſi Franciſci,ſi Do
minici, ſi Bernardi,ſi Benedicti,ſi I-
gnatii filii eſtis,Patrum opera facite.
Is egregiè probat ſe ſancti Patris fi-
lium eſſe, qui patri ſimilia facit ope-
ra. Vnde Auguſtinus trac. 42. hæc ver
ba: *Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite.*
Sic interpretatur: ſi filii Abrahę eſtis, C
factis probate non verbis. D. Leo ſer-
mone ſexto fruſtra appellamur Chri-
ſtiani, ſi imitatores non ſumus Chri-
ſti,qui ideo ſe dixit eſſe uiam,vt con-
uerſatio magiſtri, forma eſſet diſcipu
li, &c. Diſcipulorum igitur forma ſit
conuerſatio magiſtrorum, & patrum
maximè Chriſti,degeneres dicuntur
filii,qui patres non imitantur,tales hi
Iudæi erant filii Abrahæ,ſed degene-
res. *Degeneres animos timor arguit*, dixit D
poeta Aeneid. 4. degeneres filios ar-
guit vita.

Imitatio Chriſti & Sanctorũ.

Vos facitis opera patris veſtri.

IVdæos non Abrahæ,ſed diaboli eſ-
ſe filios, ait Dominus. Si quidem
non opera Abrahę faciunt,ſed diabo
li. Vos (inquit) Abrahę opera non fa-
citis,quia impiam cædem meditami-
ni. Veſtri patris facitis opera, ideſt E
diaboli,quem imitamini. Congruunt
hæc verba iis,qui diabolum factis Imi
tantur. *Vos facitis opera patris veſtri.* Ope
ra enim impii huius patris, ſunt ſcor
tatio,homicidia, furta, hæreſes,
huinſmodique alia, quæ il-
lius filii faciunt, patri
ſimiles iniqui-
tate.

*Nos ex fornicatione non ſumus nati, vnum
Patrem habemus Deum.*

INtellexerunt Iudæi alium ſibi pa-
trem dari ab Abrahamo diuerſum,
videlicet ethnicum aliquem, a Dei
cultu alienum; idoliſque obſequen-
tem, vel diabolum Dixit enim Chri-
ſtus, *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ fa-
cite. Nunc autem quæritis me interficere ho-
minem, qui ueritatem uobis locutus ſum, hoc
Abraham non fecit, &c.* quaſi dicat: vos
opera Abrahæ non facitis, cædem
enim perpetrandam animo voluitis.
Deinde adiunxit; *Vos facitis opera patris
veſtri, &c.* Non faciebant opera Abra-
hæ, & faciebant opera patris ſui;ergo
alium Patrem habebant ab Abraha-
mo diuerſum,à quo malum didicerãt.
De patre aliquo Ethnico,vel diabolo
loqui Chriſtum exiſtimarunt:quocir
ca reſpondent, ſe idolorum non eſſe
cultores, ſed vnum habere patrem
Deum, hoc pacto; nos neque ethnici
alicuius hominis, neque diaboli filij
ſumus, quoniam nõ ſumus idolorum
cultores,filij ſumus Dei. Diabolus au
tem pater eſt ethnicorum, non verò
eorum,qui Deum colunt,Deique filij
ſunt.

Iudæi iactant ſe Deũ colere.

Spiritalis fornicatio, dicitur in di-
uinis literis,idololatria. Ierem. 3. Eze
ch. 16. & alijs locis, de hac ſpiritali
fornicatione loquuntur Iudæi, cùm
dicunt; *Nos ex fornicatione non ſumus nati,*
ideſt,ex idolorum cultoribus, cũ dijs
commentitijs fornicantibus: abſtra-
ctum enim nomen,pro concreto vſur
patur. *fornicato*, pro fornicantibus. Lo-
qui autem de ſpirituali fornicatione
probant illa verba; *Vnum patrem habe-
mus Deum* Aliter de fornicatione car-
nali exponi poteſt locus, hoc pacto:
Nos non ſumus nati ex fornicatione
carnali, vt habeamus patrem alium,
ab Abrahamo diuerſum; ex legitimo
toro orti ſumus, & Abrahami ex ſtir-
pe,filij legitimi, & vnum patrem Deũ
habemus,qui pater eſt filiorum Abra
hæ,non genuit nos aliquis pater, qui
ab Abrahamo originem non ducat.
Obſerua hoc loco Iudæos Deum pa-
trem ſuũ vocare. Cùm ergo Ioan. 19.
apud

Idololatria fornicatio Spiritus.

Digitized by Google

apud Pilatum Chriſtum accuſant, mortisque ſupplicium depoſcunt, quòd filium Dei ſe faceret; alio quàm vulgari modo patrem ſuum Deum dicere putabant. *Secundum legem* (aiunt) *debet mori; quia filium Dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem magis timuit, &c.* Si Iudæi vnum patrem Deũ habebãt, cur Chriſtũ accuſant, quòd filiũ Dei ſe faciat? Cur Pilatus timet? nimirum quia naturalem filium ipſum ſe appellare Chriſtum exiſtimabant. A B

Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me; ego enim ex Deo proceſſi, & veni.

REfutat Dominus, quod Iudæi dixerunt; *Vnum patrem habemus Deum.* Patrem non habere Deum, quem ament, probat hunc in modũ: Si Deum patrem per amorem haberetis, me diligeritis; me non diligitis, ſed habetis odio; ergo Deum per amorem patrem non habetis. Primam argumentationis propoſitionẽ probat, quòd ipſa a Deo proceſſerit, & venerit, Deique filius ſit; Nam qui Deum patrem habet, & veluti patrem amat, amare debet eum, qui a Deo proceſſit, & venit, quique Dei filius eſt. Verbum, *proceſſit*, æternam ſignificat Verbi generationem, hoc ſenſu: Ego a Deo per æternam generationem natus ſum. Quod de Deo proceſſit Verbum (ait Auguſtinus tractatu 42.) æterna proceſſio eſt; Non habet tempus; à Deo proceſſit, vt Deus, vt filius vnicus, &c. Verbum, *venit*, incarnationem indicat, & aduentum in orbem. Auguſtinus eodem loco: venit ad nos, quia *Verbum caro factum eſt, vt habitaret in nobis*, Ioan. 1. &c.

Proceſſio filij à Patre æterna.

D. Auguſt.

Neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit.

OBijciet quiſpiam; Chriſtus Deus erat: ergo a ſe ipſo venit, à nemine coactus, vel iuſſus; ergo mitti non potuit ab alio. A quo enim alio Deus mitti poteſt? Reſpondetur, Chriſtum, & Deum eſſe, & à ſe ipſo veniſ-

Chriſtus quomodo à ſe venit.

ſe; ſi venire à ſe, ſignificet non venire coactum, vel iuſſum. Nec enim coactus venit, nec iuſſus, qua Deus eſt, nullius imperio parens ipſe venire in mundum voluit, humanitatem ipſe in vtero Virginis Deiparæ ſimul cũ Patre, & Spiritu ſancto efformauit. Cur igitur ait, *à me ipſo non veni?* Reſpondeo, quia hoc loco venire a ſemetipſo ſignificat venire non miſſum; at verò Chriſtus venit miſſus à Patre. Neque verò diuina miſſio humanæ miſſioni ſimilis eſt. Nam cùm homo hominem mittit filium, æqualis mittit æqualem. Nihil miſſio hæc habet, vel in mittente maioris, vel in miſſo minoris dignitatis.

Quomodo ſit miſſus filius à Patre.

Duo miſſio habet hominum, alterũ eſt, aliqua actio, vt imperium, vel conſilium, quo is qui mittitur ad id, ad quod mittitur, dirigitur, alterum eſt effectus ſiue negotium, ad quod exequẽdum miſſio fit. Sic legatus per actionem aliquam Regis, ad effectũm aliquem, & negotium in curia alterius regis exequendum dirigi ſolet. Similẽ in modum, diuina miſſio duo habet; alterum eſt, non actio aliqua, vel imperium, quo perſona, quæ mittitur, dirigatur, ſed productio æterna perſonę, ſiue proceſſio; alterum eſt, effectus aliquis. Hæc duo in miſſione Filij inueniuntur, à patre mittitur, quia à patre producitur; non mittitur à Spirituſancto, quia ab eo non producitur: effectus verò, & terminus miſſionis, fuit incarnatio ad liberandos hominẽs. Miſſus itaque eſt Filius à Patre, vt carnem aſſumeret, & homo fieret æqualis ab æquali; quia non eſt per imperium miſſus, ſed quia ab eo productus, & genitus. C D

Miſſio diuinæ perſonæ qualis.

Dicet aliquis; miſſio eſſe ſolet cum motu loci: mittitur enim homo ex vno loco in alium, rei alicuius gerendæ causa: motus autem huiuſmodi diuinæ perſonæ minimè congruit, quam ob rem mitti non poterit: reſpondetur, huiuſmodi miſſionem, qua mutatur locus, diuinæ perſonæ non conuenire. eſt enim miſſio diuinæ perſonæ, abſque vlla loci mutatione; nam vbique eſt, neque moueri poteſt. Eſt tamen in hac miſſione, nõ quidem mo- E

Diuina perſona quomodo mittatur.

tus,ſed exitus perſonę miſſæ à mitten te, qui quidem exitus nihil eſt aliud quàm proceſſio, ſiue productio paſſiua. vnde illud Chriſti Ioan. 16. *exiui à Patre, & veni in mundum: exiuit Chriſtus à Patre*, per eternã generationem: *& veni in mundum* per incarnationẽ. itaque exitus reperitur in miſſione filij, & effectus, videlicet incarnatio Auguſtinus, tract. 42 in Ioan. miſſionem ab effectu diffiniuit. Miſſio (inquit) Chriſti incarnatio eſt.

Ioan. 16.

Auguſt.

Opponitur hæc Chriſti miſſio, cum motu loci coniuncta fuit, ergo perſonę diuinę miſſio non excludit motũ. Etenim Chriſtus è cælo in terras deſcendit: deſcenſus autem motus eſt loci: infiiciamur miſſionem Verbi cũ motu fuiſſe coniecturam. Deſcendiſſe verò è cælo dicitur, non loci motu, ſed quia is qui in cælo ſemper, & vbique eſt, humanam naturam, ſine motu loci, in terra aſſumpſit. poſtquã autem humanam naturam aſſumpſit, moueri potuit perſona Verbi, ſecundum aſſunptam naturã, nõ ſecũdũ diuinã, quæ moueri nequit. Quam obrẽ Verbi miſſio ratione effectus cũ motu fuit copulata; incarnatũ enim Verbũ Iudæam peragrauit, Iudæosque docuit. Ex his obiectioni initio propoſitæ fit ſatis Reſpondemus Verbum ſenſu prædicto à ſe veniſſe, id eſt non coactum, aut iuſſum, præterea non veniſſe à ſe, quia eſt miſſum: mittique poſſe vnam perſonam diuinam ab alia, ex qua Procedit, quamuis eſſentiam eandem diuinam habeat, vt explicatum eſt.

Quomodo dicatur filius deſcendiſſe de cælo.

Exponuntur etiam verba illa: *à me non veni*; ſecundum humanitatem hoc pacto: *à me ipſo non veni*; quia hęc humanitas nõ genuit ſe, ſed à Patre, Filio, & Spiritu ſancto facta eſt, non placet expoſitio, perſpicuũ nãque erat humanitatem ſcipsã non genuiſſe, id quę etiã dicere poſſet falſus propheta ego à me ipſo non veni, hoc eſt non genui me; at Chriſtus his verbis à falſis prophetis ſe ſeparat, qui a ſe ipſis veniũt nõ miſſi qui hæreticorũ mos eſt. Secundùm humanã verò naturã Chriſtus a ſeipſo nõ uenit, quia a Deo miſſus eſt, vt homines & doceret, &

Chriſtus alio venit propter humanitatẽ.

A redimeret, legemque nouam ferret.

Quare loquelam meam non cognoſcetis?

M*iſit me Deus* ait Dominus: Miſſum à Deo debuerũt Iudæi auidiſſimè audire, eiuſque doctrinam, vt intelligerent toto pectore conari. Contrà accidit; neque auidè audierunt, neque diuinam doctrinam, vt intelligerent, conati ſunt. Quam ob rem Do-
B minus *Cur* (inquit) *loquelam meam non cognoſcetis?* Loquela Græcè λαλιὰ poteſt hoc loco ſignificare proprium idioma, quemadmodum ſi Luſitanus à Luſitano cognoſci volens dicat, cur loquelam meam non agnoſcis? Hoc eſt; cur me ex idiomate Luſitanum eſſe non intelligis? & Matth. 27. de Petro legitur; loquela tua manifeſtum te facit, hoc eſt, loquendi modus & dialectus Vel poteſt ſignificare ſimplici-
C ter locutionem, & ſermonem. Si ſecundo hoc modo loquelam accipiamus ſenſus erit: cur ſermonem meum, & doctrinam meam non bene intelligitis, & interpretamini? Si primo modo ſenſus eſt veriſimilior; cur loquelam meam non agnoſcitis, cur idioma meum non intelligitis eſſe cæleſte, diuinum, veritate illuſtriſſimum, proprium illius, qui a Deo miſſus eſt, & proprium filij Dei? Dixerat enim ſe
D a Deo miſſum antecedentibus verbis.

Loquela Chriſti cæleſtis.

Quia non poteſtis audire ſermonem meum.

INterpunctionis nota non hoc loco, ſed antè hæc verba eſt collocanda. Sic Auguſtinus, & alij collocant. Non deeſt tamen, qui hoc loco putet apponendam; ſed correcta editio Romana
E ſuperioribus verbis illam apponit. Reddit Dominus cauſam, cur diuinã, cęleſtemque loquelam non agnoſcant Iudæi illi; nimirum quia ſic Chriſto infenſi erant, ſic inuidia, odioque percitì, vt illum audire non poſſent. Rogo (inquit) cur diuinum meum idioma, cum miraculis coniunctũ, non agnoſcitis. Cauſa eſt, *quia non poteſtis audire ſermonẽ meũ*; hoc eſt, quia ita obcæcati eſtis, odij inuidiæque fumo, vt æquis, bene-

Iudæi illi cur non poterant audire ſermonem Domini.

Digitized by Google

beneuoliſque auribus, ac docilibus, A me audire non poſſitis; ita obturati, & pleni, vt ſermo meus non capiat in vobis, neq; reperiat locum in corde veſtro, veluti in vaſe pleno his peſſimis liquoribus.

Cur Iudæi dicantur nō poſſe audire Chriſti ſermonem Domini.

Poterant quidem hi homines audire Chriſtum obediente beneuoloque corde, & aurib. pro ſua libertate, qua a Deo donati erant, verumtamen nō poſſe dicuntur vſitato modo, quo ea nos non poſſe dicimus, quæ factu nobis difficilia ſunt. Hæc verba ſic Rupertus explicat; Ioan. 8. ad illa verba, *in veritate non ſtetit. Non poteſtis* (inquit) *audire ſermonem meum*, id eſt, præ immanitate homicidialis odij, grauis, & intolerabilis loquela mea vobis eſt ad audiendum, &c. Et Theophylactus, quamdiu in vobis fuerit odium, & mens ſanguinaria, quomodo poteritis audire quæ dico? &c.

Rupertus. Theophyla.

CAPVT XIX.

De dictis Chriſti.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ.26.

VOS ex patre diabolo eſtis, & deſideria veſtra vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia
mendax eſt, & pater eius. * Ego autem ſi veritatem dico, non 45
creditis mihi.

Vos ex patre diabolo eſtis.

NON dixerat ſupra apertè quem appellaret Iudæorum patrem; hoc loco aperit patrem horum eſſe diabolum. Auctor quæſtionum ex nouo teſtamento, quæ extant quarto tomo Auguſtini, quæſtione 90. arbitratur patrem Iudæorum dici hoc loco, non diabolum, ſed Cain. In quocumque (inquit;) opera diaboli fuerint inuenta, diabolus appellandus eſt. C Itaque hoc loco patrem Iudæorum Cain ſignificat Chriſtus, cuius imitatores volentes eſſe Iudæi, Saluatorem peremerunt, &c. Probatur opinio, quoniam diabolus, de quo hic loquitur Dominus, patrem habet, vt infra docet illis verbis; *Mendax eſt diabolus, & pater eius:* at diabolus patrem non habet ergo nomen diaboli pro aliquo homine accipiendum eſt, videlicet pro Cain, qui homicida fuit ab initio quem Iudæi ſunt imitati.

Dicatur ne Chain, aut Iudas diabolus, & pater Iudæorũ.

Ob hanc cauſam D. Epiphanius hæreſ. 38. & 40. Iudam diabolum hic ap- B pellari cenſet, ſic. n. appellatus eſt à Domino Ioan. 6. cum dixit. *Vnus ex vobis diabolus eſt:* huius filios dici Iudæos ait, quia illi Chriſtum prodenti fidē habuerunt. Hæreſi 38. omnino (ait) nouimus, quod de Iuda locutus eſt Dominus, nam cui quis credit, hunc patrem habet ac principem, & ducē ſuæ perſuaſionis, dicit ergo Dominus *vos filij patris veſtri diaboli eſtis:* nam pro Chriſto Iudæ crediderunt, &c.

D. Epipha. *Ioan. 6.*

De diabolo propriè loquitur Dominus, filios eius Iudæos eſſe affirmat. Quid autem ſignificent verba illa. *Mendax eſt, & pater eius:* infra explicabimus. Dicuntur autem filij, vt Auguſtinus docet, libro contra Adimantū c. 5. vel natura, vel doctrina, vel imitatione, natura dicitur quiſpiam filius eius, à quo genitus: doctrina illius, à quo eſt edoctus. Sic Paulus, vt ait Auguſtinus, ad Gal. 4. diſcipulos filios vocat: *Filioli* (inquit) *mei quos iterū parturio.* D Imitatione filius dicitur is, qui aliquē imitatur, ſic ait Paulus ad Galat. 3. Chriſtianos filios eſſe Abrahę, & Abrahā patrem eſſe omnium credentium, ad, Rom 3.

Auguſt. Tribus modis dicũtur filij.

A Roman.3. Hi Iudæi non dicuntur filij diaboli natura, ſed imitatione, & doctrina: quoniam diabolum imitabantur, & ab eo diſcebant, iuxta illud ſupra dictũ: *vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum facitis.* Auguſtinus loco citato: duob. (inquit) modis Iudæi filij diaboli vocantur a Domino: vel quod ab ipſo impietatem didicerunt, vel quod eũ imitantur, &c. Et tract. 42. in Ioan. Iudæi filij ſunt diaboli, imitãdo non naſcendo, &c.

Ezech. 16.

B Eandẽ ob cauſam ab Ezechiele c. 16. Amorrhæorum, & Cethæorum filij appellantur, quod illos imitarentur. *Frater* (inquit) *tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.*

Imitatio filios facit.

Vis hæc eſt imitationis, vt nos Filios illius faciat, quẽ imitamur, imitatur quis Auguſtinum Auguſtini, imitatur Franciſcum Frãciſci, imitatur Paulum Pauli, filius eſt imitatur diabolum, diaboli filius dicitur. Etenim is, qui alterum imitatur ab eo veluti procreatur, non quidẽ ſe- C cundum naturam, ſed ſecundum mores, & ſecundum virtutem, vel vitiũ,

Epiphanius.

D. Epiphanius hæreſi 40. vnuſquiſque (ait) noſtrum, quidquid tandem fecerit, eos qui primum id fecerunt imitatus, patres habebit, &c.

Et, deſideria patris veſtri uultis facere.

Filiorum eſt parentibus obſequi, illiſque morem gerere; diaboli e- D rant filij Iudæi, patri obſequebantur vt filij, gerebantq; morem, eius deſideria volebant perficere, vnde Rupertus: *Deſideria* (inquit) *diaboli vultis facere;* ſcilicet, ad modũ filiorum, qui libenter exquirunt, vt faciant, quod patri ſuo ſit delectabile, &c. Deſideria verò diaboli, vt ex ſequentib. verbis colligitur, hæc erãt, vt Iudæi Chriſtũ vita priuarent, & veritatem, quã docebat, repudiarent, mendacia verò, E quæ diabolus ipſe tradebat, complecterentur: poſſunt ẽt deſideria diaboli dici hoc loco deſideria, quæ ipſe diabolus in corda Iudæorum immittebat, hoc ſenſu: *Vos deſideria patris veſtris vultis facere,* hoc eſt, deſideria quæ diabolus pater veſter, in corda veſtra immittit, quib. vos inflammat: vel *deſideria patris veſtri* hoc eſt, deſideria veſtra

Impij deſideria diaboli faciunt.

vultis facere, quæ patris veſtri deſiderijs ſimilia ſunt. Auguſtinus: filij (inquit) diaboli eſtis: quia talia deſideratus: non quia de illo nati eſtis, &c.

Deſideria diaboli ille explet qui peccata committit, quod. n. ille maximè cupit, hoc eſt, vt quemadmodum in cœnoſues. ſic in peccati ſordib. ſeſe voluerẽt homines, patris ſui deſideria faciunt homicidiæ, libidinoſi, fæneratores, fures, ſimileſque alij filij diaboli, patri ſuo obſequuntur, à quo pro his obſequijs æterna flagella, tormentaq; inaudita recipient.

Deſideria diaboli quis explet.

Nos verò patris noſtri Dei deſideria faciamus, diaboli deſideria toto animi conatu fugiamus. Filij (ait Rupertus iam citatus) libenter exquirunt, vt faciant, quod patri ſuo ſit dilectabile &c. Delectabilis eſt patri noſtro Deo virtus hanc cõplectamur, vt eius deſiderio faciamus ſatis.

Probi viri Dei deſideria faciunt.

Ille homicida erat ab initio.

Rupertus.

Rupertus homicidam appellari diabolum putat, quod odio habuerit Dei filiũ in cœlo. Mox (inquit) vt contra Dei filium, qui ſolus ſimilitudo Patris eſt, ſuperbo tumeſcens odio, dixit in corde ſuo: *Similis ero altiſſimo;* quoniam odium illud per manus Iudeorum conſummandum erat: iã tunc in conſpectu patris, & filij homicida erat &c. Item, rectè vnum homicidium computatur, quod a diabolo patre, mala voluntate inchoatum maligno odio per filios Iudæos conſummatur, &c. Non probo interpretationem, non. n. ab initio Dei filium diabolus occidit. Dicitur verò homicida ab initio, quia ab initio orbis cõditi, primo, eiuſq; filijs omnibus mortem attulit. Nam vt ſcriptum eſt Sapientiæ.

Iaſ. 14.

Quomodo diabolus homicida dicatur.

Sap. 2.

Deus creauit hominem inexterminabilem, id eſt, immortalem, ſi non peccaret. *inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum, &c.* Addit Sapiens: *imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius &c.* Huiuſmodi imitatores erant Iudæi: ex parte diaboli erant, & *ex patre diabolo,* vt Dominus ait, eumq; imitantur: quia quemadmodum ille primũ paren-

Digitized by Google

parentem occidit: ita hi occiderunt A Chriſtum: Adiunge his, dici etiã diabolum homicidam ab initio orbis cõditi, quoniam in Abelis necem Cain ſtimulauit, illis primis mundi temporib. Nam *ab initio*, hoc loco primam illam mundi ætatem indicat; qua Adamus, & filius Abel, & Cain, vixerunt fuit.n. orbis initium. Caſſianus collatione 8.c.25. Diabolus (inquit) ab initio factus eſt homicida vel Adam mortalem faciens; vel Abel inſtigatione B ſua, per manum fratris interimens, &c. Sed quorſum Dominus nunc ait diabolum fuiſſe homicidam? Reſpondetur, vt oſtendat, quodnam deſiderium patris ſui Iudæi velint perficere, videlicet cædem Chriſti.

Et in veritate non ſtetit.

Diabolus non ſemper fuit impius August.

COlligit hoc ex loco Auguſtinus lib. 11. de ciuitate Dei, c.13. aduer C ſus Manichæos, diabolum nõ ſemper fuiſſe impium. Si enim in veritate nõ ſtetit, in veritate aliquando fuit, in qua non perſeuerauit. tractat. 42. in Ioann. *in veritate*, (inquit) *non ſtetit diabolus*. Ergo in veritate fuit; ſed non ſtãdo cecidit, &c. Veritatem autem Rupertus hoc loco exiſtimat ſignificare Chriſtum; ait.n. Ioann. 14. *Ego ſum via, & veritas, & vita*. Illius ſenſus eſt:

Origines.

D diabolus *in Veritate non ſtetit*; hoc eſt, filium Dei non dilexit. Ex Origine tomo 24. in Ioann duplex ſenſus colligitur Prior; *in veritate non ſtetit*; id eſt in Chriſto, hoc eſt, non eſt particeps Chriſti, cui bellum infert, poſterior,

Cur dicatur diabolus nõ ſtetiſſe in veritate.

in veritate non ſtetit, ideſt, nõ cogitat vera, ſed mentitur. Euthymius ſic expoſuit; *in veritate non ſtetit*; ideſt, in recta via non quieſcit, ſed odit huiuſmodi conuerſationẽ, &c. Lyranus ſic, *Non ſtetit in veritate*, ideſt, in debita obediẽ E tia ad Deum. Caietanus: *non ſtetit in veritate fidei*. Quia aliqui (inquit) Angeli perſeuerauerunt in veritate fidei reuelatæ beatitudinis, appetentes, & petentes illam ex diuina gratia: aliqui autem non perſeuerauerunt in veritate, conformantes ſe gratiæ reuelatę beatitudinis, & propterea dicũtur in veritate non ſtetiſſe. Aliter, *non ſtetit in* A *veritate*, ideſt, in fidelitate Deo debita

Chryſoſt.

item non ſtetit in veritate, ideſt, in veracitate D. Chryſoſtomus. *Non ſtetit in veritate*, ideſt, in rectitudine vitæ. Exiſtimo ſimpliciter pro veritate ipſa accipiendam. Nam diabolus, cum conditus eſt, integram a Deo naturã, gratia, virtutib. veritatiſq; ſtudio ornatã & ab omni mendacio alienã accepit in hoc ille veritatis ſtudio, & mendacij odio, non perſtitit, ſed in peccatũ B cecidit, veritatem amiſit mẽdacijſq; & deceptionib. ac dolis ſtuduit. Ait igitur Dominus: *in veritate non ſtetit*, Hoc eſt, in ſtudio, & amore veritatis dicendæ, neminemq; fallendi, in quo conditus eſt, non perſeuerauit. Hunc ſenſum indicant verba conſequẽtia, quibus diabolus mendaciſſimus eſſe oſtenditur.

Cur de mẽdacijs Chriſtus agat.

Rogabis; quorſum nunc de mendacijs agat Dominus, reſpondeo vt in C diceret deſiderium diaboli hoc eſſe, vt Iudæi Chriſti veritatem repudient, falſitatemq; complectãtur. Patris ſui deſiderium expleuerunt ſatis ſuperque, ſed magno æternoque cum detrimento.

Quia non eſt ueritas in eo.

AB effectu indicat Dominus diabolum in veritate non ſtetiſſe, D quia ſi ſtetiſſet, vera diceret; at vero in eo non veritas, ſed mendacia repe riuntur. Quemadmodum ſi oſtendere vellem hominem cecidiſſe, dicerẽ; hic homo cecidit, quia fregit crura

Diabolus mẽdax eſt.

Eodem modo Dominus ait; diabolus à veritatis arce cecidit, quia fregit os, non habet os, quo veritatem loquatur, non eſt in eo veritas, ſed mendacium. Lege Auguſtinum lib. 11. de ciuitate, cap. 14.

E Obijcies; diabolus aliquando vera dicit; ergo aliqua veritas eſt in eo. Reſpondetur diabolum, vt docet D. Thom. 1. parte, quæſt 64. artic. 2. ad 6. Et Albuenſis Gen. 13. quę. 482. Cum vera dicit in mendacium aliquid veritatem dirigere: idcirco enim vera dicit, vt mendacio fides habeatur. Vrgebis: in diabolo eſt veritas ſcientiarum; omnium enim ſcientiarum

Diabolus verũ dicit aliquando vt decipiat.

ſerti-

Digitized by Google

peritiſſimus eſt: eſt etiam veritas Theologica, ſcit Deum eſſe trinum, & vnum; ſcit naturam humanam aſſumpſiſſe, & ſimilia. Ergo veritas eſt in diabolo. Reſpondetur, Chriſtum non loqui de veritate ſcientię, ſed de veritate morum. Veritas ſciẽtiæ in dæmone eſt, veritas morum, ſiue veracitas, quæ virtus eſt, in illo non eſt. Præterea modus hic loquendi eſt per exaggerationem; Nam quemadmodum de hominibus, dicitur, 1. Machab. 7 *non eſt veritas, & iudicium in eis*; & Pſam. 5. *Non eſt in ore eorum ueritas*: & 1. Ioan. 2. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt*: non ſignificatur omnia omnino eorum dicta eſſe falſa. Sic & hoc loco.

D. Thomas. Abulenſis.

Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.

Rupertus. Lyranus. Abulenſis.

PErgit Dominus oſtendere in dæmone non eſſe veritatem, propriũque illi mendacium eſſe docet, *Cum loquitur* (ait) *mendaciũ ex proprius loquitur* interpretatur Rupertus, mendacium ex proprio corde confingit. Lyranus, *ex proprijs loquitur*, ideſt, ex habitu malo, in quo obſtinatus. Abulenſis locò indicato: *loquitur ex proprijs*: ideſt, ex propria conditione, mendacium dicit, & de theſauro ſuo malo profert mala. Theophylactus ſic; *ex proprijs loquitur*, mendacium dæmoni, hoc eſt, homines quidem mendacio viſi, quaſi re aliena vtũtur eo. Diabolus autẽ, cum mendacio vtitur, re propria vtitur. Nam ipſe propriè eſt mendax. Euthymius ita. *ex proprijs loquitur*: ideſt, propria loquitur. Nam propriũ eius eſt mendacium; ſi quidem ipſe primus inuenit illud, & primus vſus eſt illo, quando ad Euam mentitus eſt, dicens: *non morte moriemini, & eritis ſicut dij* Gen. 3. Auctor queſt. ex Nouo Teſtamẽto qſt. 90. Dicit Dominus *Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur*; vt oſtenderet vnumquemque non niſi propria voluntate peccare. Hæc ille, Vnde hæc expoſitio extat, ex proprijs loquitur mendacium, hoc eſt, ex propria voluntate. Caietanus

Quomodo diabolus loquatur mẽdacium ex proprijs. D. Auguſt.

A hoc modo; mendacium ex proprijs loquitur: hoc eſt, non excommunicatis ſibi a Deo. Ita etiam Ianſenius, D. Auguſtinus tractatum 42. Hoc pacto *Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur*, non aliunde accepit vnde loquatur, à ſe ipſo finxit mendacia. Aliter, *ex proprijs loquitur*, hoc eſt, ex propria nequitia, & ex propio quaſi penu. Nemo. n. illud docuit mentiri; ipſe à ſe ipſo mendacium deprõſit. Deniq. ſenſus eſt,
B proprium eſt dæmoni mẽtiri, non eſt res quam ab alio acceperit mendacium, intimum illi eſt, & inuẽtum ipſius.

D. Auguſt.

Quia mendax eſt & pater eius.

Mendacii fugiendũ.

REddit rationem, cur dæmon loquatur mendacia ex proprijs, nimirum *quia mendax eſt*, mendaciorum amator, non veritatis, & quia *pater eſt*
C *eius*, ideſt, mendacij. Nam relatiuum *eius*, non refert diabolum, vt ſit ſenſus, *mendax eſt, ipſe diabolus, & pater eius*, ideſt, diaboli, *eſt etiam mendax*, vt ſtulti Manichæi interpretati ſunt; ſed refert mendacium, quod præceſſit in illis verbis: *cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, &c.* Dicitur autem diabolus mendacij pater, quia fons fuit, origo, auctor, & inuentor mendacij. Prima. n. mendacia a diabolo inuenta
D ſunt, & prolata, videlicet illa Geneſ. 3. *Eritis ſicut dij, nequaquam moriemini*, Auguſtin. tractat. 42. Non omnes (inquit) qui mentitur pater mendacij ſui eſt. Si enim ab alio accepiſti; pater mendacij non es, quia ab altero accepiſti mendacium, diabolus autẽ a ſe ipſo mendax fuit, mendacium ſuum genuit, quod a nemine audiuit &c. Et Chryſoſtomus homil. 43. in Ionem: diabolus (inquit) primus men-
E dacium peperit dicens: *in quacumque die comederitis, aperientur oculi veſtri.* Mendacio primus vſus eſt diabolus, &c. Vide qualem inuentorem habuerit mendacium, nempe diabolum Cõſidera cuius ſit proprium mentiri, ſcilicet, diaboli. *In veritate ille non ſtetit, non eſt veritas in eo*, vt Dominus ait. Caue ergo mendacium à diabolo inuentũ, quod diaboli propriũ eſt, ne tibi aſſumas.

Digitized by Google

Cainus cur diabolus dicatur.

mas. Sta in veritate firmus.

Diximus ſupra auctorem quæſtione ex nouo teſtamen quæſt. 90. exiſtimaſſe hoc loco diabolum appellari Cain, eius interpretationem hic aſcribam. Sic interpretatur. *Cum loquitur mendacium* Cain, *ex proprijs loquitur, quia mendax eſt ipſe* Cain, *& pater eius*, diabolus eſt etiam mendax: cuius imitator fuit Hoc loco (ait ille) diabolum Cain eſſe dixit Chriſtus, patrem autem eius diabolum, cuius opera ſequutus eſt, diaboli enim filius, diabolus eſt, &c. Ductus eſt hic auctor in hanc interpretationem quia relatiuum, *eius*, ad *diabolum*, retulit, cum ad *mendacium* ſit referẽdum, vt diximus. Cum ego exiſtimaret diabolum, de quo hic Chriſtus loquitur habere patrem, diabolũ autem ſciret non habere patrem mẽdacem, hominem Cain diabolum appellari credidit, eiuſque patrem vocari diabolum. D. etiam Epiphanius hæreſ. 38. relatiuum, *eius*, ad diabolum retulit, & ſic interpretatus eſt: *mendax eſt, & pater eius*, ideſt, diaboli. Hæretici vero diabolum habere patrem hinc probant, vt idem ſcribit: aliæ [inquit] hæreſes, vbi audierunt verbum hoc, patrem quidem Iudæorum diabolum eſſe dicunt, habere autem patrem alium, & ipſius patrem rurſus patrem *habet patrem illius patris*, eſſe dicentes eũ qui legem dedit per Moſem, & tot miracula fecit, &c. Idcirco Ephiphanius ne diabolum patrem habere cõcederet, diaboli nomen metaphoricè ſumi dixit pro homine diaboli imitatore, id eſt, pro Iuda, vt ſupra ſcripſimus. Hunc autem Iudam patrẽ ait habuiſſe, mendacem Cain: itaq. ſic verba interpretatur, *Mendax eſt*; Iudas; *& pater eius*; Cain. Iudas [inquit] pater Iudæorum factus iuxta abnegationem Dei, & proditionem; exiſtens diaboli ſius, non natura, ſed mente, filius fuit ipſius Cain iuxta imitationem homicidæ illius, ac mendacis. Item: Iudæ pater, qui ante ipſum mendax erat Cain; cuius imitator Iudas. Hęc Epiphanius. Deinde addit, ipſius Cain mendacem patrem fuiſſe diabolum hæreſi 40. eadem verba: *mendax eſt & pater eius*; de diabolo exponit, patre Iudę, & Cain.

Manichæi ſtultè aiebãt diabolum habere patrem.

Manichæi hæretici, vt ait Auguſtinus tractat. 42. quærere ſolebant ab imperitis, quis pater eſſet diaboli: & habere patrem hoc ex loco confirmabant imperitiſſimi hæretici. Vt vero ſcribit D. Hieronymus Iſai. 14. multi egregium diaboli patrem repererunt nimirum Leuithan. draconem qui in mari regnat. Interpretabãtur hi ſtulte verba hæc hoc pacto; *mendax eſt diabolus*; *& pater eius*, Leuiathã, ſed verus ſenſus longe alius eſt, quem propoſuimus ex Auguſtino, Chryſoſtomo, Theophylacto, & alijs. Nullum patrẽ habet diabolus à quo fuerit genitus. Patrem habet Deum, a quo fuit procreatus in iuſtitia, ſanctitate, & veritate Sed ille *in veritate non ſtetit*. Iſai. 14. *Quomodo* [inquit] *cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris, &c.* Lucifero aſtro ſimilis erat, mane gratia præditus oriebatur; ſed cecidit. Ezech. 28. *in delicijs paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimentum tuum, &c.* In delicijs gratiæ fuit & caritatis, omnibus virtutibus veluti gemmis ornatus. Sed ex ſuperbia miſer omnibus eſt ſpoliatus. Non ſtatim creatus eſt diabolus [ait Baſilius hom. 21.] Sed cum angelicam poteſtatem accepiſſet, in dæmonis naturam conuerſus eſt, &c.

Diabolus nullum patrem habuit, a quo fuit genitus, niſi Deum.

Non omittam Eucherij ſenſum quamuis a veritate penitus alienum; verba illa, *cũ loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius* de Iudæis dicta vult hoc ſenſu; *Cum loquitur*. [Subaudi vnuſquiſq; veſtri] *mendacium ex proprijs loquitur, &c.*

Accommodat D. Leo Epiſtol. 63. verba hæc hæreticis, fidei hoſtibus; *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri, vultis facere ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. quia non eſt veritas in eo, &c.* Sanè hæreticis egregiè conueniunt. Hæretici enim ex patre diabolo ſunt, ſicut Iudæi erant, & deſideria patris ſui diaboli faciunt. Hęc enim ſunt diaboli ſumma deſideria: hęreſes cupit ab hominibus impijs diſſeminari, catholicã veritatẽ cõcilia patres pro nihilo duci, ſummo Pontifici debitam venerationem, atq. obedientiam, denegari, imagines, & ſa-

Hæretici ex patre diabolo ſunt.

cramenta contemni, denique fidem aboleri. Hæc deſideria egregiè illius filij, antiquis, noſtriſque temporibus expleuerunt. Referent pro talib. auſis merita ſupplicia. Iam verò qui crudeliores homicidæ ſunt, quam hæretici, qui vt de corporib. d cere ommitta animos immortales, cæleſti vita priuant, tartareq. morti mancipant? Hęreticorum Pater diabolus homicida Euæ occidit animum, ſerpentinũ offerens venenum. Quæ apud patrẽ ſuũ B viderunt, faciunt filij, hominum immortales animos interimũt, hæreſpõ venenum propinantes. Denique in veritate fidei non ſteterunt, nõ eſt in eis veritas. Omnia illorum dogmata, falſa ſunt utilia; ſatis ſuperque iam refutata.

A

Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi

DEſideria [ait Dominus] *patris veſtri diaboli vultis facere*; illi creditis cũ tamen mendax ſit, & fraudulentus. Mihi autem, qui ipſa ſum veritas, & ab omni fraudulentia alienus, fidem non habetis. Hoc pater veſter deſiderat, vt illi fallaci credatis, mihi vero B veritatem dicenti, quæ vos liberet, fidem non habeatis. *Si veritatem dico, non creditis mihi.* Ianſenius ait legendum; *Quia veritatem dico, non creditis mihi.* Legitur enim Gręcè nunc ὅτι, id eſt, *quia* At emendata editio, *Si*, habet nõ, *quia* eſt tamen idem ſenſus ſi veritatem dico vobis, nõ creditis; crederetis, ſi mẽdacia dicerem, & non creditis, quia veritatẽ dico. Si falſa docerẽ, fidẽ tribueritis eſſet. n. patris veſtri doctrina.

CAPVT XX.

De dictis Chriſti.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 46.

QVIS ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vo
47 bis, quare non creditis mihi. * Qui ex Deo eſt, verba Dei
48 audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. *
Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Nonne bene di
49 cimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?
*Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo; ſed honori
50 fico patrem meum, & vos inhonoraſtis me. * Ego au
51 tem non quæro gloriam meam; eſt qui quærat, & iudicet. * Amen, Amen
52 dico vobis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æter
53 num. * Dixerunt ergo Iudæi. Nunc cognouimus, quia dæmonium habes.
Abraham mortuus eſt, & prophetæ: & tu dicis; Si quis ſermonem meum ſer
uauerit, non guſtabit mortem in æternum. * Numquid tu maior es patre no
ſtro Abraham, qui mortuus eſt? Et prophetæ mortui ſunt. Quẽ te ipſũ facis?

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.

DIXERAT Chriſtus ſupra: *Si manſeritis in ſermone meo, vere diſcipu-*

C *li mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, &c.* Volebat ille Iudæos liberare; vt vero libertatem aſſequerentur, veritati credere opus erat ideoque de mendacijs diaboli egit & de veritate ſermonis ſui. Nunc vrget Iudæos, interrogando cur veritati quam

Digitized by Google

quam docet non tribuant fidem. *Quis* A
(inquit) ex vobis *arguet me de peccato? Si*
veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?
Hoc eſt; viro digno fide debetur fides:
ego digniſſimus ſum fide, ergo mihi
fides debetur, quare ergo mihi non
creditis? Digniſſimum autem ſe eſſe fi
de probat, quod ab omni peccato, &
mendacio ſit alienis, illis verbis: *Quis*
ex vobis arguet me de peccato: Hoc eſt; quis
ex vobis de peccato aliquo, vel méda
cio, me poteſt conuincere, quis proba B
re poterit me aliquod commiſiſſe cri
men, vel aliquod dixiſſe mendacium?
Arguo, Græcè, ἐλέγχω, ſignificat hoc
loco argumentis probare conuincere
vel arguere meritò, atque iure ille di
gnus eſt fide, qui omne peccatum ha-
bet odio. Hic enim etiam mẽdacium
habebit odio ac proinde nunquã mẽ
tietur. Doctoris hoc eſt præcipuum at
tributum, veritatem diligere, ab om
ni peccato abhorrere, virtutem cole C
re. Etenim vita cum virtute coniũcta
veritati doctrinæ, auditorum fidem
parit, quod in Baptiſta Ioanne fuit cõ
pertum: & in Apoſtolis, qui tum mi-
raculis, tum vitæ ſanctimonia doctri-
næ ſuæ fidem pepererunt, de quibus
Chryſoſtomus hom. 47. in Matt. Quid
(inquit) fuit, quod Apoſtolos magnos
effecit? Certè verus, ac non ſimulatus
Cõcionator virtute ſit ornatus. Chryſoſto.
gloriæ, atq. pecuniæ contemptus, &
quoniam nullam ſecularium harum D
rerum omnino curam habebant. Nã
niſi hoc habuiſſent, ſi paſſionib. velu-
ti nos ſeruiſſent, etiam ſi de morte in
numeros homines ſuſcitaſſent, ſedu-
ctorum nomen non effugiſſent, &c.
Qui igitur quæ docet perſuadere
vult, non ſolum præclara ſuadet di-
ctione, ſed præclara etiam virtutum
actione. Exponit ſe Iudæorum inimi
corum iudicio Dominus; *Quis* (in
quit) *ex vobis* (quamuis inimici ſitis E
& ad cernenda peccata lyncei) *arguet*
me de peccato? Qui mala agit [ait Io. 3.]
odit lucem, & non venit ad lucem vt non ar
guantur opera eius, qui autem facit veritatem,
venit ad lucem, vt manifeſtentur opera
eius, &c. Chriſtus veritatem faciebat,
de peccato argui non poterat, ideo
ad lucem venit in medio hoſtiũ ait,
Quis ex vobis arguet me de peccato? Non ti

A met hoſtium iudicium, manifeſtari
opera ſua non formidat; cauſam ha-
bet adeo iuſtam, vt nihil in illa iniu-
ſtitia etiam inimici reperire poſſint,
& arguere. Obijcies Iudæus arguiſſe
Chriſtum de peccato. Nam Ioan. 9.
aiunt. *Nos ſcimus quia hic homo peccator*
eſt, Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradi
diſſemus eum, &c. Item Ioan. 9. *Sabbatum*
non cuſtodit, &c. Reſpõdetur Iudæos
immerito & falſo impoſuiſſe Chriſto
B peccata: at de peccatis illum non ar-
guiſſe merito iure, & verè, quem in
modum loquitur hic Chriſtus, neque
demonſtrare potuiſſe illum crimẽ ali
quod commiſiſſe.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea
vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

DIxerat ſupra Dominus: *Quare lo-*
C *quelam meam non agnoſcitis; Quia non*
poteſtis audire ſermonem meum, &c. Non
audiebant Chriſti ſermonem Iudæi
beneuolo, credente, atque obediente
animo veritati, quam docebat fidem
non habebant. Huius rei rationẽ red-
dit Dominus: *Qui ex Deo* (inquit) *eſt*
verba Dei audit; vos propterea non auditis,
quia ex Deo non eſtis. Quoſnam ex Deo
eſſe dicat, ambiguitur. D. Auguſtin.
tract. 42. eos ex Deo dici putat, quos
D Chriſtus præuidebat credituros, cæte
ros non ex Deo. Quoniam (inquit)
præſcierat Dominus, qui fuerant cre
dituri, ipſos dixit, *ex Deo*, quoniam re
generationis adoptione renaſceren-
tur ex Deo. Ad hos pertinet; *qui ex Deo*
eſt, verba Dei audit. Quod verò ſequitur
Propterea vos non auditis, quia ex Deo non
eſtis; eis dictum eſt, qui præcogniti e-
rant, quod non fuerãt credituri, &c.
Et Titelmanus; *Qui ex Deo eſt, verba Dei*
E *audit*, ideſt, *qui à Deo eſt prædeſtinatus, &*
electus, quique Deum ex affectu amat,
& colit. Similiter Carthuſianus *qui ex*
Deo eſt, ſecundum prædeſtinationem,
per gratiæ reformationem, per boni-
tatis diuinæ imitationem, *verba Dei au*
dit. Caietanus interpretatur, quoſdã
ex Deo eſſe ſecundum affectum, a-
lios non eſſe ex Deo. Iudæos autẽ dici
non eſſe ex Deo ſecundũ affectũ ideo

teſta-

verba Dei non audire. Ianſenius ſic exponit, *Qui ex Deo eſt*, hoc eſt, Dei ſpiritu præditus, *verba Dei audit: vos non auditis*, quia Spiritu Dei caretis, & diaboli Spiritu pleni eſtis. Chlictouæus hoc modo, *Qui ex Deo eſt*, ſecundum fidem, & imitationem: Toletus thymius: *Qui ex Deo eſt*, iuxta modum familiaritatis, hoc eſt; qui amicus eſt Dei, *verba Dei audit*. Cardin. Hugo: *Qui* (inquit) *ex Deo eſt*, fide, & gratia, *verba Dei audit*, id eſt, amat, & cum deuotione recipit, ſecundum quod ſolet dici: qui diligit regem, diligit eius legem, &c. Ex antecedentibus colligitur, loqui Chriſtum de ijs, qui ex Deo ſunt, veluti filii per imitationem patris; ſic enim ſuprà locutus eſt; *Vos ex patre diabolo eſtis*: ſcilicet per imitationem, & nequitiam. Eundem in modum hoc loco: *Qui* (inquit) *ex Deo* patre eſt per imitationem eius bonitatis & ſanctimoniæ, *verba Dei audit, Propterea vos non auditis*, quia non eſtis ex patre Deo, ſed ex patre diabolo, & vultis facere deſideria patris veſtri, non Dei. Probabilius forte eſt, Dominum ſic loqui hoc loco, vt Ioan. 18. cum Pilato loquutus eſt; *omnis* (inquit) *qui eſt ex veritate, audit vocem meam*, non eſt ſenſus; *omnis qui eſt ex vertate*; id eſt, omnis qui eſt filius veritatis; ſed omnis qui veritatem amat, quærit, ſequitur; *audit vocem meam*. ita hic; *Qui eſt ex Deo*, hoc eſt, qui Deum amat, quærit, ſequitur, veneratur, qui ex parte Dei eſt, & ex grege Dei, *verbum Dei audit*: Nõ diſplicet ſenſus hic; *Qui ex Deo eſt*. Secundum prædeſtinationem, *verba Dei audit* ad fidem enim caritatemq; conuertitur per quam beatitudinem conſequatur. *propterea vos non auditis* neque audituri vmquam eſtis, *quia ex Deo non eſtis*, ſecundum prædeſtinationẽ, quia *non eſtis ex ouibus meis, quia in peccato veſtro moriemini*. Hunc in modum Ioan. 10. ait: *vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis*, ſcilicet per prædeſtinationem; ſed hac de re ipſo cap. 10. Ioan agemus.

Quibus modis dicatur homo ex Deo eſſe.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Non poterant Iudæi innocentiæ fontem de peccato arguere; ad conuicia conuertuntur, ſeque ex Deo non eſſe oſtendunt manifeſtè Samaritanum appellant Dominum, & dæmoniacum. Impudens quoddam (ait Chryſoſtomus hoc loco) & temerarium malitia eſt; quæ cum magis confundi deberet, magis irritatur &c. Cõfundi debuerũt Iudæi ſermone Chriſti, ſed irritati ſunt, quia ſuperbi non humiles erant. Inter ſe illi loquentes dixerunt, vel dicere conſueuerãt Dominum eſſe Samaritanum, & dæmonio correptum. Idcirco aiunt; *Nonne bene dicimus nos?* in Euangelico tamen non legitur alio loco vocatum Dominum *Samaritanum*. Dæmonium habere, aiunt Ioan. 7. Matth. 9. & 12. Marci 3. Origenes tom. 26. Conſentaneũ (inquit) eſt propter id, quod tacetur, quod frequenter inter ſe hęc quidam de Seruatore dicerent, Samaritanum illum appellantes, &c. Et D Thomas. Datur (ait) intelligi, quod hoc verbũ frequenter Domino improperabant, &c.

Malitia imprudens eſt & temeraria Orig.

D. Thomas.

Cur Samaritanum vocarint quæritur, reſpondetur, Iudęos Chriſtum appellaſſe hoc nomine, per contemptũ, quaſi ſemi Iudęum, & ignobilẽ, minimeq; obſeruantem legem. Nam Samaritani ſemi Iudæi erant, ignobiles Iudaicę legis mali obſeruatores, quã obrem in contumeliam hoc nomen abijt. De Samaritanis tom. 2. iam egimus. Origenes. Samaritanum appellaſſe ait, tamquam qui res Iudaicas adulteraret, non ſecus ac Samaritani. Euthymius: Vocabant (inquit) Iudæi Chriſtum Samaritanum, vt potè non exactè ſeruantem legem, ſicut illis videbatur, neq. traditiones ſeniorum, talis ſiquidem erant Samaritani, &c. Theophylactus; Samaritanũ dicebãt quod Sabbatum deſtrueret, vt putabant. Rupertus aliam cauſam adijcit; quia Chriſtus ad Samaritanos iuit Ioan. 4. & biduo apud eos manſit, eoſq; docuit, ideò forte Samaritanũ vocãt.

Cur Iudæi vocarint Chriſtũ Samaritanũ, & dixerint habere dæmonium.

Origines.

Euthimius.

Dæmo-

Digitized by Google

Dæmonium habere dicebant propter opera admirabilia, quæ impij, inuidiáq;, & odio excæcati tribuębāt dæmoni. Origenes propter doctrinæ etiam ſublimitatem hoc dictum ſentit, & D. Thomas. Fortè dæmoniū habere nunc dicebant, hoc eſt, à Dęmonio agitatum verba furioſi, & inſaniētis loqui. Hunc in modum Ioan. 10. aiunt. *dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis?* Appellant etiam dæmoniacum, quòd filios Abrahæ auderet
B appellare filios diaboli, ex dæmonis inſtinctu; & affirmare quòd non eſſet ex Deo, ſe verò peccato omni carere dicere. In media luce cæcutiebant, lux clariſſima in tenebris lucebat, Io. 1. *Et tenebræ eum non comprehendebant.* Imò lucem tenebras eſſe dicebant. Vę cæcis. Iſaiæ. 5. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponētes amarum in dulce, & dulce in amarum, &c.*
C Optimum veritatis doctorem, dęmoniacū dicebant, lucem affirmabant eſſe tenebras, Xp̄m eſſe Samaritanū, dulciſſimū eius ſermonē amarū reputabāt.

Ego dæmonium non habeo.

DVo dixerunt conuitia; Samaritanum vocarunt, & dæmonium habere aſſeruerunt. De primo tacet;
D ſecundum ſumma cum manſuetudine negat. *Ego* (inquit) *dæmonium non habeo.* Cur de primo tacuerit rationem reddit Origenes in Ioann. videlicet quia Samaritani nomen, cuſtodem ſignificat. Cùm igitur Chriſtus ſe cuſtodem hominum eſſe ſciret, propter nominis ſignificationem negare noluit, ſe eſſe Samaritanum, hoc eſt, cuſtodē. Nam Hebræis, verbum שמר *Samar*, ſignificat *cuſtodire*, & שומר *Somer. cuſtodientem*, ſiue *cuſtodem*.
E Ait eodem loco Origenes ab Hebræis traditum. Samaritanos appellatos, id eſt, cuſtodes, quòd miſſi fuerint ab Aſſyriorū Rege, ad cuſtodiēdam terram Iſrael, poſt captiuitatē Iſraëlitarum, ſed falſa eſt opinio. Samaritani enim dicti ſunt à ciuitate, & regione Samaria, quam incolebant Samaria autem dicta eſt Hebraicè, שמרון *Someron*, à

Samaritanū eſſe cur ſe Chriſtus non negauerit.

Samaritani vnde dicti, & Samaria.

Tomus tertius.

A שומר *Somer*, à quo montem Amri Rex emit, in quo illam exædificauit, 3. Reg. 16. *Emit Amri montem Samariæ à Somer, duobus talentis argenti; & ædificauit eum, & vocauit nomen Ciuitatis, quam extruxerat, nomine Somer Domini montis, Samariam, &c.* Samaria Hebraicè dicitur שומרון *Someron*. D. Auguſtinus eandē reddit rationē, quā Origenes, cur Chriſtus primum conuitium tacitus pręterierit: pertinuit (ait) ad
B eum negare vnam rem, alteram, non negare. Non fruſtra. Samaritanus enim interpretatur Cuſtos: Nouerat ille ſe noſtrum eſſe Cuſtodē, &c. Idē docet Beda, & D. Gregorius hom. 18. in Euangelia, ſed hæc ratio myſtica eſt. Non diſplicet, quod ait Card. Toletus Chriſtum etſi non apertis verbis, etiam negaſſe ſe eſſe Samaritanū, cùm dixit; *ego honorifico patrem meum:* Etenim exploratum erat illum non
C eſſe Samaritanum, qui Deo honorem debitum tribuebat. Arbitror Dominum reſpondiſſe grauiori contumeliæ, alteram prætermiſiſſe, quoniam non erat opus in repellendis, ac confurandis contumelijs immorari. Tolerandæ ſunt, & animo patiente & ore ſilente, ne camino verba oleum addant, niſi aliud diuinus honor poſtulet, & proximi correctio.

3. Reg. 16.

D *Sed honorifico patrem meum.*

PRobat Dominus apertè ſe dęmonium non habere, quoniam qui dæmonium habet, & ab eo regitur, & ducitur, Deo honorem debitum non tribuit. At manifeſtum erat Chriſtū Deum maximè honorare tum verbis, tum operibus admirabilibus, ergo dæmonium non habebat. Ait ergo; Vos propter admirabilia opera
E quæ facio, & propter verba quæ loquor dæmonium me habere dicitis, inuidiæ, & odio obcæcati. Si luce colluſtratos haberetis oculos eadem hæc opera, & verba ſummum Deo honorē afferre videretis. Nam his omnib. verbis, & operibus Deum Patrem honorifico, non dæmonium, ad eius gloriam illa refero, non ad inanem aliquem populi plauſum captandum.

Chriſtus Deum maximè honorabat.

H Aliter,

Aliter, ſi illi dæmoniacum appellabant, quòd furioſi verba loqui illis videretur Dominus, ſenſus erit ſimplicior: ego non habeo dæmonium, à quo furijs agiter; ſed verbis quæ hactenus dixi *honorifice patrem meum Deũ.*

Chryſoſto. D. Chryſoſt. in hanc ſententiam hæc verba interpretatur, *honorifico patrem meum*, quia oſtendo vos non eſſe eius filios, qui homicidę eſtis ſcelerati. Hęc dixi (ait Chyſoſtomus) quoniam non decet, vt Deum Patrem appelletis cũ ſitis homicidæ, ob eius ergo honorem

Euthymi. hęc locutus ſum, &c. Euthymius: Honorans (ait) Patrem, oſtendo vos non habere Deum Patrem, neque ex Deo eſſe. Siquidem ignominia eſt eius, qui homines beneuolentia proſequitur, patrem eſſe homicidarum, eodem modo Theophylactus.

Et vos inhonoraſtis me, ego autem non quæro gloriam meam, &c.

NVllam præ ſe ferens iram manſuetè cõtumelioſos in ſe eſſe Iudæos indicat. *Ego* (inquit) *Deum verbis operibúſque honorifico.* Eam ob rem honore a vobis non iniurijs fui afficiendus, at vos contumelioſi in me eſtis, conuitijs grauiſſimis me afficitis, cũ affirmatis me Samaritanũ eſſe, & habere dæmoniũ. Ne verò exiſtimate, me honorem gloriamq́; meam curare, & quærere, propterea quòd vos contumeliæ mihi illatæ admoneo, dicens, *inhonoraſtis me: Non enim gloriam meam quæro*, & curo. Si quærerem grauę de vobis ſupplicium ſumerẽ. Rogabit aliquis quia ratione verum ſit Chriſtum gloriam ſuam non quæſiuiſſe? Reſpondetur, Dominum ad quærendas iniurias, contumelias, & opprobria veniſſe, quibus redimeret gregem ſuum, non autem ad quęrendam in vita ſua gloriam hominum & plauſum. Gloriam in vita nõ quæſiuit, poſt mortem inuenit. Nam per iniurias, & opprobria veluti per gradus ad ſummã aſcendit gloriam, quã apud homines toto orbe habet. Veriſſimum enim eſt illud Pauli ad Philip. 2. *Humiliauit ſemet ipſum: propter quod Deus exaltauit illum, &c.* Propterea re-

Quomodo Chriſtus gloriã ſuã non quæſiuit.

A ſpondetur Chriſtum non quæſiuiſſe tunc gloriam ſuam, puniẽdo conuiciatores Iudęos. Diuus Chryſoſtomus Chriſti verba ſic explicat, nihil mihi curæ eſt hæc contumelia; Deo pęnas debetis, cuius gratia hæc audio. *Ego nõ quęro gloriam meam*, ideò omiſſa vindicta ad doctrinam vertor, &c. Eſt illius ſenſus, *nõ quæro gloriam meam*, ideò vindictam iniuriæ omitto. Is enim qui gloriam propriã quęrit, contumeliã

D. Chryſo.

Vindicta nõ ſumenda de miſeria.

B non fert, ſed vlciſcitur, qui gloriam contemnit, is omittit vindictam. Euthymius ſimiliter ita interpretatur: *Non quęro gloriam meam*, id eſt, vindictam contumeliæ meæ. Et ſenſus. Nõ quæro à vobis gloriam meam vindicando, quam vos contumelijs mihi detraxiſtis. *Non quęro gloriam meam*, à vobis recuperare vos puniendo.

Euthym.

Eſt qui quærat, & iudicat.

C PVniendos à patre Iudæos conuiciatores docet. *Ego* (ait) *gloriam meam non quæro*, nec ſumo ſupplicium de contumelijs mihi illatis. At impunè non feretis. Eſt enim Pater meus, qui gloriam meam quæret; vóſque iudicabit, & ſupplicium grauiſſimum ſumet. Iuxta illud Deuter. 18. *Eorum verba mea in ore eius, & quicunque non audierit quę loquetur in nomine meo, ego vltor exiſtam, &c.*

D Obijcit hoc loco Auguſtinus, ſupra c. 5. dixiſſe Chriſtum; *Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio*, nunc verò dicere, patrem iudicare, & punire contumelioſos reſpondet, duplex eſſe iudicium, alterum ſecundùm pœnam, & afflictionem; alterũ ſecundùm diſcretionem. Filio datũ iudicium ſecundùm afflictionem, & pęnam; patri iudicate iudicio ſecundùm diſcretionem.

Duplex Dei iudiciũ & quale Chriſto datum.

E Quid eſt (inquit) *Pater iudicat*; id eſt, *diſcernit*. Quid diſcernit? gloriam filij ſui a gloria hominũ. Multũ intereſt inter gloriã Chriſti, & gloriam omniũ cæterorum, &c. Veriſimilius eſt, agi hoc loco de iudicio ſecundùm pœnã, ſiue punitionẽ. Pater autem dedit filio omne iudicium generale, & viſibile, quo ſñiam de omnib. hominib. extremo mũdi die feret. Iudicabit etiã

Quomodo etiã Pater iudicet.

tunc

tunc Patēr, & iudicat nunc quotidiè, A modo inuiſibili, ſimul cũ Filio, & ſpiritu ſancto, iniuriáſque illatas, vel in hac vita punit, vel poſt hominis obitum. Gloriam ſuam Patri quærēdam reliquit Dominus. Quęſiuit ille, & iudicauit, acerbèq. Iudęos puniuit. *Chriſtum exaltauit, & dedit illi nomen*, (vt Paulus ait Phil. 2.) *ſuper omne nomen*, Iudæorum Remp. funditus euertit, impiòſque homines in tartareos rogos præcipites dedit.

Phil. 2.

Dei eſt vltio non ſibi illam arroget is qui iniuria eſt affectus.

Deut. 32.

B Deuter. 32. *Mea eſt ultio* (ait Dominus) *& ego retribuam in tempore, &c.* Dei eſt vltio; ipſe quæret & iudicabit. Noſtrum eſt gloriam propriam non quęrere; iniuriam verò inferentibus non imprecari vltionem, ſed Dei benedictionem. Pſal. 93. *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum liberè egit. Exaltare qui iudicas terram redde retributionem ſuperbis. &c.* Non ſumus nos Domini vltionum, non poſſumus liberè agere, C & vt libet vlciſci, Deus eſt Dominus vltionum Hebraicè, אל נקמות יהוה *el nechamoth ADONAI* Ille liberè, vt libet valet vindictā ſumere. *Eſt qui quærat, & iudicet* iudex ęquiſſimus. Nos noſtris in iniurijs iudices ſumus iniqui, Iuſtiſſimo iudici Deo committamus cauſam, nos ipſos vt iniquos iudices reijciamus, *exaltabitur qui iudicat terram, reddet retributionem ſuperbis.* Leuit. 19. ait Dominus: *Non quęras* D *ultionem, nec memor eris iniuriæ ciuium ſuorum, &c.*

Siquis ſermonem meum ſeruauerit mortem non videbit in æternum.

OPpoſita ſaxa, obicèſque fluuius ſuperat, neq. à curſu recedit ſuo. Sic Dominus obiectos conuitiorum obices deſpicit, à curſu doctrinę ſuæ non auertitur. Suprà dixit, ſe veritatem dicere, Iudæos arguit, quòd veri E tati non crederent, nunc contumelijs omiſſis curſum doctrinæ tenet, veritatis ſiue ſermonis ſui fructū vberrimum aperit. Sic D. Chryſoſtomus hęc cōnectit. *Ego* (inquit) *non quæro gloriam meā*, ideò omiſſa vindicta ad doctrinam vertor, & conſulo quę faciatis, ex quib. non modò ſupplicium vitabitis, ſed ęternam vitam conſeque-

A mini, &c. Rupertus ait Chriſtum ad ſuperiorem illam redire propoſitionem; *Si manſeritis in ſermone meo, cognoſcetis veritatem, & Veritas liberabit vos.* Nam manere in ſermone, eſt ſermonem ſeruare, & mortem non videre in æternum, ipſa eſt libertas. In eo quod cęperat (ait Rupertus) ſermone Chriſtus perſeuerat, primamq; propoſitionem eodem ſenſu, &c. Obſeruat hoc loco idem Rupertus, & ante eum D. B Gregorius, hom. 18. in Euangel. propter impiorum peruerſitatem, nō eſſe deſerendam prædicationem diuini verbi. Cùm malorum peruerſitas creſcit (ait Gregorius) nō ſolùm prędicatio non debet minui, ſed etiam augeri, quod ſuo exemplo Dominus nos admonet, qui poſtquam dęmonium habere dictus eſt, prędicationis beneficia largius impendit, &c.

Rupertus.

D. Gregor.

Propter improbitatem impiorum non eſt deſerenda diuini verbi prędicatio.

Pſal. 88. ait vates. *Qui eſt homo qui* C *viuet, & non uidebit mortem?* quaſi dicat, nullus eſt homo, qui mortem non ſit viſurus: Dominus ait, eum non viſurum mortē, qui Euangelicum ſermonem ſeruauerit. Nō tñ repugnat vati, loquitur enim de ęterna morte Dominus, vates de temporaria. Nullus homo eſt, qui temporariam non videat mortem; at ęternam multi non videbunt, ij videlicet, qui doctrinam Chriſti fideliter ſeruauerint. eſt ergo D ſēſus; *Qui ſermonem meum*, id eſt, quod ego doceo ſeruauerit, *is non morietur in æternum*, & ſi temporariam videat mortem, non videbit æternam in gehenna, extremo iudicij die, in vitam redibit glorioſam, ac perpetuam.

Pſal. 88.

Duplex mors.

Dices etiam impij qui ſermonem Dñi non ſeruant, non videbunt mortem in æternū. Siquidem in vitā æternam excitabunt. Rñdetur, impiorū vitam in ſupplicio ęterno mortē potius ęternam eſſe, q̃ vitam. Chriſtus E autem hoc loco de beata vita loquitur, & glorioſa, quę ab impijs longè aberit. Auguſtinus tract. 43. Videbat Dominus aliam mortem ſecundam, mortem ęternam, mortem gehennarum ipſa eſt, vera mors, de ipſa dicit, *mortem non uidebit in ęternum, qui ſermonem meum ſeruauerit, &c.* Videre mortem, ſignificat mortem experiri. idē

Vita damnatorum mors eſt.

Auguſt.

H 2 ſigni-

ſignificat mortem guſtare. Sermonē verò Chriſti ille ſeruat, qui, vt Chriſtus docuit, ſanctam vitam traducit. Vnde Chryſoſtomus hæc verba explicans; hic (inquit) non ſolùm fides intelligenda eſt, ſed vitæ puritas, &c. Addit Chryſoſtomus, præterea eis verbis ſignificare Chriſtum, facilè ſe poſſe ſi velit, mortem, quam Iudæi illi machinabantur, à ſe propulſare; ſimul (inquit) ſignificat Chriſtus, nihil ſe a Iudæis poſſe accipere detrimēti. Nam ſi qui eius ſermonē ſeruat, non moritur, multò minus ipſe, &c. Aduerſus mortem præſentiſſimum antidotum, ſi quis tibi venderet, magno ſanè pretio emeres, offert tibi cœleſtis mercator, aduerſus mortē, eamq; æternam antidotum validiſſimum ac certiſſimum, nimirum Chriſtianæ legis obſeruationem, q̃ ſi quis ſeruarit, mortē non videbit æternā. Cur emere cūctaris? *Si dederit oēm ſubſtātiā domus ſua*, pro hoc antidoto, *quaſi nihil deſpiciet eā*; vt leges Cāt. 8. tanti eſt prij.

D. Chryſo.

Sermo Dei antidotum aduerſus mortem.

Nunc cognouimus, quia dæmonium habes.

QVod Pſal. 63. legitur in his hominib impletur, *firmauerunt ſibi ſermonem nequam, &c.* Sermonem nequā, id eſt, nequiſſimam contumeliam, q̃ Chriſto intulerant firmauerunt, prędictum conuitium maiori aſſeueratione iterant. Ex his verbis aiunt; quę modo protuliſti. *Si quis ſermonem meū ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.* Cognoſcimus id quod antea dicebamus, te dæmone correptum eſſe. Hęc enim verba huiuſmodi hominis ſunt, Ambigit, cur dicant, *nunc cognouimus*, cùm antea iam idem conuitium iactarint? Toletus interpretatur *nunc cognouimus*, id eſt vel ex his ſolùm verbis, etiam ſi alia cauſa non eſſet, cognoſcimus. Maldonatus ſic: Nunc re ipſa videmus, q ante ſola coniectura dicebamus. Ianſenius cum Caietano ait, præ furore oblitos Iudæos honoris proprij, hoc dixiſſe. Nam cùm dicunt; *nunc cognouimus*: ſignificāt ſe antea, cùm Chriſtum eadem contumelia affecerunt, non cognouiſſe, aut nō ſatis cognouiſſe, id q aſſerebant. Vnde Caietanus vide (inquit) Iudæorū furorem non ſolùm à contumelia inchoant reſponſionem, ſed proprij honoris obliuiſcuntur, manifeſtantes ſe temerè hactenus dixiſſe; *dæmonium habes, &c.* Simplicior eſt ſenſus Euthymij: *nunc cognouimus*, hoc eſt, nunc magis cognouimus. Lyranus quoque ſic exponit; prius tantùm opinabamur, modo ſumus certi. Sic loqui videtur, quemadmodum Luſitani loqui ſolemus, *nunc cognouimus*, id eſt, *agora aca bamos de crer*; hoc eſt, *nunc omnino, & perfectè credimus*. Deniq; aſſeuerantiū eſt hic loquendi modus, eo vſi ſunt Iudæi, vt rem ualdè confirmarent, ſed quorſum in verbis mēdaciſſimis explicandis moramur? mendax ſæpè ſibi repugnat. Hinc illud: *Mendacem dicti memorem eſſe oportet.* Sed quid in verbis Chriſti viderunt, cur ex illis inferāt. *Nunc cognouimus, quia dæmonium habes?* Euthymius quæſtioni ſic rñdet: Dixerunt hoc quaſi Deo ſe feciſſet ipſe maiorem, &c. D. Thomas, hoc (inquit) ideo dixerunt, quia notum erat apud Iudæos, diabolum peccatorum eſſe inuentorem, & prçcipuè mēdacij, quia autem videbat eis, hoc qđ Dominus dixit eſſe mendacium, & contrarium Scripturæ, Pſal. 88 *Quis eſt homo qui non videbit mortem*: ideo dicunt: *dæmonium habes*. quaſi dicant, ex inſtinctu dæmonis, medacium loqueris, &c. Eandem rationē Lyranus reddit Placet magis ratio Theophylacti, Iudæi (inquit) dæmonio ipſū agi putant, q aliena quadam quaſi mente captus diceret, &c. Confirmatur hæc ratio ex c. 10. Ioan. in quo ſic loquuntur; *Dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis? &c.*

Toletus.

Maldonat.

Conuitium confirmant Iudæi.

Quomodo Chriſto Iudæi hoc probrum obiecerint.

D. Thom.

Theophyl.

Abraham mortuus eſt, et Prophetha mortui ſunt: & tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, &c.

DE morte temporali, & corporali exiſtimarunt Iudæi Chriſtum loqui; humi enim rapebant, Chriſti verba non intelligebant. Cùm ergo viderent omnes homines mori, abſurdum, falsùmque eſſe putarunt, quod Chriſtus aſſerebat, & a dæmonis agita-

Sublimia Chriſti verba nõ intelligũt Iudæi.

agitatione profectum. *Abraham* (inquiunt) *mortuus eſt, prophetæ quoque mortui ſunt*, qui ſermonem Dei ſeruauerunt; omnes homines etiam ſanctiſſimi mortem vident, ac guſtãt, & tu aſſeuerantiſſimè dicis, non morituros illos hominos, qui tuum ſermonem ſeruauerint; nũc cognouimus perſpicuè te a dæmone agitari, ſiquidem à ratione aliena, & inſana verba profers. Nũquid tu præſtantior es patre noſtro Abrahamo? mortem Abraham vidit,
B quamuis ſermonem Dei ſeruauerit, prophetæ etiam; neque potuerunt ad hoc vſque tempus prorogare vitam, tu verò polliceri audes vitam æternã? Si Abrahamo non eſt data vita æterna, cuinam danda eſt? *Quem teipſum facis?* quem te eſſe dicis, qui vitam æternam tuum ſermonem ſeruantib. polliceris? quam neque præſtantiſſimus populi Dei pater Abraham, neq; prophetæ ſanctiſſimi conſequi potuerũt
C Cæcorum eſt hæc obiectio. Dum ſolã mortem carnis aſpicerent (ait D. Gregorius hom. 18.) in veritatis ſermone
A caligabant. &c. Si vera Chriſti intellexiſſent, hęc non obieciſſent. Etenim Chriſtus de æterna morte loquitur, & de æterna vita. Abraham autem & prophetæ, ſi de hac morte loquamur, non ſunt mortui, ſed æterna vita donati. Si verò de morte tẽporali ſit ſermo, *mortui ſunt*, vt Iudæi aiũt. At Chriſtus de hac morte minimè loquit. Obſeruat Caietanus, non dixiſſe Iudæos, Tu quis es? ſed quem teipſum facis?
B ſignificando quod ſeipſum extolleret, ſibique id arrogaret, quod non erat. Quis (inquit Rupertus) ſeipſum facit aliud quam eſt niſi is, in quo veritas non eſt, mẽdacij pater, id eſt, dæmon, & omnis hypocrita, & nequam qui ex parte eius eſt? &c. Exẽplar habes hæreticorum Iudæos; quemadmodũ Iudæi, quia Chriſti verba non intellexerunt, & malè interpretati ſunt, in conuitium proruperunt: Sic hæretici,
C quia Scripturæ diuina verba intelligẽtia minime conſequuntur, & perperam exponunt, in mille errores præcipites fuerunt.

Gaieta.

Cur Iudæi dixerunt quèm teipſum facis.

Hæretici vt Iudæi verba Dei non intelligũt.

CAPVT XXI.

De dictis Chriſti.

IOANNES CAPITE VIII. Verſ. 54.

RESPONDIT IESVS: Si ego glorifico meipſum, gloria
mea nihil eſt, eſt Pater meus, qui glorificat me, quem vos di-
citis, quia Deus veſter eſt; * & non cognouiſtis eum, ego au- 55
tem noui eum. Et ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vo
bis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. * Abra- 56
ham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit &
gauiſus eſt. * Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum
habes, & Abraham vidiſti? * Dixit eis IESVS: Amen, amen, dico vobis, an- 57
tequàm Abraham fieret ego ſum. * Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in 58
eum. IESVS autem abſcondit ſe, & exiuit de templo. 59

Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt, eſt Pater meus, qui glorificat me.

INterrogarunt Iudæi. *Quem teipſum facis?* Circuitu quodam reſpondet Dominus, ſe Filium Dei facere. Iuxta illud Iudæorum ad Pilatum Io. 19. *Secundùm legem debet mori quia Filium Dei ſe fecit, &c.* id eſt, dixit ſe eſſe Filiũ Dei. Hoc igitur loco facit ſe Dominus Fi-
D lium Dei, hoc eſt, dicit ſe eſſe Filium Dei, prius tamen repellẽs à ſe iactantiæ ſuſpicionem *Si ego* (inquit) *glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt*, quaſi dicat, rogatis, quem teipſum inani

Gloria inanis nihil eſt.

A iactantia facis? quòd exiſtimeris me gloriam inanem aucupari, & meipſum velle glorificare. Ego autem ſi meipſum, vt vos putatis, glorifico, & iacto inſolenter, ſi gloriam inanem aucuparer, gloria mea nihil eſt, inanis .n. gloria nihil eſt, propterea quia nihil eſt; inanis dr̃, & vana; nam mox diſparet & euaneſcit. Alia eſt gloria mea, maxima, ac ſolidiſſima, nempe illa, quam mihi confert pater. D. Chry-

D. Chryſo

B ſoſtomi alia eſt interpretatio: *Si ego meipſum glorifico, gloria mea nihil eſt*, nihil inquam eſt, apud vos. Cùm tamen gloria, quam mihi ego tribuo, ſit reuera magna, & vera. Theophylactus, *gloria mea nihil eſt*, vt vos putatis, eodem modo Euthymius.

Laus in ore proprio qualis.

Aliter: loquitur Dominus ex vulgi, & hominum ſenſu, qui fidem non habent hominibus, cùm de propria laude agitur. Hunc in modum ſupra dixit, Ioan. 5. *Si ego teſtimonium perhibeo de* C *meipſo, teſtimonium meum non eſt verum, alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me.* Re ipſa veriſſimum erat, & legitimum teſtimonium, quod de ſe Chriſtus perhibebat; & ſed ex ſentẽtia hominum non erat verum, & legitimum, quia non creditur homini, de ſua laude teſtificanti. Sic hoc loco, ſi Chriſtus ſe glorificabat, illius gloria veriſſima erat, præcellens, ſolida. At verò nihil eam eſſe ait apud Iudæos, quia ſeip- D ſum glorificanti non habetur fides. Ideò quemadmodum Ioan. 5 addidit; *Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me*: ita hoc loco adiungit, *eſt pater meus qui glorificat me*, quaſi dicat: ſi in ore meo gloria mea nihil eſt apud vos, quia mihi non creditis: Deus me glorificat, cuius gloria eſt ſolidiſſima, ac veriſſima.

Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum. E

Indicat Chriſtus Iudeis ſe filiũ eſſe Dei, quem ipſi colunt.

MAnifeſte Chriſtus affirmat patrẽ ſuum eſſe Deum, quem Iudæi colebant. *Pater (inquit) meus glorificat me*, hunc patrem vos dicitis Deum eſſe veſtrum, ergo ſum ego Filius Dei veſtri, mihique omnem cultum, venerationem, fidèmque debetis. At non cognoſcitis Deum veſtrum.

A Dubitatur quonam modo dicantur Iudæi non cognouiſſe Deum, ſiquidẽ ex Scripturis, & fide eum cognoſcebant. Reſpondetur, dici Iudæos non cognouiſſe Deum, eo quòd illum nũquam viderant, iuxta illud Ioan. 5. *Pater ipſe teſtimonium perhibet de me, neq; vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis*, & cap. 7. *Eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis, ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, &c.* Eſt ſenſus proprius huius lo- *Io. 5. & 7*

B ci: Pater meus Deus veſter eſt, illum vos non cognouiſtis, quia numquam vidiſtis. *Ego autem noui eum*, quia illum qua homo, perſpicuè cerno (cernebat enim Chriſti anima diuinam eſſentiã) quà Deus verò, quia ab illo genitus in ſinu illius ſum. *Et ſi dixero, quòd non noui eum, ero ſimilis vobis mendax*, mẽdacium dicam, quod vos facitis cùm me Samaritanum, & dæmoniacũ vocatis. Non dicam me illum non cogno- C ſcere, erit enim mendacium turpiſſimum, quod à me abeſt longiſſimè; *ſed ſcio eũ*, cognoſco, & video Præterea ſermonem eius, & legẽ ad vnguẽ ſeruo.

Quib. modis Iudæi Deum non cognoſcebant.

Alius eſt ſenſus de cognitione, quę cum obſeruatione diuinæ legis copulata eſt, quomodo is dicitur Deum cognoſcere, qui eius mandata opere exequitur; ſic is dicitur Deum non cognoſcere, qui etſi per fidem mortuam illum cognoſcat, tamen legem nõ ob- D ſeruat, iuxta illud Pauli ad Tit. 1. *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant*, Et 1. Reg. 2. *Filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium ſacerdotum, ad populum, &c.* Item 1. Ioan. . *In hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mãdata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.* Chryſoſtomus Ioan. 7. Stat (inquit) vt qui ſciat, neſciat, &c. Eſt ſecundus ſenſus huiuſmodi; Deũ E vos non cognouiſtis ea cognitione, quæ mentis affectum, & effectum mãdatorum Dei continet; Ego autẽ hac cognitione noui eum, affectu, & effectu. Illum enim diligo, & legem illius obſeruo. Sic Euthymius, *non cognouiſtis* (ait) *eum*, vt potè operibus illum negantes. Vel non cognouiſtis eum, eo quòd non ſeruetis eius ſermonẽ, &c.

Is dicitur Deum non cognoſcere, qui mãdata non ſeruat.

Ad Tit. 1.

1. Reg. 2.

1. Ioan. 2.

Chryſoſt.

Tertius ſenſus eſt: *non cognouiſtis eum.*

Hoc

Hæc eſt, nõ intelligitis illius maieſtatẽ, ſublimitatem, bonitatem, iuſtitiam, præmia, ſupplicia, infinitatem non cõſideratis. Hęc non expenditis, quę omnia ego noui, &c.

Euthym.

Quartus ſenſus ab Euthymio proponitur *non cognouiſtis eum*, eo quòd non agnoſcatis Filium eius, iuxta illud Io. 14. *Si cognouiſſetis me, & patrem meum, vtique cognouiſſetis, & à modo cognoſcetis eum & vidiſtis eum, &c.* Chryſoſtomus itẽ; Quomodo (inquit) Deum non ignoratis, quoniam me contumelia afficitis? &c. Theophylactus; neque vt patrem meum ipſum agnoſcitis, neque vt Deum veſtrum. Nam ſi vt patrem illum cognoſceretis, honore Filium eius proſequeremini. Nunc autẽ cùm Filium non colitis, manifeſtum eſt, quòd non cognoſcitis illum, vt patrẽ meum; ſed neque vt Deum cognoſcitis; alioqui timeretis ſermones eius, &c. Ideò dicuntur Iudæi hoc ſenſu non cognouiſſe Deum Patrem, quia neſciebant eſſe Patrem, & Filium habere naturalẽ. Si cognoſcerent Chriſtum eſſe Filium Dei, Deum Patrem eſſe ſcirent, & cognoſcerent. Obſerua oportere Chriſtianum Deum cognoſcere, non ſolùm fide, ſed etiam operibus, non ſolum intellectu, ſed etiam affectu, atque effectu; ita vt fides in operibus bonis cernatur, ac ſplendeat. Alioqui audiet, Patrem tuum dicis Deum, & non cognouiſti eum. Item, *confiteris te noſſe Deum, factis autem negas.* Etenim fides tua eſt Chriſtiani, opera tua ſunt Ethnici, credis vt Chriſtianus, operaris vt Paganus.

Iudæi quomodo Deũ Patrem nõ agnoſcerẽt.
Chryſoſt.
Fides & opera.
Ad Tit. 1.

Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt.

DIxerunt Iudæi, *Numquid maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt?* Reſpondet Dominus, & indicat ſe multò maiorẽ eſſe Abrahamo, ſiquidem Abraham ipſius diem tamquam redemptoris, & multò præſtantioris videre deſiderauit. Rupertus; Magnũ (inquit) Abrahæ meritum Chriſtus, & longè maius ſuæ magnitudinis prędicat teſtimonium. Quis dicatur *dies Domini* hoc loco, in quæſtionem venit. D. Chryſoſtomus diem paſſionis, & crucis, dici exiſtimat, hom. 54. Diem meum (inquit) hoc in loco crucem mihi ſignificare videtur, quem diem in arietis oblatione, & in Iſaac, Abrahã præfigurauit Geneſ. 22. &c. In eadem ſententia eſt Theophylactus, & Euthymius. D. Proſper, lib. 1. prædi. cap. 17. Diem (inquit) paſſionis Filij Dei vidit Abraham in ſuo filio figuratum; quòd vnico filio non pepercit, quòd veluti ad aram crucis triduo cum inſonti victima conuolauit, quòd patiens, ac ſine voce, ſimilis agno coram tondente ſe filius patri, vt percuteret, pia colla præbuit, quòd aries cornibus in vepre detentus, ſpinis coronatũ Chriſtum oſtendens, pro Iſaac immolandus apparuit, quòd ideo Iſaac immolatus non eſt, quia reſurrectio Filio Dei ſeruata eſt. Hæc omnia credens Abraham, videre meruit per figurã, &c. D. Ambroſ. lib. 1. de Abrahamo, cap. 8. Chriſtum vidit Abraham in illo ſacrificio, (ſcilicet arietis) huius paſſionem aſpexit. Et ideò ipſe Dominus ait de eo; *Abraham diem meum vidit, &c.* Ad dicitur, *Gauiſus eſt*, dicendum potiùs fuerat; lamentatus eſt, doluit, fleuit, quòd Deum videret ſuffixum cruci. Vtrumque affectum habuiſſe credendum eſt: & gaudium, & dolorem, tamen gaudij oportuit nunc meminiſſe, non fletus, quia cum Iudæis ſermo erat. Euthymius: *Gauiſus* (inquit) *eſt*, Abraham, propter ſalutem mundi. Turrianus lib. 8. Conſt. Clemẽtis, cap. 12. num. 3. diem Chriſti diem reſurrectionis appellari putat, ad illa verba, Abrahamo Chriſtum tuum oſtendiſti, &c. Diem ſuum (ait Turrianus) vocauit Dominus diem reſurrectionis, quia fuit reſurrectio quædam noua eius natiuitas. Chriſtum oſtendit Deus pater Abrahę in Iſaac à morte ad vitam ſine corruptione reuocato, & diem reſurrectionis Chriſti oſtẽdit in die illo liberationis Iſaac, &c.

Chriſtus Abrahamo maior eſt.
D. Chryſo.
D. Proſper. Quomodo Abraham viderit diẽ Domini.
Ambroſi.

Si Dominus ſolùm dixiſſet, *Abraham vidit diem meum, & gauiſus eſt*, non magnam difficultatem haberet hæc opinio, at dixit: *Abraham exultauit, vt videret diem meum*, deinde poſtquam exultauit, vt videret *Vidit, & gauiſus eſt.*

Oportet igitur duo oſtendere, alte-

rum quando exultauit, vt videret, alterum quãdo vidit, & gauiſus eſt. Hęc autem opinio vnum ex eis tm̃ oſtendit, ſcilicet, quando vidit Abrahã diẽ. Domini, & gauiſus eſt, nimirum cùm immolandum filium in montem duxit. Quando verò exultauit, vt videret diem, non indicat. Dici poteſt, iuxta hanc ſententiam, Deum iam antequam ad immolandum Iſaac duci iuberet, Abrahamo pollicitum eſſe diẽ Chriſti, id eſt, paſſionis Chriſti viſionem. Quemadmodum enim Simeon ille Senex Luc. 2. *Reſponſum accepit à Spiritu ſancto, nõ uiſurum ſe mortem donec uideret Chriſtum Domini*: ita fieri potuit, vt Abraham reſponſum ab eodem ſpiritu acciperet nõ viſurum ſe mortem donec paſſionem Chriſti cerneret, *exultauit ille*, cùm hoc accepit promiſſum, vel reuelationem, vt videret illũ diem Chriſti, id eſt, paſſionem *uidit*, cùm filium in monte voluit mactare, *& gauiſus eſt*. Sed quo modo vidit, nũquid tantùm in figura illa filij, & arietis? parum hoc eſt. Si vera eſt hæc ſententia, per reuelationem vidit Abraham, internis animi oculis Chriſtum flagellatum, ſpinis coronatum, cruci ante ſe ſuffixum, à mortuis etiam excitatum, *& gauiſus eſt*, propter humani generis redemptionem & propter reſurrectionem: doluit autem ac fleuit, propter Chriſti ipſam paſſionem. Quòd ſi in ſola, & nuda figura vidiſſet, neque antequàm videret, exultaſſet vt videret diem illum, neque cum vidit magnopere gauiſus eſſet. Aliqd igitur concedas neceſſe eſt magnum, & inſolitum, propter quod & antea exultarit, & poſtea gauiſus ſit.

Luc. 2.

D. Gregorius homil. 18 diem Domini ait vidiſſe Abraham, tunc cùm Geneſ 18. in figura ſummæ Trinitatis tres Angelos hoſpitio recepit, & ſic tribus quaſi vni loquutus eſt: quia & ſi in perſonis numerus Trinitatis eſt, in natura vnitas eſt diuinitatis. Gregorium iiſdem verbis ſequitur Rupertus. D. Hieronymus ante illos, Dan. 8 ſic ſcribit. Non ſunt viri Angeli, ſed in ſpecie videntur virorum, ſicut ab Abrahã tres viſi ſunt viri, qui vtique viri non erant, è quibus vnus adoratur vt Dominus. Vnde & Saluator loquitur in Euangelio: *Abraham uidit diem meum, uidit, & lętatus eſt, &c.* Auguſtinus ſerm. 70. de temp. De iſta (ait) viſione Dñs loquutus eſt dicens, *Abraham exultauit, ut uideret diem meũ, uidit & gauiſus eſt*. Diem (inquit) meũ vidit, quia myſterium S. Trinitatis agnouit, &c. Itẽ: trib. occurrit Abrahã, & vnum adorat. In eo autẽ ꝙ tres vidit S. Trinitatis myſterium intellexit. Qđ aũt quaſi vnum adorauit, in trib. perſonis vnũ Deũ eſſe cognouit, &c. Et ſenſus Gregorij, *uidit diem meum*, id eſt, diem apparitionis meæ, cùm Gen. 18. illi in conualle Mabre, ſedenti in oſtio tabernaculi apparui. Rupertus verò exultationẽ Abrahã interpretatẽ obediẽtiã illã, q̃ Deo exultans præſtitit, cũ terra de ſua exire iuſſus eſt, Geneſ. 12. præmium verò obedientis datum ait, vt videret diem Dñi, ex illius verbis hic ſenſus colligitur: *Exultauit Abraham*, hoc eſt, magna cum exultatione Deo obediuit, & ex terra ſua exiuit; *ut uideret diem meum*, id eſt, diẽ illum, quo illi Trinitas ſumma apparuit, & Iſaac filium naſciturũ promiſit. *Vidit diem illum, & gauiſus eſt*. Nã tùm de apparitione S. Trinitatis, in figura, tùm de filij promiſſione, ex quo Meſſias erat oriturus, magnũ animo gaudiũ concepit. Origenes non ſatis indicat, quid hac de re ſenſerit; ſic. n. ſcribit hom. 10. in Geneſ. Non gaudebat de præſentib. Abraham, neq; de diuitijs mundi, & actib. ſęculi Sed vis audire vnde gauderet? Audi Dñum ad Iudęos dicentẽ. *Abraham pater ueſter deſiderauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauiſus eſt*. Per hoc ergo credebat Iſaac, id eſt, gaudiũ Abrahæ, per ꝙ Abrahæ viſio illa, qua videbat Chriſti diẽ, & ſpes, quæ in ipſo eſt, gaudia cumulabat. Sic ille. Vt ſentire Abrahã diẽ, id eſt, aduentũ Chriſti expectaſſe & huius diei ſpẽ gaudia illi cumulaſſe. D. Irenæus diẽ Dñi ait vidiſſe Abraham per ſpiritũ propheticæ lib 4. c. 15. Doctus (inquit) repręſentatione (ſcilicet triũ virorũ Gen. 18.) ꝙ inter hoĩes homo futurus eſſe Filius Dei, per cuius aduentũ ſemen eius futurũ erat quaſi ſtellæ cęli, cõcupiuit eã diẽ videre,

D. Gregor. Abraham habuit uiſionẽ S. Trinitatis.

D. Hieron.

D. Auguſt.

Rupertus.

Quomodo Abraham uiderit diẽ Domini.

Origenes.

D. Irenæus.

re, vt & ipſe cõplecteretur Chriſtũ, & per ſpiritũ prophetiæ eum videns exultauit, &c. Ber. quoq; ſer 6. in vigilia natalis Dni, per reuelationẽ Abrahamo diẽ Chriſti viſũ, putat, hic verbis. Olim cępit audiri verbũ hoc, ſ. incarnationis diuinæ, hic primus homo magnum eructãs ſacrũ. *Relinquet, ait, homo patrẽ, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Hinc Abraham exultauit, vt videre diem hũc, vidit, & gauiſus eſt*; alioqui qñ ſeruum iurãtem ſibi per Deum cęli ſub femore ſuo manũ ponere præcepiſſet, niſi ipſum vtique Deum cęli ex eodẽ naſciturũ femore pręuidiſſet? Hocquoq; conſiliũ cordis ſui Dauid reuelauit Deus Pſal. 131. *De fructu ventris tui, ponã ſuper ſedem tuam* Sic Bern. Eodem modo Ambr. in lib de benedictione Patriarchar. Prophetæ (ait) ſicut oculi Chriſtũ prævíderunt, & annuntiauerunt eius aduentũ, de quibus ipſe dicit; *Abraham diem meum vidit, & gauiſus eſt, &c.* Item, Eucherius in quæſt. in Ioannẽ, in hæc verba ſic ſcribit: Prophetæ vidẽtes appellabãtur; ideo ꝙ ſancti Spiritus munere, ea quæ cęteris erant clauſa, quaſi conſcij futurorum videbant Inter quos & Abrahã Chriſtum vidit in ſpiritu, &c. Adde Auguſt. lib. 3. contra Maximinum, c. 26. Cur (inquit) non diem Chriſti intelligimus tẽpus Chriſti, quo erat venturus in carne, qđ & Abrahã, ſicut & alij prophetæ, in ſpiritu potuit videre, atq; gaudere, &c.

D. Bernar. *Geneſ. 24.* *D. Ambr.* *Prophetę cur vidẽtes appellabantur.* *Auguſt.*

Idem Auguſt. tract 43. in Ioan. incertũ eſſe ait, an locus hic de die æternitatis, qui nec principiũ, nec finẽ habet, ſit intelligendus, an de die tẽporali Chriſti. Illius verba hæc ſunt: Qđ ait Dñs, *diem meum*, incertum poteſt eſſe, vnde dixerit, vtrum diem Dñi temporalẽ, quo erat venturus in carne, an diem Dni, qui neſcit ortũ, neſcit occaſum. Sed ego nõ dubito patrẽ Abrahã totũ ſciuiſſe. Hæc ille. Caiet. de die æternitatis intellexit, hoc modo, Abraham exultauit, vt videret claritatem diuinitatis meæ, & vidit, non viſione per eſſentiam, ſed viſione certæ notitiæ, & gauiſus eſt.

Dies Chriſti, alter tẽporis, alter æternitatis. *Caietan.*

Exiſtimo locum intelligendum eſſe de die, id eſt, tẽpore aduentus Chriſti in orbem, facilis, ſimplexq; ſenſus hic eſt; Abraham pater veſter ſciuit me venturum in orbem, vt homines è ſeruitute dęmonis eriperem, exultauit ad videndũ hunc diem, id eſt, hoc tempus. Spes videndi huius tẽporis, exultationẽ illi attulit. Hoc modo dixit Pſalmographus Pſal. 83. *Caro mea, & cor meum exultauerunt in Deum viuum:* id eſt, vt viderent, vel ad videndum Deum viuum. Vidit iam hunc diem Abraham, vidit tẽpus aduentus mei in Limbo, vbi eſt, & gauiſus eſt; gauiſus, inquã gaudio nouo, nouaq; exultatione, prior exultatio fuit ſpei, hæc eſt rei. En tibi duplicem exultationẽ, quam in Abraham oſtendendã eſſe ſupra diximus, quam cęteræ interpretationes nõ oſtendunt. Oppones huic ſenſui Abrahamum nõ vidiſſe in Limbo diem, id eſt, tempus aduẽtus Chriſti. Reſpondemus non vidiſſe oculis corporeis, ſed oculis mentis. Sciebat enim certiſſimè deſideratũ Chriſtum iam veniſſe, iamq; verſari in Iudæa: hoc illi ſummam lætitiam afferebat.

Sententia Auctoris. *Quomodo viderit Abraham diẽ Domini.*

Vrgebis illis verbis Luc. 10. *Multi Prophetæ, & Reges, voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, &c.* Ait Dominus prophetas nondum vidiſſe, id quod deſiderauerant, videlicet diem ſiue tempus, vel aduentum Domini. Quod ſi videre (vt dicimus) ſignificat tantum certò ſcire, vel mentis oculis cernere, & non corporeis; ſanè Prophetæ eo tempore, quo hæc verba Chriſtus protulit, iam in limbo videbant, hoc eſt ſciebant, veniſſe Chriſtum, quemadmodum Abraham. At Dñs ait non vidiſſe prophetas. Equidem ſi Prophetæ in Limbo non videbant, neq; Abraham videbat. Eſt ergo repudianda interpretatio, reſpondetur illo Lucæ loco aliud ſignificare verbum, *videre*, nimirum oculorũ viſionem, quod probatur ex verbis antecedentibus: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.* Deinde ſubiungit, *Multi Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis*, videre inquam oculis corporeis, ſicut vos videtis, & *non viderunt*, hoc modo. At verò hoc loco Ioan. 8. cum Dns de Abrahã affirmat; *vidit, & gauiſus eſt*, verbum, *vidit*, de corporea viſione oculorũ non intel-

Prophetæ diẽ Domini quomodo nõ viderunt.

intelligitur,ſed de cognitione. Ex an
tiquis quidem nullus interpretatur
Abraham in limbo vidiſſe, id eſt, co-
gnouiſſe diē Domini, eamq; ob cau-
ſam gauiſum eſſe. Sed tamen inter-
pretatio cæteris videtur verior. In
hanc ſententiam exponunt Titelman
nus, Ianſenius, Maldonatus, Salme-
ron,& Emanuel Saa.

Rogabis,cur Iudæi dixerint; *& A-
braham vidiſti?* Nam Chriſtus non di-
xit ſe vidiſſe Abraham;ſed Abraham
vidiſſe diem ſuum, Reſpondetur,in-
tellexiſſe Iudæos Chriſtum, & Abra
hamum fuiſſe *συγχρόνους*, id eſt, *con-
temporaneos, eiuſdem temporis*. Nam ſi A-
bram vidit diem,id eſt, tempus Chri
ſti, ſequitur vixiſſe tempore Chriſti,
& a Chriſto tunc viſum eſſe.

Quinquaginta annos nondum habes.

Iudæi noluerunt verba Chriſti intelligere.

PSal.35.de impio dicitur, *noluit in-
telligere, vt bene ageret:* quod in hos
Iudæos maximè quadrat. Noluerunt
verba Chriſti intelligere, vt benè a-
gerent. Si enim verba Chriſti intelli-
gere vellent, ſibi explicari peterent il
la,quæ non intelligebant, vt humiles
tanti magiſtri diſcipuli, qui tum do-
ctrina mirabili,tùm miraculis coru-
ſcabat. At nunquam quis eſſet verbo
rū Chriſti ſenſus interrogarunt. Hæc
verba, *Abraham exultauit vt videret diē
meum, vidit, & gauiſus eſt:* minimè intel
lexerunt, exiſtimarunt Chriſtum ſi-
gnificare à ſe homine viſum Abraha
mū,dum viueret. Rogare debuerūt;
Domine profundum ſermonē tuum
non intelligimus,quid ſignificet, no-
bis indica. Non interrogant,ſed ad-
uerſantur. Theophylactus,non pote-

Theophyl.

rant(inquit)Iudæi pertingere ad ſu-
blimitatem dictorum, neque digna-
bantur interrogare, vel diſcere, quis
eſſet dies ille, quem vidiſſet Abrahā;
imò irrident eum, vt inſana quædā
loquentem,&c. Aiunt, *quinquaginta an-
nos nondum habes, & Abraham vidiſti?*
paulo plures quā triginta annos Chri
ſtus tunc habebat. Occurrit igitur
quæſtio;cur Iudæi dixerint; *quinqua-
ginta annos nondū habes.* D. Iræneus li.2.
cap.14. exiſtimat Iudæos ſic locutos,

D. Irenæus.

A quòd Chriſtus iam tunc tēporis qua-
drageſimum annū exceſſiſſet. Reſpō-
derunt(ait) Iudæi. *Quinquaginta annos
nondum habes, & Abrahā vidiſti?* hoc aūt
conſequenter dicitur ei,qui iam qua-
draginta annos exceſſit, quinquageſi
mum aūt annum nondum attigit, nō
tamen multum a quinquageſimo ab
ſtitit. Ei aūt qui ſit triginta annorum
diceretur vtiq; quadraginta annorū
B nondum es. Quod aūt videbant Iu-
dæi,hoc loquebantur: non ergo mul-
tum aberat Chriſtus a quinquaginta
annis,& ideo dicebant ei; *quinquagin-
ta annos nondum habes, & Abraham vidi-
ſti?* Sic ille. Sed exiſtimatio hæc Irenæi
de ætate Chriſti a nemine recipitur.
Alia ergo ratio quærenda eſt. Euthy-
mius rationē reddit his verbis, puta-
bāt Iudæi Chriſtum fermè eſſe quin-
quagenarium, pp multam eius peri-
C tiam,& experientiā.&c Nonnulli,vt
refert Theophylactus, cenſuerunt Iu
dæos quinquaginta dixiſſe annos pro
pter Iubilæi annū quinquageſimum.
D.Tho. id arbitratur ſcilicet, dixiſſe,
quinquaginta annos nondum habes, quaſi
dicerent, tu nondū exceſſiſti ſpatium
vnius Iubilæi, & Abraham vidiſti?
Theophylactus verò ait,quinquagin-
ta annos protuliſſe, quia ſimpliciter
D ſic Iudæis loquentibus incidit,vt me-
mores eſſent huius numeri. Caiet. vt
in tuo(inquit) verba proferrent,di
xerunt *quinquaginta annos nondum habes.*
Lyranus,propter labores (inquit) &
ieiunia videbatur Chriſtus lōgè ma-
ioris ætatis,quàm eſſet, &c. Carthu-
ſianus ſic exponit hæc verba: Dato,
quod haberes multo plures annos,
falſum eſſet,quod dixiſti. Et Titelmā
nus: ēt ſi quinquaginta eſſes annorū,
E tamen adhuc longiſſimè ab ętate A-
brahæ abeſſes, nunc verò neq; quin-
quaginta te attigiſſe certiſſimum eſt,
&c. Exiſtimo Iudæos noluiſſe ætatis
Chriſti certos annos numerare, ſed
voluiſſe excedere de induſtria, quia
& ſi hominū quiſpiam multò plures
haberet annos, Abrahā vidiſſe no po
terat. Potuerunt ēt dicere,cētum an-
nos nondum habes, & Abram vidi-
ſti? noluerunt autem longè adeo ab
ætāte Chriſti diſcedere. Euthymius
ſcribit

Euthymi⁹.

Cur Iudæi dixerint Chriſto,quinquaginta annos nondum habes.

D.Thom.

Carthuſ.

Titelman.

ſcribit quædam exemplaria habere: *quadraginta annos nondum habes*. Ita etiã habent Chryſoſtomi commentaria, ſed lectio propoſita eſt ſequenda.

Antequam Abraham fieret: ego ſum.

SI dociles Iudæi fuiſſent, ſi quis eſſet Dominus diſcere voluiſſent, ex his verbis, interrogato Domino, ſcire potuiſſent. Sed hoc non curabant, & vt Chriſoſt. ait; veritatem cognoſcere negligebant. Obiecerant illi, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* reſpõdet ſe Abraham videre potuiſſe, eo quòd multo ſit antiquior ipſo Abrahamo, *Antequam enim Abrahã in lucem ederetur, iam Chriſtus erat* ſecundùm diuinitatem, quippe qui æternitate Abrahamum præcedebat. Aiebant illi, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* reſpondet, non quinquaginta ſolum annos, ſed ęternitatem habeo, & Abraham videre potui, & vidi. Apertè indicauit Dominus ſe eſſe Deum diſcere volentibus. De Abrahamo dixit, *fieret*, quia factus eſt. De ſe verò, *ego ſum*, quia ſecundum diuinitatem Chriſtus, *eſt qui eſt*, iuxta illud Exod. 3. *Ego ſum qui ſum.* D. Auguſt. tract. 43. Intellige (inquit) *fieret*, ad humanam facturam, *ſum*, verò ad diuinam pertinere ſubſtantiã, &c. & Chryſoſt. Quemadmodum Pater Exod. 3. hoc verbum, *ſum*, vtitur, ita & Ieſus, ſignificat enim perpetuò eſſe ab omni liberum tempore, &c. D. Greg hom. 18. in Euang. *Ante*, (inquit) præteriti temporis eſt *ſum*, præſentis. Et quia præteritũ, & futurum tempus, diuinitas non habet, ſed ſemper eſſe habet; non ait, *Ante Abraham ego fui, ſed ante Abrahãm ego ſum qui ſum*. Sic Gregorius, & alij.

Chriſtus Deus eſt q eſt.

Exod. 3. D. Auguſt.

Chryſoſt.

Gregor.

Diuinitas præteritum & futurũ tempus non habet.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum.

IMpletur in his Iudæis illud Pſa. 54. *Non eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum. Extendit manum ſuam in retribuendo.* Videlicet impius. Non fuit his omnibus cõmutatio, quia mutare noluerunt mentẽ, in ſua perſtiterũt pertinacia, atq; perfidia. Non timuerunt

A Chriſtum Deũ, extenderunt manus ſuas ad lapides, vt pro ſummis beneficijs, ſummum maleficium, id eſt; necem retribuerẽt. Chryſoſt. hoc loco: Animo (inquit) deſperato nihil pius, quamuis ſigna, & miracula videat, in eadem perſtat pertinaci., &c. Item: Anima cũ multis detinetur affectib. virtuti moritur Et ſiue ſupplicium, ſiue quid aliud minaberis, nullo ſenſu monetur, &c. Ipſe Chryſoſt. & Theo-

B phylactus aiunt, illud (*ego ſum*) viſum eſſe ſermonem blaſphemum Iudęis, & Auguſt. Iudæis (inquit) blaſphemare viſus eſt Dñs, quoniam dixit: *Antequam Abraham fieret, ego ſum, &c.* Sic Gloſ. interl. Lyranus, & alij. Euthymius ait, Iudęos cognouiſſe Dei ęternitatem ſibi vẽdicaſſe Chriſtum. Vt blaſphemum ergo lapidibus cędere voluerunt. Hæc enim pęna huiuſmodi hominibus propoſita eſt. Leu. 24.

C *Qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, &c.* Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eũ, in hunc furorem Iudęorum prorupit duritia, à Deo ſe auerterunt, & ſaxis duriores ad ſaxa verterunt. Rectè Auguſt. hoc loco. Tanta (inquit) duritia quo curreret, niſi ad ſimiles? ſcilicet lapides, &c. Homines duri ad duros cucurrere lapides.

Obſtinatio.

D. Chryſ.

Iudæi Chriſtum lapidare voluerunt.

Leu 24. Blaſphemis pœna lapidatio erat.

D *Abſcondit ſe, & exiuit de templo.*

NOndum venerat hora eius, ideo Chriſtus mori noluit. Neq; hæc erat hora eius, neque hæc mors eius. Etenim mors eius mors erat crucis, non lapidationis. In poteſtate ſua, & horã habebat, & mortẽ: occidere voluerunt hoſtes, ſed nõ potuerũt, quia noluit illis poteſtatem is dare, quem occidere cupiebant. Igitur *abſcondit ſe ab eis*. Quonã modo ſe abſconderit do-

E cet Theophylactus his verbis: Nõ in angulum templi ſe coniecit, neq; in domunculam quandam fugit, neque poſt parietẽ, vel columnam ſe incuruauit; ſed ſua magna poteſtate inuiſibilẽ ſe fecit inſidiatoribus, quamuis per medium illorum exiret, &c. Eodem modo reſpõdet Euthymius: per diuinitatis (inquit) potentiam inuiſibilis eſt effectus. Sic etiam Caietanus

Chriſti mors nondum venerat.

Reddi-

Quomodo ſe abſconderit Chriſtus.

Redditus (inquit) eſt inuiſibilis ab eis,& propterea dicitur abſconditus, &c. ſic etiam Ianſenius, & alij probabiliter. Sed certa res non eſt. Potuit quidem Chriſtus ſe inuiſibilem reddere,diuina poteſtate, ſpecies ſenſibiles continendo,quis dubitet?Sed Euãgeliſta ait ſe abſcondiſſe,quod verbũ, ſi proprie loquendum eſt, non ſignificat reddere ſe inuiſibilẽ. Potuit ergo Chriſtus aliquã templi domum ingredi, vel in locum aliquem abſconditũ diuertere,in eoque latere,quouſq; furor ille deferueſceret. Hoc videtur ſentire Auguſtinus.Tamquam homo (inquit)a lapidibus fugit,&c.non ait ſe reddidiſſe inuiſibilẽ,ſed fugiſſe. Similiter Chryſoſt.fugit(inquit) Ieſus, vt hominem præſtaret,&c. Rupertus quoque,quaſi infirmus(ait)ſe abſcondit;non tam à lapidibus, quam a lapideis Iudæorum cordibus fugit, &c. Sic fugit in Aegyptũ.Noluit enim miracula facere,vt ſe periculis eriperet.

D.Auguſt. *D.Chryſo.*

CAPVT XXIII

Morale.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

Videmus Chriſtum in latronũ comitatu ad montem duci Caluariæ, crucifigendum, veluti hominem nocentiſſimum. At innocentiſſimus erat,adeò vt neque homines, neque dæmones eum poſſent de peccato, vel leuiſſimo arguere. Quid homines, quid Angelos, quid dæmones dixi? Neque Deus Opt.Max.cordium ſcrutator,cogitationumque omnium explorator,vitium in illo aliquod vnquã deprehendit.Potuit Dominus non Iudæis ſolum, ſed Angelis etiam omnibus, & dæmonibus, meritò dicere: *Quis ex vobis arget me de peccato?* Quemadmodum Sol dicere poſſet; quis ex vobis arguet me de tenebris? Vt in ſolem nullæ tenebræ incurrere poſſunt, ita in Chriſtum nullum peccatum potuit incidere.

Chriſtus nõ poterat peccare.

Etenim cùm Chriſtus duas habe-

A bet naturas, diuinã, atq; humanam, diuina natura impeccantiam ſibi ſuo iure vendicabat; humanæ vero quia cum diuina perſona copulata erat,eadem impeccantia præſtabatur. Erat enim in diuino ſuppoſito veluti in altiſſima arce collocata, quò nullũ peccatum poterat pertingere, iuxta illud Pſalmi 90. *Altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedet ad te malum, &c.* Et illud Pſal. 18. *In Sole poſuit tabernaculum* B *ſuum.* Poſuit enim æternum Verbum tabernaculum ſuum, hoc eſt, humanitatem ſuam, in perſona ſua, veluti in Sole ſplendidiſſimo,quò nulla vitiorũ caligo valuit vmquam penetrare. Lege Originem lib.2. peri Archon, c.6. Altera præterea huius impeccantiæ cauſa fuit,diuinæ viſio eſſentiæ. Nam Chriſti anima a primo conceptionis puncto diuinã eſſentiam intuita eſt. Quæ aũt anima diuinam intuetur eſ- C ſentiam,peccato ſe maculare nequit.

Cauſa impeccantiæ Chriſti. *Pſal.90.& 18.* *Chriſti anima diuinã intuebatur eſſentiam.*

Cant.5. Dicitur Chriſtus *electus ex millibus*, quod D.Greg interpretatur his verbis: *electus ex milibus*, quia ex totius generis humani maſſa, nullus ſine peccato reperitur. Ipſe verò nõ ſolum ſine peccato fuit, ſed ẽt peccatores redemit, &c. Similiter Caſſiodorus illud Pſal. *Speciosus forma præ filijs hominum*: ſic exponit, Pulchrior(inquit) Chriſtus humano genere, quia pecca- D tum non habuit,&c. Non habuit peccatum vllum Virgo Deipara,ſed propter filij merita non habuit: at Chriſtus a ſeipſo habuit impeccantiã,non a meritis alienis, D.Gregor. Cant.5. Nullum(inquit)omnino peccatum faciens Chriſtus,iuſtitiæ pulchritudinẽ ex integro tenuit, &c. Tenuit Chriſtus ex integro integrã, atq; perfectã iuſtitię,ſanctitatiſq; pulchritudinem, decoremq; admirabilem;in quo nul- E lus,ne minimus quidem culpæ næuus potuit reperiri. Homines reliqui & ſi iuſtitiæ teneant pulchritudinem,non ex integro tenent, quia peccatorum venalium næuis & maculis afficitur.

Cant.5. D.Gregor. *Caſſiodorus Pſal.44.* *Chriſtus tenuit ex integro pulchritudinem iuſtitiæ.* *D.Gregor.*

Suſcepit Dñs naturæ noſtræ labores,ac dolores,peccatum minimè Aſſumpſit Chriſtus,ait Magiſter ſent.3. d.15.defectus pęnæ,ſed nõ culpæ,&c. Inſipientes verò homines defectus

Chriſtus ſuſcepit pęnã, nõ culpam.

culpæ

Digitized by Google

culpæ aſſumere malunt, quàm pœnæ. Vt effugiant pœnam, dolorem, laborem, inopiam, ignominiam, inſipiēter peccatum committunt; grauiſſimum eligentes malum, vt effugiant leuiſſimum. Nō ſic iuſti Deo amore flagrantes, pœnas omnes, omniaq; tormenta ſubeunt, vt culpam effugiant. Dan 13. *Melius eſt mihi abſque opere*, id eſt, peccato, *incidere in manus veſtras* (ait Suſanna) *quàm peccare in conſpectu Domini, &c.* In hæc verba ſcribens egregius doctor Dionyſius Carthuſianus. Sic ait: Peccatum eſt infinitæ fugibilitatis, cum Deus ſit immēſæ honorabilitatis, &c. hoc eſt, peccatum infinito conatu, & infinita fuga, fugere debet homo, quoniam Deo, quem offendit, infinitus debetur honor. Infinito conatu culpa eſt effugienda, oīs pœna, vt culpa vitetur, eſt ſubeūda, infinita fuga, ne nos peccatum cōprehendat, eſt capeſſenda. Ab hac fuga numquam eſt ceſſandum, Deo auxilium ſuppeditante, nō deerunt vires, fugiamus peccatū ſemper, non erit infinita fuga, qa non erit infinita vita. Fugere ſi deſinas, cōprehēderis, ſed ad ſuperiora reuertamur.

Peccatū eſt infinita fugibilitatis.

Innocentiſſimum fuiſſe Chriſtum diximus, neque ab vllo hominum, vel dæmonum potuiſſe vnquā de peccato argui. Attamen in crucem ſumma Dei iuſtitia ſic ſtatuente, actum videmus. Quæritur ergo, cur innocentiſſimus Dei Filius, latronis inſtar cruci ſuffixus ſit? Reſpondetur idcirco cruci eſſe ſuffixum, quia erat innocentiſſimus. Mirum hoc eſt, ſed verū. Etenim quia ab omni culpa alienus erat, idcirco ad expurganda mundi ſcelera immaculata hoſtia eſſe potuit; qualē huiuſmodi flagitabat expiatio. Nam vt ait D. Leo ſerm. 3. de Natiuitate. Offerenda erat pro reconciliandis hoſtia, quæ eſſet noſtri generis ſocia, & noſtræ cōtaminationis aliena, &c. Num. 19. *Mundus* (ait Dominus) *luſtrabit immundum, &c.* Neque immunda manus quemquam poteſt abluere, neque immunda hoſtia, hoc eſt, peccatis inquinatus homo, homines poterat expiare. Victima opus fuit ratione diuinitatis, ita pura, vt peccatū nullū poſſet admittere, ea verò fuit Chriſtus in ipſa crucis ara abſq; crimine vllo immolatus. Ipſa quidē quæ immolata eſt hoſtia immaculata fuit, at ij pro quibus illa offerebatur, maculatiſsimi erāt, nō enim luebat propria aliqua crimina Dominus, ſed aliena, id eſt, noſtra. 2. Cor. 5. *Eum qui non nouerat peccatum* (ait Apoſtolus) *pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo, &c.* Non nouerat Chriſtus peccatum in ſeipſo, quia innocentiſſimus erat: nouerat tn̄ in hominibus, ideoque vt peccatū hominum aboleret, peccatum, id eſt, hoſtia pro peccato factus eſt. Præterea factus eſt peccatum, quia noſtra peccata ſuſcepit. Illū verò diuina iuſtitia ita cruciauit, ac ſi eſſet peccator, & noſtra peccata omnia cōmiſiſſet. *Factus eſt peccatum*, id eſt, peccator, quoad pœnam, non quoad culpam, vt nos *efficeremur per ipſum iuſtitia*, id eſt, iuſti.

Oportebat innocentiſſimū eſſe hoſtiā pro peccatis mūdi. D. Leo

Num. 19.

In ipſa illa cruce, inter ſceleratos latrones pendens, dicere potuit, *quis ex vobis arguet me de peccato?* Quod ſi quis diceret Phariſæorū: ipſa crux arguit te de peccato; nō enim innocentium, ſed nocentium ſupplicium eſt. Reſpōdere poſſet: Crux hæc non me, ſed vos de peccato arguit. Vt enim veſtra peccata ſanguine luam, in ea pendeo. Homines de peccato crux arguit, eoque grauiſſimo, ſi quidem opus fuit Filij Dei morte & ſanguine, vt hoīum animi expiarentur. Non peccatum in me crux arguit, ſed inauditam caritatem, patientiam, humilitatem, & obedientiam. Nam ſummæ caritatis, patientiæ, humilitatis, & obedientiæ argumentum crux eſt, quam pro alienis ſubeo ſceleribus. Non Chriſtum, ſed nos homines de magnis criminibus crux arguit: præterea de ingratitudine, ſuperbia, impatientia. Quòd tanto beneficio ingrati ſimus, quòd humilitatis, & patientiæ, ab ipſo datum exemplum nō ſectemur. De peccato arguebant ſe antiqui illi Iſraelitæ, cum pro peccato immolabant hoſtiam. At hoſtia ipſa dicere poterat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Numquid quia is, qui peccauerat, non occidebatur; de peccato non arguebatur, arguebatur verò hoſtia, qa immolabatur? minime. Is pro quo fiebat immolatio, criminis reus

Crux non Chriſtū, ſed nos arguit de peccato.

Hoſtia pro peccato innocens erat.

Digitized by Google

reus erat; hoſtia ab omni crimine aliena ſubibat pœnam. Homo peccatum committebat, & in vita manebat; pro homine innocẽs victima mortem perferebat. Hoc in vmbra legis præceſſit, in veritate gratiæ perfectum eſt. Homo enim culpæ, & mortis erat reus; Chriſtus ab omni culpa alienus, pro reo mortem tolerauit. Homo nocens vita eſt donatus; Chriſtus innocens vita eſt priuatus. Numquid quia in cruce veluti ara victima immaculata immolatur, ideò de peccato arguetur? Minimè is arguetur, pro quo illa Deo offertur. Quiſnam agnum arguet de peccato? Nõne agnus eſt Chriſtus, & quidem agnus Dei? Ecquis Agnum Dei arguet de peccato? Audi Baptiſtã de Chriſti innocentia teſtificantem;

Ioan. 1. — Ioan. 1. *Ecce* (inquit) *Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, &c.* quaſi dicat: innocens eſt Chriſtus, quia Agnus eſt, quid enim agno innocentius eſſe poteſt? Deinde innocens eſt, quia eſt

Chriſti innocentia. — *Agnus Dei*, Filius ſcilicet Dei, qui peccare nequit. Præterea innocens eſt, quia *tollit peccata mundi*. Non enim impura hoſtia, hoſtem hominum immaniſſimum, & impuriſſimum, id eſt, peccatum, tollere valuit. Hunc noſtrum Agnum paſchalis adumbrauit agnus,

Exod. 12. — de quo Exod. 12. ſcriptum extat: *Erit agnus abſque macula, &c.* Quocirca D.

1. Pet. 1. — Petrus epiſt. 1. c. 1. ait, *nos non auro eſſe redemptos, aut argento, ſed ſanguine Chriſti, quaſi Agni immaculati, & incontaminati.*

Hebr. 5. — Paulus quoque ad Hebr. 5. *Si* (inquit) *ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis,* id eſt, ad emundationem quãdam externam & aſpectabilem; *quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſe obtulit immaculatum Deo, mundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, &c.*

Vitula, cuius hoc loco meminit Apoſtolus, & Moſes Num. 19. inſignis

Vitula Chriſti typus. — fuit Chriſti patientis, atque innocentis typus, de quo copioſè agit Auguſt.

D. Auguſt. — q. 33. in lib. num. ſexus fœmineus (ait Auguſtinus) infirmitatẽ carnis Chriſti ſignificat, de qua dicitur 2. Cor. 13.

2. Cor. 13. — *Crucifixus eſt ex infirmitate*, ſcilicet carnis, *ſed viuit ex virtute Dei.* Colore rufa

A erat vitula, Num. 19. quia cruentam Domini paſſionem adumbrabat. Vnde D. Gregor. in Pſal. 4. pœnitentialem, verſu 8. Vacca (inquit) dicitur rufa, vt in ea ſanguinis Chriſti rubor demonſtretur, &c. Cant. 5. candidus dicitur Chriſtus, & rubicundus; *dilectus meus candidus & rubicundus, &c.* Simili — Cant. 5.

modo candidum vult D. Gregor. appellari, propter ſummã innocentiam, — D. Gregor.

rubicundum ꝓ effuſi ſanguinis ruborem. B *Candidus* (inquit ille) perhibetur eſſe Chriſtus, *& rubicundus*, quia nullum omnino peccatum faciens, iuſtitiæ pulchritudinem ex integro tenuit, & tñ tamquam peccator eſſet, ad mortis paſſionem acceſſit, &c. — Chriſtus candidus & rubicundus.

Erat præterea vitula ætatis integræ. Num. 19. eo quod Chriſtus integræ ac florentis ætatis tũc erat, cùm pro nobis ſubijt mortem, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* aiunt inſipienter Iudæi: C nos verò dicimus ſapienter: triginta quattuor annos nondum habes Dñe, & mortem, tã florenti ætate, pro nobis vis oppetere? Non habes Dne quinquaginta annos Iubilæi, ſed mors tua potentiã habet Iubilæi. Admirandũ illa iubilæum in orbẽ terrarũ attulit, quo ſerui omnes diabolo venundati libertatem conſequi, & ad antiquam gratiæ poſſeſſionẽ redire poſſint. — Chriſtus attulit Iubilæum per orbem terrarum.

Tertia vitulę nota, eodẽ D Num. capite, Chriſti innocẽtiam præſignificauit: *Præcipe* (ait Dominus Moſi) *filijs Iſrael vt adducant ad te vaccam rufam, ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum, &c.* Nulla in illa victima erat macula, quia in Chriſto nulla peccati macula inueniri potuit. Iugũ numquã portauerat; quia Chriſti humanitas nullius criminis iugum ſubijt. Aug. loco citat: non eſt (inquit) ſuperpoſitum ſuper carnẽ Chriſti iugum, E non. n. ſubiugata eſt iniquitati, cui ſubiugatos inueniẽs liberauit, &c.

Incendebatur iuuenca hæc, ex cineribus verò illius permixtis aquæ, aqua fiebat luſtralis, cuius aſperſione externæ quædam (vt ita dicam) irregularitates, & Iudæorum legales immunditiæ expurgabantur. De hac aqua loquitur Paulus ad Hebr. verbis ſupra ſcriptis, cũ ait: *Cinis vitulæ aſperſus* — Aqua luſtralis Iudæorum ex cineribus vitulæ. — Hebr. 9.

Digitized by Google

ſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis;id eſt, ad emundationem carnalium immunditiarũ,quæ ex legis præſcriptio contrahebantur. Aſpergebatur cinis vitulæ,nõ ſolum, ſed permixtus aquæ, immũdoſq; iuxta legem emundabat,ad animum verò, & conſcientiã minimè penetrabat, quamobrem Paulus dixit; *ad emundationem carnis.* Hæc fuit veteris teſtamẽti aſperſio carnis. At noui teſtamenti multò ſanctior,potentiorq; aſperſio ad intimos animi receſſus,conſcientiamque penetrans, ſanguinis Chriſti eſt, de quo Apoſtolus eodem loco adiungit, *quanto magis ſanguis Chriſti mundabit conſcientiam noſtram,&c.* Ad hanc aſperſionem nos electos eſſe ſcribit D.Petrus epiſt.1.c.1.his verbis: *Petrus electis aduenis,* &c. *Secundum præſcientiam Dei Patris in ſanctificationem Spiritus,in obediẽtiam,& aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti,&c.* Cõſidera quibuſnam hominibus aſperſio hęc proſit, ijs nimirũ qui Chriſti præceptis obediunt. Quamobrem Petrus cũ aſperſione coniungit obedientiam. *In obediẽtiam*(inquit) *& aſperſionẽ.* Si præceptis non obedias, Chriſti ſanguis tibi non proderit. De hac eadem aſperſione loquitur Iſaias c. 52. *Ingloriusi*(ait)*erit inter viros aſpectus eius.* id eſt, Chriſti,*& forma eius inter filios hominum. Iſte aſperget gentes multas,&c.* Quam vim habeat Dauid Pſal. 50. indicauit, inquiens, *aſperges me Domine hyſſopo,& mundabor,lauabis me,& ſuper niuem dealbabor,&c.* Aſpergi poſtulat Chriſti ſanguine,cuius aſperſionis tanta vis eſt, vt animum,& conſcientiã lauet,mũdet, & ſuper niuem dealbet. Alludit autẽ Propheta regius ad hyſſopum,quo in lege aqua illa cineri permixta vitulæ aſpergebatur. Num.19. *In quibus* (inquit)ſcilicet aquis,*cum homo mũdus tinxerit hyſſopum,aſperget ex eo, &c.* Item ad Hebr.9. Meminit hyſſopi Apoſtolus his verbis: *Accipiẽs, Moſes,ſanguinem vitulorum,& hircorum,cum aqua,& lana coccinea,& hyſſopo,ipſum quoque librum,& omnem populum aſperſit, &c.* Exod. quoque 12. Iudæis præcipitur,vt faſciculo hyſſopi, ſanguine paſchali agni intincto ſuperliminaria, & poſtes aſpergant. Hoc genus herbæ(ait Origenes hom. 8. in Leuit.)id eſt, (hyſopus eſt.n.herba) naturã habere medici ferunt, vt diluat & expurget,ſi quæ hominũ pectori ſordes ex corruptione noxij humoris inſederint. Vnde in expurgatione peccatorũ huiuſmodi graminis figura ſuſcepta eſt,&c. Ad nos veniamus, & quid in Chriſto imitari debeamus conſideremus.

Aſperſio ſãguinis Chriſti. — *1.Pet.1.* — *Mandata Dei obſeruãtibus ſolis prodeſt ſãguinis aſperſio.* — *Iſai.52.* — *Pſal.50.* — *Num.19.* — *Hyſſopus.* — *Hebr.9.* — *Exod.12.* — *Origenes.*

A B C D E

Sic Chriſtus vixit, vt de peccato à nemine argui,& conuinci poſſet. Sic & Chriſti imitatori Chriſtiano vita traducenda eſt, vt à nemine de peccato argui,& conuinci poſſit. Id à nobis flagitat Apoſtolus ad Philip.2. *Vt ſitis* (inquit) *ſine querela & ſimplices Filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis praua, & peruerſa, &c.* Sine reprehenſione nos reprehẽdere, nemo de nobis peccati alicuius cauſa cõqueri queat. Sic vitã egerunt Baptiſtę parẽtes Luc.2. *Erant* [inquit Lucas] *iuſti ambo,incedẽtes in omnibus mandatis,& iuſtificationibus Domini, ſine querela,&c.* Sic incedat pater familias,ſic & mater familias, ſine querela,vt poſſint filijs, & ſeruis verè dicere. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* præcipuè paſtores populi, ita vitã oportet inſtituere, vt à nemine coargui,ac reprehendi poſſint. Vnde illud Pauli 1. ad Timoth.3. *Oportet Epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe,&c.* Ad Tit.2. *Vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur,nihil habens malum dicere de nobis,&c.* Si quis roget,quonã modo hoc conſequi poſſit,vt ſine peccato viuat,& ſine querela. Rñdetur conſiderandas eſſe illas duas rationes impeccãtię Chriſti,quas reddidimus ſupra. Nõ poterat,ut diximus, Chriſtus peccare duabus de cauſis. Tũ quia natura humana diuino ſuppoſito cohærebat, tum quia illius anima diuinã eſſentiã intuebatur. Hęc duo ſi nos imitemur, abſq; peccato mortifero vitã traducemus. Adhæreamus Deo,& diuinã [vt in terris poſſumus] intueamur eſſentiã,ac contẽplemur; hæ duæ res peccatũ fugabũt. Multis flagitijs ſeſe inquinant,qui terrenis rebus adhęrẽt,quique Deum obliuiſcuntur;at verò illi, qui non terrenis rebus,ſed Deo adhęrent,quique præſentem diuinum numen ſemper intuentur,flagitia longè pellunt. Adhære Deo, nihil præter

Chriſtus debet à peccato eſſe immunis. — *Philip.2.* — *Luc.2.* — *Chriſtian' ſine querela viuat.* — *Paſtor ſit irreprehenſibilis.* — *1.ad Ti.2.* — *ad Titũ 2.* — *Remedium ad fugienda peccata.*

Deum

Deum diligere, præſens vbiq; diuinū numen cōtemplare, flagitia effugies. Suppoſitum humanæ naturæ, in Chriſto Deus erat, tuum quoq; ſuppoſitū tuo modo, cui innitaris, & cui ſis copulatus, Deus ſit. Iuxta illud Pſal 71, *Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram?* Item, *Mihi autem adhærere Deo bonum, &c.* Et illud Cant 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto innixa ſuper dilectum ſuum? &c.* Suppoſitū animæ tuæ, cui innitaris & dilectus tuus, ſit Deus, aſcendes in virtutis cacumen, non deſcendes in barathrum vitiorum; & cum Paulo dices ad Galat. 2. *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus, &c.* Hoc eſt, terrenis, caducíſque rebus mortuus ſum; Chriſtus meum ſuppoſitum, in illo viuo, & ipſe in me viuit, in illo maneo, & ipſe in me manet. Iuxta illud, 1. Ioan. 4. *Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo, &c.*

Pſalm. 71.

Cant. 8.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Veritas fidē ſuo ſibi iure vindicat

OMnis Veritas fidem ſuo iure flagitat. Cum igitur Chriſtus ſumma veritas Iudęos veritatem doceret, meritò interrogat, cur veritatem dicenti fidem non tribuant. Sed illi con uitijs reſponderunt interrogationi; *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Etenim Veritas ſimilis eſt ſali, & Soli, quemadmodum carnes ſale à putredine, ſic animi Veritate à peccati corruptione liberantur *Veritas* (ait Dominus) *liberabit vos.* Si ſalem in aquā conijcias, molleMve eſcam, liqueſcit, & aquam, vel eſcam ſapore condit ſuo. Si in ignem inijcias, crepitat ignis protinus, veluti ſaltem reſpuens, atq; reijciens. Simili modo, ſi Veritatem in animum aſperſeris minime durum, blandum, docilem; mentis conſideratione liquefacta, hominem condit. Si verò in animum infunderis, cupiditatum igne exardeſcentem; mox homo crepitat, oblatamq; propellit. Inſulſos illos Iudæos Chriſtus veritate, veluti ſale condire conabatur; incidit in prunas ardentes ſal, hoc eſt, in animos odio, & inuidia incenſos veritas; mox conui-

Veritas ſimilis ſali, & ſoli.

A tijs crepitarunt. Contigit id ipſum Cambyſi. Hunc vt ſcribit Seneca li. 3. de ira, c. 14. Vino deditum Prexaſpes vnus ex cariſſimis monebat, vt parcius biberet; turpem eſſe dicēs ebrietatem in Rege, quem oculi omnium, aureſq; ſequerentur. Ad hoc Rex; vt ſcias (inquit) quemadmodum numquam excidam mihi, approbabo iam & oculos poſt vinum in officio eſſe, & manus. Bibit deinde liberalius B quam alias, & iam grauis, & vinolentus, obiurgatoris ſui filium procedere vltra limen iubet, alleuataq; ſuper caput ſiniſtra ſtare. Tunc intendit arcū, & ipſum cor adoleſcentis figit, reciſſoque pectore, hærens in ipſo corde ſpiculum oſtendit; ac reſpiciens patrem, an ſatis certam haberet manū, interrogauit? Videlicet incidit in ignem ſal, id eſt, veritas in animum vini cupiditate inflammatum. Fęlix ille, C in cuius blandum, dociléq; cor inſpergit veluti ſal veritas, meditationeq; eliquata cęleſtem ſaporem præſtat. Non Iudęos quiſquam, non Cambyſem, non huiuſmodi alios veritatis hoſtes imitetur; ſanctiſſimū Auguſt. ante oculos ꝑponamus, cuius in corde blando, dociliq; veritas eliquabatur, pietatis affectus excitabat, lachrymaſq; eliciebat dulces. Illius hæc ſūt verba lib. 9. confeſſ. c. 6. Eliquabatur D veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & benè mihi erat cū eis, &c. Ad Galat. 3 ait Apoſtolus, *ò inſenſati Galatæ quis vos faſcinauit, non obedire veritati? &c.* Faſcinati homines veritati non obediunt. Faſcinatus eſt vini cupiditate Cambyſes, & veritati non obediuit, faſcinati ſunt Galatæ a falſis Apoſtolis, faſcinati ſunt hæretici: à libertate carnis, faſcinati ſunt Phariſęi E à ſuperbia, & inuidia, ideoq; veritati non obtemperarunt. Faſcinantur quidam ab amore diuitiarum, alij à cupiditate honorum, alij à libidine, alij a ſuperbia, alij ab inuidia, alij à gula, idcirco non obediunt veritati. Sap. 4. *Faſcinatio* (ait Sapiens) *nugacitatis obſcurat bona, &c.* Etenim nugæ huius mūdi, id eſt caduca bona, ſua cupiditate animos pueriles faſcinant, boniſq; veris, & vir-

Cambyſes veritate offenſus.

Auguſt.

Digitized by Google

& virtutib. offundunt tenebras, veritatemq; ipſam obſcurant. Hanc faſcinationem has mundi præſtigias, & dæmonis, conſideratio diſpellit. Qui nō conſiderat veritatem faſcinatur; qui conſiderationi illius vacat, omnes effugit faſcinationes.

Soli ſimilis Veritas. Soli quoq; diximus veritatem eſſe ſimilem, illos enim a quibus patefactis animi feneſtris excipitur, illuſtrat: in eos autem qui in peccato, ve luti molli lecto iacere, tartareumque ſomnum capere cupiunt, moleſti ſplēdoris radios vibrat. Moleſtus Iudæis illis fuit Veritatis ſplendor, qui D. Stephanum loquentem audiebant; ideo vt legitur Act. 7. *Audientes diſſecabantur cordibus, & ſtridebant dentibus in eum.* *Act. 7.* Item: *Continuerunt aures ſuas & impetū fecerunt unanimiter in eum, &c.* Similiter Veritatis radij quam docebat Dominus, ſic eis modò moleſti fuere, vt arreptis lapidibus impetum in ipſum talem vellent facere, qualem poſtea fecerunt in Stephanum. His adde Achabum Regem 3. Reg. 22. qui Michæam prophetam, quòd veritatem loqueretur, in carcerem iuſſit conijci. Regem item Amaſiam 2 Paralip. 25. qui prophetæ verá dicenti, ac monenti, mortem minatus eſt. *3. Reg 22.* *2. Par. 25.* Mirum ſanè eſſet, ſi pulcherrima, candidiſſimáq; fœmina, turpiſſimum, nigerrimúmq; pareret monſtrum. Quid pulchrius veritate? Ea turpiſſimum monſtrum parit, ſcilicet odium. Sic enim comicus ait in Andria: *Veritas odium parit.* At verò fœdiſſimum hunc partum ego veritati minimè tribuo; ſed impio cordi. Non veritatis partus eſt odium: ſed cordis improbi, cui veritas amara eſt. Verita tis filius non odium eſt, ſed amor. *Veritatis filius amor.* Amorem illa ſuapte natura parit. Nam, vt Auguſtinus ait lib. 10. confeſſ. c. 23. amant homines Veritatem lucentem, & D. Thomas in proœmio Opuſc 73. *D. Auguſt.* *D. Thom.* Omnis (inquit) homo a natura nō degenerans, Veritatem amat, & eam ſcire ſuper omnia deſiderat, &c. Quamobrem Cacodæmon mendacia ſua veritatis imagine tegere nititur. Vnde D Athanaſius initio oforis primæ cōtra Ariano. Sic ait: Diabolus nihil ſibi fidens, vtpote qui ſciat humani generis ad Veritatē amores Veritatis vul- *D. Athan.*

A tum prætendit, &c. Ethnicorum fuit Fidij ſimulacrum, quo honor forma Viri expreſſus, Veritati, quæ Virginis ſpecie effingebatur, manum porrigebat, in medio autē locabatē amor. *Simulacr. Fidij.* Meritò quidem honor manum porrigebat Veritati, meritòque adiungebatē amor. Nā Veritati honor debetur, atque amor. Hos ego duos filios Veritati tribuo, non odium. Quis enim mēdacia non habet odio; Non ſū neſcius B Fidij ſimulachrum ſignificare, Fidē, cui Fidius præeſſe dicebatur ab Ethnicis, Veritate niti, amore, & honore. Na hominū fidem (vt quidam ait) Veritas perit honor ſubſtinet, amor nutrit. Ecce tibi Veritatis filiam pulcherrimam ſcilicet Fidē. *Filia Veritatis fides.* Veritas enim fidem parit, ideòque ait Dominus. *Si Veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* *Veritas' cibus ſuauis.* Hoc eſt, cur veritas filiam ſuam fidē, in corde veſtro non procreat.

C Cauſa erat, quia illis nō arridebat, Lactantius lib. 1. de falſa religione c. 1. *Lactātius.* Nullus (inquit) cibus ſuauior eſt, quā cognitio Veritatis, &c At hic ſuauiſſimus cib. corrupto palato amarus eſt. Hæc lux lippis oculis moleſta; quia vitia indicat, & redarguit. Ecce cauſam cur Veritas nō pariat fidē, ſed odium dicatē parere. Amant homines (ait Auguſtinus loco indicato) Veritatē lucētē, oderūt redarguentē, &c. & D. Hie- *D. Auguſ.* *D. Hieron.* D ronymus lib. 1. aduerſus Pelagianos, Veritas (inquit) amara eſt, rugoſę frōtis, ac triſtis, offenditq; correptos &c. Item Tertullianus in Apolog. c. 1. de Veritate Euangelica: Scit Veritas ſe peregrinam in terris agere, inter extraneos facilè inimicos inuenire. *Tertullia.* Cęterùm genus, ſedem, ſpem, gratiam, dignitatē in cœlis habere. Vnum geſtit interdū, ne ignorata dāmnetē, &c. Peregrina erat in aurib. Iudæorū cœ- E leſtis Chriſti Veritas, facilè inimicos inuenit; ignorata, & damnata eſt. Eadē Veritas hodièq; inimicos inuenit hæreticos. à quib. ēt damnata repudiatur. Sed vt D. Hieronymus ait lib. 1. aduerſus Pelagianos, Veritas laborare pōt, vinci non poteſt; &c. *Inimici Veritatis hæretici.* *D. Hieron.* Laborauit Euangelica Veritas apud Iudæos: ſed vicit apud gentes. Laborauit apud Ethnicos multis vexata cruciatib. ſed vicit tādē, & Solis inſtar medacij nubes

Tertullia.

bes diſpulit. Laborat nũc apud hęreticos;ſed vicit apud Iaponas,Indoſq;tũ Oriẽtis,tùm Occidẽtis incolas. Tertullianus in lib. de Velãdis virginib. Veritati(*ait*) nemo præſcribere põt,non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non priuilegium regionum,&c. Nullæ igitur hæreſes præſcribent Euangelicæ veritati,nullæ hęreticorum perſonæ, nulla principum huius ſæculi potentia. Omnis verò Veritas quamuis paucis diebus velut demerſa prematur; tandẽ in iudicij extrema die enatabit. Filiam temporis poeta neſcio quis, Veritatem eſſe dixit,vt refert Gallius lib 12. cap. 11. Illius ſanè extremi temporis, & diei Veritas meritò filia dici poteſt, tunc enim Veritas rerum, verborum, cogitationũmq; omnium, in lucem prodibit,omnibúſque patefiet.

Veritas filia tẽporis.

Duob. modis Veritati non creditu.

Caueamus ne dici nobis iure poſſit; *Si Veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* duobus enim modis Veritati non creditur. Altero cùm veritas intellectu non approbatur, ſed veluti falſitas exploditur;altero cùm approbatur quidem, & recipitur intellectu, ſed non operib. Priori modo Chriſtiani quidem omnes Euangelicam Veritatem approbant, firmiſſimoque intellectus aſſenſu recipiunt. At improbi operibus illam explodere videntur. Fidem enim Chriſtianorum habent; opera verò Ethnicorum. His meritò dici poteſt; *Si Veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Si vobis fides Chriſtiana formidabile tribunal, ad quod paulò pòſt vocandi, acerrimèque plectendi eſtis prædicat, ſi horrendum barathrum, in quo pœnas dabitis indicat; ſi has pœnas ſempiternas nullo fine terminandas eſſe demonſtrat, quare non creditis? Non creditis(inquam) fide operibus,caritatèque formata,& viua, quæ oculos ad hæc contemplanda habeat apertos? Vitam enim perinde traducitis, ac ſi ex Ethnicorum eſſetis grege, iudiciũmque, & æterna ſupplicia, inania figmenta eſſe crederitis. Neq; verò fidem abſq; operibus,mihi iactetis. Fides quidem ſola Virtus eſt, ſed non ſola ſufficit. Audite Apoſtolum Iacobum, c.2. ſuæ Epiſtolæ. *Tu credis, quoniã vnus eſt Deus:*

Fides ſola non eſt ſatis.

Iacob.2.

A *bene facis,et dæmones credunt,& contremiſcunt.* Qui ſolam igitur fidem habuerit,dæmonibus ſimilis erit. Numquid ſatis eſt ſolum in domo fundamentũ? Minimè. Neceſſe eſt vt parietes addat,ac tectum is,qui velit à calore, à frigore,ab imbribus, procelliſque defendi. Chriſtiani ædificij fundamentũ eſt fides. Non ſatis eſt fundamentum; oportet vt reliquarum virtutum,operũmq; celſos parietes adijciat,tectũq; B celſiſſimum caritatis imponat, is qui ab æterno ardore, æterniſquẽ procellis,tutus in ſempiternum cupit viuere. Nam frigus æternum, æternus ardor, ęternęq; procellæ, illos minimè vexant, qui ad tectum vſque ædificiũ Chriſtianum perficiunt: illos cruciãt, qui in fundamento fidei cõſiſtentes, ædificium ad culmen vſq; nõ adducũt. *Rom.1.*

Reuelatur enim,(ait Paulus ad Ro.1.) *ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem,* C *& iniuſtitiam, hominum eorum qui Veritatem Dei in iniuſtitia detinent, &c.* Quaſi dicat procellæ æternæ, æternuſque ardor ſuper improbitatem hominum reuelantur, qui fundamento Veritatis conſiſtunt, neq; conſentanea Veritati opera peragunt. Is namq; Veritatem Dei in iniuſtitia detinet,qui veluti in carcere captiuam Veritatem cohibet, & per prauam voluntatem ad opus illam prodire non ſinit. O in- D fœlicem Chriſtianum illum, qui veritatem in intellectu captiuam, & cupiditatem, vitiorũmq; veluti quibuſdã vinculis obſtrictũ, detinet. *Veritas (ait Dominus Io.8.) liberabit vos,&c.* Captiuus captiuum liberare nequit, captiua Veritas igit & in ĩtellectu cõpedib. detenta,nemine liberare poteſt. Quæ igitur Veritas liberabit nos? non captiua,ſed libera liberabit;cùm ex intellectu in voluntatem, in appetentem, & E iraſcentem animi facultatem,in oculos,manus,pedes, in totum deníque animum,totũmque corpus prodierit, voluntatem diuinis meditationib. incenderit, effrænatas animi appetitiones cohibuerit,oculos, cæteraq; corporis membra,iuſtitiæ inſtrumẽta fecerit, manus ad bona opera extenderit,deniq; totum animum, totũmque corpus ſub ſuaue Chriſtianæ legis iugum miſerit. Pſal.59. *Dediſti metuentib. te ſigni-*

Veritas quomodo captiua.

Pſalm 59

A facie Veritatis quo modo fugiendum.

te ſignificationem, et fugiant à facie arcus. Verti etiam poteſt, *ut fugiant à facie Veritatis. &c.* Nam Hebraicè legitur מפני חשך *mipene choſcech*, quod Pagninus vertit *à facie Veritatis*. Dedit autẽ nobis Deus ſignum per concionatores, & Scripturas, non vt fugiamus Veritatem, ſed vt fugiamus à facie ſupplicij veri, atque æterni, vt fugiamus *à facie Veritatis*, id eſt, coram Veritate, & audita Veritate, quam nobis concionatores annunciant. B Annunciat concionator ſupplicium æternũ, flammas perpetuas, numquam morituram mortem, fuge à facie huius Veritatis, id eſt, fuge id, quod hæc Veritas docet, fuge tartarum, quem hæc Veritas indicat. Fugies autem tartarum; ſi peccata fugeris. Fuge peccata, fuge mendacia, ama pulcherrimam Veritatem, pro ea pugna. Eius enim pulchritudo tanta eſt, vt mirabilem in pectore, poſſit amorem excitare. C Hinc illud D. Auguſtini epiſt. 9. Incomparabiliter (ait) pulchrior eſt Veritas Chriſtianorum, quàm Helena Græcorum. Pro iſta.n. fortius martyres noſtri aduerſus hãc Sodomam, quã pro illa mille heroes aduerſus Troiam dimicauerunt, &c.

Veritas pulchra.

D. Auguſt.

Si veritatem dico vobis.

VEritatem Chriſtus dicebat, neq; vllam falſitatem dicere poterat, quemadmodum peccatum, ſic falſitas ab eo procul aberat. D Nam defectus illos nõ aſſumpſit, qui gratiæ repugnant, aut ſcientiæ, vt docet Angelicus doctor, 3 p. q. 14. art. 4. repugnat gratiæ peccatum, propenſio in malũ, & difficultas ad præſtandum bonum; hi defectus in Chriſtum cadere non potuerunt. Repugnat ſcientiæ error, mendacium, falſitas, deceptio, ignorantia; hi procul à ſapientiſſima anima abfuère. In ipſo incarnationis pũcto, E ſanctiſſima anima ſcientia beata, infuſaque repleta eſt, cum verbo autem diuino, diuina ſcientia prædito copulata. Quocirca fieri non potuit, vt falſitatis vlla caligo, vel ignorantiæ vlla vmbra, tantã lucem attingeret: quidquid cogitabat, quidquid loquebatur, quidquid operabatur, Veritas erat; nulla in Chriſto falſitas; nulla ignorãtia, nulla deceptio poterat inueniri.

D. Thom.

Chriſtus defectus nõ aſſumpſit repugnantes gratiæ, & ſcientiæ.

A In pectore antiqui Põtificis, *doctrina, erat, & Veritas.* Exod. 28. in pectore Maximi Pontificis noſtri, doctrina erat nulli ignorantiæ permixta, Veritas puriſſima erat, nulla cum falſitate coniuncta. Plenus erat gratia, plenus & Veritate. *Vidimus gloriam eius &c.* Io. 1. *plenum gratia, & veritatis.* Meritò igitur Iudæos increpat dicens: *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Mihi inquam, qui ipſiſſima Veritas ſum, qui B neq; falli poſſum, neq; fallere quemquam. In doctore duo requiruntur: vita peccati expers, & doctrina ab omni falſitate aliena: fidem magnam flagitat illius magiſtri doctrina, cuius vita de peccato argui, cuius ſermo de falſitate incuſari nullo modo poteſt: is ego ſum, de peccato arguere vitã, de falſitate incuſare ſermonem meũ non poteſtis, ſi veritatem mille miraculis confirmatam dico vobis, quare C nõ creditis mihi? Ab initio orbis Deus locutus eſt veritatem, & diabolus mẽdacium. Euæ ait, Gen. 3. *Nequaquã moriemini, eritis ſicut dij*: ò mendacia Satanæ. Et mortui ſunt, nec fuère ſicut dij ſcientes bonum & malum. Alia omittẽtes, tres leges dedit homini per omnes has leges veritatem dixit, per naturalem legem dixit veritatem teſtante & arguente conſcientia, iuxta illud Pauli, ad Rom. 2. *Oſtendunt opus legis ſcri-* D *ptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddẽte illis conſcientia ipſorum, &c.* Si quis roget. *Quis arguet me de peccato?* Reſpondebimus ei, etiam ſi nullus hominũ arguat, tu ipſe te argues, tua te arguet conſcientia, ipſa veritatem dicet. Per ſcriptam legem Moſis veritatẽ Deus dixit, per Moſem, & Prophetas, per legem Euangelicam, veritatẽ dixit per Filium, *Nouiſſimè* (ad Hebr. 1.) *locutus eſt nobis in Filio*, id eſt per Filium, per ve- E ritatem locutus eſt veritatem, ſed veritati ipſiſſimæ loquẽti nõ crediderũt hoĩes: *Quare* (inquit) *non creditis mihi?*

Exod. 28.

Chriſtus plenus veritate.

Non credebant Chriſto, quia Veritas erat, & Veritatem dicebat. Si falſitatẽ diceret, quod erat ἀδύνατον, credidiſſent iuxta illud Ioan. 8. Ego ſi Veritatem dico, non creditis mihi, & c. Grecè, ὅτι, id eſt, *quia veritatem dico non creditis.* Si Chriſtus ſe non eſſe Dei

Meſſiam dixiſſet, nõ eſſe Dei Filium, A
eſſe Filium Ioſephi fabri, eſſe Sama-
ritanum, & dæmoninm habere, cre-
didiſſent. Quia Veritatem dixit, nẽpè
ſe a Deo eſſe miſſum, lucem mundi,
Abrahamo antiquorem, Meſſiã, Dei
filium; non crediderunt. Similes ſunt
hæretici. Si Catholicam, Apoſtolicãq;
Veritatem dicas: non credunt. Si mil-
le aduerſus conſtabilitam Veritatem
mendacia proponuntur, eis fidem ha-
bent. Similes illis ſunt, de quib Iſaiæ B
30. legitur. *Fi ij mendaces Filÿ nolentes au
dire legem Dei. Qui dicunt uidentibus; No-
lite videre, & aſpicientibus; Nolite aſpicere
nobis ea, quę recta ſunt, loquimini nobis pla
centia, videte nobis errores, &c.* Prouerb.
18. *Non recipit ſtultus verba prudentia, ni-
ſi ea dixeris qua uerſantur in corde eius,
&c.* Videlicet dulcia ſunt nunc carna-
lis libertatis mendacia. Poſtquam ex
vita migrant, miſeris hominibus dul-
cia mendacia, æternum amatorem pa C
riunt, iuxta illud Pauli ad Ro. 2. *Iis qui
ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt
Veritati, credunt autem iniquitati, ira, & in
dignatio, &c.* Ex contentione ſunt hære
tici, qui aduerſus ſanctiſſima, & veriſ-
ſima dogmata impiè contendunt: Hi
sũt qui Veritati ab Eccleſię initio tra-
ditæ non acquieſcunt, nouáq; hære-
ſeon portenta in dies excogitant, quã-
obrem ira illis impendet, & indigna-
tio Dei ſempiterna. Prouerb. 20. *Sua- D
uis eſt homini panis mendacij.* Et poſtea,
implebitur os eius calculo, &c. Suauis hic
hæreticorum panis in calculos duriſ-
ſimos cõuertetur, quos dentib. pro pa
ne terent. Chriſtus ait: *Si veritatem dico
vobis, quare non creditis mihi?* Diabolus di
cere põt: ſi mendaciũ dico vobis, qua-
re creditis mihi? carnalibus id dicet.

Mendacijs credunt hæretici, & Iudæi.

Libentiùs. n. carnales homines mẽ
dacijs aures fidẽq; tribuunt, q̃ Veri-
tati. Libẽtius audit mẽdax adulator, q̃ E
verax obiurgator Num. 11. Iudæi ma
na repudiabãt; Aegyptii allia, cæpas,
porroſq. expetebãt. Idẽ nobis contin
git è cęlo miſsũ manna, id eſt, Verita-
tem faſtidio habemus; porris, & alijs,
id eſt, adulationib. mẽdacijs, atq. fabu
lis obl.ctamur. Aegritudo aĩ palatũ
corrũpit, prauus affect⁹ depiauat intel
lectũ. Hinc illud Pauli, 2. ad Timot 4.

Veritatem qui faſtidiunt.

2. Time. 4.

A *A Veritate qdẽ auditũ auertẽt ad fabulas
aũt cõuertẽt, &c.* Itẽ: *Erit tpſ, cũ ſanã do
ctrinã non ſuſtinebũt, ſed ad ſua deſideria
coacervabũt ſibi magiſtros prur ẽtes aurib.
&c.* Ad ſua deſideria explẽda coacer-
uãt ſibi magiſtros, & a Veritate auer
tũt auditũ, q corrupto sũt affectu, qui-
que corrupto sũt palato, & aurib. *Pru
rientes* (inqt) *aurib.* Pruriũt corruptę au
res; ſanã doctrinã, & verã, nõ ſuſtinẽt.
Fricationem fabularũ adulationũ, &
B mẽdaciorũ quęrunt, vt delectent. Ne-
que verò deſunt magiſtri mendacio-
rum, *coacervabunt* (inquit) *ſibi magiſtros,
&c.* Acerui reperiuntur huiuſmodi
magiſtrorum; illud Pſal. 11. *Diminuta
ſunt veritates à filÿs hominum, vana locu-
ti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum,
labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt,
&c.* Diminutæ ſunt veritates, paucæ
ſunt, ὀλιγώθησαν, vana loquuntur mẽ
daces, duplex habent cor, & fallax,
C aliud corde, aliud ore gerunt. Labijs
ſuis ad proferenda mendacia veluti
Domini vtuntur. *Labia* (inquit eodem
Pſalm.) *noſtra à nobis ſunt quis noſter Do
minus eſt?* &c. At non ſunt à nobis, non
ſunt noſtra labia, Dei ſunt. Deus no-
ſter Dominus eſt. Vtamur ergo labijs
non vt re noſtra, ſed Dei, cui ratio ver
borum omnium reddenda eſt. Studea
musq; veritati, tum audiendæ, tum lo
quendæ; mendacia & aures reſpuant
D & lingua. Qui nos verè monet audia-
tur potiùs, quàm qui fallaciter blandi
tur. Verba noſtra ab oĩ mẽdacij fæce
expurgata, Veritatis ſplẽdore niteãt.

De verbo Dei ait Ioan. 1. capite *Ple-
num gratię, & Veritatis*: Verbo Dei ver
ba hominis aſſimilentur, plena gratiæ
ſint, ideſt, omnib. gratæ, neminem de-
tractione, maledicentia, iurgijſve of-
fendant, ſintq; plena Veritatis, nulla
mendacij, adulationis, fallaciæq; labe
E vitiata. Vitiatur enim, ac corrũpitur
ſermo, maxime fallacijs, ac mẽdacijs,
vt ait Philo in libro. Cui titulus: *Quis
diuinarum rerum hæres ſit*, Pag. 451. Ma-
ximum (Inquit) bonum homini à na-
tura datum, ſermonem, plurimi vitia
uerunt acceptum, ingratè, perfidè-
que hoc vſi, contra largitricem. Hi
ſunt adulatores, praeſtigiatores, inuen-
tores ſophiſmatum perſuaſibilium,
impo-

Ioan 1.
Veritas ſeruanda in verbis.

Philo.

Digitized by Google

impoſtores fallaciarum peritiſſimi, de
mendacio vitando haud ſolliciti, &c.
Contrà verò Veritate ſermo maximè decoratur, & nitet. Homo mendax parui fit, verax magni. Regia virtus. Vnde verbum Regis verbum appellatur verum, fidele, ſtabile; imò diuina virtus eſt Veritas. Etenim Deus appellatur Veritas; *Ego ſum Via, & veritas, & Vita,* ait Dominus Ioann. 14.

Ioan. 14.
D. Hieron.

Quamobrem vt ſcribit D. Hieronymus in Apologetico aduerſus Ruffinum, Pythagoras aiebat, Veritatem poſt Deum colendam, quæ homines Deo proximos facit. Mentiri verò ſeruile vitium eſt Plutarcho teſte libro de educandis liberis: Mentiri (inquit) ſeruile eſt vitium, & à cunctis mortalib. odio inſectandum; nec quod apud mediocres etiam ſeruos, veniam promereatur, &c. Seruile vitium dixit ille mentiri; nos dicimus eſſe vitiũ diabolicum iuxta illud Ioan. 8. *Diabolus in Veritate non ſtetit, quia non eſt Veritas in eo; cùm loquitur mendacium ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pater eius,* id eſt, mendacij, &c. Ecce q̃ ignobile ſit mendacium. Vide, ex quo ſit patre ortum; a diabolo turpiſſimo patre filius turpiſſimus eſt productus; à Deo autẽ Patre ſummo, atq; ęterno, Veritas eſt genita, hoc eſt, æternum Verbum, quod Veritas nominatur. Verbũ Dei imago eſt Patris; ſic Verbũ hominis imago eſſe debet cordis, à quo gignitur, ita vt id indicet, ac repręſentet, quod in corde eſt, non aliud quidpiam fallax, ac diuerſum. Hoc antiqui ſapientes malo perſico dicuntur adumbraſſe Pierius lib. 54. Si pomum (ait) perſicum adhæreſcente folio vno pinxiſſent, Veritatis id ſignum erat, &c Pomum perſicum ſimile eſt cordi; foliũ ſimile eſt linguæ. Quemadmodum ergo pomo foliũ adhæret; ita cordi adhæret lingua: idq. tãtùm proferat ſermone, quod continetur corde, non aliud quidpiam effictũ, ac falſum. Pręſtandum illud quod ſcriptum extat Eccleſiaſtici 28. *Verbis tuis facito ſtateram, &c.* Habent aurifices ſtateras ad examinandum auri pondus, habeat etiam ſtateram quiſq. ſuam, qua verborum ſuorum pondus, Veritatemq.

Mendacia fugienda.
Plutarchus

Veritatis imago.

A trutinet. Videat pręterea, nè falſę monetæ excuſor merito dici poſſit: falſa enim moneta mendacium eſt regijs Veritatis inſignibus adornatum. De Deo Pſal 118. legitur: *Principium Verborum tuorum veritas, &c.* Hoc quoque ſit Principium verborum noſtrorum. Quemadmodum verba Dei omnia a fonte puriſſimo veritatis fluunt, in quem nulla cadere poteſt falſitas; ſic verba noſtra, è fonte eodem clariſ-
B ſimum nullis mendacijs contaminata emanent. Vtinam ex goc fonte verba omnia iudicum, mercatorum, eorumq. omnium fluerent, qui reipub. munera obeunt, ſanè non eſſet tot mendaciorum in orbe colluuio. Auguſt in. tractat. 42. Quomodo [inquit] Pater genuit Filium veritatem: ſic diabolus lapſus genuit quaſi Filium mendacium, &c. Heu quot habet diabolus imitatores, qui mendacia paſ-
C ſim gignunt, heu quot ſunt mendaciorum patres; diabolo ſimiles. At vir iuſtus, & prudens non diabolum imitatur, ſed æternum Veritatis patrem Deum: non mendacium turpiſſimum monſtrum, ſed veritatem prolem pulcherrimam gignit. Denique non verba ſolùm, ſed omnes etiam ſapientis actiones Veritate debent fulciri, vt Philo indicat lib. 2 Allegoriarum legis, pag. 60. his verbis: Sunt manus
D Moſis graues. Nam cùm hominis mali ſubuentaneæ, leueſque ſint actiones, meritò ſapientis graues habẽtur, immobiles, inconcuſſæque. Ideoque fulciuntur ab Aarone, ratione, & ab Or, lumine: quòd nulla lux in rebus ſit clarior, quàm Veritas. Vult igitur Scriptura figuratè docere te, ſapientis actiones neceſſariò fulciri Veritatè, rationeq. Et hæc eſt cauſa, cur Aaron ad finem, hoc eſt perfectionem
E tendens, montem Or, ideſt, lucem aſcendit: finis enim rationis Veritas eſt, quæ longius quàm vllum lumen, ſplendorem ſuum emittit, in quam ratio conatur ingredi. Hactenus Philo.

Philo.

CAPVT XXIII.

Morale.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

REDDIT Dominus cauſam, cur Iudæi Veritati nõ crederent, & Verbũ Dei beneuolo, docili, obediẽteq; corde non audirent; nempe q̃a ex diabolo erant, non ex Deo. Quemadmodum qui ex Rege Hiſpaniæ eſt, regis Hiſpaniæ, qui ex Rege Galliæ eſt, regis Galliæ verbis, libenter obtẽperat; ita qui ex Deo eſt, verbis Dei, beneuolo animo paret. Si regis Hiſpaniæ mandata alicui nuncientur viro nobili, ille autem non aduertat, non curet; curet autẽ maximè Regis Turcarum verba; non ex Rege Hiſpaniæ, ſed ex Rege Turcarum, ſe eſſe iudicat. Eundem in modum, ſi Dei verba homini nunciantur, ille autem diaboli potiùs, quàm Dei verbis prꝑſtat obſequium, ex diaboli grege ſe eſſe demonſtrat, non ex grege Dei. Qui enim ex grege Dei eſt; verba mandataq; Dei, obedienter audit. Qui ex Hiſpania eſt, cæteriſq; in regionibus longè à Patriæ finib. peregre agit, de patria, de Rege, deq. reditu in patriã loquentem, auidè audit. Similem in modum, qui ex Deo, & ex cœlo eſt, cœleſtis Patriæ, ciuis hìc exul, & peregrinus eſt, de cœleſtib. reb. de Rege Deo Opti. Max. deque ijs, quæ ad iter in patriam peragendam opus ſunt, dicentem libenter auſcultat. Ex Deo erat Ioſias Iſrailitarũ olim Rex optimus. Is igitur 4. Reg. 22. Legis Domini librum coram ſe legi libẽter audiuit, perterritus eſt, ſubmiſſo animo fleuit, ſciditq. veſtem. O illum fęlicem, quem verba Domini terrent, cui lacrymas excutiunt, cor ſcindũt, & criminib. exonerant. Ioſias ex Deo erat, verba Dei audiuit, filius autem eius Ioachim non erat ex Deo, verba Dei non audiuit. Ieremiæ Prophetæ liber diuinas continens comminationes coram illo, multiſque alijs lectus

Qui ſunt ex Deo verbo Dei obtemperãt.

4. Reg. 22.

Ierem. 36.

A eſt. Quid ille? audiuitne, vt patet Ioſias? territus eſt? fleuit? veſtem ſcidit? Audi Ieremiam cap. 36. *Rex ſedebat in domo hyemali in menſe nono, & poſita erat arula coram eo, plena prunis. Cùmq; legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcidit illud* (id eſt, volumen) *ſcalpello ſcriba, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni, qui erat in arula. Et non timuerunt, nec ſciderunt veſtimenta ſua Rex, & omnes ſerui*
B *eius, qui audierunt omnes ſermones iſtos, &c.* De hoc rege idem propheta c. 22. ſic ſcribit. *Sepultura aſini ſepelietur, &c.* Dignus fuit aſini ſepultura, qui verbum Dei velut aſinus audiuit, dignus fuit ſempiterno igne, qui Dei verbũ combuſſit igne.

Huc pertinet illud Io. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, &c.* Dei oues Dei verba audiunt: dęmonis hirci dæmonis ſequuntur vocẽ. Cant. 8. *Amici au-*
C *ſcultant, fac me audire uocem tuam, &c.* Hoc eſt eccleſia, fac me audire vocẽ concionum tuarum. Nam amici mei, & tui auſcultant verba tua. Quamuis ij qui amici non ſunt, nolint audire, ſatis ſunt amici: propter amicos loquere. Eccleſiaſtici 21. *Cor* (inquit) *fatui quaſi uas confractum; & omnem ſapientiam non tenebit, &c.* Qui ex Deo nõ eſt, fatuus eſt; is fracto vaſi ſimilis, Dei verba non continet, ſed effundit,
D qui ex Deo, ſapienter agit, verbumque retinet, & in corde confert, iuxta illud quod de ſapientiſſima virgine Deipara ſcriptũ eſt. Luc. 2. *Maria conſeruabat omnia uerba hęc conferens in corde ſuo, &c.* Et Eccleſiaſt. illud cap. 21. *Verbum* (inquit) *ſapiens quodcumque audierit ſcies,* (id eſt, ſciens) *laudabit, & ad ſe adijciet, &c.* Item, *Os prudentis quæritur in eccleſia; & uerba illius cogitabunt in cordibus ſuis. &c.* De eo qui ex Deo nõ
E eſt, dicitur eodem loco; *Audiuit luxurioſus* (id eſt, delicioſus, & intemperans) *uerbum ſapiens, & diſplic. bit illi, & proijciet illud poſt tergum ſuum, &c.* De ijs D. Bernardus Serm. 1. Septuageſ. Nonnullos (inquit) ſic interdum audientes inuenies, ac ſi nihil omninò ad eos pertineant, quæ dicuntur: non intrare cor ſuũ, non diſcutere mores ſuos, non cogitare, ne forte quod audiunt dictum

Ioan. 10.

Luc. 2.

Eccleſ. 21.

A dictum ſit propter eos. *Magis autem,* ſi
ſermo Dei, qui ſuo, non eius, qui lo-
quitur arbitrio fertur quocumque
voluerit, ſi in quam manifeſtè aduer-
ſus vitia illa proceſſerit, quibus ſe ſen
tiunt obligatos, diſſimulant, & auer-
tunt oculos cordis, aut qualbet adin-
uentione palliant vitia, & ſeducunt
ſemetipſos, in his ego ſalutis ſigna nō
video, magis autem vereor, ne fortè
propterea non audiant verbum Dei,
B quia nō ſunt ex Deo. Hæc ille: ex qui-
bus intelliges, eum qui verbum Dei
bene audit, cor ſuum intrare, mores
ſuos iuxta audita diſcutere, cogitare
propter ſe, quæ audit, dici, & à Deo ſe
admoneri, denique mores corrigere.
Contra verò neglıgētem auditorem,
nihilhorum facere, ſed inſtar vaſis ri-
marum pleni perfluere.

*Nonne bene dicimus nos, quia Sama-
ritanus es tu, &c.*

C Or fatui (vt ait Eccleſ. 21.) *quaſi*
C *vas confractum, &c.* Vas fractum
quid intus haberet indicat, ſiue odo-
riferam aquam, ſiue fętidum aliquē
liquorem. Sic fractum cor Iudæorū,
quid intus haberet palàm oſtendit, ni
mirum liquorem fętidiſſimum, blaſ-
phemias, & graueolētia conuitia. Qđ
verò teterrimum exhalabat odorem,
id illi odoriferum eſſe liquorem aſſer
uerunt: *Nonne* (inquiunt) *bene dicimus*
D *nos, &c.* Male-dicebant quidem, & ſe
benedicere aſſeuerant, malè dicta aie
bant eſſe bene dicta. Non bene dici-
tis, ò maledici, ſed malè dicitis. *Væ qui*
dicitis malum bonum, & bonum malum,
Iſai. 5. *Ponentes tenebras lucem, & lucem*
tenebras. Vę illis, qui quæ mala ſunt,
bona eſſe, quique tenebras lucem, &
malè facta bene facta eſſe dn̄t. Sic hæ-
retici malè dicta ſua, bn̄ dicta eſſe af-
firmāt, tenebras lucē, hæreſes verita
E tem. *Nonne* (inquiunt) *benè dicimus nos?*
nonne benè docemus? Illi quoq; qui
crimina non confitentur, ſed excuſa-
tione tuentur, huc pertinent. Malum
eſt malum tum facere, tùm dicere;
peſſimum eſt, malum factum, aut di-
ctum confirmare dicendo; *Nonne benè*
dicimus nos? aut nonne bene fecimus
nos? Sic mendacia ſua confirmabant
pſeudoprophetæ illi, de quibus Eze-

Iudæi ſe putant benedicere, & maledicūt.

A chiel 13 Legitur: *Vident vana, & diui-
nāt mendacium, dicentes ait Dominus: cū
Dominus non miſerit eos: & perſeuraue-
runt confirmare ſermonem, &c.*

Ego dæmonium non habeo.

Chriſtus non reddit iniuriā pro iniuria nec maledictū pro maledicto.

FAs erat Domino pro ſua diuina
poteſtate cōuitiatores acriter pu-
nire, & quod dixerāt in eos retorque
re. Dixerant illi, *dæmonium habes.* reſpō
dere, potuit; *Ego Dæmonium non habeo;*
B vos habetis, qui contumelia me affici-
tis. At par pari reddere noluit, vindi-
ctam ſumere, ſed manſuetè reſpōdit.
Ego Dæmonium non habeo; Vnde D. Gre-
gorius ho. 18. in Euangelia. Ecce (in-
quit) iniuriam ſuſpiciens Dominus
non iraſcitur; non contumelioſa ver-
ba reſpondet. qui ſi reſpōdere voluiſ-
ſet; dæmonium vos habetis; verū pro-
fectò diceret, quia niſi impleti eſ-
ſent dæmonio, tam peruerſa de Deo
C loqui non poſſent. Sed accepta iniu-
ria etiam quod verum erat dicere Ve
ritas noluit; ne nō dixiſſe veritatem,
ſed prouocatus contumeliam reddi-
diſſe videreturr &c. Vir prudens con-
uitia ſurda aure præterit, orèque mu
to, iuxta illud Pſal. 37. *Qui inquirebant*
mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos
tota die meditabantur. Ego autem tam-
quam ſurdus non audiebam, & ſicut mu-
tus non aperiens os ſuum, & factus ſum ſi-
D *cut homo non audiens, & non habens in ore*
ſuo redargutiones, &c. vt factus eſt Da-
uid aduerſus hoſtes, quaſi homo non
audiens, & non habens in ore redar-
gutiones, hoc eſt; verba, quib. hoſtes
poſſet redarguere, illiſq; reſpondere.
Similem in modum Chriſtus factus
eſt ſicut homo non audiens Iudæorū
conuitia, nec habens in ore ſuo re-
dargutionem. Pſal. 38. *Poſui ori meo cu*
ſtodeam, cùm conſiſteret peccator aduer-
E *ſum me, &c* Tunc maximè cuſtodia ap
ponenda eſt ori, cùm peccator aduer
ſus nos cōſiſtit, cùm loquitur, cùm ia-
ctat conuitia. Tunc oris claues patiē-
tiæ tradendæ ſunt, ne ad repetendæ
ſunt, ne repetendum mordentē ape-
riatur. *Factus ſum* (ait Dauid) *quaſi ho-*
mo non audiens, & non habens in ore ſuo
redargutiones: à quonam factus eſt, ſicut
homo captus aurib. redarguendi, re-

D. Gregor.

Pſalm. 37. De tolerādis iiuriis.

Pſalm. 38.

Ori cuſtodia quando maximè apponenda.

I 4 ſpon-

Digitized by Google

A ſpondendiq́; vi carens? Nimirum à patientia. Huiuſmodi enim homines patientia facit, & humilitas, ſuperbia verò homines illos facit, qui mordẽtes, canum inſtar, remordent; quiq; cõtumelia rependunt contumeliam.

2. Reg 16. Dauid cùm 2.Reg.16. à Semei cõuitijs afficeretur, velletque Abiſai Regi illatam iniuriam vlciſci, ab vltione ducem iuſſit abſtinere; atque his verbis, vt omittam alia reſpondit: *Dimittite eum vt malè dicat ſi fortè reſpiciat* B *Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus, bonum pro maledictione hac hodierna, &c.* Pro maledictione illa, à Deo ſperabat Dauid benedictionem. Eundẽ in modũ, ſi qs te maledictione affecerit, in Deum conijce oculos, ab eo pro maledictione, quam patienter fers, expecta benedictionem. Reddet procul dubio Deus, tibi bonum pro malo quod toleras. Cùm igitur conuitia audis, animum his Dauidis verbis C confirma; *Reddes mihi Dominus bonum, pro maledictione hac hodierna*, Egregiè Seneca dixit lib. 2. de ira cap. 32. Ille magnus, & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minimorum canũ ſecurus obaudit, &c. Magnus, & nobilis Dauit, latratus Semei, veluti catuli, ſpreuit. Maximus, & nobiliſſimus Chriſtus latratus Iudęorum, veluti minutorum canum, ſecurus abaudiuit, & cõtẽpſit. Puſilli hominis (ait D Philoſophus eiuſdem lib. c. 34.) & miſeri eſt, remordere mordentẽ.

D. Gregor. D. Gregorius homil. 18. in Euangelia. Nemo (inquit) conuitijs conuitium reddat. Imitatione n. Dei, glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm reſpõdendo ſuperare.

D. Hieron. D. Hierony. Ierem. 20. Ieremias (inquit) miſſus in carcerẽ tacet, & ſilentio vincit iniuriam, &c.

Prouer. 19. Prouerb. 19. *Doctrina viri per patientiã noſcitur: & gloria eius eſt iniqua prætergre*E*di, &c.* Hebraicè eſt שכל *Schechel, intellectus.* Intellectus viri, doctrina, & prudentia, per patientiam cognoſcitur, quia vir prudens patientes fert iniurias, & ſilet: vnde ſequitur; *gloria eius eſt iniqua prætergredi* ideſt, iniurias iniquas pertranſire, neq; aduertere, gloria eius eſt decus, ornamentum. Vir qui intellectu præſtat, & cõſideratio-

Mordentẽ remordere puſilli animi eſt.

A ne, gloriam ſuã eſſe arbitrat̃ iniuriæ non meminiſſe. is verò qui intellectu & conſideratione caret, ſummã hanc gloriã ſpernit, & ignominiã eſſe inſipiẽter puta. Poteſtatẽ habebat Chriſtus, poterat iniuriam non pertranſire, ſed in meritò vlciſci: at poteſtatẽ habuit; ſed patientiam exhibuit, vt diſcant ij qui poteſtatem habent, in poteſtate habere patientiam; quod difficile eſt, & virtutis inclytæ opus. Ami-B ca etenim poteſtati (ait D. Gregor. Iob 30.) pene ſemper impatiẽtia eſt, &c. At viri prudentes poteſtatem patientiæ; non patientiã poteſtati ſubijciunt. Poteſtati (inquit idem Pater) malæ ſubiectæ impatientia imperat; quia quod ipſa ſentit, poteſtas exequitur. Sed ſancti viri plus ſe interius patientiæ iugo ſubijciũt, quàm foris hominibus præſunt, &c.

C *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in ęternum.*

VErbum Dei obedienter audienti, & ſeruanti præmium proponit Dominus: *Si quis* (inquit) *ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.* Eſt hoc infinitum præmium, & toto animi conatu expetendum. Nam æterna vita infinita eſt, maximeq́. expetitur. Quemadmodum verò ſeruantis verbum præmium eſt vi-D ta æterna, ita non ſeruantis ſuppliciũ eſt, mors in cruciatib. ęternis ęterna. Vt ergo mortem ęternam fugiamus, vt vitam ęternam conſequamur, diuinum verbum diligẽter, & audiamus; & ſeruemus, *Abundantius* (ait Paulus ad Hebr. 2.) *oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus; ne fortè pereffluamus: Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributio-*E*nem, quomodo nos effugiemus ſi tantã neglexerimus ſalutem? &c.* Hoc eſt, Abundantiore diligentia, & vehementiore conatu, oportet nos obſeruare Chriſti verba, & mãdata quæ audiuimus; Græcè *προσέχειν*, ideſt, *attendere* nos oportet ea, quę audiuimus. Si enim Iudæi, qui datam per Angelos Moſis legem fregerunt, graues luerũt pęnas; quo non ſuppliciũ grauiſſimũ poteri-

De audiendo verbo Dei.

Hebr. 2.

mis

mus euadere, ſi legem Chriſti nō ſeruauerimus Verba illa; *Ne fortè pereffluamus*, in hanc ſniam à nónullis exponunt. *Ne fortè pereffluamus*, hoc eſt, ne confracto vaſi ſimiles ſimus, & pleno rimarum, q infuſum balſamū non continet, ſed perfluit, infuſum nobis. Verbi diuini ſuauiſſimum balſamum contineamus corde, & obſeruemus: ne pereffluamus rimarū pleni. Simile eſt illud Eccleſiaſtici 21. Supra citatum. *Cor fatui quaſi vas confractum; & omnè ſapientiam non tenebit, &c.* Aliter Chryſoſtomus ſic: Ne fortè pereffluamus, ideſt: oportet diligēter attendere verbis diuinis, ne forſitan pereamus, ne forſitan excidamus. Nā vt aqua, quæ pereffluit perit: iuxta illud Pſal. 57. *Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens, &c.* Sic is perit, qui verba Dei non obſeruat. Seruare ergo neceſſe eſt verbū Dei; ne inſtar fluuij tartareum in pelagus pereffluamus. Et alius ſenſus huiuſmodi. *Ne fortè pereffluamus*, quēmadmodum papyrus ſolet perfluere, atramentumque tranſmittere. Cor minimè attentum, inſtar eſt papyri perfluentis: Verbū .n. Dei, q illi inſcribit diffundit, ac deletur. Quemadmodū candidam oportet eſſe papyrū neq; pereffluentem; ſic cādidam oportet eſſe mentem, & Verbum Dei, q inſcribitur continentem. Multæ ſunt papyri notæ; inter alias coluber & manus. Notari. n. ſolet Papyrus colubri ſigno, vel manus. Eſt item craſſa quædam chartha excipiendis caracteribus inepta, quam appellant (*materborraò*) *quòd lituras excipiat, & veluti recidat.* Eundem in modū ſunt auditores quidam colubri tartarei notis conſignati, ideſt, negligentia, deſidia, cupiditate, hi perfluunt. Similes quoq. ſunt illi chartę craſſiori q̄ à litura occidenda. (*materborraò*) vocamus. Etenim charta lituras; ſic hi, quę audiunt verba ſuffocant, atq; interimunt. Sunt auditores alij papyro ſimiles cādidiſſimæ, cuius nota manus eſt, operandi inſigni Etenim quæ excipiunt aurib. & corde audiendo, operantur manib. Adde aliū ſenſum ſimpliciorem; *Oportet abundantius attendere & obſeruare quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus*, hoc eſt; ne fortè negligētes, & minimè attenti mente, in alia negotia, vel in cupiditates effluamus, & diſtrahamur, ne fortè attentionem in res alias, non in verba Dei, negligenter effundamus Nam is qui negligenter Dei verbū animo recipit, alijsq; intentus eſt, pereffluit ad illa alia, quæ cogitat, & exoptat. Quemadmodum vas pereffluit, cùm aquam effundit, q̄ continet; ſic auditor pereffluit, cùm attentionem ex mente effundit, auditq; negligenter. Ideò Paulus poſtea dixit. *Quomodo nos effugiemus ſi tantum neglexerimus ſalutem?* quia dixerat, *ne fortè pereffluamus*, ideſt, ne ſimus negligētes, & cogitationib. peffluamus.

Papyri multa ſigna ſunt.

Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt.

De gloria vana.

INanis gloria, plauſuſque hominū pro nihilo eſt ducendus. Si nō ipſos inſolenter glorificamus, & inanē mundi gloriam perditè concupiſcimus, gloria noſtra quam aſſequimur (& ſi magnam nos aſſequutos eſſe credamus) nihil eſt, Chryſoſtomus hom. de Anna; & Samuelis educatione. Quis (inquit) fructus eſſe poſſit è populari plauſu? Simul vt veſpera nos occuparit, illicò plauſus ille, totuſq; tumultus emarceſcit, &c. Lege eundē ad Titum. Hom. 2. Quid (inquit) in ſe præclari habet à multitudine inſpici? inanis eſt hæc gloria, nihilq; in ſe habet ſolidi, atq; veri. Nam vbi te receperis domum, ſoluſq; fueris, id omne prorſus effluit, &c. Nemo ſtatuas amat, aut pſonas, etſi pulcherrimas, quib. in ſcena hiſtriones ora contegunt; quia inanis eſt, & abſq; ſpiritu, ſtatuarum, & perſonarum pulchritudo: eundem in modum gloriæ inanis pulchritudo amanda non eſt; ſiquidē inanis eſt. Vnde Chryſoſtomus eadē homi. 2. Non, aſpicis (ait) vt in ſcena ſibi perſonas imponunt hiſtriones, q̄ pclaras, q̄ honeſtas, q̄ ad exactiſſimā formę diligentiā effictas? Non eas aliqn adamaſti? Non Cur id? Qm inanes ſunt, imitanturq; decorem: ſed nullus ibi ſolidus decor. Ita & gloria inanis eſt, imitataq; gloriā, nō vera gloria eſt, &c. Nemo ab infantib. [illegible]

Inanis gloria larvarum eſt.

VEr[illegible]

vmquam gloriam expetiuit,infantiũ inſtar,ad gloriam captandam,omnes homines habendi ſunt,vt idem Chryſoſtomus docet,eodem loco. Nihil[inquit]humana gloria vilius, nihil abiectius. Dic obſecro; ſi videre contingat multitudinem paruulorum, eorũ ſcilicet qui ſubiecti vberibus ſint; Numquid ab eis gloriam cupis? Ita neceſſe eſt,gloriæ cauſa,ad omnes homines affici,&c Idem ſanctiſſimus pater hominum laudes, gracculorũ vocibus,muſcarum culicumque ſtridori ſimiles eſſe ait. Abi igit, & magna cura,animique contentione operam naua,vt gracculorum muſica, muſcarum, culicumque ſtridoribus aures compleas,gloriæque ſiti exardeſcentem animum. Nemo (inquit Chryſoſtomus homil.28.in Ioan.)ſatellitum in huius ſæculi regijs,ijs omiſſis, quibus coronato regi,& in ſolio ſedenti placeat; gracculorum voces, muſcarum,& culicum obuolantium ſtridorem proſequitur. Neque enim ijs vlla ex parte potiores hominum laudes inueniuntur,&c. Caueamus igitur gloriam inanem.rectam in operibus cunctis intentionem obſeruemus, cùm Naas fœdus nemo percutiat. 1. Reg. 11. *Rex Ammonitarum Naas pugnare cœpit aduerſus Iabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Iabes,habeto nos fœderatos, & ſeruiemus tibi:& reſpondit ad eos Naas. In hoc feriam vobiſcum fœdus,vt eruam omnium veſtrum oculos dextros,&c.* Hæc eſt fœderis cùm Naas percuſſi conditio, oculos dextros eruit, quibus Deum, eiusq; legem intuemur,ad eamq; opera noſtra omnia,cogitationes, verbaque dirigimus, rectam intentionẽ quæ dexter oculus animi eſt,exſcindit,ſiniſtrum prauæ intentionis relinquit prauus Naas,ideſt,ſerpens tartareus Nam נחש *Nachaſch* Hebræi ſerpentem ſignificãt contrà Chriſtus, manum ſiniſtram vult exſcindi, dextra nos vult operari, ideſt, dextra & recta intentione omnia opera perficere. Matth.6 *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, &c.* In dextera manu [ait Auguſt.] intelligitur amor Dei; in ſiniſtra cupiditas mũdi:Si pro laude humana dederis eleẽmoſynam, to-

Chryſoſt.

Intentio noſtra in operib. noſtris bona eſſe debet.

A tũ ſiniſtra facit,ſi pro remiſſione peccatorum,& amore vitæ æternæ, totũ dextera facit, &c. Dextera manus, quæ bona cùm intentione operatur, opera illuſtrat. Gregor lib.28 Mor.c.6.Per bonũ[inquit]intentionis radiũ merita illuſtrantur actionis,&c. Præterea operibus vitam donat, vt Richardus Victorinus ait,tract.1.de ſtatu inter hominis.c.7[Quod (inquit] eſt corpus ſine vita, hoc eſt opus ſine

B intentione bona. &c. Ad hæc,opera extollit ad cœlum vſque. Nam quę ſiniſtra manu,prauaque intentione operamur viliſſima sũt opera,quę dextera perficimus,nobiliſſima, ac celſiſſima ſunt, ad cœlumq; pertingunt, ideo Auguſt.Pſal.31. Non valdè [inquit]attendas,quid homo faciat, ſed quid aſpiciat,cùm facit,&c. Ergo extollamus opera noſtra,ne repant humi,fideles Dei ſimus ſerui: fidelis au-

C tem ſeruus eſt[ait Bernard.Serm.13. Cant]Si de multa gloria Domini tui tranſeunte per te,nihil tuis manibus adhærere contingat, &c. Audiamus Senecam lib.3.de ira cap.41. Conſciẽtia [inquit] ſatisfiat, nihil in famam laboremus,&c.

Eſt pater meus,qui glorificat me.

EGregium ad floccifaciendam mũ

D di gloriam remedium, ſuppeditant verba hæc. Qui mundi ſpernit plauſum,hæc dicit;*Eſt Pater meus, qui glorificat me;* hoc eſt, gloriam mundi pro nihilo duco;aliam concupiſco gloriam,non inanem,ſed ſolidam, non temporis puncto euaneſcentem, ſed ſempiternã.Eſt pater meus, & Deus meus,qui æterna, cæleſtiq; gloria afficiet me. Hoc remedium nobis ſuggerit Chryſoſtomus hom.38.in Ioã.

E Quomodo [inquit] inanem gloriam vincere poſſumus? Si gloriam gloriæ comparabimus. Quemadmodum.n. terrenas diuitias contemnimus, cùm aliàs ſperamus diuitias;ita & huius vitæ gloriam cõtemnemus, cùm longè maiorem, & veram gloriam conſpectabimur. Hæc namq; inanis,& ſtulta eſt,& nomine tantùm non re gloria;illa verò cœleſtis,vera, quæ non homi-

Chryſoſt.

Aduerſus inanẽ gloriam remedium.

Digitized by Google

homines,ſed Angelos, & Archangelorum dominum,imò & cùm his etiã homines laudatores habet, &c *Eſt* [inquit Dominus] *Pater meus,qui glorificat me.* Ad hoc entendum non vt homines,ſed vt Deum, habeamus glorificatorem,& laudatorem,in extremo ampliſſimoq; totius mundi theatro. *Illuminabit* [ait Paulus 1. Cor.4.] *abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo,&c.* O laudem ſolidiſſimam,nempe Dei. Non prohibeo gloriam appeti(ait Chryſoſtom. homil.2. ad Titũ) ſed illa volo ambiatur gloria,quæ vera eſt,quæ ex Deo eſt. *Cuius laus* [inquit Paulus ad Rom.2.] *non ex hominibus ſed ex Deo eſt.* Vnum intueamur ſolùm,ad id tota noſtra dirigatur intentio, quo. ſ. pacto Dei mereamur ore laudari. Si hoc intente inſpiciamus, humana ſemper omnia nihili exiſtimabimus. Non laudat te ille,aut ille; nihil inde amittis; & ſi vituperet quiſpiam,nihil inde amittis; & ſi vituperet quiſpiam,nihil omnino te læſit. Siue enim laus,ſiue vituperatio,ex Deo tantùm,aut emolumẽtum habet, aut detrimentum. Hæc ille. Eodem loco docet cõtemptum inanis gloriæ Deo nos ſimiles reddere. Quemadmodũ enim Deus hominum gloria non indiget, quæ per æternitatem anteq̃ mundum conderet nulla fuit; ſic etiã gloriæ contemptor. In hoc [ait Chryſoſtomus.] Deo æquales euadimus[id eſt,ſimiles]ille quippe, mortali non indiget gloria. Quoties difficile exiſtimas contemnere gloriam, iſta tecum verſa: Si hanc deſpexero,Deo æqualis,id eſt,ſimilis efficiar; protinuſque ſubibit cõtemptus ex animo,&c.

1.Cor. 4

Chryſoſt.

Ad Rom.2.

Ex Deo tãtũ laus & vituperatio expectanda eſt.

A B C D

Abraham pater veſter exultauit, ut videret diem meum.

E

Magna cùm exultatione beatum Chriſti aduentũ ſperauit Abraham, *Exultauit* [inquit Dominus] *ut videret diem meum,* id eſt,aduentũ. Dies enim fuit Chriſti aduentus ipſius, ſine Chriſto nox obſcuriſſima orbi offuſa erat; eo adueniente,dies illuxit clariſſimus. Quemadmodum Luna, reliquaq; ſidera,diem nequeunt efficere; ſic homines,& Angeli diem gratiæ, & gloriæ luce ſplendidũ orbi afferre non potuerunt. Solus Sol luce ſua diem efficit; ſolus Chriſtus Sol ſplendidiſſimus ſplẽdore ſuo, gratiæ, gloriæq; diem efficere valuit. Hunc diem multi deſiderauerunt Reges,& Patriarchæ, iuxta illud Domini Luc. 10. *Multi prophetæ & Reges voluerunt videre,quæ vos videtis,& non viderunt; & audire,quæ auditis,& non audierunt, &c.* De deſiderijs horum Patrum ſcribit D. Bernard. Serm.2 in Cant. Ardorem [inquit] deſiderij Patrum, ſuſpirantium Chriſti in carne præſentiã, frequentiſſimè cogitans compungor, & confundor in memetipſo,&c. Deſiderabant illi,& cum Abrahamo exultabant, vt viderent primum aduẽtum Chriſti; nos verò exultemus, quia illum iam videmus. Exultemus præterea vt ſecundum aduentum, cæleſtẽque videamus gloriã. *Exultauit Abraham,ut videret diem Chriſti,* nos exultemus vt videamus æternitatem Chriſti,gloriamque,qua nos beabit. ſempiternam Quis non exultet tanti ſpe boni? Hinc illud Pſalm. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum* Et illud Pauli ad Rom. 12. *Spe gaudentes,&c.*

Vidit etiam Abraham diem Chriſti,i. diem illum,quo in cruce immolatus eſt. Tunc autem illum vidit, cũ filium Iſaac immolare voluit. Geneſ. 22. Fuit enim Iſaac Chriſti typus; lege, ſi libet; quæ diximus hac de re tom.1.lib.3.cap.11.& lib.5.cap.7. & tom.2.lib 3.cap.11.de mente Moria. *Vidit Abraham diem Chriſti, & gauiſus eſt.* Neque verò ſolùm gauiſus eſt;ſed gaudio permixtus dolor fuit, amor, gratitudo. Gauiſus eſt, propter mundi redemptionem; indoluit Domini doloribus; amantem amauit, beneficentiſſimo liberatori,gratias egit. Videmus nos eandem diem; beata dies illa quam ille exoptabat, nobis iam illuxit,illius luce fruimur,illius bonis oblectamur. Victimam tot votis expetitam,in ára crucis immolatum, verum,non typicum Iſaac, pro ſalute, vtraque noſtra occiſum, aſpicimus. Vidit

Abraham Chriſti diem vidit nos videmus. *Chriſtus dies eſt.*

Bernard.

Pſalm. Rom.

Abraham quomodo vidit diem Chriſti.

Chryſoſt.

Aduerſus inanẽ gloriam remedium.

Digitized by Google

ſpondendiq́; vi carens? Nimirum à patientia. Huiuſmodi enim homines patientia facit, & humilitas, ſuperbia verò homines illos facit, qui mordêtes, canum inſtar, remordent; quiq; cõtumelia rependunt contumeliam.

2. Reg. 16. Dauid cùm 2. Reg. 16. à Semei cõuitijs afficeretur, vellètque Abiſai Regi illatam iniuriam vlciſci, ab vltione ducem iuſſit abſtinere; atque his verbis, vt omittam alia reſpondit: *Dimittite eum vt malè dicat ſi fortè reſpiciat* B *Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus, bonum pro maledictione hac hodierna, &c.* Pro maledictione illa, à Deo ſperabat Dauid benedictionem. Eundê in modũ, ſi qs te maledictione affecerit, in Deum conijce oculos, ab eo pro maledictione, quam patienter fers, expecta benedictionem. Reddet procul dubio Deus, tibi bonum pro malo quod toleras. Cùm igitur conuitia audis, animum his Dauidis verbis C confirma; *Reddet mihi Dominus bonum, pro maledictione hac hodierna*, Egregiè Seneca dixit lib. 2. de ira cap. 32. Ille magnus, & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minimorum canũ ſecurus obaudit, &c. Magnus, & nobilis Dauit, latratus Semei, veluti catuli, ſpreuit. Maximus, & nobiliſſimus Chriſtus latratus Iudęorum, veluti minutorum canum, ſecurus abaudiuit, & contẽpſit. Puſilli hominis (ait D Philoſophus eiuſdem lib. c. 34.) & miſeri eſt, remordere mordentẽ. D. Gregorius homil. 18. in Euangelia. Nemo (inquit) conuitijs conuitium reddat. Imitatione n. Dei, glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm reſpõdendo ſuperare. D. Hierony. Ierem. 20. Ieremias (inquit) miſſus in carcerẽ tacet, & ſilentio vincit iniuriam, &c. Prouerb. 19. *Doctrina viri per patientiã noſcitur: & gloria eius eſt iniqua prætergredi, &c.* Hebraicè eſt שכל *Schechel, intellectus.* Intellectus viri, doctrina, & prudentia, per patientiam cognoſcitur, quia vir prudens patienter fert iniurias, & ſilet: vnde ſequitur; *gloria eius eſt iniqua prætergredi* id eſt, iniurias iniquas pertranſire, neq; aduertere, gloria eius eſt decus, ornamentum. Vir qui intellectu præſtat, & cõſideratio-

D. Gregor.

D. Hieron.

Prouer. 19.

Mordentẽ remordere puſilli animi eſt.

A ne, gloriam ſuã eſſe arbitratũ iniuriæ non meminiſſe. is verò qui intellectu & conſideratione caret, ſummã hanc gloriã ſpernit, & ignominiã eſſe inſipiẽter putat. Poteſtatẽ habebat Chriſtus, poterat iniuriam non pertranſire, ſed in meritò vlciſci: at poteſtatẽ habuit; ſed patientiam exhibuit, vt diſcant ij qui poteſtatem habent, in poteſtate habere patientiam; q̃ difficile eſt, & virtutis inclytæ opus. Amica etenim poteſtati (ait D. Gregor. Iob 30.) pene ſemper impatiẽtia eſt, &c. At viri prudentes poteſtatem patientiæ; non patientiã poteſtati ſubijciunt. Poteſtati (inquit idem Pater) malæ ſubiectæ impatientia imperat; quia quod ipſa ſentit, poteſtas exequitur. Sed ſancti viri plus ſe interius patientiæ iugo ſubijciũt, quàm foris hominibus præſunt, &c.

Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in ęternum.

VErbum Dei obedienter audienti, & ſeruanti præmium proponit Dominus: *Si quis* (inquit) *ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.* Eſt hoc infinitum præmium, & toto animi conatu expetendum. Nam æterna vita infinita eſt, maximeq́. expetitur. Quemadmodum verò ſeruantis verbum præmium eſt vi D ta æterna, ita non ſeruantis ſuppliciũ eſt, mors in cruciatib. ęternis ęterna. Vt ergo mortem ęternam fugiamus, vt vitam ęternam conſequamur, diuinum verbum diligẽter, & audiamus, & ſeruemus, *Abundantius* (ait Paulus ad Hebr. 2.) *oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus; ne fortè pereffluamus: Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributio-* E *nem, quomodo nos effugiemus ſi tantã neglexerimus ſalutem? &c.* Hoc eſt, Abundantiore diligentia, & vehementiore conatu, oportet nos obſeruare Chriſti verba, & mãdata quæ audiuimus; Græcè *προσέχειν*, id eſt, *attendere* nos oportet ea, quę audiuimus. Si enim Iudæi, qui datam per Angelos Moſis legem fregerunt, graues luerũt pęnas; quò non ſuppliciũ grauiſſimũ poteri-

De audiendo verbo Dei.

Hebr. 2.

mus

Digitized by Google

A mus euadere, ſi legem Chriſti nõ ſeruauerimus Verba illa; *Ne fortè pereffluamus*, in hanc ſniam à nõnullis exponunt. *Ne fortè pereffluamus*, hoc eſt, ne confracto vaſi ſimiles ſimus, & pleno rimarum, q̃ infuſum balſamũ non continet, ſed perfluit, infuſum nobis. Verbi diuini ſuauiſſimum balſamum contineamus corde, & obſeruemus: ne pereffluamus rimarũ pleni. Simile eſt illud Eccleſiaſtici 21. Supra citatum. *Cor fatui quaſi vas confractum; & omnẽ ſapientiam non tenebit, &c.* B Aliter Chryſoſtomus ſic: Ne fortè pereffluamus, ideſt: oportet diligẽter attendere verbis diuinis, ne forſitan pereamus, ne forſitan excidamus. Nã vt aqua, quæ pereffluit perit: iuxta illud Pſal. 57. *Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens, &c.* Sic is perit, qui verba Dei non obſeruat. Seruare ergo neceſſe eſt verbũ Dei; ne inſtar fluuij tartareum in pelagus pereffluamus. C Et alius ſenſus huiuſmodi. *Ne fortè pereffluamus*, quemadmodum papyrus ſolet perfluere, atramentumque tranſmittere. Cor minimè attentum, inſtar eſt papyri perfluentis: Verbũ n. Dei, q̃ illi inſcribit diffundit, ac deletur. Quemadmodũ candidam oportet eſſe papyrũ neq; pereffluentem; ſic cãdidam oportet eſſe mentem, & Verbum Dei, q̃ inſcribitur continentem. D Multæ ſunt papyri notæ; inter alias coluber & manus. Notari. n. ſolet Papyrus colubri ſigno, vel manus. Eſt item craſſa quædam chartha excipiendis caracteribus inepta, quam appellant (*materborraò*) *quòd lituras excipiat, & veluti occidat.* Eundem in modũ ſunt auditores quidam colubri tartarei notis conſignati, ideſt, negligentia, deſidia, cupiditate, hi perfluunt. Similes quoq. ſunt illi chartę craſſiori q̃ à litura occidenda. (*materborraò*) vocamus. E Etenim charta lituras; ſic hi, quę audiunt verba ſuffocant, atq; interimunt. Sunt auditores alij papyro ſimiles cãdidiſſimæ, cuius nota manus eſt, operandi inſigni. Etenim quæ excipiunt aurib. & corde audiendo, operantur manib. Adde aliũ ſenſum ſimpliciorem; *Oportet abundantius attendere & obſeruare quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus*, hoc eſt; ne fortè negligẽtes, & minimè attenti mente, in alia negotia, vel in cupiditates effluamus, & diſtrahamur, ne fortè attentionem in res alias, non in verba Dei, negligenter effundamus Nam is qui negligenter Dei verbũ animo recipit, alijsq; intentus eſt, pereffluit ad illa alia, quæ cogitat, & exoptat. Quemadmodum vas pereffluit, cùm aquam effundit, q̃ continet; ſic auditor pereffluit, B cùm attentionem ex mente effundit, auditq; negligenter. Ideò Paulus poſtea dixit. *Quomodo nos effugiemus ſi tantum neglexerimus ſalutem?* quia dixerat, *ne fortè pereffluamus*, ideſt, ne ſimus neglìgẽtes, & cogitationib. pęffluamus.

Paprri multa ſigna ſunt.

Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt.

INanis gloria, plauſuſque hominũ pro nihilo eſt ducendus. Si nõ ipſos inſolenter glorificamus, & inanẽ C mundi gloriam perditè concupiſcimus, gloria noſtra quam aſſequimur (& ſi magnam nos aſſequutos eſſe credamus) nihil eſt, Chryſoſtomus hom. de Anna; & Samuelis educatione. Quis (inquit) fructus eſſe poſſit è populari plauſu? Simul vt veſpera nos occuparit, illicò plauſus ille, totusq; tumultus emarceſcit, &c. Lege eundẽ ad Titum. Hom. 2. Quid (inquit) in ſe D præclari habet à multitudine inſpici? inanis eſt hæc gloria, nihilq; in ſe habet ſolidi, atq; veri. Nam vbi te receperis domum, ſoluſq; fueris, id omne prorſus effluit, &c. Nemo ſtatuas amat, aut pſonas, etſi pulcherrimas, quib. in ſcena hiſtriones ora contegunt; quia inanis eſt, & abſq; ſpiritu, ſtatuarum, & perſonarum pulchritudo: eundem in modum gloriæ inanis pulchritudo amanda non eſt; ſiquidẽ E inanis eſt. Vnde Chryſoſtomus eadẽ homi. 2. Non, aſpicis (ait) vt in ſcena ſibi perſonas imponunt hiſtriones, q̃ pclaras, q̃ honeſtas, q̃ ad exactiſſimã formę diligentiã effictas? Non eas aliquã adamaſti? Non Cur id? Qm̃ inanes ſunt, imitanturq; decorem: ſed nullus ibi ſolidus decor. Ita & gloria inanis eſt, imitatq; gloriã, nõ vera gloria eſt, &c. Nemo ab inſtatib. [illegible]

De glori taso.

Ina ria run eſt.

vmquam gloriam expetiuit,infantiũ inſtar,ad gloriam captandam,omnes homines habendi ſunt,vt idem Chryſoſtomus docet,eodem loco. Nihil[inquit]humana gloria vilius, nihil abiectius. Dic obſecro; ſi videre contingat multitudinem paruulorum, eorũ ſcilicet qui ſubiecti vberibus ſint; Numquid ab eis gloriam cupis? Ita neceſſe eſt,gloriæ cauſa,ad omnes homines affici,&c Idem ſanctiſſimus pater hominum laudes, gracculorũ vocibus,muſcarum culicumque ſtridori ſimiles eſſe ait.Abi igit, & magna cura,animique contentione operam naua,vt gracculorum muſica, muſcarum, culicumque ſtridoribus aures compleas,gloriæque ſiti exardeſcentem animum.Nemo (inquit Chryſoſtomus homil.28.in Ioan.)ſatellitum in huius ſæculi regijs,ijs omiſſis, quibus coronato regi,& in ſolio ſedenti placeat; gracculorum voces , muſcarum, & culicum obuolantium ſtridorem proſequitur.Neque enim ijs vlla ex parte potiores hominum laudes inueniuntur,&c. Caueamus igitur gloriam inanem,rectam in operibus cunctis intentionem obſeruemus , cùm Naas fœdus nemo percutiat. 1. Reg. 11. *Rex Ammonitarum Naas pugnare cœpit aduerſus Iabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Habes,habeto nos fœderatos, & ſeruiemus tibi:& reſpondit ad eos Naas. In hoc feriam vobiſcum fœdus,vt eruam omnium veſtrum oculos dextros,&c.* Hæc eſt fœderis cùm Naas percuſſi conditio, oculos dextros eruit, quibus Deum, eiusq; legem intuemur,ad eamq; opera noſtra omnia,cogitationes, verbaque dirigimus, rectam intentionẽ quæ dexter oculus animi eſt,exſcindit,ſiniſtrum prauæ intentionis relinquit prauus Naas,ideſt,ſerpens tartareus Nam נחש *Nachaſch* Hebræi ſerpentem ſignificãt contrà Chriſtus, manum ſiniſtram vult exſcindi, dextra nos vult operari, ideſt, dextra & recta intentione omnia opera perficere.Matth.6 *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, &c.* In dextera manu [ait Auguſt.] intelligitur amor Dei; In ſiniſtra cupiditas mũdi:Si pro laude humana dederis eleemoſynam, to-

Chryſoſt.

Intentio noſtra in operib. noſtris bona eſſe debet.

A tũ ſiniſtra facit,ſi pro remiſſione peccatorum,& amore vitæ æternæ, totũ dextera facit , &c. Dextera manus, quæ bona cùm intentione operatur , opera illuſtrat. Gregor.lib.28.Mor.c.6.Per bonũ[inquit]intentionis radiũ merita illuſtrantur actionis,&c.Præterea operibus vitam donat, vt Richardus Victorinus ait,tract.1.de ſtatu inter hominis.c.7[Quod (inquit] eſt corpus ſine vita, hoc eſt opus ſine B intentione bona. &c. Ad hæc,opera extollit ad cœlum vſque. Nam quę ſiniſtra manu,prauaque intentione operamur viliſſima sũt opera,quę dextera perficimus,nobiliſſima, ac celſiſſima ſunt, ad cœlumq; pertingunt, ideo Auguſt.Pſal.31. Non valdè [inquit]attendas,quid homo faciat, ſed quid aſpiciat,cùm facit,&c. Ergo extollamus opera noſtra,ne repant humi,fideles Dei ſimus ſerui: fidelis autem C ſeruus es[ait Bernard.Serm.13. Cant]Si de multa gloria Domini tui tranſeunte per te,nihil tuis manibus adhærere contingat, &c. Audiamus Senecam lib.3.de ira cap.41. Conſciẽtiæ[inquit] ſatisfiat , nihil in famam laboremus,&c.

Eſt pater meus,qui glorificat me.

EGregium ad floccifaciendam mũ D di gloriam remedium , ſuppeditant verba hæc . Qui mundi ſpernit plauſum,hæc dicit;*Eſt Pater meus, qui glorificat me*; hoc eſt , gloriam mundi pro nihilo duco;aliam concupiſco gloriam,non inanem,ſed ſolidam , non temporis puncto euaneſcentem, ſed ſempiternã.Eſt pater meus , & Deus meus,qui æterna, cæleſtiq; gloria afficiet me . Hoc remedium nobis ſuggerit Chryſoſtomus hom.38. in Ioã. E Quomodo [inquit] inanem gloriam vincere poſſumus? Si gloriam gloriæ comparabimus. Quemadmodum.n. terrenas diuitias contemnimus, cùm aliàs ſperamus diuitias;ita & huius vitæ gloriam cõtemnemus, cùm longè maiorem, & veram gloriam conſpectabimur.Hæc namq; inanis,& ſtulta eſt,& nomine tantùm non re gloria;illa verò cœleſtis,vera, quæ non homi-

Chryſoſt.

Aduerſus inanẽ gloriam remedium.

A homines, ſed Angelos, & Archangelorum dominum, imò & cùm his etiã homines laudatores habet, &c. *Eſt* [inquit Dominus] *Pater meus, qui glorificat me*. Ad hoc attendum non vt homines, ſed vt Deum, habeamus glorificatorem, & laudatorem, in extremo ampliſſimoq; totius mundi theatro. *Illuminabit* [ait Paulus 1. Cor. 4.] *abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo, &c.* O laudem ſolidiſſimam, nempe Dei. Non prohibeo gloriam appeti (ait Chryſoſtom. homil. 2. ad Titũ) ſed illa volo ambiatur gloria, quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt. *Cuius laus* [inquit Paulus ad Rom. 2.] *non ex hominibus ſed ex Deo eſt*. Vnum intueamur ſolùm, ad id tota noſtra dirigatur intentio, quo. ſ. pacto Dei mereamur ore laudari. Si hoc intente inſpiciamus, humana ſemper omnia nihili exiſtimabimus. Non laudat te ille, aut ille; nihil inde amittis; & ſi vituperet quiſpiam, nihil inde amittis; & ſi vituperet quiſpiam, nihil omnino te læſit. Siue enim laus, ſiue vituperatio, ex Deo tantùm, aut emolumẽtum habet, aut detrimentum. Hæc ille. Eodem loco docet cõtemptum inanis gloriæ Deo nos ſimiles reddere. Quemadmodũ enim Deus hominum gloria non indiget, quæ per æternitatem antequã mundum conderet nulla fuit; ſic etiã gloriæ contemptor. In hoc [ait Chryſoſtomus.] Deo æquales euadimus [id eſt, ſimiles] ille quippe, mortali non indiget gloria. Quoties difficile exiſtimas contemnere gloriam, iſta tecum verſa: Si hanc deſpexero, Deo æqualis, id eſt, ſimilis efficiar; protinuſque ſubibit cõtemptus ex animo, &c.

1. Cor. 4.

Chryſoſt.

Ad Rom. 2.

Ex Deo tãtũ laus & vituperatio expectanda eſt.

Abraham pater veſter exultauit, ut videret diem meum.

MAgna cùm exultatione beatum Chriſti aduentũ ſperauit Abraham, *Exultauit* [inquit Dominus] *ut uideret diem meum*, id eſt, aduentũ. Dies enim fuit Chriſti aduentus ipſius, ſine Chriſto nox obſcuriſſima orbi offuſa erat; eo adueniente, dies illuxit clariſſimus. Quemadmodum Luna, reliquaq; ſidera, diem nequeunt efficere; ſic homines, & Angeli diem gratiæ, & gloriæ luce ſplendidũ orbi afferre non potuerunt. Solus Sol luce ſua diem efficit; ſolus Chriſtus Sol ſplendidiſſimus ſplẽdore ſuo, gratiæ, gloriæq; diem efficere valuit. Hunc diem multi deſiderauerunt Reges, & Patriarchæ, iuxta illud Domini Luc. 10. *Multi prophetæ & Reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt; & audire, quę auditis, & non audierunt, &c.* B De deſiderijs horum Patrum ſcribit D. Bernard. Serm. 2. in Cant. Ardorem [inquit] deſiderij Patrum, ſuſpirantium Chriſti in carne præſentiã, frequentiſſimè cogitans compungor, & confundor in memetipſo, &c. Deſiderabant illi, & cum Abrahamo exultabant, vt viderent primum aduẽtum Chriſti; nos verò exultemus, quia illum iam videmus. C Exultemus præterea vt ſecundum aduentum, cæleſtẽque videamus gloriã. *Exultauit Abraham, ut uideret diem Chriſti*, nos exultemus vt videamus æternitatem Chriſti, gloriamque, qua nos beabit ſempiternam. Quis non exultet tanti ſpe boni? Hinc illud Pſalm. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum*. Et illud Pauli ad Rom. 12. *Spe gaudentes, &c.*

Abraham Chriſti diẽ uidit, & nos uidemus. Chriſtus ſolus diem orbi effecit.

Bernardus

Pſalm. 38. Rom. 12.

D Vidit etiam Abraham diem Chriſti, i. diem illum, quo in cruce immolatus eſt. Tunc autem illum vidit, cũ filium Iſaac immolare voluit. Geneſ. 22. Fuit enim Iſaac Chriſti typus; lege, ſi libet; quæ diximus hac de re tom. 1. lib. 3. cap. 11. & lib. 5. cap. 7. & tom. 2. lib 3. cap. 11. de mente Moria. *Vidit Abraham diem Chriſti, & gauiſus eſt*. Neque verò ſolùm gauiſus eſt; ſed gaudio permixtus dolor fuit, amor, E gratitudo. Gauiſus eſt, propter mundi redemptionem; indoluit Domini doloribus; amantem amauit, beneficentiſſimo liberatori, gratias egit. Videmus nos eandem diem; beata dies illa quam ille exoptabat, nobis iam illuxit, illius luce fruimur, illius bonis oblectamur. Victimam tot votis expetitam, in ara crucis immolatum, verum, non typicum Iſaac, pro ſalute, vitaque noſtra occiſum, aſpicimus.

Abraham quomodo uidit diem Chriſti.

Vidit

Vidit Abraham & gauiſus eſt, & indoluit,& amauit,& gratias egit. Videamus & nos,gaudeamus, indoleamus,amemus,gratias agamus. Gaudium afferat mundi redemptio,dolorem pariant Chriſti dolores,noſtraq; crimina,ille ſanguinem, nos lachrymas ſaltem effundamus. Amorem rependamus amore, tanto redemptori debitas reddamus gratias,tātum beneficium ante oculos habeamus ſemper. Gene. 22. *Vade* (ait Dominus Abrahamo) *in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum, &c.* In terra igitur viſionis oblatus eſt Iſaac Chriſtitypus. Vtinam anima Chriſtiana terra ſit non obliuionis, ſed viſionis, vtinam ſemper habeat ante oculos lacrymis madentes,ſuum Iſaac è cruce pendentem, vtinam vt ille in manibus ſuis ſanguine illam deſcripſit, ita illa in corde ſuo perpetua memoria illum inſcribat. Iſaiæ 49 *Ecce* (inquit) *in manibus meis deſcripſi te, &c.* Vtinam in hac terra viſionis,ſemper videatur verus Iſaac, ſancta cogitatione;vtinam ſemper immoletur,ſancta meditatione. Hoc ille flagitat Cāt. 8. *Pone me* (inquit) *vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuū, &c.* Annulus ſignatorius,qui in digito fertur,ante oculos ſemper eſt,quemadmodum manus, ſic vult Dominus in corde portari, & brachio, vt annulus portatur in digito,memoriā flagitat,perpetuamq; viſionem. *Pone me* (inquit) *vt ſignaculum ſuper cor, &c.* Hoc eſt,ò anima dilecta, eſto terra viſionis,quæ me iugiter videas. Annulus ſignatorius figuram quam continet, ceræ imprimit; eundem in modum Chriſtus crucifixus,crucē ſuam dolores, & amorem imprimat cordi, iuxta illud Auguſt. lib. de S. Virginitate cap. 55. toto vobis figatur in corde, qui pro vobis fixus eſt in cruce,&c.

Antequam Abraham fieret, ego ſum.

Diuinitatem ſuam indicauit his verbis Dominus. Humanitas cernebatur;diuinitas latebat. Latentem aperit diuinitatem. *Ante* (inquit) *Antequàm Abraham fieret, ego ſum.* Hoc ſolùm homo ſum poſt Abraham; ſed Deus etiam ſum, ante Abraham; ſecundùm humanitatem meam Abraham prior me eſt;ſecundùm diuinitatem Abraham tota æternitate eſt poſterior. *Antequàm Abraham fieret ego ſum*,quia Abraham factus eſt. Ego verò ſecundum diuinitatem non ſum factus,ſed omnia facienſ;ſum is, qui eſt. Rogatis,quem te ipſum facis? reſpondeo;facio me ipſum Deum; & verè facio:quia Deus verus antequā Abrahā fieret,ego ſum. *Ego enim ſum, qui ſum, &c.* Nos ſumus qui nō ſumus; nihil ex nobis ſumus, quidquid ſumus,ab eo ſumus,qui eſt. Vnde illud Pauli ad Galat. 6. *Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, &c.* Nihil ſumus, & aliquid ſumus, aliquid ex Deo, nihil ſumus ex nobis. Deus ſolus eſt qui eſt.

Chriſtus eſt, qui eſt, nos nihil ſumus.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum.

Tanta duritia (ait Auguſtinus tra cta. 43. in Ioannem.) Iudæi quò currerent, niſi ad ſibi ſimiles &c. Dura corda durꝭs amplexa ſunt lapides. Dominus verò abſcondit ſe. Væ ijs hominibus. qui duro, peruicacique corde prædiꝭ ſunt,abſcondet ſe Dominus,craſſiſſimis oppletos tenebris ſol clariſſimus non illuminabit. Væ illis [inquit Auguſtinus eodem loco] à quorum lapideis cordibus Deus fugit,&c. Vnde vates Pſal 94 hortatur, *hodie ſi vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra, &c.* Vocem Domini audierunt Iudæi, ſed corda obdurarūt, duriſq. lapidibus arreptis Dominum occidere voluerunt. Nos verò ſi vocē eius audierimus, corda ne obduremus, ne illud nobis eueniat Deuter. 32. *Abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum, &c.*

Duros corde relinquit Deus

Potuit Dominus potentiam nunc ſuam patefacere,potuit efficere, vt ij qui lapides arripiebant, ſubitò a tartareis flammis arriperentur, ſed patientiam maluit oſtendere, quàm potentiam. Auguſtinus loco indicato: Cùm Iudęi [inquit] lapides tollerent, quid magnum erat, vt eos continuò terra dehiſcens abſorberet, & pro lapidi-

Patientia.

pidibus, inferos inuenirent? Nõ erat magnum Deo? Sed magis erat commendanda patientia, quàm exercenda potentia. Sic ille. Itaque cùm iniuria quis afficitur, & ſi pœnas poſſit repetere, malit [quòd glorioſus eſt] patientiam exercere, quam potentiam. Præmiſerũt hoc loco Iudęi præludia quædam Paſſionis Chriſti, præmiſerũt opprobrijs opprobria, illis nimirum quibus affectus in paſſione eſt, hæc, *Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Cruci præmiſerunt lapides. Nunc lapides tulerunt, vt eum lapidarent, poſtea tulerunt crucem, vt eum crucifigerent. Non enim lapidari Dominus voluit, ſed crucifigi. Videlicet amoris maximi ſignificatricem mortem elegerat, crucisq́ue ſignum, ſuis populis vexillum deſtinauerat. Nunc *abſcondit ſe ab eis*, ne lapidaretur; vt poſtea quærentibus obuiam proceſſerit in horto, vt crucifigeretur. Nunc cùm ab illis agnoſcebatur, ſe abſcondit, poſtea cùm ab illis non agnoſceretur, ſe oſtendit. Hic illorum manus effugit, poſtea in eorum manus ſeipſum immiſit. *Quem quæritis.* [inquit] *reſponderunt, Ieſum Nazarenum*, Ioann. 18. neque enim illum agnoſcebãt, qui rogauerat, ideo quis eſſet patefecit; *Ego* [inquit] *ſum ſi me quæritis, ſinite hos abire, &c.* Diſcipulis noluit quidquam nocumenti inferri, ſe manibus quærentiũ tradidit, quia in manibus ſuis tum ſuos hoſtes, tum mortem habebat.

Abſcondit ſe.

Chriſtus in poteſtate ſua mortem habuit.

OStendit Dominus mortem, & genus, tempuſque mortis, in ſua ſe habere poteſtate, iuxta illud Ioan. 10. *Ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam, nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo. Et poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, &c.* Voluerunt Iudæi lapidibus mortem inferre; habebat Chriſtus in poteſtate mortem; mori tunc temporis noluit, ideoque ſe abſcõdit. Etenim alio tempore, alio loco, alio mortis genere occidi volebat. Alio tempore, ſcilicet feſto, atque Paſchali, alio loco, maximè publico, nempe in monte Caluariæ; alio mortis genere, videlicet Crucis. D. Chryſologus Serm. 159. Bellicoſus vir ſi fugit artis eſt, non timoris; inſequentem non timet, ſed producit, vt palam vincat, &c. Eundem in modum Dominus, ſi fugit modò mortem, non timoris fuit ſed quia palam in monte Caluariæ vincere hoſtem vult. Præterea mortem ſubire voluit, quæ ipſo morientis ſtatu, ac compoſitione, caritatis ardorem, brachijs in cruce extenſis, apertoque latere, demonſtraret. Ob alias etiam cauſas non lapidari, ſed in crucem agi voluit, quas alio loco Deo annuente commemorabimus.

Et exiuit de templo.

Dominus Iudæos deſeruit.

HÆc abſconſio, hic de templo exitus Iudæorum adumbrant ſupplicium. Nam quia Meſſiam repulerunt, vitaq́ue priuarunt, abſcondit ſe ab eis ſol ſplendidiſſimus, obſcuraque caligine circũmfuſos dereliquit, iuxta illud Iſaiæ 8. *Abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, &c.* Præterea exiuit de templo Ieroſolymitano, deq́ue Synagoga & ad Gentes tranſijt, iuxta illud Matth. 23. *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta, &c.* & illud Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, &c.* Iſai. 6. Seraphini Chriſti faciem alis velabant, & abſcondebãt, templum fumo repletum erat, quia ſcilicet Chriſtus faciem ſuam à Iudæis aſcondit, horumq́ue Synagogam fumo ignorantię, ac tenebris repletam, ob perpetrata ſcelera dereliquit.

LIBER

LIBER SECVNDVS
CAPVT PRIMVM.

De cæco à natiuitate.

IOANNES CAPITE IX. Verſ. 1.

ET præteriens IESVS vidit hominem cœcum à natiuitate: * & interrogauerunt eum diſcipuli eius; Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cœcus naſceretur? * Reſpondit IESVS: Neque hic peccauit, neque parentes eius; ſed vt manifeſtetur opera Dei in illo. * Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: Venit nox, quando nemo poteſt operari * ? quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. * Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius; * & dixit ei; vade, laua in natatoria Siloe, (quod interpretatur, Miſſus.) Abijt ergo & lauit, & venit videns.

A

Præteriens Ieſus vidit hominem cœcum à natiuitate.

An Chriſtus in templo exiens cęcum curauerit.

DVbium eſt, an Chriſtus mox vt è templo exiuit, præteriens cœcum à natiuitate viderit, & illuminauerit? Caietanus, quem Ianſenius ſequitur, non liquere ait, videturque in negantem partem propenſus: quam probat, quia cùm Chriſtus cœco lumen donauit, aderant diſcipuli, cùm B verò è templo exijt, non comitabantur, abſcōdit enim ſe, ſolusque egreſſus eſt. Chryſoſtomus tamen hom. 55. in Ioann. opinatur, Dominum è templo egreſſum ad cęcum veniſſe; idem ſentiunt Euthymius Theophylactus, D. Thomas, & alij, probabilius. Argumentum Caietani non multum habet ponderis. Nam etſi cùm ex templo exijt Chriſtus, non aderāt C diſcipuli; mox illi ſe coniunxerunt, & illuminationi cœci adfuerunt. Itaque abſcondit ſe Dominus, vt ſuprà diximus, Iudæosque ad lapides conuerſos reliquit; de templo autē egreſſus vidit hominem cęcum ab ipſo ortu. Vidiſſe autem vult Chryſoſtomus homil 55. intentis adeò oculis, vt di-

Chryſoſt.

Euthym.

A ſcipulos ad interrogationem ſequentem, ſuo intuitu commouerit. Tam diligenter [ait Chryſoſtomus] cæcum intuitus eſt Chriſtus, vt diſcipulos ad interrogandum conuerteret, &c. Rogabis, quonam loco cæcum viderit? D. Chryſoſtom. hom. 56. arbitratur cęcum ad ianuam templi ſediſſe, & mēdicaſſe. Vnde illud infra; *Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat?* Itaq; egreſſus ex templo præteriens Chriſtus ianuam, cæcum vidit. Non oſtiatim (ait Chryſoſtomus) cæcus hic mendicabat; ſed ſedebat ad tēpli ianuam, &c. Cæcus dicitur à natiuitate vt miraculi magnitudo oſtendatur. D. Ambroſius epiſt. 75. Non otioſè [inquit] hoc eſt poſitum. Eſt enim cæcitas, quę plerumque vi ægritudinis, aciem obducit oculorum, eademq; temporis ſpatio mitigatur. Eſt cæcitas quæ humorum infuſione generatur, ea quoque vitio plerumque ſublato, medicinæ arte depellitur: vt cognoſcas, quia quòd ille ſanatur, qui à generatione ſua cæcus eſt, non artis eſt, ſed poteſtatis. Donauit enim Dominus ſanitatem, non medicinam exercuit. Hos enim ſanauit Dominur Ieſus, quos nemo curaret, hæc Ambroſius.

Intentis oculis Dominus cæcum vidit.

Chryſoſt.

Cęcus ad ianuam templi mendicabat.

D. Ambro.

Quis

Quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cœcus naſceretur?

Chryſoſt.

DIfficultatē continet hęc diſcipulorum interrogatio. Etenim interrogant, an peccarit cœcus, vt cœcus naſceretur, ergo exiſtimant poſſe hominē peccatū cōmittere, antequā naſcatur Vnde Chryſoſtomus: abſurda [inquit] interrogatio; quomodo.n. peccauit, antequā natus eſſet? &c. Nō nulli, vt Iāſenius refert, intellexerūt diſcipulos ſecundū vulgarē Iudæorū errorē credidiſſe animas in multa corpora migrare, pęnamq; in ipſo corpore luere, ſi ante crimine aliquo ſe obſtringerent. Lege Ioſephum lib.2. de bello, cap.2. & lib.3.c. 14. & Philonē initio libri de plantatione Noe, & in lib. de ſomnijs, pag.501. ad illa verba: *Vidit Iacob ſcalam.* Aer [inquit] inſtar populoſæ ciuitatis, ciues immortales hēt; animas ſtellis pares numero; harū aliæ deſcendunt illigandæ corporibus mortalibus, &c. Lege eūdē in lib. de Gigantibus, & D. Hieronymum epiſt.8. Error hic Origeni ēt tribuit. De refutatione illius, lege D. Cyrillū lib.1. in Ioan. cap.9. & Sixtum Senenſem lib.5. biblioth. annot. 185. lege ēt quæ diximus tom.2. lib.2. c.13. & lib. 9. c.16. Non veniebat in mentem diſcipulis imperitis, hic error, neq; propterea rogarunt Dnm, ꝙ exiſtimarēt animas, vel ante corpora cōditas, vel ex corpore in corpus migrare. Iā.n. à Chriſto (vt credibile eſt) veritatē edocti erant. Cur igitur ſic interrogant? reſpōdeo: quia quid ex interrogationē ſequeretur non animaduertebāt. Vnde Dionyſius Carthuſ. cùm eſſent (inquit) diſcipuli ſimplices, ſimpliciter quæſierunt, &c. Præterea, vt ait idem doctor, potuerunt loqui vel de peccato conſequenti, vel de originario, quaſi dicerēt; natus ne eſt cæcus, propter præuiſum à Deo peccatum, quod poſt natiuitatem commiſit; an propter peccatum originarium, an propter peccata parentum? Nam propter peccata parentum puniri filios à legis peritis audiuerant. D. Cyrillus. Ioan.1.c.19. Quoniam [inquit] in propheticis ſcribitur libris, quòd *peccata parentum filijs Deus retribuit*: hac de cā cæcum natum fuiſſe hominem filum, Apoſtoli arbitrabantur, &c. Quare autem filij nonnumquam propter parentē peccata pęnas luant, docet D. Th.1.2.q.87.art.8. & 2.2.q 188.art.4.

Cur diſcipuli rogarint, an cæcus peccaſſet antequam naſceretur.

Metēpſychoſim Iudæi crediderūt.

Gen.28.

Philo.

Dion. Carth. Interrogatio diſcipulorū unde orta.

Exod.20.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus naſceretur.

REſpondet Dominus diſcipulis, cęcitatis cauſam non fuiſſe peccatum. Aduerte autem, non ſignificare his verbis cæcum & parentes nullo vnquam peccato fuiſſe inquinatos. Etenim tum originali macula fuere contaminati; tum alia poſtea peccata ſaltem venialia, commiſerunt. Senſus verborum hic eſt; neq; hic cęcus peccauit, vt cæcus naſceretur, neque parentes eius peccauerunt, vt cæcus in lucem ederetur filius. Hoc eſt; peccata quæ cæcus hic commiſit, peccata quoque, quæ illius parentes commiſerunt, non fuerunt cauſa huius cæcitatis. D. Chryſoſtomus: Nō ſimpliciter (inquit) dixit Chriſtus; *Neque hic peccauit neque parētes eius;* ſed addidit: *Vt cæcus naſceretur.* Peccauit namq; hic, & parentes eius, ſed non propterea cæcus eſt, &c. Opponet aliquis: peccatū originale cauſam fuiſſe illius cæcitatis. Nam quia originaria labe erat inquinatus homo ille, in cæcitatem incurrit. Reſpondetur, verum quidem eſſe peccatum originis cauſam fuiſſe illius cæcitatis, non propriam, & propinquam, ſed generalem, remotam, & vt vocant, ſine qua non. Si enim Adam non peccaſſet, filij, neque originali labe, cōmacularentur, neq; in cęcitatē, aut in morbū vllum inciderēt. At Chriſtus de cā loquitur propria, & propinqua; Quòd ſi propria, & propinqua cæcitatis cauſa peccatum originis eſſet; omnes homines cæci naſcerentur; id verò a veritate, ſenſuq; ipſo abhorret. Itaque propinqua illius cęcitatis cauſa humor aliquis, vel quid ſimile fuit, remota originale, peccatum. Voluit autem Dominus humore illo excæcare infantem vt miraculo gloria Dei pateſieret.

Nō eſt natus cæcus homo ille propter cōmiſſum aliqđ crimen.

Chryſoſt.

Peccatum originale quomodo illius cæcitatis cā fuerit.

Sed

Sed ut manifeſtentur opera Dei in illo.

Cur cæcus natus ſit.

REddit Dominus cauſam cæcitatis. *Cæcus* [inquit] *natus eſt homo hic ut opera Dei*, hoc eſt, miracula, Dei *in eo manifeſtentur*: videlicet, vt vnũ ex operibus Dei, vnum miraculũ fiat: in vno aũt miraculo oſtẽdit qualia opera Deus facere poſſit, nempe admirabilia. Particula, [*vt*] (ait Chryſoſtomus) quidã dicũt non eſſe cauſalẽ, ſed euentus; neq; verò ipſe abnuit, neq; Euthymius. Theophylactus verò affirmat: hoc loco [inquit] nõ cã, ſed euẽtus deſignatur, &c. Si euentum non cauſam ſignificet particula (*vt*,) ſenſus erit, hominẽ illum oculis fuiſſe captum; eueniſſe, aũt, vt opera Dei in illo manifeſtarentur. Cauſam potiùs ſignificare reor, in hanc ſententiã. Nõ eſt homo hic priuatus oculorũ lumine, quòd vel ipſe, vel parentes peccauerint, ſed vt miraculũ in eo diuina operetur potentia, voluit Deus ſic illum naſci. Potuit quidem humorem pellere, vel quidquid illud erat, quod cœcitatem effecit; ſed pellere noluit, vt miraculo materiã præberet. Vnde Lyranus: licèt (inquit) parentes pro peccatis ſuis aliquando puniantur in filijs monſtroſis, in quantũ talia monſtra ex diuina iuſtitia naſcunẽ, tamen frequentius fit ſine peccato, ſ. propter indiſpoſitionem materiæ, vel debilitatẽ virtutis, quæ eſt in ſemine: veruntamen quãuis talia ſint a caſu reſpectu naturæ creatæ; ſunt tamen ordinata, reſpectu diuinæ prouidentiæ. Et aliquando ordinanẽ ad declaratione diuinæ virtutis], in operibus miraculoſis: & ſic erat de iſto cæco, &c.

Chryſoſt.

Theophyl.

Vt cauſam nõ euentum ſignificat.

Lyran.

Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt, &c.

ACcingit ſe Dominus ad miraculum perpetrandũ. Duplex autẽ eſt huius loci interpretatio Ex ſententia D. Auguſtini hæc eſt: *oportet me operari miracula*, ad fidẽ vocare homines, docere, gratia donare, &c. *donec dies eſt*, hoc eſt, donec mundũ meis radijs illuſtro, videlicet, vſq; ad iudiciũ, iuxta illud Matth. 28. *Ecce ego vobiſcum ſum*

A *vſque ad cõſummationem ſeculi, &c. Quãdiu enim ſum in mundo lux ſum mundi*; dicmq; eſſicio. *Venit nox*, impijs. ſ. poſt iudicium, *in qua nemo poterit operari*, Salutis [opera] in qua nec miracula in mũdo fient, neq; fides erit, aut iuſtificatio. Dies iſte (ait Auguſt. tract. 44. in Ioan) qui circuitu Solis huius adimpletur paucas horas hẽt, dies præſentiæ Chriſti; vſq; in cõſummationẽ ſæculi extenditur. Poſt reſurrectionem

Dum vita ſuppetit opera bona effi eienda.

Auguſtin.

Matth. 25.

B verò, cũ poſitis ad dexteram dixerit: *venite benedicti*: poſitis aũt ad ſiniſtram dixerit; *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius*: ibi erit nox, ibi nemo poteſt operari, ſed recipere quod operatus eſt. Sic Auguſtinus Similiter Chryſoſtomus homil. 55. interpretatur: *Donec* (inquit) *dies eſt*; dũ licet hominibus in me credere, dum hæc durat vita, laborandum eſt: *venit nox*, hoc eſt futurum tẽpus, *quando*

C *nemo poterit operari*: i. quado non eſt amplius fidẽs, neq; labores, neq; pœnitentia, &c. Sequuntur Chryſoſtomum Theophylactus, & Euthymius, idem ſentit Rupertus. Altera interpretatio verò eſt ſimilior, videlicet Chriſtum diem appellare tempus vitæ ſuæ; noctem verò diſceſſum ex mũdo in hũc modum: volo huic cæco mirabiliter donare cernendi facultatem Etenim *me oportet opera patris mei*, i. miracula o-

Chryſoſt.

Chriſtus vt Sol diem efficiebat.

D *perari, donec dies eſt*, hoc eſt, quamdiu in hoc orbe vitam ago, quamdiu n. viuo dies eſt, quia *quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi Venit nox*, in qua non operantur homines, ſic etiam *venit nox*, id eſt, meus occaſus, veluti Solis; meus ex mundo diſceſſus in cęlum: tunc autem non operabor miracula inter homines agens vitam, quemadmodũ nunc operor. Volo igitur nunc huic cæco largiri oculorum lumen, in

E hanc ſententiam interpretantur hũc locum Ianſenius Salmeron, Toletus, & Maldonatus, ad eundem ſenſum accedit Titelmanus, & Lyranus.

Salmeron.
Toletus.
Maldonatus.

Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi.

DVpliciter exponũ ſit verba hęc. Primo mõ, vt iam expoſuimus,

me

me oportet operari nunc miracula, homineſque docere, *donec eis eſt*, eſt autem dies, *quamdiu ſum in mundo*; quoniam *ego lux ſum*, & Sol *mundi*, Secũdo modo, ita vt reddatur cauſa cur velit illuminare cœcum; videlicet, quod lux ſit mundi quaſi dicat; *quamdiu ſum in mundo lux ſum*; & Sol *mundi*; ideoq. cœco huic q̃ in tenebris degit, p̃bere lucẽ volo.

Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo.

Admirandum Collyrium.

ADmirabile Collyrium ex ſputo, & terræ puluere, compoſuit Dominus, eoq. cæci inunxit oculos. Dubitabis, an palpebras inunxerit an ipſoſmet oculos, qui intra palpebras continentur. Nam is etiam dicitur oculos inungere qui inungit palpebras, reſpondetur ipſos internos oculos inunxiſſe Dominum: *liniuit lutum* (ait Euãgeliſta) *ſuper oculos eius*. Si ex cæcare voluiſſet quid aliud feciſſet? At Dei potentia contrarijs remedijs opem affert: luto ad afferendam lucem vtitur Qua verò de cauſa lutum ſit adhibitum in morali dicemus: nunc id tantum dicimus eſſe adhibitum, vt oculorum eſſet materia. Etenim cęcus hic non videtur integros habuiſſe oculos, ſed fractos, ac comminutos, & humorib ab ortu vacuos. Chriſtus vero ex terra veluti materia nouos illi oculos efformauit, quemadmodũ ex terra hominem initio orbis efformauerat: quod ſi opponat quiſpiam, iuſſiſſe Chriſtum oculos ablui, atq. adeo lutum eijci; reſpondebimus, cum abluit oculos cæcis, non eſſe lutum ab oculis eiectum, ſed in oculos trãſmutatum. Fateor tamen D. Chryſoſtomum hom. 55. in Ioan ſcribere propterea iuſſiſſe lutum ablui, vt materia nulla ſe indigere oſtenderet Illato luto (ait Chryſoſtomus) dixit dominus *Vade, & lauare*: vt intelligas nihil mihi luto opus eſſe, ad fingẽdo oculos, &c. Exiſtimari ergo poteſt ex nulla materia oculos efformatos, lutumque aqua dilutum. D. Ireneus lib. 5. cap. 15. in priori eſt ſententia. Ex qua (inquit) terra, Deus formauit cæco oculos; ex hac plaſmatus eſt homo, &c. Et D. Chryſologus ſerm. 176. Chriſtus imponit lutum, vt creante manu, inde ſuppleret homini lumina, vnde hominem fecerat totum. &c. Meminit huius ſententiæ Theophylactus. Quidã (inquit) dicunt, quod lutum ſit formatum in oculos, &c.

Chriſtus oculos luto non palpebras inunxit.

An ex luti materia facti ſint oculi?

D. *Chriſo.*

D. Ireneus

Chriſolog.

Theophyl.

Vade, laua in natatoria Siloe.

POſtquam Collyrium mirandũ impoſuit Dominus, cęcum in natatoriam ſiue piſcinam, vel ſtagnum Siloe miſit, iuſſitque oculos luto inunctos ſtagni aqua abluere, docet autẽ Euangeliſta nomen Siloe ſignificare, *miſſũ* a verbo Hebræo שלח Salach, ideſt, *mittere*. Erat enim Chriſti miſſi à Patre vmbra aqua illa. Nõ deeſt q̃ putet Siloe nomen eſſe piſcinæ, ſiue natatoriæ, non autem fontis, ſed fontẽ eſſe aperte affirmat Ioſephus, lib. 6. de bello: cap. 6. his verbis: Siloa fons eſt dulcis, ac plurimus, &c. Et D. Hieronymus Iſai. 8. ſic ſcribit: Siloam fontem eſſe ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, ſed incertis horis diebuſque ebulliat, & per terrarum concaua, & antra ſaxi duriſſimi, cũ mãgno ſonitu veniat, dubitare non poſſumus; nos pręſertim qui in hac habitamus prouincia, &c Cum Iſaias, cap. 8. ait *aquas Siloe fluere cum ſilentio*, de aquis intelligendus eſt quę ex fonte in vallem effluunt, Hieronymus vero de aquis loquitur, quę in fontem ipſum per concaua terrarum & antra ſaxi duriſſimi veniunt. Adrichominus in deſcriptione Ieruſalem num. 200. Siloe (inquit) fons, cui piſcina, ſiue natatoria Siloe, q̃ & piſcina inferior nuncupatur coniuncta eſt, in occidentali latere vallis Ioſaphat, è radice montis Sion ſcaturit. Aqua eius dulcis, clara, & vberrima, cum ſilentio fluit in torrentẽ Cedron, ſic ille.

Dubium eſt, an fons Siloa ſit diuerſus à fonte Gihon, cuius mentio fit 3. Reg. 1. & 2. Paralip 32. Abulẽſis 3. Reg. 1. q. 36. ſic hac de re ſcribit: eſt Gihõ fons Siloe, q eſt ꝓpe Ieruſalẽ, & vocatꝰ *natatoria Siloe*. Io. 9. Ex iſto fonte p̃cedebat q̃dã fluuius, & faciebat magnũ lacũ apud Ieruſalẽ, & ibi Iudæis

Siloe fons an fuerit vel piſcina

Ioſephus.

D. Hieron.

De fonte Siloa.

Adrichomius.

An Gihon ſit fons Siloa. Abul.

me oportet operari nunc miracula, hominesq; docere, *donec eis eſt*, eſt autem dies, *quamdiu ſum in mundo*; quoniam *ego lux ſum*, & Sol *mundi*. Secūdo modo, ita vt reddatur cauſa cur velit illuminare cœcum; videlicet, quod lux ſit mundi quaſi dicat; *quamdiu ſum in mundo lux ſum*; & Sol *mundi*; ideoq. cœco huic q in tenebris degit, pbere lucē volo.

Dum vita ſuppetit opera bona ſũ ſcienda. Auguſtin.

Matth. 25.

Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo.

Admirandum Collyrium.

ADmirabile Collyrium ex ſputo, & terræ puluere, compoſuit Dominus, eoq. cæci inunxit oculos. Dubitabis, an palpebras inunxerit an ipſosmet oculos, qui intra palpebras continentur. Nam is etiam dicitur oculos inungere qui inungit palpebras, reſpondetur ipſos internos oculos inunxiſſe Dominum: *linuit lutum* (ait Euãgeliſta) *ſuper oculos eius*. Si ex cæcare voluiſſet quid aliud feciſſet? At Dei potentia contrarijs remedijs opem affert: luto ad afferendum lucem vtitur Qua verò de cauſa lutum ſit adhibitum in morali dicemus: nunc id tantum dicimus eſſe adhibitum, vt oculorum eſſet materia. Etenim cæcus hic non videtur integros habuiſſe oculos, ſed fractos, ac comminutos, & humorib ab ortu vacuos. Chriſtus vero ex terra veluti materia nouos illi oculos efformauit, quemadmodū ex terra hominem initio orbis efformauerat: quod ſi opponat quiſpiam, iuſſiſſe Chriſtum oculos ablui, atq. adeo lutum eijci; reſpondebimus, cum abluit oculos cæcis, non eſſe lutum ab oculis eiectum, ſed in oculos trāſmutatum. Fateor tamen D. Chryſoſtomum hom. 55. in Ioan ſcribere propterea iuſſiſſe lutum ablui, vt materia nulla ſe indigere oſtenderet Illato luto (ait Chryſoſtomus) dixit dominus *Vade, & lauare*: vt intelligas nihil mihi luto opus eſſe, ad fingēdo oculos, &c. Exiſtimari ergo poteſt ex nulla materia oculos efformatos, lutumque aqua dilutum. D. Ireneus lib. 5. cap. 15. in priori eſt ſententia. Ex qua (inquit) terra, Deus formauit cæco oculos; ex hac plaſmatus eſt homo, &c. Et D.

Chriſtus oculos luto non palpebras inunxit.

An ex luti materia facti ſint oculi.

D. Chriſo.

D. Ireneus

A Chryſologus ſerm. 176. Chriſtus imponit lutum, vt creante manu, inde ſuppleret homini lumina, vnde hominem fecerat totum. &c. Meminit huius ſententiæ Theophylactus. Quidā (inquit) dicunt, quod lutum ſit forma tum in oculos, &c.

Chriſolog.

Theophyl.

Vade, laua in natatoria Siloe.

B POſtquam Collyrium mirandū impoſuit Dominus, cæcum in natatoriam ſiue piſcinam, vel ſtagnum Siloe miſit, iuſſitque oculos luto inunctos ſtagni aqua abluere, docet autē Euangeliſta nomen Siloe ſignificare, *miſſū* a verbo Hebræo שלח Salach, id eſt, *mittere*. Erat enim Chriſti miſſi à Patre vmbra aqua illa. Nō deeſt q putet Siloe nomen eſſe piſcinæ, ſiue natatoriæ, non autem fontis, ſed fontē eſſe aperte affirmat Ioſephus, lib. 6. de bel C lo: cap. 6. his verbis: Siloa fons eſt dulcis, ac plurimus, &c. Et D. Hieronymus Iſai. 8. ſic ſcribit: Siloam fontem eſſe ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, ſed incertis horis diebuſque ebulliat, & per terrarum concaua, & antra ſaxi duriſſimi, cū magno ſonitu veniat, dubitare non poſſumus; nos præſertim qui in hac habitamus prouincia, &c Cum Iſaias, cap. 8. ait *aquas Siloe fluere cum ſilentio*, D de aquis intelligendus eſt quę ex fonte in vallem effluunt, Hieronymus vero de aquis loquitur, quę in fontem ipſum per concaua terrarum & antra ſaxi duriſſimi veniunt. Adrichominus in deſcriptione Ieruſalem num. 200. Siloe (inquit) fons, cui piſcina, ſiue natatoria Siloe, q & piſcina inferior nuncupatur coniuncta eſt, in occidentali latere vallis Ioſaphat, è radice montis Sion ſcaturit. Aqua eius E dulcis, clara, & vberrima, cum ſilentio fluit in torrentē Cedron, ſic ille.

Siloe fons an fuerit vel piſcina

Ioſephus.

D. Hieron.

De fonte Siloa.

Adrichominus.

Dubium eſt, an fons Siloa ſit diuerſus à fonte Gihon, cuius mentio ſit 3. Reg. 1. & 2. Paralip 32. Abulēſis 3. Reg. 1. q. 36. ſic hac de re ſcribit: eſt Gihō fons Siloe, q eſt ppe Ieruſalē, & vocaē *natatoria Siloe*. Io. 9. Ex iſto fōte procedebat qdā fluuius, & faciebat magnū lacū apud Ieruſalē, & ibi Iudæis

An Gihon ſit fons Siloa. Abul.

k ideo

ideo vocat natatoria Siloe, &c. Dicit Græcè natatoria, hæc, κολυμβήθρα, i. *natatoria* à verbo, κολυμβάω, ſiue, κολυμβίω id eſt, *nato.* ſed nō propterea dicta eſt natatoria, quod in ea Iudæi natarent, vt vult Abulenſis. Nam piſcina probatica eodem nomine Græco κολυμβήθρα, appellatur, Io. 5. poſtetq; Latina dici natatoria probatica; neque vero, quod Iudęi in illa natarent ſic eſt appellata. Quemadmodum dicitur *piſcina probatica*, nō propter piſces ſic dicitur *natatoria Siloe*, non propter natationem, ſed quia ſtagnum erat: ſtagnum autem natatoria nominatur quia natationis, piſcina quia piſcibus eſt aptū. Quod autē Abulenſis arbitratur Gihon, & Siloam eundem feciſſe fontem, arbitrantur etiā Hebręi teſte Lyrano 3. Reg. 1. Chaldæus item Paraphraſtes, p. *Gihon*, vertit, *Siloa*, 3. Reg. 1. idem opinatur Vatablus, in Apparatu quoq. Bibl. Reg. ſic leges: Gihon fons eſt, qui aliter dicitur Siloa, &c. Borchardus tamen terræ Sāctæ explorator c. 7. §. 43. duos ait eſſe fontes Siloam, & Gihon, ſub monte (inquit) Sion eſt fons Siloe; ex quo per aquæ ductum fluit aqua in natatorium Siloe, quando exundat aquis, non enim fluit ſemper, ſed interpolatim, &c. Eodem loco Gihon diuerſū fontē eſſe indicat. Adrichomus quoq. in deſcriptione Ieruſalem duos fontes numerat, Gihon, Num 233. Siloam, Num. 200. Montanus etiam in deſcriptione Ieruſalem, duos fontes eſſe ait, ſed Siloam fonticulum appellat. potius tamen fides habenda eſt Ioſepho hac in re. qui Siloā fontē vberrimum vocat. De Siloe D. Epiphanius de vita Prophetarum c. 7. hæc ſcribit fontem Siloam cauſa Prophetæ (ſcilicet Iſaiæ) Deus effecit, quoniā priuſquam moreretur, puſillum precatus eſt, vt vndas illinc erumpere dignaretur, & confeſtim dimiſit illi cælitus aquam viuentem vnde ſortitus eſt lo-

Cur dicatur notatoria.

A cus ille appellationem Siloam, quod ſonat dimiſſum, &c. Fuit ergo fons hic Iſaię precibus, veluti è cælo miſſus, ideo Siloa, i. miſſus dicitur. Cur clanculum fluat, eodem loco aperit. Sub Ezechia (inquit) antequam ſtagnum, piſcinaſque fabricaſſet, percibus Iſaiæ effectum, vt exigua lympha ſcaturiret; quod populus in obſidione hoſtium teneretur, ne periret ciuitas, vndis deſtituta, milites igitur

B perſcrutabātur vndiq. vbi rā ſedare ſitim daretur, ignorabant enim, vrbe quippe iam potiti obſidebant Siloam Quandocunque itaque Iudęi aquatum venerant, ſcaturiebat eis vnda, exterarum vero nationum homines reperire neſciebant, latex namque aufugiebat. Eoque vſque ad hodiernam diem eructatur clanculum, quo ſignificetur myſterium, &c.

C

Abijt ergo, & lauit, & venit videns.

MAgna fuit cæci obedientia, & fides, Chriſti iuſſui obtemperauit petijt ſtagnum, oculos lauit, protinus optatiſſimum lumen luminibus vidit Illud animaduerte, alia verba omiſſa eſſe ab Euangeliſta, quæ a Chriſto dicta ſunt cæco homini, antequam ſa-

D cro illo vnguento, ex ſputo ſuo, terraque confecto oculos liniret. Cæcum enim prius allocutus eſt, quis eſſet, vel ipſe aperuit. vel diſcipuli; an optata oculorum luce donari vellet quæſiuit, fidem excitauit, ſimiliaque alia verba fecit, alioqui quonam modo tuliſſet cæcus,

E oculos ſuos luto completis

Chriſtus multa dixit quæ nō ſcripſit Euangeliſta.

CAPVT

CAPVT II.

De Cæco à natiuitate.

IOANNES CAPITE IX. Verſ. 8.

ITAQVE vicini,& qui viderant eum prius quia mendicus erat,
dicebant: Nonne hic eſt,qui ſedebat,& mendicabat? Alij dice-
9 bant Quia hic eſt * Alij autem: Nequaquã,ſed ſimilis eſt ei. Ille
verò dicebat; Quia ego ſum. * Dicebãt ergo ei. Quomodo aper
10 ti ſunt tibi oculi? * Reſpondit; ille homo qui dicitur Ieſus,lutum
fecit:& vnxit oculos meos,& dixit mihi. Vade ad natatoria Siloe,& laua. Et
11 abij,laui,& video. * Et dixerũt ei; vbi eſt ille? Ait; Neſcio. * Adducunt eũ ad
12 Phariſæos,qui cæcus fuerat. * Erat autem Sabbatum qñ lutũ fecit Ieſus,& a-
13 peruit oculos eius. * Iterũ ergo interrogabãt eũ Phariſæi,quomodo vidiſſet. Il
14 le autẽ dixit eis: Lutũ mihi poſuit ſuper oculos,& laui,& video. * Dicebãt er-
go ex Phariſæis quidã. Non eſt hic homo à Deo,qui ſabbatum non cuſtodit.
15 Alij autem dicebãt·Quomodo põt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſ
16 ma erat inter eos. * Dicunt ergo cæco iterũ. Tu quid dicis de illo qui aperuit
17 oculos tuos? Ille autẽ dixit. Quia ꝓpheta eſt. * Non crediderũt ergo Iudæi de
illo,quia cæcus fuiſſet & vidiſſet,donec vocauerũt parẽtes eius,q viderat, * &
18 interrogauerunt eos,dicẽtes. Hic eſt filius veſter,quẽ vos dicitis,qa cæcus na-
19 tus eſt? Quomodo ergo nunc videt? * Reſpõderunt eis parẽtes eius,& dixerũt
20 Scimus quia hic eſt filius noſter,& qa cæcus natus eſt. * Quomodo autẽ nũc
videat,neſcimus,aut quis eius aperuit oculos,nos neſcimus; ipsũ interrogate,
21 ætatẽ habet,ipſe de ſe loquatur. * Hæc dixerunt parẽtes eius,quoniã timebãt
22 Iudæos; iam.n.conſpirauerant Iudęi,vt ſi quis eũ confiteretur eſſe Chriſtũ,ex-
23 tra ſynagogã fieret. * Propterea parentes eius dixerunt. Quia ætatẽ habet,ipsũ
24 interrogate. * Vocauerunt ergo rursũ hominẽ,qui fuerat cæcus, & dixerunt
25 ei. Da gloriam Deo,nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. * Dixit ergo eis
26 ille; Si peccator eſt,neſcio; vnũ ſcio,quia cæcus cum eſſem,modo video. * Di-
27 xerunt ergo illi. Quid fecit tibi? quomodo aperuit? * Reſpondit eis; Dixi vobis
28 iam,& audiſtis; quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis diſcipuli
29 eius fieri? * Maledixerunt ergo ei,& dixerunt; Tu diſcipulus illius ſis. Nos au
30 tem Moyſi diſcipuli ſumus. * Nos ſcimus,quia Moyſi locutus eſt Deus; hũc
autem neſcimus,vnde ſit. * Reſpondit ille homo,& dixit eis; In hoc.n.mira-
31 bile eſt,quia vos neſcitis vnde ſit,& aperuit meos oculos. * Scimus autẽ,quia
32 peccatores Deus nõ audit,ſed ſi quis Dei cultor eſt,& volũtatẽ eius facit, hũc
33 exaudit. * A ſæculo non eſt auditum,qa qs aperuit oculos cæci nati. * Niſi eſ
34 ſet hic à Deo,non poterat facere quidq̃. * Reſponderunt,& dixerunt ei; In
peccatis natus es totus,& tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras. * Audiuit Ieſus,
35 quia eiecerũt eũ foras,& cũ inueniſſet eũ,dixit ei, Tu credis in filiũ Dei. * Re
36 ſpondit ille,& dixit. Quis eſt Domine,vt credam in eum? * Et dixit ei Ieſus:
37 & vidiſti eum,& qui loquitur tecum ipſe eſt. * At ille ait. Credo Domine. Et
38 procidens adorauit eum. * Et dixit Ieſus; In iudicium ego in hunc mundum
39 veni,vt qui non vident,videant; & qui vident,cæci fiant. * Et audierunt quidã
40 ex Phariſæis,qui cum ipſo erant,& dixerunt ei. Numquid & nos cęci ſumus?
41 * Dixit eis Ieſus. Si cæci eſſetis,non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis.
Quia videmus. Peccatum veſtrum manet.

k 2 *Nonne*

Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat;

QVID poſt miraculum editum, cęco iam illuminato euenerit, narrat Ioannes. Etenim qui agnouerant cęcum, non agnoſcebant videntē, mutatio oculorum agnitionem mutabat quia oculos videntes videbant, quos planè cæcos viderant: facies eundem eſſe prædicabat, oculi illuminati aliū B eſſe oſtendebant. *Itaque vicini, & viderant eum prius, quia,* ideſt, *quod mendicus erat, dicebant: nonne hic eſt cæcus ille, qui ſedebat, & mendicabat?* Quidam vero eſſe affirmabant; alij inficias ibant, ſimilemque eſſe aiebant. Ipſe à quo depulſa cęcitas eſt, eundem illum ſe eſſe aſſeuerauit, & qua ratione videndi facultatem comparaſſet, fideliter aperuit.

C

Adducunt ad Phariſęos eum, qui cæcus fuerat.

Ducitur cæcus ad Phariſæos.

VT Ioannes narrat die Sabbato miraculum hoc edidit Chriſtus coryllliumq. ſiue vnguentum illud aduerſus cæcitatem præſentiſſimum ex puluera, & ſputo compoſuit. Cum ergo audiſſent Iudæi, die Sabbato medicinam oculis ſic adhibitam, ad Phariſæos legis zelatores egregios, cęcū D ducunt, vt diſquirerent an Sabbatū fuiſſet violatum. Idcirco dixiſſe videtur Euangeliſta; *Adducunt ad Phariſæos eum, qui cæcus fuerat. Erat autem Sabbatū, quando lutū fecit Ieſus, et aperuit oculos eius.*

Iterum ergo interrogant eum Phariſæi, quomodo vidiſſet

ADductus eſt ad Phariſæos cęcus, iam vidēs, ab ijs verò interroga E tus, quomodo cernendi facultatem eſſet adeptus, ingenuè faſſus eſt, qđ euenerat, eo audito ex Phariſæis quidam increduli, atque immdi, in hæc verba proruperunt. *Non eſt hic homo à Deo miſſus, qui Sabbatum non cuſtodit* Sabtum autem nō cuſtodire putabāt, qđ nonnihil luti ex terra, & ſaliua ſua feciſſet, cęciq. liniuiſſet oculos Chriſtus

Phariſæi cæcum interrogant.

A luto oblinens lumine illuſtrauit oculos. Chriſt⁹ luto eodē oblinēs lumine illuſtrauit oculos; hi luto eodē oblinere volebant miraculū Chriſti, eiq. tenebras offundere. O cæcos homines, qui tanti miraculi ſplendorē nō viderunt, ſed tantilli luti effectione, & in vnctione ſanctitatē Sabbati lædi affirmarunt. At alij, quorū mentē tā craſſa non obtexerat caligo. huic affirmationi aduerſati ſunt his verbis. *Quomodo B poteſt homo peccator, hæc ſigna facere?* quomodo pōt is, qui à Deo non eſt miſſus ſtupēda hæc miracula edere? Fieri nequit, vt is qui Sabbati, legiſq. violator eſt, homini ab ipſa natiuitate oculis capto lucem tribuat, Itaq. vt Euangeliſta ait. *ſchiſma erat in eos* Orta n. eſt inter Phariſęos altercatio, & diſſentio his in vnam, alijs in alteram partem diſputantibus.

C Schiſma Græcum nomen eſt, quod ſciſſionē, & diſſidium ſignificat Gręce σχίζω, ſignificat *ſcindo*, & σχίσματα diſſidiū, & ſciſſuram. Sic vertit interpres 1. Corint. 11. *Audio ſciſſuras eſſe inter vos &c* Græce *audio*, σχίσματα *eſſe inter vos, &c.* Nomē Græcum retinuit, eiuſdē Epiſt. capite primo. *Non ſint inter vos Schiſmata*, ideſt, diſſenſiones. Cōgruit huic loco illi Pſalm. 65. *Quam terribilia ſunt opera tua Domine, in multitudine virtutis*, ideſt, *potentia tuæ mentientur tibi D inimici tui &c Terribile.* ideſt, ſtupendum, & admirandum opus fecit Dominus, dum cæcitatem ab ipſo vtero innatam, ſua admirabili potentia depulit. *At in multitudine tanta virtutis*, ad mirabiliſq. potentiæ, *inimici* Phariſæi Sabbatum violati, neq eſſe a Deo miraculi effectorem aientes, *mentiti ſunt.* Tibi Chriſtę (inquit Rupertus) in multitudine virtutis tuæ, mentiuntur inimici tui, dicentes, *Non eſt hic homo à Deo E qui Sabbatum non cuſtodit, &c.*

Schiſma in ter Phariſæos & quid ſit ſchiſma.

Rupertus.

Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos.

EXorto Schiſmate & altercatiòne, ad cæcum conuerſi ſunt Phariſæi, rurſuſq. interrogarunt, qd de Chriſto ſentiret; ille propheram, ac proinde à Deo miſſu, & ſanctimonia cōſpicuū, ſibi videri aſſeruit. Id enim nomine ſignifica-

Cœcus Chriſtũ prophetam eſſe cõfitetur corã Phariſæis. Chriſoſto.

A gnificatur. Hos qui cæcum interrogauere, putat Chryſoſtomus eos eſſe, qui Chriſti cauſam agebant. Nõ ſunt hi (ait ille) qui dicebant *hic non eſt à Deo* ſed qui diſſentiebant; *homo peccator non poteſt hæc ſigna facere, &c.* Verba hæc videntur indicare; non enim aiunt; *Tu quid dicis de illo,* qui Sabbatum non cuſtodit? ſed *Tu quid dicis de illo, qui aperuit occulos tuos.* Nihilominus Rupertus hãc interrogationẽ illis tribuit, qui dicebant: *Non eſt hic homo à Deo*

B Nitebantur enim (vt ille ait) in conſortium ſuæ plaſphemiæ hominem pertrahere, & cauſam illius ſententia tueri. Forſitã omnium fuit quæſtio, quod placet Iánſenio, vt quiſque ex reſponſione id arriperet, quod ſuæ faueret ſententiæ.

Rupertus.

Vocauerunt parentes eius.

Vocati parẽtes cæci interrogãtur.

Rogatus cæcus, quam de Chriſto opinionem animo concepit reſpondit honorificè: ſed fides ei non eſt habita Non enim in animum ſuũ inducere voluerunt Phariſæi; luminibus fuiſſe orbatum, Chriſtiq. dono, ac miraculo, cernendi vim habere. Parẽtes vocauerunt, vt ab illis ſciſcitarentur, vera ne eſſent, quę aſſerebat filius Adfuere parentes, rogant: *Eſt, ne hic filius veſter?* Natuſne eſt cęcus? *ſi cæcus natus eſt, quomodo videt?* illi duabus primis quæſtionib. reſponderunt; & filium eſſe ſuum, & a natiuitate fuiſſe oculorum luce priuatum; tertiæ reſpondere noluerunt cauentes ſibi, Phariſęoſque formidantes *Quomodo ille nunc videat* (aiunt) *ignoramus, ipſum rogate, ſatis habet ætatis ad reſpondendum.*

C

Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eũ confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret.

Reddit rationem Euangeliſta, cur cæci hominis parentes, Phariſæos timerint; neq. liberè quod nouerãt effati ſint Cauſa fuit, ne ex ſynagoga ideſt; publicis conuentibus pellerentur. Nam Iudęi illi, qui Reipublicæ clauum tenebant, iam conſpirauerant Græcè, συνετέθειντο, hoc eſt, *ex communi ſententia conſtituerant,* vt quicumque Ieſum cõfiterentur eſſe Chriſtũ, ideſt Meſſiam, extra Synagogã fieret, Græcè ἀποσυνάγωγος γένηται, ideſt, *apoſynagogus fieret.* Apoſynagogus autẽ dicitur, qui ex Sinagoga pellitur. Quẽ in modum excommunicatus dicitur qui ex communione eijcitur Ioan 16. *Abſque Synagogis facient vos;* Græcè legitur, ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς, *apoſynagogos vos facient, &* excõmunicatos. Hac excommunicatione, ſe ipſos hi Iudæi excommunicabant, hac conſpiratione omni ſe gratiæ ſpiratione priuabant; ſtultique, ac cæci in ſuam perniciem conſpitabant. Etenim qui ſe excommunicant, ſpiritu priuãt, & in alienam ſtragem ſuam coniurant qui Chriſtum Meſſiam, Deumque eſſe non confitentur, alioſq. ab hac veriſſima confeſſione deterrere conantur. Quamobrem rectè rupertus hũc in locum ſic ſcribit: Hac conſpiratione ſua Iudei omnem Dei gratiã expirauerunt. Et dum extra ſynagogam eos faciunt, qui confitentur Chriſtũ, ſeparant ſe ipſos ab omni Synagoga, ideſt, antiqua Eccleſia Patriarcharũ, & Prophetarum omniumq. iuſtorum qui expectauerunt, & ipſa expectatione ſua Chriſtum confeſſi ſunt. Et ita ipſi potius extra Synagogam Dei facti, & intra Synagogam Satanę cõcluſi ſunt, &c.

Abſynagogi.

Phariſæi ſe ipſos excommunicarũt Rupertus.

D Grande nimis dicitur peccatum filiorum Heli. Propterea quod Iſraelitas a ſacrificijs detrahebant. 1. Re. 2. *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines a ſacrificio Dei, &c.* Si peccatum filiorũ Heli grande nimis fuit coram Domino; quale fuit Phariſæorum peccatũ, qui a fide in Chriſtum homines retrahebant? Grande nimis fuit coram Domino. Aſſumunt homines Diaboli officium.

Homines aſſumũt diaboli officiũ.

E Non deſinit ille perditus perdere: ſic multi perditi iam, peccatiſque mancipati, non deſinunt, alios prodere vt hi Phariſęi. Grande peccatũ eſt, grande furtũ animas furari cœlo, & Deo grande crimen hominũ legis peritorũ, qui viam in cęlum populo demõſtrare debẽt, Phariſæos imitari. & quęrẽtes Deũ ſpõſas, ab itinere cęli auertere: Quærebat Deũ ſpõſa, at ciuitatis

cuſtos ab itinere illam auertere conati ſunt Cant.5. *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & voluerunt me, tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum, &c.* Quicumq. Phariſæorum, ideſt, Doctorum & Sacerdotum munus geritis, Eccleſiæq. cuſtodes eſtis, cuſtodite animas Dei ſpõſas, ad Deum immaculatas ducite, ne quæſo percutiatis, ne peccati vulnera infligatis, ne pallium gratiæ auferatis ne a Dei via & ſacrificio homines re- B uocetis. Grande enim hoc peccatum eſt.

Da gloriam Deo, nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.

Phariſæi voluerũt cæcũ natũ ad ſe trahere.

QVod volebant à parentibus expiſcari, non potuerunt Phariſæi. Expectabant autem ab eis [ait Chryſoſtomus] vt miraculum negarent. Quieſcere tamen non poſſunt, ſed miraculo & illius effectori Chriſto tene- C bras conantur offundere; lumen oculorum cæco donatum nituntur extinguere. Iterum cæcum videntem vocant, vt in in ſuam ſententiam trahant. *Da* [inquiunt] *gloriam Deo* D. Auguſtinus ſic interpretatur: *Da gloriam Deo:* Nega quod accepiſti, ita etiam Rupertus. Item Chryſoſtomus ſic: *Da gloriam Deo:* Confitere nihil Chriſtum in te operatum, &c. Obſeruat autem Phariſæos nõ aperte negare, ſed gloriam D Deo dare ſuaſiſſe. D. Gregorius lib. 1. Reg. c. 2. Quid eſt [inquit] dicere; *Da gloriam Deo*, niſi, non huic curationis tuæ laudes tribuas, quia Deus nõ eſt, Et quia peccator aſſeritur, non ſolum Deus eſſe negatur, ſed ẽt homo iuſtus, &c. Ianſenius exiſtimat hæc verba *Da gloriam Deo*, modum fuiſſe obteſtandi hominem, ad extorquẽdam veritatem, atque ita exponit: *Da gloriam Deo*, ideſt, confitere omnem veri- E tatem. Nam qui veritatem cõfitetur, gloriam Deo reddit. Sequuntur hanc interpretationem Toletus, & Maldonatus. Colligitur ex lib. Ioſue cap. 7. *Da gloriam Domino Deo Iſrael* [ait Ioſue Achano] *& confitere., atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas, &c.* Sed nõ eſt firma collectio. Nam loci illius hic sẽſus eſt: Deus te crimen admiſiſſe indicauit; da igitur ei gloriam, crimẽ aperiens tuum. Dabis enim ei gloriam quia oſtendes eum omnia cognoſcere, vereq. oſtendiſſe, te eſſe criminis patratorem. Si autem negaueris, inferes Deo iniuriam, tua negatione mẽdacem facies, tua confeſſione gloriã illi dabis? Hoc autẽ loco, nullum verbum de confeſſo adiungitur: tantum aiunt Phariſæi, *Da gloriam Deo*. Similẽ in modum. 1. Reg. 6. Sacerdotes Philiſtinorum dicunt. *dabitis Deo Iſrael gloriam, ſi fortè releuet manum ſuam à vobis, &c.* Senſus huius loci hic eſt: *Da gloriam Deo*, hoc eſt, Deo tribue gloriam tuæ curationis? Nam nos ſcimus qđ hic homo peccator eſt. Quamobrem aperire oculos tuos non potuit. Concedunt iam Phariſæi fuiſſe mendaciũ illum cæcum, ſed vim ad cernendum à Deo, non à Chriſto comparaſſe; quod volebant etiam cæcum fateri. Primò calumniati ſunt Chriſtũ, quod Sabbatum non cuſtodiret, deinde audire à parentibus cæci voluerunt filiũ non fuiſſe cæcum, falſumq. eſſe miraculum, tãdem miraculi gloriam Chriſto eripere conati ſunt aientes, *Da gloriã* miraculi Deo. ñ homini peccatori.

August.

Quid ſignificet. Da gloriam Deo

Chriſoſto.

D. Gregor.

Ianſenius.

Toletus.

Maldonatus.

Ioſue 7.

1. Reg. 16.

Si peccator eſt, neſcio.

Reſpõſio cæci quã vim habent.

RVperti hæc eſt interpretatio, peccatorem non eſſe ſcio; quaſi dicat *neſcio ſi, ideſt, quod peccator eſt*. Non eſt probabilis. D. Chryſoſtomus ſic, *Si peccator eſt, neſcio*; hoc eſt, nihil de hoc in præſentia dico, nihil pronuncio. Non putabat cæcus donatus lumine Chriſtum peccatorem eſſe, imò iuſtum, & prophetam, quæſtioni tamen de peccato reſpondere noluit negando, ſed Chriſti miràculum reſpondere noluit negando; ſed Chriſti miraculum ante oculos proponendo, quod peccatorẽ non eſſe luce meridiana clarius probabat. *Hoc* (inquit) *vnum ſcio, quia cum eſſem cæcus, modo video*; Quidquid ſit de peccatis, ille lucem meis oculis attulit, ipſi oculi mei illius ſanctitatem palam teſtificantur.

Quo-

Quomodo aperuit tibi oculos?

Chriſoſtom.

ROgant iterum Phariſæi, quod iã audiuerant, quomodò Chriſtus cæci oculos lumine illuſtrauerit, vt aliquid aduerſus illum eliciant Chryſoſtomus egregie: Ad priora (ſiquit) Phariſæi reuertuntur, modumq. curationis diligentiùs percontantur; more canum venatione ſibi propoſita, nũc huc, nunc illuc diſcurrentes, & ad eũdem redeuntes locum. Vt aſſidua percuntatione, eum ad ſuam trahant voluntatem. Sic ille.

Quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?

Audacter cæcus reſpondet Chriſoſtom. Veritas conſtãs eſt.

OBſeruat Chryſoſtomus, mendici huius aduerſus Phariſæos fiduciã Audacter enim, ac fidenter illis reſpondit, veritate fultus. Tam valida eſt veritas (ait Chryſoſtomus) tam imbecille mendacium. Veritas enim etiam imbecilles corroborat, mendacium et fortes debilitat, &c. Mendax titubat, hęret, pugnantia loquitur. Verax ſibi ſemper conſtat. Arbitratur Chryſoſtomus hunc mendicum diſcipulis ſe Chriſti adnumerare. cum ait *Numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?* quaſi dicat, *numquid, &*, id eſt, e iam vos, quemadmodum ego ſum, *vultis diſcipuli eius eſſe?* Sed veriſimilius eſt, de alijs diſcipulis eſſe locutum, hoc ſenſu. Numquid etiam vos, quemadmodum multi alij ſunt *vultis eius eſſe diſcipuli?* Hic enim mendicus nondum viderat Chriſtum, neque agnouerat, ac proinde nondum diſcipulus eius erat Pręterea non eſt veriſimile voluiſſe coram Phariſęis aſſerere, ſe Chriſti diſcipulũ eſſe, & ſi id haberet in votis.

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu diſcipulus illius ſis.

BEnedicta Phariſæorum, maledicta ſunt; quale eſt illud Ioan. 8. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Benedicere ſe aiebant ſed tamen malè dicebant, eorum benedictum, erat maledictum. Contra

D. Auguſt. Maledictũ Phariſæorũ fuit benedictio cæci.

A hoc loco; dum male dicunt mendico benedicunt; eorum maledictum eſt benedictum, adeò vt dicat Auguſtinus tractatu 44. in Ioan. *Tale maledictum ſuper nos ſit, & ſuper filios noſtros.* Maledictum enim eſt, ſi cor diſcutias, nõ ſi verba perpendas, &c. Vtinam ſuper nos ſit hoc, quod cæci Phariſęi maledictum putant, vtinam ſimus omnes diſcipuli Chriſti illuſtres ſanctitate. Indicant hæc Phariſęorum verba, nõ
B intellexiſſe illos mendicum iam eſſe diſcipulum Chriſti, imprecãtur.n. vt illi hęc benedictio contingat. *Tu* (inquiunt) *diſcipulus eius ſis.* Maldonatus ſic exponit; eſto tu, vt es, diſcipulus eius, nos diſcipuli ſumus. Moſis Sed probabilius eſt ſenſum hunc eſſe; *Maledixerunt ei, & dixerunt, tu diſcipulus illius ſis,* hoc eſt, tu ad illius diſcipulos ſi vis te aggrega, tu illum ſequere, ſi libet, nos autem non illum, ſed Moſem magi-
C ſtrum habemus. Magiſtrum habebãt Moſem, peſſimi, ignariq. diſcipuli, qppe qui magiſtri doctrinam non intelligebant. Si enim magiſtrum intelligerent: Chriſti diſcipuli eſſe cuperẽt. Nam Moſes ſimilis magiſtro fuit, qui Philoſophiam docet, & diſcipulos ad Theologiam ex alio pręceptore perdiſcendam mittit. Velut Philoſophiã quamdam Iudęis tradidit Moſes, in qua non conſiſterent, ſed ad cœleſtẽ,
D diuinamq. Theologiam, quam Chriſtus docebat, aſcenderent. Ignari, imperitiq; diſcipuli, in Philoſophia cõſtiterunt, ad ſublimem Theologiã perdiſcendam, aſcendere noluerunt. Gręcè, legitur, ἐλοιδόρησαν, à verbo λοιδορέω, quod *conuitari* ſignificat, & *maledictis inceſſere.* At conuitium quo mendicum affecerunt, ſũmus eſt hominum honor & laus. Quid enim laudabilius quid honore dignius eſt, quam diſci-
E pulum eſſe Chriſti?

Moſes magiſter miſit diſcipulos ad Chriſtũ.

Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus hunc autem neſcimus, vnde ſit.

Phariſæi Moſem Chriſto anteponunt.

REddunt rationem, cur Moſẽ magiſtrũ habere velint, non Chriſtum. Magiſtri ſui prędicant nobilitatẽ, & ſapientiam ab ore Dei hauſtam Chriſtum in quanã Academia didicerit, ignorare ſe aiunt. *Nos* (inquiunt)

A ſcimus ex Scriptura ſacra, quod magiſtri noſtri *Moſis magiſter fuit Deus*, nouimus cum Deo eſſe locutum, & ea, quæ a Deo didicit nobis diſcipulis tradidiſſe. *Hunc autem*, id eſt Chriſtum, *neſcimus vnde ſit*. a quonam, id quod docet, didicerit ignoramus, neſcimus an ex Deo venerit. O mirabilem neſciẽtiam, cum tot miraculis vitaq. ſanctiſſima, & doctrina, Chriſtus a Deo ſe miſsũ eſſe ꝓbauit, neſcire ſe aiũt, vnde ſit, ideoq. mendicus admirať, & ait. B

In hoc enim mirabile eſt, quod vos neſcitis, vnde ſit, & aperuit meos oculos.

PRofecto (inquit) admirabilis eſt hæc veſtra ignorantia, miraculum admirabile in me edidit Propheta hic videndi facultatem, qua carebam, mihi largitus eſt. Vos tamen neſcitis, vnde ſit. Nonne ſatis eſt miraculum hoc, vt ſciatis vnde ſit, nempè a Deo? C Particula, *enim*, hoc loco vſurpať pro, *ſane profectò*. Obſeruat Theophylactus in mendico loquendi libertatem; & Veritatis vim. Vide (ait) quomodo Veritas mendico nullius momẽti, cõferat libertatem dicendi & redarguẽdi eos, qui apud Iudæos magni, & honorati erant. Ita magna Veritatis virtus. Sicut & mendacium libertatis carentia, & humiliatus ſermo ſequitur. Sic ille. D

Liberè loquitur cœcus.
Theophyl.
Veritas.

Scimus, quia peccatores Deus non audit.

PRobat mendicus ex miraculo patrato, potuiſſe Iudæos cognoſcere, Chriſtũ à Deo veniſſe hunc in modum: *Deus peccatores non audit*, ſed eos a quib. ſanctè colitur quiq. illius præceptis, & voluntati obſequuntur. audiuit autem hunc prophetam, ad miraculum tale patrandum, quale à ſæculo non eſt auditum, E ergo ille ſanctè eum colit, illiuſq. præceptis, & voluntati obſequitur, & a Deo eſt. Niſi n. a Deo eſſet nullum miraculum poſſet efficere. Duas res tribuit probo viro illuminatus cœcus, cultum Dei, & voluntati diuinæ obedientiam. *Si quis* (inquit) *Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit &c.* Non enim cultus, & fides eſt

Mẽdici mirabilis audacia.
Fides & opera.

ſatis. Vnde Theophilactus eo loco: Oportet [inquit] adeſſe vtraque Dei cultum, & voluntatis diuinæ adimpletionem, hoc eſt, fidem, & opera, &c.

Hoc mendici dictum; *ſcimus quia peccatores Deus non audit*, in controuerſiã vocatur. Nam Deus etiam peccatores non iuſtos ſolum audit; vt D. Baſilius docet lib. de Conſt. Monaſt. cap. 2. & Auguſtinus tractatu 44. in Ioann. & lib. 50. homiliarum homil. 43. & alijs locis. Præterea, illud alterum aſſeriũ, *niſi eſſet hic a Deo non poterat facere quidquã* id eſt, non poterat miraculum hoc efficere, dubium habet. Nam etiam viri improbi nonnumquam miracula edere poſſunt, quod indicat Chriſtus illis verbis Matth. 7. *Multi dicent mihi in illa die, nonne in nomine tuo demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus &c* Idem docet Auguſtinus lib. 83. quæſt. quæſ. 79. & Gregorius lib. 9. epiſt. 58. & lib. 20. Mor. cap. 9.

Baſilius.
Auguſt.

Reſpondetur has duas aſſertiones mendici eſſe parum docti, neq. omni ex parte veras. Nam etiam aliquãdo, ſed rariſſimè peccatores miracula edere poſſunt, cum fidei confirmandæ ſunt neceſſaria. Præterea etiam peccatores Deus audit. Quorſum. n. percarentur, ſi Deus non exaudiret? Quã obrem D. Auguſtinus in lib. 50 hom. hom. 43. Incumbite (inquit) orationibus peccatores, confitemini peccata veſtra, orate vt depellantur, &c. tractatu autem 44. in Ioan. ait, hunc mẽdicum adhuc inũctum, nondum illuminatum loqui. Adhuc [inquit] inunctus loquitur. Nã & peccatores exaudit Deus, &c. Idem docet D. Thomas 2. 2. quæſt. 83. artic. 16. Poteſt tamen verum eſſe mendici dictum in hunc ſenſum; *Peccatores Deus non audit*, ad miracula perpetranda, nam hac de re ſermo erat. Quod ſi peccatores aliquando miracula edant, id rarum eſt Propoſitio verò de re intelligitur, q̃ frequẽter, & ferè ſemper euenit. Præterea poterit peccator miraculum facere, vt teſtetur fidem eſſe veram, ſed vt teſtetur ſe eſſe iuſtũ fieri nequit, vt faciat. At Chriſtus miracula faciebat quæ teſtabãtur illũ eſſe Meſſiam, Dei Filium, verumq. Deum Eſiq. omnino

An Deus audiat peccatores?
D Auguſt.
Peccatores quomodo miracula faciant.

vera

vera propoſitio cęci illuminati, in miraculis Christi, hoc ſẽſu: *peccatores Deus non audit* ad miracula edenda, quæ edẽtis ſanctitatem teſtẽtur. De auditione adj miracula facienda interpretatur hæc verba Euthymius: *Peccatores* (inquit) *Deus non audiuit* in huiuſmodi videlicet miraculis, &c. & Theophyl. Quòd Deus peccatores non audiuit; hoc ſignificat, quòd Deus non concedit, pecatoribus ſignorum operationem, &c.

Euthym.

Theophyl.

In peccatis natus es totus, & tu doces nos?

LIberè redarguit Phariſęos mendicus à Chriſto illuminatus, non tulerunt illi patienter; ad conuitium vertuntur cauſæ diffidentes, *in peccatis* (inquiunt) *natus es totus.* Cur torum in peccatis natum dicant, dubium eſt. Reſpondetur, propterea dicere, quòd cęcus eſſet natus; nã ipſam cęcitatẽ, pœnã peccati fuiſſe exprobrant, & peccati veluti impreſſum ſtigma ab ipſo ortu Chryſ. exprobrant (ait) illi cœcitatem, ac ſi dicant, à prima ætate in peccatis es; quaſi ideò fuiſſet cœcus. Et Theophylactus, inſipienter ei cęcitatem obijciunt Phariſæi, exiſtimantes, quòd quaſi maledictus, & ante natiuitatem condemnatus eſſet, vt cęcus naſceretur, id quod ratione carebat, &c. Totum autem dicunt, vt ait D. Th. vt oſtendant tam anima, quàm corpore, in peccatis natum, ſi quidẽ in corpore, peccatorum veſtigium, id eſt, cęcitas fuerat, ſic etiam Caiet. Ex Dauide (inquit) didicerant, omnes ſecundum animam naſci in peccato. Pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c.* ſed quia iſte etiam in corpore, cum pęna peccati natus fuerat, ideò dicũt; *in peccatis natus es totus,* hoc eſt, ſecundũ animam & corpus. Sic ille. D. Auguſt. ſic exponit, quid (inquit) eſt, *totus?* Reſpondet, cum clauſis oculis, &c. hoc eſt, dicunt totum eſſe natum in peccatis, quoniam clauſis oculis, & cœcus natus eſt. Rupertus ita; Propter peccata tua, vel parentum tuorum natus es cęcus, &c. Poteſt etiam dictio, *totus,* videri addita exaggerationis cauſa. Maxime diuerſum eſt hominum iudicium à iudicio Dei; hi cœcitatem peccato tribuerunt, Chriſtus ex peccato non eueniſſe aperuit, hi dicunt; *in peccatis totus natus es*, Chriſtus, *neque hic peccauit, nec parentes eius, vt cæcus naſceretur, &c.*

Cur cœcus in peccatis totus natus dicatur.

Chryſoſt.

Theophyl.

Pſal. 50.

D. Auguſt.

Rupertus.

A B C D E

Et eiecerunt eum foras.

COecum illuminatum ferre nõ potuerunt cęci Phariſæi; foras expulerunt. Rupertus exponit, eiecerunt eum extra Synagogem, id eſt, anathematizauerunt eum, ſentit factum eſſe apoſynagogum, hoc eſt, excommunicatum. Sic etiam Lyranus, Caiet. Toletus, & alij interpretãtur: veriſimilius eſt, non eſſe factum apoſynagogum, non enim Euangeliſta ait, eiecerunt eum extra Synagogam, ſed tantum *eiecerunt eum foras,* foras (inquam) hoc eſt, ex domo, in qua erant. D. Chryſ. hom. 58. ex templo eiectum ait, ſed nõ conſtat, an in templo hæc ſint acta.

An Phariſæi cœcum fecerint apoſynagogũ?

Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum foras.

QVos mundus eijcit, Deus recipit. Sciebat Dominus omnia, quæ cęco contigerant, nihil illum latebat, ſed audiuit etiam ab aliquo narrante, cum vero cæcum iam videntem repeperiſſet, non caſu, ſed quia reperire voluit, affatus ſic eſt; *Tu credis in Filiũ Dei?* ille quiſnam eſſet Filius Dei ignorabat; Chriſtum hactenus, nec viderat, nec agnoſcebat ex facie. Cæcus enim oculis luto litis, antequã videre Chriſtum poſſet, in Siloem miſſus eſt. Igitur fideli animo, atque humili, rogauit quiſnam eſſet Filius Dei, vt crederet in eum. Dominus reſpõdit modeſte tertia vſus perſona, *& vidiſti eum, et qui loquitur tecum ipſe eſt,* illuminauerat corporis oculos, nunc illuminat oculos mentis, Filij Dei cognitione, & fide. Illuminatus mendicus; *Credo* (inquit) *Domine in te Filium Dei,* procidens que debitam perſoluit adorationem. Theophylactus in templo tunc fuiſſe Phariſæos putat, indeq; eiectum mendicũ; Eijciunt (inquit) eum extra templum filij mendacij, vt confeſſorem veritatis, ſed vide lucrum; eiectus eſt

Chriſtus illuminat fide cęcum.

Theophyl.

Digitized by Google

ex templo, & ſtatim inuenit eum Dominus templi, contemptus fuit opinione illorum propter Chriſtū & honoratus eſt agnitione Filij Dei, &c.

In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cęci fiant.

CRedidit mendieus ille, qui cœcus fuerat, in Chriſtum, procidétque coram multis, Filium Dei adorauit, etenim aderant Phariſæi, vt paulò inferius indieat Euágeliſta; multosquoque alios adfuiſſe eſt ſimile vero. Chriſtus ergo eum videret cœcum illuminatum, & Phariſæos, qui ſe videntes eſſe putabant, excœcatos: Dei iudieio admirabili eœcos illuminandos, vidētes excœcandos fore prædieit. Iuxta illud Matth. 11. *Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis, ita Pater. quoniam ſic fuit placitum ante te, &c.* & illud Luc. 2. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, &c. In iudicium* [inquit] *veni in mundum.* D. Auguſt. ſic interpretatur, veni in iudieiū diſeretionis quo impij a probis diſcernuntur. Ianſenius ſic, veni in hunc mundum, vt per me iudicium, id eſt, decretum Patris mirabile impleatur. Maldonatus, veni ad declarandā Dei prouidentiam, & iudicium. Sed nō rectè dieitur, veni in decretum, aut veni in prouidentiam. Diuus Chryſoſtomus, *in iudicium*, id eſt, in maius ſupplicium, oſtendens Phariſæos eſſe damnatos, qui ſe tamquam peccatorē dānarent, &c. Putat Chryſoſtomus iudieium pro eondemnatione, & ſupplicio accipi, hoe ſenſu, veni in iudieium id eſt, condemnationem, & ſuppliciū eorum, qui vident, nam eœcis illuminatis, hi cœci fient. Appellat Chriſtus hoe loco iudicium, id quod appellauit placitum, Matth. 11 *Sic fuit placitum ante te &c.* fuit placitum ante Deū vt paruulis Euangelium reuelaretur ſapientib. & prudentib. ſuperbis abſconderetur. Item iudicauit apud ſe, & placitum fuit ante illum, vt paruuli cœci viderent, & videntes ſuperbi, culpa ſua exeęcarentur. Et ſenſus huius loci *veni in iudicium*, hoe eſt, ad iudicandum homines iudicio quodam admirabili pro eœcis ſententia lata eſt, ſtatutum eſt, vt videant. Aduerſus videntes decretum eſt, vt cœci fieri permittantur.

Matth. 11.

Luc. 2.

Cœeos appellat illos, qui tenebris ignorantiæ, atq. peccati circumfuſi, illas humiliter agnouerunt, lucemque quæſierunt, videntes vocat Iudæos, q. Deum ſe eognoſcere iuſtitiaq. illuſtratos eſſe putantes, lucem Meſſiæ ſpreuerunt? Auguſtinus; Quid [inquit eſt *Vt qui non vident, videant?* Qui ſe non videre confitentur, & medicum quærunt. vt videant: Quid eſt; *Qui vident cœci fiant?* Qui ſe putant videre, & medicum non quærunt, in ſua cœcitate permanēt, &c. Prędieit hoe loco Chriſtus, Iudęorum excęcationem, Ethnicorum verò illuminationem. Vidētes Iudæos vocat, quòd Deum agnoſcerent. legiſq. lucem accepiſſent, cæcos Ethnicos, quod in idolatrię caligine verſarentur Sed miro Dei iudicio factum, vt videntes Iudæi, cœci fierent; cęci Ethniei, caligine animi pulſa videant. Hoe mirum Dei iudicium admiratur Paul. ad Rom. 11. cum ſic exclamat; *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, &c* Id ſignificat *iudicium*, ſuprà quod hoc loco, *iudicia*, particula vero, *vt*, cum Dominus ait; *veni vt qui vident, non videant*, cauſam non indicat; ſed conſecutionem, & ſumptam a Iudæis anſam. Fuit. n. illis Chriſtus petra ſcandali, qui vnde medicamētum ſumere debuerant, inde venenū hauſerunt. Legatur Auguſtinus Pſal 65.

Qui cœci dicantur.

Excæcati videntes Iudæi, illuminati cœci ethnici.

Rom. 11.

Numquid & nos cœci ſumus?

ADerant, audiebantq; ſermonem Phariſęi nonnulli; eos Chryſoſtomus illos eſſe exiſtimat, qui Chriſtum lapidare voluerant. Sunt enim [inquit] quidam in ſuperficie quidē ſectatores, qui faci è in contraria mutantur ſententiam, &c Incertum id eſt cum dixiſſet ergo Dns? *veni, vt qui non vident videant, et qui vident, cœci fiant.* Rogauerunt, *numquid nos cœci ſumus?* Toletus de cœcitate corporis Phariſaos rogare arbitratur probabilius eſt,

Phariſæi Dominum rogant an ſint cœci.

eſt, de cęcitate loqui animi, in hunc ſenſum; ſumuſne etiam nos ex eorum numero, quos mente cęcos appellas? Nam cœcitatem corporis eos non habere exploratum erat; de cœcitate animi eſſe poterat quæſtio. Reſpõſum reddit Dominus; *ſi cęci eſſetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, quia videmus. Peccatum veſtrum manet*. Hæc verba Auguſtinus ita explanat; *ſi cęci eſſetis*, id eſt, ſi vos cœcos eſſe aduerteretis, & exiſtimaretis, & ad me medicum curreretis, non haberetis peccatum, quia ego vos illuminarē, & peccatum veſtrum tollerem. Vos verò dicitis; *Quia*, id eſt, *vtique*, videmus, non ſumus cœci, neque agnoſcitis cœcitatem veſtram, neque medicum quæritis, quamobrem peccatum veſtrum manet, non deletur, non dimittitur. Secunda interpretatio ex Theophylacto ſumpta, probabilis quoque eſt, *ſi cæci eſſetis*, id eſt, ignorantes, & per ignorantiam, quæ vinci non poſſet, me Meſſiam eſſe negaretis; peccatum incredulitatis non haberetis. Nunc autem dicitis, quod videtis, quòd ſapientes, & Scripturarum periti eſtis, ideo ignorantiam, quæ ſuperari non poſſit, non habetis, & peccatum incredulitatis cōmittitis, quoniam me verum Meſſiam repudiatis. Aliter de cœcitate corporis locus explanari poteſt hoc modo: ſi corpore cœci eſſetis, peccatum non haberetis; hoc eſt, ipſa cęcitas corporis minimè voluntaria, peccatum non eſſet. *At nunc dicitis, quòd videtis.* quòd docti eſtis, legiſq; periti, ideò cœcitas veſtra voluntaria eſt, ideò *peccatum veſtrum manet*. D. Hieronymus Ezech. 12. Dominus inquit dicit ad Iudæos; *ſi cœci eſſetis, peccatum nõ haberetis*, voluntariam cęcitatem in illis arguens, atque condemnās, &c. Fuit in his Phariſæis cęcitas, fuit ignorantia, ſed affectata, craſſa, & voluntaria, non fuit cœcitatis inuoluntaria, id eſt, ignorantia, quæ dicitur inuincibilis, ideò peccatum commiſerunt.

D. Auguſt.

Theophyl.

Cęcitas Iudæorũ qualis.

CAPVT III.

De cœco à Natiuitate.

Morale.

Præteriens Ieſus vidit hominem cœcum.

PRæteriens medicus, non præteriuit mendicum. Vidit hominem, à quo videri non poterat, oculos in oculos coniecit, oculos ſuos clariſſimos in oculos cœci obſcuriſſimos, oculos ſplendore cœleſti plenos, in oculos tenebris oppletos, oculos miſericordia redundantes, in oculos miſeria cęcitatis ab ortu cumulatos. *Oculi eius* (ait Ioannes Apoc. 2.) *tanquam flamma ignis*; Quemadmodum igitur cùm ignis flamma, lucernam attingit extinctam, inflammat; ſic Chriſti oculi, cum extinctas lucernas, hoc eſt, cœci oculos attigerêt, illas inflammarunt. D. Ambroſ. epiſt. 75. Quaſi lux Chriſtus tetigit cœcum, & lumen infudit, &c. Quidquid Sol videt tenebroſum, luce protinus colluſtrat, eundem in modum, vidit noſter Sol Chriſtus tenebroſos cœci oculos, & abſq; mora ſplendore illuminauit. Actor. 10. *Pertranſijt Chriſtus* (ait D. Petrus) *benè faciendo, &c.* Imitetur Dominum, pertranſeamus nos quoque ſæculum hoc, non malè, ſe benè faciendo. Non prætereamus mendicos, cœcos, pauperes, ope deſtitutis, quam poſſumus, feramus opem, eleemoſynamque largiamur. Natura ferre non poteſt in mundo vacuum, vt Philoſophi teſtantur, ipſaque docet experientia, protinus enim ad complendam quancunque vacuitatem accurrit. Sic Chriſtiana viſcera, in paupere rerum indigente vacuum non ferant, qui poſſunt, protinus ad implendum pauperis vacuum accurrant. Non eſt Chriſtiani crumenam argento refertam ferre, & pauperem vacuum præterire. Affluunt opes (ait Philo. in lib. de Ioſeph) impertire, nam diuitiarum pulchritudo eſt, non in crumenis, ſed in egenorum auxiliis, &c. Audiat Chriſtianus

Chriſtus lucernas extinctas inſtar ignis inflāmat.

De eleemoſyna.

Philo. Pulchritudo diuitiarum in egenorum auxilio eſt.

Valerius Gellias.

ſtianus quid de ethnico Gillia Valerius Maximus ſcribat lib. 4. c. 8. Erat (inquit) opibus excellens, ſed multò etiam animo, quàm diuitijs locupletior, ſemperque in eroganda potius, quàm in contrahenda pecunia occupatus, adeò vt domus eius quaſi quædam munificẽtiæ officina crederetur. Alimenta inopia laborantibus, dotes virginibus paupertate preſſis, ſubſidia detrimentorum in curſu quaſſatis, erogabantur. Hoſpites quoque benigniſſimè excepti, varijs muneribus ornati dimittebantur. Quodam tempore quingentos ſimul Gelenſium equites vi tempeſtatis, in poſſeſſiones ſuas compulſos aluit, ac veſtiuit. Quid multa? Non mortalem aliquem, ſed propitiæ fortunæ benignum diceres eſſe ſinum. Quod Gellias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimoniũ erat. Sic Valerius. Si hæc Ethnicus, quid pſtare debet Chriſtianus? Chriſtiani domus præſertim Eccleſiaſtici, eleemoſynæ officina, mendicorum benignus ſinus, & veluti patrimonium pauperem eſſe debet, ne ab Ethnico turpiter vincatur.

Dom⁹ Chriſtiani eleemoſinæ officina eſſe debet.

Chriſtus corporeos oculos illuminauit, nos ſi corporeos illuminare nõ poſſumus, animi oculis ſępè doctrina, exemplo, correctione, afferre lucem poſſumus. Cœcis ergo animis pro viribus lucem afferamus: Præclarior enim eſt eleemoſyna, quæ animis, quã quæ corporibus præſtatur, ſi reliqua ſint paria. D. Greg. hom. 6. in Euangelia: Fortaſſe (inquit) panem vt indigẽti porrigat, non habet, ſed maius eſt, quod tribuere valeat, qui linguam habet. Plus enim eſt verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quàm ventrem morituræ carnis terreno pane ſatiare, &c. Eadem hom. ſanctiſſimus Pontifex ad hanc præclariſſimam eleemoſynam omnes adhortatur, eoſque Angelos appellat, a quibus erogatur. Vnuſquiſque (inquit) veſtrum, in quantum ſufficit, ſi à prauitate proximum reuocat, ſi exhortari ad benè operandum curat, ſi æternum regnũ, vel ſupplicium erranti denunciat, cum ſanctæ denunciationis verba impẽdit, profectò Angelus exi-

Oculi mentis doctrina luce illuminandi. Gregor.

A ſtitit. Huius altitudinẽ nominis, ſi vultis, poteſtis mereri, &c. Omnes tam doctos, quàm indoctos, tam maiores, quàm minores, hanc eleemoſynã, pro ſua quemque facultate præſtare vult, remque ſimilitudine exornat. Nam quemadmodum ex vaſis, quædã magna ſunt, alia parua, ſic ex hominibus quidã docti ſunt, alij indocti. Sicut ex magnis vaſis aquæ effunditur magna
B copia, ex paruis, copia parua editur ita ex doctis doctrinæ emanat in concionib. abundantia, ex minus doctis, vtiles adhortationes, ſermonesq; propinantur. Scimus (ait D. Greg.) quòd in tabernaculo nõ ſolum phialæ, præcipiente Domino, ſed ẽt cyathi facti ſunt, per phialas quippe doctrina exuberans, per cyathos verò, parua atq; anguſta deſignatur ſcientia. In Dei ergo tabernaculo, id eſt, in Eccleſia poſi
C ti, ſi per doctrinam ſapientia miniſtrare phialas minimè poteſtis, in quantũ pro diuina largitate ſufficitis proximis veſtris boni verbi cyathos dare. Etiam vobiſcum alios trahite, in via Domini ſocios habere deſiderate, ſi ad Deum tenditis, curate ne ad eum ſoli veniatis. Hæc ille. Luc. 10 ſemiuiuum illum hominem, qui in latrones incidit, Sacerdos vidit, & prætereijt,
D præteriit quoq. Leuita, at non præteriit Samaritanus. *Appropinquãs alligauit vulnera eius, infundens oleum, et vinum, &c.* præteriit Sacerdos, præteriit Leuita, non pręteriit Samaritanus iacentem, ſauciumque hominem, ſic nos ope noſtra indigẽtes minimè prætereamus, quemadmodum etiam Dñs hunc cęcum ope ſua indigentem non præteriuit: iacentibus porrigamus malum, oleũ, vinumque infundamus, vulnera
E alligemus. Si Deus aſinum ſub onere iacentem non patitur præteriri, hominem præteriri patietur? Deut. 22. *Si videris* (inquit) *aſinum fratris tui, aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo, &c.* Si aſinus, & bos eſt ſubleuandus, homo deſpiciendus erit? D. Bern. epiſt 203. Virgo (inquit) Iſrael corruit, & non eſt qui ſubleuet eam. Quouſque in luto aurum iacet? tollite margaritam, tollite, leuate ſplendidiſſimã ac pretioſiſſimã gemmã de ſterquilinio;

Luca 10.

Inopes, & pauperes nõ prætereundi ſine auxilio.

Digitized by Google

quilinio: Leuate eam ante quam porcorum, id eſt ſpurcorum ſpirituum pedibus conculcetur, &c. Iob 6. de fratribus ſuis conqueritur; *fratres mei præterierunt me, ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus, &c.* Conqueri et de nobis fratres noſtri iure poſſunt, quòd ſimiles hybernis torrentibus ſimus; qui quo tempore aqua neceſſaria eſt, tunc exareſcunt. Non tranſeamus raptim, vt torrentes, neminem eleemoſynis irrigando; tranſeamus vt flumina, quæ illas quas pertranſeunt regiones irrigant, redduntq; fertiles.

Vidit hominem cæcum.

NObiliſſima corporis pars, oculi ſunt. Etenim oculi corporis ſunt
D. Chryſ. rectores, vt D. Chryſoſt. ait, hom. 55.
in Ioan. Oculus (inquit totum corpus
gubernat, ac regit, &c. Speculatores
ſunt, celſa veluti ex ſpecula omnia ex-
Baſilius. plorantes; quod D. Baſilius ſcripſit ho
mil. 3. cuius titulus eſt; *Attende tibi, &c.*
Oculi (ait) præexcelſam occupauerūt
arcum ſpeculationi deſignatam, &c.
Reges ſunt, præalta in regia colloca-
De oculorū ti. Chryſoſt. oculus, vt in regio quodā
præcellētia. loco, in altiore corporis parte ſedem
ſortius eſt, & cæteris præfertur ſenſi-
Philo. bus, &c Philo. in lib. de Abraham; Vi
ſum inquit Deus regem cæterorum
conſtituit, omnium editiſſimū, & tan-
quam in arce collocatum, &c. Deniq.
Sol corporis ſunt oculi teſte Chryſo-
ſtomo loco indicato; Quod (inquit)
Sol eſt mundo, hoc eſt oculus corpori,
&c. his corporis rectoribus, his mūdi
ſpeculatoribus, hac luce, hoc Sole, cę-
cus hic carebat, vitamq; agebat caligi
ne circumfuſus. Quamobrem cū To-
bia c. 5. dicere poterat; *Quale gaudium
mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli
non video, &c.* Nos verò cum angelo
Raphael reſpondere poſſumus; *forti a-
nimo eſto, in proximo eſt, vt à Deo cureris,
&c.* ò mendice exulta, præterit medi-
cus cui omnes parēt morbi, iam tuos
intuetur oculos orbatos lumine, vt
Chriſti me compleat lumine. Clama, ſanitatem
dicina val- precibus efflagita. At non opus erit
de probata. flagitare, clementiſſimus medicus mi
nimè rogatus adeſt. Præteribat, ſed te

A præterire noluit, conſtitit apud te,
quidquid præceperit facito, etſi diffi-
cile, arduum, intolerabile videatur.
*Quid enim non mortalia pectora cogat, lucis
amor?* At nihil imperabit difficile, nihil
laborioſum, facilè curat, & gratis, le-
nibus vtitur medicamentis. Quid le-
nius luto, & aqua? ò illos felices, qui
huic ſe medico ſuaui medicina curan
dos tradūt, ne ſerpente morbo vrēdi,
B non ſanādi, cauterijs tradantur ſem-
piternis. Sed nos ab hac corporis cęci
tate, ad animi cęcitatem aſcēdamus.

In hoc cęco habes hominis animo
cæci effigiem, vnus hic cœcus corpo-
te, multos cœcos animo adumbrat.
Præſtantiſſima pars corporis, eſt ocu-
lus corporis; præſtantiſſima pars ani- *Intellectus*
mi, eſt oculus animi, videlicet intelle- *præſtantiſſi*
ctus. Hic rector, hic ſpeculator, hic *ma animi*
Rex, hic Sol eſt, & animi, & corporis. *pars.*
C Hic rector, oculos regit corporis, au-
res, linguam, manus, pedeſque, ne à
via mandatorū Dei aberrent; hic ſpe
culator æternas, fluxaſque, ac cadu- *De cæcitate*
cas res ſpeculatur; vt illas voluntas cō *ſpirituale.*
plectatur, has, deſpicatui ducat. Hic
Sol animi omnes partes, appetitiones-
que illuminat, & quo debeant tende-
re demonſtrat. Heu in multis homini
bus oculos hic excęcatur, Sol hic indo
D mitis cupiditatibus obſcuratur. Augu *Auguſt.*
ſtinus lib. 2. de ſerm. Domini in mon-
te, cap 7. Rerum (inquit) temporaliū
cupiditate obtenebramur. &c. Apoc.
9. *Aſcendit fumus putei ſicut fumus forna-* *Apoc. 9.*
cis magna, & obſcuratus eſt Sol, &c. Eun-
dem in modum, appetitionum effre-
natarum, amoris, odij, auaritiæ, ſuper
biæ, & ſimilium, fumus aſcendit, intel
lectum obſcurat, cœcitatemq; homi-
ni infert talem, vt ipſis iumentis ani-
E mi oculo carentibus ſimiles ſint, iux-
ta illud Pſal. 48 *Homo cum in honore eſſet,* *Pſal. 48.*
*non intellexit, comparatus eſt iumentis inſi-
pientibus, & ſimilis factus eſt illis, &c.* Non
intellexit homo, obſcurato autem in-
tellectu ad caduca ſe abiecit, brutas
voluptates conſectatus eſt, ſenſus, ef-
frenataſque cupiditates ſecutus, ideò
animantibus cœcis, id eſt, intellectu
carentibus, ſimilis euaſit.

In poteſtatem Philiſtinorum venit
Samſon: protinus oculorum luce pri-
uatus,

Digitized by Google

A

Iud. 16.

natus, molæq; verſandæ operam dare coactus eſt. Iud. 16. *Quem cum apprehendiſſent Philiſtijm, ſtatim eruerũt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctũ catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt, &c.* Samſon nomen ijs, qui Hebraicè ſciũt, Solem ſonat.

Samſom cęcus, qui deſignet.

Cum vides Samſonem excæcatum, vides Solem ſua luce orbatum. Quis hunc Solem ſplendore priuauit? Dalila, quę Philiſtæis illum tradidit.

שמש ſchemeſch, Hebraicè Solem, ſignificat, ex quo formatur nomen.

Similem in modum ſua quemque excæcat Dalila, hoc eſt caro, hoſtib. enim

B

tradit, auaritiæ, libidini, inani gloriæ, amori flagitioſo, à quibus excæcatur, molæque caducorum negotiorũ verſandæ addicitur. Cæcus Samſon molam vnam voluit, vinculiſq; tenetur;

Dalila caro eſt Samſon.

cęcus homo, qui æterna ſupplicia minimè conſiderat, mundi mille molas verſat, flagitiorumq; catenis obſtringitur. Hoc primum effecerunt Philiſtæi, captiuum Samſonem, oculorum priuarunt lumine, & cęca caligine op-

C

pleuerunt. *Statim* (inquit) *eruerunt oculos eius, &c.* Etenim maximè expetunt dæmones, vt hi quos in captiuitatem redegerunt, intellectus luce orbentur, & tenebrarum nocte obſcurentur. Sciunt namq; eos iugum peccati grauiſſimum pellere è ceruicibus, qui vident, eos ſub iugo grauiſſimo permanere, qui cæci ſunt, neque ſolum permanere, ſed &ẽt lætari ac ludere. Iud.

Iud. 16.

D

16. *Adductus Sãſon de carcere ludebat ante eos;* ſ. Philiſtæos. Samſon oculorum luce præditus Philiſtæos neci dabat, cęcus ante aduerſarios ludebat.

Lætitia impiorum.

Sic Chriſtianus cum mentis acie, ac conſideratione æternitatis valet, dæmones profligat, ſi cęcus fit, profligatur, ludit, atque exhilaratur, hoſteſque ſuos exhilarat. Prou. 2. *Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis &c.*

Prouer. 2.

Plinius.

De leone ſic ſcribit Plinius lib. 8. c. 16 Capere leones ardui erat quondã

E

operis, foueiſque maximè. Principatu Claudij caſus rationem docuit pudendã penè talis feræ nomine. Paſtoris Getuli ſago contra ingruentis impetum obiecto. Quod ſpectaculum in arenam protinus translatum eſt. Vix credibili modo, torpeſcente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans. Videlicet omnis vis conſtat in oculis, &c. Quemadmodum leo fortiſſimus pallij iniectu, oculorum erepto lumine torpeſcit, facileque vincitur, ſic homo, & ſi virtute robuſtiſſimus, intellectus, & conſiderationis luce extincta, non magno negotio langueſcit, ac ſuperatũ. Videlicet, magna hominis vis, conſtat in oculis animi; hoc eſt, in cõſideratione, æternarumque rerũ meditatione.

Leonis vis in oculis.

Qui mentis apertis oculis ſuppliciorũ æternitatem intuetur, quonã modo vinci ſe a peccato patietur? Ipſo æterno igne ardentiſſimo, oẽs dæmonum laqueos, machinaſq; inflammat, atque exurit is, qui perpetuum ardorẽ ſępe voluit animo.

Vis conſiderationis.

Qui verò cęcus eſt, & conſiderationis orbatus lumine, in ipſa dæmonis retia ipſum immittit, in ipſoſque tartareos rogos ſeipſum inijcit. Quid mirũ? cęcorũ hoc eſt, in laqueos, quos non cernunt incidere, in ignem, quẽ non vident, ſeſe inijcere. Num. 22. aſina, cui Balaam inſidebat, Angelũ cernens, diſtricto ſtantem gladio, ab itinere diuertit, & concidit; Balaam verò quia gladio armatum Angelũ non videbat, vlterius progredi nitebatur.

Num. 22.

Similiter is, qui diuinæ iuſtitiæ diſtrictum gladiũ animo intuetur, ab itinere diuertit flagitiorum, caditque ante Deum, agens pęnitentiam: qui aũt cęcus eſt mente, fulgurantemq Dei gladium nõ aſpicit, in via ſcelerũ permanet, ac progredi conatur, donec tandẽ in ardentes Orci flammas ſe immittat. Cum nox atra terris incubat, è cubilibus feræ exiliunt, aguntq; prędas, ſole terras illuminante, in ſua ſe recipiunt antra. Quæ crudeliores feræ reperiri poſſunt, quã effrenatæ animi perturbationes, ira, odiũ, auaritia, libido? hæ cũ caligo tetra mentem occupat, ex cubilibus liberè erũpunt, venenataq; conquirunt pabula. At verò ſi cęleſtis conſiderationis ſplendor animum cõpleuerit, mox in ſuas redeunt ſedes, rationiſque, & fidei clauſtris continentur Pſal. 103. *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ, catuli leonũ rugientes, vt rapiãt, & quærant a Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur,*

Pſal. 103.

Effrenatæ appetitiones in nocte vagantur.

buntur, exhibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam, &c. Interim dum feræ, hoc eſt, animi turpes affectiones, quacumq; libet, ſolutæ in caligine vagantur, infęlix homo, ad opus ſuum non exit, hoc eſt autẽ opus hominis, Deo ſeruire, animum virtutibus excolere,

Opus hominis quale ſit

æternamq; ſibi vitam comparare, ad hoc opus non exit homo is, qui indomitas animi appetitiones vagari mẽtis atra in nocte patitur, is autem ad opus ſuum, ſanctamque operationem egreditur, qui diuino circumfuſus ſplendore haſce ſilueſtres beſtias rationis coercet vinculis.

Vis cęci hominis imaginem cernere, Babylonem, id eſt, tartaream ciuitatem petentis? Lege Ezechielis c. 12.

Ezech. 12.

In conſpectu eorum (ait Dns Ezechieli,) *in humeris portaberis, in caligine efferer is, faciem tuam velabis, & non videbis terrã, quia portentum dedi te domui Iſrael, &c.* hac pictura indicauit Dñs Sedechiam regẽ,

Sedechias peprobi exẽplum.

qui a Chaldæis oculis orbatus, Babylonem cęcus ductus eſt, terramq; non vidit. Quemadmodum Sedechias a Chaldæis oculis, ſic homo improbus, à dæmone cõſideratione priuatur, Babylonemq; ducitur, hoc eſt, in tartarum. Neminem.n. niſi cęcum, & conſideratione carentem, poteſt dæmon in ſuam ducere Babylonẽ, in caligine ſuos captiuos effert, faciẽ velat, denique oculos eruit, ne terrenorum bonorum videant vanitatẽ, peccati turpitudinem, vitæ exiguum ſpaciũ, mortis inſidias horrendum iudiciũ, ſempiternos cruciatus, gloriæque præmium infinitum. Nam hæc ſi viderint, Babylonis iter Deo fauente deſerunt, cęleſtis Hieruſalem viá ingrediuntur. Auceps accipitris oculos obtegit, vt in manu eius quietus cõſiſtat: ſic tartareus auceps hoĩs oculos caligine obuoluit, vt in manu, hoc eſt, poteſtate eius cõquieſcat. Si.n. lux diuina oculis affulgeat, peccati vincula diſrumpens auolabit.

Cæci animo, non curant ſuam cæcitatem.

Tria habet mirabilia animi hæc cęcitas, quæ corporis cęcitati aduerſantur. Primum, corporis cęcitatem oẽs fugiunt, omnia quibus pellatur medicamenta, & ſi amariſſima, conquirũt. At animo cæci, cæcitatẽ non fugiunt, medicamenta, etſi ſuauiſſima ſint, mi-

A nimè curant. Ita fit, vt quæ dum vita manet, vtiliter videre nolunt, ea poſtquam vita deſijt, inutiliter apud inferos videant. Sap. 5. *Errauimus à via veritatis* (aiunt apud inferos impij) *& iuſtitię lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis. & paulò poſt quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? tranſierunt illa omnia tanquã vmbra, &c.* Aperuerunt iam oculos: ſerò tamen hi ſapuere phryges. Hæc o-

Sap. 5.

B portebat vidiſſe, cum vita ſuppetebat. Vexatio tartari dedit intellectũ, iuxta illud Iſaiæ 28. *ſola vexatio intellectum dabit auditui, &c.* Alieno exemplo cautiores eſſe diſcamus, tartaream ne expectemus vexationem, quæ nobis aperiat oculos, antequam illa veniat, det nobis Chriſti amor intellectum, det Chriſti timor, det ſalutis æternæ cupiditas, dent vexationes, quę nobis ſæpè accidũt. Mira fuit Tobię curatio.

Iſai. 28.

C Chriſtus luto cæci à natiuitate, Tobias verò cæci patris oculos, inunxit felle. Tob. 11. *Sumens Tobias de felle piſcis liniuit oculos patris ſui, &c.* Quemadmodũ amarum fel, Deo opitulante, lumẽ corporis, Tobiæ attulit, ſic amara vexatio lumen animi affert hominibus.

Tob. 11.

Fel cæcitati medetur.

Secundum, qui corporis viſu orbati ſunt, cæcitatem ſuam non poſſunt non agnoſcere, qui verò mentis lumine ſunt priuati, cæcitatem ſuam ſæpè

D non agnoſcunt. Sedechias rex, vt paulò antè diximus, Babylonẽ ductus eſt Ierem. 52. In ipſa ciuitate Babylone vitã agebat, ſed quia cęcus erat, Babylonẽ non videbat. Idipſum impio contingit in ipſa Babylone, id eſt, in confuſione (id enim nomen ſonat) & in cæcitate viuit, Babylonem tñ non videt. Nonne hæretici Babylone habitant? nonne in ſummæ doctrinæ confuſione, ac perturbatione viuunt? At

E ſuam Babylonem nõ vident, Babylonem ſuam, Ieruſalem Dei appellant, conciliabula dæmonis, Chriſti Eccleſiam nominant. Similem in modum improbi homines, ij qui fide præditi ſunt, cum in maxima caligine degãt, in luce ſe verſari putant, nihil de animi ſplendore ſolliciti, lib. 4. Reg. c. 6. Syriæ regis milites, Iſraelitarum hoſtes, cęcitate percuſſos, duxit Eliſæus

Impij non agnoſcunt ſuam cæcitatem.

4. Reg. 6.

in vr-

in vrbem Samariam. Via quæ ad hoſtium vrbem ducebat; iter faciebant, idque ignorabant, in vrbem ingreſſi ſunt, hoſtibuſq; circumdari, vbi verò eſſent, neſciebant, cœcitate percuſſi erant, vt Eliſæus petierat à Deo, id verò eos latebat. En tibi noſtros cœcos, tartari via iter faciunt, milleq; hoſtibus cincti vitam agunt; animum tñ non aduertunt. Deniq; cęci ſunt, ſe verò cœcos eſſe minime attendunt. Vtinam his noſtris cęcis id contingeret, quod contigit Syris militib. 4. Reg. 6. *Cum ingreſſi fuiſſent in Samariam dixit Eliſæus, Domine aperi oculos ipſorum, vt videãt. Aperuitq; Dominus oculos eorum, & viderũt ſe eſſe in medio Samariæ, &c.* Vtinam, inquã, aliquis eſſet Propheta, qui a Deo impetraret, vt cœcorum oculos aperiret, viderentque, quod videre nolũt, ſe in medio eſſe Samariæ, hoc eſt, in manu crudeliſſimorum hoſtium, quorum fames non niſi eorũ æternis tormentis exaturari poteſt. Lege epiſtolam Senecæ, 50. de Harpaſte cęna, quę cęcitatem ignorabat ſuã; Harpaſte (inquit), neſcit eſſe ſe cœnam, ſubinde pædagogum ſuum rogat, vt migret; ait domum tenebroſam eſſe. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo ſe aurum eſſe intelligit, nemo cupidum, &c.

4. Reg. 6.

Harpaſte mus er ſe cęcũ eſſe ignorabat.

Tertium, Qui corpore cęci ſunt, nihil penitus vident, hi tñ, quos cœcos animo appellamus, vident, & non vident, nimirum, quæ volunt vidẽt, quæ nolunt videre, nõ vident: etenim cęcitas hæc voluntaria eſt. Itaq; in rebus ad animi ſalutem ſpectantibus talpæ ſunt; in rebus ad vtilitatẽ, voluptatem honoremq; attinentibus; lyncei. Similes ſunt illis militibus Regis Syrię; de quibus verba fecimus; nonnulla illi videbant, alia minime. Viã, qua incedebant, & quò ducerentur, nẽpe ad hoſtes non videbãt: reliqua verò præclarè cernebant, ſic noſtri hi cœci nõnulla, nẽpe terrena, ac caduca cernunt; alia, videlicet cęleſtia, atq; æterna non perſpiciunt, ad vitia perpetranda ſapientes ſunt, ad virtutes cõparandas imperitiſſimi; iuxta illud Ierem. 4. *Filij inſipientes ſunt, & vecordes, ſapientes ſunt, vt faciant mala, benè aũt facere neſcierunt, &c.*

In terrenis lyncei, in cęleſtibus talpæ.

Ierem. 4.

Confert huiuſmodi homines D. Baſilius ho. 8. hexamer. cum noctuis, quæ in tenebris acie oculorũ pollent, in luce cęcutiunt. Quẽmadmodũ (inquit) noctuæ aſpectus, noctu quidem valet; Sole aũt illuceſcente non mediocriter offuſcatur, & hebeſcit. Sic ſæcularium hominum, & huius mundi ſapientiũ, mens acutiſſima quidẽ ad vanas res perſpiciẽdas eſſe videtur, hebetiſſima verò, caligineq; referta, ad ipſam lucẽ verã percipiẽdam euaſit. Sic ille. Huc pertinet fędus illud, quod Ammonites Naas cũ ciuibus Iabes Galaad initurum ſe aiebat. 1. Reg. 11. *In hoc* (inquit) *feriam vobiſcum fœdus, vt eruam cũctorum veſtrum oculos dextros, &c.* Duos quiſque oculos hẽt, ſiniſtrũ, quo terrena, dextrum, quo cęleſtia, atq; æterna intuẽtur; fœdum fœdus cum multis percutit tartareus Naas, dextrum eruit oculum, ſiniſtrũ reſeruat, vt in humanis, ac terrenis negotijs lyncei ſint, in cęleſtib. ac diuinis, cæci. Naas ſiue נחש *nachas*, Hebræum nomen, ſerpentem ſignificat; antiquus ille ſerpens hoc nomine indicatur.

1. Reg. 11.

Sunt nonnulli Cœci Deo, videntes mundo. Alij contra, mundo cęci ſunt. Deo videntes Hinc illud D. Chryſoſt. hom. 24. Geneſeos, oculi fidei, quando vident ineffabilia illa bona, ne ſentiũt quidẽ hæc viſibilia, &c. & hom. 52. in Act. Apoſt. Nullus inuiſibilia videns, videt viſibilia, &c. Deut. 28. inter alias peccati pœnas, hæc ẽt numeratur: *Percutiet te Dominus amentia, & cæcitate. & palpes in meridie. ſicut palpare ſolet cęcus in tenebris, & non dirigas vias tuas, &c.* Nam cœcitas animi, pæna eſt peccati, vt docet D. Auguſt. Pſal. 57. Parua ne pæna eſt (inquit) obſcuratio cordis, & excæcatio mentis? ſi quis futurũ faciens ſtatim oculum perdidiſſet, oẽs dicerent Deum præſentẽ vindicaſſe. Oculum cordis amiſit, & ei percuſſiſſe putatur Deus? &c. ſer. 38. de verbis Dñi: Qui (inquit) ſe auertit à lumine vero (id eſt à Deo) iam cœcus efficitur, nondũ ſentit pœnam, ſed iam habet, &c. Palpant aũt improbi in meridie, ipſe luce meridiana circũfuſi non vident. Nonne meridiana lux eſt lex Chriſti, & doctrina Chriſtianum orbẽ illuminans?

Cęci mundo, videtes Deo.

D. Chryſ.

Deut. 28.

Cæcitas animi pæna peccati.

D. Auguſt.

At

Digitized by Google

At in meridiana hac luce palpant cœ
ci, non cernunt æterna, fluxis, caducisſ
que rebus temporis puncto et fluenti
1.Cor.3. bus inhærent. *Vſque in hodiernam diem*
(ait Paul. 2. Cor. 3.) *cùm legitur Moyſes,*
velamen poſitum eſt ſuper cor eorum, i. Iu-
dæorum, &c. Craſſum velamen poſi-
tum eſt ſuper cor & intellectũ Iudæo-
rum, ſuper cor hæreticorũ, ſuper cor
Mahometanorum, & ethnicorũ, qui
Chriſti fidem excœcati non vident.
Ex Chriſtianis quoq; orthodoxis mul
Velamẽ ſu per oculos poſitũ tollit cõſideratio. ti ſuper cordis oculos, cœcitatis ha-
bent velamentũ; qui licèt veram fidẽ
complectantur, illius tñ potentiſſima,
ad peccatũ ſuperandũ myſteria, ante
mentis oculos non ponunt, nõ voluũt
animo. Hoc velamẽ conſideratio Deo
iuuante aufert. Quicumq; ergo vult,
velamen cęcitatis abijcere, diuina, ę-
ternaq; conſideret, etenim rerũ æter-
narum conſideratio, miris ſplendori-
bus conſiderantis animum complet.

CAPVT IIII.

De cœco à natiuitate.

Morale.

Quis peccauit, hic, an parentes eius?

EGregium eſt conſilium, cùm pri-
mùm pęnam noſtram videmus,
in culpam conferre oculos: quod in
cœco hoc facere diſcipuli: pœnam cę
Qui pœnã ſuam uidet cauſam inquirat. Chryſoſt. citatis cõſpexerunt, mox culpa venit
in mentem. Idcirco rogant: *Quis pecca
uit, hic, an parentes eius?* Lege Chryſoſt.
hom. 27. ad populum Antioch. cùm a-
liquid [inquit] tibi contigiſſe videris,
illius peccati tui reminiſcere, &c. Qui
riuum cernit, vel fluuium, ex quonam
fonte oriatur, quærit: ſic, qui malum
cernit, vnde nã, veluti è fonte effluat,
Fõs malorũ peccatũ eſt. inueſtiget. Quòd ſi ex peccato emana
re repererit; fontem obſtruat, mali ra
dices, peccatum deſerendo extirpet.
Fame oppreſſum videmus populum,
peſte, vel alijs morbis vexatum, bel-
lo afflictum, in peccata oculos cõijcia
mus, tot malorum fontem, vt riui ex-

A ſiccentur, exhauriamus. Medicus cũ
primũ morbũ videt, mox eius cauſas
explorat. Eundẽ in modum nos cùm
morbos, cæteraſq; huiuſmodi à Deo
impoſitas plagas cernimus, mox in
cauſas, vnde ſæpè oriunt̃, videlicet ſce
lera noſtra, animaduertamus. Vexati
fratres Ioſeph Geneſ. 42 in ſcelus, qđ *Gen. 42.*
commiſerant, coniecere oculos; *Meri- Fratres Ioſeph agnoſcũt ſuum peccatum.*
tò (inquiunt) *hæc patimur, quia peccaui-*
mus in fratrem noſtrum, videntes anguſtias
B *animæ illius, dum deprecaretur nos, & non*
audiuimus, idcirco venit ſuper nos iſta tribu
latio, &c. Ex quibus vnus Ruben ait:
Numquid non dixi vobis, nolite peccare in
puerum, & non audiſtis me? En ſanguis eius
exquiritur, &c. Similem in modũ, qui
malo vexatur aliquo, in memoriã re-
uocet peccata, meritoq; ſe pati, & ve
xari intelligat, & exquiri a Deo pœ-
nitentiã. D. Chryſoſt. homilia citata. *Chryſoſt.*
Audi [inquit] fratres Ioſeph, qui dicãt
C *in peccato ſumus de fratre noſtro*, itidẽ &
tu, cũ aliquid acciderit, dicas: Etiam
in peccato ſumus; quoniam Chriſtũ
non audiuimus, quoniam iurauimus;
& iuramentorum periuria ſuper ca-
put meum venerunt, &c. Illi quoque
cum quib. Ionas nauigabat, immiſſæ
a Deo procellæ cauſam inueſtigarunt
Ionæ 1. *Sciamus* [inquiũt] *quare hoc ma- Ionas 1.*
lum ſit nobis, &c. Vt ſedaretur tempe- *Ob Ionę profugã venit tempeſtas.*
ſtas remedium à Iona petierunt: *Quid*
D *faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? &c.*
Cùm verò accepiſſent tempeſtatem,
propter Ionam ipſum fugientem, eſſe
excitatam, ex illis verbis: *Tollite me,*
& mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis,
ſcio enim ego, quoniam propter me, tempeſtas
hęc grandis uenit ſuper uos, &c. Ionam in
mare deiecerunt, ſedataque mox eſt
tempeſtas, mare tranquillatum. Si tẽ
peſtas aliqua aduerſus nos exoritur,
protinus cauſam inquiramus, & ſcia-
E mus vt illi aiunt] *quare hoc malum ſit no*
bis: non Ionam fugientem, ſed culpã
reperiemus latentem; quæ ſi rogetur,
reſpondebit; *Tollite me, & mittite in ma*
re, & ceſſabit mare à uobis, quoniam pro-
pter me tempeſtas hæc grandis uenit ſuper
uos. Tollatur igitur ex animo culpa, in
mare præcipitetur, & ceſſabit procel-
la à nobis.

Neque hic peccauit neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. A

Pena omnis ex peccato originali profluxit.

SEmper pęna culpā generalem, & originalem indicat, ex qua, tum mors, tum pœnæ aliæ effluxerunt. Si enim innocentiæ ſtatus ſtetiſſet, nulla culpa, nullaq; proinde pœna extitiſſet. At culpam hominis peculiarem, & actualem, non ſemper pęna demōſtrat.

Pęna non ſemper ex culpa peculiari emanat, & actuali.

Quænam pęnæ cum Chriſti cruciatibus conferri poſſunt? ij tñ nullū Chriſti peccatum indicabant, indicabant quidem peccata, ſed noſtra, non illius. B Iob tormenta multa pertulit, ex peccatis illa non ſunt orta, qua in re amici decipiebantur, cùm virū ſanctiſſimum, acerbiſſimo cruciatu affectum, pęnas dare peccatorū arbitrabantur.

Nazianz.

Quod D. Greg. Nazianzenus docet orat. 21. in laude D. Athanaſij. Cùm amici [inquit] Iob, dolorem perſpicerent, nec doloris arcanum intelligerent, in ea opinione verſabantur, C vt non virtutis explorandæ, ſed vindicandi ſceleris cā, hanc illi plagā inflictam eſſe exiſtimarent, &c. Idē docet alter Gregorius Magnus, in præfatione Moral. c. 5. Ita barbari illi, qui Act. 28 ex Pauli manu pendentem viperā viderunt, propter ſcelera manū Pauli inuaſiſſe ſerpentem iudicarunt. *Vtique* [aiebant] *homicida eſt homo hic, qui cum euaſerit de mari, vltio non ſinit eum viuere, &c.* D Decepti ſunt opinione ſua, tā amici Iob, quā barbari illi: nam neq; propter cōmiſſa crimina pęnas ſoluebat Iob, neq; Pauli manū pp peccatū aliquod vipera arripuit. Deniq; Tobię cęcitas pęna fuit, ſed culpæ indicium non fuit. Similem in modum mendici huius cęcitas, pœna quidē erat, ſed ſceleris alicuius ſignum non erat.

Multa ſūt pœnarum genera Gregor.

Etenim multa ſunt pęnæ genera, E vt docet Magnus Greg. in præfatione lib. Iob cap. 5. Aliquando percutitur peccator (ait Gregorius) vt abſq; retractatione puniatur, ſicut perituræ Iudææ dicitur, Ierem. 30. *Plaga inimici percuſſi te, caſtigatiōne crudeli,* & rurſus; *Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus, &c.* Aliquando percutitur peccator, vt corrigatur, ſicut cuidam in Euangelio dicitur Ioan. 5.

Ioan. 5.

A *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Verba n. ſaluatoris indicant, quia peccata præcedentia, habiti vim doloris exigebant. Aliquando quiſque non pro prętérita culpa diluenda, ſed pro futura vitāda percutitur. Quod apertè Apoſtolus Paulus de ſemetipſo teſtatur dicens: 2. Corinth. 12. *Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Nō

2. Cor. 12.

B numquam vero quis neq; pro præterita, nec pro futura iniquitate percutitur; ſed vt ſola diuinę virtutis potentia ex amputata percuſſione monſtretur. Vnde Dominus Ioan. 9. reſpōdit: *Neque hic peccauit, neque parentes eius,* ſed vt manifeſtentur opera Dei. Hęc Gregorius. Quibus adde aliquos affici pęna, vt inſtar auri probentur, meritiſq; cumulentur, & exemplum alijs præbeant, ſic Iob. & Tobias pæna affecti C ſunt. Tob. 2. *Hanc tentationem.* ſ. cęcitatis. *ideo permiſit Dominus euenire illi vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob, &c.* & cap. 12. ait Angelus Raphael, *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te, &c.* Illa adiūge, quæ Diuus Diadochus præclarè ſcripſit capite 94. in lib. de perfectione Spirituali; in quo docet hominem laboribus, & infirmitatibus probari, vt ſigillum in eo Dei imprimatur: Sicut (inquit) in cera, niſi multum tepe D facta & mollita ſit, non poteſt ſigillū imprimi; ſic nec in homine ſigillum virtutis Dei imprimi poteſt, niſi ex laboribus, & infirmitatibus probetur, idcirco Dominus beato Paulo dixit; *ſufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, &c.*

Tob. 2. & 12.

D. Diadoc.

Non pōt ſigillum imprimi niſi ī cera molli.

2. Cor. 12.

Qui ergo pænam in altero cernit, neque peccatum videt, ex peccato emanaſſe pænam nō iudicet, probationi potius tribuat, ne ſimilis ſit barbaris illis, de quibus ſuprà diximus. E Malus [ait D. Gregor. Nazianzenus orat. 21. citata] celerrimè adducitur, vt bonū ēt virū condemnet; cōtrà, vir probus, ne malū quidē facile condemnarit. Qui n ad vitiū minimè procliuis eſt, is nec facilè ad malè de alio ſuſpicandum mouetū, &c. Qui verò pęnā in ſeipſo & peccatum intuetur, pænæ

Greg. Naz.

Iudiciū temerarium.

cau-

cauſam peccatum eſſe credat, cauſamq; tollat, ſi effectum tolli vult, tollat culpam iuuante Deo, vt Deus tollat pœnam. Suauis pœna eſt, quæ a culpa liberat, fœlix percuſſio, quæ ſanitatem affert, pretioſa ira Dei, quæ vulneri medetur maximo, id eſt, peccato. Apoc. 15. *Vnus de quatuor animalibus, dedit ſeptem angelis, ſeptem phialas aureas plenas ira cundia Dei viuentis, &c.* Aures pretioſiſq; phialis effunditur pretioſa ira Dei, quæ peccati vulnus ſecando ſanat. Percutit Deus putredinem facinoris (ait Auguſt. Pſal. 50.) ſanat dolorem vulneris. Faciunt hoc medici, ſecant, percutiunt, & ſanant, armant ſe vt feriant, ferrū geſtant, & curare veniunt. Sic ille. Geſtat medicus ferrū; & curare venit, ſic geſtat pœnā Deus, veluti ardens cauterium, & venit curare. Infelix q cauterio aduritur, nec tamen ſanatur, & Domino derelinquitur. iuxta illud Ierem. c. 51. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam, &c.* D. Greg. 3. p. Paſtor, admonit. 14. Babylon (inquit) curatur, nec tamen ad ſanitatem reducitur, qñ mens in praua actione confuſa, verba correctionis audit, flagella correctionis percipit, & tamen ad recta ſalutis itinera redire contemnit, &c.

Suauis pœna quæ à culpa liberat.

Ira Dei pretioſa.

Apoc. 15.

Auguſt.

Ierem. 51.

D. Greg.

Vt manifeſtentur opera Dei in illo.

OCuli hominis ſpecula ſunt, obiectas enim res veluti ſpecula repræſentant. Vnde Plin. lib. 11 c. 37. Oculis (inquit) abſoluta vis ſpeculi eſt, vt tam parua illa pupilla, totam imaginem reddat hominis, &c. Cœci huius oculi ſplēdidiſſima fuere ſpecula, rem quę præſtantiſſimam toti orbi repræſentarūt, nimirum Dei opera, omnipotentiam, & gloriam. *Vt manifeſtetur* (ait Dominus) *opera Dei in illo, &c* Pſal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei, &c* Enarrant cęlorū ſydera gloriam Dei; eandem gloriam duo illi oculi, à Chriſto Sole, veluti duo præclariſſima ſydera, illuminati, enarrauerunt. Omnipotentiam prædicabant, mirandum in modum ex luto efformati, lumineoq; clariſſimo illuſtrati. Illum enim, qui effor mauerat, & illuminauerat, eundē eſſe

Oculi hominum ſunt ſpecula.

Plinius.

Pſal. 18.

Oculi dati cęco Dei glo riā enarrarunt.

A oſtendebant, qui totū hoiem orbis initio condiderat ex limo terræ: gloriam irē illius toto Iſraelitico populo perſonabant, qui q à ſæculo non erat auditū miraculum, efficere potuerat. *A ſæculo non eſt auditum* [ait illuminatus cęcus] *quòd aperuerit quis oculos cœci nati.* Corpus cęci Deus effecerat, ſed imperfectum reliquit; vt quod nulli hominum perficere poterant, perficiēdo hominibus potentiā ſuā indicaret. Vt
B ſcribit Plinius lib. 35. c. 10. celebratiſſimus pictor Apelles Veneris imaginem inchoauit, quam perficere morte præreptus, nō potuit, poſtea verò, qui perficeret, inuentus eſt nullus. Alterā perfecit, cuius inferior pars corrupta eſt. Verùm [ait Plin.] ipſa iniuria, imaginis ipſa corruptio, ceſſit in gloriam artificis. Nam qui reficeret, non potuit reperiri. Eundē in modū;
C ipſa cęcitas cęci nati, ceſſit in gloriam artificis Chriſti, nullus. n. reperiri potuit, qui cæci nati oculos reficeret; Chriſtus imagini, quam imperfectā reliquerat, quod deerat, addidit Eius enim erat, qui imaginem fecerat, quam fecerat, perficere.

Plinius.

Apelles venerē inchoatā nemo potuit perficere.

Me oportet operari opera eius, qui miſit me. Venit nox quando nemo poterit operari, &c.

D

QVamdiu vita ſuppetit dies eſt, poſt mortē nox; oportet nos operari dum dies eſt, operari inquam, opera Dei ſancta, Deoq; placentia. *Venit nox*, i. mortis caligo, *quando nemo poterit operari*, etenim poſt mortem operandi tempus non eſt, ſed mercedem accipiendi. Pſal. 103. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam, vſque*
E *ad veſperum, &c.* Vſque ad Veſperum mortis tantum modò operatur homo poſtea propter bona opera mercede donatur, propter mala ſupplicio afficitur. Hoc idem indicat illud Matthæi 20. *Cùm ſero factum eſſet dixit Dominus vineæ procuratori ſuo: voca operarios, & redde illis mercedem, &c.* Cùm ſero eſt factum, i. in morte, vocat Deus operarios, ſoluitque mercedem; dum dies eſt, operantur, idcirco enim operari dicuntur. Ad Galat. 6. *Dū tempus habemus.*

In vita operandum, in morte præmium dabitur.

Pſal. 103.

Matth. 20.

Galat. 6.

Digitized by Google

A *bemus, operemur bonum, &c.* Indicat Paulus nos non ſemper tps, & diem habituros. nox n. aduenict. Hanc igitur, quã habemus diem, bonis operibus oportet impendere, non otioſè perdere. Legatur Chryſoſtomus hom. 57. in Ioã.

D. Chryſo.

Breue (inquit) tps nobis in præſenti vita præſtatur: quo niſi in neceſſarijs vtamur, quid illuc migrantes faciemus? &c.

Neceſſarijs rebus tribuendum eſt tps, non otioſis, non vanis, non flagi- B tioſis. Hoc ſuadet Lucilio Seneca epi. 1. Vẽdica (inquit) te tibi, & tps quod adhuc aut auferebatur, aut ſurripiebatur, aut excidebat, collige, & ſerua, &c. Item: Turpiſſima temporis iactura eſt, quę per negligentiã fit, & ſi volueris attendere, magna vitæ pars elabitur male agentibus; maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quẽ mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? &c. Ponamus quęſo tẽpo- C ri pretium, rem pretioſam non niſi in pretioſis reb. conſumamus. Viliſſimo pretio ille tps vendit, qui viliſſimis rebus i. inanibus, & caducis, tps impendit; ille magno pretio vendit, qui rebus ad animi ſalutẽ, ęternitatemq́ue attinentibus vacat. Ad Epheſ. 5. *Redimentes tempus* [ait Paulus] *quoniam dies mali ſunt. &c.* Redimendum eſt tps, nõ captiuitati ſubijciendũ. Nonne tps captiuum eſt, id quod peccatis, futilibuſ- D que negotijs ſeruit? Redimamus tps, libertate donemus, ex ſeruitute peccati, carnis, mundi eripiamus. *Dies quidem mali ſunt*, hoc eſt, occupationibus laborioſis, periculis, & peccatis hominum pleni: ſed nos tps ab his occupationibus redimamus, ac liberemus, vt Dei ſeruituti, quæ vera libertas eſt, illud impertiamur. Qui hominem redimit, pretium ſoluit, vt redimat; eundem in modum, vt tempus animi E negotijs impendendum redimamus aliquid pretij dandum eſt. Quidnam dabimus pretij, voluptates, epulationes, vana negotia, ludos, otiũ, inanes occupationes, quib. implicamur. Hęc enim ſi pro redimendo tpe reliquerimus, tps redimemus, liberumq́; ſummi, atq; æterni momenti negotijs impendemus. Audiamus Hieronymum

De tẽpore expendẽdo. Seneca.

Ad Epheſ.

Redimẽdũ tempus.

D. Hieron.

A in verba Pauli indicata; Qñ (inquit) in bono opere tps conſumimus, emimus illud, & proprium facimus: quod malitia hominũ venditũ fuerat, &c. In bono opere tps conſume, & tps emiſti, tuũque, & propriũ feciſti. Nã ſi aliquod tps in malo opere conſumis, id tuum non eſt, ſed malitia tua venditum dæmoni. *Dies* [ait Apoſtolus] *mali ſunt*, malos dies faciunt mali, bonos dies faciunt boni. Si bonus fueris, oẽs dies B vitę tuę facies bonos, ſi malus, omnes dies facies malos. Tecũ mutantur dies, te ſequuntur; qualis ipſe fueris, tales & dies erunt: qualia fuerint opera, quę feceris, tales efficies dies, & horas, in quib. operaberis. Si huius ſæculi opera effeceris, huius ſæculi dies erunt; ſi ęternitati operaberis, æternitatis dies nominabuntur. D. Hieronymus loco citato; *Redimentes* (ait) *tempus*, quod in dieb. malis eſt: quodammodo immu- C tamus illud, & dies malos in bonos vertimus, & facimus illos non pręſentis ſæculi, ſed futuri. Sic ille. Appellat Paulus loco citato *tempus, καιρὸν, i. opportunitatem Redimentes* [inquit] *opportunitatem*: hoc. n. vitæ tps opportunũ eſt, ad gerenda animi negotia, poſt mortem opportunitas perit. *Oportet ergo nos operari dum dies eſt* opportunus ad operandum, *venit* importuna *nox*, i. *quando nemo poterit operari.* D

Quo pretio tẽpus redimendum.

Mali dies malorũ, boni, bonorũ.

D. Hieron.

Liniuit lutum ſuper oculos eius.

VErbo ſolo ſanitatem cõtulit cęco Dominus, Luc. 18 *Quid tibi vis faciam?* rogat cęcum. At ille: *Domine* [inquit) *vt videam*, tùm Chriſtus, *Reſpice*, ait, *fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim vidit.* Nunc verò non ſolo vtitur verbo, ſed lutum adhibet, vt cęco lumen E afferat. Quorsũ hoc? Hac re hominis ſe conditorem profitetur, vt docet D. Thomas in Ioan cap. 9. His verbis; inter membra præcellit caput, inter mẽbra capitis oculus excellentior inuenitur, formando ergo oculum, cæteris corporalibus excellentiorem, oſtẽdit ſe creatorem eſſe totius hominis, & naturæ corporeæ, &c. Ex luto fecit hoĩem Deus; ex luto reſtituit homini ocu-

Cur Dñs luto vſus ſit ad illuminandum cecum.

D Thom.

Gen. 2. & 3

oculos. Si veſti pars aliqua deeſt, ex ſimili panno reſarcit. Eundē in modū deerat hoīs veſtimēto, i. corpori, pars potiſſima, ſ. oculi ex panno eodem, ex quo corpus factum eſt, i. ex luto reficit. *D. Auguſt.* D. Auguſt. in quæſt. ex nouo teſtō, quæſt. 33. Non aliter (inquit) Chriſtus vitium corporis emendauit, q̃ conditor fecit, per id emendauit, quo erat conditū. Sic ille. *D. Irenæus* Et D. Irenæus admirabile hoc opus ait, manū illā potentiſſimā oſtendiſſe, q̃ initio orbis hominem ex luto effecit, lib. 5. c. 15. *Dominus* (inquit) *fecit lutum, & ſuperliniuit illud oculis*, oſtendēs antiquā plaſmationē, quemadmodū facta eſt, & manū Dei oſtēdens, per quā ex limo plaſmatus eſt hō, &c. *Theophyl.* Theophylactus: Oſtendit Chriſtus per lutum, ꝙ ipſe ſit, qui Adam de luto formauit. *Chryſoſt.* D. Chryſoſtomus homil. 55. Cùm ex limo formatū hominem audiſſent, ideò Chriſtus nunc oculum finxit. Si n. dixiſſet, *Ego è terra formaui hominem*, arduum viſum eſſet auditoribus; re ipſa autem oſtenſum, iam negari non poterat, &c. Lege eūdem Chryſoſtomum, 1. Corint. hom. 4. *Euthym.* Euthymius; Puluere vſus eſt Dominus, vt oſtendat ſe eſſe, qui corpus Adam ex puluere formauit, &c. Diuus Chryſologus ſerm. 176. Chriſtus [inquit] imponit lutum, vt creante manu, inde homini ſuppleret lumina, vnde hominem fecerat totū, &c. D. Ambroſius Luc. 22. Cæco viſus luto reformatur. Iubere potuit Chriſtus, ſed operari maluit. Vt cognoſcamus ipſum eſſe, qui è limo terræ corporis noſtri membra formauit, &c. Item epiſt. 75. Quòd lutū fecit Chriſtus, & ſuperunxit oculos cæci, quid aliud ſignificat, niſi vt intelligeres, quia ipſe hominem luto illito reddidit ſanitati, qui de luto hominem figurauit, &c.

Ex luto Deus hominē fecit, ex luto oculos cæci refecit. Ambroſius

An primus hōfuerit ex luto creatus?

Sed dubiū eſt, an ex luto, i. ex terra permixta aquæ ſit primus hō à Deo creatus, an ex ſolo puluere? Cardin. Tolet. Ioan. 9 arbitratur ex ſolo puluere abſque aquæ permixtione factū probat, quia Gen. 2. Hebraicè habet, ויצר יהוה א׳הים האדם עפר מן האדמה *vaiecer* ADONAI *elohim haadam hhaphar min haadamah, & formauit* DOMINVS *Deus hominem puluerem de terra*, nomen enim Hebræum עפר *hhaphar*, *puluerem* ſignificat. Reſpondemus ex luto effectum hoīem. Probatur ex noſtra verſione vulgata q̃ ſic hēt Gen. 2. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, &c.* Quid ſit autem limus terræ docet Auguſt. lib. 2. de Gen. cōtra Manichæos, cap. 7. *D. Aug.* Limus [inquit] aquæ, & terræ commixtio eſt, &c. Ergo ex aquæ, terræque commixtione, i. luto, formatus eſt homo a Deo, quemadmodū à figulo vas formatur ex luto, non ex ſolo puluere. Hinc illud Iob 10. *Memento queſo, quòd ſicut lutum feceris me, &c.* Quo loco D. Gregorius: Vt lutum (inquit) factus eſt homo, quia de limo eſt ad conditionem ſumptus, &c. Probationi allatæ reſpondetur, rectè à noſtro interprete nomen עפר *hhaphar*, eo in loco pro terra ſumi vel puluere permixto aquæ. *D. Greg.* Ait autē D. Gregorius in Iob. c. 10. animā hoīs aqua, corpus verò terra indicari; ſicut lutum (ait) homo eſt conditus, quia quaſi aqua infundit puluerem, cùm anima rigat carnem; &c. Idē dixerat D. Auguſtinus loco citato, his verbis: *D. Aug.* Non abſurdè corporis, & animę commixtio limi nomen accepit. Sicut. n. aqua terram colligit, & conglutinat, & continet, qñ eius commixtione limus efficitur, ſic anima corporis materiam, viuificando, in vnitatem concordem conformat, & non permittit labi, & reſolui, &c.

Iob 10. Q̃uo ex[...] toto hō factus ſit.

Quid a[...] bret lutu[m] oculis i[m]poſitum. Ambroſ.

Adumbrat etiam luti ſuper oculos impoſitio, peccatorū noſtrorum, fragilitatis, ac luti, cōſiderationem Ambroſius lib. 3. de Sacramentis, c. 2. Tibi [inquit] impoſuit lutum, id eſt, conſideratione fragilitatis tuæ, &c. Huc pertinet illud vulgatum; *Memento homo, quòd puluis es, & in puluerem reuerteris*: imponit Eccleſia ſuper oculos noſtros lutum noſtrum, vt illud intueamur, & fragilitatis noſtræ memores, ac mortis, pœnitentiam agamus.

Fragilit[as] humana

Sunt cæci quidā à natiuitate, hoc eſt, propter natiuitatem nobilem, hi qđ ex nobilibus parentibus orti ſint, penitus excœcantur, fragilitatē ſuā non vident, ſuperbia, & audacia efferunt, quæ vera nobilitas ſit non cernunt.

A Si lutum ſuum ſuper oculos ponant, hoc eſt, ſi vilitatem, fragilitatem, pulueremq́; ſuum conſiderent, recipiẽt lumen. Apocalyp.3. *Dicis, quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, & cęcus, & nudus, collyrio inunge oculos tuos, vt videas, &c.* Saluberrimũ collyrium eſt lutum; oculis impoſitũ eorum, qui ſe nobiles, diuites, ſapienteſq́ue eſſe iactant, miſeros, pauperes, cę- B cos, nudos, eſſe demonſtrat, & vmbram, atque puluerem.

Apoc.

Præterea, lutum ſuper oculos poſitum, indicat hominum oculos luto, hoc eſt, terrenis rebus obcæcari. Quemadmodum enim luna, ita homo interpoſitu, interiectuque terrę, lumine priuatur. Qui in oculis terram fert, hoc eſt, qui valde terram amat, cęlum non amat, non videt. Aquila puluere excuſſo in oculos ceruorum caliginẽ C illis offundit, præcipitatque in rupes: ſic dæmon, ſic mundus, in oculos caducarum rerum puluere iniecto, hominibus terram obducit noctem, prę cipitesque dat in tartarum. Hac de re Plinius ita ſcribit, lib.10. c.4. Pugna eſt cum ceruis aquilæ, multùm puluerem volutatu collectum Aquila inſidens cornibus cerui, excutit in oculos, pennis ora verberans, donec præ D cipitet in rupes, &c. Hinc illud Deut. 16. *Non accipias munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, &c.*

Terrenę res excęcant.

Plinius.

Deut.16.

Diuus Auguſtinus hoc cęco, qui ſine luce, editus erat in lucem, hoïes à natiuitate cęcos ſignificari arbitratur ſecũdùm mentem [inquit] omnis homo cęcus natus eſt, &c. Omnis enim homo fidei, gratiæ, & caritatis lumine orbatus oritur, & ſine luce ſuper- E naturali in hãc lucem naturalẽ emittitur. Quod ſi quærat quiſpiam, cùm diſcipulis: *Quis peccauit, homo, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?* Non reſpondebimus, *neque hic peccauit, neque parentes eius:* ſed, *hic peccauit, & parentes eius, vt cæcus naſceretur:* Nam Adamus, & Eua, parentes noſtri, diabolo ſtimulãte peccauerunt; nos verò ab Adamo, originarium peccatum cõtraximus; ideoq́; cęci naſcimur. Excęcator fuit diabolus, Chriſtus verò eſt illumina-

D. Auguſ.

Peccatum originale.

A tor Auguſt. lib.50. hom.43. Ideò [inquit] Chriſtus venit illuminator; quia diabolus fuerat excęcator. Omnes cęcos naſci fecit qui primum hominẽ decepit, &c. Cęcum autem a natiuitate hominem, illuminauit Dominus, per incarnationem admirabilẽ, quã luto illo omni balſamo pretioſiore, ex diuina ſaliua, & terra confecto adumbrari: ſentit idem ſanctiſſimus Pater B tract.43. in Ioã De ſaliua [inquit] ſua lutum fecit, quia *Verbum caro factum eſt, &c.* Saliua illa Chriſti ſaluberrima verbum diuinum adumbrari credit, quòd quemadmodum ſaliua à capite ita ex Patre oritur: terra humanã naturam indicari cenſet homil.43. in li. 50. homil. Saliua (inquit) quaſi Verbũ eſt, terra caro eſt, &c. Tunc verò admiſcuit Deus ſaliuam terræ, quando Verbum diuinum cum humana natu C ra copulauit. Tunc præſentiſſimum noſtræ cęcitati collyrium compoſuit. Idem Auguſtinus tract.2. in Ioan. Caro [inquit] te cęcauerat; caro te ſanat. *Verbum caro factum eſt,* medicus tibi fecit collyrium, &c.

Chriſtus illuminator diabolus excęcator.

Auguſt.

Ioan.1.

Incarnatio per ſaliuã deſignata.

Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus.

D Natatoria ſiue piſcina Siloe ex ſententia Auguſtini, & aliorũ, baptiſmi piſcinam adumbrat. Significat Siloe, *Miſſum*, quia baptiſmi Sacramentum, *Miſſi*, i. Chriſti eſt, à Chriſto inſtitutum, Chriſti meritis peccata omnia delens. Gen.49. dicitur Chriſtus a Iacob mittẽdus; *Donec* (inquit) *veniat, qui mittendus eſt.* Hebraicè, עד כי יבא שילה *khad chi iabo ſchiloh, vſquequo veniat Schiloh*, olim mittendus erat: E nunc iam eſt miſſus. Cęcus in piſcina Siloe, oculorũ lumine illuſtratus eſt; cęci peccatores in piſcina Chriſti lumine illuſtrantur mentis. Quamobrem baptiſmus illuminatio appellatur D. Gregor. Nazianz. Orat. de baptiſmo, baptiſmus (inquit) illuminatio dicitur, quia ſplendor eſt, & claritas, &c. Eodem loco Nicetas: Baptiſmum [ait] illuminationem appellamus, quia per eum ſanctam illam lucem intuemur, atque ad diuinum lumen

Siloe typus Chriſti miſſi, & baptiſmi.

Gen.49.

Baptiſmus illuminatio.

Greg. Naz.

Nicetas.

men

A men intuendum oculorum acie polleмus,&c. Significat, vt diximus, Siloe, miſſum, *Siloe aquam emittit cum ſilentio*, vt Iſaias ait, c.8. Eundem in modum Chriſtus miſſus à Patre abſque armorum vixit ſtrepitu, abſque pompa, apparatuque regio *Cum ſilentio Siloe*, i. miſſi, aqua fluxit. Sed Iudæi, vt Iſaias ait, *aquas Siloe cum ſilentio*, & paupertate fluentes abiecerunt, idcirco Romani belli procelloſis fluctibus oppreſſi ſunt. Senſu myſtico hoc indicãt verba illa cap.8. Iſai. *Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cũ ſilentio, & aſſumpſit Raſim, & filium Romelsæ, propter hoc, ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Aſſyriorum, &c.*

Meſſias venit in ſilentio paupertatis, &c.

Iſai. 8.

B Obſeruat D. Chryſoſtomus cæci obedientiam. Cùm luto implerentur oculi re maximè oculis contraria, nõ repugnauit; in Siloam fontem miſſus obtemperauit. Superbus ſi fuiſſet, ſibi illud putaſſet. Chryſoſtomus hom. 56. in Ioan. Intuere [inquit] cæci animũ in omnibus obtemperantem. Prębuit vultum, nihil ſollicitus, an lutũ eſſet, an ſputum, & quid ſibi Siloa opus eſſet: Non, cur lutum liniret ſuper oculos, aut cur lauari præceperit. Nihil tale reputauit; illud dumtaxat, vt obtemperaret, &c.

obedientia cęci.
D. Chryſo.

Alij dicebant quia hic eſt, alij nequaquam.

ILluminatus cęcus ſic mutatus eſt, vt alius videretur. Eundem in modum, qui mente cęci ſunt, neq; æterna conſiderant; ea ſi conſiderent, & illuminentur, ita mutantur, vt alij eſſe videantur, & cũ Paulo dicant ad Gal. 2. *Viuo ego, iam non ego, &c.* lib. 1. Regũ, c.10 Sauli ait Samuel: *Inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis; & mutaberis in virum alium, &c.* Nã Spiritus Domini eos in quos inſilit, immutat, quod aperte Apoſtoli confirmant, inſiliente è cęlis diuino Spiritu, planè mutati. Mutat linguam, oculos, veſtes amicos, cæteràque omnia. Linguam detrahentem, ac garrulam, in linguã laudantẽ, ac ſilẽtẽ; oculos laſciuos, in modeſtos, ac caſtos, veſtẽ a Chriſtiana modeſtia alienã, in veſtẽ Chriſtiano dignam, amicos improbos, in probos, oĩa alia, quę mala ſunt, in bona, q̃ verò bona ſunt, cõmutat in meliora. Præcipit Paulus Chriſtiano, vt nouũ hominẽ induat ad Epheſ. 4. *Induite* [inquit] *nouum hominem, &c.* Nouũ hominem qui induit, alius homo vẽ, nouos induit oculos ad cernendũ, nouas manus ad operandũ, nouũ cor ad diligẽdum, nouũ deniq; animũ, nouumq́ue aſſumit corpus, propterea ꝙ mores mutat, tùm animi tùm corporis. Veteres exuit, induit nouos. Matth. 16. ait Dñs; *Qui vult venire poſt me; abneget ſemetipſum, &c.* qui ſe abnegat, mutat id quod erat, in id quod non erat. Huc illud pertinet D. Ambroſij lib. 2. de pęnitentia c.10. Seipſum (inquit) ſibi homo abneget, & totus mutetur, ſicut quemdã adoleſcentẽ fabulæ ferunt, poſt amores meretricios peregrè profectũ, & abolito amore regreſſum, poſtea veteri occurriſſe dilectæ, quæ ab ipſo non interpellata mirata, putauerat ſe non recognitam, rurſus occurrens dixerit, ego ſum, reſponderit ille, ſed ego non ſum ego. Hæc Ambroſius. Sic hominem abnegatio immutat, & pęnitẽtia, vt verè dicere queat, ego non ſum ego.

Qui uidẽt, & illuminatur, mutantur ad Gal 2.
1. Reg. 10

Epheſ. 4.

Nouus hõ quomodo quis fiat.

Matth. 16.
Abnegator ſui quid faciat.
D. Ambro.

C

D *Erat ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.*

SAbbatum requiem, & ceſſationẽ ſignificat Hebræis. In ſabbato aperit Chriſtus oculos, hoc eſt, in requie, & ceſſatione. Videlicet, cùm cœcus homo, quem caducarum rerũ negotia occupationeſq; opprimunt, & excęcant, ceſſat, ac requieſcit, æterniſq; rebus meditandis vacat, tunc eius oculi aperiuntur, tunc lumen recipit, & immutatur. Quicumq; ergo terrenorum negotiorũ puluere, mentis oculos plenos, mundiq; caligine circũfuſos geris, aliquid his negotijs decerpe tẽporis, quod multo maioris ponderis negotio, nempè æternę ſalutis, vel damnationis, tribuas. Pſal. 45. ait Dñs: *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus, &c.* Vaca, & vacãdo vide, & intellige, Deum te habere. Qualis hic Deus ſit, q̃ bonus, q̃ iuſtus, quã miſericors,

Cur in ſabbato Chriſtus aperuerit oculos.

Meditatio.

E

Pſal. 45.

ricors, quã potens, quã ſapiens, tecũ ipſe expẽde, quæ improbis ſalutis ſuæ negotium negligentibus, ſupplicia, q̃ probis animæ ſuæ diligenter curã gerentibus præmia proponat, animaduerte. Deniq; ſabbatum tibi cõpara. i. otium, in quo agas animæ tuæ negotium. Lutũ ex quo efformatus es, mẽtis oculis impone, hoc eſt, corporis vitæq; humanæ fragilitatẽ, imbecillitatemq; conſidera, Siloam frequenter pete, hoc eſt, pœnitentiæ piſcinã, cuius aquæ, vt Iſai. 8. dr̃, *vadunt cum ſilentio*, mirando n. ſilentio peccata quæ confiteris occultantur: lutum in hac piſcina ablue, hoc eſt, peccata oĩa, id vero ſæpe facito, ſi oculorũ vis ſeruare lucẽ ſplendidã. Ne deſeras aquas cũ ſilentio fluentes, ne te æterni maris procelloſi fluctus obruant. Iuxta illud Iſai. 8. *Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cũ ſilentio, &c. Propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, &c.* Qui cõfeſſionis ac pœnitentiæ aquas abſq; ſtrepitu, ſonoq; fluentes, abijcit, turbulentiſſimis, amariſſimiſque Orci fluctibus opprimitur.

Adducunt eũ ad Phariſæos, qui cęcus erat?

Baptizatũ ad prælium oportet accingi. *Theophyl.*

QVi in Siloa, i. baptiſmi, vel pœnitentiæ fonte ablutus eſt, & illuminatus; arma induat, non. n. decrunt prælia. Illuminatus cęcus mox apprehenditur, & ducitur ad Phariſæos, cõſtanter corã illis Veritatẽ profitetur, conuitio afficitur, foraſq; eijcit. Theophylactus Ioan. 9. Oportet (inquit) in Siloam ire, fontem baptiſmatis. Verũ vbi baptizatus quis fuerit, tunc & tentationibus ſubiacebit, ducetur. n. ad Reges propter Chriſtum, qui ſanauit illum. Oportet igitur firmiter ſe gerere, & ſtare in confeſſione conſtanter, nec propter metum negare, &c. Non abiecit animum cœcus illuminatus, conſtanter reſpondit; ita vt dixerint Phariſæi, *& tu doces nos?* Sic à Dei luce colluſtratus homo, in medijs tentationibus animum non demittit, ſed extollit aduerſus pondera, inſtar palmę. Hinc illud D. Bernardi epiſt. 256. Ad Eugenium ſummum Pontificẽ. Legi

A (inquit) apud quendam ſapientem: Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate, ego autẽ dico, fideli homini magis eſt inter flagella fidendum, &c. Addit: Tu amicæ ſponſi, amicum te in neceſſitate probato, &c.

Vt qui non vident videant, & qui uident, cæci fiant?

B CAueant ſibi ij qui videntes ſunt Reipublicæ, hoc eſt, qui populũ docent, qui viam illi oſtendunt, ne cęci fiant. Nam ſæpe videntes cęci ſunt, & qui nõ vident, i. imperiti, quæ ſunt diuina, & æterna vident. Vnde Aug. nouã vitam iam parturiens lib. 8. confeſ. c. 8. Surgunt (inquit) indocti, & cęlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, & ecce vbi volutamur, in carne, & ſanguine, &c.

Auguſt.

C Caueant etiam populi videntes, i. fidei lumine præditi, ne cœci fiant, i. ne fidei lumen propter peccata amittant. Vicinos populos olim magna illuſtratos fide ipſis talpis videmus cœciores eſſe, perſequique, & morte acerbiſſima videntes mulctare. Qui videbant, id eſt, ethnici, Indi, atque Ethiopes facti ſunt videntes. Nonne illud videmus quod Iſaias cap. 29. prædixit? *Conuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur.* D *Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cœcorum videbunt, &c.* Heu quot Charmelos amœniſſimos, ac fœcundiſſimos montes, videmus in ſaltus, plenaſque feris ſyluas commutatos. Sed videmus etiam multos ſaltus, multaſque ſyluas commutatas in Charmelos. Si videmus magnam Angliæ olim videntis partem excœcatam, ex Germania quoque alijſque Septemtrionalibus locis priuatos multos fidei lumine, E videmus etiam multos in vtraque India in eorum locum vocatos, illuſtratos fidei luce. Audiunt, vt Iſaias ait, *ſurdi verba libri*, id eſt, Scripturæ ſacræ, quam hæretici deprauant, & de tenebris, & caligine idololatriæ educti oculi cœcorum iam vident.

Verumtamen, quemadmodum in ſaltibus, ac ſyluis flores multi reperiuntur,

Digitized by Google

riuntur, ex quibus ſuauiſſimus efflatur odor; ita inter illas hæreticorum ſyluas, ac dumeta, multi reperiuntur viri, fœminæq; veluti flores pulcherrimi, antiqua fide niteſcentes, ſuauiſſimùmque toti Eccleſiæ exempli odorem efflantes. Quibus egregiè illud congruit Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, &c.* Quēadmodum enim inter ſpinas, vepreſque, lilia pulchritudinem ſuam ſeruant; ſic inter impiorum veprera, illi veræ fidei ſeruant puritatem. Ab ſpinis quidem punguntur, ſed quo punguntur magis, eò ſuauiorem exhalāt odorem. Eodem Cāt capite, de Chriſto dicitur; *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios, &c.* Imitantur Chriſtum. Inter ſylueſtria atque infrugifera ligna, æterno præparata incendio, id eſt, inter hæreticos, ſicut mali ſunt arbores pomiferæ. Quis ignorat, quàm dulcia bonàque poma ex his malis Chriſtus hiſce annis collegerit? Quænam meliora, quæ dulciora poma ſunt, ipſa martyrum præclara fide, amore, patientia, denique morte? hęc martyres inclyti, quos Anglia protulit, Chriſto protulère, velut inter ſylueſtres arbores conſitæ mali. Hæc aromata illa ſunt ſuaue olentia, de quib. Cant. 4. ait, *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius, &c.* Surrexit in Anglia ſæuus, frigidúſque Aquilo, id eſt, perſecutio, ſurrexit quoque dulcis, calidúſque Auſter, id eſt, Spiritus ſanctus. Perflat hortos Domini ferox Aquilo hortorum pernicies, ſed ſimul perflat cœleſtis Auſter, hortorum deliciæ. Ex fæcundis arboribus cùm ab ijs contrarijs perflantur ventis, poma fluunt, fluunt quoque diuina præclariſſimarum virtutum aromata. De quolibet Anglię martyre verum illud eſt Domini Cāt. 5. *Veni in hortū meum,* id eſt acceſſi, vel introiui in ortum meum, *meſſui myrrham meam, cum aromatib meis, comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo, bibite amici, &c* Ingreſſus eſt Dominus hortos ſuos animas martyrū fortiſſimorum; meſſuit, id eſt, collegit myrrham cum aromatib hoc eſt ſummā vſq; ad mor-

A tem patientiam, cū multis virtutibus connexā. Comedit fauum cū melle, bibit vinum cum lacte, faui enim dulciſſimo pleni melle, martyres ipſi erant, vinum cū lacte, ſanguis ille pro vera, Apoſtolicáq; fide profuſus. Hoc Chriſti cōuiuiū: *Bibite* (ait) *amici.* Fruamur illo nos quoque: Fruemur, ſi martyres imitabimur: illi magna, nos quę ſe offerunt, parua, pio amante, atque amato Domino toleremus.

B Pulchra vt luna eſt Eccleſia, ſi vna in parte obſcuratur, in altera illuminatur: obſcurat̄ in Septemtrione, illuminatur in Oriente, atq. Occidēte. Cœlum eſt, ſed ſtellas habet mobiles, quæ moueri, & cadere poſſunt. Cecidère multæ: multas alias in cęlo eodē, Dei miſericordia collocauit. Sol cum quibuſdā occidit, alijs orit̄: ſic Chriſtus cum lucem ſuam ſapientibus, & apud ſemetipſos prudentibus, ac ſu-

C perbis, abſcōdit, paruulis & humilib. aperit. *Abſcondiſti* (ait Matth. 11.) *hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Sapientib. & prudentibus ijs, qui caput ſequunt̄ ſuū, Eccleſięq; caput deſpiciunt, abſconditur fidei lumen, paruulis, qui caput Eccleſiæ totius Pontificem ſummū ſequunt̄, ac venerantur detegitur. Cecidere multi, caueamus nobis, ne cadamus. *Tu fide ſtas* (ait Paulus ad Rom. 11.) *noli al-*

D *tum ſapere, ſed time, &c* & 1. Cor. 12. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat, &c.* Apoc. 3. *tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam, &c.* Non tenuerunt, quod habebant nouatores; coronas illorū, noui acceperunt in Oriēte, & Occidēte fidei cultores. Nos verò theſaurū fidei teneamus Idumæóſq; tartareos caueamus, quorum illa vox Pſal 136. *Exinanite, exinanite, vſq. ad fundū in ea, &c.* Nō ſolū. n. bona opera dæmones,

E ſed fundū et ipſum. i. fidem exinanire conant̄. Quemadmodū verò, qui ædificiū diruit, prius parietes, poſtea diruit fundū: ſic ille, prius in homine bona opera, bonaſq; cogitationes, tāquam parietes, poſtea fidem, tamquā fundamentum euertit: tribus muris circumdatum fuit antiquum Dei templum, trib. quoq; muris circūdata ſit anima, cuius illud fuit imago, primus.

fidei

Digitized by Google

fidei murus illam ambiat, ſecundus A operum, tertius conſiderationis: fidē defendunt bona opera; bona opera, & fidem, tuetur rerum æternarum conſideratio.

Hic fidei murus aheneus eſto. Horat. lib
Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa. 1. epiſt. 3.
Habe fidem (ait Apoſtolus 1. Timoth 1.) *& bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, &c.*

C A P V T V.

De bono paſtore.

I O A N N E S C A P I T E X. Verſ. 1.

AMEN, amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile
2 ouiū ſed aſcēdit aliunde, ille fur eſt, & latro.* Qui aūt intrat
3 per oſtiū paſtor eſt ouium. * Huic oſtiarius aperit, & o-
ues vocē eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim,
4 & educit eas.* Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas va-
5 dit, & oues illum ſequūtur, quia ſciunt vocem eius. * Alie-
num autem non ſequūtur, ſed fugiunt ab eo, quia non no-
6 uerunt vocem alienorum. * Hoc prouerbium dixit eis IESVS. illi autem
7 non cognouerunt, quid loqueretur eis.* Dixit ergo eis iterum IESVS Amē,
8 amē dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium.* Omnes quotquot venerūt,
9 fures ſunt, & latrones, & non audierūt eos oues.* Ego ſum oſtium. Per me
ſi quis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.
10 * Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam, & ha
11 beant, & abundantius habeant.* Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animā
12 ſuam dat pro ouibus ſuis *Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius
non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: Et
13 lupus rapit, & diſpergit oues.* Mercenarius autē fugit, quia mercenarius eſt,
14 & non pertinet ad eū de ouibus.* Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco meas,
15 & cognoſcunt me meæ. * Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem:
16 & animam meā pono pro ouibus meis.* Et alias oues habeo, quæ non ſunt
ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet
17 vnum ouile, & vnus paſtor.* Propterea me diligit Pater: quia ego pono ani-
18 mam meam, vt iterum ſumam eam.* Nemo tollit eā à me, ſed ego pono
eam à meipſo. Et poteſtatem habeo, iterumq; ſumendi eam. Hoc mandatum
19 accepi à Patre meo. * Diſſentio iterum facta eſt inter Iudæos, propter ſermo-
20 nes hos.* Dicebāt autem multi ex ipſis dæmoniū habet, & inſanit: quid eū
21 auditis?* Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis, Nunquid
dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

QVAE hoc capite 10. Io. ſequunt, ad ea quæ antecedunt c. 9 pertinent. Chryſoſtomus ſic connectit: Dixerat Dñs cœcos eſſe Phariſæos, ne ergo illi dicerent, non propter cœcitatem ad eum non accedere, ſed deceptorem vitare; oſtendit ſe non deceptorē eſſe, ſed bonū paſtorē: & Theophylactus, ne (inquit) poſſent Phariſæi dicere, non auerſamur te quaſi cæci, ſed vt ſeductorem te fugimus, de hoc nunc prolixum facit ſermonem, &c. Idem Euthym. ſentit. Rupertus putat Chriſtum oſtendere Phariſæos fures

D. Chryſo.

B

Cōnexio cū præcedētib.

Theophyl.

Rupertus.

Digitized by Google

D. Auguſ.

fures & latrones eſſe. Auguſtinus ait, propter Phariſæorum arrogantiam inſanabilem, hæc dixiſſe Dominum, quoniam cùm cœci eſſent, videre ſe dicebant. Exiſtimo Dominũ, cùm de cœcitate Phariſæorum egiſſet, & incredulitatis peccato illis verbis, *nunc verò dicitis, quia videmus, peccatum veſtrum manet.* Peccatum (inquam) incredulitatis: nunc oſtendere ſe verum Meſſiam eſſe, verùmq; paſtorem, quẽ Deus promiſerat Ezechiel. 34. *Suſcitabo ſuper eas,* id eſt, oues, *paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meũ Dauid,* id eſt, Meſſiam: *ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem, &c.* Quemadmodum verò Ezechiel illo capite 34. de malis egit paſtoribus, ſic & hoc capite Ioan. 10. eiſdem verba facit Chriſtus, vt ex oppoſito, quis ſit bonus paſtor eluceat.

Ezech. 34.

Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit, & aliunde ille fur eſt, & latro.

TVm mali paſtoris & furis, tùm boni paſtoris, ac veri, notas proponit parabolicè. Mali nota eſt, *Non intrat per oſtium ouilis,* ſed per occultum alium locum ad oues rapiendas aditũ quærit. Boni, & veri, notæ hæ ſunt, prima, *intrat per oſtium in ouile,* ſecunda, *illi oſtiarius ouilis aperit:* nam vel ouilia Iudæorum oſtiarios habuerunt, vel parabolæ gratia oſtiarium addidit Dominus, vel paſtorem vocat ouium Dominum, oſtiarium aliquem alium illius famulum. Tertia, *Oues vocem eius agnoſcunt, & audiunt,* hoc eſt, voce veri paſtoris ducuntur. Quarta, *ſuas oues vocat nominatim & ad paſcua educit,* nõ ad macellum, & lanienam, Quinta, *ipſe præit, oues ſequuntur, eius uoce ducta, quam agnoſcunt, alienum autem paſtorem non ſequuntur, quoniam illius uocem non agnoſcunt.*

Boni, & mali paſtoris nota.

Quid ſignificet *oſtium per quod paſtor verus intrat,* dubium eſt. Chryſoſtomus & alij Græci Scripturam eſſe arbitrantur: Ecce (inquit) latronis ſigna primùm palàm non ingreditur, neq; audet. Deinde non per Scripturarum teſtimonium, quod per oſtium ſignificatur, &c. Is autem per Scripturarum oſtium intrat, vt exponit Euthy. qui Scripturis vtitur, & ſecundum eas gubernat. Sed rectius is dicitur per Scripturę oſtium ingredi, qui Scripturæ teſtimonijs paſtor eſſe comprobatur, quo ſenſu Chriſto maximè cõuenit hæc nota. Etenim per ſcripturã ingreſſus eſt, hoc eſt, teſtante ſcriptura ipſum eſſe Meſſiam. Nullus alius Meſſias per oſtium ſcripturæ ingreſſus eſt, neque ingredietur: quoniam ſolus Ieſus verus eſt Meſſias, de quo Scriptura teſtimonium fert. D. Auguſtinus tract. 46. in Ioan. & alij, oſtium Chriſtum eſſe putant; Chriſtus enim paulò infrà ſic ait; *Ego ſum oſtium ouium &c.* Sed difficilè eſt huius ſententiæ ſectatoribus oſtendere, quonammodo boni paſtoris illa nota Chriſto congruat; *Bonus Paſtor intrat per oſtium.* Nam Chriſtus non poteſt intrare per ſeipſum. Reſpondeo intrare per oſtium hoc loco idem ſignificare; qđ legitimè ad paſtoris officium ingredi, is per oſtium ingreditur ad munus aliquod, vel honorem, qui legitima via, & auctoritate illum aſſequitur; qui vero non iuſtè, & legitimè; per fraudem, dolum, & iniquitatem abſque legitima electione; & miſſione aſſequit̃ dignitatem, is non per oſtium intrat, ſed aliunde aſcendit. Aduerte nõ hoc eſſe ſatis, eſt enim opus Chriſti caritate, & imitatione, vt paſtor. per oſtium ingredi dicatur. Probatur; quoniam Chriſtus paulò infrà ait; *Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit ſaluabitur;* ergo is paſtor, qui per oſtium ingredit̃ ſalutem conſequitur; hanc autem abſque fide, & caritate boniſque operibus conſequi nequit, itaq; is per oſtium non ingreditur, cui vel legitima vocatio, & miſſio deeſt, vel fides, vel caritas, Chriſtique imitatio. D. Greg. epiſtol. 41. lib. 9. Ille (inquit) ad ouile ouium intrat per oſtium, cui intrat per Chriſtum: intrat ipſe per Chriſtum, qui de eodem vera ſentit, & prædicat, prædicata cuſtodit, culmen regiminis ad officium portandi oneris ſuſcipit, non ad appetitum gloriæ tranſitorij honoris, curæ quoque ouilis inuigilans, ne oues aut peruerſi homines lanient aut maligni ſpiritus deua-

Quid ſignificet per oſtium intrare.

Chryſoſto.

D. Auguſ.

Quid ſit per oſtium intrare hoc loco.

D Gregor.

Intrat per oſtium qui per Chriſtũ intrat.

deuaſtent,&c. Veruntamen verè paſtor eſt quicunque legitimè vocatur, & eligitur, quanuis caritate, Chriſtique imitatione careat. Contrarius error Ioannis Hus, in concilio Conſtát. ſeſſ. 15. damnatus eſt; intrat per oſtiú malus paſtor, id eſt, per legitimam vocationem; & nō intrat per oſtium, ideſt, per Chriſti imitationem.

Prima ergo, boni paſtoris nota hęc eſt, bonus paſtor legitimè paſtoris munus adipiſcitur, fidemque & caritatē habet ouium, & Dei. Congruit hoc inſigne maximè Chriſto, per oſtium ingreſſus eſt; quia legitimè paſtoris officium aſſumpſit; quod illud Pauli illuſtrat ad Hebr. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tamquam Aaron: Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, ut pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum; filius meus es tu, ego hodie genui te, quemadmodum & in alio loco dicit; Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech* Sic Paulus. Præterea Chriſtus ſummam habuit erga oues, & Deum caritatem: fidem verò non habuit. Sed diuinæ eſsētiæ viſionem. Obiicies Chriſtus appellat ſeipſum oſtium, ergò non rectè ſic exponitur hæc prima nota. Reſpondetur cum Chriſtus ait paſtorem per oſtium intrare, id intellexiſſe, quod diximus, poſtea verò cum ait; *Ego ſum oſtium ouium*: ſignificat ſe nō ſolum intrare per oſtium: id eſt, legitimè Meſſiæ dignitatem ſibi aſſumere: ſed etiā eſſe ipſum oſtium, quod reliqui paſtores intrare debent; habereq; ſe a ſeipſo poteſtatem, & iuſtitiam ad intrandum legitimè in dignitatem Meſſiæ, neque indigere humano alio oſtio, & poteſtate alia, ſicuti indigent paſtores alij. Oſtium autem dicitur Chriſtus, per quod veri bonique paſtores ingrediuntur ad ouile, quia per Chriſti poteſtatem, & auctoritatem, in Eccleſia relictam, eliguntur, & per Chriſtum tamquam exemplar, ad oues, id eſt, Chriſtianos intrant, poteſtate accepta à Chriſto, Chriſtiq; vicarijs.

Chriſtus ĩtrat per oſtium.

ad Hebr. 5.

Chriſtus quomodo ſit, & paſtor & oſtium.

Aliter poteſt locus explicari hoc modo: *Qui non intrat per oſtium* hoc eſt, per Chriſtum, per Chriſti vocationē, & poteſtatem, *Fur eſt, & latro*; Paſtor autem verus intrat per oſtium, hoc eſt, per Chriſti vocationem à Chriſti vicarijs introductus. Quòd ſi obijcias Chriſtum veriſſimum paſtorem, non intraſſe per ſe ipſum; negabitur. Dicitur autem Chriſtus intraſſe per ſeipſum, quia per ſuam poteſtatem, auctoritatemque intrauit; obijcies illud Pauli ad Hebr. 5. *Chriſtus non ſemetipſum clarificauit ut Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum Filius meus es tu, &c.* Reſpondetur, Chriſtum, vt homo eſt non ſeipſum glorificaſſe, vt pontifex fieret; ſed vt Deus eſt, ſummum pontificatum, paſtoriſq; & Meſſiæ munus, ſibi tribuiſſe.

ad Hebr. 5.

De oſtiario quoq. quæſtio eſt; quiſnam appelletur oſtiarius? D. Chryſoſtomus, vt Græci alij, qui ſcripturas aiunt eſſe oſtium, oſtiarium Moſem eſſe exiſtimant. Rectius Theophylactus putat, vocari Spiritum Sanctum? Nam Spiritus Sancti explanatio eſt & clauis ſcripturarumque. D. Auguſtinus oſtiarium Chriſtum dici arbitratur, vel Spiritum Sanctum iuxta ſenſum ſupra propoſitum oſtiarius ſignificat, vel Deum, à quo omnium paſtorum electio pendet, quique aperit, clauditq; electionis fores; vel eos; qui ritè dignitates, & munera paſtoralia conferunt, eſt ergo ſecunda nota boni paſtoris eadem ferè cum prima, nō enim poteſt ritè per oſtium ingredi paſtor, ſi oſtiarius non aperiat; nō poteſt ritè ac legitimè quis paſtor creari, niſi ab oſtiario, id eſt legitimo electore fores aperiantur ad paſtorale munus. Cæteræ notæ ſunt perſpicuæ.

Quiſnam dicatur oſtiarius.

Spiritus ſācti eſt Scriptura explanatio.

Illud nonnihil difficultatis habet: *Et oues illum ſequuntur*; paſtores enim ſequi ſolent oues non præire, vt conſtat ex Pſal. 77. *Suſtulit illum de gregib. ouium de poſt fœtantes accepit eum*; & 2. Reg 7. *Ego tuli te de paſcuis ſequentem greges, &c* Reſpondetur vtrumq; ſacere paſtores, & ſequi, & præire quod probatur ex Pſal. 79. *Qui deducis velut ouem Ioſeph* &c. Ierem. 17. *Non ſum turbatus te paſtorem ſequens*, &c. D. Chryſoſtomus concedit paſtores oues ſequi, non præcedere; ſed Chriſtum (ait) cōtrarium ſeruare morem; paſtores (inquit) ſequuntur oues non præcedunt,

Oues an paſtor præeat.

Digitized by Google

dunt,ſed Chriſtus vt ſe oium ad veritatẽ inueniendam ducem oſtendat, contrarium paſtorib. morem ſeruat, quemadmodũ cũ oues per orbẽ dimiſit,non extra, ſed in medio luporum miſit,&c.

Probabile ẽt eſt Chriſtum hoc loco cæcos Phariſæos,qui paſtores populi, & doctores ſe eſſe putabãt in primis docere,quis ſit bonus paſtor, nempè qui per oſtiũ ingredit̃,deinde, docere ſe eſſe oſtiũ per ꝙ ingredi, i. credere dẽant;& paſtorẽ bonũ mercenario furibuſq;,& latronib.oppoſitum, &c.

Hoc prouerbium dixit eis Ieſus;illi autem non cognouerunt.

PArabola à verbo Græco, *παραϐάλλε*, dr̃:i.comparo;eſt n.*comparatio,prouerbium* Græcè, *παροιμία*,ſignificat adagiũ vulgatũ,ſ.& antiquã ſententiam ore omniũ vſurpatam,hoc loco, non pro adagio, ſed pro parabola ſumitur.*Hocprouerbium,dixit eis Ieſus*;hoc eſt,hanc parabolã propoſuit de fure, & paſtore;dr̃ aũt parabola prouerbiũ quia prouerbia parabolas, & cõparationes cõtinere ſolent.Propoſuit parabolã Chriſtus Phariſæis cæcis;illi verò quid ſignificaret, non viderunt.

Parabola dicitur prouerbium.

Ego ſum oſtium ouium.

NOn intellexerunt Phariſæi parabolã,explicat illam Dñs;qui ſint fures & latrones docet, qui ꝑ aditus non conceſſos ad oues intrant;quis ẽt ſi verus paſtor,qui per oſtiũ ingredit̃. *Ego* (inquit] *ſum oſtium ouium*: ſe verũ paſtorẽ eſſe indicat, & Meſſiã Dicturus fuerat;ego intro per oſtiũ,ſed noluit ſic loqui,q̃m ipſemet eſt oſtium ouium,per quod oẽs paſtores ingrediũtur,ꝙ multò plus eſt. Quemadmodũ lux non indiget alia luce,per q̃ videatur;& intellectus non indiget alio intellectu,ꝑ quẽ ſe ipſum intelligat: ſic Chriſtus non indiget alio oſtio,per ꝙ in ouile intret.Lege Auguſt.tract.47. in Ioannẽ:ſic igitur ꝓbat,ſe verũ eſſe paſtorem,quaſi dicat: verus paſtor is eſt,qui ꝑ oſtiũ intrat; ego ipſum ſum oſtium, per quod alij paſtores intrãt;

Verus paſtor Chriſtus.

A ergo verus paſtor ſum,& princeps paſtorũ,quia plus habeo, quam reliqui veri,boniq; paſtores: illi per oſtiũ ingrediuntur,ego ipſum oſtium ſum, ꝑ quod ingrediuntur. Vel aliter,'is (inquit) eſt verus paſtor, qui per oſtiũ in ouile intrat;ego per oſtiũ in ouile intro;ergo paſtor verus ſum. Quod aũt per oſtium in ouile intret ſic probat; *ego ſum oſtium*; ergo per oſtiũ intro in ouile: nam ſi cæteros ipſe introduco,

B me quoque introducere poſſum.

Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones, & non audierunt eos oues.

SE verum eſſe paſtorem, & Meſſiã indicauit ex prima nota paſtorũ; nunc qui ſint fures,& latrones demõſtrat *Omnes* (inquit] *quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones*: Quæritur; qui-

C nam ſint hi,qui venerunt fures,& latrones, quos oues non audierunt? D. Chryſoſtomus Theodam, & Iudam, ſimileſque alios ſeditioſos eſſe putat. Euthymius;hi ſunt(inquit)quotquot à ſe ipſis venerunt, nõ per oſtium,vt Iudas,& Theodas,& ſi quis alius huiuſmodi,&c.de Theoda Act.5. ſic Gamaliel loquitur: *Ante hos dies extitit Theodas,dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorum circiter quadringen-*

D *torum:qui occiſus eſt, & omnes qui credebãt ei,diſſipati ſunt,& reducti ad nihilum: &c.* De Iuda Gallilæo ſic: *poſt hũc extitit Iudas Galilaus,in diebus profeſſionis,& auertit populum poſt ſe;& ipſe perijt,& omnes quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt, &c.* Ianſenius ſcribit,notare Dominũ hoc loco eos,qui ſe Meſſiæ nomine populo obtruſerunt;vt Iudam,& Theodam. Sed neque Iudas Galilæus:neq; Theodas,quòd ſciamus, Meſſiæ nomẽ

E ſibi arrogarunt. Neque enim Gamaliel id indicat,neque Ioſephus lib. 18. antiquit.cap.1.& 2.in quo de Iuda agit, & libr. 20. cap 2. in quo de Theoda ſic ſcribit: præſtigiator quidam nomine Theodas perſuaſit magnæ vulgi multitudini, vt aſſumptis ſuis facultatibus ſequerentur ſe ad Iordanem fluuiũ.Prophetã n.ſe iactabat,pollicens ſciſſurum ſe verè fluuiũ

&fa-

Qui nã venerint vt fures, & latrones.

Chryſoſt.

Euthym.

Act.5.

Ioſephus.

Theodas ꝓſtigiator ꝗ fuerit.

Digitized by Google

& facilem prębiturum tranſitum;ta-
lique promiſſione multis impoſuit,
&c De Iuda dicemus, cum de ſectis
egerimus Iudæorum.

Clemens Alex. lib. 1. Stromat. de
falſis prophetis locum hunc intelle-
xit: *Omnes* (inquit) *qui fuerunt ante
Dominum, fures & latrones fuerunt.* Non
abſolutè autem omnes homines, ſed
omnes pſeudoprophetæ, & omnes,
qui non propriè ab ipſo miſſi ſunt,
&c. Caietanus fures & latrones qui
venerunt ſectarum duces eſſe cenſet.
Titelmannus Philoſophos, idolo-
rum pontifices, & ipſos etiam Pari-
Ianſenius. ſæos Montanus, Iāſenius, & Maldona
Maldona. tus, ita explanant; quotquot venerūt
ante me dicentes ſe eſſe Meſſias ſiue
Chriſtos, fures fuerunt, & latrones;
non Meſſiæ ſiue Chriſti; ego enim ſo-
lus ſum Meſſias. Hæc ſententia maxi-
mè placeret, ſi ſciremus fuiſſe, ante
Chriſtum multos, qui ſe dixerint eſſe
Meſſias, Nam verba Chriſti multitu-
dinem indicant; *Omnes* (inquit) *quot-
quot venerunt, &c.* Neſcimus tamē, qui
ſint, qui ante Chriſtum, hanc ſibi di-
gnitatem tribuerint. Multos, reges ſe
ditioſis creatos eſſe, nato iam Chri-
ſto, apud Ioſephum reperio, lib. 17.
Ioſephus. antiq. c. 12. vel 15. Tunc (inquit) Iu-
dæa plena erat latrociniјs, & vt quiſ-
que ſeditioſorum cætus coiuerat, paſ-
ſim reges creabantur, in Reipublicę
perniciem. &c. Eodem capite de pa-
ſtore quodam ſic ſcribit, Athronges
Fures, & latrones. Athronges paſtor atte(n)tauit dignitatem regiam. paſtor obſcuriſſimus, vaſto tantùm
corpore, & manum robore in ſignis,
attentauit dignitatèm regiam; diade
mate ornatus conſultabat de rebus
agendis, &c Item eodem loco: Simō
Herodis regis ſeruus, vir alioqui, &
forma, & ſtatura, & robore egregius
in primis habitus, auſus eſt diadema
ſumere; Rex eſt conſalutatus ab inſa
na multitudine, &c. His adijcit Iudā
quēdam Ezechiæ latronum ductoris
filium, ad regnum tunc temporis aſpi
raſſe, ſed nullum horū legitimū meſ-
ſiam ſe eſſe aſſeruiſſe, forſitā id aſſere
bant, atq; ad hos reſpexit Dominus.

In primis quamuis propoſitio Chri
ſti ampliſſima ſit; reſtringendam eſſe
cōſtat Non. n. prophetas cōplectitur,
A vt oſtendit D. Auguſti. lib. 16. contra
Fauſtum c. 12. & lib. 2. contra aduer-
ſarium legis, & prophetarū c. 4. quos
ipſa luce meridiana clarius eſt, nō fu-
res fuiſſe & latrones, ſed à Deo miſ-
ſos ouium paſtores. Neq; etiam com-
plectitur eos, qui per oſtium ingre-
diuntur, id eſt, qui legitimam habent
vocationem, & in paſtorale officium
ouium ritè aſſumuntur. Etenim qui in-
trāt per oſtium paſtores ſunt, vt Chri
B ſtus dixit. Dicunē igitur, a Domino fu *Explanatio loci.*
res & latrones ij, qui per oſtium non
intranij qui falſum atque hæreticam
doctrinam diſſeminant, qui ſuis tantū
lucris ſtudent, oueſque diſperdunt.
Huiuſmodi fuère multi in populo
Iſraelitico pphetæ, reges multiq; alij
idolarum cultores, principes, atque ſa
cerdotes, qui Iſraelitas oues diſperſe
runt, ac laniarunt. Nonne Ieroboam,
Achab, reliquique reges decem tri-
C buum, cum ſuis ſacerdotib. & ponti-
ficib. idolis immolantes, fures fuere,
& latrones? Similiterq; illi Iudææ
reges, ac principes, qui a Deo in ca- *Fures & latrones.*
ſtra ſimulacrorum transfugerunt, illi
quoque pontifices, Iaſon, Menelaus
Liſimachus, & Alciamus? Lege libros
Regum, & Machabæorum, & ea quę
ſcripſimus 1. tomo lib. 5. de regibus,
& Pontificib. Iſraelitici populi. His
adiunge Herodem, qui ad regnum
D nō per oſtium, ſed aliunde introiuit,
pontifices quoq; Annam, Chaiphas,
& ſimiles alios, qui pōtificatum a Ro-
manis compararunt. Adde Romanos
præſides, Pilatum, & reliquos. Legen
dus eſt Ioſephus, adijci falſos Prophe
tas, de quib. Matth. 6. ait Dñs: *Attēdite
à falſis Prophetis, qui veniunt ad uos in ue
ſtimētis ouiū: intrinſecus aūt ſūt lupi rapaces.*

Aliter exponi poſſunt illa verba;
Qui non intrat per oſtium, fur eſt, & latro: *Alius ſenſus.*
E hoc pacto. Qui non intrat per me qui
ſum oſtium, id eſt, per humilitatem,
q̄ ego ſector, per caritatem proximi,
qua ego exhibeo, perq; fidem in me:
qui ſuperb. eſt, auarus, quęſtum ſuum
non ouium quærens commoda, qui-
què à fide in me oues deterret, ille fur
eſt, & latro, hic verò locus iuxta hanc
interpretationem, de improbis Pha-
riſæis, & ſacerdotib. qui Reipublicæ
guber-

gubernacula tenebat, & *in eos, qui Chriſtũ confiterentur vt extra Synagogã fieret,* [vt ait Ioannes cap. 9.] *conſpirauerant,* ſic planius fiet, omnes quotquot venerunt, ſubaudi ex antecedentib. & per oſtium non intrauerunt, hoc eſt. omnes qui ad paſcendas oues non per humilitatem, caritatem, & fidem in me, ſed per quæſtum, gloriamque ſuam ingrediuntur, & à fide in me oues auertunt, fures ſunt, & latrones. Vos Phariſæi, & ſacerdotes id facitis per oſtium, hoc eſt, per fidem in me, humilitatem, & caritatem non ingrediemini: quin potius lucra veſtra, gloriamq. expetitis, populumque a fide in me abducitis; veniſtis ergo, vt fures & latrones, non verò, vt boni paſtores. De Phariſæis & reliquis qui tẽpore Chriſti viuebant locum hunc exponit Rupertus: de ijs [inquit] qui tũc erant, Chriſtum dixiſſe manifeſtum eſt; quia præſentis temporis verbo *fures ſunt,* & non præterito dixit; *fures fuerunt, &c.* Aduerte tamen Phariſęos paſtores vero fuiſſe, *ſiquidem Dominus præcipit omnibus, vt illos audiant,* Matth. 23. veri erãt paſtores, quia legitimè creati: ſed boni paſtores non erant, quia à Chriſto oues ſeparabant, ideo *fures* dicuntur, & *latrones.* Nam ſunt paſtores qui iam veri & boni; quia rite electi ſunt, ouesque, ſanctè, & innocẽter paſcunt. Alij veri qidam ſunt, qa legitimè paſtorale munus ſunt conſequuti, ſed non boni, quia oues mactant, & diſperdunt, furib. ſimiles, & latronib. Alij nec veri paſtores ſunt, nec boni, videlicet ij, qui legitima carẽt vocatione, & miſſione, quales ſunt hæretici: hi quoque fures ſunt, & latrones.

Phariſæi fures & latrones ſũt.

Rupertus.

Phariſæi fuerunt veri paſtores, ſed mali.

Illud huic interpretationi obſiſtit quod Chriſtus addit; *Et non audirũt eos oues:* nam oues audierunt Phariſæos, & ſacerdotes: imo Chriſtus, vt illos audirent præcepit Matth. 23. *Super Cathedrã* [inquit] *Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia ergo quæcunq. dixerint vobis ſeruate, & facite, &c.* Non ergo ſunt fures, & latrones Phariſæi, & ſacerdotes, ac ſcribæ, qui populum à Chriſto abducebant. Reſpondetur Chriſtum præcepiſſe ouib. vt audirẽt Phariſęos & ſcribas, cum rectè docerent: nõ autem cum docerent Chriſtum non eſſe Meſſiam ſequendũm, in reliquis audierunt eos oues; at hac in re, non audierunt eos. Ouis erat cęcus ille tũ corporis, tum animi donatus lumine: Phariſæos hac in re minimè audiuit, vt liquet ex cap. 9. Ioannis, & ex ijs, quæ ſupra diximus. Sic & aliæ oues eos non audierunt, quia Chriſti fidem receperunt.

Phariſæi q̃ non fuerũt paſtores.

Ego ſum oſtium. per me ſi quis introierit, ſaluabitur.

REpetit Dominus ſe eſſe oſtium, fures (inquit) ſunt, & latrones qui per oſtium non intrarunt; ego autem ſum oſtium quicunq; per me intrauerit ſaluabitur. Quærit quonammodo per Chriſtum intrent, qui ſeruantur. Reſpondet illos per Chriſtũ velut oſtium intrare, qui per fidem, caritatem, reliquasq; virtutes, quas docuit Chriſtus, ingrediuntur. Quonam ingrediuntur? reſpondet Auguſtinus per Chriſtũ veluti oſtium, ingredi oues in Eccleſiam; ſic & alij. Mihi videtur, hoc loco, vt ſuprà de paſtorib. loqui Chriſtum, potiùs, quàm de ouib. hoc ſenſu. *Ego ſum oſtium ouium,* id eſt oſtium ouilis per quod paſtores ad oues intrãt. Si quis paſtor per me, tamquam exemplar, & per fidẽ meã & caritatem, reliquasq. virtutes introierit in ouile, id eſt, officium acceperit paſtorale: ſaluabitur, ſi in ijs permanſerit. Hoc loco vides illum ſalutem conſequi, qui per oſtium ingreditur; ergo qui per oſtiũ ingreditur, caritatem habet, ſine qua nemini cõtingit ſalus, vt iã ſuprà diximus; agit enim Dñs de paſtorib bonis, qui caritate, nõ ambitione oues gubernant.

Quomodo p Chriſtũ intrãt, qui ſaluãtur.

Quomodo p Chriſtũ intrant paſtores.

Et ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

D. Auguſtinus ita interpretatur; *ingredietur* per oſtium fidei, in Eccleſiam; *& egredietur,* per idem oſtium fidei viuentis, in vitam æternam, vbi paſcua inueniet, abundantiſſima. Sic Rupertus. & D. Gregor ho. 13. in Ezech. *Ingredietur* (inquit) ad fidem; *egredietur*

Auguſt.

Multi verborum ſenſus

D. Gregor.

dietur autem ad ſpeciem. *Paſcua verò inueniet* in æterna ſatietate, &c. Aliũ ſenſum ſubiungit Auguſtinus huiuſmodi; *ingredietur*; ad internam meditationem, *& egredietur* ad externã operationem. Nam cùm quis diuinas res conſiderat, in ſeipſum ingreditur; cũ

Chryſoſt. verò operatur, egreditur. D.Chryſoſtomus hoc modo, *ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet*; hoc eſt ſecurus erit, & liber, &c. Similiter Euthymius; *ingredietur, & egredietur*, ad omnẽ mundi locum, quod de Apoſtolis factum eſt; *& paſcua inueniet*, non ſpiritualia ſolùm, ſed etiã temporalia, &c. Et Theophilactus; *Ingredietur, & egredietur*; hoc eſt magnam, habebit ſecuritatẽ, ſicut Apoſtoli ingrediebanẽ, & egrediabanẽ coram tyrãnis liberè loquẽtes, *& paſcua inueniet*. Hoc eſt copioſũ cibũ, &c. Aliter idẽ Auctor *ingredietur*, qui curam egerit interioris hominis; *& egredietur*, qui mortificauerit mẽbra ſua ſuper terrã. Nam cùm

D.Thomas corpus mortificamus ad corpus egredimur D.Thomas hoc pacto: *ingredietur* intra Eccleſiam cum fidelibus conuerſando; *& egreditur* ad infideles, qui extra Eccleſiam ſunt, Auctor lib. de Spiritu & anima, tom. 3. Auguſtini, c. 9. hunc ſenſum indicat, cuius etiã meminit D.Thomas: *ingredietur* ad diuinitatem meam: *& egredietur* ad humanitatẽ: *& paſcua inueniet*. Etenim eximia paſcua is reperit qui ad contemplandam Chriſti diuinitatem ingreditur, & ad humanitatem egreditur.

D. Gregor. Aliter D.Gregor 1.Reg.cap.16. *Ingredientur* (inquit) *& egredientur: & paſcua inuenient*. Intus quippe habẽt paſcua contemplationis, foris paſcua boni operis, intus mentem deuotionibus impinguant, foris ſe pijs operibus ſatiant, &c.

Hebraiſmus ingredi, & egredi. Aduerte Hebraiſmum eſſe, *exire, & intrare*, vel, *ingredi & egredi*, ſignificat autem, verſari, ſiue agere, intus, foriſque. Deut. 28. *Benedictus eris ingrediens, & egrediens*. lib. 1. Reg c. 18. *Dauid egrediebatur, & intrabat in conſpectu populi*. 1. Reg. 29. *Exitus tuus, & introitus tuus, mecum eſt in caſtris: & non inueni in te quidquam mali, ex die, qua veniſti ad me, &c.* *1. Reg. 28. & 29.*

2. Reg. 3. 2. Reg. 3. *Abner ad hos venit vt ſciret exitum tuum, & introitum tuum, & noſſet omnia, quę agis, &c.* 3. Reg. 3. ait Salomon; *Ego ſum puer, & ignorans egreſſum, & introitum meum, &* 2 Paral. 1. *Da mihi ſapientiam & intelligentiam, ut ingrediar, & egrediar corã populo tuo, &c.* Nu. 27. *Prouideat Dominus Deus Spirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc. Et poſſit exire, & intrare ante eos, & educere eos vel introducere. Ne ſit populus Domini ſicut oues abſque paſtore, &c.* Pſal. 120. *Dominus cuſtodiat introitũ tuum, & exitum tuum.* Act. 1. *in omni tẽpore, quo exiuit, & intrauit inter nos Dominus Ieſus.* Act. 9 de Paulo; *Erat cum illis, intrans, & exiens, in Ieruſalem, & fiducialiter agens, in nomine Domini, &c.* *3. Reg. 4. 2. Par. 1. Num. 27. Pſal. 120. Act. 1. & 6.*

A

B

Si Hebraiſmum ſequamur, eſt ſenſus: paſtor, *qui per me introierit, ſaluabitur: & ingredietur & egredietur*; hoc eſt, munere ſuo fungetur, officium paſtorale aget, ante *oues ingredietur & egredietur, oues reget, & paſcua inueniet*, quib. oues paſcat, ac nutriat. Bonus enim paſtor, qui per Chriſtum ingreditur, Scripturarum doctrinæ, meditationum, & ſacramentorum paſcua inuenit vberrima, quib. oues nutriat, & à paſculis dęmonis abducat, inueniet etiam præter paſcua ſpiritualia, paſcua temporalia. Si quis verò Hebraiſmum ſequi nolit, ſic interpretari poteſt: *ingredietur* in ouile, *& egredietur* ex ouili, ad paſcuaq. ſalutifera ducet oues. Nam paſtor ex paſcuis rediens cum ouib. in ouile ingreditur, & ab ouili cũ ouib. egreditur, cùm ad paſcua illas ducit.

C

D

Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, ego ueni ut uitam habeant, & abundantiùs habeant.

OPponit ſe furi, qui per oſtium non intrat: etenim furis eſt oues furari, & vita priuare: Chriſti verò eſt, ouib. vitam largiri. Multiplex eſt huius loci interpretatio. Prima eſt Auguſtini, & aliorum: *Veni*, vt oues meæ *uitam habeant* in hoc ſęculo, per fidem viuã, *& abundantius* copioſiusq; *habeant* vitam in cęlo ęternam. Secunda: *Veni ut uitam habeant*, gratięq. iuſtificationem, *& abundantiùs* eandem *habeant* per quotidianos virtutũ, gratiæque *Auguſt.* *Quid ſit abundantius habere vitam.*

E

tiæque progreſſus. Tertia: *Veni, vt vitam habeant* gratiæ, *& abundantius habeant*, quàm habuerunt veteris teſtamenti oues: quoniam abundantiorẽ gratiam largitur nunc Deus in nouo, quàm in veteri teſtamento. Quarta. *Veni, vt vitam habeant* gratiæ, & gloriæ: *Et abundantius habeant*, hoc eſt, pingues, & ſanæ ſint, ac vegetæ. Nam Græcè legitur, ϗ περισσὸν ἔχωσι, id eſt, abundè habeant; quæ phraſis ſignificat eſſe pinguem. Probatur ex 1. Cor. 8. *Eſca nos non commendat Deo, nec enim ſi manducauerimus abundabimus:* Grϛce περισσεύομεν, id eſt, *pinguiores ſumus: neque ſi non manducauerimus deficiemus.* Sed hic ſenſus non videtur verus; nõ enim phraſis græca ſignificat pinguem eſſe, ſed præſtantem eſſe, ſiue abundantem. Locus Epiſtolę ad Cor. aliam habet explicationem. *Nos* (inquit Paulus) *eſca non commendat Deo*; probat eſcam non commendare Deo, quod indicat coniunctio, *enim*. *Nec enim ſi manducauerimus, abundabimus.* Scilicet apud Deum meritis, & virtute; vel, *non enim ſi manducauerimus*, propterea *abundabimus*, hoc eſt, præſtantes erimus, & excellentes apud Deum. *Neque ſi non manducauerimus, deficiemus*, id eſt, priuabimur meritis, & virtute, vel minores erimus apud Deum. Nota erat Græcis phraſis. Videamus igitur, quonam modo illi explanent. D. Chryſoſt s, *neque enim* (inquit) *ſi manducauerimus, abundabimus*, hoc eſt, apud Deum probati ſumus, tanquam qui bonum, & magnũ aliquid fecerimus, neq; *ſi non manducauerimus, deficiemus*, hoc eſt, minus quid habemus. Sic Chryſoſt. & Theophylactus, hoc eſt, neque ſi edamus, idcirco meliores ſumus, ac Deo gratiores, neque ſi non edamus, idcirco peiores ſumus, vel deſtruimur, vel minus quidquam habemus, &c. Oecumenius ſimiliter: Neque ſi comedamas aliquid nobis magni accedit, hoc eſt, grati ſumus apud Deum, tanquam magni aliquid præſtiterimus, & creſcimus in laude, neque ſi non comedamus quidquam nobis deeſt, hoc eſt, non inferiores in laude ſumus. Sic Græci: de pinguedine nullum faciunt verbũ. Quinta interpretatio cæteris veriſimilior hæc eſt; *Veni vt vitã habeant*, meæ oues per Chriſtũ enim à morte, id eſt, peccato oues excitantur; *& abundantius habeant*, hoc eſt, non ſolum *vt vitam habeant* à morte peccati in vitam reuocati, *ſed vt vitam habeant*, omnibus virtutibus, & Spiritus ſancti donis abundantem. Comparatiuus, *abundantius*, videtur ſumi pro poſitiuo, *abundanter*, vt habetur Græcè περισσόν. Vel quia, dixerat Dominus, *ingreditur, & egreditur, & paſcua inueniet*: ſubiungit. *Veni vt vitã habeãt* oues, *& abundanter illam habeant*, abundantiſſimis ſacramentorum, & doctrinæ paſcuis in Eccleſia mea perfruentes. Vel, *Veni vt vitam habeant, eamque abundantem*, omnibus bonis, tam in terra, quam in cęlo.

Explicatio loci ad Corinthios.

Chryſoſt.

Theophyl.

Oecumen.

CAPVT VI.

De bono paſtore.

Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

Oſtendit Dominus hactenus ſe oſtium eſſe, per quod paſtores in ouile debeant ingredi; iam indicat apertè ſe etiam eſſe paſtorem bonum. nempè Meſſiam a Deo, & promiſſum, & miſſum. *Ego* (inquit) *ſum paſtor bonus*: Græcè ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. *Ego ſũ paſtor ille bonus ſiue pulcher*. optimus. n. & pulcherrimus paſtor eſt Chriſtus, admirabili pulchritudine oues alliciens, atque trahens καλὸς, *bonum* ſignificat, & *pulchrum* hic *bonum*. Boni paſtoris addit inſigne, & notam præcipuam: *bonus paſtor animam ſuam*, id eſt, vitam, *dat pro ouibus ſuis*. Hæc nota maximè in ſummo noſtro paſtore effulget, infra enim ait; *animam meam pono pro ouibus meis*: objicies. nullus eſt paſtor, qui pro ouibus ſuis amittere vitã velit, imò ſtultus paſtor eſſet, qui pro ouibus mortẽ oppeteret, ſimul enim, & vitam amitteret, & oues. Præterea vita magnum eſt bonum, maiuſq; q̃ oues; ergo non rectè pro ouibus lucrandis vita impenditur. Reſpondemus Chriſtum metaphorice loqui; de paſtore hominum, de quo veriſſimũ eſt dicere:

Chriſtus bonus paſtor.

Bonus paſtor dat vitam pro ouibus.

dicere: *bonus paſtor* hominum ſiue ouium ratione præſtantium, *animam ſuam dat pro ouibus ſuis:* cum ſcilicet, dare opus eſt. Quòd ſi vitā amittit temporis momento euaneſcentem, vitam comparat tota æternitate permanentem. Minus verò bonum eſt ouium æterna ſalus, quam paſtoris vita breuis. Videant paſtores quantum onus humeris ſuis imponant; nimirum pro quo ſanguinem, vitamq; profundere, ſi opus fuerit, debeat. Videant, quod ouile intereat, quod ſcilicet paſtorum ſanguine redundat. Vnde illud Ruperti Ioan. 10. Aſperſa ſunt ouilia ſanguine paſto um, maduerunt campi, cruentata ſunt paſcua, ditatum eſt cælum animabus, quas paſtores pro ouibus poſuerunt, &c.

Paſtorum onus quantum ſit.

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.

Boni paſtoris iſigne eſſe dixit mortem pro ouibus ſubire, hoc inſigne oppoſita mercenarij nota illuſtrat. Bonus paſtor animam dat pro ouibus; mercenarius autem minimè, quin potius ſi periculum vrgeat, oues deſerens in fugam ſe confert. Videt lupum oues inuadentem, non fugat illum; ſed fugit. Lupus hæreticos ſignificat, tyrannos, dæmones, illoſque omnes, qui Chriſti oues laniare nituntur. Bonus paſtor videt lupum venientem, arma arripit, obuiam prodit, antequā oues inuadat, illum inuadit, ſi opus eſt, in ipſa dimicatione mortem occumbit. Mercenarius vidit quidem lupum in oues irruentem, ſed timet, horret, non occurrit obuiam, non ad arma, ſed ad fugam ſe vertit. Videlicet non oues amat, ſed lucrum, verba illa; *qui non eſt paſtor:* ſignificant mercenarium non eſſe ouium dominum, idcirco adiungitur: *Cuius non ſunt oues propriæ:* hoc eſt, qui ouium poſſeſſor non eſt. Mercenarius enim paſtor, & non eſt paſtor, paſtor eſt pretio conductus, non eſt paſtor, id eſt ouium Dominus.

Mercenarius lupos fugit.

A *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.*

Reddit Dminus cauſam turpis fugæ; ipſum nomē mercenarij cauſam iudicat. *Fugit mercenarius, quia mercenarius eſt*, hoc eſt, quia mercedem quærit, quia lucrum potius amat, quā oues, *quia non pertinet ad eum de ouibus:* Græcè, οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων non eſt curæ illi de ouibus, idem ſigni-

B ficat noſter interpres his verbis: *non pertinet ad eum*; hoc eſt non eſt cura ei, *de ouibus*; mercedem curat, & lucrum, non oues, ideò terga vertit periculo pro ouibus ſubeundo. D Greg. hom. 14. in Euang. ſola (inquit) cauſa eſt, vt mercenarius fugiat, quia mercenarius eſt, &c. Loquitur etiam hoc loco Dominus metaphoricè de mercenario, qui oues paſcit rationis compotes. Si enim mercenarius eſt, hoc eſt,

C ſi oues veluti alienas, nō ſuas propter lucrum paſcit; pro illis tuendis, vitæ periculis ſe nō offeret. De malo mercenario ſermo habetur, quæſtum ſolum amante. Alioqui ſunt etiam boni mercenarij. Nam ſolent ij, qui oues habent, paſtores pretio conducere, à quibus paſcantur. Hi ſi benè paſcunt, boni mercenarij ſunt; ſi ſuo officio malè fungantur, mali ſunt mercenarij. At hoc loco is mercenarius appel-

D latur, qui ſolā mercedem ſpectat, oues non curat, ſuo officio malè fungitur.

Cur fugiat mercenarius.

Mercenarij boni & mali.

Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.

Cauſam reddidit, cur mercenarius fugeret, nimirum, *quia mercenarius eſt, cuius non ſunt oues propriæ*; quia non eſt paſtor; *& non pertinet ad eum de ouibus*, hoc eſt, non habet ouium curam, & a-

E morem. Nunc cauſam reddit contrariam, cur ipſe non fugiat, & mortem pro ouibus oppetat, q.d. *Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt*, & non paſtor; Ego non fugio, ſed morti me offero, quia ſum bonus paſtor, & non mercenarius, ille fugit, quia oues illius non ſunt propriæ, ego non fugio, quia oues mihi ſunt propriæ: *cognoſco* (inquit) *meas, & cognoſcunt me meæ*, bis ſuas

Cognitio ouium, & Amor.

oues

oues appellauit, vt indicaret eſſe oues proprias, fugit mercenarius, quia oues non curat; ego non fugio, ſed periculis omnibus me libenter expono, quia oues maximè curo. *Cognoſco oues meas* Cognoſco (inquam) cognitione amoris plena, & curæ, & ideò nō verto terga lupo, ſed *pono animam meam pro ouibus meis.* Supra dixerat Dominus de paſtore bono, *oues vocem eius audiunt. & proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius, &c.* Has boni paſtoris notas hæc verba indicat, *cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ*. Nam oues, quæ paſtorem cognoſcunt, vocem eius audiunt, & ſciunt, paſtor verò, qui cognoſcit oues ſuas, proprias oues vocat nominatim quia cognoſcit eas ex nomine.

Boni paſtoris nota.

Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem.

Similitudine vtitur Dominus, qua oſtendit, quonam modo ipſe cognoſcat oues, & ab ouibus cognoſcatur. Quemadmodum (inquit) inter patrem, & me eſt cognitio mutua, amoris plena, ſic inter me, & oues meas. *Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me oues meæ, ſicut nouit me pater ſic ego cognoſco oues: & ſicut ego agnoſco patrem ſic agnoſcunt me oues meæ*. Mutua eſt inter nos cognitio caritatis, & curæ plena. Pater cognoſcit filium diuina cognitione atque æterna; filius item qua Deus, diuina atque æterna cognitione, amoriſque pleniſſima, nouit patrem, qua homo, ex tēpore nouit patrem, ſcientia beata, infuſa, & acquiſita. Nouit autem oues ſuas, qua Deus cognitione diuina æterna, caritateque affluente, qua homo eaſdem nouit triplici illa ſcientia beata, infuſa, atque acquiſita. Oues verò paſtorem ſuum dilectiſſimum cognoſcunt in terra, multò inferiori cognitione, videlicet per fidem, quæ euidentia caret, in cœlo verò cognoſcunt per euidentem, clariſſimamque viſionem; hæc autem verba Domini veluti per parentheſim dicta accipe.

Paſtor cognoſcit oues & oues paſtorem.

Pater & filius quomodo ſe mutuo cognoſcant.

D. Chryſoſtomus aliter verba hæc explanat, in hanc ſententiam. Dixi; *cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ*: ſed ouium cognitio non eſt æqualis meæ cognitioni, non ita me cognoſcunt oues vt ego illas intus, & in cute noui. Nā *ſicut nouit me pater & ego agnoſco patrem*; hoc eſt, mea ſcientia, & cognitio eſt æqualis ſcientiæ, & cognitioni patris mei, infinitoq; interuallo cognitionē ouium ſuperat. Etenim ſicut *nouit me pater*, ſic æquali, & infinita cognitione ego illum noui, Chryſoſt. ne (inquit) ſimiliter cognoſcere, & cognoſci crederes; *cognoſco* (inquit) *oues meas, & cognoſcunt me meæ*; non tamen æqualiter. Aequalis eſt Patris, & Filij cognitio, vt inquit, *ſicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem*, ita Chryſoſt. D. Thom. arbitratur his verbis cauſam reddi a Chriſto, cur pro ouibus mortem velit oppetere, ea eſt, quia patrem cognoſcit, patriſque voluntatem, videlicet vt pro ouibus crucem ſubeat. Erit ſenſus, *ſicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem*. Hoc eſt omnia quæ in patre ſunt, eius cogitationes, conſilia, voluntatem, cognoſco; ſicut ille omnia, quæ in me ſunt nouit. Noui ergo illum decreuiſſe, & velle, me pro ouibus ſubire mortem: quia ergo hoc noui *animam meam pono pro ouibus meis* Aliter tacitæ occurrit interrogationi; interrogare enim poſſet Phariſæos; quomodo tu oues tuas cognoſcere potes? reſpondet, *ſicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem*: hoc eſt: cognitionem, ſcientiamque diuinam, & infinitam habeo, eandē, quam habet pater: ideoq; oues meas quæ iā ſunt oues qua quæ futuræ ſunt cognoſco. *Alias enim futuras oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili*, & illas cognoſco. Aliter *ſicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem*: hoc eſt, eadem cognitione ego patrem agnoſco, qua ille me nouit; ille ſe nouit eſſe Deum, ego item me Deum eſſe noui: & tamen cum nouerim me eſſe Deum: *animam meā pono pro ouibus meis*.

Chryſoſt. Alij ſenſus.

D. Thom.

Quæritur an de ouibus ſolum prædeſtinatis hoc loco loquatur Dominus? D. Auguſt. ſerm. 50. de verbis Domini, de prædeſtinatis interpretatur: in gentibus (inquit) erant prædeſtinati, nondum congregati Hos nouerat qui prædeſtinauerat, videbat illos nōdum videntes eum, nouerat illos nondum

An ſermo habeatur de ouibus prædeſtinatis?

A dum credentes in eũ,&c. Probabilius vẽ, de omnibus, ẽt non prędeſtinatis ouib. loqui: oẽs.n.cognoſcit, pro oib. mortem ſubijt, oẽs viciſſim illum per fidem cognoſcunt; quãuis aliæ per fidem viuam, aliæ per fidem mortuam cognoſcant. Præcipuè tamẽ oues prædeſtinatas cognoſcit, iuxta illud 2. ad Timoth. 2. *cognouit Dominus qui ſunt eius &c.* Non prædeſtinatis dicet Matthæi 25. *Neſcio vos, &c.* Has & illas vocat nominatim, quia omnium nouit nomi-

B na, ſed præcipuè prędeſtinatorum. Vnde Exod. 33. ait Moyſi; *Noui te ex nomine, &c.* Et Lucæ 10. *Diſcipulis gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vitæ, &c* De non prędeſtinatis Apoc. 13. quorũ non ſunt ſcripta nomina (ait D. Ioannes) in libro vitæ Agni. &c. Præterea vocare nominatim honoris eſt, Num. 16. *Qui tempore Concilij per nomina vocabãtur, &c.* Vocat ergo oues ſuas

C prædeſtinatas Deus nominatim, quia ſummo honore illas afficit Adde omnes vocare nominatim, quia ſingulas peculiari cognitione, amore, & gubernatione proſequitur, & peculiaribus afficit beneficijs.

Et fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

DIxerãt Dominus, *cognoſco oues meas*; non ſolũ aũt eas, quæ iam

D tunc oues erãt, & in ipſum credebãt, ſed alias etiam, quæ nondum credebant cognoſcebat. Eas in ouile, i. in fidem, & Eccleſiam adducendas prædicit. *Alias oues habeo*, per anticipationẽ oues appellat futuras; *quæ non ſunt ex hoc ouili*, Iudæorum, ſed ſunt ex ouili gentium. *Et illas me adducere* in ouile Eccleſiæ *oportet*. *Oportet* inquam, quia ſic à Deo ſtatutum eſt *Et fiet vnum tantum ouile* Eccleſiæ. *& vnus paſtor* Erant

E duo ouilia, alterum Iudæorum, alterum gentium. Factum eſt vnum ouile Eccleſiæ ex duobus, hoc eſt, ex Iudæis & Gentibus; paſtor vnus eſt Chriſtus Idem ſignificant verba illa Pauli, ad Epheſ. 2. *ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*: id eſt, ex duobus populis, & ouilibus fecit vnum. Item: *vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem* hoc eſt, vt duos populos creet

Vnum ouile, & vnus paſtor quomodo ſit, & latro erat.

Paſtor vnus eſt Chriſtus ad Ephe. 2.

A in vnum hominem renouatum Spiritu. Propterea dicitur Chriſtus *lapis angularis*. Nam quemadmodum lapis angularis duos nectit parietes; ſic Chriſtus duos populos. Auguſtinus tract. 45. in Ioan. Duobus (inquit) gregibus, id eſt, Iudæis, & gentibus, tanquam duobus parietibus factus eſt Chriſtus lapis angularis, &c. Prædicit Dominus Gentium fidem Chriſtianam conuerſionem; prędictionem

Chriſtus lapis angularis.

Pſal. 119.

Matth. 21.

Auguſt.

Prædixit Chriſtus gẽtium cõuerſionem.

B euentus comprobat.

Ex hoc loco intelliges eccleſiæ principatum eſſe monarchicum, *Erit* (inquit) *vnum ouile, & vnus paſtor*, vnus, inquam, paſtor vnius ouilis Chriſtus, vnus monarcha vnius Eccleſiæ. Aſcendit autem in cælos hic vnus paſtor, in locum ſuum vnũ ſuffecit, qui vni ouili, id eſt, Eccleſiæ præſit. Hic ſummus pontifex eſt Romanus, totius orbis vice Chriſti paſtor. Eſt vnum ouile Ec-

Principatus Eccleſiæ eſt monarchicus.

C cleſia, & vnus paſtor totius huius ouilis in cęlo Chriſtus, in terris vice Chriſti Pontifex Romanus. *Paſce oues meas* (ait Chriſtus Petro) non has vel illas; ſed omnes omnino quaſcumq; orbis habet. Sunt tamen ſub hoc ſummo paſtore paſtores alij, & Epiſcopi, ad quos non totius ouilis cura, ſed ſua cuique pars pertinet. Obijciet aliquis Chriſtum affirmare eſſe vnũ ouile, & vnum paſtorem, ergo non ſunt paſto-

Pontifex Romanus vnus eſt totius Eccleſiæ paſtor.

Ioan. 21.

D res plures, reſpondemus, vnum tantũ eſſe ſupremum paſtorem ex cælo paſcentem oues, ſcilicet, Chriſtum, in orbe autem terrarum vnum quoque eſſe paſtorem ſupremum totius ouilis, multos verò ad quos peculiares quædam ouilis partes pertinent; hi ſunt Epiſcopi, & reliqui, quibus paſcendarum ouium cura demandatur.

Mihi ſunt paſtores, & vnus paſtor ſupremus.

D. Auguſt. tract. 46. ait Chriſtum, & omnes Eccleſiæ paſtores, vnum eſ-

D. Auguſt.

E ſe paſtorem, propterea quòd vnũ corpus ſunt, cum ſuo capite. Præpoſiti (inquit) ouilis, qui filij ſunt, paſtores ſunt. Si paſtores ſunt, quomodo vnus paſtor, niſi quia ſunt illi omnes illius membra paſtoris cuius ſunt oues propriæ, &c. Verum eſt omnes paſtores membra eſſe Chriſti, at Chriſtus, cũ vnum paſtorem Eccleſiæ eſſe affirmat, de ſe tantummodo loquitur, & de

vicario

Digitized by Google

Vnum ouile Eccleſiæ vnus paſtor in cęlo Chriſtus. Vicarius eius in terra S. Pontifex.

vicario ſuo pontifice ſummo, in hanc ſententiā: Erit vna Eccleſia, & vnus illius paſtor, in cęlis, qui non cernetur, in terris verò vnus erit paſtor, qui cernatur, paſtoris qui in cęlo eſt vices in totum ouile gerens. Vrgebit quiſpiā, & ſolùm Chriſtum eſſe paſtorem probabit; qm ſolius Chriſti oues ſunt propriæ, cæteros eſſe mercenarios, quòd oues alienas nempè Chriſti paſcant. Reſpondebimus, Chriſtum *paſtorum ſe principem*, vt appellat D. Petrus epiſt. 1. c. 5. *Cum apparuer i* [inquit] *princeps paſtorum* Gręcè φανερωθέντ☉ ἀρχιποιμένθ, id eſt, *apparente Archipaſtore*, eſſe præterea in terra vnum ſummum paſtorem cum poteſtate, imperioq; pleno Chriſti vicem obtinente, alioſque plures ſub illo, oues paſcentes. Paſtores verò eſſe appellandos, ſi bene paſcant, nō mercenarios, quamuis oues propriæ Chriſti ſint. Nam mercenarij ij tantummodo à Chriſto appellātur, qui malè ſuo funguntur munere, vt eſt explicatū. Præterea, quamuis oues Chriſti propriæ ſint, tamen etiā propriæ paſtorum dicuntur; quoniā illorum curæ, ac tutelæ commiſſę ſunt, & veluti propriæ ab illis nutriuntur.

Chriſtus princeps paſtorum. Romanus Pontifex eius vices in terris gerens.

Paſtores Eccleſiæ ſunt veri, non mercenarij.

Quæſtio exoritur, Num ante extremum iudicij diem, vnum ſit futurum ouile oium hominum, & vnus paſtor, ita vt oēs in Chriſtum credant, & in ouile Eccleſiæ, ac fidē, aggregentur? Pannonius Apoc. 20. affirmantem ſequitur ſententia, eandem Liranus 1. Theſ. 5. cōem Sanctorum, & Doctorū appellat, & Dionyſ. Carthuſ. eodem c. verum [inquit] eſt quod ſancti aſſirmant totum mundum conuertendū ad Chriſtum Antichriſto occiſo, quia tā multi conuertendi ſunt, vt alij comparatione eorum ſint pauciſſimi, &c. Item in comment. Sap. 14. Ante ſæculi (inquit) finem idololatria cito delſtruenda aſſeritur, præſertim quando Antichriſto occiſo totum penè genus humanum conuertetur ad Chriſtum, &c. Legendus etiā eſt Nicolaus Cuſanus in coniectura de nouiſſimis dieb. & D. Hierony. Ezech. 37. Reſpondeo me in Sanctorū Patrum libris huiuſmodi opinionem non reperiſſe, illiq; obſtare verba Dñi apud Luc. cap. 18.

An omnes hoīes ſint in vnum ouile aggregandi ante iudicium?

Luc. 18.

Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? &c. Significat cum venerit ad iudicandum orbem, inuenturū ſe exiguam in terris fidem, ergo non erunt oēs tunc temporis Chriſtiani, poſt occiſum Antichriſtum. Vnde Theophyl. Luc. 18. Cum venerit [inquit] Dns in nubibus non inueniet fidē ſuper terram, niſi in paucis, &c. Sed quid hæc Chriſti verba ſignificent, ſuo loco explicabimus. Et hac de re cū de Antichriſto agemus, iterū redibit ſermo. Hic aūt locus, quem explicamus, opinioni minimè fauet, vt liquet ex illius explicatione. Significat n. vnum fore ouile, vnumq; populū Chriſtianū, ex duobus populis, gentili, & Iudęo conflatum; nō verò vnum fore, ita vt nulli extra ouile ſint hoīes, qui in Chriſtum non credant. Gregor. hom. 14. in Euang. hodie (inquit) quaſi ex duob. gregibus vnū ouile Dominus efficit, quia Iudaicum, & Gentilem populū in ſua fide coniungit. Dum enim ex vtraq; natione ſimplices eligit: ad ouile proprium oues deducit, &c.

Theophyl.

Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam.

NVmquid hæc cauſa eſt, cur Chriſtum diligat Pater, quòd pro ouibus mortem perpetiatur? Nonne propterea amat, quia Filius eſt, iuxta illud Matth. 3. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui?* Reſpondemus Chriſtū loqui de ſe ſecundum humanitatem, multaſque eſſe rationes huius dilectionis, inter eas hanc eſſe vnam, quā hic Dominus commemorat. D. Thomas Ioan. 10 de effectu dilectionis interpretatur hoc pacto: *propterea Pater diligit* me, hoc eſt, effectum dilectionis mihi dat, ſcilicet claritatem, & exaltationem corporis, *quia ego pro ouibus morior*; iuxta illud Pauli ad Philipp. 2. *Factus eſt obediens vſque ad mortem: propter quòd & Deus exaltauit illum, &c.* Caietanus ſic exponit, quòd tam gratum eſt Patri, me ponere animam meam, id eſt, voluntarie mori, vt quia *ego pono animam meam* propterea ex hoc merito diligat me ad tantum beneficium, ſcilicet, *vt iterum ſumam*, id eſt, reſuſci-

Amor Patris in Chriſtum, & Chriſti in oues.

Digitized by Google

reſuſcitem meipſum, hæc ille. At verò nihil opus eſt verborum inuerſione, vt ex dictis eſt compertum. Itaq; ſenſus eſt. Propterea Pater me diligit, quia ego pro ouibus pono animam meam. Quoniam vero, in vitam tertia die rediturus erat, addit; *Vt iterum ſumam eam pono (inquit) animam meam*, non vt reliqui ponunt homines, quorum cadauera ad extremum vſq; iudicij tempus permanent in ſepulchris: ſed vt paulò poſt mortem, in vitā me ipſum ipſemet reducam. Non pono animā, id eſt, vitam, vt diu in ſepulchro mortuus iaceam, ſed ut die tertia rediuiuus ſurgam. *Ponere animam*; idem ſignificat, quod mori, Ioan. 13. ait Petrus Domino; *Animam meam pro te ponam*, & cap. 15. ait Dominus *maiorem hac dilectionem nemo habet; vt animam ſuā ponat quis, &c.* 1. Ioan 3. *Sicut Chriſtus animam ſuam pro nobis poſuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere, &c.* Significat voluntatem loquendi modus; *ponere animam*, nimirum ſponte, in Chriſto poteſt adſignificare etiam potentiam reſumendi animam, hoc pacto: *Pono animam*, quemadmodum veſtem is deponit, qui lecto ſe committit, vt iterum ſumat: ſic ego pono animam. D. Auguſtinus tract. 47. *Ponere animam* ait ſignificare mori, quia anima illius qui moritur a corpore ſeparatur. Poteſt tamen ſimpliciter accipi anima, pro vita hoc ſenſu: *pono animam*, id eſt vitam.

Ponere animam quid.

D. Auguſt.

Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo.

QVomodo animam ſit poſiturus clarius explicat: non enim coactus poſuit, ſed ſponte, vt vaticinatus eſt Iſai. 53. *oblatus eſt quia ipſe voluit*. Nemo (inquit) tollit à me vitam: ego a me ipſo, mea voluntate, eam pono, nā poteſtatem habeo moriendi, vel non moriendi, & poteſtatem etiam habeo reſurgendi. Nonne Iudæi vitam Chriſto eripuerunt? Cui ig tur ait; *nemo tollit eam à me?* Reſpondetur, tollere vitā ſignificare per vim, coactionemque auferre, nemo autem poterat inuito, ac nolenti Chriſto, vitam eripere. *Nemo* (inquit) *tollit vitam à me inuito*. Si enim mori nollē, nemo me poſſet priuare vita, nam poſſum animam in corpore retinere, ita vt nullo vmquā tempore è vita diſcedam. Pro ouibus tamen libenti animo in crucem agi volo. D. Auguſt. tract. 47. Non glorietur (inquit) Iudæi, ſæuire potuerunt, poteſtatem habere non potuerunt, ſæuiant quantum poſſunt; ſi ego noluero animam ponere, quid ſæuiendo facturi ſunt? &c. Eodem loco in hanc ſententiam exponit illud Pſal. 3. *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi, &c.* Quid eſt, (inquit Auguſtinus) *ego dormiui?* Quia volui, dormiui, quid eſt *dormiui?* Mortuus ſum Nonne dormiuit, quia quando voluit, de ſepulchro, tanquam de lecto ſurrexit? &c.

Iſai. 53.

Chriſtus ſua ſponte morti ſe ex poſuit.

Auguſt.

Pſalm. 3.

Prædicit Dominus hoc loco Iudæis mortem ſuam, & reſurrectionē. Cur verò mortem ſit ſubiturus docet, videlicet, pro ouibus; preterea, quia hoc Patri placet. Id enim ſignificat illis verbis: *Propterea me diligit Pater, &c.* Quo pacto ſit poſiturus etiam indicat, nimirum libentiſſimo animo. *Nemo (ait) tollit eam à me:* ſed ego libenter illam pono, non tamen ita ponit, vt mortuus in ſepulchro diu condatur, ſed vt in vitam paulo poſt reuertatur. *Vt iterum (inquit) ſumam eam:* quibus verbis ſignificat, ſe propria potentia in vitam rediturum, id ipſum ſignificat dicens: *poteſtatem habeo iterum ſumendi eam*, id eſt, me excitandi, ſi quidem Chriſti diuinitas, reſurrectionem ſtupendam operata eſt, perſpicuè oſtēdit ſe Deum eſſe, & hominem; hominē, qui mori poſſit, Deum, qui poſſit animam in corpus reuocare.

Chriſtus ſe Deum, & hominem eſſe oſtendit.

Hoc mandatum accepi à Patre meo.

DOcet præterea Dominus, mortē ſe oppetere vt Patris præcepto ſatiſfaciat, etenim mandatum a Patre accepit, vt pro ouibus ſubiret crucē. Accepit autem mandatum moriendi pro ouibus à Patre, vt homo, quia vt homo inferior eſt Patre. De hoc præcepto alio loco copioſius dicemus.

Chriſtus vt homo mandatū a Patre accepit.

Diſſenſio

Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos.

EX verbis Chriſti ſequuta eſt iterũ inter auditores diſſenſio; *iterum* (inquam) quia vt Ioannes ſcripſit c. 9. Diſſenſio altera inter eos orta fuerat, cum cæcum Chriſtus oculorum luce donauit: *Dicebant* (ait) *ex Phariſæis quidam: non eſt hic homo à Deo, &c. Alij autem dicebant: quomodo poteſt homo peccator, &c. Et ſchiſma erat inter eos, &c.* Iterum hoc loco ſchiſma, ſiue diſſenſio ſimilis fuit inter eos. Dicebant enim quidam: *Dæmonium habet.* Alij dicebant; *hæc verba non ſunt dæmonium habentis, &c.* Probabant hi ex miraculis, Chriſtum non habere dæmonium, quemadmodum illi alij, ex iiſdem non eſſe peccatoré confirmabant: ſemen verbi diuini terræ mandabatur, ſed ſterilis tellus ſpinas producebat, id eſt, blaſphemias horrendas; ſcilicet; *Dæmonium habet, & inſanit*, tellus alia non adeo ſterilis, herbas protulit, fructus verò fidei viuentis non videmus ex tam fæcundo ſemine nunc prolatos.

CAPVT VII.

De bono paſtore.

Morale.

Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, huic oſtiarius aperit.

BOnus paſtor per oſtium intrat. Eſt autem Chriſtus oſtium, vt ipſe profitetur; *Ego ſum oſtium.* Intrat ergo bonus paſtor in ouile, id eſt, Eccleſiaſticas dignitates per Chriſtum, hoc eſt, per Chriſti vocationem, humilitatem cæteraſque virtutes, quæ in Chriſto ſplendeſcunt. Humilis eſt ianua Chriſtus Dominus (ait Auguſt. tract. 45. in Ioan.) qui intrat per hanc ianuã, oportet humilem eſſe, vt ſano corpore poſſit intrare, qui autem ſe nõ humiliat, ſed extollit, per maceriam vult aſcendere. Sic ille. *Fur*, vt inquit Dominus, *non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde.* Aſcendit, non intrat per humile oſtiũ

Boni paſtoris nota intrare per oſtium Chriſtum.
Auguſt.

A Chriſtum; aſcendit per ſuperbiam, ingreditur per ambitionem non per humilitatem, & ouium caritatem: huic dici meritò poteſt illud Matth. 22. *Quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?* Hoc eſt, quomodo auſus es in Eccleſia celebrare nuptias, veſte caritatis, & humilitatis nuptiali exutus, indutus verò ambitione atq; auaritia? Pontifex Caiphas Ioan. 18. ancillam habebat oſtiariam. Quid caro? nonne

Matth. 22.
Ioan. 18.

B ancilla eſt animi? is igitur Pontifex ancillam habet oſtiariam, qui carne ducitur, ad Eccleſiaſtica beneficia cõferenda, illi ſacerdoti ancilla aperit; quem indignum caro in dignitatem Eccleſiaſticam introducit. Non intromittat ancilla in domum Chriſti ſacerdotes, ſed diuinus ſpiritus, hic enim, vt Auguſt. ait, oſtiarius eſt domus Dei. Simeon ille qui Chriſtum in vlnas accepit, vt legitur Luc. 2. *Venit in*

De paſtoribus qui non intrant per Chriſtum oſtium humile.
Auguſt.
Luc. 2.
Sp. S. oſtiarius.

C *ſpiritu in templum*; ſic venire oportet in templum ſacerdotem, non in carne, ſed i Spiritu *Bono paſtori* (ait Chriſtus) *oſtiarius aperit.* Nam Spiritus Sanctus hunc vocat, veluti alterũ Aaron; hunc in templum intromittit, vt ſpiritualia ſpiritualiter, nõ carnaliter tractet. Ancilla oſtiaria mercenarios introducit, Spiritus Sanctus paſtores, qui pro ouibus animã ponant. In pinnaculũ templi, poſtquam duxit cacodæmon Chri

D ſtum Matt. 4. ait; *Mitte te deorſum* in pinnacula templi, hoc eſt, Eccleſiæ dignitates, ſi cacodęmon per ſuperbiam, & ambitionem aliquẽ ducat, ſic ducet, vt deorſum in mille crimina ſe mittat, tandẽ in tartarum præcipitet. *Tolleris in altum* (vt ille ait) *vt lapſu grauiore ruas.* Iob 30. cap. *Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens, Eliſiſti me validè, &c.* Qui eleuari cupis, caue, ne ſuper ventum & vanitatem eleueris. Qui enim

Matth. 4.
Claudianus in Eutropium.

E ſuper ventum eleuatur, corruit.

Qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro.

FVres ſunt quidam, alij mercenarij, alij paſtores. Paſtores boni per oſtium ingrediuntur, mercenarios in ouile introducit ancilla oſtiaria, fures hoc eſt, hæreticos, excitat diabolus,

Digitized by Google

Auguſt. *Hæreſes ſuc ceſſerūt Idololatriæ.* *Hæretici fures & latrones, et lupi.*

pulſa idolatria hæreſes ille inuexit. Vnde illud Auguſtini in lib. de vtilitate ieiunij. Quia multos Deos non potuit diabolus Chriſtianis fabricare; ſectas multiplicauit, errores ſeminauit, hæreſes inſtituit, &c. *Fur* (ait Dominus) *non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliundè*, non enim intrat per Chriſti fidem, & humilitatem, ouiumq; caritatem, hæreticus: ſed aliunde aſcendit, per ſuperbiam. Nam Auguſt. teſte lib. de paſtoribus c. 8. Superbia hæreſes omnes genuit. Et Chryſoſt. ad Gal. 5. Hæreſeon (ait) mater eſt principatus cupiditas, &c. Hęc igitur hæreticorum parens eſt: hæc mater tartarea in orbis perniciem hos effudit fętus, à matre non intrare per oſtium humile, ſed aliunde aſcendere didicerunt. Aſcendunt autem, vt oues dilanient, ac diſperdant, quod enim per tyrannos cū idolatria vigebat diabolus efficere conabatur; id pulſa illa ex orbe, per hęreticos efficere conat, videlicet animas perdere, & mactare. *Fur* (ait Dominus) *non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat, &c.* Quod facit lupus, id ipſum facit fur, hęreticus & fur eſt & lupus: non venit niſi vt diſpergat, macterq; oues, & perdat. Heu quot oues diſperſas noſtris temporibus ab his lupis, & furibus, quot ab ouili raptas, miſerandumq; in modum mactatas videmus. Non ingreſſi ſunt per oſtiū Lutherus, Caluinus, cæteriq; huiuſmodi fures, ac lupi, ſed aliundè aſcenderunt inſolenter, boniq; paſtoris oues inuaſerunt, & laniarunt, hodieq; laniant, ac diſpergunt. Aſcenderunt ii fęliciſſimi fures, ſed cum in ouile per inconceſſa abruptaq; loca aſcenderunt, æterno caſu ceciderunt. Aſcenderunt in ouile: ceciderunt in tartarum. Quidquid diabolus fecit, (ait Auguſt. lib. de vtilitate ieiunij) de palea dominica fecit, &c Hoc eſt, quicunque a diabolo hæretici facti ſunt, nec ad mentem redire ſanam, paleæ erant areæ dominicę. Tota verò palea (ait idem pater Sanctiſſimus) non it niſi in ignem, &c. In ignem inijcitur palea, in ignem quoque inijciuntur inutilia ſarmenta. Sarmenta autem a vite, id eſt, Eccleſia præciſſa, hæreticos eſſe docet idem pater lib. de paſtoribus c. 8. Eccleſia [inquit] eſt tanquàm vitis, creſcendo vbique diffuſa. Hæretici ſunt tanquam ſarmenta inutilia, agricolæ falce præſciſſa, merito ſterilitatis ſuæ: vt vitis putaretur, non amputaretur, &c. Sed poſſunt hæ paleæ in triticum commutari, poſſunt hæc abſciſſa ſarmenta ſi fidei recipiant ſuccum, cum vite iterū copulari, ideoque monendi ſunt hæretici, vocandi, vrgendi, vt ad ouile redeāt. Hac in re animarum zelus exercetur. Vt enim ait Auguſtinus eodem loco; Aliquid palearum aufert hoſtis vento tentationis, vnde nobis faciat opus exercitationis, &c. Eadem in re caritas proximi eminet. Nos [addit Auguſtinus] non inueniremus quantum fratres diligamus, ſi nemo periclitaretur, nō appareret quanta eſſet dilectio inquiſitionis, ſi nihil teneret abyſſus perditionis, &c.

Superbia mater hæreſeon.

Hæreticus fur eſt, & lupus.

Auguſt. *Hæretici ſunt palea, & ſarmenta præciſſa.*

Auguſt. *Hæreticorū conuerſioni dat operam Zelus, & caritas.*

Cum proprias oues emiſerit ante eas vadit.

HAec boni paſtoris egregia nota eſt, *ante oues ire*; hoc eſt ouibus virtute præcellere. Quo circa D. Greg. 2. p. paſtor. cap. 1. Tantum [ait] debet actionem populi, actio tranſcendere præſulis, quantum diſtare ſolet à grege, vita paſtoris, &c. Idem docet D. Chryſoſt. lib. 2. de Sacerdotio his verbis, quanta inter ſe differentia homines rationis vſum habentes, & bruta ratione carentia diſſident, tantum ſane diſcrimen inter eum, qui paſcit, atq; eos qui paſcuntur, eſſe velim, &c. Caput cæteris membris valde excellit: paſtor eſt caput ouium, oportet ergo ouibus inſtar capitis virtutibus anteire. Præſtat, paſtor dignitate, vt dignitate ſic virtute præſtet, lib. 1. Reg. c. 10. *Non erat in populo Hebræo ſimilis Saulo, quem Deus elegit.* Eundem in modum non ſit ſimilis paſtori quiſpiam in plebe, quam gubernat. Nemo eſt ſimilis dignitate, nemo ſit ſimilis, id eſt, equalis virtute, & ſapiētia. Chryſoſt. hom. 10. in epiſt. 1. ad Timoth. Eum [inquit] qui regendos alios ſuſcipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt inſtar ſolis cæteros veluti ſtellarum igniculos in ſuo fulgore obſcuret, &c.

D. Gregor. *Paſtor oues virtute præcellat.* *Chryſoſt.* *1. Reg. 10.* *Chryſoſt.*

Vadit

De exẽplo Paſtoris, 1. Pet. 5.

Vadit præterea paſtor ante oues; cum virtutis exemplo præit. 1. Petr. 5. *Paſcite* (inquit) *qui in vobis eſt gregem, forma facti gregis ex animo, &c.* Græcè, *τύποι γενόμενοι*, hoc eſt, *facti typi gregis*, quales typi ſunt; tales ſunt libri, quales paſtores, tales ſũt oues. Typi ouiũ paſtores ſunt. Ex typis libri characteres: ex paſtorib. oues vitia trahũt, vel virtutes. Virtutum ſane typus D. fuit Malachias, bonꝰ paſtor, de quo D. Bernardus in vita ipſius, quam ſcripſit: ipſe (inquit) rector, ipſe regula fratrũ. Legebant in eius vita, quomodo conuerſarentur, &c. Videlicet viuentes libri ſunt boni paſtores, in quib. ea leguntur, quæ ad virtutes exercendas oportet præſtare. Malachiæ eiuſdem vox illa eſt, teſte eodem D. Bern. Non recuſo mori, vt vos vitę meæ teneatis exemplum, &c. Sit paſtor [ait D. Gregorius, 1. parte paſtor. c. 3.] operatione præcipuus, vt vitæ viam ſubditis viuendo denunciet. Et grex qui paſtoris vocem, moreſq. ſequitur, per exempla melius, quam per verba gradiatur. Illa vox libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat. Et optima ouium paſcua ſunt exempla paſtoris, quod Bernardus docet ſermo 76. in Cant. His verbis, boni ſollicitiq. paſtores impinguare pecus non ceſſant, bonis, lætiſque exemplis, & ſuis, magis quam alienis. Nam ſi alienis, & non ſuis, ignominia ita non proficit, &c.

D. Bernar.

Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet, &c.

Chriſtus eſt oſtium virtutum omnium.

OStium eſt Chriſtus oculis Eccleſiæ, nemo enim niſi per Chriſti fidẽ in Eccleſiã ingreditur. Oſtium ẽt eſt omniũ virtutũ, per Chriſtũ. n. ad virtutes ingrediẽt, eſt item oſtiũ operũ bonorũ, quia propter Chriſtum opera bona fiũt, primus Chriſtus eſt in intentione, ad eum bonũ opus dirigitur per eũ ab bonũ opus intratur. Bona intentio gloriæ Chriſti ianua eſt. *Qui non intrat per hoc oſtium, ſed aſcendit aliunde* A ad opus faciendum per inanẽ gloriam, *ille fur eſt, & latro*, quia gloriã furatur. Si quis dicat (ait Bern. ſerm. 84. in Cant.) *gratia Dei ſum id quod ſum*, vt Paulus 1. Cor. 15. Studeat autẽ captare gloriã pro gratia, quam accepit, nõ ne fur eſt, & latro, &c. Oſtium quoq. eſt cœli Chriſtus, nã quicũq. in cœlũ intrat per Chriſti, merita, viuamq. fidẽ intrat. Ante Chriſti aduentum nõ habebat cœlum oſtium, vndiq. clauſũ B erat. Neq. Abraham. neq. Iſaac, neq; reliqui patriarchæ, aut prophetæ cœleſte regnum ingredi poterãt. Cum efflabant animam, ſubterraneo terræ loco, id eſt, limbo recipiebant. Nũc iã patet cœlũ; ipſis ẽt infantib. baptiſmali aqua ablutis, iã reſerat. Videlicet, quia oſtiũ iã habet, nẽpe Chriſtũ. Sed memineris oſtiũ eſſe anguſtũ, vt ex Auguſtino ſupra diximus. Ne terreant oſtij anguſtiæ, paſcuorum re- C ſpice latitudinem. *Ego* [inquit] *ſum oſtiũ, per me ſi quis introierit ſaluabitur & ingredietur, et egredietur, & paſcua inueniet.* Qui Eccleſiam ingreditur, in terreſtri hac regione paſcua inueniet abundantiſſima: de quib. Ezech. 34. legitur; *in paſcuis vberrimis paſcam eas, et in montib. excelſis Iſrael erunt paſcua eorum, ibi requieſcent in herbis virentib. & in paſcuis pinguib. paſcẽtur, ſuper montes Iſrael.* Et Pſalm. 22. Vates ait; *Dominus regit*, ſiue *paſcit me, & ni* D *hil mihi deerit, in loco paſcua ibi me collocauit, &c.* Locus paſcuæ, Eccleſia eſt, abundat autem adeo ouium paſtu vt nihil deſit ouibus. *Nihil* [inquit] *mihi deerit.* Cant. 2. hæc paſcua liliorum, eſſe dicuntur. *Qui paſcitur, vel qui paſcit, inter lilia.* Nam ouium Chriſti pabulũ lilia, roſę, violę, amęni pulchriq. flores id eſt, ſuauiſſime olentes virtutes ſũt. Sic hunc locum Cant. Pſellus interpretatur, oues [inquit] tuas o pulcherri- E me paſtor virtutib. & lilijs paſcis, &c. Sunt etiam amęniſſima ouiũ pabula ſacramenta, vt Ambroſius docet Pſal. 18. litera Nun. Bona [inquit] paſcua diuina Sacramenta ſunt, &c. Pręſertim vero Euchariſtia auguſtiſſima, quę paſtoris amorem erga oues clariſſimè indicat. Quis paſtor [ait Chryſoſtomus hom. 60. ad populũ] oues paſcit proprio cruore? Chriſtus

Chriſti paſcua.

Ezech. 34.

Pſal. 22.

Hebraice רעין *rohhi paſcens me, vel paſtor meus.*

Cant. 2.

Sacramẽta. D. Amb.

Euchariſtia paſcua auguſtiſſima.

Chryſoſt.

uas

nos proprio ſanguine paſcit, &c. D. Gregorius hom. 14. in Euangel. *Chriſtus pro nob animam ſuam poſuit*, vt in ſacramento noſtro, corpus ſuum, & ſanguinem verteret, & oues carnis ſuæ alimento ſatiaret, &c. Adde his paſcuis diuina verba a concionatorib. audita, quib. animus mirificè paſcitur, adde Scripturę, aliorū mq; librorum, quos de diuinis reb. viri Orthodoxi ſcripſerunt, lectionem, qua cor magnopere inflammatur. Bona paſcua (ait Ambroſius loco indicato) libri ſunt ſcripturarū cęleſtium; in quibus quotidiana lectione paſcimur, in quibus recreamur, ac reficimur, cū ea q́ ſcripta ſunt, deguſtamus, vel ſummo ore libata frequentius ruminamus, &c. Adiunge Chriſti, ſanctorumq; virorum, & paſtorum exempla admirabiliā, quib. maximè ſaginantur oues Bona et paſcua [addit Ambroſius] ſūt montes conuallium: nam & in his paſcit Chriſtus; id eſt, in ſplendorib. ſanctorum, qui ſicut luminaria iſtius mūdi ſedula humilitate fulgentes, virtutū diuerſarū præſtant cacumine, & ſupra mūdum meritis ſuis eminēt, &c. Adnecte æternarum, diuinarumq. rerum meditationem, veluti ouium ruminationē; oues pingues, nitidas, pulchraſq. in ouili Chriſti cernes Deniq. quid ego dicam de melle, & lacte diuinæ conſolationis, quo oues ſuas paſcit Dominus? Nonne Eccleſia terra eſt vera promiſſionis, melle manans, & lacte? nonne ſpecioſum deſerium eſt, in quo dulce datur manna? nonne in illa ſuis ouib præbet Chriſtus vbera, de quibus Cant. 1 legitur; *Meliora ſunt vbera tua vino*? Nonne domus illa eſt de qua dicit Pſalm. 35 *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ & torrente vo'uptatis tuæ potabis eos*? Nōne torrens, & fluuius voluptatis, ouib. ad potandum, in ea propoſitus fuit? Quis igitur neget in Eccleſia paſcua eſſe ouium dulciſſima Quod ſi aliq. macilentæ ſunt, ideo ſūt quia diuina faſtidiunt paſcua, eo eodē flumine aſcendebāt Gen. 41. *Boues illa fœda, conſectoq; macie: ex quo aliæ pulchra, & craſſa nimis.* Eundem in modū ex eodem baptiſmi fluuio aſcendūt oues Chriſti ſed q́dam fędę ſunt, & maci-

Sanctorum exempla.

Paſcua cœleſtia.

A lentæ, aliæ pulchrę, & craſſę. & Cur ita? Quia illę faſtidio laborant; hę paſtu fructuq. Chriſti dulciſſimo oblectantur, de quo Cant. 2. Dicitur, *fructus eius dulcis gutturi meo*. Hunc fructum & paſtum [ait D. Gregorius eodem capite] dum mens capiens auide comedit, omnes mundi voluptates prę eius dulcedine poſtponit, &c. Nā vt Auguſt ait ſerm. 17. De verbis Domini, Maior eſt ſuauitas mentis, quā

B ventris, & c. hinc illud Pſal. 104. *Eduxit populū ſuū in exultatione, & electos ſuos in lætitia. &c.* Sic paſtor optimus omnes ſuos educit, in lætitia, & exultatione.

Hęc vberrima paſcua is inuenit q in Eccleſiam ingreditur. Cum vero in cęleſte regnum ingreditur, alia reperit multo vberiora, q́ verbis explicari nullo modo poſſunt. Lege Bernardum ſerm. 33. in Cant. Quis [inquit] illic, hoc eſt, in cęleſtib. paſcuis, non

C vehementer cupiat paſci, & propter pacem & propter adipem, & propter ſatietatem? Nihil ibi formidatur, nihil faſtiditur; nihil deficit, tuta habitatio, paradiſus, dulce pabulum, verbū opulentia multa nimis, ęternitas. Felix regio, in qua pro libito oues ingrediuntur, & non eſt, qui exterreat Tātum diſtat inter pabula, quantum inter loca, & ſicut exaltantur cœli à terra ita habitantes in cęlis, bonis potio

D ribus abundant. Feſtinemus proinde filij ad locum tutiorem, ad paſtum ſuauiorem, ad vberiorem, & fertiliorem agrum, feſtinemus, vt habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. Sic Bern Greg. homil 14. in Euangel. Quę [inquit] ſunt iſtarum ouium paſcua niſi ęterna gaudia ſemper virētis paradiſi? & c. Lege alia ſi libet.

Cœleſtes delicia quāta.

E *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus.*

HÆc eſt eximia boni paſtoris nota, pro grege ſuo ſi opus ſit, mortē oppetere, fur oues mactat & perdit; bonus paſtor ſeipſum pro ouibus mactandum offert, ac perdendum: vt mactato perditoque corpore lucretur tum Chriſtum, tum animam ſuā, atq; oues. Chryſoſt. hom 29. ad Rom.

Chryſoſt. Boni paſtoris nota eximia.

Non

Non eſt[inquit]boni paſtoris quieſce re, Et non circumquaq. percurrere in numeriſq. etiam moreib. ſeipſum pro ouib. exponere. An ignoras gregis huius dignitatem? An illius gratia Dominus tuus innumera non fecit? An non poſtremo, & ſanguinem ſuum ef fudit? Tu vero requiem quæris? &c. Item eodem loco; Bonus paſtor, & talis, qualem Chriſtus vult, cum innumeris componi poteſt martyrib. Siquidem martyr ſemel propter ipſum moritur: hic verò millies pro pter gregem. Si modò talis ſit paſtor, qualem eſſe oportet, talis. enim paſtos ſingulis dieb. mori pót. Sic Chryſoſtomus.

D. Gregor.

Et Gregorius hom. 14. in Euang. Primum nobis paſtoribus eſt exteriora noſtra miſericorditer pro ouib. impendere, poſtremum verò, ſi neceſſe ſit, etiam mortem noſtram pro iiſdem ouibus miniſtrare, &c. D. Bernard. epiſt. 237. ad Eugenium Sũmum Pontif Si Chriſtus te miſit, æſtimabis te *non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe*; & miniſtrare non ſolum ſubſtãtiam, ſed ipſam quoq. animam; &c. Excelluit huiuſmodi boni paſtoris nota Paulus 2. Corn. 12. *Libentiſſime* [inquit] *impendam & ſuper impendar ipſe pro animabus veſtris, &c.* Hoc eſt, non ſolũ bona, quæ habeo vobis donabo, ſed meipſum quoque, & vitam meam adijciam. Hinc illud ad Ro. 9. *Optabam egoipſe anath. ma eſſe à Chriſto pro fratrib. meis, &c.* Moſis quoq. eſt hoc inſigne cuius hæc ſunt verba Exod. 32. *Aut dimitte eis hanc noxam; aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti, &c.* Dauid quoq. pro ouib. morti ſe obtulit. 2. Re. 24. Cum vidiſſet Angelum cædẽtem populum, *Ego* [inquit] *ſum, qui peccaui: et ego inique egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerũt? Vertatur obſecro manus tua contra me, & cõtra domum Patris mei, &c.* Magnæ caritatis, & virtutis hæc eſt nota, ideoq; tum reliquis virtutib. tum vel maximè caritate excellere oportet paſtorẽ quod Dominus manifeſtè oſtendit cum Petrum paſtorem totius Eccleſiæ creauit Ioann. 21. Ter rogauit an amaret valde; amanti oues commiſit. *Paſce* [inquit] *oues meas.* Id ipſum indicauit cum Saulem Hebræorum præ-

2. Cor. 14.

Exod. 32.

2. Reg. 24.

Caritas paſtoris.

Ioan. 21.

A fecit Reipublicæ, hominem enim elegit, qui cæteros omnes corpore longe ſuperaret 1. Reg. 10. *ſtetit Saul in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero, & ſurſum. Et ait Samuel ad omnẽ populum, certè vidiſtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo, &c.* Altior erat Saul corpore: corporis vero altior ſtatura, animi eam altitudinem adumbrabat, quę paſtori neceſſaria eſt. Audiamus Chryſoſtomũ B li. 2. de ſacerdotio Prodeant (inquit) in medium (ad fũctionem ſcilicet paſtoralem) qui longè omnib. præſtant, quiq. virtute animi tantum reliquos excellũt, quantũ corporis magnitudine Saul Hebręorum gentẽ excelluit. Seu potius multo etiam magis, &c. Bonus paſtor animam dat pro ouib. Deo, malus quoq. paſtor dat pro ouib. animam, nõ Deo ſed diabolo, etenim quia malè oues paſcit, æternis tormẽ- C tis addicitur D. Chryſo. Cui [inquit] homines ipſi, id eſt, rationalis Chriſti grex, concrediti ſunt, hũc ouib. deperditis, animæ propriæ iacturam facere oportet, &c.

1. Reg. 10.

Chriſoſt.

Quod ſi bonus paſtor vitam pro ouib. dat, multo facilius dabit pecuniã qui verò pecuniam non dat, quomodo vitam dabit? Vnde D. Gregor. ho. 14. citata: cum (inquit) incomparabiliter, longe melior ſit anima, qua viui D mus, quam terrena ſubſtantia, quam poſſidemus, qui non dat pro ouib. ſubſtantiam ſuam, quomodo pro his daturus eſt animam ſuam, &c. Danda eſt pro ouib. vita, cũ opus fuerit: dãda ouib. eleemoſyna ſemper quia ſẽper opus eſt, ſtomacho datur cibus, vt ſibi parum, corpori reliquum tribuat, ſic paſtori dantur opes, vt in ſuos ſũptus moderatè eos expendat, quæ reſtant ouib. donet Stomacho ſubminiſtran- E te (ait Auctor imperfecti Hom. 38.) vnumquodq. membrum ſuſcipit nutrimentum, &c. Item: Cor, & ſtomachus ſacerdotes intelligũtur, & c. Liene creſcente, reliqui artus tabeſcunt, vnde Traianus fiſcum ſuum lienem vocauit, quod eius nimium augmẽtũ ouium, a quib. pecuniæ exiguntur eſſet detrimentum. Paſtoris item arca ſiue theſaurus, lieni ſimilis eſt. Creſ-

Bonus paſtor pro ouibus dat ſubſtantiam.

Grego.

Eleemoſyna paſtorũ.

Digitized by Google

cente enim paſtoris theſauro, & pecunia, pauperes tabeſcunt, in quos illa debet erogari, minimè verò in theſauro reponi.

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor.

QVales ſint mali in Eccleſia paſtores, docet Dominus, Sunt illi quidem verè paſtores, ſi ritè, & ſecũdum canones eliguntur; at ſunt mali paſtores, & mercenarij. Duo in his accuſã-

De mercenarijs.

tur, alterum, quod oues mercedis, lucriq. potiſſimum cauſa paſcunt; alterum quòd non pertinet ad eos de ouibus; hoc eſt, non habent ouium curã. Huiuſmodi paſtores mercenarij ſe paſcunt, non oues; vt indicat Dominus,

Ezech. 34.

Ezech. 34. *Va* (inquit) *paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, &c.* Item *Paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant, &c.* Lanam hi tantummodo curant, & lac, non ouium ſalutem. Paſcunt oues, vt comedant; cum potius comedere deberent, vt paſcere oues poſſent. Eodem Ezechielis capite additur: *Lac comedebatis, & lanis operiebamini & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, &c.* D. Gregorius ho. 14. in Euang. mercenarius [inquit] eſt, qui lucra animarum non quærit, terrenis commodis inhiat, tẽporalib. lucris paſcitur, &c. Ezech. 13. *Quaſi vulpes* [inquit] *in deſerto prophetæ tui Iſrael erant, &c.* Similes vulpib. erãt illi pſeudo prophetę, ſimiles item vulpib. ſunt paſtores mercenarij. Quemadmodum. n. vulpes gallinas; ſic illi lucra ſua quærunt. D. Auguſtinus trac. 46. in Io. Mercenarij [inquit] ſunt; quidam Eccleſiæ præpoſiti, de quib. Apoſtolus dicit ad Philipp. 2. *ſunt quærentes non quæ Ieſu Chriſti &c.* Eodem loco docet eſſe in Eccleſia quoſdam paſtores qui filij ſunt, alios qui ſunt mercenarij. Habet (inquit Auguſtinus) ouile Domini præpoſitos filios, & mercenarios, &c. Filij patri obſequuntur, ac miniſtrant, non propter mercedem, ſed propter amorẽ: mercenarij verò propter mercedem tantum operanẽ: eodem modo paſtores quidam filiorũ inſtar, caritate ducti, oues patris ſui Dei paſcunt, neq; vero diuitias curãt

Lucrum quęrunt mercenarij, non ſalutẽ ouium.

D. Greg.

Ezech. 13.

D. Auguſt.

ad Phil. 2.

Paſtores alij filij sũt, alij mercenarij.

A quod ſibi opus eſt tãtummodò ab ouibus accipiunt, reliqua pauperib. tribuunt. Alij caritate minimè ducũtur ſed mercede, hi mercenarij appellantur: ſed et hi mercenarij paſtum ouib. præbent, cum rectè docent, q̃uis non rectè viuant. Aliqñ inter ſpinas dulcis oritur botrus, colligimus botrum, ſpinas cauemus; eundem in modum ex malis paſtorib. & mercenarijs veluti ex ſpinis, vera oritur doctrina, doctri-

B nam verã complectamur, malos mores fugiamus. Botrum carpe (ait Auguſtinus) ſpinam caue. &c. Ne ſint mercenarij paſtores D. Petrus adhortatur. c. 5. *Paſcite* (inquit) *qui in vobis eſt gregem Dei, prouidẽtes*, Græcè, *προθύμως*, *Epiſcopantes non coactè ſed ſpontaneè, ſecundum Deum; neque turpis lucri gratia*, Græcè *αἰσχροκερδῶς*, *voluntariè* Græcè, *ἑκουσίως* id eſt, *prompto animo, atq; alacri voluntate* hortatur etiam D. Ber.

Auguſt.

1. Petr. 5.

C epiſt. 42. ad Archiepiſcopum Senonẽſem: Puritas [inquit] cordis [*Epiſcopi*] in duob. conſiſtit; in quęrenda gloria Dei, & vtilitate proximi; vt in omnibus actis ſuis, vel dictis, nihil ſuum quęrat Epiſcopus, ſed tantum aut Dei honorem, aut ſalutem proximorum, aut vtrumq. fidelis pontifex non requirit populi datum, ſed lucrum animarum. Acceptum talentum partitur nummularijs, à quib. & vſuras re-

D cipit, non ſibi, ſed Domino, nõ habet foueam vt vulpes non tamquam volucres nidum, non loculos quomodo Iudas. Non valet purè Dei, vel proximi quærere lucra, qui propria non contẽpſerit, &c. Dicitur pontifex à ponte, pontem enim Epiſcopus ſuis facit ouibus, per quem in cœlum tranſeant, huius pontis finis in cœlo eſſe debet, non in terra. D. Bern eadem epiſtol. hoc [inquit] agens Pontifex, implebit

E non ſolum Pontificis officium, ſed & etymologiam nominis, pontem ſe ipſum faciens inter Deum, & proximũ Pertingit pons iſte vſque ad Deum, ea fiducia, qua non ſuam, ſed Dei gloriam quęrit. Pertingit vſque ad proximum illa pietate, qua & ipſe non ſibi prodeſſe deſiderat. Hæc D. Bern.

Non

Non pertinet ad eum de ouibus.

Non curat mercenarius oues. Ezech. 34.

NOn eſt cura ouium mercenario, ſed lucri,& honoris,ideoque male paſcit oues,iuxta illud Ezech. 34. *Quod infirmum fuit,non conſolidaſtis, & q ægrotum non ſanaſtis,quod confractum eſt, non alligaſtis & quod abiectum eſt, non reduxiſtis,& quod perierat,non quæſiſtis, & diſperſa ſunt oues meæ,eo quod non eſſet paſtor: diſperſi ſunt greges mei,& non erat qui qui requireret,non erat[inquã]qui requireret,&c.* B Huiuſmodi paſtores infirmas oues *non conſolidant, ægrotas non ſanant confractis non medentur*,id enim ſignificat alligare, *abiectas non reducunt, errantes, ac diſperſas non requirunt*; quia non pertinet ad eos de ouibus

2.Timot.4.

2 Timot. 4. ait Paulus: *Miniſterium tuũ imple* Huiuſmodi vero paſtores, ſi miniſterium implent;ſed implent ſe ipſos,& conſanguineos opib.& honore. Boni vero paſtores miniſteriũ ſuũ implent C vigilantia,& cura, ouiumq; vtilitate,quarum commoda quærunt

D. Bernar.

iuxta illud Bernar.lib.3.de conſider. ad Eugenium Summum paſtorẽ.Præſis(inquit)vt proſis,&c. Item: præes [ait]numquid,vt de ſubditis creſcas? Nequaquam,ſed vt ipſi de te,&c Addit hic:parui deiectique animi eſt,de

Præſis vt proſis.

ſubditis non profectum quærere ſubditorum,ſed quæſtum proprium,&c. Lege Concilium Trid.ſeſſ.25.c.1. de D Epiſcopis agens: Non [inquit]ad propria cõmoda,non ad diuitias,aut luxum,ſed ad labores,& ſollicitudines pro Dei gloria ſe vocatos eſſe intelligant,&c.

Vide lupum venientem,& dimittit oues,& fugit.

Luporũ deſcriptio.

LVpos rectè deſcribit D.Ambroſius E Lucæ 10. Lupi[inquit]beſtiæ ſunt quæ inſidiantur ouilib.circa paſtorales verſantur caſas,habitacula domorum intrare non audent,ſomnum canum,abſentiam aut deſidiam paſtoris explorant,ouium guttur inuadũt, vt cito ſtrangulent,feri,rapaces ijdẽque natura corporis rigidiores,vt ſe facile non poſſint inflectere, impetu quodam ſuo feruntur,& ideo ſæpe lu-

A duntur.Tum ſi priores hominem viderint, vocem eius quadam naturæ vi feruntur eripere.Si autem homo prius eos viderit,exagitari memoratur.Hæc de lupo Ambroſius.Hæreticos vero eodem loco cum lupis confert.Bonus paſtor vitam pro ouibus lupis offert, ſi opus eſt;mercenarius verò lupum fugit, oueſque deſerit, quoniam ſuum quærit non ouium cõmodum ſtare in periculo non poteſt B [ait D.Gregorius hom.14.Euange] qui in eo,quod ouibus præeſt,nõ oues diligit,ſed lucrum terrenum quærit. &c.Lupi ſunt tyranni,hæretici,aliive homines impij,qui oues lacerant, ac diſpergũt Defendit ouile bonus paſtor,cuius ſunt oues propriæ,lupoſque fugat;deſerit ouile mercenarius, cuius non ſunt oues propriæ,lupoſque fugit. Proprias oues amor facit, paſtoris illius oues propriæ ſunt,qui Chriſtum,eiuſq; Chriſti cauſa,amat;illius C non ſunt propriæ,qui nec Chriſtũ,nec oues proſequitur amore. Qui oues, non lucrum,amat;oues potius quàm lucrum,amittere timet;qui lucrum, non oues,diligit,lucrum potius, quã oues perdere metuit. Vnde D. Gregor.dum honorem[inquit]amplectitur,dum temporalib.commodis lætatur;opponere ſe contra periculũ trepidat,ne hoc quod diligit, amittat, D &c.Bonus paſtor periculis ſe opponit,ne id,quod diligit,amittat.Amor cauſa eſt, cur periculis ſeſe ille offerat; amor cauſa eſt, cur pericula hic refugiat,ſed diuerſus amor, illius amor eſt ouiũ,huius amor eſt lucri. Eſt prætereà lupus diabolus,vt Auguſtinus docet ſerm.49.de verbis Domini,& Gregorius ho.citata, hic lupus rapit oues,diſpergitque, libidine,rixis,odijs,vitijſque alijs. Illi ea congruunt,quæ de lupis ex Ambroſio diximus: Eccleſiæ ouili inſidiatur,circa paſtorales verſatur domos, & intrare non audet,aditum quærit,canum id eſt, Concionatorum,& correctorũ ſomnum obſeruat,paſtoris abſentiã, aut deſidiam explorat,guttur ouium inuadit,ne peccata fateantur.ferus eſt rapax,rigidus,ita vt ſe ad pœnitentiã inflectere nequeat,& ad humilitatẽ, impe-

Mercenarius fugit.

D. Gregor.

Lupi qui ſint.

D. Gregor.

Amor ouiũ

Lupus diabolus.

impetu inuidiæ fertur,& a bonis oui
bus,bonoq́ue paſtore erũpitur,ſi ip-
ſum,id eſt eius tentationes prius vi-
deris,ac cõſideraueris,beſtiã exagita
ueris:ſi te cæcum prior ille viderit,ir
ruet,vocem ne crimina confeſſione
eluas,eripiet,laniabit,in orcũ te præ-
cipitabit. Bonus paſtor lupo huic ſe
opponit oues defendit, raptas recu-
perat,diſperſas reducit. Mercenarius
videt lupum,& dimittit oues,& fugit
videt lupum venientem, videt oues
diſpergi,varijſq.criminib.rapi,ac la-
niari,& fugit. Non corporis(ait Augu
ſtinus ſerm.49.citato)ſed animæ hæc
fuga eſt,quem vides corpore ſtare,fu
git animo,&c. Non fugit mercena-
rius corpore;non enim Eccleſiam de
ſerit,alioq; abijt;ſed fugit animo, qa
cum præſens ſit corpore,vitijs medi
cinam non adhibet, ouiumq. mores
non corrigit vigilanter. Lupus venit
(ait Gregorius)& mercenarius fugit
quia malignus ſpiritus mentes fide-
lium in tentatione dilaniat, & is,qui
locum paſtoris tenet,curam ſollicitu-
dinis non habet. Animæ pereunt, &
ipſe de terrenis commodis lætaſ, &c.

Fuga Mercenarij non pedibus fit, ſed animo

Gregor.

O paſtor & idolum, dicitur de Anti-
chriſto Zach.11.diciq; poteſt de mer
cenario,quemadmodum. n.idolũ ab
ethinicis honore,& donis cumulatur
nihil tamen auxilij illis affert;ſic mer
cenarius paſtor,ab ouibus honore,&
munerib.afficitur,nihil tñ,vel parum
adiumenti illis confert. Similis eſt An
tichriſto,de quo eodem capite Zacha
riæ,*Ecce ego*(ait Dominus)*ſuſcitabo paſto
rem in terra,qui d relicta non viſitabit,diſp
ſum non quæret,& contritũ non ſanabit, &
id quod ſtat,non enutriet,&c.* Nonne hoc
mercenarius facit? Derelictas oues
non viſitat,nõ reducit,diſperſas non
qrit,cõtritas non ſanat,eas q̃ ſtant,ſa
neq.ſunt,non enutrit. Iã verò cũ pa-
ſtor Dei irã ac flagella, ab ouib.ꝓpul
ſare precib.& ſacrificijs debeat,ieiu
nijs,& eleemoſynis,mercenarius im
prob ira Dei oues rapiente,fugit,hoc
eſt,neq.precib.inuigilat,neq; ſacrifi-
cijs ieiunijs,atq eleemoſynis Deum
populo propitiũ reddere conaſ,propi
tiumne alijs reddet Deũ is,cui Deus
iratus eſt? Sacrificiũ offert ſcelerib.cõ

Zach.11.

Mercenari⁹ eſt idolũ, ſimilis eſt antichriſto.

Zach.11.

Mercenari⁹ ab ira Dei oues non defendit.

A ſaminatus; D.Greg.epiſt.114. lib.7.
Qñ(inquit) populũ orationis clypeo
tueaſ qui ſe hoſtilib. iniurijs feriedũ
exponit? aut qualẽ fructũ de ſe ꝓdu-
cturus eſt,cuius graui peſte radix infe
cta eſt? Maior ergo metuẽda eſt locis
illis fore calamitas,vbi tales interceſ-
ſores ad locũ regiminis adducunt. q
Dei in ſe magis iracundiã prouocant
quam per ſemetipſos populis placare
debuerant,&c. Iſaiæ 64. *Non eſt, qui in- Iſa.64.*
B *uocet nomen tuum,qui conſurgat. & teneat
te,abſcondiſti faciem tuam à nobis,& alliſi-
ſti nos in manu iniquitatis noſtræ,&c* Abſ-
cõdit Deus faciẽ à populo,alliditque *Ira Dei.*
eũ propter iniquitatẽ,ac punit. Mer-
cenarius vero paſtor iacet in crimini
bus nec ſurgit,vt Deũ teneat;hoc eſt
vt Dei irã auertat,Ezech 13. *Non aſcẽ-
diſtis ex aduerſo,neq; oppoſuiſtis murum pro Ezech.13.*
*domo Iſrael,vt ſtaretis in prælio, in die Domi
ni,&c.* Bonus paſtor aſcendit ex aduer
C ſo,& occurrit iræ Dei; opponitque ſe *Bonus paſtor irã Dei placat.*
murum pro ouib. Neq vero fugit,ſed
ſtat, veluti in prælio ante oues,dux ſtre-
nuus, vt populo efficiat placatũ Deũ.
Nã vt Hieronymus ait Ezech. 13. Si- *D. Hieron.*
cut murus hoſti opponitur.& aduer-
ſario occurri ſolet,ex aduerſo.cõtra-
que venienti;ita Dei ſententia Sãc.o-
rũ precib.frãgitur &c. Aſpice bonum
paſtorẽ. Cũ ita Dei graue ſupplicium
de populo ſũmeret aſcẽdit ex aduerſo
D Aaron bonus paſtor oppoſuitq.murũ *Num. 16*
pro domo Iſrael. Num 16. *Cum cucur-
riſſet ad mediam multitud nem,quã iã va-
ſtabat incendium, obtul t Thymiam a & ſtãs
inter mortuos, ac viuentes,pro populo deprecã-
tus eſt,& plaga ceſſauit,&c.* D. Hierony *D. Hieron.*
mus epiſt.12.ad Gaudentiũ. Legimus
(inquit) Aron pontificẽ ijſſe obuiã fu
rentib.flammis,& aſcenſo thuribulo
Dei iram cohibuiſſe,ſtetit inter mor-
tẽ,& vitã ſacerdos magnus neq.vltra
E veſtigia eius ignis procedere auſus eſt
&c Exod 32. Moſi ait Dominus *Di- Exod 32.*
*mitte me, vt iraſcatur furor meus contra
eos,& deleam eos,&c.* Cui diciſ (ait Hie-
ronymus) *Dimitte me*; oſtenditur, qđ *Tenent Deum iuſti preces*
tenendi habeat facultatẽ,&c. Idẽ qñ
dicit Deus Moyſi; *dimitte me*; oſtendit
ſe teneri poſſe,ne faciat, qđ minatus
eſt. Dei.n.potentiã ſerui preces impe
diebãt,&c. Tenet Deũ,ne puniat bo-
ni

ni paſtores precib. & ſacrificijs, Dei
ſententiam frangunt, ſtantq. in prælio
fortiter Mercenarij fugiunt populo
minime ferunt opem. Quis putas (ait
Hieronymus epiſt. indicata) ille ſub
cęlo eſt qui tunc iræ Dei poſſit occur
rere? qui obuiare flammis, & cū Apo
ſtolo dicere, *Optabam ego anathema eſſe*
pro fratribus meis. Pereunt cum paſtori
bus greges, quia ſicut populus, ſic ſa-
cerdos. Hæc Hieronymus.

CAPVT VIII.

De bono paſtore.

Morale.

Ego ſum bonus paſtor.

RVrſus vidimus oculis lacrymānti-
bus, qui oues mactant, & perdūt
mercenarios quoq. qui vident lupū ve
nientem, & dimittunt oues, ac fugiūt
Lętis iam, atq. exultantib. oculis bo-
num videamus paſtorē, qui oues non
mactat, ſed vita donat, non perdit, ſed
ſeruat, quiq. videns lupum ſæuiſſimū
venientem, non dimittit gregē, ſed pro
eo ſeruādo, mortē crudeliſſimā ſubit,
Hic princeps eſt paſtorum Chriſtus.
Ego (inquit) *ſum bonus paſtor*. Hic dicitur
paſtor a paſcendo, noſter bonus pa-
ſtor eſt, & ouium paſtus Paſcit oues,
& in ſeipſo, veluti monte paſtus vber
rimi, paſcit. Pſa. 67. *Mons coagulatus, mōs*
pinguis vt quid ſuſpicamini montes coagula
tos, &c Mons pinguiſſimi paſtus eſt
Chriſtus paſtor, o oues, vt quid alios
montes eſſe ſuſpicamini, in quib. pin-
guiora paſcua poſſitis inuenire? Mun
di mōtes paſcua præbēt, ſed venena-
ta, bonus paſtor paſcua exhibet, & dul
Chriſtus paſtor bonus. cia, & ſalutifera. Malus paſtor mūdus
malis paſcuis paſcit, bonus paſtor
Ezech 34 Chriſtus bonis. Huius boni paſtoris
vox illa eſt Ezech 34. *Ipſe requiram oues*
meas & viſitabo eas. Item *Ego paſcam oues*
meas, & ego eas accubare faciam: quod perie
rat, requiram, & quod abiectum erat reducā
& quod cōfractū fuerat, alligabo, & quod in
firmum fuerat, conſolidabo & quod pingue &
forte, cuſtodiam, &c, Ecce tibi bonū pa-

A ſtorē qui oues egregiè paſcit perditas
requirit, abiectas reducit, confractas
alligat, infirmas confirmat, pingues,
ac fortes cuſtodit. Conſidera quæſo il
lius erga oues amorem, Iſai. 40. *Sicut* *Iſai. 40.*
paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo cō
gregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas
ipſe probabit, &c.
Paſtoris inſignia, vt ait D. Hierony *Chriſti paſtoris inſignia.*
mus Zachar. 11. Sunt pera, baculus, fi
ſtula, ſibilus, adde & melotem, id eſt,
B ouis exuuium, ſiue pellē, canes quoq; *D. Hieron.*
lupis terribiles, ouib. amicos. Repe-
ries hęc omnia inſignia in ſummo pa
ſtore noſtro. Ouis pellē paſtor fert,
Chriſtus vero ouium ſuarum fert, nō
ſolam pellē, ſed naturā integrā. *Formā*
ſerui accipiens (ait Paulus ad Philip. 2.) *Philip. 2.*
in ſimilitudinem hominum factus, & habitu
inuentus, vt homo &c. Homo eſt hominū
paſtor, mitis, ſuauis, amore pleniſſi-
mus. Peram habet, imo multas peras
C id eſt, ſacramenta medicamentis re-
fertas, quib. ouium morbis omnibus
medetur. Baculū habet, id eſt, crucē
ſanctiſſimam, cui illud Dauidicū exi-
miè congruit, Pſal. 22. *Virga tua, & ba-* *Pſal. 22.*
culus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Hæc. n.
virga, hic Chriſti baculus, oues mirū
in modū conſolatur, hoc diriguntur,
hoc fulciuntur. Sequitur in Pſalmo
prædicto de paſtu; *Paraſti in conſpectu*
meo menſam, aduerſus eos, qui tribulāt me,
D *impinguaſti in oleo caput meū, & calix meus*
inebrians, quam præclarus eſt, &c. Parat
Chriſtus ouib. ſuis paſcua vberrima,
menſamq. plenā dapib. ſuauiſſimis, qui
bus paſtæ aduerſus lupos decertare
poſſint. Fiſtula paſtoris noſtri, qua o-
ues mulcet, verba diuina ſunt, & con
ciones. Sibilus. inſpirationes, quib. o-
ues vocat. Generoſi canes confeſſarij
ſunt, & concionatores: qui latrātu
hoc eſt, concionib. ac confeſſionib. lu-
E pos tartareos terrent. ac fugant. Ca-
nes gregis, id eſt Eccleſiæ, [ait D. Gre *D. Gregor.*
gorius in Iob, initio c. 30.] Doctores
ſancti vocantur; qui dū pro Domino
ſuo, diuinis, nocturniſq. vigilijs inſiſti
clamauerūt, magnos [vt ita dixerim]
latratus prædicationis dederunt. &c.
Hic eſt paſtor, & Meſſias noſter, qui
Ioan 10. per oſtium Scripturarū, & *Ioan. 10.*
diuinę vocationis ingreſſus eſt, vt ſu-
pra

pra iam diximus. Paſtor ille ſtultus de quo Zachar. 11. dicitur; *ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, item: *O paſtor, & idolum derelinquens gregem, &c.* id eſt, Antichriſt⁹ non per oſtium intrabit: ſed aliũde aſcendet, per ſuperbiam etenim fur erit, & latro. At ſapientiſſimus paſtor noſter per oſtium ingreſſus eſt; imo ipſe eſt oſtium, vt ſupra dictum. Paſtoris ſtulti, id eſt Antichriſti, vaſa, hoc eſt, inſtrumenta omnia ouib. perniciem afferent; peram feret, auro, argentoq. refertam, vt oues corrumpat, & a diuinis paſcuis abducat, baculo, id eſt, ſceptro gregem Chriſti obteret atq. occidet, fiſtula, ſibiloq. id eſt, promiſſionib. atq. blanditijs, in tartarea paſcua vocabit. Noſtri vero ſapientiſſimi paſtoris vaſa omnia in ſalutem ouium ſpectabant, nimirum pera, baculus, fiſtula, ſibilus, generoſi, lupiſq; horribiles canes, de quib. paulo ante egimus. Hic eſt paſtor cui oſtiũ De⁹ aperuit Ioan 10. iuxta illud Pauli ad Hebr. 5. *Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret, ſed qui loquutus eſt ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te, &c.* Hic eſt, *qui ante oues vadit*, hoc eſt, qui exemplo admirabili pręit, iterq. in cęleſtia paſcua indicat. Hic eſt, quem Deus apud Ezechielem 34. promittit his verbis: *Suſcitabo ſuper eas*, id eſt, *oues paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meũ David*, id eſt, *Chriſtum. ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem, &c.* Dauidem vocat Chriſtum, eo quod ex ſtirpe Dauidis ortus ſit, præterea, quia Dauid illius typus fuit, & imago. Hic eſt ille Dauit, paſtor egregius, qui vidit lupũ leonem, vrſumq. venientem, id eſt, diabolum, & non dimiſit oues, nec fugit; ſed irruentem feram trucidauit. 1. Reg. 17. *Paſcebat* [ait David] *ſeruus tuus Patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis. & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebamque eos, &c.*

Zach. 11.

Antichriſti fur et latro.

Chriſtus paſtor bonus.

Ezech. 34.

1. Reg. 17.

Hic eſt paſtor bonus, Græcè, καλὸς, id eſt, *bonus pulcher*, cuius puchritudine, & amore, oues ſic inflammantur, vt ab eo nullis tormen-

Chriſtus paſtor pulcher.

A tis diuelli poſſint. Paſtorem Dauidẽ memoriæ prodiderũt Sacrę literæ Ionathæ fuiſſe cariſſimũ lib. 1. Regũ ca. 18. *Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ David, & dilexit eum Ionathas, quaſi animam ſuam, &c.* Adumbrat hic amor ouium erga Chriſtum amorem. Dauidem dilexit Ionathas; Noſtrum Dauidem, pulchrũmq; paſtorem ſuæ oues diligunt, & ita diligunt, vt mortẽ pro illo oppetere nõ recuſent. Deniq. hic

1. Reg. 18.

Amor ouiũ erga Chriſtum.

B eſt ille paſtor, cuius erga oues, oiũmque erga ipſum ſingularem dilectionem Salomonis Canticum Canticorum oſtendit, hic eſt paſtor dilectus, à quo trahi cupit ſponſa ſancta caritate incenſa Cant. 1. *Trahe me poſt te, curremus.* Hic eſt, cuius paſcua ſibi oſtendi petit: *Indica* (inquit) *mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie* Hic eſt, cuius voce liqueſit Cãt. 5. *Anima mea liquefacta eſt; vt locutus eſt,*

Paſtor in Canticis Cant. Chriſtus.

C *&c.* Hic eſt, cuius pulchritudinem depingit. Cant. 5 *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus: caput eius aurum optimum, &c.* Hic eſt, quem per vicos quærit, & plateas: hic quem inuentum tenet, nec dimittit. Cant 3. *tenui eum, nec dimittam, &c.* Zachariæ 11. Aſſumpſi (ait Dominus) *mihi duas uirgas, unam uocaui decorem, & alteram uocaui funiculum, & paui gregem*, Hebraicè vna ex virgis vocatur נועם

Zach. 11.

D *nohham*, id eſt, *decor, pulchritudo*, altera חבלים *chobelim*, id eſt, *funiculi*, duæ virgæ, duo erant peda, ſiue duo baculi paſtorales Dei. Huiuſmodi enim ſunt ſummi paſtoris baculi paſtorales, pulchritudo, & funiculi. Pulcher paſtor, baculum habet, qui *decor*, dicitur, ſiue *pulchritudo*; quia pulchrã decoramq; habet totius ouilis adminiſtrationẽ, pulchram ouium gubernationem. Paſtor ouium amantiſſimus baculum ha-

Duo baculum Chriſti paſtoris.

Oſea 11.

E bet, cuius nomen eſt *funiculi*, qm̃ amoris funiculis oues trahit, iuxta illud Oſeæ 11. *in funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis, &c.* Trahit oues paſtor noſter *in funiculis Adam*. hoc eſt, hominis, qui amoris funiculi ſũt. His iiſdẽ funiculis amoris oues ſuas vult ligari, ita vt nullo diſſideant odio, nullis ſimultatibus diſpergãtur. Pulcher paſtor, pulcherque baculus, pulchras

exigit

Digitized by Google

exigit oues, amoriſq. funiculis inuicẽ **A** colligatas, &c. Dicantã bono paſtore paſtores, baculum habeant qui merito decor ſiue pulchritudo appellari poſſit. Inſignia reliqua paſtoris boni habeant, perã, fiſtulam, ſibilum. Perã plenam ouium cibo, plenã etiam lapidib., quib lupos impetant, iuxta illud 1. Reg. 17. *Elegit ſibi* [paſtor Dauid] *quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, &c.* Habeant fiſtulam diuini verbi, & concionum, quib. **B** oues demulceant, habeant ſibilũ correctionis, & ſecretæ admonitionis. Baculũ habeant pulchrum, firmumque, quo oues innitantur, non arundinẽ illum, de quo Iſaiæ 36. legitur; *Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam, &c.*

Et cognoſco oues meas.

Chriſtus oues cognoſcit perfectiſſima cognitione.

COgnoſcit Chriſtus oues ſuas, perfectiſſima cognitione, nam quidquid **C** in illis eſt nouit. Conoſcit interna, & extrena, quidquid naturale habent. quidquid ſupernaturale: cognoſcit corpora, cognoſcit animos; cognoſcit gratiam, & virtutes, cognoſcit morbos, & peccata: cognoſcit omnia illarum opera, verba, cogitationes, appetitioneſq. nihil penitus illum latet. Ad Hebr. 4. *Omnia nuda, & aperta ſunt oculis* **D** *eius.* Græce τετραχηλισμένα. Eſt autẽ τράχηλος, *ſpina dorſi*, τραχηλίζειν, verò eſt, *medium nihil per ſpinam dorſi diuidere*, quo facto interna omnia patent. Patent igitur omnia ouiũ & interna & externa paſtori ſuo, perinde ac ſi per ſpinam dorſi diuiſæ coram oculis illius eſſent. D. Chryſoſtomus ab animali excoriato metaphorã putat ſumptam: Quid [inquit] eſt apertũ oculis **E** eius? ex metaphora pellium, quæ de pecudib. detrahuntur. Sicut enim cũ pecudes occiderit quis, & ex carnib. detraxerit pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta ſunt oculis noſtris ſic & Deo aperta ſubiacẽt omnia, &c. Itaq. oues in Chriſti paſtoris oculis, ſic verſantur, ac ſi excoriatæ, & diſſectę eſſent. Omnia enim quę in ipſis inſũt Chriſtus cognoſcit Videa nt igiť oues

Hebr. 4.

Chriſtus omnia cernit.

A ne quid coram paſtore omnia cognoſcente, atq. intuente gerant, quod oculos eius offendat. Pręterea cognoſcit paſtor noſter oues, tũ eas, q̃ errãt, tũ eas, q̃ in paſcuis verſantur, cognoſcit eas quę in ouile ſunt, quęq. in ouile sũt adducendę: Vnde illud; *Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouile, &c.* Paſtores oues ſignant, vt ex ſigno cognoſci poſſint: Signat quoq. oues ſuas paſtor noſter, vt hominibus notæ eſſe queant. **B** Olim ſignauit circũciſione, nunc baptiſmo ſignat. In ouili n. Chriſti, id eſt, in Eccleſia, omnes oues baptiſmo, fideque Chriſti, quam ore profitenẽ, ſunt conſignatæ: Vt characterem omittam qui ſenſui non eſt ſubiectus.

Signũ ouiũ Chriſti.

Hęc autem paſtoris noſtri cognitio ſummo cum amore, ſummaq. cũ cura ouium, coniuncta eſt, Cognoſcit enim oues amans, illarumque ſalutem curãs *Ego* (inquit) *cognoſco oues meas*: meas **C** inquam & proprias, amore, cura, creatione, redemptione. Mercenarij oues non ſunt proprię, quia illas non amat Paſtoris noſtri propriæ ſunt, tum ob alias cauſas tum quia illas valde amat. Boni paſtoris hoc eſt proprium, oues cognoſcere. Bonus paſtor cum Chriſto ait, *cognoſco oues meas*, Mercenarius ait, *non cognoſco oues.* Bonus paſtor id pręſtat, quod Prouerb. 27. præcipitur, *diligenter cognoſce vultum pecoris tui, tuoſq. gregis conſidera, &c.* **D** Item illud Eccleſiaſtici 7. *Pecora tibi ſunt? attende illis, &c.* Nam diligenter gregem ſuum conſiderat, ouibuſque attendit. At mercenarius neque gregem conſiderat, neque ouib. attendit pereuntibus. ſed lucris, O viſcera ferrea. Prouerb. 12. *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia &c.* Si iuſtus iumentorum ſuorum animas nouit, quanto maiori diligentia, cognoſcet animas **E** hominum? at viſcera mercenariorum crudelia ſunt, quia cum ſciant à lupis deuorari oues, non ferunt opem. De bono paſtore ait Dominus, Ioan. 10. *Oues vocat nominatim.* cognoſcit enim oues ex nomine, præſens illis adeſt, ſuaque pręſentia, cogitatione, oculis, verbis, exemploque ſaginat. Refert Ariſtotel. lib. j. Oeconom. duo Apohthegmata, al-

Ouium cognitio cum amore coniuncta.

Bonus paſtor oues cognoſcit.

Prou. 27.

Eccleſ. 7.

Prouer. 12

Ioan. 10.

Paſtoris præſentia, et reſidẽtia oues ſaginat.

Ariſtoteles

terum Perſæ cuiuſdam; alterum Afri huic loco accommodata. Rogatus Perſa quid maximè equum ſaginaret. Reſpondit: *Oculus Domini*. Rogatus vero Afer, quod ſtercus eſſet agro optimũ *Domini* (inquit) *veſtigia* id eſt, in agro ambulatio, & præſentia. Eundem in modum ad ſaginandas oues, & facũdandum Eccleſiæ agrum plurimum momenti habent paſtoris veſtigia, & oculus, hoc eſt, cognitio, & præſentia. Hanc cognitionẽ ouium; Epiſcopi nomẽ poſtulat; poſtulat quoq. nomẽ paſtoris. Nã paſtor a paſcẽdo dicitur. Is igitur bonus paſtor eſt; qui paſcit præſens oues, ἐπίσκοπος, Græcum nomẽ *Speculatorem*, ſignificat, *& exploratorem*. is ergo Epiſcopus bonus eſt, qui ſpeculatur, qui gregem conſiderat, viſitat, ac cognoſcit. Epiſcopat⁹ (ait Chriſoſtomus 1. ad Timoth. hom. 10.) ex eo dicitur, quod omnes inſpiciat, cũctaq. ſpeculetur, &c. De Ioſeph poſtq̃ Ægypto præpoſitus eſt legitur Gen. 41. *Egreſſus eſt Ioſeph ad terram Aegypti, & circuiuit omnes regiones Aegypti, &c.* Eundem in modum paſtor, poſtquam Epiſcopatui præpoſitus fuerit, ne domi ſe vt idolum contineat, egrediatur ad terram Ægypti, circumeat omnes regiones, omnia ſui Epiſcopatus oppida percurrat, oues cognoſcat ſuas, adhibeatq. ſingulis medicinam. Cant. 3. *Inuenerunt me vigiles* (ait ſponſa) *quæ cuſtodiunt ciuitatem*, הסובבים *haſſobabim*, id eſt, circumeuntes ciuitatem, ciuitas enim, id eſt, Eccleſia vigilanter cuſtoditur, ab ijs qui circumeunt, qui oues viſitat, qui oppida omnia percurrunt. 1. Machab. 16. *Simon* (ſummus Sacerdos) *perambulans ciuitates, quæ erant in regione Iudææ, & ſollicitudinem gerens earum, deſcendit, in Iericho, &c.* Ecce boni paſtoris officium; perambulare ciuitates, & oppida quę ſint tota diœceſi ſollicitudinẽ gerere omniũ ouium, eaſq. oratione, ſermone, exẽplo, & eleemoſynis iuuare. Huiuſmodi paſtor S. fuit Malachias, de quo D. Bernardus, in ſermone de illi⁹ laudib. habito. Quaſi [inquit] vn⁹ omniũ parens, viuebat omnib. quaſi gallina pullos ſuos, ſic fouebat omnes; & in velamento alarũ ſuarũ protegebat

Viſitatio paſtoris.

A Non ſexus, non ætas, & non conditio dicernebatur, aut perſona, deerat nemini; expãſo omnib. gremio pietatis. De quacumque tribulatione clamaretur ad eum, propriam reputabat, &c. Item pauper ſibi, ſed diues erat pauperib. Pater orphanorũ, maritus viduarũ patronatus extitit orphanorũ, pius ad compatiendũ, promptus ad ſubueniendum, ad corripiendũ liber. &c. vadat prælatus, & faciat ſimiliter.

B

Et cognoſcunt me meæ.

COgnoſcit bonus paſtor Chriſtus oues ſuas, cognoſcunt et oues paſtorem ſuum; ſed longè diuerſa eſt ouium cognitio à cognitione paſtoris. Chriſti cognitio eſt perfectiſſima, omnia.n. nouit, quę ſunt in ouib. ouiũ vero cognitio imperfecta eſt, nõ.n. cognoſcunt omnia, q̃ ſunt in tam admira C bili paſtore. Paſtoris cognitio eſt clariſſima ſcientia, cognitio ouium eſt fides obſcura, ſed certiſſima. Per fidẽ enim Chriſtum cognoſcunt, & quam admirabilis paſtor ſit, intelligunt. Eſt autẽ hæc ouiũ cognitio in multis, quæ peccatis ſunt inquinatæ, ab amore ſeparata; in multis vero alijs. nempe ijs, quæ gratia præditæ ſunt, cum caritatẽ eſt coniuncta. Vt in ouili Chriſti terreno, id eſt, in Eccleſia ſint, q̃ in terris agit, ſa-D tis eſt fidei cognitio. Vt vero in ouile cœleſte transferantur, opera & caritatẽ opus eſt fidei adiungere. Cognoſcũt modo oues paſtorẽ ſuum per fidem in cœlo cognoſcent per viſionẽ. *Cognoſcã* [ait Paulus 1. Cor. 13.] *ſicut & cognitus ſum, &c.* Hoc eſt, ſicut clare cognitus ſum a Deo, ſic clare Deum cognoſcã. Non dixit, cognoſcam quantũ cognitus ſum; ſed, ſicut cognitus ſum. Non enim cognoſcunt oues paſtorem in E cœlo, tantum quantum ab eo cognoſcuntur. Cognoſcunt tamen ſicut ab eo cognoſcuntur, nimirum clara viſione, non obſcura. Dicet quiſpiã Chriſtus Matth. 25. Ouibus nonnullis nempe virginibus fatuis ait; *Neſcio vos*, ergo non cognoſcit, oues. quæ caritate carent. Reſpondemus, Chriſtum cognoſcere, id quod in ouibus eſt; eas oues, quæ caritatẽ habent, cognoſcit habẽ-

Chriſtus diuerſo modo cognoſcitur a ſuis ouib. quam ipſe eas cognoſcat.

De cognitione ouium.
1. Cor. 13.

Matth. 25.
Chriſtus quoſdã quomodo nõ cognoſcere dicatur.

re ca-

re caritatem, dignaſq. eſſe cœleſti præmio, illas verò, quæ caritate carent, cognoſcit caritate carere, indignaſq. eſſe cœleſti gloria. Ideoq. ait illis, *neſcio vos*: quia caritate caretis: nõ cognoſco vos approbationis cognitione nõ cognoſco vos dignas nuptijs æternis, quas expetitis. *Viſitatio paſtoris.* Diſcãt hoc ex loco paſtores ouibus ſe notos reddere, ita vt dicere poſſint, cognoſcũt me oues meæ: illũ paſtoré oues nõ agnoſcũt, quẽ numquam viderunt, illum cognoſcunt, quem vident, cuius præſentia fruuntur, à quo viſitantur, & beneficijs afficiunt. Cognoſcat oues paſtor. Si oues cognouerit, inuiſerit, ouile totum ſæpe percurrerit, voce, exemploq; docuerit; ab ouibus cognoſcetur, diligetur, meritiſq; laudibus afficietur.

Et animam meam pono pro ouibus meis.

FVgit mercenarius lupum, vitamque pro ouibus periculis exponere recuſat, at noſter paſtor bonus, lupo ſe obtulit, oueſq. ſanguine profuſo liberauit. *Chriſtus paſtor pro ouibus mortẽ ſubijt.* Fugiebant omnes Iſraelitæ gigantem illum atrocem, de quo primo Regum 17. legitur: *Omnes Iſraelitæ, cum vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde, &c.* *1. Reg. 17.* Non fugit paſtor bonus Dauid, ſed giganti proceſſit obuiam. Eundem in modum fugiũt mercenarij tartareum gigantem, non fugit bonus paſtor Chriſtus, quin potius illi fortiter obſiſtens, pro ouibus vitam amiſit. *Animam* [inquit] *meam pono pro ouibus meis*. Hoc ipſum illius baculus teſtatur, qui vt ſupra diximus crux eſt, cui ſuffixus, quam exuberanti amore oues proſequeretur, oſtendit. Poſuerunt alij paſtores pro ouib. animam, ſed illorum mors oues redimere non potuit, neque enim ouiũ erat pretium. At noſter paſtor vitam pro ouib. poſuit, quæ omnium ouium pretium longe ſuperabat; itaq. ſua morte oues emit, & ex poteſtate tartarei hoſtis eripuit. *Præſtantiſſimam vitã poſuit Chriſtus pro ouibus.* Cæteri paſtores vitam ponunt, quam tandem velint, nolint, sũt amiſſuri, noſter paſtor vitam morti obtulit, quam ſi vellet, numquam amitteret. Ideoq. ait, *Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo, poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi*

A *eam, &c.* Cæteri vitam hominum viuũt Chriſtus vitam viuebat Dei, & hominis. Vitam hominum illi ponunt: Chriſtus vitam poſuit Dei, atque hominis, etenim cum Chriſtus eſt mortuus, Deus mortuus eſt; non tamen vitam amiſit Dei (neque enim vita Dei amitti poteſt) ſed vitam amiſit hominis, qui Deus erat. In cæteros ex morte magna redũdat vtilitas; dum enim pro ouibus mortem oppetunt, æterna

B præmia conſequuntur. In Chriſtũ ex morte nullum redundauit commodũ quod illi ex vnione non eſſet debitũ, quodq. per mortem conſequi neceſſe eſſet. *Factus* quidem *eſt obediens*, vt ait Apoſtolus ad Philip. 2. *Vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, & Luc. 24. *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam; &c.* *ad Philip. 2.* At hæc omnia habere potuit (ſi

C placuiſſet) etiam ſi nõ moreretur. Moriendo hæc meritus eſt, ſed quæ humanitati illi admirabili iam deberentur, quod cum diuino ſuppoſito copulata eſſet. Debebatur corpori Chriſti, propter vnionem ſtupendam, immortalitas, impaſſibilitas gloria æterna: Paſtor vero bonus ſic oues amauit, vt immortalitati, impaſſibilitati, gloriæque ſuo corpori debitæ renunciarit, ſeque mortalem, & paſſibilem fecerit, vt pro *Debebatur Chriſto propter vnionẽ impaſſibilitas & immortalitas.*

D ouib. mori, patiq; poſſet, ſuaque mortalitate immortales, ſua paſſibilitate impaſſibiles redderet.

Quis talia fando, cogitando, ſcribẽdo, legendo, à dilectione temperet? ô oues ſic dilectæ, cur tantum amatorẽ non redamatis: cur tanti amoris vicẽ non redditis? Audite illum magnũ paſtoris ſui amatorem Auguſtinum, lib. de catechizandis rudibus, cap. 4. *D. Auguſt.* Nulla [inquit] eſt maior ad amorem inuita-

E tio, quam præuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui dilectionẽ, ſi nolebat impendere, nolit rependere, &c. Inuitat vos ad amorem, maxima inuitatione paſtor bonus, præuenit amandò, ſequimini, adamantina eſt duritia, quæ ſic amãti non rependit amorem. *De amore ouium erga paſtorem Chriſtum.* Poſuit pro ouib. vitam in cruce, poſuit pro ouibus ſeipſum in Sacramento, vt vita oues redimeret, ſtupen-

do Sacramento paſceret,& in amorẽ A
veluti ſuauiſſimis funibus traheret.Bo
D.Bernar. nus paſtor[ait Bernardus ſermone 31.
in Cant.]animam ſuam dedit pro oui
bus ſuis. Animam pro illis, carnem il
lis Illam in pretium;hanc in cibum,ip
ſe paſtor,ipſe paſcua,ipſe eſt redẽptio
ouium,&c.Quid retribuitis oues pa-
ſtori,pro his,quæ tribuit vobis?

Fiet vnum ouile,& vnum paſtor.

B

Prædicit Chriſtus Eccleſiæ ouile vnum.

PRædicit Chriſtus,tum ethnicorum
tum Iudæorum conuerſionẽ,præ-
dicitque vnum Eccleſiæ ouile in orbe
terrarum fore extruendum,cuius vnº
ſit paſtor in cœlo ipſe Chriſtus,in ter
ris Pontifex ſũmus. In diuerſis ouili-
bus Iudæi erant,& gẽtes,ſed vt Chri
ſtus vaticinatur,conuerſi ſunt ex Iudę
is multi,ex gentibus plurimi,& in eo
dem Eccleſiæ ouili ſub vno paſtore sũt
congregati.*Fiet*[inquit] *vnum ouile*, à C
quonam fiet? à ſummo paſtore. Non
enim factum iam reperit ouile,ſed ip-
ſe fecit. Omnes homines ſine Chri-
ſto feræ ſunt tygrides,leones,vrſi,hir
ci,non oues,Chriſtus paſtor bonus,ex
feris oues fecit,& ex cubilib.ferarum
fecit vnum ouile ouium,tam latũ ; vt
totum orbem complectatur, Luc. 10.
Ecce[inquit]*ego mitto vos ſicut agnos inter
lupos.* Sicut agnos enim inter lupos mit
tit Dominus ſuos operarios, vt ex lu- D
pis agnos,ſiue oues faciant,& ducant
in vnum Eccleſiæ ouile . Nam ſtatuit
Deus Eccleſiæ principatum eſſe Mo-
narchichũ,id eſt,vnius tantum paſto
ris,cui reliqui omnes obtemperarent
quoniam hoc gubernandi genus reli-
quis præſtat. Præcellit. n. Monarchia.
id eſt, *vnius paſtoris principatus* Ariſtocra
tiæ,hoc eſt *principatui optimatum*. & De
mocratię,hoc eſt,*populi totius imperio*, vt
Plato docet in Politico. Ariſtoteles li. E
8.Ethic c.10. Plutarchus in lib. de Mo
narchia,& pleriq.alij. Hinc illud Vlyſ
ſis homerici Iliad lib.2.

Eccleſia principatus, Monarchicus eſt.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοί-
ρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.

hoc eſt, *non eſt bonus multorum principatus
vnus princeps ſit , vnus Rex* . Quemad
modũ principatu Monarchicho Deus
vniuerſum regit orbem,ſic Monarchi

co principatu regi voluit Eccleſiam
vniuerſam,ita vt totus populus Chri-
ſtianus vni Pontifici maximo vices
Chriſti in terris obtinenti pareret. *Eccleſia vnũ ouile & paſtor vnus*
Erit[inquit]*vnum ouile , & vnus paſtor.*
Ouile vnũ eſt Eccleſia , quod omnes
Chriſtianos complectitur. Vnum au-
tẽ ouile vnum flagitat ſupremũ paſto
rem,quemadmodum vnum regnum,
vnum tantum regẽ poſtulat. Vnũ an-
gelum principem ſummum poſt Deũ
Agnoſcunt in cœlo angeli,vnum Pon
tificem ſummum poſt Chriſtum agno
ſcunt in terris Chriſtiani,vnum cor-
pus,vnum caput hãbet,vnũ paſtorem
maximum habet vna Eccleſia,q̃ Chri
ſti corpus eſt myſticum. Vna domus,
vnum habet patrem familias. Vna do
mus eſt Eccleſia,vnum patrem fami-
lias,id eſt, vnum ſummum Pontificẽ
habeat neceſſe eſt. In vna naui,vnus
eſt gubernator,nauis vna eſt Ecaleſia
in cœleſtem nauigans patriam , vnus
igitur gubernator illius vt teneat cla-
uum opus eſt.

D. Hieron.

In quouis grãdi exercitu[ait Hiero
nimus epiſtola ad Ruſticũ]vnius ſignũ
expectatur,&c. Progreditur Eccleſia *Cant.6.*
Cant.6.vt exercitus , & caſtrorum a-
cies ordinata , vnius igitur Imperato
ris,id eſt,ſummi Pontificis in ea ſignũ
expectatur. Eſt Eccleſia pulcherrimo
malo punico ſimilis,vt docet Grego-
rius Canti 4.vt plurima ſunt mali pu *Cant.4.*
nici grana,vno cortice cõcluſa,ſic plu
rimi ſunt Chriſtiani vna Eccleſia cõtẽ
ti Per malũ punicũ(ait Gregorius)Ec *D.Gregor.*
cleſia deſignat,q̃a dũ multos populos
in vnitate fidei nutrit,quaſi multa gra
na ſub vno cortice ſtringit, &c. Puni-
cũ malũ coronatũ eſt,vnamq. tãtũmo
do coronã habet Ita Eccleſia corona-
ta eſt,vnamq.ſolum habet maximi Põ
tificis tiarã Eccleſiaſticã . Alias habet
Epiſcoporũ,ſed õs ſummæ parẽt . Al-
ueare apum,in quo dulce conficit mel
vnũ tantũ habet regem. Quid à dul
cius eſt alueare,quam Eccleſia,in qua
dulciſſimi gratiæ conficiuntur faui? v-
nũ habet hoc alueare Pontificẽ sũmũ
vnum Chriſti vicarium a Chriſto con
ſtitutum. Ioan.21.*Paſce*[inquit Petro] *Ioan.21.*
oues meas,hoc eſt,vnũ eſt ouile meũ Ec
leſia,tu hominis ouilis eſto vnº paſtor

Eccleſia eſt grano punico ſimilis.

Paſce

Paſce oues meas, nō has, vel illas, ſed omnes quæcumque meæ ſunt, ita vt ille quem tu non paueris, ouis mea dici nequeat. Vnde Epiphan. in Ancorato; Petrus (inquit) eſt, qui audiuit, *Paſce oues meas*, cui concreditum eſt ouile, &c. Et Theophy. Ioan. 21. Præfecturam (ait) ouium totius mundi Chriſtus Petro commendabat, &c. D. Bernard. lib. 3. de conſideratione ad Eugenium: ſummum Pontificem Tu [inquit] es hęres, & orbis hęreditas, &c. Ezech. 37. *Sum tibi* [ait] Dominus Ezechielis] *lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iudæ, & filiorum Iſrael ſociorum eius. Et tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud, Ioſephæ ligno Ephraim, & cuncta domui Iſrael, ſociorumque eius, & adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua, &c.* Præcepit Dominus vati, vt duo ligna, ſiue duas tabulas, vel duo ſceptra ſumeret, in altero nomen tribus Iudæ, & ſociorum eius ſcriberet, in altero vero nomen Ioſeph domus, ſiue regni Iſrael, id eſt, decem tribuum, & ſociorum eius exararet. Pręcepit præterea vt ſceptra duo coniungeret; & coniuncta manu teneret. *Adiunge* [inquit] *illa*, ſcilicet ligna, ſiue ſcriptura, *vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manus tuas &c.* Hac re vnum ouile, & vnus paſtor adumbratur. Quemadmodnm enim duo illa ligna, vna in manu Ezechielis coniungebantur ſic duo populi, Iſraelitę videlicet, & Ethnici vno in ouili Chriſti coniunguntur, eſtque vnum tantum ouile, & vnus paſtor. Vnde ſequitur apud Ezechielem eodem cap. 37. *Faciam eos* id eſt, filios Iſrael, *ingentem vnam in terra, in montibus Iſrael, & rex vnus erit omnibus imperans. Et non erunt vltro duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna, neque polluentur in idolis ſuis, &c.* Item *& ſeruus meus Dauid*, id eſt, Chriſtus, *Rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum &c.* Oſee 1. *Congregabuntur filij Iſrael, & filij Iuda pariter, & ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra, quia magnus dies Iſrael*, &c. Hoc eſt, congregabuntur in eadem Eccleſia, & ouili, filij Iſrael ſecundum ſpiritum ex ethnicis, & filijs Iuda, id eſt; Iudęi; *& ponent ſibi caput vnum*, & paſtorem vnū Chriſtum. *Et aſcendent de terra*, eo duce & paſtore pręeunte in cœlum. *Quia magnus dies Ieſrahel*, id eſt, ſeminis Dei (id enim ſonat nomen Hebręum.) Nam magnus dies fuit dies, id eſt, tempus, & aduentus Chriſti Filij Dei, vel magnum & inclytum tempus ſeminis filiorum Dei, Chriſtianorum, qui per baptiſmum fiunt ſemen Dei. Quemadmodum domus parietibus diſtinguuntur, ſic ſynagogę ouile ab ethnicis lege veluti pariete ſeparabatur. Chriſtus parietem ſiue maceriam interpoſitam diruit, *Factumque eſt vnum ouile, & vnus paſtor.* Vnde Apoſtolus ad Epheſios 2. *Ipſe* (inquit) *eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Et medium parietem maceriæ ſoluens*, hoc eſt, fecit Chriſtus, ex vtroq; populo, vnum, & parietem, ſiue maceriam legis interiectam ſoluit, & ęquauit ſolo. Siq; factum eſt vnum ouile pariete deſtructo. Maceria paries eſt non admodum ſtabilis Macerię ſimilis fuit lex vetus quia diruta eſt, & abrogata: lex noua paries eſt, murusque numquam ęquandus ſolo.

D. Epipha.

Theophyl.

Ezech. 37.

CAPVT IX.

De miſſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum.

LVCAS CAPITE X. Verſ. 1.

POST hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuàginta
duos,& miſit illos binos ante faciem ſuam,in omnem ci-
uitatem,& locum,quo erat ipſe venturus. * Et dicebat il- 2
lis:Meſſis quidem multa,operarij autem pauci.Rogate er
go Dominum meſſis,vt mittat operarios in meſſem ſuã.
* Ite,ecce ego mitto vos,ſicut agnos inter lupos. * Nolite 3
portare ſacculum,neq; peram,neque calceamẽta, & nemi 4
nem per viam ſalutaueritis. * In quamcumque domum intraueritis, primũ 5
dicite:Pax huic domui. * Et ſi ibi fuerit filius pacis,requieſcet ſuper illũ pax 6
veſtra,ſin autem ad vos reuertetur. * In eadem autem domo manete, eden- 7
tes,& bibentes,quæ apud illos ſunt.Dignus eſt enim operarius mercede ſua.
Nolite tranſire de domo in domum. * Et in quamcumque ciuitatem intra 8
ueritis,& ſuſceperint vos,mãducate,quæ apponuntur vobis, * & curate infir 9
mos,qui in illa ſunt,& dicite illis.Appropinquauit in vos regnum Dei. * In 10
quamcumque autem ciuitatem intraueritis,& non ſuſceperint vos,exeuntes 11
in plateas eius,dicite: * Etiam puluerem,qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra 12
extergimus in vos,tamen hoc ſcitote quia appropinquauit regnum Dei. * Di
co vobis,quia Sodomis in die illa remiſſius erit,quam illi ciuitati.

IOANNES c.10.poſt Chriſti ſermonem de bono paſtore,fure, atque mercenario,ad Encæniorum feſtum tranſit,quod menſe Nouembris agebatur,vt infra dicemus.Sermonẽ autem de bono paſtore,fure,atq. mercenario habuit Dominus propè feſtum ſcenopegæ,ſiue tabernaculorũ,vt colligit ex c.7.Ioannis,& ex ſequentib. quod feſtum mẽſe Septẽbri celebre erat.Hoc menſe,vel circirer,eo tempore,quod interfluxit inter feſtum tabernaculorũ,& feſtum enceniorũ,volunt Ianſenius,& alij,miſſos à Domino diſcipulos ſeptuagita duos Quod non ſint miſſi ante feſtum tabernaculorũ,probatur,quia Lucas ait miſſos poſtquam Chriſtus Ieroſolymam petiuit; *Poſt* [inquit] *deſignauit Dominus, et alios ſeptuagĩnta duos,poſt hæc*,id eſt,poſt q̃ Ieroſolymam abijt,vt conſtat ex ca. 9.præcedente.Chriſtus autem Ieroſo

Quoniã tẽpore miſſi ſint diſcipuli.

A lymam abijt,ad feſtum tabernaculorum,vt ſupra oſtendimus.Quod autẽ non ſint miſſi poſt feſtum encæniorũ, probat Ianſenius, quia a feſto encæniorum vſq.ad paſſionem breue tempus fuit.Sed non adeo breue fuit, vt & miſſio hæc,& alia multa,in eo dari non potuerint.Probatur, quoniã ſpatiũ fuit quinq. fere menſium. Nam feſtum enceniorum,agebatur mẽſe Nouembris; Chriſtus autẽ in crucem a-
B ctatus eſt mẽſe *Niſan*;id eſt,Martio.A Nouembris autem mẽſe vſq. ad Martium,quinq.menſes numerantur. In his ergo potuit Dominus diſcipulos mittere.Sed vero ſimile eſt, poſt feſtũ tabernaculorum miſiſſe, & ante feſtum encæniorum,vt Ianſenio placet. Cardinali Baronio,& alijs.

Poſt hæc autem.

C CAp.9.præcedẽte ſcripſerat Lucas Chriſtum Ieroſolymam petijſſe.

Ipſe

Ipſe[inquit]*faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieruſalem, & miſit nuncios ante conſpectũ ſuum &c.* Cum igitur ait diſcipulos miſiſſe, *poſt hac*, efficitur poſt profectionẽ & ad eiuum in Ieruſalem electos eſſe diſcipulos .& miſſos. Venit autem in Ieruſalem eo tempore, quo feſtum tabernaculorũ agebatur, vt ex libro primo liquet, meſe Septembris, miſſi ergo videntur diſcipuli poſt feſtũ tabernaculorum, niſi malis poſt feſtũ encæniorum eſſe miſſos. D Matth. capite 10. de miſſione egit Apoſtolorũ. Lucas hoc loco de miſſione agit ſeptuaginta duorum diſcipulorum. Legẽda quæ diximus tom. 2. lib. 9 c. 11. & 12. ſunt enim in vtraque miſſione eadem pręcepta.

Deſignauit Dominus.

Anacletus. D. Anacletus ſummus Pontifex epiſtola 2. decretali de hac diſcipulorum electione ſic ſcribit Vidẽtes Apoſtoli meſſem eſſe multã, & operarios paucos rogauerunt Dominum meſſis, vt mitteret operarios in mẽſſem ſuam. Inde electi ſunt ab eis ſeptuaginta duo diſcipuli, &c Et epiſtola 3. Cum meſſis (inquit) cæpiſſet creſcere, videns Dominus paucos eſſe operarios, ad eorum adiumentũ ſeptuaginta duos eligi præcepit diſcipulos, &c. *Quomodo electi ſint diſcipuli ſeptuaginta duo.* *Zephyrin⁹.* Zephyrinus epiſtola j. de teſtibus loquens, in cauſa Epiſcopi, Qui (inquit) minori nõ ſint numero, quã illi diſcipuli fuerunt, quos Domin⁹ ad adiumentum Apoſtolorum elegi præcepit, id eſt, ſeptuaginta duo. Sic ille. Ex his antiquiſſimis ſummis Pontificib. diſcimus quonam modo ſeptuaginta duo diſcipuli electi ſint. Etenim vt Lucas docet, dixit Chriſtus diſcipulis, *Meſſis quidem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam, &c.* Rogauerunt diſcipuli, & Apoſtoli Dominum vt mitteret operarios in meſſem. Tũc ille eligi iuſſit ex multitudine diſcipulorum ſeptuaginta duos. Elegerunt illos Apoſtoli, & attulerunt ad Dominũ Dominus vero ab Apoſtolis iam electos, etiam elegit, hoc eſt, electionem probauit, ac confirmauit. *Num. 11.* Similem in modum Num. 11. præcepit Moyſi vt

A ſeptuaginta ſeniores eligeret, & ad ſe adduceret; *Congrega* (inquit) *mihi ſeptuaginta viros, & duces eos ad oſtium tabernaculi, &c.* Hoc eſt quod ait D. Lucas, *deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos;* degnauit Græce ἀνέδειξεν, eſt verbũ, Act. 1. *Tu domine, qui corda noſti omnium oſtende*, Græce, ἀνάδειξον id eſt, *oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, &c* hoc loco ſignificat, *oſtendendo, & deſignando eligere*, deſignauit, hoc eſt, deſignando *Quid eſt deſignauit.* B & oſtendendo, ac nominando, elegit. Vel forſitan ſignificat indicaſſe Chriſtum Apoſtolis ſeptuaginta duos diſcipulos eligendos; Apoſtolos verò ex præcepto Chriſti elegiſſe, hoc ſenſu: *deſignauit Dominus*, hoc eſt, indicauit Apoſtolis ſeptuaginta duos, præcepitque, vt illos eligerent. Lege Turrianũ libro 1. pro canonibus Apoſtolorum cap. 17.

C *Et alios ſeptuaginta duos.*

Fuerint ne diſc. pol. ſeptuaginta. Fverintne diſcipuli electi ſeptuaginta tantum, an ſeptuaginta duo quæritur. Nam pleriq. Græci codices, ſeptuaginta tantum habent, Syri ſequuntur, Euthymius, quoq. & Theophylactus. Præterea Euſebius lib. j hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 14. & D. Irenæus lib. 2. c. 37. & lib. 3. ca. 13. D. Ambroſ. Luc. 10. & ſerm. 24. Hieronymus ad D Fabiolam de 42. manſionib. Damaſus epiſtola 4. Dorotheus in Synopſi ſeptuaginta numerant. At vero Latini codices, ſeptuaginta duos fuiſſe diſcipulos conſtanter tradũt. Græcus quoque Epiphanius hæreſi 20. Fabianus Alexandrinus in harmonia Euangelica, c. 66. Titus Boſtr. Clemens in Conſtitur. Apoſt. lib. 2. c. 59. vel 55. Ammonius in harmonia, c. 6. Antiquiſſimus, item Pontifex Anacletus epiſt. 2. ſu- E pra citata, & Zephyrinus epiſt. 1. indicata. Auguſtinus lib. 3 quæſt. Euangelicarum, c. 14. ſerm. 42. de Sanctis, & lib. 2. de conſenſu Euangel. cap. 32. Auctor de Mirabilib. ſacræ Scripturæ lib. 1. c. 9. Beda Luc. 10. & alij. Idem conſtat Biblijs iuſſu ſummi Pontificis correctis. Fuerunt ergo diſcipuli electi ſeptuaginta duo.

Primum enim creauit Dominus

Digitized by Google

Apoſtolorũ locum obtinent epiſcopi: ſeptuaginta duo-diſcipulorũ presbyteri:

Apoſtolos, Chriſtiani populi Principes,& Patriarchas duodeci;iuxta numerum Duodecim tribuum,& duodecim filiorum Iſrael,qui Patriarchæ fuêre populi Iſraelitici. Poſtea ſeptuaginta duos diſcipulos illis inferiores elegit. Etenim Apoſtolorum locum Epiſcopi, ſeptuaginta duorum diſcipulorum,ſacerdotes inferiores,i Eccleſia obtinent, vt tradit Anacletus epi.2.Epiſcop'[inquit] Apoſtolorum presbyteri ſeptuaginta duorũ diſcipulorũ locum tenent,&c.Clemens epi.1.ad Iacobum:Dicebat[inquit]Petr' Epiſcopos vicem Apoſtolorũ gerere; Dominũ docuiſſe,& reliquorũ diſcipulorum vicẽ tenere presbyteros debere,inſinuabat,&c. Apoſtolorum tipum fuiſſe duodecim fontes Elim,docet D Hieronimus epiſt.ad Fabiolam Manſione 6.ſeptuaginta diſcipulorũ palmas ſeptuaginta:de quib. legitur Exod.15.*Venerunt in Elim filij Iſrael,vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ,&c.*Non dubium [inquit] quin de duodecim Apoſtolis ſermo ſit,de quorum fontib. deriuatæ aquæ totius mundi ſiccitatẽ rigant. Iuxta has aquas creuerunt ſeptuaginta palmæ,quos & ipſos ſecundi ordinis intelligimus pceptores Luca euangeliſta teſtante,duodecim fuiſſe Apoſtolos,& ſeptuaginta diſcipulos minoris gradus,&c.Idem docet Theophylactus,Euthymius,Tertullianus,lib. 4. contra Marcionem,capite 24.

An ſeniores à Moſe electi fuerũt ſeptuaginta. Num.11.

Ianſenius ait hos ſeptuaginta diſcipulos ad imitationẽ ſptuaginta Seniorũ electos eſſe,quos Moyſes iuſſu Dei elegit,ad gubernandũ populũ. Nu.11. Forte reſpexit Dominus ad illum numerũ,tñ non ſolũ ſeptuaginta,ſed ſeptuaginta duos eſſe voluit diſcipulos numero maiori.Ianſenius,& alij volũt illos ſeniores a Moyſe electos, nõ ſolũ ſeptuaginta fuiſſe, ſed ſeptuaginta duos. Verumtamẽ hæc opinio Scripturę videtur repugnare. Dominus in Num.11.ſeptuaginta tantũ ſeniores,non ſeptuaginta duos eligi pcepit;*Congrega*[inquit]*mihi ſeptuaginta viros,de ſenib.Iſrael,&c.*Si Dominus ſeptuaginta tantu numerat, quis dicere audeat ſeptuaginta duos eſſe congregatos. Quod ſi quis dicat cũ Auctore de Mirabil ſacræ Scripturę,lib.1.cap. 9.Eldad,& Medad, extra numerum ſeptuaginta fuiſſe,atq.adeo fuiſſe ſeptuaginta duos, reſpondemus Eldad, & Medad ex numero fuiſſe ſeptuagĩta,quos Moyſes elegit.Probat, quoniã Moſes ſeptuaginta,tãtũ ſeniorum nomina ſcripſit,tot.n. Deus eligi imperauerat,& inter eos deſcripti erãt hi duo, vt Scriptura teſtat, ergo non erãt extra numerũ ſeptuaginta.Legẽdus Abulenſis.Num.11. q. 56. Circa iſtos(inquit)ſeptuaginta viros,nõ ſũt credẽda q dicũtur ab Hebręis,ſcilicet quod de qualibet tribuũ ſeptuaginta nã fuerunt ſolũ ſeptuaginta vt in textu dicit,& ideo nõ potuerũt eſſe ſex de qualibet tribu,&c. Conijt ẽt Ianſenius ad imitationẽ ſeptuaginta duorũ ſeniorũ electorũ a Moyſe, miſiſſe Eleazarũ Pontificẽ ad Ptolomæum Ægypti regẽ ſeptuaginta duos Interpretes delectis ſex,ex ſingulis trib. q Sacros libros in Græcam linguã verterent,ſed cõiectura non eſt vera. Nã vt ex epiſt. Demetrij & ex epiſt.regis Ptolomæi conſtat,numerus Interpretũ non ab Eleazaro Pontifice Iudæorũ,ſed ab ipſo rege fuit pſcriptus,nẽpe vt ex ſingulis tribub.ſex mitterentur. Extãt epiſtolæ apud Ioſephũ li.12. Antiquitatũ,c.12.Ex epiſt. Demetrij hęc ſunt verba;ſi idẽ tibi videbit Rex Scribes Iudęorũ Pontifici, vt mittat ſenes ex ſingulis tribub.ſeniores,&c. ex epiſt.regis Ptolomæi ad Pontificẽ Iudæorũ hæc:Bene facies ſi idoneorũ delectu per tribus habito,ex vnaquaque ſex viros bonos iam ſeniores ad nos miſeris,qui per ętatem legũ periti, poſſint pręſtare bonos interpretes &c Non igitur elegit Pontifex ſeptuaginta duos interpretes ad imitationem numeri ſeptuaginta duorum ſeniorum,vt conijcit Ianſenius; ſed quia rex Ptolomæus per literas petierat,vt ex ſingulis tribub ſex mitteret interpretes, ſeptuaginta duos miſit ex duodecim tribubus, ſenos ex ſingulis. Hunc numerum in eligendis diſcipulis ſeruauit Chriſtus; perinde ac ſi ſingulis tribubus ſenos eligeret. Non eſt tamen

Septuaginta Interpretes.

vt i-

A verisimile ſenos ex ſingulis tribubus eſſe electos, vt electi ſunt Scripturæ interpretes.

Salmeron quoque, Cardinalis Baronius, & Maldonatus exiſtimant cũ Ianſenio illos ſeniores à Moſe electos Nu. 11. fuiſſe ſeptuaginta duos. Probatur, quia Moſes dedit optionem duodecim tribub. vt ipſæ ex omni populo viros eligerẽt, qui iudices eſsẽt. Quis igit credat, non æqualem ex ſingulis tribub. numerum elegiſſe, vt ei honor B ille æqualiter ab omnib. participaretur, & iudicium minus ſuſpectum eſſet, cùm ex ſingulis tribub. æqualis iudicum numerus fuiſſet electus? Quòd ſi æqualis ex ſingulis tribub. electus eſt numerus, non potuerunt eligi niſi ſex. At verò inficior, optionem datã eſſe à Moſe duodecim tribub. vt ipſæ viros eligerent. Etenim Dominus hãc electionem, non populo commiſit, ſed C Moſi. Num. 11. *Congrega* (inquit) *mihi ſeptuaginta viros de Senibus Iſrael, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint, ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi, &c.* Item: *venit Moyſes & narrat populo verba Domini, congregans ſeptuaginta viros de ſenib. Iſrael, quos ſtare fecit circa tabernaculũ, &c.* Verba hęc apertè indicant, non trib. ſed Moſẽ viros legiſſe, & ſeptuaginta tantũ elegiſſe, non ſeptuaginta duos. Ex Neotericis quidam reſpondent Scripturam numerum maiorem exprimere, D videlicet, ſeptuaginta: minorẽ omittere, videlicet binarium. Itaque ait ſeniores à Moſe electos fuiſſe ſeptuaginta duos, quamuis Scriptura habeat fuiſſe ſeptuaginta. Palmas quoq; Elim putat fuiſſe ſeptuaginta duos, & ſi in Scriptura ſeptuaginta numerent. Deniq; (quis) inquit) Lucas ſeptuaginta diſcipulos electos fuiſſe diceret; ſeptuaginta duos electos fuiſſe crederẽ, &c. E Videlicet, q[uod] a ſubintelligendus eſſet numerus minor, binarius. Ego vero nunc minorẽ aliquẽ numerum ſubintelligendũ exiſtimo, cũ alibi in Scriptura extat, & aliquo loco omittit. At ſi nullibi in Scriptura extat, nõ video cur ſubintelligendus ſit. Itaq. ſi Lucas ſcripſiſſet ſeptuaginta diſcipulos a Chriſto fuiſſe electos, ſ... [illegible]

Seniores an ſeptuaginta duo fuerint.

Quandonumerus minor in maiore ſit ſubintelligendus, vel non.

rer, quia verò ſcripſit ſeptuaginta duos, hunc numerum amplector. Præterea, quia Scriptura ſeptuaginta palmas tantum, & ſeptuaginta ſeniores numerat, nulloque loco vel ſeptuaginta duas palmas, vel ſeptuaginta duos ſeniores eſſe affirmat, ego illi adhærẽs ſeptuaginta tantum palmas & ſeptuaginta ſeniores fuiſſe reor. Concedo tamẽ ſeptuaginta duos diſcipulos breuitatis cauſa appellari ſeptuaginta, quemadmodum ſeptuaginta duo interpretes, ſeptuaginta dicuntur.

Auctor libr. de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib. 1. cap. 9. exiſtimat poſt diluuium ſeptuaginta duas extitiſſe linguas, vnde (inquit) ſeptuaginta duos diſcipulos Dominus elegiſſe refertur, per quos Euangelium in omnes gentes prædicaretur, &c. Nam ſeptuaginta duæ linguæ, omnes gentes indicant, & Beda Luc. 10. Bene (inquit) ſeptuaginta duo mittuntur, quia totidem mundi gentibus Euangeliũ prædicandum erat, &c. Septuaginta autem duas linguas hominibus datas eſſe in illa linguarum confuſione, cuius mentio fit Gen. 11. multorum eſt ſentẽtia. Plurimi auctores (a[i]t auctor de Mirab citatus) cõſentiunt linguas illas ſeptuaginta duas eſſe, quia in ędificationem turris illius, tot patres congregatos eſſe dicunt, &c. Hoc opinatur D. Epiphanius initio operis contra hæreſes, D. Auguſt. lib. 16. Ciuit. c. 3. & 11. D. Hieron. Matth. 26. D. Proſper lib. 2 de Vocatione gentium c. 4. & alij. Hebræi quoque, vt docet Genebrardus in Chronographia. Verũtamen huiuſmodi fuiſſe gentium, & linguarum numerum, incertum eſſe probat Pererius tom. 2. in Gen. li. 16. Quòd etiam dicitur numerus hic notabilis propterea quòd ſeptuaginta duæ animæ cum Iacob in Aegyptum deſcenderint, minimè placet: Etenim Gen. 46. ſic legitur; *Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſa ſunt in Aegyptum fuere ſeptuaginta, &c.* Interpretes ſeptuaginta, quos ſequitur Stephanus Actor. 7. vertunt, ſeptuaginta quinque. Cur ita verterint, non eſt huius loci explicare.

Lingua ſeptuaginta duæ.

Beda.

Et miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipſe venturus.

POſtquam diſcipulos ſeptuaginta elegit, ad docendum populum illos miſit. Eſt enim miſſio legitima ad docẽdum neceſſaria; nam, *quomodo prædicabunt niſi mittantur?* ait Paul. ad Ro. 10. Qui ſine miſſione docent lupi ſũt, non diſcipuli, fures ſunt, & hæretici, quos non Chriſtus, ſed diabolus mittit. Miſit autem Chriſtus diſcipulos binos, vt alter alteri adiumento eſſet, conſolationi, & alleuamento. Eccleſiaſtes 4. *Melius* (inquit) *eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum. Habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, vnus ceciderit ab altero fulcietur: ve ſoli. Quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe, &c.* Prouer. 18. *Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma, &c.* Miſit binos (ait Theophylactus) vt alius alium adiuuaret, &c. Præterea binos miſit, propter honeſtatem. Honeſtum enim eſt, religioſum hominem ſocio incedere comitatum. Eodem modo Marci 6. Apoſtolos binos mittit: *Cæpit* (inquit) *eos mittere binos, &c.* Miſit item, *ante faciem ſuam*, hoc eſt, ante ſe, veluti præcurſores, vt oppida illa, ad quæ venturus erat, doctrina, & miraculis præparent. Nam Chriſtus diſcipulos miſit, poſtea ſecutus eſt, eademque oppida percurrit. *Miſit* (ait Lucas) *illos binos in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipſe venturus, &c.* Quidam ex recentiorib. exiſtimat, Chriſtum in oppida quæ percurrerunt diſcipuli, non veniſſe corpore, ſed veniſſe per effectum ſpiritalem, itaque ſic explicat Lucę verba: *in omnem locum, quò erat ipſe venturus*, non corporaliter ſed inuiſibiliter, & ſpiritualiter: verior eſt propoſita interpretatio, præceſſerunt enim diſcipuli, Chriſtus ſecutus eſt.

Miſſio necessaria. ad Ro. 10.

Eccleſ. 4.

Theophyl. Qui binos miſit Dominus.

Meſſis quidem multa, operarij autem pauci.

VT colligitur ex verbis D. Anacleti ſuprà citatis, hæc verba dicta ſũt Apoſtolis, & diſcipulis, ante electionem, ſcripta verò ſunt à Luca hoc loco, per recapitulationem, hoc ſenſu:

A *dicebat illis*, ſcilicet, Apoſtolis, & diſcipulis, ante electionem, *Meſſis quidẽ multa eſt, operarij autem pauci ſunt, rogate ergo Deum Dominum meſſis, vt mittat operarios ad colligẽdam meſſem, &c.* Tum Apoſtoli rogauerunt Chriſtum (vt ait Anacletus) vt operarios inſtitueret, & mitteret, inſtituitque, & miſit ſeptuaginta duos diſcipulos. Videntes Apoſtoli (ait Anacletus) meſſem eſſe multam, & operarios paucos, *rogauerunt Dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem*
B *ſuam.* Inde electi ſunt ab eis ſeptuaginta duo diſcipuli, &c. Viderunt aũt Apoſtoli, & diſcipuli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogauerũtque Dominũ meſſis, vt operarios mitteret, poſtquam hęc verba à Chriſto audierunt: *Meſſis quidem multa: operarij autem pauci, rogate ergo Dominũ meſſis, &c.* Aliter explicari poteſt verbũ, *dicebat*, hoc eſt, dicere conſueuerat. Eadẽ hæc
C verba dicta ſunt à Domino Matth. 9. antequam Apoſtolos mitteret ad docendum. Meſſis ſignificat ipſas ſegetes aptas ad metẽdum, q. d. Dominus, multæ ſunt ſegetes demetẽdæ, at pauci ſunt meſſores, hoc eſt, multi ſunt homines in Iudæa, vel potius in toto orbe, apti ad fidem recipiẽdam, ſed pauci ſunt fidei doctores, ideoq; orandus eſt Deus, vt fidei doctores idoneos ad conuertendas gentes mittat. Theo-
D phylactus: Sicut (inquit) frugiferi agri multos quærunt meſſores, ſic cum multi, & innumerabiles eſſent crediturі, multis indigebant magiſtris, &c.

Apoſtoli Chriſtũ rogarunt, vt mittere. operarios.

Meſſis quid ſit & propriè, & myſticè.

Theophyl.

Ite, ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos.

DIabolus hæreticos mittit, ſicut lupos, inter agnos, vt lanient agnos, ac mactent. At Chriſtus doctores fidei mittit ſicut agnos, inter lu-
E pos, nimirum manſuetudine innocentiaque vitæ præſtantes. *Ecce* (inquit) *ego Deus, mitto vos*, Diuinæ potẽtiæ opus miſſio eſt. Nihil igitur mirum, ſi ſicut agnos inter lupos mitto, ne timete, *ego mitto*, ego cuſtodiam, ego efficiam, vt agni lupos ſuperent. Ierem. 1 *Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, vt eruam te: dicit Dominus, &c.* Theophylactus his verbis perſecutiones prædici arbitra-

Miſſio eſt opus diuinæ potentię.

Ierem. 1.

Agni inter lupos diſcipuli.

arbitratur: Prædicit (inquit) eis perſecutiones, quòd ſicut agni in medio luporum futuri eſſent, vt ne ſi repente in aduerſa talia inciderent, magis turbarentur, &c. Et quidem primitiuæ Eccleſiæ tempore, qui ad prædicandum mittebantur, ſicut agni ad martyrium mittebantur. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, &c.* ait Dominus Ioan. 20. Miſit Pater Chriſtum, vt agnum inter lupos, ſic mittit Chriſtus diſcipulos. *Ecce* (inquit) *ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos,* ſed quinam ſunt hi lupi, inter quos Dominus diſcipulos mittit? Non videntur eſſe Iudæi expreſſè. Nam plebs, non erat hoſtis Chriſti, imò fauebat erant ergo lupi Phariſæi, ſacerdotes, & ſcribæ, quos inuidia ex paſtoribus lupos fecerat: erant & alij, horum aſſeclæ. Væ paſtoribus, quos auaritia, vel libido, ex paſtoribus conuertit in lupos, quemadmodum inuidia conuertit Phariſæos. Erant præterea lupi dæmones, qui Euangelij promulgationi obſiſtebant. Eſtq; ſenſus: *ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos:* id eſt, inter dæmones. Aduerſus hos lupos arma præbet, nimirum humilitatem agnorum, *ſicut agnos* (inquit) *vos mitto,* humiles, non ſicut leones ſuperbos. Iubet etiam paupertatem, *Nolite portare ſacculum, nec peram, &c.* Nam diabolus nudus eſt, nudi ergo [ait D. Gregorius hom. 33. in Euang.] cum nudis, ſcilicet, dæmonijs, luctari debemus, &c. Nos quoque ſicut agni inter lupos miſſi ſumus in hunc mundum, id eſt, inter eos verſamur, eorum expoſiti prædę. Magno Dei auxilio indigemus, vt eorum dentes euadamus, & cum gaudio ad Dominum reuertamur, vt diſcipuli reuerſi ſunt. Hoc autem auxilium oratione aſſidua impetratur, iuxta illud Pſalm. 24. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos, &c.* Semper animi oculi ad Dominum per orationem aſcendant [eſt enim oratio aſcenſus mẽtis in Deum] vt deſcendat Dei auxilium, quo à laqueis dæmonum, luporumque dentibus liberemur.

Hi lupi qui eſſent.

Nolite portare ſacculum, neque peram.

SAcculus hoc loco, marſupium ſignificat, Græcè, βαλάντιον, *nolite portare ſacculum,* hoc eſt, ne portetis marſupium. Idẽ Apoſtolis præcepit Matt. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, &c.* Pera Græcè, πήρα, dicitur, quia viatores cibum geſtare ſolent. Præcepit ergo Dominus ſeptuaginta diſcipulis id, quod Apoſtolis præceperat, ne vel cibum, vel pecuniam ferant. Nam corporalis cibus ab his erat ſuppeditandus quibus ſpiritualem ipſi cibum ſuppeditarent: iuxta illud Pauli 1. Cor. 9. *Si nobis ſpiritalia ſeminauimus, & magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? &c.* hoc eſt, ſi nos vobis ſpiritualem eſcam præbuimus, numquid magnum erit, ſi carnalem à vobis accipiamus? Item eodem capite: *Dominus* [ait Paul.] *ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, &c.* Theophyl. Quoniam [ait] alendi eſtis ab ijs, quos vocetis, quid vobis ſacculis opus eſt, vel pera? &c. Voluit præterea Dominus ſuos cõcionatores expeditos eſſe, nulli curæ terrenę vacare, quodq; ad cibum attinet, in Deo iactare ſollicitudinem; iuxta illud Pſal. 54. *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te nutriet, &c.*

Theophyl.

Pſal. 54.

Neque calceamenta.

VEtat præterea Dominus ſeptuaginta duobus diſcipulis portare calceamenta, quę totum pedem contegant, ſandalijs enim vti poterãt. Lege quæ diximus ſupra in Miſſione Apoſtolorum tom. 2. lib. 9. c. 11.

Et neminem per viam ſalutaueritis.

LOquendi modus eſt, quo celeritas in itinere ſignificatur. *Neminem ſalutaueritis in via.* Eo vtitur Eliſæus 4. Reg. 4. quando famulum Giezi ad reuocandum in vitam puerum miſit. *Si* [inquit] *occurrerit tibi homo, non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi, &c.* Et Dominus hoc loco: *Neminem* [inquit] *per viam ſalutaueritis,*

4. Reg. 4.

Quid ſignificet: neminem ſalutaueritis in via.

lu. c.

hoc eſt, ad oppida magna celeritate A conducte operi commiſſio incumbite, ne in via conſiſtatis,aut in res alias animum auertatis.Euthymius; Præcipit Dominus diſcipulis, vt ſoli operi eis commiſſo intendant. Et oblatam prædicationis occaſionem non inſumant in ea, quæ neceſſaria non ſunt, ſi præter intentum ſeſe offerunt. Sic ille D.Auguſt.ſermone 42. de ſanctis. Quid [inquit] eſt *neminem ſalutaueritis in via?* Poteſt ſimpliciter ſic accipi, quia iuſſit nos feſtinanter agere cuncta. Et hoc ita dixit: *Neminem per viam ſalutaueritis*, tanquam ſi diceret,omnia prætermittatis, dum quod iniunctum eſt peragatis: ea locutione,qua ſolent dicta exaggerari conſuetudine ſermocinandi,&c. Theophylactus. Quòd nullum in itinere ſalutent, hac de cauſa iniungit; vt ne occuparentur in hominum ſalutationibus, & curioſitatib. quibus à prædicatione impedirentur,&c. Fortaſſe ſalutare in via ſignificat, non ſimpliciter ſalutare,ſed ſalutare ad habendum cum aliquo longum, & otioſum ſermonem,quo itineris tædium alleuetur: Nam ſalutatio in via, ad longum ſermonem veluti inuitatio quædam eſt. Prohibet igitur Dominus iuxta hanc interpretationem, non ſimplicem ſalutationem ſed illam, quæ ad longum ſermonem inuitat,ac ducit. Volebat enim diſcipulos,vel inter ſe de rebus diuinis colloqui,vel illas in itinere mente voluere. Caietanus ait,hoc loco, non prohibere Dominum ſalutationes occurrentibus debitas,ſed vanas,atq; otioſas.Prohibendo[inquit] vanas ſalutationes in via,vult intelligi,quòd multo magis prohibuit omnem vanam fabulationem, &c. Et cardinalis Hugo non prohibet(inquit) Dominus ſalutationem,cum ſit officium humanitatis,ſed obſtaculum prędicationis, & deuotionis impedimẽtum prohibet, id eſt,ne cauſa confabulandi,aliquos in via ſalutent, ne ipſa confabulatio eorum deuotionem impediat, & à deſtinato negotio detrahat, &c. Poteſt eſſe alius eiuſmodi eorum verborum ſenſus: *Neminem ſalutaueris per viam*, vt vos hoſpitio excipiat. Hoſpitem qui

Euthym.

D.Auguſt. *Concionator muneri ſuo intẽdat a iis relictis ſæcularibus negotiis.*

Theophyl.

vobis præbeat hoſpitium,non quæratis per viam, antequam in oppidum perueniatis, poſtquam verò in oppidum perueneritis, ſalutate domum, inquam intraueritis, & ſalutatione hoſpitium poſtulate. Nam ſi ibi dignus fuerit veſtra ſalutatione, & pace,recipiet vos.

Pax huic domui.

B PEr viam iuſſit,ne quemquam ſalutarent,cùm autem domum peruenirent, hoſpites iubet ſalutare communi Hebręorum ſalutatione, quæ huiuſmodi erat: *Pax huic domui*, hoc eſt, fęlix ſit hæc domus, proſperè illi cuncta ſuccedant.*Si*(inquit)*ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur.* Quæ verba explicata iam ſunt tom.2. lib. 9.c.11. *filius pacis*, dicitur homo pacificus, C quemadmodum Pſal.88.dicitur,*filius iniquitatis* homo iniquus, ſenſus eſt, ſi in domo fuerint homines pacis amantes, veſtra ſalutatio illis proderit, & bona,quæ illis precabimini, illis euenient.Rectius,*filius pacis*,dicitur hoc loco, dignus pace, quemadmodum 2. Reg. 12. *filius mortis*, dicitur dignus morte,& Matth.23.*filius gehennæ*,appellatur dignus gehenna. Senſus eſt, ſi domus habitator *filius fuerit pacis*, hoc D eſt dignus pace veſtra, & benedictione,*requieſcet ſuper illum, &c.* Probatur hæc explanatio, quia apud Matth. c. 10. ſic legimus,*ſiquidem fuerit domus illa digna, pax veſtra veniet ſuper eam, &c.* hoc eſt, ſi domus illa fuerit digna pace veſtra;vel filia pacis, pax veſtra veniet ſuper eam, ſin minus, non veniet. Lege locum citatum tom. 2.li.9. cap.11. Vbi hæc omnia ſunt explicata. Diuus Gregor. homilia 17. filium E pacis putat appellari prędeſtinatum hoc ſenſu: *ſi fuerit ibi filius pacis*, id eſt, prædeſtinatus, requieſcet ſuper eum pax veſtra,ſed aliqui poterãt eſſe prædeſtinati, qui tunc non eſſent digni pace, ideo & aliqui non prędeſtinati, qui ſecundum præſentem iuſtitiam digni eſſent: amplior ergo eſt ſenſus.

Filius pacis quis.

In

Digitized by Google

In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt.

NOn eſt ſenſus horum verborum, manete bini in eadem domo, neq; ſeparemini, vt quidam putant. Græcè non eſt *eadem*, ſed *ipſa*, ſignificat, ergo, *in eadem domo manete*, in ipſa domo, in qua vos ſuſceperint manete, non autem, manete in eadem domo, id eſt, *ne ſeparemini: id tamen conſequens, eſt.* Græcè, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ, id eſt, *in ipſa autem domo*, cuius ſcilicet paterfamilias vos receperit, *manete*, edite verò, & bibite, quæ vobis offerentur. Theophylactus ſic explicat: Comedite, quæ apud illos ſunt, hoc eſt, quæ proponunt vobis, etiam ſi vilia, & parua ſint. Nihil amplius inquirẽtes, &c. Oportet enim verbi Dei concionatorem oblatis cibis eſſe contentum, neque delicata quærere fercula. Qui ſacculum, & peram portare prohibuit (ait Diuus Gregorius hom. 17.) ſumptus, & alimenta ex prædicatione concedit, &c.

Cõcionator cõtentus ijs ſit, quæ apponuntur. *Titelman.* *D. Gregor.*

Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

FAs' diſcipulis eſſe docet cibos ab ijs, quos erudiũt accipere, etenim operarij ſunt concionatores, operarij autem digni ſunt mercede ſua. *Dominus ordinauit* (ait Paulus 1. Cor. 9.) *ijs, qui Euangelium annunciauit, de Euangelio viuere, &c.* Item illud Deut. 25. *Non alligabis os boui trituranti* de doctorib. exponit, quibus triturantibus, & laborantibus alimenta ſuppeditanda ſunt. Ad Galat. 6. *Communicet is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis, etc.* hoc eſt, qui docetur, cõmunicet bona ſua, & ſuppeditet alimenta ei, qui ipſũ docet, nã catechizare eſt docere.

1. Cor. 9. *Deut. 25.* *Cibus Euãgelij operarijs præbendus.* *ad Gal. 6.*

Nolite tranſire de domo in domum.

DIxerat ſupra, *In eadem domo manete*: id magis explicat, nolite (inquit) domicilium mutare abſq; neceſſitate: nam leuitatẽ redolet, & inconſtantiam hoſpitij mutatio. Concionatores aũt inconſtantiæ, & leuitatis no-

Non mutãda hoſpitia.

A tam oportet fugere. Iam verò ſi à paupere hoſpite, ad diuitem, pinguioraq; fercula deſcedatis, ventris eſſe ſtudioſi iudicabimini, pauperemq; hoſpitẽ oſtendetis. Reprehẽſibile eſt (ait Ambroſius ſer. 32.) vt vir, qui Euangeliũ annunciat, & docet errandum non eſſe, ipſe per diuerſos incipiat oberrare & domum, cui pacem dixerat, deſerere, hoſpitemque contriſtare, &c.

D. Ambr.

B *In quacumque ciuitate intraueritis.*

QVid in oppidis, in quibus recepti fuerint agere debeãt, edocet. Cibũ (inquit) ab oppidanis accipite, quæ apponuntur vobis manducate, ne fercula alia quæratis, contenti appoſitis, ægris medicinã adhibete, inter ægros aũt à dæmone correpti numerari poſſunt. Nam diſcipuli et dæmones pellebant, vt infra dicetur. Præterea, dicite C illis: *Appropinquauit in vos regnum Dei*, hoc eſt, regnum Meſſiæ propinquum eſt: nã poſt reſurrectionem cæpit Eccleſia Chriſtiana propagari, quæ in terris regnum eſt Meſſiæ, vel *appropinquabit regnum Dei*, id eſt, regnum cælorum: per aduentum enim Chriſti eſt apertum.

Etiam puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra extergimus in vos.

D QVid agere debeant, ſi in oppida non recipiantur, indicat. In plateas (inquit) exite, pedes extergite, eorum puluerem penitus excutite, & dicite, ẽt puluerem, qui de oppido veſtro nobis adhæſit, excutimus, in teſtimoniũ contra vos, quòd ſitis homines execrabiles. Verumtamẽ quamuis diſcedamus, illud vobis, etſi indignis, nunciamus, Regnum Meſſiæ appropinquaſſe, cuius vos legatos recipere E non vultis. Excuſſione pedum ſignificabant diſcipuli, homines Euangeliũ repellentes execrabiles eſſe, & veluti excommunicatos, quibuſcum nullam habere vellent communionem, aut ſocietatem, quaſi dicerent, *etiam puluerem pedum, qui nobis adhæſit, excutimus in vos*, id eſt, contra vos, oſtendẽtes hoc geſtu, vos eſſe homines execrandos, à quibus nihil velimus accipere,

Excuſſio pulueris quid indicet.

vel

Digitized by Google

A vel habere, ne puluerem quidem, qui pedibus è ciuitate veſtra adhæſit. Huius ſententiæ eſt Montanus in fine libri de Actione, Puluerē (inquit) è pedibus excutere, geſtus eſt eorum, qui cōmunionem cum alijs deteſtantur, & ſocietatem omnem ſibi reciſam indicant. &c. Tertullianus lib. 4. contra Marc. cap. 24. Deus (inquit) puluerem iubet excuti in illos, in teſtificationē, & ad horrentiam terræ eorum, nedū communicationis reliquæ, &c. Eodē loco appellat hoc communicationis interdictum. Antiquior lectio eſt, puluerem iubet excuti in illos, in teſtificationem, & adhærentiam terræ eorum, id eſt, iubet excuti puluerem in teſtimonium, & adhærentiam terræ eorum, id eſt, ad quod ex terra eorum eis adhæſit, iubet excuti. Hęc verba late explicata ſunt tom. 2. lib. 9. c. 12. ſequentia quoque illa: *Sodomis in illa die remiſſius erit, quàm illi ciuitati*, quia videlicet minora auxilia habuere Sodomorum incolę ad agendam pęnitentiam, & peccata vitanda. Vnde Hierony. Matth. 10. Idcirco tolerabilius erit Sodomis, quia eis non fuit prædicatum: his autem fuit prædicatum, & non receperunt Euangelium, &c.

Montanus.
Excutere puluerem quid ſit.
Tertullian.
D. Hieron.

B C

CAPVT X.

D

De miſſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum.

Morale.

Meſſis quidem multa, operarij autem pauci.

MEſſis eſt præſentis vitæ tempus, in quo futuræ gloriæ merita colliguntur. Beda Prouer. 6. Hæc (ait) vita in eo meſſi comparatur, & æſtati; quod nunc inter ardores tentationū, tempus eſt colligendi futurorum merita præmiorum. At dies iudicij hyemis ſimulatur rigoribus, quia tūc nulli relinquitur facultas pro vita laborandi, &c. Quamobrem eodem Prouerbiorum capite, Salomon pigrum hominem, & in operando ſegnem formicæ inſtituit exēplo, quæ meſſis tempore, victum ſibi præparat. *Vade* (inquit) *ad formicam, ò piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat, &c.* Quemadmodum formica in meſſe congregat, quod comedat; ſic vitę huius tempore congregat vir gnauus merita, quibus in æternū viuat. Eodem cap. ſeptuaginta interpretes hæc de ape adiungunt: *Aut vade ad apem, & diſce quomodo operatrix eſt; operationem quoque quàm venerabilem facit: Cuius labores reges, & idiotæ ad ſanitatem afferunt, &c.* hoc eſt, vade ad formicam, vel ad apem, quàm diligens ſit, quamque operoſa intuere, quàm venerabile opus faciat, nēpè fauos, & mel; conſidera, quod tam reges quàm populares homines ad ſanitatem adhibent. Huius ſedulitatem, diligentiamq; imitare. Virtutum, operumq; bonorum dulces fauos conſtrue, ſumma cum diligentia. De apibus ait Poeta Virgil. lib. 1. Aen. *feruet opus, redolentq; thymo fragrantia melle,* de viro in operibus virtutum ardēte, idem dici merito poteſt. *Feruet opus, redolentq; polum, fragrantia* dulciſſimaq; operum bonorū *mella.* Meſſis hæc multa eſt: operarij autem pauci. Etenim multæ ſunt ſegetes, ex quibus æternæ gloriæ merita demetere poſſimus. Operarij verò, qui ea demetant, pauci. Pauci (inquam) qui vitijs repugnent, virtutes animo ardēter colant, bonorumque operum fructus ex tot paradiſi arboribus carpant. Rogandus Deus eſt, vt mittat operarios in meſſem tot bonorum, quot in Eccleſia demeti poſſunt; hoc eſt, vt viros excitet, qui virtutem colāt, Sacramenta frequentēr, æternarum rerum meditationi vacēt, & in bonis operibus præſtādis vehemēter ſe exerceant. Hi namq; operarij ſunt, qui ex ampliſſima bonorū operum ſegete, quæ in Eccleſia eſt, vberrimos fructus colligūt.

Beda.
Meſſis eſt præſens vita.
Vita tēpus eſt meſſis.
Prouerb. 6.
Parāda hic merita.
Prouer. 6.

E

Dicitur etiam meſſis ſęculi conſummatio, Matth. 13. Angeli verò meſſores. tunc improbi, probiq; homines, omnes veluti ſegetes demetentur. Illi in æternas flammas pręcipitabuntur. hi cœleſti horreo recondentur. Iuxta illud Matth. 13. *tempore meſſis dicam meſſoribus:*

Meſſis in mundi fine futura eſt.
Matth. 13.

ſcribitur: Colligite zizania & alligate ea in faſciculos, ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum, &c.

Hoc Euangelij loco meſſis ſignificat homines, qui per doctrinã, & prædicationem ex infidelitate demetuntur, & ad aream, id eſt, Eccleſiam per fidem conuehuntur. Eſt quidem hæc *meſſis multa;* toto enim orbe hominum ſegetes exoriuntur, qui in Eccleſiæ aream adduci poſſunt. Multa in Luſitania, Hiſpaniaq; tota, multa in Italia, multa in Gallia, Germania, India, Aethiopia, alijsq; orbis regionib. meſſis eſt hominum, tum Paganorum, atque hæreticorum, tum Orthodoxorũ, qui in dæmonis ſeruitutem ſeſe tradiderunt. Sed *operarij pauci,* quod abſque graui mærore dici non poteſt, vt ait eximius operarius D. Greg hom. 17. in Euangelia his verbis; ad meſſem multam operarij pauci ſunt, quod ſine graui mœrore loqui non poſſumus, quia etſi ſint, qui bona audiunt, deſunt tamen, qui dicant. &c. Nonne dolendum grauiter eſt, quòd tot nationes craſſiſſimis ignorãtiæ tenebris circunfuſas videamus, quibus fidei facem nemo infert? Non deſunt, qui fidei audiant, recipiantq; myſteria, deſunt, vt Greg. ait, qui dicant; deſunt Petri, Pauli, Bartholomæi, qui orbem docendo percurrant, quorumque illa vox ſit ad Rom. 1. *Sapientibus, & inſipientibus debitores ſumus.* Deſunt fontes Elim, qui Euangelij cœleſtibus vndis barbaras nationes velint irrigare. Deſunt ſeptuaginta palmæ, quæ de orbis infidelitate, vel vitijs cupiant triumphare. Sunt multi, qui honorari, boniſque Eccleſiaſticis locupletari, pauci, qui velint operari. *Operarij* (ait Dominus) *pauci*. Operarij (inquam) qui ardenti animo in opus Euangelij incumbant, qui derelictam meſſem magno conatu colligant, qui proximorum ſaluti inuigilent. Ecce mũdus totus (ait Gregor. loco citato) ſacerdotibus plenus eſt, ſed tamen in meſſe Dei, rarus valdè inuenitur operator. Quia officium quidem ſacerdotale ſuſcipimus; ſed opus officij non implemus.

Meſſis euãgelica.

Operarij pauci ardẽtes qui non ſua, ſed quæ Chriſti ſũt quærant.

D. Gregor.

D. Gregor.

Ampliſſima eſt menſura operis, atque officij ſacerdotalis; magna charitate, vigilantia, caſtitate, patientia, aſſiduo in prædicando, corrigendoq; populo labore, tanta menſura completur. *Miniſterium tuum* [inquit Paulus 2. ad Timoth. 4.] *imple*. Quonam modo impleatur docet. *Tu* (inquit) *vigila; in omnibus labora,* Græcè, κακοπάθησον, id eſt, *labores,* vel *afflictiones tolera, opus fac Euangeliſtæ,* hoc eſt, concionatoris: ad opus autem Euangeliſtę faciendum, ſub Dei Chriſtique iudicis teſtificatione terribili hortatur, eodem capite, his verbis: *Teſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos et mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius, prædica verbum, inſta opportune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, &c.* Expergefiat, & horreat, ſub tali teſtificatione epiſcopus, parochus, cõcionator, confeſſarius. Quis hæc audiens (ait Auguſt. li. 1. contra Creſcon. c. 6.) ſi Deo fideliter ſeruit, ſi ſtudioſus operarius non eſt, ab hac diligentia, & inſtantia conquieſcat? Quis ſub tanta teſtificatione ſegnis eſſe audeat? *Conteſtor* (inquit Apoſtolus) *te coram Deo, & Chriſto iudice, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum:* id eſt, qui iudicaturus eſt omnes homines, in aduentu ſecundo, & in regno ſuo; quod tunc apparebit. Græcè eſt, κατὰ, *per,* pro; *in,* vel, obteſtor te, per aduentum Chriſti, & regnum; vt Dei verbum prædices quã diligentiſſimè, vt inſtes omni tempore ſiue opportunè, ſiue importunè, vt arguas, vt obſecres, & exhorteris, vt increpes cũ omni patientia, atque doctrina. Eſt enim patientia doctori maximè neceſſaria, & auditori, vt Chriſtus docuit Luc. 8. de bonis agẽs auditoribus: *Hi* (inquit) *ſunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia, &c.* Affert fructum in patientia concionator, affert & auditor. Vides quo officij ſacerdotalis menſura impleatur? *Meſſis multa eſt, pauci operarij,* quia menſuram hanc, qui implere velint, pauci reperiuntur. Obſerua quæſo quo Paulus impleuit. Actor. 20. maiores natu Epheſiorum ſic alloquitur: *Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino, cum omni humilitate,*

Menſura officij ſacerdotalis magna.

2. Timot. 4

D. Auguſt.

2. Tim. 4.

Patiẽtia neceſſaria concionatori.

Actor. 20.

tate, & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum. Quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quo minus annunciarum vobis, & docerem vos publicè, & per domos, &c. Et infra, *vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non ceſſaui cum lachrymis monens vnumquemq; veſtrum, &c.* Item, *Argentum, & aurum, aut veſtem, nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, &c.* Vtinā ſimiles operarios, mittat Dominus in meſſem ſuam, qui argentum, & aurū non concupiſcant, qui cum omni humilitate, & lachrymis Deo ſeruiant, qui hoſtium perſecutiones patientia ſuperent, qui publicè, & per domos, nocte, & die cum lachrymis vnumquemq; monere non ceſſent D. Greg. li. 27. Moralium, c. 19. operarios ab opera vult appellari, quod ea operentur, quæ docent. Prædicatores j(inquit) ſancti operarij ſunt, quia non deſinunt agere, quod loquuntur, &c. Hi operarij pauci ſunt.

D. Gregor.

Orandus ergo Dominus, *vt mittat operarios in meſſem ſuam.* Rogat ille nos, vt rogemus illum, rogari vult. *Rogate* (ait) *Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam, &c.* Dei hoc opus eſt. Quemadmodum mittit nubes, quæ arentes fœcundent regiones, ſic mittit concionatores, qui arida hominū corda, diuini verbi irrigent pluuia. Iob 37. *Nubes luſtrant per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum, ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordia ſua, eas iuſſerit inueniri.* Hoc eſt voluntas gubernantis Dei fidei doctores, nubibus ſimiles, quocumque vult mittit, & ducit, ſiue in hanc, ſiue in illam regionē. Eſſe autem nubibus ſimiles concionatores docet Greg. hoc eodem capite, & Aug. Pſal. 35. mittit Deus has nubes, ſed vt mittat, rogari vult a nobis. Quemadmodum cū tellus arida eſt, Deum precamur, vt nubes mittat, ex quibus fluat imber, ſic cum regiones bonis operarijs indigent, Deum precari debemus, vt bonos operarios veluti nubes doctrinæ, exempli, & ſcientiæ, aquis plenas, mittat, á quibus cœleſti imbre fœcundentur. Si fames populum conficit, ſummis contendimus A precibus á Deo, vt terræ præbeat fertilitatem. Eundem in modū ſi fames verbi diuini populos æternæ morti tradit, vehementibus precibus a Deo flagitandi ſunt operarij, qui tam atrocem famem pellat. Lege D. Hierony. ad illa verba Amos 8. *Mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini, &c.* Mittit (inquit D. Hierony.) Dominus famē in terram, ſuper eos, qui terrena ſa- B piunt, & famem non panis, ſitimque non aquæ, ſed *audiendi verbum Domini,* quādo propter peccata populi doctrina deficit in Eccleſia, &c. Addit Amos: *In illa die deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti, &c.* D. Hieronym. Deficient (ait) virgines, quia verbum Domini inuenient. Ex quo intelligimus, quando doctrina non fuerit in Eccleſia, perire pudicitiam, caſtitatē mori, omnes abire virtutes, quia non C comederūt verbum Domini, &c. Meritò ergo ſummis precibus orandus eſt Chriſtus, vt huiuſmodi fame populos liberet, quæ omnibus virtutibus perniciem affert. Quamobrem ſæpè pro re hac ſummopere neceſſaria, vel paucis his verbis illum imploremus; *Vt bonos, ardenteſq; operarios in meſſem tuā mittere digneris, te rogamus audi nos.*

Iob 37.

D. Hieron. Amos 8.

Neceſſaria conciones.

Orandus Deus, vt mittat bonos, & ardentes operarios.

Deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos.

D

EGo ſum bonus paſtor (ait Dn̄s ſupra) boni autem paſtoris eſt oues paſcere. De ouibus igitur ſollicitus operarios deſignauit, qui diuini verbi pabulo illas paſcant. Creauerat iam duodecim Apoſtolos in meſſem mittēdos, nūc ſeptuaginta duos diſcipulos adiungit. Neq; vero hic conſtitit, nunquam n. in meſſem operarios mittere E deſinit, iuxta illud Pauli ad Eph. 4. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, & alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, &c.* lib. 3. Reg. c. 5. *Elegit rex Salomon operarioś de omni Iſrael, mittebatq; eos in Libanum, &c.* Ad fabricandum templum

Epheſ. 4.

3. Reg. 5.

pIum elegit Salomon operarios, mi- A
ſitq; in Libanũ. Similem in modũ no-
ſter Salomon Chriſtus, ad conſtruen
dã Eccleſiã, quæ templũ Dei viui eſt
auguſtiſſimũ, operarios elegit, miſitq;
non in Libanum ſolùm, ſed in totum
terrrarũ orbẽ. Quouſq; templum Sa-
lomonicum perfectũ eſt, operarij nõ
defuère, quouſq; Eccleſiæ ſanctiſſimũ
ædificiũ perficiatur, operarij non de-
erunt, *ad conſummationem ſanctorum, in*
opus miniſterij (vt ait Paulus) *& in ædifi-* B
cationem corporis Chriſti, hoc eſt, ad perfi
ciendos ſanctos, vel ad perficiẽda ſan
cta, genere neutro, videlicet templum
Eccleſiæ ſanctum, ad operandum, &
miniſtrandum, & ad exædificandam
Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti my
ſticum. De hac operariorum miſſione
Iſai. 66. illud eſt Iſaiæ 66. *Et mittam ex eis, qui*
ſaluati fuerint ad gentes, in mare, in Afri-
cam, & Lydiam, tendentes ſagittam, in Ita
liam, & Græciam, ad Inſulas longè, ad eis, C
qui non audierunt de me, & non viderunt
gloriã meam, & annunciabunt gloriã meã
Rom. 10. *gentibus, &c.* Et Paulus ad Ro. 10. *Sed*
dico, numquid non audierunt? & quidem in
omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.
3. Reg. 7. Lib. 3 Reg. cap. 7 *Fecit Salomon mare fu*
ſile decem cubitorum, & ſtabat ſuper duo-
decim boues, è quibus tres reſpiciebant ad
Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres
ad Meridiem, & tres ad Orientẽ, &c. Hoc
aqua plenũ mare Chriſtianorũ baptiſ D
mũ, boues concionatores adũbrant,
1. Cor. 9. vt ex Paulo colliges 1. ad Corinth 9.
qui baptiſmũ, fidemq; baptiſmi ful-
ciunt. Ad Septemtrionem, Meridiem,
Occidentẽ, Orientẽmq; vultus ver-
tunt; qm̃ in totum terrarum orbem
miſſi baptiſmum, fidemq; ferunt, ac
Matth. 28 prædicãt, iuxta illud Matth 28. *Euntes*
docete omnes gentes, baptizantes eos in no-
mine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, &c.
Matth. 20 Huc ſpectat illud Matth. 22. *Ite ad exi* E
& 22. *tus viarum, & quoſcunq; inueneritis, voca*
te ad nuptias. Egreſſi ſerui eius in vias, con
gregauerunt omnes quos inuenerunt malos,
& bonos, &c. Parabola etiam illa de pa-
trefamilias Matth. 20. *qui exiit primo*
mane conducere & mittere operarios in vi-
nea ſuam: neq; deſiitit conducere &
mittere. Nam hora etiam tertia miſit,
& circa horam ſextam, ac nonam, de-

niq; & circa vndecimam, propè no- A
ctem. Similiter magnus ille paterfa-
milias, qui Eccleſiæ ſuæ ſummã curã
gerit, primo mane, id eſt, prima mun-
di ætate operarios miſit, miſit ẽt alijs
ætatib. mittitq; ẽt noſtris temporib.

Eſt quidem ætas noſtra hac re bea-
ta, ꝙ diuino numine, atq; auxilio, vias
aperuit Euangelio, ad ignotas gẽtes,
operariòſq; miſit, nec mittere deſi-
uit. O fælicem noſtram Luſitaniam, ò *Ætate no-*
B fælicem Hiſpaniam, quam Deus tanti *ſtra Deus*
operis voluit eſſe adminiſtram. Luſi- *multos ope*
tani furenti in pelago ad Orientalem *rarios ad*
Indiam, Hiſpani ad Occidentalem, *gentes mit*
Deo duce, admirabilẽ inuenère viã, fi *tit.*
deiq; Chriſtianæ vexillum, tam inter
Orientales, quàm inter Occidentales
nationes, magna cum orbis admira-
tione extulère. Deſignauit Dominus
operarios noſtra ætate, miſitq; eos ex
Hiſpania ad conuertendos ethnico-
C rum populos, ꝙ magna cũ laude præ-
ſtant. Claſſem rex Salomon miſit in
Tharſis, vt memoriæ proditum eſt 2.
Paral. 9. & 3. Reg 10 *Ferebat illa quidẽ* *2. Par. 9.*
inde aurum, argentum, ebur, ſimias & pa-
uos. At nationes illas (ꝙ ſciamus) diui
na fidei luce minimè illuſtrabat. No-
ſter verò Salomõ Chriſtus Luſitanas,
Hiſpanáſq; naues in Orientẽ, atq; Oc
cidentem propterea mittit, vt natio-
nib. illis a veritatis via longè aberran
D tib. fidei lucem ſplendidiſſimam inſe-
rant, iterq; in æternam vitã demon-
ſtrent. Deniq; lux mũdi dicunt Chri-
ſti Apoſtoli Matth. 5. *Vos eſtis lux mun* *Matth. 5.*
di. Quẽadmodũ lux numq̃ deerit, quę
mundum illuminet; ſic numquã de-
erunt Apoſtolorum ſectatores, qui *Numquã*
mundi incolas fidei ſplendore illu- *deerũt ope-*
ſtrent. Deſignauit Dominus Apoſto- *rarij.*
los, deſignauit ſeptuaginta diſcipulos,
deſignatque ſemper alios, qui illis
E tanto in opere ſuccedant operarios.

Diſcant a Domino Epiſcopi, con-
cionatores, probìq; confeſſarios de-
ſignare, & in meſſem ſuam ſępè mit-
tere, qui diœceſim percurrant, poſtea *Viſitatio*
verò eos ſequant, in omnem ciuitatẽ, *paſtorum,*
& locum, quo ipſi venerint. Id ſi fa- *& miſſio.*
ciant vberes fructus Eccleſijs ſuis af-
ferẽt; ſin minùs, erũt virtutib. vacua. *Prouerb.*
Iuxta illud Prouer. 14. *Vbi nõ ſũt boues,* *14.*

praſepe vacuum eſt: vbi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis, &c. A Id eſt, vbi boues non ſunt, præſepe, & horreum, & domus vacua eſt. Paleis enim caret præſepe, frumento horreum, & domus, niſi boues agros arẽt, frumentùmq; triturent. At vbi plurimæ ortæ ſunt ſegetes, ibi manifeſtum eſt boues eſſe fortes, quorum labore ſegetes prouenerint. Eundem in modum, vbi prædicatores non ſunt, quos Paul. 1. Cor. 9. boues nominat; Eccleſia vacua eſt, verbi Dei frumento caret, caret quoq; virtutib. abundat vitijs. B Vbi autem virtutum, bonorũq; operum ſegetes exoriuntur, ibi compertum eſt, fortes eſſe concionatores, ac paſtores, quorum opera illæ proueniunt iuuante Deo.

Deus mittit operarios, per ſuos vicarios.

Aduerte autem, Chriſtum diſcipulos deſignaſſe, & miſiſſe. Nemo enim tanti operis bonus eſſe poteſt operator, niſi à Chriſto per vicarios ſuos C deſignetur, ac mittatur. Ipſi verò vicarij diligenter animaduertant, quoſnã ad tantum munus eligant. Operarios in meſſem mittant, eos ſcilicet, qui nõ otientur, ſed ardenter operẽtur. Non valet in electione humana cupiditas, ſed Dei gratia, iuxta illud Ambroſij epiſt. 82. Ideò Aaron ſacerdotem ipſe Deus elegit, vt non humana cupiditas in eligendo ſacerdote præponderaret, ſed gratia Dei, non voluntaria oblatio, D nec propria aſſumptio, ſed cœleſtis vocatio; &c. Eadem epiſtola eos eligendos docet, qui etſi non ſanguinis claritate, moribus tamen nobiles ſũt. Refertur (inquit) ad exẽplum Melchiſedech, vt tamq̃ ſine patre, & ſine matre ſacerdos eſſe debeat, in quo nõ generis nobilitas, ſed morum eligatur gratia, & virtutum prærogatiua, &c. *Quem mittam? & quis ibit nobis?* ait Dñs Iſai. 6. E Electus & miſſus eſt Iſaias, ſed poſtquam eum Saraphinus euolans ignito calculo expurgauit. Quærit Dominus operarios. *Quem mittam?* (ait) *quis ibit nobis?* Eos eligit, & mittit, quos diuini amoris igne expurgat Sic Apoſtolos ĩ die Pẽtecoſtes expurgauit, ſic diſcipulos ſeptuaginta duos, ſic Ambroſios, Auguſtinos, Chryſoſtom. & multos alios, quos in meſſẽ ſuã miſit.

Ambroſ. Electio operariorum, qualis eſſe debeat.

Iſai. 6.

Et miſit illos binos.

BInos Dominus miſit diſcipulos. D. Aug. lib. 2. q. Euangelicarum, hoc facto caritatẽ indicari ait, Quod (inquit) binos diſcipulos Chriſtus mittit, Sacramentum eſt caritatis, ſiue quia duo ſunt caritatis præcepta. ſiue quia omnis caritas minùs quã inter duos eſſe non põt, &c. & D. Greg. hom. 17. in Euang. Ecce (ait) binos ad prædicãdũ diſcipulos Dñs mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui caritatẽ erga alterum non habet, prædicationis officium ſuſcipere nullatenus debet, &c. Dentib. adumbrari concionatores docet idem Gregor. Cant. 4 & Auguſt. Pſal. 94. Cibum enim Eccleſiæ, hoc eſt, Dei verbũ extenuant, ac diuidunt, hoc eſt, exponũt populo. Conferũtur cum ouib. quæ gemellos habent fœtus Cant. 4. *Dẽtes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis, &c. Ecce ego mitto vos* (ait Dominus Matth. 10.) *ſicut oues in medio luporum, &c.* Hæ oues, id eſt, concionatores gemellos habeant fœtus neceſſe eſt, hoc eſt, geminam caritatem, Dei, atque proximi, vt Auguſtinus, & Gregorius interpretantur.

Cur binos diſcipulos Chriſtus miſerit.

D. Auguſ.

Caritas neceſſaria operarijs.

D. Gregor.

Dentes Eccleſiæ operarij

Auguſt.

Gemina caritas.

Binos mittit ſocios Dominus. Vult enim omnes concionatores, populiq; doctores, inter ſe ſociatos eſſe, & caritatis, pacíſq; vinculo cõſtrictos. Marc. 9. ait diſcipulis, *habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos, &c.* Prudentiæ ſalẽ habere oportet concionatores, ne auditores aliqua in re offendant, vel minima. Habere etiam oportet pacem, inter ſe, & caritatem, ne inuidia ſtimulati, alij de alijs detrahant, eiuſdẽ namq; opificij artifices inuidia oppugnat, iuxta vulgatum Prouerbiũ, *inuidet figulus figulo.* Salomonis illa vox eſt Sap. 7. *Sapientiam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, &c.* Hoc eſt, ſapiẽtiam a Deo didici, *ſine fictione*, Græce, ἀδόλως, id eſt, *ſine dolo*, animo non ficto, non doloſo. Nam vt dicitũ c. 1. eiuſdem libri, *Spiritus ſanctus diſciplinæ, effugit fictum*: Græcè δόλον, fugit doloſos, *& ſine inuidia communico*: hoc eſt, nõ inuideo tm̃ bonum hominib. nõ ſileo, nõ retineo.

Inter operarios Eccleſiæ non ſit diſſentio vlla.

Sap. 7.

retineo apud me propter inuidiã, ſed cõmunico, ideòq. ſequitur, *honeſtatem*, Græcè, *πλοῦτον*, id eſt, *diuitias* illius, nõ abſcondo. Eadẽ vox cõcionatoris eſt probi. Sed ſenſu ẽt alio, *Sapientiam* (inquit) *ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, &c.* Hoc eſt, diuinæ Theologię, & diuinæ Scripturæ ſine dolo vllo fuco, aut fictione operã dedi, eandẽ ſine vlla inuidia hominib. cõmunico: hoc eſt, non inuideo cuiquam, ſi doctior ſit, ſi ſapientior, ſi eloquentior, ſi nominis ſplendore ſuperior.

Non ſit inuidia inter operarios.

Illa quoque vox Moſis bono cõcionatori maximè congruit. Num. 11. *Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum? &c.* Nemini inuedeo (ait bonus cõcionator) quis mihi tribuat, vt omnes Chriſtiani concionentur, & det eis Dominus ſpiritum ſuum ad tantum opus perpetrandum. Nam vt ait præclare D. Gregorius ad finem lib. 22. Moral. C Fidelis prædicator optat, ſi fieri valeat, vt veritatem, quam ſolus loqui non ſufficit, ora cunctorum ſonent, &c. vt Martha vult adiuuari à Maria, *Dic* (inquit) *illi vt me adiuuet*, Luc. 10. bonus operarius vult ab alijs bonis operarijs adiuuãri, quos cernit non detrimentum, ſed incrementum operi diuino allaturos. Si vero paſtor Eccleſię eſt, omnes ouib. ſuis prædicãdo opem D ferre cupit, ꝙ eodem loco D. Gregorius indicat his verbis: Pia paſtorum mens, quia non propriam gloriã, ſed auctoris quęrit, ab omnib vult adiuuari, quod agit, &c. Turpiſſimũ eſt concionatorem, qui inuidiam docet exterminandam, domicilium illi in ipſo ſuo corde præbere.

Iam verò, ſi ex familijs religioſis concionatores, vel doctores fuerint, hoc multò turpius. Fœdiſſima res eſt E viros religioſos alios alijs inuidere, quos decet in meſſe, vineaq; Dñi, fraterna caritate copulatos laborare; pinde ac ſi ex vna, eadẽmq; eſſent familia. Vnum ordinẽ opere teneo (ait Bernar. in Apologia) cęteros caritate, &c. Hæc viri religioſi qualis Bernardus fuit, vox eſt, vnũ ordinẽ opere teneo, D. Benedicti, vel D. Auguſtini, vel D. Hieronymi, vel Carmeli Mõtis,

Religioſi operarii fraterna caritate copulentur.

D. Bernard.

Religioſus omnium ſit ordinũ caritate.

A vel D. Dominici, vel D. Franciſci, vel Societatis IESV, vel aliũ ſimilem, cęteros verò, quos opere nõ teneo, caritate teneo. Itaq; oĩum religionũ, & ordinũ, religioſus ſum, vnius opere, reliquorũ caritate. Oĩum ordinũ bonis lętor, oĩum proſpero ſucceſſu gaudeo, nulli inuideo. Omnes.n. mei sũt, & omnium ego ſum, iuxta Bernardi dictũ. *Numquid diuiſus eſt Chriſtus?* (ait Pau. 1. Cor. 1.) diuiſus ne eſt Chriſtus B in diuerſis religioſorũ ordinibus? minimè. Vnus atq; idem Chriſtus omnium religionũ eſt auctor, inſtitutor, & rector. Vt maiori cum vnione, vni Chriſto debitus cultus, atq; amor exhiberet̃ diuerſæ inſtituræ ſunt religiones. Qđ igit̃ cauſa eſſe debet ſanctæ vnionis, ne quæſo cauſa ſit turpiſſimę, carnaliſq; diuiſionis. *Cùm ſit inter vos zelus, & contentio* (ait Apoſtolus eodem loco) *nõne carnales eſtis? &c.* Carnalis C operarij, & ſcđm hominẽ ambulantis, eſt zelus, & cõtentio aduerſus alios operarios; ſpiritalis verò & ſcđm ſpiritum vitam traducentis eſt, omnes religiones, operarioſq; colere, magno amore proſequi, Deo commendare, nulli inuidere, etſi palmam ferat. *An oculus tuus nequam eſt*, (ait bonus ille pater familias Matth. 20.) *quia ego bonus ſum?* Nũquid quia Deus bonus eſt, bonitatẽmq; ſuam, donaque maiora D in alios operarios diffundit, propterea oculus noſter nequam erit? Hoc eſt, inuidus. Abſit. Audiamus D. Iacobũ c. 3. *Si* (inquit) *Zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica, quæ autem deſurſum eſt ſapientia, pacifica eſt, &c.* Pacifica ergo ſit operariorũ ſapientia, abſq; amaro zelo, & conten-E tione. Bini ad meſſem pergant operarij, id eſt, caritate ſociati, neq; vlla vel tenui inuidiæ labe commaculati.

1. Cor. 1. Chriſtus idem eſt in omnib. religioſis ordinibus.

Carnalis operarius inuidus.

Matth. 20.

Iacobi 3.

In omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus.

Diſcipulos miſit Dominus ante ſe, veluti præcurſores, in oppida, ad quæ venturus ipſe erat. Nã concionatores veluti præcurſores quidam iter

Cõcionatores ſunt Chriſti præcurſores.

Chriſto parant, vt in animos hominum veniat. Quamobrem illa verba Pſal. 67 de concionatorib. interpretatur Auguſtinus: *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomē illi, &c.* [*Auguſt.*] Iter facite Chriſto (ait Auguſ.) vt per ſpecioſos pedes Euangelizantiū, peruia ſint ei corda credentiū, &c. Aſcendere autem dicitur Chriſtus ſuper occaſum, quia ſuper animum tunc aſcēdit, cùm peccati ſit occaſus, hoc eſt, cū peccatum per pœnitētiam aboletur. Peccati occaſus, gratiæ eſt ortus, cùm peccatum occidit, tunc oritur gratia. [*Peccati occaſus gratiæ eſt ortus*] Auguſtinus: Chriſtus eſt, qui aſcendit ſuper occaſum, quia non eum excipit noua vita ſe ad Deum conuertētis; niſi vetus occiderit huic ſæculo renunciantis, &c. D. Gregorius ho. 17. in Euang. [*D. Gregor.*] Bene (inquit) dicitur, quia *miſit diſcipulos ante faciem ſuā in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipſe venturus.* Prædicatores enim ſuos Dominus ſequitur, quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis noſtræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atq; per hoc veritas in mente ſuſcipitur. Sic ille.

Nolite portare ſacculum, neque peram.

NOn opulentos, ſuperbòſque, ſed pauperes, humiles, mitèſq; operarios, mittit Dominus: humiles, ac mites eſſe vult. [*Operarii ſint agni, humiles.*] Vnde illud, *ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos.* Et illud Auguſtini Pſal. 126. [*D. Auguſt.*] Quomodo vinitori altior fit locus ad cuſtodiendam vineam, ſic & Epiſcopis altior locus factus eſt, & de iſto alto loco periculoſa redditur ratio, niſi eo corde ſtemus hic, vt humilitate ſub pedib. veſtris ſimus, &c. Quamuis altiorem habeat locū in Eccleſia operarius, tamen in alto loco conſtitutum, fratrū pedib. humilitas ſubijciat, vt Auguſtinus docet. Præterea pauperes eſſe docet Chriſtus, neq; pecuniam, neq; peram diſcipulos portare permittens. Cant. 4. [*Cant. 4.*] Dentes Eccleſiæ ſimiles dicūtur ouib. tonſis. [*Operarij pauperes, agni tonſi.*] *Dentes tui ſicut greges tōſarum, &c.* Dentes Eccleſiæ, vt paulò ante diximus, concionatores ſunt, hi ſimiles dicuntur tonſis ouibus: ſi pauperes ſunt, ſi neq; ſaccum, neq; perā poſſidēt tonſi agni ſunt. Auguſt. Pſal. 94. [*D. Auguſt.*] Dentes (inquit) Eccleſiæ ſunt, per quos loquitur Eccleſia. Quales dētes tui? tamq̄ grex detonſarū. Quare detonſarum? quia ſarcinas ſæculi depoſuerunt, &c. Apud eundem Auguſt. Pſal. 126. [*Pſal. 126.*] ad illa verba: *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorū, &c.* Nonnulli exiſtimarunt appellari Apoſtolos excuſſos, propterea quòd Matth. 10. iuſſi ſint de pedib. puluerem excutere, ſi in ciuitatem nō reciperent. At rectius excuſſi dicentur, idcirco q̄ ab omnib. caducis bonis excuſſi fuerint, omnia. n. excuſſerunt, hoc eſt, repudiarunt, nullòq; terræ onere oppreſſi orbem Euangeliū annunciantes peragrarunt. Similē in modū cōcionatores illi, qui paupertatem complectuntur, excuſſi dici poſſunt, & excuſſorū Apoſtolorū filij, hoc eſt, diſcipuli, atq; imitatores: quib. verba Pſalmi congruunt: *Sicut ſagitta in manu potentis, ita filij excuſſorum, &c.* Sunt n. ſagittis ſimiles, in manu potentis Dei. Nā quemadmodū magna vi ex arcu excuſſis ſagittis corpora; ita huiuſmodi excuſſorū verbis, atq. exēplo, animi ſauciant. Non oium concionatorum eſt pulueris hæc excuſſio, magnam poſtulat in Deum fiduciā, qua ſacculus, & pera, omniſq cura victus, ac veſtitus excutiat. [*Fiducia cōcionatorū.*] Prouidebit Dñs excuſſis, ſi potenti Domino fidant, iuxta illud Pſal. 54. [*Pſal. 54.*] *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, &c.* Prædicatori (ait Magnus Gregor. ho. 17. citata) [*D. Gregor.*] tanta debet eſſe in Deo fiducia, vt pſentis vitæ ſumptus, quamuis non prouideat, tamen ſibi hoc non deeſſe certiſſimè ſciat: ne dum mens eius occupat ad temporalia; minus alijs prouideat æterna, &c.

Ecce ego mitto vos, ait Dñs: Dñi Dei eſt ſic mittere, nimirū *ſicut agnos inter lupos*, ſine baculo, ſine pera, ſine pecunia. Qui n. mittit, lupos pōt in agnos cōuertere. baculus ipſe eſt ſuorū operariorū, & firmamentū; quę illis opus ſunt, facilè pōt ſuppeditare, expeditos oportet eſſe nuncios, id eſt, concionatores, illis veredarijs ſimiles, de quib. legimus, Eſter 8. *Egreſſi ſunt veredarij celeres nuncia perferentes, &c.* Quēadmodū Regis Aſſueri nūcia illi p̄ferebāt

Iudæis

Concionatores expediti & Angelis ſimiles eſſe debent.

Iudæis lætiſſima: ſic concionatores nũcia Dei portant omnibus gentib. iucundiſſima, A expeditos hos eſſe neceſſe eſt veredarios, vt celeres eſſe poſſint. Nuncij Dei Angeli ſunt expeditiſſimi, neq; portant baculum, neque ſacculum, neque peram, ſimiles oportet eſſe Angelos, id eſt, nuncios terreſtres, cæleſtib. Apocal. 14 *Vidi Angelum volantem per medium cœlum, habentem Euangelium æternum, ut euangelizaret ſedentibus ſuper terram, &c.* En tibi Angelici B operarij typum; per cælum mente volans, a terrenis cupiditatib. ſublatus, & excuſſus a terræ puluere, æternum Chriſti Euangelium ſedentibus ſuper terram annunciat. Sedentibus vero per terram, vt annuncies Euangelium, ne ſede ſuper terram: à terra te ipſum attolle pectore per cœlum vola, ne ſacculos, & peras mundi quæras, quæ te deorſum ferant, & ſedere faciant in terra, ſed Angelicas alas, C quæ ſurſum ſubleuent.

Neminem per uiam ſalutaueritis.

PEr viam neminem conceditur ſalutare prædicatori: (ait Gregorius) vt ſub quãta feſtinatione in iter prædicationis pergere debeat, oſtendatur, &c. Cùm feſtinatione ſaucijs egriſq; ſuccurritur corporib. maiori feſtinatione ſaucijs, ægriſque ſuccurrendum D eſt animis. vocatur ad ægrotum confeſſarius, velociter pergat, neminem per viã ſalutet, ne forte priùs animã, quàm crimina deponat ęgrotus. Odijs, alijsq; peccatis illaqueatos videt homines bonus operarius; ne cunctetur, neminem per viam ſalutet, properet, operam det proximorum ſaluti diligenter. Si prædam videt venator, non moratur, ſed inſequi feſtinat. Quænam Eccleſiæ operario- E rum præda eſt opulentiſſima? Nonne proximi ſalus? ad hanc magna diligentia quis nõ feſtinet? Properauit Abraham Gen. 18. Ad excipiendos hoſpitio Angelos, de illo Chryſoſtomus: currit (inquit) Abraham, & volat. Vidit enim prædam quam venabatur. &c. Prædam quam venabatur vidit Abraham, ad eamq; volauit, ſimilem in modum, ſi operarius prædam ſuam, quã

Chryſoſto.

Feſtinãdũ ad ſalutẽ animarũ.

venatur videt, ad eam volet. Afferet hæc ex ardenti caritate profecta celeritas magnum illis præmium. Vt enim ait Ambroſius lib. de Abraham cap. 5. vberiores fructus habet accelerata deuotio, &c. Mittit Eliſeus 4. Reg. 4. Famulum Giezi cùm baculo, ad reducendam animam in corpus, maximeque accelerare iubent: *Si occurrerit (inquit) tibi homo nõ ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi &c.* Mittit Chriſtus operarium ſuum ad reuocandam gratiam, Deiq; Spiritum in animam, & cunctabitur? Properet operarius tantò maiori alacritate, quantò anima corpore eſt pręcellentior. Eſther. 8. *Egreſſi ſunt veredarij celeres, nuntia perferentes; &c.* Sic egrediant Chriſti veredarij celeres vt nuntij etiam illi quib. Iſaiæ 18. Dicit; *ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam &c.*

4. Reg. 4.

Dicite pax huic domui, &c.

PAcem ferunt Chriſti operarij, pacem ſeruant, pacem offerunt, iuxta illud Pſalm. 71. *Suſcipiant montes pacem populo, &c.* Suſceperunt a Domino diſcipuli vt montes pacem populo offerendam, quemadmodum & Angeli Luc. 2. *In terra pax dicunt hominibus bonæ voluntatis.* Sed ſunt multi malæ voluntatis homines, qui oblatam à Dei nuncijs pacem reſpuunt. At verò ſi reſpuãt, ad offerentes repulſa reuertitur, Non priuatur fructu qui pacem dicit, ſed qui pacem repellit, neq; priuatũ merito, qui concionẽ habet, ſed qui concionem reijcit, ò beatũ filium pacis, ſuper quem pax requieſcit: *requieſcet (inquit) pax veſtra ſuper eum.* O beatum illũ ſuper quẽ concio inuenit requiẽ, filius hic pacis, & concionis dici põt. Si quis.n. ad Deum ſe cõuertit, per concionem gignitur. Si fuerit filius concionis id eſt, concione diuiniſq; verbis gignẽdus, *requieſcet ſuper illum pax,* & concio, ſi non fuerit, ad cõcionatorem reuertetur; concionis fructum minimè amittit, quamuis nullus ex auditoribus ad Deũ conuertat. D. Gregorius loco indicato: Si nullus (inquit) audire voluerit, ipſe prædicator ſine fructu non erit quia

Concionator nũquã fructu caret concionis.

Digitized by Google

ad eum pax reuertitur, quoniam ei à Domino, pro labore ſui operis, merces recompenſatur, &c. Duo in hoc opere concionandi reperiuntur: alterum certum, alterum incertum. Certum eſt concionatorem præmio non priuandum; incertum eſt auditorem conuertendum. Auguſtinus lib. 1. contra Creſconium cap. 5. Res (ait) certa ſit, ad incertum autem dico non præmium facientis, ſed animum audientis. Incertũ eſt enim nobis, vtrũ aſcenſurus ſit is, cui veritas prædicatur: ſed certum eſt, fideliter eam prædicantes retributionem manere, ſiue ſuſcipiantur, ſiue ſpernantur, &c Et ſerm. 42. de ſanctis: *Reuertetur* (inquit) *pax ad te*: hoc dicere voluit Dominus: tibi prodeſt, quod annunciaſti, nihil profuit, qui non ſuſcepit, non quia ille inanis remãſit, ideò tu perdidiſti mercedem, redditur tibi pro caritate quã impédiſti, &c. Magnum concionatoribus ſolatium afferre debet, quòd opere præmium non ex auditorũ conuerſione, aut multitudine, ſed ex caritate, labore, ſollicitudineq; pendet, quam trahendis ad Deum hominib. impendit. Curet igitur ille vt ſuum munus, atq; penſum magno ardore perſoluat, omittat nihil quod opus ſit ad trehendos ad Deum auditores; Deus auditorum conuerſionem curabit, iuxta illud D. Bernardi lib. 4. de cõſiderati. ad Eugenium, fac ꝙ tuum eſt; nam Deus quòd ſuum eſt, ſatis abſque tua ſollicitudine, & anxietate curabit. Plantam riga, fer curam: & tuas explicuiſti partes. Sanè incremẽtum Deus, quando voluerit, dabit; Deus (iniquam) non tu, quòd ſi fortè noluerit, tibi deperit nihil, &c.

Prædicator non amittit meritũ, & præmiũ, & ſi nullus cõuertatur.

D. Bernar.

Sunt autem quidam *filij pacis*, qui pacem, vt matrem colunt, atq; amãt; alij filij ſunt iræ, ac diſcordiæ, ſuper illos requieſcit pax; ab his repellitur, filij pacis, vt eſt in Pſalmo 36 *delectantur in multitudine pacis*, Iſai. 32. *ſedent in pulchritudine pacis*, Pſal. 33. *inquirunt pacem & perſequuntur eam*, Pſal. 119. *Cum ijs qui oderunt pacem ſunt pacifici*. Filij autem iræ ac diſcordiæ, Pſal. 13. *Viam pacis non cognouerunt*. Prouer. 6. *Iurgia ſeminant: ſed dolores metunt*, Pſal. 56. *dentes eorum arma, & ſagittę & lingua eorum gladius acutus*. Si cum filijs diſcordiæ agas, filius pacis, pacemq; repellentib. pax tua reuertetur ad te, ne diſcedat à te, ne iraſcaris, ne vindictam expetas, *cum ijs qui oderunt pacem eſto pacificus*. Nam vt dicitur Prouerb. 17. *Melior eſt buccella cum gaudio*, (Hebraicè ושלוה בה *veſcheluah bach & tranquillitas in ea* Septuag. *cum voluntate in pace*.) *quàm domus plena victimis cũ iurgio, &c.*

A B C D E

Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

NOn permiſit Chriſtus diſcipulis pecuniam, vel cibum portare: vnde cibum ſint habituri indicat, nimirum ab ijs, quib. Euangelium annunciauerint. *Edentes* (inquit) *& bibentes quæ apud illos ſunt, &c.* Hunc autem cibum operariorum mercedem eſſe docet verbis conſequentibus. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua, &c.* Quamobrem D. Gregorius homil. indica a duplicem ait dari operarijs mercedẽ; in orbe terrarum alimentum, in cęlo æternam gloriam. Conſiderandum (inquit) eſt, quòd vni noſtro operi duę mercedes debentur; vna in via, altera in patria. Vna quæ nos in labore ſuſtentat; alia quæ nos in reſurrectione remunerat, &c. Is qui operarios ad vineam colendam vocat, cibum illis dũ vineam colunt præbet poſt opus perfectum, etiam pecuniam. Eundem in modum, operarijs ſuis Chriſtus, dum in vinea verſantur, alimenta exhibet; poſt opus confectum æternam beatitudinem. Alimenta in itinere huius vitę obiter donat ęternam mercedem donat, poſtquam in cæleſtem portum inuehimur. Caueant autem concionatores, ne concionentur, vt comedant; ſed comedant, vt concionentur, quod etiam Gregorius monere non prætermiſit, cùm ſic ait; verus prædicator non ideo prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat; ſed ideo mercedem recipere, vt prædicare ſubſiſtat, &c. Caueãt prætereà ne illud de illis dicat Matth. 6. *Receperunt mercedem ſuam, &c.* Id eſt, inanem gloriã ꝗ ſuis expetunt concionib. cibi merces permiſſa eſt, inanis gloriæ merces vetita.

D. Gregor. Merces operariorum Chriſti duplex.

Duplex merces operariorum.

Gregor.

Matth. 6. Inanis gloria cauẽda operarijs.

Dignus

A *Dignus eſt operarius mercede ſua*, (ait Dominus) is ergo, qui mercedem accipit ex bonis Eccleſiæ, operarium ſe exhibeat; neque in otio, ſed in labore, Eccleſiæ veſcatur pane. Qua de re copioſè loquentem Gregorium, ſi placet, lege, homil. illa 17. Ad finem 22. libri Moral. verba illa Iob. *Si fructus comedi abſque pecunia*; de Eccleſiaſticis operarijs interpretantem in hūc modum: fructus (inquit) terrę abſq; pecunia comedere, eſt ex Eccleſia quidem

D. Gregor.

Operarij operētur, nō ſint otioſi.

B ſumptus accipere; ſed eidem Eccleſię prædicationis pretium non præbere, terræ igitur fructus abſque pecunia comedit, qui Eccleſiaſtica commoda ad vſum corporis percipit: ſed exhortationis miniſterium populo nō impendit, &c. Item: hoc (inquit) debet Deo oīs, qui præeſt populo, hoc q̃ multis, hoc qui paucioribꝰ prçeſt; vt ſic debita miniſteria à ſubditis exigat, quatenus ipſe etiā ſubditis, quid ſemper

Gregor.

C admonitionis debeat ſollicitus attendat, &c. Addit; inuicem ſerui ſumus. Cùm igitur is, qui ſubeſt, ſeruit ad obſequium; reſtat vt is qui præeſt, ſeruiet ad verbum, &c. Lege D. Bernardum in vita S. Malachiæ Epiſcopi, qui prælatis Eccleſiæ exemplum mirificum præbuit, illi (inquit Bernardus de alijs nonnullis prælatis ſui temporis verba faciens) aut non euangelizantes manducant; aut euangelizāt, vt manducent. Malachias manducat, vt euangelizet: illi faſtum, & quęſtū, æſtimant pietatem, S. Malachias hæres Apoſtolorum, hæreditate vendicat ſibi opus, & onus, illi alta palatia erigunt, turres ac mænia, ad cælos eleuant; Malachias non habens, vbi caput reclinet, opus facit Euangeliſtæ. Hæc ille, & alia: illud Gregorij nō eſt hoc loco prætermittēdū, ho. 17. in Euāg. Quiſquis ideo prædicat, vt hic, vel laudis, vel muneris mercedem recipiat, æterna mercede ſe priuat. Quiſquis verò ea quæ dicit, ideo placere hominibus appetit, vt dum placet, quod dicitur, per eadem dicta, non ipſe, ſed Deus ametur; vel ideò terrena ſtipendia in prædicatione conſequitur, ne a prædicationis voce per indigentiam laſſetur, huic ad recipiendam mercedem in patria, nihil obſtat, quia ſumptus ſumpſit in via: ſic ille.

D. Bernar.

C A P V T XI.

De exprobatione Corozain, Bethſaidæ, & Capharnaum.

M A T T H AE V S C A P I T E XI. Verſ. 20.

TVNC cœpit exprobare, ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pęnitentiam * væ tibi Coro 21
zain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent
virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere, pęnitentiam egiſſent. * verumtamen dico vobis, Tyro, & Sidoni re 22
miſſius erit in die iudicij, quàm vobis. * Et tu Capharnaum, numquid vſq; 23
in cęlum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes, quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſq; in hanc diem,
* veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iu- 24
dicij, quàm tibi.

LVCAS CAPITE X. Verſ. 13.

VAE tibi Corozain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere ſedentes pœniterent. * Veruntamen Tyro, & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quàm vobis. * Et tu Capharnaum, vſq; ad cœlum exaltata, vſque ad infernum demergeris. * Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me.

CVM diſcipulos ad concionãdum
A Chriſtus mittebat, nonnullis ci-
uitatib. in quib. cõcionatus fuerat &
miracula patrarat, impœnitentiã ex-
probrauit, vt Lucas refert c. 10. Mat-
thæus, verò cap 11 alio tempore hanc
factam exprobrationem ſignificat,
nempè poſt illã Baptiſtæ per diſcipu-
los interrogationem; *Tu es qui ventu-
rus es, an alium expectamus?* Reſpondet
D. Auguſtinus lib. 2 de conſenſu Euã-
B geliſtarum c. 32. Lucam ordinem te-
Quo tempore Dominus ciuitatib. exprobaret. nuiſſe temporis, Matthęum minimè.
Illud verò *tunc*, apud Matthęum cùm
ait; *tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, &c.*
Auguſti. Exiſtimat latius accipiendũ, hoc ſen-
ſu *tunc* hoc eſt, eo tempore, quo Dñs
concionabatur, & miracula edebat, cę-
pit exprobrare ciuitatib. Abulenſis
Matth ii. Credit Matthæum potiùs or-
dinem tenuiſſe temporis; quod pro-
bat particula, *tunc*, quæ arcta ſignifica-
C tione ſumenda eſt, non lata. Lucã au-
tem ordinem nõ ſeruaſſe arbitratur,
eò quòd nulla apud eum ſit particu-
la, quæ ordinem indicet. Reſponderi
etiam poteſt, cum eodem Auguſtino
eodem loco, bis hãc exprobrationem
eſſe a Chriſto factam, diuerſis tempo
ribus; ſemel apud Matthæum poſt le-
gationem Baptiſtæ, iterum apud Lu-
cam, cùm diſcipuli ad docendum mit
tũtur, quod eſt ſimplicius, & facilius.

Væ tibi Corozain væ tibi Bethſaida.

IVxta ſtagnum, ſiue mare Galilææ
D in latere occidẽtali ſita eſt Caphar
naum vrbs celeberrima Galilææ: in
latere eiuſdẽ maris occidẽtali ſita eſt
Corozain, a Capharnaũ diſtans duo-
bus tantùm milliarib. Ex Capharnaũ
iter ſit in Bethſaidã, quæ in ripa eiuſ-
A dem lacus ſiue maris occidentali lo
cata, patria fuit trium Apoſtolorum
Petri, Andreę, & Philippi. Vicus erat
vrbis ſpeciem illi addidit Philippus
Tetrarcha, teſte Ioſepho lib. 18. An-
tiq. c. 3. & ex nomine Iuliæ Cæſaris fi
liæ Iuliadem appellauit. A Bethſaida
milliario ſexto occurrit Magdalum,
vnde dicitur Magdalena: poſt Magda
lum viſitur Tiberias, à qua vrbe mare
Tiberiadis nominatur Ioann. 6. Ex-
B probrat hoc loco Dominus impœni-
tentiam Corozain, Bethſaidæ, & Ca
pharnaũ, vt Matthæus docet illis ver-
bis; *Tunc cœpit exprobare ciuitatib. in qui
bus facta ſunt plurimę virtutes eius, quia
non egiſſent pœnitentiam &c.* Cur expro-
brarit, cauſam indicat, videlicet, quia
plurimę virtutes Gręcè *δυνάμεις*, hoc
eſt, plurima miracula, in illis facta
fuerant, adde conciones. Et tamen cũ
plurima miracula vidiſſent, & Chri-
C ſti doctrinam audiuiſſent, in ſcelerib.
abſq; pœnitentia perſtiterunt. Viri
Niniuitæ Iona prædicante pœniten-
tiam egerunt; hæ autẽ ciuitates, Chri
ſto non ſolùm prædicante, ſed etiam
miracula perpetrante, pœnitentiam
agere noluerunt.
D. Hieronymus Matth. ii. exiſtimat *D. Hieron.*
Chriſtum vrbes has deplorare. Co-
rozain (inquit) & Bethſaidam à Sal-
uatore planguntur, quòd poſt tanta ſi
D gna, ac virtutes, non egerint pœniten
tiam, &c Euthymius ita exponit; *Cœ-
pit exprobare*, hoc eſt, miſeras dicere, ac
deplorare, &c. Sed aliud eſt exprobra
re, aliud plangere, & deplorare. Re-
ſpondet hanc exprobrationem, cum
deploratione, & dolore fuiſſe coniun-
ctam. Quærit præterea Hieronymus,
vbi nã ſcriptũ ſit in his ciuitatib. Co-
rozain, & Bethſaida multa miracula
eſſe

Digitized by Google

eſſe facta à Chriſto? Reſpondet Chri
ſtum circuiſſe omnes ciuitates, & vi-
Matth. 9. cos,iuxta illud Matth. 9.*Circuibat Ieſus*
omnes ciuitates, & caſtella, docens in Syna-
gogis eorum, & prædicans Euangelium re-
gni, & curans omnem languorem, & omnē
infirmitatem,&c. Inter cæteras verò ci-
uitates,& viculos,in Corozain quoq;
& Bethſaida miracula patraſſe.

Si in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes,
&c. pęnitentiam egiſſent, &c.

COnfert duas Iudęorum vrbes Co
rozain,& Bethſaidam,quib. ex-
probrat,in quibus docuerat,& mira-
cula ediderat,cum duab. vrbib. Ethni
corum,in quib neq; docuerat,neque
miracula fecerat,videlicet cum Tyro
& Sidone: vrbes verò Iudeorũ ad agē
dam pœnitentiam fuiſſe duriores, ac
difficiliores affirmat,quã vrbes Ethni-
corum Nam ſi in Tyro, & Sidone mi
racula facta fuiſſent,quæ in Corozain
& Bethſaida facta ſunt, in cilicio, &
cinere egiſſent pœnitentiam Tyrus,
& Sidon,quam Corozain, & Bethſai
da minimè egerunt. Mos erat agentiũ
pęnitentiam,vt cilicio.i. ſacco indue-
rentur,dicitur enim ab Hebræis cili-
Agentium pęnitentiã mos. cium שַׂק *ſcbak*,i ſaccus 3. Reg 21. *A-*
chab operuit carnem ſuam, ieiunauitq; &
dormiuit in ſacco, &c. Ionæ 3. *Rex Nini-*
3. Reg. 21. *ues, abiecit veſtimentum ſuum à ſe & indu*
Ion. 3. *tus eſt ſacco, &c. Item, iuſſit, vt homines o-*
perirentur ſaccis, & iumenta Præterea pę
nitentis erat in ſacco,& cinere ſedere
humiliter, & cinere ſe conſpergere.
Ideò Luc. 10. dicitur, de Tyrijs, & Si-
donijs, *olim in cilicio, & cinere ſedentes*
Iſa. 58. *pęniterent,&c.* Iſaiæ 58. *Numquid tale eſt*
ieiunium quod elegi per diem affligere homi
nem animam ſuam? Numquid contorquere
quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, &
cinerem ſternere? &c Dan. 9. *Poſui faciem*
meam ad Dominum Deum meum, rogare,
& deprecari in ieiunijs, ſacco, & cinere, &c.
Dolentium mos. Eſt etiam dolentium cinere ſe aſper-
gere,ſaccum induere. 2. Reg. 3. In fu-
2. Reg. 3. nere Abner ait Dauid populo; *ſcindite*
veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, &
Eſther. 4. *plangite ante exequias Abner, &c* Eſther.
4. *Cum audiſſet Mardochæus, ſcidit veſti-*
menta ſua, & indutus eſt ſacco, & ſpargēs

A *cinerem capiti ſuo, in platea ciuitatis, voce*
magna clamauit, &c. Ierem 6. *Filia popu*
li mei accingere cilicio, & conſpergere cine-
re, luctum vnigeniti fac tibi, planctum ama
rum, quia repentè veniet vaſtator tuus,
&c. Thren. 2. *Sederunt in terra, conticue-* *Thren. 2.*
runt ſenes filiæ Sion, conſperſerunt cinere ca
pita ſua, accincti ſunt cilicijs, &c. Erãt hęc
dolentium,& plangentium,pęniten-
tiam quoq; ſigna. quoniam veri pęni-
tentes commiſſi peccati cauſa dolorē
B maximum animo concipiunt, exter-
naque pęnitentia in cinere,& cilicio,
ac ieiunio ſe cruciant.

Quid ſit pęnitentiam ſpiritaliter a- *Pęnitentiã*
gere in cilicio, & cinere docet Greg. *agere in ci-*
lib. 35. Mor. cap. 2 cilicio ait ſignifica- *nere & cili*
ri peccatum aſperum, ac pungens: ci- *cio qd ſit.*
nere, ſiue puluere, peccati ipſius pœ-
nam, videlicet mortem, quæ homi-
nem in puluerem, cineremve redigit.
Agit homo pęnitentiam, in cilicio, &
C cinere, cùm pungens peccatum, quã
aſperum, fœdumque ſit conſiderat,
cumque peccati ipſius pęnam animo
voluit. Cõſiderentur [ait Gregorius)
in cilicio pungentia vitia, conſiderc-
tur in cinere, per mortis ſententiam,
ſubſequens iuſta pœna vitiorum, vi-
deat homo in aſperitate cilicij quid fe
cit, videat in cinere, vſque quo peccã-
do peruenit,&c. Is etiam agit pæni-
tentiã in cilicio,& cinere, qui conſciē
D tiæ ſtimulis, veluti cilicij pilis aſperis
compungitur,& cinerem, mortiſque
puluerem ante oculos ponit. Ad agen
dam enim pęnitentiam, hæc duo ho-
minem concitant veluti calcaria; con-
ſcientiæ ſtimuli, & mortis memoria.
Iob (inquit Gregorius) quod ait; *ipſe*
me reprehendo: quaſi quodam cilicio
pungitur, dum in mente ſua, aſperis
redargutionum ſtimulis confricatur,
&c. Addit *Iob & age pęnitentiam in fauil*
E *la, & cinere, &c* Ac ſi dicat, (ait Grego
rius,) De nullo actoris mei dono ſu-
perbio, quia ſumptus ex puluere, per
mortis ſententiam ad puluerem me
redire cognoſco,&c. Ideo Eccleſia in
capite initioque ieiunij quadrageſi-
malis, ac pænitentiæ, cinerem capiti-
bus noſtris imponit, videlicet calcaria
admouet; ad pænitentiam.

Olim [inquit Dominus) *in cilicio, &*
cinere

Digitized by Google

A *tinere pœnitentiam egiſſent.* Loquitur de Tyrijs, & Sidonijs, etiã illis qui olim vixerant, in illis duabus vrbibus; nam ſi olim tempore Regum Iſrael, & prophetarum; Tyrij, & Sidonij miracula vidiſſent, & doctrinam audiſſent, pœnitentiam egiſſent.

Quæſtio exiſtit; num Chriſtus certa cognitione nouerit Tyrios, ac Sidonios fuiſſe acturos pęnitentiã, ſi miracula vidiſſent, & cõciones audiſſẽt?

B

An Dñs certa cognitione nouerit Tyrios, & Sidonios pęnitẽtiã fuiſſe acturos. Ianſenius.

Cũ n. hęc propoſitio Tyrij, & Sidonij agent pęnitentiã, conditionatæ, & incertæ veritatis ſit, non vr potuiſſe à Chriſto determinata, ac certa ſciã cognoſci. Ianſenius c. 47. Cõcord. rñdet dici poſſe, Chriſtũ non loqui de pęnitentia Tyriorum, & Sidoniorum, tamquam præſcium eorum, quæ futura erant, ſi illis fuiſſet prædicatum; ſed vulgari quodam loquendi modo hoc protuliſſe; vt Corozain & Bethſaidæ

C

obſtinationem indicaret. Quomodo (inquit) dicere ſolemus; ſi tantùm beneficij alteri exhibuiſſem, gratiorem procuidubio expertus fuiſſem, &c. Sunt etiam inter recentiores alij auctores, qui affirment, nullam in Deo eſſe ſcientiã certã futurorũ ſub conditione. Hæc tñ ſnia mihi nullo modo placet: exiſtimo. n. & de diuina ſciã multùm detrahere, & ſcripturæ mul-

Eſt in Deo certa rerũ futurarum cõtingentiũ conditionatarũ ſciẽtia.

D

tis locis aduerſari, ex quib. perſpicuè conſtat Deum futura ſub conditione cognoſcere. Si alia non eſſent, hoc ſolum teſtimonium quod explicamus ſatis probaret, quod volumus. Manifeſtè n. niſi quis tergiuerſari velit, indicat Chriſtum cognouiſſe Tyriorum, & Sidoniorum pęnitentiam, ſub conditione futuram: *Si* [inquit] *in Tyro, & Sidone facta eſſent virtutes, quę facta ſunt in vobis, olim pęnitentiam egiſſent, &c.*

E

Verba hæc nihil aliud ſignificant, ꝗ Chriſtum huiuſmodi pęnitentiam cognouiſſe. Cur igitur nos de ſcientia diuina detrahemus? Certè ſimile illud eſt apud Ezech. 3. *Non ad populum profundi ſermonis, & ignota lingua tu mitteris: & ſi ad illos mittereris, audirent te, &c.* Reſpõdebit aliquis cognouiſſe quidẽ Chriſtum Tyriorũ, & Sidoniorum pęnitẽtiam, ſed cognitione coniecturali, nõ certa. Ego vero adduci nequeo, vt

Ezech. 3.

A

Deo tribuã cognitionem coniecturalem, atque incertam. Itaque credo, ꝙ Auguſt. Hieron & patres credũt, Dominum certiſſima cognitione, nõ coniecturali ſciuiſſe pęnitentiam Tyriorũ & Sidoniorum. Quamuis. n. res ipſæ, & propoſitiones ad euentum incertæ ſint, & conditionatæ: ea tamen eſt vis & potentia diuini, infinitiq; intellectus, vt quid euenturum eſſet poſita

B

conditione, clariſſimè contempletur. Sed de his copioſius ſcribere loci huius non eſt; pauca hæc ſint ſatis. Legatur D. Soares lib. 2. de ſcientia Dei futurorum conting cap. 1. teſtim. 2.

Obſerua primò Deum nemini auxilia denegare, quæ ad pœnitentiam agendã ſatis ſint. Non dat tamen ſemper ſuperabundantia, quib. pręuidet hominem conuertendum. Habuere igitur Tyrij & Sidonij ſufficiẽtia, ſed

Auxilia ſufficientia Deus nemini negat.

C

non habuere ſuperabundantia; quæ ſi data fuiſſent, pęnitentiam egiſſent. Secũdò obſerua Deum multis ſuperabundantia auxilia dare, quib. tamen non conuertuntur. Nam Corozain, & Bethſaida non ſunt conuerſæ, quæ ſuperabundantia auxilia acceperũt. Tertio obſerua Deum non dare omnib. æqualia auxilia, vt perſpicuum eſt, nã maiora dedit his ciuitatibus, quã Ty-

Deus non dat omnib. æqualia auxilia.

D

ro, & Sidoni. Quarto obſerua, Deum nonnullis, quos præſcit non conuertẽdos, auxilia dare magna, quæ ſi daret alijs, qui non conuertuntur, conuerterentur. Dedit. n. Iudæis, quos præſciebat non conuertendos, multò maiora auxilia, quàm Tyrijs, & Sidonijs. Quintò obſerua Deum nõ dare multis ea auxilia, quibus præuidet eos cõuertendos. Nam Tyrijs & Sidonijs, ſi dediſſet auxilia, quæ dedit Iudæis, pę-

E

nitentiam egiſſent, at non dedit: iuſtè autem omnia facit, *iuſtus eſt Dominus, & rectum iudicium eius*, Pſalm. 118. Quoniam omnibus donat ſufficientia, ſuperabundantia, quibus vult; gratuita ſunt dona, non debita. Omnes conuerti poſſunt, quia omnib. neceſſaria ad conuerſionem donat auxilia. Qui non conuertitur, culpa ſua non conuertitur, quia ſi velit, conuerti poteſt, auxilia habet ſufficientia, & pluſquam ſufficientia. Quid autem efficacitatem

auxi-

auxilijs afferat explicare, neque loci huius eſt, neque temporis.

A

Attende autem Dominum non ſolùm loqui de auxilijs externis miraculorum, & doctrinæ, ſed de internis etiam. Nam externa auxilia, quamuis ſint maxima, ſine internis nõ ſunt ſatis ad cõuertendos homines. Habuiſſent igitur Tyrij & Sidonij, auxilia etiam interna, quibus ad pęnitentiã liberè ducerentur; ſi quidem pœnitẽtiam egiſſent, vt Dominus afferit, habuerunt quoq; Corozain, & Bethſaida, interna auxilia, vt cum Tyrijs, & Sidonijs poſſint comparari. Nam ſi hi habuiſſent, ſolùm externa, illi verò tũ interna; non eſſet æqualitas in comparatione, neque exprobatio in verbis.

B

Veruntamen Tyro, & Sidoni remiſſus erit.

FVerũt Corozain, & Bethſaida ad agendum pęnitentiam duriores, quàm Tyrus & Sidon; prædicit Dñs maioribus etiam ſupplicijs torquendas. Paucis ratio eſt, quia vt ait Luc. 12. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non præparauit, & non fecit ſecundùm voluntatem eius vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis, &c.* Corozain vero & Bethſaida cognouerunt, vel cognoſcere debuerunt per Moſis legem, per Chriſti doctrinam, & miracula, Dei voluntatem; Tyrus autem, & Sidon neque cognouerunt, neque Chriſti doctrina, miraculiſq; edoctæ ſunt, & Moſis legem non cognouerunt.

C

Et tu Capharnaum, vſque ad cęlum exaltata.

D

APud D. Lucam ſic legitur; *Et in Capharnaum vſque ad cœlum exaltata, vſque ad infernum demergeris.* Apud Matth. ſic. *Et tu Capharnaum numquid vſque in cęlum exaltaberis, vſque in infernum deſcendens. &c.* Græcè nunc apud Matthæum, & Lucam, eodem modo legitur, &c. Interpres vel alio modo legit, vel mutare voluit loquendi modum: nam ſenſus idem eſt. Superbiam Capharnaum increpat Dominus, *numquid* (inquit) *in cælum exaltaberis* præ tu-

E

more, & ſuperbia? *Sanè vſque ad infernum deſcendes*, Græcè ἕως ᾅδου, id eſt, *vſque ad tartarum venies. Nam qui ſe exaltauerit humiliabitur*, Matth. 23. ſimile eſt illud Abdiæ 1. *Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuũ inde detrahã te, &c.* Et illud Iſai. 14. *Qui dicebas in corde tuo, in cęlum aſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, &c. Veruntamen ad infernum detraheris, &c.* D. Hieronymus duos ſẽſus proponit. Prior eſt, & tu Capharnaum, vſque in cœlum præ ſuperbia exaltata, prædicationi, & miraculis meis ſuperbiſſimè reſiſtendo, vſque ad infernũ deſcendes; hoc eſt, ideò quia contra prædicationem meam ſuperbiſſime reſtitiſti in tartarum præcipitaberis; poſterior: *Tu Capharnaum vſque in cęlum exaltata* tanto priuilegio, quia apud te habitaui, concionatus ſum, & miracula feci multa; *vſque in infernum deſcendes*, & maioribus plecteris ſupplicijs, quòd credere noluiſti, ita etiam exponit Theophylactus; *Tu* (inquit *Capharnaum exaltata fuiſti vſque ad cęlum* multis miraculis, quæ in te facta ſunt, *detraheris vſque in infernum* condemnanda, quòd incredula maneas, &c.

Superbia. *Abdia. 1.* *Iſai. 14.* *D. Hieron.* *Chriſti doctrina exaltat Eccleſiam.* *Theophyl.*

Fortè manſiſſent vſque in hanc diem.

COntulit Corozain, & Bethſaidã cum Tyro, & Sidone; Capharnaum apud Matthæum confert cum Sodomis *Si* (inquit) *in Sodomis miracula facta fuiſſent, quæ in te ſunt facta, fortè manſiſſent vſque in hanc diem;* hoc eſt, egiſſent pęnitentiam, ſuppliciumque, & incendium effugiſſent.

Dubium eſt, cur Dominus particulam, *fortè*, adiũxerit: *fortè* (inquit) *manſiſſent vſque in hanc diem:* illi qui cognitionem coniecturalem futurorum cõditionalium Deo tribuunt, reſpondẽt adiunxiſſe Chriſtum particulam, *fortè*, quia cognitione coniecturali hoc cognoſcebat, nõ autem omninò, certa; ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον, &c. Particula ἂν vertit interpres, *fortè*, eadem particula Græcè legitur ſupra in illis verbis. *Olim in cilicio & cinere pęnitentiam egiſſent*: Græcè: πάλαι ἄν, potuiſſetque vertere interpres; *Olim fortè pœni-*

Cur Dominus vſus ſit particula fortè.

tentiam

Digitized by Google

tentiam egiſſent:potuiſſetque ĕt vertere A
De particu forte.
vtroque loco pro;*Fortè: vtique*particu-
la enim etiam vtique ſignificat. Ian-
ſenius ait, interpretē abuſum aduer-
bio dubitandi, pro aduerbio confir-
mandi. Maldonatus quoque ait, parti
culam, *fortè*, hoc loco non eſſe dubi-
tantis;ſed affirmantis. Ego potiùs exi
ſtimo,doctiſſimum interpretem parti
culam *fortè*,vſurpaſſe in ſignificatione
propria,non autem pro aduerbio con
firmandi,illa abuſum. Quis enim fe- B
rat,ſi homo doctiſſimus pro aduerbio
ſignificante confirmationem, vtatur
alio contrario,ſignificante dubitatio-
nem?Quorſum? numquid ignorabat
aduerbium ſignificans confirmatio-
nem?numquid vertere neſciebat; mā
ſiſſent vtique?ſciuit ergo particulam;
ἄν, his locis indicare non dubitationē
Chriſti ſed euentus incertitudinem :
ideò vertit potius:*fortè*;quàm:vtique:
ita loquitur Deus Ierem.26.*Noli* (in- C
quit]*ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant,*
& conuertantur,&c. Septuaginta ver-
Ierem.26
tunt;fortè audient, & conuertantur,
quomodo Hebraice legitur. Non indi
cat Deus ſe ignorare,quid Iudæi actu
ri ſint:ſed addit particulā, אולי, *Vlai,*
id eſt,*fortè*,propter euentus incertitu
dinem ex parte hominum.

Rñdetur dubitationi.

Reſpondemus ergo dubio, Chri-
ſtum particula:*fortè*, vſum eſſe,non vt
dubitationem aliquam in ſe ſignifica D
ret,ſed vt in re ipſa,& euentu incerti
tudinem indicaret,reſpondemus prę
terea Chriſtum humano, & vulgari
hominum more particulam,*fortè*, ad-
didiſſe,non ita tamen vt dubitationē
innuere::ſolent enim homines, cùm
de contingentibus euentibus loquun
tur,addere particulam *fortè*. D. Hiero
nymus Ierem.26 ad illa verba : *Noli*
D. Hieron.
ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant. Ait
Forte liberū arbitriū in ore Dei indicat.
Deum vti particula:*fortè*, vt liberum E
hominis arbitrium ſeruetur. Verbum
ambiguum:*forſitan*; [ait Hieronym.]
maieſtati Domini non poteſt conue-
nire, ſed ex noſtro affectu loquitur
Deus, vt liberum hominis ſeruetur
arbitrium, &c. Quæ verba indicant
profectò Hieronymum, nullam in
Deo concedere cognitionem conie-
cturalem, ſi enim Deus coniectura-
A lem haberet cognitionem, cùm lo-
Non conuenit Deo dubitatio.
quitur de futuris condicionalibus,
conueniret illi particula:*fortè*,at Hie-
ronymus præclarè ait; *Maieſtati Domi-*
ni verbum ambiguum, forſitan. non poteſt
conuenire,&c. Cur?quia omnia nouit,
cognitione certiſſima, etiam contin-
D. Auguſt.
gentia ſub conditione futura. In ea-
dem ſententia eſt Auguſt. tract.37. in
Ioannē,ad illa verba; *Si me ſciretis, for-*
ſitan & patrem meum ſciretis,&c. Ille[in-
B quit)qui omnia ſcit,quando dicit:*forſi*
tan non dubitat,ſed increpat,&c. Iтē:
Cùm dicitur a Deo verbum dubita-
tionis,cùm Deum nihil vtique lateat,
illa dubitatione arguitur infidelitas;
Diuinitas non opinatur.
non opinatur diuinitas,&c. Egregiè
ait Auguſt. *Diuinitas non opinatur* : Non
enim conuenit Deo opinio, aut conie
cturalis cognitio,quia omnia ſcit ſciē-
tia clariſſima. Item Hierony. Ezech.
2.Loquitur,[ait) Deus hęc ambigētis
C affectu, vt liberū hominis arbitrium
monſtret; ne præſcientia futurorum
Præſciētia Dei nō tollit liberum arbitrium.
mali,vel boni,immutabilē faciat, qđ
Deus futurum nouerit,&c. Sic etiam
Chryſoſt.
Chryſoſt.hom.78. ī Matth. Ambiguè
(inquit) loqui videtur Dominus per
Theodoretus.
Prophetam Ezech.2. *Si fortè audiant,ſi*
fortè intelligant, ne prædictio apud im-
peritos inobedientiam neceſſario fa-
cere videretur,&c. Theodoretus quo
que Ierem.26.Non eſt(inquit] igno-
D randi verbum, *forſaſſe*, verum ne di-
cant,prædixit incredulitatem noſtrā,
quomodo ergo fieri poteſt,vt immu-
temur?Lege ſi placet D. Ambroſium
lib.2.de pœnitentia cap.2. in quo in-
dicat,particulā *fortè*,aliquando nō eſ-
ſe dubitantis,ſed rem cognoſcentis.

Terra Sodomorū remiſſius erit in die iudicij.

E GRauius puniendos Capharnaum
ciues,prędicit Dominus, quàm
incolas Sodomorum;propterea quòd
illi Euangelij doctrinam audierunt,
Remiſſus puniuntur, qui minora habuere auxilia,&c.
miraculaq; viderunt;nec tamen mo-
res emendarunt;hi autem, & doctri-
na,& miraculis caruerunt,tom.2.lib.
9.cap.12. hæc verba ſunt explicata,&
paulò antè diximus,cur Tyrus, & Si-
don remiſſius ſint puniendæ in die iu
dicij,quàm Corozain,& Bethſaida.

Qui

Qui vos audit me audit, & qui vos
ſpernit me ſpernit.

QVia Chriſtus diſcipulos ad con-
cionãdum mittebat, docet, q̃ be
Locum Dei obtinẽs prælati, & verbi diuini legati. neuolo, attento, reuerentique animo
ſint audiendi, tam diſcipuli ab eo tũc
miſſi, q̃ alij fidei doctores, qui poſtea
mitterentur. Quaſi dicat; ecce mitto
vos, magna autem beneuolentia, attẽ
B tione, & reuerẽtia ab omnib. vos, ſuc
ceſſoreſque veſtros exaudiri volo. Si
quidẽ qui verã doctrinã audit, me au-
dit q aũt vos ſpreuerit, me ſpnet Di-
ſcipuli legati erãt Chriſti, iuxta illud
2. Cor. 5. Pauli 2. Cor. 5. *Pro Chriſto legatione fũgi*
mur, tamquam Deo exhortãte per nos, &c.
Legati Chriſti, vt Chriſtus ipſe, audiẽ
di ſunt, moderatores Eccleſię qui au-
dit, Chriſtum audit, qui ſpernit, Chri
ſtum ſpernit; etenim Chriſti locũ ob-
C tinent, eiuſq; vices gerunt. Hinc illud
D. Bern. in tract. de præcepto, & diſp.
Siue Deus ſiue homo vicarius Dei mã
datum quodcumque tradiderit, pari
profectò obſequendum eſt cura, pari
reuerentia deferendum. Vbi in Deo
contraria, non præcipit homo, &c. D.
Cyprianus epiſt. 69. ad Florentium:
ad Apoſtolos (inquit) dicit Chriſtus,
ac per hoc ad oẽs præpoſitos, qui A-
poſtolis vicaria ordinatione ſuccedũt
D *qui vos audit, me audit. & qui reijcit vos,*
me reijcit, &c. D. Baſilius in conſtitut.
monaſticis cap. 23. Animaduerte (in-
quit] quid dicat Dominus, cũ de obe-
dientia aduerſus ſeruos ſuos adhiben
da legem ſanciret. *Qui vos audit me au*
dit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, quod A-
poſtolis dixit, intelligendus eſt in cõ-
mune legem ſanxiſſe in poſteros, qui
aliorũ futuri erant moderatores, &c.
Hac de re diximus tom. 1. li. 10. c. 19.
E Quemadmodũ perſonam prælati ge-
runt Dei, ita Dei gerant ſanctitatem,
ne conquerantur ſubditi, & dicant il
lud Pſalm. 65. *Impoſuiſti homines ſuper*
capita noſtra, &c. Immortalis eſt Deus,
prælati immortales ita eſſe debẽt, vt
nullo mortiferi ſceleris veneno ſe oc
cidãt, ne illis illud occinatur Pſal. 81.
Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Vos
autem ſicut homines moriemini, &c. Vt dij

A immortales quoad peccatum mortife
rum eſſe debueratis; ſed vt homines
fœdiſſimam hanc mortem ſubitis ſæ-
pe.

Hoc capite ciuitatibus Corozain,
Capharnaum, & Bethſaidæ, expro-
brat Dominus, quod cùm Chriſti doctri
nam audierint, & miracula viderint;
pęnitentiam non egerint. Eodẽ modo
negligentibus quibuſdam Chriſtianis
exprobrare poſſumus, qui cùm fidem
B habeant Dei dono, doctrinam Chriſti
audiant, miracula cernant, tartareas *Chriſtianis negligentibus exprobratur.*
flãmas, eaſq; æternas, & cæleſtia gau-
dia credant; pęnitentiam veram non
agunt, mores emendant. Væ illis, quia
ſi in Tyro, & Sidone, factæ fuiſsẽt vir
tutes, quæ factæ ſunt in illis, pęniten-
tiam egiſſent. Væ illis, quia ſi Ethni-
cis ſimulachrorũ cultoribus, & Ma-
hometanis, ſi Iudæis ipſis, Deus fidem
donaſſet, cæteraq; auxilia, quæ illis do
C nat, vitã, moreſq; correxiſſent. Verũ-
tamen ethnicis, & reliquis remiſſius
erit in die iudicij, ſi cætera ſint paria,
quoniam *ſeruus qui nouit voluntatẽ Do-*
mini ſui, & non fecit, vapulabit multis: qui
autem non agnouit, vapulabit paucis. Tu
Capharnaum [ait Dominus] *vſque in cæ*
lum exaltata, meis miraculis; mea doctri-
na, mea pręſentia, vſque ad infernũ demer-
geris. Eundẽ in modum populus Chri-
ſtianus Chriſti doctrina, Sacramẽtis,
D fide, miraculis præſentia in auguſtiſſi-
mo Sacramẽto, in cęlum vſq; eſt exal
tatus: *Non fecit Deus taliter omni nationi,*
& iudicia ſua non manifeſtauit eis. Pſalm. *Pſal. 147.*
147 *Vos* (ait D. Petrus 1. epiſt. cap. 2.) *1. Pet. 2.*
Genus electum, regale ſacerdotium, gens ſan
cta, populus acquiſitionis, &c. Veruntamẽ
multi tot, tantiſq; beneficijs ingrati
Chriſtiani, qui pęnitentiam agere no
lunt, vſque in infernum demergen- *6. Reg 1.*
tur, 3. Reg. 1. Dauid *cum cooperiretur ve*
E *ſtibus non calefiebat, &c.* Non calefiebat
Dauid veſtibus coopertus, quia debi-
lem habebat ipſe calorem, quem ve-
ſtibus impertiret. Similem in modum
non calefiunt frigidi Chriſtiani mille
veſtibus, id eſt, mille auxilijs doctri-
næ, & ſacramentorum, quia calore in
terno, id eſt, deſiderio ſalutis ca-
rent. *Quid eſt quod debui vltra facere*
vineę meæ (ait Dominus Iſaiæ 5.) *Iſai. 5.*
& non

Digitized by Google

& non feci? Quid vltra debuit facere Chriſtus Chriſtianis,& non fecit? *At expectauit,vt vinea faceret vuas, & fecit labruſcas.* Et vt vertunt Septuag. *fecit ſpinas.* Cur ita?qa diuinis auxilijs doctrina,ſacramentis, vti nolunt. Dat nobis Deus auxilia,vtamur illis, amplectamur; non prætereant nos Dei inſpirationes. *Stat ad oſtium & pulſat* Apoc.3. Aperiamus,ne declinet,atq; tranſeat.Cant.5. *Ille declinauerat, atq; tranſiuerat,&c.* Ad Philipp.2. ait Paulus; *Cum timore,& tremore veſtram ſalutem operamini, Deus eſt enim, qui operatur in vobis velle,& perficere,&c.* Deus operaē velle & perficere auxilijs, timeamus ergo,ne Deum offendamus, ne fortè offenſus,auxilijs ſuis abundantioribus nos priuet.Card.Caiet. verba Pauli,his verbis exponit:ideo vobis neceſſarius eſt tam metus, q̃ tremor,cũ operamini, quæ ſunt ſalutis

Apoc.3. Cant.5. Philip.2. Caiet. D.

A ſpiritualis;quia neq; velle, neq; operari in veſtris conſiſtit virib.ſed Deus eſt,qui operaē in vobis tã velle, quã operari, propterea ſi quidem timendum eſt,ac tremendum,ne ſubtrahat Deus operationem ſuam,&c.Hinc illud D.Leonis ſerm.8.Epiphaniæ.Hęc ſanctis cauſa eſt tremendi,ac metuendi,ne ipſis operibus pietatis elati, deſerantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ,&c. Time,ne ope B gratiæ deſertis,relinquaris in infirmitate naturæ.Ideoq; quàm diligentiſſimè diuinis vtere auxilijs, ſi porrigit manũ in caſu Deus, protinus tuã porrige:ſi in naufragio tabulam proijcit,arripe protinus,ſi oſtium pulſat, ſtatim aperi;ſi vocat,cum Paulo ſine mora reſponde? *Domine quid me vis facere?* Si te reſpicit, cum Petro mox egredere foras,& fleto amare.

Leo. Act 9. Luc.22.

CAPVT XII.

De reditu ſeptuaginta diſcipulorum ad Chriſtum.

LVCAS CAPITE X. Verſ.17.

REuerſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes; Domine
18 etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo.* Et ait il-
19 lis:videbam ſatanam,ſicut fulgur de cœlo cadentem.* Ecce de-
di vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, &
ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Ve-
20 runtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciun-
tur:gaudere autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Reuerſi ſunt cum gaudio.

EN reuertuntur ad paſtorem agni illi,qui inter lupos miſſi ſunt. *Ecce* [inquit] *ego mitto vos ſicut agnos inter lupos, &c.* Non deuorarunt agnos lupi,non laniarunt, ſæuis non vulnerarunt dentibus: ſalui, incolumesque, & cum gaudio redierunt, nihil agnis nocuere lupi.Nimirum ab eo paſtore miſſi ſunt,qui agnos lupis facit terribiles.En agni lupos vincũt, lupi ſubijciũtur Agnis: *Domine*(aiunt)*etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis.* Hoc eſt, nobis

C agnis,ſubijciunē tartarei lupi. Nõ tñ in noīe,& põtate noſtra,ſed *in nomine tuo*, & poteſtate: tu.n.lupos potes agnis ſubijcere,tu potes tartareos ſerpentes,& ſcorpiones pedibus pauperum conculcandos ſupponere

Poſtquam diſcipuli velut agni miſſi oppida percurrerunt, ad Chriſtum cum gaudio reuerſi ſunt, iuxta illud Pſal.125. *Venientes venient cum exultatione,portantes manipulos ſuos,&c.* Et illud D Iob.38. *Nũquid mittes fulgura,& ibunt, & reuertentia dicent tibi:adſumus,&c.* Miraculis, doctrinaq; fulgurantes diſcipulos miſit Chriſtus. Nũc reuertẽtes di-

dicunt; *adſumus.* Vadunt fulgura (ait Gregorius hęc verba moraliter interpretatus lib.3. Moral.) cùm prædicatores miraculis coruſcant, &c. Diſcât concionatores ad Dominum redire, & Dei conſpectu aſſiſtere; hoc eſt, egrediantur ad concionandum, ſed reuertantur ad orandum. Fluminib. ſimiles ſunt concionatores; irrigant.n. auditorum mentes doctrina Chriſti. De fluminib. autem à Salomone Eccleſ.1. Scriptum extat: *Ad locum unde B exeunt flumina reuertuntur, vt iterū fluāt, &c.* Eundem in modum probi cōcionatores à Deo, à meditatione diuinarum rerum; à ſacræ ſcripturæ ſtudio, ab oratione, ad concionādum exeūt; poſt concionem verò ad locum, vnde exeunt, reuertuntur, vt iterum diuino fluant eloquio. Sancti viri (ait D. Gregorius loco citato) etſi à conſpectu creatoris foras, propter nos, ad C actiuæ vitæ miniſterium veniunt; inceſſanter tamen ad ſanctum contemplationis ſtudium recurrunt, &c.

Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo.

De reliquis miraculis, & doctrina tacent diſcipuli, de ſola Dæmonū expulſione verba faciunt. illis.n admi D rabilius eſſe videbatur, Dæmones, q̄ morbos pellere. Gaudio igitur exultantes aiunt, ſe non ſolùm alia miracula patraſſe, verùm etiam Dęmones expulſiſſe; non tamen ſibi ſed Chriſto poteſtatem tribuunt. *Dñe* (inquiunt) *etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis, in nomine tuo, &c.* Lege D. Gregorium in lo- D.Gregor. co ſuprà citato. *Numquid mittes fulgura, & ibunt, et reuertentia dicent tibi; adſumus, &c.* Reuertentes (inquit) prædica- Iob 38. E tores ſanctos, dicere; *adſumus,* eſt illi laudem tribuere gratiæ, a quò ſe acce- piſſe ſentiunt victoriam pugnæ; ne ſibi tribuant quod operantur, &c. Hoc boni concionatoris eſt, nihil ſibi arrogare, totamq; Deo gloriam tribuere. Deniq. concionatores ſimiles eſſe c. 10. huius libri diximus; quemadmodum dentes cibum extenuant, manduntq;, nihil tñ retinent; ſic probi concionatores Dei verbum animi eſcam,

Concionatores gloriā inanem fugiant.

A extenuant, populoq; exponunt, nihil verò gloriæ inanis ſibi arrogant. Alij verò ſunt qui quemadmodum dentes nihil cibi quod mandunt, retinent; ſic nihil verbi diuini, retinēt, atque exequuntur, quod prædicant, inani verò gloria paſcuntur. Abſit hoc à probato concionatore. Verbum retineat, q̄ prædicat, & exequitur; gloriā inanē abijciat *Non nosmetipſos prædicamus,* (ait Paulus 2. Cor.4.) *ſed Ieſum Chriſtum, &c.* Inanem gloriam ex prædicatione captans, ſeipſum prædicat; qui laudem Chriſti, gloriamq; quærit, & auditorū vtilitatē, is prędicat Chriſtū.

Videbant Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.

Primus horum verborum ſenſus eſt D. Hieronymi, qui Iſaiæ 14. in expoſitione ſecunda, lib. 6. ſic exponit: *videbam* (inquit) *Satanam quaſi fulgur de cœlo cadentem.* Non modo video; ſed priùs videbam, quando corruit, etſi ille propter ſuperbiam, de tanta magnitudine cecidit; vos quoque diſcipuli non debetis gloriari, quia vobis Dæmonia ſubiecta ſunt; ſed quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo; vt vnde ille cecidit per ſuperbiā, vos aſcendatis per humilitatem, &c. Exiſtimat Hieronymus Chriſtū his verbis diſcipulos admonere, ne inani gaudio, & gloria efferantur, quòd dæmonia pellant; quæ ex cęlo propter ſuperbiam veluti fulgura, ceciderūt. De primo diaboli caſu ex cœlo verba Chriſti intelligit, quemadmodum & lib.2. contra Iouinianum, prope principium. De eodem caſu interpretatur D. Gregorius lib.23. Moral. c.4. Mirè [inquit] Dominus vt in diſcipulorum cordib. elationem premeret; mox iudicium ruinæ retulit, quod ipſe magiſter elationis, id eſt, Satan, accepit vt in auctore ſuperbiæ diſcerent quid de elationis vitio formidarēt, &c. De eodem item caſu primo intelligit hæc verba Chryſoſtomus, homilia 10. de pœnitentia, D. Bernardus ſerm.5. de dedicatione Eccleſiæ, & alijs locis. D. Ambroſius, lib. de fuga ſæculi cap 7.

De lapſu diaboli quidē hūc locum interpretātur.

Gloria inanis.

D. Hieron.

D. Gregor.

Chryſoſto.

D.Cy-

Digitized by Google

D. Cyprianus de Chriſti tent. & ieiunio, & Beda Lucæ 10.

Secundus ſenſus eſt Theophylacti, de caſu primi Angeli interpretantis, & opinantis, dæmonum imbecillitatẽ à Chriſto indicari; neque mirũ eſſe, ſi diſcipulis ſubijciantur. Dicit Dñs diſcipulis (ait Theophylactus) ne miremini ſi dæmones vobis ſubijciantur: princeps.n. ipſorum olim de cœlo decidit, & nullam fortitudinem habet. Si igitur de cęlo ille decidit, ſerui eius (dæmonia dico) quid non patientur.

Theophyl.

Tertius ſenſus eſt aliorum, qui verba Chriſti, interpretantur nõ de illo primo caſu Satanæ, è cœlo Empyreo, ſed de altero caſu, veluti de cęlo, i. ex principatu huius mundi, quẽ in hoĩes obtinebat; à quo per Chriſti aduentũ deturbatus eſt, iuxta illud Ioannis 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Theophylactus. Quidam, (inquit) ſic intelligunt [*de cœlo,*] i. de gloria. Nam quia dixerant ſeptuaginta diſcipuli, *quod dęmonia ſibi ſubijciebantur*, dicit; hoc & ego ſciebam. Videram.n. Satanam de cœlo i. de gloria ſua, & honore, quẽ habebat cadẽtem. Ante Chriſtum.n. vt Deus colebatur; nunc aũt de cęlo decidit, i. de gloria ſua, ne colatur, vt Deus, neq; habeatur, perinde ac ſi in cęlo habitet, &c. Hanc interpretationem hẽt Euthymius, Caietanus, Maldonatus, & D. Baſilius in homilia, cui titulus eſt; *quod Deus non ſit auctor malorum.* Dñs [inquit] Satanam vidit, vt fulgur de cęlo cadentem, hoc eſt, ex proprio principatu, ad ima ruentem, vt plane ab ijs, qui in Chriſto ſperant, cõculcaretur, &c. Baſilius vĩ cęlũ apud Lucã accipere pro aere, q. locus eſt, vt ait, principatus Satanę.

Caſus duo diaboli.

D. Baſilius

Quartum ſenſum affert Card. Toletus: qui paucis verbis comprehenſus huiuſmodi ferè eſt. Cùm diſcipuli gauderent, quòd dæmonijs imperarent: datam illis poteſtatem extollit Dominus, vires, poteſtatemque Satanæ indicans. Eſt enim ſimilis fulgori metuendo. *Videbam* (ait) *Satanam*, ab æternitate, *fulguri ſimilem cadentem de cœlo Empyreo.* Quia ſicut fulgur formidabile eſt, & maximè nocet hominibus; ſic Satanas, eiuſque ſatellites. Vi-

A dete ergo quanto beneficio affecti eſtis, quibus tam formidabiles ſubijciuntur hoſtes.

Si exiſtimemus diſcipulos inanem aliquam gloriam animo concepiſſe (qua de re infra agendum eſt) de primo Satanæ caſu exponi poſſunt hæc verba, aliqua cum probabilitate, vt Hieron & Gregorius interpretantur. *Ita* vt voluerit Dominus, ex caſu diaboli, & exemplo, diſcipulos a ſuper-
B bia deterrere. Nõ tamẽ arbitror Chriſtum his verbis hoc ſignificaſſe. Niſi enim aliquid addidiſſet, diſcipuli minimè intellexiſſent, ſe a ſuperbia deterreri exemplo dæmonis, Reſponderi tamen, poteſt, Dominum intellectũ diſcipulorũ ad intelligendũ illuminaſſe. Quod ſi opinemur, diſcipulos, inani gloria fuiſſe liberos, de ſecundo caſu exponentur hoc pacto; cùm vos diſcipuli dæmonia pellebatis, videbam
C ego ſecundum Satanæ caſum; cernebam enim illum, ex principatu, quem in orbe obtinet, veluti ex cęlo per crucem meam deturbandum. Ianſenius ſic interpretatur, ne putetis diſcipuli, vos rem mihi nouam, & incognitam narrare; ſciebam enim cùm vos ad prædicandum miſi, ruituras eſſe Satanæ vires. Imò cum dæmonia eijceretis, ipſe ego vobis aderam, & videbam, quod vos non videbatis; Sa-
D tanam fulguris ritu cadere, vireſque eius euaneſcere, ita ille. Aliter: Diſcipuli, ego ipſe videbam à vobis dæmones pelli; videbam dæmonem inſtar fulguris veluti è cęlo, i. principatu ſuo cadere, cùm à vobis pellebatur.

Auctoris expoſitio.

Addam ſenſus alios. Poteſt locus ſic exponi: *Videbam ſatanam*, id eſt, aduerſarium [id enim ſatanas ſignificat] *ſicut fulgor, è cœlo*, id eſt, aere *cadere*, id eſt, velociter venire, vt vobis aduer-
E ſaretur. *Ecce dedi vobis poteſtatem ipſum calcandi, &c.* Aliter: docet Dominus diſcipulos. Angelorum caſum, quaſi dicat: hi dæmones, qui vobis ſubijciuntur, è cælo ceciderunt. Videbam ego cùm vos illos è corporibus expellebatis, Satanam eorum principem, cùm multis millibus è cęlo cadentem. Denique exiſtimo hunc eſſe ſenſum huius loci facilem, & cum ſequentibus

Alij ſenſ.

bus

bus verbis rectè conſentientem: Ego videbam Satanam, cum cæteris dæmonibus, ſicut fulgur è cęlo Empyreo cadentem. Ecce nunc ſuper hos Angelos, qui ex cœlo ceciderunt, do vobis poteſtatem (hoc enim ſequitur) illos conculcate pedibus.

Sic fulgur.

Diabolus fulgur. DIabolus ſicut fulgur cecidit. Quẽadmodum fulgur ex cœlo velociſſimè cadit, interitumque affert ijs, quos percutit; ſic diabolus è cęlo Empyreo cecidit, hominibuſque, quos peccato vulnerat, mortem infert. Horrendum eſt fulgur, horrendus magis diabolus, ſiue potius, quod diabolus conſulit, peccatum. Euthymius cum fulgere collatum vult dæmonem, propter vehementiam, & velocitatem ruinæ. *Chryſoſt.* D. Chryſoſtomus hom. 10. de pœnitentia, propter naturæ Angelicæ ſplendorem, & acumen. Fulguris (inquit) ſimilitudo, & claritatem priſtinæ conuerſationis oſtendit, & naturæ acumen, &c. Theophylactus quoque Luc. 10. Decidit (ait) ſicut fulgur; quia lux erat, & Archangelus, & lucifer, atque in tenebras decidit, &c. *Ambroſi.* D. Ambroſius lib. de fuga ſęculi c. 7. ſicut fulgur eiectum putat, quia lumen gratiæ, qua præditus erat amiſit. Hæc illius verba: Non fulgur, inquit Dominus, ſed, *ſicut fulgur,* quia ſuum lumen amiſit, quod habebat, &c. Beda cum fulgure comparatum credit, vel quia ſicut fulgur ad ima decidit; vel quia deiectus, adhuc trãsfigurat ſe in Angelum lucis. Sed potius cum fulgure cõferri videtur Satan. propter caſum, ſic enim cecidit è cœlo empyreo, quemadmodum fulgur, vel fulmen è cœlo cadit aereo, vt diximus.

Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes.

Serpentes, & ſcorpiones ſunt dæmones, & cõculcandi. AN Dominus metaphoricè nomine ſerpentum, & ſcorpionum vtatur, pro dæmonijs; an propriè pro animalibus dubium eſt. Beda vtroque modo intelligi poſſet docet: Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpen-

A tes, & ſcorpiones veros, ita vt vobis nullum venenum nocere poſſit, iuxta illud Marc. 16. *In nomine meo ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, &c.* Vel dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper dæmones, ſimiles ſerpentibus, & ſcorpionibus. Nomine ſerpentum, & ſcorpionum, dæmones hic appellauit, ait D. Cyprian. in lib. ad Nouitianum hæreticũ D. Irenæus lib. 5. c. 24. in fine, Nazianz. orat. 42.
B Baſilius Pſal. 28. Theophyl. Luc. 10. & Euthymius, hunc ſenſum confirmant verba ſequentia, *& ſuper omnem virtutem* (Græcè δύναμιν,) id eſt, *potentiam, inimici.* Prior ſenſus quo locus hic de ſerpentibus veris, & ſcorpionibus intelligitur, placuit Caiet. Maldonato, & vt videtur Lyrano, Mihi videtur, ſenſum eſſe huiuſmodi loci huius: Videbam (ait Dominus) *Satanam* cum ſectatorib. Angelis, *de cælo cadentem, vide-*
C *bam hos ſerpentes, & ſcorpiones in terram ruere,* ne illos timete, meo freti auxilio. *Do enim vobis poteſtatem conculcandi hos ſerpentes, & ſcorpiones;* & conculcandi omnem Satanæ, & ſatellitum eius potentiam. Alter: *Videbam Satanam ex cælo aereo,* in quo cum ſuis adminiſtris habitat, *in vos irruere inſtar fulguris,* vt vos impediret. At impedire nõ poterit, ego enim poteſtatem vobis do, vt illos tanquam ſerpentes, & ſcorpiones conculcetis.
D Nullum vobis poterunt afferre nocumentum, fauet expoſitioni illud etiã Pauli ad Rom. 16. *Volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo, Deus pacis conteret Satanam ſub pedibus veſtris velociter, Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum, & cætera.* Simile illud Pſalm. 90. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, &c.* Id eſt, ſuper dæmones. Theodoretus de ipſis feris locum interpretatur. Multi (in-
E quit) qui Deo crediderunt, has feras ſuperarunt. Sic Daniel leonum ora ligauit, Paulus nullum damnum à vipera accepit. Sic Noe inter feras verſans, incolumis euaſit, ſic innumeri, qui vitam ſolitariam amplexi ſunt, & ſimul cum feris vitam duxerunt, & ob firmam ſpem in Deo fixam harum perniciem euaſerunt, &c. Vere calceatos oportet eſſe pedes, qui ſer-

pentes,id eſt,dæmones ſunt conculcaturi:duo autem ſunt animi pedes quibus mouetur; intellectus ſcilicet, ac voluntas,intellectum calceare ac munire oportet æternarum rerum conſideratione,voluntatem Dei amore,atque timore.

Veruntamen in hoc nolite gaudere.

QVæſtio exoritur ex his verbis;Nũ diſcipuli inanis gloriæ peccatum incurrerint;quod dæmonia ſibi obtẽperare cernerent, cum ea è corporib. exire iubebant? Incurriſſe hæc verba probare videntur,ſiquidem admonẽtur a Domino,ne gaudeant,quod dæmonia ipſis ſubijciantur. Præterea hęc ſententia magni eſt Gregorij loco citato.23.Moral.capitulo quarto. Ab elationis(inquit)vitio Apoſtoli reuocantur,qui cum elati dicerent:*Domine etiã dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo:* ne de hac miraculorũ ſingularitate gauderent,reſpondit eis Dominus, dicẽs *Videbam Satanam,ſicut fulgur,è cœlo cadentem,&c.* Diuus etiam Cyprianus libro indicato gloriabantur,ait,diſcipuli,& complacebant ſibi in miraculis;gratulabundi quod eis dæmonia obedirent. Sed repreſſa eſt, increpante Domino, ſimplicitatis eorum præſumptio.*Videbam*[inquit]*Satanam,&c.* Beda quoque Luc.10 Quia(inquit)Chriſtus diſcipulos de ſignorum operatione videt elatos, exemplo eos terret diaboli, &c. Idem ſentire videtur D.Hieronymus loco ſupra citato, & D. Bonauentura Luc.10.Lætitia(inquit) diſcipulorum veniebat ex latente ſuperbia,&c. Dionyſius Carthuſianus, & Ianſenius aiunt inordinatum fuiſſe eorum gaudium:veriſimilem reddit hanc opinionem horum ſectatorum auctoritas. Sed cum in meliorem partem dubia ſunt interpretanda,nullaque in Euangelio verba ſint,quæ nos cogant exiſtimare, diſcipulos inanem animo gloriam concepiſſe, forſitan probabilior eſt ſententia,in vitium hoc non incurriſſe,quam ſequuntur Card. Toletus & Maldonatus, eſtque Theophylacti Lucæ 10. Vide(inquit)quomodo non

An diſcipuli in vanã gloriam incurrerint.

A ſuperbiunt diſcipuli.Dicũt enim, q̃ *in nomine tuo ſubijciuntur nobis dæmonia,* tua gratia,non noſtra virtute,&c.Hoc autem loco admonentur,ne hac de re magnopere gaudeant;*in hoc* [ait Chriſtus]*nolite gaudere.* Non prohibet gaudium,quod malum ſit, & vanum donis Dei cum gratiarum actione gaudere;ſed donum aliud datum illis docet eſſe maius, quod maius gaudium debeat parere,nimirum cœleſtem glo-

B riam:Simile illud eſt Luc.11.*Beatus vẽter qui te portauit,&c.* Ait fœmina:reſpõdet Dominus; *Quinimò,beati qui audiũt verbum Dei:&c.* Non prohibet ſanctiſſimum ventrem dici beatum, ſed in quo beatitudo communis ſita ſit indicat. Itaque exiſtimo,vel nullum inanis gloriæ peccatum commiſiſſe diſcipulos, vel ſi leue aliquod, & veniale commiſerunt,non eſſe admonitos à Chriſto illis verbis. *Videbam*

C *Satanam, ſicut fulgur, de cœlo cadentem,&c* Sed his tantum; *Veruntamen in hoc nolite gaudere,etc.* Nam quia forte inani aliquo gaudio, & glorioſo laborabant;ideo admonuit,ne inaniter lætarentur,ſed gaudiũ in cæleſte præmiũ transferrent.

Gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

D

GAudium ex dono miraculorum tranſfert in donum cœleſtiũ præmiorum Ne gaudete propter donum miraculorum diſcipuli: eſt enim donum gratiæ gratis datæ, non gratum facientis, donis autem gratiæ gratum facientis, iuſtificatione,æternæque gloriæ ſpe gaudendum potius eſt Vos gaudendi rationem habetis ma-

Vera letitia

E ximam: videlicet, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Hac potius re gaudete, quam dono miraculorum. Satanas è cœlo cecidit; vos in cœlo ſcripti eſtis; & in cœlum conſcendetis: hæc magna lætitiæ ſeges eſt. Diabolus[ait Thophylactus] decidit è cœlo; homines autem, qui infra ſunt, ſcribuntur ſupra,&c.Scripta autem dicit eorũ nomina

Theophyl.

mina in cęlis; non propterea quòd in ipſis cœlis ſint inſcripta, veluti in papyro; ſed quia in libro vitæ, id eſt, in memoria, notitia, ſiue præſcientia Dei ſint veluti exarata. Vnde Auguſt. lib. 20. de Ciuitate cap. 15. Præſcientia (inquit) Dei de illis, quibus æterna dabitur vita, quæ falli non poteſt, liber eſt vitæ, in quo ſunt ſcripti, id eſt, præcogniti, item liber vitæ prædeſtinationem ſignificat, eorum, quibus æterna dabitur vita, &c. D. Tho. p. 1. q. 24. art. 1. Dei (inquit) notitia, qua firmiter retinet, ſe aliquos prædeſtinaſſe ad vitam æternam, dicitur liber vitæ, &c Theophylactus ſic interpretatur Luc. 10 *Nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis*: non atramento, ſed memoria Dei, & gratia, &c. Et Euthymius: in ciues conſcripti eſtis in æterna ciuitate, non atramento, ſed memoria, neque vt homines ſcribunt, ſed ſicut Deus ſcribere nouit, & c. Erant itaque hi diſcipuli, patres conſcripti; ſed longè diuerſi a conſcriptis patribus Romanæ Reipublicæ, hi enim in terra, & Romana republica ſcribebantur; at diſcipuli in cęlis, & æternitate conſcripti erant. O beatam rempublicā, ò Beatos patres conſcriptos Qui inter hos patres conſcribi vult, literis aureis, aurum habeat neceſſe eſt, quo conſcribatur, id eſt, caritatem, & opera bona. Nobilem oportet eſſe operibus, generoſum animo. In libris enim regijs ignobiles, & abiecti, non ſcribuntur: ſic in libro Dei non ſcribuntur improbi abiectiſſimæ ſortis homines, liber eſt vitæ. Vitam neceſſe eſt habere eum, qui in eo ſcribitur, vitā inquam, æternam in cęlo, vitam quoque gratiæ in terra. Beda Luc. 10. ait opera bona literas eſſe, quibus in Dei notitia ſcribimur; per opera (inquit) quaſi literis homo adnotatus, apud Dei memoriam æternaliter eſt affixus &c. Sunt autem opera bona aureæ literæ, atque fulgentes.

Theophyl. Euthym.

Dubitatur: Num hæc verba ſignificent, omnes ſeptuaginta duos diſcipulos fuiſſe prædeſtinatos? Card. Caiet. putat ſignificare omnes fuiſſe prædeſtinatos, ex hoc (inquit) textu clarè habetur omnes ſeptuaginta diſcipulos

A eſſe ſanctos; meliuſq; quoad hoc fuiſſe collegium ſeptuaginta, quàm duodecim Apoſtolorum, quorum vnus fuit damnatus. Hæc ille. Ianſenius, Maldonatus, & Salmeron ſentiunt verba ipſa minimè cogere, vt hoc dicamus. Nā verè Chriſtus dicere potuit; *Gaudete quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis*, quāuis aliquis ex diſcipulis perierit: non enim dixit: *gaudete, quia nomina omnium ſcripta ſunt in cęlis*. Dixit duodecim Apoſtolis Matth. 19 *Sedebitis ſuper*
B *ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael*, Iudas tamen non ſedit, & Luc. 22 *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, &c.* At Iudas non permanſit. Item: *Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, regnum, &c.* Hoc autem Iudæ non congruit. Præterea duobus modis ſcribuntur homines in cœlis, ſiue in libro vitæ, vt Theologi aſſerit, aut ſecundum æternam, & immutabi-
C lem prædeſtinationem; aut ſecundum præſentem iuſtitiam, quæ mutari poteſt, illi numquam delentur, hi verò deleri poſſunt, ruſuſque ſcribi. Cum ergo Chriſtus ait diſcipulos ſcriptos in libro vitæ, vel in cęlis, potuit intelligere, ſcriptos ſecundum præſentem iuſtitiam, atque adeo potuerunt deleri aliqui, & perire. Nihilominus ego cenſeo Chriſtum voluiſſe ſignificare oēs ſeptuaginta duos diſcipulos præ-
D deſtinatos eſſe, hancq; maximam eſſe cauſam gaudij Quamuis enim non dixerit nomina omnium ſcripta eſſe in cęlis; ſatius eſt credere, id iure lexiſſe, ſiquidem nullum excepit. Addo locutum eſſe de prædeſtinatione æterna, & immutabili, non autem de illa, quæ ſolum ſecundum præſentem iuſtitiam dicitur. *Nomina* (inquit) *veſtra ſcripta ſunt in cęlis*; ſecundum æternam prædeſtinationem; etſi Ianſenius veri ſimilius eſſe arbitretur hoc dictum di-
E ſcipulis propter præſentem iuſtitiam; quem in modum illud quoque Pauli exponit, ad Philip. 4. *Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorū nomina ſunt in libro vitæ, &c.* Hoc eſt, qui iuſtitia, & ſanctitate præditi ſunt; ac proinde in libro vitæ ſcripti, ſecundum iuſtitiam præſentem. Ego credo vtrumque de prædeſtinatione dictum. Præterea exi-

An colligatur ex hoc loco fuiſſe præſtinatos omnes 72. diſcip.

P 2 ximo,

ſtimo, quotieſcunque in ſcriptura ali A quis ſimpliciter in libro vitæ ſcriptus dicitur, locum de prædeſtinatione ſimpliciter in vitam æternam, intelligendum.

Vera lætitia quæ.

Diſce gaudere, etſi opibus affluas, honore, literis, corporis robore, ac ſanitate, in hoc noli gaudere. Gaude autem ſi ſic traducis vitam, vt credere probabiliter poſſis, nomen tuum in cęlis ſcriptum eſſe: illudque cane lætus Pſal. 121. *Lætatus ſum in ijs, quæ dicta ſunt* B *mihi, in domum Domini ibimus, &c. In hoc* (ait Dominus diſcipulis) *nolite gaudere quòd dæmonia ſubijciũtur vobis gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis, &c.* Tu verò in hoc noli gaudere, quòd homines, quod ciuitates, quòd regna ſubijciuntur tibi, quod imperium obtines orbis terrarum, quòd omnes te ſuſpiciunt, ac venerantur. Gaude quod nomen tuum ſcriptum eſt in cęlis. Dole autem, magnamq; mæſtitiam animo C concipe, ſi tua tibi impia vita renunciat, nomen tuum non eſſe ſcriptum in cęlis. Amos 6. *Lætamini in nihilo, &c.* Ecce inanis lætitiæ fundamentum, lætantur homines in nihilo, id eſt, in rebus vanis, quæ vanitas, id eſt, nihil ſunt: loquitur propheta de idolis, in quibus Iſraelitæ lætabantur, quæ nihil erant. Sic lætantur multi in idolis ſuis, hoc eſt, in honoribus, in auro, argento, & ſimilibus, quæ vt idola co- D lunt, ea vero nihil ſunt, quia mox euaneſcunt. Non in idolis, ſed in Deo lætandum, quod ſuadet vates Pſal. 31. *Lætamini* (inquit) *in Domino* & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde, &c. Et Apoſtolus ad Philip. 4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete, &c.* Ad Rom. 12. *Spe* (inquit) *Gaudentes*, hoc eſt, *gaudete quod nomina veſtra confiditis ſcripta eſſe in cælis, & in libro vitæ*, & ſperatis vos vitam æternam conſecu- E turos.

Verum ac ſolitum gaudium, non in caducis vaniſq; rebus, ſed in æternis verſatur Ionæ 4. *Aſcendit hedera ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius. Et lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna, &c.* Quid caduca omnia ſunt? nonne hederæ viridi, caputq; obumbranti ſimilia? lætantur diuites lætitia magna; ſub vmbra hederæ, id eſt, diuitiarum; lætantur nobiles ſub vmbra honoris; alijque ſimiliter. At extrema gaudij, luctus occupat. Eodem Ionæ capite legitur: *Parauit Deus vermem, & percuſſit hederam, & exaruit, &c.* Subito Ionæ hedera, ſimulq; magna illa lætitia exaruit. Similem in modũ noſtrę hederę hoc eſt, caduca bona exareſcunt, ſimulq; exareſcit vmbratile illud gaudium, quod ex illis oritur. Transfer in cæleſtia bona gaudium, quæ exareſcunt numquã. Philo in lib. cui titulus. *Quod deterior potiori inſidiatur.* Pura (inquit) & minimè adulterina lætitia in ſolis animæ bonis reperitur, in ſe ipſo gaudet omnis ſapiens, non in ijs quæ circa ſe habet, &c. Caducorum bonorũ gaudium in nihilo, vt diximus, habet fundamentum, & nihil eſt, quia breuiſſimo permanet puncto, iuxta illud Iob 20. *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* At æternorum bonorum gaudium æternum eſt, quia æternis bonis innititur, habent finem caduca bona, habet finem lætitia, quam fulciebant: non habent finem externa bona, neq; etiam finem vllum habet lętitia, quæ ab illis efficitur. Vnde illud Habac. 3. *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum, &c. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo IESV meo, &c.* Pereunt omnia caduca, & mentiuntur nobis, peritque illorum gaudium & mentitur.

Gaudeamus ergo
in Domino,
& exulte-
mus in Deo Ieſu
noſtro.

CAPVT

CAPVT XIII.

Laudat Chriſtus Patrem, quod fidei myſteria paruulis aperuit.

LVCAS CAPITE X. Verſ. 21.

IN illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi Pater,
Domine cęli,& terræ,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus,& pru
26 dentibus, & reuelaſti ea paruulis. * Ita Pater; quoniam ſic fuit
placitum ante te. * Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et
27 nemo nouit Filium niſi Pater: neque Patrem quis nouit niſi Fi
28 lius,& cui voluerit Filius reuelare. * Venite ad me omnes qui laboratis, &
29 onerati eſtis,& ego reficiam vos. * Tollite iugum meum ſuper vos, & diſci-
30 te à me,quia mitis ſum,& humilis corde,& inuenietis requiem animabus ve
ſtris. * Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue.

MATTHAEVS CAPITE XI. Verſ. 25.

IN ipſa hora exultauit Spiritus ſancto,& dixit: Confiteor tibi pa-
ter,Domine cœli, & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus,
& prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Etiam Pater;quoniam
22 ſic placuit ante te. * Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et
nemo ſcit,quis Filius,niſi Pater; & quis ſit Pater, niſi Filius; &
cui voluerit Filius reuelare.

In ipſa hora exultauit Spiritu ſancto.

HAec verba ſcripta à Matthæo ſunt cap. 11. poſt exprobrationem ciuitatum Corozain, Bethſaidæ, & Capharnaum. A Luca ſcribuntur cap. 10. poſt reditum diſcipulorum ſeptuaginta. D. Auguſtinus libro 2. de Conſenſ. Euangel. cap. 33. *Concordia Euang.* Credibile eſſe ait ſemel tantum à Chriſto dicta. Huic opinioni qui volet ſubſcribere, dicet Lucam ordinem temporis ſecutum, ait enim: *in ipſa hora exultauit, &c.* Matthæum ordinem temporis prætermiſiſſe, nam dixit *in illo tempore*: quæ verba tempus latiſſimum ſignificare poſſunt. Non abhorret à vero bis à Domino prolata verba, ſemel poſtquam diſcipulos Ioannis audiuit, vt Matthæus ſcri-

A bit: iterum cum ſeptuaginta duos diſcipulos poſt reditum eſt affatus, vt ſcribit Lucas: probatur hæc ſententia, quia apud Lucam pauciora dicuntur, nam apud Matthæum verba illa adduntur: *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.* Vſque ad illa. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Quod indicat bis dicta illa verba priora.

In illa igitur hora, qua diſcipulos à docendo populo reuertentes excepit, B *exultauit Spiritu ſancto*, hoc eſt, per Spiritum ſanctum Dominus; exultationem ipſe, & gaudium concitauit. Vt Lucas ſcribit: gaudebant diſcipuli, quòd dæmonia illis obedirent; *Reuerſi ſunt cum gaudio* (ait Euangeliſta) *dicentes, Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo*: gaudet magiſter cum gaudentibus; *De exultatione Chriſti.*

bus;bono diſcipulorum, & fide viua exultat, Theophylactus: ſicut pater bonus cum viderit filios recta quædã opera egiſſe,ita Saluator exultat,quia talia bona aſſecuti erãt Apoſtoli, &c. Et Euthymius; Animo exultauit Chriſtus, tanquam homo, propter eorum ſalutem, qui à diſcipulis iuuandi erant,&c. Exultauit Chriſtus per Spiritum ſanctum, vt ait Theophylactus, propter dona diſcipulis data;& vt ait Euthymius, propter eorum hominũ ſalutem,qui ab Apoſtolis,alijſque diſcipulis conuertendi erant. Denique exultauit lætitia quadam diuina, & ſpirituali,propter conuerſionem,quã præuidebat, gentium, & multorum Iudæorum. Docet nos exultare; non in bonis exultat terrenis, ſed in conuerſione hominum. Nihil enim lętius, ac iucundius hac meſſe eſſe poteſt: Iſaiæ 9. *Lætabuntur coram te, ſicut qui lętantur in meſſe,&c* Si meſſis frumenti lęta eſt,quanto lętior meſſis hominum? Exultauit in hac meſſe Chriſtus,exultant & Chriſti boni operarij. Nõ in opibus exultant, aut honore, ſed in meſſe,per Spiritum ſanctum. Hanc enim lætitiam,Spiritus ſanctus efficit; ſpiritalis nempe eſt, & diuina. Illam alteram ſpiritus efficit mundanus,carnalis eſt, & humana. Dicet aliquis, Nonne Dominus hanc cõuerſionem ante oculos ſemper habebat? Cur igitur modo exltat;cùm nihil præuiderit noui? Reſpondetur,Chriſtum præuidiſſe omnia intellectu diuino, atq; humano. Non tamen ad gaudium peculiare ſe concitaſſe,niſi quando,& quo modo volebat. Nunc ergo gauiſus eſt, nõ quia noui aliquid contigerit;quod non præuiderit, ſed quia gaudium in ſeipſo concitare voluit, & diſcipulis oſtendere, vt intelligeremus omnes, quàm illi grata ſit meſſis hæc.

Reſpondens dixit: Confiteor tibi Pater quod abſcondiſti hæc à ſapientib. & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

VErbum *confiteor* in Scripturis ſignificare laudem, & gratiarum actionem perſpicuum eſt. Confitetur

A enim beneficium, qui gratias agit, confitetur Deum eſſe optimum maximum, omni laude dignum, qui laudat. Vnde Hierony. Matth. 10. Confeſſio(inquit)non ſemper pęnitentiã, ſed etiam gratiarum actionem ſignificat, vt in pſalmis ſæpiſſimè legimus, &c. Gratias agit Chriſtus, vt homo, Patri,quòd Phariſæis, Scribis, ſacerdotibuſq; ſapientibus, & prudentib. fidei myſteria de aduentu Meſſiæ abſconderit, paruulis verò diſcipulis aperuerit. Sapientes & prudentes appellat, eos qui in Rep. Iudæorum docti erant; de Iudæis enim nunc videtur loqui,qui ſcientia ſua inflati verã, ſanctamq; ſapientiam reſpuerunt, vt Hierony. ſentit. Gratias(inquit)agit, & exultat in Patre Chriſtus, quod Apoſtolis aduentus ſui aperuerit ſacramenta, quæ ignorauerint Scribæ, & Phariſæi, &c. Paruulos diſcipulos ſuos vocat, græcum nomen, νήπιος, infantem ſignificat,& paruulum, cũ ad ætatem refertur; cum refertur ad mores, virum indicat infanti ſimilem prudentia,ac ſapientia vacuum, contrariumq; nomen eſt ſapienti, & prudenti. Significat etiam ſimplicem, & malitia carentem. Noſter interpres vertit paruulos,in eo,infantes,ſimplices,& malitia, ſapientiaq; carentes, tales erant diſcipuli, antequam diuina fidei ſapientia illuſtrarentur. Poſtea verò multò Phariſæis, & Scribis ſapientiores,prudentioreſq; fuerunt. Poſſunt etiam ſapientes, & prudẽtes antiquos illos Philoſophos indicare, qui apud Ethnicos ſapientia floruerunt,quibus tamen Deus fidei ſapientiam non eſt elargitus. Ea verò quæ Deus abſcõdit ſapientibus, myſteria ſunt fidei,quæ Iudæorum doctores & gentium ſapientes, nõ cognouerunt. Quidam,ſapientes, & prudentes,dici volunt antiquos patriarchas, & prophetas,quibus Deus abſcõdit Meſſiæ aduentum; quia illum corporeis oculis non viderunt. Sed Chriſtus de fidei myſterijs loquitur non autem corporali Chriſti præſentia, vt ex ſequentibus colliges.

Matthæus vſus eſt verbo *reſpondens*, ἀποκριθεὶς, quæritur, cuinam reſpondeat.

Cõfiteor *laudem, & gratiarum actionem ſignificat.*

Digitized by Google

deat Dominus? Reſpondemus verbũ, *reſpondens*, aliquando non ſignificare reſponſum perſonæ alicui interroganti datum; ſed ſignificare dictum, rei alicui, & facto præcedenti reſpondens. Itaq; vt Euthymius obſeruat, interdũ in ſermone principij locum habet, vt hoc loco; & Marc. 11. *Cum veniſſet ad ficum nihil inuenit, præter folia, non enim erat tempus ficorum: & reſpondens dixit ei; iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet, &c.* Non reſpondet perſonæ Dominus, ſed rei, habetq; initij locũ illud, *reſpondens*, ſimiliter in transfiguratione nõ reſpondet Petrus perſonæ, ſed rei, quam cernebat Matth. 10. *Reſpondens autem Petrus ad Ieſum; Domine, bonum eſt nos hic eſſe, &c.* A B

Reſpondere de re non de perſona dicitur.

Dubitatur præterea, an Chriſtus gratias agat Patri, quòd abſconderit aduentus ſui arcanum ſapientibus? Etenim ſapientium inſipientia, & fidei miſteriorum ignorantia, maximum eſt malũ, quod materia lachrymarum, non gaudij, & gratiarum actionis eſſe videatur. Reſpõdent. Ianſenius, & Toletus, Chriſtum gratias egiſſe Patri, tum quia quibuſdam abſcondit, tum quia alijs aperuit arcana ſua. Cum enim abſcondit, iuſtitiam; cum aperit, miſericordiam indicat. Chryſoſt. Matth. 11. In aliam diſceſſit ſententiam. Non gaudet Chriſtus (inquit Chriſoſtomus) quia ſapientes nõ cognouerunt, ſed lætatur, quia paruuli perceperunt, &c. Confirmat opinionem ſimili loco ad Rom. 6. ait Paulus, *Gratias Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis, &c.* Nunquid Paulus gratias Deo agit, quòd fuerint Romani ſerui peccati? minimè. Sed ſenſus eſt; gratias Deo ago, quod cum ante fueritis ſerui peccati, nũc obediſtis iuſtitiæ. Eundem in modum verba Chriſti interpretanda ſunt: gratias tibi ago Pater, quòd cum arcana tua ſapientibus occultaueris, paruulis aperuiſti. Probabilis eſt Chryſoſt. interpretatio, præſertim, ſi verbũ, *Confiteor*, ſignificet gratias ago. Non. n. ob malũ hoĩum grauiſſimũ, gratias egit Chriſtus hominum amantiſſimus, propter beneficia gratię aguntur, nõ verò pro- C D E

De actione gratiarum Chriſti.

Chryſoſt.

Rom. 6.

pter illata mala. Quòd ſi verbum, *Confiteor*, ſignificet tantum laudare, probabilius eſt, laudatum a Chriſto Patrẽ, tum propter abſconſionem myſteriorum fidei, tum propter reuelationem, ſiquidem vtraque Dei eſt opus; omne autem Dei opus, laudabile eſt.

Confiteor, & gratias agere, & laudare ſignificat.

Alia ſupereſt dubitatio, videlicet; quonam modo Deus abſconderit ſapientibus fidei myſteria? Reſpondetur abſcondiſſe negatiuè, hoc eſt, non tribuiſſe illis auxilia ſuperabundãtia, quæ ſi dediſſet, vidiſſent oculis intellectus ſpiritalibus fidei arcana. Greg. Magnus lib. 25. Mor. cap. 9. Inducere (inquit) noctem Dominus dicitur, nõ quòd tenebras inferat, ſed quòd obſcura corda peccantium miſericorditer non illuſtret, &c. quemadmodum ſi quis in domo eſſet obſcura, aureis monilibus, vaſis, gemmiſq; referta, is qui lumen prębere noller, cum poſſet, theſaurum illi abſcondiſſe diceretur; ſic Deus dicitur ſapientibus aduentus Chriſti myſteria occultaſſe, propterea quòd auxiliũ ſuperabundans, & fidei lumen, illis non præbuit. Abſcondit ſapientibus myſteria ſui aduentus, quia auxilia, quæ nulli debita erant, non dedit ad videndum; reuelauit diſcipulis, equi auxilia dedit con gra. *Quoniam ſic placitum illi fuit*, vt mox ſubijcit Chriſtus, Auguſt. lib. 11. ad Simplic. q. 2. cuius (inquit) Deus miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat, &c. Et de alijs: ſi vellet (ait) etiam ipſorum miſereri, poſſet ita vocare, quo modo illis aptũ eſſet, vt & mouerentur, & intelligerent, & ſequerentur, &c. Sed non eſt placitum ſic vocare.

De abſconſione myſteriorum.

Auguſt.

Aduerte autem Chriſtum gratias agere Patri, quoniã homines paruulos, id eſt, infantibus ſimiles, indoctos & imperitos ad fidem toto orbe diſſeminandam elegerit, omiſſis ſapientibus, qui humano ſenſu eligendi videbantur: q. d. gratias tibi ago, ô Pater, quoniam fidei myſteria abſcondiſti ſapientibus: hos autem paruulos, indoctos, atque imperitos diſcipulos elegiſti, & ſapientia cœleſti illuminaſti, vt toto illam orbi annuncient. Similem in modum, cùm natus eſt Do-

Cur Chriſtus patri gratias agat.

Digitized by Google

minus Scribis, & Phariſæis, Sacerdotibus, regi ac nobilibus Iudæorum, natiuitatem abſcondit, paruulis paſtoribus reuelauit. D. Cyprianus, de natiuit. A ſapientib. [inquit] & prudentibus, non quærit teſtimonium, qui paruulis ſe reuelat. Electa adeſt humilium perſonarum ſimplicitas; vt poneretur regula, & indiſſolubilis daretur forma, quòd non niſi pauperibus ſpiritu, Chriſti pateret humilitas, nec ſuperbos ad intuitum ſui, poſſet admittere Veritas, &c. Item: ad paruulos venit Chriſtus; pauperes inſtruit, & creat, & facit. Confitetur Domino gratias agens quòd reuelata ſunt myſteria paruulis, a quorum intellectu ſublimitas huius mundi repulſa eſt, quæ Deo ſubijci non poteſt, dum ſecundùm carnē, & ſanguinē, inuiſibile Dei ſuis regulis inueſtigat, &c.

Ita Pater quoniam ſic fuit placitum ante te.

CVr Deus abſconderit Sacramenta aduentus ſui ſapientibus, & reuelauerit paruulis, quæreret aliquis. Ad diuinum placitum rem Chriſtus refert. Etenim huius rei, id eſt, Prædeſtinationis, non datur cauſa ex parte hominum. Elegit paruulos diſcipulos, dedit illis auxilia congrua, ac ſuperabundantia, quibus ſuffulti æternam vitam compararent. Sapientibus verò ijs, de quibus hic loquitur, neceſſaria auxilia dedit, non tamen ſuperabūdantia alia largitus eſt, quæ in cęleſtia myſteria, cęleſteque regnum illos ducerent. Cur ita? quia placitum illi fuit. Noli aliam quærere cauſam. Nemo venit niſi tractus (ait Auguſtinus tract. 26. in Ioannem,) quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare, &c. Trahit Deus non funibus, ſed auxilijs animos, ſponte, non coactè; quare autem ſapientes non traxerit, paruulos traxerit, noli velle iudicare, ſi non vis errare. Sic placitum fuit Deo, Græce, *οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου*, id eſt *ſic fuit beneplacitum ante te, &c.* De hoc nomine, *εὐδοκία*, egimus tom. 1. li. 8. c. 19. Ad illa verba Angeli: *in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Græce *εὐδοκία*, ſignificat nomen *beneplacitum & bonam voluntatem*, vt in his verbis Angeli, & Pſal. 5. *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* Grȩcè *εὐδοκίας*. Verti igitur poteſt hoc loco; *Sic fuit bona voluntas ante te*, ex bona namq; voluntate, & amore erga paruulos diſcipulos, illorū electio, ac prædeſtinatio profecta eſt, nō ex operibus. Sed rectius interpres vertit, *placitum*, non enim ſatis bene dicitur, *bona voluntas fuit ante te*, optime autem dicitur; *placitum fuit ante te*. Vel *coram te*, id eſt, *in oculis tuis*. Lege D. Gregor. lib. 25. Mor. c. 13.

Prædeſtinationis non eſt cauſa ex parte hominum.

Auguſt.

Ita Pater.

GRæcum aduerbium, *ναί*, interpres apud Matthæum vertit, *ita*, apud Lucam vertit, *etiam*, eſt aduerbium affirmantis, & concedentis, extat Matthæi 5. quo loco Dominus ait: *Sit ſermo veſter eſt eſt*. Græcè dicitur; *ναί ναί*. Hoc eſt, cum vultis affirmare aliquid; abſque vllo iureiurando dicitur; *etiam, etiam*. Hoc quoque loco affirmantis eſt, & concedentis, *ita*, vel, *etiam, Pater, ita eſt*, ita ſe res habet, vel ita ſit, idē ego ſentio, & beneplacito tuo conſentio. Abulenſis hoc pacto interpretatur: ita fuit quòd abſconderetur hoc à ſapientibus, & reuelaretur paruulis. Maldonatus: *Ita, vel etiam Pater confiteor, & gratias ago.* Refert particulam, *ita*, ad verbem, *confiteor*.

De particula ναί.

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.

NOn ſolum diſcipulis, ſed multis etiā alijs reuelanda erāt fidei arcana, ideoque Dominus vocat homines, quibus ea reuelet. *Venite* (inquit) *ad me omnes, &c.* Ante vero quā vocet, poteſtatē ſe habere indicat in omnes creaturas, atq; adeo in homines, quos vocat. *Omnia* (inquit) *mihi tradita ſunt à Patre meo*: hoc eſt, in oēs creaturas imperium mihi Pater tradidit, nulla excepta, omnium hominum. Dñs ſum, atq; idcirco eos ad me voco, tanquam benigniſſimum, mitiſſimumque Dominū. In hunc ſenſum interpretatur.

D. Ire-

Digitized by Google

Omnia Chriſto à Patre tradita q̃ ſint. D. Irenæus lib. 4. cap. 38. omnia tradita eſſe Chriſto, *omnia*, nimirum creata, Chryſoſtom. homil. 39. in Matth. Euthymius. Matth. 11. Theophyl. & Tertul. lib 4. contra Marc. c. 25. At D. Hieronymus, & Beda, omnia quę tradita ſunt Chriſto, volũt eſſe homines, quos Pater ad Chriſti fidem adducit. Eſt & alius ſenſus huiuſmodi, *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo:* hoc eſt, omnia q̃ naturę diuinæ ſunt, à patre mihi ſunt communicata Sed primus ſenſus cęteris pſtat. Sic Io. 13. dicit: *ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, &c.* *Ioan. 13.*

Et nemo nouit Filium niſi Pater.

QVoniam de reuelatione fidei ſermo eſt, docet diuinitatem ſine reuelatione cognoſci non poſſe. Ipſe (inquit) perſonę diuinitatis ſe cognoſcũt nemo hominum, aut Angelorum abſque reuelatione illas cognoſcere valet. *Nemo nouit Filium niſi Pater, neque Patrem quis nouit niſi Filius, &c.* De Spiritu ſancto non loquitur, quoniam nondũ erat miſſus in terras, & notus homini bus, neq. verò excludit perſonam Spiritus ſancti, ſed diuerſę naturæ homines, & Angelos. Quam ob cauſam de Spiritu ſancto non ſit manifeſtius locutus, rogat Euthymius, & reſpondet his verbis. Quia nondum erat tẽpus, vt de eo doceret. Primũ ſiquidẽ oportebat Filij cognitione mentib. diſcipulorum inſinuari, deinde ea illis reuelari, quæ ſunt Spiritus ſancti. Sic ille *Perſona diuinæ ſe cognoſcunt. Euthymi⁹.* Eſt igitur ſuapte natura abſcondita Trinitas, & diuinitas, niſi lumẽ reuelationis adſit, numquam cognoſcetur Ideò ſapientes illã non cognouerunt quia abſcondita eſt, & lumine caruerunt, ideo paruuli cognouerunt, quia lumine cœleſti ſunt illuſtrati. *Trinitas perſonarũ eſt abſcondita.*

Et cui voluerit Filius reuelare.

EST opus reuelatione fidei ad cognoſcendam Trinitatem ſanctiſſimam, ſine reuelatione. n. cognoſci nequit a creaturis. poteſtatem reuelãdi ſe habere his verbis oſtendit: Chriſt⁹ enim ideo in orbem venit, vt Deũ hominib. reuelaret. Non excludit Patrẽ *Sine reuelatione cognoſci nõ poteſt.* nec Spiritum ſanctum, opera enim Trinitatis externa inſeparabilia ſunt vt eſt exploratum.

Venite ad me omnes, qui laboratis.

TRia oſtẽdit Chriſtus ſupra in primis ſe poteſtatem habere in omnes creaturas, hominumq. eſſe Dominum: *omnia mihi tradita ſunt à Patre meo &c.* Deinde reuelatione opus eſſe, ad cognoſcendum Deum, *nemo nouit Filiũ niſi Pater, neque Patrem quis nouit, niſi Filius, &c.* Pręterea habere ſe poteſtatẽ reuelandi, *& cui voluerit Filius reuelare.* Oſtendit reuelandi poteſtatem, nunc oſtendit voluntatem. Potuit enim habere poteſtatem abſque voluntate, quaſi dicat: Dixi me habere reuelandi poteſtatem, ſcitote non deeſſe voluntatem. Quamobrem vos inuito, & voco, vt diuina vobis myſteria, legemque meam reuelem. *Venite ad me omnes* neminem excipio ad omnes voluntas protenditur. Omnes vocat (ait Theoph.) non ſolum Iudæos, ſed gentiles, &c. Vocat autem laborantes, & oneratos. *Venite ad me omnes, qui laboratis. & onerati eſtis.* Laborantes ait Thophylactus appellari Iudæos, legis operatione fatigatos, gentiles peccatorum onere oppreſſos. D. Hieronymus; *Laborantes, & oneratos*. Iudæos legis iugo onuſtos, dici ait. D. Hilarius legis [inquit] difficultatibus laborantes, & peccatis ſęculi oneratos, ad ſe vocat &c. Cum vocet Chriſtus omnes, id eſt, tam Iudęos, quam Etnicos, intelligamus potius Domini verba ſignificare maxime peccatorum onera, & laborũ quoque, ac curarum, & afflictionum, quę vexant homines. D. Hieronymus de peccatis interpretatur, & Euthymius ſic exponit: Qui laboratis [inquit] in opere peccati, & eius pondere onerati eſtis. &c. Addit alium ſenſum. *Qui laboratis; & onerati eſtis*, laboratis ad vana, & horum curis onerati eſtis, &c. Chryſoſtomus pręterea *Venite ad me* [inquit] nõ hic aut ille, ſed *omnes* qui curis, qui doloribus, qui peccatis *laboratis, &c.* Ambroſius item onera hoc loco cupiditates nominari ſcribit li. 3. Hexam. cap. 12. Terrenis [inquit] cupidita-

Omnes Chriſtus ad ſe vocat. *Theophyl.* *D. Hieron. Hilarius.* *Onera hominum.* *D. Ambro.*

ditatibus illos oneratos fuiſſe demon-
ſtrat Chriſtus, quib. ait *Venite ad me, qui laboratis, & onerati eſtis, &c.* Abulenſis la-
borẽ dici exiſtimat eum, quem in agẽ
do ſponte toleramus, onera morbos.
cæteraq. quæ inuiti toleramus. Labor
(inquit) eſt, quod agimus, onus eſt, ꝙ
ſuſtinemus, &c.

Et ego reficiam vos.

VOcat Dominus, non ſine præmio
venientibus propoſito. *Venite* [ait]
ego vos venientes reficiam. Interpretatur
Euthymius Euthymius: ego refocillabo vos, ſiue
liberabo tali labore, talique pondere.
Verbum, *ἀναπαύω reficio, quieſcere facio, & recreo,* ſignificat, Ego recreabo vos,
quietem vobis præſtabo à labore, &
onere. Hæc vero refectio, ſine recrea-
tio, & quies, tum in hoc tribuitur ſæ-
culo à Chriſto, tum in æternitate, refi-
cit & recreat nos, in via, vt iter diffici
le peragamus, ſed multo recreat ma-
gis in patria, ad quam nos vocat Do-
minus. præmiumq. proponit.

Tollite iugum meum ſuper vos.

VOcat Dominus ad iugum, & onus
ſed ſuaue, & leue. Onus tollit, &
onus imponit grauiſſimum tollit onus
peccatorũ, leue imponit onus manda
torum, aufert iugum mundi, infert iu
gum Dei. *Tollite* (inquit) *vos ſponte iugum meum*, neminem cogo; non enim eſt
brutorum animãtium, ſed hominum.
Rogabis: Quodnam eſt hoc iugũ? Re-
ſpondetur, iugum eſſe Chriſtianæ le-
Iugum Domini lex. gis. Dicitur autem iugum lex, quia ho
minem premit, & obſtringit, neq. pa
titur in cupiditates carnis effrenatas
euagari. Nam vt animalia iugo premũ
tur, & obſtrigunt, ſic homines lege. Si
gnificat etiam iugum ſeruitutẽ, iugũ
autem Chriſti, eſt ſeruitus, quæ exhi-
bet Chriſto, omni pretioſior libertate.

Diſcite à me, quia mitis ſum, et humilis corde.

COmmunis horum verborum ſen-
ſus eſt, tollite iugum, & præterea
à me veluti magiſtro *diſcite, quod mitis ſum, & humilis corde.* Græce, pro, *quia* eſt,

A ὅτι, id eſt, quod, vel quia. *Diſcite a me, quia humilis ſum,* id eſt, quod humilis
ſum. Sic Auguſtinus exponit ſermo.
10. de verbis Domini, Chryſoſtomus,
hom. 39. in Matth. Athanaſius ſerm. 4.
contra Arianos D. Gregorius lib. 34.
mor. in fine. D. Bernardus in vigilia
Natal. ſerm. 5. & alij. Proponit Domi-
nus ſuam humilitatem, manſuetudi-
nemque imitandam ijs, quos vocat ad
iugum ſuſcipiendum. Ratio eſt, quia *D. Auguſt.*
B Chriſti iugum ceruices poſtulat hu-
miles, ac mites. Nam humilitas, & mã
ſuetudo, magnopere neceſſaria eſt, ijs *Athanaſi⁹.*
qui Chriſtianam legem volunt obſer-
uare. Quę dicta ſunt (ait Chryſoſtom⁹)
perficies, ſi humilitate ſincera, ſi man *D. Chryſoſ.*
ſuetudine vera ſi moderatione ĩtegra
te communias. Humilitas quippe vir
tus eſt, & ſublimioris Philoſophiæ ma
ter, & origo, &c.

Secundus ſenſus: In meum venite
C gymnaſium, dicite a me magiſtro ve- *Chriſtus magiſter mitis in diſcipulos.*
ſtro, quia mitis ſum, & humilis corde,
hoc eſt, quoniam non ſum ſeuerus in
diſcipulos magiſter, aſper. & acerbus,
ſed mitis; & humilis. Ex Theophyla-
cto tertius colligitur ſenſus: *Tollite iugum meum ſuper vos,* hoc autem iugum,
quod tollere iubeo eſt hoc: *Diſcite a me manſuetudinem, & humilitatem*. Iugum
Chriſti (ait Theophylactus) humilitas
& manſuetudo, &c. Quartus ſenſus
D eſt Auctoris imperf. A me (inquit) diſ-
cite, id eſt, ex ipſo meo iugo, quia ſua
ue eſt, & ex ipſo onere meo, quia leue
eſt, exprimentum accipite, quia mitis
ſum. & humilis corde, &c. Quaſi di-
cat Chriſtus *Tollite iugum meum, & diſcite à me,* id eſt, ex meo iugò ſublato, &
onere accepto experimini, *quod mitis ſum, & humilis Dominus, qui iugum ſuaue, et onus leue,* ijs q mihi obtẽperãt impo-
no. Hũc sẽsũ refellũt illa verba. *diſcite*
E *a me* à pſona, videlicet ſua, nos iubet *diſcere,* quod ſit mitis & humilis, nõ autẽ
ex iugo, & ex oneris leuis experimen
to. Primus ſenſus cęteris eſt ſimplicior
& potior, graueſque habet patronos.

Et inuenietis requiem animabus veſtris.

GRæcè, *εὑρήσετε ἀνάπαυσιν*, nomẽ
autem, *ἀνάπαυσις*, & verbum
ἀνα-

ἀνάπαυσιν, quod ſupra interpres vertit *reficiam*, eiuſdem ſunt ſignificationis. Potuit igitur hic ita vertere: inuenietis refectionem animab. veſtris. Dixerat ſupra Dominus: *ego reficiam vos*, idem hoc loco repetit: *inuenietis refectionem animabus veſtris*. Poterat ſupra vertere: *Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego quieſcere vos faciam*. Idem promittit nunc, *inuenietis requiem animab veſtris*. Nam ij qui laborant, & onerati ſunt, maximè quietem concupiſcunt. Quies vero promittitur, vt ſupra etiã diximus, in via, & in patria. Qui enim iugum Chriſti ceruicib ſuis imponit ab animi perturbationib. & cupiditatib. liberatus, quieſcit; diuinis conſolationib. cœleſtiq. gratia reficitur, atque recreatur. Opponet aliquis: Chriſtus animab. tantum, non corporib. requiẽ pollicetur, ergo pollicitatio hæc, non conuenit cœleſti patriæ, in qua etiam corpora quieſcunt. Reſpõdemus Chriſtum de animab. tantum locutũ, quoniam hæc promiſſio ad hanc etiam vitam ſpectat, in qua corpora quieſcere non poſſunt. Sed tamen ſi animæ quie uerint, corpora ẽt quieſcent in cœlo. Sequuntur enim corpora animas.

Quietẽ promittit Dominus.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

REferuntur hæc verba ad illa ſuperiora, *tollite iugum meum ſuper vos. Tollite.* (inquit) *iugum, quoniam ſuaue eſt.* ſuſcipite onus Euangelicæ legis, quoniam eſt leue. Referri etiam poſſunt, ad verba proxima, *& inuenietis requiem animabus veſtris*: inuenietis (inquam) requiem, quia iugum meum eſt ſuaue, & onus eſt leue, afferens requiem, & refectionem ijs qui ceruices illis ſubijciunt humiles. *Iugum ſuaue*: Græcè, *ζυγός χρηστός*; id eſt, *humanum, blandum cõmodum, ſuaue*. Iugum, ſi aſperum eſt, ceruices boum ſua aſperitate lædit, Iugum autem Chriſti ſuaue eſt, non aſperũ, ceruices minimè lædit. Res ponderoſa nimia grauitate opprimit, on⁹ Chriſti leue dicitur, quia nimia grauitate non opprimit. Iugũ tñ eſt, & onus lex Chriſti, & ſi ſuaue, & ſi leue iugũ ſit, vt adnotauit. Chryſoſtomus homi-

Iugum Domini ſuãt.

Chryſoſt.

A 39. in Matth. Non commoda (inquit) & ſuauia tãtũ Chriſtus poſuit, nec tãtum oneroſa: ſed vtrunq. complexus & iugũ dixit & ſuaue appellauit. On⁹ appoſuit, & leue adiecit, ne aut tamq̃ nimium laborioſa fugeres, aut tamq̃ nimium facilia contemptu proſequereris, &c. Cur iugũ legis Chriſti ſuare dicatur, & onus leue iam late explicauimus to. 1. lib. 1. c. 10. de prærogatiuis noui teſtamenti. Infra etiam B in Morali aliquid dicemus.

CAPVT XIIII.

Morale.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & reuelaſti ea paruulis.

C SAPIENTES, & prudentes, interpretatur Auguſtinus, non quoſlibet, ſed ſuperbos, paruulos vero ait appellari humiles, ſer. 8. de verbis Domini Sapientibus & prudẽtib. (inquit) irridendis, arrogantibus, falsò grandibus, vere autem tumentib. oppoſuit Chriſtus paruulos. Qui ſunt paruuli? humiles, &c. Eodem modo exponit D. Gregorius lib. 27. Moral. c 7. oſtendens hoc ex loco. Deum ſuperbos ad D cognoſcendam veritatem non illuminare. Superbientib. (ait) veritatis cognitio denegatur. Vnde veritas dicit. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentib. & releuaſti ea paruulis.* Sapientes, videlicet ſuperbientes, vocans, &c. Et Auguſtinus loco indicato: Debemus (inquit) eſſe paruuli. Nam ſi voluerimus eſſe magni, quaſi ſapientes, & prudẽtes, non nobis illud reuelatur, &c. Prouerb. 9. *Sapientia propoſuit menſam ſuam,* E *miſit ancillas ſuas vt vocarent &c.* Quoſnã vocat. & ad epulas ſuas dulciſſimas inuitat ſapientia? *Si quis* (inquit) *eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt, venite, comedite panem meum, &c.* Noluerunt eſſe paruuli, & humiles Phariſæi, & Scribæ, ab ipſa tamen Patris ſapientia vocati ſunt, eiuſq. epulas deguſtarunt. Amaræ viſæ ſunt, reſpuit illos illorum palatum, & reſpuit illos cœli

pala-

ditatibus illos oneratos fuiſſe demonſtrat Chriſtus, quib. ait *Venite ad me, qui laboratis, & onerati eſtis, &c.* Abulenſis laborẽ dici exiſtimat eum, quem in agẽdo ſponte toleramus, onera morbos, cæteraq. quæ inuiti toleramus. Labor (inquit) eſt, quod agimus, onus eſt, ꝙ ſuſtinemus, &c.

Et ego reficiam vos.

B VOcat Dominus, non ſine præmio venientibus propoſito. *Venite* [ait] *ego vos venientes reficiam*. Interpretatur Euthymius: ego refocillabo vos, ſiue liberabo tali labore, talique pondere. Verbum, *ἀναπαύω reficio, quieſcere facio, & recreo*, ſignificat, Ego recreabo vos, quietem vobis præſtabo à labore, & onere. Hæc vero refectio, ſine recreatio, & quies, tum in hoc tribuitur ſæculo à Chriſto, tum in æternitate, reficit & recreat nos, in via, vt iter difficile peragamus, ſed multo recreat magis in patria, ad quam nos vocat Dominus. præmiumq. proponit.

Euthymius

Tollite iugum meum ſuper vos.

VOcat Dominus ad iugum, & onus ſed ſuaue, & leue. Onus tollit, & onus imponit grauiſſimum tollit onus peccatorũ, leue imponit onus mandatorum, aufert iugum mundi, infert iugum Dei. *Tollite* (inquit) *vos ſponte iugum meum*, neminem cogo; non enim eſt brutorum animãtium, ſed hominum. Rogabis: Quodnam eſt hoc iugũ? Reſpondetur, iugum eſſe Chriſtianæ legis. Dicitur autem iugum lex, quia hominem premit, & obſtringit, neq. patitur in cupiditates carnis effrenatas euagari. Nam vt animalia iugo premũtur, & obſtringunť, ſic homines lege. Significat etiam iugum ſeruitutẽ, iugũ autem Chriſti, eſt ſeruitus, quæ exhibeť Chriſto, omni pretioſior libertate.

Iugum Domini lex.

Diſcite à me, quia mitis ſum, et humilis corde.

COmmunis horum verborum ſenſus eſt, tollite iugum, & præterea à me veluti magiſtro *diſcite, quod mitis ſum, & humilis corde.* Græce, pro, *quia* eſt, A ὅτι, id eſt, quod, vel quia. *Diſcite a me, quia humilis ſum*, id eſt, quod humilis ſum. Sic Auguſtinus exponit ſermo. 10. de verbis Domini, Chryſoſtomus, hom. 39. in Matth. Athanaſius ſerm. 4. contra Arianos D. Gregorius lib. 34. mor. in fine. D. Bernardus in vigilia Natal. ſerm. 5. & alij. Proponit Dominus ſuam humilitatem, manſuetudinemque imitandam ijs, quos vocat ad iugum ſuſcipiendum. Ratio eſt, quia B Chriſti iugum ceruices poſtulat humiles, ac mites. Nam humilitas, & mãſuetudo, magnopere neceſſaria eſt, ijs qui Chriſtianam legem volunt obſeruare. Quę dicta ſunt (ait Chryſoſtom⁹) perficies, ſi humilitate ſincera, ſi manſuetudine vera ſi moderatione ĩtegra te communias. Humilitas quippe virtus eſt, & ſublimioris Philoſophiæ mater, & origo, &c.

D. Auguſt. *Athanaſi⁹.* *D. Chryſoſ.*

Secundus ſenſus: In meum venite C gymnaſium, dicite a me magiſtro veſtro, quia mitis ſum, & humilis corde, hoc eſt, quoniam non ſum ſeuerus in diſcipulos magiſter, aſper, & acerbus, ſed mitis; & humilis. Ex Theophylacto tertius colligitur ſenſus: *Tollite iugum meum ſuper vos*, hoc autem iugum, quod tollere iubeo eſt hoc: *Diſcite a me manſuetudinem, & humilitatem*. Iugum Chriſti (ait Theophylactus) humilitas & manſuetudo, &c. Quartus ſenſus D eſt Auctoris imperf. A me (inquit) diſcite, id eſt, ex ipſo meo iugo, quia ſuaue eſt, & ex ipſo onere meo, quia leue eſt, exprimentum accipite, quia mitis ſum. & humilis corde, &c. Quaſi dicat Chriſtus *Tollite iugum meum, & diſcite à me*, id eſt, ex meo iugò ſublato, & onere accepto experimini, *quod mitis ſum, & humilis Dominus, qui iugum ſuaue, et onus leue*, ijs q mihi obtẽperãt impono. Hũc sẽsũ refellũt illa verba, *diſcite* E *a me* à pſona, videlicet ſua, nos iubet *diſcere*, quod ſit mitis & humilis, nõ autẽ ex iugo, & ex oneris leuis experimento. Primus ſenſus cęteris eſt ſimplicior & potior, graueſque habet patronos.

Chriſtus magiſter mitis in diſcipulos.

Et inuenietis requiem animabus veſtris.

GRæcè, *εὑρήσετε ἀνάπαυσιν*, nomẽ autem, *ἀνάπαυσις*, & verbum *ἀνα-*

ἀναπαύσω,quod ſupra interpretes vertit *reficiam*, eiuſdem ſunt ſignificationis. Potuit igitur hic ita vertere: inuenietis refectionem animab. veſtris. Dixerat ſupra Dominus: *ego reficiam vos*, idem hoc loco repetit: *inuenietis refectionem animabus veſtris*. Poterat ſupra vertere: *Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis,& ego quieſcere vos faciam*. Idem promittit nunc, *inuenietis requiem animab veſtris*. Nam ij qui laborant, & onerati ſunt, maximè quietem concupiſcunt. Quies vero promittitur, vt ſupra etiā diximus, in via, & in patria. Qui enim iugum Chriſti ceruicib ſuis imponit ab animi perturbationib. & cupiditatib. liberatus, quieſcit, diuinis conſolationib. cœleſtiq. gratia reficitur, atque recreatur. Opponet aliquis: Chriſtus animab. tantum, non corporib. requiē pollicetur, ergo pollicitatio hæc, non conuenit cœleſti patriæ, in qua etiam corpora quieſcunt. Reſpōdemus Chriſtum de animab. tantum locutū, quoniam hæc promiſſio ad hanc etiam vitam ſpectat, in qua corpora quieſcere non poſſunt. Sed tamen ſi animæ quieuerint, corpora ēt quieſcent in cœlo. Sequuntur enim corpora animas.

Quietē promittit Dominus.

Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue.

Referuntur hæc verba ad illa ſuperiora, *tollite iugum meum ſuper vos. Tollite.* (inquit) *iugum, quoniam ſuaue eſt.* ſuſcipite onus Euangelicæ legis, quoniam eſt leue. Referri etiam poſſunt, ad verba proxima, *& inuenietis requiem animabus veſtris*: inuenietis (inquam) requiem, quia iugum meum eſt ſuaue, & onus eſt leue, afferens requiem, & refectionem ijs qui ceruices illis ſubijciunt humiles. *Iugum ſuaue*: Græcè, ζυγὸς χρηστός, id eſt, *humanum, blandum cōmodum, ſuaue.* Iugum, ſi aſperum eſt, ceruices boum ſua aſperitate lædit, Iugum autem Chriſti ſuaue eſt, non aſperū, ceruices minimè lædit. Res ponderoſa nimia grauitate opprimit, onꝰ Chriſti leue dicitur, quia nimia grauitate non opprimit. Iugū tū eſt, & onus lex Chriſti, & ſi ſuaue, & ſi leue iugū ſit, vt adnotauit Chryſoſtomus homi.

Iugum Domini ſuaē.

Chryſoſt.

A 39. in Matth. Non commoda (inquit) & ſuauia tāū Chriſtus poſuit, nec tātum onerosa: ſed vtrumq. complexus & iugū dixit & ſuaue appellauit. Onꝰ appoſuit, & leue adiecit, ne aut tamq̄ nimium laborioſa fugeres, aut tamq̄ nimium facilia contemptu proſequereris, &c. Cur iugū legis Chriſti ſuare dicatur, & onus leue iam late explicauimus to. 1. lib. 1. c. 10. de prærogatiuis noui teſtamenti. Infra etiam
B in Morali aliquid dicemus.

CAPVT XIIII.

Morale.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & reuelaſti ea paruulis.

C Sapientes, & prudentes, interpretatur Auguſtinus, non quoſlibet, ſed ſuperbos, paruulos vero ait appellari humiles, ſer. 8. de verbis Domini Sapientibus & prudentib. (inquit) irridendis, arrogantibus, falsò grandibus, vere autem tumentib. oppoſuit Chriſtus paruulos. Qui ſunt paruuli? humiles, &c. Eodem modo exponit D. Gregorius lib. 27. Moral. c 7. oſten-
D dens hoc ex loco. Deum ſuperbos ad cognoſcendam veritatem non illuminare. Superbientib. (ait) veritatis cognitio denegatur. Vnde veritas dicit. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentib. & reuelaſti ea paruulis.* Sapientes, vid elicet ſuperbientes, vocans, &c. Et Auguſtinus loco indicato: Debemus (inquit) eſſe paruuli. Nam ſi voluerimus eſſe magni, quaſi ſapientes, & prudētes, non nobis illud reuelatur, &c. Prouerb. 9. *Sapientia propoſuit menſam ſuam,*
E *miſit ancillas ſuas vt vocarent &c.* Quoſnā vocat. & ad epulas ſuas dulciſſimas inuitat ſapientia? *Si quis* (inquit) *eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt, venite, comedite panem meum, &c.* Noluerunt eſſe paruuli, & humiles Phariſæi, & Scribæ, ab ipſa tamen Patris ſapientia vocati ſunt, eiuſq. epulas deguſtarunt. Amaræ viſæ ſunt, reſpuit illos illorum palatum, & reſpuit illos cœli

pala-

Digitized by Google

ἀναπαύσω, quod ſupra interpretes vertit *reficiam*, eiuſdem ſunt ſignificationis. Potuit igitur hic ita vertere: inuenietis refectionem animab. veſtris. Dixerat ſupra Dominus: *ego reficiam vos*, idem hoc loco repetit: *inuenietis refectionem animabus veſtris*. Poterat ſupra vertere: *Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego qui eſcere vos faciam*. Idem promittit nunc, *inuenietis requiem animb veſtris*. Nam ij qui laborant, & onerati ſunt, maxime quietem concupiſcunt. Quies vero promittitur, vt ſupra etiã diximus, in via, & in patria. Qui enim iugum Chriſti ceruicib ſuis imponit ab animi perturbationib. & cupiditatib. liberatus, quieſcit; diuinis conſolationib. cœleſtiq. gratia reficitur, atque recreatur. Opponet aliquis: Chriſtus animab. tantum, non corporib. requiẽ pollicetur, ergo pollicitatio hæc, non conuenit cœleſti patriæ, in qua etiam corpora quieſcunt. Reſpõdemus Chriſtum de animab. tantum locutũ, quoniam hæc promiſſio ad hanc etiam vitam ſpectat, in qua corpora quieſcere non poſſunt. Sed tamen ſi animæ quieuerint, corpora ẽt quieſcent in cœlo. Sequuntur enim corpora animas.

Quietẽ promittit Dominus.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

REferuntur hæc verba ad illa ſuperiora, *tollite iugum meum ſuper vos. Tollite.* (inquit) *iugum, quoniam ſuaue eſt.* ſuſcipite onus Euangelicæ legis, quoniam eſt leue. Referri etiam poſſunt, ad verba proxima, *& inuenietis requiem animabus veſtris*: inuenietis (inquam) requiem, quia iugum meum eſt ſuaue, & onus eſt leue, afferens requiem, & refectionem ijs qui ceruices illis ſubijciunt humiles. *Iugum ſuaue*: Græcè, ζυγός χρηστός; id eſt, *humanum, blandum cõmodum, ſuaue*. Iugum, ſi aſperum eſt, ceruices boum ſua aſperitate lædit, Iugum autem Chriſti ſuaue eſt, non aſperũ, ceruices minimè lædit. Res ponderoſa nimia grauitate opprimit, onꝰ Chriſti leue dicitur, quia nimia grauitate non opprimit. Iugũ tñ eſt, & onus lex Chriſti, & ſi ſuaue, & ſi leue iugũ ſit, vt adnotauit Chryſoſtomus homi-

Iugum Domini ſuaẽ.

Chryſoſt.

A 39. in Matth. Non commoda (inquit) & ſuauia tãtũ Chriſtus poſuit, nec tãtum oneroſa: ſed vtrumq. complexus & iugũ dixit & ſuaue appellauit. Onꝰ appoſuit, & leue adiecit, ne aut tamq̃ nimium laborioſa fugeres, aut tamq̃ nimium facilia contemptu proſequereris, &c. Cur iugũ legis Chriſti ſuare dicatur, & onus leue iam late explicauimus to. 1. lib. 1. c. 10. de prærogatiuis noui teſtamenti. Infra etiam

B in Morali aliquid dicemus.

CAPVT XIIII.

Morale.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & reuelaſti ea paruulis.

C SAPIENTES, & prudentes, interpretatur Auguſtinus, non quoſlibet, ſed ſuper bos, paruulos vero ait appellari humiles, ſer. 8. de verbis Domini Sapientibus & prudẽtib. (inquit) irridendis, arrogantibus, falsò grandibus, vere autem tumentib. oppoſuit Chriſtus paruulos. Qui ſunt paruuli? humiles, &c. Eodem modo exponit D. Gregorius lib. 27. Moral. c 7. oſtendens hoc ex loco. Deum ſuperbos ad

D cognoſcendam veritatem non illuminare. Superbientib. (ait) veritatis cognitio denegatur. Vnde veritas dicit. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentib. & releuaſti ea paruulis.* Sapientes, videlicet ſuperbientes, vocans, &c. Et Auguſtinus loco indicato: Debemus (inquit) eſſe paruuli. Nam ſi voluerimus eſſe magni, quaſi ſapientes, & prudẽtes, non nobis illud reuelatur, &c. Prouerb. 9. *Sapientia propoſuit menſam ſuam,*

E *miſit ancillas ſuas vt vocarent &c.* Quoſnã vocat. & ad epulas ſuas dulciſſimas inuitat ſapientia? *Si quis* (inquit) *eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt. venite, comedite panem meum, &c.* Noluerunt eſſe paruuli, & humiles Phariſæi, & Scribæ, ab ipſa tamen Patris ſapientia vocati ſunt, eiuſq. epulas degu ſtarunt. Amarę viſæ ſunt, reſpuit illos illorum palatum, & reſpuit illos cœli

pala-

palatium. Amara fuit ſuperbis Chriſti humilitas, & paupertas. Si opulentiſſimus aduenisset, potentiſſimiq. regis dignitate, & gloria inclytus, placuiſſet. Humilitas Chriſti humilibus placuit, non inſolentib. Beda, Luc. 11. Clauis (inquit) ſcientiæ humilitas eſt Chriſti, quam legiſperiti in lege, & prophetis intelligere nolebant, &c. Si illi Meſſiam humilem expectaſſent & humilem fore intellexiſſent, hæc intellectio humilitatis Chriſti, veluti clauis, oſtium ad fidei myſteria aperuiſſet, quod clauſit ſuperbia, & inuidia, atque odium. Si humiliter Scripturas conſuluiſſent, ſi humiliter, vt paruuli Chriſtum interrogaſſent, humilitas hæc, & paruitas, oſtium veritatis reſeraſſet, illoſque illuminaſſet. Pſal. 118. vertit Hieronym. *Oſtium ſermonum tuorum lucidum docet paruulos &c.* Noſter interpres vertit: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis, &c.* Illuminant ſermones Dei & Scripturæ paruulos ſenſu literali, id eſt, ſimplices, rudes, & indoctos homines, cum declarantur a concionatore. Senſu morali, illuminant paruulos, id eſt, humiles, non ſuperbos. Sic ſermones Chriſti paruulos diſcipulos illuminarunt; ſuperbos Phariſæos minime.

Humilitas neceſſaria ad co noſcē dad ei myſteria.

Sic & noſtris tēporib. diuinæ Scripturæ verba eos illuminant, qui Eccleſiam humiliter interrogant, quiq. intellectum ſuum humiliter fidei ſubijciunt, elatos, ſuperboſq. hæreticos, in craſſiſſimis ignorantiæ tenebris verſantes, ſuo ſplendore minime illuſtrāt *Puteus altus eſt* (ait Samaritana Ioā. 4.) *neque in quo haurias habes, &c.* Altiſſimus puteus eſt diuinarum Scripturarum, hæretici in quo aquas, hoc eſt, verum ſenſum ex illa hauriant, non habent, quia humilitatis hauſtro carent. Eſt enim huius putei hauſtrum humilitas vt docet Card. Hugo, Matt. 11. *Puteus* [inq: it ille] Scripturæ *altus eſt, neque in quo haurias hab s,* ſcilicet humilitatem, &c. Nihil prodeſt longos ingenij habere funes, quia hauſtro hæreticus caret hoc eſt, humilitate, verum Scripturæ ſenſum non hauriet, eritque illi Scriptura ſacra, liber ille ſignatus de

Ioan. 4

A quo Iſaias *Erit* [inquit] *vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti literas dicent; lege iſtum, & reſpondebit. Non poſſum, ſignatus eſt enim, &c.* Signata eſt hæreticis Scriptura, id eſt clauſula; aperire nequeunt, quia ſuperbas ceruices iugo Chriſti, & Eccleſiæ ſubijcere nolunt. Abſcondit Dominus hæc ab his, qui ſibi ſapientes, & prudentes videntur, reuelat paruulis, id eſt, humilib. Iſaiæ 5. *Væ qui ſapientes eſtis* B *in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes, &c.* Hæretici his verbis depinguntur, in quorum oculis ignorantia exiſtimatur eſſe ſapientia; & hæreſis veritas eſſe creditur. Sed væ miſerandis Iere. 8. *Quomodo dicitis: ſapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum, &c.* Omnes hęretici dicūt ſe eſſe ſapiētes, ſed mēdax eorū ſtylus, & calamus hęreſeō mendacium operatur.

Iſai. 29.

Iſai. 5.

Hæreticorū arrogantia

C Nos alieno exemplo humilitatē diſcamus, ſi veritatem a nobis abſcondi nolumus. Nam vt Auguſtinus ait ſer. 213. de tempore, eam mentem, quā non inuenerit humilem, veritas fugit &c. *Reuelaſti ea; νηπίοις,* id eſt, *infantib., ſiue paruulis,* ait Dominus. Vide quam ſimpliciter & humiliter paruuli a pceptore diſcant, illiq. aſſentiantur, ſic tu ab Eccleſiæ præceptorib. diſce veritatem miraculis, Scripturis, & tra- D ditionib. probatiſſimam. Hoc docet S. Iſidorus Peluſiota epiſt. 440 a d Iſidorum diaconū. Quemadmodum [inqt] pueri, cum primū literas formare diſcunt, in pręceptorem intenti ſunt, ad quod calamum accommodarit, libenti atque obedienti animo notas excipientes eodem modo eos quoque qui ad res diuinas perdiſcendas ſe conferunt, earum magiſtros ſequi, atque puerilem ſimplicitatem, & indubita- E tum aſſenſum habere oportet. *Abſcondita ſunt enim hæc à ſapientibus & prudentibus* [inquit Dominus] *& paruulis reuelata.* Hæc Iſidorus. Lege Auguſtini epiſtolam 56. ad Dioſcorum: Chriſto (inquit) te mi Dioſcore, vt tota pietate ſubdas velim, nec aliā tibi, ad capeſsēdam & obtinendam veritatem, viam munies, quàm quæ munita eſt a Chriſto. Eſt autem prima humilitas, ſecunda

Iſidorus Peluſiota.

D. Auguſ.

da humilitas,tertia humilitas,& quoties interrogares, hoc dicerem. Hæc ille. Quemadmodũ tumida facies oculis corporis; ita tumida mens oculis animi offundit tenebras. Vnde idem Auguſtinus lib 7.confeſſ.c.7. Tumore(inquit)meo ſeparabat abs te.& nimis inflata facies claudebat oculos meos, &c. Adde illud Diui Gregorij lib.25.Moral.capite 11. Lumen intelligentiæ humilitas aperit, ſuperbia abſcondit,&c.

D. Gregor.

Eligit Dominus humiles Euangelij promulgatores.

Paruulis & humilibus diſcipulis fidei myſteria reuelauit,hos voluit eſſe Euangelij toto orbe promulgatores, non ſapientes Phariſæos, aut Scribas. Cùm Samuel ad vngendum regem Iſraelitarum veniſſet,vidiſsètq. Eliab Dauidis fratrem, ſtatura procerum, vultu pulchrum, Deum rogauit, *an ille eſſet vngendus.* Reſpondit Dominus 1.Reg.16.*Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius: quoniam abieci eũ, &c.* Eundem in modum cùm Euangelij ſatores elegit Chriſtus, Phariſæos, & Scribas, nobiles, ſapientèſq; alios videbat viros,ſtatura dignitatum proceros,vultu externòq; aſpectu hominibus venerãdos. At proceram dignitatum ſtaturam, venerandùmq; vultum,non curauit; & abiecit,paruulos vnxit,quemadmodum Samuel paruulum vnxit Dauidem, de quo 1. Reg. 16.ait Pater:*Reliquus eſt paruulus; & paſcit,& paſcit oues,&c.* Eligere potuit Dominus ad recondendum myſteriorũ ſuorum theſaurum,vaſa quæ mundo aurea videntur,ſed fictilia eligere voluit & maluit.2.Cor.4. *Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei,in facie Chriſti Ieſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus,vt ſublimitas ſit virtutis Dei,& non ex nobis, &c.* Hoc eſt Deus qui mundi initio, tenebras illas, quæ erant ſuper faciem abyſſi.Gen.1.luce diſpulit,dicens:*Fiat lux,& facta eſt lux.* Ipſe diſpulit etiam tenebras, quæ erant ſuper corda noſtra,dixitque *fiat lux,et facta eſt in cordibus noſtris lux.* myſteria Euangelij ſui,nobis,paruulis reuelauit,quæ ſapientib.& prudẽtib.abſcõdit reuelauit autẽ myſteria, id eſt illuminauit nos,*ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei,in facie Chriſti Ieſu*, id eſt, vt alios illuminemus,vt.n. Soli,& aſtris,lucem dedit, ad illuminandos homines, ſic nobis ſpiritalem dedit ſplendorem vt mortales illuminemus Illuminatio autem hæc verſatur in ſcientia,id eſt,cognitione certiſſima, *claritatis.* δόξης, *gloria Dei, quæ eſt in facie,* προσώπῳ,*& perſona Chriſti, Habemus autem hoc Dei donum,* opulentiſſimum, *vetus theſaurum* in nobis ipſis,non tãquam in vaſis aureis,quæ frangi nequeunt,vel argentis, ſed *quaſi in vaſis fictilibus*,ac teſtaceis *vt ſublimitas*, δυνάμεως,vt *excellentia* quæ in vaſis his fictilib.& abiectis cernitur *ſit virtutis,*ὑπερβολὴ *potentia Dei,& non ex nobis.* Ergo in vaſis fictilib. collocauit Deus theſaurum ſapientiæ ſuæ,vt hyperbole, *excellentia*,ſublimitas omnis,laus, & admiratio ſit potẽtiæ Dei. Ideo infima mũdi elegit,vt gloria Dei ſit,nõ hominũ.Hac de re dixim⁹ to.1.li.3.ca.23.

Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis.

GRatias agit Chriſtus Patri, quod diſcipulos fidei ſplendore illuſtrarit,cum tamen multos alios in terra caligine dereliquerit. Hoc beneficiũ nos quoque a Deo accepimus, quam obrem immortales illi gratias perpetuo agere debemus Chriſti vſurpãtes verba,hunc in modum, *Confiteor tibi Pater,Domine cœli & terra,quia abſcondiſti hæc* ab innumera hominum multitudine,Iudæis,Mahometanis, Ethnicis,& mihi paruulo,omnique gratia indigno,reuelaſti. In profundis illi errorum tenebris verſantur,ego in lumine gradior fidei,illi Deum ignorãt ego Patrẽ agnoſco,Filium,& Spiritũ ſanctũ,illi Filij Dei admirabilem incarnationem;& aduentũ in orbẽ, neſciũt;ego notũ habeo;illi diuinis Sacramentis diuinoq.verbo carẽt, ego abundo. *Quid igitur retribuam Domino, pro omnib.quæ retribuit mihi?* Gratias retribuam immortales,nec vnquã retribuere deſinã. Inuitat vates Ieruſalẽ ad laudãdũ Deũ,& gratias, Pſal. 147.

Gratiæ Dei agendæ pro beneficio illuminationis.

Pſal. 147.

147. Cuius finis, & epiphonema eſt: A *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis, &c.* Eadem nobis eſt gratias agendi, & laudandi ratio, & multo etiam maior. Etenim non fecit Deꝰ taliter vlli nationi, qualiter Chriſtianorum fecit populo, & iudicia, ac præcepta, Sacramenta, fidemq. ſuam, non manifeſtauit eis. Ideoq. *laudet ſemper Ieruſalem*, id eſt, Chriſtiana anima *Dominum.*

Religioſi gratias agant pro beneficio vocationis.

Pſal. 26.

Pſal. 30.

B Laudent verò maximè viri religioſi, quos Deus ex Ægypto in terram repromiſſionis, lacte, melleq. fluentem, hoc eſt, in religionem introduxit. Abſcondit hæc à ſapientib. multis, & prudentib. & reuelauit paruulis, atq. indignis. Eoſdemq. in domo ſua, & tabernaculo ſancto ſuo, id eſt, religione abſcondit, iuxta illud Pſal. 26. *Abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui, &c.* Abſcō- C dit quoque eis, niſi deſides eſſe velint, miram dulcedinem. *Quam magna* [inquit Pſal. 30.] *multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te &c.* Caueant ne exprobrari illis poſſit deſidia, & in ſpiritalib. exercitationib. languor, atq. ignauia, diciq. *ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes*, quę fiunt in religionib. ſacris: *olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent*: hoc eſt, ſi Deus alios vocaſſet, & tot beneficijs, atque auxi- D lijs, quot ad ſalutem animi comparandam, in religionibus ſunt, cumulaſſet multo feruentius Deo obſequerentur Itaq. pro hoc eximio beneficio gratias Deo, ſemper habeamus corde agamus ore, referamus opere, non tepido, aut frigido, ſed ardēti animo; ardētes.n. gratiarū actores iā inclyta flagitāt beneficia, flagitatq; beneficiorū auctor Deus: Pſalm. 30 *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione* E *linguarum &c.* Sequitur gratiarū actio *Benedictus Dominus, quoniam mirificauit miſericordiā ſuam mihi, in ciuitate munita &c.* Sanè mirifica Deus miſericordia religioſos proſequitur, mirificauit miſericordiam illis, in ciuitate munita, id eſt religione Ergo benedictus ille ſit in ſēpiternum Mirifica miſericordia, mirificari poſtulat gratiarum actionem.

Pſal. 30.

A *Sic placitum eſt ante te.*

D. Gregor.

HIS verbis (ait magnus Gregorius lib. 25. Moralium c. 13.) exempla humilitatis excipimus ne temere diſcutere ſuperna conſilia, de aliquorū vocatione, aliorum vero repulſione, præſumamus. Non reddidit rationem Chriſtus: ſed ſic Deo placitum dixit. Hoc videlicet oſtendens, quia iniuſtū eſſe non poteſt, quod placuit iuſto. Ha- B ctenus ille. *Iuſtitia tua* [ait Pſalmographus Pſal. 35.] *ſicut montes Dei. Iudicia tua abyſſus multa, &c.* Hoc eſt, iuſtitia præditus es maxima. & altiſſima, montibus Dei, id eſt, altiſſimis, ſimilis, iudicia tua, quibus mundum gubernas, mare profundum ſunt. Cū vero iuſtiſſimus ſis, quæcumque iudicas, hoc eſt, fieri ſtatuis, iniuſta eſſe non poſſunt. Prius iuſtiſſimum eſſe Deum ait, poſtea iudicia eſſe profunda, inſtar abyſſi C aſſerit, vt intelligamus non poſſe eſſe iniuſta, ſiquidem a iuſtiſſimo manant rerum omnium gubernatore. Iniuſtū eſſe non poteſt [ait Gregorius] quod placuit iuſto, &c Item eodem loco; in cunctis quæ exterius diſponunt, aperta cauſa rationis eſt, occultæ iuſtitia voluntatis, &c. Hanc abyſſum, id eſt, hoc profundiſſimum mare iudiciorū Dei, intuebatur Apoſtolus, cum ad Rom. 11. exclamat. *O altitudo diuitiarū* D *ſapientia, & ſcientia Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius, &c.* Altitudo hoc loco profunditatem ſignificat: eſt enim Græcè βάθος, id eſt, profunditas. O profunditatem [inquit] profundiſſimam ſapiētiæ Dei quā profunda ſunt iudicia illius, fūdo carent, cōprehendi nequeunt, inueſtigari non poſſunt illius viæ. Iſai. 55. *Nō cogitationes meæ cogitationes veſtræ, neq; viæ veſtræ viæ meæ dicit Dominus. Quia ſicut* E *exaltantē cœli a terra, ſic exaltata sūt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, &c.* Qui igitur Dei cogitationes, & prædeſtinationem, intellectu aſſequi vult is digito cœlum tangere. profundiſſimumque mare, perforata vndique ingenij ſui cymba, pernauigare conatur. Non pernauigabit; ſed fluctibus obruetur. Nam vt ſcriptum extat Prouerb. 25. *Qui ſcrutator eſt maie-*

Pſal. 35.

Diuina iudicia non ſunt perſcrutanda temere.

Iudicia dei profundiſſima.

Rom. 11.

Iſai. 55.

Prou. 25.

maieſtatis,opprimetur a gloria: ideſt, ab ea dem maieſtate,&c hoc eſt, qui Dei maieſtatem, incomprehenſibileſque cogitationes, nimium perſcrutari vult,profundi veluti pelagi vndis demergetur. Similitudo additur eodem capite à mille ſumpta; *ſicut qui mel multũ comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria,&c.* Hoc eſt,bonum quidem,& dulce eſt mel, ſed ſi abſque modo comedatur nocet.Sic bona,dulciſq.eſt rerum diuinarum indagatio,at verò ſi modus non ſeruatur, intellectum opprimit ſcrutantis,& in errores ducit.Iucunda eſt Solis lux, ſed ſi aciem oculorũ in eam intendas, valde oculos lædet. Ita iucunda eſt lux rerum diuinarũ, ſed ſi curioſè ac ſuperbe eas ſcruteris,multum nocumenti afferent. Beda Prouerb.25.Dulcis[inquit] eſt requiſitio maieſtatis,ſed qui plus hanc ſcrutari appetit, quam humanitatis agnitio permittit, hunc ipſa eius gloria opprimit:quia velut mel ſumptũ immoderatè, perſcrutantis ſenſum, dum non capitur,rumpit;&c. — *Beda.*

Seruandus ergo modus eſt, in perſcrutando. *Mel inueniſti* [ait Salamon eodem capite] *comede,quod ſufficit tibi, &c.* Si dulciſſimam rerum diuinarum inueſtigationem nacti ſumus, quantum ſatis ſit,inueſtigemus.His contẽtit Theodoreti interpretatio in illa verba Cant.6. *Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt,&c.* Caue[inquit]ne immoderatius in me oculos tuos intendas,ne tibi ex eo cõtingat aliquid detrimenti,inacceſſus.n.ſum & comprehendi nequeo,omnemque non hominum tantum, ſed Angelorum etiam,captum ſupero. Quod ſi terminos volueris tranſilire,& ad ea curioſius contendere,quæ virib. tuis antecedunt,non modo nihil aſſequeris;ſed aciem etiam oculorum hebetiorem reddes,atq.obtuſiorem.Ea n.que lucis natura eſt, vt quemadmodum oculum illuſtrat,ſic etiam lædat ſi fuerit inſatiabilis. Hæc Theodoretus. *Altiora te ne quæſieris* [ait Eccleſiaſticus c.3.] *& fortiora te ne ſcrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus* — *Prou.25. Cant.6. Theodor. Eccleſ.3.*

A *&c.* Eximium præbet cõſilium: Quæ tuo intellectu altiora ſunt,ne inueſtiges,& quæ tuo ingenio ſunt fortiora ne perſcruteris,in operibus Dei ſpeculandis ne ſis curioſus,cura potius Dei mandata, & quo illa modo exequaris,ſemper cogita. Ad illa verba Pauli ad Rom.9. *An non habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadem maſſa, facere aliud quidem vas in honorem,aliud vero in contumeliam,&c.* Sic ſcribit Chryſoſtomus: — *Rom.9. Chryſoſt.*

B In exigenda à Deo ratione, perinde affici oportet,vt ipſum lutum.Neque enim ſolum te non oportet contra dicere,aut quærere, ſed ne loqui quidem prorſus,aut cogitare, ſed ſimilem eſſe rei illi inanimi, quæ figuli manus ſequitur quæque circumagitur quocumque ille voluerit:ita Chriſoſtomus.Dominus eſt Deus omniũ, vt libet,pro iuſtiſſima voluntate ſua omnia facit. Vnde Heli 1.Reg 3.Sa-

C mueli futurum ſupplicium Dei nunciantI,reſpondit: *Dominus eſt,quod bonum eſt in oculis ſuis,faciat, &c.* Rectè quidem reſpondit Heli, ſed audito ſupplicio,oportuerat horrere, Deum precari,cauſamque ſupplicij tollere. Nihil horum feciſſe legimus. Deus ergo *Dominus quod bonum fuit in oculis ſuis fecit*,nunciatumque ſupplicium ſumpſit,vt legitur 1.Reg.4 Non eſt ſatis dicere, *Dominus eſt Deus,quod vult faciat.*

D Oportèt noſtra ex parte bene operari,orare,ſuppliciorumque cauſas excindere:facit autem Deus quod bonum eſt in oculis ſuis.Semper enim bonum eſt,quod vult,neque fortuito operatur,ſed cõſulto,iuxta illud Pauli ad Epheſ.1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, &c.* Eſt enim Dei voluntas prudentiſſima, & conſilij pleniſſima,nihil ab ea emanat,quod ſummi non ſit conſilij. *Sic*

E *placitum eſt ante te:* ait Dominus, hoc placitum plenum eſt conſilio.

Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo.

POteſtatem ſe habere in res omnes creatas,docet Dominus,atque adeo poteſtatem habere, qua homines,qui ipſius accipiunt iugum,reficiat,omnibuſque bonis ſatiet. *Omnia* (inquit)

(inquit) *mihi tradita ſunt à Patre meo, tradita ſunt omnia*, & ante omnia. & ꝑ omnib. traditi ſunt homines, vt eos è dæmonis iugo eriperet, à peccatis liberaret, ornaret gratia, gloria æterna donaret, Vnde D. Athanaſius in tractatu, quem in hęc verba ſcripſit. Tradita [inqui] ſunt illi, vt medico, qui ſanaret morſum ſerpentis, & vt vitæ. qua excitaret mortuum, & vt luci, vt illuminaret tenebras, & vt rationi, vt integraret vim rationabilem, &c. Item: Dedit Chriſto Pater omnia, vt quemadmodum per eum facta ſunt, ita in eo omnia refici poſſent. Nō.n. vt ex paupere diues fieret, neq. vt qui non haberet poteſtatem acciperet, aſſumpſit omnia. Sed vt omnia inſtauraret, &c. Qui vult ergo ſanitatē tū animi, tum corporis æternam comparare, ad medicū veniat: qui vult illuminari veniat ad Solem, Chriſtū, qui vult vitæ reſtitui, veniat ad mortuorū excitatorē; qui vult redimi, veniat ad redēptorē, qui vult refici atq inſtaurari, veniat ad inſtauratorem. Omnes ille vocat *Venite ad me omnes*, ſi diuitias, ſi ſalutem, ſi honores, ſi vitam, ſi verā voluptatem, animiq. & corporis quietem, deſideratis; *Venite ad me. Omnia enim mihi tradita ſunt à Patre meo*, in mea ſunt manu omnia, dare poſſum omnibus. Mundus pauperrimus eſt nō pōt omnib. diuitias, honoreſq donare. Vt donet, aufert, ſpoliat quoſdā, vt alios induat. Exuuię ſunt mortuorū, diuitiæ viuorum: generatio vnius, corruptio eſt alterius. Nihil perpetuū donat imò nihil donat, ſed omnia breue ad tempus accōmodat. At Chriſtus opulentiſſimus eſt, donare omnib pōt opes, dignitates, deliciaſq. immortales Et pōt, & vul. *Venite* [inquit] *ad me omnes* Voco *omnes*, quia opes habeo, quæ ſatiare poſſunt omnes. Voco *omnes* qa donare volo omnibus Si pōt, & vult, cur non donat omnibus? Reſpondet, quia iugum tollere nolunt. Iis.n. tantum, qui iugum tulerint, opes ſuas donabit Chriſtus. Idcirco prius vocat. *Venite ad me omnes*, deinde adiungit: *tollite iugum meum ſuper vos*. Rex eſt Chriſtus potentiſſimus orbis totius: *omnia enim illi tradita ſunt*, iu totum orbē ha-

Chriſto quo modo tradita ſint omnia.

D. Athan.

Vocat omnes Chriſtꝰ vt omnes reficiat.

A bet poteſtatem. Sed vt dixit Pilato, Io. 18. *regnū eius non eſt de hoc mundo*: hoc eſt, non eſt mundanum mūdanis opibus, honorib. ꝑſidiiſq. conſtans. Ideo que non nobiles, opulentos, aut bellatores vocat in aulam; ſed humiles, q humiles ceruices ſubdant iugo Chriſtianæ legis, diſcantq. à rege ſuo, quia mitis eſt, & humilis corde. Si aliquod veſtis genus regi placet, eoq. induit̃ indiuntur quoque illo, regem imitā-

B tes, aulici. Regi veſtro quædam ſummopere placet, quam poſtquā ſemel induit, numquam exuit, ea humilitas eſt. Qui ergo in regis huius aula verſari vult, regiq. placere ſuo, hanc induat veſtem præclariſſimam.

Nemo nouit Filium, niſi Pater, neque Patrem quis nouit, niſi Filius, &c.

ABditiſſimum eſt Sacroſanctæ Tri-

C nitatis myſteriū. Nullus aut hominum, aut Angelorum, diuinas nouit abſq. reuelatione perſonas, ipſæ tātummodo ſeſe nouerunt. *Nemo nouit Filium, niſi Pater, & Spiritus ſanctus*, nemo nouit Patrem, niſi Filius, & Spiritus ſanctus, nemo nouit Spiritū ſanctum, niſi Pater & Filius. Vnum eſſe Deum, ex creaturis, quas condidit, cognoſci poteſt, at trinum eſſe, nulla ratione poteſt inueſtigari. Omnes enim

D Dei effectus, & creaturæ, quas cernimus, Deum indicant creatorem: Trinitatem autem perſonarum non demonſtrant. Vnde Angelicus doctor 1. p. q. 32. art 1. Per rationem [inquit] naturalem, cognoſci poſſunt de Deo ea, quæ pertinent ad vnitatem eſſentiæ, non autem ea, quæ pertinent ad diſtinctionem perſonarum, &c. Auguſtinus verò lib. Soliloq. ca. 31. Soli [inquit] tibi Trinitas integre nota es

E Trinitas ſancta, ſuperentialiter exuperans omnem ſenſum, omnem rationem, omnem intellectum, quā neque dicere, neque cogitare, neq. intelligere, neque cognoſcere poſſibile eſt etiam oculis Angelorum, &c. Si turrim celſiſſimām intuearis, è loco remoto, quæ intus tres contineat aulas, vnam tātum turrim tibi oculi demōſtrare potuerūt tres aulas nullo pacto

Trinitatis ſacroſancta perſona ſe ſolæ nouerūt.

D. Thomas Trinitatis myſteriū ſine reuelatione cognoſci non poteſt.

Auguſt.

Eun-

Eundem in modum ſi ex remoto hoc A loco,id eſt, mundo, in Deum mentis oculos conijcias, vnum eſſe Deum mundi creatorem, atque gubernatorem,creaturæ tibi oſtendent, tres verò in vno Deo perſonas, minimè indicabunt. Has Chriſti reuelatio,fideſq; indicat. *Nemo* (inquit) *nouit Filium, niſi Pater, neque Patrem quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Huius myſterij reuelatio,illi tempori reſeruata eſt,quo Filius in terras venit. Iudæis B vnum eſſe Deum reuelatum eſt, per Moſem,Chriſtianis vnum eſſe Deum & perſonas tres,a Chriſto manifeſta tum eſt. Cùm enim venit plenitudo temporis, venit & plenitudo reuelationis. Venit,Ezech. 17. ad Libanum Aquila grandis, & tulit medullam Cedri, ſummitatem frondium eius auulſit, & tranſportauit eam in terram Chanaan,in vrbe negotiatorum poſuit illam, &c. Quemadmodum C Aquila illa grandis,apud Ezechielem medullam Cedri ex Libano in terrā attulit negotiatorum, ſic Aquila admirabilis Chriſtus,diuinitatis (vt ita dicam) medullam ex cœlo in terram adduxit Chriſtianorum,qui negotiatores ſunt,regni cęleſtis negotia agentes. Si magna licet conferre paruis, diuinitas proceriſſimæ Cedro ſimilis ſit,huius Cedri abdita medulla, perſonarum Trinitas. Quemadmodum D Cedrus cernitur,medulla latet, ſic diuinitas cognoſci ex creaturis poterat, Trinitas abſcondita erat. Venit Aquila grandis, Dei Filius,medullam,quæ non videbatur,è celſiſſimo Libano,in terram negotiatorum tranſportauit, id eſt, è cęlo negotiatoribus Trinitatis cognitionem attulit *Neque* (inquit) *Patrem quis nouit,niſi Filius,& cui voluerit Filius,reuelare,&c.* Filius Verbum Patris eſt. Quemad- E modum verbo nos,quę in animo latent, patefacimus, ita Deus Verbo ſuo,cęleſte Trinitatis arcanum mundo patefecit.

Chriſtus Trinitatis cognitionē in mūdum attulit.

CAPVT XV.

Morale.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis.

DIxerat Dominus, *omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*, quaſi diceret, rex ſum opulentiſſimus,cuius ſceptro vniuerſus paret tum terrarum, tum cęlorum orbis. Nunc homines ad ſuū vocat regnum, vt opes illis ſuas impertiatur. Non ſum (inquit) auarus, opes meas cupio effundere in homines. *Venite igitur ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos* Oſtē derat poteſtatem,nunc oſtendit liberalem voluntatem. *Omnia mihi tradita ſunt*;poteſtatem in omnia habeo. Habeo quoq; largiendi voluntatem: *Venite ad me omnes.* Iugum mundi,peccatique fertis;laboratis ſub hoc iugo,& onerati eſtis,venite, iugum, onuſque è ceruicibus veſtris excutiam grauiſſimum Etenim grauiſſimum eſt peccati onus. Nullo pondere grauius premitur anima (ait Chryſoſt. homil. 40. in Matth.) nihil tam vehementer mentis perſtringit oculos,nihil magis deijcit,atq; proſternit, quā malę actæ vitæ,ac peccatorū conſcientia, & recordatio,&c. Pſal. 37. *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum,& ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me,&c.* D. Auguſtinus in commentarijs eiuſdem Pſalmi legit; *ſicut faſcis grauis grauata ſunt ſuper me.* Faſces nos ex peccatis efficimus graues. Illorum pondus,& ſi forte dū viuimus,non percipiamus, paulò poſt cùm ad tribunal Chriſti venerimus, ſentiemus:ſi alicui,vt in mare abijciatur,ad collum alligatur lapis, pondus illius non experitur,quouſque in mare præcipitetur,at mox vt præcipitatur,in profundum pelagi,pōdere trahitur. Eundem in modū, qui mortiferum crimen, veluti ponderoſum lapidem fert,cui alligatus, in profundum tartari pelagus eſt deturbandus,illius onus etſi modò non ſentiat, tandem magno cum luctu experiet. Thren. 1.

Chriſtus potentiſſimus & opulentiſſimus rex.

Peccati onus grauiſſimum.

Vigilauit iugum iniquitatum mearũ, in ma
nu eius,(id eſt Dei)*conuoluta ſunt, & im-*
poſita collo meo: dedit me Dominus in ma-
nu, de qua non potero ſurgere, &c. Dñe vi-
dentur hominis iniquitates, cùm ne-
que cogitantur, neq; ponderantur, at
vigilat aliqñ hoc grauiſſimum iniqui-
tatũ iugum, omneſq; a Deo conuoluũ
tur, & in vnum faſcem redactæ, miſe
ri hoīs collo imponuntur. Tunc onere
oppreſſus, in ſempiternos ruit crucia-
tus, & ait: *dedit me Dominus in manu, de*
qua non potero ſurgere, Nō.n. poterit ex
orco vmquã liber euadere. Grauiſſi-
mũ eſt peccatũ, ſed eius pondus multi
non ſentiunt. Qui non ſentiũt pōdus
culpæ; pondere obruuntur pęnæ. Qui

Iugũ mundi onerat homines.

verò pondus ſentiunt culpę, ad Chri-
ſtum vocantē veniũt onerari, vt ab eo
exonerentur. Onerat præterea hoīes
iugũ mũdi. Non.n. [vt Gregorius ait.
lib. 20 Moral. cap. 16.] ſine grauib. cu-
rarum moleſtijs, poſſunt homines tē-
poralia, quæ appetunt, vel non habita
quærere, vel quęſita ſeruare, &c. Hoc
etiam iugo nos exonerat Chriſtus, tri
buitque menti requiem, moleſtis mũ
di curis ex corde relegatis. *Inuenietis*
(inquit)*requiem animabus ueſtris, &c.*

Tollite iugum meum ſuper vos.

Neminē cogit. Dñs.

NEminem Dominus cogit. Vos (in
quit) tollite iugum meũ ſi placet
ego cogo neminem. Ita D. Bernardus
interpretatur in fine libri; de Diligen
do Deo. *Tollite* (inquit Bernardus) *iu-*
gum meum ſuper vos, ac ſi diceret: Non
impono inuitis, ſed vos tollite, ſi vul-
tis, &c. Vocauit Chriſtus• *Venite ad me*
omnes: præmiũ propoſuit; *reficiam vos.*
Numquid omnibus præmium dona-
bit? minime, ſed ijs tantùm, qui iugũ
ceruicibus ſuſceperint. Onerat enim
Chriſtus eos, quos exonerat pecca-
tis, & mundi curis, ac laboribus, one-
rat iugo ſuo. Aliud quoq; onus impo
nit exoneratis, ſed leue nimis, onus vi

Onerat nos Deus & exonerat.

delicet beneficiorum. Vnde Bernar-
dus ſerm. 15. in Pſal. Qui habitat. One-
rat (inquit) nos, cùm exonerat Deus;
onerat beneficio, cũ exonerat pecca-
to, &c. Onerant aũt beneficia illũ, in
quē cōferunt, qm̃ perpetuã gratitudi

A nem flagitant, quæ tùm animo, tùm
verbis, atque operibus, exhibeatur.

Diſcite à me, quia mitis ſum, & hu-
milis corde.

QValis Rex, ſiue Meſſias ſit, indi-
cat. Non ſuperb. eſt Rex, nō ſu-
perbus Meſſias, nō faſtu, magnificoq;
caducarum rerum apparatu tumēs.
B Humilis eſt, caducarũ rerum omniũ
contemptor. Non eſt Meſſias rex bel-
lator, non fulget armis, magno pedi-
tum, equitumq; cinctus exercitu, nō
canit bellicum, ſanguine fuſo nō gau
det. Mitis eſt, non gerit cum homini-
bus bella. *Diſcite,* ab hoc rege, quicũq;

Meſſias nō eſt rex opulantus, & bellator, ſed humilis

in eius aula verſari vultis, *humilitatem*
diſcite manſuetudinem. Tollite iugum illius
ſuper vos. Si verò & tollere, & ad mor-
tem vſque ferre vultis, humilibus il-
C lud ceruicibus ſuſcipite: ſuperbis.n.
ceruicibus, Chriſti iugum aptum nō
eſt, in humiles quadrat maximè.
Superbia, & ira excutiunt iugum,
humilitas, & manſuetudo, ſuſtinent.
Pſal. 2. ſuperbi aiunt: *Diſrumpamus vin*
cula eorum. i. Chriſti, & Patris, *& proij-*
ciamus à nobis iugum ipſorum. Et Ierem.
2. ſuperbo populo idolis ſeruienti ait

Superbia iugũ excutit.

Dominus: *A ſaeculo confregiſti iugum meũ*
D *rupiſti vincula mea, dixiſti: non ſeruiam,*
&c. Non vult ſeruire ſuperbia, ſed im
perare: vnde impij dicũtur *filij Belial,*
ſignificat autem, בליעל *Belijahhal,* vel
vt dicere ſolemus Belial, *abſque iugo,*
vt conſtat ex his verbis libri Iudic. c.
19. *Venerũt viri ciuitatis illius, filij Belial,*
ideſt, *abſque iugo, &c.* Caueat Chriſtia-
nus ne filius Belial, i. abſque iugo Dei
appelletur: appellabitur autem meri-
tò, ſi iugum ceruicibus depellat. Que
E madmodum tauri indomiti iugũ nō
recipiunt, donec manſueti, humileſq;
fiant, ſic homines. Cameli ad ſuſcipiē

Humilitas iugũ fert.

dum onus incuruantur, atque humi-
liantur: id niſi faciant, onus illis impo
ni non pōt. Eodem pacto hominē in-
curuari, atque humiliari oportet, vt
Chriſti onus recipiat, ſi humiliari no-
lit, onus abijciet. Abſque fundamen-
to ædificiũ ſtare nequit, abſq; humili-
tate nequit ſtare in homine Chriſti
lex, iugũ, & imperium. Eſt enim hu-
militas,

militas legis fundamentum. Vnde illud Auguſt. ſer. 10. de verbis Domini: Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, &c. Obſeruat Bernardus ſerm de verbis Apocal humilitatem, & manſuetudinem, eſſe collactaneas, & in Chriſto cōfœderatas. Collactaneæ (inquit) ſunt humilitas, & manſuetudo, & in eo confœderatę germanius, qui dicebat: *mitis ſum & humilis corde:* B ſicut enim mater præſūptionis elatio, ſic mēſuetudo vera, nō niſi ex vera humilitate procedit, &c.

Humilitas & māſuetudo confœderata.

Et humilis corde.

NOn ſatis eſt humilitatem externo corporis habitu præferre, in corde ſedem vt figat, neceſſe eſt, & à corde veluti fonte, in corpus emanet. Humile erat cor Chriſti, in quem Pater bona omnia manu pleniſſima effu C derat, cui omnia quæcumq; in cœlo, terraque ſunt tradiderat, noſtrum verò cor, quorum bona, ſi cum illius bonis comparentur, nihil ſunt, minimis bonis attollitur. *Sciens* [ait Ioan. 13.] *quia omnia dedit ei Pater in manus, ſurgit à cęna, &c.* hoc eſt, cùm ſciret ſe regem eſſe cœli, & terræ, tamen cum tanta dignitate, coniunxit humilitatem ſtupendam, qua diſcipulorum lauit pedes. Et hoc loco: *Omnia mihi tradita ſunt* D *à Patre meo. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Omnia in poteſtate, habet, terreſtria, atque cęleſtia; tamē humilis eſt corde. Diſcant ergo viri nobiles, ac potentes, ex hoc rege humilitatem, & ſi opulenti, dignitatib. præcellentes, proceres, principes, regeſue ſint, ſint etiam humiles corde. Cor magnum, atque auguſtum, magnarū dignitatum, & humilitatis ſimul, capax eſt; Cor anguſtum, ac paruum, di E gnitates tantùm recipit; humilitatem excludit. Omnium fluminum capax eſt magnum mare, abſque redundantia, iuxta illud Eccleſ. 1. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, &c.* At flumina ipſa pluuialium aquarum copiam, atque redundantia, ferre non poſſunt Similiter cor magnum, & vt mare latum, omnia Dei dona,

Sedes humilitatis in corde.

A abſque ſuperbiæ, & inanis gloriæ redundantia recipit; cor paruum, & anguſtum, dona Dei corporalia, aut ſpiritalia, ſi recipit, extra alueum, ripaſque effunditur. Veram animi magnitudinem (ait Chryſoſtomus, 1. Cor. hom. 1.) atq; pręſtantiam humilitas facit, &c.

Eſt præterea humilitas quædam, quæ ſolùm in cogitatione conſiſtit; altera, quæ ad effectum, corque pertin- B git. Si quis cognoſcit ſe homunculum eſſe, nullius pretij, qui a ſe quidem nihil præter peccata habeat, is humilitatem cognitionis habet. vt Bernardus appellat. Sed ſi humilitas ad affectum, & cor non perueniat, nō eſt humilitas cordis, quam & expetere, & amplexari neceſſe eſt. Audiamus D. Bernardum ſerm. 4. de Aduentu hæc verba, de quibus agimus, pertractantem; *Diſcite à me, quia mitis ſum, & hu-* C *milis corde.* Cōſidera [inquit] in his verbis, quoniam humilitas duplex eſt; altera cognitionis; altera affectionis, quæ hic dicitur humilitas cordis. Priore cognoſcimus, quòd nihil ſumus, & hanc diſcimus à nobis ipſis, & ab infirmitate propria; poſteriore, calcamus gloriam mundi; & hanc ab illo diſcimus, *qui exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens.* Philip. 2. Sic Bernardus. Lege eundem Bernardum ſerm. D 42. in Cantica; Eſt (inquit] humilitas, quam veritas parit; & non habet calorem, & eſt humilitas, quam caritas format, & inflammat. Atque hæc quidem in affectu, illa in cogitatione conſiſtit, &c.

Humilitas duplex cognitionis, et affectus.

Et inuenietis requiem animabus veſtris.

MVndi iugum curas, moleſtaſque animi perturbationes affert, iu E gum Chriſti humilibus impoſitū ceruicibus, requiem animabus parit. Quamdiu in mari nauis eſt, fluctuat, ſi ſubducitur in littus, quieſcit. Quādiu in mundo, mundaniſque deſiderijs, animus verſatur, cupiditatibus, & curis, veluti fluctib. agitatur; ſi ad Chriſtum veluti pacatiſſimum littus, ac portum accedit, tranquillatur. D. Cyprianus libro ſecundo, epiſtola ſe-

Iugū Chriſti affert requiem, & iugum mūdi curas.

cunda. Vna (inquit) placida,& fida tranquillitas,vna ſolida,& firma, & perpetua ſecuritas; ſi quis ab his inquietantis ſæculi turbinib. extractus, ſalutaris portus ſtatione fundatus, ad cœlum oculos tollit à terris,& ad Domini munus admiſſus,ac Deo ſuo mẽte iam proximus, quidquid apud cæteros in rebus humanis ſublime, ac magnum videtur,intra ſuam conſciẽtiam iacere gloriatur, &c. Geneſ.4. *Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra, &c.* Hebraicè dicitur habitauit in terra נוד *Nod.* Significat autem נוד *Nod,commotionem* Sic ſeptuaginta vertũt; habitauit in terra Naid, &c.Et D Hieronymus in libro de locis Hebraicis: Naid (inquit] vertitur in ſalum,id eſt,motum,ſiue fluctuationem,&c. Eũdem in modum,qui à facie Chriſti egredĩ, hoc eſt, qui à Chriſto ad mundana deſideria ſe trãsfert, in terra habitat Nod,ſiue Naid, hoc eſt, *in commotione ac fluctuatione animi. Vagus* [ait Dominus ad Cain eodem cap.] *& profugus eris ſuper terram,&c* Vagantur ſuper terram,qui terram quærunt,quieſcunt, qui Chriſtum ſolum deſiderant. Hanc quietem illa expetebat,quæ Cant. 1.ait. *Indica mihi, quem diligit anima mea,vbi paſcas, vbi cubes in meridie;ne vagari incipiam,&c* Vagatur anima abſque requie,quæ vbi bonus paſtor paſcat in meridie,& quieſcat, quietemque prębeat ouibus,ignorat; quieſcit anima,quæ cum paſtore ſuo in meridie,ſub frondoſa crucis cubat arbore. In hæc ſponſæ verba, ſic egregiè Gregorius ſcribit: Verè (inquit) in quo Chriſtus nõ cubat, vagaĩ. Quia mens,quam ille ſuauis, & põderoſus Chriſti ſpiritus non implet, multis cogitationibus diſſoluta, circumfertur, &c. De miti illa columba,quæ ex Arca Noe exijt, Gen.8. ſcriptum extat: *Cùm non inueniſſe., vbi requieſceret pes eius,reuerſa eſt ad eum* (ſcilicet Noe) *in Arcam,&c.* Non inuenit in rebus caducis quietem columbina,mitis, & humilis mens;ad ſuum Noe reuertitur, in ipſo quietem ſe nouit inuenturam, quam orbe non inuenit toto. Eſt.n. Chriſtus verus Noe (id eſt, vera requies: Nam נח *neach,* Hebræis *requiem*

Vagantur ∂ẽs,q Chriſtum relinquunt.

Chriſtus Noe, i. requies.

A ſonat qui in medijs diluuij fluctibus animab. requiem præſtat. *Venite* (ait) *ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis:* ad me (inquam] venite, qui verus Noe ſum, hoc eſt, vera dulciſque requies: *& inuenietis requiem animabus veſtris.* Lib.1 Regum,cap.7. *Requieuit omnis domus Iſrael,poſt Dominum,&c.* Qui Deum ſequitur,is poſt Deum requieſcit, qui ſequitur mundum, poſt mũdum vagatur, quærens requiem, &
B non inueniens. Clamat Auguſt. lib.4. Conf.cap.12. Non eſt (inquit) requies vbi quæritis eam. Quærite quod quæritis; ſed ibi non eſt, vbi quæritis: beatam vitam quæritis in regione mortis; non eſt illic,&c. Cap.11. ab anima ſua precibus contendit,vt vocem vocantis audiat Chriſti,& ad locum redeat quietis: Noli (ait) eſſe vana anima mea,& obſurdeſcere in aure cordis,tumultu vanitatis tuæ. Verbum
C ipſum clamat vt redeas, & ibi eſt locus quietis imperturbabilis,&c. Denique lib.6. Conf.cap 16. Væ (inquit) animæ audaci,quæ ſperauit,ſi à te receſſiſſet,ſe aliquid melius habituram. Verſa,& reuerſa,in tergum,& in latera,& in ventrem, & dura ſunt omnia. Et tu ſolus requies ò Domine. Sic Auguſtinus.

Non eſt in caducis rebus quies.

Deus ſolus eſt requies.

D *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

AD iugum ſuſcipiendum ſuauitate allicit,& oneris leuitate;quaſi dicat:ne vos iugi,& oneris terreat cõmemoratio, ad iugum voco, ſed ſuaue;ad onus,ſed leue. Mitis ſum; mite eſt iugum,quod ceruicibus veſtris imponam. Vnde Bernardus in ſerm. de
E ſubijcienda volũtate: Quãtò (inquit] benignior, & dulcior eſt diuina clementia quolibet homine; tantò ſuauius eſſe manifeſtum eſt iugum eius cæteris omnibus, &c. Teſtis huius ſuauitatis oculatus, & expertus eſt D. Auguſtinus,qui lib.10. Conf.c 36. ſic de ſe ſcribit: Manſueſeciſti Domine iugo tuo ceruicem meã, & nunc porto illud, & leue eſt mihi. Qm̃ ſic promiſiſti,& feciſti. Et verè ſic erat; & ne-

De ſuauitate iugi Chriſti.

& neſciebam,quãdo id ſubire metuebam. Sic ille. Felix ille eſt, cuius ceruicem Chriſtus iugo ſuo manſuefacit. Nam ceruix, quæ mãſuefacta nõ eſt, non fert iugum. Ideo Dominus, prius ait; *Diſcite à me humilitatem, & manſuetudinem* Poſtea *tollite iugum meum.* Prius tollite virtutes meas; poſtea tollite iugum meũ. Molle aliquid collo boum imponitur, quod iugum recipiat, & reddat mollius. Eundem in modum molle aliquid, i. manſuetudinem, &

B

humilitatem, animo oportet imponere, vt molle, leue, ſuaueque efficiat iugum Chriſti.

Præterea ſuaue Chriſti iugum reddit auxilium, vſus, præmium, exemplum caritas. In primis iugum facile reddit auxiliũ Chriſti. Egregiè Diuus Ambroſius lib de Iſaac & anima c.3.

Quæ Chriſti iugũ ſuaue reddãt.

D. Ambro.

Dei onitur (ait] ſarcina, quib. manus tua fulcro eſt, & oleũ tuũ infunditur, &c. Non vnũ tñ animal fert iugũ, ſed

C

ab altero iuuatur; duorũ eſt iugũ, nõ vnius. Eundẽ in modũ, Chriſti iugum, non ſolus fert hõ: iuuat ẽt Deus. Duorum eſt iugũ noſtrũ, hoïs tanquã ſubiecti, ac portantis: Chriſti tamq̃ opitulãtis. Homo operatur; Chriſtus cooperatur, ex Auguſt. ſerm. 13. de Verbis Apoſtoli. Si non eſſes operator, Deus non eſſet cooperator, &c. Itẽ: Agis, & ageris: & tunc benè agis, ſi à bono

D August.

D

agaris. Spiritus.n. Dei, qui te agit, agẽtibus adiutor eſt, &c. Pſal.67. *Proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorũ.* Vertit Hieron. *portabit nos Deus ſalutis noſtra.* Portat.n nos Deus ſuis auxilijs, & proſperum iter facit in cœlum. Nam ſuauiter equitat is, quẽ auxiliũ Dei portat, proſpere nauigat is, quem ſecũdus diuinæ gratiæ ventus impellit. 1.Cor.15. *Abundantius* [inquit Paul.) *illis omnibus laboraui. Non ego, ſed gratia Dei mecum, &c.* Laboramus,

De auxilio Dei.

1.Cor. 15.

E

iugumq; ſuſtinemus, non nos tantũ, ſed gratia, Deiq; auxilium nobiſcũ. *Sine me nihil poteſtis facere;* ait Dominus Io. 15. ſine Chriſto nihil, cum Chriſto omnia facere poſſumus, iuxta illud Pauli ad Philipp.4. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat, &c.* Poſſum [inquit) omnia; ſed Chriſti fultus auxilio.

Philip.4.

Secundò reddit ſuaue iugum vſus:

Vſus ſuaue reddit iugum.

A

Sapores (ait Bernard. epiſt.1.) rebus reddit exercitium, &c. Eundẽ in modum exercitium, vſusq; ferendi iugũ ſaporem illi affert. Dauid 1. Regum 17. *Capit tentare, ſi armatus poſſet incedere: Dixitq; Dauid ad Saul. Non poſſum ſic incedere, quia vſum non habeo, &c.* Nõ potuit arma ferre Dauid, quia vſum nõ habebat, ſi habuiſſet vſum, arma tuliſſet. Eũdẽ in modũ Chriſtianus Chriſti iugũ, cũ ſubijt, fortè ait; Nõ poſſũ

1.Reg. 17.

B

ſic incedere, iugo preſſus, præceptorũ pondere oneratus: quia iugo ferendo non aſſueuit: aſſueſcat, feret leuiter. Subitò procedenti de vmbra ad ſolẽ, [ait Bernard. epiſt. indicata] de otio ad laborem, graue cernitur oẽ quod incipit. Sed poſtquã ab his diſſueſcere, & ad illa ſe pauliſper aſſueſcere cœperit, vſus tollit difficultatem, inuenitque facilè eſſe, quod impoſſibile antè putauit, &c.

D. Bern.

C

Tertiò ſuaue reddit iugum præmij ſpes. ſuauem laborem agricolæ, militi, mercenario, mercatori, nautæ, reddit ſpes lucri. Quodnam verò maius lucrum reperiri poteſt, quàm lucrum ſempiternum? tanti lucri ſpes onus quodcumque leue reddit, iuxta illud Pauli 2.Cor.4. *Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtra, ſuprà modum in ſublimitate,* Græcè, *καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, æternum glo-*

Spes præmij.

2.Cor.4.

D

riæ pondus operatur in nobis, non contemplãtibus nobis quæ videntur, ſed quæ non vidẽtur, &c. Si in lance vna pondus æterni præmij colloces, in altera Chriſti iugum, omneſque labores pro Chriſto exanthlatos ſtatuas; momentaneum, & leue huius lancis pondus videbitur, alteriuſque lancis pondere immenſo ſurſum, veluti leuis ſtuppa attolletur. Nam *immenſum,* vt ait Paulus *eſt præmij pondus;* iugi verò põdus leue,

E

& momentaneum Non contemplantibus nobis (inquit] *quæ videntur, ſed quæ non videntur.* Oportet enim animum ab his caducis auocare rebus, & in ipſum cœlum, præmium cogitando cœleſte, transferre; ſi vis iugum Chriſti leue eſſe experiri. Sacra anchora eſt ſpes noſtra, quæ inter ſæculi huius turbines animum firmat, ac corroborat, vt anchora nauem, anchora in terram

Spes anchora.

A iacitur;at ſpes iacitur in cęlum. Vnde Paulus ad Hebræos 6. *Qui confugimus*(inquit)*ad tenendam propoſitum ſpē, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam,ac firmam,& incedentem vſq; ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introijt Ieſus, &c.* En Paulus ſpem *anchoram*,vocat;& *ad interiora velaminis*, in Sācta Sanctorum.i.cęlum,*incedere* ait, quoniam in cęlo figenda eſt, vt inter B mundi procellas, nauis noſtra, ſalua firmaq; conſiſtat. *Spe gaudentes*(dixit idem Apoſtolus ad Rom.12.) *in tribulatione patientes,&c.* Cœleſtis ſpes gloriæ gaudium affert, gaudium patientiam operatur,patientia verò,& gaudium,leue,ſuaueq; iugū efficit. Gregor.in Commentarijs 1.lib.Reg.cap. 5.Ioannes(inquit)ait 1.Ioan 5.*Mandata eius grauia non ſunt.* Grauia quippe non ſunt electis,quia dum æternæ C vitæ gloriam,magno deſiderio appetunt, præcepta euangelica gratanter ferunt,&c. Et Auguſtinus ſerm.9. de verbis Domini. Quàm facilè toleratur quęlibet aduerſitas temporalis,vt æterna pœna vitetur, & æterna requies comparetur,&c.

Hebr. 6. — *Rom. 12.* — *1. Ioan. 5.* — *D. Gregor.* — *Auguſt.*

Quartò ſuaue iugum reddit, Chriſti Sāctorumq; exemplum. Exemplū enim cogere videtur hominem. Hie- D ronymus in libro de Viris illuſtr. de Marco;Primus(ait) Alexandrię Chriſtum annuncians,conſtituit Eccleſiā; tanta doctrina,& vitæ continentia,vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplū ſui cogeret,&c. Si exemplum Marci ſectatores cogebat Chriſti; quid de exemplo dicendum eſt Chriſti?Cogit quodammodo nos Chriſti exemplum ad ferendum iugum, nihil.n. nos tolerare poſſumus,quod ipſe prior non E tolerarit. Ad Gal.2. ait D.Paulus D. Petrum gentes ſuo exemplo cogere. *Quomodo*(inquit) *gentes cogis iudaizare, &c.* Si cogebat Petrus exemplo; vehementius multò coget Chriſtus Si rex vrbem oppugnans, ceruices onerib. ſubijciat;nonne nobiles cogit, idē vt faciant?ſi Chriſtus onerib. regias ceruices ſubdidit;nonne nos cogit,idem vt faciamus?leue eſt nobilibus, quidquid Rex facit,facere;leue Chriſtianis qui iugum Chriſti alacriter ferūt,

D. Hieron. De exēplo Chriſti, & Sāctorum. — *Gal. 2.*

A quidquid oneris Chriſtus tulit, ferre. Leue fuit nobilib. Abimelech,arborū ramos humeris impoſitos portare,Iudicū cap.9. Videbant.n.ducem ſimiliter oneratum. *Arrepta ſecuri,præcidit arboris ramum:impoſitumque ferens humero, dixit ad ſocios:Quod me videritis facere,cito facite,&c.* Abimelech arboris ramū; Chriſtus crucē humero fert, ſuiſq; ait ſocijs;*Quod me videritis facere,hoc facite:* B id eſt,*tollite iugum meum ſuper eos.*Chriſti.n.iugū eſt crux, iuxta illud Matth. 16.*Si quis vult poſt me venire,tollat crucē ſuam,& ſequatur me,&c.* Quis ergo nō exiſtimabit ſuaue eſſe onus portare, quod ſummus portat princeps, quem multa fortiſſimorū militum millia,alacri,lætoq; animo ſequuntur,idē ferentes onus?Olim Miltiades Imperator Athenienſium, vt ſcribit Philo in libro cui titulus, *Quomodo omnis probus* C *eſt liber*,qn̄ Rex Perſarum, tam multa millia traiecit in Europam, quaſi ad primū clamorem oppreſſurus Græciam, conuocatis in Panathenaicum conuentum ſocijs, pugnantes gallos oſtendit gallinaceos, ratus hoc ſpectaculum,maiorem vim habiturū ad permouendos Græcorum animos, quam orationem. Nec eum fefellit ſua opinio,ſpectata in brutis patientia, perti- D naciq; cōtentione,vſq; ad necem pugnantibus,inuicto pectore, correptis armis eam expeditionē ſuſceperunt, contemptis mortib.& vulneribus:ſic Philo. Miltiades milites ſuos,vt ad pugnam inflammaret, pugnantes oſtendit gallos gallinaceos;at nobis nō galli,ſed homines oſtenduntur ſanctiſſimi,p virtute,Deiq; caritate,ad mortem vſq; dimicantes. Si gallorum pugna,milites ad bellum reddit alacres, E ſanctorum cum vitijs pugna, quantū alacritatis Chriſtianorum animo, ad pugnandum,iugumque portandum, afferre debet.

Iud. 9. — *Crux Chriſti iugum.* — *Matth. 16.*

Quintò ſuaue reddit iugum caritas vt Auguſtinus docet ſermone 9. de verbis Domini.*Iugum*(inquit) *Domini ſuaue eſt, & ſarcina leuis,* etſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus,&c. Addit eodem loco:Quæ dura ſunt laborantibus;eiſdem ipſis miteſcunt amantib.&c.

Caritas ſuaue Chriſti iugum reddit. — *D. Auguſt.*

Digitized by Google

A &c. Et in libro de natura & gratia, c. 69. Omnia [ait) fiunt facilia caritate, cui vni Chriſti ſarcina leuis eſt. Aut ea vna eſt ſarcina, ipſaq; leuis eſt, &c. Et cap 70. Viæ Domini duræ ſunt timori, leues amori, &c. Et D. Bernard. ſerm. 43. in Cant. *Iugum* (inquit] Chriſti *ſuaue eſt, & onus leue.* Non quia leue in ſe, nec. n. leuis paſſionis aſperitas, mortis amaritudo, ſed leuis eſt amanti, &c. Solent qui portant onera molles ſupponere pãnos, vt ferant leuius; B nos caritatem ſi ſupponamus oneri, ac iugo, & feremus illud alacriter. Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi* ait ſponſa cęleſtis. Nam ijs, quib. eſt dilectus Chriſtus, non falcis eſt põderoſus, ſed faſciculus leuis, vt Bernardus adnotauit ſermo 43. Cãt. Propterea [ait Bernardus] non falcem, ſed faſciculum dilectũ dicit; quòd leue præ amore ipſius ducat, quidquid laboris immineat, & doloris, &c. Item: Non C ait, *faſciculus myrrhæ dilectus meus*, ſed, *Mihi*, inquit, quæ diligo faſciculus eſt. Vnde & dilectum nominat, monſtrãs dilectionis vim, omnium amaritudinũ ſuperare moleſtiam, &c. Denique iugũ Chriſti ſuaue, & onus leue, reddit meditatio. *Curremus* (ait ſponſa Cãt. 1) *in odorem vnguentorum tuorum, &c.* Qui Chriſti vnguenta ſuauiſſima, meditando odoratur, hic oneris labo D rem non ſentiens, currit; qui non odoratur, iugo preſſus deficit. His adde iugum peccati, ac mundi, boum iugis eſſe ſimile, quæ ceruices atterunt, & in terram deprimunt, at iugum Chriſti

D. Bern.

Cant. 1.

Meditatio reddit Chriſti onus leue.

Cant. 1.

A non in terram hominem, cui imponitur deprimit; ſed in cęlum ſubleuat. Auguſt. Pſal. 59. Ferant (inquit) Chriſti ſarcinam, qui volunt, & inueniẽt, quàm ſit leuis, quàm ſuauis, quàm iucunda, quàm rapiens in cęlum, & à terra eripiens, &c. Similis eſt Chriſti onus oneri alarum, onus habent alæ volucrum, ſed in aerem attollunt. Sic Chriſti iugum, Chriſti ſarcina (ait Auguſtinus eodem Pſalmo) ſuo leuat te, B Chriſti ſarcina pennas habet, &c. Lege alia tom. 1. lib. 1. cad. 10. quo oſtendimus iugum veteris teſtamenti graue fuiſſe. Noui verò teſtamenti iugũ eſſe leue. Deniq; leue eſt onus Chriſti, quoniam ſalus noſtra eſt Pſal. 67. *Proſperum iter faciet nobis Deus ſalutariũ noſtrorum, &c.* Verbum Hebræũ עמס *bhamas*, ſignificat onerare. Ideoq; in Biblijs regijs huiuſmodi extat verſio: *In onus imponet nobis Deus ſalutem no-* C *ſtram, &c.* ò onus leue? ò onus dulce? Quis non ferat libenter onus ſalutis ſuæ, ſi onus eſt appellandum? Quorſum legem Dei ſeruare iubemur, eiuſque mandata? Nònne vt æternam corporis, animique ſalutem conſequamur? Meritò ergo onus ſalutis appellatur, meritò onus leue dicitur, & iugum ſuaue, quo æterna comparatur ſalus. Omnia amara exſorbet æger, quaſi dulcia, vt ſalutem conſequatur D paucorum dierum, omnia grauia illi videntur leuia. Quis ergo graue iugũ atque oneroſum, & inſuaue reputet, quòd ſalutem parit ſempiternam?

Iugũ Chriſti volucrũ alarum ſimile.

C A P V T XVI.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.

L V C A S C A P I T E X. Verſ. 23.

ET conuerſus ad diſcipulos ſuos dixit: Beati oculi, qui vident, quæ 24
vos videtis. * Dico enim vobis, quòd multi prophetæ, & reges,
voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire,
quæ auditis, & non audierunt.

A DIxerat ſupra Dominus, Patrem Meſſiæ aduentum abſcôdiſſe ſapientibus,& prudêtibus, & reuelaſſe paruulis:nunc paruulos diſcipulos beatos vocat, quòd Meſſiam prophetis, regibuſq; deſideratum viderint. Eadê ferè verba à Chriſto dicta ſunt, alio tempore. Matth.13.Poſtquam parabolam ſeminâtis propoſuit, cùm à diſcipulis eſt interrogatus, cur parabolis obſcuris vteretur,reſpondit: *Vobis datũ eſt noſſe myſteria regni cęlorũ, illis* B *autem non eſt datum:ideo in parabolis loquor eis,quia videntes non vident, & audientes non audiunt neque intelligũt, &c. Veſtri autem beati oculi,quia vident,& aures veſtra quia audiunt. Amen quippe dico vobis,quia multi prophetæ,& iuſti cupierũt videre,quæ videtis,& non viderunt.& audire, quę auditis,& non audierunt. Vos ergo audite parabolam,&c.*

Apud Matthæum 13. verſ 16.17 eadem verba.

Quærat aliquis,de quibuſnam oculis hæc verba intelligêda ſint,de C oculiſne corporis,& carneis,quibus diſcipuli Chriſtum cernebant, an potius, de oculis ſpiritus,& fidei? Nam ſi de oculis carneis intelliguntur; beati êt dicendi ſunt multi Iudæi impij,qui illum hiſce oculis videbant:ſi de oculis ſpiritus,& fidei,accipiantur,non erit verum,quod dicitur; *Prophetæ non viderunt,& non audierunt*: ſiquidem oculis & auribus,ſpiritalibus, viderunt, & D audierunt. Reſpondemus, verba hæc interpretanda eſſe,de oculis, & auribus,tam corporis,quàm mentis Nõ enim beati dicerêtur diſcipuli,ſi corporis tantùm luminibus Chriſtũ cernerent,vt Iudæi improbi; neque dicerentur cognitionê Chriſti præſtare prophetis, ſi ſpiritali tantùm viſione ipſum conſpicerent. Dicuntur ergo beati, propheti ſque pręcellentiores; quia tùm corporis, tùm mêtis oculis E viderunt:Iudæi verò improbi, tantũ oculis corporis conſpexerunt, nõ mêtis;prophetæ viderunt oculis mentis, ſed non corporis D. Hieronymus, Matth.13.cũ oppoſuiſſet, videri huic loco eſſe contrariũ,quod dr:Ioan.8 *Abraham exultauit.vt videret diem meum, vidit,& gauiſus eſt*.Rñdet his verbis: Nõ dixit Chriſtus, omnes prophetæ, & iuſti, cupierunt videre, quæ videtis,

Sintne verba Domini intelligêda de oculis, & auribus corporeis?

D.Hieron.

A ſed *multi*,,inter multos poteſt fieri, vt alij viderint,alij non viderint,&c At licèt omnes non viderint (quod non eſt concedendum)quæſtio de ijs, qui viderũt excitari poteſt:non ergo hęc expoſitio eſt ſatis, neque illa ſatis D. Hieronymo fecit,ideoq; hæc adiecit: Licèt in hoc(inquit]periculoſa ſit interpretatio,vt inter Sanctorum merita diſcretionem quamlibet facere videamur,ergo Abraham vidit in ænig B mate,vidit in ſpecie;vos autem diſcipuli,in pręſentiarum tenetis,& habetis Dominum veſtrum,& ad voluntatem interrogatis,& conueſcimini ei, &c. *Itaq;* licèt prophetæ viſione ſpiritali, aduentum Chriſti contemplati ſint, tamen a diſcipulis ſperantur, quòd illum oculis viderint corporeis & cum illo verſati ſint.

Præterea obijci poteſt, verba hæc illis aduerſari Ioan.20. *Beati qui non vi* C *derunt,& crediderunt*. Etenim Chriſtus eo loco *beatos ait illos eſſe, qui non viderunt*:hic autem *beatos* eſſe ait *eos, qui viderunt*. Si quidem beatos eſſe aſſerit diſcipulos,præ prophetis,quòd diſcipuli viderint,prophetę non viderint. Reſpondemus,apud Ioannê loqui Chriſtum de viſione reſpectu fidei, quæ viſionem excludit: hic verò de viſione agere diſcipulorum iam credentium. Non repugnat vna beatitudo alteri. D Beati enim ſunt,qui poſtquam crediderunt,vident. Præterea diſcipuli nõ videbant Chriſtum eſſe Meſſiam, & credebant Credêtes videbant ipſum Meſſiam, ſed non videbant eſſe Meſſiam. Beati igitur erant,quia nõ viderunt,& crediderunt,id quod nõ viderunt. Beati quoque quia viderunt ipſum Meſſiam.

Quomodo beati ſunt qui non viderunt. & beati qui viderunt. Ioan. 20.

E *Multi prophetæ, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, &c.*

OMnes prophetæ Chriſtum cernere,& audire deſiderauerũt. Vnde illud Iſaiæ 53. *& deſiderauimus eum.* Omnes autê prophetas Chriſtũ deſideraſſe probatur;quòd omnes de Chriſto ſint vaticinati,neque dubitãdũ videatur illum videre pe optaſſe, de quo vaticinabantur Act.3. ait Petrus;

Iſai 53.

Act. 3.

Digitized by Google

Act. 10. Omnes prophetæ Chriſtum deſiderauerũt.

A tus: *Deus prænunciauit per os omnium prophetarum pati Chriſtũ ſuum, &c.* Et Act. 10. *Huic*, id eſt, Chriſto, *omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere, per nomen eius, omnes qui credunt in eum, &c* Illud igitur, quod ſuprà ex Hieronymo attulimus; Poteſt fieri, vt alij viderint, alij non viderint; reijciendum eſt, quemadmodum idẽ Hieronymus reijcit. Etenim omnes prophetæ, Chriſtũ ſpiritali viſione conſpexerũt; & omnes Chriſtum B deſiderarunt. Neq; obſtat, quòd Chriſtus dixerit: *Multi prophetæ* Nam omnes multi ſunt.

An omnes reges Chriſtum videre voluerunt.

Quæritur, an omnes etiam reges, Chriſtum videre voluerint? Reſpondemus omnes reges iuſtos, qui Deũ coluerunt, venturũmq; Meſſiam crediderunt, illum videre optaſſe De improbis, & qui idola coluerunt, dubiũ eſt Nam fieri potuit, vt etiam illi, vt Samaritana illa euangelica Ioann. 4. C Meſſiam expectarint, atque adeò videre voluerint. Sed Chriſtus videtur loqui ſaltem apud Matthæum, non de ſimplici ſolùm voluntate, ſed de deſiderio. Sic enim ait. *Multi prophetæ, & iuſti cupierunt, ἐπεθύμησαν videre, quę videtis, &c* Hoc verò deſiderium idolorum cultoribus, & improbis regibus; non videtur tribuendum, preſertim ſi ſibi perſuaſerant, Meſſiam regnum Iſraelitarum temporale, ſibi vendicaturũ; D quod in animum Herodes infanticida induxit. Apud Matthæum adduntur iuſti. *Multi* (inquit) *prophetæ, & iuſti* Putat Beda iuſtos eos appellari, qui apud Lucam dicuntur *reges*, hoc ſenſu: *Multi prophetæ, & iuſti*, hoc eſt, multi prophetæ, & reges. Quos (inquit) Lucas multos prophetas, & reges dicit; Matthæus apertiùs prophetas, & iuſtos appellat. Ipſi enim ſunt reges E magni: quia tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt, &c. Itaque metaphoricè nomen regum ſumit, Pro iuſtis. Propriè potiùs ſumẽdum eſt pro regibus Hebræorum Dauide, Salomone, & alijs. Iuſti autem apud Matthæũ præter iuſtos reges, appellantũr et multi alij homines, qui reges nõ erant, & Meſſiã deſiderabant.

Qui iuſti Chriſtum deſiderarint. Beda.

Rex eſt, q ſeipſum regit.

A Hæc antiquæ Eccleſiæ deſideria illa indicant verba Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui, &c* quaſi dicat antiqua ſynagoga: Veniat iam, deſcendat è cęlo dilectus, meque dilectam ſuã ſponſam amplexans oſculetur præſens; non abſens. In hanc ſententiam interpretatur Theodoretus (vt omittam alios) Aucti(inquit) ſponſa ab ipſo ſponſo deoſculari. Tantùm non hiſce verbis Patrem ipſius compellans. Mitte B mihi vnigenitum Filium tuum ò Domine. Nimium diu iam illum expecto, illum deſidero, &c. Et Diuus Athanaſius in Synopſi. Sunt (inquit) verba iſta veteris populi precãtis Dominum, vt deſcenderet, & carni coniungeret, &c Diuus Bernardus ſerm. 2. Cant. Patrum (inquit) deſiderium flagrans, & piæ expectationis affectũm, ſpirat mihi vox iſta, &c. Eadẽ deſideria illa quoq; verba oſtendunt C c. 8 *Qui mihi det te fratrem meum ſugentẽ vbera matris meæ, vt inueniam te ſolum foris, vt deoſculer te & iam me nemo deſpiciat &c* hoc eſt, quis mihi det, vt homo factus mihi frater efficiaris & eiuſdem humanæ particeps naturę, vbera matris meæ Virginis Deiparæ, quæ mater erit omnium, ſugas. *Quis mihi det, vt inueniã te foris*, hoc eſt, in terra, *vt te deoſculer, & amplectar & iam me nemo deſpiciat*. Quis. n. deſpexerit Deo coniũ D ctã ſponſam? D. Ambroſius in lib. de iſtit. virg. c. 1. Oſculatus [inquit] eſt Chriſtus Eccleſiam foris, qui *tamquã ſponſus, procedens de thalamo ſuo, exultauit tamquam gigas, ad currendam viam* Pſal. 18. foris factus eſt, qui erat intus. Vide illum intus, q̃ſi legis qued in ſinu eſt Patris. Cognoſce illum foris; quãdo nos quęrit, vt redimat, &c. Illa itẽ Iſaię verba, c. 45. hoc deſiderium præſeferũt. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, et germinet ſal E uatorem, &c.* Illa etiam c. 64 *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes, &c.* Cupiva es, vt deſcendat Chriſtus, cœloſque, qui clauſi erant diſrumpat ſuo aduentu. Dicitur pręterea Chriſtus in diuinis literis non ſolùm Iudęis, ſed etiam gentibus deſideratus Aggai 2. *Veniet deſideratus cunctis gentibus, &c.* Id Richardus Victorinus lib.

de

Cant. 1. Deſideria antiquæ Eccleſiæ.

Theodore.

D. Athan.

D. Bernar.

Cant. 8.

D Ambro.

Iſai 45.

Iſai. 64.

Aggæus 2 Ricardus.

Digitized by Google

de Incarnat. part. 1. c. 8. dictum propterea cenſet, quòd in cunctis gentibus ante Chriſti aduentũ aliqui fuerint, qui illum deſiderarint. Non dixit propheta (ait Ricardus) veniet deſiderandus, ſed *veniet deſideratus cunctis gentibus*. Vt intelligas, in omni gente, aliquos aliquando in eius deſiderio flagraſſe. Erat igitur eius aduentus, a multis gentibus præcognitus, & ardenter deſideratus. Sic ille. Aliter; *Veniet deſideratus*, id eſt, qui erit deſideratus, poſtquam venerit cunctis gentib. Vel potiùs, Veniet Meſſias, quem cunctæ gentes iam deſiderant. Dicuntur autem gentes deſideraſſe Meſſiam, quem nondum agnoſcebant; quemadmodum terra arida, dr aquam deſiderare Et Iob 37. *Frumentum deſiderat nubes, &c.* Vt frumentum nubes, & aquam, deſiderare dr, quia illa magnopere indiget, ſic cunctę gentes, dicunt deſiderare Meſſiam adhuc incognitum, quoniã illo maximè indigebant.

Deſideratus fuit gẽtibus Chriſtus.

Iob 37.

Eundem in modum appellat Meſſias à Iacob, Geneſ. 49. *deſiderium collium æternorum*. Ipſi enim *colles ęterni*, hoc eſt, antiqui, ab initio orbis conditi, ipſiq; montes, Meſſiam deſiderabant, qui Cant. 5. dicitur, *totus deſiderabilis*, Hebraicè, וכלו מחמדים *vecullo mahamadim, & totus ipſe deſideria*. Quidquid enim in Chriſto eſt, deſiderabile eſt, pulchrum, ſanctum, amabile. Beati ergo oculi, qui illum cernebãt, beatæ aures, quæ obedienter audiebant. Salomonem ſic affatur regina Saba 3. Regum 10. *Beati uiri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam, &c.* Si beati dicuntur, qui Salomonem videbant, & audiebant Meſſiæ vmbram tenuem, quantò beatiores dicendi ſunt diſcipuli, qui ipſum cernebant Meſſiam, illiúſque melliflua ſapientia perfruebãtur? Eodem capite 10. lib. 3. Regum legitur: *Vniuerſa terra deſiderabat vultũ Salomonis, ut audiret ſapientiam eius quã dederat Deus in corde eius &c.* Si deſiderabilis vultus erat, & ſapientia Salomonis, quanto Chriſti vultus, & ſapientia eſt deſiderabilior? *Beati ergo oculi qui uident, quæ nos uidetis; ò diſcipuli, & aures, quæ audiũt quæ auditis*. Hunc

Gen. 49.

Cant. 5.

Chriſtus deſiderabilis totus.

3. Reg. 10.

3. Reg. 10.

verum Salomonem, multi prophetæ & reges voluerunt videre, & audire, ſed non eſt illis conceſſum: vobis autem cõceſſum eſt, iuxta illud Iſaiæ 52. *Oculo ad oculum videbunt, cùm cõuerterit Dominus Sion, &c.* Et capite 30. *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, &c.*

Iſai. 52. & 30.

Et non viderunt.

Voluerunt prophetæ, reges, iuſtique alij viri videre Chriſtum, eiúſque conciones audire: & non viderunt, neque audierunt: ſiquidem è vita diſceſſerunt, ante quam Deus Patribus promiſſum Meſſiam mitteret, 1 Petr. 1. *De qua* (inquit) *ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerũt, ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuncians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias, &c.* Scrutabantur prophetę tempus aduentus Meſſię, ſed illud non uiderunt. Vnde ſequitur; *quibus reuelatũ eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quę nunc nunciata ſunt vobis, &c.* Reuelatum prophetis fuit non uiſuros eos Meſſiam ſuo tempore. Ad Hebręos 11. *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, &c.* A longè iuxta & Prophetę Meſſiam aſpiciebant, a longè ſalutabant; poſt lõgum enim tempus in orbem uenit. Quamobrem de antiquis Patrib. Diuus Gregorius illa verba Iob 9. interpretatur. *Dies mei velociores fuerunt curſore, fugerunt, & non uiderunt bonum, &c.* Curſores Patres fuerunt, qui Meſſiã uenturum nouis nunciarunt. At vita eorum fugit, & non uidit bonum, id eſt, Chriſti optatum aduentum. Quia Patres (inquit Gregorius) ante præſto latum redemptoris tempus ſe ſubtrahi prauident: tranſire ſe curſore velocius dolent, &c. Item, Quia antiquorum Patrum dies, prius finiti ſunt, quàm mundo Deus in carne mõſtraret, rectè de eiſdem dieb. dr, *fugerunt, & non viderunt bonum &c.* Adiungit Iob: *Pertranſierũt dies mei, ſicut naues poma portantes, &c.* Eundẽ in modum

Prophetæ obierũt pro miſſione de Meſſia acceptа, non conſpecta. D. Gregor.

per-

pertranſierunt Patres, vt Gregorius docet. Qui (inquit) poma deferentes maria tranſmeant, fructuum odore perfruuntur, eorundem fructuũ alijs cibos ferũt, &c. His ſimiles fuère prophetæ, eo quod beatum illum Virginei ventris fructum, propheriæ tantùm odore perceperunt: diſcipuli verò eodem ſumma cum dulcedine potiti ſunt. Patres (ait Gregorius) diuinæ incarnationis myſterium prophetantes, ipſi quidẽ ſpei odore potiti ſũt, ſed nobis fructum, de eiuſdem ſpei perfectione attulerunt. Quod enim illi expectando odorati ſunt; hoc nos cernendo, & percipiendo, ſatiamur. Non viderunt Meſſiam Patres illi antiqui, ſed non videntes deſiderabant. Eundem in modum nos Chriſtũ non videmus, ſed non videntes vehementer diligamus & deſideremus. Iuxta illud 1. Petr. 1. *Quem cum non videritis diligitis: in quem nunc quoq; non videntes creditis. Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, &c* Non videmus nunc Chriſtũ, ſed diligimus,

A & credimus in eũ, in cęlo eũ videbimus, videntes lętabimur, & exultabimus gaudio ineffabili, & pleno gloria. Interim videre illũ deſideremus, eòq; frui, iuxta illud Pſal. 41. *Quando ventã, & apparebo, ante faciẽ Dei? &c.* Itẽ, *tranſibo in locũ tabernaculi admirabilis, vſq ad domũ Dei, in voce exultationis, & cõfeſſionis, &c.* Illud vſurpemus D. Thomæ in hymno de ſancta Euchariſtia. Ieſu. *quem velatum nunc aſpicio, quando*
B *fiet illud, quòd tam ſitio, vt te reuelata cernens facie, viſu ſim beatus tuę glorię, &c.* Tota vita boni Chriſtiani (ait Auguſ. tractatu 4. in epiſt. Io.) ſanctum deſiderium eſt: ꝙ aũt deſideras, nondum vides, ſed deſiderando capax efficeris, vt cùm venerit ꝙ videas, implearis, &c. Nõ videmus, ſed deſideremus, ſit vita noſtra deſideriũ, deſiderijs animum dilatemus, veniet deſideriũ noſtrũ, & implebimur. Non viderũt pro
C phetæ Meſſiã, ſed deſiderauerũt. Iam nũc vidẽt, iã ſunt impleti: faxit Deus, vt idipſum nobis contingat.

C A P V T XVII.

De parabola illius qui incidit in latrones.

L V C A S C A P I T E X. Verſ. 25.

ET ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicẽs:
Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo. * At il- 26
le dixit ad eum: in lege, quid ſcriptum eſt? quomodo legis?
* Ille reſpondens dixit: diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto cor 27
de tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, &
ex omni mẽte tua, & proximũ tuũ ſicut teipſum. * Dixitque 28
illi: rectè reſpondiſti, hoc fac, & viues. * Ille aũt volẽs iuſtifica 29
re ſeipſum, dixit ad IESVM: & quis eſt meus proximus? * Suſcipiens aũt IE- 30
SVS, dixit: homo quidã deſcẽdebat ab Ieruſalẽ in Iericho, & incidit in latro-
nes, qui ẽt deſpoliauerũt eum: & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.
* Accidit autem, vt ſacerdos quidã deſcenderet eam viã; & viſo illo præteriuit 31
* Similiter, & Leuita cũ eſſet ſecus locũ, & videret eũ, pertranſijt. * Samarita- 32
nus aũt quidã iter faciens, venit ſecus eum: & videns eũ, miſericordia motus 33
eſt. * Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleũ, & vinũ, & imponẽs 34
illum in iumẽtũ ſuũ, duxit in ſtabulũ, & curã illius egit. * Et altera die protulit 35
duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait; Curã illius habe: & quodcũque ſupe-
rerogaueris, ego, cũ rediero, reddã tibi. * Quis horum trium videtur tibi proxi- 36
mus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? * At ille dixit; qui fecit miſericordiam in 37
illum; & ait illi IESVS: vade, & tu fac ſimiliter.

Quidam

Quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum?

LEgiſperitus quidam, non vt diſceret, ſed vt tentaret, Chriſtum interrogauit; quid faciendo vitam æternã poſſidebo? Græcè legiſperitus dicitur *νομικὸς*, hoc eſt, ſi verbum verbo reddamus, *legiſta*, à lege quæ dicitur, *νόμος*. Pro verbo, *poſſidebo*, Græcè verbũ eſt *κληρονομέω*, ꝙ ſignificat *hæreditare, hæredem eſſe*, ſiue *poſſidere hæreditate*. Rogat ergo: Quid faciam, vt vitæ æternæ hæres ſim, vt æternã vitã veluti hæreditate poſſideam? Quidnam tentationis ineſt hiſce verbis? Latet quidem tentatio, ſed non latuit eum, cui aperta omnia ſunt, inhærebat animo doloſo, etſi verba non indicarent. Nimirum experiri volebat, num aliquid Dominus diceret, legiſperitorũ ſententijs, aut legi ipſi contrarium. Beda exiſtimat interrogationis occaſionem ſumptam, ex verbis illis, quæ diſcipulis dicta ſunt, *gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis*. Sed dubiũ eſt, an Chriſtus publice, an potiùs priuatim diſcipulos ex concione redeuntes exceperit, & allocutus ſit: quòd ſi priuatim excepit, non fuit illa occaſio tentationis, quæ Bedæ videtur, non enim aderat legiſperitus. Si autẽ in publico aliquo auditorum cõuentu a diſcipulis eſt inuentus, eoſq; allocutus, non erit à veritate alienum exiſtimare, hunc legiſperitum ex illis, & alijs verbis accepiſſe interrogandi anſam. At verò ad interrogandum Chriſtũ de vita æterna comparanda, non erat opus occaſione, paratus ſemper erat ad reſpondendum. Præterea dubium etiam eſt, an hæc narratio cum præcedenti ſit connexa. Forſitan.n. alio tpe & loco, legis hic peritus Chriſtum interrogauit. Sed hoc loco commodè a D. Luca collocatur.

Quibus in verbis hic ſit tentatio.

Qua occaſione hãc interrogationem legiſperitus fecerit.

In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?

TEntanti reſpondere noluit, quid facere opus eſſet ad vitam æternam comparandam, ſed legiſperitũ ad legem remiſit. *In lege* (inquit) A *quidnam ſcriptum eſt*, eſſe neceſſarium ad conſequendam æternã vitam? quidnam in lege legiſti, ipſe peritus legis? Interrogantem interrogat.

Diliges Dominum Deum tuum.

REſpondet legiſperitus, quid in lege legat ad vitam æternam comparãdam neceſſariũ eſſe; nempe Dei, proximiq; amorem. Legerat autẽ in B Deuter. cap. 6. præceptum de diligendo Deo. *Diliges Dominum Deum tuum, &c.* de diligendo autem proximo Leuit. 19 ſic legitur *Diliges amicum tuum ſicut teipſum, &c.* Septuag. interp. verterunt, *πλησίον*, id eſt, *proximum, diliges proximum tuum ſicut teipſum*. De ijs autẽ duobus præceptis agimus Matthęi 22. hoc tomo, nũc ad alia tranſeamus.

Leu. 19.

Rectè reſpondiſti, hoc fac, & viues.

C PRobat Dominus legiſperiti reſpõſum, & ex illius verbis interrogationi, quam propoſuerat, reſpondet. *Rectè* (ait) *dixiſti*, ex lege ad comparandam æternam vitam, amorem Dei, proximiq. eſſe neceſſarium. *Hoc fac, & viues*; hoc eſt, Deum, proximũmq; dilige, & vitam æternam, de qua conſequenda interrogaſti, conſequeris. Rogauerat legiſperitus: *Quid faciendo vi-* D *tam ęternam poſſidebo?* reſpondet Dominus ex illius verbis, *hoc fac*, ſcilicet, ꝙ dicis, dilige Deum & proximũ; & viues, hoc eſt, vitam æternã poſſidebis.

Ille autem volens iuſtificare ſeipſum.

POſſunt hæc verba in bonam accipi partem, in hanc ſententiam: legis ille peritus, accepto Chriſti reſpõſo, eius gratia mutatus, depoſito ten- E tandi animo, voluit ſe ipſum iuſtificare, id eſt, iuſtum facere, voluit iuſtitiã comparare, & legis illa duo præceptã ſeruare, voluit conſilium Chriſti ſequi, qui dixerat, *hoc fac, & viues*, ideoque rogauit, *quis eſſet proximus diligendus*; vt illum diligeret, ſicut ſe ipſum, ex legis præſcripto. Non autem rogauit, quis eſſet Deus amandus, quia id exploratum erat omnibus Iudæis;

Cur legiſperitus interrogauerit, quis eſſet proximus.

quis

quis autem eſſet proximus, in contro uerſia poſitum erat, in quæſtione enim verſabatur apud Iudæos quinam proximi nomine ſignificarentur, iuſtine tantùm, an Iſraelitæ omnes, an ſoli amici. Lex enim ſic habet: *diliges amicum tuum ſicut teipſum.* Sed communis ſententia in peiorem partem interpretabatur. Neq; enim videtur animum tentandi depoſuiſſe legiſperitus. Verbum, *iuſtificare*, non ſignificat hoc loco iuſtitiam comparare, ſed iuſtum ſe oſtendere; quemadmodum Luc. 16. *Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominib. Deus autem nouit corda veſtra, &c.* Volens ergo ſe iuſtificare ſcriba, hoc eſt, iuſtum oſtendere, rogat: *Quis eſt meus proximus?*

Luc. 16.

Sed dubium eſt, quonam modo his verbis iuſtum ſe oſtendere voluerit legis ille peritus? Cardinal. Caietanus ſic reſpondet; putauit appellari proximos ſolos viros iuſtos, aut Iſraelitas, & hoc reſpôſurum Ieſum; & quia præferebat ſe amicum iuſtorum, ſeu Iſraelitarum, ideo hac interrogatiõe intẽdebat iuſtificare ſe ipsũ, ſic ille. Maldonatus ait, iuſtum ſe oſtẽdere voluiſſe, in ea ſaltẽ re, dequa agebatur; id eſt, voluiſſe videri, non tentandi, ſed diſcendi cauſa, interrogaſſe, ideoq; finxiſſe ignorantiam, quæ plus habere videretur probabilitatis. Probabilius enim videri poterat, legiſperitum ignorare, quis in lege nomine proximi intelligi deberet, quam quid ad conſequendam vitam ęternã agendum eſſet. Ianſenius arbitratur; iuſtificare ſe voluiſſe, quia voluit oſtẽdere hac interrogatione, ſollicitum ſe eſſe de legis diuinæ intelligẽtia, quod eſt iuſtorum. Exiſtimarim voluiſſe ſe iuſtificare, id eſt, iuſtum oſtendere, cũ interrogauit, quis eſſet proximus, quoniam hæc interrogatio, hominis erat de ſeruanda lege, & iuſtitia ſolliciti, volebat enim videri iuſtus, quòd ſcire vellet, quis eſſet proximus, vt eum ex præcepto legis, ſicut ſe ipſum, diligeret. Malè quidam legerunt, *ſuſpiciens*, legendum enim *ſuſcipiens*, Gręcè ὑπολαβὼν, ab ὑπολαμβάνω hoc eſt, ſuſcipio, rñdeo; ſic Iob 1. apud 70. interp. legit ὑπολαβὼν ὁ διάβολος εἶπε, id eſt,

Quomodo voluerit ſe iuſtificare legis peritus.

A *ſuſcipiens diabolus dixit*: Et Æneid. 6. *Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.*

Senſus eſt, ſuſcipiẽs Ieſus ſermonẽ, & interrogationem legiſperiti, rñdit.

Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho.

Parabola perſpicua eſt, paucis illã exponemus. Rogauit legis ille do-
B ctor; quis eſt meus proximus: reſpondet Dominus, & quis ſit proximus propoſita parabola docet. Homo (inquit) quidam Iudæus, deſcendebat ab Ieruſalem vrbe in edito loco ſita, in Iericho, quæ i humili loco eſt exædificata, incidit verò in latrones. Nã inter Iericho, & Ieruſalem locus erat, qui Adomim, id eſt, *ſanguinum*, dicebatur, ob frequentes cædes, quas latrones patrabant: vt Hieronymus
C docet in Epitaphio Paulæ. Locus (inquit) *Adomim*, quòd interpretatur *ſanguinum*; quia multus in eo ſanguis crebris latronũ fundebatur incurſibus, &c. Latrones miſerum hominem nõ ſpoliauerunt ſolùm, ſed etiam vulnerarunt, & ſemiuiuũ reliquerunt. Gręce, ἡμιθανῆ id eſt, *ſemimortuum*, ſed idẽ eſt, erat enim ſemimortuus, & ſemiuiuus, Hieronymus loco citato ſeminecem vertit.

Parabola explicatio.

D Iacebat à latronib. ſpoliatus viator, vulneratus, animã penè agens. Conſpectus eſt a ſacerdote Iudæo trãſeũte, ſimiliter à Leuita, ſed cũ maximè deberent, nihil opis iacẽti attulerũt. Fecit illac iter Samaritanus quidã, ex gente Iudæis infenſa: ſpoliatũ, & vulneratũ Iudæũ vidẽs Samaritanus acceſſit, cõpulſusq. miſericordia, vulnerib. vinũ, & oleũ, medicinæ cauſa, infudit, poſtea eadẽ alligauit. Neq. hoc
E miſericordiæ fuit ſatis: iumento ſuo impoſitum in ſtabulum duxit, Græcè πανδοχεῖον, id eſt, *in hoſpitium*, ſiue *diuerſorium* ſic dictum, quod omnes excipiat, a πᾶν, id eſt *omne*, & δέχομαι, *capio* Curam illius egit dum in diuerſorio fuit. Quia verò diutius eo in loco manere non poterat, *altera die*, antequam diſcederet, *ſtabulario*, hoc eſt, illi, qui diuerſorio præerat,

agrum

ægrum commendauit, tradiditq; curandum, data pecunia, & promiſſa, ſi quid amplius impenderet, hæc parabola eſt, eò tendens, vt doceat legiſperitum quis ſit proximus.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe, &c.

POſt parabolam, rogat legis doctorem, quiſnam illi videatur proximus fuiſſe homini, qui in latrones incidit, Sacerdoſne, an Leuita, an Samaritanus? *Quis* (inquit) *illorum trium videtur proximus*: tres autem erãt, Sacerdos, Leuita, & Samaritanus, legiſperitus abſque dubitatione reſpondit, Samaritanum ſibi videri fuiſſe proximum vulnerato viatori, quòd miſericordia illum fuerit proſequutus.

Vade, & tu fac ſimiliter.

COncluſionem adhibet Dominus, ad quam parabola tendebat tota; vade, inquit, tu, & imitare, non ſacerdotem, aut Leuitam, ſed Samaritanũ. At videtur hæc cõcluſio ab ſcopo aliena. Nam ſcopus erat docere, quiſnam ſit proximus, hæc verò concluſio id minimè docet: docet enim benefaciendum eſſe hominibus; non tamen indicat quis ſit proximus. Prętereà neque parabola hoc indicat; nam ex illa colligitur, proximum non fuiſſe Sacerdotem, aut Leuitam; ſed fuiſſe Samaritanum, quia opem tulit ſemimortuo viatori. *Quis horum trium* (ait Dñs) *videtur tibi proximus fuiſſe*? reſpondit legiſperitus; *is qui miſericordiam fecit*. Dominus verò illi aſſentitur. Vnde efficitur, ſolum eum eſſe proximũ, qui bene alicui facit, quod falſum eſt; omnes enim homines quicumque in orbe terrarum ſunt, ſiue beneficijs, ſiue maleficijs nos afficiant, proximi nomine cõtinẽtur. Reſpondemus paucis, neque concluſionem aberrare ab ſcopo, ſed illum attingere, tam enim parabola, quã concluſio, indicat quis ſit proximus, omnemq; hominẽ, ſiue ille ex eadẽ natione ſit, ſiue ex diuerſa, ſiue hoſtis ſit, hoc nomine ſignificari. Etenim cõcluſio illa, *Vade & tu fac ſimiliter*: hæc omnia ſignificat. Sic autẽ explicanda eſt: *Rectè dixiſti*, Samaritanum Iudęorum hoſtẽ proximum fuiſſe Iudæo hoſti; *Vade, & tu fac ſimiliter*: fac quod ſamaritanus fecit, etiã hoſtes proximos reputa, & illis bene fac; quoniam etiam hoſtes proximi ſunt, multò magis cęteri omnes erunt proximi. Videſne his verbis docere Chriſtum, in primis inimicos proximi nomine ſignificari; conſequenter verò omnes homines; atq; adeò docere, omnes homines hoc vocabulo contineri, & quiſdam ſit proximus? Vnde D. Hierony. in Com. Epiſt. ad Epheſ. c. 4. Affirmat, inquit, Dominus eum eſſe proximum, qui miſericordiam fecerit; volens oſtendere omnes homines, omnibus eſſe proximos, &c. Neq; verò ſignificat Chriſtus non fuiſſe proximum ſacerdotem, aut Leuitam, ſed indicat officia proximi prætermiſiſſe: lege ſi placet Auguſt. libr. 1. de Doct. Chriſt. cap. 38.

An concluſio parabolæ rectè doceat quis ſit proximus.

Omnes homines noſtri ſunt proximi.

D. Hieron.

Habet parabola hæc, myſticum ſenſũ celebre apud Patres: Homine illo, qui in latrones incidit, humanum genus adumbratũ eſt, q in latrones incidit; ideſt, dæmones. Hi verò ſpoliauerunt eũ Dei gratia; & peccatorũ affecerunt vulnerib. reliquerunt verò ſemiuiuũ, quia corpus non occiderunt, ſed animam. Nã qui peccato mortifero ſe inquinat ſemiuiuus eſt; ſecundũ corpus viuit, ſecundũ animam mortuus eſt. Vel ſemiuiuus eſt, quoniam vita naturali eſt prædirus: vita gratiæ ſpiritali caret, & ſemiuiuam tantùm habet. Prætereiùnt ſacerdos, & Leuita; opẽ minimè attulerunt. Etenim præterijt Aaron Sacerdos, præterijt Leuita Moſes: hoc eſt, prætereière legis ſacrificia, rituſq;, atq; documenta. Sed medicinã homini iacenti, ac grauiſſimè ſauciato, afferre nõ potuerũt. Acceſſit Samaritanus, ideſt, cuſtos ab Hebræo, שמר *Samar*, quod *cuſtodire* ſignificat; acceſſit, (inquam) hominum cuſtos Chriſtus, miſericordia motus iacenti, vulnerato, & ſemiuiuo homini, medicinam adhibuit: olei, vinique inſtar ſanguinem ſuum vulnerib. illius infudit; & ſanauit. Duxit verò in

Senſus ſpiritalis parabolę.

pando-

Digitized by Google

pandochium, ſiue *diuerſorium*, quod omnium nationum homines excipit, ideſt, in Eccleſiam. Diſceſſit in cęlum; ægrum verò hominem prælatorum commiſit curæ, præmium illis daturus, ſi ſuo munere diligenter fungantur. *Quodcumque* (inquit) *ſupererogaueris, reddam tibi*. Lege Auguſti. lib. 3. hypognoſticon, & lib. 2. quæſt. Euang. c. 19. & Serm. 1. de verbis Dñi. Orig. ho. 34. in Lucam. Chryſto orat. 5. contra Iudæos. Greg. Nazain. orat. 4. de Theolog. Gregor. Magnum lib. 20. Mor. c. 8. Hierony. in Epiſt. ad Fabiolam, & Matth. 8. Baſil. in ho. in aliquot ſcripturæ loca, Bernard. Serm. 1. de annunciat. Scripſit etiam Chryſoſto. homiliam hac de re, quæ inter eius homilias in Lucam extant. Adumbrat parabola hominis ſtatum ante peccatum. Conditus eſt, vt ex Iericho, hoc eſt, mundo hoc, aſcenderet in Ieruſalem cęleſtem, ideoque gratiam illi donauit Deus, originalemq; iuſtitiam, vt leuis fieret ad iter, atq; expeditus. Adumbrat præterea ſecundum ſtatū, ideſt, caſum. Vt aſcenderet conditus eſt homo, ſed ipſe deſcendit, & incidit in latrones, ideſt, dæmones, qui iuſtitia originali, illum ſpoliauerūt, & plagas crudeliſſimas peccati inflixerunt. Adumbrat quoq; ſtatum tertium gratiæ, & ſanitatis, qua non à ſacerdote, vel Leuita, ideſt, non a lege veteri ſed à Chriſto affectus eſt.

CAPVT XVIII.

Morale de eo qui incidit in latrones.

Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho.

Origines. Attollendum cor in cęlū ne incidam' in laqueos, & latrones.

DE amore Dei alibi dicemus, Marth. 22. Nunc circa parabolā nonnulla adnotabimus. Quia voluit ipſe homo deſcendere (ait Origines hom. 34. in Lucam) propterea in latrones incidit, &c. Etenim qui mente in Ieruſalem, ideſt, cęleſtem ciuitatem aſcendit, eiuſq; gaudia, ac fęlicitatem ſemper contemplatur, in latrones nō

A incidit: Is incidit, qui in Iericho, ideſt, mundum inconſtanti lunæ ſimilē deſcēdit. Nam Iericho Lunam ſonat, qui mente in cœlum aſcendit, latrones, laqueoſq; fugit, iuxta illud Pſal. 24 *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos*. Nouus hic modus eſt euadendi laqueos. Laquei nō ſunt in cœlo, ſed in terra, terreniſque rebus: oculos autem ibi habere oportet, vbi laquei ſunt, vt illos effugiamus, in terra ergo, ſunt oculi figendi, non in cœlum attollendi ei, qui volet effugere. Si parati in via aliqua laquei ſint, pertranſeat verò homo oculis in cęlum intentis, ſanè in laqueos incidet. Verum hoc eſt. At ſi homo hic pedes ipſos, q laqueis capiuntur, in cęlum attollere poſſet. Numquid caperetur? Minimè, ij qui oculos in cęlum attollunt, attollunt ſimul animæ pedes, ideoque non irretiuntur; egregiuſq; modus eſt euadendi diaboli pedicas, oculorum in cęlū intentio, ideſt, mentis. Nam Dei auxilium aſſequimur, quo pedicas effugiamus, *ipſe* (inquit) *euellet de laqueo pedes meos*. animæ verò pedes ſurſum attollemus, ne illaqueentur, &c. Animę pedes affectus sūt, ac cogitationes, quod ſi in Iericho ferantur, dæmonum paratis in terra laqueis irretiuntur: ſi in cęlum attollantur, irretiri nequeunt. Procul à laqueis illi ſunt pedes, de quibus dicitur Pſalm. 121. *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalē, &c.* Quādiu volat auis non incidit in retia; q̄diu volat animus, non incidit in latrones, egregiè Chryſoſto. ho. 15. ad pop. Volatilia (inquit) donec altum aerem ſecant, non facilè capiuntur; ita tu donec ad ſuperiora reſpexeris, nec laqueo, nec vllis alijs facilè capieris inſidijs, laqueos, latroneſque terrenos effugere cupimus. In capite, ideſt, Chriſto ſint oculi noſtri, iuxta illud Eccleſiaſtæ 2. *Sapiētis oculi in capite eius, &c.* ideſt, in Chriſto vt D. Ambroſ. intellexit. Sapiens oculos ſuos ad ſuperiora tollit, in Chriſto eos figit, qui in cœlis habitat, inſipiens oculos habet in calcaneis, vt ait D. Ambroſius, quia in terreno puluere, vt calcanei verſantur, terræq; adhæret, & caducis irre-

Pſalm. 24. Chryſoſto.

Anima pedes affectus ſunt.

Eccleſ. 2. Ambroſi.

tiun-

Digitized by Google

tiuntur rebus. D. Ambroſ. Lucæ c. 10. Ille (inquit) verè ſapit, cuius animus in Chriſto eſt; & cuius interior oculus, erigitur ad ſuperna, & ideo *ſapientis oculi in capite ipſius*. Stulti autem in calcaneo, &c.

Incidit in latrones.

PEriculoſa via illa erat, à Iericho ducens, vt diximus & latronum incurſionib. infeſta: periculoſiſſima eſt via Iericho, id eſt, mundi: ſunt in illa multæ latronum ſpeluncæ, quas effugere eſt difficile: inſidiatur nobis dæmon in ſpeluncis viæ huius; iuxta illud Pſal. 9. *inſidiatur in abſcondito, ſicut leo in ſpelunca ſua, &c.* Sūt aūt huiuſmodi latronum ſpeluncæ peccandi occaſiones, quib. abundat mundus, in occaſionib. n. abditi, veluti delitescunt; ſi ad illas accedas, diripiunt. Speluncas has arborum, florumq; & herbarum viridantium amœnitate contegunt, vt alliciant; ſed vt Poeta dixit,

Virg. 3 Ecl. *Latet anguis in herba;* ſub his florib. ſub hac ramorum, herbarumq; amœnitate, tartareus latet coluber. Sub ludi; ſub improbi amici, vel amicæ, ſub mercaturæ, ſub militiæ, ſub honoris, dignitatis, diuitiarum, aliarūmq; huiuſmodi rerum, amœnitate, iucundáque viriditate, anguis latet venenatus; hinc erumpens incautum ferit animū.

Latrones dæmones in itinere inſidiantur.

Act. 28. Act. 28. ex ſarmentis, quæ Paulus collegerat, ignique impoſuerat, vipera proſilijt, Apoſtoliq; manum ſubito arripuit; ſed ſacro corpori venenum nequiuit infundere. Sæpe hoc nobis ſpiritali ſenſu contingit. Nōne ex aleis veluti ex ſarmentis, ex improborum conſuetudine, ex forma mulieris, vel colloquio, ex lucro, veluti viperæ, ſæuiſſimæ tentationes proſiliūt, quæ animum tetro inficiant veneno? Vtinam Paulum imitemur, haſq; viperas, hoc eſt proſilientes tētationes, mox tartarei ignis memores in illum excutiamus.

Occaſiones peccati.

Act. 28. Act. 28. *Ille* (ait Lucas) *excutiens beſtiam in ignem nihil mali paſſus eſt,* &c. Eundem in modum Pauli ſectatores, ſi quādo vipera inuadit, protinus in ignem excutiunt, ignem inquam, illum ſempiternum, cuius memoria, ad opprimendas Deo opitulante tentationes eximium eſt remedium.

Occaſiones peccati fugiendæ. Si ſcimus in via aliqua ſpelūcas eſſe latronum, ab illa lōgè diſcedimus, ne in latrones incidamus. Cùm ergo occaſiones peccandi ſ. latronum, id eſt, dæmonum ſint ſpeluncæ, longè ab illis declinemus, ne in tartareos hoſtes incurramus. A breuiori via quæ ex Aegypto ducebat in Paleſtinam deflectere voluit Dominus Iſraelitas, itèrq; facere per ſolitudinem; vt occaſionem tolleret redeundi in Aegyptū.

Exod. 13. Exod. 13. *Non eos duxit Deus per viam terræ Philiſthijm quæ vicina eſt, reputans ne fortè pœniteret eum,* id eſt populum, *ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Ægyptum; ſed circumduxit per viā deſerti,* &c. Eodem pacto ſi qua ſit via tibi propter occaſionem periculoſa, deflecte ab illa; vt fugias peccati occaſionem. *Eijce ancillam, & filium eius* (ait Sara Abrahamo Gen. 21.) Nō

Gen. 21. eſt ſatis filium, id eſt, peccatum, animo pellere, matrem quoque pellere neceſſe eſt, id eſt, occaſionem, quæ peccati eſt genitrix. Lubrica cauenda via, in qua labi facile eſt, vt Seneca monet epiſt. 117. Quantū poſſumus (inquit) nos a lubrico recedamus, in ſicco quoq; parum fortiter ſtamus &c.

Seneca.

Plinius. Fugiunt cerui (ait Plinius lib. 8. c. 32.) latratu canū audito, ſecunda ſemper aura; vt veſtigia cum ipſis abeant &c. Sic nos non ſolùm canes, id eſt dæmones, fugiamus, ſed ita fugiamus. vt veſtigia, quæ ad peccata ducere poſſunt ipſa fuga abeant omnino, atque euaneſcant.

Deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.

Dæmones qui in manus eorum incidunt, duob. malis afficiūt DAEmones impij latrones, illos qui in eorum incidunt manus duobus afficiunt malis; ſpoliant & vulnerant. Spoliant re precioſiſſima, quæ omne ſuperat pretium, videlicet diuina gratia; Vulnera infligunt grauiſſima, nempe peccata, ea ſemiuiuum, ſemimortuùmque efficiunt homi-

Peccator ſe minius eſt. minem: quoniam vitam eripiunt ſpiritus, ſemiuitam relinquunt corporis, ſemiuiuum etiam dixerim, quia ſe miſenſum tantum habet damni, ac vulneris. Damnum & vulnus ſentit, ſi corpori contingat, ſi contingat animo non ſentit, non dolet. Heu quot videmus homines, qui in latrones inciderunt, Dei gratia ſpoliatos, peccatorum vulneribus effectos; qui tamen nec grauiſſimum damnum ſentiunt, nec vulnus mortiferum; imò *lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis*: Prouerbior. 2. eſt etiam peccator ſemiuiuus, quia & ſi illius moriatur anima, vitáq; amittat gratiæ, non tamen moritur, neque vmquam morietur, peccati conſcientia, iuxta illud Marc. 9. *vermis eorum non morietur, &c.* Vermis enim conſcientiæ viuit, hominèmque arrodit. Affert hic ſemiuiuus mortuam animam in viuo corpore, veluti ſepulchro, at D. Amb. ait de Cain & Abel lib. 2. cap. 9. impij [inquit carnem ſuam ſicut tumulum circumferunt, cui infœlicem infoderunt animam ſuam, &c. *D. Ambrſ.*

Sacerdos viſo illo præterijt, ſimiliter, & Leuita.

IAcentem, vulneratum, ſemimortuumque hominē, ſacerdos & Leuita præterierunt; qui accedere, opéque illi ferre maximè debuerunt. Fugiant exemplū Iudæi Sacerdotis, ac Leuitæ, ſacerdotes Chriſtiani: inopes peccatorum ve vulnerib. affectos, ne prætereant, ſed ferant diligenter opem olei illius memores, quo inūgūtur, cum ſacerdotali ordine conſecrātur. Miſericordiam oleū indicat manus igitur inunctas oleo, non tenaces, ſed miſericordes, & erga pauperes liberales eſſe oportet. Deus bone quales oportet illas eſſe manus, q̄ Deū liberaliſſimum excipiunt, tangunt, populoq̄ oſtendunt? Nunquid tenaces eſſe decet, atq auaras? minimè decet. Miſericordia, ſanctiſq. operib. plenis manib. vult a Sacerdote in admirabili ſacramento tractari Chriſtus, a quib. auaritiæ ſordes abſint lōgiſſimè. Audiat Sacerdos Philonem, & videat quales manus ab antiquis illis Sacerdotibus Deus expeteret, q̄ immolabant pecudes. in lib. de Victimis Poſtulat [inquit] Deus à ſacrificante, primum bonam mētem, ſanctam, & in pietate exercitam, deinde vitā beneſactis ornatam. Vt dum manus imponit, poſſit libera conſcientia dicere. *Manus hæ nec muneribus corrupta, nec innocenti ſanguine polluta ſunt*, noxam, iniuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt miniſterium, ſed rebus honeſtis, ac vtilib. quæ a viris iuſtis honeſtis, ſapiētibuſque probantur. Sic ille. Si tales vmbra manus flagitabat, quales flagitabit Veritas? hoc eſt; ſi Sacerdotum manꝰ qui pecudes tangebant, & immolabant, tales eſſe oportebat qualeſnam illorum Sacerdotum manus eſſe oportet, qui non pecudes, ſed Chriſtum Deum ſub ſpecie auguſtiſſimæ Euchariſtiæ deliteſcentem tangunt, tremēdumq. ſacrificium Deo offerunt? O beatum illum Sacerdotem, qui cum manus ſacræ imponit hoſtiæ, libera conſcientia, nullius peccati, quod per pœnitentiam obliteratum non ſit, conſcia, dicere inter alia poteſt. Manus hæ pauperes non prætereunt, ſed ad eorum inopiam ſubleuandam, magna voluntate pecunias effundunt.

De Eleemoſyna.

Manus ſacerdotis vncta ſint miſericordia.

Philo.

Qualis eſſe debeat Sacerdos.

Iſai. 1.

Lib. 3. epiſt. Caſſiodori Theodoricꝰ Rex ad Argolicum ſic ſcribit: Optamus cunctum diem plenum beneficijs noſtris excurrere, optamus vbiq. merita noſtra radiare, &c. Hęc Regis verba, & deſideria, Epiſcopis, alijſq; Sacerdotib. digna ſunt, qui habēt amplos prouentus. Optare enim debēt, & efficere, vt eorum beneficijs collatis in pauperes, varijſque animi, vel corporis calamitatibus vexatos, omnes, quibus vixerint, dies pleni excurrant, ſemperq. miſericordiæ exemplo radient. Qui præſunt [ait Magnus Gregorius paſt. par. 2. ca. 6.] non præeſſe gaudeant hominib. ſed prodeſſe, &c. tunc autem proderunt, cū eleemoſynis, concionibus, conſilio, exhortatione, & cæteris ad peccata cauenda remedijs, opem tulerint. Pſalm. 111. *Iucundus homo, qui miſeretur & com-*

Caſſiodorus

D. Gregor. Sacerdotes non præeſſe ſed prodeſſe gaudeant.

& commodat, diſponet ſermones ſuos in iudi A
cio, &c. *Iucundus* eſt Prælatus, iucundiſ
ſimus paſtor eſt ouibus, *qui miſeretur*,
eleemoſynas pauperibus dipertiens,
iuxta id, quod eodem Pſalmo dicitur
Diſperſit, dedit pauperibus, &c. *& commo-*
dat ijs, qui ditiores ſunt, & reſtituere
valent. *Diſponet ſermones ſuos in iudicio*;
hoc eſt, cum iudicio, non temerè con
ciones ſuas, conſilia exhortationes, in
crepationes proferet; ſed ſic modera
bitur, vt proſint omnib. nulli noceāt. B
nomen Hebræum דבר *dabar, ſermonē*
ſignificat, & *rem*, vertiq. poteſt. *Diſpo-*
net res ſuas in iudicio; &c. hoc eſt, cum iu
dicio, cum prudentia opes ſuas diſtri
buet, remque familiarem moderabi
tur. Is ſine iudicio res ſuas diſponit,
qui canib. multis alendis, lautis cōui
uijs, veſtib. prætioſis, equorū phaleris
voluptatib. gulæ irritamētis, ceteriſq.
huiuſmodi, pecunias impendit. Is ve-
rò cum iudicio res ſuas diſtribuit, *qui* C
miſeretur, & commodat, qui diſpergit, et dat
pauperibus, vt eſt in Pſalmo indicato.

Reliqua animantia natura natura
libus munimentis inſtruxit: homini-
bus horum loco, humanitatem dedit
qua alij alijs ſuccurrerent. Quod do-
cet Firmianus lib 1. c. 10. Cum natu-
ra (ait) hominis imbecillior ſit, quam
cæterorum animalium, quæ ad perfe
rendam vim temporum vel ad incur
ſiones à ſuis corporib. coercendas na D
turalib. munimentis prouidentia na-
turalis armauit. Homini, quia nihil
iſtorū datū eſt, accepit pro iſtis omni
bus miſerationis affectum. qui vocat
humanitas, qua noſmet inuicem tue
remur, &c. Nemo ergo exuat huma-
nitatem, humaniterq. omnes ſibi in-
uicem ferant opem, præſertim ouib.
paſtores.

Samaritanus videns eum, miſericordia mo- E
tus eſt, &c.

SAcerdotem Iudæum, & Leuitam
Samaritanus laicus miſericordia
vicit. Caueant Chriſtiani Sacerdotes
ac Leuitæ, ne à laicis hominib. miſeri
cordia, caſtitate, reliquiſq. virtutibus
ſuperentur. Neq. enim inferiores, ſed
multo ſuperiores eſſe oportet Sacer-
dotes laicis. Quod docet D. Hierony
mus in Comment. epiſt. Pauli ad Ti
tum, c. 2 Non ſolum (inquit) Epiſcopi
Preſbyteri, & Diaconi debent ma-
gnopere prouidere vt cunctum popu
lum, cui præſident, conuerſatione, &
ſermone præcedant, verum inferior
gradus, Exorciſtæ, Lectores, Æditui,
& omnes omnino, qui domui Dei ſer
uiunt. Quia vehementer Eccleſiam
Chriſti deſtruit, meliores laicos eſſe, *Eccliſiaſtici viri laicos ſuperare debent virtute.*
quam Clericos. Sic Hierony. & Au-
ctor imperfect. hom. 40 in Matth. Ve
rè (inquit) magna confuſio eſt Sacer
dotum, & omnium Clericorū, quādo
laici inueniuntur fideliores eis aut iu
ſtiores. Quomodo autem non ſit con
fuſio, eſſe illos inferiores laicis, quos
etiam æquales eſſe confuſio eſt? & c.
Præterea, vicit Samaritan⁹ Iudæos a-
more in proximum. Faxit Deus, ne
Turcę, Mauri, Ethnici eleemoſynis,
patientia, caſtitate, alijſq. huiuſmodi
virtutib. moralib. multos Chriſtianos
ſuperēt. Suffundatur pudore magno
Chriſtianus, ſi ab Ethnico homine,
vel Mauro vincat. Chriſtianos. n. in-
ter cęteras nationes bonis operib ſic
excellere oportet, vt nocti præcellit
dies. *Vt ſitis* (ait Paulus ad Philippen. *Philip. 2.*
2.) *ſine querela, & ſimplices filij Dei, ſine re*
prehenſione, in medio nationis praua, & per-
uerſa, inter quos lucetis ſicut luminaria in
mundo verbum vitæ continentes, &c Vidit
Samaritanus vulneratum, ſemiuiuū-
que Iudæum, non clauſit viſcera ſua,
miſericordia motus acceſſit, vulnera
oleo, vinoque perfuſa alligauit; ſemi-
mortuum hominem iumento ſuo im
poſuit; in diuerſorium duxit: curā il-
lius egit denarios protulit; ſi quid am-
plius eſſet opus. perſoluturum pollici
tus eſt. O Samaritanum, non Samari
tanum; qui Iudæos nō quoſlibet, ſed
Sacerdotes, & Leuitas, beneficijs in
proximum collatis, longiſſimo poſt ſe
reliquit interuallo.

O infœlices homines, qui Sacerdo *Proximus iuuandus.*
tē, Leuitamq. imitantur potius, quā
Samaritanū; qui viſcera ſua claudūt
proximiq. ſalutem ſpiritus, aut corpo
ris, veluti ſi pecus eſſet, non curant. 1. *Ioann.* 3.
Qui habuerit ſubſtantiam huius mūdi [ait
D. Ioannes epiſt. 1. cap. 3.] *& viderit*
fra-

fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neq. lingua, ſed opere, & veritate, &c. Sacerdos ille, & Leuita verbo tantum, & lingua diligebant; ideoque viſcera clauſerunt, iacentemq. Iudęū prætererunt. Facile n. prçterit, qui viſcera claudit. At Samaritanus viſcera aperuit; *Miſericordia* [inquit Dominus] *motus eſt, &c.* Neq. vero in viſcerib. miſericordia conſtitit? ad opus progreſſa eſt. Dilexit opere, & veritate. Sic diligendus eſt proximus. *Vade, & tu fac ſimiliter*, hoc eſt, ne imiteris Sacerdotē, & Leuitam, ab omni humanitate alienos, ſed Samaritanum ſectare *ὁμώνυμον*, hoc eſt, *nomen ſuum operibus ferentem*, nomine ſuo conſentanea gerentē. Sonat nomen Samaritanus, *cuſtodem*, vt ſupra diximus Samaritanus hic, id eſt, cuſtos proximum ſuum in mortis periculo poſitū cuſtodiuit, ac ſeruauit. *Vade, & tu fac ſimiliter*, proximū cuſtodi, ſerua, in ijs, quę ad corporis & in ijs maximè, q̄ ad animi ſanitatem attinent, opem ferto. Samaritanus, id eſt, *cuſtos*, proximi eſto. Ne ſimilis Caino ſis, qui Geneſ. 4. rogatus à Domino *Vbi eſt Abel frater tuus?* reſpōdit: *Num cuſtos fratris mei ſum ego?* Audiuit ille a Deo. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, &c.* Sic etiam tenax audiet Prælatus diues, ipſeq. qui proximorum inopię ſpirituali, vel corporali ſuccurrere non vult *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad Deum*. quia illum non cuſtodis. non iuuas, deſpicis.

Geneſ. 4.

D. Chriſoſ. Lege, quaſo, de hac Samaritani facto Chryſoſt. orat. 5. aduerſus Iudęos in qua poſt alia ſic concludit. Quod ſi Samaritanus adeo humanus, mitiſq. fuit erga hominem ignotū, q̄ habitur ſumus nos veniā, ſi proprios fratres (id eſt, proximos) neglexerimus in malis grauiorib. id eſt, ī peccatis? &c. Itē. Ne dixeris. homo ſum mūdanus vxorē, & liberos habeo, iſta Sacerdotū ſunt. iſta Monachorū. Neq. n. Samaritanus ille hæc dicebat, vbi nunc Sacerdotes? vbi nūc Pharīſęi? vbi Iudęorū Doctores? ſed perinde quaſi venatū quępiā maximū nactus eſſet, ita lucrum arripuit. Et tu igitur cū videris

A aliquem egentem curatione, vel corporis, vel animi, ne dicito apud teipsū. Quare ille & ille eum non curaue runt? ſed a morbo libera. Si inueneris aurum iacens, non dicis apud teipſum: Quare ille, aut ille hoc nō ſuſtulerunt? ſed feſtinas ante alios rapere. Itidem & de fratribus collapſis cogita, putaq. te theſaurum inueniſſe, nimirum occaſionem illius medendi. Etenim ſi inſtillaueris illi velut oleū
B ſermonis doctrinam, ſi obligaueris humanitate, temperantiaq. vulneratum, ſi ſanaueris; ille te faciet ditiorē quouis theſauro. Hactenus Chryſoſtomus.

Infundens oleum, & vinum.

INfundit Samaritanus in vulnera oleū, & vinum Oleū benignitatē, ac miſericordiā ſignificat, vinum ze
C lum indicat, ac iuſtitiam. Nec ſolum oleum, nec ſolum infudit vulnerib. vinum; quoniam ad ſanānda hominū vulnera, iuſtitia cū miſericordia eſt permiſcenda, vt docet D. Gregorius epiſt. 25. lib. 1. ad Ioannem Epiſcopū Conſtantinop & alios? Hinc [inquit] eſt, quod per Samaritani ſtudiū, vinū & oleum vulnerib ſemiuiui adhibetur; vt per vinum ſcilicet. mordeanē vulnera, & per oleū foueantur Neceſ-
D ſe quippe eſt, vt qui ſanandis vulneribus peſt, in vino morſum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, quatenus per vinum mordeantur putrida; per oleum ſanāda foueanē. Sit ergo amor, ſed non emolliens; ſit vigor ſed non exaſperans Lege eundē hac de re 2 part. paſt. c 6. & latius lib. 20. Mor. c. 8 Miſcenda [inquit hoc ca. 8.] eſt lenitas cum ſeueritate; faciendūc.
E quoddā ex vtraq. temperamētū. Vt neq. multa aſperitate exulcerentur ſubditi; neq. nimia benignitate ſoluantur, &c. Habent apes mel, habēt & aculeum, quo defendant aluearia, ſic Reipub. gubernator habeat mel, hoc eſt, clementiæ dulcedinē, neq. deſit iuſtitiæ aculeus, quo aduerſus ſceleratos viros vtens Rempub. tueatur Habuit Arca teſtamenti dulce manna, habuit & virgam, lègiſq tabulas.

Iuſtitia per miſcēda cū miſericordia.

D. Gregor.

R 2 Ha-

Digitized by Google

Gregorius.

Habet Reipub. Præſes dulcẽ ciemẽtiã habeat percutientẽ iuſtitiã; hiſq; cũ opus fuerit, aduocatis legum tabulas ſartas, & rectas ab omni detrimento conſeruet. Gregorius epiſt. indicata: In boni (inquit) Rectoris pectore, ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & mãna dulcedinis, &c. Hoc prudentiſſimus ille Rex indicauit, qui inſigne ſibi eſſe voluit gubernationis, punicum malum, dulcitudinem habens acori permixtam, Luſitani appellamus, *Romam, Bical*. Oportet enim Reipub. moderatorem (vt ita dicam) Bicalem eſſe, inſtar punici mali, hoc eſt, neque accerbum nimis iuſtitiæ regiditate; neque dulcem nimis clementiæ laxitate.

Quodcumque ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi.

Eccleſ. 17.

D. Bernar.

Proximũ nobis commendauit Deus.

DIſceſſit in cęlũ noſter cuſtos Chriſtus; proximum nobis commendauit. *Curam* (inquit) *illius habe*: Eccle. 17. *Mandauit illis, vnicuique de proximo ſuo, &c.* Luc. 10. *Diliges proximum ſicut teipſum, &c* Obſeruat autem Bernar. lib. 4. de conſideratione, non dixiſſe: *Sana illum*; ſed: *Curam illius habe*. Qũ ſępe medicamenta adhibent̃; ſed ęger ſanitatem minimè conſequitur Curã exigeris (ait Bernardus) non curationem Audiſti: *Curam illius habe*; & nõ: Cura, vel, Sana illũ. Verũ dixit quidã:

Nõ eſt in medico ſẽper releuetur vt æger.

Fac tu ꝙ tuum eſt; nam Deus ꝙ ſuũ eſt, ſatis abſq; tua ſollicitudine, & anxietate curabit. Planta, riga, fer curã, & tuas explicuiſti partes. Sanè incrementum vbi voluerit dabit Deus; vbi fortè noluerit, tibi deperit nihil: dicẽte Scriptura Sapient 10. *Reddet Deus mercedem laborũ ſanctorum ſuorum.* Hęc Bernardus: *Ego* (inquit) *cùm rediero reddam tibi.* Redibit Dominus in die iudicij, & beneficia in proximum collata cumulatiſſime remunerabit. Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me, &c.* Videſne redeuntem

Sapien. 10.

Matth. 25.

Deus eleemoſynas remunerat.

A eoſque remunerantem, qui proximo opem ferunt? Semen eleemoſina, & beneficium, quod in proximum conferimus Semen terrę mandatur, poſt aliquot menſes fructus vberes parit: ſic eleemoſyna proximis datur, & in pauperib. veluti pinguiſſimo agro ſeminatur, poſteà cũ Chriſtus redierit, fructum gloriæ vberrimum afferet. Nec ſolùm poſteà afferet, ſed affert etiam dũ in vita manemus. 2. Corin.
B 9. *Qui parcè* (inquit) *ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, &c.* De eleemoſyna loquitur Paulus, ſemen appellat: Qui (inquit) parcus in ſeminanda eleemoſyna fuerit, parcè metet præmium: reſpondet enim quãtitas fructus quantitati ſeminis. Qui verò ſeminat in benedictionib. id eſt, eleemoſynis, & beneficijs, copioſè, atque abundanter, copioſè etiam, atq. abundanter metet; non ſolùm autem metet poſt vitam, benedictionem illam extremã Chriſti: *Venite benedicti Patris mei*: ſed in vita quoq; multas Dei benedictiones, hoc eſt, beneficia conſequetur Vnde Paulus addit: *Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, panem ad manducandum pręſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum; & augebit incrementa frugum iuſtitia veſtrę, &c.* hoc eſt, Deus, qui ſeminanti eleemoſynam ſemẽ ſuppeditat, cibum vobis ſuppeditabit, & multiplicabit ſemen eleemoſynarum veſtrarum, quemadmodum ſemen frumenti multiplicat, & augebit fructum, & prouentum veſtræ iuſtitiæ, & caritatis. Deniq; Prouerb. 19. leges: *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei, &c* Mutuum dat Deo ille, qui pauperi eleemoſynã donat. Non reddet pauper, ſed reddet ditiſſimus Deus, & magnò cũ cumulo, & fęnore reſtituet. D. Baſilius Pſal. 14. ſer 2 Idẽ (inquit) & donũ eſt, & fęnus: donũ, ꝙ à paupere non ſperes te recepturũ: mutuũ verò ſiue fęnus, ꝑꝑ Dñi munificã liberalitatem pro illo reddentis: qui parua quidẽ ꝑ pauperẽ, cùm acceperit, maxima pro ipſis retribuet, &c. Erogemus ergo multa pauperibus, orphanis, viduis, afflictis, vulneratis, ſemiuiuis;

2. Corinth. 9.

Prouerb. 19.

D. Baſili.

Domi-

A Dominus cùm redierit, reddet nobis cumulatiſſimè & etiam antequam redeat ad iudicium. Luc. 6. ait; *Date, & dabitur vobis* Dato gratis; non carebit donum tuum remuneratione, & quidem magna menſura. *Date* (ait) *& dabitur vobis; menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum: eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis, &c.* Videſne menſurę magnitudi-B nem, & ſuperffluētiam? ergo magna menſura eleemoſynas metire, vt magna menſura tibi remunerentur.

Tu fac ſimiliter.

RESpondens Chriſtus legiſperito, hac verbo, *Fac*, dicta cōcluſit. Semel cum dixit. *Hoc fac, & viues.* Iterum *Vade* [inquit] *& tu fac ſimiliter.* Opera C exquirit Dominus, non ſola verba; quemadmodum homo in arbore ſua, fructus quęrit, non ſola folia. *Fac* [ait] *ſimiliter*, vt fecere Sancti opera bona, ac præclara, ſimilis eſto non ſolum Samaritano, ſed etiam Sanctis, bene operando. *Hoc fac, & viues*; id eſt. *Dilige Deum ex toto corde*, & vitam conſequeris ęternam *Fac*, quia facta quæro; *Fac*, quia ſine factis bonis vita ęterna nemini datur. *Fac*, quia non ſunt D ſatis dicta ad ſalutem perpetuam cō parandam. *Fac*, quia *multi confitentur ore, ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Confitere Deum, & dictis, & factis. Ait Dominus. *Hoc fac, & viues.* Quidam iubet legiſperitum facere? iubet amare Deum, & proximum. At amare non eſt facere, Chriſtus autē ait. *Fac & viues.* Reſpondeo, Amâre eſſe facere, & amoris acta, eſſe præclariſſima facta, non quidem facta manuū, ſed voluntatis, quæ manibus multo eſt p̄ſtantior. Qui amat Deum, proximūque, pręclariſſimum facit opus voluntatis. ex hoc alia emanant opera. Amor enim non eſt otioſus, ſed operoſus, neque eſt contentus operibus debitis. ſed opera etiam illa addit, quę ſupererogationis appellantur, de quibus Beda, & alij illa verba moraliter intelligunt. *Quodcumque ſupererogaueris reddam tibi.* Nam Chriſto opera huiuſmodi gratiſſima ſunt, magnoque illa pręmio afficit. Lege Auguſtin. lib. 1. de Adult. coniug. c. 14. Multa [ait] ſūt facienda, non iubente lege, ſed libera caritate. Et ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus &c. Itē. Hęc ſunt, quę amplius erogantur ſaucio, qui curandus ad ſtabulū Samaritani miſeratione perductus eſt. Et ideo dicuntur non a Domino præcipi, quāuis à Domino moneantur afferri, vt tanto intelligantur eſſe gratiora quāto magis oſtenduntur indebita. &c.

CAPVT XIX.

Martha Chriſtum excipit.

LVCAS CAPITE X. Verſ. 38.

FACTVM eſt autem, dum irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum; & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam.* Et huic erat ſoror nomine, Maria; quæ etiā ſedens 39
ſecus pedes Domini, audiebant verbum illius.* Martha autem 40
ſatagebat circa frequens miniſterium; quæ ſtetit, & ait: Domine, 41
non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi
ut me adiuuet.* Et reſpondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, ſollicita 42
es, & turbaris erga plurima.* Porrò unum eſt neceſſarium; Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

DIVVS Lucas ijs, quę ſunt explicata, hęc adiungit: non tamē indicat, an ſint conſequentia. Quā ob rē dubium eſt, & incertū, an mox poſtquam cum legiſperito Chriſtus ſermonē habuit, iter hoc aggreſſus fuerit, an alio tēpore. Quidquid ſit, Chriſtus iter cum Diſcipulis per Iudææ oppida cum faceret, in caſtellum quoddam venit. Caſtellum autem nō ſignificat munitum aliquod oppidū, vel caſtrum, ſed vicum, vel pagum; eſt.n. Græcè, *κώμη*. Bethania erat hic vicus quæ ab Iereſalem ſpatio ſtadiorum quindecim diſtabat, vt Ioānes ait c. 11. hoc eſt, fere leuca dimidiata. An autē Bethaniç Dominæ fuerint Martha, & Maria alibi excutiemus Io. 11. Bethania, ait Hieronymus li. de locis Hebr. villa eſt in ſecundo ab Ælia, id eſt, ab Ieruſalem, milliario, in latere montis Oliueti, &c.

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam.

IN caſtello, ſiue vico illo, fœmina quędā nobilis habitabat, quæ in Chriſtum crediderat, dicebatur autē Martha, aderat & Maria Magdalena, quę poſtquam nuncium mundo remiſit fratri Lazaro, ſororiq. ſe adiunxit, vitæ puritati ſtudens. Cum igitur illac iter Chriſtus haberet, Marthæ cū Diſcipulis domum petijt. Fœlix tāto hoſpite domus. *Mulier quædā* (ait Lucas) *Martha nomine excepit illum in domū ſuā, &c.* Martha excepiſſe dicitur, nō Maria, quoniam domus illa ad Martham non ad Mariam hęreditario iure pertinebat. *Excepit [inquit] illum in domum ſuam.* Marthę n. domus erat. Maria vt ſoror illam comitabatur, mundi ſordes fugiens. Lazarus fortaſſe alias incolebat ædes, idcoque nulla illius hic mentio fit.

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius.

DVæ erant illa in domo ſorores, Martha, & Maria; ſuſcepto verò tanto hoſpite, non ijdem occupatio-

A ni vacarunt. Nā Martha in parādo cibo ſollicita verſabatur. Maria prope Chriſti pedes ſedens, ſuauiſſima illius verba percipiebat auribus & corde. Etenim Chriſtus poſtquam domū ingreſſus eſt, de diuinis reb. cœpit verba facere. Particula illa, *etiam*, negotiū faceſſit; quid hic indicet, non ſatis liqt. Græcè legitur, *ἣ καὶ παρακαθίσασα*, hoc eſt, *quæ ſedens iuxta pedes, &c.* Senſus eſt, Mulier quædam Martha nomine excepit Chriſtum, & huic erat ſoror nomine Maria, q̃ Maria, ēt, id eſt,

B quemadmodum Martha ſedens ſec. pedes Domini, audiebat verbū illius. Nam Martha excepit Dominū, & prope pedes eius ſedit, cumq. audiuit; ſedit etiam Maria; ſed Martha ad parādos cibos ſurrexit, & abijt in culinā, Maria permāſit. At vero obſtant huic interpretationi verba ſequentia. *Martha autem ſatagebat circa frequēs miniſterium.*

C Cum Euangeliſta nullam faciat mentionem Marthæ ſedentis, ſed ſatagentis, ac ſollicitæ; non videtur illud, *etiam*, ad Martham pertinere, ita vt ſignificet, Maria etiam ſedebat, quemadmodū Martha: etenim Euangeliſta non ait, Marthā ſediſſe, quin potius diſtentam ac turbatam in pręparatione cibi fuiſſe. Potius dicerem in domum Marthæ ex vico Bethaniç ad videndum audiendumq. Chriſtū, viros, fęminaſq. conueniſſe: & cū his

D ſediſſe Mariam. Eſtq. ſenſus, q̃ *etiam*, id eſt, cum alijs fęminis, & cum Chriſti Diſcipulis, viriſq. qui conuenerāt ſedēs iuxta pedes Domini, audiebat verbum illius. Nō prætermittā duos alios ſenſus: prior particulam, *etiam*, cum participio, *ſedens*, coniungit, hoc pacto; quę non ſtans, & obiter, ſed ēt ſedens, ſecus pedes Domini, omniq. occupatione relicta, audiebat verbū illius. Secundo ſenſu dictio, *etiam* ſiue

E vt eſt in Græco, *καὶ*, & pro, *vero*, ſumitur, hunc in modū; huic erat ſoror nomine Maria, quę &c. vel, etiam audiebat verbum illius; quaſi diceret, illi erat ſoror Maria, ea vero ſedens iuxta pedes Domini, audiebat verbū illius: vel, hic erat ſoror Maria, q̃ cū eſſet ſoror, in domo ſororis, hoc ē habebat, quod audiebat verbum Chriſti.

Etiam, quo modo hoc loco ſumatur

Digitized by Google

Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium.

MAria ſedebat Martha ſatagebat περιεσπᾶτο, id eſt, *diſtrahebatur* & *detinebatur*, cura parandi cibi. Satagere verò eſt, ſatis agere, curare, & anxium eſſe. *Satagebat* [inquit] *circa frequens miniſterium*. Græcè, περὶ πολλὴν διακονίαν, id eſt, *circa multam miniſtrationem*. Multa enim erat, & frequens B miniſtratio, ad præparandum cibum *Adguſ.* hac multa, ſiue frequenti miniſtratione, Martha diſtrahebatur: Maria vero verbi cœleſtis dulcedine fruebatur. Vnde D. Auguſtinus ſerm. 27. de verbis Domini: Intenta (ait) erat Martha, quomodo paſceret Dominum; intenta Maria, quomodo paſceretur à Domino. A Martha conuiuium Domino parabatur; in cuius conuiuio Maria iam iucundabatur, &c.

C *Quæ ſtetit, & ait: Domine, non eſt tibi cura, &c.*

MArtha tanto hoſpite læta, vires omnes, & curam imparando illi, Diſcipuliſq. cibo impendebat: Maria ſedebat, nihilq. opis ſorori laboranti afferebat. Idcirco cum tota negotioſa pertranſiret Martha, *ſtetit*, fixitq; D gradum: & ſororem ſedentem, atq; otioſè audientē ſubaccuſans, his verbis Chriſtū eſt alloquuta. *Domine, οὐ μέλει σοι, non eſt tibi cura, quod ſoror mea otioſa* ſedet, nullumq. mihi affert adiumentum; *dic illi*, præcipe, *vt me laborantem iuuet*. Cur Martha ſororem ipſam non eſt alloquuta, ſed Chriſtū? Reſpōdetur: quoniā a pedib. Chriſti audiētem auellere non decebat, abſq facultate, vel præcepto illius. Noluit ergo E *D. Bernar.* Martha ſororem vocare, ſed a Chriſto voluit dimitti. Vnde Bernard. ſer. 5. de Aſſumpt. Virg. Aduertenda [inquit] eſt delatio quædam, & honoris obſequium circa Dominum; qđ ſcilicet ipſo præſente, non ſit auſa Martha euocare Mariam; quinimo & apud ipſum querelam depoſuerit, ipſumque Dominum vocauerit in cuius poteſtate ſit impetrare ſorori, quidquid ne-

A ceſſe fuerit, &c. *Reliquit* (ait Martha) *me ſolam miniſtrare?* Reſpondetur, forte ancillas non habuiſſe. Quod ſi habuit, verba ſic ſunt interpretāda. Reliquit me ſoror mea ſolam miniſtrare, hoc eſt, ſine ſuo adiumento; ita vt excludat ſororem dictio, *ſolam*, nō autem ancillas.

Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima.

B

VOlebat Martha à Chriſto dimitti ſororem; ſed quod volebat, non eſt aſſequuta, imò dicit Mariæ otium præſtantius eſſe ſua ſollicitudine, ac negotio *Marta* [ait Dominus] *Martha* quare nomen duplicat? Reſpōdet Au *D. Auguſt.* guſt. ſerm. 26. de verbis Domini: Repetitio nominis eſt indicium dilectionis, aut forte mouendę intentionis. Vt audiret attētius, bis vocata eſt: C *Martha, Martha*, audi, tu circa multa es occupata &c Sic Auguſt. Quid mirum, ſi Dominus duplicet nomen, cū Martha? *Sollicita* [inquit] *es, & turbaris erga plurima*: hoc eſt, turbaris circa ciborum pręparationē. Sic Euthymius *Euthymi⁹.* interpretatur, *Turbaris* [inquit] *circa multa*, ſcilicet, quæ ad conuiuium, & obſequium, neceſſaria ſunt, & c. hoc eſt, quod ſupra dixerat; *Satagebat circa frequens miniſterium*; id eſt, diſtrahebaD tur circa multam miniſtrationē. Erat enim opus multa agere.

Porro vnum eſt neceſſarium.

GRæcè, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. hoc eſt, *vnius vero eſt neceſſitas* ſiue *indigentia* ſiue Turbaris erga plurima obſonia parāda Gręce, περὶ πολλά, id eſt *erga multa fercula*; vel potius turbaris erga plu E rimas actiones; quia is, qui cibos parat multa agere debet. Vnius vero tantū eſt indigentia; vnum tantum obſonium eſt ſatis; vel vnus, & ſolus panis *Theophyla.* nobis ſufficit; reliqua, quæ paras, neceſſaria non ſunt. In hac ſententia interpretatur Theophylact. Vno (inquit) nobis opus eſt, nempe vt comedamus quæ hæccumque, non varijs, &c. Titus Boſtrenſ. ſic in hæc verba

Digitized by Google

ſcribit. *Sollicita* [inquit *es, & turbaris erga plurima, &c.* Non ea de cauſa huc venimus, vt ſuperuacaneis eſcis ventrê impleamus. Natura.n. paucis contenta eſt. Ita ille. Videtur illud, *Vnum eſt neceſſarium:* hoc pacto exponere. Pauca ſunt neceſſaria, vel vnũ obſoniũ eſt ſatis; nam natura paucis eſt contenta, neq. eſt opus circa plurimos cibos diſtrahi. D. etiam Baſil. in Regulis fuſius diſputatis, interrog 20. ad cibos hæc retulit, ſic ille interpretatur: *Porrò* [inquit] *paucis eſt opus,* vel *vno potius;* ac paucis quidem, quod pertinet ad apparatum; vno autem, nempe ſiue ipſo, vt videlicet neceſſitati fiat ſatis, &c. Eſt Baſilij ſenſus: Non ſunt opus multa obſonia, aut multa fercula vna hæc res eſt neceſſaria, videlicet, vt naturæ neceſſitati fiat ſatis, quæ paucis eſt contenta, ciborumq. varietatem minime flagitat. Obſerua, Baſilium legiſſe, *Paucis opus eſt, aut etiam, vno;* quomodo legit etiam Caſſian. collocat. 1. c. 8. & colat. 23. c. 3. Noſtra lectio, quæ vera eſt, habet: *Porrò vnum eſt neceſſarium.* Theophyl. ait, his dictis, voluiſſe Chriſtum Diſcipulos docere frugalitatem in hoſpitio ſeruandam: Docet (inquit) Apoſtolos Domin⁹, vt cum venerint in domum cuiuſdã, nõ varia inquirant; ſed contenti ſint frugali hoſpitalitate, nihil plus quærẽtes quam vt attendant doctrinæ, &c.

Tilusboſtri. *Natura paucis contenta.* *D. baſilius.* *Theophyla.*

Alij aliter explicant: non.n. ad cibum hæc verba referunt, ſed ad attẽtionem doctrinæ. Huius ſententię eſt Euthym. qui ſic interpretatur: *Vnum eſt neceſſarium:* videlicet meorum auſcultatio ſermonum. D. Auguſt ſerm. 26. de verbis Domini, vnum neceſſarium, Dei fruitionem appellat. *Vnum* [inquit] *eſt neceſſarium:* vnum illud ſupernum; vnũ vbi Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnum, &c. Videtur etiam aliter intellexiſſe. *Vnũ eſt neceſſarium:* id eſt, vnitas mẽtis eſt neceſſaria. Caſſian. colla 23. c. 3. & Beda cõtẽplationẽ. Caietan æternam beatitudinẽ; Gloſſa interl. Deo iugiter inhærere, Lyran. Deum, qui vnus eſt, vel vnitatem mentis ad Deum, interpretantur. Mihi videtur Chriſtus de cibo loquutus, ita vt à Martha, & cæteris intelligeretur, ſenſu illo primo. *Vnũ eſt neceſſarium:* hoc eſt, ſatis eſt vnũ ferculum, ne diſtrahâris erga plurima, ô Martha. Simul tñ, ac pcipuè alterum quoq. ſenſum Dominus his verbis cõplexus eſt, ſiue myſticum, ſiue literaſe appellare velis, nimirũ. *Vnum eſt neceſſarium.* nẽpe verba Dei audire, cõtẽplationi vacare, Deo inhærere, illique ſeruire. Obijcies, non eſſe hoc ſolum neceſſarium; neceſſarium. n. eſt cibum capere, vt vitã producas, alijſque rebus, & negotijs operam dare. Reſpondetur; Etſi multa alia neceſſaria ſint, tamen Deo inhærere, diuiniſque vacare rebus, vnum eſſe præcipue, maximeque neceſſarium.

Euthimius. *Auguſt.*

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

GRæcè τὴν ἀγαθὴν μερίδα, id eſt, *bonã partem elegit;* ſic vertit Pagnin. Bibl. regia, & Syriaca. Noſter interpres intellexit τὴν ἀγαθὴν, non *bonam* ſolum ſed optimam partem ſignificare. Reſpondæt Dominus Marthæ, Mariam, quæ ſecus pedes eius, audiens verbũ Dei ſedebat, optimam elegiſſe partẽ audiendi verbum Dei. quæ [inquit] *non auferetur ab ea.* Non enim voluit Dominus, vt verbo Dei relicto ſurgeret, ſororemq. iuuaret, quod ſi feciſſet pars optima ab ea ablata fuiſſet. Iuxta ſenſum illorum verborũ. *Porro vnũ eſt neceſſarium,* ſcilicet, Deo inhærere, & animi ſaluti operam dare, ſenſus eſt ex Auguſtin. & alijs. Pars Marię non auferetur ab ea, quia ęterna eſt; in cęlo.n. Deum contemplabitur, illique ppetuo inhęrebit. Pars vero Marthę, id eſt, hoſpitalitas, & ciborũ adminiſtratio, auferetur; quia in cœlo non habet locum Illa pars [ait Aug. lib. 1. de Trinit. c. 10 [quę in miniſterio indigentiæ eſt, cum indigentia ipſa tranſierit, auferetur Boni quippe operis tranſituri, merces eſt requies manſura, &c. Aduerte, Chriſtũ nõ improbare op⁹ Marthę ſed turbationẽ, & diſtractionẽ, & multorũ ciborũ pparationẽ. Aug. ſer. 27. de verbis Domini. Quid [inquit] putamus nos reprehenſum eſſe miniſterium Marthæ, quam cura *Auguſt.*

curam hoſpitalitatis occupauerat, quę ipſum Dominum hoſpitio receperat? Quomodo rectè reprehendebatur, quæ tanto hoſpite lætabatur; Maria meliorem partem elegit. Non tu malam; ſed illa meliorem, &c. Ambroſ. Luc 10. Nec Martha (ait) in bono miniſterio reprehenditur; ſed Maria, quod meliorem partem ſibi elegerit, antefertur, &c. Gregor. lib. 6. Mor. cap. 18. Marthæ cura non reprehenditur, &c. Sic Baſil. de conſt. Monaſt. cap. 2. Theophylactus, & alij.

CAPVT XX.

Martha excipit Chriſtum.

Morale.

Excepit illum in domum ſuam.

DEus Opt. Max. ante orbem conditum nullam habebat domum extra ſeipſum. Quòd ſi quæras, vbinam habitaret: Reſpondet Tertul. init. lib. contra Praxeam, c. 5. his verbis: Ante omnia Deus erat ſolus, ipſe ſibi, & mundus, & locus, & omnia, &c. Et D. Auguſt. in comment. Pſal. 122. Dicet aliquis (inquit) antequã facere Deus Sanctos, vbi habitabat? Reſpondet: In ſe habitabat Deus, apud ſe habitabat, & apud ſe eſt Deus, &c. Hoc ſignificat illud Pauli 1. Timoth 6. *Lucem inhabitat inacceſſibilem, &c.* Quænam lux hæc eſt inacceſſibilis, quam habitat Deus? Ipſemet eſt Deus, ipſe in ſe habitat. Poſtquam vero orbem cõdidit, in cęlo habitare dicitur. Pſal. 2. *Qui habitat in cęlis, irridebit eos, &c.* Pſal. 122. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis &c.* Ideoq; cum oramus, dicimus: *Pater noſter, qui es in cælis.* Habitat quoque in templis, Chriſtianorum opera ad ipſius cultum exædificatis, iuxta illud Matth 21. *Domus mea, domus orationis vocabitur, &c.* Neque uero repugnat Paulus Act. 17. cùm ait: *Cœli, & terra cum ſit Dominus, non in manufactis templis habitat nec manibus humanis colitur, indigẽs aliquo, cum ipſe det omnibus vitam &c.* Neq; Act. 7. Stephanus dicens: *Non excelſus in manufactis habitat, ſicut Propheta dicit Iſaias 66. Cęlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam domum ędificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis locus requietionis meæ eſt? nonne manus mea fecit hæc omnia, &c.* Etenim loca hæc iudicant nõ habitare Deum in templis, quemadmodum Idola Ethnicorum habitabant; videlicet viſibiliter, & circũſcriptè, atq; ita vt templis indigeat. Vide Auguſt. lib. contra Adimantum, c. 10.

Tertullian. *Vbinam habitarit De⁹ ante conditũ orbem?* *D. Auguſt.*

1. Tim. 8.

Habitare dicitur De⁹ in cęlo, in templo, & in homine iuſto. *Pſalm. 2. & 122.*

Act. 17. & 7.

Preterea habitat Deus in homine iuſto; iuxta illud Ioan. 14. *Ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus, &c.* Et illud 1. Cor. 3. *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, et Spiritus Dei habitat in vobis, etc.* Item: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, &c.* Summa hæc eſt animarum dignitas; vnde Bern. ſerm. 2. De dic. Eccleſiæ: Quanta [inquit] Dei benignitas, quanta dignatio, quanta dignitas, quanta gloria animarum, quod Dominus vniuerſorum & qui nullam habet indigẽtiam, templum ſibi fieri iubet in illis, &c. Huc ſpectat illud Philonis lib. de Cherub. Etiamſi tota terra aurum, aut ſi quid auro pretioſius eſt, repentè fieret, moxq; per opificũ artes in porticus, veſtibula, aulas, areas, adeſq; ſacras impenderetur, ne ſcabellum quidem Dei pedib. poſſet fieri. Dignum tamen eo domicilium anima eſt, modo ſit idonea. Hæc ille. Excipitur autem hac domo Deus, cũ peccatum ex ea per gratiam pellitur. Nam eadem domus Deum non capit, mortiferumque peccatum. Fęlix anima, de qua dici poteſt: *Excepit illum in domum ſuam. Deus non excepit in domum ſuam:* id eſt, in hunc mundum: orbem enim nobis veluti domum ampliſſimam donauit. Nos excipiamus illum in domos noſtras, id eſt, in animos noſtros, & corda. Quòd ſi illum excipiamus in terra, excipiet nos in cœlo in domum ſuam opulentiſſimam, æternam, omnibuſq; voluptatibus affluentem. Lib. 2. Reg 6. *Habitauit arcana Dei in domo Obededom Gethæi tribus menſibus, & benedixit Deus Obededom, & omnem domum eius, &c.* Similem in modũ, ſi apud nos Deus habitet, nobis benedicet, noſque ampliſſimis muneribus cumulabit.

Iuſtus homo templũ Dei, & domus. *Ioan. 14.* *1. Cor. 3.* *D. Bern.*

Philo.

Felix anima, quæ Deum excepit.

Excipit

Excepit illum in domum ſuam.

Ierem.14. Chriſtus peregrinus in terra.

PEregrinus erat in terra Chriſtus, illud, Ierom.41. *Quare futurus es quaſi colonus in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? &c.* Noſtri (ait Hieron.) dici putant hæc de Chriſti diſpenſatione, quòd futurus ſit peregrinus in terra, &c. Peregrinus erat in terra Dominus, & veluti viator in domos alienas declinabat ad manendum: *Non enim habebat filius hominis, vbi caput reclinaret.* Luc.9. Hoſpes erat in ſuis, vt nos hoſpites eſſe diſcamus in alienis.

Luc. 9. & 16.

Totus terrarum orbis Chriſti erat: in eo tamen non vt Dominus, ſed vt peregrinus, atq; hoſpes diuerſari, & alienis excipi ædibus voluit. Idem vero noſter non eſt, ſed alienus: at in hoc alieno ſolo, nos non vt peregrini, atq; hoſpites, ſed vt domini vitam agere volumus Luc.16. ait Dominus: *Si in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis credet vobis? &c.* Alienas (ait Aug. lib.2. q. Euang. c 35.) appellat Chriſtus terrenas facultates; quia nemo eas ſecũ moriens aufert, &c. Aliena ſunt prædia, alienę domus, alienæ pecunię, alienum eſt quidquid poſſidemus. Quam obrem Bernard. ſerm.4. de Aduentu: Quid (inquit) vobis, filij Adam, cum terrenis diuitijs, & gloria temporali; quæ neque veræ, neq; veſtræ ſunt? Si veſtra ſunt hæc, tollite ea vobiſcum; ſed, *homo cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.* Sic ille. *Qui vtuntur hoc mundo* (ait Paulus 1. Cor.7.) *tanquam non vtatur, &c.* Solum habemus mundi vſum; poſſeſſionem; & dominiũ non habemus. Ergo veluti hoſpites, & peregrini in mundo vitã traducamus, ad æternã patriam iter habẽtes, de ijs, quæ in via cernimus, parum ſolliciti. Sic Abraham agebat vitam, de quo Paulus ad Hebr 11. *Fide* (inquit) *demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus, &c.* Peregrinus erat Abrahã, patriam expectabat; expectabat fundamẽta habentem ciuitatem. Res caducas vt peregrinus nõ curabat, quia fundamento carent.

Caduca bona omnia aliena sũt.

D. Bernar.

1. Cor.7.

Peregrini ſumus in terra.

Hebr.11.

A Si vt viuamus obſecrat ſummus Pontifex Petrus 1. Pet. 2. *Obſecro* (inquiens) *tanquam aduenas, & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, qua militant aduerſus animam, &c.* Militãt aduerſus nos carnalia deſideria; ſed ſi vt aduenæ, atq; peregrini vitam agamus, triumphum reportabimus; ſi vero vt mundi ciues, ſuperabimur. M. Tullius in lib. Offic. peregrini deſcibit officium:

B Officium (ait) peregrini eſt, nihil præter negotium ſuum agere, &c. Hoc idem officium Chriſtiani peregrini eſt, nihil præter negotiũ ſuum agere. Eſt autem illius negotium, bene operari, æternamq; vitam comparare. Cætera omnia deſpicere, hoc vnum oportet curare peregrinũ terræ, ciuem cœli.

Excepit illum in domum ſuam.

C

POſſumus etiam nos Chriſtum excipere in domum, illiq; cum Martha miniſtrare. Excipimus aũt Chriſtum, ſi excipimus in domo pauperẽ, illiq; miniſtramus. Sic.n. Chriſtus ait Matth.25. *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, &c.* Et D. Chryſoſt. hom.27. in Matth. Poſſumus (inquit) & nunc nos Chriſtum ſuſcipere. Cum pauperẽ fa-

Nos poſſumus Chriſtum excipere.

D me & nuditate confectum receperis, Chriſtũ profecto recipis, atq; nutris, &c. D. Aug. ſer.26. de verbis Dñi: Ne quis veſtrum forſitan dicat: O beati, qui Chriſtum ſuſcipere in domũ propriã meruerunt. Noli dolere, noli murmurare; quia his tẽporibus natus es, qñ iam Dñm non vides in carne. Non tibi abſtulit iſtam dignationẽ. *Cum vni* (inquit) *ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, &c.* Poterat Dñs, ſi vellet, ab Ange-

Eleemoſyna.

D. Auguſt.

E lis cibum accipere; ſicut in deſerto accepit. At à Martha potius voluit pręberi, vt meritũ illa compararet. Vt enim ait Aug ſerm. citato: Dignatio fuit, ſe præbere paſcendũ, quod paſci voluit, paſcenti pręſtitit, &c. Eundẽ in modũ pot angelis præcipere, vt paſcant pauperes. At ab hominibus maluit eos paſci, vt eleemoſynæ theſauros ſibi comparent. Dignatio hęc fuit, quòd paſci

voluit

voluit ab hoībus pauperes; paſcentibus prӕſtitit. Multo.n. maior vtilitas paſcentibus contingit, quàm pauperibus, quos paſcunt, vt eſt compertum.

Et huic erat ſoror nomine Maria.

Auguſt.

EGregium eſt par ſororum, Martha, atq; Maria. Ambæ (ait Auguſtinus) non ſolum carne, ſed & religione germanæ, ambæ Domino cohæſerunt, ambæ Domino in carne præſenti concorditer ſeruierūt, &c. Vtinam multa huiuſmodi ſororū, & fratrum paria reperiantur, qui vt carne, ſic ſpiritu, & religione germani ſint.

Duplex vita: agens et contemplatrix.

Duas has ſorores duas vitas adumbrare cenſent Patres. D. Auguſt. ſer. 27 de verbis Domini: Martha vitam præſentem, laborioſam; Mariam vitā futuram, ac cœleſtem, & quietam, indicari arbitratur. Videtis (inquit) in his duabus mulierib. duas vitas eſſe figuratas? præſentem, & futurā; ærumnoſam, & beatam; temporalem, & æternā? &c. Item: In Martha erat imago prӕſentium. in Maria futurorum, &c. Eundem in modum ſcribit lib. 1. de Trinit. c. 10. & li. 2. q. Euang. c. 20. Martha (inquit) ſignificat Eccleſiam, quӕ nunc eſt, excipientem Dn̄m in cor ſuum: Maria ſignificat eādem Eccleſiam, ſed in futuro ſæculo, vbi ceſſans ab opere, miniſterioque indigentiӕ, ſola ſapientia perfruetur, &c. At

D.Gregor.

D. Greg. Martha ſignificari ait agentem vitam, atq; ſatagentem; Maria verò & vitam in hoc ſӕculo contemplantem lib. 6. Mor. c. 18. Quid (inquit) per Marthā, niſi actiua vita ſignificatur? Quid per Mariam, niſi contemplatiua vita exprimitur? Sed Marthӕ cura non reprehenditur, Mariӕ verò etiam laudatur; quia magna ſunt actiuӕ vitӕ merita, ſed contemplatiuӕ potiora. Vnde neque auferri vnquam Mariӕ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera, cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine conualeſcunt, &c. Eiuſdem ſententiæ ſunt Hierony. Thren. 3. Caſſianus collat. 1. c. 8. D. Baſi. in Monaſt. conſt. c. 2. Theophylactus, Euthymius, & alij.

Eſſe autem præſtantiorem vitam

A contemplatricem, docet D. Gregor. tum iam citatis verbis, tum etiam ex typo volantium animalium, quæ vt Ezechiel ait c. 1 *Sub pennis*, id eſt, alis, *manus habebant.* Manus eorum (ait Gregorius) ſub pennis ſunt, quia actionis ſuæ opera Sancti virtute contemplationis vincunt, &c. Hierony. Thren. 3. Vna (inquit) eſt Theorica, id eſt, cōtemplatio Dei, cui merito omnia iuſtificationum merita, vniuerſa virtutum ſtudia

Quænam ſit præſtantior vita, agens, an contēplatrix.

D.Gregor.

D. Hieron.

B poſtponuntur. &c. Caſſianus collat 1. c. 8. Cӕteras (ait) virtutes licèt neceſſarias, & vtiles, bonaſque pronunciemus, ſecundo tñ gradu cenſendas eſſe decernimus, quia vniuerſæ huius vnius patrantur obtētu, &c. Item: Dicens Dominus: *Sollicita es, & turbaris erga plurima; paucis verò opus eſt, aut etiam vno:* ſummum bonum non in actuali, quamuis laudabili opere, & multis fructibus abundante; ſed in di

Caſſianus.

C uina contemplatione, quæ vere ſimplex, & vna eſt, collocauit, &c. Legendus D. Tho. 2. 2. q. 182. in qua vitā actiuam cum contemplatiua confert, & art. 1. affirmat contemplatiuā prӕcellere ſimpliciter, idq; probat octo rationibus: Prima eſt, quia vita cōtemplatiua conuenit homini, ſecundum id, quod in ipſo eſt optimū, id eſt, ſecundum intellectum, & reſpectu propriorum obiectorū intelligibilium. Secun

D.Thom.

Vita contēplatiua cur præſtet actiuæ.

D da, quia poteſt eſſe magis continua, q̄ actiua. Tertia, quia plus ſanctæ delectationis affert. Nam, vt ait Auguſt. ſerm 26. de verbis Dn̄i: Martha turbabatur, Maria epulabatur. Quarta, qa in vita cōtemplatiua homo eſt magis ſibi ſufficiens: quoniam paucioribus indiget. Quinta, quia magis contemplatiua propter ſe diligitur; actiua ad aliud ordinatur. Sexta, quia conſiſtit in quiete. Septima, quia contemplati-

E ua in diuinis rebus verſatur, actiua in humanis. Octaua, quia eſt ſecundum id, quod eſt magis proprium homini, ſcilicet ſecundum intellectum, &c. Satius ergo eſt contemplantem vitā amplecti, dum per obedientiam licet, & caritatem, quam agentem ſectari. Id quod docuit Auguſt. lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 19. Otium (inquit) ſanctum quærit caritas veritatis, negotium iu-

Auguſt.

ſtum

Digitized by Google

ſtum: ſuſcipit neceſſitas caritatis. Quã A ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ, atq; intuendæ vacandum eſt veritati, &c. Fęlix domus (ait Bern. ſer. 3. de Aſſumpt.) & beata ſemper congregatio, vbi de Maria Martha conqueritur, &c. hoc eſt, vbi rerum diuinarum contemplatio ita prȩualet, ac dominatur; vt de illa actio externa veluti conqueratur. Congregatio infœlix eſt, in qua Maria de Martha conqueritur; eo quòd nullum tempus Mariæ, id eſt, B contemplationi, totum rebus externis impendatur.

Bernard.

Mortificatio præcedit contemplationem, & vita agens contemplatiuam.

Aduerte etiã, Mariam eſſe Martha potiorem, ſed non priorem; prius. n. in vita agente paſſionib. mortificãdis opera danda eſt, & virtutibus comparandis; vt contemplationi animus prȩparetur. Ideò dicitur Chriſtus à Martha excipi, quia prior illa Chriſto excipiendo occurrit. Bernard. ſerm. 3. de Aſſumpt. Quid eſt (inquit) quòd ex C duabus ſororibus, altera tantum legitur Dñm excepiſſe, & ea ipſa, quæ videtur inferior? Reſpondet: Prior natu Martha videtur, & ſalutis initium ſibi magis actio, quam contemplatio noſcitur vendicare. Laudat Chriſtus Mariã, ſed à Martha ſuſcipitur; amat Rachelẽ Iacob, ſed Lia ſupponitur, &c. Itẽ ſer 5. Quid (inquit) eſt, quòd Chriſtum Martha excipit, diſcurrit, miniſtrat? Maria ſecus pedes ſedens, cor in D eius verbum ſuſpẽdit, niſi quòd prius eſt actio, poſtea verò contemplatio? Quiſquis. n. ad intelligentiam peruenire deſiderat, neceſſe eſt, vt prius per omnia bona diligenter ſe exerceat. Sic Ber. n. Idem docet D Tho. 2. 2. q. 183. ar. 4. Vita (inquit) actiua eſt prior contemplatiua, quia diſponit ad contemplatiuam, &c. Diſponit aũt, quia animi appetitiones cohibet, frȩnatq;, ac mortificat. Vnde D. Tho. art. 3. Poteſt (inquit) conſiderari vita actiua, E quantum ad hoc, quòd interiores animi paſſiones componit, & ordinat, & quantum ad hoc, adiuuat contemplationem, quæ impeditur per inordinationem paſſionum interiorum, &c.

D. Bernar.

D. Dhom

Illud quoque cõſiderandum, quod idem Angelicus Doctor 2. 2. q. 188. ar. 6. docet his verbis: Opus vitæ actiuæ duplex eſt; vnum, quod ex plenitudine contemplationis deriuatur, ſicut doctrina, & prædicatio; & hoc præfertur ſimplici contemplationi. Sicut n. maius eſt illuminare, quam lucere ſolum, ita maius eſt, contemplata alijs tradere, quam ſolum contemplari. Aliud opus eſt actiuæ vitæ, quod totaliter conſiſtit in operatione exteriori, ſicut hoſpites excipere, eleemoſynas dare, & alia huiuſmodi, quæ ſunt minora operibus cõtemplatiuis; niſi forte in caſu neceſſitatis, vt ex dictis patet. Sic ergo ſummum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum, & prædicandum. Secundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem. Tertius eſt earum, quæ occupantur circa exteriores actiones. Hæc D. Thomas.

Prędicatio ex contemplatione deriuatur.

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius.

DVæ res in ijs requiruntur, qui Mariæ amplectuntur partem, prima humilitas. Non enim aptus eſt contemplationi ſuperbus. Secus pedes ſedebat Maria, loco humili; ſecus pedes Domini humiliter ſedeat contemplator. Auguſtinus ſerm. 27. Quantò (inquit) humilius Maria ſedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallis; denotat tumoribus collis, &c. Hinc illud Luc. 10. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, &c.* Humiliter diuina ſunt contemplanda, vt irrigent animum, aquæ inſtar ima petentis. D. Bernardus ſerm. 3 de Aſſumptione: Vnum (inquit) caue, Maria, ne abundare incipias in ſenſu tuo, & velis plus ſapere, quam oportet ſapere, ne fortè, dum lucem ſectaris, impingas in tenebras, illudente tibi dæmonio meridiano, &c. Secunda res neceſſaria eſt, animi tranquillitas, quam indicat Maria ſedens. Nam perturbationibus diſtracta anima vacare contemplationi nequit *Mulier innupta, & virgo* (ait Paulus 1. ad Corinr. 7.) *cogitat, quæ Domini ſunt, &c.* Nimirum quia ſedet, & coniugij curis non eſt diſtracta, ac perturbata. Eodem cap.

Humilitas vita cõtemplatiua eſt neceſſaria.

Auguſt.

Luc. 10.

D. Bernar.

Animi qes.

1. Cor. 7.

Digitized by Google

c̄ap. ait Apoſtolus: *Hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, ſe ad id, quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi:* ſcilicet, Vos adhortor ad id, &c. Docet his verbis virginitatem facultatem præbere, ſine impedimento vacandi contemplationi, & ſedendi ſecus pedes Domini ſine diſtractione. Græcè ſic habetur: *ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον, καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως*, hoc eſt, ſi verbum verbo reddamus: *Sed ad decens, & bene ſedens, vel bene aſſidens Domino indiſtractè*. Hortatur *ad id, quod decens eſt, & bene aſſidens Domino indiſtractè*. Quia virgo cum Maria poteſt ſecus pedes Domini ſedere, ſiue Domino aſſidere indiſtractè, abſq; cura, & ſollicitudine coniugij.

Dic illi, vt me adiuuet.

ADiumētum Mariæ petit Martha; & quidem meritò. Nam abſque Maria parum poteſt Martha, abſque rerum diuinarum cōtemplatione parum efficere poteſt homo. *Dic illi, vt me adiuuet*: ait Martha. Opem, & auxilium flagitat Mariæ: etenim difficilè laborem actionis ſubit, qui ſuauitate contemplationis caret; ſuauiter actioni vacat, qui ſuauitatem contemplationis expertur. Quamobrem Aug. lib. 19. de Ciuit. cap. 19. cum actione contemplationem copulādam docet: Si imponitur (inquit) ſarcina, ſuſcipienda eſt propter caritatem; ſed nec ſic omnimodò veritatis delectatio deſerenda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas, & opprimat iſta neceſſitas, &c. Exod. 17. Moyſes orando, Ioſue iuuat pugnantem: *Cum leuaret Moyſes manus, vincebat Ioſue; ſi autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech.* Moyſes Ioſue, Maria Martham iuuat. Itaque qui actioni vacat, contemplationem non deſerat, ſed Martham aſſociet Mariæ: aliquid temporis contemplationi impendat, ſemper Deum mentis oculis præſentem intueatur. Si ſedendo non poteſt cum Maria quietè, cum Martha ſtando in ipſo opere Deum contempletur. Lege D. Gregor. in Comment. lib. 1. Reg. c. 14. *Martha* (inquit)

Oratio, ſiue contēplatio iuuat hominem.

Auguſt.

Exod. 17.

D. Gregor.

A *ſtetit, & loquuta eſt.* Et notandum, quia tranſeundo Martha Dominum vidit; non tamen tranſeundo, ſed ſtando loquitur. Quo profectò exemplo inſtruimur, vt qui fratribus miniſteria exhibemus, ſi per morā ſedere ad Redemptoris pedes non poſſumus, per aliquantulam morulam Redemptori aſſiſtere debeamus. Quid eſt autē tranſeundo Dominum cernere, niſi in omni noſtro bono opere ad ipſum cor- B dis dirigere intentionem? Tranſimus enim, quando huc illuc diſcurrendo, in membris ſuis Domino miniſtramus; ſed trāſeundo Deum cernimus, ſi per omne, quod agimus, præſentem nobis ipſum, cui placere cupimus, cōtemplamur. Hactenus Gregorius.

Raptim ſæpe orandū.

Dic illi, vt me adiuuet.

C MArtha in viam, qua ipſa incedebat, ducere Mariam volebat; at Maria via ingrediebatur potiori. Etenim multæ ſunt viæ, quæ in cœlum ducunt. Vitæ actiuæ ſtudent quidam, alij contemplatiuam ſectantur, alij vtramque permiſcent. Religionum varia ſunt exercitia, diuerſæ conſuetudines, diuerſæ vitæ; omnes tamen eodem ducunt, videlicet in cęlum. *Circumamicta eſt varietate.* Eccleſia. Nemo alios carpat, nemo detrahat, quiſque D ſua progrediatur via; quos alijs vijs ſanctis videt incedere, non incuſet. Chryſoſt. in epiſt. 1. ad Timoth. hom. 14. Complures (inquit) ſunt virtutis viæ, quemadmodum vnionū magna differentia eſt, licèt omnes appellentur vniones. Sed vnus quidem candēs eſt, atque omni ex parte rotundus, alius verò huiuſmodi ſpecie caret, cęterum alia decore niteſcit, &c.

Multæ viæ in cœlum ducunt.

Pſal. 44.

E *Martha, Martha, ſollicita es, et turbaris, etc.*

NOn vna erat Martha, ſed duæ. *Martha, Martha*, diuiſa erat in duas, ac perturbata. 1. Cor. 7. *Qui cum vxore eſt* (ait Paulus) *ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, &c.* Diuiſus dicitur is, qui vxorē duxit, quia in multas ſollicitudines, & curas eſt distractus: ſic Martha

1. Cor. 7.

Diſtractio.

diuiſa

diuiſa erat. At Maria vna erat, quia
vni Deo vacabat. Vt in via contempla
trice, deſidia fugienda eſt maximè: eſt
enim illud otium, maximum, nego-
tium. Ita in vita actiua, fugienda eſt
perturbatio, ac diſtractio. Actionis ſer
D. Gregor. uor (ait Gregor. in Comment. 1. Reg.
c. 14.) tunc rectè diſponitur; cum ſic
inſiſtimus operi, vt tranquillo corde
eum, cui opera noſtra conſecrare niti
mur, videamus, &c.

Turbaris erga plurima.

Turbatio eorum, qui caduca quærunt.

TVrbatur Martha erga plurima. Non
turbatur Maria erga vnum. Tur-
bantur, qui multa quærunt, hoc eſt,
bona caduca, diuitias, honores, volu-
ptates, non turbantur, qui quærunt
vnum, id eſt, Deum. Nam in vno Deo
requies, in multis rebus caducis per-
turbatio reperitur. *Venite ad me* (ait Do
minus Matth. 11.) *& inuenietis requiem*
animabus veſtris, &c. Vnus Deus vnam
facit animã: vnit enim cogitationes,
atque deſideria in vno. Multa caduca
bona, animam multiplicant, quia cu-
ras, & cupiditates in multa diſtrahũt.
Auguſt. Auguſt. Pſal 4. Dedita (inquit) tempo
ralibus voluptatibus anima, ſemper
exardeſcit cupiditate, nec ſatiari po-
teſt, & multiplici, atque ærumnoſa co
gitatione diſtenta, ſimplex bonum vi
dere non ſinitur, &c. Item: Talis ani-
ma temporalium bonorum deceſſio-
ne, & ſucceſſione, innumerabilibus
completa phãtaſmatibus, ſic multipli
cata eſt, vt non poſſit agere, quod præ
Sapient. 1. ceptum eſt, Sap. 1. *Sentite de Domino in*
benitate, & in ſimplicitate cordis quærite il-
lum Iſta enim multiplicitas illi ſimpli
citati vehementer aduerſa eſt, &c. Ad
de illud: Singulares [inquit] & ſimpli-
ces, id eſt, ſecreti a multitudine, &
turba naſcentium rerum, ac morien-
tiũ, amatores æternitatis, & vnitatis
eſſe debemus, ſi vni Deo cupimus in-
hærere. Sic Aug. oſtendit, animum cir
ca bona caduca turbari, ac multiplica
ri: hanc verò turbationẽ, ac multipli-
cationem animi vnitati, ac ſimplicita
ti aduerſari. Et ſer. 29. de verbis Dni,
ſic ait: Tolle vnum, & turba eſt, &c.
Eundem in modum, ſi vnitatem ex a-
A mo tollas, cogitationum, deſideriorũ,
& negotiorum turba relinquitur.

Martha, Martha, ſollicita es.

Cum ſollicitudine Deo ſeruiendũ.

CVm ſollicitudine, ac diligentia
Martha Chriſto ſeruiebat. Hoc
boni eſt ſerui, Deo ſollicitè ſeruire, ac
diligenter, non ignauiter, & negligen
ter. Hanc ſollicitudinem, & diligen-
tiam, Dei debemus famulatui: Primo
B quia ſummus Rex eſt, ſummaq; maie
ſtate præditus. Regibus. n. nemo ne-
gligenter, omnes obſequuntur dili-
gentiſſimè. Iob. 9. *Verebar* [inquit] *om-* *Iob 9.*
nia opera mea, ſciens quòd non parceres delin-
quenti, &c. Verebatur opera ſua Iob,
nos quoque vereri par eſt, quia ſum-
mo Regi ſeruimus: qui aũt Regibus
ſeruiunt, verentur opera ſua. Coquus
parans cibos, veretur, ne fortè malè
conditi ſint, ſartor, qui veſtes, ſutor,
C qui calceos conſuit, verentur, ne non
placeant, cæteri omnes, qui ſummis
Principibus miniſtrant; ne aliquo in
opere diſpliceant, magnoperè timẽt.
Ergo & nos, qui Regũ Regis ſerui ſu
mus, vereamur ſemper, ne aliqua in
re delinquamus: *ſcientes, quòd non parcit*
delinquenti. Secundò, quia perpetuo in
nobis defixos habet oculos. Famulus,
ſi herus abeſt, negligenter, at vero ſi
corã adeſt, gnauiter laborat. Coram
D ſemper adeſt Deus: cẽs ergo vires in
famulatũ oportet contendere. Tertio
quia præmio afficit maximo. Excitat
vires præmium humanũ: excitet mul
tò magis diuinum, atq. ſempiternũ.
Quartò, quia ſeruorum opera in vtili
tatem nõ ſeruorum, ſed dominorum
redundant, noſtra verò opera, atque
obſequia, vtilitatem, & lucrum, non
Deo, ſed nobis pariunt. Chryſoſt. ho. *D. Chryſoſ.*
16. epiſt. 1. ad Timoth. Miniſteriũ [in-
E quit] famuli domino prodeſt. Hic aũt
ſerui obſequium Domino nihil; ſeruo
autẽ plurimum confert. *Bonorum enim*
[inquit Pſal 15.] *meorum non eges, &c.* *Pſal. 15.*
Quinto, quia quidquid vitæ, & viriũ
habemus, Chriſto multis de cauſis de
bemus; quas breuitatis cauſa omitto.
Lege Bernardi ſermonem de quadru
plici debito: O ſi cognouiſſes [ait]
quam multa, & quàm multis debeas;
videres,

Digitized by Google

videres, quàm nihil ſit, quod facis, quàm nec inter minima numerandũ ad comparationem debitorum tuorum Et alia in hanc ſententiam Lege etiam D. Chryſoſt. epiſt. 1. ad Timot. hom. 16. in qua hortatur nos, vt Deo ſic ſaltem ſeruiamus, vt famuli dominis ſuis ſeruiunt.

Diuina obſequia nobiliſſima ſũt. Aduerte autem, Martham ipſam ſuis manibus cibos præparaſſe Chriſto. Etenim diuina obſequia nobiliſſima ſunt, noſtriſque manibus potius, quàm alienis exequenda. Qua de re lege Chryſoſt. hom. 4. in Gen. & de hoſpitalitate: lege eundem 1. Timoth. hom. 14. Abraham (inquit) viatores ſuſcepit hoſpitio, Gen. 19. neque tamen permittebat ſeruis omnia; ſed vxori miſceri farinam imperabat. Et quidẽ cum trecentos haberet, & decem, & octo vernaculos, quorum vxores itidem habuiſſe famulas, dubium non eſt. Sed ipſe cum vxore mercedẽ comparare feſtinat, non impenſæ tantum, verum miniſterij quoque. Ad hanc regulam hoſpitalitatis iura ſeruanda ſunt. Nos ipſos cuncta inferre oportet officia; vt ipſi ſanctificari mereamur, vt benedicantur manus noſtræ. Chriſto enim, nõ pauperi tribuimus. Quis verò ſit adeò infelix, vt erubeſcat manum Chriſto porrigere? &c.

Satagebat Martha nobilis, laborabat illa, & ancillæ, ſeruique. Fælix domus, in qua & domina, & ancillæ, & Dominus, & famuli omnes non otio, ſed labori vacant, Deoque omnes ſeruiunt. Prouer. 31. fortis deſcribitur, ſtrenuaque fœmina, non otioſa, ſed operoſa; ancilliſque ſuis penſa diſtribuens, vt doceat nos non otiari, ſed operari. *Quæſiuit* (inquit Salomon) *lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuũ ſuarum: de nocte ſurrexit, deditq; prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* Septuaginta vertunt: Dedit cibaria domui, & opera ancillis, &c. Item: *Manum ſuam miſit ad fortia; digiti eius apprehenderunt fuſum, &c.* Laborabat ſtrenua mulier, & quia laborabat, qui daret pauperibus non deerat. *Manum* (inquit) *ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* O beatos labores, quorũ pauperes participes ſunt. Tales erant

A Marthæ labores, illorum Chriſtus, Diſcipuliq; pauperes erant conſortes.

Vnum eſt neceſſarium.

TVrbantur erga plurima, qui multa parant fercula, & multos cibos minimè neceſſarios. *Vnum eſt neceſſarium*, nempe, vt neceſſitati ſatisfacias, ſicut exponit D. Baſilius, vt ſupra diximus. Neceſſitati pauca ſufficiunt; cupi-

B ditati ſufficit nihil. Neſcit cupiditas (ait Aug. lib. 4. contra Iulianum, c. 14.) vbi finiatur neceſſitas, &c. Itaque cupiditas neceſſitatem tranſgreditur naturæ, quæ paucis contenta eſt. 1. ad Timoth 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur* (ait Paulus) *his contenti ſimus, &c.* Græcè, *σκεπάσματα*, id eſt, *operimenta.* Caſſianus lib. 1 de inſtit. Cœnob. c 3. Operimenta (inquit) dixit Paulus, nõ veſtimenta, id eſt, quæ corpus ope-

Cupiditati nihil ſufficit.

1. Tim 6.

Caſſian.

C riant, non quæ amictus gloria blandiantur, &c. Eodem c. Paulus ait: *Eſt quæſtus magnus, pietas enim ſufficientia, &c.* Græcè ἡ εὐσέβεια, μετὰ αὐταρκείας, id eſt, *Dei cultus, magnum eſt lucrum, cum ſufficientia alimenti, & operimenti.* Satis enim eſt ſufficientia; etſi non ſit abundantia. Chryſoſtomus ſic Paulum exponit: Tanta (ait) oportet comedere, ac talia, quæ nos nutrire ſufficiant; & ea induere, quæ nos ab iniuria nudi-

Chryſoſt. Pauca ſufficiunt.

D tatis tueantur, noſq; congregant ſolum, & nihil amplius, &c. Ad Heb. 13. *Sint mores ſine auaritia; contenti præſentibus, &c.* hoc eſt, Ne ſolliciti ſitis de craſtino die; quæ craſtino die opus erunt, Dominus dabit. Ideò ſequitur: *Ipſe enim dixit: Non te deſeram, neque derelinquam; ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, &c.* Aliter: *Contenti præſentibus*: id eſt, ijs, quæ in præſenti habetis contenti,

ad Heb. 13.

E nolite abſentes opes, & ſuperfluas cupidè, atque auarè quærere. Sic Theodoretus: Nemo (inquit) audeat, quæ habet, augere; laudatur enim ſufficiẽtia, &c. Quærite (ait Aug. Pſal. 147) quod ſufficit operi Dei, non quod ſufficit cupiditati veſtræ. Cupiditas veſtra non eſt opus Dei. Forma veſtra, corpus veſtrum, anima veſtra, hoc totũ opus Dei, &c. Item: Si inania quæramus,

Theodor.

Auguſt.

ramus, nihil ſufficit. Quære quæ ſufficiát, & videbis ꝙ pauca ſint, &c. Huc ſpectat illud Eccl. cap. 11. *Fili, ne in multis ſint actus tui; & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto, &c.* hoc eſt, ne circa multa querenda ſint tuę actiones, nec vt multa habeas, labores; vel ne multis rebus, & negotijs occuperis, vt diuitias compares. Nam diuitiæ delicta ſolent parere *Si diues fueris, non eris immunis à delicto.* Item Prouer. 23. *Noli laborare, vt diteris; ſed prudentia tua pone modum, &c.* Prudentiæ (inquam) quæ in coquirendis bonis caducis verſatur, modum, frænumque adijce.

Eccleſ. 12.

Chriſtus paucis erat contentus, & Diſcipuli; at Martha ſollicita erat erga plurima, multa apponere volens. Liberalitas erga Chriſtum cōmendatur. Et ſi paucis Dominus ſit contentus, nos multa offeramus & opera plurima, quę dicuntur ſupererogationis, faciamus. *Vnum quidem eſt neceſſarium,* videlicet mandata ſeruare. Sed qui Martham imitatur, ſollicitus eſt erga plura, & conſilia etiā ſeruare nititur. Paucis eſt contenta natura; ſed multi ſolliciti ſunt, & turbantur erga plurima, quibus non neceſſitati ſolum, ſed ēt voluptati, & cupiditati faciāt ſatis. Paucis cōtentus eſt Chriſtus; ſed multi alij ſolliciti ſunt, (& nō turbantur) erga plurima ſancta opera, ſancta verba, ſanctaſq; cogitationes, quibus non neceſſitati ſolum, ſed amori erga Chriſtum eximio ſatis præſtent. Quamuis amori ſatis pręſtet, nihil. Et ſi erga plurima eſt ſollicitus; plurima tñ pauca illi videntur. Geneſ. 29. *Videbantur pauci dies, præ amoris magnitudine, &c.*

Vnum eſt neceſſarium.

HOc vnum illud eſt, de quo Pſalm. 26. legitur: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui, &c.* Deinde contemplationem, & quæ ex illa percipitur, voluptatem, hæc indicant verba; abſconſionem ēt illorum, qui contemplantem ſectantur vitam. Vnum hi à Dño petunt, ac cupiunt; vt ſemper in domo Domini habitent, vt videant voluptatem eius mirificam, quam cōtemplantibus affert. Hos a rebus caducis abſtractos abſcondit Deus, in abſcondito tabernaculi ſui, ac protegit. Hæc Mariæ pars eſt, ſecus pedes Chriſti, in abſcondito tabernaculi ſedere, eiuſq; voluptatem, & dulcedinem deguſtare. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi* (ait Maria Cantic. 2.) *& fructus eius dulcis gutturi meo, &c.* Arbor eſt Chriſtus amęniſſima, fructu plena dulciſſimo. Sub huius arboris vmbra ſedet Maria, fructuſq; carpit ſuauiſſimos.

Maria optimam partem elegit.

MAriæ eſt eligere. Nam optimè eligit conſideratio, rerumq; contemplatio. Si igitur electio eſt facienda, Mariā aduoca, dic illi, vt te adiuuet. Qui non conſiderat, malè eligit, qui conſiderando omnia trutinat, eliget bene. Prou. 31. *Conſiderauit agrum, & emit eum.* Prius conſidera; poſtea elige, & emere ne te externa rerum decipiat ſpecies, introrſum penetra. Gen. 13. *Eleuatis Lot oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa rigabatur, ſicut paradiſus Domini; elegitq́; ſibi Lot regionem circa Iordanem, & receſſit ab Oriente, &c.* Regionis amœnitatem ſpectauit Lot, ſed in peſſimorum hominū, nempe Sodomitarum conſortium, & in captiuitatem incidit. Si amœnitatem tantum rerum, externamq; perſonā intuearis, decipieris. Eſt perſonatus mundus; perſonam tolle, poſteà elige. Si quis tibi vel perſonatum ſeruum, vel phaleratum equum venderet, perſonam, phaleraſque demeres, vt iam ſeruum, quàm equum prius contemplareris, poſtea emeres. Perſonatos tibi honores, laruatas voluptates, phalerataſq; diuitias, mundus vendit; tolle laruas, tolle phaleras, introrſum quid lateat, conſidera. Hinc illud Senecæ epiſt. 24. Non hominibus tantū, ſed etiam rebus demenda eſt perſona & reddenda facies ſua, &c.

Maria bene elegit, id eſt, conſideratio.

Prouer. 31.

Geneſ. 13.

Seneca.

Optimam partem elegit Maria; ſ. contemplationem. Hęc pars eſt optima partis huma-

humanæ. Optima hominis pars intellectus eſt,& ratio. Huius optimæ partis,pars optima,eſt contẽplatio.Pars,

Pars optima eſt contemplatio.

id eſt,portio infima,brutorum animãtium eſt,ſcilicet appetitu duci, pars optima hominis eſt,intellectu, & ratione ad amandum Deum vti qui appetitum ſequuntur,in bruta animantia degenerant.Qui intellectu fide illuminato,æterna contemplantur, humanam naturam nobilitant.

Quæ non auferetur ab ea.

Quæ bona electio, quæ mala.

MAria,id eſt, conſideratio bona, eligit,quæ non auferuntur,[ma-la vero eligit, quæ auferuntur. Hæc eximia eſt electio bonorum] quidem æternorũ;malorum verò,ouę puncto temporis abeunt. Imprudentes verò homines,& inconſiderati, bona eligunt,quæ mox auferuntur ab eis,mala verò, quæ auferuntur nunquam. Hæc temeraria, & demẽs electio eſt, malorum,id eſt, tormentorum, quæ perpetua ſunt;bonorum autẽ, id eſt, deliciarum,quæ mox euaneſcunt. Veritatis ille ſummus contẽplator Paulus elegit egregiã,2.Cor 4.*Id*(inquit) *quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Non contemplantibus nobis,quæ videntur; ſed quæ non videntur: quæ enim videntur,temporalia ſunt; quæ non videntur,æterna,&c.* Quaſi dicat: Cõtemplamur æterna, ideòque bene eligimus. Etenim mala eligimus momentanea,bona verò ſempiterna;quæ ex his momentaneis malis oriũtur. *Nam momentanea pœnæ mala,ſempiternum gloriæ pondus operatur* Terrena omnia nobis ẽt inuitis auferũtur;cęleſtia permanent. Parui ergo facienda illa sũt, hęc magni. Nam bonorum pretium auget temporis diuturnitas; minuit contractio. Domum in annum conducis paruo pretio; emis verò in ſæcula multa, pretio magno.Si bonorũ pretium temporis diuturnitas auget; quantò magis augebit æternitatis lõgitudo?infinita ęternitas infinito modo augebit pretium. Ergo infinito pretio, & labore emenda ſunt æter-

2 Corint. 4

Terrena omnia auferũtur, cœleſtia permanent.

A na bona; infinito etiam pretio & labore,propulſanda ſunt æterna mala. Iam verò ſi infinitum laborem non habemus; hunc breuem, & finitum offeramus;vt infinita bona,quæ nobis auferri non poſſunt, conſequamur.

Aſſumptio Virgini Deiparę Euãgelium accommodatur.

Decantatur hoc Euangelium feſto die Aſſumptionis Deiparæ Virgini conſecrato, ideòq; operæpretiũ erit, paucis illud Virgini accommodare. Quamuis.n in literali ſenſu, de Vir-

B gine mentionem non faciat, illi aptiſſimè à Sancta Eccleſiã accommodatur. Excepiſſe dicitur in Euãgelio Virgo in terris Chriſtum,vt ex hac ſuſceptione intelligamus,quanta cum gloria in cęlis ab eodem Chriſto fuerit excepta. Sic Bernardus ait ſerm.1.de Aſſumptione: Vt quid (inquit) hodie euãgelica lectio recitatur,in qua mulier benedicta in mulierib. excepiſſe intelligitur Saluatorem? Credo, vt

D. Bern.

C hæc,quam celebramus, ex illa ſuſceptione aliquatenus æſtimetur, imo, vt iuxta illius inęſtimabilem gloriã, inæſtimabilis cognoſcatur & iſta,&c. Nam inæſtimabilis gloria fuit primę ſuſceptionis, qua in vtero Virginis, *Verbum caro factum eſt*: & Virgo facta eſt mater Dei. Reſpondet huic inæſtimabili primæ ſuſceptionis glorię, inæſtimabilis quoq; gloria ſecundæ ſuſcepionis,qua in cęlo à Chriſto Vir-

D go Deipara excepta eſt, & totius orbis hominumq; & Angelorũ regina effecta. Excepit Chriſtum Virgo optimo totius terræ loco, videlicet vtero ſanctiſſimo, excepit Chriſtus Virginem optimo totius cœli loco, videlicet throno ſuprà ipſos Seraphinos collocato Neq; in terris (ait Bernar.) locus dignior eſt vteri virginalis templo, in quo Filiũ Dei Maria ſuſcepit, neq; in cęlis regali ſolio, in quo Ma-

D.Bern.

E riã Mariæ Filius ſublimauit,&c Prima ſuſceptio Virginem matrẽ Dei fecit;ſecunda reginã fecit cęlorum. Prima excepit Filiũ,ſecunda excepta eſt à Filio. Prima in terris,ſecunda in cęlis, excepit mortalis, excepta eſt immortalis;excepit clam,excepta eſt palam:excepit vtero,excepta eſt cœlo. *Intrauit igitur Ieſus*, id eſt, Saluator, ad ſaluandum enim intrauit, *intrauit* (inquam) *in quoddã caſtellum*, hoc eſt,

in pagum quemdam; ſiue vicũ, id.n. hoc loco caſtellũ ſignificat. Quid terra eſt, ſi cũ cœleſti curia conferatur? Nõnne pagus, paruuſque vicus? *ô Iſrael* (ait Baruch. 3.) *quàm magna eſt domus Dei, & ingẽs locus poſſeſſionis eius, magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus, &c.* At verò terrarum orbis punctum eſt minimum. Vnde illud Senecæ lib. 1. Natur. quæſt. in præfatione: Punctum eſt, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regna diſponitis; ſurſum ingentia ſpatia ſunt, &c. Item: hoc eſt punctum, quod inter gentes ferro, & igni diuiditur, &c. Irridet deinde terræ paruitatem. O q̃ ridiculi (inquit) ſunt mortalium termini. Denique cum formicis homines confert. Formicarum (ait) iſte diſcurſus eſt, in anguſto laborantium, &c. Boetius verò lib. 2 de Conſolatione philoſophica, non ſolùm pũctum, ſed puncti punctum terram appellat. Suadet Boetio Philoſophia, vt humanam contemnat gloriam, nominiſq; in terra ſplendorem, rationẽmq; ducit a terræ paruitate, in qua fama verſat. Omnem (ait) terrę ambitum, ſicut Aſtrologicis demonſtratib. accepiſti, ad cœli ſpatium. puncti conſtat obtinere rationem. Huius igitur tàm exiguæ in mundo regionis, quarta ferè portio eſt, ſicut Ptolomæo probante didiciſti, quæ à nobis cognitis animãtibus incolatur. Huic quartæ ſi quantùm maria, paludeſq; premunt, quãtùmq. ſito vaſta regio diſtenditur, cogitatione ſubtraxeris, vix anguſtiſſima habitandi hominibus area relinquitur. In hoc minimo igitur puncti quodam puncto circumſepti, atq. cõcluſi, de peruulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? Sic Boetius. Tam paruus vicus eſt terrarũ orbis.

Baruch. 3.

Seneca.

Terra cũ cœlo collata vicus eſt paruus, imo punctum.

Boetius.

Inanis gloria in puncto.

Verumtamen in paruo vico, aliquãdo rex palatiũ extruit, ex quo ad venationem, & aucupium prodire poſſit. Eundem in modum ſummus rex in paruo hoc pago nobile exædificauit palatium, ex quo ad venationem, non ferarum, ſed animarum exiret. Palatium autem admirandum Virgo Deipara fuit, in paruo hoc caſtello extructum, vt cœleſtem exciperet regẽ ad venandum hominũ animas, ex cœleſti curia venientem. *Mulier* (inquit) *quędam excepit eum in domum ſuam, &c.* Quis huius palatij ornamenta explicare poterit? Orbis ſeptem ędificia adeò præclara extitere, vt ſeptem orbis miracula ſint appellata; videlicet Ægypti pyramides, turris Pharia, Babylonis muri, Epheſię Dianę tẽplum, Mauſoli regis Cariæ ſepulchrum, Solis Coloſſus, Iouis Olimpici ſimulachrum, ſed Poetæ carmen illud hoc loco poſſumus meritò vſurpare.

Virgo Deipara palatium admirandũ eſt.

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Martialis lib. 1. Epig.

Orbis enim ſtupendum miraculum Virgo eſt Deipara. Vnũ hoc opus & palatium, vnum hoc miraculum, loquetur fama omnium ſæculorum, totiúſq. æternitatis. Vnum hoc templũ plus q̃ Salomonicum, laudib. æternis celebrabit, ꝙ ſummum cęli Regem excepit. *Mulier autem quædam excepit illum*, quia hoc ordo poſtulabat redemptionis, vt mulier Deũ exciperet, ſiquidem mulier illum mundo expulerat. Auguſtinus lib. de Agone Chriſtiano, c. 22. Huc (inquit) accedit magnum Sacramentum; vt qm̃ per fœminam nobis mors acciderat, per fęminam vita nobis naſceretur. Vt de vtraq. natura, id eſt, fœminina, & maſculina, victus diabolus cruciaretur: quoniam de ambarum ſubuerſione lætabatur. Cui parũ fuerat ad pęnã, ſi ambæ naturæ in nobis liberarenẽ, niſi etiam per ambas liberaremur. Sic ille: Hac de re fuſiùs egimus tom. 1. lib 7. cap. 6.

Virgo excepit Chriſtũ.

Auguſti.

Excepit Chriſtum muliér quædã, quia homo fieri voluit, vt homines redimeret. Neq; tamen factus eſt Angelus, vt redimeret Angelos. Stupendũ ſanè myſterium hac in re latet. Cecidere Angeli, cecidere homines, at vt Paulus ait ad Hebr. 2. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehẽdit, &c.* Chryſoſtomus, Angelis (inquit) hoc non donauit non Angelinaturam ſuſcepit, ſed hominis, aufugiẽtem ab ipſo naturam humanam inſequutus apprehendit, &c. Finge animo duos fugiſſe Domini alicuius ſeruos, alterum magni pretij, alterum multò minoris; Dominum autem inſecutum eũ, qui multò minoris erat pretij apprehendiſſe, & domum pertraxiſſe;

ad Hebr. 2.

Chryſoſto.

Chriſtus humanam naturã aſſumpſit, nõ angelicã.

traxiſſe; illius verò qui præcellebat, A nullam, vt reduceret, egiſſe curã. Nõne mirũ hoc eſſet? fugit Angelus Dei ſeruus magni pretij, fugit homo pretij multò minoris; Deus verò nobiliorem Angelum, nec eſt inſecutus, nec apprehendit; ignobiliorem verò hominem, vt Chryſoſtomus ait, aufugientem inſecutus apprehendit. Quis non miretur? Vt hominem apprehenderet, naturam humanam in Virginis apprẽhẽdit vtero; ideò *mulier* B *quædam excepit illum in domum ſuam.*

Nulla hac in domo mentio fit viri, non dicitur vir excepiſſe, ſed mulier. Et meritò quidem, quĩ in hac Dei in Virginis vtero ſusceptione, nihil vir eſt operatus; Virgo ſola mater fuit; pater in hac generatione non fuit. *Mulier excepit eum in domum ſuam*, Spiritu ſancto operante, nõ viro ſancto. D. Bernardus ſerm. 2. de Aſſumptione aliam reddit rationem, cur de La- C zaro non fiat mentio, videlicet, quia Lazarus mortuus, & in vitam excitatus, pœnitentiam adumbrat; pœnitentia autem in Virginis domo locum nõ habuit, quæ omni peccato caruit. Abſit enim (ait Bern.) vt proprij qdquam inquinamenti domus hæc aliquando habuiſſe dicatẽ, vt in ea proinde Lazari ſcopa quæreretur, &c.

Non fit mẽtio viri cũ Chriſtus à Martha excipitur.

D. Bernar.

Nullus in hac domo Lazaro locus fuit, fuit tñ ſororib Mariæ & Marthæ, D hoc eſt, agenti vitæ, & contemplanti; ſed contemplans lõgè præcelluit. Virgo.n. contemplationi multò magis, q̃ actioni vacauit: in cõtemplatione verò merita maxima inuenit. Etenim ex ſuo genere maiora eſſe contemplationis, q̃ actionis merita docet Diuus Thomas 2. 2. q. 182. art. 2. eò q̧ Dei caritatẽ magis ſpectet. Radix [inquit] merendi eſt caritas, Deum verò diligere ſecundùm ſe, eſt magis merito- E rium, quã diligere proximũ. Et ideò illud quod directiùs pertinet ad dilectionem Dei, magis eſt meritoriũ ex ſuo genere, quàm id, q̧ directè pertinet ad dilectionem proximi, propter Deum. Vita autem contemplatiua directè, & immediatè pertinet ad dilectionem Dei. Sic D. Thomas. In hoc contemplationis theſauro opulentiſ-

Radix merẽdi eſt caritas.

ſimo, admirãdas meritorũ opes Virgo præcipuè reperit; de quib. illud dr Prouerb. 31. *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, ſupergreſſa es vniuerſas.* Hæc ſint ſatis. Nam de Virginis contemplatione iam egimus tom. 1. lib. 6. c. 5. de contemplatione verò, & actione, ſiue de Maria, & Martha, deque in cœlum Aſſumptione diximus eodẽ lib. 6. cap. 12. De Virginis quoq; patrocinio ſcripſimus eodem lib. cap. 13. Id implorãdum, indicatur p illa verba Marthæ: *Dic illi* (ſcilicet Mariæ) *vt me adiuuet.*

Prouer. 31.

Deniq; *Maria* Deipara *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Nulla pars puræ creaturæ melior Mariæ parte fuit in terris; nulla melior eſt in cœlis. Optimam partem habuit in terra, quia excepit Deum in domum ſuam, id eſt, vterum, quæ pars præter illam, nulli contigit; optimam partẽ habet in cœlis, quia gloria omnes Sanctos, omnẽſq; Angelos, lõgè ſuperat. *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum*, id eſt, in orbem terrarum, & Virgo *excepit illum in domum ſuam*, vt decebat talem excipi Regem. Intrauit Virgo Deipara in quoddam caſtellũ, id eſt, cœlum, & verè quidem caſtellum, fortiſſimũmve caſtrum, ac muniriſſimum, quod vno temporis puncto, ſi pugna, ſit, terræ pagum valet euertere. Intrauit (inquam) Deipara in quoddam caſtellum, id eſt, cœlum, & Chriſtus excepit illam in domũ ſuam, vt excipi par erat genitricem Dei. Qua de re iam dictum loco citato.

Nulla pars creaturæ puræ melior parte Deiparæ.

Cœlum caſtellũ munitiſſimũ.

CAPVT XXI.

De oratione Dominica, & orandi perſeuerantia.

LVCAS CAPITE XI. Verſ.1.

ET factum eſt,cùm eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit,di
2 xit vnus ex diſcipulis eius ad eum ; Domine doce nos ora-
re,ſicut docuit & Ioannes diſcipulos ſuos:* Et ait illis,cùm
3 oratis,dicite; Pater,ſanctificetur nomen tuum,adueniat re
4 gnum tuum: * Panem noſtrum quotidianum da nobis ho-
5 die, * & dimitte nobis peccata noſtra , ſiquidem & ipſi di-
mittimus omni debenti nobis, & ne nos inducas in tentationem. * Et ait ad
6 illos:Quis veſtrum habebit amicum,& ibit ad illum media nocte, & dicet il-
7 li;Amice, commoda mihi tres panes , * quoniam amicus meus venit de via
ad me,& non habeo quod ponam ante illum. * Et ille deintus reſpondens di
cat,noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum
ſunt in cubili,non poſſum ſurgere, & dare tibi . Et ſi ille perſeuerauerit pul-
8 ſans,dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens , eò quòd amicus eius ſit , propter
improbitatem tamen eius ſurget , & dabit illi quotquot habet neceſſarios . *
Et ego dico vobis,petite,& dabitur vobis,quærite , & inuenietis ; pulſate , &
9 aperietur vobis. Omnis enim qui petit,accipit , & qui quærit, inuenit, & pul-
10 ſanti,aperietur. * Quis autem ex vobis patrem petit panem , numquid lapi-
11 dem dabit illi ? * Aut ſi petierit ouum , numquid porriget illi ſcorpionem ?
12 Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quantò magis
13 Pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe ?

Domine doce nos orare .

NArrat D.Lucas diſcipulum quẽdam à Chriſto petiiſſe , vt diſcipulos orare doceret. Sumpſit autẽ inde huius petitionis occaſionẽ , quòd Chriſtum orantem vidit . Vt igitur orationi finem impoſuit: *Domine* (inquit) *doce nos orare.ſicut docuit, & Ioãnes diſcipulos ſuos.* Vnde conſtat Ioannem docuiſſe diſcipulos ſuos orandi modũ aliquem , cuius Euangeliſtæ non meminerunt. Morem geſſit diſcipulo Dominus,dominicãq. orationẽ tradidit.

Quis fuerit q. Chriſtum interrogauit.

Putat Euthymius vnum fuiſſe ex ſeptuaginta diſcipulis. Dubitatio exoritur hoc loco, cur hic diſcipulus orandi modum a Chriſto flagitarit,cũ Chriſtus diſcipulis in ſermone habi- A to in monte Matth.6.Orationem dominicam iam tradidiſſet. Reſpondetur, hunc diſcipulum ſermoni illi nõ interfuiſſe. Ianſenius putat probabilius , Chriſtum orationem Dominicã ſemel tantùm docuiſſe, hoc videlicet loco a diſcipulo rogatum. Matthæum verò illi ſermoni in monte habito illã inſeruiſſe,cùm tamen tunc non fuerit pronunciata. Verùm,& faciliùs,& probabiliùs reſpondetur, Dominum B bis orationem eandem tradidiſſe,ſemel in monte vniuerſæ turbæ, & diſcipulis,qui aderant; iterum huic diſcipulo,& alijs qui non interfuerant. Sic Rupertus exiſtimat Matth. 6. & Euthymius , videlicet bis dictam à Domino dominicam Orationem .

Pater,

Digitized by Google

Pater, ſanctificetur nomen tuum.

HOc loco prætermiſſa ſunt aliqua verba orationis Dominicæ, non enim dicitur: *Pater noſter, qui es in cęlis, ſanctificetur nomen tuum*, vt apud Matthęum; ſed *Pater, ſanctificetur nomen tuũ.* Præterea omittitur petitio illa; *fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra*, illa quoque, *ſed libera nos à malo.* Græci tamen codices, & Syriaci hæc quæ deſiderantur, habent: Latini, qui veriores ſunt, non habent. Nam Gręci ex Matthæo in Lucam, quæ deerant trãſtulerunt. Sed quæritur, pronũciaritne Chriſtus hoc loco integram orationem Dominicam, an imperfectã? quòd enim integram pronunciarit, probatur, quia orandi formam volebat diſcipulis tradere. Quis autem dicat imperfectam tradidiſſe? Quòd verò ita tradiderit, vt hic ſcripta eſt, ex Euangeliſta firmatur, qui ſic illam ſcripſit, vt à Chriſto eſt dicta. Reſpondeo, ſic hoc loco à Chriſto pronunciatam eſſe orationem, vt a Luca eſt ſcripta. Propterea autem ſilentio pręterita ſunt nonnulla, quia in reliquis continentur. Nam petitio illa, *fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra*, in præcedenti cõtinetĩ. *ſanctificetur nomen tuum*: tunc. n. ſanctificatur nomẽ Dei, cùm eius fit voluntas. Illam verò alteram; *ſed libera nos à malo*: ſimiliter antecedens complectitur, ſcilicet, *ne nos inducas in tentationem*. Qui enim in tentationem, non inducitur, à malo, id eſt, dæmone liberatur. D. Auguſtinus in Enchiridio cap. 116 ſentire videtur, Lucam, non Chriſtum, verba illa prętermiſiſſe, eamq; ferè rationem reddit, cur prætermiſerit, quam nos reddidimus. Rupertus vult à Chriſto relicta, vt indicaret non eſſe opus ad orandũ multiloquio. Potuerit ét relinqui, q͂a facile erat ex alijs illa diſcere.

An Dominica oratio ſic fuerit à Domino pronunciata.

Forſitan hic diſcipulus iam audierat à Domino Dominicam orationẽ; ſed alias petebat orationes longiores, & ſublimiores. Non enim ſatis illam eſſe putabat. At Dominus non alias orationes tradere voluit, ſed Dominicam repetiuit. Et quia omnibus nota

A erat, aliqua verba omiſit, vt indicaret, non ex verborum multitudine, ſed ex ardore mentis orationis pendere ſublimitatem. Rupertus Matth. 6. Hæc (inquit) oratio forſitan diſcipulis Domini adhuc rudib. ob ſui breuitatem inſufficiens viſa eſt, &c. Itẽ: orationis compoſitionem non ſolùm nõ auxit, verùm etiam diminuit; vt magis notum ſit oranti, quòd non opus ſit ei lõgo, vel compoſito ſermone fatigari, &c.
B Orationem Dominicam iam explicauimus tom. 2. lib. 7. c. 24. inde explicatio eſt petenda.

Rupertus.

Quis veſtrum habebit amicum.

ORandum docet, & quidem perſeueranter: eſt enim perſeuerantia orationis, & difficilis, & maximè neceſſaria. Si ſemel petimus, & iterũ, Deus verò minimè annuit, non eſt
C abijcienda aut ſpes, aut petitio, inſiſtendum eſt orationi, quouſque quod cupimus, adipiſcamur. Hoc indicat Dominus ſimilitudine hominis, cuius perſeuerantia ab amico media nocte panes extorſit. Cubabat hic, cũ ſubitò nocte intẽpeſta fores ille pulſat, panèſque petit, cœnę hoſpiti exhibendæ neceſſarios. Repellitur à cubante, repulſus non abſcedit, ſed perſeuerat, pulſat, vrget. Tandem perſe-
D uerantia victus è lecto ſurgit is, qui cubabat nocte media, dàtque panes. Quemadmodum in petendo perſeuerantia, ab amico panes extorſit; ſic noſtra in orando conſtantia, à Deo, q̃ cupimus, impetrabit. Non receſſit ille ab oſtio amici, & ſi repulſus, ſed perſtitit conſtanter: ſic nos etſi repelli a Deo videamur, minimè ab oratione recedamus; quin potiùs perſiſtamus, quouſque quod petimus, im-
E petremus. D. Baſilius in conſt. Monaſte. cap. 2. Exemplum (inquit) ſumit Chriſtus ab homine, ad alium hominem; vt intelligas nulla laboris fatigatione debere te a ſuſcepto propoſito deſiſtere, vt videlicet, quandocumque aliquid petieris, neq; impetraueris, tamdiu perſeueres, quoad impetres, &c.

Perſeuerãtia potentis eſt neceſſaria.

Ibit ad illum media nocte.

Oratio nocturna. — *Pſal. 118.* — *D.Ambro.*

MEdiā nocte hic pulſauit fores amici. Nos etiam nocturno tempore pulſemus fores Dei: iuxta illud Pſal. 118. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ, &c.* D. Ambroſ. in Luc. cap. 11. Petijt media nocte panes Dauid, petijt, & accepit, petijt quando dicebat; *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi,* petijt cùm dixit, *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, &c.* Pſal 6. Homo hic iam cubabat, & dormiebat, cum nocte cõcubia fores pulſauit amicus; ideòq; moleſta illi fuit pulſatio. *Noli* (inquit) *mihi moleſtus eſſe, &c. At, non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* Pſalm. 120. Non erimus ei moleſti, ſi nocte intempeſta fores pulſemus, erimus verò moleſti, ſi non pulſemus. De Dauide loquens Ambroſius eodem loco ait; non timuit, ne excitaret dormientem, quem ſciebat ſemper excubare vigilantem, &c. Tanti regis exemplo ad orationem frequentem hortatur nos idem Pater ſanctiſſimus hæc adiungens. Si ille tam ſanctus, & qui erat regni neceſſitatib. occupatus, ſepties in die laudem Domino dicebat, matutinis, & veſpertinis ſacrificijs ſē per intentus, quid nos facere oportet, qui cò ampliùs rogare debemus, quò frequentiùs carnis, ac mentis fragilitate delinquimus. Significat etiā nox media, tenebroſum, hoc eſt calamitoſum, & mœſtum tempus, calamitatibus enim vexati, ad orationem confugimus. Media nocte accommodat nobis panes Dominus, cùm cor ad tolerandas patienter res aduerſas corroborat. Nam *panis cor hominis confirmat,* vt eſt in Pſalm. 103.

Ambroſ. (side note to the passage on David)

Accommoda mihi tres panes.

Oratio in fame, & calamitate. — *Iſai. 1.* — *Geneſ. 27.*

PAnis penuria coactus hic ad amicum ſe contulit, ita & nos facere oportet, cùm panis deeſt, cùm ſterilitas eſt in agris, & inopia frugum. Ille confugit ad amicum; nos non ad amicum ſolùm, ſed etiam ad Patrem confugiamus; petamus, pulſemus, in oratione cõſtanter permaneamus. Neq; verò petamus, vt panes accõmodet, ſed vt panes largiatur, liberaliſſimè. n. *dat omnia affluenter,* vt Iacob. ait c. 1. *& nō improperat* Ideòq; in oratione Dominica non diximus; *accommoda nobis panem,* ſed, *panem noſtrum quotidianum da nobis.* Cùm verò petimus, & pulſamus, manib. pulſemus puris, ne illud audiamus Iſaiæ 1. *Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, &c. Vox quidē orationis vox eſt Iacob,* Geneſ. 27. *At manus ſæpè ſunt Eſau.* Sit vox Iacob; Voci non ſint diſſimiles manus. Quòd ſi vt cibum corporis acciperet, iam conſtanter hic nocte intempeſta amici fores pulſat, nec diſcedit donec impetret; quid facere eum oportet, qui cibum petit? quo animus alitur? Sed de his diximus tom. 2. lib. 7. cap. 19.

D.Bernar. — *Cur petieris panes tres.* — *D.Bernar.*

Dubium eſt, quorſum, tres panes vni amico petat quamobrem D. Bernar. in ſerm. de Rogationib. Quid eſt (inquit) quòd amicum vnum perhibet aduenìſſe, nec tamen contentus eſt quærere panem vnum? Putaſne tā voracem æſtimabat amicum, vt non poſſet vni ſufficere panis vnus? Nam vni quidem tres apponere panes inconſequens omnino videtur, &c. Reſpondetur petijſſe tres panes, videlicet vnum ſibi, alterum amico, & tertiū, vt communis eſſet, ſi fortè duo non ſufficerent. At obijcitur, hic qui panes petebat, iam cœnauerat, nec eſt veriſimile rurſus cœnaſſe; quamobrē panem ſibi non petebat. Verum quidem eſt, cœnauerat iam; ſed rurſus in gratiam amici aliquid cibi ſumere voluit. Præterea tres petiuit panes non vt neceſſarios, ſed vt haberet etiā non neceſſarios. Adde cum amico veniſſe etiam famulū. D. Bernard. loco citato, ait veniſſe & mancipium, & vxorem; trèſq; panes fuiſſe neceſſarios tribus, amico, vxori, mancipio.

Arbitratur autem D. Bern. amicū hunc, qui de via venit, ipſum eundē hominem eſſe, qui ex peccatorū via, ad ſeipſum reuertitur, inſtar prodigi illius Lucæ 15. Ego (inquit) amicum venientē ad me, non alium intelligo, q̄ meipſū. Nemo quippe carior mihi, nemo

nemo

nemo germanior eſt. Ad me ergo de via venit amicus, cùm tranſitoria deſerens ad cor redeo. Deinde tunc verè ſibi quiſq; amicus eſt, cùm de via redit, *quoniam qui diligit iniquitatem odit animam ſuam.* Pſal.10 A die itaque conuerſionis meæ, de via ad me venit amicus. Venit de regione longinqua, vbi paſcere porcos & ipſorũ ſiliquas inſatiabiliter eſurire ſolebat, &c Tres panes huic petendi amico (vt ait idẽ melliſluus Pater) ſunt, panis veritatis, panis caritatis, panis fortitudinis. Primus, vt quæ vera ſunt, & agenda intelligamus; ſecundus, vt Deũ amemus; tertius, vt virtutem caro exerceat. Credo [inquit D. Bernardus] petendos nobis eſſe tres panes, Veritatis, Caritatis, Fortitudinis, &c. Item: commoda mihi tres panes, vt intelligã, vt diligã, vt faciã volũtatẽ tuã, &c.

Quid ſignificẽt homo veniens de via, & panes tres.

D. Auguſ.

D. Auguſtinus lib.2. quæſt. Euang. c.21. Amicum de via venientem appetitum hominis adumbrare ait, de via venit, id eſt, de temporali conſuetudine reuocat: tres panes petuntur, hoc eſt, Sacroſanctę Trinitatis intelligentia, quæ præſentis vitæ labores conſolet. Nam conuerſo homine ad Deum [ait Auguſtinus] ẽt appetitus a conſuetudine reuocatur. Sed ſi non conſolatur interius gaudium, de doctrina ſpiritali, qua creatoris Trinitas prædicat, magnæ anguſtiæ ſunt in homine, quẽ premit ęrũna mortalis. Cũ ab ijs, quæ foris delectant, præcipitur abſtinentia: & intus non eſt refectio de lætitia doctrinę ſalutaris. Et illa anguſtia eſt media nox, qua cogit vehemẽter inſtare petẽdo, vt accipiat tres panes, &c.

Propter improbitatem eius ſurget, & dabit illi, quotquot habet neceſſarios.

IMprobitas ἀναίδεια Græcè dicitur hoc loco, id eſt, *impudentia, inuerecundia:* noſter vertit *improbitatem.* Appellatur autem improbitas, ſiue impudẽtia, importunitas illa hominis media nocte panes importunè petentis ab amico cubante, neq abſcedere volẽtis, niſi accepiſſet. Optima hæc eſt improbitas, & prudens impudentia, opportunaq importunitas, in petendo importunos nõ eſſe vult Deus, & ita impudentes, vt etiam ſi repellamur non recedamus. Propter improbitatem hanc optimam, tandem ſurget, poſtquã repulerit, & dabit quotquot habemus neceſſarios panes. Sancta hæc improbitas, ſiue impudentia in fœmina Chananæa cernitur Matth. 15. petebat panem, repulſa eſt *non reſpondit ei verbum.* Chriſtus tacebat, illa clamabat: repulſa non diſceſſit, venit, & adorauit Dominum dicens: *Domine adiuua me,* qui reſpondens ait: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus,* ut illa dixit, *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum, &c.* Denique pp perſeuerantiam, ꝙ cupiebat magna cum laude impetrauit. *O mulier* (ait Dominus) *magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, &c.* Idipſum continget nobis, ſi perſeuerantiam nõ abijciamus Baſilius loco citato; Et ſi (inquit) menſis præterijt, etſi annus, etſi triennium, & quadriennium, etſi anni complures; acriter perſeuerato tamen, donec impetres. Sed poſtula cũ fide, neque interea rectè vnquam viuere intermiſeris, &c.

Conſtantia in ſupplicando.

Matth 15. Orationis ſancta importunitas eſſe debet.

D. Baſili⁹.

Cur autem Deus cunctetur, rationem reddit D. Auguſt. ſerm.5. de Verbis Domini: Cùm aliquando (inquit) tardius dat, cõmendat dona, non negat. Diu deſiderata dulcius obtinentur: citò autem data vileſcunt. Pete, quære, inſta. Petendo, & quærendo creſcis, vt capias Seruat tibi Deus, quod non vult citò dare; vt & tu diſcas magna magnè deſiderare. Sic Auguſt. & ſerm.27. de Verbis Domini; quod dare vult, differt, vt amplius deſideres dilatum; ne vileſcat citò datum, &c. Differt Dominus, nõ negat; nam ſi negare vellet, petere à negante nõ iuberet, Chyſologus ſerm. 39. O quã negare noluit, qui ſibi etiam neganti, qualiter extorqueretur oſtendit, &c. Negat Dominus, id eſt, dare differt, quomodo neganti per perſeuerantiã extorqueas, ꝓpoſita parabola docet.

Auguſtin. Cur differat Deus dona petitu

Chryſolog.

Petite, & dabitur vobis.

EX propoſita parabola inſtandum orationi docet, vt ꝙ cupimus, aſ-

ſequamur. Hæc verba i m explicaui mus tom.2.lib.7.c.28 & 29 ex capite D.Matthæi 7.vſque ad illa. *Si vos cũ ſitis mali, noſtis bona data dare filÿs veſtris, quantò magis Pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe, &c.* Apud Matthæum in ſermone habito in monte paulò aliter Dominus locutus eſt, videlicet; *quantò magis Pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe, &c.* Apud Lucam, *Spiritum bonum,* Apud Matthęum *bona* Patrem ait daturum. Illud Lucæ *Pater noſter de cœlo dabit ſpiritum bonum*: non ſignificat Patrem daturum de cœlo ſpiritum; ſed Patrem de cœlo, id eſt, qui in cœlis eſt, daturũ. Græcè enim legitur *ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ*, id eſt, *Pater, qui ex cœlo eſt dabit*, Spiritus bonus qui à Patre datur, Spiritus ſanctus, &c. Græcè ſic ſcribitur dabit, *πνεῦμα ἅγιον*, id eſt, *Siritum ſanctum*. Ait Dominus Patrem daturum Spiritum ſanctũ, ergo ſupponit, nos Spiritum ſanctum petituros, caritatem, humilitatem, aliaque Spiritus ſancti dona. Nam id docet daturum Patrem, quod nos petimus. Nulla hic fit mentio diuitiarum, nulla caducorum bonorũ. Quod enim præcipuè petendum eſt, Spiritus ſanctus eſt, Deus eſt. Auguſtinus Pſalm. 34. Nihil magis vult Deus dare, quàm ſe, ſi aliquid inueneris meliùs, pete, &c.

D. Auguſ.
Deus vult ſe dare.

Numquid lapidem dabit illi?

A Minori argumẽtatur ad maius, ſi mala filÿs negant, bona donãt homines mali, & improbi: nònne id potiùs Patrem optimum Deum facturum credendum eſt? Non vult Dominus lapidem pro pane, ſerpentem pro piſce, ſcorpionem donare pro ouo: honores, atque opes, huiuſmodique alia caduca bona, lapides ſunt, non panes, quia animum non alunt, ſed exedunt. Serpentes, & ſcorpiones ſunt, quia venenum cordi diffundũt. Negat hæc filÿs pater, illorum ſaluti conſulens. Quis ſanitatem non petat, cùm ægrotat? (ait Auguſt. Pſal 59) & tamen fortè adhuc ægrotare ei vtile eſt: poteſt fieri, vt hîc non exaudiaris. Non tamen exaudiris ad voluntatẽ, vt exaudiaris ad vtilitatẽ, &c. Itẽ Pſal.26. Propitius Deus cùm malè amamus, negat, quod amamus; iratus aũt dat amanti, quod male amat, &c. Quid petas animaduerte, caue, ne ſerpentẽ petas, aut ſcorpionem. Si Deus non dat; ſerpentem crede dare nolle. Si dat; vide ne iratus donet. Agi hic poteſt de parentibus, qui filÿs ſerpentes dant, & ſcorpiones, hoc eſt, illa, quæ perniciem eorum, afferunt moribus. Prætereà ex hoc loco liquet, patrem non mala, ſed bona dare filÿs. Quidquid ergo Deus dat, qui pater eſt; bonum eſſe nobis credamus, etiã ſi verbera ſint, vel vulnera. Chryſologus ſerm.55. Si [inquit] Deũ credis, & confeſſus es Patrem, quidquid tuſſerit, quidquid in te elegerit, crede tibi ſatis eſſe ſaluiferũ. Sit licet paterni mandati ſpecies triſtior, res tamen ipſa ſalutifera, & vitalis, &c.

Cur nõ dat Deus poſtulata
D. Auguſ

Parentes qui dant ſcorpiones, & ſerpentes filÿs.

Chryſolog.

Legendus eſt D. Auguſtinus lib.2. quæſt. Euangel. c.22. quo loco, pane, ouo, piſce, tres Theologicas virtutes adũbratas cenſet. Nam caritas, panis eſt neceſſarius maximè, ſine quo cętera fercula, id eſt, virtutes, ad ęternã vitam conſequendã non proſunt. Intelligitur panis caritas, [ait Auguſ.] pp maiorem appetitum, & tam neceſſariũ, vt ſine illa cætera nihil ſint; ſicut ſine pane menſa eſt inops, &c. Spes ſimiles ouo eſt, quoniam in ouo eſt, qm̃ in ouo nondũ pullus, ſed ſpes eſt pulli. In ouo [inquit Auguſt.] intelligitur ſpes. Ouum.n. nondum eſt fętus perfectus, ſed fouendo ſperatᷣ. Fides piſci comparatur, propter baptiſmi aquas, pręterea quia magna fides, ab aquis pelagi huius, id eſt, mundi calamitatib. non lęditur, inſtar piſcis. Biſcis [ait Auguſt] intelligitᷣ fides inuiſibiliũ, vel pp aquã baptiſmi; vel quia de inuiſibilib. locis capitᷣ. Qđ ẽt fides huius mũdi fluctib. circũlatrata non frãgitᷣ, rectè piſci cõparatᷣ, &c. Et ſerm. 59. de Verbis Dñi: Dixit [inquit] quidã ſanctus & nos dicere delectat: Piſcis bonus pia eſt fides. Viuit inter fluctib. Viuit iter tẽrationes, tẽpeſtatẽſq. huius ſæculi pia fides, ſequit mũdus. & integra eſt, &c. Hũc piſcẽ, hũc ouũ, hũc panẽ, petitã Patre cęleſti filÿ h. e eſt,

Pane, ouo, piſce, tres virtutes indicantur.

D. Auguſ.
Caritas panis.

Spes ouum
Fides piſci

carita-

caritatē fidē,ſpē;nō autē petunt lapi
A
des,ſerpentes, aut ſcorpiones. Ob-
ſeruat etiam Auguſtinus, pani oppo-
ui lapidem. *Quis*[inquit Dominus]*ex
vobis patrem petit panem,numquid lapidem
dabit illi? Aut piſcem,numquid pro piſce ſer
pentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum, nū-
quid porriget illi ſcorpionem?* Piſci ſerpen
tem,ouo ſcorpionem. Nam pani, id
eſt,caritati contrarius eſt lapis,id eſt
cordis duritia,piſci,id eſt,fidei aduer
B
ſatur tartareus ſerpens,illam deuo-
rare cupiens. Diabolus(inquit Aug.)
non corrumpat fidē,ne deuoret piſ-
cem &c. Ouo,id eſt,ſpei inimicus eſt
ſcorpius. Spes enim in ea tendit,quę
ante ſunt,quæ retrò ſunt obliuiſcitur
at ſcorpius cauda percutit,quam re-
tro habet,tunc autem percutit, cum
ab ijs,quæ ante ſunt nos retrò refert
Lege Chryſologum ſerm.55.

Exhibet Euangelium hominē indi
C
gentia compulſum, ab amico nocte
tres panes petentē. Compellit enim
De oratione. orare,& petere indigentia. Nemo pe
teret,ſi non indigeret. Indigent qui-
dem cætera animantia: indiget etiam
homo,& multo plurib. indiget Nam
illa cibo indigent corporeo. Homo &
cibo,veſtitu,multiſq. alijs indiget cor
pori,neceſſarijs,indiget quoq. virtu-
tib.& gratia,boniſq. operib. neceſſa-
rijs animo,indiget Dei tutela,& ſpi-
D
ritu. Animantia reliqua petere neſ-
ciunt,quia ratione carent, petunt iñ
Pſal. 146. & 103. ſuo modo; vnde illud Pſal 146. *Qui
dat iumentis eſcam ipſorum:& pullis coruo
rum inuocantibus eum,&c* Et illud Pſal.
103. *Catuli leonum rugientes,vt rapiant,et
quærant à Deo eſcam ſibi,&c.* At homo rā
tione præſtat, ſcit petere, ſcit a quo
debeat petere,videlicet a Deo. Indi-
gētia illum ad Deū ducit, abūdātia a
Deo abducit. Deut. 32. *Incraſſatus eſt
E
Deuter 32. dilectus,& recalcitrauit: incraſſatus, impin-
guatus,dilatatus,dereliquit Deum factorem
ſuum,&c.* Incraſſatus homo aduerſus
Dei legem recalcitrat: impingit at⁹ ca
ducis bonis, Deū derelinquit. Macie,
inopiaq confectus, ad Deū confugit,
petitq. tres panes,ſcilicet tria bonorū
genera,bona animi, bona corporis,
bona æternæ gloriæ. His trib. indiget
& paſcitur panib. Abſq. pane gratiæ,

A
eſurit animus,abſq. pane corporeo,
eſurit corpus,abſq. pane gloriæ, ani-
mus,& corpus eſurient i ſēpiternū.

Ad amicum ſe confert; amicū,in-
quam,& ditiſſimum,& liberaliſſimū
videlicet, Chriſtum,vt D. Bern. inter
pretatur loco indicato. Suſcita(inqt) *D. Bern.*
amicum tuum illum magnum, quo
maiorem dilectionem nemo habet,
ſed neq. ſubſtātiam ampliorē, &c In
nocte venit,hoc eſt,tenebris afflictio
B
nis circumfuſus Quo ibit homo cali-
gine ſeptus? nonne ad ſolem prope-
rabit,vt illumineiur? Pſal.33. *Accedite *Pſal.33.*
ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ
non confundentur*, ait Pſalmographus:
deinde ab omnibus tenebris, id eſt,
tribulationibus,a ſole liberatum ſe
adijcit. *Iſte*[inquit]*pauper & Dominus
exaudiuit eū, & de omnibus tribulationib.
eius ſaluauit eum &c.* Similem in modū
Pſal.4. *Cum inuocarem exaudiuit me Deus *Pſal. 4*
C
iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.*
Ipſe verò iuſtitiæ Sol Deus, luminū,
donorumq. omnium pater, Pſal. 49.
Inuoca[inquit]*me in die tribulationis, er-
uam te,& honorificabis me* Quaſi dicat,
ſi indiges panib. ſi in nocte verſaris,
veni ad me amicum tuū,inuoca me, *Pſal.90.*
pete,ego exaudiam:& Pſal. 90. *Cla-
mauit*[ait]*ad me*,id eſt,venit ad me tē
pore nocturno ſeptus tenebris: petijt
panes,non negabo, Sequitur; *& ego
D
exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione,
eripiam eum,& glorificabo eum &c.* No
cte ad amicum ſuum venit Ezecchias
rex, Iſaiæ 38. panem petiuit, hoc eſt,
corpori ſanitatem *Sicut pullus hirundinis *Iſai. 38.*
[ait]*ſic clamabo, meditabor, vt columba*;
vacuis manib. non diſceſſit,ſanitatē,
quindecimq. vitę annos accepit. Te-
nebroſa in nocte belli, venit ad ami-
cū ſuum Ioſaphat item rex, petiuit,
quæſiuit,pulſauit,qđ petebat ſūmus
E
conceſſit Rex 2. Paral 20. *Ioſaphath ti-
more perterritus totum ſe contulit ad rogan
dum Dominum & prædicauit ieiuniū, &c.*
Deniq. vt eſt i Pſal.106. multi alij, *Cla
mauerunt ad Dominū cum tribularentur, et
de neceſſitatib. eorum liberauit eos.& eduxit
eos de tenebris & vmbra mortis,&c* Lege
totum Pſalmū hac de re conſcriptū.

Petamus ergo,quæramus, pulſemus
ne deficiamus orando; improbitatē

probā, impudētiā verecūdā adhibeamus Propter improbitatem [inquit] dabit,

Virg 1. Georg.

——Labor omnia vincit.
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Aſſiduus in orādo labor, quem vrget inopia noſtra, vincet tādem. Iacobi 5. *Multum* (inquit) *valet oratio iuſti aſſidua, &c* Græce, *ἐνεργουμένη.* Vertūt quidam, *oratio efficax multum valet*, Pagninus, *oratio intenta*, alius *oratio agens*. Valet multùm oratio intēta Deo, efficax, agens, & aſſidua, quæ perſeuerat pulſando. Act. 12 *Petrus perſeuerabat pulſans, &c.* Sic & nos pulſantes Dei fores perſeueremus. *Sicut pullus hirundinis ſic clamabo* (ait Rex Ezechias] *attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum, &c.* Perſeuerat in clamore pullus hirundinis quouſque cibus præbeatur ſic nos in clamore, orando perſeueremus, quouſque quod petimus concedatur. *Attenuentur oculi noſtri ſuſpicientes in Deum.*

Perſeuerātia in oratione.

Nec gemere aerea ceſſabit turtur ab humo. dixit Poeta: Nec nos vt turtures, gemere ceſſemus à moleſto hoc corpore illud petentes Pſal 73. *Ne tradas beſtijs* [tartareis] *animas confitentes tibi, &c.* ex Hebræo vertitur: *Ne tradas beſtijs animam turturis tuæ.* Turtur eſt vir orans, ſolus, gemens, & inſtar turturis flebili voce Deum deprecans. Hos turtures gementes Spiritus ſanctus facit, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, &c.* Iuuat enim nos, & poſtulare nos facit, vt turtures cum gemitu, ac perſeuerantia. *Propter Sion non tacebo,* (ait Iſaias 62.) *& propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius,* i. Meſſias, Gloſſ. interlin. *Non quieſcam,* à precibus, & annūciabo aduentum Dñi, *donec veniat, &c* Item eodem cap. ait Iſaias: *Ne taceatis, & ne detis ſilentium ei,* i. *Deo, donec ponat Ieruſalem laudem in terra.* Gloſſ. interl. Ne taceatis a precibus, & à votis, inſtāter, opportunè, importunè, ſicut vidua durum iudicē fatigando oratione vicit, &c. Lege de vidua in petitione perſeuerante, & vincente, Lucæ 18. Pſ. 122. *Oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri, &c.* Donec miſericordiam quam poſtulamus aſſequa-

A mur, oratio oculos animi noſtri in Deum extollat, & intendat cōſtanter D. Greg hom. 25. in Euang. Contigit, vt ſola Magdalena Chriſtū tunc ſola videret, quę remāſerat, vt quæreret: quia virtus boni operis perſeuerantia eſt, &c. Idē eueniet in oratione perſeueranti. Qui perſeueranter quæſierit, inueniet. Elias 3. Reg. 18. Petijt à Deo pluuiā: *Et dixit ad puerum ſuum: Aſcēde, & proſpice contra mare. Qui cū aſcēdiſſet,*
B *& contemplatus eſſet, ait: Non eſt quidquā. Et rurſum ait illi: Reuertere, ſeptē vicibus. In ſeptima autem vice, ecce nubecula parua, quaſi veſtigiū hominis aſcendebat de mari, &c.* Nō eſt largitus pluuiā Eliç Dñs, protinus vt petijt; voluit illū perſeuerare in oratione. Sex vicibus orauit, puerumq; miſit, nullumq; pluuiæ ſignum apparuit: In ſeptima vice ecce nubecula parua, ſimilis veſtigio hois viſa eſt, quæ veſtigiū quoddam, & ſi-
C gnū erat pluuiæ, tandē imber decidit maximus. Orauit ſemel Elias, puerūq; miſit ad videndū imbris indicium, nullū apparuit, orauit iterū, iterumq; miſit puerum, nihil conſpexit, deniq; ſepties orauit puerumq; miſit, dataq; pluuia eſt. Etiā ſi ſemel, & iterū à Deo petas quidpiā, ēt ſi petas ſæpius, nec cōcedat, inſta, vrge, perſeuera vt Elias ſi tenue aliquod cōceſſionis veſtigiū apparuerit, vehemētius poſtula. *Bis*
D *dat, qui citò dat,* vt eſt in prouerbio, ſit verū in hoīe; at Deus bis, & ter, quaterq; dat, cū ſerò petenti dat. Nam in oratione perſeueranti dat gratiam, & merita, quæ fortè rē, quā poſtulat, ſuperant. Toto.n. tpe, quo in oratione pſiſtit merita orās cōgregat, ſi gratia pditus eſt, ēquis rem, quā petit, non aſſequatur.

Illa verba ſunt expendenda; *Dabis illi quotquot habet neceſſarios.* Neceſſaria petēda à Deo, non ſuperflua, niſi fortè
E vt dentur pauperibus. Animo virtus, & gratia nequit eſſe ſuperflua; ideò ſpiritalia hæc ſemper, & maxima copia petenda ſunt. At temporalia non ſuperflua, ſed neceſſaria ſunt quærenda. Neceſſitati ſat ſatis, non cupiditati. Si inania quæramus (ait Auguſt. Pſ. 147.] nihil ſufficit. Quærite qđ ſufficit operi dei, nō qđ ſufficit cupiditati veſtræ. Quære quæ ſufficiant, & videbis quàm

Superflua petēda ſūt.

quàm pauca ſint,&c. Quòd ſi ſuperflua habes,pauperi largire. Petis tu à Deo,petit à te pauper; vis exaudiri à Deo?pauperem exaudi. Superflua diuitum (ait Auguſt. eodem loco) neceſſaria ſunt pauperum. Tu porrigis ma-

A num,& petis à Deo,audi Scripturam Eccleſ. 4. *Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum,& ad dandum collecta.* Erogari ſibi vult Deus ex illo quod dedit. Hæc & alia Auguſt.

CAPVT XXII.

Phariſæos Chriſtus obiurgat acriter.

LVCAS CAPITE X. Verſ.37.

ET cùm loqueretur,rogauit illum quidam Phariſæus, vt prãderet
apud ſe. Et ingreſſus recubuit. * Phariſæus autem cœpit intra ſe 38
reputans dicere,quare non baptizatus eſſet,ante prandium. * Et 39
ait Dominus ad illum: Nunc vos Phariſæi,quod deforis eſt cali-
cis,& catini,mundatis,quod autem intus eſt veſtrum, plenũ eſt
rapina,& iniquitate. * Stulti nònne qui fecit,quòd deforis eſt,etiam id, quod
deintus eſt,fecit? * Veruntamen quod ſupereſt,date eleemoſynã,& ecce om- 40
nia munda ſunt vobis. * Sed væ vobis Phariſæis,quia decimatis mentham, & 41
rutam,& omne olus,& præteritis iudicium, & caritatem Dei: hæc autem o-
portuit facere,& illa non omittere.* Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas 42
cathedras in Synagogis,& ſalutationes in foro. * Væ vobis, quia eſtis, vt mo- 43
numenta,quæ non apparent,& homines ambulantes ſuprà, neſciunt. * Re- 44
ſpondens autem quidam ex legiſperitis,ait illi; Magiſter,hæc dicens etiam con
tumeliam nobis facis.* At ille ait: Et vobis legiſperitis væ: quia oneratis homi- 45
nes oneribus,quæ portare non poſſunt,& ipſi vno digito veſtro non tangitis
ſarcinas.* Væ vobis,quia ædificatis monumenta Prophetarum: Patres autem
veſtri occiderunt illos.* Profectò teſtificamini,quòd conſentitis operibus, pa- 46
trum veſtrorum, quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis 47
eorum ſepulchra.* Propterea,& ſapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophe- 48
tas,& Apoſtolos,& ex illis occident,& perſequentur. * Vt inquiratur ſanguis 49
omnium Prophetarum,qui effuſus eſt à conſtitutione mundi, à generatione 50
iſta, * à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare, 51
& ædem. Ita dico vobis,requiretur ab hac generatione.* Væ vobis legiſperitis, 52
quia tuliſtis clauem ſcientiæ,ipſi non introiſtis,& eos,qui introibant, prohibui
ſtis.* Cùm autem hæc ad illos diceret,cœperunt Phariſæi,& legiſperiti graui- 53
ter inſiſtere,& os eius opprimere de multis, * inſidiantes ei, & quærentes ali- 54
quid capere de ore eius,vt accuſarent eum.

Et cùm loqueretur,rogauit illum quidam Phariſæus.

SEquitur apud Lucam dæmonis muti expulſio,Phariſæorum blaſphemia,Ionæ ſignum,de quibus iam egimus tom. 2. lib. 8. cap. 15. & ſequent. Adijcit Lucas Phariſæum quemdam

B rogaſſe Dominum, vt apud ſe pranderet. Quo tempore hoc contigerit, non omnino conſtat. Nos ſuprà tom. 2. lib. 9. cap. 1 alium ordinem ſequuti ſumus. Sed veriſimile eſt, hunc Phariſæum poſt dæmonem mutum expulſum,& cætera quæ ſequútur Chriſtum inuitaſſe. Lucas ſic ſcribit: *Et cũ loqueretur rogauit illum quidã Phariſæus, vt pran-*

Ordo geſtorum.

*vt pranderet apud ſe. Cùm loquere-
tur* (inquam) poſt expulſionem dæ-
monis muti, & poſt reliqua, quæ ſe-
quuntur: ex recentiorib. interpres do
ctus hæc verba ſic exponit: *Cùm loque
retur*, videlicet ea, quę paulò antè Lu-
cas commemorauit. Sed ſic explicari
non poſſe probatur, quoniam poſt il-
lum Chriſti ſermonẽ, vt ex Matth. 12.
*adhuc eo loquente ad turbas, dixit ei qui-
dam; ecce mater tua, & fratres tui foris
ſtant quærentes te, &c.* Ergo hoc priùs
ſequitur, quàm phariſæi inuitatio, ꝙ
confirmant illa verba: *adhuc eo lo-
quente*, itaq; poſt alia verba, quæ hoc
tpe, & loco Dominus locutus eſt, &
Lucas omiſit, *cùm loqueretur* eſt inui-
tatus. Vel alio loco, & tempore *cùm
loqueretur*, id eſt, cum ſermonem ha-
beret ad populum a Phariſęo vocatus
eſt ad prandium. Nam Auguſtinus
lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum c,
39. ait incertum eſſe an Lucas ordi-
nem rerum geſtarũ hic ſeruauerit; cũ
dixit, *& cùm loqueretur*, ita vt poſſit in
telligi, alio tpe, & loco hoc contigiſſe.
Cùm loqueretur Dominus, id eſt, cocio-
naretur alicubi. Si verò quiſpiam af-
firmet, Lucam his verbis tẽpus ſigna
re voluiſſe; negandũ eſt iuxta hãc opi
nionẽ, q̃ eſt Auguſtini, Toleti quoq;

*Phariſæus cœpit intra ſe reputans di-
cere, quare non baptizatus
eſſet ante prandium.*

CHriſtus Optimus Max. antequã
menſæ accumberet non eſt ba-
ptizatus more Iudæorum, ideòque
Phariſæus, à quo prandium vocatus
fuerat, miratur. Dubium eſt, quid ſi-
gnificent verba illa; *quare baptizatus
non eſſet* Nũquid miratus eſt, ꝙ Chri-
ſtus ſe totum non immerſerat in a-
quam, atq; abluerat? Etenim hunc
fuiſſe morem Iudæorum illa verba
indicant Marc. c. 7. *Et à foro, niſi bapti-
zentur, non comedunt* Hoc eſt, Iudæi à
foro venientes, niſi ſe totos abluant,
non ſumunt cibum, An forſitan mi-
ratus eſt, ꝙ illotis manib. menſæ ac-
cubuiſſet? at ſimile vero non videtur
Chriſtum manus ante prandium nõ
abluiſſe. D Auguſtinus ſer. 30. de Ver

Baptizare quid ſignificet.

D. Auguſ.

A bis Dñi, illud primũ vr̃ ſentire, ſic. n.
ſcribit: Omni die Phariſæi, antequã
prandèrent, abluebant ſe aqua; quaſi
quotidiana lauatio, poſſit eſſe cordis
mundatio, &c Se (inquit) abluebant
nimirum corpus, non ſolas manus.
Et probatur, quia dictio (*baptiζatus*) vi
detur plus ſignificare, q̃ manuũ ab-
lutionem. Numquam enim legimus
baptizari manus, ſed lauari. At com-
munis interpretatio eſt, Chriſtum to
B tius munditiæ fontẽ, manus ante ac-
cubitum non abluiſſe, atque idcircò
Phariſæũ admiratũ. Sic ſentit Card.
Hugo, Toletus, Maldona. Caieta. Ian-
ſen. & alij. De induſtria autem Domi
nus manus non lauit, vt Phariſæos re
prehendendi hinc occaſio naſceret.
Baptizare autem, idem eſt hoc loco ꝙ
lauare, baptizatus idem quod *lotus*. Nõ
erat Chriſtus baptizatus, id eſt, lotus,
quia manus non lauerat. Sic Marc. 7.
C Incuſant diſcipulos Phariſæi, ꝙ non
lotis manib. manducarent Et Matth.
15. Marc. aũt capite 7. calicũ, & vrceo-
rũ ablutiones, appellat baptiſmata.

An Chriſtus manus abluerit, ante cibum

Marc. 7.

Et ait Dominus ad illum?

PHariſæus apud ſe mirabatur Gręcè, *ἰδὼν ἐθαύμασεν*, id eſt, *videns
miratus eſt*. Intra ſe verò admirans di
xit: *Quare non eſt baptiζatus ante pran-*
D *dium?* Chriſtus, quia cogitationem, &
admirationem intuebatur, cogitan-
ti, & admiranti rñdit, vt Auguſ. ait lo
co indicato. Phariſæus (inquit) cogi
tabat; Xp̃s audiebat, iõ rñdebat, &c.

*Nunc vos Phariſęi quod deforis eſt
calicis, & catini mundatis, &c.*

MIrabatur Phariſęus, ꝙ Chriſtus
non baptizatus accubuiſſet mẽ-
E ſæ, ego minor, ꝙ inuitatus à Phariſęos
tàm acriter obiurgarit, ſtultos voca-
uit, raptores, & iniquitate plenos, ò
venire ad prandium (ait Auguſ.) quõ
pepercit homini, a quo fuerat inuita-
tus? &c. quaſi dicat, ò egregiũ conui-
uã, qui ad prandiũ vocatus, acrẽ ſe ex
hibet obiurgatorem. Nõ eſt adulatus
Dñs inuitatori, nõ laudauit fercula,
vt ſolemus, nõ egit gr̃as; morbis id eſt,
vitijs,

Chriſtus obiurgat inuitatorẽ.

A vitijs, medicinam adhibuit. Dominus erat, quid facto opus eſſet, ſciebat. Oportebat homines improbos arguere acriter, cauterioq; adurere iniquitatem. *Nunc* [inquit) *vos Phariſæi.*

Quid ſignificet particula Núc.

Quid ſignificet illud, *Nunc*, dubium eſt: Ianſenius videri ait poſitũ, tamq̃ contemptũ, & vehementer dictum, quidam ſic intelligit, *vos nunc* aduenięte Euangelij luce, tempore minimè conueniente, has ablutiones obſeruatis; cũ Moſaicæ ablutiones, & cęremo B niæ per legẽ euangelicã abolẽdæ ſint. Alius hoc pacto: ſi quemadmodũ quæ foris, ita ẽt qæ intus ſunt, mũdaretis, reprehendenda non eſſet cõſuetudo veſtra, nunc verò, cũ id qđ foris eſt, diligenter munderis, quod aũt intus eſt, rapina, & dolo plenũ ſit, ſtulti, & hypocritæ eſtis. Sed multa ſubintelligit, vt particula, *nunc*, explicetur. Facilius explicatur, & ſimplicius hunc in C modũ; *nunc*, hoc eſt, hoc tpe, vos Phariſæi multas obſeruatis ablutiones externas, quas olim patres veſtri nõ obſeruarunt, internam verò animi puritatem non curatis. In hanc ſententiã interpretatur Toletus, & Caietanus. Quod (inquit) Chriſtus dicit; *nunc*, innuit peccatũ eſſe apud præſentis tpis Phariſæos, ac per hoc non reprehendit ſectam, ſed multos ex eis modernos, &c. Aliter, *nunc*, i. cũ mãducatis, D nunc cũ cibũ ſumitis, calices & paropſides abluitis, nõ animos. Aliter, *nunc cum manducatis exteriora catini*, i. carnẽ veſtrã abluitis, *intus pleni eſtis iniquitate.* Abluebãt.n.tũc man⁹, nõ animũ, &c.

Verba illa; *quod deforis eſt calicis, & catini mundatis*, parabolicè ſunt intelligenda, de ipſis Phariſæis hoc mõ: vos externam calicis, & catini partẽ mũdatis, hoc eſt, corpus veſtrum abluitis, & ea quæ ad corpus pertinent, q̃ E externa eſt hominis pars, ſiue catini: *quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate.* Itaq; corpus tersis lauium; animum ſordibus rapinæ, & iniquitatis contaminatiſſimũ. Sic Tertullianus interpretatur lib. 4. contra Marc. capite 27. Dicens [inquit] Chriſtus, Phariſæos calicis, & catini exteriora mũdare, interiora autẽ ipſorum plena eſſe rapina, & iniquitate, vt ſignificaret, vaſculorũ munditias hominum eſſe intelligendas apud Deum, quia & Phariſæus de hoĩe, nõ de calice illoto apud ſe retractauerat. Ideò exteriora [ait] calicis lauatis, i. carnẽ; interiora autem veſtra non emundatis, id eſt, animã. Sic ille, & Euthym. Matth. 23. Dominus hæc repetit. *Mundatis* (ait) *quod deforis eſt calicis, & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia, &c.* Eſt alius ſenſus, ſed minus probabilis: *Mundatis. quod deforis eſt calicis, & catini*, id eſt, ipſorum vaſorum externam faciem abluitis, *quod autem intus eſt*, in ipſis ſcilicet vaſis, *veſtrum*, id eſt, rapina veſtrum, ſiue veſtra, & iniquitatę plenum eſt, potus enim, & cibus, quibus plena vaſa ſunt, ex rapina, & iniquitate ſunt cõparati. Vel aliter: *Quod intus eſt veſtrum*: hoc eſt, quod intra calicem, & catinum veſtrum eſt, ſcilicet, cibi veſtri, & potus, qui intra vaſa ſunt, pleni ſunt rapina, &c. Eſt & tertius ſenſus huiuſmodi: *Vos Phariſæi, id quod deforis eſt calicis, & catini*, i. ipſorum vaſorum, *mundatis*: vos verò intus pleni eſtis rapina, & iniquitate. Sed ſi Dominus de vaſis ipſis loqueretur, non diceret tantùm, *quod deforis eſt, mundatis.* Nam Phariſæi tam intus, quã deforis abluebant vaſa, vel diceret: *Vos Phariſæi, quod intus catini, & calicis eſt, mundatis, quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt ſceleribus.* Quartus ſenſus: *Vos Phariſæi mundatis calicis, & catini quod deforis eſt*: hoc eſt, calicis, & reliquorum vaſorũ omnes ſordes quæ extra vos ſunt, quæ non inhærent vobis abluitis, immunditiã rerum exterarum valdè curatis: *Quod autem intus eſt veſtrum*, id animus, plenus eſt iniquitate, & immunditia. Hæc interpretatio illud, *quod deforis eſt*, non ad catinum, & calicem, ſed ad Phariſæos refert, quod deforis eſt a vobis, quod extra vos eſt. Nam vaſorum ſordes extra hominem ſunt. Veruntamen illud, *quod deforis eſt*, ad calicem potiùs, & catinum referendum probant illa verba apud Matthęũ; *Phariſæe cęce munda priùs quod intus eſt calicis, & paropſidis, vt fiat id quod deforis eſt, ſcilicet calicis, & paropſidis, ſiue catini, mundum, &c.* Nomine tamen calicis,

calicis,& paropſidis, vt diximus, metaphoricè Phariſæi intelligantur hoc pacto, munda prius animam, vt fiat etiam corpus mundum.

Stulti, nonne qui fecit, quod deforis eſt, etiã id quod deintus eſt, fecit?

Phariſæi inſipientes & imprudẽtes dicuntur. STulti, ἄφρονες. Græcè, *inſipientes*, & *imprudentes* Phariſæi a Domino appellantur, eo q̃ corporis munditiam, propterea maximè curarent, q̃ corpus à Deo eſſet factum; animi verò puritatẽ negligerent, à Deo quoq; conditi. Vti.n. vſ Chriſtus hac ratione, qm̃ Phariſæi inde probabãt, corporis mũditiã eſſe maximè curandã, q̃ corpus à Deo conditũ eſſet Ait ergo: Si vos corporeę lautitię ſtudioſi eſtis, propterea quod corpus a Deo factum ſit, cur animi puritatẽ negligitis; ſiquidem à Deo ẽt eſt factus. Sanè inſipiẽtes eſtis qui eandẽ ob cauſam animũ expurgandum non intelligitis pp q̃ corpus mundatis. *Munditia animi.* Caietanus. Docebant [ait] Phariſæi, q̃ ideò abluenda eſſent pocula, & catini, & manus, quia corpus factum eſt a Deo mũdũ, & propterea cum oĩ munditia ſeruandũ eſſet, &c. Potuit ẽt Dñs vti hac rõne, & ſi Phariſæi illa nõ vterentur, vt oſtenderet animum expurgandũ eſſe, eo q̃ opus ſit Dei, nullis ſceleribus inquinandũ

Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

MVndandum animũ docuit Dñs, quonam modo mundari poſſit nunc docet. Mundari aũt poſſet ait, *Eleemoſyna.* eleemoſyna *Eſtis* (īquit) *pleni rapina, & iniquitate*, ſcelerumq; immunditia cõtaminati; verumtamen remediũ, quo animum expurgetis, offero, nempè eleemoſynam, ea.n. omnia munda efficit. At verò non eſt hoc ad extergendas animi ſordes remedium efficax. Quis.n. dicat, rapinas, & iniquitatem qua Phariſæi pleni erant, eleemoſyna potuiſſe expurgari? Hanc ob cauſam (vt omittam Eraſmum) Caietanus, Stella, & Emmanuel Saa in notationibus in vniuerſam Scripturam Lu-

A 11. arbitrantur hæc verba ironicè dicta eſſe in hanc ſententiam: *Pleni eſtis rapina, & iniquitate, verũtamen date eleemoſynam, & ecce* [vt vos putatis] *per ſolã eleemoſynam omnia munda ſunt vobis.* *An ſit hoc loco ironia?* Nihil minùs non enim ſatis eſt eleemoſyna ſola, neceſſaria eſt raptorum reſtitutio, & pœnitentia, vt mundetur animus. At communis Antiquorũ, & recentiorum ſententia Cypriani lib. 3 ad Quir. Tertull. lib. 4. contra Marc. B cap. 27. Auguſtini, Baſilij, Theophylacti, Euthymij, Bedæ, & aliorum, ironiam hic non agnoſcit, ſed ad peccata expurganda remedium. Quemadmodum Dan. 4. Daniel Nabuchodonoſori ad redimenda peccata remedium præbuit eleemoſynam, ſic Chriſtus Phariſæis. *Conſilium meum placeat tibi* (ait Daniel) *& peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitã ignoſcet delictis tuis*, &c. C Dominus verò Phariſæis, *quod ſupereſt date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſunt vobis*, &c. Similem in modum loquitur Luc. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula*, &c. Quemadmodum abſq; vlla ironia dixit coram Phariſæis, eleemoſynam recipere hominem in æterna tabernacula; ita etiam dixit abſque ironia coram ijſdem, eleemoſynam oĩa mũda D reddere. At obijcies, eleemoſynam munda omnia reddere non poſſe, ſi pęnitentia deſit; atq; ideò ironiã hoc loco eſſe agnoſcendam. Reſpondetur quemadmodũ ſimilib. locis nõ agnoſcitur ironia; ita neq; hoc loco eſſe admittendam. Eleemoſyna ſi pęnitẽtia abſit, neminem in æterna tabernacula poteſt introducere; tñ Chriſtus ait, ſimpliciter, & ſine ironia, eleemoſynam in æterna tabernacula recipere. E Præterea Daniel ait eleemoſynis peccata redimi. Tob. 4. *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animã ire in tenebras*, &c. Item Tob. *Tob. 4. & 12.* 12. *Ipſa* (inquit Angelus) *eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & vitam æternam*, &c. Eccleſ. 3. *Ignem ardẽtem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis*, &c. Numquid hæc omnia per *Eccleſ 30.* ironiam dicta ſunt, quoniã ſola eleemoſyna

moſynâ abſque pœnitentia peccata redimere, eaque purgare, & extingue re nequit? Minimè.

Per eleemoſynā quomodo peccata remittā- tur.

Dicendum ergo eſt, eleemoſynam hæc præſtare omnia ſi rectè exhibeatur, pœnitentia comite, & caritate: tunc. n. peccata extinguit, purgatque & omnia reddit munda. Quod ſi ab hoīe ſcelerato, exhibeatur, mundum illum reddit diſpoſitiuè, quoniam ad gratiam conſequendam à Deo, maxi B me diſponit. Dicitur etiam purgare peccata, & mundum hominem reddere, quoniam peccatorum pęnas ſol uit. Itaq; peccata, i. pænas peccatorū expurgat eleemoſyna, & hominē ſceleratum ad gratiam Dei comparandā magnopere diſponit; ideoq; munda omnia reddere dicitur, quoniam gratiæ munditiam a Deo maximè impetrat, qua omnia munda redduntur.

Confert igitur Dominus eleemoſynā C cum ablutionibus Phariſæorum. Vos (inquit) multis vtimini lotionib. corporis externis: indico vobis lotionem vnam animi internam, veſtris omnibus ablutionibus præſtanciorem, videlicet, eleemoſynam, quæ omnia. i. animum, & corpus emūdat. Adde Chriſtum hic loqui cum Phariſæis hominibus doctis, qui nouerant peccata pę nitentia expiari, non verò ſola elee- D moſyna.

D August eleemoſyna in ſemetipſum.
Ecleſ 30.

D. Auguſt. in Enchiridio, c. 74. aliter reſpondet, nimirum eleemoſynā, quæ mundat omnia, illam eſſe, qua homo animæ ſuæ miſeretur, iuxta illud Eccleſ. cap. 30. *Miſerere animę tuæ placens Deo*, quamque ſibi ipſis prius donat, à peccato ſe reuocans per pęnitē tiam, & mūdans. Cūm (inquit) Chriſtus increpaſſet Phariſæos, quòd forinſecus ſe lauabant, intus autem ra- E pina, & iniquitate pleni eſſent, admonens quamdam eleemoſynam, quam ſibi homo primitus debet dare, & interiora mundare. *Verumtamen* (inquit) *quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis, &c.* Lege eundem Auguſtinum lib. 21. de Ciuitate, cap. 27 & ſerm. 30. de Verbis Domini.

D. Baſilius in Regulis breu. interrog. 271. verba Chriſti ad furta, & rapinas contrahit: *Ecce omnia munda ſunt* A *vobis*, ait, *omnia hęc*, videlicet quæ per rapinam, & defraudationem peccata committimus, & iniquè agimus. Hoc apertè declarauit Zachæus. Luc. 19. Dùm dixit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui reddo, quadruplum*: vt videlicet intelligatur peccata omnia, quæ eiuſmodi ſunt, vt retexi poſſint, ac pluribus contrarijs rectè factis penſari, hoc modo ab homine emundari. Hęc ille. Verùm Dominus, & de eleemoſynis omnibus loquitur, quæ in pauperes conferuntur, & de peccatis omnibus, vt ipſa verba præ ſe ferunt.

Quod ſupereſt, date eleemoſynam.

HÆc verba ſic à multis intelliguntur, *quod ſupereſt*, i. quod ſuperfluum vobis eſt, *date eleemoſynam*, ita vt doceat Chriſtus, ea quę ſuperfluūt, hoc eſt, ea quæ ſuperflua nobis ſunt, pauperibus eſſe donanda. Sic magnus Gregorius exponit in reſponſionibus ad Auguſtinum Cantuarienſem Epiſcopum, cap. 2. Beda, gloſſa ord. D. Bonauentura, Hugo Card. Carthuſianus Luc. 11. D. Thomas in quæſtionibus de eleemoſyna, & alij. Lyranus hoc pacto interpretatur: *Quod ſupereſt*, id eſt, remanet, facta reſtitutione; *date eleemoſynam*, ò Phariſæi, reſtituite, & de reliquis eleemoſynam date Pamelius in Tertull. lib. 4. contra Marc. Numero 441. hunc in modum, *quod ſupereſt*, nempè vltra rapinam, & iniquitatem, *date eleemoſynam*. Beda huiuſmodi alium affert ſenſum: *quod ſupereſt*, id eſt, quod reſtat, quod reliquum eſt. Quod (inquit) tā multo ſcelere præoccupatis, ſolum remedium reſtat, *date eleemoſynam, &c.*

Græcia ſic habent: τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην: τὰ ἐνόντα, id eſt, *ea quæ ſunt*, vnde Theophylactus ſic explicat: Ea quæ inſunt vobis, hoc eſt, facultātes veſtras, *date eleemoſynam.* Et Euthymius hoc pacto. *De his quę adſunt*, videlicet de repoſitis diuitijs *date eleemoſynam*. Theophylactus verò moraliter obſeruat dici ἐνόντα, id eſt, *ea quę inſunt* quoniam diuitiæ cordi auaro inhærent. Bene (inquit) dixit, ea quæ inſunt,

Theophyl. Diuitiæ hærent cordi auaro.

A ſunt,& non dixit, ea quæ ſunt, eo qđ diuitiæ inſunt in corde auari,& ſedẽt in eo,&c. Syriaci Euangelij interpres ſic vertit, *id quod eſt, date in eleemoſynem:* hoc eſt, id quod eſt vobis, quod habetis. Biblia Regia ſic, *τὰ ἐνόντα, inexiſtentia* Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 27. date quæ habetis eleemoſynam. Noſter interpres vertit, *id quod ſupereſt.* eodem ſenſu, hoc eſt, id quod vobis eſt, id quod habetis, date eleemoſynã:
B forſan voluit Græca explicare verba, ſignificant Græca, *ea quæ vobis inſunt, quæ habetis, date eleemoſynam:* nõ autem ſignificabat Dominus, omnia q̃ Phariſæis inerant, i. omnia, quæ habebant danda pauperib ſed illa q̃ ſupererant, hoc eſt, quib. nõ indigebant; ideoque interpres vertit: *quod ſupereſt,* hoc eſt, id, quo nõ indigetis, *date eleemoſynam.*

Decimatis mentham, & rutam, & omne olus.

C PErgit obiurgare Iudæos, qđ quæ legis grauiora erant, negligerẽt; leuiora facerent. Legis grauiora erant iudicium iuſtum, & caritas, leuiora minimarum rerum decimæ. At Phariſæi decimabant etiam minima quæque, nimirum mentham, rutam, & olera, præceptumq; minoris ponderis ſeruabant diligenter, iudicium verò
D iuſtum, & caritatem, quæ maximi erant momenti non ſeruabant. Matth.
Matth. 23 23. ſic Chriſtus eoſdem arguit: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis iudicium, & miſericordiam, & fidem, &c.* Seruabant autem præceptum de decimis datum in minutiſſimis etiam rebus, vt viderentur legis exactiſſimi obſeruatores, etiam in rebus minoribus.
E Quæſtio oritur, dicantur ne Phari-
An Phariſæi decimas acciperent? ſæi hoc loco decimas accipere, an decimas dare? Nam verbum, decimare, vtrumque ſignificare poteſt. Geneſ. 28. & 1. Reg. 8. D. Hieronymus Matth. 23 ait Phariſæos curaſſe, vt omnes decimæ Leuitis, & ſacerdotib. a Iudęis darentur, & ex minimis etiam rebus auarè eas exegiſſe. Phariſæi [inquit) quia præceperat Dñs pp alimoniã ſacerdotũ, & Leuitarũ, omniũ rerũ offerri in templo decimas, hoc vnũ habebant ſtudij, vt quæ iuſſa fuerant, cõportarentur. Cætera quæ erant maiora, vtrum quis faceret, an nõ parui pendebant. Et ex hoc itaq; capitulo arguit eos auaritiæ, quòd ſtudioſè ẽt viſium olerum decimas exigant, & iudicium in diſceptatione negotiorum, miſericordiamq; in pauperes, pupillos, & viduas, & fidem in Deum, quæ magna ſunt, prætermittant. Sic Hieron. Probabilius eſt Chriſtum de decimis loqui, quas Phariſæi ex ſuis fructibus dabant. Quod arbitratur D. Auguſt. in Enchir. cap. 76. Theophyl. Beda, & alij. Luc. 11.

Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

MInimarum decimarum ſolutionem minimè damnat Dñs, ſed iudicium rectum, & caritatem illis anteponit. *Hæc* [inquit] *oportuit facere,* hoc iudicium rectum, & iuſtitiam oportuit ſeruare, tum in veſtris, tum in pximi cauſis, hanc caritatem erga proximum, & Deum oportuit exercere, *& illa,* i. minimarum rerum decimas *non omittere.* De præcipuis mandatis dixit, *facere,* de minoribus, *non omittere.* Oportebat.n præcipuè iuſtitiam colere, & caritatem: Cætera quoque etſi minora, obſeruare. Nã vt dicitur Eccl. 7. *Qui timet Deum, nihil negligit.*

Diligitis primas cathedras in Synagogis.

GRæcè *ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν*, vno nomine, i. *diligites protocathedriam* primam, & pręcipuam ſedem, vel ſeſſionem, *in Synagogis Et ſalutationes in foro.* Gręcè, *ἐν ἀγοραῖς*, in foris. In his ſalutationibus honore afficiebantur, & vocabantur Rabbini à ſalutantibus, & ideò Matth. 23. dicit, *Inanis gloria.*
Amant ſalutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi Carpit Phariſæorum ſuperbiam, & inanem gloriam. Hoc Phariſæorum vitium ad Chriſtianos tranſiſſe dolet hoc loco Beda, his verbis; Væ nobis miſeris, ad quos Phari- *Beda.*
ſæorũ vitia tranſierunt, qui breue, & incertum vitę noſtrę curriculũ, quo

pecca-

peccata humiliter plangere debueramus, pro prioratu inuicem ſuperbè certando, peccatis amplius onerare non metuimus, &c. Aduerte Chriſtũ non arguere eos, qui ſedent in primis cathedris, & qui ſalutantur in foro, (hæc enim cum humilate coniungi poſſunt.) Sed eos qui hæc diligunt, atque ambiunt. *Va (inquit) vobis, qui diligitis primas cathedras, ſiue protocathedriam, & ſalutationes in foro, &c.*

Ablegandа ab animo eſt peſtifera hæc primatus, & excellentiæ propriæ dilectio, humilitas inferenda, & extremi loci amor, iuxta illud Chriſti Luc. 14. *Recumbe in nouiſſimo loco.* Eſt extremus humilitatis locus, & quietus, & fertilis inſtar terræ. Extremum, infimumque mundi elemẽtum terra eſt, ſed tum quietiſſimum, tum fœcundiſſimum. Superiores cœli, & elementa cæ tera omnia mouentur, nec fruuntur quiete; terra in ſuo quieſcit centro, neque huc fertur, atque illuc. Producit verò alendis hominibus fructus abundanter, ita vt malit quis leucam vnam habere terræ, quam centum aeris, vel maris poſſidere. Similem in modum infimus humilitatis locus pacatiſſimus eſt. Rapiuntur inquiete a primatus dilectione ſuperbi, humilis in extremo recumbens loco, vt terra quiete fruitur. Quod ſi ferax eſt frugum terra; quid feracius humilitate? Vt alit corpora infimũ elementum; ſic alit animos infimi loci propter Chriſtum amor.

Diligendus extremus locus in conuentibus. Humilitas.

Eſtis vt monumenta, quæ non apparent.

Dixerat ſuprà Dominus, Phariſæos intus plenos eſſe rapina, & iniquitate, hoc ſimilitudine oſtendit. Cum ſepulchris illos confert, quæ intus plena ſunt oſſibus, & omni ſpurcitia. *Eſtis* (ait) *ſimiles monumentis, ſiue ſepulchris ſubterraneis, quæ non apparent,* ſub terra enim latent. Et homines, qui ſupra ambulant, neſciunt, id eſt, ignorant, eſſe ſepulchra plena cadaueribus, fœtore, & vermibus. Sic vos pleni eſtis ſceleribus, at homines id ignorant. Me vero non latent veſtra ſcelera, qui Deus ſum, & homo. Matth. 23. Similitudine hac ſic vſus eſt Dominus: *Væ*

Sordes animi.

Matth. 23.

A (inquit) *vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, ſic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate, &c.* Congruit multis hæc ſimilitudo, qui externam munditiẽ, & ornatum corporis magnoperè curant, animi verò puritatem negligũt. Nam multi (ait Chryſoſtomus hom.

B 74. in Matth.) nunc huiuſmodi homines inueniuntur, qui deforis magnoperè exornant; intus autem ſunt iniquitatis pleniſſimi. Multæ namq; viæ in præſentiarum etiam exterioris ornatus exhibentur. Magna cura, & magna vigilia eius rei multos exagitat, animæ verò decus, & purgatio negligitur. Nam ſi conſcientiam ſingulorum cernere poſſemus, multos ibi vermes, multam ſaniem, atq; intolerabi-

C lem comperiremus fœtorem, cupiditates dico a ratione alienas. Hæc ille. Eodem loco docet hominem probũ templum eſſe Dei, improbum vero fœtidum ſepulchrum. Penitus (inquit) intolerabile eſt, vt vos, qui templa Dei per gratiam effecti eſtis, ſepulchra fœtulentiſſima facti eſſe videamini, &c. Illud etiam addit, hominem improbum, animam mortuã in corpore viuo, veluti ſepulchro, circumferre. Si

D quis (ait) cadauer putridum circumferens per ciuitatem vagaretur, nonne oẽs eum fugerent? Hoc de te cogita, qui animã peccatis obrutam circumducis: quod multo eſt grauis, &c.

Anima mortua in corpore viuo.

CAPVT XXIII.

E *Reſpondens autem quidam ex legiſperitis.*

Legiſperiti, legis doctores appellantur Græcè, *νομικοὶ*, id eſt, *legiſtæ*. Ex ijs vnus Chriſto reſpondẽs, ſic eſt locutus: *Magiſter hæc in Phariſæos dicens, etiam nos contumelia afficis.* Quæritur, cur dixerit, contumeliam fieri legiſperitis, quòd Phariſæi increparentur, cum alij eſſent Phariſæi, alij

legiſperiti ? Euthym. reſpondet ſic: Cum ſimilibus ipſe affectib. eſſet obnoxius, cognouit quòd hæc aduerſus omnes diceret, qui æqualiter erraret, &c. Et Beda: Quam miſera (ait) conſcientia, quæ audito Dei verbo, ſibi cõtumeliam fieri putat, & commemorata pœna perfidorum, ſe ſemper intelligit eſſe damnandam, &c. Item D. Bonauent. Hoc non diceret legiſperitus, niſi ex conſcientia ſentiret, ſe ſimiliter tranſgredi, & ex ſuperbia nollet reprehendi, &c. Conſcientia itaq; ſcelerum ſtimulatus reſpondit, quia quæ vitia Chriſtus in Phariſæis obiurgabat, ẽt in ſe, & alijs legis doctoribus reperiebat. At verò id eſſet confiteri, ſe, & legiſperitos eſſe improbos, quod ab eorum abeſt ſuperbia. Reſpondeo potius ſic locutũ legiſperitum, quòd multi ex Phariſæis legiſperiti, & doctores eſſent, quod ergo in Phariſæos dicebatur, in legiſperitos redundabat, vel quia ablutionibus etiam vtebantur legiſperiti, primas cathedras habebant in Synagogis, & ſalutabantur in foro, & decimabant mẽtham, & rutam, & omne olus, de quibus Chriſtus verba fecerat, & ſimiles erant, ſocijque Phariſæorũ, ad eos quoque pertingere ait obiurgationem, quam contumeliam appellat. Sed malè appellat & falsò. Chriſtus.n. non ex odio, vt cõtumelia afficeret Phariſæos, hæc dicebat; ſed ex zelo, vt corriperet, & emendaret, vtq; intelligerent, eorum vitia non latere ipſum, qui omnia nouerat. Græcè ſic legit, ϰαὶ ὑμῖν γραμματεῖς ϰ̀ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐςαι ὡς τὰ μνημεῖα ἄδηλα. ϰ̀ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω, ὐκ οἴδασι. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia eſtis, vt monumenta incerta, & non apparentia, & homines qui deambulant ſupra, neſciunt.* Sic Dominus de Scribis etiam, qui legiſperiti erant, locutus eſt, non mirũ ſi legiſperitus reſpondit. Sed correcta Biblia illa verba nõ agnoſcunt.

Beda.

Bonauent.

Et vobis legiſperiti væ.

DVm obiurgaret Phariſæos obtulit legiſperitus occaſionẽ ſubiurgandi legiſperitos. Eos ergo increpat, quòd onera hominibus imponerent grauiſſima, ea verò ne digito quidem tangerent. *Oneratis* (ait) *homines oneribus, quæ portare non poſſunt. & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas, &c.* Sarcinæ hoc loco ſunt eadem ipſa onera, eodem enim nomine dicuntur onera, & ſarcinæ in textu Græco, nempè, φορτία, *oneratis homines oneribus, & ipſi non tangitis*, φορτία, *onera, digito.* Quæritur quænam onera grauiſſima legis doctores, hominibus imponerent? Auctor imperfect. homil. 43 in Matthæum legis mandata eſſe ait, quæ *iugum graue* à D. Petro appellantur Act. 15. Dicuntur autem legiſperiti illa ſuper humeros hominum imponere, quia legem ſeruare præcipiebant, & iugum Chriſti leue repellebant. Similiter Theophylact. in Lucam. Onerabant (inquit) homines intolerabilib. mandantes eis quę in lege obſeruatu difficilia, &c. Beda quoq; de lege hæc verba intellexit, &c. Hilarius Math. 23. Gręcè dicuntur. φορτία δυσβάςακτα, id eſt, *onera difficilia ad portandum.* De lege autem Veteri Petrus Act. 15. ſic loquitur. *Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus, &c.* Non igitur mirum, ſi Chriſt⁹ legis præcepta difficilia, & grauia appellet. Sed cur obiurgat legiſperitos, quod legem ſeruari præciperent? Reſpondetur, non idcirco obiurgat; ſed quod cum alijs præciperent, ipſi non ſeruarent, id eſt, digito ſuo onera non tangerent.

Quænam onera imponerent legiſperiti.

Act. 15.

Theophyl.

Lex grauis. Act. 15.

Aliter rectius, onera appellantur difficilia, leges, & præcepta, quæ Phariſæi, & legiſperiti, populo imponebant, præter legem Moſis minimè neceſſaria. Tertullian. lib. 4. contra Mar. c. 27. Quæ [inquit] onera taxat Chriſtus? quæ ipſi de ſuo exaggerabant; docentes præcepta, & doctrinas hominum, commodorum ſuorum cauſa, &c. D. Bonauent. Luc. 11. Sic interpretatur: Oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt; id eſt, præceptis, & traditionibus ſuperſtitioſis, ac inutilibus, &c. Sic etiam Lyranus, & alij. Illa verò verba; *ipſi digito non tangitis ſarcinas.* Sic ſunt explicanda.

Sunt traditiones Phariſaicæ.

Tertullian.

D. Bonau.

ex ſententia Theophylacti, Abulenſis, Caietani, Ianſenij, & aliorum. Nō admoueris manus, vt onera in humeros veſtros recipiatis; oneratis alios, non vos ipſos; alijs traditis præcepta, vos non facitis, quæ præcipitis. At verò eos, qui docent, & iubent, maximè oportet, quod docent, & iubent, id opere præſtare. Vnde Theophyl. Luc. 11. Quando (inquit) docens facit quæ docet, alleuiat onera, exemploque ſuo conſolationem affert diſcipulis. Quanto autem nihil horum facit, tunc quæ docet grauiora videntur diſcipulis; ita vt à doctore nullam rectè faciendi vim accipiant. Sic ille.

Exemplum docentis.

Deut. 25.

Deuter. 25. *Non habebis in ſacculo diuerſa pondera*: & Prouerb. 20. *Pondus, & pondus, menſura, & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Dominum, &c.* Quæ verba D. Bonauent. Luc. 11. Sic morali ſenſu exponit. Hoc (inquit) eſt, cum homo ſibi eſt miſericors & proximo, vel ſubdito durus. Cum nihil portat, ſed totum alijs portandum imponit, &c. Habebant ergo legiſperiti diuerſa pondera in ſacculo, altero pondere vendebant, altero emebant. Hoc eſt altero ſe, altero ſubditos ponderabãt. Erga ſe miſericordes, erga ſubditos erant duri, ac ſeueri, legibus populum onerabat, eas ipſi non obſeruabant. Arguit huiuſmodi homines vox illa, maieſtate regnantis digna, Cod. de legibus leg. digna vox: *Digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri. Adeo de auctoritate iuris noſtra pendet auctoritas. Et reuera maius imperio eſt ſubmittere, legibus principatum, &c.* Aliter verba illa exponi poſſunt, *ipſi digito non tangitis ſarcinas*: hoc eſt, nō fertis vllum hominibus auxilium ad mouetis manum oneribus, quæ imponitis, ad ferendam opem portantib. prior ſenſus potior eſt.

Aedificatis monumenta Prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos.

Prophetarū ſepulchra ornare Chriſtus non reprehendit.

PErſpicuum quidem eſt, non argui à Domino legiſperitos, quòd ſepulchra Prophetarum exædificarent. Id enim ſanctum erat opus. Arguuntur

A ergo, quòd patres ſuos Prophetarum occiſores imitentur. Non monumenta Prophetarum ornare (ait Beda) ſed interfectores Prophetarū imitari ſceleris eſt, &c. Et Ambroſius: Non ædificatio, ſed æmulatio (id eſt, imitatio) patrum, loco criminis æſtimatur, &c. Nam illi Prophetas occiderunt; hi Chriſtum Prophetarum principem occidere cupiebant.

Beda.

D. Ambr.

Illud explicatu eſt difficillimum,
B cur dicat Dominus; *teſtificamini, quòd conſentitis*, Græcè, συνευδοκεῖτε, id eſt, *complacetis, operibus patrum veſtrorum quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra, &c.* Contrarium potius ſequi videtur hoc pacto: Patres veſtri occiderunt Prophetas; vos in eorum honorem ſepulchra ædificatis, ergo teſtificamini, quod non conſentitis operibus eorum. Qui enim glorioſum ſepulchrum homini
C conſtruit, vt illi honorem afferat; manifeſtè oſtendit, ſe eos, à quibus per ſummum nefas vita priuatus eſt, execrari.

Quomodo legiſperiti conſentiebãt patribus homicidis.

D. Bonauent. Luc. 11. Hæc verba ad hunc modum explicat; *Teſtificamini, quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum, &c.* Eſt ſenſus Bonauent. Teſtificamini ipſa ſepulchrorum extructione, quòd conſentitis operibus patrum, hoc eſt, quod non negatis, ſed
D conſentitis, patres veſtros occidiſſe Prophetas, & conſentitis vos eſſe filios homicidiarum. Probatur hic ſenſus ex Matth. 23. quo capite ſic Chriſtus loquitur: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui*
E *Prophetas occiderunt, &c.* Quod dicitur apud Matthæum, *teſtimonium eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui Prophetas occiderunt*, in Luca dicitur: *teſtificamini, quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum*, qui ſcilicet Prophetas occiderunt. Sed repugnat huic ſenſui, verbum, *conſentitis*, ſiue vt Græcè legitur συνευδοκεῖτε, id eſt, *complacetis*, quod ſignificat non ſolum teſtificari

D. Bonau.

Matth. 23.

legiſperitos, ſe eſſe filios eorum, qui Prophetas occiderant; ſed etiam illorum cædibus conſentire, eaſque probare.

Beda. In verba Lucæ, Beda ſic ſcribit, ſimulabant ob fauorem vulgi captandum, ſe patrum ſuorum horrere perfidiam; memorias Prophetarum, qui ab eis occiſi ſunt, magnificè ornando. Sed ipſo opere teſtificatur, quantum paternæ nequitiæ conſentiant, Dominum qui ab eiſdem Prophetis eſt prænunciatus iniurijs afficiendo. Vbi ſe pariter, & filios homicidarum, & ad ſuæ damnationis augmentum ſcienter peccare declarant, &c. Videtur Bedæ interpretatio huiuſmodi eſſe: *Teſtificamini quod conſentitis operibus patrum, qui Prophetas occiderunt.* Non quidem ipſa ſepulchrorum exædificatione, ſed ipſo opere, iniurijs Chriſtum afficiendo. Sic igitur totus locus poteſt explicari: *Væ vobis legiſperiti, qui ædificatis ſepulchra Prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos.* Profectò teſtificamini ipſis veſtris operibus, cum me perſequimini, & occidere decernitis, *quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum. Quoniam ipſi quidem occiderunt Prophetas,* quorum vos ſepulchra ædificatis: vos autem me occidere cupitis. Hoc dicturus fuerat Dominus; ſed prætermiſit, & dixit: *Vos autem ædificatis eorum ſepulchra,* vt religionem veſtram populo venditeris.

D. Hieron. D. Hieronymus, Matth. 23. ait Phariſæos, & Scribas, ſepulchra Prophetarum exædificaſſe, vt gloriam populi aucuparentur. Caiet. Caietanus eodem loco, putat ædificationem ſepulchrorum ex hypocriſi emanaſſe, exædificabant enim ſepulchra, vt oſtenderēt ſe patrum crimina execrari; cum tamen Chriſtum morte decernerent afficere, neque hoc crimen execrarentur. Poteſt hinc ſenſus hic erui: Dum ſepulchra Prophetarum inanis gloriæ cupiditate, & hypocryſi ducti extruitis, & ornatis; teſtificamini, quòd conſentitis operibus prauis patrum veſtrorum. Quoniam ipſi Prophetas morte impiè affecerunt, vos autem ex hypocryſi ſepulchra extruitis, atque ex ijs gloriam inanem prauè au- A cupamini. Conſentiebant ergo operibus prauis patrum, quòd prauè ex hypocriſi ſepulchra extruerent Prophetis, & ad venandam popularem auram, opera patrum comprobabant, quoniam ſimilia faciebant, illoſque imitabantur, non cæde, ſed prauitate: nam quod bonum erat, malè faciebant.

D. Chryſ. D. Chryſoſtomus ho. 77. in Matth. arbitratur, Scribas, & Phariſæos id- B circo ſepulchra extruxiſſe Prophetis, vt patrum ſuorum, qui eos occidere auſi ſunt, vires, & audaciam memoriæ hominum comendarent. Id ſi verum eſt, facilis eſt explicatio loci: *Væ vobis, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum* improba mente, & voluntate, nimirum, vt eorum audaciam memoriæ hominum tradatis. *Profectò teſtificamini ea re, quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum,* eaque comprobatis. Siqui- C dem ipſa impia illorum opera, id eſt, Prophetarum cædes, memoriæ traditis, ſepulchra extruendo. Menti (ait Chryſoſtomus) ac voluntati eorum, qui ædificabant, apertè detrahit. Non enim vt honorarent occiſos, ſed vt cæde illorum vires: ſuorum oſtenderent timentes, ne ſi vetuſtate ſepulchra caderent, tanti facinoris, ac audaciæ memoria caderet. Sic igitur ſepulchra Prophetarum, quaſi trophæum conſti- D tuentes præclaris conſtructionibus ædificabant, audaciam patrum oſtentantes, &c.

Toletus. Cardinalis Toletus putat, Phariſæos, & Scribas, ſepulchra Prophetarum extruxiſſe ea mente, vt viderentur zelum iuſtitiæ habere, ac deteſtari delictum occidendi, & perſequendi Prophetas, & iuſtos: Cum verò Chriſtum perſequerentur, & occiderent populo perſuaderent, nec Pro- E phetam eſſe, nec iuſtum. Nam qui ſepulchra Prophetarũ memoriæ colendæ excitabant, & cædes eorum odio habebant, Prophetam iuſtum odiſſe, & perſequi non poterant. Cum ergo Chriſtũ perſequerentur, efficiebatur, Chriſtum prophetam non eſſe, aut iuſtum. Senſus iuxta hanc opinionem erit: Teſtificamini quòd operibus patrũ veſtrorum homicidarum conſentitis.

tis, eaque probatis: quoniam ſepulchra Prophetarum ædificatis, vt ad cædem meam muniatis viam. Sic autē munitis. ſepulchra ædificatis, vt cædis. Prophetarū oſores, Prophetarum vero cultores vos videamini, non perſecutores, Ego verò quem non colitis, ſed inſectamini, Propheta a populo non exiſtimer, ſed flagitioſus potius, & morte videar dignus.

g!Ca.

B Card. Caiet, Luc. 11. interpretatur hoc pacto. Teſtificamini, quod comprobatis opera patrum veſtrorū complemēto facti: mors anim completur p ſepultura & Mat. 23. Ex eo (inquit] quod patres occiderunt, & ipſi ſepeliunt, conſummāt facto, quamuis non intentione, opus paternum. Item: Aedificare ſepulcra Prophetàrum, ſi conſideratur, vt ſit affectu religionis; eſt effectus laudabilis, neque eſt teſtificatio mali. Sed ſi conſideratur, vt eſt conſūmatio operis circa mortuos, ſic eſt actus cōſummatorius occiſionis. Pri° enim occidunt, deinde ſepeliunt. Sic ille. Opinatur Caietanus, Phariſæos non ędificaſſe ſepulcra ea intentione vt patrum cędibus conſentirent, ſed tamen factum ipſum, & ędificationē ſepulchrorum, id quodammodo teſtatam eſſe, eo quod ſepultura ſit cōplementum occiſionis. Ipſo igitur facto Phariſæi, etſi non ex intentione, patrum cędes quodammodo complebāt & perficiebant. Ideoque Dominus ait; Profecto teſtificamini, ſi non ex animo, ſaltem facto quod complacetis in cędibus Prophètarum; ſiquidē eorum ſepulchra extruitis, & extremam additis manum cædibus, nimirum ſepulturam. Patres veſtri Prophetas occiderunt; vos cędes ipſas pficitis ſepultura; atque adeo hoc facto ſi non mente, cędibus, conſentire videmini. Quemadmodum ſi ex duobus latronibus, vnus hominem occideret, alter ſepeliret, hic ſecundus diceretur cædem perficere, a lterique conſentire: Sic patres veſtri velut latrones, prophetas interemerunt; vos veluti latrones [id quod reſtabat] ſepulchra ędificatis, cedes conpletis, & patribus veſtris homicidis ipſa ſe-

A pulchrorum ex ędificatione conſentitis.

Deniq; non videtur Dominus ſignificare Phariſęos eo animo extruxiſſe ſepulchra, vt teſtificarentur ſe patrū homicidijs conſentire, eaq. approbare. Sic tamen loquitur, propterea quod teſtificari hoc viderentur, quia patrum ſuorum ipſa homicidia poſteritatis memorię ſepulchrorum extructione tradebāt: illa enim ſepulchra glorioſa, & Prophetarum cędes & occidentium memoriam in ſęcula propagabant. Qui vero honorificè operum aliquorum memoriam propagant; illis operibus conſentire, id eſt, ea approbare videntur. Eſt ergo ſenſus extremus: Patres veſtri Prophetas occiderunt, vos ſepulchra illis extruitis. Profecto facitis vt filij: teſtificamini vos eſſe illorum filios, qui Prophetas occiderunt, vt eſt apud Matthęū. C Propterea teſtificamini [vt eſt apud Lucā] quod, *συνδοκεῖτε*, id eſt, quod *complacetis*, in homicidijs patrum veſtrorum. Siquidem his ſepulchris ea ęternæ memorię proditis, & velut trophęa quędam, quę illa perpetuo prędicent excitatis.

Propeterea ſapientia Dei dixit.

D MAtthæi 21. ſunt hęc omnia repetenda atque explananda, idcirco in eum locum reijcienda. Vide li. 8. cap. 18.

Cœperunt grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis.

MOleſtè tulerunt dicta Domini Phariſęi, & legiſperiti, ideoque *cœperunt grauiter inſiſtere* [ait Lucas] *& os ei° opprimere de multis*, Græce, *δεινῶς*, id eſt, *grauiter, vehementer*, *συνέχειν*, cęperunt. *continere opprimere, & coarctare*, aliter legitur Græce, *ἐνέχειν*, id eſt, *inſiſtere, & inſidiari*, Marc. 6. *& os eius opprimere de multis*. Græce, *ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων* vt eſt apud Græcū Theophylatum, *συνέχειν*, ſignificat, *os occludere*. *στόμα*. n. *os* dicitur, vide verbum

De verbo ἀποστοματίζειν.

bum deducitur. Noſter vertit, *os opprime de multis*: quoniam os Domini opprimere, ſiue occludere volebãt, multis propoſitis quæſtionibus. Quamobrem Pagninus tranſtulit; *Cœperunt grauiter vrgere, & cum obſeruatione oris eius, interrogantes eũ de multis, &c.* Apud Theophylactum ſic habes; occludere illi os incipiebant, quod Græci dicunt ἀποστοματίζειν, hoc eſt, *frequenter interrogare, & perplexum facere*: id quod fieri ſolet, quando plures interrogant vnum de alijs, atque alijs argumentis, &c. Additur: poteſt & *os occludere*, & ἀποστοματίζειν, ſic intelligi, hoc eſt, *illaqueare*, & ob teſtimonium oris aliquem apprehendere: quãdo enim quis capitur ex ijs, quæ ipſe dicit, videtur ab ore capi, &c. Item apud Euthymium ἀποστοματίζειν, ſignificat extemporales, & non conſideratas reſponſiones doloſarum interrogationum expetere. Itaq; moleſtia affecti Phariſæi, & legiſperiti, cœperunt inſiſtere Dño, & vrgere, opprimereq; *os eius ſapientiſſimum, de multis*, id eſt, circa multas res, interrogantes eum de multis, multas, variaſq; quæſtiones proponentes. Opprimit autẽ os hominibus multis quæſtionibus ſimul propoſitis, & varijs. Nõ enim poteſt omnibus ſimul reſpondere. At Chriſtus poterat oĩa. In Biblijs regis, ἀποστοματίζειν αὐτόν, vertitur *obtundere ipſum*. Syriacus interpres transfert: *au-*

A *cupabantur verba eius*. Syriaca hæc ſunt ומחכבין מלוהי *vamthachbſin malahi*, ad verbum, & aucupantes erant.

Inſidiantes ei.

HIc finis erat, in quem multæ tendebant interrogationes; videlicet, vt aliquid ex ore Domini caperẽt. Græcè. ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, *quærentes venari aliquid* B *ex ore eius*: quomodo vertit Pagninus. Venari autem aliquid cupiebant, vt eum accuſarent. Inſidioſæ ergo erãt, & captioſæ omnes interrogationes. Non vt diſcerent, interrogabant ſummum magiſtrum; ſed vt accuſarent, ſi aliquid vel aduerſus legem, vel aduerſus Cæſarem diceret. Interrogabant ipſum (ait Theophyl.) de lege, vt eum blaſphemum arguant, qui Moſem ta- C xaſſet: hoc enim ſuſpicabantur. Aliquando interrogant de his, quæ ad Cæſarem attinebant, vt eum denuncient ſeditioſum, & tyrannidis ſtudioſum; & omninò talia, qualia animæ peſſimæ excogitarent, &c. Venari cupiebant Phariſæi: ſed nihil venari potuerunt à ſumma Dei Sapientia repentinis interrogationibus. Vnde Euthymius: Putabant (inquit) repẽtè, & de improuiſo in errorem omninò illum inducere. Verùm ſapientiſſimè diſſoluebat omnia, facileq; reſpondebat, &c.

Phariſæi cur interrogarũt Chriſtum.

Theophyl.

CAPVT XXIIII.

De fermento, & hypocriſi Phariſæorum, & confeſſione nomine Chriſti.

LVCAS CAPITE XII. Verſ. 1

MVLTIS autem turbis circumſtantibus, ita vt ſe inuicem con-
culcarent; cœpit dicere ad Diſcipulos ſuos: Attendite à fermen-
to Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. * Nihil autem opertum 2
eſt, quod non reueletur; neque abſconditum, quod non ſciatur.
* Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur; & quod 3
in aurem loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. * Dico autem vo- 4
bis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non
habent amplius quid faciant. * Oſtendam autem vobis, quem timeatis; ti- 5
mete eum, qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem in gehennam: ita dico
vobis,

6 vobis,hunc timete. * Nonne quinque paſſares væneunt dipondio,& vnus ex
7 illis non eſt in obliuione coram Deo? * Sed & capilli capitis veſtri omnes nu
8 merati ſunt. Nolite ergo timere;multis paſſeribus pluris eſtis vos. * Dico au-
tem vobis: Omnis quicumque confeſſus fuerit me coram hominibus: & fi-
9 lius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. * Qui autem negauerit
10 me coram hominibus; negabitur coram Angelis Dei. * Et omnis,qui dicit
verbum in filium hominis, remittetur illi: Ei autem, qui in Spiritum ſan-
11 ctum blaſphemauerit,non remittetur. * Cum autem inducent vos in Syna-
gogas,& ad Magiſtratus,& poteſtates: nolite ſolliciti eſſe, qualiter, aut quid
12 reſpondeatis, aut quid dicatis: * Spiritus enim ſanctus docebit vos,in ipſa ho-
ra,quid oporteat vos dicere.

Multis autem turbis circumſtantibus.

GRæcè ſic habetur, ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου. id eſt, *in quibus congregatis myriadibus turba.* Significat autem myras decem millia. Indicat Euangeliſta multa hominum millia fuiſſe congregata; idque auiditate tanta, vt alij alios comprimerent,atque conculcarent. Chriſtus enim eos trahebat, etiam inuitis Phariſæis. Conculcabant autem ſe inuicem, vt docet Theophyl. quia ſinguli Domino cupiebant propinqui eſſe. Præterea,congregabantur tot millia, vt Chriſtum viderent, audirent, & miracula cernerent, iuxta illud Ioan. 6. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna,quæ faciebat ſuper his,qui infirmabantur, &c.* Illud, ἐν οἷς Græcum, ſignificare videtur geſtorum ordinẽ, quaſi dicat, *quæ cum agerentur*, vel, *inter quæ*. Cum,ſcilicet,Phariſæi,& legiſperitis os opprimere vellent, & aliquid quod accuſarent, venari, egreſſus ex conuiuio, congregatis circumſtantibus multis turbis Diſcipulos cœpit admonere.

Auiditas audiendi Chriſtum.

Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.

PHariſæos, legiſque peritos ſupra obiurgans; nũc cauendos indicat, quoniam magna ex illis pernicies in populum emanabat. Hypocritas, ſimulatoreſque ſanctitatis eſſe demonſtrat,laruamque detrahit,qua ſe tegebant,vt à populo cognoſcantur,cognitique caueantur.

A Phariſæis cur Dominus cauendum moneat.

A *Attendite*(inquit) *a fermento Phariſæorum*; appellat autem hypocriſim fermentum, ob perniciem, quam ſub larua ſanctitatis Reipublicæ afferebat. Etenim quemadmodũ *fermentum*, vt Paulus ait ad Galat. 5. *maſſam corrumpit*. Sic hi parui Doctores corrumpebãt plebem Habet hoc etiam, fermentum occulte corrumpit,intra maſſam latens. Sic Phariſæorum hypocriſis occulta, latenſque,populum corrumpebat Matth 16.vocat
B Dominus fermẽtum doctrinam Phariſæorum,& Sadducæorum;hic hypocriſim. Sanè fermento ſimiles fuere Phariſæi,& reliqui Iudæorum Doctores,ac Principes,quia totam maſſam, id eſt, plebem, fermentarunt,ac corruperunt: ita vt latronem ſibi donari peteret. Chriſtum verò figeret cruci. Matth. 17 *Principes* (ait) *Sacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barabbam, Ieſum verò perderent, &c.* Vides-
C ne fermẽtum totam maſſam corrumpens? Hanc ob cauſam Oſeas cap. 7. Ieroboamum Regem Iſrael ait *fermentaſſe populum*; quoniam idololatria populum corrupit. *Quieuit*(inquit)*paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum, &c.* Eſt etiam fermentum hypocriſis, quia bona opera corrumpit,quæ ex hypocriſi ob inanẽ gloriam, vel alium huiuſmodi finem
D fiunt. Ipſum quoque hypocritam corrumpit,ac perdit.

Hypocriſis fermentum Phariſæorũ cur dicatur.

Matth. 16.

Matth. 27.

Oſeas 7.

Attendamus ergo à fermento Phariſæorum, illudque fugiamus. Qui Chriſtum diſcunt ait Theophylactus Luc. 12.)hypocriſim fugiunt. Chriſtus enim cum ſit veritas, mendacio

Theophyl.

A aduerſatur. Porrò omnis hypocriſis
mendacio plena eſt, & aliud quidem
eſt, aliud fingit, &c. Deuteron. 16. *Non* (*Deuter. 16.*)
fermentatum in omnibus terminis veſtris,
etc. Paſchali tẽpore præcipiebat Deus
relegari fermentum à domibus Iu- (*Hypocriſis fugienda.*)
dæorum; à noſtris verò domibus, &
animis, relegandum eſt hoc, de quo
agimus, fermentum, non Paſchali tã-
tum, ſed toto vitæ tempore. Fermen-
tũ maſſam inflat; hypocriſis inflat ho-
B minem. Hypocrita externam mundi-
tiam magnoperè curat, internam con
ſcientiæ deſpicit. Quod deforis eſt ca-
tini abluit; quod intus eſt, plenum eſt
iniquitate. At humilis minimè ſimu-
latus, cum Paulo ait 2. Corint. 1. *Gloria*
noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ no- (*2. Corin. 1.*)
ſtra, &c. Gloria hypocritæ eſt, vanum (*Gloria hypocritæ q̃ ſit.*)
hominum teſtimonium, inaniſque
laus. Gloria viri ſapientis hæc eſt, con
ſcientiæ bonæ teſtimonium, & diui-
C nam gloriam peroptantis. Bene Ter-
tullianus lib. 4. contra Marcion. cap.
28. hypocriſim Phariſæorum definit (*Tertullian.*)
celantem occulta cordis, & incredu-
litatis ſecreta ſuperficialibus officijs (*Superficialia opera hypocritæ.*)
obumbrantem, &c. Nam cordis pec-
cata occultat occultat hypocriſis, &
ſuperficialibus quibuſdam officijs ob-
umbrat. Superficiales autem ſunt hy-
pocritæ virtutes: ſolum enim exter-
nam quandam habent virtutis ſuper
D ficiem, medulla carent.

Nihil autem opertum eſt, quod non reueletur.

HÆc, & ex ſequẽtibus verbis mul
ta, bis a Domino dicta, ſũt. Semel
Matth. 10. vbi omnia iam ſunt explica (*Hypocriſis vitia Phariſæorũ tegebat.*)
ta tom. 2. lib. 1, cap. 14. iterum Luc. 12
Phariſæorum hypocriſis, illorum viti
a (vt Tertullianus loquitur) ſuperfi-
cialibus officijs obumbrat, & nubis
E inſtar corda, & rapina, & iniquitate
plena tegebat. Hanc nubem diſſipan-
dam tandem, & patefaciendam vitia
latentia docet Dominus Tegant (in-
quit) vitia ſua Phariſęi, hypocriſis ſe
amictu velent, operiant fœdos vultus
ſanctitatis perſona; diſcindetur tan-
dem velum, detrahetur perſona pul-
chra, fœda apparebit facie. *Nihil enim*
opertum eſt quod non reu... neque nihil abſcon- (*Omnia in*)

A *ditum quod non ſciatur.* In die iudicij (*die iudicij patefient.*)
omnia manifeſtanda perſpicuum eſt:
deq. ea exponit hunc locum Theophy (*Theophyla.*)
lactus: Phariſæi (ait) latere ſe putant,
per hypocriſim bonos mores ſibi ef-
fingentes: at qui *Nihil occultum eſt, quod*
non reuelabitur. Omnia enim verba, &
cogitationes, nudę ante iudicium, in
ſupremo illo die apparebunt. Quin
& in præſenti vita multa eorũ, quæ
occultantur manifeſtari ſolent. Sic il-
B le Euthymius quoq. Beda, D. Bonauẽ
tura, Gloſſa ordinaria, D. Ambroſius,
& alij. Sed obſtant ſequentia verba
huic ſententiæ. *Quoniam quæ in tenebris*
dixiſtis, in lumine dicentur; & quod in aurẽ
loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in te-
ctis, &c. Numquid in die iudicij tecta
erunt, in quibus geſta Phariſæorum
occulta patefiant? Minimè. Non ergo
de hac die verba Chriſti intelligenda
ſunt. Reſpõdetur, ſermonem eſſe me
C taphoricum: *Nihil opertum, aut abſcondi*
tum, quod non ſciatur in die iudicij. Quo-
niam quę in tenebris, & clam dixiſtis
in luce diei illius coram omnib. dicẽ
tur. Et quod vos ſubmiſſa voce, nemi
ne audiente, in aurem loquuti eſtis;
ita fiet manifeſtum, ac ſi ſupra tecta
prædicaretur in ſolarijs. Erant enim
Iudęorum tecta plana, & veluti ſola-
ria, in quibus & ambulabant, & collo
quebantur. At verò in iudicio non ſo
D lum verba, ſed facta etiam, & cogita-
tiones patefient. Chriſtus autem hic
de verbis tantum agit: *Quæ* (inquit)
in tenebris dixiſtis: item *Quod in aurem lo*
quuti eſtis: de factis, & cogitationibus (*Cur de factis, & cogitationib. nõ fiat hic mẽtio.*)
mentionem nullam fecit. Reſponde-
tur; quia par eſt de factis, & cogita-
tionibus ratio; facta, & cogitationes
omiſiſſe, Vel potius dicendum, pro-
uerbium eſſe in verbis poſitum, ſed
ad facta quoque, & cogitationes extẽ
E di. Cum enim quis ſignificare volebat
rem eſſe manifeſtandam, prouerbio
hoc vtebatur: *Quod in tenebris dicitur, in*
lumine dicetur; quod in aurem dicitur, ſuper
tecta prædicabitur Simile illud eſt Mat-
th. 10. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in* (*Matth. 10.*)
lumine; & quod in aure auditis, prædicate
ſuper tecta. Hæc Chriſti verba fre-
quenter ſunt conſideranda, non ſolũ
vt hypocriſis, ſed vt cætera etiã vitia.

Legis.

fugiamus *Nihil enim eſt opertum, quod nõ reueletur*. Venient omnia in lucem, quæ facimus; quæ autem in lucem ventura facimus, ea perfectiſſima eſſe cupimus. Perfectiſſima ergo opera illa faciamus, quæ coram vniuerſi orbis oculis aliquando comparere neceſſe eſt. Quæ maior eſt ſimplicitatis illecebra (ait Ambroſius Luc. 12.) quam vt vnuſquiſq. cognoſcat latebram fraudis eſſe non poſſe? &c.

Facta Iudæorum per Euãgelium manifeſtata Tertullian.

Aliter hæc verba de manifeſtatione per Euangelium facta, explicari poſſunt. Etenim per Euangelium, Iudæorum hypocriſis, dicta, atq. facta, toti orbi ſunt patefacta. Ita videtur intellexiſſe Tertullianus lib. 4. contra Marcion. ca. 28. Subijcit (inquit) Chriſtus etiam, quæ inter ſe muſſitarant Phariſæi, vel tractarant, ſcilicet ſuper ipſo dicentes: Hic non expellit dæmonia, niſi in Beelzebub, in apertũ proceſſura, & in ore hominum futura, ex Euangelij promulgatione, &c. Theophylactus quoq. Poteris (ait) etiã ſic illa intelligere, quod lux ſit Euangelium, & domus ſublimis Apoſtolorũ ſummæ animæ. Quæcumq. autẽ Phariſæi conſultarunt, prædicata ſunt poſtea, & audita in lumine Euangelij, ſtante ſuper Apoſtolicas animas, magno prædicatore, Spiritu, &c. ſenſus eſt: Nihil eſt opertum hypocriſi, quod non reueletur. Quoniam hypocriſis Phariſæorum, per Euangelium omnibus patefiet. Quæ in tenebris dixiſtis Phariſæi, & in aurem clam, ea prædicabuntur, veluti in tectis palam, corã populo à Concionatoribus Euangelij. Obijcitur huic interpretationi, per Euangelium non patefieri ea, quæ Phariſæi in tenebris, aut in aurem dixerunt. Reſponderi poteſt, prouerbio vti Chriſtum, vt diximus, quo ſignificat occultam hypocriſim Phariſæorum patefaciendam per Euangelium. Præterea opponitur, Chriſtum, cum dixit: *Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur; & quæ in aurem loquuti eſtis, prædicabuntur in tectis*: cum Diſcipulis loquutum eſſe. Non ergo hæc de Phariſæis ſolum dicuntur: ſed de Diſcipulis, & reliquis cunctis hominibus [illegible]

Theophylac.

Euangeliũ hypocriſim Phariſæorũ manifeſtat.

A iudicij patefient. Abuertit Theophylactus, Chriſtum cum Diſcipulis loqui ad Phariſæos tamen verba hæc dirigere; ſed manifeſtum eſt cum Diſcipulis loqui, & ad Diſcipulos verba dirigere. Itaq probabilior eſt primus ſenſus & amplior. Loquitur cum Diſcipulis, hoc ſẽſu: Quæ in tenebris dixiſtis vos, cęteriq. omnes homines, in lumine dicentur extremo iudicij tẽpore.

B *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus.*

PHariſæi Chriſto necem machinabantur. Illis audientib. nunc indicat ſe mortem non timere, cum Diſcipulos docet, eam non eſſe metuendam: vel, Diſcipulos docet, neq. Phariſæos, neq. ſimiles alios Euangelij hoſtes eſſe formidandos. Rationem reddit; quoniam ad corpus tantummodo eorum furor pertingit; ad animum

C pertingere nequit. Ne terreant vos (inquit) gladij, flammę, cruces, ſartagines, ferrei pectines, cæteraq. cruciatuum inſtrumenta. Nam in corpus tãtum deſæuire poſſunt; vlterius non ꝓgrediuntur; animum è carcere liberant, liberumq. cœlo donant. Animi indumentum corpus eſt: qui igitur corpus laniant, indumentum laniant. Omnis Tyrannorum furor in diſcerpendo indumento cõſumitur; ad animum,

D qui hoc amictu tegitur, non peruenit. Scutũ animi ſit corpus. Vt ſcuto excipiuntur tela, quæ in hominẽ, ab hoſte conijciuntur; ita corpore excipienda ſunt tormenta, quę à Tyrannis infliguntur. In clypeo tela conſiſtunt; in corpore tormẽta. Nullus Tyrannorũ in animum vim habet, ſi tela animus repellat. Quod ſi recipiat ſe ipſum ipſemet ſauciat, non hoſtis. Homo prudens corpore ad vtilitatẽ ſuã

E vtit, labore, opere, & cruciatib. corporis gloriam comparat ſempiternam. Auctor imperf. ho. 25. in Matth. Ecce (inquit) ſi mutuò accipis bouem, vel equum, nõne aſſiduè operaris opꝰ tuũ i eo? Dicis. n. apud te: Hodie, aut cras tollendus eſt à me; quoniã nõ eſt meꝰ. Etiam tu in corpore corruptibili na[illegible], quare non ad vtilitatẽ animæ tuę [illegible]

Mortem nõ formidãdã Chriſtus docet.

Non ſunt timendi Tyrãni.

Furor et cruciatus hominũ in corpore deſinit.

quoniam poſt modicum tollendum eſt a te,quia non eſt tuum;&c.

Appellat hoc loco Diſcipulos amicos. *Dico vobis amicis meis*: & merito q-dem;quoniam de actu loquitur maximi amoris,videlicet maryrio. Omnis Martyr amicus Chriſti eſt, Martyribus maxime hęc congruunt, qui in carcerem ducuntur: *Dico vobis amicis meis,ne terreamini*, &c. Quod palmam eripere poteſt terror eſt,opponite terrori amorem,opponite & conſiderationem. In corpore tota hæc tempeſtas paulo poſt deſinet. Hoc conſiderate;tormentorum fundamentũ corpus eſt,paulo poſt corruet,corruent, ſimul tormenta omnia. Cardinalis Caietanus: Seruos [inquit] dignatur appellare amicos,tunc cum ad martyrium eos accendit,vt intelligamus prçſentis vitæ mala,tormenta, mortemque parari amicis eius,& talia eſſe amicitiæ eius pignora.

Martyr amicꝰ Chriſti eſt.

Non habent amplius, quid faciant.

IOb 28.de mari legitur. *Vſque huc venies,& non procedes amplius,& hic*, id eſt,in littore ârenoſo,*confringens tumentes fluctus tuos,&c.* Vt truculenti maris amari fluctus littore excipiuntur, vlterius tranſire non poſſunt;ita truculenti Tyranni amariſſimi cruciatus excipiuntur corpore; vltra fragilem illam carnem nequeunt tranſilire. Elatiſſimi illi fluctus,illæ minarum procellæ,illi turbines,hic confringuntur factiq. euaneſcunt. *Non habẽt* [inquit] *amplius quid faciant.* Hic limes eſt magnæ poteſtatis,id poſſunt leones poſſunt,tigrides,ſerpentes.

Iob.28.

Cruciatus nõ pertingãt animũ non occidũt immortalẽ.

Oſtendam vobis,quem timeatis.

MOrtem dixerat, & tormènta nõ eſſe metuenda; quonam modo metus mortis,& tormentorum ſuperetur,indicat: nempe alio vehementiori metu. Nam(vt aiunt) clauus clauo truditur: & timor timore pellitur minor truditur maiore Solet timor (ait D.Bernardus ſerm.13 in Pſalm. 90.)timore depelli. Repleat vos Spiritus timoris Domini,& timor alienus

D.Bernar.

A locum non habebit in vobis,&c. Timor gehennæ, timor expellitur Tyrannorum. Maior eſſe debet gehennæ timor,quã mortis. Etenim mors tanſit breui tèmporis ſpatio, ſimulq. cruciatus,gehenna vero ſempiterna eſt. Mors cruciat corpus; gehẽna corpus,animamq. in ſempiternum torquet. *Ne timeatis*[inquit]*eos*,qui ſolum corpus poſſunt torquere breui cruciatu. *Oſtendam vobis,quem timeatis*:id B eſt,Deum;timete Deum, qui non ſolum corpus, ſed animum etiam torquere poteſt,non breui tantum cruciatu,ſed etiam perpetuo Tyrãni occidere poſſunt corpus,*& poſt hoc nõ habent amplius,quid faciant.* At Deus occidere põt corpus, & poſt hoc habet amplius,quid faciat. Poteſtas Tyrannorum in corpore , breui tempore deſæuit;poteſtas Dei in corpore, & animo cruciandis,per æternitatẽ pro- C tenditur. Deus timendus,non Tyrãnus. Lib.1 Machab.2. *A verbis viri peccatoris ne timueritis*,(ait Mathathias)*quia gloria eius ſtercus,& vermis eſt hodie extollitur,& cras non inuenietur*, *&c.* Iſai.51. *Quis tu,vt timeres ab homine mortali,& à filio hominis qui quaſi fœnum ita areſcet,&c.* Inculcat Dominus gehẽnæ timorem illis verbis: *Ita*: Græcè,*ναὶ dico vobis hunc timete,&c.* Sic ètiam inculcauit Matth.15.& Marc.9.vbi ter eadẽ fe- D re verba de gehenna iterat: *Bonũ eſt tibi debilem introire in vitam,quam duas manus habentẽ ire in gehennam,in ignẽ inextinguibilem,&c.* Nam vtiliſſimus eſt gehẽnæ timor, & illa, ex qua ille oritur, meditatio. Si mortuus(ait Chryſoſtomus homil 2.epiſt.ad Theſſalonicẽſ) ſi ſolum videatur,animum noſtrũ ita reprimit;quanto magis gehenna, & ignis,qui nequit extingui?quãto magis vermis,qui non moritur? Si gehẽ- E nam ſemper cogitemus, non citò in eam incidemus. Propterea ſuppliciũ minatus eſt Deus. Si eam cogitare,nõ magnum aliqđ haberet lucrum, non eam iam minatus eſſet Deus. Sed quoniam eius recordatio valet ad res magnas rectè gerendas;propterea tamq̃ ſalutare aliquod medicamentũ, eius minas noſtris inſæuit animis. Ne deſpiciamus tãtum lucrum, quod inde naſcitur

Timendus Deus, non Tyrannus.

1.Mach.2.

Iſai.51.

Gehenna timor.

D.Chryſoſ.

naſcitur ſed eam aſſiduè verſemus in prandijs, in cœnis. Hęc ille, vult Chryſoſtomus etiam in prandijs, & cœnis ſermonem haberi de tartareis cruciatib. ob magnam vtilitatem, q̃ ex memoria ſempiterni ignis reportatur.

Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio?

Martyri. Deus opem fert.

A Lia ratione ſuadet mortem non eſſe formidandam; nempe quia adiutorem Deum habet Martyr. Neq. enim cum Tyrannus Martyrem torquet, Martyris Deus obliuiſcitur, auxiliumq. ſubtrahit; ſed coronam illi per tormenta fabricat. Quod autem Deus Martyris non obliuiſcatur, argumento probat à minori ad maius. Si Deus [inquit] paſſerculorum nullius pretij non obliuiſcitur quomodo obliuiſci poterit hominis, qui diros pro ſe cruciatus tolerat? Adeo non obliuiſcitur, vt ipſos etiam capillos veſtros habeat numeratos, Ne vnũ quidẽ capillum auferre a vobis Tyrannus poterit. Luc. 21. *Eritis odio omnibus propter nomen meum, & capillus de capite veſtro non peribit.* Omnia reſtituet in integrũ, magno cum fœnore Deus. Nolite ergo timere, lõge paſſerculos ſuperatis. Non obliuiſcit veſtri Deus cum vos cruciari patitur, imò tũc maximè vos habet in memoria, vt opẽ ferat, magnaq. cum gloria palmam tribuat, & triumphum. Aliter; oſtendit Dominus non eſſe formidandos Tyrannos; quoniam abſque nutu, & permiſſu Dei agere nihil poſſunt Paſſer vnus non eſt in obliuione coram Deo, occidi non poteſt abſque nutu Dei Matth. 10. *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terrã ſine Patre veſtro, &c.* Si paſſer occidi nõ poteſt, neque homo occidi poterit. Dipondium, ſiue dipondius, vel dupondium, & dupondius à duobus dicitur ponderibus quod duos aſſes põderet, Apud Matth. c. 10 duo paſſeres aſſe væneunt: hic quinque venduntur dipondio, id eſt, duobus aſſibus, paruo pretio.

Luc. 21.

A

Omnis quicumque confeſſus fuerit me coram hominibus; & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.

Chriſtus Martyrem confitetur coram Angelis.

A Ddit tertiam rationẽ, cur mors non ſit timenda a Martyre, nimirum quia ſummum prǫmium, & gloriam parit. Dolores fert fœmina parturiens maximos, & ſuperat, vt filio gaudeat. Ferat homo cruciatus etiam

B grauiſſimos, vt æterna gloria perfruatur. Eccleſ. 1. *Vſque in tempus ſuſtinebit patiens; & poſteà redditio iucunditatis, &c.* *Eccleſ. 1.* Suſtinet patiens non perpetuò, ſed vſque ad tempus breue; redditur verò illi iucunditas ſempiterna. Gręce dicitur, ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, id eſt, *Qui confeſſus fuerit in me.* Item, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσῃ ἐν ἑαυτῷ, *& filius hominis confitebitur in eo.* Eſt autem Hebraiſmus, *Confiteri in aliquo,* id eſt, ali-

C quem: quemadmodum, *Inuocare in aliquo,* id eſt, aliquem: quemadmodum, *Pſalm. 19.* *Inuocare in Deo,* inuocare Deũ. Pſal. 19. *In nomine Dei noſtri inuocabimus,* id eſt, nomen Dei noſtri. Tertullianus in Scorpiaco, c. 9. & Chryſoſtomus ho. 35 in Matth & Theophylactus legũt *Qui confeſſus fuerit in me, & confitebor in illo.* Rationem reddũt, cur ſic Chriſtus *Hebraiſm.* fuerit loquutus. Sed Hebraiſmus eſt: ideo noſter Interpres rectè vertit:

D. *Qui confeſſus fuerit me, & filius hominis cõfitebitur illum* Nõ opus eſt alia ratione Magna proponitur gloria Chriſtum confitenti, magnum opprobriũ Chriſtum neganti: vt hinc ſpe gloriæ, inde opprobrij horrore, ad ſuperanda tor- *Pſalm. 17.* menta omnia excitemur Pſal. 17. ait Dauit: *Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, et ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo per*

E *uerteris, &c.* Deus [inquit] mihi iuſtitiæ ac puritatis meæ præmiũ dabit, Etenim qualem ſe quiſq. geſſerit cũ Deo talem ſe Deus cum ipſo geret; veluti par pari referet. Sancto ſanctum ſe exhibebit, præmijs illum cumulabit: peruerſo peruerſum ſe oſtentabit q a tormentis illum afficiet. Ita hoc loco Chriſtus. *Qui me confitebitur coram hominibus: vicem ei reddam, ego confitebor illum*

Digitized by Google

illum coram Angelis. Confeſſorem confitebor, negatorem negabo Illa autem confeſſio cum ſumma gloria; hæc autem negatio cum opprobrio, cruciatuq. coniuncta eſt ſempiterno. A

Qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.

QVia Phariſæi Chriſtum negabât, & Spiritum ſanctum blaſphemabant, adiungit, non eſſe illis blaſphemiam dimittendam. Hæc verò verba latè explicauimus tom. 2. lib. 17. inde petenda ſunt, quæ hoc loco dici poſſent. Præterreà iis, quæ de negatione dixerat, hæc adijcit, vt oſtēdat eſſe quoddam negãdi, & blaſphemandi genus grauiſſimum, quod blaſphemia in Spiritum ſanctum irremiſſibilis dicitur, quæ autem ſit blaſphemia in Spiritum ſanctum, & quo modo irremiſſibilis dicatur, loco indicato exponitur. B C

Nolite ſolliciti eſſe, qualiter, aut quid reſpondeatis.

HÆc etiam verba explicata ſunt tom. 2. lib. 9. c. 13. Monet Diſcipulos ne ſint ſolliciti de præparanda reſponſiome, cùm ad Magiſtratus, vel Principes ducti fuerint. Spiritum ſanctum pollicetur, qui ea hora adſit, & quæ reſponderi oporteat, ſuppediter. Si Spiritus ſanctus iis, qui pro Chriſto Tyrannis traduntur, quid reſpondeant, ſuppeditat: ſanè Doctorib. & Concionatoribus ſuis, quid dicant, etiam ſuppeditabit. Vnde Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſtiana, ca. 15. Si loquitur (inquit) in eis Spiritus Sanctus qui perſequentibus traduntur pro Chriſto? cur non & in eis, qui tradũt diſcendentibus Chriſtum? &c. vtinam illi quæ Spiritus ſanctus ſuggerit, loquantur; non autem illa, quæ inanis ſuggerit gloriola, vt placeant hominibus innaniter.

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIVS

CAPVT PRIMVM.

De diuite auaro repente mortuo, & fugienda auaritia.

LVCAS CAPITE XII. Verſ.13.

AIT autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo, vt diui-
dat mecum hæreditatem. * At ille dixit illi: Homo, quis me cō-
14 ſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos? * Dixitque ad illos: Vi
15 dete, & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſ-
quam vita eius eſt, ex his, quæ polſidet. * Dixit autem ſimilitudi
16 nem ad illos, dicens: Hominis cuiuſquam diuitis vberes fructus ager attulit.
* Et cogitabat intra ſe dicens. Quid faciam, quia non habeo, quò congregem
17 fructus meos? * Et dixit: Hoc faciam; deſtruam horrea mea, & maiora faciā,
18 & illuc congrega bona omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea; * Et dicā ani
19 mæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos; requieſce, co-
mede, bibe, epulare. * Dixit autem illi Deus. Stulte, hac nocte animam tuam
20 repetunt à te; quæ autem paraſti, cuius erunt? * Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, &
non eſt in Deum diues. * Dixitq; ad Diſcipulos ſuos; ideo dico vobis; Nolite
21 ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis; neque corpori, quid induamini.
* Anime plus eſt, quam eſca, & corpus pluſquam veſtimentum. * Conſide-
22 rate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, ne-
que horreum, & Daus paſcit illos, quanto magis vos pluris eſtis illis. * Quis au
23 tem veſtrum cogitando, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?
* Si ergo neque quod nimium eſt, poteſtis; quid de cæteris ſolliciti eſtis? * Cō
24 ſiderate lilia, quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vo-
25 bis: Nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebat, ſicut vnum ex iſtis. * Si autē
26 fœnum, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit;
27 quanto magis vos puſillæ fidei? * Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut
28 quid bibatis; & nolite in ſublime tolli. * Hæc enim omnia gentes mundi quæ
29 runt. Pater autem veſter ſcit, quoniam his indigetis * Veruntamen quærite
30 primum regnum Dei, & iuſtitiam eius; & hæc omnia adijcientur vobis. * No
31 lite timere, puſillus grex; quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. *
32 Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non
33 veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, ne
34 que tinea corrumpit. * Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi, & cor veſtrum erit.

Digitized by Google

A

Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.

IN turba illa, quæ Chriſtum audiebat, homo erat, cuius frater hæreditatem a parentib. relictam vſurpauerat, nec diuidere volebat. Sic Auguſtinus putat ſerm. 196 Interpellauit [inquit] quidam Chriſtum contra fratrẽ ſuum, qui totum patrimonium abſ- B tulerat, & fratri ſuo partem ſuam nõ reddebat, &c. A Chriſto is auxilium petijt; ſed dubium eſt, an tamquam a iudice auxilium contra fratrem poſtularit, an verò tamquam ab interceſſore, & monitore. D. Auguſtinus tamquam iudicem Dominum interpellatum ſignificat his verbis; Miſer pater nis opib. deſtitutus, tali, ac tanto iudice inuento, accedit, interpellat, rogat cauſam ſuã breuiſſimè exponit, &c. C Propterea Chriſti verba hoc indicant: *Quis* [inquit] *me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos, &c.* Quia enim ille velut ad iudicem cõfugiebat. Chriſtus reſpondit, ſe non eſſe iudicẽ, vel hęreditatis diuiſorem. In hac opinione Toletus eſt. Maldonatus verò putat interpellatum tamquam Meſſiam, Regem temporalem, ac iudicem Crediderim non tamquam iudicem fuiſſe Dominum poſtulatũ. Probat; quo- D niã illi, a quo poſtulabatur, notũ erat, nulla ſolere iudicia, nullam ad cogendos homines poteſtatẽm exercere. Quorſum igitur tamquam ad iudicẽ confugeret ad eũ, quẽ videbat in reũ ſententiam non dicturũ, neq. illi vim vllam allaturum. D. vero Auguſtin⁹ metaphoricè loqui videtur Poſtulauit ergo homo hic Chriſtum, vt virum ſanctiſſimum, & magnæ apud plebẽ E auctoritatis cuius monita apud fratrẽ magnum pondus ad reſtituendã hęreditatem credebat habitura. *Dic* [inquit] *fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.* Mone fratrem meum officij, tuiſque monitis, & ſumma auctoritate interpoſita perfice, vt hęreditatis partem mihi debitam reddet.

Auguſtin.

Petitio cuius & quæ quaſi fuerit.

Chriſtus nõ fuit interpellatus vt iudex.

Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?

NOn indicant verba hæc Chriſtũ poſtulatum, vt iudicem, ſed poſtulationem repellunt, cui noluit annuere: quaſi dicat: Hæc tua poſtulatio ad Magiſtrum, ad Iudicem, & diuiſorẽ hęreditatum pertinet. Ego autem ſu- B per vos non ſum iudex, aut diuiſor conſtitutus, quales veſtri ſunt. Iudex autem erat omnium Chriſtus; ſed nõ talis, quales terreni, & vulgares Iudices, ideoq. ſic eſt loquutus. Si roges, cur iuſtę petitioni annuere noluerit. Reſpondetur. Quia ex auaritia profecta erat, vel forſitan iniuſta. Nã Dominus ex illa occaſionem ſumpſit, vt de fugiẽda ageret auaritia. Ergo auarus hic erat poſtulator: & forſitan cu- C pidè, auarè, & iniuſtè petebat hęreditatis diuiſionem. Si. n. iuſte petijſſet, & abſque auaritia occaſionem ſermoni de auaritia habito non prębuiſſet. Noluit igitur Dominus auaritiæ fauere, noluit cupiditatis tractare negotia. Verumtamen ratio hęc nõ eſt firma; quoniam quamuis hic frater, neque cupidè, neque iniuſte peteret; potuit ſermoni de auaritia habito occaſionem dare alterius fratris auari- D tia, qui auare, & iniuſte hęraditatem ſibi vſurpabat, fratriq. partem debitã denegabat.

Cur Chriſtus petitionem repulerit.

D. Ambroſius aliam reddit cauſã, Bene [inquit] terrena declinat, qui ꝓpter diuina deſcenderat, nec iudex dignatur eſſe litium, & arbiter ſaeculiarium, viuorum habens, mortuorũq; iudicium, arbitriumq. meritorũ, &c. Item Non immerito refutatur hic frater, qui diſpenſatorem cœleſtium ge- E ſtiebat corruptibilibus occupare. Cũ inter fratres patrimonium nõ iudex medius, ſed pietas debeat ſequeſtra diuidere, Quamquam immortalitatis patrimonium, non pecuniæ, ſit hominibus expectandum. Sic Ambroſi⁹ Et Titus Boſtrenſis; Quia [inquit] hic pręter miſſis vtilib. & ad animę ſalutẽ facientibus, quæ eum vel in primis inquirere oportebat, de terrenis, mo-

D. Ambro.

Cur Chriſtus hoc iudicium ſuſcipere noluerit.

Titus Boſt.

men-

mentaneiſq.anxius, Chriſtum huiuſmodi rerum ſequeſtrem depoſcebat; ob hoc, tamquam importunum, neq. quidquam, vt ea, quæ ſcire oportebat diſceret, ſollicitum, placido vultu a ſe dimiſit, &c. Euthymius: Cum hic auarus eſſet, ac pecunię deſiderio flagraret, quod animæ neceſſarium erat, eiuſq. ſaluti vtile petere omiſit; corporale autem requiſiuit, maiorem habens curam corporis, quam animæ, &c. D. Baſilius in Moralib. Regula 70. ca. 29. exiſtimare videtur reiectam à Chriſto hanc petitionem, quod plus nimio in rebus caducis animum occuparet is, qui petebat.

Euthymi⁹.

Diſpenſatorem cœleſtium (vt ait Ambroſius) geſtiebat homo hic, corruptibilibus, terreniſq. rebus occupare. Similes inueniemus, qui Religioſ⁹ viros cęleſtium rerum diſpenſatores, non diuinis occupent negotijs ſed humanis. Non cęleſtium rerum cauſa quærant, ſed terreſtrium; non vt animæ conſulant, ſed corpori. At vt Paulus teſtatur. 1. Thimot. 2. *Nemo militãs Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, &c.* Implicant ſæcularia negotia Chriſti militem quem oportet ad diuina eſſe expeditum; ideoq. fugienda ſunt. Quemadmodum Regis miles totum ſe militiæ tradit, reliquis artib. negotiiſq; quæ illum implicãt, abiectis Sic Chriſti miles totum ſe Deo addicit, omnibus reb quæ diuinam hanc militiam impedire poſſunt, repudiatis. Noluit Dominus eſſe terrenæ hæreditatis diuiſor; volebat potius eſſe cœleſtis hæreditatis dator. Vnde Auguſtinus ſerm. 196. Petebat [inquit] homo hic dimidiam hæreditatem in terra; Dominus offerebat totam in cęlo. Plus Dominus dabat quam ille poſtulabat &c. Oſeruat Auguſtinus moraliter, merito hunc appellari à Chriſto hominẽ: *Homo* [inquit Chriſtus] *quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos &c.* Auguſtinus: Qui pro magno habes iſtam, quid es niſi homo? Volebat illũ facere aliquid plus, q̃ eſt homo. Quid eũ plus facere volebat Dico vobis *Ego dixi: Dij eſtis & filij Excelſi omnes.* Pſal. 81. Ecce, quid eum volebat facere; inter Deos numerare, qui non habent, &c.

D. Ambro.

2. Timot. 2.

Auguſt.

Hæreditas cœli quærẽda.

Pſalm. 81.

A

Vid te, & cauete ab omni auaritia.

Occaſionem Domino præbuit, vt de auaritia ageret, poſtulatio, de qua dictum eſt, quoniam ex cupiditate profecta erat; vel potius, quoniam illa indicabat, fratrem iniuſte fratris retinere hæreditatem. Ergo huius fratris hæreditatem vſurpantis auaritia, ſermoni de auaritia aditum aperuit: *Fugite* [inquit] *omnem auaritiã, & poſſidendi auiditatem.* Eam Græcè Lucas vocat, πλεονεξίαν. *Omnem* autẽ dixit, id eſt. in omni re, tam veſtra, quã aliena; item, omnem manifeſtam, & occultam, externam, & internam, magnam & minimam excutite animo et tenuiſſimam habendi cupiditatem.

B

Fugienda auaritia.

Quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his, quæ poſſidet.

C

Græcè, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ hoc eſt *Quoniam non in abundare alicui vita eius eſt, ex facultatibus ipſius.* Rationem reddit Dominus, cur fugiẽda ſit omnis auaritia. Quoniam [inquit] vita in opibus non eſt ſita. *Non in abundare alicui*: vel, *Non in abundantia alicuius, vita eius eſt poſita, ex his quæ poſſidet* id eſt, ex facultatibus, & opibus. Nõ inquam, vita eſt poſita, vt vitam cuiuſquam opes tueri, ac conſeruari poſſint. Quod probat ſimilitudine diuitis, cuius vitam opes non potuerunt vel die vno prorogare. Non poſſunt opes, cum mors venerit, vitam propagare tandem & vita deſinet, opeſque ſimul. Fugite ergo auaritiam quæ vos à morte nequit defendere; quod in diuite auaro cernitis. Obiciet quiſpiã, opes vitam propagare poſſe, & in diuitiis vitam eſſe ſitam. Siquidem cibi ſalubres, huiuſmodique alia, quibus diuites vtuntur, vitam prorogant. Prætereą, diues medicos, pharmaca, potiones, cæteraque omnia ad pellendos morbos neceſſaria habet, quibus ſi opes non haberet, careret, vitamq; amitteret. Reſpondetur, verum eſſe, diuitias vitam hoc pacto efficere poſſe longiorem; Chriſti autem verba ſic intel-

D

E

Diuitiæ non poſſunt à morte liberare.

Diuitiæ quo modo vitã prorogent, vel non.

Digitized by Google

intelligenda, vt ſignificent diuitias non ſemper vitam tueri poſſe; ſiqdē tandē diues è vita, velit nolit, eſt migraturus (vt explicauimus) diuitijs minimè pellentibus mortem D Ambroſius lib. de Naboth, c. 6. Quis (ait) artifex vnum diem vitæ hominis potuit adiungere? Quem diuitiæ eius ab inferis redemerunt? Cuius ægritudinem pecunia mitigauit? *Non in abundātia diuitiarum* (ait Dominus) *vita eius*. Et Prouerb. 10. *Nihil proſunt theſauri iniuſti iuſtitia autem liberat a morte*. Quid mihi proſunt diuitiæ, ſi me a morte liberare, ſi mecum poſt mortem eſſe non poſſunt? Hic acquiruntur, hic relinquuntur. Hæc Ambroſius.

D. Ambro.

Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit.

Confirmat Dominus propoſita ſimilitudine, vitam hominis in opibus nō eſſe ſitam Diuitem.n. ante oculos ponit, qui tunc ex vita migrauit, cùm maximè opib. affluebat. Petes, an ſit hæc vera hiſtoria, an potius parabola. Reſpondetur, parabolā eſſe: ſic.n. Græc vocatur: *Dixit illis ſimilitudinem*. Græcè, *παραβολὴν parabolam*. Eā ſumpta eſt ex homine diuite, cui ager Græcè, χώρα, id eſt, *regio, terra, ager*, tā vberes attulit fructus, vt horreis, quæ extructa iam erant, non poſſent capi. Cogitat igitur ille de recondēdis fructib. non inſipienter, neq.n. ſapiens fuiſſet, ſi non recondidiſſet Quid faciam [ait] neq n. domos habeo, q̄ tot fructus poſſint capere Conſilium hoc capit, latiores facere decernit apothecas, ſiue horrea. *Deſtruam* [inquit] *horrea mea* [Græcè, ἀποθήκας, id eſt, *apothecas*] *& maiora, ac latiora faciam*, vt fructꝰ omnes poſſint continere. Poſtea verò quàm opes meas in apothecis collocauero, exultabo, ac ſuauiter cōquieſcā.

Parabola diuitis aut vt explicat.

Vberes fructus ager attulit.

Qværit diuus Baſilius hom. 6. cur Deus huic diuiti nihil boni ex diuitijs facturo, vberes fructus contulit Reſpondet his verbis: Vt maior Dei longanimitas appareret, quando vſ-

D Baſilius Cur Deus huic diuiti tantam bonorum co-

A que ad tales qnoq. eius bonitas extenderetur, &c. in omnes tàm iuſtos, quā impios Dei extenditur bonitas. Vnde illud Matth. 5. *Deus Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos; pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, &c.* Etiam iniuſtis caduca bona tribuit, ne magna nobis videantur, vt Auguſtinus docet epiſt. 70. Ne putentur [inquit] mala, dantur & bonis: ne putentur magna, vel ſummā bona, dantur & malis, &c. Poſſident
B impij Turcæ, Mauri, Ethnici, magnas opes, regna, imperia; in eos quoque Dei extenditur bonitas. At intellige, magna hæc bona non eſſe, quæ dantur impijs: alia ſunt bona magna, q̄ ſolis donantur iuſtis, quæ diligenda, & toto conatu ſunt quærenda. Auguſtinus eadem epiſt. Salus animæ cum immortalitate corporis, virtuſq. iuſtitiæ, & victoria de cupiditatibus inimicis, & gloria, & honor, & pax in æter-
C num, non dantur niſi bonis. Iſta ergo dilige, iſta concupiſce, iſta omnimodis quære, &c.

piam contulerit.

Matth. 5.

Cur etiam improbis bona caduca largiatur Dominus.

D. Auguſt.

Cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciam.

Ambroſius lib. de Naboth, cap. 6. In vbertate [inquit] fructuum vocem egentis emittit hic diues. *Quid faciam* ait. Nonne hæc pauperis vox eſt, non habentis ſubſidia viuendi;
D *Quid faciam*; Vnde mihi alimenta? Vnde veſtitus? &c. Vox quidem pauperis eſt, ſed etiam vox diuitis, præ abūdantia dubitantis, quid faciat, vbi fructus recondat. Cogitabat auarus diues, quomodo fructus recondat, non quomodo largiretur. Omnia concludit auarus, nihil donat. Deꝰ [ait Theophylactus] ſolitam oſtendebat miſericordiam, vt non vnus tantum agellus ſed tota regio, vberes illi fructus affer-
E ret. Verum hic tam miſericors erat, vt antequam acciperet, ea clauderet &c. *Quid faciam*? rogat auarus. Quomodo ſibi reſpondere debuiſſet, diuus Baſilius loco citato bene docet: Parata [inquit] tibi reſponſio fuerat ò diues: Eſurientium animas ex plebo, aperiam horrea, vocem emittam magnificam. Quicumque panibus egetis, venite ad me, &c. At non ſic reſpon-

Auarus omnia concludit, nihil donat.

Theophyla.

Digitized by Google

reſpondet ſibi imprudens, & auarus conſiliarius. Non diſpergere vult, & dare pauperibus; ſed claudere fruges, & negare eſurientibus. Ex teipſo captas conſilium (ait Baſilius) planè imprudenti veteris conſiliario, &c Imprudens ſibi conſiliarius eſt auarus. Prudens ſumpſiſſet conſilium, ſi illud dixiſſet diui Ambroſij lib. de Naboth, cap. 6. Aperiam horrea mea; ingrediatur, qui tolerare famen non queunt. Veniant inopes, intrent pauperes, repleant ſinus ſuos. Deſtruantur parietes, qui excludunt eſurientes, &c. At longè aliud conſilium cepit: *Deſtruam* (inquit) *horrea, &c.*

Auarus imprudens cõſiliarius.

Deſtruam horrea mea.

DEſtruit horrea, opeſque ſuas is, qui auarus eſt, quiq; pauperib. magnoperè indigentibus nihil largitur. Horrea ſua extruit, opeſque conſeruat, qui inopes alit. Auget eleemoſyna diuitias, imminuit auaritia. Benè ait hic auarus: *Deſtruam horrea mea*, quoniam digna ſunt, quæ deſtruantur auaritiæ horrea. Vnde diuus Baſilius: Iſti (inquit) diuiti ego dicerem: Benè facis: Nam iniquitatis horrea digna ſunt, quæ deſtruantur. A fundamentis excidito auaritiæ cuſtodem, dirue tectum, euerte muros, oſtende Soli frumentum, quod cariem, ſitumve contraxit; produc in publicum triumphũ tenebris obſita domicilia mammonę, &c. Et diuus Ambroſius lib. de Naboth, cap. 7. Rectè (inquit) deſtrues horrea, ex quibus nullus pauper onuſtus reuertitur. Rectè deſtruet, qui ſapienter ædificare non nouit. Deſtruet ſua diues, qui neſcit æterna. Deſtruet horrea, qui neſcit ſua frumenta diuidere, ſed claudere, &c. Si horrea quærit diues, in quibus fructus recondat, egregia ſunt horrea pauperes, in quibus collocatæ fruges non abſumuntur, ſed perpetuò permanent. Theophylactus: Habes (inquit) horrea pauperum ventres, quæ multa capere poſſunt, quęque incorruptibilia ſunt: cæleſtia enim ſunt, & diuina, &c. Diuus Baſilius: Habes, ſi vis, horrea, ventres pauperum. Diuus Ambroſius lib. de

Deſtruit horrea auaritia.

Horrea egregia pauperes.

A Naboth, cap. 7. Habes (ait) apothecas inopum ſinus, viduarum domos, ora infantium orphanorum. Iſtæ ſint tibi apothecæ, quæ maneant in æternum, &c.

Congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi.

AVaritiæ eſt pecuniam congregare, miſericordiæ diſpergere, iuxta illud Pſal 111. *Diſperſit, dedit pauperi*
B *bus.* Quemadmodum is, qui ſementē facit, frumentum diſpergit. Sic qui miſericors eſt, diſpergit opes: cęleſtē enim facit ſementem. Diuus Baſilius loco citato: Quemadmodum frumentum in terram cadens, lucrum proijcienti parit, ſic & panis in eſurientem proiectus, multum in poſterum tibi reddet vtilitatem. Sit agriculturæ tibi finis, initium ſementis cęleſtis, &c. Vbi agricultura terreſtris deſinit, ibi
C incipiat cęleſtis ſementis. Deſinit agricultura in collectione fructuum; poſt collectionem incipiat diſperſio in pauperes, cęleſtiſque ſementis fiat initium ex collectis. Ambroſius lib. de Naboth, cap. 7. Eſto (inquit) ſpiritalis agricola, ſere quod tibi proſit, &c.

Eleemoſyna diſpergit pauperibus, & ſeminat.

Congregabo (ait auarus) *omnia, quæ nata ſunt mihi:* ſibi congregat omnia, quę nata ſunt, non alijs, quaſi illi ſoli nata fuerint, & illi ſoli data. At non ſoli
D diuiti naſcuntur fructus, non ſoli opes dantur; ſua pars pauperibus datur, naſcitur cibus pauperum in agro diuitum. Si volucribus naſcitur, quanto magis pauperibus; *Reſpice volatilia cœli* (ait Dominus Matt. 6) *quoniam non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea*, (quia neque poſſunt) *& Pater noſter cœleſtis paſcit illa, &c.* Vndenā? Ex agris diuitum. Idcircò dat diuitibus, vt dent illi pauperibus. Diuus Ba
E ſilius; Cur (inquit) tu diues es, ille verò pauper? an non ideò planè, vt tu, benignitatis, & fidelis diſpenſationis mercedem recipias; & ille magnificis tolerantiæ præmijs cohoneſtetur? &c. Auguſtinus ſerm. 219. de temp. Quidquid (inquit) nobis Deus plus quam opus eſt, dederit, non nobis ſpecialiter dedit; ſed per nos alijs erogandum tranſmiſit, &c.

Deus dat diuitib. vt diuites dēt pauperib.

Diuus

A bit forſitan: *Mea erunt.* At non tranſeunt diuitiæ vitæ limitem Pſalm.48. *Ne timueritis, cùm diues factus fuerit homo & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cũ eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipſius benedicetur, &c.* Dum vita manet, benedicitur, & laudatur diues, opibuſq; circumfluit. At cùm mors adeſt, ex opibus ſumit nihil. Neq; diuitiæ, neq; gloria, aut honores, cum illo ad inferos deſcendũt.

Diuitiæ hic relinquuntur.

B Eodem Pſalmo: *Relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum, domus illorum in æternum, &c.* Diuitias alienis relinquent diuites; vſq; ad iudicij diem ſepulchra vermibus, & fœtore plena, pro ampliſſimis ædibus, quę opibus redundabant, poſſidebunt. Huc omnes opes recident. Et Pſal.75. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis, &c.* Iob. 27. C *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas, &c.* Oppreſſit miſerum hunc diuitem dira tẽpeſtas nocte; fecitq; naufragium. Deniq; vt D. Ambroſius ait, Luc.12. Remanent in ſæculo cuncta, quæ ſæculi ſunt. Sola virtus comes eſt defunctorum, &c. Et lib. de Naboth, cap.6. Diuitiæ [inquit] hic acquiruntur, hic relinquũtur, &c.

Sola virtus comes eſt defunctorum.

Virtutem ergo quæramus, quæ deferentibus diuitijs, cęteriſq; caducis bo- D nis procul diſcedentibus, nos comitetur, & in cęlum introducat. Quare ab impio: *Quæ paraſti, cuius erunt?* Reſpondebit: Heu, non mea amplius erunt, ſed aliorum. Quare à iuſto: *Quæ paraſti, cuius erunt?* Reſpondebit: Mea erunt in ſempiternum. Etenim non caduca paraui bona; ſed bona opera, quæ hominem numquam deſerunt, & comitantur perpetuò, iuxta illud Apocalypſ. 14. *Opera illorum ſequuntur illos.* E Caduca bona per pauperes in cęlum tranſtuli, ex caducis reddidi ſempiterna. Theſaurũ in cęlo feci, habeo multa bona poſita in annos plurimos, imò in æternitatem. Anima lætare; quia bona tua non in horreis, & apothecis ſed in viſceribus pauperum condidiſti. Quæ paraſti, tua erunt.

Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.

Similis (inquit) huic diuiti eſt, *qui ſibi diuitias congerit, & in Deum nõ eſt diues.* Gręcè οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλυτμῶς, id eſt, *Sic theſaurizans ſibi ipſi, & non in Deum diteſcẽs.* Is vero ſibi theſaurizare dicitur, qui opes in ſuam tantũ vtilitatem, in ſua B commoda, ac delicias, Deum, pauperesque minimè curans, congregat. Is dicitur in Deum diues, qui bona opera, & virtutes, veluti aurum, argentum, gemmaſque congerit. Diuitiæ ſecundùm Deum (ait Euthymius] ſunt acquiſitio virtutum, &c. Quamobrẽ D. Paulus præcipit, diuites diteſcere in Deum, bona opera, cęleſtes veluti opes congregando, 1. Timoth 6. *Præcipe* [inquit] *diuitibus huius ſæculi, non ſubli-* C *me ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſed in Deo viuo, bene agere, & diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum vt apprehendant veram vitam, &c.* Vides hominem diuitem fieri in Deum bonis operibus, & virtutibus. His opibus multos idem Paulus, licèt pauper, locupletabat, vt ſcribit 2. Corinth.6 *Sicut egentes* (inquit) *multos autem locupletantes,* &c. Egebat opibus caducis, opi- D bus autem æternis multos locupletabat. Hoc loco Luc. 12. Græcè legitur, εἰς Θεὸν πλυτμῶς, i. *diteſcens in Deum.* Numquam enim à diuitijs hiſce conquirendis ceſſare Chriſtianus, ſed perpetuò debet diteſcere, amplioreſque comparare, & ditior in dies fieri. Dicitur etiam *diues,* vel *diteſcens in Deum,* is, qui erga Deum eſt diues, hòc eſt, erga diuinas res, & erga pauperes.

Quis ſit diues ĩ Deũ.

E Duplex enim eſt diuitũ genus, quidam improbi diuites ſunt in ſe, & in mundum; ij ſcilicet, qui in ſeipſos, in peccata, & mundanas res, & opes impendunt, re ipſa pauperes, iuxta illud Apoc.3. *Dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius ego. Et neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, &c.* Alij diuites sũt in Deũ, & verè diuites; ij videlicet, q̃ i res diuinas, i opa pia, ac ſãcta,

Duplex genus diuitũ.

& in

& in eleemoſynas diuitias conferunt. Hinc illud Magni Gregorij hom. 15. in Euangel. Solæ diuitiæ ſunt, quę nos diuites virtutibus faciunt. Si diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate. Fallaces diuitiæ ſunt, quæ mentis noſtræ inopiam non expellunt, &c. Ambroſ. lib. 3. epiſt. 10. ad Simplicianum: Verè (inquit) diues, qui in conſpectu Dei poteſt diues videri. In cuius cõſpectu terra exigua, mundus ipſe anguſtus eſt, Sed ſolùm illum Deus diuitem nouit, qui ſit diues æternitati; qui non opum, ſed virtutum fructus recondat, &c. Diuites quidam ſunt tempori breuiſſimo, alij æternitati. Pauperes quidã ſunt huic tempori, & vitæ exiguæ; æternitati diuites. Alij pauperes ſunt æternitati, huic vitæ opulenti. Eſto diues æternitati, eſto diues in Deum, & in conſpectu Dei.

Aliter Theophylactus, diuitem in Deum illum eſſe ait, qui in Deo ſpem collocat, traditis illis omnibus diuitiis ex eoque pendet. Audiamus [inquit] vt diuites fiamus in Deum, hoc eſt, vt in illo fiduciam habeamus, & ille habeat noſtras diuitias, & diuitiarũ cellam. Nec dicamus bona noſtra, ſed bona Dei. Si autem Dei ſunt bona, ne priuemus Deum bonis ſuis. Hoc eſt ditari in Deo, credere, quòd ſi omnia dedero, & euacuauero me totum, nõ me aliquid defecturum eſt. Promptuarium enim meum Deus eſt; aperiam, & tollam neceſſaria, &c. Pauper voluntarius, diues in Deum eſt maximè quoniam omnia bona illi tradit, ab eiuſq; prouidentia pendet, dicereque meritò poteſt hęc Theophylacti: Promptuarium meum Deus eſt; aperiam, & tollam neceſſaria, &c.

CAPVT II.

Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtrę, quid manducetis, &c.

PErgit Dominus Diſcipulos ab auaritia, rerumque caducarum cupiditate, & ſollicitudine reuocare. Hæc autem omnia vſque ad illa verba: *Nolite timere, puſillus grex*: iam explicuimus cap. 7. Matth. tom. 2. lib. 7. cap. 26. & 27.

Circa illa verba Domini: *Neque Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis*, id eſt, lilijs: quæritur, quomodo color liliorum ſit præſtãtior ornamentis Salomonis? Videtur. n. veſtis purpurea, auro, & gemmis diſtincta, pulchrior lilijs. Reſpondetur, Salomonis veſtes ſuperari a veſtibus, & pulchritudine lilij; quia lilij color à natura inſitus eſt; color autem veſtium Salomonis ab arte erat. Liliorum veſtes non indigent ſartore, aut aliquo artificio, quo indigebant Salomonis ornamenta. Color natiuus præſtantior eſt artificiali; natiua quoque pulchritudo, & naturalis, ſuperat externam, & ab arte mendicatam. Poſſunt etiam verba hyperbolen continere. Si non continent, abſq; dubio liliorũ pulchritudo, omnibus Salomonis indumentis præcellit. Adde, liliorum veſtes ſemper lilijs adhærere, neq; enim Salomon veſtes ſuas, ſingulis dieb. exuebat, iterumq; induebat, eaſdem que pretio comparabat. Non igitur induebatur Salomon, ſicut vnum ex lilijs. Adijce, veſtes lilij proportione, eſſe pretioſiores, & pulchriores veſtibus Regum.

Quo liliorum color præſtet naſtibus Salomonis.

Nolite in ſublime tolli.

GRæcè, μὴ μετεωρίζεσθε. Significat autem verbum Græcum, *volitare, ſublimem ſe efferre, ſuſpenſum eſſe*. Nomẽ verò, μετέωρος, ſignificat *altum, ſublimem, elatum*, aliqñ *ſuſpenſum*. In Biblijs regijs hęc eſt verſio: *Ne ſuſpẽdamini ex ſublimi.* Verbũ Syriacũ נפהא *nphelra*, ſignificat *immorari, diſtrahi, ſuſpendi*. Interpres Syriaci Euangelij vertit: *Ne immoretur mens veſtra in iſtis*. Noſter trãſtulit: *Nolite in ſublime tolli*. Primus ſenſus eſt Auguſtini lib 2. quæſt. Euang. cap. 29. *Nolite in ſublime tolli*: hoc eſt, nolite inſoleſcere. Primò enim [inquit] homo hæc ad neceſſitatem explendam quærit; cùm autem abundauerit, incipit inſoleſcere, & ſuperbire, &c. Ita etiam Beda. At verò Dñs non loquitur hoc loco de abundãtia, ſed de paupertate. Paupertatẽ autem

intelligenda, vt ſignificent diuitias non ſemper vitam tueri poſſe; ſiqdẽ tandẽ diues è vita, velit nolit, eſt migraturus (vt explicauimus) diuitijs minimè pellentibus mortem D Ambroſius lib. de Naboth, c. 6. Quis (ait) artifex vnum diem vitæ hominis potuit adiungere? Quem diuitię eius ab inferis redemerunt? Cuius ægritudinem pecunia mitigauit? *Non in abundãtia diuitiarum* (ait Dominus) *vita eius.* Et Prouerb. 10. *Nihil proſunt theſauri iniuſti iuſtitia autem liberat a morte.* Quid mihi proſunt diuitiæ, ſi me a morte liberare, ſi mecum poſt mortem eſſe non poſſunt? Hic acquiruntur, hic relinquuntur. Hæc Ambroſius.

D. Ambro.

Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager at tulit.

COnfirmat Dominus propoſita ſimilitudine, vitam hominis in opibus nũ eſſe ſitam Diuitem. n. ante oculos ponit, qui tunc ex vita migrauit, cum maximè opib. affluebat. Petes, an ſit hæc vera hiſtoria, an potius parabola. Reſpondetur, parabolã eſſe: ſic. n. Græc vocatur: *Dixit illis ſimilitudinem.* Græcè, *παραβολὴν parabolam.* Eã ſumpta eſt ex homine diuite, cui ager Græcè, *χώρα*, id eſt, *regio, terra, ager,* tã vberes attulit fructus, vt horreis, quæ extructa iam erant, non poſſent capi. Cogitat igitur ille de recondẽdis fructib. non inſipienter, neq. n. ſapiens fuiſſet, ſi non recondidiſſet. Quid faciam [ait] neq n. domos habeo, q̃ tot fructus poſſint capere Conſilium hoc capit, latiores facere decernit apothecas, ſiue horrea. *Deſtruam* [inquit] *horrea mea* [Græcè, *ἀποθήκας*, id eſt, *apothecas*] *& maiora, ac latiora faciam*, vt fruct⁹ omnes poſſint continere. Poſtea verò quam opes meas in apothecis collocauero, exultabo, ac ſuauiter cõquieſcã.

Parabola diuitis aua vt explicat.

Vberes fructus ager attulit.

QVærit diuus Baſilius hom. 6. cur Deus huic diuiti nihil boni ex diuitijs facturo, vberes fructus contulit Reſpondet his verbis: Vt maior Dei longanimitas appareret, quando vſ-

D Baſilius Cur Deus huic diuiti tantam bonorum co-

A que ad tales quoq. eius bonitas extenderetur, &c. in omnes tàm iuſtos, quã impios Dei extenditur bonitas. Vnde illud Matth. 5. *Deus Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos; pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, &c.* Etiam iniuſtis caduca bona tribuit, ne magna nobis videantur, vt Auguſtinus docet epiſt. 70. Ne putentur [inquit] mala, dantur & bonis: ne putentur magna, vel ſumma bona, dantur & malis, &c. Poſſident B impij Turcæ, Mauri, Ethnici, magnas opes, regna, imperia; in eos quoque Dei extenditur bonitas. At intellige, magna hæc bona non eſſe, quæ dantur impijs: alia ſunt bona magna, q̃ ſolis donantur iuſtis, quæ diligenda, & toto conatu ſunt quærenda. Auguſtinus eadem epiſt. Salus animæ cum immortalitate corporis, virtuſq. iuſtitiæ, & victoria de cupiditatibus inimicis, & gloria, & honor, & pax in ęternum, non C dantur niſi bonis. Iſta ergo dilige, iſta concupiſce, iſta omnimodis quære, &c.

piam contulerit.

Matth. 5.

Cur etiam improbis bona caduca largiatur Dominus.

D. Auguſt.

Cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciam.

AMbroſius lib. de Naboth, cap. 6. In vbertate [inquit] fructuum vocem egentis emittit hic diues. *Quid faciam* ait. Nonne hæc pauperis vox eſt, non habentis ſubſidia viuendi; D *Quid faciam*; Vnde mihi alimenta? Vnde veſtitus? &c. Vox quidem pauperis eſt, ſed etiam vox diuitis, præ abũdantia dubitantis, quid faciat, vbi fructus recondat. Cogitabat auarus diues, quomodo fructus recondat, non quomodo largiretur. Omnia concludit auarus, nihil donat. De⁹ [ait Theophylactus] ſolitam oſtendebat miſericordiam, vt non vnus tantum agellus ſed tota regio, vberes illi fructus afferE ret. Verum hic tam miſericors erat, vt antequam acciperet, ea clauderet &c. *Quid faciam*? rogat auarus. Quomodo tibi reſpondere debuiſſet, diuus Baſilius loco citato bene docet: Parata [inquit] tibi reſponſio fuerat ò diues: Eſurientium animas explebo, aperiam horrea, vocem emittam magnificam. Quicumque panibus egetis, venite ad me, &c. At non ſic reſpon-

Auarus omnia concludit, nihil donat. Theophyla.

reſpondet ſibi imprudens, & auarus conſiliarius. Non diſpergere vult, & dare pauperibus; ſed claudere fruges, & negare eſurientibus. Ex teipſo captas conſilium [ait Baſilius) planè imprudenti veteris conſiliario, &c Imprudens ſibi conſiliarius eſt auarus. Prudens ſumpſiſſet conſilium, ſi illud dixiſſet diui Ambroſij lib. de Naboth, cap. 6. Aperiam horrea mea; ingrediātur, qui tolerare famen non queunt. Veniant inopes, intrent pauperes, repleant ſinus ſuos. Deſtruantur parietes, qui excludunt eſurientes, &c. At longè aliud conſilium cepit: *Deſtruam* (inquit) *horrea, &c.*

Auarus imprudens cōſiliarius.

Deſtruam horrea mea.

DEſtruit horrea, opeſque ſuas is, qui auarus eſt, quiq; pauperib. magnoperè indigentibus nihil largitur. Horrea ſua extruit, opeſque conſeruat, qui inopes alit. Auget eleemoſyna diuitias, imminuit auaritia. Benè ait hic auarus: *Deſtruam horrea mea*, quoniam digna ſunt, quæ deſtruantur auaritiæ horrea. Vnde diuus Baſilius: Iſti (inquit) diuiti ego dicerem: Bene facis: Nam iniquitatis horrea digna ſunt, quæ deſtruantur. A fundamentis excidito auaritiæ cuſtodem, dirue tectum, euerte muros, oſtende Soli frumentum, quod cariem, ſitumve contraxit; produc in publicum triumphū tenebris obſita domicilia mammonę, &c. Et diuus Ambroſius lib. de Naboth, cap. 7. Rectè [inquit) deſtrues horrea, ex quibus nullus pauper onuſtus reuertitur. Rectè deſtruet, qui ſapienter ædificare non nouit. Deſtruet ſua diues, qui neſcit æterna. Deſtruet horrea, qui neſcit ſua frumenta diuidere, ſed claudere, &c. Si horrea quærit diues, in quibus fructus recondat, egregia ſunt horrea pauperes, in quibus collocatæ fruges non abſumuntur, ſed perpetuò permanent. Theophylactus: Habes (inquit) horrea pauperum ventres, quæ multa capere poſſunt, quęque incorruptibilia ſunt: cæleſtia enim ſunt, & diuina, &c. Diuus Baſilius: Habes, ſi vis, horrea, ventres pauperum. Diuus Ambroſius lib. de

Deſtruit horrea auaritia.

Horrea egregia pauperes.

A Naboth, cap. 7 Habes (ait] apothecas inopum ſinus, viduarum domos, ora infantium orphanorum. Iſtæ ſint tibi apothecæ, quæ maneant in æternum, &c.

Congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi.

AVaritiæ eſt pecuniam congregare, miſericordiæ diſpergere, iuxta illud Pſal 111. *Diſperſit, dedit pauperi-* B *bus.* Quemadmodum is, qui ſementē facit, frumentum diſpergit. Sic qui miſericors eſt, diſpergit opes: cęleſtē enim facit ſementem. Diuus Baſilius loco citato: Quemadmodum frumentum in terram cadens, lucrum proijcienti parit, ſic & panis in eſurientem proiectus, multum in poſterum tibi reddet vtilitatem. Sit agriculturæ tibi finis, initium ſementis cęleſtis, &c. Vbi agricultura terreſtris deſinit, ibi C incipiat cęleſtis ſementis. Deſinit agricultura in collectione fructuum; poſt collectionem incipiat diſperſio in pauperes, cęleſtiſque ſementis fiat initium ex collectis. Ambroſius lib. de Naboth, cap. 7. Eſto [inquit] ſpiritalis agricola, ſere quod tibi proſit, &c.

Eleemoſyna diſpergit pauperibus, & ſeminat.

Congregabo (ait auarus] *omnia, quæ nata ſunt mihi*: ſibi congregat omnia, quę nata ſunt, non alijs, quaſi illi ſoli nata fuerint, & illi ſoli data. At non ſoli D diuiti naſcuntur fructus, non ſoli opes dantur; ſua pars pauperibus datur, naſcitur cibus pauperum in agro diuitum. Si volucribus naſcitur, quanto magis pauperibus; *Reſpice volatilia cæli* [ait Dominus Matt. 6) *quoniam non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea*, (quia neque poſſunt] *& Pater noſter cæleſtis paſcit illa, &c.* Vndenā? Ex agris diuitum. Idcircò dat diuitibus, vt dent illi pauperibus. Diuus Ba- E ſilius; Cur [inquit] tu diues es, ille verò pauper? an non ideò planè, vt tu, benignitatis, & fidelis diſpenſationis mercedem recipias; & ille magnificis tolerantiæ præmijs cohoneſtetur? &c. Auguſtinus ſerm. 219. de temp. Quidquid [inquit) nobis Deus plus quam opus eſt, dederit, non nobis ſpecialiter dedit; ſed per nos alijs erogandum tranſmiſit, &c.

Deus dat diuitib. vt diuites dēt pauperib.

Diuus Ambroſius loco indicato alloquens diuitem hunc auarum: Quod (inquit) per te multis Deus naſci voluit, tibi ſoli ſeruas; imò tibi ipſi adimis. Magis enim ſeruares tibi, ſi diſpertires alijs, &c. Item: Fœcunditas diuitis, totius orbis abundantia, omnium debet eſſe fertilitas, &c. Caueamus ergo diuitis auari verba: *Congregabo omnia mihi.* Non tibi omnia congrega, ſed etiam pauperibus Egregiè Baſilius conſulit: Optem [inquit] vt perſuadeam animi à me, nempe vt portis omnibus patefactis promptuariorum diuitijs latiſſimè patentem tranſitum exhibeatis, quaſi latifundo fluuio frugiferam terram per mille irriguos elices, riuoſque, clàm ingredienti. Iidē & ipſi per multas vias opibus ad pauperum domos aditum date, &c.

Dicā animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos.

Vita fallit ſemper. SEmper nos vita fallit. Cùm breuis ſit, lōga apparet. *Habeo* (inquit hic diues) *multa bona poſita in annos plurimos.* Plurimos ſibi promittebat annos ſed promiſſis non ſtetit. Ne diem quidem vnum, poſt promiſſionem vixit. Vid licet & ex alieno, & temerè promi ſit. Aliena vita eſt; ex alieno promittere non licet. Vnde illud diui Iacobi cap. 4. *Ecce* (inquit) *nunc, qui dicitis: Hodie, aut craſtino, ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus. Qui ignoratis, quid erit in craſtino. Quæ enim eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo, vt dicatis. Si Dominus voluerit, &, Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud, &c.* *Vita incerta, & breuis.* Obſerua, quæſo, quam cautè, ac circumſpectè Apoſtolus vult nos de vita, & cogitare, & loqui, totam in Deum referentes vitæ, mortiſque Dominum. Diuus Auguſtinus homil. 48. O cæcitas [inquit] auari. Vna nox ei ſuperabat, & de multorum annorum vita cogitabat. Nox ei vitam fugabat, & de craſtino cogitabat, &c. Diuus Ambroſius loco citato in hæc verba diuitis: *Anima, habes multa bona*: aduertit, auaros bona ſolùm appellare ea, quę lucroſa ſunt: quia lu-

A cro maximè inhiant. Neſcit auarus (ait Ambroſius) bona, niſi ea, quę quęſtuoſa ſunt, nominare. Sed acquieſco ei, vt bona dicantur, quæ ſunt pecuniaria. Cur ergo de bonis facitis mala, cū de malis bona facere debeatis? *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Luc. 16. Sic ille. Bona fuiſſent diuiti, quæ habebat, ſi in bona opera, & eleemoſynas, illa expendiſſet. Quia

B non expendit, ſed clauſit, bona illi non fuerunt.

Requieſce, comede, bibe, epulare.

SArdanapali vox hæc eſt, aut *Epicuri de grege porci.* *Horatius in epiſt.* Si porcinam habuiſſes animam (ait Baſilius) quid aliud ipſi enunciare potuiſſes? De miſericordia, de eleemoſyna, de caritate, de virtute, ne verbum quidem vnum fa-

C cit. Totus in carne ſepultus cum anima loquitur carnis pediſſequa: hæc nā in diuitijs requieſcit, comedit, bibit, epulatur. At animæ, quæ carni imperat, longè aliter loquitur diues probus. *Sermo diuitis probi.* Dicit animæ ſuæ: Anima, habes multa bona poſita fortè in dies paucos; caue, ne in illis requieſcas, comedas, bibaſque immodicè Non tibi ſoli a Deo ſunt data; ſed maximè paupe-

D ribus. Theſaurum in cœlo para; pauperum ventres, tua ſint horrea, imò ipſum cęlum: quæcumque enim in pauperum viſceribus condideris, in cęlo recondita permanebunt.

Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te.

MEritò ſtultus, ἄφρων, Græcè, ideſt, *inſipiens*, hic diues vocatur. Pri-

E mò; quia multos ſibi annos incertæ promiſit vitæ. Secundò; quia de futuro ſæculo non cogitauit. Tertiò; quia Dei, aut pauperum nullam memoriam habuit. Quartò, quia opibus bene vti neſciunt. Quintò; quia ſtultum animæ ſuæ conſilium dedit: *Comede, bibe, epulare.* *Cur ſtultus appelletur auarus.* Hoc ſtultitiæ: prudentiæ vero eſt, de vitæ breuitate, de morte imminente, de Deo, de pauperibus cogitare; opibus bene vti ſcire; & animæ prudens conſilium dare, non quidem: *Comede:*

Comede, bibe, epulare: ſed; *Ieiunia,futura meditare,* Deum cole,atque ama, eleemoſynis pauperes ale. Rectè arguitur ſtultitia(ait D.Ambroſius lib. de Nabot,cap 8.]qui in manducando, & bibendo locauit ſpem ſuam. Rectè ſtultus,quia animæ ſuę corporalia ſubminiſtrat;quia recondit,quæ cui ſeruet, ignorat,&c.

Euthymius Per conſciētiam loquitur Deus.

¶Quomodo autem illi Deus fuerit loquutus,non eſt cur inquiramus curioſius: eſt .n. parabola. Potuit Deus dicere inſpirando: potuit per Angelum loqui,aut alio quouis modo. Euthymius putat dixiſſe per conſcientiam.Tunc enim (inquit] conſcientia mortem ſciens,talia differit,&c. Tūc cùm moriuntur diuites ;, quàm ſtulti fuerint,agnoſcunt,quòd diuitias delicijs potiùs,quàm eleemoſynis impenderint.Tunc loquitur conſcientia, & auditur;quæ,dum vita manebat, non audiebatur. Theophylactus arbitratur, Deum non habuiſſe cum diuite colloquium;ſed cùm ille animæ diceret:*Comede,bibe,epulare,* dixiſſe Deum apud ſe:*Stulte,hac nocte repetūt animam tuam,&c.* Non conſentit opinio hæc cum verbis illis:*Dixit illi Deus,* quæ indicant, Deum cum diuite loquutum, ſiue per inſpirationem, ſiue alio modo.Sed aduerte eſſe parabolam.Beda: Hæc (inquit] Deum ad hominem dicere,eſt prauas eius machinationes, ſubita animaduerſione compeſcere, &c. Aliquid amplius]indicant verba citata.

Anima eſt immortalis & à Deo repetitur in morte.

Repetitur autem anima,quæ à Deo eſt data,veluti debitum. Dat animā in vtero;repetit in morte. Neceſſe eſt hoc debitum ſoluere, animamq; reddere;vnuſquiſque videat,qualem reddat.Etenim ſi reſtituat probam, atq; iuſtam,recipiet Deus,afficietque præmio.Si verò improbam,ſceleribuſque deformatam offerat,repudiabit,Orcique ignibus tradet. Repetitur quod manet;repetitur à Deo anima immortalis; quia manet, & immortalis eſt. Ambroſius lib de bono mortis, cap. 10. Repetitur(inquit)anima,non interimitur. Quod repetitur, manet; quod interimitur,non manet, &c.

Obſeruandum etiam eſt, animam

A auari nocte repeti: *Hac nocte(ait)repetunt animam tuam à te:* quoniam tenebroſa eſt flagitioſorum mors, qui criminum caligine circumſepti moriuntur. Ambroſius cap.8.eiuſdem libri: Nocte enim anima auari repoſcitur, quæ à tenebris incipit, & in tenebris pſeuerat. Auaro ſemper nox eſt, dies iuſto;cui dicitur:*Hodie mecum eris in paradiſo,&c.*Luc.23. D. Gregorius Moral.35.cap.2.in nocte ablatam ait animam;quia B conſiderationis ſplendore carebat.In nocte[inquit)ablata eſt anima,quæ conſiderationis lucem habere noluit,vt quod poterat pati,præuideret,&c.Et Theophylactus: Nocte ab huiuſmodi repetitur anima. Non enim habet lumen diuinæ ſcientiæ, ſibi fulgens;ſed cùm eſt in nocte cupiditatis,diuitiarum, & ab illa obſcuratur,morte comprehenditur.Sic ille.Si literam ſpectes,nocte hic diues de C deuruendis horreis cogitabat;tunc à domino eadem nocte hæc audiuit, eademque raptus eſt nocte.Non tranſit [ait Theophylactus) cogitationem ſuam diues; ſed in ipſo cogitationis momento, ex tota vita abſcinditur, &cæt.

Mors impiorum tenebroſa.

Conſiderationis lux.

Quæ autem paraſti, cuius erunt?

Aliæ ſunt Dei,aliæ hominū cogitationes.

D ALiter Deus, aliter homines cogitant.Hic cogitabat de vita in annos plurimos; Deus de morte eadem nocte illi afferenda.Ille de deſtruendis horreis;Deus de deſtruendo illius corpore.Ille de quiete,cibo, potu, epulis, dicens:*Anima quieſce,comede,bibe,epulare;*Deus de fame,ſiti,tartareiſque cruciatibus improbo infligendis.Iſai.55. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ,*ait Dominus.Parabat auarus fructus ſibi;ſed Deus parabat alijs. *Quæ* E *paraſti(inquit)cuius erunt?* Pſalm. 38.*In imagine pertranſit homo; ſed & fruſtra conturbatur;theſaurizat,& ignorat cui congregabit ea,&c.* Vt imago (inquit) & vmbra homo vitam pertranſit; ſed fruſtra, inaniterque congerendis perturbatur diuitijs.Theſauros parat, & cui paret,ignorat. Ignorabat auarus hic, cur horrea ſua parabat; ideoque rogatur:*Quæ paraſti,cuius erunt?* Responde-

A bit forſitan: *Mea erunt.* At non tranſeunt diuitiæ vitæ limitem Pſalm.48. *Ne timueritis, cùm diues factus fuerit homo & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cũ eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipſius benedicetur, &c.* Dum vita manet, benedicitur, & laudatur diues, opibuſq; circumfluit. At cùm mors adeſt, ex opibus ſumit nihil. Neq; diuitiæ, neq; gloria, aut honores, cum illo ad inferos deſcendũt.

Diuitiæ hic relinquuntur.

B Eodem Pſalmo: *Relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum, domus illorum in æternum, &c.* Diuitias alienis relinquent diuites; vſq; ad iudicij diem ſepulchra vermibus, & fœtore plena, pro ampliſſimis ædibus, quę opibus redundabant, poſſidebunt. Huc omnes opes recident. Et Pſal.75. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis, &c.* Iob.

C 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas, &c.* Oppreſſit miſerum hunc diuitem dira tẽpeſtas nocte; fecitq; naufragium. Deniq; vt D. Ambroſius ait, Luc.12. Remanent in ſæculo cuncta, quæ ſæculi ſunt. Sola virtus comes eſt defunctorum, &c. Et lib. de Naboth, cap.6. Diuitiæ [inquit] hic acquiruntur, hic relinquũtur, &c.

Sola virtus comes eſt defunctorum.

D Virtutem ergo quæramus, quæ deferentibus diuitijs, cęteriſq; caducis bonis procul diſcedentibus, nos comitetur, & in cęlum introducat. Quare ab impio: *Quæ paraſti, cuius erunt?* Reſpondebi: Heu, non mea amplius erunt, ſed aliorum. Quære à iuſto: *Quæ paraſti, cuius erunt?* Reſpondebit: Mea erunt in ſempiternum. Etenim non caduca paraui bona; ſed bona opera, quæ hominem numquam deſerunt, & comitantur perpetuò, iuxta illud Apocalypſ. 14. *Opera illorum ſequuntur illos.*

E Caduca bona per pauperes in cęlum tranſtuli, ex caducis reddidi ſempiterna. Theſaurũ in cęlo feci, habeo multa bona poſita in annos plurimos, imò in æternitatem. Anima lætare; quia bona tua non in horreis, & apothecis ſed in viſceribus pauperum condidiſti. Quæ paraſti, tua erunt.

A

Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.

SImilis (inquit) huic diuiti eſt, *qui ſibi diuitias congerit, & in Deum nõ eſt diues.* Gręcè οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν, id eſt, *Sic theſaurizans ſibi ipſi, & non in Deum diteſcens.* Is vero ſibi theſaurizare dicitur, qui opes in ſuam tantũ vtilitatem, in ſua

B commoda, ac delicias, Deum, pauperesque minimè curans, congregat. Is dicitur in Deum diues, qui bona opera, & virtutes, veluti aurum, argentum, gemmaſque congerit. Diuitiæ ſecundùm Deum (ait Euthymius] ſunt acquiſitio virtutum, &c. Quamobrẽ D. Paulus præcipit, diuites diteſcere in Deum, bona opera, cęleſtes veluti opes congregando, 1. Timoth 6. *Præcipe* [inquit) *diuitibus huius ſæculi, non ſubli*

Quis ſit diues i Deũ.

C *me ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſed in Deo viuo, bene agere, & diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum vt apprehendant veram vitam, &c.* Vides hominem diuitem fieri in Deum bonis operibus, & virtutibus. His opibus multos idem Paulus, licèt pauper, locupletabat, vt ſcribit 2. Corinth.6 *Sicut egentes* (inquit) *multos autem locupletantes*, &c. Egebat opibus caducis, opi

D bus autem æternis multos locupletabat. Hoc loco Luc. 12. Græcè legitur, εἰς Θεὸν πλουτῶν, i. *diteſcens in Deum.* Numquam enim à diuitijs hiſce conquirendis ceſſare Chriſtianus, ſed perpetuò debet diteſcere, amplioreſque comparare, & ditior in dies fieri. Dicitur etiam *diues*, vel *diteſcens in Deum*, is, qui erga Deum eſt diues, hòc eſt, erga diuinas res, & erga pauperes.

Duplex genus diuitũ.

E Duplex enim eſt diuitũ genus, quidam improbi diuites ſunt in ſe, & in mundum; ij ſcilicet, qui in ſeipſos, in peccata, & mundanas res, & opes impendunt, reipſa pauperes, iuxta illud Apoc.3. *Dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius ego. Et neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, &c.* Alij diuites sũt in Deũ, & verè diuites; ij videlicet, q̃ i res diuinas, i opa pia, ac sãcta,

& in

A & in eleemoſynas diuitias conferunt. Hinc illud Magni Gregorij hom. 15. in Euangel. Solæ diuitiæ ſunt, quę nos diuites virtutibus faciunt. Si diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate. Fallaces diuitiæ ſunt, quæ mentis noſtræ inopiam non expellunt, &c. Ambroſ. lib. 3. epiſt. 10. ad Simplicianum: Verè (inquit) diues, qui in conſpectu Dei poteſt diues videri. In cuius cōſpectu terra exigua, mundus ipſe anguſtus B eſt. Sed ſolùm illum Deus diuitem nouit, qui ſit diues æternitati; qui non opum, ſed virtutum fructus recondat, &c. Diuites quidam ſunt tempori breuiſſimo, alij æternitati. Pauperes quidā ſunt huic tempori, & vitæ exiguæ; æternitati diuites. Alij pauperes ſunt æternitati, huic vitæ opulenti. Eſto diues æternitati, eſto diues in Deum, & in conſpectu Dei.

Aliter Theophylactus, diuitem in C Deum illum eſſe ait, qui in Deo ſpem collocat, traditis illis omnibus diuitiis ex eoque pendet. Audiamus [inquit] vt diuites fiamus in Deum, hoc eſt, vt in illo fiduciam habeamus, & ille habeat noſtras diuitias, & diuitiarū cellam. Nec dicamus bona noſtra, ſed bona Dei. Si autem Dei ſunt bona, ne priuemus Deum bonis ſuis. Hoc eſt ditari in Deo, credere, quòd ſi omnia dedero, & euacuauero me totum, nō D me aliquid defecturum eſt. Promptuarium enim meum Deus eſt; aperiam, & tollam neceſſaria, &c. Pauper voluntarius, diues in Deum eſt maximè quoniam omnia bona illi tradit, ab eiuſq; prouidentia pendet, dicereque meritò poteſt hoc Theophylacti: Prōptuarium meum Deus eſt; aperiam, & tollam neceſſaria, &c.

CAPVT II.

Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtrę, quid manducetis, &c.

PErgit Dominus Diſcipulos ab auaritia, rerumque caducarum cupiditate, & ſollicitudine reuocare. Hæc autem omnia vſque ad illa verba: *Nolite timere, puſillus grex*: iam explicuimus cap. 7. Matth. tom. 2. lib. 7. cap. 26. & 27.

Circa illa verba Domini: *Neque Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis*, id eſt, lilijs: quæritur, quomodo color liliorum ſit præſtātior ornamentis Salomonis? Videtur. n. veſtis purpurea, auro, & gemmis diſtincta, pulchrior lilijs. Reſpondetur, Salomonis veſtes ſuperari a veſtibus, & pulchritudine lilij; quia lilij color à natura inſitus eſt; color autem veſtium Salomonis ab arte erat. Liliorum veſtes non indigent ſartore, aut aliquo artificio, quo indigebant Salomonis ornamenta. Color natiuus præſtantior eſt artificiali; natiua quoque pulchritudo, & naturalis, ſuperat externam, & ab arte mendicatam. Poſſunt etiam verba hyperbolen continere. Si non continent, abſq; dubio liliorū pulchritudo, omnibus Salomonis indumentis præcellit. Adde, liliorum veſtes ſemper lilijs adhærere, neq; emi. At Salomon veſtes ſuas, ſingulis dieb. exuebat, iterumq; induebat, eaſdem que pretio comparabat. Non igitur induebatur Salomon, ſicut vnum ex lilijs. Adijce, veſtes lilij proportione, eſſe pretioſiores, & pulchriores veſtibus Regum.

Quō liliorum color præſtet veſtibus Salomonis.

Nolite in ſublime tolli.

D GRæcè, μὴ μετεωρίζεσθε. Significat autem verbum Gręcum, *volitare, ſublimem ſe efferre, ſuſpenſum eſſe*. Nomē verò, μετέωρος, ſignificat *altum, ſublimem, elatum*, aliqn̄ *ſuſpenſum*. In Biblijs regijs hęc eſt verſio: *Ne ſuſpēdamini ex ſublimi*. Verbū Syriacū נפחא *nipheha*, ſignificat *immorari, diſtrahi, ſuſpendi*. Interpres Syriaci Euangelij vertit: *Ne immoretur mens veſtra in iſtis*. Noſter trā E ſtulit: *Nolite in ſublime tolli*. Primus ſenſus eſt Auguſtini lib. 2. quæſt. Euang. cap. 29. *Nolite in ſublime tolli*: hoc eſt, nolite inſoleſcere. Primò enim [inquit] homo hæc ad neceſſitatem explendam quærit; cùm autem abundauerit, incipit inſoleſcere, & ſuperbire, &c. Ita etiam Beda. At verò Dn̄s non loquitur hoc loco de abundātia, ſed de paupertate. Paupertatē autem non

A non ſequitur ſuperbia, ſed humilitas. Quorſum igitur ait: *Ne quæratis quod manducetis, aut quid bibatis, & nolite ſuperbire?* Quænam connexio hæc eſt? Reſponderi poteſt, Chriſtum hæc de humilitate verba inſeruiſſe reliquis, quaſi diceret *Ne quæratis, quid manducatis, & quid bibatis, &c.* Ne imitemini diuites, qui abundantia, & opibus in ſublime tolluntur. Ex Caietani mente hæc eſt connexio: B *Ne quæratis, quid manducetis, & quid bibatis, &c. Et ne extollamini in ſublime*: propter vitæ huius, quam vobis trado, perfectionem, & ſublimitatem: & ſi omnia obſeruetis. Ianſenius obijcit, *μετεωρίζεσθαι*, non pertinere propriè ad ſuperbiam. Sed ſi nõ proprie pertinet; metaphoricè tamen cur non pertinebit, cùm ſignificet, in ſublime, vel in altum efferri? Secũdus ſenſus eſſe poteſt: Ne quæratis, quid

Humilitas.

C manducetis, aut quid bibatis, & ne quæratis diuitias, quæ ſuperbiam ſolent parere. *Et nolite in ſublime tolli*: diuitijs hinc inde comparatis, nolite vobis ſimul inſolentiam comparere.

Tertius ſenſus ſumitur ex altera verbi ſignificatione, quæ in Biblijs eſt regijs: *Ne ſuſpendamini ex ſublimi*: hoc eſt, Ne quæratis, quid mãducetis, aut quid bibatis, & ne ſuſpẽſi ſitis ex curſu aſtrorum, & ex cœli, aeriſq; diſpo- D ſitione. Ne ſitis ſolliciti de ſterilitate, aut fœcunditate agrorum, de pluuia, aut terræ ſiccitate, quæ ex ſublimi pẽdet. Ne curetis ſollicitè, & anxiè meteora, i. *ea, quæ in ſublimi contingunt*, quę ęque agris vel abundantiam, vel ſterilitatem afferunt. Diuinæ fidite prouidentiæ, nolite hiſce curis diſtrahi. Cõgruit rectè antecedentib. hic ſenſus. Noſtra verſio ſic explicatur: *Nolite in* E *ſublime tolli*: hoc eſt, in ſublimes curſus aſtrorum, in meteora, in nubes, in aerem: *Nolite tolli* mente, cogitatione, ac ſollicitudine. Theophylactus, in ſublime tolli, ſiue *μετεωρίζεσθε*, interpretatur, *ſollicitudinem in maiora extendere*, ampliora ſemper quęrere, & in ſublimiora tendere. In ſublime tolli (ait ille) prorſus nihil aliud dicit, quàm diſtractionem, & mentis inſtabilem verſionem, nunc hoc, nunc illud cogitantis, & ad hoc in illud ſalientis, & ſemper

Solicitudo cibi.

A ſublimius quiddam imaginãtis ſecũ. An non hoc fuerit in ſublime tolli? Sollicitudo enim non ſolis neceſſarijs contenta eſt; ſed vt dixi, ſemper amplius, & maius quid requirit. Et proptereà dicitur *μετεωρισμὸς*, *i. elatio in ſublime*. Et vt aliquid exempli gratia dicam: Non habemus panem, ſolliciti ſumus, vnde habeamus. Et non in hoc ſubſiſtimus, ſed & vt adipem frumen- B ti. Deinde & vinum, idq; fragrantiſſimum, & ad hęc aſſas carnes, & ad has attagines, & phaſianos. Sic ille.

Vno habito, aliud cupimus.

Nolite timere, puſillus grex.

HÆc ſuperiora Diſcipulis dicta ſunt; quod illa verba indicant: *Dixitq; ad Diſcipulos ſuos, &c.* Habebat autem Chriſtus præter Apoſtolos, Diſcipulos multos. Puſillum tamen gre- C gem appellat; quia comparatione reliquorũ Iudæorum, pauci erant, *μικρὸν ποίμνιον*, ſic ſupra *paruulos* appellauit, cùm dixit: *Reuelaſti ea paruulis.* Beda *puſillum* Gręcè vocari putat *gregem* electorum, ſi cum grege reproborũ cõferatur. Euthymius puſillam ait dici cõgregationem fidelium, ſi vel cũ multitudine Angelorum, vel cum multitudine infidelium cõparetur. Arbitror D Diſcipulos tantùm gregem puſillum nominari. Exiſtimat etiam Beda *puſillum gregem* nominari ab humilitate, id eſt, humilem gregem: Quia (inquit) Eccleſiam ſuam humilitate vult creſcere, & ad promiſſum regnum humilitate peruenire. &c. Malim à numero puſillum appellari, vel paruum: nam propriè puſillus grex, ſiue paruus, à numero dicitur. Poterit ſimul dici puſillus; quia indocti erant Diſcipuli, pau- E peres, neque clari ſtemmate; puſilli ſcientia, nobilitate, & honore. Timere autem vetat, vt idem Beda docet, & Euthymius, ne huius vitæ neceſſaria deſint. O parue (inquit) grex, ò Diſcipuli mei, ne timueritis egeſtatem; non deerunt alimenta, aut integumenta, ſi ſollicitudinem quærendi hæc abijciatis: Deo fidite, dabit ille minima, qui dat maxima.

Grex paruus.

Puſillus grex cur dicatur.

Quia

Quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.

ARgumento à maiori ad minus, metum, ſollicitudinemq; victus anxiam abijcere ſuadet, & in Deo ſpẽ collocare. Qui maxima [inqt) donat, donabit & minima. Deus maximum vobis donum ſtatuit donare, videlicet, regnum cęlorum: ergo minima etiam donabit, videlicet, quæ ad vitã traducendam opus ſunt.
B *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Græcè, *εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν Pater veſter eſt, cęlorum regnum vobis ex ſua maxima erga vos beneuolentia dare vult*; nõ negabit minima Si adeò magnam fruitionem tribuit (ait Euthymius) dabit vtique & neceſſaria, vitæq; ſufficientia, &c. Item Theophylactus: Qui nobis regnum dat, multò magis terrena concedet,
C &c. Aliter ampliori ſenſu: Ne timueritis quidquam mali; ſiquidem Patrem habetis indulgentiſſimum, qui vobis cęlorum regnum daturus eſt Nihil timendum eſt illi, cui tantum bonum eſt paratum. Aliter: Nolite timere æternos cruciatus, quia complacuit Patri veſtro dare vobis cœleſte regnum. Loquebatur Chriſtus cum prædeſtinatis. Non prædeſtinat autem propter merita aliqua hominum; ſed non do-
D nat regnum ſine meritis.

Deus prędeſtinat ſine meritis, ſed non dat regnum ſine meritis.

Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.

NE timeatis, ò Diſcipuli, corporalem indigentiam, cùm amantiſſimum veſtri Patrem habeatis, qui cęleſte vobis regnum dare decreuit. Magna itaque fiducia vendite quæ habetis, & pauperibus largimini; ſollicitu-
E dinemq; victus in Patrem proijcite, ipſe prouidebit vobis. Multos habebat Chriſtus Diſcipulos, prętter Apoſtolos, & ſeptuaginta duos; hortatur illos, vt auaritiam omnem fugiant, poſſeſſioneſque vendant, & pauperibus pecunias donent. De turba quidam hæreditatem fratri volebat extorquere; diues auarus diuitijs incubabat. Diſcipulos ſuos, quos à turba

Paupertas ſuadetur.

A ſegregari oportebat, longè aliter, neque vult Dominus hæreditates poſſidere, neque diuitijs incubare; poſſeſſiones iubet vendere, vt ſint perfecti, eleemoſynaſque dare.

Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.

Eleemoſyna conſulitur.

SVadet ab vtili, vt poſſeſſiones vendant, & eleemoſynas donent pauperibus. Hoc enim modo theſauri pa-
B rantur in cœlo æterni, atque indeficientes. *Facite* [inquit] *vobis ſacculos*, ſiue marſupia, *quæ non veteraſcunt*. In ſacculis, & theſauris pecunia ſeruat; ſed ſacculi veteraſcunt, corrumpunt, & diſrumpuntur, neq; poſſunt pecuniam continere. Alij ſunt ſacculi in cęlo, qui numquam veteraſcunt, neque diſrumpuntur. Ideò ait Dominus. *Facite ſacculos in cęlo, qui non veteraſcunt* neque diſrumpuntur; ſed perpetuò pe-
C cuniam continent. Et facite *theſaurum non deficientem*, ſed æternum. Facit autẽ ſacculos, ſiue marſupia perpetua, theſaurumque indeficientem, eleemoſyna. Etenim eleemoſynæ præmia ſempiterna ſunt: quod donas, præterit; quod tibi donatur, in æternum permanet. Pecuniam, quam erogas pauperi, marſupia recipiunt cæleſtia, quæ rumpentur numquam, numquam pecuniam effundẽt. Eleemoſynam, quã
D largiris, in theſauro collocas, qui per totam non deficiet æternitatẽ. Egregius ſacculus, ſiue marſupium, eſt pauper; quod in illum miſeris argentum, non amittes, ſed in ſempiternum poſſidebis. Tali monitu (ait Chryſologus ſerm. 22.) Chriſtus te ditare voluit, non nudare, manere tibi tua voluit, non perire, perpetuari, non vacuari ſacculos imperrauit; iuſſit te transferre, nõ perdere, &c. *Complacuit* (inquit)
E *dare vobis regnum cælorum.* In veſtrũ igitur regnum, quæ poſſidetis, mittite; ferent autem pauperes. Chryſologus ſerm 25. Si vos (inquit] victuros, & regnaturos eſſe creditis in ſupernis; quò migraturi, vbi regnaturi eſtis vos, illa quæ veſtra ſunt, iam præcedant. Ferunt pauperes onera noſtra, & volentes ferunt; quia tali non deprimuntur pondere, ſed leuantur, &c.

Vbi enim theſaurus veſter eſt ; ibi & cor veſtrum erit.

Theſaurus in cęlo locandus.

CVr in cœlo ſit theſaurus collocandus, reddit cauſam Dominus; videlicet, vt cor habeamus ſublatum in cęlum, non verò ſepultum in terra. *Vbi enim theſaurus, ibi cor eſt.* De theſauro ſuo ſollicitus eſt homo, & de theſaro cogitat, in eo mentem, amorem, cogitationéq; defigit. Si in terra eſt theſaurus, in terra ſepelitur cor, ſi in cœlo eſt theſaurus, in cęlo cor verſatur; iuxta illud ad Philippēſ. 3. *Conuerſatio* A *noſtra in cęlis eſt.* Igitur ſi theſaurum in cælo colloces, cor in cęlo habebis. Trāsfer ergo in cęlum theſaurū, vt ſimul cum illo cor transferas. Quis (inquit Theophylactus) non ſurſum eſſe mallet, & non ſub terra? Quis non diligeret eſſe potius Angelus, quàm talpa ſemper in ſubterraneis latebris agēs? Angelus eſt is, cuius cor in cęlo verſatur; talpa ille, cuius cor in terra defoſſum eſt. Hæc verba, & alia iam ex- B plicata ſunt tom. 2. lib. 7. cap. 26. & 27. ex Matth.

C A P V T III.

L V C A S C A P I T E XI. Verſ. 35.

SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ve-
ſtris.* Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuū, 36
quando reuertatur à nuptijs. Vt cùm venerit, & pulſauerit, con-
feſtim aperiant ei.* Beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus 37
inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & fa-
ciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Et ſi venerit in ſecunda vi 38
gilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.* Hoc 39
autem ſcitote; quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret
vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Et vos eſtote parati; quia qua 40
hora non putatis, filius hominis veniet.

Sint lumbi veſtri præcincti.

DOcuit Dominus, omnem auaritiam, anxiamque cibi, potuſque ſollicitudinem eſſe fugiendam; quoniam ſuos Diſcipulos expeditos, omnique caducarum rerum cura ſolutos eſſe vult. Hoc loco dictis congruenter docet, qua expeditione, promptitudine, & vigilantia aduentum ſuum debeant expectare. Chriſti enim diſcipulum ſemper in procinctu eſſe oportet, expeditum, vigilantem, cæteris curis liberum, in hac vna expectatione defixum. *Sint* (inquit) *lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Similitudo ſumitur à famulis dominū expectantibus, qui è nuptijs nocturno reuerſurus eſt tempore. Hi cùm cer- C tam aduentus horam ignorent, omnibus horis parati ſunt, ad excipiendū dominum. Vigilant, præcingunt veſtes, ne impedimento ſint ambulantibus, & properè occurrentibus domino venienti. Lucernas habent in manibus, quibus noctis tenebras diſpellant; nihil in aliud tempus differunt, vt quacumque hora pulſauerit, confeſtim aperiant fores. Sic nos vult eſſe paratos Dominus, nihilq; eorum, quæ E ad ſalutem animi pertinent, in aliud tempus differre. Præcincti eſtote, parati, & expediti; lucernas habere ardentes, ne vos in tenebris criminum reperiat adueniens Dominus; vigilate, illumque vigilāter expectate, ſemper parati ad migrandum è vita.

Chriſti diſcipulū ſēper in procinctu eſſe oportet.

Præparatio

Sint

Sint lumbi veſtri præcincti.

IVdæi oblongis vtebãtur veſtibus, quæ ſi cingulo non conſtringãtur, miniſtranti, ambulantiq; impedimẽto ſunt. Opus ergo erat veſtes præcingere; ne miniſtrantibus, ambulantibusq; impedimentum afferrent. Idcircò infra hoc eodem loco, dicitur de domino miniſtraturo ſeruis: *Præcinget ſe & tranſiens miniſtrabit illis, &c.* Luc. 17. ait dominus ſeruo: *Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, &c.* Item 4. Reg. 4. Eliſæus Giezi ait: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade, &c.* Ierem. 1. *Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos, &c.* Eumdem in modum Prouerb. 40. dicitur: *Gallus ſuccinctus lumbos*: hoc eſt, paratus, expeditus, alacer. Pſal. 92. *Indutus eſt Dominus fortitudine, & præcinxit ſe*: id eſt, præparauit, expediuit. Igitur lumbi præcincti, paratum hominem ſignificant ad agendum, vel miniſtrãdum. Tob. 5. *Tobias inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum, &c.* Quæret aliquis, num Iudæi veſtes oblongas cingulo omninò ſolutas ferrent, an cingulis præcinctas, vt nos ferre ſolemus? Reſpõdet Abulenſ. 4. Reg. cap. 9. quæſt. 1 his verbis: Iudæi habebant veſtes pendentes vſque ad talos, & habebant eas laxas, ſcilicet, non colligatas corpori, & ſic erant itineri impedimento. Cùm ergo aliquis volebat velociter currere, oportebat, quòd accingeret lumbos ſuos, decurtando veſtes, & eas corpori aſtringendo. Sic ille. Videntur potiùs Iudæi cingulis vſi, & domi, & foris, Non enim accõmodatæ ſunt corpori, & actionibus, veſtes laxæ, ac fluctuanter. Quod probatur; quia inter veſtes Sacerdotum baltei numerant̃, Exod. 28. *Filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, &c.* Attamen cùm ſe itineri, vel operi parabant, veſtes oblongas ſtrictiùs cingebant: quod nos etiam facere ſolemus. Nos pallia non præcingimus; illi verò veſtes, quas palliorum ferebant loco, vt expeditiores eſſent, præcingebãt. Cingulũ ſolet eſſe in veſtib. extremum: poſtq̃. n. ſe homo induit, veſtes poſtremò cingit. *Sint lumbi veſtri præcincti*, hoc eſt, ante mortẽ, antequàm Dominus veniat, ita parati ſimus, vt nihil faciendum reſtet, quidquid bona mors poſtulat, id protinùs faciamus, vſq; ad cingulum, hoc eſt, vſque ad extremum opus. D. Gregorius lib. 4. Dialog. c. 58. Tutior (inquit) via eſt, vt bonũ, quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per alios; agat ipſe, dum viuit per ſe, &c. Per te ergo eleemoſynas largire, per te debita ſolue, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi, facito. Præterea eſt cingulum viri, & cingulum fœminæ. Cingulo viri præcingi nos vult Dominus: *Sint lumbi veſtri præcincti & vos ſimiles hominibus, &c.* Cingulum fœminæ auro, gemmisq; rutilans, ad ornãdum corpus adhibetur, cingulum viri expectantis Dominum, ad expeditionem. Multi fœminarum cingula, quærunt ad ornãdum corpus, veſtes, honores, ſimiliaq; alia: nos cingulum quæramus viri, quo lũbos, corpus, mentẽq; præcingamus, atq; coerceamus.

Cur lumbi præcingantur. — *Luc. 17.* — *4. Reg. 4.* — *Ierem. 1.* — *Prouer. 30* — *Tob. 5.* — *Iudæi habuerũt veſtes præcinctas.* — *Exod. 28.* — *Præparatio ad mortem.*

A B C

Lucernæ ardentes in manibus veſtris.

NOctu nuptiæ celebrari, & conuiuium nuptiale exhiberi ſolebat. Poſt conuiuium, ſiue cœnam nuptialem conuiuæ repetebant domum, & à ſeruis expectantibus excipiebãtur, & geſtãtibus inflammatas lucernas. Ideòque Chriſtus ait: *Habete lucernas in manibus veſtris*. Eſt hæc ſimilitudo parabolę decem virginum ſapientiũ, & inſipientium ſimilis, quę legitur Matth. 25. Eumdem enim in modum illæ ſponſum expectabant, accenſas lucernas habentes. Lucernę autẽ ardentes fidei, & caritatis ſignificant ſplendorem, ſine quo nemo bene excipit iudicem Chriſtum. Ille, de quo agitur Matth. 25. ſponſus erat: hic hoc nomine non appellatur. Tantùm dicitur, ex nuptijs, id eſt, nuptiali conuiuio redire.

D E

Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum.

VNde ſit ſumpta ſimilitudo, indicat, nimirũ ex ſeruis dñi poſt nu-

Digitized by Google

nuptias expectantibus; qui præcincti A ſuut, ac parati, lucernaſq; inflammatas manibus tenent. Vult Chriſtus nos in perpetuã viuere eiũs aduentus expectatione, ſemper mortem, ſemper iudicium in memoriã habere, eſſeque ſemper præparatos ad migrandum ex hoc ſæculo.

Præparatio.

Beati ſunt ſerui illi.

Premium paratorũ.

PRemium pollicetur paratis ſeruis B magnum, & admirabile. Si Dominus (inquit) ex nuptijs reuerſus ſic paratos ſeruos repererit, beati illi ſunt. Nam iam bene cœnatus dominus, incœnatos ſeruos, quibus cœnãdi locum expectatio non dederat, lauta excipiet cœna: *Faciet illos diſcumbere* Græcè, ἀνακλινεῖ, id eſt, *reclinabit, faciet reclinare*, vel *diſcumbere*. Nam Iudæi cibum recumbentes ſumebant. ipſemet *præcingẽt ſe* velut miniſter, *&* C *tranſiens*, id eſt, huc, atque illuc diſcurrens, *illis miniſtrabit*. Significat his verbis cœleſte conuiuium, quod Chriſtus bene paratis ſeruis exhibet. Miniſter eſt quodammodò in hoc conuiuio, quia fercula ipſe miniſtrat dulciſſima, beatificam viſionem, cæteraque. Non ſolet è nuptijs reuerſus dñs ſeruis miniſtrare; Chriſtus tamen parabolã ducere voluit ex domino humili, benigno, & ſeruorum amante, qui ip D ſis ſeruis miniſtrare non dedignatur. Etiam hic humilitatem commendat.

Et ſi in ſecunda vigilia, & in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

SIgnificat incertam eſſe noctis horam, qua Dominus ex nuptijs reuertitur: Quamobrem oportere ſeruos omnib. horis, vigilijsq; vigilare. E *Si* (inquit) Dominus *in ſecunda* noctis *vigilia venerit*, ex nuptijs domum, *& ſi in tertia vigilia redierit*, & ita inuenerit ſeruos paratos, ac vigilãtes; *beati ſunt ſerui illi* Accipiens. n. ſuæ præmium præparationis, ac vigilantiæ. Nox in quatuor vigilias erat diſtributa, ſingulæ tres primas noctis horas, ſecunda tres ſequentes; ſimiliter reliquę, &

Omnib vigilijs vigilandum.

Nox in quatuor vigilias diuiſa.

vigiliæ, non meminit quartæ; quoniã A vltra tertiam vigiliam, non ſolet reditus a nuptijs differri, vt aiunt, Caietanus, & Ianſenius. Primæ verò nõ fit mentio, quoniam prima vigilia, id eſt, noctis initio primis tribus horis vigilare, non magnum eſt, ac difficile. Difficile autem eſt vigilare ſecunda, & tertia, id eſt, profunda nocte, atq; concubia. Eandem forſitan ob cauſã prætermiſſa eſt, quarta vigilia, quæ B matutino tempori propinqua eſt. Vnde Abulenſis, Matth. 24. quæſ. 245. Lucas (inquit) ſecundam, & tertiam vigiliam poſuit; quia in prima, & quarta, non eſt difficile vigilare, &c. Cum vigilijs confertur vita noſtra, quoniã vigilare, & excubias agere ſẽper oportet, accenſaſq; habere lucernas.

Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique.

C

ALtera parabola ducta à patrefamilias omnibus vigilijs vigilandum eſſe indicat, prima, ſecunda, tertia, & quarta. *Si ſciret* (inquit) *paterfamilias, qua hora*, vel vigilia *fur veniret, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum ſuam Et vos eſtote parati, quia qua hora nõ putatis Filius hominis veniet, &c.* Videtur parabola non aptè conclude D re, nam de patrefamilias dicitur, *ſi ſciret qua hora fur veniret, vigilaret.* Vnde hæc concluſio ſequitur. Vos igitur vigilate, quia ſcitis, qua hora Filius hominis eſt vẽturus. At cõtra ſic infert Dominus; paterfamilias vigilaret, ſi ſciret horam, ergo vos vigilate, quia neſcitis horam. Reſpondetur, comparationem non tàm in ſciẽtia horæ vel ignorantia, q̃ inuigilantia fieri, hunc in modũ: Paterfamilias, ſi ſciret furẽ E aliquem in domum ſuam impetum facturum, vigilaret, & non ſineret domũ ſuam perfodi, & bona diripi, ſic vos vigilate ſicut paterfamilias, neq; vos ſpoliari ſinatis; quia Filius hominis veniet, veniet (inquam) qua hora non putatis Ideò vigilate ſemper, ne cùm non vigilaueritis, ille veniat. Paterfamilias vigilat illa hora, qua põt fur venire, vos vigilate omni hora, qa omni

Altera parabola furis domum perfodientis.

omni hora poteſt venire Filius hominis. Aliter ſic explicari poteſt parabola: Si paterfamilias horâ ſciret furis, illa hora vigilaret, & vos eſtote parati, & vigilate, non vna tantùm hora, quemadmodum ille, ſed omnibus horis: quia *qua hora non putatis Filius hominis veniet.* Græcè, verba illa *ſciret, vigilaret, ſineret,* præteriti ſunt temporis ᾔδει ἐγρηγόρησεν, ἀφῆκε, *nouerat, vigilauit, ſiuit,* verbum, verbo ſic redditur. *Si nouerat paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilauit vtique, & non ſiuit perfodi domum ſuam.* Pagninus vertit hoc modo: *Hoc ſcitote, quòd ſi ſciuiſſet paterfamilias, qua hora fur venturus fuiſſet, vigilaſſet vtique, nec paſſus fuiſſet perfodi domũ ſuam. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet, &c.* Eãdem verſionem ſequuntur alij. Iuxta illam exemplum proponitur patrisfamilias, cuius domus perfoſſa eſt a fure, opeſque direptæ, quia non vigilauit. Vigilaſſet autem ſi horam præſciuiſſet aduentus furis. At ergo Dominus: ſi paterfamilias ſciuiſſet, qua hora fur venturus fuiſſet, illa hora vigilaſſet, neque à fure fuiſſet oppreſſus; quia verò horam ignorauit, non vigilauit, oppreſsúſq; à fure eſt. Vos verò vigilate, ne idipſum vobis contingat. Vigilate autem ſemper quia incerta eſt hora aduentus Domini. Idem ſenſus poteſt noſtræ verſioni accommodari, hoc pacto. Si ſciret paterfamilias horam aduentus furis, vigilaret illa hora, neque pateretur domum perfodi, ac ſpoliari, quia verò horam ignorat, non vigilat, perfoditurque domus a fure, & ſpoliatur, noſtra verſio verior, & ſequenda, &c.

CAPVT IIII.

Morale.

Sint lumbi veſtri præcincti.

De caſtitate parabola explicatur.

De pulcherrima caſtitate verba hæc a patrib. explicantur, à D. Baſilio, Iſai. 15. D. Hieronymo, Ezech. 16. Beda, Haymone, D. Gregorio lib. 28. Moral. capite 4. & hom. 13. Euang. Chryſologus ſer. 23. Lumbos (inquit)

A noſtros iubet Dominus aſtringi balteo caſtitatis, &c. Hunc balteum inſigne militiæ Chriſtianę appellat ſerm. 22. Cincti (inquit) caſtigatis balteo, quod eſt inſigne militiæ Chriſtianæ, fluxæ carnis detruncemus ignauiam, &c. Habet balteum miles, habet Chriſtianus caſtitatem, hoc illius inſigne eſt, decus, atq; ornamentum. Quemadmodum cingulum auro, pretioſiſque lapidibus coruſcans, hominem, ſic caſtitas ornat Chriſtianum. Cur autem
B lumbos præcingere ſignificet caſtitatem ſeruare, rationem tradit D. Hieron. ad Epheſ. 6. Quia [inquit] lumbi in generatione ſemper accipiunt, pro ſemine, ſecundùm illud ad Hebr. 7. *Adhuc in lumbis erat Leui patris ſui.* Videtur nobis accinxiſſe lumbos ſuos, qui nequaquam vxori debitum reddit, nec ſeruit libidini, sed imitat ingenitum Deum, generationis nego-
C tijs non miniſtrans. Hæc ille. Adde illud Gen. 35. *Reges de lumbis tuis egredientur, &c.* Ex verbis D. Hieronymi intelliges virum caſtũ Dei patris eſſe imitatorem. Generat pater genitam ſapientiam, id eſt, Verbum diuinum; ſic vir caſtus ſapientiam generat meditando, æternáq; conſiderãdo. Verba etiam generat, id eſt, conceptus diuinos ac cęleſtes: generationis negotijs non miniſtrat Deus, imitatur illũ vir
D continens, vt ait Hierony generationis negotijs nõ miniſtrans. Is qui cingulum abijcit, lutulenta via iter faciens oblongas veſtes luti inficit ſordibus. Lutulenta via eſt, qua gradimus. Si caſtitatis cingulum Chriſtianus abiecerit, corpus quod animæ veſtis eſt, ſpurciſſimis ſordib. inquinabit. Eſt caſtitatis cingulum pulcherrimum illi ſimile, quo Pontifex antiquus præcingebatur, Exod. 39. *Fece-*
E *runt cingulum de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, diſtinctum arte plumaria, ſicut præceperat Domin⁹ Moyſi, &c.* Ex byſſo retorta fit caſtitatis cingulũ, quia caſtitatem fortè eſſe oportet, non ſimplicem, ſed duplicatam, quemadmodũ fila cinguli, non ſimplicia erãt, ſed retorta, ac duplicata. Præterea quemadmodũ ex byſſo retorta cingulũ, ſic ex carne retorta, hoc eſt, morti-

D Hieron.

Exod. 39.

Caſtitas eximium Chriſtiani cingulum.

Eca-

Digitized by Google

A ficatione ſępè torta, ac cruciata, fit caſtitas. Hyacinthinū eſt cingulum, id eſt, caloris cęleſtis; cęleſtis planè virtus, & Angelica caſtitas eſt. Pręterea regia purpura cingulo admiſcetur, & caſtitas virtus eſt regia, caſtum enim virum, regem eſſe oportet corporis, non ſeruum. Coercet cingulum veſtes, atque coarctat, ſic caſtitas coercet, & coarctat corpus. Vt expeditus eſt ad iter homo præcinctus, ita expeditus eſt ad iter cęleſte homo caſtus, B ideóq; caſtitatis votū nuncupant religioſi, vt reb. ſe terrenis, & voluptatibuş expediant, itèrq. velocius in cęlum faciant, abſque vxoris, filiorum, & rei familiaris impedimento. Chryſologus ſer. 23. Dominus lumbos noſtros aſtringi iubet balteo caſtitatis, & totum carnis noſtræ pendulum, fluidum, reſolutum, conſtringi mandat continua zona virtutis. Vt carne ſuccincta, ad Dñi occurſum liber, C velox, expeditus, noſtræ mentis reddat inceſſus, &c. Sanè iuuenis pudici imaginem Angelus ille mihi exhibet, de quo legitur Tob. 5 *Inuenis Tobias iuuenem ſplendidùm, ſtantem. pręcinctum, & quaſi paratum ab ambulandum, &c.* Splêdidus eſt iuuenis pudicus, ſplendore illuſtratus pudicitię: Stat, non iacet vt ſus in volutabro luti, pręcinct⁹ eſt cingulo caſtimoniæ clariſſimę, paratus ab ambulandum in cęlum, deni- D que Angelus eſt, angelicam enim vitam traducit pudicus vir. Lege Gregorium Nazianz. orat. 2. de paſchate.

Chryſolo. *Tob. 5.*

D. Auguſt. lib. 2. quęſt. Euang. c. 25. his verbis; *Sint lumbi neſtri pracincti*, non ſolam caſtitatem, ſed continentiam ab amore rerum ſæcularium docet ſignificari. Ille ex ſententia Auguſtini lumbos habet præcinctos, qui amorē ſuum pręcingit, a terreniſque rebus arcet, vt totum conferat in Deum. E Præcinxerat ille cor, q dicebat Pſal. 72. *Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te qd uolui ſuper terram, Deus cordis mei, pars mea, Deus in eternum, &c.* Coercet amorem, & pręcingit, neque in terra, neque in cœlo quidquam præfert Deo. Tertullianus lib. 4. contra Marcionē putat, Dominum his verbis nos hortari, vt impedimēta, quę cœleſti vitæ

Auguſt. *Pręcinctio continentiā indicat ab amore rerum caducarum, quę greſſum impediunt.*

Tertull.

A obſtant, amoueamus. Succingere [inquit] debemus lumbos; id eſt, expediti eſſe ab impedimentis lacinioſæ vitæ, & implicitæ, &c. Lacinioſa vita dicitur, quę veſti lacinioſę & amplæ ſimilis ingreſſum animi impedit, atq; implicat. Is pręcinctus eſt iuxta hanc ſententiam, qui vitam traducit pauperem, humilem, ab omnique faſtu, & opibus, quę itineri cœleſti obſtāt, abhorrentem.

Lacinioſa vita quæ dicatur.

B Cingulum eſt voluntaria paupertas eximium, quę mentem ita pręcingit, ac coercet, vt terrenum diuitiarū puluerem non tangat. Eũdem in modum Haymo. Lumbos [inquit] præcingimur, cùm omnia impedimenta mundi poſtponimus, vt in via mandatorum Dei greſſum mentis firmiter figere valeamus. Qui enim diſcinctus eſt, ipſis ſuis veſtimentis impeditur, ne libere ambulet. Qui verò pręcinctus eſt, quaqua verſus diſcurrere C poteſt, &c. Veſtis ampla, ac diffluens greſſum impedit corporis; breuis, & arctè pręcincta iuuat. Eundem in modum vita ampla; opibùſque affluens greſſum animi retardat; inops, & arcta adiumentum affert.

Cingulum eſt volũtaria paupertas. *Haymo.*

Theopylactus ſic interpretatur: *ſint lumbi veſtri pręcincti*, hoc eſt, omnibus modis parati eſtote ad opera Domini veſtri, &c. Euthym. practicam & D operantem virtutem his verbis vult ſignificari, *ſint lumbi veſtri pracincti*, ad agenda bona opera. Præcingi ſolent viatores, ideòque præcinctum Angelum Raphaelē reperit Tobias, & ad iter paratū vt diximus. Viatores omnes ſumus; oportet cupiditates præcingere, ne itineris remoræ ſint. Vnde D. Petrus, epiſt. 1. c. 1. *Obſecro* [inquit] *vos tamquam aduenas, & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, &c.* E Quaſi dicat; peregrini eſtis, & viatores, præcingite arcto cingulo, cupiditates premite, ne ingreſſum impediant. Item pręcingi ſolent milites. Nos milites ſumus, balteo eſt opus, ac cingulo, ne ſi fluxas, & diſſolutas cupiditates non conſtringamus, ijſdē implicemur ab hoſtib. ac capiamur. Ad Epheſ 6. *State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, &c.*

Peregrini & viatores ſumus. *1. Pet. 1.* *Ad Epheſ. 6.*

&c. De militia loquitur Apoſtolus; A hoc eſt, ſtare in prælio, & quemadmodum milites balteo lumbos præcingunt, ita vos ſpiritales lumbos præcingite veritate, præcingit lumbos, & aſtringit veritas diuina, meditatione frequenti expenſa. Qui enim cæleſtia gaudia, tartarea ſupplicia, huiuſmodiq; alias veritates meditatur, lumbos egregiè aſtringit, illuſionesque illas pellit de quibus Pſal. 37. *Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus*, B *&c.* Lumbi carnis illuſionibus carnalibus pleni ſunt, ſi non reſtringantur, lumbi quoque mentis ſpiritalibus illuſionibus implentur, ſi non cingantur. Quod ſi veritatis cingulo premātur, carnalibus, & ſpiritalib. illuſionibus liberantur: eximium cingulum eſt veritas conſiderata: eximium eſt iuſtitia Dei animo meditata. Iſaiæ 11. *Erit iuſtitia cingulum lumborum eius, &c.* Cingulum Chriſti iuſtitia eſt, & C ſanctitas, eſt & iuſtitia ſumma, qua omnia iudicat, noſtrum cingulum ſit ſanctitas, ſit quoque ipſa Chriſti iuſtitia cogitata, qua peccata æternis punit flammis. Præterea, præcingi ſolēt, qui ſtrenuè operari volunt. Vnde de ſtrenua fœmina Prouerb. 31. Igitur: *Præcinxit fortitudine lumbos ſuos*, & miniſtri præcingunt ſe, vt miniſtrent diligēter. Nos miniſtri Dei ſumus, ſtrenuè verò diuina opera exeq. neceſſe D eſt. Ergo præcingamur, hoc eſt, cupiditates, quaſi veſtes quaſdam demiſſas vſque ad pedes, & corpori circumfuſas, temperantia, & mortificatione, veluti zona conſtringamus.

Prouer. 31

Magiſtros populi maximè decet eſſe præcinctos, qui lucernas doctrinæ habent in manibus, quibus illi lucem præferūt. Ierem. 1. *Tu ergo accinge lumbos tuos* (ait Dominus) *& ſurge, & loquere ad eos, omnia quæ ego præcipio tibi, &c.* E D Hieronymus in hæc verba ſic ſcribit: Apoſtolis præcipitur, vt accinctis lumbis lucernas teneant in manibus ſuis, prædicationis videlicet Euangelicæ. Quicumque igitur ſermones locuturus eſt Dei, debet accingere lumbos ſuos, ſciens quod diaboli omnis virtus, id eſt, fortitudo, in lumbis ſit. Accingere ergo debet lumbos ſuos

Ierem. 1.

doctor cingulo caſtitatis, vt Hieronymus ait, quia fortitudo dæmonis in libidine eſt. Fortiſſimus eſt dæmon aduerſus hominem huic vitio mancipatum. Fortiſſimum eſt telum diaboli libido, ſi quis caſtitatis clypeo pectus non muniat. Clypeus doctoris cōfeſſarij, & concionatoris, caſtitas. Hunc ſi non habeant, dæmonis iaculis paſſim vulnerabunt, prius lumbos, cingulo caſtitatis præcingant, deinde lucernas accipiant doctrinæ, quib. alijs lucem præferāt. *Chriſti bonus odor ſint*, vt Paulus erat 2. Cor. 2. vt autem bonus odor ſint, caſtitatis odore fragrēt. Etenim balſamū eſt caſtitas, quę corpus incorruptū ſeruat, & ſuauiſſimum odorem exhalat. Vtinam ſacerdotes omnes hoc balſamum redoleāt. Caſtitas (ait D. Bernard. epiſt. 42.) inſtar odoriferi balſami, quo condita cadauera incorrupta ſeruantur, ſenſus & artus continet, & conſtringit, ne diſſoluantur otijs, ne corrumpantur deſiderijs, ne carnis voluptatibus computreſcant, &c. Deniq; caſtitatis pulcherrimum cingulū ſiue balteus honor eſt ſacerdotum, qui honorem amat, illo ſe præcingat. Bernard. eadē epiſt. Hoc (inquit) tantæ pulchritudinis ornamētum, id eſt, caſtitas, dignè dixerim ſacerdotium honorare, quę dilectum Deo, & hominib. faciat, ſacerdotem, reddatque ſimilem in gloria Sanctorum, in hac licet adhuc regione diſſimilitudinis conſtitutum, &c. Primò eſt caſtitas, ſacerdotalis corporis cingulum pretioſum, ſecundò eſt balſamum odoriferum; tertiò eſt honor ſacerdotis, & pulcherrimum ornamentum, quartò ſacerdotem dilectum Deo facit, & hominibus; quintò ſimilem facit Sanctis glorioſis, qui in cęleſti gloria inſtar Angelorum vitam agunt. Amplectere ergo caſtitatē toto pectore, ò Dei ſacerdos.

D. Hieron. Caſtitas ſacerdotum quanta eſſe debeat.

Lucernæ ardentes in manibus veſtris.

CONſidera quæſo, lector optimè, quam paratos nos velit eſſe Dominus, vt ipſum in morte excipiam, lucernas iam accenſas manib. tenere iubet. Cùm iamiam Dñs aduentat, tunc

tunc lucernas ſerui inflammant, ne oleum, ſiue ceram perdant, ſi multò ante inflāmauerint. Cùm igitur Dominus iubet nos inflammatas habere lucernas, ſignificat ſe ſemper expectandum, tamquam mox ad futurum. Paranda itaque ita ſunt omnia, ac ſi hodie è vita opus eſſet diſcedera, iudicióq; occurrere. Segnes verò, & ignaui Chriſtiani in extremum vitæ tempus hanc reijciunt præparationem, tunc ſe præcingere conātur, tunc lucernas accendere: ſed qualis ea ſit præparatio iudex diſcutiet *Non tardes* (ait Eccleſ. 5.) *conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Ne ſubito veniat ira eius, & in tempore vindictæ diſperdat te, &c.*

D. Gregorius loco citato lucernas in manibus putat ſignificare opera bona, atque ſplendida, quæ proximis exempli lucē afferunt. Lucernas (inquit) tenemus, cùm per bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus, &c. Eadem eſt Bedæ ſententia, & aliorum. Obſerua bonum opus ſimile eſſe lucernæ illuminantis, tâm eum a quo portatur, quàm alios. Nā bonum opus non ſolùm illuminat operantem, ſed etiam videntem. Vnde Chryſologus ſer. 22. Nō portanti (inquit) tantùm lucerna lucet, ſed multis; & opus bonum, dum facto in vno lucet, multos illuſtrat exemplo, &c. Sunt etiam bona opera lucernę, quia ipſas virtutes illuminant, & oſtendūt hominib. Opus humilitatis coram hominib. factum, humilitatē illuminat. Nam veluti in tenebris latentem hominib. demonſtrat humilitatis pulchritudinem. Opus caſtitatis caſtitatē, caritatis caritatē illuſtrat, vt ab hominib. earum decor videatur: ꝙ de reliquis quoque virtutibus dicendū eſt. Nox eſt hoc ſæculum, multas in hac nocte lucernas ardētes habem⁹, ſi quidem multa habemus ardentia Sanctorum opera, quæ ſuo ſplendore noctem illuminant, virtuteſq; caligine circumfuſas hominib. oſtendunt. Qui vult virtutum cernere in hac nocte pulchritudinem, has lucernas adhibeat ſæpiſſimè. Sanctorum euoluat geſta, vitas, & exempla, ex quib. vir-

Sanctorum vitę legēdę ſemper.

A tutū pretiū, ac decus, vitiorū vilitatē, ac turpitudinem facilè cognoſcat. Lege D Greg. in præfatione Moralium, c. 10 quo Sanctos cum ſtellis confert. Vt ſtellæ noctem, ita Sancti nos illuminant, & virtutū decorē oſtendūt. Ad oſtendendā innocentiam (ait D. Greg.) venit Abel; ad docendā actionis mundiciā venit Enoch, ad inſinuādam longanimitatem ſpei, & operis venit Noe, ad manifeſtandum obedientiam venit Abraham, ad inſinuā-
B dam laboris tolerātiam venit Iacob, ad oſtendendam manſuetudinem venit Moyſes, ad oſtendendam inter flagella patientiam venit Iob. Ecce quā fulgentes in cęlo ſtellas cernimus, vt inoffenſo pede operis iter noſtræ noctis ambulemus. Nam cognitioni hominum diuina diſpenſatio, quot iuſtos exhibuit, quaſi tot aſtra ſuper peccantium tenebras cęlum miſit,
C &c De ſanctis legis nouæ non loquit̄ Gregorius, ſed horum vitæ clariſſima aſtra ſunt, a nobis ſemper hac in nauigatione ante oculos habēda, ſi proſperè nauigare, vitiorum ſcopulos ef fugere, & tranquillum in portum cupim⁹ peruenire. Qui poeta eſſe vult, Maronem, reliquòſq; poetas euoluit, qui vult eſſe orator Ciceronem legit, qui vult eſſe Theologus D. Thomam, & alios. Qui vult Sanctus eſſe, Sancto-
D rum vitas, exemplaq; legat: his aſtris illuſtret mentem, & accendat.

D. Auguſt. ſerm. 39. de Verbis Domini. Lumbis præcinctis, & lucernis ardentib. illud Pſal. 33 arbitratur indicari, *Diuerte à malo, & fac bonum, &c. Declina à malo,* (ait Auguſ.) hæc eſt cōtinentia, hi ſunt lumbi præcincti; *& fac bonum,* hæc eſt iuſtitia, hæ ſunt lucernæ ardentes, &c. Præcingit ſe, ac coercet, & aſtringit, qui omne peccatum pro virib cauet; lucernas ardentes manib. tenet, qui omne bonum operatur Quid ſupereſt huic, niſi vt expectet Dominum à nuptijs redeūtem. præmiùmq; afferentem? Vnde ſequitur, *& vos ſimiles hominib. expectantibus Dominum ſuum.*

D. Auguſt.

Pſal. 33.

D. Hieron. Ierem. 1. Lucernas ardētes Euangelicam vult ſignificare prædicationē, ea.n. hominum mentes illumi-

luminat inſtar lucernarum. Tenendę verò manib. ſunt lucernæ; quoniam prædicatio Euangelica, tunc illuminat magnopere, cùm non in lingua ſolùm, verumetiam iu manibus cernitur, & opere.

Theophylactus vult lumbos pręcinctos actiuam vitam adumbrare; eò ꝙ operarij præcingunt ſeſe ad opus, ꝙ ſi nocte operantur lucernis opus eſt. Ita opus habet vita actiua iudicij dono, vt is, qui actiuam vitam agit, non ſolùm ſciat, quid oporteat agere, ſed et quo facienda ſint bona opera, adhibita lucerna, id eſt, iudicio penſare: diligenter.n. expendendę ſunt circūſtantiæ, vt bonum opus non ſolū fiat, ſed etiam benè, recteq; fiat, omnibus debitis circumſtantijs adhibitis, ac circumſtantib. Qui concionatur, bonum quidem opus facit, ſed ſi lucernam non adhibit iudicij, in tenebris concionatur ob inanem gloriam, ſimiliter alij ſimiles.

Euthymi. Euthymio placet lumborum præcinctionem agentis vitæ, lucernas inflammatas contemplantis, imaginē exhibere. Congruit vtriuſq; vitæ permixtio concionatoribus, atq; doctoribus, doctoris.n. Eccleſiaſtici eſt, ad opera actiuę vitæ pręcinctum, paratumq; viuere, lucernas quoq; diuini Verbi, ac meditationis, in intellectu, memoriaq; inflammatas ferre; quas et in manus transferat, & linguam, vt non ſe ſolùm, ſed reliquos quoque ſplendore cœleſti illuſtret. *Concionator vitæ actiuę & cōtemplatiuæ permixtionem facit.* Demus operam (ait Theophylactus) vt virtute ſimus præditi, duas habentes lucernas ardentes, & ſermonem internū in affectibus, & externum quem pronunciamus, & internum quidem, vt per omnia animam illuſtret, eum autem quem proferimus, vt in lingua refulgeat lucidus, & internus nos illuminet, doctorum autem ſermo, & qui pronunciatur, alios, &c. *Theophyl.*

Poſſunt etiam ardentes lucernæ fidem ſignificare, quæ noctis huius tenebras ſua luce illuminat, Deumque nobis, & diuina myſteria demōſtrat. Hęc caritate ardens neceſſaria eſt, vt Chriſtū excipiamus à nuptijs redeuntem. Neq; verò intellectu ſolùm, ſed *Fides, & opera.* A in manib. etiam habenda, quoniam fides cum operib. copulāda eſt. Quēadmodum pictoris ars in intellectu quidem eſt, ſed manib. exercetur, dū pulcherrimas effingit imagines, ſic fides intellectui inhęret, ſed manibus exercenda, & operibus, officiiſque Chriſtianis eſt impendenda. Quòd ſi fides opera non habeat, mortua eſt, teſte D. Iacobo, c. 2. ſuę epiſtolę. Vt igitur mortua non ſit, in manibus ſit, B & opera habeat, vt ardens ſit, cum caritatis ardore coniuncta fulgeat. Nec extinctis lucernis excipitur Dominus, à ſeruis, nec mortua fide Chriſtus à Chriſtianis eſt excipiendus, ſi puniri nolunt ęterna pęna, ęternoq; pręmio beari cupiunt. Is qui aliquid quærit in loco caliginoſo, lucernam inflammat. Quærimus Deum in his mundi tenebris, lucernis quęramus inflammatis, id eſt, operibus, ac medi C tationibus fulgentibus. Lege Originem hom. 31. in Matth.

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

CHriſtianum ita viuere oportet, vt ſemper Dominum paratus ad ad mortem expectet. Reuertitur aūt Dominus à nuptijs cœleſtib. quas in cœlo cum Eccleſia celebrat triūphāte. Qui verò ex nuptijs reuertitur, lę D tus reuertitur, atque hilaris, nō enim damnare vult Dominus, ſed beare, pręmium donarè vult, non pœnam irrogare, ſi tamen paratos inueniat ſeruos, dignoſq; nō ſupplicio, ſed pręmio. Paratus ſeruus expectat lętus lætum Dominum, expectat gloriam, nō pœnam. D. Gregor. ho. 13 in Euang. Qui (inquit) de ſua ſpe, & operatione ſecurus eſt, lætus iudicem ſuſtinet, & cùm tempus propinquæ mor- E tis agnouerit, de gloria retributionis hilareſcit, &c. At ſeruus imparatus, neq. præcinctus, neq; lucernis ardentibus illuminatus, aduentante Domino, trepidat, timet, horret ſupplicia expectat, nō præmia. Haymo: Pulſanti (inquit) iudici aperire timet, qui eius præceptis ſe minimè obtęperaſſe cognoſcit, &c. Idem Haymo: Sicut iudicis aduentū in ciuitatē iuſti diligunt,

Quando Christus ex nuptijs reuertitur.

D. Gregor.

In morte horrēt improbi.

gunt, fures, & latrones timēt; ita ad-
uentum Domini illi timent, qui eius
præceptis minimè ſe obtemperaſſe
ſciunt, ſoli autem illi diligunt, qui re-
ctè ſe viuere recolunt, &c. Paratiſſi-
mus erat beatus ille ſeruus Paulus,
præcinctus, lucernâſq; ardentes ma-
nib. tenens, ideòq; lætus præmiū ex-
2. Timoth. 4. pectabat. 2. Timoth. 4. *Ego* (inquit) *iam
delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat,
bonum certamen certaui, curſum conſum-
maui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt* B
*mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Do-
minus in illa die, iuſtus iudex, &c.* Impa-
ratiſſimus Chryſorius erat ſeruus i-
gnauiſſimus, de cuius infęlici morte
ſcribit Greg. lib. 4. Dialog. c. 38. neq;
pręcinctus erat, neque inflammatam
lucernā habebat, ideòq; trepidabat,
Inducias non dat mors. petebatq; inducias, Cùm conſtrictus
nimis (inquit D. Greg.) relaxare ſe iā
poſſe deſperaret, cœpit magnis voci-
D. Gregor. bus clamare, inducias vel vſq; mane, C
inducias vel vſq; mane; ſed cùm hæc
clamaret in ipſis vocib. de habitaculo
ſuæ carnis euulſus eſt, &c. Inducias
petebat, ſed datæ non ſunt; ſatis ſu-
pèrq; tēporis donat nobis Deus, ſed
hoc nos futilib. inanibuſq. reb. impen
dimus, in morte inducias dari, vitāq.
prorogari cupimus. Sed inducias me-
ritò non obtinet, qui datos ſibi annos
malè perdidit.

D

*Et cùm venerit, & pulſauerit, confe-
ſtim aperiant ei.*

Seruus imparatus inducias petit,
ſed fruſtra petit, neq. n. concedun-
tur. Pulſat Dominus, aperire renuit,
ſed & ſi renuat aperiuntur fores, edu-
citur miſer ex domo, a qua non vult
diſcedere, id eſt, ex corpore, æternęq;
Orci cuſtodiæ traditur. Paratus verò
ſeruus pulſanti Domino confeſtim E
aperit; diligit enim Dominum, æter-
Pulſatio mortis. nāmq. ab eo expectat gloriam. Pulſat
autem Dominus (ait D. Greg.) cùm
iam per ægritudinis moleſtias, eſſe
mortem vicinam deſignat, &c. O hor
rendam pulſationem, homini impro-
Eccleſ. 41. bo, & imparato. Eccleſiaſ. c. 41. *O mors*
(inquit) *quam amara eſt memoria tua,
homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis,*

A *&c.* Si amara memoria eſt mortis;
quātò erit amarior pulſatio? Miſeri-
cordia Dñi pulſationem hanc pręmit
tit, ne ſubitò intereat homo, ſed ſal-
tē tunc ſe præparet. Auguſtus Cæſar
(ait Suetonius in vita Auguſti c. 99.)
quoties audiuiſſet citò, aut nullo cru-
ciatu defunctum quempiam, ſibi, &
ſuis, *εὐθανασίαν* ſimilē (hoc enim ver-
bo vti ſolebat) precabatur, &c. *Εὐθα-
νασία*, autē *bonam*, ſignificat *mortem*,
B in eo Auguſtus tetris circumfuſus te
nebris *εὐθανασίαν*, id eſt, *bonā mortem*,
ſitam eſſe putabat, ſi mors ſubita eſ-
ſet, inſperata nullaq; ægritudine pul-
ſaret fores. At infælix deceptus eſt,
non in hoc Euthanaſia, ſed in præpa- *Auguſti Euthanaſia reijci-tur.*
ratione poſita eſt, maximè iuuat cun
ctatio, & ægritudinis non ſubita pul-
ſatio. Is benè moritur, qui benè para-
tus eſt, is peſſimè moritur, qui mori-
tur imparatus. Ideòque Sacroſancta
C Eccleſia Deum in litanijs precatur,
*vt a ſubitanea, & improuiſa morte nos libe
ret.* Auguſti Euthanaſian Eccleſia fu-
git, non enim *εὐθανασία*, ſed *κακοθα-
νασία* eſt. Viſne videre quomodo Au-
guſtus ad mortem ſe parauit? Supre- *Auguſti mors.*
mo die (ait Suetonius eodem cap. 99.)
petito ſpeculo capillum ſibi comi, ac
malas labentes ſibi corrigi præcepit,
& amicos admiſſos percontatus, ec-
quid ijs videretur mimum vitæ com
D modè tranſegiſſe? adiecit & clauſulā:
*δότε κρότον καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χα-
ρᾶς κτυπήσατε*, id eſt, *date plauſum, &
vos oēs cū gaudio plaudite.* Sic orbis Im-
perator Auguſtus expectauit mortē,
ſed vt cœcus expectauit. Cęcus enim
erat idolorum cultor, imminentiaq;
tartari tormenta non videbat. Cœ-
cus ſibi paratam pyram quia non vi-
det, non timet; ſic Auguſtus æternos
cruciatus ſibi paratos, quia non cer-
E nebat, non metuebat, quia vero de
præparatione ad moriendum nihil
cogitabat, ideò Euthanaſiam in ſubi-
ta morte locatam putabat. O infæli-
cem Imperatorem, ò infælicem mi- *Mimus vita.*
mū, ò infauſtā tragœdiam eius vitā,
mimū. n. vitā ſuā appellauit. Vt omit-
tā reliquos actus, certè extremus fuit
infæliciſſimus, quo infælix aīa tarta-
reis rogis eſt īpoſita. Ille in morte pe-
tito

titoſpeculo capillum ſibi comi, & malas labentes corrigi iuſſit; nempe Ethnic⁹. Nos fidei, conſcientiæq; præclariſſimo ſpeculo propoſito, non capillum, ſed animum componamus, non labentes malas, ſed labentes mores ante mortem corrigamus; nempe Chriſtiani. Neq. vero ad amicis paulũ, ſed à nobis pro peccatis contritionis plãctum expoſcamus.

Beati ſunt ſerui illi, &c. Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.

APeriunt parati ſerui domino, excipiuntque Dominum, & cum Dominum, & cum Domino præmiũ ingens. *Beati ſunt* [inquit] *ſerui illi*: beati beatitudine non fucata. & falſa, ſed ſolida, & vera, non temporali, ſed æterna, non terrena ſed cęleſti non mũdi, ſed Dei, *faciet illos diſcumbere* in conuiuio ſplendidiſſimo: nullum.n. ſplendidi⁹ conuiuim excogitari poteſt, q̃ illud, quod Chriſtus in cęlo ſeruis ſuis exhibet. In eo conuiuio magna cum quiete diſcumbunt beati. Quãobrem D Gregorius. Diſcumbere (inquit) noſtrum in regno quieſcere eſt, &c. Et Theophylactus. Recumbere facit Dominus bonos ſeruos, totos.n. per omnia quieſcere facit, &c. Procul omnis adeſt motus animi turbid⁹. ꝓcul aqeſt omnis corporis, vel leuiſſima perturbatio. Hæc eſt illa requies, q̃ defunctis vita, imprecamur, cum ſic precamur. *Requiem æternam dona eis Domine, &c.* Non reperitur hæc in terra requies, reperitin cęleſti illo diſcubitu. Miniſtrat in conuiuio Chriſtus ſummus Rex, non quod inſtar, ſe habeat miniſtri; ſed quia ſuauiſſimi conuiuij fercula dulciſſimumq; potum in ſuo ipſe ſanguine nobis promeritus eſt. Nemo enim illis epulis dignus eſt niſi quem Chriſti merita fecere dignum, quibus merita etiam adiunguntur hominum quæ ex Chriſti meritis pendent. Summę glorię obiectum ipſe eſt. Etenim Chriſtus cum Patre, & Spiritu ſancto, ſummæ glorię obiectum ſunt, atq. ea ratione gloriam in conuiuio illo diſcumbentib. miniſtrant. Beatorum glorię fons eſt Sacroſanctę Trinitatis viſio. Non in ita vident, vt comprehendant, neque ita vident, vt ęqualiter omnes videãt, ideoq. præcingere ſe dicitur Dominus *Præcinget* [inquit] *ſe, & miniſtrabit illis.* Qui ſe pcingit amplam veſtẽ cõſtringit, ac coercet cingulo. Sic Deus cum gloriam beatis ſubminiſtrat, ſe præcingit, quia infinitam eſſentiam quodammodo contrahit, neque ita oſtendit beatis, vt illam comprehendant, neq. enim poſſunt, ſed ſingulis, vt capacès ſunt, & flagitant merita.

Conuium et diſcubi.⁹ cœleſtis. D. Grego. Theophyl.

Chriſtus eſt ſumma gloria obiectũ cũ Patre et Spiritu ſancto.

Et ſi in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, &c.

TRes vigilias noctis D. Gregorius quatuor ętates ait adumbrare. Prima vigilia primęuum ętatis tẽpus eſt, id eſt, pueritia, ſecunda adoleſcentia, tertia virilis ętas, quarta ſenectus Beatus ille ſeruus eſt, qui omnibus his vigilijs vigilat paratus, beatus inquam, ille qui & puer, & adoleſcens, & vir, & ſenex crimina odit Deique pręcepta cuſtodit, pręcinctuſq. viuit, lucernam habens in manib. ardẽtem. At vero, ſiquis in prima vigilia ſomno ſe dedit vitiorum, in ſecunda vigilet, id eſt, in adoleſcentia, qđ ſi neque in ſecunda vigilauit, ne deſperet, in tertia, id eſt, virili ætate, mores corrigat. Quod ſi neque in tertia vigilauerit? non abijciat ſpem, ſi Dominus aduentum vſq. in quartam ſenectutis vigiliã diſtulerit, quartas excubias agat, paret ſe, præcingat, bonorumq. operum ardentes faces inflammet. Deus differt aduentum, vt parandi nobis largiatur tempus, eo qui non fuerit vſus, grauius punietur. Vnde D. Gregorius ho. 13. Quos (inquit) vt conuertãtur Deus diu tolerat non conuerſos durius damnat, &c.

Tres ætates tres vigiliæ

D. Gregor.

At parabola omnibus vigilijs excubandum docet, ſecundæ vero, & tertiæ facit mentionẽ, quia tunc grauior eſt ſopor, maioriq. laude dignæ ſunt excubiæ eo tẽpore, quo nos magis ſõnus infeſtat. Theophylactus, quemadmodũ [inquit] in ſecundam; & tertiam vigiliam vigilat, vigilantiſſimũ

eſſe videtur, iſtis enim horis homines
maximo, & primo ſomno tenentur;
ſic intelligas in diuerſis vitæ noſtrę
ſtatib. eſſe horas quę beatos nos faciāt
ſi vigilantes inuenti fuerimus &c. Ait
Theophyl.
Theophylactus ī noſtra vita eſſe quaſ
dam horas, in quib. nos peccati ſopor
vehementius inuadit, beatoſque eſſe
eos, qui tunc vigilauerint, id eſt, pec-
cato obſtiterint vigilanter. Sunt autē
hæ horæ tempora illa, quibus nos ve-
B hementiores ac grauiores tentiones
magno impetu aggrediuntur, qui tūc
vigilanter reſiſtit, hic ſecundam, ter-
tiamq; vigiliam ſeruat. Quemadmo
dum enim ſecundæ, tertiaq. vigiliæ
tempus, in ſomnum trahit, ſic huiuſ-
modi graues tentationes in peccatū
Quid ſit ſecūda, et tertia vigilia. Theophyl.
grauius impellunt. *Beati ergo ſerui illi,
qui ſecundam & tertiam vigiliam ſeruant,*
id eſt, qui vehementioribus repugnāt
tentationibus. Exēpla proponit Theo
C phylactus Rapuit quis diuitias tuas,
mortui ſunt tibi filij, calumniam paſ-
ſus es, ſi in iſtiuſmodi temporib. non
fueris lapſus, ſed vigilans inuentus à
Deo, vtique vigilantem te in ſecūda,
& tertia vigilia inuenerit, hoc eſt, in
periculoſo, & graui tempore, quod
mortiferum ſomnum, & caſum diſſo
lutis animabus præbet. Hęc ille.

*Vigilaret vtique, & non ſineret perfodi
domum ſuam.*

Vigilādū et qui ſunt vigilantes, & dormientes.

EXemplo patrisfamilias vigilandū
docet, ne nos induadat mors dor
mientes, inuadit.n. veluti fur mors
quoſdam dormientes, alios vigilātes.
Illum inuadit dormientem, quem in-
uadit imparatum, & clauſis animi o-
culis, voluptatis peſtifero ſomno in-
dulgentem: illum aggreditur vigilan
tem, quem apertis animi oculis æter-
E na intuentem, pęnitentiam agentem
boniſq. operibus vacantem reperit.
Quos dormientes inuadit, in æternā
rapit mortem; quos vigilantes inuē-
nit, in æternam ducit vitam. Ergo vi-
gilemus. Qui vigilat, apertos habet
oculos, qui dormit clauſos. Vigilans
animus apertos habet intellectus, &
memorię oculos, hic mortem, anteq̄
impetum in corpus faciat, cernit, Dei

A iudicium intuetur, tartareas pœnas,
cœleſtiaq. præmia explorat. Deū vbi
que præſentem iudicem videt, ſibiq;
cauet. Dormiens animus clauſos ha-
bet ſpiritales oculos, neq. mortem ir-
ruentem, neq; iudicem aduentantē,
neque ſupplicium videt horrendum;
clauſis oculis dulcia cernēs inſomnia
quæ ſubito euaneſcunt, in æternas
Profeſſio domus.
propterea flammas. Irruit in domum
mors veluti fur; eamque perfodit, cū
B irruit in corpus, idque æquat ſolo at-
que euertit, ita vt omnia huc, atque
illuc diſpergat oſſa. Spoliat miſerum
hominem pecunia agris, opibus, quas
magno labore conquiſierat, volupta-
tib. honorib. vxore, filijs, amicis. Ni-
hil niſi ſindonem, qua inuoluatur ſe-
cum defert. Abdię 1. *Quomodo ſcrutati
ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius,
&c.* Vt Chaldæi Idumæorum diuitias
ſcrutati ſunt, ac rapuerunt. Eundem
C in modum mors, hominum diuitias,
cæteraq. omnia ſcrutat̄, ac rapit. Mors
corpus euertit, & ſepulchro cōdit. Vi
gilandum, ne animum quoq. euertat,
& condat tartareo. Vigilat autē [ait
Gregorius] qui ad aſpectum veri lu-
minis mentis oculos apertos tenet;
vigilat, qui ſeruat operando, quod cre
dit, vigilat, qui à ſe torporis & negli-
gentiæ tenebras repellit, &c.

Fur mors eſt, huius furis aduētum
Fur mors eſt.
D vigilanter expectare oportet: expecta
tur autem vigilanter, cum ſemꝑ mor
tis aduentus ante oculos obſeruatur
Vnde Haymo. Huius [inquit] furis
aduentum, vt præcauere poſſimus,
neceſſe eſt, vt diem mortis ſemper an
Haymo.
te oculos habeamus, &c.

Eſt ſomnus corporis plenus inſom-
Sōmus corporis plenus inſomnis peior ſomnus mentis.
nijs, eſt multo peior ſomnus animi,
alijs inſomnijs redundans. Dormiūt
hominum animi, & ſomnia vident.
E Quid enim aliud ſunt, ij qui diuitijs,
honorib. voluptatibus affluunt, quā
ſomniatores? dormiunt animo, & va-
na cernunt ſpectra rerum, quæ mox
auolant, & euaneſcunt. Vndè illud
magni Gregorij epiſt. 54 ad Adeoda-
D. Gregor.
tam; Reducite (inquit) ad animū pro
ſperitates temporum, multitudinem
hominum, dignitatum pompas, glo-
riam, diuitiarum âbundantiam. Attē-
dite.

dite hæc quæ facta ſunt,& ex his pē-
ſate,quod nulla ſint , & quia qui iſta
diligit,ſomnium vigilans videt , &c.
Vigilans corpore hæc inſomnia videt
& dormiens animo. Qui enim vigilat
non hæc curat,ſed cœleſtia intuetur,
De ſomno mentis, & inconſideratione.
dominumq. venturum ex nuptijs ex-
pectat vigilanter. Qui caducis ſe reb,
addixerunt,valde contractum habēt
orizōtem: terrena ſolum bona vidēt
iuxta illud Prouerb. 17. *Oculi ſtultorum*
in finibus terræ,&c. Termini fineſq. ter-
Prouer. 17.
rę aſpectum ſtultorum terminant. At
ſapientes iuſti latiſſimum orizontem
habent,cœleſtium rerum, cœlorum-
que magnitudinem complectitur, ad
ipſum rerum omnium conditorem
pertingit. Quemadmodum verò So-
lis fulgor, ſtellarum lumen occultat;
ita Dei,cœleſtiumque rerum conſpe
ctus,caducarum rerum tenuem lucē
illis abſcondit. Audi Paulum 2. Cor.
2. Cor. 4.
4. *Non contemplantibus* [inquit] *nobis, quæ*
videntur, ſed quæ nōn videntur, &c. Quaſi
dicat non videmus hominum ſomnia
Chryſoſt.
dormientes: cœleſtia intuemur vigi-
lantes. Audi Chryſoſtomum, quoque
hom. 24. in Geneſ. Oculi (inquit) fidei
quando vident ineffabilia illa bona,
ne ſentiunt quidem hæc viſibilia,&c.
Hoc eſt,oculi vigilantes , qui æterna
vident,non vident hæc inſomnia re-
rum viſibilium . Vtinam fidei oculos
haberemus apertos, ac vigilantes, qa
clauſos habemus ſomnoq. ſepultos,
Virg. 2. Æn.
ideo perimus
Inuaſerunt hoſtes Troiam ſomno vinoque
ſepultam , (vt cum potentia loquar)
incendioque tradiderunt. Inuadunt
dęmones ſomno animi , & caducarū
rerū amore veluti ebrietate oppreſſos
homines ęternoq. incendio mācipāt.

Somnus animi inconſideratio eſt
rerum æternarum, vigilia eſt conſide
Quid ſit ſomnus animi.
ratio. Is dormit qui clauſis animi ocu
lis æternitatem non conſiderat. is vi-
gilat,qui apertis mentis luminib. quę
in duratione illa interminata ſunt
intuetur, ſibique cauet. Quemadmo-
dum nauis gubernatorem; ita eum,
qui animam in medijs huius mundi
procellis gubernat, neceſſe eſt eſſe vi
gilantem, dormiens corpore guber-
nator nauem demergit: animæ ſuæ

A moderator ſomno mentis indulgens
ad ſcopulos peccati miſerā allidit. Sō
n' corporis Sāſonē ī priſtinū detruſit
ſeruumq; reddidit Philiſthinorū. Sō-
nus mentis,id eſt,inconſideratio ho-
minem mundi ſeruum facit,& in cir-
cuitum vani laboris mittit. iuxta illud
Pſal. 11. *In circuitu impij ambulant, &c.*
Fit enim iumento ſimilis priſtini mo
lam in circuitu voluentis. Somnus Si-
ſaram neci dedit, incōſideratio homi
B nem vita ſpoliat. Iob. 4. *Quia nullus in-* *Pſal. 11.*
telligit, in æternum peribunt, &c. Intellectum *Iob. 4.*
da mihi & viuam : ait vates Pſal. 118.
Qui intellectum,id eſt,conſideratio-
nē habet, ſibiq. cauet, viuit, qui intel-
lectum, id eſt, conſiderationem non *Pſal. 118.*
habet, iumento ſimilis vera vita caret
peritque in æternum. Lux eſt homi-
nis conſideratio hac priuatus in tene
bris vitiorū agit. hac illuminatus mi-
rabilia videt, quæ illum in vita gra- *Ioan. 3.*
C tię conſeruant iuuante Deo. At vt Do
minus ait Ioan. 3. *Qui male agit odit*
lucem, &c. Odit impius conſideratio-
nis lucem, quia non vult peccata ſua,
eorumque ęternum cernere ſuppli-
cium, in Orci rogos cœcus iter ten-
dit. Si alis priuetur auis facilè capie- *Alæ auibus*
tur, ſi conſideratione priuetur homo *cur datæ*
facilè a dæmone irretietur. Namquē *ſint & qui*
admodum alæ , vt effugiat hominum *homines il*
manus, datæ ſunt aui, ſic ratiocinatio *lis carent,*
D nes, & conſiderationes rerum æter- *D. Chryſo.*
narum, datæ ſunt homini, vt effugiat
manus dęmonis Chryſoſtomus. ho. 15.
ad Populum. Alæ (inquit) auiculis ſūt
vt effugiant laqueos, ratiocinationes
hominib. vt effugiant peccata &c. Vę
illi, qui his caret alis , qui ratiocinari
de ijs tantum nouit, quæ ad conquirē
da caduca bona attinet, circa illa verò
quæ ad ſalutē animæ ſpectant , inſtar *Fur potētiſ-*
ſe habet pecoris. Haud dubiè nō in cę *ſim' mors.*
E lum ducetur, ſed in macellum . Fur
eſt Mors potentiſſimus, cuius manus
effugere nemo valet , omniū domos
pfodit, omnes ſpoliat. Mille habet mā
chinas quib. corpora labefactat , atq;
euertit; quædam morbis , alia aquis,
alia flammis, alia fame , alia ferarum
dentibus, atq. vnguibus. alia bello at
que gladijs concutit, ac diruit. In ope
re ſemper eſt, aliquid ſemper demoli

tur, tandem omnia æquat ſolo. Habent enim fundamenta valdè infirma, nempe lutea. Iob. 4. *Qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea, &c.* Tineę mors eſt ſimilis, ex veſte oritur tinea, ex corpore ipſo oritur mors tacitè abſque ſtrepitu veſtem tinea exedit, & hominem mors. Non vociferatur hic fur, tacitus domum perfodit. Vigilemus ergo quia neſcimus diem, neque horam, vigilemus, animique oculos in æternitatem apertos, atq; intentos ſemper habeamus.

Iob. 4.

Qui hora non putatis Filius hominis veniet.

HOra eſt incerta, ſed præparatio debet eſſe certa, ſi furis aduẽtus eſt dubius, non eſt etiam patrisfamilias præparatio dubia. Quia dubiũ eſt qua hora ſit fur venturus, omnib. horis paterfamilias eſt præparatus, ne fortè illa hora veniat, qua præparatus non fuerit. Si hora fueris, id eſt, mortis, incerta eſt, præparatio ſit certa, ne fortè cũ venerit hora furis certa, nos damnet præparatio incerta. Vna eſt hora furis; ſed omnes horæ ſunt præparationis. Mors adueniet tamquam fur hora vna; at nos oportet eſſe præparatos horis omnib. Certiſſima eſt mors, & incertiſſima, certiſſima, quia certiſſimè venit, incertiſſima, quia incertiſſimum eſt tempus quo veniet. Salomon Eccleſiaſt 9. *Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capiũtur homines in tempus malo cum eis ex templo ſuperuenerit, &c.* Idcirco autem tempus mortis ignoratur, vt numquam præparatio omittatur. Horam vltimã (ait D. Gregorius homil. 13.) Dominus idcirco nobis voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur, &c. Haymo Ideo Dominus voluit nos latere vltimum diem, vt dũ ignoratur vnus, obſeruentur omnes, &c. Marc. 13. *Vigilate* [ait Dominus] *neſcitis enim quando Dominus veniat, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cũ*

De præparatióe ad mortem.

Eccleſ. 9.

A *venerit inueniat vos dormientes, &c.* D. Hilar. Math 24. Paratos (inquit) nos eſſe conuenit. Quia diei ignoratio intẽtam ſollicitudinem ſuſpenſæ expectationis exagitat, &c. Intentam ſollicitudinem poſtulat D. Hilarius, & ſuſpenſam expectationem. Etenim ſollicitè intentos nos eſſe oportet præparationi, & terrenarum oblitos curarum, ex expectatione Chriſti pendere. Denique D. Gregor. homil. 13. Sic B mors cum venerit, vincetur, ſi priuſquam veniat ſemper timeatur, &c. Nam ſi ſemper mors timeatur, timor nos ſemper ad præparationem ſtimulabit. Qualenenam deſideras mortem? Placidamne, tranquillam, dulcem? Qualem horres? Amaramne turbulentam, timoris aculeis cor trãſfigentem? In tua eſt poteſtate, iuuante Deo, qualem cupis mortem talem efficere. Placidam, tranquillam, dulC cem efficies; ſi te tota vita ad moriendum præparaueris, feram enim hanc ſæuamque leænam præparatio, vitaq; bona, manſuetam reddit. Amaram mortem, turbulentam; vepribus, ſpiniſque horridam efficies, ſi te minime præparaueris, ſi illi ſtimulos, & vepres non ademeris, id eſt, peccatum. *Stimulus enim mortis peccatum eſt.* 1. Cor. 15. Mors fur eſt malis, tamquam fur perfodit domum corporis, & ſpoliat, ra-D pitque omnia, corpus ſepulchro animam liberat, & in opulentiſſimum cœli palatium ducit. Qui incarcere degit, poſtquam mortis audit ſententiam, totum ſe præparationi tradit, peccata dolens expiat confeſſione, curas inanes animo pellit, orat, vigilat, eleemoſynis ſibi viam ſternit. In carcere corporis ſumus omnes, mortis ſententia à Deo lata iam eſt; abſque dubio moriemur omnes, ſententia E non reuocabitur. Poſt ſententiã mortis latam, qui ſapit, præparationi vacat, cætera floccifacit, quæ ad mortẽ non præparant.

Magnam, longam, diligentemque præparationem flagitat prælium, nauigatio, & reddenda de magna pecuniæ copia ratio. Prælium atrociſſimũ infert Mors, & irreparabile. Nauigatio tunc initur in regionem maximè

D. Hilari.

D. Gregor.

De præparatione ad mortem.

Mors quæ ſit deſiderabilis.

Quæ requirũt magnã præparationem.

diſtantem, nempe in orbem alium, eaque maximè periculoſa; reddenda ratio eſt non de pecunia ſolum, ſed de actis omnibus, verbis, & cogitationibus. Qui vero ad hoc prælium imparati veniunt à morte ſuperati, æternisque catenis alligati, perpetua, duriſſimaque ſeruitute opprimuntur. Qui hanc nauigationem abſque præparatione ſuſcipiunt, horrendum omnes naufragium faciunt. Qui hanc rationem malè reddunt, ſempiternis flammis mancipantur. Ecquis igitur adeo è mentis ſtatu deturbatus erit, qui ad hoc prælium, ad hanc nauigationem ad hanc rationem reddendam diligẽtiſſimè ſe non præparet, totoque vitę ſpatio non prę muniat? Iob 18. *Auellatur de tabernaculo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi Rex interitus.* En tibi Mortis victoriam, & de imparato homine triumphum. Omnes diuitias, in quibus fiduciam collocauerat, ex tabernaculo, ſiue domo eius auellit, vt milites victores tabernacula ſpoliant; ſic Mors victrix hominum domos diripit

A prætereà calcat ſuper impios quaſi Rex, in ſeruitutem eos redigit perpetuam, perpetuoque conculcat. Inijt nauigationem Ionas, ſed in mare eſt præcipitatus, & à ceto deuoratus. Idipſum tibi continget, ſi imparatus nauigationem ineas, à ceto illo horrendiſſimo; id eſt, Orco deuoraberis: nec tibi id eueniet quod Ionę, Ionam euomuit cetus, te euomet numquam Orcus, perpetuo retinebit. Iam vero

B quid is patiatur, qui rationem malè reddit docet ſeruus ille quem Matth. 18. *Eam ob rem, iuſſit Dominus venumdari & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat.* Ille tamen Dominum rogauit opportuno tempore, debitique remiſſionem eſt aſſecutus. At poſt mortem importunum eſt rogandi tempus, etiam ſi per totam ęternitatem clames *patientiam habe in me, & omnia reddam tibi:* minimè exaudieris. Nunc tempus

C eſt oportunum, ſubduc nunc rationẽ habes vnde reddas, redde. Apud inferos neque teruntium ſoluere poteris.

CAPVT V.

De parabola diſpenſatoris.

LVCAS CAPITE XII. Verſ. 41

AIT autem ei Petrus; Domine ad nos dicis hanc parabolam, an
42 & ad omnes?* Dixit autem Dominus? Quis putas eſt fidelis di
ſpenſator, & prudẽs, quem conſtituit Dominus ſuprà familiam
43 ſuam, vt det illi in tempore tritici menſuram?* Beatus ille ſer-
44 uus, quem cùm venerit Dominus inuenerit ita faciẽtem.* Verè
45 dico vobis, quoniam ſuprà omnia quæ poſſidet, conſtituet illum.* Quòd ſi di-
xerit ſeruus ille in corde ſuo: moram facit Dominus meus, venire, & cęperit
46 pcutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.* Veniet Dominus
47 ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua neſcit, & diuidet eũ. partẽq. eius
48 cũ infidelibus ponet.* Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem Domini
ſui, & non præparauit, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, vapulabit
multis.* Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.
Omnia autem cui multum datum eſt multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multùm, plus petent ab eo.

Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes?

Petri interrogatio vnde cyta ſit.

LOquatur Chriſtus cum diſcipulis coram hominum multitudine vt verba illa oſtendunt, *dixitque ad diſcipulos ſuos, ideo dico vobis: nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis, &c.* Omni rerum terreſtrium ſollicitudine illos liberauerat; regnum fuerat pollicitus *Placuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Poſſeſſiones vẽdere docuerat *Vendite quæ poſſidetis, &c.* Poſt hæc parabolam propoſuit: *Sint lumbi veſtri præcincti, &c.* Adiunxit & alteram de patrefamilias vigilante, ne fineret perfodi domum ſuam Dubitauit Petrus an hęc parabola diſcipulis tantũ eſſet dicta, an ẽt turbæ? Nomine autem parabolæ vtrãque parabolam videtur intellexiſſe: quia eundem in finem tendebat vtraque, nempe vt demonſtraret Dominus vigilandum eſſe Chriſtus autèm Petri quęſtioni non reſpondet aperte ſed aliam parabolam prædictis adijcit, quæ ipſi Petro, Eccleſięque paſtoribus congruit; Theophylactus, interrogauit (inquit) Petrus, vt curam omnium habens, & pro auditoribus ſollicitus, tamquam fratrum amator, & cui iam concredita Eccleſia, num ad omnes parabolam dicat? Dominus vero non manifeſte ad interrogationem reſpondet, ſed occulte quodammodo indicat, quod dicta parabola communis ſit, & ad omnes quidẽ pertineat fideles, & ad vos Apoſtolos, & imprimis eos qui vel doctrina, vel dignitate præſunt. Verum audi, quiſnã ſit fidelis, ac prudens diſpẽſator. Hęc ille. Caietanus exiſtimat Petrum ſic rogaſſe, quoniam parabola poſterior ex patrefamilias ſumpta eſt, ille autẽ nouerat ſe, & condiſcipulos ad officiũ vocatos patrisfamilias, id eſt, ad gubernandam Eccleſiam, Caietanum ſequitur Ianſenius.

Petrus vt curam omniũ habens Christum interrogat.

Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens.

ADijcit Dominus prędictis parabolam ex ſeruo ſumptam, quem A Dominus familiæ propoſuit cibi diſpenſatorem. Indicat autem parabolarum præmium illi prępoſitum, qui recte tradito fungitur munere, tum ſupplicium de illo ſumendum, qui vitijs ſe mancipat, officijq. debitũ negligit. Quis putas, Gręce τίς ἄρα, *quiſnam eſt fidelis diſpenſator*, οἰκονόμος, *œconomus, & prudens, quem Dominus ſuæ familiæ prapoſuit*, ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας, hoc eſt, *quem conſtituit ſuper familiam famulorum*, θεράπων, *ſeruum* B ſignifica, & *famulum*, θεραπεία, ſignificat *ſeruorum*, vel *famulorum familiam*. Huic familiæ ſeruus prępoſitus dicitur. Nã ſeruus erat aliis præpoſitus ſeruis. Seruum autem fuiſſe præpoſitum ex illis verbis conſtat infra, *ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire &c.* Eſt autem conſtitutus ſuper familiam ſeruorum, vt eis tritici menſuram tempore congruo diſtribueret C Gręcè, σιτομέτριον, id eſt, *menſuram tritici*, vel *demenſum*, quaternos autem frumenti modios, quolibet menſe ſerui à Dominis ſuis accipere ſoliti erãt idque demenſum appellatur. Tempus igitur congruum menſes ſingulos ſignificat, vt Ianſenio placet. Tempore enim congruo, id eſt, ſingulis menſibus hæc menſura frumenti ſeruis dabatur. Verum hic mos Etnicorum erat: Chriſtus vero de more loquebatur D Iudæorum, quos hunc habuiſſe morem incertum eſt Habuiſſe tamen morem dandi ſeruis tritici menſuram ex hoc loco colligitur, an vero ſingulis hebdomadis an ſingulis menſibus, quàve menſura dederint; ignoratur. Prouerbiorum 31. *Dedit prædam domeſticis ſuis, & cibaria &c.* Hebraicè, חק *choK, ancillis ſuis*; id eſt, *ſtatutum cibum*, ſignificat enim Hebræum nomen. חק *choK, ſtatutum, & conſue-* E *tudinem.*

Parabola diſpenſatoris prudentis.

Demenſum quid ſit.

Dubitatur an ſeruus hic fuerit domus diſpenſator, ita vt non ſolum triticum diſtribueret familiæ, vẽrum ẽt familiam gubernaret. Abulenſ. Matth. 24 quæ. 253. vult ſolum diſtribuendi cibum habuiſſe curam probatur, quoniam ſi domum gubernaret, non eſſet poſtea tradita illi gubernatio domus, pro præmio, quod ſignificant

An hic fuerit totius domus prapoſitus.

illa verba *Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus inuenerit ita facientem. Vere dico vobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet eum, &c.* Præterea Dominus ait: *Quis putas eſt fidelis diſpenſator, et prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det eis tritici menſuram?* quaſi ſolum hæc illi cura eſſet. Veriſimilis eſt ſententia. Altera quoq; eſt probabilis, videlicet fuiſſe domus œconomum, & diſpenſatorem, cui commiſſa eſſet famulorum gubernatio. Cum vero prudenter ac fideliter gubernantem Dominus ſeruum inueniſſet, ſuper omnia alia bona, quæ poſſidebat, eum conſtituit. Dominus vero vnius tantum rei meminit, ſcilicet, diſtributionis menſuræ tritici, reliqua prætermiſit.

Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem.

PRæmium ſerui prudenter, fideliterque familiæ cibum diſtribuentis proponit. Aduerte autem Dominum alium in locum diſceſſiſſe, ſeruũ verò abſente Domino fidelitatẽ prudentiamq; conſeruaſſe, ideoq; ait. *Beatus ſeruus, quem cum venerit*, id eſt, redierit *Dominus inuenerit ita facientem*, hoc eſt, cibum fideliter prudenterq; ſeruis impertientem.

Supra omnia, quæ poſſidet, conſtituet eum.

Premiũ boni diſpenſatoris.

ERat ſeruus conſtitutus ſuper familiam, vt cibum diſtribueret: fideliter, prudenterq; datum munus adminiſtrauit, ad maiora euehitur, præmioq; afficitur. Supra famulos conſtitutus erat, iam conſtituitur ſupra omnia, quæ poſſidet Dominus. Famulis cibum diſpertiebat; iam omnib. Domini prædijs, & poſſeſſionibus præficitur. Qui in minoribus fideliter, prudenterq; ſe gerunt, digni ſunt, qui ad maiora euehantur; at euehuntur aliquando indigni, iacent digni.

Obſerua diſpenſatoris virtutes eſſe fidelitatem, & prudentiam: fidelitatẽ, ne quid ſurripiat, ne fraude aliqua vtatur, ne res ſibi creditas detrimẽti

A aliquid accipere patiatur. Prudentiã, vt prudenter rebus Domini, & familiæ conſulat. Hæ duæ virtutes in omnibus Reipublicæ œconomis, & gubernatorib. maxime requiruntur. Nam ſi deeſt fidelitas ij, qui Rempublicam adminiſtrant, quidquid ſurripere poſſunt, ſurripiunt, fraudib. vtuntur, & dolis de Reipublicæ detrimento minimè curant. Si prudentiæ lux abeſt, & conſilij, & ſi adſit fidelitas, tenebris

Diſpenſatoris virtutes fidelitas, & prudentia.

B circũfuſi negotia recte expedire, gubernaculaq; tractare neſciunt. Chryſoſtomus ho. 78. in Matthæum. Flagitat [inquit] prudentiam Dominus, atque fidem, fidelem diſpenſatorem appellat, quoniam nihil ex reb. Domini ſibi attribuit, neq. incaſſum quidquã expendit; prudentem autem, quia diſpenſare nouerit, &c. Diſpenſatores ſunt Eccleſiæ gubernatores, non. n. ſuperbe dominantur, ſed humiliter

Chryſoſt.

C diſpenſant diuina, iuxta illud. 1. Pet. 5. *Neq; vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo, &c.* & Paulus 2. Corinth. 1. *Non dominamur fidei veſtræ*, & 1. Corinth. 4. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, &c.* Non ait, exiſtimet nos homo dominos, ſed *miniſtros, & diſpenſatores.* Ideo Bernardus ad Eugenium ſummum Pontificem lib. 3. de conſideratione. Nullum [inquit] gladium æquè

Humilitas diſpẽſatoris

1 Cor. 4.

D tibi formido, ſicut dominandi libidinem, &c. ad Rom. 11. *Miniſterium meũ honorificabo,* ait Apoſtolus, & D. Bernard epiſt. 42, ad Archiepiſcopum Senonenſem Exemplo (inquit) Apoſtoli *miniſterium veſtrum honorificabitis.* Miniſterium inquam non dominium. Ipſum itaque honorificabitis, nos vos, Nam qui quærit quæ ſua ſunt, ſe cupit honorari, non miniſterium, &c. Quo autem modo dignitas diſpenſa-

Rom. 11.

D. Bern.

E toris, & paſtoris, ſit honorificanda, docet his verbis conſequentibus. Honorificabitis autem, non cultu veſtium, non equorum faſtu, non amplis ædificijs; ſed ornatis morib. ſtudijs ſpiritalib. operibus bonis, &c.

Prælati quo modo ſuum honorificet miniſteriũ.

Ait autem Dominus: *Qui putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens?* ex ſententia Theophylacti, vt oſtendat quod rarus talis ſit, & inuentu difficilis. Itẽ

Chryſoſtomus initio libro 1. de ſacerdotio non ait dominus; *Quiſnam eſt fidelis ſeruus, & prudens?* quod ei ignotus ſit fidelis, ac prudens ſeruus; ſed qđ exprimere velit, tum hoc opus, quam rarum ſit, tum quę ſit functionis huius amplitudo, &c. Et gloſſa Ordinaria: Quam rarus eſt Domino propter Dominum, oues Chriſti non ad lucrū ſed amore Chriſti paſcens, &c.

A

Fidelitas in Eccleſiaſtico fulgeat diſpenſatore, fulgeat & prudentia, fideliter diuina tractet Sacramenta, diuina verba, Eccleſiæ opes & negotia, ac prudenter. Det populo tritici menſuram, hoc eſt, diuini verbi cibū pro captu auditorum, det Sacramētorū frumentum, quo alitur Eccleſia, paſcat oues tritico, non paleis, ad tritici mēſuram, non fęni, hoc eſt, fortia, ſolidaque prædicet, non mollia, & parū vtilia. Nam vt Ambroſius ait ſermone 85, tūc auditor proficit, quando auſteriora annunciat prædicator, &c. Lege Gregorium 3. par. paſt. cap. 5. Det præterea pauperibus tritici menſurā hoc eſt, frequentes eleemoſynas, hoc enim proprium præſulis eſt, eleemoſynis fulgere. Deniq. honorem non ambiat, aut ſuperbè quęrat, ſit diſpenſator, quem Dominus conſtituit ſuper familiam ſuam, conſideret que diligenter cuius nam familia ſit, ſuper quam eſt conſtitutus, & quorſum ſuper eam ſit conſtitutus. Familia Dei eſt, eſt ergo magna cum ſollicitudine gubernanda, ſuper familiā Dei conſtitutus eſt, vt det ei tritici, non palearum menſuram, hoc eſt, vt illam paſcat, exemplo, verbo, correctione, cibo quoque materiali pauperes. Quemadmodum ſuper familiam conſtitutus eſt honore, ſic conſtitutus ſuprà ſit virtute, ne ſit infra familiam morib. qui ſupra familiam eſt honoribus. Sit ſupra familiam cura, ſed infra familiam humilitate, *ſubiecti inuicē in timore Chriſti*, (ait Paulus ad Epheſ. 5.) In quæ verba Hieronymus ſic ſcribit. Audiant hæc Epiſcopi, audiant presbyteri, audiat omnis ordo doctorum, ſubiectis ſuis ſe eſſe ſubiectos, & imitentur Apoſtolum 1. Conrin. 9. dicentem; *Cum eſſem liber ex omnibus, omnium meipſum ſeruum feci, vt omnes lucrifacerem* Item: hoc intereſt inter gentium principes, & Chriſtianorū, qđ illi dominantur ſubditis, nos ſeruim⁹ & i eo maiores ſumus, ſi minimi omnium fuerimus, &c. Quem ſic facientem Dominus inuenerit, beatus eſt ſeruus. Quemadmodum enim eū Dominus, ſuper omnia, quæ poſſidebat, conſtituit, qui fidelis, & prudens fuit diſpenſator: hoc eſt, quemadmodum eum prçmio affecit, & ad maiora euexit, ſic etiam Eccleſiaſticum diſpenſatorem præmio afficiet Deus, & ad cęleſtia bona, quæ huius ſęculi bona omnia longiſſimè ſuperant, euehet. 1. Pet. 5. *Cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis, immarceſſibilem gloriæ coronam, &c.* De diſpenſatoribus, & paſtoribus Eccleſiæ loquitur.

B

Fortia, ſolidaque prædicanda.

Ambroſius.

Virtutes diſpenſatoris boni.

Epheſ. 5.

D. Hieron.

1. Cor. 9.

1. Pet. 5.

C

Moram facit Dominus meus venire.

BOni diſpenſatoris imaginem propoſuit, ſeruum fidelem, ac prudentem, præmiumque, quo afficitur, indicauit Mali diſpenſatoris ſimilitudinē adiungit, ſeruum infidelem, atque imprudentem, ſupplicium que, quod de illo ſumitur oſtendit. Conſtituit Dominus ſeruum ſuper familiam ſuam v; illi tritici daret menſuram, abijtq. in alium locum. Seruus vero abſente Domino, & negotijs immorante, in ſeperbiam elatus, veluti Dominus ſeruos, atque ancillas, cępit percutere, genioque indulgere, & bona Domini diſſipare. Vino, commeſſationibus, & potationibus vſque ad ebrietatem vacans: quibus rebus neque fidelitatem erga Dominum, neque prudentiam ſeruauit. Redijt Dominus eo tempore, atque hora, qua minimè expectabatur, ſumpſitque meritum de ſeruo ſupplicium.

D

Parabola mali diſpenſatoris infidelis, et imprudentis.

E

Et diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet.

SVppliciū mali diſpēſatoris indicat Diuidet eū, Græce διχοτομήσει: ſigni-

Digitized by Google

ſupplicium male diſpenſatoris.

ſignificat autem verbum Græcum, *in duas partes diuidere*. Hoc ergo ſupplicium de improbo diſpenſatore Dominus ſumpſit, in duas partes hominem diſſecuit,& vita priuauit. Sic exponit Caietanus, neque repudiat Ianſenius, Lyranus, diuidet (inquit) eum ſeparãdo animam a corpore, hoc eſt, diuidet in has duas partes. Origenes quoque ita videtur interpretari homilia trigeſima prima in Matthæum. Sic enim ſcribit; vt timeamus illud, quod ait: *diuidet eum*, conuenit recordari ea, quæ à Daniele ſunt dicta contra presbyteros malos, quoniam, *Angelus Domini habens gladium accepta ſententia ab eo ſcindet te medium*. Scindens autem diuidet, hæc ille. In Biblijs Regijs, hoc eſt verbo Luc. 12. διχοτομήσει αὐτὸν, *diſſecabit eum*, quæ hunc ſenſum indicat. Eodem modo vertit Pagninus, & Iſidorus Clarius. Denique hic ſenſus D. Chryſoſtomi eſt, homil. ſeptuageſima octaua in Matthęũ (niſi nos fallit illius interpres.) In duas (inquit) partes incidi ſeruum illum imperauit, &c. Obijci poteſt huic ſenſui; non fuiſſe morem apud Iudæos diſſecandi ſeruos. Reſpondetur, Dominum non ex more vulgari Iudæorum loqui, ſed his verbis ſupplicium ſignificare magnum. Grauiſſimum enim ſupplicium eſt diuiſio corporis in duas partes. Huiuſmodi cruciatum Iſaias Propheta pertulit, ſub Manaſſe Rege, vt Origenes, & alij tradunt, & nos diximus tom. 1. libro 5. capite 25. non ergo omnino alienus erat à Iudæis. Eſt ſenſus, diuidet malum diſpẽſatorem in duas partes, diſſecabit illum medium, & partem, id eſt, ſortem eius ponet cum infidelibus ſeruis, qui fidelitatem Domino non ſeruarunt. Pars enim cuiuſque dicitur ſors, & id quod cuiq; obuenit ex hæreditate. Non videntur hæc verba rectè congruere cum diſſectione. Nam ſeruus occiſus nõ poteſt cum alijs infidelib. ſeruis, qui viuunt, habere partem. Reſpõderi poteſt ſenſum hunc eſſe: *Diſſecabit eum, & partem eius cum infidelibus ſeruis ponet*: hoc eſt, eo ſupplicio afficiet, quo ſerui infideles afficiuntur. Pars eius erit ſimilis

Diuidere in duas partes fuit Hebræorum mos.

A parti infidelium ſeruorum, horum autem pars eſt diſſectio, & occiſio. Vel, loquitur Dominus de ſeruo diſſecto, ſed viuente, quod attinet ad alteram partem, videlicet animam, hoc ſenſu: *partem eius ponet cum infidelibus*, quia animam viuentem in Tartarum mittet, vbi ſocia erit infidelium ſeruorum, poſt iudicium mittet totum ſeruum, tum anima, tum corpore conſtantem, atque ita pars eius diſ-
B ſecti, ac viuentis, erit cum infidelibus in Tartaro.

Tertullian.

Eſt alter ſenſus, *& diuidet eum*, id eſt, ſeparabit, ſic vertit Syriaci Euangelij interpres, ſic Euthymius intellexit Matth. 24. Separabit (inquit) ab eo diſpenſandi dignitatem, aut diuidet eum à ſuis cultoribus, &c. Tertullianus etiam lib. 4. contra Marcionẽ, cap. 29. Sic interpretatur: ſegregabitur, & pars eius cum infidelibus po-
C netur, &c. Ita etiam alij exponunt. Sic locus exponendus eſt: Diuidet prauum diſpenſatorem, id eſt, ſeparabit à familia ſua, & a ſeruis ſuis fidelibus, & cum ſeruis infidelibus, in ergaſtulo, & ſupplicio coniunget. Hic ſenſus probabilior videtur, quia videtur Dominus loqui de ſeruo viuente, cum ait: *partemq́; eius cum infidelibus ponet*. Separationem ergo, & diuiſionem indicat, non ſolum ab officio, & dignitate
D diſpenſandi, quam inter cęteros ſeruos habebat; ſed etiam à conuictu reliquorum ſeruorum fidelium & detruſionem in ergaſtulum cum ſeruis infidelibus, qui Domino fidelitatem debitam non præſtiterunt.

Hoc prauo diſpenſatore Eccleſiæ praui diſpenſatores, ſiue præſules adumbrantur, qui Deo debitam fidelitatem non exhibent, & prudentia carent, imprudenter enim populo præ-
E ſunt, maluntq; ſe auſteros, duros, atque intractabiles exhibere, quam benignos, ac clementes. *Cepit* (inquit) *percutere ſeruos, & ancillas*, intellige immeritò, & imprudenter. Nam ſi merito, ac prudenter, ſeueritate aliquãdo vtatur diſpẽſator, quæ opus ſit ad corrigenda vitia, quis nõ laudet? Magna prudentia opus eſt ad percutiẽdos ſeruos & ancillas Dei, id eſt, ad cõijciẽda anathe-

Diſpenſator ſeueritate vti quandoque poteſt.

Digitized by Google

anathematis fulmina,aliaq; huiuſmo-
di remedia exercenda ; magna quoq;
ad ſuauem adhibendam medicinam :
Prudens diſpenſator,prudenter vtru-
que præſtat,& percutit, & mulcet,&
Exemplum malũ diſpẽſatoris. pungit, & vngit. Imprudens ira ex-
candeſcit,faſtu excæcatur,& inſtar cę-
ci, vel quos percutiat , vel quomodo
Theophyl. percutiat,neſcit. Aliter quoque hi ſer
uos percutiunt , & ancillas exemplo
malo. Theophyl. verberant ſeruos,&
ancillas præſides , hoc eſt,offendiculo
ſunt infirmioribus Eccleſię , quorum
percutiunt conſcientiam,&c. Præte-
rea prauus diſpenſator *cœpit edere,& bi
bere , & inebriari* . Imprudenter illud ,
hoc infideliter : nec fungitur fideliter
munere Eccleſiaſtico,nec prudenter:
qui ſeipſum, non oues, lautiſſimè pa-
ſcit,qui cibi,potuſq; auidus eſt,qui Ec
cleſiæ opes in veſtes pretioſas,epulas,
venaticos canes,ludos, aliaque peiora
infideliter inſumit. Numquid ad hæc
vitia Eccleſiæ dantur opes ? Minimè,
infideliter Eccleſiaſtica tractat bona,
qui ſic tractat. Fidelis,deſpenſator,or
phanis,viduis,pauperibus,pijſq; alijs
operibus,non corpori ſaginando,hęc
fideliter impendit . Vndenam hæc
oriuntur mala ? videlicet ex mortis ,
iudicijque obliuione. Audi diſpenſa-
torem imprudentiſſimum.

Obliuio mortis. *Moram* (inquit) *facit Dominus meus ve-
nire.* Quia Dominus moratur , ille ad
malum feſtinat ; quia Dominus pa-
tienter illum non percutit,ille ſeruos,
& ancillas percutit,quia Dominus o-
pes datas auferre cunctatur , ille in
commeſſatione,atq; libidines eas in-
ſumere properat *Moram* (ait) *facit Do-
minus venire* , longa ſupereſt vita deli-
Haymo. ciemur. Rectè Haymo ait Luc.12. So
let hoſtis in parte tepidos decipere
Chriſtianos , vt quibus ſuadet culpâ ,
longam promittat & vitam,&c. Non
indulget ille genio, non mancipat ſæ-
uitijs, qui mortem præ foribus adeſſe
videt: longè a ſe mortem abigit, lon-
gam ſibi vitam depingit,qui peccatis
audet vitam committere. Longam in
vita moram hic ſibi promittebat , id-
circo vitijs habenas laxabat. Hæc om
Theophyl. nia (ait Theophylactus) contingunt
infideli ſeruo , ex eo quod dicit ; *Mo-*

A *ram facit Dominus meus venire.* Præ igna
uia enim hoc facit , non cogitans ho-
ram mortis,&c.

Moram facit Dominus,ſed tandem
venit; *Veniet* (inquit) *Dominus ſerui il-
lius,qua die non ſperat, & hora, qua neſcit,
&c.* Abacuc 3. *Si moram fecerit,expecta il
lum , quia veniens veniet , & non tardabit,
&c.* Ezechiel.12. Iudæi prouerbio vul *Ezech. 12.*
gari Dei moram indicabat: *Quod eſt
prouerbium iſtud* (ait Dominus) *vobis in*
B *terra Iſrael? dicentium , in longum differen-
tur dies,& peribit omnis viſio, &c.* At Do-
minus affirmat vēturum tandem ſup-
plicium,& ſi differatur. *Ideo*(ait)*dic ad
eos:hæc dicit Dominus,quieſcere faciam pro-
uerbium iſtud , neque vulgo dicetur vltra in
Iſrael, & loquere ad eos,quòd appropinquaue
rint dies,& ſermo omnis viſionis, &c.* Mo-
ram facit Dominus ; ſed tandem ve-
nit. Bonus ſeruus,vt dictum ſupra eſt,
expectat Dominum ſuum, quando re *Supplicium mali præſulis.*
C uertatur à nuptijs ; improbus Domi-
num non expectat , *reuertitur Dominus
in die,qua non ſperat,& hora qua neſcit*, im
paratum reperit, ſuppliciumque de
eo acerbiſſimum ſumit. *Diuidet* (in-
quit) *eum, partemque eius cum infidelibus
ponet,* diuidit eum,vel diſſecat in duas
partes, cum animam à corpore ſepa-
rat ; partem eius cum infidelibus po-
nit,cum in Orcum mittit, vbi infide-
les ſerui , qui Deo debitam fidelitatē
D non pręſtiterunt,ſempiterno torquen
tur cruciatu . Vel,*diuidit eum*,id eſt, à
dignitate , ab officio , à ſocietate San-
ctorum ſeparat, & cum damnatis ſer
uis in ergaſtulo,id eſt,Tartaro ſociat.
Hæc pars eſt impiorum , iuxta illud
Apoc.21. *Timidis autem,& incredulis,&
execratis,& homicidis, & fornicatoribus,&
veneficis,& idololatris, & omnibus mendaci
bus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne,
& ſulphure, &c* Sap.6. *Iudicium duriſſi-*
E *mum ijs qui præſunt fiet,&c.*

*Ille ſeruus qui cognouit voluntatem Domini
ſui,& non præparauit , & non fecit
ſecundum uoluntatem eius,
vapulabit multis.*

PRęclarum documentum tradit Do
minus diſpenſatoribus , Eccleſiæ-
que doctoribus,quibus Dei voluntas

A cognita eſt, & explorata, videlicet, ſeruum, qui voluntatem Domini nouit, neq; tamen fecit, grauius (ſi cætera paria ſint) torquendum, quam illũ, qui Domini voluntatem neq; nouit, neque fecit. Dixerat malum diſpenſatorem grauiter puniendum; hoc loco docet grauius puniendos diſpenſatores, Eccleſiæ præſides, & paſtores, quã rudes, & imperitos homines; intellige (vt dixi) cæteris paribus. Quoniam paſtoribus doctis voluntas Dei nota B eſt; rudibus, & imperitis hominibus multis in rebus ignota.

Doctiores cur grauius puniatur.

Quæſtio eſt, de quanam ignorantia loquatur Dominus; de illanè quam vincibilem vocãt Theologi, an de inuincibili? Reſpondetur, loqui de ea, quæ vinci poteſt: nã inuincibilis à culpa liberat, quæ autem vinci poteſt, nõ liberat à culpa, ſed leuiorem reddit. Illa ergo verba; *Qui autem non cognouit*, ſcilicet voluntatem Domini, *& fecit digna plagis, vapulabit paucis*, C de ignorantia intelligenda ſunt, quæ vinci potuit. Is enim qui hanc habet ignorantiam, digna fecit plagis, quoniam peccata cõmittit, & vapulat paucis, quia leuiora ſunt peccata, quàm ſi cum cognitione voluntatis Domini coniuncta eſſent. Vapulabit autem paucis ignorans voluntatem Domini; ſed tamen in ſempiternum vapulabit. Varia enim in tartaro ſunt ſuppliciorum genera. D Lege D. Baſilium in Regul. breuioribus interrogat. 267. Illud (inquit) *vapulabit paucis*, non finem, ſed diuerſitatem ſupplicij declarat, &c.

De quanam ignorãtia loquatur Chriſtus.

D. Baſil. Suppliciorũ varia in inferno ſunt genera.

Eſt alia huius loci interpretatio huiuſmodi, ſeruus qui nouit voluntatem Domini ſui, voluntatem (inquam) veniendi ad iudicium, & nõ fecit ſecundum eam, vapulabit multis. Nouerũt autem omnes Chriſtiani Deum velle ad iudicium venire; is autem ſeruus, E qui non cognouit hanc Domini voluntatem, vt Ethnicus, qui Deum ad iudicium venire velle ignorat, *vapulabit paucis*. Non placet, quoniam perſpicuũ eſt, Dominum hic loqui de voluntate Dei, qua vult nos mandata obſeruare: non facere enim ſecundum voluntatem Dei eſt, illius legi obedientiam minimè præſtare.

Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo.

INdicat Dominus alia ratione præſides Eccleſiæ, & diſpenſatores, ſeuerius iudicandos, & damnandos, quia multa illis tradita ſunt, quorum rationem ſunt reddituri. *Omni* (inquit) *cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo*. Diſpenſatoribus autem Eccleſię, & paſtoribus multum datum eſt, & plus quidem, quam reliquis hominib. ergo in iudicio plus ab eis exigetur, grauiuſq; erit iudicium, quia multarum rerum reddent rationem. Nimirum non ſui tantummodo corporis, & animæ, ſcientiæ, pecunię; ſed totius etiam gregis commiſſi. Vnde illud D. Pauli ad Hebr. 13. *Ipſi peruigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris, etc.* Cum augentur dona (ait Gregorius hom. 9. in Euang.) rationes creſcunt donorum, tanto ergo humilior, atque ad ſeruiendum promptior quiſque debet eſſe ex munere, quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit, in reddenda ratione, &c. Non conijciat oculos præſul in dona, honorem, opes, cęteraque huiuſmodi, conijciat potius in obligationem reddendę rationis, ſi non vult inflari. Multum commendatur (ait Beda Luc. 12.) cui cum ſua ſalute, dominici quoq; gregis paſcendi cura committitur. Itaque *potentes potenter tormenta patiuntur, & fortioribus fortior inſtat cruciatio*: hoc eſt, maiori gratia donatos ſi deliquerint, maior vindicta ſequetur: hæc Beda.

Cum augentur dona rationes creſcunt, donorum. *D. Gregor.*

Sed cur ait Dominus; *Cui commendauerunt multum, plus petent ab eo*, numquid non eſt ſatis reddere, quod datum eſt, etiamne plus exigitur? Reſpondetur hic agi de lucro, quod à prælatis expetitur. Non enim ſatis eſt talẽta tradita reſtituere Domino, oportet & lucrum adijcere. Theophyl. *Cui commendauerunt* (inquit) intelligere debes, cui mutuum datum eſt ad vſurã. Vſura enim commendatum, & depoſitum hic ſignat &c. Euthymius: Tanquam ab eis, qui multa receperunt talenta, multum lucri à paſtoribus Eccleſiæ

Lucrum animarum expetit Dominus à prelatis.

Eccleſiæ

cleſiæ quæretur. Item: Cui multam A ſummam ad negotiationem commendauerunt, plus lucri ex negotiatione petent ab eo. Ita Chriſtus, cui multū gratiæ commendauit, plus petet ab eo: ei enim concredita eſt non ſolum propria ſalus, ſed etiam populi, &c. Explicat hæc verba parabola à ſeruis ſumpta Matth. 25. quibus Dominus talenta tradidit. *Qui quinque talenta acceperat, abijt, & lucratus eſt alia quinque: Similiter, qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui verò vnum acceperat, vnum obtulit Domino dicens, ecce habes quod tuum eſt.* Sed Dominus plus exegit, & quia ſine lucro talentū obtulit, in tenebras ſeruū ignauū iuſſit detrudi. Poſſunt hæc am pliori ſenſu de omnibus Domini ſeruis intelligi; ita vt poſtquam Dñs dixit, torquendum malum ſeruum, doceat quinam ſerui ſint grauius, & ſeuerius iudicandi. Hi n. grauius cruciabuntur, qui voluntatē Dñi nouerunt, nec fecerunt; ij ſeuerius iudicium ſubibunt, qui plura talenta acceperunt, neq; ex illis lucrum compararunt.

C A P V T   V I.

Ignem veni mittere in terram, &c.

LVCAS CAPITE XII. Verſ. 49.

IGNEM veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accenda-
50 tur? * Baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor,
51 vſque dum perficiatur? * Putatis quia pacem veni dare in terram
52 ram? non dico vobis ſed ſeparationem. * Erunt enim ex hoc
quinque in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres diuiden
53 tur: * pater in filium, & filius in patrem ſuum; mater in filiam, & filia in ma
54 trem: ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. * Dicebat autem &
ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occaſu ſtatim dicitis: nimbus
55 venit, & ita fit. * Et cum auſtrum flantem, dicitis, quia æſtus erit, & fit. * Hy-
pocritæ faciem cœli, & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo
56 non probatis? * Quid autem, & à vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?
57 * Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam libe
58 rari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex trahat te exactori, & exa-
59 ctor mittat te in carcerem. * Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſſi-
mum minutum reddas.

Ignem veni mittere in terram.

CVm ea diceret Chriſtus, quæ ſupra expoſita ſunt, deſiderium in ſe concitauit inflammandi totum orbem amoris ſui flammis, eruceemque pro hominibus ſubeundi, tum in hæc verba erupit. *Ignem*, hoc eſt, amorem, & caritatem cœleſtem: *veni mittere in terram, & quid aliud volo*; aut deſidero, *niſi vt ignis hic ardeat*, inflammetur, to- B tum orbem incendat? *Baptiſmo autem ſum baptizandus* ſanguinis mei, cum cruci fuero ſuffixus; *& quomodo coarctor*, & affligor præ deſiderio & expectatione illius, *quouſque perficiatur*. Tertullian lib. 4. contra Marcionem, cap. 29. videtur exiſtimare, ignem hoc loco ſignificare ſeparationem, de qua infra Dominus: *Putatis (ait) quia pacem veni dare in terram? non, ſed ſeparationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo vna, diuiſi, tres in duos, & duos in tres, &c.*

Ignis amor.

Verum

Verum multò ſatius eſt de ardente amoris igne Chriſti verba intelligere, qui cauſa fuit ſeparationis filiorũ a patribus incredulis,& filiarum à matribus. Quemadmodum ignis à terrenis ſordibus aurum ſeparat, ita Chriſti amor Chriſtianos ab infidelibus ſeiungebat.

D. Gregorius hom.5. in Ezechielẽ, & Beda in Lucam,ignem hoc loco ait ſignificare Spiritum ſanctum. Euthy. Luc.12 fidem,& caritatem,Theophylactus, prædicationem Euangelij, & zelum pro virtute, Ianſenius prædicationem Euãgelij, quatenus in ea vim exercet Spiritus ſanctus. D. Ambroſ. D. Bonauent. Caiet. Lyranus, Carthuſianus,& alij:amorem Dei. Hanc interpretationem ſequor, quæ reliquas cõplectitur, amor enim Dei ignis eſt vehemens, animum vitiorum ſordibus expurgans,à Spiritu ſancto inflãmatus,zelumq; parit feruidum.

Ignis ſignificationes variæ.

Deſiderium, quo Chriſtus ardebat incendendi orbem, amore, & caritate,hæc verba oſtendunt. *Quid volo,niſi vt ardeat?* Idcirco Chriſtus in terram venit, vt illam igne inflammaret diuino,hoc illius officium homines ardentes amore Dei,proximiq; incendere, cupiebat id efficere ad quod venerat. Ideo addit: *quid volo aliud, niſi vt ardeat,* in terra,caritatis flamma. Græcè legitur, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη, id eſt, *& quid volo, ſi iam accenſus eſt?* quaſi dicat, ſi iam accenſus eſt ignis amoris in terra,nihil aliud volo, vel, ſi iam accenſus eſſet, nihil aliud vellem. At nondũ eſt accẽſus,& quid volo, niſi vt accendatur? interpres ſenſum reſpiciẽs ſic vertit? *Quid volo,niſi vt accendatur?* ſed fortè aliter legit Græcè. Illuminat ignis,& calorem rebus affert: ſic diuinus amor mentẽ illuminat,diuinumque illi affert ardorem. Bona caritas (ait Ambroſius lib. de Iſaac & anima c.8.) habens alas ignis ardentis, quæ volitat per pectora, & corda Sanctorum,& exurit quidquid materiale, atque terrenum eſt. Hunc ignem in terram miſit Dominus; &c. Ignis quidẽ aqua extinguitur, ſed caritatis ignis aqua, id eſt,cruciatu,ac labore inflammatur. Cant. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, neque flumina eam, &c* Si non obruent, ſanè accendent magis,atq; magis,quo enim plura pro amato Deo, tormenta ſuſtinet, eo maior fit,& ardentior.

Chriſti deſiderium inflammandi orbem ſuo amore.

Ignis eſt carioas.

Ambroſius

Cant. 8.

A

Venit Chriſtus in terram mittere ignem caritatis: venit & cacodæmon mittere ignem cupiditatis. Chriſti igni pectora offeramus,cacodæmonis ignem penitus extinguamus. Lege Bernard. ſerm.2. de Purificatione. Habet (inquit) etiam aduerſarius ignem ſuum, ignem concupiſcẽtiæ carnalis, ignem inuidiæ,& ambitionis, quem Saluator in nobis non accendere, ſed extinguere venit,&c. Num. 10. *Nadab, & Abiu, filij Aaron, ignem alienum*, id eſt, *profãnum, non ſacrum, thuribulis impoſuerunt, igneq; correpti perierunt*. Sacer ignis e cœlo miſſus caritas eſt, hic cordis thuribulo eſt imponendus,ignis alienus,prophanus,tartareus,ignis eſt libidinis,auaritiæ,inuidiæ,hunc ſi thuribulo imponas, igne correptus æterno,in ſempiternum cruciaberis. Orci hic eſt ignis. ille Seraphinorum,& cœleſtis Ieruſalem, iuxta illud Iſaiæ 31. *Cuius,id eſt, Dei, ignis eſt in Sion,& caminus eius in Ieruſalem.*

B

Ignis cupiditas.

D. Bern.

Num. 10.

Ignis alienus quis appelletur.

C

Baptiſmo habeo baptizari.

D

QVemadmodũ ignis ex petra ferro percuſſa,id eſt, ex ſilice educitur,ſic ignis hic,de quo loquimur, ex petra, id eſt, Chriſto ferro clauorum percuſſo eductus eſt. Chriſtus enim affixus cruci, caritatis ignem nobis, & gratiã meruit. Ideo cum ignis deſiderium explicaſſet, explicat & deſiderium mortis,ex qua ignis eſt ortus. Baptiſmum mortem appellat, quoniam quemadmodũ is,qui baptizatur,aqua aſpergitur, ſic Chriſtus in morte ſuo aſperſus eſt ſanguine. Dici etiã poteſt mors Chriſti baptiſmus, ꝙ quemadmodũ baptiſmus hominis, qui baptizatur peccata oĩa eluit, ſic mors Chriſti totius mundi peccata ſufficienter ablucrit. Vnde Euthy. Luc.12. baptiſma (inquit) dixit Chriſtus ſui occaſionẽ, tanquam noſtri purificationem, &c. Huius baptiſmi vim continet baptiſmus noſter, qui omnia delet crimina.

Ignis caritatis ex Chriſto velut ſilice eductus.

E

Mors Chriſti cur baptiſmus dicatur.

Euthym.

Digitized by Google

Et quomodo coarctor, vſque dum perficiatur.

HÆc verba videtur Chriſti indicare mœrorem ad mortem vſque. *Quomodo* (inquit) *coarctor*, Græcè, συνέχομαι, *quomodo angor, comprimor, triſtitia, & in anguſtias redigor, vſque dum perficiatur?* hic baptiſmus, id eſt, quoſque moriar. Quaſi dicat, id quod poſtea dixit; *triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Matth. 26. Eſt prior ſenſus: Baptizandus ſum ſanguine meo; hunc verò baptiſmum horret natura ipſa, afficiturq; mœrore. Quomodo angor, vſq; dum moriar; Chriſtus ante oculos ſuâ ferebat paſſionem, ſuos omnes dolores, atque cruciatus, ex ijs animo percipiebat magnum mœrorem, atq; horrorem, vt indicat hic ſenſus. Volebat autem percipere animo, ex præuiſis tormētis hunc dolorem propter nos. Neque verò repugnat hic ſenſus verbis illis: *Ignem veni mitte e in terram*, illis enim deſiderium indicat inflammandi orbem amore; his vero quomodo fit inflāmandus oſtendit, videlicet per paſſionem, quam iam tūc natura perhorreſcebat. *Ignem veni* (inquit) *mittere in terram*, vt orbem facibus amoris incendam per paſſionem meam, quæ baptiſmus erit ſanguinis ſummo dolore plenus. O quam angitur animus, vſque dum in cruce animam exhalem. Qui domum igne inflammare vult, faces ſubijcit: Chriſtus orbem vniuerſum igne amoris voluit inflammare, ſubiecit igitur amoris faces, tum tota vita, tum vel maxime in morte. Amorē (inquit) veni mittere in terram, ſed quaſnam ſubijciam faces, vt amore incendam homines? faces ſubijciam amoris. Pro hominibus moriar, vt ab hominibus diligar, ambo, vt redament, amore prouocabo, vt prouocati diligant. Prætereà qui ignem cupit accendere, ligna imponit; Chriſtus cupiens accendere amorem lignum impoſuit crucis, ſanguinemque ſuum veluti oleum camino addidit caritatis.

Primus ſenſus.

Chriſtus quomodo ignem accenderit.

Alio ſenſu hæc verba; *quomodo coarctor*, ſiue *conſtringor, vſque dum perficiatur*, deſiderium indicant mortem ſu-

A beundi hominum cauſa. Sic Lyranus putat, Carthuſ. & alij. Iuxta illud, quod imminente paſſione Dominus dixit Luc. 22. *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, &c.* Prouer. 13. *Spes quæ differtur affligit animam: lignum vitæ deſiderium veniens, &c.* Affligebat Chriſti animam expectatio mortis. Veniens verò deſiderium crucis, fuit nobis lignum vitæ. *Quomodo* (inquit) *coarctor* præ deſiderio huius baptiſmi,
B valde me premit cupiditas inflammandi hunc ignem meæ crucis ligno, meoque ſanguine. *Baptiſmo habeo baptizari*, quo totus mundus ſufficienter abluetur: ideoque, quia hic meus baptiſmus mundum abluet; ideo illum ſummoperè deſidero. Theophylactus: Baptiſmum (inquit) mortem vocat, hanc autem valdè deſiderans ait: *Et quomodo conſtringor*: hoc eſt, quam ſollicitus, & anxius ſum, ac premor, *do-*
C *nec perficiatur?* Sitio enim mortem pro omnium ſalute. Sic ille. Euthymius: *Quomodo coarctor, donec perficiatur*, & veluti anxius ſum propter tarditatem. Oſtendit autem, quòd feſtinaret mori pro nobis, & voluntariè ſeipſum tradere, &c. Huic ſenſui congruit verſio, quæ habetur apud Diuum Irenæum lib. 1. cap. 17. *Aliud baptiſma habeo baptizari, & valdè propero ad illud, &c.* Verbum, συνέχομαι, ſignificat *conti-*
D *neor*: vertitur ergo: *Quomodo contineor*: vel, *Quomodo me contineo vſque dum perficiatur mors?* Quomodo non propero ad mortem?

Luc. 22. Secundus ſenſus.

Συνέχομαι, quam vim habeat.

D. Ambroſius Luc. 12. ſic ſcribit: Tanta Domini dignatio eſt, vt infundendæ nobis deuotionis, & conſummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis ſtudium paſſionis, ſibi ineſſe teſtetur. Qui cum in ſe nihil habuerit, quod doleret, noſtris tamen
E angebatur ærumnis, & ſub tempore mortis mœſtitiam prætendebat, quā non ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora redemptionis noſtræ aſſumpſerat, iuxta quod ſcriptum eſt: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo angor, vſque dum perficiatur.* Ait Ambroſius, Chriſtum illis verbis: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?* ſtudium, deſideriumq; teſtari infundendæ no-

D. Ambr.

bis

Digitized by Google

biſ deuotionis,& conſummandæ per A fectionis per caritatem. His autē verbis: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor,* ſiue *angor, vſque dum perficiatur*: teſtari ſtudium, ſiue cupiditatem maturandæ paſſionis. Angorem autem, ſiue coarctationem ortam credit, non ex metu mortis, ſed ex noſtris ærumnis, ac peccatis, quibus medicinam adhibere cupiebat, & ex mora redēptionis noſtræ. Caietanus ſic interpretatur: *Quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?* per interrogationē: hoc eſt, Crux B mihi ſubeunda eſt pro hominibus, & quomodo angor, vſque dum illi affigar? quaſi dicat: Nullo modo angor; ſed deſidero potius mortem. Aliter: Baptiſmo ſum baptizandus, qui ſalutem hominibus affert: *& quomodo coarctor*, id eſt, quomodo coarctari, & angi poſſum, cum meam mortem hominū ſalus conſequatur? Probabilior eſt ſuperior interpretatio. Docet Dominus C labores, ac cruciatus pro Dei gloria, & proximi ſalute eſſe expetendos, & cum lætitia, atque alacritate ſubeundos. 1. Pet. 4 *Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, &c.* Et Chriſtus Matth. 5. *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis, &c.*

Matth. 5.

Putatis, quia pacem veni dare in terram.

PRædicit Diſcipulis bellum acre, D quod cum infidelitate geſturi ſūt. *Putatis (ait) quia pacem veni in terram dare?* Minimè, ſed ſeparationem paci contrariam. De pace iniqua Dominus loquitur, quæ cum infidelibus in infidelitate, & impietate habetur. Hanc non Chriſtus dat, ſed dæmon. Pacem ſanctam, & coniunctionem in fide, caritate, cæteriſq; virtutib. Chriſtus donat. Ioan. 14. *Pacem (inquit) meā do vobis; non quomodo mundus dat, ego do vobis, &c.* Pax Chriſti & ſocietas, pax eſt, E quam virtus efficit. Pax mundi, & ſocietas, ſocietas eſt flagitioſorum hominum, quam efficiunt vitia; vt pax latronum, pax ſicariorum, &c. Vt eſt bona pax Chriſti, & eſt mala pax mūdi. Sic eſt bona ſeparatio Chriſti, & mala ſeparatio mūdi. Benè ſeparat Chriſtus filios fideles à parentibus infidelibus,

Pax duplex.

Ioan. 14.

Pax Dei, et pax mundi quæ ſint.

qui eorum conantur fidem euertere; bene ſic ſeparat filiam à matre, nurū à ſocru, & ſimiles alios. Malè mundus coniungit probos cum improbis, fideles cum infidelib. vt fidei, & moribus ſanctis ruinam inferat. Malè ſeparat odijs, & diſcordia, Chriſtianos. Chriſti ſeparatio coniunctionem cū Deo parit: mundi coniunctio à Deo ſeparationem affert. Expoſuimus iam hæc verba tom. 2. lib. 9. c. 14. ex Matth. 10.

Erunt ex hoc quinque in domo vna diuiſi.

EXemplum proponit diuiſionis ſanctæ, ac ſeparationis. *Erunt (inquit)* tempore Euangelicæ prædicationis *in domo vna quinque diuiſi, tres in duos, & duo in tres*: hoc eſt, Erūt in domo vna quinque fide diuiſi; tres erunt infideles diuiſi contra duos fideles, & duo fideles contra tre infideles. Pater fidelis ſeparabitur à filio infideli; filia à matre, ſocrus à nuru. Sed infęlix ab improbis, eorumq; improbitate ſeparatio, quæ Deo coniungit. *Princeps pacis* dicitur Chriſtus ab Iſaia, cap. 9. Sed princeps etiam eſt ſeparationis: nam pax ſancta haberi non poteſt, niſi ab impietate ſeparemur. 2. Corinth. 6. *Exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, &c.* Iſai. 51. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, &c.*

Diuiſio tēpore legis Euangelicæ qualis futura.

Separatio ab impijs.

Iſai. 9.

2. Cor. 6.

Cum videritis nubem orientem ab occaſu.

AD turbas ſermonem conuertit Dominus: loquutus enim fuerat cum Diſcipulis. Reprehendit autem Iudæos, quòd non intelligant ipſum eſſe Meſſiam, ex tot indicijs, & ſignis. Vos (inquit) qui præcognoſcere ſcitis ex ſignis cęli, ſiue aeris, pluuiam, & æſtum, cur non ſcitis ex ſignis cognoſcere aduentum Meſſiæ? Similia habentur Matth 16. quæ expoſuimus tom. 2. lib. 10. c. 19. ex Matth. cap. 16. *Cum videritis (ait) nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Nimbus venit, & ita fit.* hoc eſt, Cum ſurgentem à mari nubē cernitis, ex ea veluti ſigno pluuiam præcognoſcitis. Nam mare Mediterraneum Iudææ occidentale eſt, atque adeo

Aduentum Meſſiæ Iudæi ex ſignis noluerūt intelligere.

Matth. 16.

Digitized by Google

adeò nubes ab occaſu oriens, à mari oriebatur. Rurſus, cum Auſtrum ventum flantem videtis, præcognoſcitis æſtum: in regione enim illa Auſter efficit æſtum? *Hypocritæ, faciem cœli, & terræ noſtis probare.* hoc eſt, ex facie ipſa cœli & terræ, aſpicientes ſcitis temporis qualitates experiētia cognoſcere, ſcitis faciem cęli, & terræ probare, experiri, iudicare, & examinare; *hoc autem tempus*, quo Meſſias venit, *cur non probatis?* Cur non dijudicatis, & examinatis? Cur ex Prophetis, & tot miraculis, ex mea vita, atq. doctrina, Meſſiam me eſſe non agnoſcitis? Matth. 16. ſic dicitur: *Faciem cœli dijudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis, &c.*

Quid autem, & à vobis ipſis non indicatis quod iuſtum eſt?

Iudæi cognoſcere poterant Chriſtum Meſſiam eſſe.

De pluuiæ, vel æſtus aduentu iudicabant Iudæi ex ſignis aeris; de Meſſiæ verò aduentu iudicare poterant, ex ſignis externis Scripturarũ, miraculorum, doctrinæ, & ſanctitatis, præterea ex interna conſcientia, quæ illos pungebat, ex ratione ipſa, & ex diuinis inſpirationibus, quibus Spiritus ſanctus afflabat interius illorũ corda, docēs illum, quem cernebant eſſe Meſſiam. Ideò Dñs ait: *Cur & à vobiſmetipſis:* id eſt, ex conſcientia veſtra & ex cordibus veſtris à Spiritu ſancto afflatis, non iudicatis, quod iuſtum eſt? hoc eſt, me eſſe Meſſiam, hoc enim erat iuſtum iudicare. Aliter & probabilius, increpat Iudæos Dominus, non ſolum quòd Meſſiam præſentem non agnoſcerent, & reciperent; verum ēt, quòd iniuſti eſſent erga proximum. Cur (inquit) & a vobis ipſis, hoc eſt, etiam ex vobis ipſis, non iudicatis, qđ iuſtum eſt, fieri proximo? iuxta illud axioma: *Quod tibi vis fieri, alteri facito?* Cur ex vobis ipſis non intelligitis, quomodo cum proximo iuſtè agere debeatis? Vobis vultis ſeruari iuſtitiam; ex vobis diſcite illam proximo ſeruare. Cur non diligitis proximum, ſicut vos ipſos, vt præcipit Dominus? Eccl. 31. *Intellige, quæ ſunt proximi, ex teipſo, &c.* Aliter: *Cur non indicatis, quod iuſtum eſt, à vobis ipſis:* id eſt, Cur rationis iudicio non iudicatis, quod iuſtum eſt proximo exhibere? Cur proximum vexatis iniuſtè? Ex externis cęli ſignis de pluuia, & æſtu iudicatis, de iuſtitia proximo præſtanda, cur non iudicatis ex vobiſmet ipſis, ex iudicio rationis? Non eſt opus ad hoc iudicium cęli faciem probare.

Quod tibi vis fieri, alteri feceris.

Eccl. 31.

Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad Principem.

Peccatũ fugiendum.

Tandem parabola vtitur Dominus, qua Iudæis ſignificat, oportere a peccato veluti aduerſario liberari, dum tempus ſuppetit, ne tartareis ſupplicijs mācipentur. Cum (inquit) vadis ad Principem, ſiue Iudicem, cũ aduerſario tuo; Græcè, *μετὰ τοῦ ἀντιδίκου*. Significat aũt nomen *ἀντίδικος*, *aduerſarium litis, litigatorem, & accuſatorem:* nam *δίκη*, *cauſa* dicitur, quæ apud Iudicem agitur; *ἀντί*, ſignificat *contra*. Litigator aũt, ſiue accuſator noſter ex ſententia Euthymij & Theophylacti, diabolus eſt. Cũ hoc vadit is, qui peccati mortiferi funibus eſt obſtrictus. Vadit (inquam) ad Principem, & Iudicem Deum, vt ſententiā dicat, damnetque improbum hominem. Qui ad tribunal ducitur, in quo ſe damnandum certo ſcit, toto conatu det operā, vt accuſatoris manus effugiat: idipſum ei faciendum, qui ad tribunal Chriſti ducitur, peccato mortifero obſtrictus. Nauanda opera, vt manus effugiat accuſatoris, id eſt, dæmonis, & peccati. Ideò adijcit Chriſtus: *In via da operam, vt libereris ab illo:* id eſt, ab aduerſario, & litigatore. Liberat autem hominem in via, id eſt, in vita, vera pęnitentia. Aliter, poteſt eſſe ſimilitudo, nec opus erit quærere, quis ſit aduerſarius. Quemadmodum is, quē litigator ad iudicium ducit condemnandum, dat operam, vt eius manus, & iudicium effugiat. Sic vos peccata, & æternam damnationem vt effugiatis, date operam.

Ne fortè trahat te ad Iudicem.

Dandam diligentiſſimè operam liberationi ſuadet, ab incōmodis, quæ

quæ ſequutur,ſi ſe improbus à pecca
to,& aduerſario non liberet.Etenim
ad tribunal Iudicis trahitur inuitus;
a Iudice damnatur, traditurque ex-
actori, Grecè, *πράκτορι*, id eſt, *a-*
genti, Iudicis miniſtro: in carcerem cô-
ijcitur. Inde verò non educitur, quo
uſque omnem pecuniam,vſque ad vl
timum minutum exſoluat.Trahitur
autem improbus homo ad tribunal
Iudicis Chriſti,cùm animam efflat.
Damnatur,traditurque exactori dia-
bolo;conijcitur in carcerem, id eſt,
Orcum. Inde vero in ſempiternum
non educetur,quia nunquam debita
ſoluere poterit.Etenim abſque ſan-
guine Chriſti non fit remiſſio.Tarta-
ri verò incolis, Chriſti ſanguis ad
ſoluenda debita non exhibetur.

Tartarus eſt carcer perpetuus.

Aduerſarius quiſnam ſit.

Caietanus aduerſarium, qui nobi-
ſcum ad Iudicem vadit, Synteresim
interpretatur. Poteſt locus de conſciê
tia remordête,noſque docente,ſic ex-
C plicari: *Cur à vobis ipſis*, id eſt,a veſtra
conſcientia remordente,& ſtimulan-
te,*non iudicatis,quod iuſtum eſt? Cùm au-*
tem vadis ad iudicem cùm aduerſario tuo,
id eſt,conſcientia tua,quę tibi aduer-
ſatur,ad mala opera peragenda,vexã
dumque proximum, quæ tecum liti-
gat,quę te accuſat;da operam, vt li-
bereris ab illa. Tunc autem liberatur
homo ab ſtimulante conſcientia,cùm
D id facit bonum, quod illa ſuadet; ne
fortè mala conſcientia Iudici illum
tradat, cuius ſententia condemnatus
in ſempiternã tartari cuſtodiam prę-
cipitetur. Hæc verba reperies apud
Matth.cap.5,ea expoſuimus tom 2.li.
7.cap.17.

Côſciêtia.

D. Auguſtinus homil. 1. de verbis
Domini, putat hęc verba Lucæ eodê
modo explicanda, quo verba Matth.
atque ideò non poſſe dici aduerſariũ
E diabolum. Nam apud Matth. ait Do-
minus; *Eſto conſentiens aduerſario tuo,*
Diabolo autem conſentire fas eſt ne-
mini.

Hæc verba ſemel à Chriſto, prolata ſunt.

Dici poteſt, hæc verba ſemel eſſe à
Chriſto dicta. Apud Matthęum de ho-
mine aduerſario loquitur,vt expoſui-
mus loco indicato. Apud Lucam de
eodem aduerſario ſermo eſſe poterit.
Ita vt doceat Dominus tã apud Mat-

A thæum,quam apud Lucam ſenſu lite
rali,cum aduerſarijs in gratiam redi-
re. Nam & ſi Lucas hæc verba extra
proprium locum, & tempus cap. 12.
commemorauit;eadem tamen ſunt,
quæ Matthæus cap.5.recitauit. Hic er
go erit literalis ſenſus, alij ſpiritales.
Aliter vterque locus parabolicè expli
cari poteſt de conſcientia,quæ, vt di-
xi,aduerſarius noſter eſt,cui conſen-
tire oportet,ne in carcerem conijcia
B mur. Vel aliter,exiſtimari poteſt, Do
minum bis hæc dixiſſe: ſemel apud
Matthæum de reconciliatione gratiæ
cum aduerſario facienda: iterũ apud
Lucam parabolicè, de fugiendo pec-
cato, vt expoſuimus. Auguſtino re-
ſpondemus, apud Matthæum quidê
aduerſarium non ſignificare dæmo-
nem,cui conſentire nefas eſt homi-
ni;ſignificare verò apud Lucam. Non
enim dicitur apud lucam: *Eſto conſen-*
C *tiens aduerſario tuo:* ſed dicitur: *Da ope-*
ram liberari ab eo Quod dæmoni rectè
congruit. Danda enim opera eſt, vt
ab eo liberemur.

Exponuntur autem hęc verba de
tartareo carcere à D. Auguſtino, lib.
1. de ſermone Domini, & à D.Grego
rio,hom.39.in Euangel. Sed exponũ-
tur quoq; in carcere purgatorij ignis,
hoc pacto: *In via*, hoc eſt,in vita, *da o-*
peram liberari ab aduerſario tuo, id eſt,
D conſcientia; ita vt omnium peccato-
rum hic in via pęnas ſoluas; ne fortè
in carcerem mittaris, id eſt, purgato
rium. *Dico tibi,non exies inde,donec etiã*
nouiſſimum minutum reddas: quoniã in
purgãte igne quidquid debet homo,
ſoluit vſque ad peccata minima. Solu
tione perfecta, in cęleſtẽ abit patriã.
Vnde Bernardus ſerm de obitu Hũ-
berti: Illud(inquit)ſcitote; quia poſt
hanc vitã in purgatorijs locis centu-
E plicìter,quæ fuerint hic neglecta,red
duntur,vſq; ad nouiſſimum quadran
tẽ,&c Et Hieronymus Matth.5. Hoc
(inquit)eſt,ꝙ dicit Dominus: *Non e-*
grederis de carcere donec etiam minuta pec
cata perſoluas, &c. Tertullianus lib. de
aĩa,c.35.locũ hũc interpretaĩ de Eth-
nico aduerſario: Ethnicus(inquit)ho
mo aduerſarius nr̃ eſt,incedẽs ĩ eadẽ
via vitę cõis,huic bonũ aĩ p̃ſtes iubet.

Purgatorium.

De purgatorio igne locus inſignis.

Diligite enim inimicos veſtros, [inquit] *orate pro maledicentibus vos.* Ne aliquo commercio, negotiorum iniuria prouocatus, abſtrahat te ad ſuum Iudicẽ & in cuſtodiam delegatus, ad exſolutionem totius debiti arcteris, &c. Addit alteram interpretationem de purgatorij igne, his verbis: Si in diabolum transfertur aduerſarii mẽtio, cum illo quoque moneris eam inire concordiam; quæ deputetur ex fidei conuentione. Pactus es enim renunciare ipſi, & pompæ, & angelis eius. Conuenit inter uos de illo. Hæc erit amicitia, obſeruatio ſponſionis, ne quid eius poſteà reſumas ex his,

A quæ ei ierâſti; ne te, vt fraudatorem, vt pacti trangreſſorẽ, Iudici Deo obijciat, & Iudex te tradat Angelo executionis & ille te in carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, niſi modico quoque delicto mora reſurrectionis expenſo, &c. Item cap. 58. & extremo eiuſdem libri: Cùm [inquit] carcerem illum, quod Euangelium demoſtrat, inferos intelligimus, & nouiſſimum quadrantem modicũ quo-

B que delictum, mora reſurectionis illic luendum interpretamur. nemo dubitabit animam aliquid pẽſare penes inferos. Sic Tertullianus.

C A P V T VII.

De Galilæis occiſis à Pilato, &c.

LVCAS CAPITE XIII. Verſ. 1.

ADERANT autem quidam ipſo in tempore, nunciantes illi
de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacri-
2 ficijs eorum. Et reſpondens, dixit illis: * Putatis, quòd hi Ga-
lilæi, præ omnibus Galilæis, peccatores fuerint; quia talia
3 paſſi ſunt? * Non dico vobis, ſed niſi penitentiam habueri-
4 tis, omnes ſimiliter peribitis. * Sicut illi decem & octo, ſupra
quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos; putatis, quia & ipſi debitores fuerit,
5 præter omnes homines habitantes in Ieruſalem? * Non dico vobis, ſed ſi pe-
6 nitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis. * Dicebat autem & hanc ſi-
militudinem; Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit
7 quærens fructum in illa, & non inuenit. * Dixit autem ad cultorem vineæ;
Ecce, anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non
8 inuenio; * Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? At ille reſpon-
9 dens, dicit illi; * Domine, dimitte illam, & hoc anno, vſque dum fodiam cir-
ca illam, & mittam ſtercora; & ſi quidem fecerit fructum; ſin autem in futu-
rum ſuccides eam.

Quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum.

IPſo illo tẽpore, quo Chriſtus prædicta verba fecit, aderant quidam, qui acerbum ſupplicium a Pilato ſũptũ de nonnullis Galilæis nunciarũt. Is enim Galilæorum ſanguinem cũ ſacrificijs eorum miſcuerat. Dubium

C in primis eſt, cur Pilatus Galilæos ſic punierit? Reſpódet D. Cyrillus in Catena D. Thomæ, ideò puniuiſſe, quòd eſſent ſequaces Iudæ Galilæi. Idipſum arbitratur Euthymius, Oecumenius Act. 5. Theophylactus, & alij. De Iuda autẽ Galilæo ſcribit Ioſephus lib. 18. de antiquit. cap. 1. Iudas (inquit) adiuncto ſibi Phariſæo Sadduco ſollicitabat ad defectionem populos, cer- *Cur Pilatus punieri Galilæos.* *Iudas Galilæus quis. Ioſephus.*

ſum

Digitized by Google

ſum nihil aliud, quàm manifeſtâ ſer-
uitutis profeſſionem eſſe dictitans, &
vniuerſam gentem ad tuendam li-
bertatem adhortans,&c. Et ca.2. In-
ter ſectas Iudæorũ, ſectam numerat,
cuius auctor fuit Iudas Galilæus. Eius
ſequaces (ait) cętera cum Phariſæis
conſentiunt, niſi quòd conſtantiſſimo
libertatis amore flagrant, credentes
ſolum Deum Dominum habendum,
ac Principem. Faciliùs vel eſquiſitiſſi
ma pœnarum genera laturi, vnà cũ
cognatis ſuis, ac cariſſimis, quàm mor
talem aliquem appellaturi Dominũ.
Sic Ioſephus.

Occaſionem huic ſectæ dedit de-
ſcriptio facta eo tempore, quo Chri-
ſtus ortus eſt. Etenim circa id tẽpus,
vt ex Ioſepho conſtat, Iudas populũ
ad defectionem ſollicitauit, cenſum
nihil aliud eſſe dicens, quàm manife-
ſtam ſeruitutis profeſſionẽ. Et Act.5.
Act.5.
ait Gamaliel: *Extitit Iudas Galilęus in
diebus profeſſionis, &c.* Profeſſionem ap-
pellat deſcriptionẽ illam, de qua Luc.
agit c.2. Habuit hic Iudas ſectatores
multos, ex quibus fortè hi fuerunt
Galilæi, quos Pilatus occidit. Tempo-
re enim Pilati, ſecta hęc permanebat.
Occidiſſe autem videtur, quòd Cæſa
rem nollent Dominum, ac Principẽ
Iudæorum confiteri.
Galilæorũ ſecta qualis à Pilato dãnata.

Oecumenius Act.5. ſcribit, eos do-
cuiſſe, non oportere alias, præter aſſi
gnatas in lege Moſis victimas exhibe
ri Deo. Ideoq; prohibuiſſe traditas a
Senatu, ac populo, fieri pro ſalute Re
gis, ac gentis Romanorum. Veriſimi
leque eſſe, propter iſta Pilatum Gali-
læis indignatum, iuſſiſſe ipſos occidi
inter ſacrificia. Item Theophylactus;
Veriſimile (ait) Pilatum iuſſiſſe occi-
di Galilæos ſuper ſacrificia, quæ ab ip
ſis prohibebantur fieri, pro Romano
rum gente, & ita ſanguinem eorum
commiſceri ſanguini ſacrificiorum,
&c. Suidas, in Pilato, putat Galilæorũ
Suidas.
ſauguinem tunc victimis permixtũ,
cùm Pilatus Ieroſolymis Iudeòs iuſ-
ſit fuſtibus cædi à militibus, quòd ſa
cri theſauri pecuniam, ad inductio-
nem aquarum expendi non pateren
tur. Qua de re Ioſephus ſcribit lib.2.
de bello, c.p.8. At neq; illi Galilæi e-

A rant, quos iuſſit Pilatus tunc cædi, ne
que illorum ſanguis ſacrificijs per-
mixtus dicitur.

Præter has, eſt alia opiniò, hoc tũc
eſſe factum, cùm Pilatus vicum Tira-
thabam occupauit, oppreſſitq; Sama-
ritanos, vt narrat Ioſephus lib.18. an-
Ioſephus.
tiquit. c.5. Samaritanos [inquit] impo
ſtor quidam concitauit, iubens, vt cõ
uenirent ad montem Garizim, aſſe-
uerans ſe illic eis oſtenſurum ſacra va
B ſa refoſſa, quæ ibi Moyſes depoſue-
rat. Illi creduli, ſumptis armis, Tira-
thabam vicum inſederunt, expectan-
tes ibi confluẽtes cęteros, vt magno
agmine montem aſcenderent. Sed Pi
Pilatus Samaritanos vicit, & punivit.
latus prior cliuum montis occupat,
equitibus ſuis, & peditibus, qui præ-
lio congreſſi cum Samaritanis apud
vicum collectis, alios fuderunt, alios
etiam in fugam compulerunt, mul-
tos etiam viuos captos abduxerunt,
C quorum præcipuos, & potentiores Pi
latus mulctauit capite. Hæc Ioſephus.
Hegeſippus verò lib 2. c 5. aliter nar-
Hegeſipp⁹.
rat Pilatus (inquit) circumuenit Sa-
maritanos, vt montem, cui nomẽ Ga-
dir (fortè legendum Garizim) pete-
rent: erat enim illis ſacratus, eo quòd
vellet eorum myſteria cognoſcere.
Et aſcendens populum præuenit, e-
quitatu, pedeſtrique exercitu ſtrauit;
affictoque crimine, quòd à Romanis
D diſcedere, & conciliabulum ſibi quę-
rere præparaſſent, &c. Ait Hegeſip-
pus Pilatum iuſſiſſe Samaritanos in
montem confluere, vt eorum myſte-
ria, & ſacrificia cognoſceret. Atq. a-
deò occidiſſe videtur, inter ipſa ſacri-
ficia. At Pilatus præueniſſe dicitur Sa
maritanos: ergo antequàm ſacrifica-
rent, eos interfecit. Quorſum enim
prçuenit, ſi vt ſacrificia facerent, ex-
pectauit? Præterea illud omninò hãc
E opinionem euertit, ꝙ hoc loco Luc.
Non erant Samaritani ij, quorũ ſanguinem Pilatus permiſcuit ſacrificijs.
13. nunciatum ſit, Galilęorum ſangui
nem permixtum ſacrificijs, non Sa-
maritanorum. Inauditum autem eſt,
Samaritanos vocatos eſſe Galilæos.
Galilęi enim Iudęi erant, Samarita-
ni Ethnici, *quibus Iudai non conůtebantur.* Io 5. Treſq; erant prouincię om-
ninò diuiſę, Galilęa, Samaria, & Iu-
dęa Numq̃ neq; in Scriptura, neque

apud Ioſephum Samaritani vocanť Galilæi. Non igitur cedendū eſt, hoc loco vocari. Quòd ſi dicas, nomē prouinciæ Galilææ extendi etiam in proximam prouinciam Samariç, id probandum eſt aliquo ex loco, quod non probatur.

Maneat ergo, eos verè fuiſſe Galilços, non Samaritanos, quorum ſanguis permixtus eſt ſacrificijs. Imò quia Galilæi erant, idcircò Chriſto eorum ſupplicium nunciatū eſt. Erat.n. B Chriſtus ex Galilça ſm carnem oriūdus, & Galilæus. Petrus Comeſtor c. 94. hiſtor. Euangel ſcribit, impoſtorē quemdam affirmantem ſe eſſe Dei filium, multos ſeduxiſſe Galilæos, duxiſſeq; in montem Garizim, vnde in cœlum ſe dixerat aſcenſurum in conſpectu omnium, dum ſacrificium offerrrent. Hos à Pilato, cùm ſacrificarent, interemptos. Sed teſtem nullū huius narrationis affert. Denique cer C tum eſt, hos fuiſſe Galilços, non Samaritanos. Quo autem tempore, & q̄ ob cauſā occiſi ſint à Pilato, incertum. Mihi probabilior cæteris coniecturis prima vr: videlicet, fuiſſe Iudæ Galilæi ſectarores propterea occiſos, ꝙ Cçſarem Dn̄m nollent agnoſcere.

Petrus Comeſtor.

Dubium ēt eſt, quomodo mixtus fuerit ſacrificijs eorum ſanguis. Potuit.n. ſanguis in locum ſacrificiorū adduci, & ſacrificijs permiſceri. Po- D tuit etiam permiſceri ſacrificijs, ſi dū ſacrificia offerrent, occiſi ſunt. Item potuit permiſceri, ſi ſuper ipſum ſacrificiorum, & victimarum ſanguinē iugularentur. Secundo modo, vel etiā tertio, vr permixtus, dum ſacrificia Galilæi offerrent, gladio ſunt interempti, vel iugulati, ſanguineque ſuo ſacrificia imbuerunt.

Quomodo permixtus fuerit ſanguis Galilæorum ſacrificijs.

Quçſtio alia exiſtit, erante Sacerdotes, an ex reliquo populo? Sacerdo E tes fuiſſe probat; quia nemini apud Iudæos, præter Sacerdotes, ſacrificare licebat. R ñdetur, non fuiſſe Sacerdotes; appellari aūt eorum ſacrificia, ſacrificia illa, quç pro ipſis offerebantur in templo Ieroſolymitano. Quòd ſi Pilatus, dum offerrent ſacrificia, eos occidit, in templū milites ingreſſi ſunt, & ſacrificantium ſanguinem in ipſa ſacrificia effuderunt. Conijcio A tū, hos Galilços nō in templo, ſed Moſis legi repugnantes, extra templum, aliquo in loco, ſacrificia obtuliſſe, quç ſuo ſanguine à Pilati militib. interfecti reſperſerint. Id ſentit Euthymius. Forſitan iuſſit Pilatus, vt ſupra ipſa ſacrificia iugularenť, miſcereturq; ſanguis victimarum cū ſanguine hoīum: quoniam affirmabant pro ſalute Cæſaris non eſſe offerenda ſacrificia.

Fuerintne Sacerdotes Galilæi occiſi.

Conijci ēt poteſt, ſacrificia hoc loco appellari ipſos boues, & oues, & agnos, quos, ut templo Ieroſolymitano immolarenť Deo, offerebant. Igiť aliqui Galilçi ex Galilæa ſemelum petentes, ſacrificia, hoc eſt, victimas, adducebant mactandas Deo à Sacerdotib. boues, oues, agnos. Hos Pilatꝰ occidi iuſſit, permixtuſq; eſt ſanguis cū ſacrificijs eorū, id eſt, cū ſanguine victimarū, quas etiā milites occiderūt.

Sacrificia etiam appellantur animalia ſacrificijs deſtinata.

Quòd ſi quæras, cur hi homines Chriſto de Galilçorum nece nunciarint. Reſpondetur, vt ſuprà iam dictū eſt, propterea nunciaſſe, quia Chriſtus Galilçus erat, & Galilæorum res ad eū peculiariùs videbanť ptinere.

Putatis, quòd hi Galilæi, pre omnibus Galilæis peccatores fuerint?

QVo animo hi homines Chriſto Galilæorum cçdem nunciarint, dubitatur. Lyranus duplicem affert cauſam, cur nunciarint: Vna (inquit) erat, quia aliqui eorū volebant Chriſtū notare de ſimili ſeductione. Alia; quia alij illam occiſionem horribilibus occiſorum peccatis imputabant, &c. Euthymius verò nunciaſſe ait, ſcire cupiētes, vtrum tamq̄ peccatores, vltra omnes ſuæ regionis Galilæos, hçc paſſi eſſent: ꝙ ipſi exiſtimabant. Theophylactus verò Annunciarunt (inquit) quidem hæc Saluatori, vt aliqua ex parte pie facta; volentes per hoc diſcere, quid in eo ſibi placeret. Putabant enim quidam, illos iniuſtiſſimè paſſos, vt peccatores, & ſeditioſos, &c. Crediderim, hos homines Chriſto cçdem nunciaſſe Galilæorum; quia res noua erat, & atrox factum, vt ſolent nouæ aliæ res, atque

Quo animo nunciarint cædem Galilæorū.

Theophyl.

A atque atrocia facta narrari. Prætereà, quia Chriſtus prouincia erat Galilęæ; & fortè ij, qui nunciabant, Galilæi erant. Chriſtus autem, ex nuncio ſumpta occaſione, de pęnitentia egit. Exiſtimatis (ait) quod hi Galilæi reliquos Galilæos iniquitate ſuperauerint; ppeà ꝙ atrociter a Pilato hi ſint trucidati, alij verò nihil mali paſſi? Minimè vera hęc exiſtimatio eſt.

Non ſunt iudicandi homines ex ijs, quæ patiũtur; ſed ex ijs, quæ faciunt.

B Non ſignificat Dominus fuiſſe Galilæos innocentes, ſed non ſuperaſſe improbitate cæteros Galilæos, neque eſſe indicandos ex cæde. Etenim homines non ſunt iudicandi ex ijs, quę patiuntur, ſed ex ijs, quæ faciunt. Nõ ex cruciatibus, ſed ex operibus ferenda ſententia eſt. Nam multi innocentes vexantur, ac torquentur morbis, alijſque calamitatibus; improbis verò aliquando omnia proſperè eueniunt. Hic illud Eccleſ. 8. *Sunt iuſti, quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint* C *impiorũ. Et ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant.* Incolæ Melitæ inſulæ, cùm vidiſſent è Pauli manu pendentem viperam, ſic iudicabant, Act. 28. *Vtique homicida eſt homo hic, qui cùm euaſerit de mari, vltio non ſinit eum viuere.* Sed decepti ſunt, quia ex morſu viperæ improbum eſſe iudicarunt, virum probiſſimum. Similiter amici Iob decepti ſunt, quia ex deloribus, ac cruciatibus Iob, iudica- D uerunt non eſſe innocentem.

Eccleſ. 8.

Act. 28.

Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.

TErret nuncios, & auditores reliquos, exemplo Galilęorum. Vtilitatem decerpit ex nuncio, ad pœnitẽtiam prouocat. Galilæi (ait) a Pilato interfecti perierunt; ne exiſtimetis perijſſe, quod iniquiores cæteris Galilæis eſſent. Vos quoque crimina habetis illo ſupplicio digna: itaque niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimili pęna afficiemini. Quæritur, quanam pęna afficiendos dicat Dominus Iudæos, niſi pęnitentiam egerint? Beda Romanæ euerſionis, & captiuitatis pęnam ait ſignificari, in hanc ſententiam: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimi-* A *liter peribitis*, à Romanis capti, atq. trucidati. Idẽ ſentit Euthymius, & alij. Eſt veriſimilius, loqui Dominum de æterna pęna, qua omnes impij afficiũtur, ſi pęnitentiam non agunt; vel de vtraque.

Pœnitẽtia à malis liberat.

Sicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos.

ADdit aliud exemplum ſuperiori. Ceciderat turris, quæ in Siloe e- B rat, caſuque ſuo decem & octo homines oppreſſerat, & occiderat. *Nũquid* (ait Dominus) *exiſtimatis illos fuiſſe cęteris Ieruſalem incolis peiores?* Minimè erant. *Vos autem, niſi pœnitentiam egeritis, ſimiliter peribitis* à Romanis oppreſſi, & æternis flammis traditi. Dicitur hæc turris fuiſſe in muro Ieruſalem, prope fontem, & piſcinã Siloe. Ideò Dominus ait, *turrim in Siloe cecidiſſe* Sic enim locus ille appellabatur. Lyra- C nus ait hos fuiſſe turris extructores, dumque eam ædificarent, ruina fuiſſe extinctos. Sed auctorem idoneum non refert huius rei.

Turris Siloe ruina oppreſſit decem & octo homines, et vbi fuerit.

Ex hoc loco intelligamus, Deũ fortuitis etiam caſibus peccata punire. Fortuita ruina turri oppreſſit octodecim illos homines; & Galilæos Pilati gladio puniuit. Si quid igitur euenit nobis mali, peccatis tribuamus, admonitiq; à Domino corrigamus mo- D res, & pęnitẽtiam agamus. Prætereà cum puniri alios cernimus, ne exiſtimemus nos eſſe iuſtiores, ideoq; non puniendos Sint nobis infœlices aliorum caſus, & ſupplicia, ad pęnitentiã incitamenta. *Peſtilente flagellato* (ait Salomon Prouerb. 19.) *ſtultus ſapientior erit, &c.* Si ſtultus alieno malo fit ſapiẽtior; is, qui ſe prudentẽ exiſtimat, alieno ſupplicio fiat cautior. Pœnitentiã complectatur, ne ſimiliter pereat.

Peccata Deꝰ punit, etiã caſib. fortuitis.

Prouer. 19. Alieno malo cautior prudẽs fit.

B *Niſi pœnitentiam egeritis* (ait Dominus) *omnes ſimiliter peribitis.* Pęnitentia eximia virtus eſt, quæ a ſupplicijs liberat. Niniuitis non turris vnius, ſed ciuitatis totius ruina impendebat. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, clamabat Ionas. At liberati ſũt. Quis illos liberauit? Pęnitẽtia. Ad pęnitẽtiã cõfugerũt, imminentẽq; ruinam effugerunt. Achabo Regi Iſrael

Pœnitentia à ſupplicijs liberat.

Ion. 3.

ſum-

ſumma mala per Eliam Deus nũciat, 3. Reg. 21. *Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & vltimum in Iſrael, &c.* Egit pœnitentiam Achab, propterea in vita ſua à malis liberatur. *Quia humiliatus eſt mei cauſa* (ait Dominus) *non inducam malum in diebus eius. &c.* Luc. 3. *Quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?* (ait Ioannes) *facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* Nam pœnitentia a ventura ira liberat.

3. Reg. 4. *Luc. 3.*

Minatur Deus Iudæis, ne feriat: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis, &c.* Eadē verba nobis dicta ſunt. Minatur Dominus: proſint minæ, ne experiamur ſupplicia. Talis eſt Deus (ait Chyſoſtomus ho. 22. in Geneſ.) minatur ſæpe, vt correctis nobis, minas non perducat ad opus. Alioquin ſi punire vellet, cur prædiceret? Moram nectit, differt, & prædicit; occaſionem reis præſtans, vt fugiendo maliciam, & apprehendendo virtutem, pœnas non experiantur, &c. Quemadmodum rei, vt ſupplicium fugiant, ad aſylum confugiunt. Sic ſceleratus homo, vt fugiat pœnam, ad virtutem confugiat, illamq; apprehendat, vt ait Chryſoſtomus. Eſt enim virtus, & pœnitentia perfugium rei, & aſylum, ex quo nemo ad ſupplicium æternum abripitur.

Minatur Deus, vt mores corrigamus.

Pœnitentia eſt aſylum peccatoris.

CAPVT VIII.

De ficu ſterili.

Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua.

Parabola è ficu pētita, docet Dominus, perituros Iudæos, qui pœnitentiam non egerint. Pater quidam familias in vinea ſua ficum plantauerat; quia verò fructum non proferebat, ſterilem exſcindi iuſſit. Interceſſit cultor, exſciſionem in annum differri impetrauit, vt interim ad fructū ferēdū adhiberet remedia. Ficus hęc Iudaicū populum adumbrat, ex ſnia Ambroſij, Bedæ, Theophylacti, Euthymij, & aliorum. Ficus fuit hic populus, verborum, & cęremoniarum abundans folijs, virtute vero carens, iuxta illud Iſai. 29. & Matth. 15. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me, &c.* Fructum in ficu non inuenit paterfamilias; quia Chriſtus in hoc populo fidem, & caritatem nō reperit. Ecce iam tres anni agebātur concionum Chriſti, nec tamen in ficu fidē inueniebat in verum Meſſiā, cum caritate copulatam, & operibus. Tandem pro fide, inuenit crucem. Digna erat ficus ſterilis, quæ protinùs exſcinderetur, & ignis æterni fieret pabulum; ſed diſtulit ſupplicium paterfamilias, quadraginta annis; Apoſtolis præcepit, vt illam colerent doctrina, ac miraculis. Sed quia fructū ferre noluit; tandem Romana ſecuri admota, radicitùs excisa eſt, atque deiecta.

Ficus ſteri lis Iudæos indicat. *Iſai 29*

Eſt etiam ficus hæc imago hominis Chriſtiani in vinea Domini, hoc eſt, in Eccleſia. Lege Auguſtinum in ſer. de tempore barbarico. Plantatus eſt autem homo Chriſtianus in Eccleſia, vt fructum afferat Deo, videlicet, fidē cum caritate, reliquiſque virtutibus, operibuſq; bonis, cor mendam. Ficus fœcunda fructus fert dulces. Sic frugifer Chriſtianus fructus fert Chriſto ſuaues. Bonus fructus quærit (ait Auguſtinus) qui paſcat, non qui pungat. Sūt enim & arbores ſpinoſæ, igni deputatæ, meritò incendendæ; quia in eis nullus fructus eſt animæ, &c. Sterilis ficus terram occupāt. *Vt quid* (inquit) *terram occupat*? Sic occupat terram ſterilis Chriſtianus, terræque inutile pondus eſt. Expectat tamē Dominus fructum, ficumque per vineæ cultores, id eſt concionatores, & paſtores colit. Neq; ipſe deſerit; ſed pluuia etiam, & Sole, id eſt, cęleſtib. inſpirationibus, & auxilijs iuuat. Quod ſi fructum nō producat, ſecurim admouet, arborem exſcindit, & in ignē conijcit ęternum *Omnis enim arbor* (ait Baptiſta Matth. 3) *quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, &c.* Caueamus ergo maxime bonorū operum ſterilitatem; expectat Deus fructum, expectat vuas; ne faciamus labru-

Ficus adumbrat ſterilem Chriſtianum.

D. Auguſ.

Matth. 3.

Fructum ficus Deus expectat.

Digitized by Google

Iſai. 5. labruſcas: iuxta illud Iſai 5. *Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas, &c.* A Supplicium differt, pęnitentię locũ, & tempus tribuit, ne abutamur eo. Quẽadmodũ ſuperb. ille, de quo Iob. *Iob. 24.* 24. legitur: *Dedit Deus ei locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam, &c.*

Dat Deus impio vitã vt pœnitentiam agat. Dat nobis Deus in vita hac locum, dat tempus pœnitentiæ; illo nos abutimur, cũ peccata peccatis addimus temporeq; ad pęnitentiam agendam dato ad iniquitatem perpetrandam B ſcelerate vtimur. *Eccleſ. 15.* Eccleſ 15. *Nemini* (ait Sapiens) *dedit Deus ſpatium peccandi, &c.* hoc eſt, nulli dat ſpatium vitæ ad peccandum, ſed ad fructum bonorum operum afferendum. Et Sapien. *Sapien. 11.* 11. *Diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam, &c.* Diſſimulat peccata, nõ adhibet protinùs ſupplicium; ſed propter pęnitentiam diſſimulat. Hac diſſimulatione ad pęnitentiã nos adducit. C *Iona 3.* Quid illud eſt Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*: ſiquidem digna eſt ſubuerſione? Videlicet, dat Deus ſpatium peccatoribus ad agendam pęnitẽtiam, pœnamq; auertendam imminentem. Non ſubito impios obruit Deus diluuio: tẽpus ad agendam pęnitentiam conceſſit. *Geneſ. 6.* *Erunt* (inquit Geneſ. 6.) *dies illius centum viginti annorum, &c.* *Spatiũ cẽtum viginti annorũ ante diluuium cur datum ſit.* Eos annos, hominibus ante ſupplicium, conceſſos ad pęnitentiam agendam putat D Chryſoſtomus. *D. Hieron.* Et Hieronymus in trad. Hebr. Generationi (inquit) illi centum viginti anni ad pęnitentiam dati ſunt. Quia verò pęnitentiam agere contempſerunt; noluit Deus tempus expectare decretum; ſed viginti annorum ſpatijs amputatis, induxit diluuium anno centeſimo agẽdæ pęnitentiæ deſtinato. Sic Hieronymus. In hanc ſententiam vertit Chaldęus: E *Terminus dabitur eis, centum viginti annorum ſi fortè conuertantur, &c.*

Ne abutamur ſpatio vitæ, ad pœnitentiam conceſſo. Benignitate vtitur erga nos, & miſericordia Deus miſericors. Nos autẽ ingratitudine, & duritia vtimur erga tantum beneficium. Ingratus, duruſque homo eſt, qui datum beneficiũ, in deſpicientiam vertit illius, qui contulit. Nonne maximum beneficium eſt vitæ prorogatio? Hanc nos ingrati, & duri corde, ſi peccatis impendimus, in contemptũ Dei donantis vertimus. A Vnde Paulus ad Ro. 2. *Rom. 2.* *Ignoras* [inquit] *quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, &c.* Inſanum iudicaremus hominem, qui theſaurum ſibi ex carbonibus pararet. Nonne multò inſanior iudicandus eſt is, qui theſaurum ſibi ex ira Dei parat? Ex gemmis, auro, argento, conficiendus eſt theſaurus, B hoc eſt, ex bonis operibus, & miſericordia Dei; non ex prauis operibus, & ira, ac tormentis æternis. *Dum tempus habemus* [ait Apoſtolus ad Galat. 6.] *operemur bonum ad omnes, &c.* *Ad Galat. 6.* *Dum tempus* [inquit] *habemus* [non.n. ſemper habebimus] *operemur bonum*, non malum. Hic eſt fructus, quem ex ficu expetit Dominus, hunc vt feramus expectat, tempuſque vitæ nobis C prorogat. Si verò datum ad pęnitentiam, bonaque opera tempus, in nequitiã, malaq; opera conuerterimus, ille collatum beneficium, in pęnam, cruciatuſque conuertet. Audiamus Magnum Gregorium lib. 17. Moral. *D. Gregor.* c. 4. Quiſquis delinquit, & viuit; idcircò hũc diuina diſpenſatio in ęquitate tolerat, vt ab iniquitate compeſcat. Sed qui diutiùs toleratur, nec tamen ab iniquitate compeſcitur: mu-D nus quidem ſupernæ patientiæ percipit, ſed reatus ſui vinculis ex ipſo ſe munere arctiùs aſtringit. Nam quia accepta pęnitentiæ tempora diuertit ad culpam, diſtrictiùs in vltimis Iudex, impenſa argumẽta miſericordię, conuertit ad E pęnam. Sic ille.

Digitized by Google

CAPVT IX.

De muliere inclinata.

LVCAS CAPITE XIII. Verſ.10.

ERAT autem docens in Synagoga eorum Sabbatis.* Et ecce
11 mulier,quæ habebat ſpiritū infirmitatis, annis decem & o-
cto. Et erat inclinata,nec omninò poterat ſurſum reſpicere.
* Quam cùm videret IESVS, vocauit eam ad ſe,& ait illi:
12 Mulier,dimiſſa es ab infirmitate tua.* Et impoſuit illi ma-
13 nus,& confeſtim erecta eſt,& glorificabat Deum.* Reſpō
14 dens aūt Archiſynagogus, indignans; quia Sabbato curaſſet IESVS, dice-
bat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari:in his ergo venite, & cura
15 mini, & non in die Sabbati.* Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit:
Hypocritæ,vnuſquiſque veſtrùm Sabbato non ſoluit bouem ſuum, aut aſi-
16 num à præſepio,& ducit adaquare? * Hanc autem filiam Abrahæ, quam al-
ligauit Satanas,ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto,
17 die Sabbati? * Et cùm hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius. Et
omnis populus gaudebat in vniuerſis,quæ glorioſè fiebant ab eo.

Ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo.

DOcebat Dominus in Synagogis Iudæos in diebus Sabbati. Cùm ergo in Synagoga eſſet, aderat fœmina, quæ ſpiritum habebat infirmitatis,hoc eſt,dæmonum habebat,infirmitatem illam efficiens. Quod probatur ex illis verbis Domini: *Hanc* [inquit] *filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, &c.* Ergo diabolus infirmitatis cauſa erat per annos iam octodecim. Erat autem fęmina inclinata, nec omninò poterat ſurſum reſpicere. Dubium eſt,an ſignificent hæc verba fęminam nō potuiſſe, *omninò*, id eſt, nullo modo potuiſſe ſurſum reſpicere. An potiùs, non potuiſſe ſurſum reſpicere, *omninò*, id eſt, perfecte Hic ſecundus ſenſus eſt probabilior. Sic enim Græca habent, *μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές*, id eſt, *Non potens ſurſum aſpicere in perfectum*, id eſt, perfectè, ſiue omninò. Poterat aliquo modo, ſed non perfectè. Interpres Euangelij Syriaci vertit: *Incuruata erat, nec poterat omninò extendi.* Verba Syriaca, ſunt, ולא משכחא ה׳ת מתת פשטי לנמר וכפיפא הוית *vacchephipha hauath, vela meſchecha hauath metheth peſchuti lagmar*. Quod in editione Pariſienſi noui Teſtamenti ſic magis ad verbū exprimitur: *Et curuata erat, nec potens erat, vt ſe extenderet prorſus.*

Dæmō mulieri infirmitatē attulit.

Vocauit eam ad ſe.

NOn petebat fœmina ſanitatem: Chriſtus non petenti donauit. *Quam cùm videret* [ait Euangeliſta] *vocauit eam ad ſe* Vidit miſericordia, plenis oculis; vocauit, ſanitatemq́; perfectam verbo, & impoſitis manib. contulit. Alligatam à dæmone ſoluit, in terram incuruatam erexit; dæmoniſque opera effectam infirmitatem depulit. Illud nonnihil habet dubij, cur Chriſtus dixerit: *Dimiſſa es ab infirmitate tua*: anteq̃ eſſet dimiſſa, & liberata? Tunc.n. liberata vř, cùm manus poſt uerba impoſuit. Reſpondeř, Chriſtū ita loquutum, propter euentus certitudinem. Certiſſima enim erat libe-

Quomodo mulier curata dicatur, anteq̃ ſanaretur.

ratio

ratio mox conferenda. Ideoq; veriſſi-
mè dixit: *Dimiſſa*, ſiue *libera es ab infir-
mitate tua*. Quod erat futurum alijs; il
li iam erat præſens. Exiſtimari etiam
poteſt, Dominum fœminam vocaſſe,
moxque impoſuiſſe manus, verbaque
protuliſſe ſimul.

Reſpondens autem Archiſynagogus.

IN Synagoga miraculum Chriſtus
edidit in Sabbato Synagogæ autẽ
B Præſes. violatum admirabili illa cura
tione diem ſacrum putans, ægrè tulit;
ſtomachanſq; ad populum conuerſus:
Sex [inquit) *dies ſunt, quibus fas eſt opera-
ri: in ijs venite* ad Medicũ, *& curamini.*
In die Sabbati nõ eſt fas curari. Nõ vi
debat cæcus Archiſynagogus, miracu
lum illud Dei eſſe opus, inter illa nul-
lo modo numerandum, quæ die Sab-
bati erant vetita. *I*deoque à Chriſto
C reprehenditur, & ſimul cum alijs do-
cetur. *Hypocritę* (ait) externa tantùm
virtutis perſona adornati, cur ex ijs,
quæ vos Sabbati die geritis, non intel
ligitis opus hoc, ſimiliaque alia mira-
culoſa opera, Sabbatum minimè vio-
lare? A minori argumentatur ad ma-
ius: *Nonne vnuſquiſque veſtrum, bouem
ſuum, aut aſinum*, parui pretij anima-
lia, *à præſepio ſoluit die Sabbati, & ducit a-
quatum?* Eaque re Sabbatum non pu-
D tat violari? Vos bouem, & aſinum ſol
uitis die Sabbati; ego filiam Abrahæ
ſolui die Sabbati, quæ Satanæ opera
hactenus per octodecim annos fuit al
ligata. Numquid oportet die Sabbati
iumentum ſolui, & filiam Abrahæ à
diaboli vinculo ſolui non oportet? Ar
gumentum ſolutione carebat; pudo-
rem ac ruborem aduerſarijs attulit;
populo gaudium. Gaudebat enim po-
pulus Chriſti miraculis, & gloria.
E Fœmina hæc, quæ inclinata in ter-
ram erat, nec ſurſum reſpicere omni-
nò poterat, vmbra animæ eſt, quæ in
res terrenas inclinatur, nec cęleſtia in
tuetur. Alligauerat fęminam Satanas;
ſic animam alligat vinculo cupidita-
tis, & peccatorum funibus. Incurua-
tur anima (ait Theophyl. Luc. 13) q̃ñ
ad terrenas tantũ curas vergit, & ni-
hil cœleſte, vel diuinum ſecum con-

Anima inclinata in terram, nõ reſpicit ſurſum.

A cipit, &c. D. Gregorius homil. 31. in
Euãng. Peccator, dum deſideria infe-
riora ſequitur, à mentis ſuæ rectitudi
ne curuatur, &c Cant. 7. dicitur ſtatu
ra diuinæ ſpõſæ aſſimilata palmæ: *Sta-
tura tua aſſimilata eſt palmæ*. Eſt autem
ſtatura palmæ ſublimis, ac recta. Sub-
limem ergo cogitationibus, ac deſide
rijs, rectamque voluntate animam eſ
ſe oportet; & palmæ ſublimi, ac rectæ
aſſimilari. Egregiè Philo de vita Mo-
B ſis, lib. 1. Palma (inquit) aſpectu eſt
pulcherrima, fructum quoque fert o-
ptimum, & vitalem vim habet, nõ in
radicibus defoſſam, vt cæteræ arbo-
res, ſed in ſummo quaſi corde ſitam,
in ramorum medio, à quibus circum
quaque ſtipatur, ceu Princeps à ſuis
ſatellitibus. Cuiuſmodi natura eſt e-
tiam mentis, quęcumque ſanctitatem
deguſtauit. Solet enim hæc ſurſum
ſpectare, & in ſublimibus verſari, oc-
C cupata cõtemplandis diuinis pulchri-
tudinibus, naucifaciens terrena, &
hæc luſus reputans, illa ſeria. Sic Phi-
lo. Et diuus Gregorius loco indicato:
Recta (ait] ſtat anima, cùm ſuperna
deſiderat, & nequaquam flectitur ad
ima, &c. Deſideremus ergo cęleſtia,
ad infima hæc ne incuruemur. Surga
mus cum Domino, & a mundi deſide
rijs recedamus Iuxta illud 14. Ioan.
D *Surgite, eamus hinc*: In quæ verba Gre-
gorius Nazianzenus orat. 16. ſic ſcri-
bit Hortatur [inquit] nos Saluator, di
cens: *Surgite, eamus hinc*. Non eos tan-
tum, quos tunc Diſcipulos habebat,
ex illo dumtaxat loco transferens,
quemadmodum quiſpiam fortaſsè ar
bitretur. Sed & ſemper, & omnes Di-
ſcipulos ſuos a terra, rebuſque terre-
nis, ad cœlos, & res cœleſtes pertra-
hens, &c Sed plerique homines fœ-
E minæ huic ſimiles curuantur in ter-
ram; ſimiles etiam iumentis inſipien-
tibus, cęlum non ſuſpiciunt, ſed ſo-
lum: huiuſmodi erant Iudices illi, de
quibus Daniel. 13. *Declinauerunt oculos
ſuos, vt non viderent cœlum, neque recor-
darentur iudiciorum Dei, &c.*

Quæ ſurſũ ſunt, cogitanda.

Anima aſſimilatur palmæ.

CAPVT

CAPVT X.

Contendite intrare per anguſtam portam.

LVCAS CAPITE XIII. Verſ. 38.

DIcebat ergo; Cui ſimile eſt regnum Dei,& cui ſimile æſtima
bo illud? * Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo 19
miſit in hortum ſuum, & creuit, & factum eſt in arborem
magnam. Et volucres cæli requieuerunt in ramis eius. * Et 20
iterum dixit; Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? * Simile eſt 21
fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata 22
tria, donec fermentaretur totum. * Et ibat per ciuitates,&
caſtella, docens,& iter faciens in Ieruſalem. * Ait autem illi quidam; Domi- 23
ne, ſi pauci ſunt, qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos; * Contendite intrare 24
per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare,& non poterũt. 25
* Cum autem intrauerit Paterfamilias,& clauſerit oſtium, incipietis foris ſta
re,& pulſare oſtium, dicentes; Domine, aperi nobis. Et reſpõdens dicet vobis; 26
Neſcio vos, vnde ſitis.* Tunc incipietis dicere; Manducauimus coram te, &
bibimus,& in plateis noſtris docuiſti.* Et dicet vobis; Neſcio vos, vnde ſitis;
Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. * Ibi erit fletus,& ſtridor dentiũ. 27
Cũ videritis Abraham,& Iſaac,& Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei; 28
vos autem expelli foras.* Et venient ab Oriente,& Occidente, & Aquilone, 29
& Auſtro,& accumbent in regno Dei. * Et ecce ſunt nouiſſimi, qui erant 30
primi;& ſunt primi, qui erant nouiſſimi.

A

Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnũ Dei.

PArabolæ duæ: altera grani ſinapis altera fermenti: ſequuntur apud Lucam; quę explicatæ ſunt tom. 2. lib. 9. cap. 6. & 7. Videntur hæ duæ parabolæ bis a Domino dictæ. ſemel apud Matthæum, cap. 13. iterum hoc loco: quod indicat particula, *ergo: Dicebat ergo, &c.*

B

Domine, ſi pauci ſunt, qui ſaluantur?

PErebat Ieruſalem Dominus hoc tempore: pertranſiens verò ciuitates,& vicos, docebat populum. Sic feruens Concionator cęleſtem petit Ieruſalem, ciuitates, vicoſq; mundi ꝑtranſit, vt hoſpes,& aduena terræ, docens populos. Rogauit autem quidã: *Domine, ſi pauci ſunt, qui ſaluantur?* hoc eſt, Num pauci ſunt, *qui æternam vitam conſequũtur?* Græcè, *εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι.* Dubium eſt, ſed, *Num pauci ſunt*; Rñdetur, illum ex Chriſti ſermonib. collegiſſe, paucos eſſe ſaluandos; ideóque ſic interrogaſſe. Vel fortè putabat paucos eſſe; idcircò de paucis loquutus eſt, non de multis. Dñs quæſtioni reſpondere noluit; quoniã, vt ait Euthymius, ſuperflua erat, & inſipiens. Quid. n. (inquit) prodeſt diſcere, paucine ſint, an multi, qui ſaluentur, &c. Verùm non videtur fuiſſe ſuperflua quæſtio,& inſipiens. Etenim vtile eſt noſſe paucos eſſe ſeruandos, ne negligenter in ſalutem noſtram incumbamus. Dominus verò etſi non rñdit interrogationi directè, reſpondit tñ ita, vt colligi poſſit, paucos eſſe ſeruãdos.

Feruẽs Cõcionato ꝑtrãſit mundũ, docens populos.

Euthymius

Qualis ſit hæc quæſtio

Contendite intrare per anguſtam portam.

DE multitudine ſaluandorũ, ſiue paucitate non agit Dominus; qa

id

id ſcire minus erat neceſſarium. De A
modo verba facit, quo ſalus æterna cõ
paranda eſt *Contendite* [inquit] Græcè,
ἀγωνίζεσθε, agonizate, certate. Hoc ver-
bo vtitur Paulus 1. Corin. 9. *Omnis* (ait)
qui in agone contendit. Græcè, *πᾶς ὁ ἀγω-
νιζόμενος*, id eſt, *Omnis agonizans*, ſiue
contendens in agone. Contendite velut
in agone, intrare per anguſtam por-
tam. Eſt.n anguſta ſaluationis, & cęli
B porta. *Omnis agonizans* (ait Paulus loco
citato) *vel omnis contendens in agone, ab
omnibus ſe abſtinet Et illi quidem, vt corru
ptibilem coronam accipiant; nos autem incor-*

Anguſta porta cęli.

ruptam, &c. Sic omnis agonizans, ſiue
contendẽs intrare per anguſtam por
tam, ab omnibus, quæ introitum im-
pediunt, ſe abſtineat, neceſſe eſt, ſi co
ronam cupit incorruptibilem conſe-
qui. Sit pium inter vos certamen, ve-
luti in ſtadio; date operam, vt alter al
C terum præcurrat ad intrandum. Con-
tendite cum dæmone, cum carne, cũ
mundo; qui hoſtes anguſtæ portę adi-
tu excludunt homines *Contendite*, con
tentione opus eſt, ad ſalutem conſe-
quendam. *Anguſta eſt porta*; humiliate
caput, deponite peccatorum omniũ
ſarcinas, vt capere vos poſſit. *Hæc porta
Domini iuſti intrabunt in eam* Pſal 117.
de porta templi Ieroſolymitani di-
D ctum typicè verò de porta cœli. Cœli
porta anguſta eſt, iuſti per eã intrant
non capit iniquos, magna ſarcina pec
catorum excluduntur. De anguſta
porta, & lata via, diyimus tom. 2. lib.
7. cap 28. & 29.

Cõtentione, impetuq́ue opus eſt, vt ſaluemur.

Obſerua diligenter, verbum, *Con-
tendite*, quod impetum indicat, & fer-
uorem, quo in virtutem incumben-
dum eſt. Obſeruauit Magnus Grego-
rius li. 11. Moral. c. 26. in nou. exempl.
E Dicturus [inquit) Dominus anguſtæ
portæ introitum, præmiſit: *Contendite.*
Quia niſi mentis intentio ferueat, vn
da mundi non vincitur, per quam ani
ma ſemper ad ima reuocat, &c. Que-
madmodum remiges aduerſus flumi-
nis impetum ſcapham impellentes,
toto conatu remis incumbunt. Sic il-
los, qui aduerſus carnis, dæmonis, mũ
dique impetum animam in cœlũ im-
pellunt, toto pectoris impetu virtuti
incumbere, impetumque impetu ma

A iori vincere neceſſe eſt. Quòd ſi incũ-
bere nolint, retrò vt ſcapha, ſic anima
refertur. Vnde Gregorius eodem lo-
co: Mens (inquit) cùm ad meliora niti
tur, quaſi contra ictum fluminis cona
tur. Cùm verò ab intentione aſcendẽ
di reſoluitur, ſine labore ad ima redu-
citur, &c. Item: Mens mutabilitatis
ſuæ pondere, ad aliud ſemper impelli
tur, quàm eſt, & niſi in ſtatu ſuo, arcta
B cuſtodiæ diſciplina teneatur, ſemper
in deteriora dilabitur, &c.

Rogabit etiam modò aliquis: Num
pauci ſunt, qui ſaluantur; Reſpondet
Theophylactus Luc. 13. diſertis ver-
bis: Pauci ſunt, qui ſaluantur, eo quòd
anguſta via multos non recipiat, &c.
Cardinalis Caietanus, exiſtimat Chri
ſtum ſignificare ex anguſtia portæ,
paucos eſſe, qui ſaluantur. Quæ ſenten
tia eſt diui Auguſtini; & probatur;
C quoniam docet, eos tantùm ſalutem
conſequuturos, qui per anguſtam por
tam intrarint. At Matth. 7. affirmat,
paucos per portam anguſtam intratu
ros, his verbis: *Quã anguſta porta, & ar-
cta via eſt, quæ ducit ad vitam. Et pauci
ſunt, qui inueniunt eam, &c.* Pauci igitur
inuenient, & pauci intrabunt, pauci-
q́ue ſalutem conſequentur. Diui s
Auguſtinus ſerm. 32. de verbis Domi-
D ni: Cùm audiſſet (ait] Dominus: *Si pau
ci ſunt, qui ſaluantur; Contendite* [inquit]
intrare per anguſtam portam Quando au
dis ergo: *Pauci ſunt, qui ſaluantur*; con-
firmauit Dominus, quod audiuit. Per
anguſtam portam pauci intrant. Alio
loco ipſe hoc ait Matth. 7. &c. Sed pro
batur, multos eſſe, qui ſaluantur, non
paucos, Apocalypſ. 7. *Vidi turbam ma-
gnam* (ait Ioannes] *quam dinumerare ne
mo poterat, &c.* Et Matth. 8. ait Domi-
E nus: *Multi ab Oriente, & Occidente ve-
nient, & recumbent cum Abraham, Iſaac,
& Iacob in regno cælorum, &c* Ergo mul
ti ſunt, qui ſaluantur. Reſpondeo

An pauci ſint, qui ſaluentur.

verbis Auguſtini, eodem loco: Multi
[inquit) ſunt, & pauci. Sed ipſi, pauci,
qui multi. Pauci in comparatione
multorum perditorum. Multi in ſocie
tate Angelorum, &c. Item: Arcam vi
deo, grana quęro; & vix videntur gra
na, quando area trituratur. ſed futu-
rum eſt, vt ventiletur. Tanta m. ſſa

Multi ſũt, & pauci, q ſaluantur.

ro-

Digitized by Google

proceſſura eſt de hac area, vt impleat A
horreum cęli. Hæc Auguſtinus. Deni
que ſi de ſalute tua vis iudicare, vide
qua via incedas, & ad quam portam
tendas. Si viam anguſtam, portamq;
anguſtam reperiſti, age Deo gratias,
æternamque ſalutem te conſequuturum
ſpera. Si via lata ingrederis, ne
progrediare, refer pedem; tendit hæc
in Orcum.

Virgil. 6. Aeneid. *Caietanus.*

Facilis deſcenſus Auerni.

Difficilis aſcenſus cęli, *anguſta eſt porta.* B
Appellatur (ait Cardinalis Caietanus)
porta anguſta, via virtutis media
inter extrema vitia. Extrema ſiquidē
ſpheræ, ſeu circuli, lata, & ſpatioſa
ſunt: medium autem anguſtum. Sic
ſe habet virtus ad vitia. Hæc ille.

Quia multi quarent intrare, & non poterunt.

TOto pectore enitendum eſt, vt intremus C
per anguſtam portā. Difficile hoc, arduum, laborioſum. Sed
exorbendę difficultates, ſuperāda diſcrimina,
labores exanthlandi, ne ſi
nunc intrare non enitamur, cum poſſumus;
tunc intrare non poſſimus, cū
maximè cupiemus. *Quia* (ait Dominus)
multi quęrent intrare, & non poterūt.
Quandonam quærent hi intrare, &
non poterunt? Numquid in hac vita,
an poſt obitum? Reſpondet Beda, mul D
tos velle intrare per anguſtam portā,
in hac vita, & non poſſe: Quærunt [inquit]
intrare ſalutis amore prouocati,
& non poterunt, itineris aſperitate
deterriti. Quærūt hoc ambitione præmiorum,
a quo mox laborum timore
refugiunt, &c. Iuxta quem ſenſum,
hi dicuntur non poſſe: non quia re ipſa
non poſſint, dum viuunt; ſed quia
difficile illis eſt mores corrigere longa
cōſuetudine deprauatos. Lyranus E
hoc pacto interpretatur: Multi quærent
intrare, & non poterunt; videlicet
tepidi non poterunt intrare; impediti
difficultatibus, quæ ſe ad pœnitentiam
agendam offerunt. Et Carthuſianus;
Non poterunt (inquit) intrare;
quia non efficaciter quæſierunt, neq;
feruide optauerunt; ſed pigre, aut negligenter,
aut nimis tarde, quemadmodū virgines fatuæ, &c. Caietanus
ita; *Non poterunt intrare,* qui non ſuper
opus, ſed fide exteriores cęremonias,
& verba, fudant merita ſua. His enim
meritis, quærent in fine vitæ, intrare
in ſalutem, & non poterunt, &c. Erit
ergo ſenſus: *Contendite intrare,* magno
feruore, & impetu certate; quia multi
tepidi, feruore carentes, minimeque
contendentes intrare; quærunt in fine
vitæ intrare, vera pęnitentia, & caritate
carentes; & non poterūt intrare,
quāuis maximè cupiant. Qm peccator,
qui vera pęnitentia, & caritate
caret, cęleſte regnum ingredi nequit.

Quinā quęrūt intrare & nō poſſunt.

Tepidi Chriſtiani, & negligentes non intrant in cœlum.

Theophylactus, & alij, hæc verba
de damnatis interpretantur, poſſuntque
ita exponi: Multi quærent intrare
per anguſtam portam; vel multi cupiēt
ingredi regnum cęleſte poſt obitum,
& ingredi non poterunt. Poſt
obitum n. veræ pęnitentiæ nō eſt tēpus.
Multi ſ. qui per latam viā ambularunt,
& per portā anguſtā ingredi
noluerunt, cupient ingredi in gaudiū
Dni, & nō poterūt. Ergo nūc p viam
ambulare arctā, & per portā anguſtā
cōtēdite intrare, ne id vobis cōtingat.
Hūc ſenſum probāt verba ſequentia.

Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare.

PArabolicè explicat verba præcedētia:
Multi quærent intrare, & non poterunt.
Nam poſtquā Chriſtus pater
familias totius orbis, oſtium domus
ſuæ clauſerit, i. cęli, nemo intrare poterit,
etſi multas fundat preces. Pulſantibus
verò ſceleratis reſpondebit:
Neſcio vos, vnde ſitis, non noui vos. Humano
loquitur more Dominus. Omnes
egregiè nouit, ſed neſcire ſe impios
ait, & non cognoſcere, quaſi amicos,
vt in domum ſuam recipiat.

Non aperit Deus cęli fores impiis.

Manducamus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti.

HÆc Iudęis conueniunt, quærentibus
in cęlū intrare; ſed repelluntur.
Preces adhibent, & Patriſfamilias
familiares ſe eſſe indicāt, & notos

his

A his verbis: Dixerat Paterfamilias: *Neſcio vos.* Illi reſpondent: Domine, ſcis, & noſti nos: nam *manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti.* Euthymius ſic interpretatur: Manducauimus coram te, & bibimus in templo. Nam ſacrificiorum carnes in templo Iudæi edere ſolebant coram Domino. Et in plateis noſtris docuiſti, id eſt, in Synagogis. Etenim in Synagogis Deus per Scripturam ſacrã eos docebat. B Eadem eſt interpretatio Theophyl. Bedæ, & aliorum. Aliter: Sic in iudicio Iudæi Chriſtum iudicem alloquuntur: Dixerat Dominus: *Neſcio vos.* At illi: Domine, cognoſce nos; nã coram te ſæpe manducauimus, & bibimus, imò tecum eadem in menſa cibum, potumque ſumpſimus, cùm in Iudæa verſabaris. Multi enim Iudæi Cum Chriſto, & coram Chriſto manducabant, & bibebant. Preterea *in plateis noſtris docuiſti*: C non ſolùm enim in Synagogis, verùm etiam in plateis, id eſt, locis amplis, Chriſtus docebat. Forſitan his verbis: *Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti*: veluti vulgari dicendi modo, nihil aliud ſignificatur, quam familiaritas, & notitia. Nihil tamen proderit hæc Iudęis familiaritas. Geminat Paterfamilias illud acerbiſſimum: *Neſcio vos*: iubetque in Orcum diſcedere, quòd D iniqui ſint; *Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis.* Congruunt etiam hęc Chriſtianis, quibus nihil proderit, quòd ex familia ſint Dei, ſi ſine caritate, boniſque operibus reperiantur, operenturque iniquitatem.

Nõ prodeſt familiaritas abſque caritate.

Ibi erit fletus, & ſtridor dentium, cùm videritis Abraham, Iſaac, &c.

E Expellendos Iudęos á regno cęlorum prędicit Dominus, eorumq; dolorem, ac cruciatum. *Ibi* (inquit) in iudicio, & in tartaro *erit fletus, dentiumque ſtridor*: cùm videritis vos expelli á regno cęlorum, & á ſocietate Patrum veſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob, á quibus degeneratis, á Prophetarumque conſortio. Vos a ſocietate Patrũ, & Prophetarum eijciemini. Ethnici verò cum illis conſociabuntur.

Reprobatio Iudæorum prędicitur.

Et venient ab Oriente, & Occidente.

PRędicit Gentium vocationem, & beatitudinem. Venient á quatuor mundi plagis Ethnici, quos pro nihilo dicitis, cœliq; regnum poſſidebunt. Vos autem in ſupplicium ęternum detrudemini. Fiet commutatio admirabilis. *Ecce ſunt nouiſſimi*, id eſt, deſpicatui habentur nunc Gentiles, qui tamen cõuerſi erunt primi in Eccleſia. *Et ſunt nunc primi Iudæi, qui erunt nouiſſimi*, id eſt, extremi; quia plerique non conuertentur. Iuxta illud Deut. 28. *Aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritq; ſublimior, tu autem deſcẽdes, & eris inferior. Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam, &c.* Lege Auguſtinum Pſalm. 77. quo loco docet, Ethnicos pręponendos Iudęis, olim adumbraſſe minores fratres, qui maioribus prępoſiti ſunt. Figurabatur (inquit) quòd futuri eſſent nouiſſimi, qui erant primi; & primi futuri eſſent, qui erant nouiſſimi, per Saluatoris aduentum, de quo dictum eſt Ioan. 1. *Qui poſt me venit, ante me factus eſt.* Sic Abel iuſtus maiori prælatus eſt; fratri ſic Iſmaeli Iſaac; ſic Eſau ipſe Iacob; ſic Phares congemino ſuo, qui prius manum ex vtero miſerat; ſic Dauid maiorib. prælatus eſt fratrib. ſic populo Iudęorum prælatus eſt populus Chriſtianus. Hoc præfiguratum eſt etiam, cùm Geneſ. 48. Iacob, decuſſatim porrectis manibus, dextera tetigit Ephraim ad ſiniſtram conſtitutum, eumq; prępoſuit Manaſſe ad dexteram collocato, quẽ ſiniſtra ipſe tangebat, &c. Ionę 4. Hedera aruit; Niniuitæ Ethnici conuerſi ſunt. Sic aruit Synagoga. Gentiles cõuerſione floruerunt, fructumque fidei, & caritatis operumq; dulciſſimũ protulerunt. Pſalm. 17. *Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, &c.* Populus Ethnicorum, quem non cognoſcebat Dominus, quaſi populum ſuum, & cultorem ſuum, ſeruit illi, & obedit. Iudæi autem filij alieni patris, filij adulterini, mentiti ſunt Deo, fidem debitam Meſſię ſuo negauerunt, reprobatique ſunt. 1. Reg. 2. *Arcus fortium,* Iudęorũ, *ſuperatus eſt, & infirmi Ethnici accincti*

Gentiũ vocatio, & beatitudo, & Iudæorum repulſio.

accincti ſunt robore. Repleti prius pro panibus ſe locauerũt: & fameleci ſaturati ſunt. Donec ſterilis(gentilitas] *peperit plurimos, & quæ multos habebat filios* [Synagoga]

A *infirmata eſt, &c.* Hæc verba de Eccleſia, & Synagoga dicta docet Auguſtinus lib. 17. de ciuitate Dei, cap. 4.

CAPVT XI.

Herodes vult te occidere, &c.

LVCAS CAPITE XIII. Verſ. 31.

IN ipſa die, acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi; Exi, &
vade hinc, quia Herodes vult te occidere.* Et ait illis: Ite, & di- 32
cite vulpi illi; Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, &
cras, & tertia die conſummor. * Verumtamen oportet me ho-
die, & cras, & ſequenti die ambulare; quia non capit Prophetam 33
perire extra Ieruſalem.* Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas; & lapi 34
das eos, qui mittuntur ad te; quoties volui congregare filios tuos, quemadmo-
dum auis nidum ſuum ſub pennis; & noluiſti? * Ecce relinquetur vobis do- 35
mus veſtra deſerta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat,
cùm dicetis; Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.

IN *ipſa die*(ait Euãgeliſta*) videlicet qua verba illa fecit Chriſtus, quæ nunc ſunt explicata; quidam ad eum acceſſerunt Phariſæi, dicentes: *Exi, vade hinc, quia Herodes vult te occidere.* Tres hic ſunt quæſtione: Prima, quo animo hæc à Phariſæis dicta ſint? Se- C cundá, an verè dicta ſint, vereque Herodes Chriſtũ voluerit occidere? Tertia, quonam loco dicta ſint? Primæ reſpondet Euthymius, malo animo dicta à Phariſæis ira ſuccenſis, ſed ſimulata beneuolentia ſuadentibus, vt abeat, ne præſens, & miracula edens turbam trahat, & gloriam ſibi pariat. Similiter Theophylactus, ex inuidia profecta verba exiſtimat. Nolebant enim Phariſæi, Chriſtum videre mira- D cula facientem, & turbas poſt ſeducẽtem. D. Bonauentura tres affert cauſas, ob quas Phariſæi hoc cõſiliũ Chriſto dare potuerunt: Prima, quia volebant Chriſtum terrere, & à ſe depellere. Secunda, quia volebant illum tẽ-

Quo animo dictũ Chriſto ſit: Vade hĩc, &c.

B tare, & videre, an propter timorẽ Herodis ſileret, & concionari deſineret. Tertia, quia cupiebãt Chriſtum morti eripere. Erant enim fortè probi homines hi Phariſæi, & Chriſto amici. Quæ verior cæteris ſit cauſa, incertũ. Veriſimilius eſt, fuiſſe maleuolentiã.

Secundæ quæſtioni reſpondetur ex ſententia D. Bonauenturæ, & aliorũ, Herodem Chriſtum voluiſſe vita priuare, quemadmodum iam priuauerat C Baptiſtam; atq; adeò verè Phariſęos eſſe loquutos. Caietanus: Non vſquequaque (inquit) mentiebantur Phariſæi, ſi Ioſepho creditur dicenti, quòd Herodes Ioãnem interfecit, propter eius prædicationem valdè gratam populo Eadem quippè, imò maior ratio, militabat contra Chriſtum, &c. Lyranus arbitratur, Herodem noluiſſe Chriſtum occidere; idque confirmat ex illis verbis Luc. cap. 23. *Herodes, viſo Ieſu, gauiſus eſt valdè: erat enim* D *cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri, &c* Indicant hæc verba Herodem de Chriſti cæde minimè cogitaſſe aliquando. Prætereà adductũ ad ſe noluit interficere

An Herodes voluerit Chriſtũ occidere.

Digitized by Google

ficere,ſed ad Pilatum remiſit. Quamobrem probabilius eſt, Phariſæis hoc finxiſſe. Quæ eſt ſententia Ianſenij, Salmeronis, Emmanuelis à Saa, & Maldonati. Quod verò ex Ioſepho ait Caietanus, Herodem Baptiſtam propter prædicationem interfeciſſe, falſum eſt. Occidit enim propter Herodiadem, vt conſtat ex Euangelio. Fortè adiecit etiam illam alteram cauſam velut prætextum,& vmbram homicidij. Eſt hic Herodes, de quo loquimur, illius filius, qui innocentes infantes occidit, quique Galilææ erat Tetrarcha, ſiue Princeps.

Ioſephus arguitur.

Tertiæ quæſtioni reſpondet Gloſſa interlinearis, Theophylactus, & Caietanus, Carthuſianus,& Maldonatus hæc in Galilæa dicta eſſe. Probatur, quia extra Galilæam, in prouincia Samaria, vel Iudæa, Herodes non dominabatur. Ergo hi Phariſæi conſulebāt Domino, vt ex Galilæa diſcederet in aliam prouinciam, fugeretq; Herodis furorem. Verùm ex ijs, quę ſuprà diximus, efficitur, Chriſtum nunc verſari in Iudæa, non in Galilæa. Poſtquā enim ad feſtum venit tabernaculorū in Ieruſalem; non eſt reuerſus in Galilęam. Reſpondetur primò, forſitan in Galilæa hæc contigiſſe; narrari verò ab Euangeliſta hoc loco, per recapitulationem Secundò reſpondetur, Herodem non ſolùm Galilęæ, ſed etiam regioni, quæ trans Iordanem erat, imperaſſe, dicique hæc potuiſſe in regione trans Iordanem, ſiue Peræa. Tertiò reſpondetur, potuiſſe etiam dici in aliquo oppido Iudęæ. Cùm enim Chriſtus ex Galilæa eſſet, Herodis poteſtati ſubiectus eſſe exiſtimabatur à Phariſæis, vbicumque eſſet. Tunc autem in loco aliquo erat, vbi facilè poterat ab Herodis ſatellitibus comprehendi; ideò aiut: *Exi,& vade hinc, quia Herodes vult te occidere.*

Quo loco dictū Chriſto ſit: Vada hinc, &c.

Ite, dicite vulpi illi.

Diuinum in modum Phariſæis reſpondet Dominus: tria vero hac reſponſione ſignificat. Primum, nullum terrorem, nullum ſignificat metum; ſed diuinam planè animi fortitudinem,& conſtantiam. Secundum, ſe nec ab Herode occidendum eſſe, neque in Galilæa. Tertium, in manu, poteſtateque ſua tempus habere mortis & locum. Quod attinet ad primum; nullum terrorem ſe habet, nullum metum oſtendit, cùm tam audacter reſpondet,& Tetrarcham Herodem *vulpem* appellat, minaſque Phariſæorum pro nihilo ducit. Quid mirum, ſi leo de tribu Iuda, vlpeculam, i. Herodem fraudulentum, non timeat? Secundum indicat, cùm ait, ſe in Ieruſalem occidendum. Tertium, cùm affirmat, neminem poſſe impedire curſum, quem tenet, quouſque in Ieruſalem mortem ſubiturus veniat.

Cur Herodem vulpem vocet, dubium eſt. R ſpondetur, propter calliditatem,& verſutiam appellare. Fraudulentum enim, & verſutum animal eſt vulpes. D. Hieronymus Ezech. c. 3. Vnuſquiſque [inquit] pro moribus ſuis ſortitur vocabulum. Scribis, & Phariſæis dicitur: *Generatio viperarum*: & de Herode, qui verſipellis erat: *Dicite vulpi illi, &c.* Caietanus vulpem appellari putat, propter ſimulatum animum erga Baptiſtam, libenter eum audiendo. Poſſet etiam dici vulpes, quia ſimulauit ſe inuitum Baptiſtam occidere. Sed ſuo loco diximus hac de re, cùm de nece Ioannis egimus. Lyranus malum Principem Herodi ſimilem, vulpem eſſe ait hoc loco, quia doloſus eſt, pecunię rapax, tortuosè incedens,& fętidus, vt vulpes nominis infamia.

Cur Dominus Herodē appellat vulpem.

Euthymius vulpem vult appellari ipſam Phariſæorum doloſitatem,& fictionem, hoc ſenſu: *Ite, dicite vulpi illi*: id eſt, (vt ille ait) dicite dolo, morumque difficultati, quæ in vobis eſt. Quāquam enim hic ſermo Herodi videtur attribui; ad ipſos Phariſæos reſpicit. Hæc Euthymius. Idem Theophylactus ſentit. Græcè legitur, ταύτῃ, id eſt, *huic* εἴπατε ἀλώπεκι ταύτῃ, *dicite vulpi huic.* Vnde Theophylactus; Videtur (inquit) Herodem appellare vulpem, ſed Phariſæos notat; ſingulari numero dicendo vulpem, Herodem ſuſpicari fecit. Dicēdo autem, ταύτης, *huic*, quod eſt pronomen demonſtratiuum.

Malus Prīceps vulpes dicitur.

Phariſæi vulpes.

Digitized by Google

tiuum, inſinuauit iſtos ipſos eſſe doloſos illos, &c. Adde, Cyrillum in Catena D. Thomæ: Videtur [ait] hic ſermo non ſpectare ad perſonam Herodis, vt aliqui putauerunt; ſed magis ad Phariſaicas fictiones. Penè enim ipſum Phariſæum oſtendit, propè manentem, dum dixit; *Ite, & dicite vulpi huic*: ſicut in Græco habetur, &c. Exiſtimat Chriſtum vulpem appellaſſe Phariſæum propè exiſtentem, atque adeò & reliquos, qui ficto animo, ac vulpino dicebant: *Herodes vult te occidere.* Quòd ſi Chriſtus Herodem vulpē nunc appellat potius, quàm leonem, vel lupum; ratio mihi videtur eſſe, qa notare voluit Phariſæorum fictionē, & dolum; vt dum vulpē Herodem appellari audiebant, ſe quoque vulpes eſſe aduerterent, & doloſè loqui.

Ecce ego dæmonia eijcio, & ſanitates perficio, hodie, & cras, & tertia die conſummor?

Nemo poterat factorū Chriſti curſum impedire.

NEmo (inquit) factorum meorum curſum impedire poteſt, neque Herodes, neque vos Phariſæi, neque quiſpiam alius, vitæ meæ tempus breuius efficere valet, quā ego velim. In poteſtate mea, non in poteſtate Herodis eſt vita mea. Dęmonia eijciam, & reliqua ſanitatum miracula perficiā, quouſque mihi placuerit, hodie ſcilicet, & cras, tertia verò die, è vita diſcedam: quia ſic volo; nō quia me Herodes interficiet. Quoad ego voluero viuam; non quoad voluerit vulpes.

Videntur hæc verba Chriſti facto repugnare. Non enim diſceſſit è vita tertia die, poſtquàm hæc eſt loquutus vt ex conſequentibus exploratum eſt. D. Auguſtinus lib. 2. de conſenſ. Euang. cap. 75. putat hæc myſticè intelligenda de Chriſto, hoc eſt, Chriſti corpore Eccleſia, hoc pacto: *Ecce eijcio dæmonia* in Eccleſia ex animis hominū *& perficio ſanitates*, animi ſcilicet; *& tertia die* in reſurrectione, *conſummor.* Quia tunc corpus Chriſti Eccleſia cōſumabitur, quoad probos, ac ſanctos. Et lib. 6. contra Iulianum Pelagian. cap. 8. Dominus [inquit] ait: *Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio, hodie, & cras & tertio die conſummor.* Poſt multum tempus, quā hoc dictū eſt, paſſus eſt Dñs; mentiri non potuit. Intelligitur ergo ſic: Expulſo dęmonum, remiſſio peccatorum eſt; perfectio ſanitatum, dū de die in diē proficit Eccleſia, &c.

Reſpondetur, hæc verba aliū habere ſenſum, ab eo diuerſum, quem præ ſe ferunt. Etenim ſignificare videtur, Dominum Poſt tres dies è vita migraturum, cùm tamē ſignificent, poſt deſtinatum, & decretum ab ipſo breue tempus, mortem ſubiturum, & reſurrecturum, cui nemo vel horā, vel quadrantem detrahere poſſit. Significat autem, *hodie*, tempus præſens; & *cras*, tempus futurum, *tertia dies* ſignificat tēpus, quo Chriſtus mortem ſubiuit; & reſurrexit, & ad cœlos aſcendit. Eſt ſenſus: *Ecce eijciam dæmonia, ægriſq. conferam ſanitates, hodie*, id eſt, tēpore præſenti; *& cras*, id eſt, tempore ſubſequēti, & futuro; *& tertia die*, id eſt, poſteā, quando mihi placuerit, *conſummabor.* Quod autem, *hodie*, tempus præſens ſignificet, perſpicuum eſt; *cras* verò tēpus futurum ſignificare, illa verba Iacob probant Geneſ. 30. *Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tempus venerit coram te, &c. Cras*, i. tempore futuro. Vnde D. Hieronymus Matth. 6. Cras (inquit) in Scripturis futurum tempus intelligitur, dicēte Iacob Geneſ. 30. *Et exaudiet me cras iuſtitia mea.* Et Phytoniſſa loquitur 1. Reg. 28. *Cras eris mecum.* Hæc Hieronymus. Sic dicitur, *hodie*, & *cras*, de tempore prǫſenti, ac futuro; ſicut *heri*, *& nudiuſtertius*, de tempore prǫterito. Idem Iacob Gen. 31. *Video* (inquit) *faciem patris veſtri, quòd non ſit erga me, ſicut heri, & nudiuſtertius, &c.* i. ſicut tempore prǫterito. Indicat Dominus his verbis, non longè diſtare mortis ſuæ tempus, & reſurrectionis Euthymius; Hodie [inquit] & cras, tpis ſignificant breuitatem. Solemus. n. quando modicum tempus indicare volumus, hodie, & cras, dicere. Similiter etiam quod dicit: *Tertia die conſummor*: indicat, ſe non multò poſt moriturū, &c. Idē ſentit Theophylactus. Eſt ergo ſenſus: Poſt paucos menſes cōſummabor; interim non deſinā miracula edere, & docere populum.

Quid ſignificet, Hodie & Cras, & Tertia die.

Heri, et nudiuſtertius, quid ſignificet.

Et ter-

Et tertia die conſummor.

GRæcè, τελειοῦμαι, id eſt, *perficior, conſummor*, pro conſummabor, perficiar. Conſummatus eſt autem Chriſtus, per paſſionem, reſurrectionem, & aſcenſionem ſuam, iuxta illud Pauli ad Hebr. 5. *Conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, &c.* Conſummatus (inquit) Græcè, τελειωθεὶς, id eſt, ad ſummam gloriam euectus. Et cap. 2. *Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia*, (id eſt, Deum Patrem) *qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum* (Chriſtum) *per paſſionem conſummare, &c.* Conſummare, τελειῶσαι, id eſt, *ſumma gloria perficere.* Sic hoc loco: *Tertia die conſummor*, pro conſummabor, id eſt, ſummæ gloriæ perfectionem conſequar. Non dixit: *Morior*: ſed, *conſummabor*: quia poſt mortem reſurrexit immortalis, & in cęlum aſcendit, honoremque, & maieſtatem aſſequutus eſt maximã. *Propter quod* (ait Paulus ad Philip. 2.) *exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* Ad Hebr. 2. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum, &c.*

Hebr. 5. & 2.

Chriſtus quo modo cõſummatus.

Veruntamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare.

INterlinearis Gloſſa, Cardinalis Caietanus, & cardinalis Hugo, exponunt verba hæc de itinere in ciuitatẽ Ieruſalem, hoc pacto: *Oportet me hodie, & cras, & ſequenti die iter facere in Ieruſalem*: quia ibi cruci affigendus ſum. Et enim ab illo loco, itinere dierum triũ Ieruſalem diſtabat. Obſtat huic ſenſui, quòd Chriſtus poſt aliquot menſes eſt cruci affixus. Non igitur nunc ait, ſe petere Ieruſalem, vt cruci affigatur. Præterea, eodem modo hic loquitur, quo verbis paulò antè explicatis: ita igitur hæc ſunt explicanda, ſicut illa. Diximus, *hodie, & cras*, tempus præſens, & futurum ſignificare; *tertium vero diem*, tempus ſubſequens. Idem hoc loco ſignificant, in hanc ſententiam: Ego miracula faciam, hodie, & cras, & tertia die conſummabor. Verum-

A tamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare, id eſt, hoc breui tempore, quod ad mortem vſque reſtat, oportet me viuere, & operari. Neque verò me poterit quiſquam in hoc tempore interficere; quia in Ieruſalẽ, non alio in loco interficiar. *Ambulare*, hoc loco viuere ſignificat, & operari, quemadmodum Io. 12. *Ambulate, dum lucem habetis.* Et Ioan. 8. *Secundum carnẽ ambulare*; id eſt viuere, & operari. *Ioan. 12. & 8.*

B

Quia non capit Prophetam perire extra Ieruſalem.

VBi ſubiturus ſit mortem, Phariſæis indicat, non ab Herode occiſus, ſed à Phariſæis, & Sacerdotibus; videlicet, in Ieruſalem Verbum, *capit*, imperſonale eſt. Græcè οὐκ ἐνδέχεται, *non eſt poſſibile*, Prophetam perire extra Ieruſalem. Quidam de Prophetis ver-

C ba hæc interpretantur: Non eſt poſſibile Prophetam aliquem extra Ieruſalem occidi. Senſus tamen falſus videtur, quia non omnes Prophetæ in Ieruſalem ſunt occiſi. Ieremias in Aegypto; Ezechiel in Caldæa occiſus eſt. 3. Reg. 19. ait Elias: Prophetas tuos occiderunt: quo loco, nõ aperit. Neq; opus eſt hic hyperbolem agnoſcere De Chriſto, locus verè, & facilè intelligitur, hoc pacto: Oportet me breui ad-

D huc tempore viuere, & miracula, ſanitateſq; operari: donec occidar in Ieruſalem. Quia non capit, non eſt poſſibile, Prophetam, id eſt, me crucifigi extra Ieruſalem. Non erat autem poſſibile aliter fieri, quoniam ſic Deus decreuerat. Nec poterat Herodes, aut alius quiſpiam, Dei mutare decretum. Leuior eſt obiectio Chriſtum extra Ieruſalem crucifixum eſſe, in monte Caluariæ. Ieruſalem enim hoc loco,

E etiam proxima loco ſpectantia ad vrbem complectitur.

Chriſtus in Ieruſalẽ ſe predicit occidendum.

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas.

NOn probant hæc verba, Chriſtum, cũ dixit: *Quia non capit Prophetam perire extra Ieruſalem* de Prophetis loqui, qui a Iudæis ſunt interfecti.

Nam quia Chriſtus videbat, ſe Prophetarum Dominum, ea in vrbe afficiendum morte, Ieruſalem deplorat, quod Prophetas occidat. Hęc ver
A
ba omnia vſque ad finem capitis, iterum à Chriſto dicta ſunt Matth. 23. ea loco ea commodius explicabimus infra lib. 8. c. 29.

CAPVT XII.

De hydropico, & diſcubitu in loco nouiſſimo.

LVCAS CAPITE XIIII. Verſ. 1

ET factum eſt, cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Princi
pis Phariſæorum, Sabbato manducare panem: & ipſi obſerua-
2 bant eum.* Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
3 * Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos, & Phariſæos, dicens:
4 Si licet Sabbato curare? * At illi tacuerunt. Ipſe verò apprehen
5 ſum ſanauit eum, ac dimiſit. * Et reſpondens ad illos, dixit: Cuius veſtrum
aſinus, aut bos, in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabba-
6 ti? * Et non poterant ad hæc reſpondere illi. * Dicebat autem & ad inuitatos
7 parabolam, intendens, quomodo primos accubitus eligerent; dicens ad illos.
8 * Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco; ne fortè ho
9 noratior te, ſit inuitatus ab illo. * Et veniens is, qui te, & illum vocauit, dicat
tibi: Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tene
10 re. * Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouiſſimo loco; vt cùm ve-
nerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi
11 gloria coram ſimul diſcumbentibus. * Quia omnis, qui ſe exaltat, humilia-
12 bitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur. * Dicebat autem & ei, qui ſe inuitaue-
rat: Cum facis prandium, aut cœnam: noli vocare amicos tuos, neque fra-
tres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites; ne fortè te & ipſi reinui-
13 tent, & fiat tibi retributio. * Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debi-
14 les, claudos, & cæcos. * Et beatus eris; quia non habent retribuere tibi. Retri.
buetur enim tibi, in reſurrectione iuſtorum.

Cum introiſſet in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum.

GRæcè, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρισαίων. *Et factum eſt, cum introiſſet in domum cuiuſdam ex Principibus Phariſæorum.* Vnde conſtat, inter Phariſæos fuiſſe aliquos Principes. Videntur autem dici *Principes*, ἄρχοντες, vel quòd magiſtratum gererent, vel quòd cæteris Phariſæis præcellerent.

Inter Phariſæos fuerūt aliqui Principes.

B
Vnus ex his Principibus, Chriſtum inuitauit, vt Euthymius rectè arbitratur. Non enim non inuitatus conuiuio affuiſſet. Quo animo inuitauerit, incertum eſt. Euthymius credit inuitaſſe tamquam Prophetam, vt opinionem venaretur, quòd ipſi non inuideret. Credibile eſt, bono animo inuitaſſe. Non enim fuiſſe videtur ex ijs, qui Chriſto nimium inuidebant.
C
Inuitauit autem die Sabbato, nempe die feſto ad conuiuium apto. Aderant alij Phariſæi: *Et ipſi* (ait Euangeliſta) *obſeruabant eum*, an faceret.

Die Sabbato, Phariſæorū Princeps Chriſtū ad conuiuium inuitauit.

A ceret aliquid,aut dicere,quod poſſent
arguere. Quamuis autem (ait D. Cy-
rillus) malitiam Phariſæorum Domi-
nus cognoſceret: fiebat tamen eorum
conuiua, vt prodeſſet præſentibus per
verba,& miracula,&c. Et Theophy-
lactus: Chriſtus in domos Phariſæo-
rum ingreditur: curæ enim ei erat
animarum vtilitas. Potuiſſent enim
vel ex doctrina,vel ex miraculis vtili-
tatem percipere,&c.

D.Cyril.

Theophyl.

Cur Dominus voluerit conuiua eſſe Phariſæorum.

B

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

OBſeruabant Phariſæi Chriſtum:
nec abhorret à veritate,hydropi
cum coram illo ſtatuiſſe, vt viderent,
an die Sabbati,ægrum ſanaret,Sabba
tumq; violaret,vt ipſi falsò putabant.
Cyrillus ait hydropicum metu Phari
ſæorum non auſum poſtulare ſanita-
tem in Sabbato; ſed ante Chriſtũ ſte-
C tiſſe, vt ex aſpectu miſertus, ſanaret
eum. Idem opinatur Euthym. Quid-
quid ſit,homo hydropiſi laborans, an
te Chriſtum erat, in domo Phariſæi.
Neq; Phariſæi illum repellebant, ſed
obſeruabant potius,num ante ſe poſi
to homini,ſanitatem conferret. Chri-
ſtus verò cogitationes,& obſeruatio-
nem eorũ cum intueretur, cogitatio-
nibus reſpõdit,vt aiunt Beda, & Hya
D mo. *Interrogauit legiſperitos,* qui conuiuio
aderant,& Phariſæos obſeruatores, *Li
cet ne Sabbato curare?* ad miraculum viã
muniens. Illi interrogationi reſpon-
dere non ſunt auſi. Reſpondit Chri-
ſtus facto, ſolita miſericordia hydro-
picum manu vna, vel vtraque appre-
hendit. & tetigit,ſanitatemq; mirabi
liter tactu illo donatum,dimiſit.

Hydropicũ ſanat Dominus.

Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadit, &c.

E POſtquam hydropico attulit opta-
tam ſanitatem in Sabbato, probat
licuiſſe ſibi, in Sabbato illud caritatis
opus facere. Vos(inquit) legiſperiti,
& Pariſæi, ſi die Sabbati aſinus, aut
bos, in puteum cadit; nonne continuò
eadem die extrahitis illum? Si vos aſi-
num, aut bouem ex puteo extrahitis

Probat Dominus, licuiſſe ſibi hydropicũ ſanare in Sabbato.

A in Sabbato, nec Sabbatum violari pu-
tatis; cur me exiſtimatis Sabbati ve-
nerationem imminuere, eo quòd ſa-
nitatem ægris confero? Præſertim cũ
vos,vt ex puteo aſinum, aut bouem li
beretis,laborem adhibeatis, & cona-
tum; ego verò abſque labore vllo, æ-
gris ſanitatem afferam. Numquid,vt
hydropicum hunc, veluti ex puteo a-
quæ,& humorum extraherem, funi-
bus,aut conatu aliquo mihi opus fuit?
B tetigi,& ſanaui. At vos vt brutum ani
mal ex puteo extrahatis,funibus indi
getis,& conatu magno. Obſeruat D.
Auguſtinus lib.2.quæſt. Euang.c 29.
Congruenter Chriſtum hydropicum
animali comparaſſe, quod cecidit in
puteum. Humore enim laborabat,
ſicut ſupra cap.21. fœminam, quam
diabolus alligauerat, & ipſe ſoluit,
cum iumento comparauit, quod ſol-
uitur, & ducitur aquatum. Idem
C Beda docet.

D.Auguſt.

Dicebat autem, & ad inuitatos parabolam.

COnuiuim Dominus miraculo con
decorauit; miraculo doctrinam
adiungit de humilitate. Paſcitur, &
paſcit,conuiuio excipitur, & lautiori
conuiuio excipit inuitatos. Vides cœ-
nas Chriſti,(ait Theophylactus) qua-
les ſint; nempè in vtilitatem animæ,
D & non ſatietatem ventris vertuntur,
&c. Videbat inuitatos accubitos pri-
mos in conuiuio eligere, & ambitioſè
capere. Hinc occaſione capta, de hu-
mili, extremoque loco eligendo agit.
Celebre conuiuium hoc fuiſſe hinc
colligitur,quòd multi fuerint inuita-
ti. Appellat Euangeliſta hanc Domini
doctrinam parabolam. Cur ſic appel-
let,eſt dubium, non enim parabolica
narratio videtur,ſed perſpicuum do-
E cumentum. Eſt qui dicat Chriſtum,
antequam hæc diceret, parabolam
propoſuiſſe aliquam, quam Lucas o-
miſerit. Sed parum, vel nihil habet
hæc ſententia probabilitatis. Manife
ſtè enim ex eodem Luca colligitur,pa
rabolam appellari hãc doctrinam. Be-
da, interl. Lyran. Caietan. & Ianse-
nius volũt,parabolam appellari,quòd
hoc documẽto Chriſtus aliquid aliud

In conuiuio doctrinam tradit Dominus de humilitate.

Cur doctrina hæc dicatur parabola.

ſignificarit parabolicè. Significauit autem exemplo propoſito, in conuiuio humilitatem eſſe ſectandam, extremumque locum appetendum in rebus omnibus: penam ſuperbiæ, humilitatis præmium indicauit. Aliter dici poteſt hæc parabola, quia modo parabolico loquitur Dominus; quaſi quiſpiam conuiuium petat, primumque locum eligat, detrudaturque in extremum, alius verò eligat extremum, & in primum magna cum gloria vocetur.

Cum inuitatus fueris ad nuptias.

IN nuptijs ſplendidiora apparabantur conuiuia, ideò de nuptijs loquitur Dominus, veriſimile etiã eſt hoc conuiuium fuiſſe nuptiale: ideoque Dominum de nuptijs verba facere. *Cum* (inquit) *ad nuptiale conuiuium fueris inuitatus,* ne primum locum tibi arroges. Fieri enim poteſt, vt alius te nobilior, & dignitate præſtantior, ſit etiã vocatus, cui primus debetur locus, cogeriſque illi locum dare, & pudore ſuffuſus in extremum locum abſcedere. Quæritur cur ex primo in extremum, ſiue nouiſſimum locum, hic abſcedere cogatur? Nonne ſunt alia loca, præter primum, & extremum? Excluſus eſt ex primo, recũbet in ſecundo, vel tertio, vel quarto. Reſpondetur excluſum primo loco, non reperiſſe alium, qui nõ eſſet occupatus, ideoque oportuit extremum tenere.

Recumbe in nouiſſimo loco.

PRimus locus non eſt eligendus, ſed extremus. *Cum* (inquit) *fueris vocatus ad conuiuium, recumbe in nouiſſimo, & extremo loco.* Si enim ſuperiori loco dignus fueris, is qui inuitauit, in eum te transferet, magno cum honore, coram omnibus diſcumbentibus. *Omnis enim, qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Superbiæ ſupplicium eſt deiectio; humilitatis præmium honor, & exaltatio. Similis locus eſt Prouerb. 25. *Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris: melius eſt enim vt dicatur tibi, aſcende huc, quam vt humilieris coram principe, &c.*

Extremus locus eligendus, non primus.

Prou. 25.

Cum facis prandium, aut cœnam, &c.

PHariſæorum principi, à quo fuerat inuitatus, egregium offert ferculum Dominus; videlicet erga pauperes miſericordiam. Vtinam diuitibus ſit hoc ferculum miſericordiæ dulce; pauperibus certè eſt dulciſſimum. Docet Dominus exiſtens in conuiuio, quibuſnam magno præmio exhibeatur conuiuium. *Cum facis* (inquit) *prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites.* Mirum hoc eſt, & hominum conſuetudini contrarium; qui diuites, cognatos, & vicinos, ac amicos, ad conuiuia vocant. At non loquitur Dominus de vulgari modo exhibendi conuiuia; ſed de modo ſublimi, & magni præmij, iuxta illud Matth. 5. *Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani, hoc faciunt? & ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciũt? &c.* Noli (inquit) vocare eos, qui tibi par pari reddant, qui hic tibi retribuant ſimile beneficium. Voca pauperes, qui remunerare nõ poſſunt. Deus enim remunerabit in reſurrectione iuſtorum, hoc eſt, in die iudicij, cum iuſti reſurrexerint. Loquitur Dominus de hac remuneratione, quæ corã toto orbe fiet hominibus ad vitam reuocatis, iuxta illud Matth. 25. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c.* In reſurrectione, & iudicio eleemoſynas maximè remunerabit Dominus, vt ſuo loco dicetur.

Doctrinam adijcit Dominus de eleemoſyna.

Matth. 5.

Matth. 25.

CAPVT XXIII.

Morale.

Et ipſi obſeruabant eum.

ADfuit conuiuio Dominus inuitatus, ſed præſtantiora exhibuit fercula, quam Phariſæus inuitator. Phariſæus cibum exhibuit corpori, Chriſtus animo. Exhibuit, inquam, duo

fercula

A ferculа præſtantiſſima, miraculum, præclaramque tum de humilitate, tũ de miſericordia, & eleemoſyna doctrinam. Phariſæi verò reliqui à principe Phariſæorum vocati, ferculũ appoſuerunt amarum, inuidia, & veneno plenum, grauem animo amaritudinem, perniciemque afferens. *Ipſi* [ait Euangeliſta] *obſeruabant eum*, obſeruare debuerunt, i. ſummopere venerari ac colere; at non ſic obſeruabant. Nõ
B erat venerationis, & beneuolentiæ ea obſeruatio; ſed inuidiæ, & maleuolentiæ, cuius eſt ex floribus haurire venenum.

De inidia.

Caritas facta obſeruat, vt laudet; inuidia, vt carpat: amarum ferculũ eſt inuidia. Illius verò amarorem is, qui exhibet inuidus, cogitur deguſtare primus. Inuidiæ malum (ait Auguſtinus ſerm. 83. de tempore] grauius, & pernicioſius, eos prius affligit, à quib.
C procedit, ſicut ærugo ferrum; ita inuidia animam, in qua eſt, conſumit. Et ſicut aiunt viperas dilacerato materno vtero, in quo conceptæ ſunt, naſci, ita & inuidiæ natura, animã a qua cõcepta eſt, conſumit, & perdit. Sic Auguſt. Miſeros inuidos inuidia prius torquet. Hæc ærugo ferrea illorũ corda conſumit. Hæc vipera dilacerato vtero, in quo concipitur, i. corde dilaniato, tormentiſque affecto, oritur. In
D corde enim concipitur, illud verò mirum in modum tormentis afficit. Vnde poeta ait:

Inuidia in-uidum exedit, & perdit.

Inuidia ſiculi non inuenere Tyranni,
Maius tormentum.

Horatius in ſtultitia.

Et Auguſt. ſerm indicato aſſerit, inuidum pectori ſuo, carnifices admouere à quibus diſcrepatur, alienamq; gloriam facere pęnam ſuam. Quanta (inquit) rubigo, zelare in homine donũ Dei; aliorum gloriam, facere pænam
E ſuam veluti quoſdam pectori ſuo admouere carnifices; cogitationibus, & ſenſibus ſuis adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent? Nõ cibus talibus lætus, non potus eſſe iucundus, &c. Mira ſanè eſt inuidorum ſtultitia. Qui amarum cibum ore experitur, protinus ore pellit, in viſcera minimè tranſmittit; at inuidus hanc eſcam experitur amariſſimam, neque

A tamen abijcit, ſed ore viſceribuſque continet. Prophetarum filij, 3. Reg. 4. cùm cibum amarum deguſtaſſent, exclamauerunt dicentes, *mors in olla*: Inuidi verò cùm amariſſimam deguſtent inuidiam, non exclamant, *mors in olla*, ſed mortem ipſam amariſſimã deuorant, miſerrimeque moriuntur. Quis eſt ſtultus, qui tormenta non fugiat, quæ emolumentum nullum, nullum afferunt honorem. Inuidus ſtul-
B tus, qui tormenta non fugiat, imò ſponte ſubeat, quæ commodum nullum, perniciem verò illi afferunt maximam. Non expulerunt Phariſæi inuidiam corde, quamuis ab illa torqueri ſe viderent, viperam enutriuere ſæuam. Ea nunc Chriſtum in conuiuio obſeruabat, vt ſi poſſet tartareum effunderet venenum: ſed inanis fuit obſeruatio.

C *Hydropicus erat ante illum.*

Qualis dicatur hydropicus.

YΔωρ, *aquam*, Græcè ſignificat. Vnde hydropicus is dicitur, quem humor aqueus, ſiue aqua intercus vexat. Appellatur verò aqua intercus, quia inter carnem, & cutem eſt. Duo in hydropico cernuntur, tumor, & ſitis: quamobrem imago eſt duorum vitiorum, ſuperbiæ, & auaritiæ. Ple-
D nus eſt aqua hydropicus, & veluti puteus aquæ; ſitit tamen, velut alter Tâtalus in medio flumine. Eundem in modũ plenus eſt diuitijs auarus; ſed ſiti laborat. Rectè Auguſtinus ſerm. 5. de Verbis Domini: Et habes (inquit) & concupiſcis, & plenus es, & ſitis; morbus eſt; non opulẽtia: ſunt homines in morbo: humore pleni ſunt, & ſemper ſitiunt, humore pleni ſunt, & humorem ſitiunt. Quomodo ergò
E delectas opulẽtiam, qui habes hydropem concupiſcentiam? &c.

Auarus eſt hydropicus

Quidnam remedij huic adhibebimus ſiti? numquid potu extinguet? Nõ extinguitur potu ſitis hydropici, non extinguitur auro ſitis auari, ſed accenditur. Hydropicus (ait D. Greg. lib. 14. Moral. c. 6.] quò amplius biberit, amplius ſitit, & omnis auarus ex potu ſitim multiplicat, quia cũ ea quæ

Sitis hydropici, i. auari potu accenditur.

A appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius, & amplius anhelat. Qui enim adipiſcendo plus appetit, huic ſitis ex potu creſcit. Hæc ille. Conſentit illud vulgatum.

Iuuenalis.

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Plutarchus *Purgatio ſitim ſanat auari.*

Nõ extinguitur hæc ſitis potu, ſed purgatione, vt Plutarchus docet, in libro de cupiditate diuitiarum. Qui plura (inquit) quã ſat eſt, poſſidet, plura con-
B cupiſcens, hunc aurum ſanare non poteſt, ſed vomitu ac purgatione opus habet, &c. Expurget animũ diuitiarũ cupiditate, euomat pecuniæ deſideriũ & ſanabitur hydropicus, explebitur ſitis non potu, ſed humoris peſſimi, id eſt, cupiditatis expulſione. Hydropiſim & ſitim hanc, vir religioſus, eximia, diuinaq; expurgatione voti paupertatis penitus pellit; paupertatem vouet perpetuam, ſic opes cunctas vo-
C mit, id eſt, argenti cupiditatem procul ab animo exterminat.

Hydropicus ſuperbum adumbrat. *Chryſoſt.*

Præterea tumet hydropicus, tumore ſuperbum adumbrat. Quid enim aliud ſuperbia eſt, quàm tumor? quid aliud eſt ſuperbus homo, quam homo inflatus? Chryſ. ho. 3. de Ozia. Quod (inquit) in corporib. eſt inflatio, hoc in animis eſt ſuperbia, &c. Quemadmodum aqua intercus, noxiuſq; humor hydropicũ; ita noxia ſuperbia hó-
D minem ſuperbũ inflat: inflat vtrem ventus, inflat hominem arrogantia. Magnum ſe cupit facere ſuperbus; nõ magnum ſe facit, ſed tumidũ. Videtur tumore addere magnitudinem, non magnitudinẽ addit, ſed morbum. Superbus molẽ videtur habere, vt Aug. ait; hęc moles tumida eſt, non magna, ho. 33. Moles (inquit) ſuperbi, non magna, ſed tumida. Magnitudo n. ſoliditatem habet, tumor inflationem. Non
E ſibi magnus tumidus videatur; detumeſcat, vt magnus ſit &c. Si roges Auguſtinum, quonammodo hęc curetur hydropiſi, reſpondebit, humilitatis ſanari medicamento eximio, & potione. Humilitatis enim potio, tumore ſuperbiæ, animam, corpuſq; liberat. Accipiat (ait Auguſt. loco citato) humilitatis medicamentum, bibat contra tumorem poculum amarũ, ſed ſalubre,

Superbia eſt tumor. *Auguſt.*

Sanatur tumor ſuperbiæ, potione humilitatis

A bibat poculum humilitatis; &c. Pſal. *Factus ſum ſicut vter in pruina, &c.* Superbus vter eſt, vt diximus, ſuperbiæ inflatus vento, at ſi pruinę ſe exponit cęleſti, id eſt, diuinæ gratiæ, ventum abijcit, ſimiliſq; fit vtri pruinæ expoſito, qui omni vento vacuus obdureſcit, & contrahitur. Chaldæus vertit: היך כזיקא דתלי בקדרא הויתי *hauithi hech zarnucha dethale beKidra*; id eſt, *factus ſum ſicut vter ſuſpẽſus ad fumum, &c.* Exi-
B mium hoc eſt remedium, vt detumeſcat hydropicus. Si ad fumum tartarei ignis ſe ſuſpendat cogitãdo, ſępeq; æterna tormenta conſiderando; amittet tumorem. Fumus enim ille, ille æternus ignis, vim habet magnam ad exſiccandam intercutem aquam.

Pſal. 118.

Gehennæ cõſideratio hydropicũ exſiccat.

Theophylactus remediũ hydropico præbet, ex Euangelio ipſo depromptum? *Hydropicus* (ait Euangeliſta) *erat ante illum*, id eſt, ante Chriſtum. Sana-
C bitur hydropicus (ait Theophyl.) ſi ante Chriſtũ fuerit. Nã qui ante Chriſtum fuerit cogitans ſemper, quomodo ab ipſo videatur, minime peccabit. Sic ille. Egregium potenſque, hoc eſt, aduerſus vitia omnia remedium. Nã qui Deum ſemper præſentẽ cogitat; is frænum ſibi inijcit, quo à peccatis coerceatur maximè. Vnde illud Boetij lib. 5. de conſolat. proſa. 5. Magna vobis eſt ſi diſſimulare non vultis, ne-
D ceſſitas indicta probitatis; cùm ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis, &c. Nullus fur furari audet, ſi iudicem præſentem cernit, cerne præſentem iudicem ſemper, fidei oculis; peccare non audebis.

Theophyl.

Boetius.

Præſentia Dei conſideranda.

Scito tamẽ fruſtra omnia remedia ahibenda, ſi Chriſtus manum ſuam non admoueat hydropico. id eſt, ſi auxilium ſuum non præbeat. Vide quomodo hunc ſanarit; *Apprehenſum ſana-*
E *uit eum*, ait Euangiliſta, *&c.* Apprehendit peccatorem Deus manib. cum auxilium præbet, & ſanat. *Non apprehendit Angelos*, vt ait Paulus ad Hebr. 2. *Sed apprehendit homines*, quoniã dæmonibus auxilium, quo conuertantur, non præbet, præbet hominibus. Sed quid eſt; *dimiſit illum? &c.* Numquid Deus hominem ſanum dimittit, quaſi Dei auxilio, ſanus non indigeat, qui

ad Hebr. 2. *Auxilium Dei neceſſarium.*

qui æger indigebat? Minimè ſic dimittit. Dimittit verò quia relinquit in manu conſilij ſui, iuxta illud Eccl. 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui, &c.* Non cogit Deus hominem ſanum, vt virtutē coactus ſequatur: liberum relinquit. Poteſt non peccare poteſt etiam peccare, non dimittit tamen abſque auxilio ſuo, quo illum regit, tuetur, & virtutibus promouet, & à peccatis liberat. *Reliquit eum in manu conſilij ſui:* bonū conſilium capere potes, & malum, vt bonum conſilium capias conſidera; Nam bonum conſilium conſideratio rerum æternarum præbet, inconſideratio peſſimum.

Eccle. 15. *Liberum arbitrium homo habet.*

Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbati?

MAior cura Phariſæis erat aſini, & bouis, quàm animæ, aſinū & bouem ex puteo protinus extrahebant, animā autem in puteo inuidiæ, cæterorumque ſcelerum fouea perire ſinebant. Idem multis etiam nunc euenit, vnde illud D. Bernardi lib. 4. ad Eugenium, cadit aſina, & eſt, qui ſubleuet eam: cadit anima, & nemo, qui reputet, &c. Flagitat anima omnem hominis curam; ſed nulla illi à multis impeditur cura: aſini maiorē curam gerunt, quàm animæ. Cadit aſinus in puteum & continuò extrahitur, cadit anima in peccatū, & multos dies, nē dicam menſes, & annos iacet. Aſinus animæ anteponitur. O miram hominum cęcitatem. Denique corpus vt rem noſtram curamus diligenter; animam perinde ac ſi aliena res eſſet, negligimus. Vnde Chryſoſtomus homi. 31. in Gen. Ita (inquit) conſulimus de anima noſtra, quaſi eſſet aliena, & non noſtra, &c. Animam improbus homo à ſe abalienat, dum peccato tradit, & dæmoni pro modica voluptate vendit; poſtea quaſi alienam, & iam venditam, non curat. Pro pane, & lentis edulio, primogenita ſua Eſau vendidit, Gen. 25. *Et alijs paruī pendens, quòd primogenita vendidiſſet, &c.* Sic impius pro dulci voluptatis edulio, ęterna pri-

D. Bern. *Hominum negligentia in curanda anima.* *D. Chryſ.* *Gen. 25.*

A mogenita, animamq; ſimul vendit, & abit paruipendens quòd animā, ęternamq; gloriam cum æternis tormentis commutauerit. Danda concionatoribus opera diligenter, vt intelligāt huiuſmodi homines, animæ ſuæ dignitatem, reſcindantq; venditorem, dum tempus ſuppetit, extrahitur à puteo aſinus, & bos magna cura, extrahatur & à peccato anima, cura multo maiori. Funes demittat amicus, concionator, B parochus; opem ferant omnes, in puteo peccati iacere non patiantur ouem Chriſti ſanguine redemptam.

Recumbe in nouiſſimo loco.

PRima in conuiuio loca conuiuæ eligebant. Id tunc animaduertit Chriſtus; *intendens* (inquit Euāgeliſta) *quomodo primos accubitus eligerent, &c.* Idem nunc in orbe terrarum inten- C dit; intendit (inquam) quomodo plerique prima loca ambiant, multoſque cernit hydropicos, hoc eſt, ſuperbia tumentes, atq; inflatos, qui dignitates, & honores affectant inſolenter. Documentum pręb et, quo ſanatur hic tumor. *Recumbe* (inquit) medicus ſapientiſſimus) *in nouiſſimo loco*, humilitatem amplectere, prima loca ne affectes, extrema potius appete. Gemmæ pretioſæ, quæ regijs coronis fulgent, in loco D illo celſo affixę vi continentur. Si vim non adhibeas, ſi non affigas, protinus in extremum locum, id eſt, terram decidunt. Eundem in modū viri ſapientes, quibus Eccleſia veluti gemmis exornatur, celſis in locis, ac dignitatibus veluti vi adhibita ſedere debent: & ſi ſuę relinquantur voluntati, in nouiſſimo loco recumbere.

Chriſtus intendit in homines primos honores ambientes.

Eſt locus nouiſſimus tranquilliſſimus. Etenim propter celſum locum, E contentiones, rixæ, liteſque ſæpè exoriuntur, propter nouiſſimū nemo contendit. Vt elementorum tranquilliſſimum eſt terra, quę nouiſſimum tenet locum, ſic hominum tranquilliſſimus eſt humilis, qui nouiſſimo loco recūbit. Videas ſuperbos pro celſis locis, pro regnis, pro honoribus, pro dignitatibus digladiari, pro nouiſſimo loco digladiatur nemo. Nouiſſimus orbis

Locus nouiſſimus locus eſt nouſſimus.

Digitized by Google

A locus, terra eſt; ſed fœcundus, & fructuum ferax, aliique homines, ſic humilitatis locus nouiſſimus eſt, ſed fructuoſus, & virtutum ferax, educatorque ſanctimoniç vniuerſæ. Quòd ſi de honore agitur prçclariſſimus locus eſt nouiſſimus. Etenim is locus eſt illuſtriſſimus, qui propè regem eſt. Cum igitur nouiſſimus locus propè Chriſtū ſit, rectè efficitur, eum eſſe illuſtriſſimum. Quòd autem nouiſſimus locus

Præclariſſimus locus eſt nouiſſimus.

B maximè propinquus Chriſto ſit; nemo negabit, qui animo, illius vitā expenderit. Si introitum conſideret, in loco nouiſſimo, nempè in præſepio, iacentem inueniet. Si exitum, in loco nouiſſimo, nempè in cruce recumbente aſpiciet. Si reliquas vitæ partes, ab humilitatis itinere, nullo vnquā tempore declinaſſe reperiet.

Nouiſſimus locus plenus honore.

Quò quiſque loco humiliori, mente, ac humili voluntate recumbit, eo
C propinquior eſt Chriſto regi. Quamobrem præclariſſimum locum occupat. At ſi celſum, primumq; locum, tumida mēte eligit, propè luciferū ſedere vult. Cuius illa ſunt verba, Iſaiæ. *In cęlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum; aſcendam ſuper altitudinem nubium, &c.* Nouiſſimum terræ locus centrum eſt, huc omnes terræ feruntur partes; ideoq; ſtabilis eſt, iuxta illud Pſal 103. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam.* Si illius partes,

Pſal. 103.

D ſublimem ſingulæ locum appeterent, non nouiſſimū, mox terrena hæc moles diſſoluetur, abiretq; in puluerem. Eundem in modum, nouiſſimus locus veluti centrum eſt viri humilis, eo fertur humilitatis pondere, ideoque in ſanctitate eſt maximè ſtabilis. Quòd ſi in centrum huiuſmodi non feratur, ſed ad ſublimiora ſuperbiæ impetu rapiatur, virtutū mox diſſipabitur compactio. Propone tibi ob oculos religio-

Nouiſſimus locus centrum viri humilis.

E ſorum hominum congregationem. Si omnes humilitatis pondere, in nouiſſimum deſcenderint locum; ſanctimonia florebit. Si in ſuperiorem locum contenderint, diſſoluetur, ac peribit.

Denique, vt D. Cyrillus ait Ioan. 1. Quaſi quidam creaturarum locus cōfingitur ipſum nihil. Nam omnes creaturç ex nihilo in mundum hunc venerunt. Si hic eſt creaturarum locus, eſt & hominis. Eſt autem locus plane nouiſſimus ipſum nihil. Cum igitur vocati ſimus ad conuiuium præclariſſimum, quod Deus in hoc terrarum orbe nobis exhibet, in hoc nouiſſimo loco recumbamus, in noſtro nihilo mēte, ac cogitatione defixi, nihil nobis honoris, nihil gloriæ, arrogemus, Deo omnium bonorum fonti, quidquid habemus boni, tribuamus.

Cyrillus. Locus creaturæ ipſum nihil.

B Ipſo etiam nihilo inferiorem locū reperire poterimus; videlicet locum peccatis debitū. Quid vilius peccatore? quid turpius? quid fœdius? qui illi debetur locus? tartareæ flāmæ, ignis non extinguendus, æterni rogi. In hoc nouiſſimo loco, quo eramus digni, meditando ſi recumbamus, tartareo illo igne, ſuperbiæ peſtiferum humorem exſiccabimus, tumoremque extenuabimus. Adde ipſum ſepul-
C chrum, fœtore, vermibuſq; plenum, hic nouiſſimus quoque locus eſt, in quo recumbit humilis, nemine ſe anteferens. Adde puluerem illū, in quo recumbebat Abraham Gen. 18. cum dicebat; *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis, &c.*

Nouiſſima loca.

Gen. 18.

Obſerua nouiſſimum, & extremū locum eſſe tenendum; ita vt ne vni quidem nos ſuperbè præferamus, ſed omnibus humiliter ſubijciamus. No-
D uiſſimo enim loco is recumbit, qui poſt reliquos omnes ſedet, omnes ſibi præponit, nemini ſe antefert ex animo. Non tantum curat Deus (ait Auctor imperf. homil. 43 in Matth.) vbi corpus hominis iaceat; ſed in qua parte mens conſcientiæ ſi collocata, ergo quod iubet in vltimo loco Dominus recumbere, non ſolum ſic iubet, vt corpore in nouiſſimo iaceamus, ſed et animo, vt nouiſſimos nos eſſe omniū
E iudicemus, &c. Item D. Bernardus ſer. 37. in Cantica. Noli (inquit) te cōparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni, *recumbe in nouiſſimo loco*, vt ſolus videlicet, omnium nouiſſimus ſedeas, neque nemini, non dico præponas, ſed ne comparare præſumas, &c. Item; Non eſt periculum quantumcumq. te humilies, quantumcumque te putes minorem, quam ſis,

Mentis humilitas. Auctor imperf.

D Bern.

Nos ne nouiſſimis quidem comparare debemus.

& tamen

Digitized by Google

A & tamen grande malum, horrendũque periculum, ſi vel modicè plus verò te extollas, ſi vel vni videlicet in tua cogitatione te præferas, quem forte parem tibi veritas indicat, aut etiam ſuperiorem, &c. Rem ſimilitudine illuſtrat: Quemadmodum (ait) ſi per oſtium traſeas, cuius ſuperliminare nimirũ baſſum ſit, nõ nocet quatumcumq. te inclinaueris, nocet autẽ ſi vel tranſuerſi digiti ſpatio, pluſquã B oſtij patitur menſura, erexeris, ita vt impingas, & capite quaſſato collidaris. Sic in anima non eſt timenda quãlibet humiliatio; horrenda autem nimiumque pauenda vel minima temere præſumpta erectio. Hæc D. Ber.

Amice aſcende ſuperius.

NVllus eſt homo qui libenter nouiſſimum non eligeret locum, ſi à Rege audiret, eum qui in nouiſſimo C loco ſederet, ad ſuperiorem, magno cum honore eſſe vocandum. Contẽtio tunc de nouiſſimo haberetur loco nõ de primo. A Chriſto Regum Rege audimus, eos qui extremum elegerit locum in ſuperiorum magna cũ gloria eſſe euehendos. Cur igitur inter nos non eſt de nouiſſimo loco contentio, ſed de primo? Cur primos accubitus deſideramus, non extremos eligimus, quos Deus ipſe elegit? Deeſt æ- D ternitatis conſideratio, deeſt præmij ſummi meditatio ſi.n. æternitatis ſempiternum honorem volueremus animo; facile honoris temporarij vmbrã pro nihilo duceremus. *Amice* [inquit] *aſcende ſuperius*. Cui nam hoc dicitur? nempè illi, qui in nouiſſimo ſedebat loco. Amicus Dei vocatur, ad celſiorẽ locũ euehitur magna cum gloria, iuxta illud Pſal. 138. *Mihi nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus* E *eſt principatus eorum, &c. Tunc* [inquit Dominus] *erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus*, hoc eſt, in cœleſti illo conuiuio, in cœleſti regno, in beata patria, *erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus* Anghelis, Cherubinis, atq. Seraphinis, coram beatis omnibus.

De nouiſſimo non de primo loco ſit cõtẽtio.

Pſal. 138.

Hanc ſpecta gloriam, hanc fidei oculis intuere, nouiſſimum hic locũ eli A ge, vt ea paulo poſt perfruaris. *Erunt enim nouiſſimi primi & primi nouiſſimi*: hoc eſt, qui nunc in nouiſſimo recũbũt loco humiles; in primo recumbent, sũma gloria affecti. Qui vero nũc in primo recumbunt ſuperbi, in nouiſſimo collocabuntur, ſumma ignominia notati. *omnis enim qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabutur*, ait Dominus. Et in Cantico, Virgo Deipara Luc. 2. *Depoſuit potentes de ſede, & exalta-* B *uit humiles*. Prouerb. 29. *Superbum ſequitur humilitas*, id eſt, humilitatio, & abiectio, *& humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria &c.* Iob. 28. *Qui humiliauerit ſe, erit in gloria, &c.* Pſal. 112. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo, & in terra, ſuſcitans, à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui, &c.* Nouiſſimus locus eſt terra, & ſtercus, ex hoc loco nouiſſimo, C ex terra, & ſtercore. ſuſcitat Deus humilem; pauperem, & in præclaro loco collocat, *cum principibus populi ſui*, dicens illi, *amice aſcende ſuperius*, Huius loci ſplendorem, ac dignitatem, ſuperbi tandem prædicabunt, cum rubore nouiſſimum tenentes locum illudque dicentes Sap. 5 *Ecce quomodo computati ſunt inter Filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt, &c.*

Luc. 2.

Prouer. 29.

Iob. 22.

Pſal. 112.

Deus ex terra et ſtercore humilẽ ſuſcitat.

D *Cum facis conuiuium voca pauperes.*

VTiliſſimum conſilium dat Dominus Phariſæorum principi, ſimulque diuitibus cunctis. Cibis [inquit] tuis, & conuiuijs, pauperes potius alẽ, quam diuites, præmium ex eleemoſyna magnum conſequeris. Indicat egregiũ diuitiarũ vſum. Habes diuitias, ò diuites, hic eximius eſt illarũ vſus, donare pauperib. Prodigus E eſt diuitiarum vſus ille, quo in conuiuijs, epũliſq. abſq. ratione congrua, in veſtib. et bombycinis, auroq. fulgentibus, in equorum phaleris, huiuſmodique alijs inanibus rebus impendũtur. Turpis vſus ille eſt, quo in libidines, turpiaq alia ſcelera, conferuntur præclarus ille, quo in pauperum inopia ſubleuanda inſumũtur. Pſal. 103. dicuntur paſſeres in cedris Libani nidiſi-

De eleemoſyna.

Egregius diuitiarum vſus.

Pſal. 103.

Digitized by Google

A diſicare. *Saturabuntur ligna campi; & cedri Libani quas plantauit, illic paſſeres nidiſicabunt, &c.* Quamobrem in ramis cedrorum Libani volucres nidificãt, ſic in opibus proborum diuitum, pauperes veluti nidos conſtruunt. Saturantur cedri Libani, id eſt, diuites, vt Auguſtin⁹ moraliter interpretatur, quos Deus in ſeculo plantauit. *Illic*, id eſt, in ramis haurum cedrorum *paſſeres*, hoc eſt, pauperes *nidificabunt*, his. n. nidis B conſtruendis, id eſt, pauperib. tuẽdis atq; alendis, huiuſmodi cedri inſeruiunt. Cedri Libani (ait Auguſt. Pſal. 103.) nobiles, & diuites, & excelſi huius ſæculi, quoniam cum timore audiunt: *Beatus q: i intelligit ſuper egenum, & pauperem* Pſal. 40. attendunt res ſuas, villas ſuas, & omnes ſuperfluãs copias quib videntur excelſi, & præbent illas ſeruis Dei. Dant agros, dant hortos, ædificant Eccleſias, monaſteria, C colligunt paſſeres, vt in cedris Libani nidificent, &c.

Cedri Libani diuites. D. Auguſt.

Pſal. 40.

Lib. 2. Reg. c. 9. Quærit Dauid rex aliquem, qui ex domo Saul remanſerit, vt beneficij illum afficiat propter amicum Ionathan. *Putaſne* [inquit] *eſt aliquis, qui remanſerit de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam, propter Ionathã &c* Remanſerat autem filius Ionathę Miphiloſeth, erga hunc miſericordia vſus eſt Dauid; cibumq. in menſa ſua D illi perpetuo præbuit. *Faciens* [inquit] *faciam in te miſericordiam, propter Ionathã patrem tuum: & reſtituam tibi omnes] agros Saul patris tui. Et tu comedes panem in menſa mea ſemper, &c.* Diligebat Dauit Ionathan ideoque Ionathæ quærebat conſanguineos, vt erga eos vteretur miſericordia Eundem in modũ diues qui Chriſtum diligit, Chriſti pauperes quærit, vt erga illos miſericordia vtatur. Inuentum Ionathæ filium, in E menſa ſua cibis ſemper pauit Dauid, propter Iothan, ſic diues miſericors, inuentos Chriſti pauperes, conuiuio ſuo ſemper alit, propter Chriſtũ. Cũ facit conuiuium, vocat pauſeses. In hos pecunias expendit, non verò in paraſitos, venaticos canes, equos, ſimiliaq. alia ſuperbiæ irritamenta.

2. Reg. 9.

Diuites alunt pauperes.

Dauidis miſericordia cum Miphiboſeth quid deſignet.

Lege q̃ſo boni diuitis laudes apud Eccleſiaſticum, inter reliquas hanc re- A peries, quod eleemoſinam liberaliter largiatur, ca. 31. *Beatus* [inquit] *diues, qui inuentus eſt ſine maculis, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia, & theſauris Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua, qui probatus eſt in illo, & perfectus eſt, erit illi gloria æterna, qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit, ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sancto-* B *rum, &c.* Beatum appellat diuitem qui inculpatè vitam diuicijs circumfluẽs traducit; *Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula*, Græcè, ἄμωμ☉, id eſt, *beatus eſt diues qui inuentus eſt inculpatus, & irreprehenſibilis Quique poſt aurum non abijt*, id eſt, qui ardenti ductus cupiditate, aurum non eſt ſequutus, non quęſiuit qui Deo relicto, Deique via contempta, auaritiæ viam non tenuit Item, qui ſpem ſuam non in fallaci pecunia C & theſauris ſed in Deo collocauit. Rarus hic eſt, ideo addit: *Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua*, admirabile namque eſt diuitijs præclarè vti. in affluentia rerum omnium non extolli ſuperbia, non ardere auaritia, non diffluere luxu. Ex diuina prouidentia pendere, à vitijs abſtinere, eleemoſynas prębere largiter Sequitur; *Qui probatus eſt in illo*, id eſt, in auro. *& perfectus inuentus eſt, &c.* Probat D lydius lapis aurum, ipſum verò aurũ probat homines. Vnde prouerbium: *Quod index auro, id aurum eſt homini*, & Chilo; In ſaxeis (ait) coticulis aurum exploratur, iu auro autem proborum pariter, & improborum ingenium deprehenditur, &c. Probus diues, probatur in auro, perfectus eſt inuentus, videlicet abſque ſcoria, & fæce vitiorum, ad quæ viam muniunt diuitiæ. *Potuit* [inquit] *tranſgredi & non eſt tran-* E *greſſus, facere mala, & non fecit, &c.* Vitiorum ſuppeditant materiam diuitiæ, & virtutum: bono diuiti⁹ virtutum ſunt materia, non vitiorũ. Potuit peccata multa committere, præbentib. diuitijs facultatem, ſed peccata cõmittere noluit, virtutib. poti⁹ diuitias impendere voluit Addit. *Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino*, vſus. n. bonus diuitiarum, ipſa diuitis bona, tũ animi,

Eccleſ. 31.

Bonus diues quid.

Diues quibus reb. vacare debeat

Probat aurũ diuitem.

Diuitiæ materiam virtutũ & vitiorum ſuppeditant.

animi, tũ reliqua omnia externa ſtabilia reddit, cuſtodit, ac tuetur.

Deniq; *eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.* Vnde conſtat huiuſmodi diuitem in eleemoſynis largiendis, ita eſſe liberalem, vt ſumma ſit laude propter eleemoſynas prædicandus. *Enarrabit eleemoſynas Eccleſia*, id eſt, congregatio Sanctorum; enarrabit etiam Chriſtus in iudicio, cum dicet, *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c.* Et hoc. Luc. 14. *Retribuetur* [inquit] *tibi in reſurrectione iuſtorum, &c.* Ergo ò diues, cũ facis conuiuium, voca pauperes, vt enarret Chriſtus in iudicio tuas eleemoſynas; & vt retribuat tibi in reſurrectione iuſtorũ. Quid dixi *Voca pauperes?* Cum facis conuiuiũ, ò diues, voca Chriſtum, Chriſtus. n. vocatur, cum vocantur pauperes. Nõ ſit tuum ſine Chriſto conuiuium, ne tibi illud congruat D. Chryſoſtomi ho. 49. in Matth. Tu immoderate deuoras cum Chriſt⁹ eſuriat (videlicet in pauperib.) tu pretioſiſſimas edis placentas, ac libas; Chriſtus verò, nec ſiccũ quidem fruſtum panis. Tu vina bibis falerna, Chriſto nec frigidæ quidem aquæ calicem ſitienti dediſti. Tu in tenerrimo lecto, atq. perornato ſtertis, cũ Chriſtus frigore laboret, ſic Chryſoſtomus. Addit: Si Sale, ac menſa tibi communicauerit Chriſtus, mitis erit, cum te iudicet: ſolet enim valdè menſam venerari, &c.

Diuitis pro bi eleemoſyna prædicãdr.

Matth 25.
Luc. 14.

Chryſoſt.

Reprehenſio diuitis illiberalis.

Beatus eris, quia non habent retribuere tibi.

VVlt dominus nos noſtrorũ operum præmium, ac retributionẽ, A non ab hominib. expectare, ſed a Deo. Pauperes (inquit) excipe conuiuio, à quib. ſperare nihil retributionis potes: neq. tamen ſine remuneratione excipies. Non poteſt te remunerare pauper, remunerabit. Deus Pauperẽ excepiſti conuiuio in terra Deus teipſum excipiet abundantiſſimo, & æterno conuiuio in cœlo. Auguſt. Pſal. 75. Reſpice [inquit] manus inanes, ſi vis habere manus plenas, &c. Inanes B ſunt pauperum manus, quæ nihil habent, ꝙ poſſint retribuere; hæ ſunt reſpiciendæ, & eleemoſynis implendę Si inanes has manus impleamus; De⁹ noſtras æternis bonis implebit. Natura vacuũ locum ferre non poteſt, magna feſtinatione, vt illum impleat, accurrit. Sic diuitũ bonorum miſericordia, pauperum manus vacuas eſſe pati nequit; magna ꝑperatione eas implere conatur. Eccleſ. 12 *Benefac iuſto, & inuenies retributionem, & ſi non ab ipſo* C *certè à Domino, &c.* Chryſoſt. ho. de 9. pœnitentia, parua da, & magna ſuſcipe, da mortalia, & immortalia recipere. Da corruptibilia. & incorruptibilia accipe. Da panem, & accipe paradiſum, &c. Meminerit tamen is, qui peccato mortifero eſt īquinatus, eleemoſynam cum pęnitentia & caritate coniungendam eſſe, vt in reſurrectione iuſtorum, pro pane accipiat D paradiſum neque enim ſatis eſt eleemoſyna ſola, ad diluenda peccata, æternamque gloriam conſequendam.

Deus eleemoſynis premiũ reddit D. Auguſt.

Eccleſ. 12.

Chriſoſt.

CAPVT XIIII.

De parabola hominis qui fecit cænam magnam.

LVCAS, CAPITE XIIII. Verſ. 15

HAec cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus dixit illi; Beatus
16 qui manducabit panem in regno Dei. * At ipſe dixit ei: Homo qui
17 dam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, * & miſit ſeruum
18 ſuum hora cœnæ, dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. *

Et cœ-

Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei, villam emi, & neceſſe
19 habeo exire, & videre illam, rogo te, habe me excuſatum. * Et alius dixit, v-
xorem duxi, & ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus, nunciauit hæc
Domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo, exi citò in plateas, &
20 vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos, introduc huc.* Et
21 ait ſeruus, Domine factum eſt, vt imperaſti, & adhuc locus eſt. * Et ait Domi
22 nus ſeruo, exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.
23 * Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſta-
24 bit cœnam meam.

Connexio dictorum.

ACcumbens Dominus mẽſæ, principis Phariſæorum, præclara tradidit, de humilitate, & eleemoſyna, doctrinã; quam his concluſit verbis: *Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles claudos, & cæcos, & beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum, &c.* Hæc cum audiuiſſet ex diſcumbentib. quidam, diuinæ retributionis deſiderio commotus, ſic factus eſt; *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, quaſi diceret, ò illũ fœlicem, qui diuinam remunerationem conſequetur, quique non in hoc humili conuiuio, in quo accumbimus ſed in regno Dei, diuinis epulis ſatiabitur. Tum Chriſtus dictis parabolã addidit, ex ipſo conuiuio, in quo erat depromptam: qua oſtendit Iudæos nõ manducaturos panẽ in regno Dei foraſq. pellendo Etnicos vero vocandos, & cæleſti cœna ſaturandos. Similis parabola eſt apud Matth. cap. 22. *Simile*] inquit] *factum eſt regnum cælorum domini regi, qui fecit nuptias filio ſuo & miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolúar ũt venire, &c.* Adeò verò eſt ſimilis, vt noſter Maldonatus exiſtimarit, non ſimilem, ſed eandem eſſe. Ego vero cum Auguſtino lib. 2. de conſenſu Euangel. ca. 77. & Gregor. ho. 38. in Euang. diuerſam eſſe arbitror, idque facile arbitrabitur, qui vtramque attente legerit.

A *Homo quidam fecit cœnam magnam.*

Explicatio parabolæ. NOn eſt difficilis intellectu parabola; ideo paucis explicabitur. Cœna hæc, quam homo quidam fecit, æternum adumbrat conuiuium, quod Deus in cælo hominib. pparauit. Tertullianus lib. 4. contra Marcionẽ c. 31. *Tertullian.* Cœna [inquit] paratura, vitæ æternæ ſaturitatem figurat, &c. Cæna dicitur, vt Gregorius vult, hom. 36. in Euang quia poſt cænam conuiuiũ nul- *D. Gregor.*
B lum reſtat. Et quia æternum Dei conuiuium nobis, in extremo præparabitur, rectum fuit, vt hoc non prandiũ, ſed cæna vocaretur. Sic ille. Et Euthymius: Cænã [inquit] magnã ineffabilẽ regni Dei fruitionẽ vocauit Domin⁹ *De cæna cæleſte.* q̃ ideo cænã appellauit, quod finẽ neſciat, &c. Magna cæna dicit̃, quia præclariſſimo apparatu, omnis generis epulæ, magnis cæli pricipib. exhibent̃. *Euthym.* Facit autẽ hanc cænã Deus, quia ipſe
C cæleſtia fercula, ciboſq. omni ſuauitate dulciores pſtat. Cæna noctu ſine lumine nõ exhibet̃, ſi lumẽ abſit, inuitati cibos minime cernẽt. Hanc ẽt ob *Sine lumine cæna nõ fit.* cãm meritò cæleſte conuiuiũ, cæna appellat̃. Nã ſine lumine, ꝙ Theologi lumẽ gloriæ nominãt, cõuiuiũ cæleſte, ſiue cæna, præberi, nõ pôt. Si hoc lumẽ non adeſſet, Deũ conuiuæ cernere nequaq̃ poſſent, diuinæq. beatitudinis epulo carerent: hoc lumine fulgẽriſſi
D mo cæna illa illuſtrat̃. Veluti ientaculũ quoddã fuere naturalis legis, & legis veteris bona; prandiũ fuere bona legis gratiæ extrema, & magna cæna ſunt bona cœleſtis patriæ.

Vocauit multos.

AD cæleſte cõuiuiũ vocauit Domin⁹ multos, videlicet Iudæos, de his in hæc verba itelligũt q ante Etnicos *Vocati ad cenã Iudæi, primo ſunt.* Quis autẽ ſeru⁹ ille ſit p quem vocati ſunt,

ſunt,dubitatur. Theophylactus, Euthymihs,Titus Boſtrenſ.D. Cyrillus, & Salmeronius, Chriſtum eſſe aiunt. Sed Chryſtus filium ſe vocare ſolet, ſeruum nũquam appellat. In alia parabola Matth.21. *Miſit* [inquit] *ad eos filium ſuum.* Auctores Gloſſ. interl. & Ordin. D. Gregorius, Beda, Haymo, prædicatores nomine ſerui ſentiunt indicari;idq. verius eſt. Vocauit enim Deus Iudæos ad cœnam per Apoſtolos,alioſque diſcipulos. B Dici etiã poteſt,Chriſtum,id quod fieri ſolet, in parabola propoſuiſſe. Solent autẽ per ſeruum vocari inuitati: ſed intelligi voluiſſe,Iudæos vocatos eſſe non ſolum per ſeruos, verum etiam per filium; At ſeruus vocãs ait: *iam parata eſſe omnia.* Cum vero Chriſtus Iudæos vocabat nondum erant parata omnia Deerat enim paſſio,& ſanguis Chriſti. Quamobrem de ſeruis locus intelligendus,niſi quis velit C Chriſto concionante fuiſſe parata omnia, quia paſſionis hora parum diſtabat.

Chriſtus filium ſe vocat non ſeruum.

De hora cœnæ quæſtio quoq. exoritur; *Miſit* [inquit] *ſeruum ſuum hora cœnæ*. Quænam dicitur hora cœnæ? In Gloſſ. Ordin. & interlin. hora cęnę finis ſeculi eſſe dicitur, in hac ſententia eſt Gregor. homilia 36. Beda, Haymo;ſed non recte conſentit cum ſenſu parabolę,quem ſequimur. Reſpondemus, D horam cœnę dici horam cœnandi,hoc eſt,tempus aduentus Chriſti,& legis gratiæ, quo hora conuiuij cœleſtis aduenit. Nam ante Chriſti aduentum,non erat hora, id eſt,tempus cęnæ,ſiue gloriæ cæleſtis, quoniã cœli fores obſeratæ erant, nulluſque hominum ad cæleſtem cænam admittebatur. Nondum enim tempus cænandi aduenerat. Chriſtus vero cæli fores aperuit,hominesque ad cœnam E admiſit. Vocabat igitur Chriſtus Iudęos ad cœleſtem cœnam hora cœnę, *quia appropinquabat regnum cœlorum.* Vocarunt Apoſtoli,& diſcipuli, quia iam cœlum per Chriſti paſſionem,reſeratum erat *Miſit* [inquit] *hora cœnæ dicere inuitatis,vt venirent,quia iam parata ſunt omnia* Ante Chriſti aduentum non erant parata omnia,quæ ad cœnam attinebant;idcoq; nullus homi-

De hora cœnæ.

A num menſę Dei in cœlo accumbebat Chriſtus cęnę neceſſaria,quę deerãt, pręparauit,videlicet merita ſua, quę nobis neceſſaria erant, vt cœleſtem cœnam conſequi poſſemus. Paratis iam meritis Chriſti,cœlorum foribus reſeratis;iuſſit vocari Iudęos primum vt per fidem venirent, & caritatem, bonaque opera.

Chriſtus cęleſti cęnæ neceſſaria parauit.

B

Et cœperunt omnes ſimul excuſare.

INdicat parabola, Iudæos in cœnã venire noluiſſe,hoc eſt,noluiſſe in Meſſiam credere,operaque digna fide,per caritatem operante, efficere, vt gloriam æternam compararent; terrenorum bonorum cupiditate retentos Senſus eſt,quemadmodum illi,qui vocati ſunt ad cœnam,non venerunt propter caduca bona,alius ꝓ- C pter villam,alius propter iuga boum alius propter nuptias: ſic etiam Iudęi propter terrena huiuſmodi bona Meſſiam,& cœleſtem cęnam repudiarunt. Cęperunt omnes excuſare ſimul,Græce,ἀπὸ μιᾶς, id eſt, *ab vna, in vnum,& ſimul.* Epthymius interpretatur,ex vna pactione, & fœdere. Etenim Iudæorum principes quaſi ex fędere aduerſus Chriſtum conſpirãtes, & cęnam pro nihilo dixerunt. Primi D excuſatio hæc fuit: *Villam emi & neceſſe habeo exire,& videre illam,* Græcè, ἀγρὸν ἠγόρασα, id eſt, *agrum emi,* ſed ager,dicitur illa Secundi excuſatio hæc, *iuga boum,* ſiue paria boum, *emi quinque, & eo probare illa.* Tertij, hæc, *vxorem duxi, & ideò non poſſum venire,&c.*

Iudæi ad cęnam venire noluerunt.

Dices,à cęna cęleſti ſolum peccatũ mortiferum excludit penitus hominem;at vero in his excuſationib. nullum ineſt peccatum mortiferum, er- E go immerito hi homines a cęna excluſi ſunt. Quid enim peccati ineſt villæ, & boum emptioni,aut vxoris ductioni? Reſpondetur,hæc quidem omnia licere,neq. eſſe peccata;verumtamen poſſe eſſe multorum cauſas peccatorũ cum homines à Deo,Deiq; pręceptis abductos in crimina pręcipites agunt Nullum crimen erat villam emere, aut boum iuga,nullum vxorẽ ducere

Fuere tamen hæc magni ſceleris cauſæ; videlicet, contemptus cœnæ. Deniquè his excuſationibus, & ſi licitæ prima fronte videātur, illicita rerum caducarum, & voluptatum cupiditas indicatur.

Nunciauit hæc domino ſuo.

HÆc parabolæ gratia dicta ſunt; ſic enim fieri ſolet: ſeruus qui iuſſu Domini inuitatos vocat, quid reſponderint, renunciat. At Deus hoc nuncio non habet opus, omnia enim illi ſunt exploratiſſima.

Exi citò in plateas.

GEntium indicatur vocatio, expulſioque Iudæorum. Noluerunt Iudæi ad cœnam venire vocati, repulit illos Dominus, iuſſit vocari Ethnicos. Iuxta illud Pauli, & Barnabæ Act. 13. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę.* [id eſt, cœnæ cœleſtis] *ecce conuertimur ad gentes Sic enim præcepit nobis Dominus. Poſui te in lucem gẽtium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ, &c.* Iubetur ſeruus exire in plateas, & vicos ciuitatis, & vocare pauperes, debiles cœcos, & claudos ad cęnā; hoc eſt, iubent Euāgelij promulgatores exire in orbē terrarū, & debiles cęcos, claudos, pauperesq. videlicet, Ethicos idolorum cultores, ad cœnā cœleſtem vocare. Pauperes.n. erant Ethnici, claudi, cęciq. vt ſatis conſtat.

Noluerunt Iudæi venire, vocatæ ſunt gentes Act. 13.

Iſai. 49.

Exi in vias, & ſepes.

REpetita vocatio ſignificat quamplurimos ex Ethnicis vocandos, totoq. orbe Euangelium promulgandum, vt electorum numerus impleatē Exi (inquit) in loca remotiora, *in vias, & ſepes, pauperes, claudos, & cæcos*, qui sūt in plateis, & vicis ciuitatis, iam vocaſti, loca pete remotiora. Vocat etiam pauperes, qui extra ciuitatem ſunt, quiq. in vijs iuxta ſepes recumbunt. Indicat hoc mandatum non ſolū Ethnicis, qui Iudæis propinqui erāt, vt Samaritanis, Damaſcenis, Antiochenis, A ſed alijs quoq. qui longe a Iudæa diſtant, Euangelium eſſe prædicādum, vt Romanis, Gallis, Germanis, Hiſpanis, Africanis, Indis, Æthiopibus, qđ rei exitus comprobauit.

Aliter parabola aduerſus Phariſæos, alioſq. Iudęorum principes, & diuites dicta eſſe exiſtimari poteſt. Vocauit Dominus Iudæorū principes, qualis erat ille Phariſæorum princeps, apud quem cibum nunc capiebat: vo- B cauit Phariſæos alioſque viros diuites Iſraelitici populi. Illi verò venire noluerunt. Noluerunt venire pleriq Iudæi diuites, caducis irretiti bonis. Iuſſit Dominus introduci pauperes Iudæos, quod ſignificant verba illa. *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & introduc pauperes, &c.* Nam ex principib. & opulentis, non multi Iudæi videntur crediſſe. Ex alijs multi crediderūt. Vnde Chriſtus principib. ſacerdotum, C & ſeniorib. populi ait Matth. 21. *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei &c.* Illud tamē ignorandum non eſt ex Phariſæis aliquos crediſſe, vt conſtat ex illis verbis cap. 15. Act. *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſęorum, qui crediderunt, &c.* Crediſſe qooque ſacerdotes multos liquet ex ca. 6. Act. *Verbum Domini* (ait Lucas) *creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valde, multa* D *etiam turba ſacerdotum obediebat fidei, &c.* Crediderunt etiam aiqui ex principib. vt Nicodemus, & Ioſeph ab Arimathea diues, vt ait Matth. & nobilis decurio, vt ait Marcus Græcè, βουλευτὴς, id eſt, *conſiliarius, &c.* Igitur poſtquam vocauit Iudæos diuites, & pauperes; iubet hoc loco vocari Ethicos, cū ait: *Exi in vias, & ſepes, &c.* Sed prior ſenſus placet magis quoniam in parabola prius diuites vocantur. Poſtquā E diuites cęnam repudiarunt, vocātur pauperes. A Chriſto autē, & Apoſtolis, pauperes ſimul cū diuitibus vocati ſunt. Nam Chriſtus, & Apoſtoli, ſimul & diuitibus, & pauperib. concionabātur, imò pauperes prius vocati ſunt, videlicet Apoſtoli, & alij iuxta illud Matth.

Explicatur parabola de Phariſæis Iudæorumque principib.

Matth. 21.

Act. 15.

Act. 6.

Cap. 27.

Cap. 15.

Matt. 11.

Pauperes euangelizantur.

Adhuc

Adhuc locus eſt.

VOcauerat ſeruus multos ad cœnam, ſed nondum loca omnia erant plena conuiuis: ideoque iubetur alios vocare, vt impleantur loca omnia. Significant hæc verba numerum prædeſtinatorum eſſe implẽdum, nullumq. ex locis, quæ Deus in cęleſti cęna præparauit, vacuum relinquẽdum. *Adhuc* [inquit ſeruus] *locus eſt vocatus*: non ſunt omnia loca plena conuiuis: *Manſiones in domo Patris multæ ſunt*, deſunt adhuc multi qui in eis maneant. Vade age, (ait Dominus ſeruo) voca alios, qui vacua occupent cęnæ loca; ita vt impleatur cęleſtis domus mea continis prædeſtinatis. Vnde gloſſ. interl. ſic habet. *Vt impleatur domus mea* numero prædeſtinatorum fidelium, qui numerus inexpletus non remanebit, &c. Tamdiu autem ſeruos mittet Dominus vocatum conuiuas, quã diu prædeſtinatorum numerus, id eſt conuiuarum, expletus nõ fuerit, poſt quam fuerit expletus vocatione opus non erit. mundique finis aderit.

Implendus eſt numer⁹ prædeſtinatorum. Ioan. 14.

Et compelle intrare,

NVmquid Deus vim infert voluntati? Quis hoc, niſi hæreticus affirmet, qui liberum tollit arbitrium, & hominem conuertit in belluam? Memento Dominum loqui parabolicè, parabolamque ſumere ex ijs, quæ apud homines eueniunt. Ad cęnã hominis duci quis poteſt, etiam inuitus, ac compulſus; ad cęnam vero Dei, nemo niſi voluntate ducitur, abſque vi, quæ liberum tollat arbitrium. Cum ergo, ait Dominus ſeruo, *compelle eos intrare*, ſerui exquirit, in exequendo mandato diligentiam, ardentemque operam, quaſi dicat, nullum non moueas lapidem, naua operam diligenter, omnes contende vires, vt ad cęnam cęleſtem homines adducas, tam voce, quam exemplo: adeo vt videaris illos cogere. Nam exemplo cogi quodammodo homines docet Paulus ad Gal. 2. cum ait Petro: *Quo-*

Nullus ad cœnam Dei inuitus venit.

A *dammodo gentes cogi Iudaizare?* Scilicet exemplo, vt epiſtolam legenti fiet perſpicuum, & docet eodem loco Cardinalis Caietanus his verbis: Cogis [inquit] exemplo facti tui. Facta enim ſuperiorum non tam inuitant, quam cogunt ſubditos ad imitationem &c. Aliter, *Compelle* (inquit) *eos intrare*; terrorem inferens, ac timorem: horrenda, æternaque tartari tormenta, huius etiam vitæ ſupplicia, ante oculos B illis proponens. Itaque is ſeruus compellit quodammodo homines intrare in cęnam, qui homines precibus, concionibus, exemploq. magno, neque vulgari, ad fidem per caritatem operantem, pro ſua virili parte adducit, quiq. Orci æternos cruciatus vehementi conatu, ante hominum oculos conſtituit. Aliter, credi põt his parabolæ verbis ſignificari compulſionẽ non à ſeruo; ſed à Deo. Compellit. n. C Deus intrare aliquos flagellis vocationibus quoque vehementioribus, vt Diuum Paulum, ſed liberi arbitrij ſeruari ſemper libertate. Quid Auguſtinus ſenſerit, in morali dicitur.

Exẽplo quodãmodo cogũtur homines, Caiet.

Quomodo cõpellãtur homines intrare in cœnam.

Dico autem quod nemo illorum virorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam, &c.

D HÆc verba dicta à Chriſto in perſona ſua nonnulli exiſtimãt quaſi propoſitam parabolam ſic concludat *Ego dico vobis*, & affirmo *quod nemo illorũ virorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam cæleſtem*. Probarique poteſt ſententia, quoniam Dominus ille, qui ſeruum miſit cum ſeruo loquebatur; ergo ſi hæc verba illius ſunt, diceret: *dico tibi*, & non, *dico autem vobis* Mihi videtur verba hæc tribuenda potius perſonæ Domini, quem Chriſtus cũ ſer- E uo loquentem inducit. Neq. verò argumentum, quo ſententia ſuperior confirmatur, pondus habet. Domin⁹ enim cum ſeruo loquens, cõuertit ſermonem ad alios, qui præſentes aderant; ideoq. dixit, *Ego autem dico vobis, &c.* Probatur hæc ſententia, quia Chriſtus neq. de cęna ſua fuerat locutus in propria perſona, neq de vocatis. Neq. enim dixerat, ſe cęnam paraſſe,

Andicãtur hæc verba a Chriſto in ſua perſona.

Digitized by Google

ſe, aut quemquam vocaſſe, non ergo A
in propria perſona illa verba adiun-
xit: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* Præterea iu parabola non ſolũ vocati ſunt, qui venire recuſarunt ſed alij etiam paperes, cęci, & claudi. Ergo ſi hæc verba in perſona ſua Chriſtus protuliſſet, de quib. vocatis loqueretur, explicaſſet. Illum autem cęnæ apparatorem explicàre non oportuit quoniam ex ſuperioribus conſtat, lo- B
qui illum de ijs vocatis, qui cęnam repudiarunt. Senſus tamen idem eſt, ſiue in perſona Chriſti, ſiue in perſona apparatoris cęnæ dicta ſint.

Quiſnam ſit mãducaturus panẽ in cælo.

Parabolæ conclusio eſt reſpondens illis verbis cõuiuæ dicentis: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, docet Dominus quiſnam ſit manducaturus panem in regno, & in cæna Dei. *Nemo*[inquit]*virorum illorum*, qui bona terrena cęleſtib. & ſpiritalibus, ante- C
ponunt, quique vocationi Dei non obediunt, *guſtabit, & non manducabit panem in regno Dei.* Illi manducabunt, qui vocationi Dei obedierint, animoque fidem conceperint viuam, cum caritate & operibus copulatam; quoſque neque villæ, neque iuga bouem, neque coniugum, id eſt, terrena bona, ac voluptate, à bonis cęleſtibus, & ſpiritalibus, ſepararint.

Cæna eſt Euangeliũ.

Poteſt etiam cęna hæc, Euangelica- D
rum epularum conuiuium adumbrare. Cæna enim magna eſt Euangeliũ quod extremis temporibus mundo oblatum eſt. Illius fercula ſunt dulciſſima, nempe remiſſio peccatorũ, gratiã, pax, caritas, Euchariſtia, & bona omnia, quæ Euangelium orbi attulit. Vocauit Deus multos ad cęnã, id eſt, Euangelicam legem videlicet Iudæos ſed venire plerique recuſarunt, mundi retib illaqueati; gentes vocauit ad E
cęnam, venerunt, veniunt etiam hodiè, ex omnibus nationibus. Lege Theophylactum, & Titum Boſtrenſem.

CAPVT VIII.

De parabola: homo quiadm facit cœnam magnam.

Morale.

Homo quidam fecit cœnam magnam

HOMO *quidam* non homo tãtũ, ſed ẽt Deus, *fecit cœnã magnam* hominib. Non. n. hominib. huiuſmodi cęna fieri potuit ab homine, qui non eſſet Deus Homines qui cænas faciunt ipſas tantum cænas pręparant, nõ cõniuas. At Deus homo, ſiue Θεάνθρωπος, non ſolum cænam fecit, ſed homines etiam ipſos ad cænam præparauit, indigni enim planè ſunt omnes homines cæna illa præclariſſima, dignos illos fecit Chriſtus, Deus, homoque verus. Abſque veſte nuptiali imparat⁹ eſt, ad hanc cænam homo, vt colligitur ex Matthæo ca. 22 hanc veſtem, id eſt, gratiam, caritatemq. operib. fulgentẽ, Chriſtus ſanguine emptam homini elargitur: ſicq. ad cænam pręparat. Item, abſq. meritis, & bonis operibus imparatus eſt homo, merita autem, & opera bona cęleſti cæna digna nulla ſunt, niſi ex gratia Chriſti. Vnde illud Auguſt. in lib. 50. homil. 14. Cum Deus coronat merita tua, nihil coronat, niſi dona ſua, &c. Parat igitur conuiuas Chriſtus ad cænam. Cooperantur etiam ipſi conuiuæ. Quamobrem Auguſtin. loco citato. Corona(inquit) tibi à Deo, op⁹ autem abs te; ſed non niſi ipſo adiuuante, &c. Itaq. fecit nobis homo quidam cęnam magnam. homo qui ſimul eſt Deus. Ille fecit cœnam, quia cauſa fuit nobis illa fruendi. Præterea homo Dèus fecit cœnam magnam, qa cęnam, eiuſque dulciſſima feracula ipſe appaaruit.

Chriſtus nõ ſolũ cænã, ſed conuiuã etiam ad cęnam prepa rauit.

Veſtis nuptialis à chriſto datur.

D. Auguſt.

Merita noſtra ſunt dona Dei.

Magna autem cęna eſt, primo propter magnum apparatorem, ſecundo propter magnum locum tèrtio ꝓpter magnos conuiuas, quinto propter magnum

Cur cæna dicatur magna.

Digitized by Google

gnum numerum cõuiuarum, quintò pp magna fercula, ſextò pp magnam durationem. Magna eſt propter magnum apparatorẽ, qui Deus eſt Optimus Max. ipſe huius conuiuij inſtructor eſt, ipſe cęnam hanc facit. Lib. 2. Reg. c. 13. Cõuiuium Abſalonis ſplẽdidum, atq; abundans fuiſſe oſtenditur hiſce verbis; *fecerat Abſalon conuiuium quaſi conuiuium Regis, &c.* At homo Deus fecit cęnã magnã, quaſi cœnam Dei, i. cęnã, qualem poſtulat magnificentia Dei. Vt cęna magna ſit, potentia requiritur, & opulentia in eo, qui cęnam facit, qua poſſit ea, quæ hac in rem opus ſunt præparare. Dei aũt potentiam, & opulentiam, infinitam eſſe quis ignorat? Ex tanta potentia non pot. niſi magna proficiſci cœna. Magnũ conuiuium exhibuit Rex ille magnus Aſſuerus: *qui centum viginti ſeptem prouincijs imperabat.* Eſther 1. *Vt diuitias, gloriam, potentiamque ſuam oſtentaret.* Rex verò Regum Chriſtus, qui omnib. terræ, cęliq; prouincijs lõgè, lateque dominatur, cuius potentia nullis terminis circũſcribitur, vt gloriam, potentiam, liberalitatem, beneuolentiamq; erga homines ſuam oſtẽdat, qualenam conuiuium exhibebit? Nemo ſanè quam magnum ſit fando poterit explicare.

Locus cęnę magnus.

Præterea magna eſt cęna propter magnũ locũ, ac nobiliſſimum. Si magna cęna ea dr̃, quæ in terra exhibetur, quo nomine afficienda illa eſt, quæ exhibetur in cęlo? Magnus, præclarusq; locus eſt cęlum; loco rndet cęna. Quãtum a terra diſtat cęlum, tantùm diſtat à terrena cęna, cęna cęleſtis. Punctum eſt terra, ſi cum cęlo conferatur punctum ſunt conuiuia omnium Regum terreſtria, ſi cum conuiuio Regis maximi Chriſti cęleſti comparentur. Locum deſcripſit Scriptura Eſther 1. in quo Aſſuerus Rex conuiuium prębuit. Quis aũt deſcribere poterit huius, de qua loquimur, cęnæ, locum? poterunt Angeli, poterunt beatæ animæ, quæ in cęlo iã degunt; nos verò, qui in terra repuramus vermiculi, cęli magnitudinẽ, nobilitatẽ, ſplẽdoremq; ignoramus. Cęli videmus externã ſolam ſpeciem, internã omnibus delicijs plenã minimè cernimus.

Cęli pulchritudo ineffabilis.

Videbo cœlos tuos, ait Pſalmographus Pſal. 8. Numquid cęlos Dauid non videbat? Videbat quidẽ externam faciẽ internam iam nunc videt longè pulchriorem. *Videbo cœlos*, (ait Nazian. oratione 2. de Theologia) *Opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas*, perinde. ſ. atq; in hac vita ea minimè videns; ſed aliquando perſpecturus, &c.

Cęna cõuiuę magni.

Tertiò magna eſt cęna propter magnos conuiuas. Omnes. n. conuiuæ magni ſunt, oẽs nobiles, oẽs principes omnes Dei filij, Deoque ſimiles, iuxta illud 1. Ioan. 3. *Similes ei erimus, quoniam videbimus eũ ſicuti eſt, &c.* Eſther 1. *Fecit Aſſuerus grande conuiuium cunctis principib. & pueris ſuis* (id eſt, ſeruis) *fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum, coram ſe, &c.* Eundem in modum Chriſtus grande fecit conuiuium cunctis principibus & ſeruis ſuis, fortiſſimis hominum, atque inclytis.

Magn⁹ numerus conuiuarum.

Quartò magna eſt cœna propter magnum numerum conuiuarum. Conuiuæ huius cœnæ Angeli ſunt, & homines. Angelorum autem numerus penè infinitus eſt, hominum beatorum maximus, iuxta illud Apocalyp. 7. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, &c.* O quam ſuauis, dulciſque cęna erit, quæ tot, tamque nobiles habet conuiuas; quam iucundum cum Angelis, Cherubinis, atque Seraphinis, cumq; beatis viris, menſæ Dei accumbere, colloqui, eorumque vti familiaritate intima?

Magna cęnę fercula.

Quintò magna cęna eſt, propter magna fercula: Etenim huius cęnæ fercula abundantiſſima ſunt, ſplendidiſſima, dulciſſima. Quid maius, quid dulcius animo concipi poteſt, Dei viſione, beatificoque amore, & fruitione? quid ſuauius corporis ſplendore, agilitate, immortalitate, ſubtilitate, excogitari poteſt? Quid optabilius totius animi, totiuſque corporis gloria, conuictuque iucundiſſimo cum Chriſto, cum Deipara Virgine, cum Angelis, beatiſque hominibus? Quid iucũdius

A vita, ſalute, honore, pulchritudine, omnium bonórum poſſeſſione ſempiterna, mens poteſt intelligendo aſſequi? Ex ferculis terræ collige, quàm dulcia ſint fercula cœli. Si terrenæ epulę dulces ſunt, qualeſnam erunt cœleſtes? ſi tanta facis nobis in carcere (ait Auguſtinus ſoliloq. cap. 21.) quid agés in palatio? Cùm enim ſint hæc omnia valdè bona, & delectabilia, quæ bonis pariter, maliſque tradidiſti, qualia futura ſunt illa, quæ ſolis bonis B recondidiſti? Si tam innumera, & varia ſunt dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis, & inimicis, quàm magna & innumerabilia, quam dulcia, & delectabilia, quæ ſolis tuis es largiturus amicis? Si tanta ſolatia in hac die lachrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? Hæc Auguſt.

Magna cœna durat o.

Denique magna cęna eſt, propter magnam durationem. Eſther 1. *Aſſuerus fecit grande conuiuium, multo tempore, centum videlicet, & octoginta diebus, &c.* Mirum C hoc: At quid eſt hoc temporis ſpatium, ſi cum æternitate conferatur per quàm Chriſti cęna durat? Cęna quæ in terra exhibetur, breui temporis ſpatio durat, mox ciborum, vinique pretioſi dulcedo abit è faucibus, at cæleſtis cęna æterna eſt, epularum cœleſtium dulcedo animi, corporiſq; fauces mirabiliter oblectat in ſempiternum. Non poteſt homo menſę ſemper accumbere; ſacietate cibi, potuſque afficitur, alia quærit. In cœlo cęleſti menſæ ſemper accumbunt conuiuæ; faſtidioſa ſacietate affici non poſſunt, nihil aliud quærunt, dulciſſimis D veſcuntur epulis in ſempiternum, nulloque faſtidio capiuntur. Tanta eſt cœnæ dulcitudo. Diuus Gregorius li. 18. Moral. cap. 28. Exponens Petri verba illa epiſtola prima, capite primo. *In quem deſiderant Angeli proſpicere* Deū (inquit) Angeli, & vident, & videre deſiderant, & ſitiunt intueri, & intuentur. Ne ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes ſatiantur. Ne autem ſit in ſacietate faſtidium, ſatiati deſiderant. Et deſiderant ſine labore, quia deſiderium ſacietas comitatur: & ſaciantur ſine faſtidio, quia ipſa ſacietas ex deſiderio ſemper accenditur. Sic

1. Pet. 1.
D. Greg.

E quoque & nos erimus, quando ad ipſum fontem vitæ venerimus. Erit nobis delectabiliter impreſſa ſitis ſimulque ſacietas. Sed longè abeſt ab iſta ſiti neceſſitas; longe à ſacietate faſtidiū. Quia & ſitientes ſaciabimur; & ſaciati, ſitiemus. Hæc Gregorius. O cęnā beatam; ò deſideratum laborum omnium finem; *O beatum illum, qui manducabit panem in regno Dei?*

Cur cęna dicatur.

Recte ſanè appellatur cœna. Quemadmodum enim cęna laboris diurni finis eſt, ſic cœleſte conuiuium laborum omniū eſt terminus. Tota die laborat mercenarius; tandē poſt diei totius laborē, cęna corpus laſſum reficit. Sic tota vita laborat Dei operarius poſt vitæ totius laborem, cœleſti cœna corpus, animumque recreat. *Mercenarius*, vt ait Iob, capite ſeptimo, *præſtolatur finem operis ſui*, videlicet pretium laboris. Sic nos præſtolemur finem operum noſtrorum, hoc eſt, præmium, cęnamque cęleſtem. Mercenarium ſudore profluentem, ſpes præmij in fine laboris conſequendi, excitat, vireſque ad laborandum ſuppeditat. Nos quoque ſpes cœleſtis huius cęnæ, etſi ſudore madentes excitabit, roburque ad ſeruanda Dei mandata ſubminiſtrabit. Præmium ergo animo voluamus ſemper, ne laſſi deficiamus. Lege Diuum Gregorium in verba Iob citata ſcribentem. Electi (inquit) cùm mentis oculum ad æternæ patriæ conſiderationem tendūt; ex comparatione præmij, quam ſit leue, quod patiūtur, inueniunt. Quod enim valdè eſſe importabile ex dolore oſtenditur; conſideratione prouida, ex remuneratione leuigatur, &c. Pauli proponit exēplum; Paulus (ait) ſemper ſeipſo robuſtior, contra aduerſa erigitur; quia nimirum finem ſui operis, ſicut mercenarius præſtolatur. Graue namque quod ſuſtinet æſtimat. Sed leue hoc per præmij conſiderationem penſat. *Non ſunt* (inquit ad Rom. 8.) *condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Sic Greg. Qui laborantes ſudant, ſudorē abſtergūt linteo. Si in vinea Dñi laboramus ſi ſudore perfluimus, pretioſum, mundiſſimumq; habemus linteū, quo ſudorem

Spes præmij laborantem excitat.

Linteū quo ſudorē abſtergimus quale habeamus.

Digitized by Google

dorem magna cum conſolatione abſtergamus; videlicet, cœleſtis cœnæ memoriam. Hoc linteum præbet nobis idem pater ſapientiſſimus Gregorius, dũ eodẽ loco ait, Paulũ, quem ſcimus magnoperè in vinea Dñi ſudauiſſe, ſudorem ſuũ hoc ſudario abſterſiſſe. Quomodo (inquit) remunerationis linteo, Paulus ſudores tãti laboris tergat, ipſe denunciat dicens: *Non ſunt cõdigna paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c.*

Vocauit multos.

Nemo ad cœnã venit niſi vocatus ad Philip. 3.

NEmo ad cęnam cœleſtem peruenire poteſt, niſi à Deo vocatus. Ideoq; Paulus ſupernam vocat vocationem, & ad cœleſtem ad Philip. 3. *Ad deſtinatum* (inquit) *perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei, &c.* Hoc eſt ad cœnam cœleſtem pergo, vocatus vocatione ſuperna à Deo, *ad deſtinatum*, Græcè σκοπὸν, i. ad ſcopum, *perſequor ad brauium*, i. præmium, & cęnã, *vocationis ſupernæ*. Ad Hebr. 3. *fratres* [ait] *vocationis cœleſtis participes*, i. vocationis è cœlo à Deo factæ. Poteſt ẽt dici vocatio ſuperna, & cœleſtis, quia ad ſuperna, & cęleſtia bona, & ſupernam, cęleſtemq; cœnam, vocati ſumus, iuxta illud, 1. Theſſal. 2. *Vocauit vos in ſuum regnum, & gloriam, &c.* Quẽ in modum 2. ad Timoth. 1. dicitur *vocatio ſancta*, quia ad ſanctitatẽ vocat. *Vocauit* (inquit) *nos vocatione ſua ſancta, &c.* 1 Theſſal. 4. *Non vocauit nos Deus in immunditiam ſed in ſanctificationem, &c.*

Vocatio ſãcta cur dicatur.

Niſi Deus vocet, moueatq; cor, & illuminet intellectum, ad cęnam venire non poſſumus, hoc eſt, neque fidẽ, neque caritatem, neque gratiam, neque gloriam poſſumus conſequi.

Quia vult nobis cęnam exhibere, vocat, tum per ſeipſum, tum per ſeruos. *Miſit* (inquit) *ſeruum ſuum hora cœnæ*, ſeruos ſuos mittit Angelos, concionatores doctores, confeſſarios, alioſq; ſimiles. Neque ſolùm hoc modo, ſed alijs etiam vocat, vt docet Gregorius homil. 36. Vocat (inquit) Deus per ſe, vocat per Angelos, vocat per patres, per Prophetas, per Apoſtolos, per paſtores. Vocat per miracula, per flagel- A la. Vocat aliquando per huius mundi proſpera, aliquando per aduerſa, &c. Vides quot modis vocemur? Vocauit Deus magos per ſtellã, niſi vocaſſet, numquam ad pręſæpè veniſſent. Eundem in modũ hoĩes varijs modis, veluti ſplendentib. quibuſdã ſtellis, vocat, niſi vocet ad cęnam non peruenient.

Vocat Deus multis modis.

Vocationi parendum.

Quid pauper facit, cùm à diuite ad cęnam vocatur? Nonne protinus om- B nibus relictis aduolat? Idipſum faciat, qui ad cęnam vult introire, vocatus feſtinet, volet. Ne dicat, *habe me excuſatum*, ne Deus illum habeat in ſempiternum, & accuſatum, & à cęna excuſatum. Animaduerte quoſnam vocet Dominus *Exi* (inquit] *cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cęcos, & claudos introduc huc, &c.* Deus bone? nullus in hanc cęnam vocatur diues, nullus nobilis, nullus princeps? C Nullus planè. Omnes quicumq; vocãtur pauperes sũt, cęci, debiles, & claudi. Vocantur enim peccatores. Hi autem omnes ſunt pauperes, gratiæ opibus carentes; omnes cęci, cęleſtia non videntes, debiles, fortitudinis expertes, claudi, rectis greſſibus non incedẽtes. Verumtamen, ſi vocati veniunt, opulentiſſimi mox fiunt, mox cęleſtia cernunt, fortitudinem cõſequuntur, rectiſque greſſibus incedunt. Chri- D ſtus ſupra docuit, conuiuio excipiendos pauperes. *Cùm* (inquit) *facis conuiuium voca pauperes, debiles, & cæcos, &c.* Quod docuit præſtat in hac cęna. Cõuiuium facit, pauperes vocat, debiles, claudos, & cęcos Sed antequam conuiuium ingrediantur, gratiæ, caritatiſque opibus ornat, fortitudine roborat fidei oculis clariſſimis donat, pedum, i. affectuum rectitudinem tribuit.

Quinam ſint vocati.

E

Iam parata ſunt omnia.

Hora cœnæ nunc eſt.

M*Iſit ſeruum Dominus, hora cœnæ.* Hora autẽ cęnæ erat, i. hora cęnandi. Iam nunc cęnæ hora eſt. Olim ſanctiſſimi viri Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, ſimileſque alij cum è vita diſceſſerunt, ad cæleſtem cænam non introierunt; ſed apud inferos horam cœnæ expectauerunt. Venit

Digitized by Google

Agg. 2.

A *deſideratus cunctis gentibus Chriſtus*, venit & hora cœnæ reſerati ſunt cęli, ex inferis educti ſanctiſſimi Patres. & in cęleſte conuiuium ſunt introducti; alijque deinceps. Etenim ante Chriſti tempus, non potuit ſeruus dicere, *Parata ſunt omnia*, deerat Agni paſchalis immolatio, id eſt, Chriſti paſſio, cuius meritis cœna illa inſtruitur. Iam nũc hora eſt cœnæ, iam parata ſunt omnia, quæ ad cœnam pertinent.

Iam adeſt hora cœnę.

Parata cęna eſt, imparati homines.

B Sed heu, ex hominibus ad cœnam vocatis, multi ſunt imparati. Parata eſt cœna, imparati ſunt, qui ſunt vocati. Conceditur illis tempus, vt ad cœnam ſe præparent, vt veſtem gratiæ, & caritatis, nuptialem, comparent, vt manus, animumque lauent: illi tempore ad voluptates, diuitias, honoreſque conquirendos abutuntur. Ad cęnam Chriſti ſe debuerunt præparare, præparant ſe ad cęnam mundi.

Cęnã etiã mũdus facit, hominêſque vocat.

C Facit enim etiam mundus cęnam ſuam. & mittit ſeruos ſuos, ſ. appetitus, qui illi parent, vocare inuitatos hora cęnæ. Eſt autem hora cęnæ mundi hæc vita, hic cœnant mundani, hic ſe ſaturant, mũdi epulis veneno plenis. Deinde veneno tacti mortifero, æternis tormentis infęlices cruciantur: breui hora durat cęna, in æternum durant tormenta, quæ peccati venenum in cœna propinatum affert Vocat ad cœnam mundus, ſed vocati im- D parata reperiunt omnia. Vocat ad honores, ſed nondum paratos, ad opes, & voluptates, ſed parandas. Chriſtus ad cęnam vocat, in qua parata iam ſunt omnia, ſint etiam parati omnes.

Præparatio ad cœnam Dei.

Parata eſt cęna, paratos poſtulat inuitatos. *Relinquitur ſabbatiſmus populo Dei*: ait Paulus ad Hebræos 4 hoc eſt, relinquitur populo Chriſtiano celebratio veri Sabbati, id eſt, veræ quietis in cęlo. Nam Sabbatum Hebræis E ceſſationem ſignificat & quietem. Antiquum, typicumque illud Sabbatum præparatio præcedebat, quæ Græco nomine dicitur παρασκευή, paraſceue, Marc 15. *Erat paraſceue, quod eſt ante Sabbatum, &c.* hoc eſt, erat feria ſexta, quæ eſt ante Sabbatum: diciturque paraſceue, id eſt, præparatio, propterea quod ea die Iudæi cibos in Sabbatum præparabant. Neque enim licebat Sabbato parare cibos. Quemadmodum typicum Sabbatum, id eſt, *quietem*, præparatio præcedebat, ſic cęleſte Sabbatum, id eſt, cęleſtem quietem, & cęnam, præparationem præcedere neceſſe eſt, qua inuitati præparentur, veſte nuptiali induantur, operib. bonis veluti gemmis fulgeant, caritatis, gratiæque ſplendore niteant *Eſtote parati* (ait Dñs Luc. 12.) *quia qua hora non putatis Filius hominis veniet. &c.* Iam parata ſunt omnia, paremus nos.

Paraſceue curdicatur feria ſexta

Cęperunt ſimul omnes excuſare.

Excuſationes hominũ vanæ.

QVisnam à Rege vocatus ad cænã ſe excuſat? Quis Regi vocanti reſpondere audet: *villam emi, neceſſe eſt videre illam, habe me excuſatum*; *aut, iuga boum emi. opus eſt illa probare*; ad cœnam tuam ò rex propter boues venire non poſſum: aut, *vxorem duxi, ea me ad tuum conuiuium venire non permittit?* Quis a Rege inuitatus, omnibus negotijs non remittit nuncium, feſtinatque ad conuiuium, in quo ſcit magnis ſe honoribus, & voluptatibus afficiendum? O hominum dementiam; a ſummo vocantur Rege, ad cęnam omnibus delicijs, honoribus, diuitijſque redundantem, ex qua ſummas voluptates, ſummos honores, ſummaſque opes, capient; cunctantur tamen, & excuſationes adhibent friuolas, propter villulam, propter boues, propter vxorculam, diuinam cænam repudiant. Non audiunt Deum vocantem, quia mundum audiunt inuitantem, ad cœnam mundi properant, Dei cœnam non curant, terrena quærunt, cœleſtia negligunt, propter cœnum, repudiant cœleſtem cœnam.

Cœnam cœleſtẽ negligũt ignari.

Vocat mũdus ad cœnã ſuam.

Mundus facit cœnam, ſiue potius cęnum venenatum, & mittit ſeruum ſuum appetitum, vocatque homines. Appetitum honoris mittit, & vocat ambitioſos; mittit appetitum diuitiarum, vocat auaros, ac cupidos, mittit appetitum voluptatum, & vocat voluptarios. Hi tres ſerui ad cœnum

mundi

mundi vocant, à cęna Dei reuocant. A Pauci ſe excuſant, pauci ad cęnam mundi venire recuſant. Res caducæ appetitum concitant, concitatus appetitus, ad cęnam mundi hominem ducit, & à cęna Dei abducit. At abducit hominem, qui appetitum veluti rationis expers animal ſequitur; neque æternæ cęnæ voluptates memoria cõplectitur. Illum verò non abducit, qui diuinæ cęnæ magnitudinem, nobilitatem, delicias, æternitatemque conſiderat, B mundi quoque cęnæ, cęnoſas, venenoque imbutas epulas, moxque euaneſcentem dulcitudinem, mentis expendit trutina. Si vocet appetitus, ſi clamet vſque ad rauim, vocantem, clamantemque compeſcit, frænat, peſſundat; donec obmuteſcat. Seruis Dei vocantibus aures præbet; ſeruis mundi reuocantibus obturat. Non hunc villa, non boues, non vxor, impediũt, quo minus ad cęnam veniat. C Videlicet, impediunt inſipientes, non obſtant ſapientibus. Inſipientes illi ſunt, qui villa, bobus, vxore, inſipienter abutuntur; ſapientes illi, qui his, alijſque caducis bonis vtuntur ſapienter.

Appetitum nõ ſequuntur Chriſti amatores.

Is autem inſipienter caducis bonis abutitur, quem illi ab æternæ ſalutis ſtudio abſtrahunt; is vtitur ſapienter, quem illa ad æternam ſalutem comparandam iuuant. Ita ſapienter vti docet Auguſtinus epiſtola 70. D Sic (inquit) eis vtere (id eſt, bonis mundi) vt bona multa ex illis, nullum autem malum facias propter illa, &c. Inſipientes homines propter bona mundi mala faciunt, & cęnam Dei deſerunt; ſapientes autem ex bonis non mala faciunt, ſed bona, quibus ad cęnã Dei ſe præparant. Illos, villa, boues, vxor, a cęna reuocant; hos hæc ipſa, ad cęnam præparant. Non enim eſt in diuitijs, E honoribus, aut coniugio culpa; ſed in homine. Si inſipienti puero, gladium tradas, eo ipſo ſibi vulnera infliget: ſi viro ſapienti committas, eodem aduerſus hoſtes fortiter dimicabit. Eundem in modum, ſi caduca bona homini improbo traduntur, illis veluti gladio, mille animo vulnera imponit. Si homini probo committuntur, eiſdem aduerſus hoſtes tartareos fortiter dimicat. Auguſtinus ſermone 12. de Verbis Domini: Aurum (inquit) vel argentum, malis malum eſt, bonis bonum. Non quia eos bonos aurum, & argentum facit, ſed quia bonos inuenit, in vſum bonum conuertitur, &c. Periculoſæ tamen, & lubricæ opes ſunt, honores, caducaq; bona, ideò ſatius eſt ea propter Chriſtum repudiare, ne illorũ cupiditate rapti cęleſtem cænam repudiemus.

Vſus caducorũ bonorum bonus, & malus.

Aurũ bonis bonũ eſt, malis malum.

O fęlices nimium religioſos viros, qui omnibus hiſce bonis, propter æterna bona nuncium remiſerunt. Nõ reſpondebit Deo ex his quiſpiam: *Villam emi, aut, iuga emi boum, aut, vxorem duxi, habe me excuſatum.* Non reuocabit illos a cęna Dei villa, non boues, non vxor. Etenim neque villam poſſident, neque boues habent, neque vxores ducunt. Expediti ſunt, nullo tenentur vinculo, quo a Dei cęna abſtrahantur. Sed hæc, vt Gregorius ait, hom. 36 in Euang. paucis data ſunt. Quid igitur reliquit agendum? Sanctiſſimum Pontificem audiamus. Si (inquit) cuncta mundi relinquere nõ poteſtis; ſic tenete, quæ huius mundi ſunt, vt tamen per ea non teneamini in mundo. Vt terrena res poſſideatur, non poſſideat: ſit res temporalis in vſu; æterna, in deſiderio, &c.

Religioſi viri non ſe excuſant.

Diuitiæ ſint in uſu, non in deſiderio, poſſideantur, nõ poſſideant.

Villam emi.

D. Auguſt. ſerm. 33. de Verbis Domini, villa empta dominandi cupiditatem, ſuperbiamque ſignificari ait, in villa (inquit) empta, dominatio notatur; ergo ſuperbia caſtigatur. Habere enim villam, tenere, poſſidere, homines ſibi in illa ſubdere, & dominari delectat: vitium malum, vitium primum. *Villam emi, habe me excuſatum,* inuenta ſuperbia, venire noluit. Sic ille. Ex ſententia Auguſtini, non ſolùm agrum hic emerat, ſed agrum cum domo. Nam villa dicitur domus in agro, agri colendi, & fructuum condendorum, aut etiam habitationis cauſa, conſtituta. D. Gregorius, Haymo, Beda, villa, terrenã ſubſtãtiã putãt indicari. Obſerua hõis excuſationẽ,

Villa quid complectatur.

Inſipientes prius emũt q̃ videant, ſapientes prius cõſiderant quam emant.

villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam. Numquid emerat villam, ante quam videret? Certè inſipientes homines, voluptates, honores, reliquaq; caduca bona, ſic emunt. Videlicet, emunt, antequã ea videant, explorent, conſiderentque, quantùm in ijs periculi ſit, & inanitatis. Contrà verò de forti, prudentique fœmina Prouerb. 31. legitur, *Conſiderauit agrum, & emit eum, &c.* Sic prudentes viri, prius officia, beneficia, honores, opeſque conſiderant, rectaque trutinant ſtatera, deinde quid ſibi agẽdum ſit, ſtatuũt. Satiuſque eſſe ducunt, æterna, quàm caduca, labore emere. Si verò ſenſum literæ ſpectes, potuit hic vidiſſe villam, antequam emeret, & poſtea iam emptam, iterum videre. Viderat vt alienam, nunc videre volebat, vt propriam, vt aliquid pararet operis.

Iuga boum emi quinque.

Quinq; ſenſus ſunt iuga boum.

D. Auguſtinus *iuga boum quinque*, ſenſus corporis ſignificare ſentit: quinque enim ſunt iuga, & quinque ſunt ſenſus. Iuga autem ſenſus ſunt, i. paria, quia duo ſunt cuiuslibet ſenſus inſtrumenta: duo oculi, ecce vnum iugum, ſiue par. Duæ aures, ecce iugum alterum, geminæ nares, ecce tertiũ, lingua, & palatum, quartũ efficiunt. Nihil. n. [ait Auguſtinus] guſtãdo ſapit, niſi lingua, & palato tangatur. Præter hæc, tactus quintum iugũ eſt, eodem Auguſtino auctore, quia foriniecus eſt, & intrinſecus, is ſenſus. Dicũtur autem (ait) iuga boum: q a p ſenſus iſtos carnis, terrena requirunt. Boues enim terrã verſant, &c. Similiter D. Gregorius, Beda, & Haymo, quinque iuga, quinque ſenſus moraliter interpretantur. Hæc eſt magna

Hoĩes ſenſibus ducuntur.

cauſa, cur magnam cœnam inuitati deſerunt, videlicet, quia hæc iuga boum emunt, quia ſenſibus operantur, atque his veluti bobus terram verſant, hoc eſt, quia ſenſus, ac ſenſibilia, bona, & terrena ſequũtur, intellectu verò, ratione, & fide, ad æterna, & inſenſibilia, non ducuntur. Senſuales homines, à ſenſibus appellantur; hi æterna minimè requirunt. Spiritales ab ſpiritu, à mente, ab intellectu, diuino lumine illuſtrato nominantur, hi iuga boum abijciunt. Terram enim non verſant ſenſibus; ſed cœlum verſant intellectu, ac cogitatione. Lege quæſo Diuum Bernardum initio ſermonis de verbis Petri: *Ecce nos relinquimus omnia, &c.* Pone (inquit Bernardus] illa quinque, non hominum planè iuga ſed boum, quæ tibi inſipienter emiſti alioqui venire ad nuptias ſpirituales, quinaria hac oppreſſus corporis ſenſualitate, non poteris, &c.

Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire.

Coniugium bonum eſt.

BOnum eſt coniugium, ſed coniugio, quo nonnulli ad voluptatem viuuntur, vt ait Diuus Gregorius, carnis voluptas indicatur. Eiuſdem ſententiæ eſt Auguſtinus, & alij. Inter alia, voluptas carnis maximè à diuino conuiuio hominem abducit; hæc eſt vxor, quam voluptarius homo ducit. Vt enim ait Philo, in libro de ſacrificio Abelis, & Caini, duæ ſunt hominis vxores, virtus, & voluptas. Qui virtutem ducit, ad cœnam properat, qui verò voluptatem ducit, is vocatus reſpondet, *vxorem duxi*, ea ad cœnam me venire non permittit, ſi enim ad cœnam cœleſtem venire voluero, voluptati nuncium remittere oportet; id verò mihi haud arridet.

Voluptas carnis à Deo abducit maximè.

Trahit ſua quemque voluptas

Virg. 2. Ecl.

Libido.

ait Poeta: voluptarium hominem trahit, & abſtrahit: trahit nunc ad cœnam mundi; abſtrahit à vocatione Dei: trahit poſtea ad æternum cruciatum, abſtrahit ab æterno epulo: trahit dulcitudine, ſed ad perpetuam trahit amaritudinem. Infœlix voluptas (ait Auguſtinus ſermone 55. de tẽp.] infœlix cupiditas, ac luxuria, per tranſitoriam dulcedinem præparant ſempiternam amaritudinem, &c. Amor rerum terrenarum (ait idem Auguſtinus ſermone 33. de verbis domini) eſt viſcum ſpiritalium pennarum, &c. Tenaciſſimum verò viſcum eſt amor voluptatum, hoc viſco multos capit tartareus auceps, aliquando etiam aquilas capit volantes. Carnes (ait Ambroſius libro tertio, de virginitate]

Amor rerũ terrenarũ eſt viſcum.

nitate] etiam volantes aquilas deponunt,&c. Idcircò Plato eſcam malorum voluptatem appellauit, quòd ea videlicet, homines capiantur, vt hamo piſces. Rectè Marcus Tullius eandem blandiſſimam appellauit dominam. Dominatur enim hæc iniqua vxor viro; tyrannidemque exercet blandiſſimè: quo autem blandior, eo eſt perniculoſior, quia vehementius allicit. Libro ſecundo officiorum: voluptates (inquit Marcus Tullius) blandiſſimæ dominæ, ſæpe maiores partes animæ a virtute detorquent,&c. In libro autem de Senectute docet, in regno voluptatis non eſſe virtuti locũ: Aiebat[inquit] Architas Tarentinus in voluptatis regno virtutem nõ poſſe conſiſtere,&c. Docet item nullum eſſe virtuti cum inimica voluptate commercium: Impedit(ait) cõſilium voluptas rationi inimica, ac mentis perſtringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. Quiſquis igitur hanc duxit vxorem, & ſi pulchra illi videatur, quòd fucis ſit illita, atque pigmentis, & ſi iucunda, blanditijſque plena appareat, quòd fallax ſit vndique, faciat cum illa diuortiũ, ſi inſipienter non vult perire. Quis non faciat libentiſſimè cum peſte, ipſa diuortium? Peſtis eſt voluptas, vt præclarus vir Architas Tarentinus teſtatus eſt, fac ergo protinus cum illa diuortium. Tarentinus Architas (inquit Marcus Tullius libro de Senectute) nullam capitaliorem peſtem, quàm voluptatem corporis, hominibus dicebat à natura datam. Cuius voluptatis auidæ libidines, temerè, & effrænatè ad potiundum incitarentur &c. D. Gregorius Nazianzenus orat. 11. voluptatem rabidum, laniantemque canem appellat. Qui ergo rabie agitari, qui laniari non vult, rabidum, laniantemque canem domo expellat.

M. T in li. de Seneƈt. ex Platone id refert.

Blãda domina voluptas.

Voluptas & peſtis, & rabidus canis.

Caueat etiam is, qui vxorem duxit ne aut vxoris, aut filiorum, aut familiæ, familiariſque rei, & poſſeſſionum cura, a cœleſti cęna abducatur. Paulum audiat 1. Corinth. 7. *Qui* [inquit] *habent vxores, tãquam non habentes ſint, &c.* Vxorem autem quaſi non habe-

A do habet (ait Gregorius 3. part. paſt. cap. 28.) qui ſic per illam carnali conſolatione vtitur, vt tamen numquam ad praua opera, à melioris intentionis rectitudine, eius amore inflectatur, &c. Sub eodem iugo coniuges ſunt, vnde coniugum inuenere nomen. Nõ ſit hoc iugum boum, hoc eſt, animantium rationis expertium, quę voluptati ſeruiunt. Sit iugum Chriſtianorum

Coniugium à iugo dicitur.

B hominum, qui nõ voluptati, ſed Chriſti ſeruiant voluntati. Sub eodem iugo boues terram verſant. Sub eodem iugo coniuges ſemper verſent cęlum, in cęlumque dirigant filios, famulos, totam familiam. Neque propter vxorem vir, neque propter virum vxor cęleſte conuiuium amittat, aut moras faciat. Tob. 10. *Cùm moras faceret Tobias, cauſa nuptiarum ſollicitus erat pater eius, &c.* Faciebat moras Tobias cauſa

C nuptiarum, neque proficiſcebatur ad patrem. Sic coniugio vincti multi, moras faciunt cauſa coniugij, neque ad Deum Patrem ſuum celeri proficiſcũtur greſſu. Sunt enim domiporta, & tardigradi. Libet ex eodem cap. 18. Tobiæ conſilium hic aſcribere, quod parentes filiæ ſuæ, Tobiæque vxori dederunt, qualis vxor eſſe debeat, indicantes: *Dimiſerunt*(inquit) *ire, monentes*

D *eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere, &c.*

Nemo illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cęnam meam.

Fert Dominus ſententiãm aduerſus eos, qui mundi cęnam cęleſti antepoſuere cœnæ; indicitque pęnã. A cęna excluduntur; neque ſit hic mẽ

E tio alterius ſupplicij: ſed nemo à cœna excluditur, quem æterna tormenta non ſequantur. Eſt enim, vt Theologi profitentur, ſupplicium, ſine pęna duplex: altera damni, altera ſenſus. Pęna damni excluſione ſignificatur. Pęna ſenſus, id eſt, æterni in tartaro cruciatus, cum illa eſt copulata. Similis eſt aduerſus Iſraelitas Dei ſententia, Pſalm. 94. *Vt iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam, &c.* Iureiurãdo interpoſito, aduerſus Iſraelitas, qui

Pęna inferni duplex eſt: ſenſus, & damni.

Digitized by Google

A Ex Ægypto exierunt, hanc ſententiã tulit Dominus: *Non introibunt in requiem meam*: id eſt, in requiem terræ promiſſionis, lacte, & melle manãtis. Iſraëlitæ ad terram promiſſionis, lacte, melleque redundantem, vocati erant. Quia verò Dei mandatis non obtemperarunt, ab illa repulſi ſunt.

Supplicium eorum, qui ad cœnam nõ veniunt

Eũdem in modum nos ad mella illa dulciſſima, puriſſimumque lac beatæ patriæ vocati ſumus: quòd ſi Dei mandatis obedientiam non præſtiterimus B ab ea repellemur. Ad Hebr. 4. *Feſtinemus* (ait Paulus] *ingredi in illam requiẽ, vt ne id ipſum quis incidat incredulitatis exemplum, &c.* Feſtinemus ingredi in cœnam, Iſraelitas non imitemur incredulos; feſtinemus, illos, qui ad cęnam vocati ſunt, non ſequamur. Vocati ſunt, feſtinare debuerant, & volare; at frigidas, friuolaſque adhibuere excuſationes, & venire recuſarunt.

Feſtinãdũ ad cęnam.

C Nos feſtinemus ingredi in illam æternam requiem, æternum Sabbatum, conuiuiumq; beatiſſimum. Feſtinare iubet Dominus ſeruum vocantẽ: *Exi* (inquit) *citò in plateis, &c.* Feſtinat ſeruus vocans, feſtinare debent & vocati. Pedibus timor addat alas. Timeamus Dei ſentẽtiam, timeamus, ne ab æterna requie, cęnaque excludamur. *Timeamus* [ait Paulus eodem cap.] *ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe, &c.* D Promiſit nobis Deus cęnam, promiſit æternam requiem, ad illam nos vocauit; timeamus, ne relicta, & neglecta hac promiſſione Dei, & inuitatione, ac vocatione, dulciſſima cęna priuemur. D. Gregorius homil. citata: Valde (inquit) eſt tremenda ſententia, intenta hanc cordis aure percipite; vt tanto eam minus ſentiatis in examine, quantò formidoloſius nunc auditis in prædicatione. Ait enim: E *Nemo virorum illorum guſtabit cęnam meam.* Sic ille.

Compelle intrare.

VOcati ſunt ad cęnam quidam, & venire noluerunt; vocati ſunt alij, & venerunt; alij non ſolùm ſunt vocati, ſed etiam veluti cõpulſi. *Com-* A *pelle* (inquit) *intrare.* Illi veluti cõpulſi intrant, quos per flagella Deus vocat. Nam flagella, i. morbi graues, fames, peſtis, bellum, reſq; aliæ aduerſæ, hominem à mundi cęna ſeparant, & in cęnam Dei ducunt.

Res aduerſæ ad Deũ ducunt.

Quemadmodum aduerſi ventorum flatus, in portum nauem redire cogunt. Sic aduerſæ res ad Deum reuerti hominem quodammodò compellunt, ſeruata ſemper liberi arbitrij libertate.

Compulſio Dei nõ tollit liberum arbitrium.

Oſeæ 2. *Ego* (ait B Dns) *ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et dices: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, &c.* Diſcedit à Deo Chriſtianus, mundi cęnam petit, & diabolis miſericors Deus, vt illum ad cœnam ſuam reuocet, vias, quib. gradit, ſpinis ſepit, maceriam opponit, nerq; flagellis impedit. His ille admonitus ait: Va C dam, & reuertar ad Deum meum.

Dei flagella ad Deũ ducunt.

Lege Gregor. homil. 36. in Euang. & lib. 34. Moral c. 2. Eos (inquit] quos voluntas praua peruertit, plerumq; aduerſitas corrigit, &c. Hieronymus Oſeæ 2. in verba ſuprà citata: *Sepiam viam tuam ſpini, &c.* ſic ſcribit: Ex quo intelligimus, quòd prouidentia Dei, ſæpe nobis accidãt mala, ne habeamus ea, quæ cupimus, & varijs calamitatibus huius ſęculi, ac miſerijs, ad Dei D ſeruitutẽ redire cogamur, &c Cũ igitur flagellamur, ad cænã venire compellimur; ita tñ cõpellimur, vt in noſtra ſit poteſtate ẽt nõ venire. Proſint nobis flagella, à peccatis abducant, & ad cænam ducant. Nam, vt ait Greg. Nazianzenus in orat. de plaga grandinis: Non eſt graue plagis affici; ſed plaga meliorem non fieri, grauiſſimũ, & acerbiſſimum eſt, &c. D. Auguſtinus ſerm. 33 de verbis Domini: Foris in- E ueniatur neceſſitas; naſcitur intus voluntas, &c. Neceſſe eſt morbum ferre à Deo datum, peſtem, famem, cæteraſque calamitates; inuenitur foris neceſſitas patiendi, cùm hæc patimur. Ex hac neceſſitate foris patiendi, naſcatur intus bona voluntas peccatum deſerẽdi, diuiniſq; pceptis obſequẽdi. *Cõpelle* (inqt] *intrare.* Admirabile ſanè eſt, hoiem ad cænã dulciſſimis epulis refer-

Cõpelli homines ad cenã mirabile eſt.

refertam, nonniſi compulſum venire. Quis vnquam ad conuiuium flagellis compellitur? Oculis corporeis ſi c. rneretur hæc cęna, nec multa vocatis impedimenta occurrent; nullis flagellis, nulla opus eſſet compulſione. Quia verò oculis non cernitur corporis, iterq; rerum caducarum cupiditas obſidet, ideò compulſio eſt neceſſaria, quæ & oculos aperiat animi, quib. cœna videtur, & frænet cupiditatem, quæ obſtat itineri.

A

D. Auguſ. de hæreticis compellẽdis ſnia.

D. Auguſt epiſt. 50. ad Bonifacium Comitem, de ea compulſione hęc verba intellexit. qua hæretici ad fidem redire coguntur: Dominus (inquit) ad magnam cœnam ſuam priùs adduci iubet conuiuas, poſteà cogi. Si poteſtate, quam per religionem, ac fidem, Regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit Eccleſia, ij, qui inueniuntur in vijs, & in ſepib. id eſt, in hæreſib & ſchiſmatibus, coguntur intrare; non quia coguntur, reprehendāt, ſed quò coguntur, attendāt, &c. Et lib. 2 contra ſecundam Gaudētij epiſtolam, c. 17. Quod (inquit) vobis videtur, inuitos ad veritatem nō eſſe cogendos, erratis, neſcientes Scripturas, neq; virtutem Dei, qui eos volentes facit, dum cogūtur inuiti, &c. Item: Ait Dominus; *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare*: intelligim⁹ vias

B

C

Schiſmata, & hæreſes via, & ſepes ſunt.

hæreſes, ſchiſmata ſepes. Viæ quippè hoc loco ſignificant diuerſas opiniones, ſepes autē peruerſas opiniones, &c. Et ſer. 31. de verbis Domini: Venerunt (ait) de plateis, & de vicis Gētes; veniant de ſepibus hæretici. Nam qui conſtruunt ſepes, diuiſiones quærunt. *Cogę intrare* (inquit Dominus) foris inueniatur neceſſitas, naſcitur intus voluntas. Hæc ille. Lege eiuſdem epiſtolam 48. ad Vincentium. Tres

D

Sententia Auguſti

Auguſtinus vocatiōes in parabola arbitratur ſignificari: primam Iudæorum, qui venire ad cœnā recuſarūt: ſecundam Ethnicorum, qui ad cœnā venerunt non compulſi; tertiam hæreticorum, qui vt veniant, compellūtur. Hanc ait ſignificatam illis verbis: *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, &c.* Placet tanti Patris interpretatio. Nam primùm vocati ſunt Iudæi poſteà Etnici. Ex vocatis in varias hæreſes multi abierunt, hos quoque vocari oportet Sunt pręterea duæ aliæ vocationes: vocantur enim hi, qui fide quidem prædīti ſunt, ſed caritate carent. Vocantur, inquam, ad caritatē; vocantur item, qui caritatem habēt, ad perfunctionē Chriſtianæ vitæ, atque Euangelicæ. Hac autem in parabola de trib. vocationib. fit mentio, quib. homines vocantur ad fidem, & caritatem, nimirum Iudæi, Ethnici, hęretici. Mahometani quoque vocantur, qui inter Ethnicos numerandi ſunt. Præter hæc, ex hoc loco collige, quales eſſe debeant Dei ſerui, qui cæteros ad cœnam vocant. Nimirum & verbo, & exemplo adeò potentes, vt ad cœnam auditores poſſint veluti cōpellere, tùm vitæ ſanctimonia, tùm concionibus.

Multæ vocationes.

Vt impleatur domus mea.

Domus Dei, in qua cœna exhibetur, cœlum empyreum eſt, domus ampliſſima, & ſplēdidiſſima. Iuxta illud Baruch 3. *O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus, &c.* Ideò domum hanc Deus condidit, vt impleret, nō paſſus eſt eſſe vacuam. Impleuit illā Angelorum penè infinita multitudine, Angelis adiunxit hominum maximum numerum, quos ab æternitate prædeſtinauit. Implebitur hic fœlix numerus, nullus relinquetur locus prędeſtinatis vacuus in domo Dei. *In domo Patris mei* (ait Dominus Ioan. 14. *manſiones multæ ſunt, &c.* Ex his multis manſionibus nulla habitatore carebit, omnes implebuntur. Fieri non poteſt (aiunt Philoſophi) vt vacuum detur in rerum natura. Et fieri non poteſt (aiunt Theologi) vt vacuum detur in cęleſti domo, hoc eſt, impoſſibile eſt; aliquam ex manſionib. prędeſtinatorum vacuam manere. Ne maneat aliqua vacua, quęrit illos Dominus, vocat, ducit, tandemque domum introducit.

Baruch. 3.

Dom⁹ Dei implēda eſt. Ioan. 14.

E

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De magna cœna auguſtiſſima Euchariſtię.

CÆnam aliam facit Dominus in terra admirabilem. *Homo quidam*, id eſt, Chriſtus, Deus, & homo, *fecit cœnam magnam*, hoc eſt, admirabile cõuiuim. Cœna meritò appellatur; quoniam in cœna à Chriſto eſt inſtitutũ hoc ſtupendum ſacramentum, extremo vitæ tempore, cùm Soli iuſtitiæ occaſui iam approprinquabat. *Fecit cœnam magnam*: in ea quatuor fercula Diſcipulis propoſuit: azymos panes, agnum paſchalem, lactucas agreſtes, Euchariſtiæ ſacramentum. Præceſſit cœna legis veteris, ſequuta eſt cœna legis nouæ. In cęna legis veteris azymi panes propoſiti ſunt, & paſchalis agnus, cum lactucis agreſtib. In cęna legis nouę, ſtupendum ſacramentum Diſcipulis eſt datum. In menſa veteri nouæ typus, & præparatio eſt, Etenim azymi panes ſinceritatem ſignificant, conſcientiæq; puritatem, q̃ noua cęna flagitat. Iuxta illud Pauli 1. Corinth. 5. *Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ; ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.* Ab hac enim menſa omne fermentum abeſſe neceſſe eſt, hoc eſt, mortiferũ peccatum. Agreſtes lactucæ Hebraicè dicũtur מרורים *merorim*, id eſt, *amaritudines*: erant enim amaræ. Amaræ lactucæ, nouę menſæ ſunt adhibendę, ſi peccato eſt conuiua contaminatus: indicant autem amaram pœnitentiam. Agnus paſchalis igne aſſus Chriſtum adumbrat, amoris igne flagrantem, ac crucifixum, & mortuum. Mortem enim Chriſti, cęna hæc, & ſacrificium, in memoriam nobis reuocat, proponitq; ante oculos ſanguinem illius ſummo cum amore, in cruce, ſimul cum vita, profuſum. Iuxta illud Pauli 1. Corinth. 11. *Quotieſcumq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat, &c.* Mortem Domini annunciamus ſacramento ac ſacrificio: mortẽ quoq; Dñi voluamus mente, & corde. Hæc enim amoris plena conſideratio, ad cœnam eſt o-

Euchariſtia meritò cœna appellatur.

1. Corin. 5.

Agni paſchalis comedendi ritus explicatur.

1. Cor. 11.

A ptimam præparatio.

Poſt typicam cęnam, ad nouæ legis veram cęnam acceſſit Chriſtus, epulumq; inſtituit admirabile; non agnum appoſuit aſſum, non lactucas agreſtes, non azymos panes, non carnes aut pecorum, aut volucrum, non dulcia bellaria. Faceſſant hæc procul, multò ſuperior his omnibus eſt menſa Chriſti, non hæc capit infima fercula. Ecquis non admirabi-
B tur? ecquis nõ obſtupeſcet, cùm huius menſæ epulas conſiderarit? Superant enim terrena omnia; ſuperãt omnia cœleſtia, ipſos Angelos, Cherubinos, Seraphinoſq; longo interuallo poſt ſe relinquunt. Admirandũ eſſet, ſi Deus nobis Seraphinos comedendos, ſub panis, viniq; ſpecie præberet. At multò eſt admirabilior cœna, quã homo, Deuſque Chriſtus fecit. Seipſum nãque Deum, hominemque verum mã-
C ducandum in ſacra menſa propoſuit; videlicet, Deo hominem implere voluit, ac ſatiare. Parauit cęnam in cęlo, parauit alteram in terra; vtriuſque cęnæ idem voluit eſſe ferculum, admirabile, dulciſſimum, omne pretiũ ſuperans, Deum voluit eſſe hominũ cibum, tùm in cœlo, tùm in ſolo, quo paſceretur, quo aleretur, quem deſideraret, cuius fame, ſitiq; teneretur. In cœleſti cœna Deus ipſe conuiuiũ
D eſt hominis, ſed perſpicuè abſque vllo velamine cõſpectus. In terra Chriſtus Deus conuiuium eſt, ſed panis, viniq; tectus velamine. Vt ſcribit Plinius lib. 9. c. 35. Cleopatra ſponſione facta cũ Marco Antonio, affirmauit, ſe vna cęna, centies ſeſtertiũm abſũpturam; vnionemque maximum, & præclariſſimũ merſit aceto, ac liquefactum abſorbuit. Sed quid hoc pretij, ſi cum pretio noſtræ cęnæ compa-
E retur? Centies ſeſtertium Cleopatra abſorbuit: Chriſtianus verò cibũ capit, qui omne quamuis immenſum pretium, quod mente concipi poteſt, ſuperat. Cleopatra margaritam pretioſiſſimam hauſit. Æſopi quoq; filius Clodius, vt idem Auctor teſtatur, ſingulos vniones conuiuis abſorbendos dedit. Nos Sacramentum omnib. margaritis, gẽmiſq; præſtãtius ſumimus. O men-

Cœna Domini.

Deus hominis cibus.

Plinius.

Cleopatra cęna.

Digitized by Google

Dulcedo in fonte guſtatur.

O menſam pretioſiſſimam! Quid de dulcedine dicam? In hac mẽſa (vt D. Thomas ait in ho. de Euchariſtia) ſpiritalis dulcedo in ſuo fonte guſtatur. Dulcedinis enim fontẽ continet hęc dulciſſima cęna, ex quo quidquid dulcedinis in melle, cæteriſq; omnib. rebus creatis eſt, emanauit Sapient. 16.

Sapien 16.

Panem de cęlo præſtitiſti illis, ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat, &c. Hæc de antiquo illo manna litera docet; ſed ſpiritus de auguſtiſſima Euchariſtia, ac dulciſſima, intelligit. *Eſt enim panis de cælo, omne delectamentum, ſiue voluptatem in ſe habens, & omnis ſaporis ſuauitatem.* Cuius ſubſtantia dulcedinem Dei oſtendit, quã in filios habet. Iam verò quàm admirabilis cęna ſit, quis poterit pro dignitate fari. Admirantur cęnam iuſti homines, ac ſapientes, qui illius mirabilia ſæpe voluunt animo; admirantur quoque Angeli, ſummiq; Seraphini, admirantur ipſi quoq; dæmones. Superat enim cibus hic diuinus, tùm hominum, tùm Angelorum, dęmonũq. intellectum; ſi vires ſolùm intellectus naturales ſpectes.

Fecit Chriſtus hanc cęnam magnã, & vocat Chriſtianos. At illi terrenorum bonorum amore, peccatiſque irretiti, venire recuſant. Quamobrem illorũ animę macillentę ſunt, imbecilles, abſq. ſpiritali robore. Etenim quemadmodum corpus cibo carens, vires corporales; ſic anima vires amittit ſpirituales. Thren. 1. *Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius, facti ſunt Principes eius velut arietes non inuenientes paſcua; & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis, &c.* Non eſt in anima decor, non eſt ſpiritalis pinguedo, aut robur, quæ cibis Chriſti non alitur. Similis eſt arieti nõ inuenienti paſcua, macieq; tabeſcit, facilè à cacodęmone in vitia ducitur; velut aries à paſtore. Nonne viaticum noſtrum & dr, & eſt auguſtiſſimum hoc Sacramẽtum? Si peregrinus abſque viatico faciat iter, planè deficiet in via. Peregrini ſumus, viatico indigemus; ideo deficimus in via: quia abſq; viatico iter facimus. *Si dimiſero eos ieiunos,* (ait Dñs Marc. 8.) *deficient in via, &c.* Cur deficiunt in via virtutis Chriſtiani? quia ieiuni faciunt iter. Noluit Chriſtus iẽiunos dimittere, cęnam præparauit, quæ robur diuinum ſuppeditet. At cęnam faſtidiunt, & ieiuni deficiunt. Paſcebat Dominus populum, quem ex Ægypto eduxerat; dulci cibo, id eſt, manna. Ille a Deo datum cibum faſtidiens, Ægypti ollas, pepones, porros, cępaſq; ſuſpirabat. Hæc enim ſũt illius ſuſpiria Numer. 11 *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, porrique, & cępæ, & allia, &c.* Similem in modum, Chriſtianũ populum paſcit Deus cœleſti manna, hoc eſt, dulciſſimo Euchariſtiæ Sacramento. At ex Chriſtianis multi à Deo paratum admirabile conuiuium faſtidiunt; qm̃ Ægypti ollas, cępas, porroſq;, hoc eſt, mundi ruſticos, craſſiſſimoſq; cibos, & voluptates appetunt.

Chriſtianorum animę macilentæ cur ſint.

Thren 1.

Euchariſtia eſt viaticum.

Marc. 8.

Nume. 11.

Miſit autem Deus ad cœnam vocare hora cœnæ, huius autem cœnæ hora, vita hæc eſt. Quamdiu mundus ſteterit, ſtabit & ſacra menſa. Vnde illud Pauli 1. Corinth. 11 *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat, &c.* hoc eſt, vſq; ad extremum iudicij diẽ. Et Chriſtus Matth. 28. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi, &c.* Hæc eſt hora cęnæ huius. Iam parata ſunt omnia, iam Paſchalis Agnus occiſus eſt, iam Sacramentum ſtupendũ inſtituit Dominus, iam conuiuium apparauit. Paratum eſt conuiuium nobis, paremus nos illi. *Probet autem ſeipſum homo* (ait Paulus 1. Corinth. 11.) *& ſic de pane illo edat, &c.* hoc eſt, paret ſe ad manducandum cæleſtem panẽ, exploret, ſe videat, an aliquid in conſcientia ſceleris lateat. Conuiuiũ hoc amicorũ eſt, & cariſſimorum, nullus inimicus accedat. Cantic. 5. *Comedite* (ait Dñs) *amici, & bibite, & inebriamini cariſſimi, &c.* Amicis, & cariſſimis epulũ præbet, non verò inimicis. Matth. 26. *Apud te facio Paſcha cum Diſcipulis meis:* ait Dñs. Cum Diſcipulis ſuis fa-

Hora cęnæ eſt hæc vita.

1. Cor. 11.

Matth. 28.

1. Cor. 11. Præparatio ad Euchariſtiam.

Cantic. 5.

Matth 26

cit

cir cænam Paſchalem Chriſtus: cum
Diſcipulis(inquam)amicis,& cariſſi-
mis. Nullus accedat proditor, nullus
Iudas diuini epuli ſit particeps. Huic
etiam rei,de qua agimus,congruunt
illa verba Cantic. 1. *Dum eſſet Rex in ac*
Cantic. 1. *cubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuũ,*
&c. hoc eſt,cũ Chriſtus ſummus Rex
menſæ accumberet,nardino vnguen
to eum perfudi. Recumbit Chriſtus
in menſa,id eſt, in altari, non vt co-
medat,ſed vt cibus ſit hominum, qui
ad hanc menſam accedunt, non fœ-
torem peccatorum, ſed odorem affe-
rant caritatis, virtutumq; omnium.
Magdalena recumbentem in menſa
Chriſtum viſibili perfudit,odorifero
que vngento. Qui autem illum corde
excipit pleno fidei, & amoris odore
perfundit, quem corporei ſenſus mi-
nimè capiunt. Pſal. 67. *Iuſti epulentur,*
Pſal. 67. *& exultent in conſpectu Dei, & delecten-*
tur in lętitia, &c. Iuſtorum eſt hoc epu
lum,iuſtorum eſt huius epuli exulta-
tio, lætitia,delectatioq; ſingularis *Iu-*
ſti(inquit)*epulentur.* Iniuſti, quoſque
diuina miſericordia ex iniuſtis fiant
iuſti, ad ſanctiſſimum epulum accede
re non pudeant. *Sicut fluit* (inquit va-
tes)*cera à facie ignis: ſic pereant peccatores*
à facie Dei: & iuſti epulentur, &c. Pereũt
Pereũt pec- peccatores benè,cùm perit peccatũ,
catores be- non perit homo; pereunt peccatores
nè & ma- malè,cùm perit homo,non perit pec-
lè. catum. Pereant ergo peccatores, ſed
benè pereãt *Sicut fluit cera à facie ignis:*
ſic illorum liquefiant corda, à facie
ignis diuini Spiritus;dolorem,ac pœ
nitentiam concipiant,oreq; per con-
feſſionem peccatorum venenum euo
mant. Sic pereant peccatores fœlici-
ter,poſtquàm verò ſic perierint, pec
catores fient iuſti, & iuſti epulabunt
D. Auguſ. in conſpectu Dei. D. Auguſtinus ſer.
109 de tempore: Pereũt(inquit)pec-
catores,& non pereunt. Si incipiant
iuſtè viuere,peribunt peccatores, ſed
non peribunt homines. Quando tibi
dicit Deus: *Pereãt peccatores à facie mea;*
hoc tibi dicit: Pereat in te,quod tu fe
ciſti (id eſt, peccatum) & ſeruabo q
ego feci,id eſt,hominem,&c. Priusq̃
accumbant menſæ conuiuæ manus la
uare ſolent. Nos verò, priusq̃ ſacræ

A accumbamus menſæ, manus,id eſt,
opera,pedes animi,id eſt, affectus, &
corda oportet abluere.

Cœna noctu agitur,quocirca lucer
næ inflammantur. Chriſti quoq; cœ-
na in hac huius ſæculi nocte celebra-
tur. Lucerna igitur indigemus, hoc
eſt,fide illuminãte,quæ conuiuij qua *Lucerna in*
lia ſint fercula,indicet. In cæleſti cæ- *cœna, fides.*
na lumine opus eſt gloriæ;in hac,quæ
in terris exhibetur, opus eſt lumine
B fidei. Excitetur fidei lumen, vt ſum-
mum Deum ſub panis, viniq; ſpecie-
bus latentem oſtendat,excitetur cari
tatis ignis,vt amore cor intendat,ex-
citetur quoque humilitas, & reueren
tia,vt in nouiſſimo cœnæ loco nos re
cumbere faciat,excitetur maximè di
uini amoris,& miſericordiæ quæ pau
peri homini in menſam largita elee-
moſinam,conuiuium ſtupendum ex-
hibuit.

C Dicet aliquis: Numquid huic men
ſæ accumbunt pauperes, imbecilles,
cœci,& claudi? Si non accumbunt;
cur iubet Dominus pauperes, imbe-
cilles,cœcos,claudoſq; vocari? R fide *Cur vocã-*
mus,neq; pauperes illos, vel imbecil *tur claudi,*
les,qui gratiæ opib. carent;neq; cœ- *& cæci ad*
cos,qui luce caritatis priuati ſunt;ne *cœnam.*
que claudos,qui peccando claudicãt,
huic menſæ accumbere. Vocantur au
tem ad cęnã, vt gratiæ prius opes, &
D caritatis robur,& lucem,pedumq; re
cipiant ſanitatem, deinde ad cęnam
accedant. Is enim, qui ad cœnam uo
cat non cęnã ſolam largitur,ſed ea ẽt,
quæ cœnæ admirabilis poſtulat præ-
paratio. Mutantur ergo pauperes,cæ-
ci, & claudi, mutatiq; auguſtiſſimæ
Euchariſtiæ conuiuio fruuntur. Alio-
qui ſi non mutentur peccatores, vt
Apoſtolus ait 1. Corinth. 11. *Iudicium*
ſibi manducant, & bibunt. Mutet vitam *1. Cor. 11.*
E (ait Auguſtinus ſerm. 1. de tempore) *D. Auguſ.*
qui vult accipere vitam,id eſt. Eucha *Conſcien-*
riſtiam. Nam ſi non mutet vitam, ad *tię puritas.*
iudicium accipiet vitam, &c. Quem-
admodum prætioſæ carnis eſca, ſua-
uiſq; vini potus ſano homini vires,vi
tamq; præbet; ægro autem ægritudi-
nem auget, affertq; mortem, non ci-
bi,ſed corporis vitio. Sic pretioſiſſi-
ma, ſuauiſſimaq; Euchariſtia valenti
còn-

conuiuæ robur, vitamque ſuppedi-
tat: illi verò, quem peccati mortiferi
ægitudo tenet, mortem confert,
ac damnationem. Non quidem cibi
ſuauiſſimi, ac ſaluberrimi vitio, ſed
hominis improbi culpa. Hinc illud

D. Chryſo.

D. Chryſoſtomi in hom. de traditio-
ne myſteriorum, & de obliuiſcendis
iniurijs. Quemadmodũ (inquit) eſca,
qua vtitur corpus, cùm in ventrem
humores habentem corruptos deij-
citur, inualetudinem auget, non qui-
dem natura ſua, ſed propter imbecil-
litatem ventris. Sic ſanè in myſterijs
ſpiritualibus euenire ſolet: hęc enim

Euchariſtia nocet animo egris.

cùm in mentem iniquitate plenam
inciderint, eam potiùs vitiant, & per
dunt, nõ propter naturam ſuam, ſed
propter imbecillitatem animæ ſumẽ
tis. Sic Chryſoſtomus.

Malach. 1. Mũda oblatio Euchariſtia.

Malach. 1. *In omni loco ſacrificatur* (ait
Dominus) *& offertur nomini meo oblatio
munda, &c.* Mundiſſima oblatio eſt Eu
chariſtia, mũdiſſimos flagitat pro ſua
munditia conuiuas, mundiſſimos Sa-
cerdotes, mundiſſima vaſa, mundiſſi-
mas aras, mundiſſima templa. *Munda*

Iſai. 52.

mini (ait Iſai. 52.) *qui fertis vaſa Domini,
&c.* Vaſa Domini ferebant olim Leui
tæ, ab his munditia legalis requireba
tur. A noſtris Leuitis, a noſtris Sacer-

Sacerdotes mundi, ac puri eſſe debent.

dotibus multo maior poſtulatur mũ
ditia; nempe Euangelica, qui & vaſa
Domini portãt, & Dominum ipſum
excipiunt, & pectore ferunt. O quàm
munda eſſe oportet, & caſta Sacerdo
tum, Chriſtianorumq; omnium cor-
pora, ſiquidẽ vaſa Domini ſunt. Non-
ne Sacerdotis, Chriſtianię pectus vas
Domini eſt, in quo Chriſtus excipitᷓ?
Aureum igitur oportet eſſe pectus, au
reum os, auream linguam. Os benè

Gregorius Nyſſenus

olet (ait Gregorius [Nyſſenus in Ec-
cleſiaſtem, cap. 3.] eius, qui aliquid o-
dorati aromatis ore accepit: ac rurſus
malè eius, qui allium, aut quid aliud
tetri odoris ſumpſit, &c. O Sacerdos,
ò Chriſtiane, ſi os illius benè olet, qui
aliquid odorati aromatis ore accepit,
quemnam odorem efflare debet os
tuum, quod terræ, cęliq; maximè o-
doriferum Sacramentum accipit? Al-
lia Ægypti, cepaſq; videris comediſ-
ſe: hæc enim os tuum, pectuſq; exha-

A lat. Non Ægyptum, ſed Chriſtum re-
doleat os, lingua, pectus, quod Chri-
ſtum capit. *Eructauit cor meum verbum
bonum*: ait Pſalmographus Pſalm. 44. *Pſal. 44.*
Verba bona eructabat, quia cibos bo
nos comederat. Qui Chriſtũ Dei Ver-
bum toties manducat Sacerdos, eru-
ctet verba bona, ſancta, ardẽtia. Qua-
lis cibus, talis ſit ructus. *Miphiboſeth* vt
legitᷓ 2. Reg. 9. *habitabat in Ieruſalem*, *2. Reg. 9.*
quia de menſa Regis iugiter veſcebatur; &
B *erat claudus vtroque pede, &c.* Huic Mi-
phiboſeth ſimiles ſunt Sacerdotes im
probi; de menſa Regis Chriſti iugiter
veſcuntur, attamen vtroq; pede clau
di ſunt, tam intellectu, quàm volunta
te claudicant, audentq; claudi ad cę-
nam accedere, tremendumq; Sacra-
mentum polluto ore, ac pectore exci-
pere, & iudicium, id eſt, Dei in æter-
nam damnationem, mãducare, & bi-
bere. Sed dicent ad cœnam vocari
C claudos. *Exi* (inquit) *cæcos, & claudos in
troduc huc.* Iam reſpondimus vocari
claudos, non tamen vt claudi menſæ
accumbat, ſed ſani. Sanantur enim
priùs pęnitentiæ medicamento, de-
inde ad cœnam accedunt. Nullus au
det Sacerdos ad altare ſacrum factu-
rus accedere, niſi ſacris veſtibus ſe
priùs induerit. Similem in modum,
nullus audeat accedere, niſi priùs ca-
ritatis, gratiæ, iuſtitiæq; fulgentibus
D indumentis ſe priùs exornarit. Iuxta
illud Pſal. 131. *Sacerdotes tui induantur* *Pſal. 131.*
iuſtitiam, &c. Iuſtitia Sacerdotis veſtis
eſt, nullo vmquam exuenda tempo-
re. Sacerdotes noui teſtamenti, Sacer
dotes ſunt ſecundùm ordinem Mel-
chiſedec: iuxta illud Pſalm. 109. *Tu es* *Pſal. 109.*
*Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem
Melchiſedec, &c.* Nomen autem He-
bræum מַלְכִּיצֶדֶק *Melchipſedek* Re-
gem iuſtitiæ ſignificat. Sa-
E cerdotes ſecundum or-
dinem Regis iu-
ſtitiæ iuſtos
eſſe, iu-
ſti-
tiæque pretioſo ami-
ctu fulgere
oportet.

* *
*

Sacerdotes qui ſimiles Miphiboſeth.

Iuſtitia Sacerdotis veſtis eſt.

CAPVT

CAPVT XVII.

De ſumptibus ad turrim ædificandam.

LVCAS CAPITE XIIII. Verſ.25.

IBANT autem turbæ multæ cum eo. Et conuerſus dixit ad
26 illos:* Si quis venit ad me,& non odit patrem ſuum,& ma-
trem,& uxorem,& filios,& fratres,& ſorores,adhuc autem
27 & animam ſuam,nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et qui nõ
baiulat crucem ſuam,& venit poſt me,non poteſt meus eſ-
28 ſe diſcipulus.* Quis enim ex vobis volens turrim ædificare,
non prius ſedens computat ſumptus,qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perfi-
29 ciendũ.* Ne poſteà quàm poſuerit fundamentum,&non potuerit perfice-
30 re,omnes,qui vident,incipiant illudere ei.*dicentes:Quia hic homo cœpit æ-
31 dificare,& non potuit conſummare?* Aut quis Rex iturus cõmittere bellũ
aduerſus alium Regem,non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem milli-
32 bus occurrere ei,qui cum viginti millibus venit ad ſe? * Alioquin adhuc illo
33 longè agente,legationem mittens,rogat ea,quæ pacis ſunt. * Sic ergo omnis
ex vobis,qui non renunciat omnibus,quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe di-
34 ſcipulus.* Bonum eſt ſal;Si autem ſal euanuerit,in quo condietur? * Neque
35 in terram,neque in ſterquilinium vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet au-
res audiendi,audiat.

Ibant autem turba multa cum eo.

SEquebantur Chriſtum turbę multę:ille verò eas docuit, quales eſſe oporteret ipſius ſectatores,ac diſcipulos. Quoniã (ait Theophylactus) multi ibant cum Ieſu, qui non cum omni alacritate,& obedientia ſequebãtur, ſed frigidiores erant;docet eos,qualẽ oporteat eſſe diſcipulum ſuum, &c. *Theophyl.* *Docet Dominus turbas, qualẽ eſſe oporteat ipſius diſcipulũ.*

B *Si quis* [inquit] *venit ad me*, vt diſcipulus meus ſit, *& non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* In primis docet,oportere diſcipulum odio habere parentes,vxorem,filioſque, & cognatos, neque hos ſolùm, ſed etiam animam. Simile illud eſt Matth. 10. *Matth.10.*

C *Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam. Et inimici hominis domeſtici eius, &c.* Hæc ſepara-

A tio odium hoc loco nominatur. Quæſtio exoritur, quonam modo habendi ſint odio parẽtes,vxor,filij, cognati, ſiquidem lege diuina eos diligere iubemur? Reſpondetur, verba Domini eſſe hyperbolica. Neque enim vult parentes, & cognatos ex animo proſequendos eſſe odio; ſed ſi fidei noſtræ,vel Deo debitæ obedientię obſiſtant, non audiendos. Sic Matth. 18 hyperbolicè ait: *Si manus tua, vel pes* *Quomodo odio ſint habendi conſanguinei.* *Matth.18.*

B *tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te; & ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te, &c.* Quemadmodum non vult nos oculum eruere,aut manum, pedẽmve abſcindere;ſed occaſionem peccati fugere: ita non vult parentes, & cognatos odio habere; ſed ſi in via Dei offendiculũ, & ſcandalum fuerint, eos declinare, Deumq́. pręferre Quamobrẽ Matth. *Matth.10.*

C 10 *Qui amat* [inquit] *patrem, aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, &c.* Odio ergo ait habẽ-

dos

dos parentes,& cognatos, cum fidei, & pietati obſtant,hoc eſt, reijciẽdos, & Deo non anteponendos. Honorandi ſunt(ait Euthymius)pater,& mater; verùm Deus prior illis in honore habẽdus eſt,&c.Theophylactus: Pręcipit Dominus odio habere parẽtes, quando in cultu Dei periculum eſt. Tunc.n non parentes cenſentur,neque familiares, ſi in hoc nobis obſiſtant,&c. Item D. Gregorius ho 37. in Euang.Quaſi per odium diligitur, qui carnaliter ſapiens, dum praua nobis ingerit,non auditur,&c.Item:Sic exhibere proximis noſtris odij diſcretionem debemus, vt in eis & diligamus,quod ſunt,& habeamus odio, ꝗ in Dei nobis itinere obſiſtũt,&c.Itaque Chriſti diſcipulus inimicos odio non habere iubetur; *Diligite* (inquit Matth 5.) *inimicos veſtros, &c* Patrem verò odio habere,matrem, & cognatos, atque amicos, ita, vt explicatum eſt. Vnde Auguſtinus lib. 1. de ſerm. Domini in monte,c 25. Quàm verum (inquit)eſt, *quòd regnum cœlorum vim patitur:& qui vim faciunt, diripiunt illud* Quanta enim vi opus eſt, vt homo diligat inimicos, & oderit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres? Vtrumque enim iubet,qui ad regnum cœlorum vocat, &c.

Euthym. *Theophyl.* *D.Gregor.* *Matth.5.* *D. Auguſ.* *Matth. 11.* *Quomodo regnum cælorum vim patiatur.*

Adhuc autem & animam ſuam.

Anima ipſa hominis forma hoc loco appellatur,ex ſententia Theophylacti,Euthymij,D.Gregorij, Bedę.Tunc autem habetur odio anima, cùm illius cupiditates nefariæ reijciũtur,atque franguntur. Quemadmodum enim(ait D.Cryſoſto. ho.66.in Matth.)quos odio habemus, neq; videre, neque eorum vocem audire ęquo animo patimur. Ita & anima, ſi quid præter Dei volũtatem nobis imperat,reijcienda eſt,&c.Eſt ergo ſenſus: *Qui animam ſuam non odit*: hoc eſt, qui animo prauas cupiditates, atque appetitiones,velut aduerſarij,viuendiq; deſiderium,cùm pro fide ad tormenta vocatur,non reprimit.ac profundat, *non poteſt meus eſſe diſcipulus.* D. Gregorius: Tunc benè animam noſtram odimus, cum eius carnalibus deſiderijs non acquieſcimus, cũ eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur,&c Theophylactus: Cùm Chriſtus noſtrã animam odio habere præcipit,non præcipit,vt nobis mortem conſciſcamus, ſed vt renunciemus concupiſcentijs animæ, quæ nos ſeparant à Deo,etiamſi perferendum martyrium, non curanda anima,&c. D.Auguſtinus lib.1.de ſermone Domini,c.25.arbitratur animã hoc loco vitam ſignificare;eſt ſenſus: Qui non odit animam ſuam, hoc eſt, vitam ſuam, cùm opus eſt martyriũ ſubire,non põt meus eſſe diſcipulus.

Quomodo odio habetur anima. *D Chryſo.* *Mortifica-tio cupiditatum.* *D.Gregor.* *Theophyl.* *D. Auguſ.*

Et qui non baiulat crucem ſuam.

Crucem portabant vſq; ad ſupplicij locum, qui cruci ſuffigebant, vt alibi dicemus, Deo annuente Vult ergo Dominus diſcipulos ſuos crucẽ ferre, hoc eſt ad mortẽ pro fide ſubeundam eſſe paratos,mortem[inq̃] plenam ignominia. *Qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me,* qui iam baiulo mente crucem meam, *non poteſt meus eſſe diſcipulus* hoc eſt, Qui nõ eſt paratus ad mortem plenam ignominia perferendam, quemadmodum ego paratus ſum, *non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Aliter:Crucis nomine labor, pœnitentia, omniſq; moleſtia,& cruciatus,qui Chriſti diſcipulis ſe offert, intelligi poteſt,hoc pacto:Qui cruciatus, dolores, moleſtias ſibi oblatas, pro Deo æquo animo, ac patienti ferre non eſt paratus, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ille baiulat crucem ſuam, qui ſibi occurrentes labores, & cruciatꝰ patiẽter pro Chriſto fert. Ille crucem reijcit, neq; baiulat, qui Labore, & cruciatus occurrentes pro Chriſto ferre non vult, vel impatienter tolerat. Præterea ille crucem baiulat, qui contemnit honores, cõplectitur labores Nam qui crucem olim baiulabat,& dedecore magno afficiebat, & labore premebatur De his dictum eſt tom.2. lib.9.c.14. & 15.

Quid ſit crucem ferre. *Labores, & calamitates ferendæ patienter.*

Non

A

Non poteſt meus eſſe diſcipulus.

De quibuſnã diſcipulis loquatur Dominus.

DVbium eſt, de quibuſnam diſcipulis hæc verba ſint intelligẽda, de omnibuſne Chriſtianis, qui olim diſcipuli vocabantur, vt conſtat ex Actis Apoſtolorum, ca. 6. & 9. an de peculiaribus tantùm diſcipulis, qui Chriſtum, relictis omnibus poſſeſſionibus, ſequuntur. De his peculiaribus qui perfecti eſſe volunt, intelligenda probatur; quia Dominus ſubijcit: *Qui non, renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, &c.* At verò Chriſtiani omnes non renunciant omnibus, quæ poſſident; ſed ij ſolummodò, qui perfecti eſſe volunt. Iuxta illud Chriſti Matth. 19: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, &c.* Cum igitur Chriſtus dicat eum non poſſe eſſe diſcipulum, qui non renũciat omnib. quæ poſſidet, efficitur de diſcipulis loqui, qui ad perfectionem Euangelicam conanẽ peruenire, nõ autem de omnib. Chriſtianis. Ob hanc rationem hæc opinio veriſimilior videtur. Ver umtamen D. Auguſtinus epiſt. 89. ad Hilarium, de omnib. Chriſtianis verba hæc interpretatur atq. adeò de omnib. Chriſtũ loqui arbitratur: Profectò [inquit] renunciat etiam diuitijs ſuis, ſi quas habet, aut ſic, vt eas omnino non diligẽs totas diſtribuat indigentib. & ſuperfluis exoneretur curis: aut ſic, vt plus diligens Chriſtum, ſpem ab eis transferat in ipſum, atq. ita vtatur illis, vt facile tribuens, & communicans, theſaurizet in cœlo, paratuſq ſit, quẽadmodum parentes, & filios, & fratres, & vxorem, hoc modo & iſtas relinquere, ſi talis conditio propoſita fuerit, vt niſi dimiſſo Chriſto, eas habere nõ poſſit. Sic Auguſtinus. Beda quoq. Luc. 14. Cunctorum (inquit) fidelium eſt renunciare omnib. quæ poſſident, hoc eſt, ſic tenere, quæ mundi ſunt, vt tamen per ea non teneantur in mundo, habere rem temporalem in vſu, æternam in deſiderio, ſic terrena gerere, vt tamen tota mente ad cœleſtia tendant, &c. Eandem opinionẽ ſequitur Gloſſa ordinaria.

Matth. 19.

Quis dicat renunciare omnib. quæ poſſidet.

Beda.

Quomodo diuitiæ poſſidendæ ſint.

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare.

DIſcipuli arduam profeſſionẽ non temerè ſuſcipiendam Dominus docet, ſed conſideratè. Quemadmodũ (inquit) is, qui turrim vult extruere, non inconſideratè fundamenta iacit, ſed prius per otium ſedens conſiderat an pecuniam habeat, quę neceſſarijs ſumptib. poſſit ſufficere, ne, ſi, fũdamenta iecerit, turrimque perficere non potuerit, irrideatur. Sic is, qui diſcipulus meus eſſe vult, & veluti quãdam virtutis turrim extruere, nõ temere id facere, ſed prius conſiderate debet, num reb. omnib. renunciare perpetuo, & diſcipuli officium explere valeat; ne ſi manum aratro iniecerit, retroq; aſpexerit, æternæ ludificationis fiat materia. Præterea, quẽadmodum Rex, qui bellum gerere vult, non incõſideratè bellare incipit ſed prius exercitus ſui robur, militũque numerum expendit; quod ſi reperit ſe hoſti ſuo multo eſſe & robore; & militum numero inferiorem, legatione miſſa, de pace agit, ne turpiter vincatur. Ita qui meus vult eſſe diſcipulus, hoc eſt, aduerſus dæmonẽ, carnem, mundumq. bellum aggredi, nõ inconſideratè bellum tantum ſuſcipiat, ſed potius vires ſuas, & animi, ac corporis robur exploret: qđ ſi imparem ſe oneri, id eſt, omnium rerũ renunciationi inuenerit, ſatius erit onus non ſuſcipere, quàm ſuſceptum humeriſq. impoſitũ turpiter abijcere.

Cõſiderate ſtatus vitæ eligendus.

Si ſic hę ſimilitudines exponantur non rectè accommodantur ſenſui D. Auguſtini. Non enim Chriſtus iubet, vt antequam Chriſtiani efficiamur, de fide ſuſcipienda, aut non ſuſcipienda deliberemus. Fidem n. ſuſcipere, & præcepta ſeruare, omnino neceſſãrium eſt omnib. hominib. ad ſalutem æternam comparandam, nulliuſq. vires oneri, Deo opitulante, ſunt impares. At renunciare reb. omnib. conſiliaq obſeruare non eſt neceſſariũ ante votum, tuncq. vires expendendæ ſunt, an ſint oneri, adiuuante Deo, ido-

Quomodo hæ ſimilitudines ſint applicãda.

B C D E

idoneæ, ne poſtea ſuccumbat diſcipulus, redeatq. ad vomitum. Nam vt ait de nonnullis D. Petrus 2. epiſt. cap. 2.

2. Petr. 2.

Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ quam poſt agnitionem retrorſum cõuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato, &c. Reſponderi pôt, ſi ſententiam ſequamur Auguſtini, Ethicos, qui ad fidem adulta ætate vocantur, conſiderare oportere, quam ſit ſancta, ardua que Chriſtianæ vitæ profeſſio, intelligereq. ſe non ad carnis voluptates, ſed ad virtutes ſectandas vocari; atq. id his ſimilitudinib. indicari, ne ſi inconſiderate fidem receperint, mox eandem deſerant. Nõ autẽ indicatur his ſimilitudinib. ita de fide cogitandum, ac deliberãdum, vt fas ſit alicui infideli eam non ſuſcipere.

Fides eſt neceſſario ſuſcipienda, & de eo deliberandũ non eſt.

Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

VIdebatur Dominus hanc ſimilitudinib. concluſionem fuiſſe additurus: Sic ergo omnis ex vobis, qui diſcipulus meus eſſe volet, conſiderare debet, an hæc, quæ dico diſcipulis meis eſſe neceſſaria, perficere poſſit. Quemadmodum videlicet is, qui turrim exædificare vult, conſiderat, an neceſſarios ad perficiendum ſumpt⁹ habeat. Et is, qui bellum aggreditur, ſecum reputat, an neceſſarias habeat copias ad ſuperandum hoſtem. Non hanc, ſed aliam addit concluſionem, quæ quonam modo cum ſimilitudinibus cohæreat, difficile eſt oſtendere. Vt cohæreat, aliqua ſubintelligenda ſunt hoc modo: *Sic omnis ex vobis, qui conſiderando* [inſtar illius ædificatoris celſæ turris, & bellatoris Regis] *quid poſſit efficere*, non poteſt, vel non vult renũciare omnib. quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Aliter: Sic, id eſt quemadmodum turris ędificator nõ habens ſumptus neceſſarios, turrim ędificare non poteſt; & bellator Rex non habens neceſſarias copias, bellũ gerere non valet: *Ita omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Vt enim ædificatori ſumpt⁹, bellatori milites; ſic ei,

A qui diſcipulus vult eſſe meus, omniũ rerum renunciatio neceſſaria eſt. Dubitatur, an his verbis. *Omnis, ex vobis qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*: concludantur etiam parentes & cognati, animęque cupiditates, de quibus ſupra dictum eſt: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, et fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ita vt

Quid ſit renunciare omnib. quæ poſſidẽtur.

B ſenſus ſit. *Qui non renunciat omnibus quæ poſſidet*, id eſt, omnibus caducis rebus diuitiis, parentibus, vxori, cognatis, & vitæ etiam ſuæ, ac cupiditatibus, *non poſt meus eſſe diſcipulus.* D Auguſtin⁹ epiſt. 38. ad Læiam, in hac ſententia videtur eſſe; Prælocutio [inquit] ſuperior, cum extrema concluſione cõcordat: in eo enim, qđ vnuſquiſq. renunciet omnib, quæ ſunt eius, etiam illud continetur *Vt oderit patrem ſuum, & ma-*

D. Auguſ.

C *trem & vxorem, & filios, & fratres adhuc autem & animam ſuam, &c.* Veriſimilius tamen eſt, hanc concluſionem de diuitijs, & poſſeſſionibus tantum intelligendam. Sic enim Dominus ait: *Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, &c.* De ijs ergo ſermonem habet, quæ poſſidentur. Parentes autẽ, fratres, & cognatos nemo dr̃ poſſidere. Gręcè, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναται εἶναι

D μαθητὴς, hoc eſt, *Qui non vale dicit omnibus ſuis facultatibus, & poſſeſſionibus, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Bonum eſt ſal.

ASale petita ſimilitudine indicat Dominus, diſcipulos, poſtquam in diſcipulatum cooptati fuerint, in virtute oportere eſſe conſtantes. *Bonũ* (inquit) *eſt ſal*, & vtile condiendis ci-

Perſeuerantia neceſſaria eſt.

E bis; ſi vero condiendi vim amiſerit, inutile fit. Neque enim vtile eſt in terram, id eſt, vt in terram conijciatur, eamque fœcundet: neque in ſterquilinum. Græcè, κοπρίαν, hoc eſt, neque inſtar ſtercoris; agro prodeſſe poteſt, ſed foras proijcitur. Eundem in modum, bonum ſal eſt diſcipulus bonus; ſed ſi vim virtutis, ac doctrinæ amiſerit, & à me magiſtro de-

fecerit, inutilis eſt apoſtata, tartareique ignis pabulum. Auguſtinus lib. 2. quæſtionum Euangelicarum, c. 32. Salem (inquit) infatuatum, apoſtatã dixit Dominus, &c. Hac de re iam diximus tom. 2. in ſermone Domini in monte, ad illa verba: *Vos eſtis ſal terræ*: lib. 7. cap. 13.

D. Auguſ. Apoſtata ſal infatuatum eſt.

Qui habet aures audiendi, audiat.

QVia magni momenti ſunt, quæ dixit, ſubijcit hæc verba, quibus ſignificat, cordis aurib. excipiẽda, cordeq; retinenda illa, quæ hactenus docuit. Auditus autem (ait D. Hieronymus Ioel. 1.) in Scripturis ſanctis, nõ eſt iſte, qui in aure reſonat, ſed q corde percipitur. Iuxta illud, quod Dominus loquitur in Euangelio: *Qui habet aures audiendi, audiat, &c.* Græce legitur, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω, id eſt, *habens aures audire*, vel, *habens aures ad audiendum, audiat*, & intelligat hæc cordeque ſeruet.

D. Hieron.

CAPVT VIII.

De ſumptibus turris ædificandæ.

Morale.

EST amor bonus, & amor prauus; eſt item odium bonum, odiumq; prauum. Bonus ſanctuſq; ille amor eſt quo Deum, proximumq. Dei cauſa diligimus; ille prauus, quo creaturis, Deo relicto adhæremus. Prauum quoque odium illud eſt, quo proximũ proſequimur, illique mala cupimus; bonum vero illud, quo à proximo, Dei cauſa, diſiungimur, non affectũ odij, ſed quodammodo effectum habentes De hoc ſancto odio loquitur Domin⁹ cum ait: *Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuum, & matrem, & vxorem & filios, et fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuã, non poteſt meus eſſe diſcipulus, &c.* Nũquid prauo odio fas eſt patrem, matrẽ conſanguineoſq. proſequi? Minimè. Sancto verò odio habere, ſi fidei, pie-

Bon⁹ amor & malus, Similiter odium.

A tatiq. aduerſantur, neceſſariũ eſt. Nõ habet autem ſanctum odium affectũ odij internum habet, tamen effectum externum. Nam effectus externus odij eſt, aue ſari quempiam, eiuſq conuictu vti nolle; hunc effectum ſanctũ odium habet erga parentes, conſanguineos, & amicos, ſi fidei, ac pietati obſiſtant. Interno autem affectu caret; quia eos, quos externo effectu fugit, interno affectu amat.

Odij effect⁹ nõ affectus erga improbos conſanguineos habendus eſt.

B Non poteſt cum prauo odio amor Dei, & proximi copulari; at cum ſancto odio maximè ſanctus copulatur amor, imo ſanctus amor, ſancti huius odij cauſa eſt Cur enim parentes filius deſerit, cur amicos amicus fugit? Quia Deum diligit, eos, a quibus in peccatum truditur, deſerit, non habens odio naturã, ſed iniquitatem. Nemo corruptam vermibus manum ſibi abſcindit, qđ

C manum obio habeat; ſed hunc odij effectum in manum exercet, ne corpus, quod diligit, corrupta ipſa corrumpat. Eundem in modum, nemo ex probis viris ſibi parentum: & conſanguineorum conſuetudinem, ac familiaritatem adimit, quod illos oderit; ſed hunc odij effectum in eos exercet, ne fidẽ & pietatem, corrupti ipſi corrumpant. Hinc illud Domini Matth. 18. *Si manus tua, vel pes tuus ſcan-*

D *dalizat te, erue eum, & proijce abs te, &c.* In quæ verba ſic ſcribit D. Hieronymus. Si [inquit] ita eſt, quis tibi coniũctus, vt manus, pes, oculus & eſt vtilis, atque ſollicitus, & acutus ad perſpiciendum? ſcandalum autem tibi facit, & propter diſſonantiam morum, te pertrahit in gehennam; melius eſt vt & propinquitate eius, & emolumẽtis carnalib. careas, ne, dum vis lucri facere cognatos, & neceſſarios, cau-

Matth. 18.

D. Hieron.

E ſas habeas ruinarum. Itaq. non frater non vxor, non filius, non amici, non omnis affectus, qui nos poteſt excludere a regno cœlorum, amori Domini præponatur. Sic Hieronymus.

Quomodo manus, aut pes computandi nobis ſint.

Si autem perturbat aliquando, & angit Chriſti diſcipulum, erga parentes, & conſanguineos affectus carnalis, reputet ipſe ſecũ nõ poſſe ſine dolore erui oculũ, & abſcindi manũ. Mugit⁹ emittebant animalia illa, q̃ ferebãt ar-

arcam Dei; ſeparari que ſe à recluſis natis dolebant. Attamen à recto itinere non declinantes in Bethſames pergebant, 1. Reg. 6. *Ibant in directum vaccę per viam, quę ducit Bethſames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes; & non declinabant neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, &c.* Mugit erga parētes, & cōſanguineos animus, & mœret, quòd ab eis diuellat, quos amat; at nihilominùs à recto virtutis itinere nō deflectat, mugiens pergat in *Bethſames*, hoc eſt, *domum Solis* בית *Beth* enim *domum* Hebræis ſignificat, & שמש *ſchemeſch Solem*. Eſt autem domus Solis cęleſte Chriſti palatium. Qui mugit; animi oculos in domum conijcat Solis, vt mugire, dolereque deſinat. Lege Gregorium hom 37. in Euang. Si (inquit) ad æterni Solis habitationem tendimus, dignum eſt, vt de Dei itinere, pro carnalibus affectibus non declinemus, &c.

1. Reg. 6.

Carnales affectus, & mugitus ſuperandi.

Bethſames eſt Dei palatium.

D. Gregor.

Peruenit etiam ſanctum odium ad animam noſtram. Oportet enim odiſſe animæ, non naturam, ſed effrænatas cupiditates. Itaque & amanda eſt anima, & odio habenda. Amanda, vt illius ſaluti omni conatu operam nauemus: odio habenda eſt, vt illius prauos affectus, hoſtium inſtar perſequamur. Hi enim verè hoſtes noſtri ſunt, quibus illud congruit Matth. 10. & Mich. 7. *Inimici hominis domeſtici eius, &c.* Domeſtici inimici ſunt noſtri affectus, inteſtino nos bello adoriunt, & vincunt, niſi fręnentur; & mortificationis cruce premantur. Adde igitur, crucem diſcipulo Chriſti eſſe portandam, hoc eſt, carnis abſtinentiam, Gregorius interpretatur, qua indomitæ domantur cupiditates. Is, qui olim crucem ferebat, ad mortem ibat propinquam, quam ante oculos habebat, caduca que omnia ducebat pro nihilo. Sic oportet Chriſti diſcipulum ſemper crucem baiulare, hoc eſt, mortem propinquam antè oculos ſemper habere, & quæ mundi huius ſunt, pro nihilo ducere. Qui portabat crucem, ad mortē tēdebat plenus opprobrio, ac labore. Sic Chriſti diſcipulus ad mortem tendere deſideret, ignominia pro Chriſto plenus, & cruciatu.

Amanda anima, & odio habenda.

Mich. 7. Domeſtici inimici q ſint.

Crux portanda.

A Crux enim noſtra maximè, quàm ſit nobis Chriſtus carus, indicat: quemadmodum crux Chriſti, quàm fuerimus nos illi cari, indicauit. Meritò diuus Hieronymus Matth. 10. crucem ſemper ait referendam, vt ſemper noſtrum oſtendamus erga Chriſtum amorem: Semper (inquit) crux portanda eſt, vt ſemper nos Chriſtū amare doceamus, &c. Et Gloſſa interlinearis Luc. 14. Crux ſemper

Crux nřa, quàm ſit nobis Chriſtus carus, indicat.

D. Hieron.

B eſt portanda, vt amor Chriſti oſtendatur, &c. Vbinam præcipuè oſtenderunt amorem ſuum erga Chriſtum fortiſſimi Martyres? Nonne in cruce martyrij? Vbi Confeſſores? Nonne in cruce abſtinentiæ? Quale ſit aurum, oſtendit ignis, qualis ſit amor, oſtendit crux. Baiulemus ergo crucē; præit dux Chriſtus ſuam baiulans, ſequamur. Quemadmodum dux militibus dicit: Omnis ex vobis, qui non fert

Crux noſtra amorem oſtendit noſtrū.

C haſtam, & ſequitur me, non poteſt eſſe meus miles. Sic Chriſtus nobis ait: *Omnis ex vobis, qui* velut haſtam, *crucē non portat, & poſt me venit, non poteſt* miles, & *diſcipulus eſſe meus.* Ergo haſtam tollamus, ducis noſtri veſtigijs inſiſtamus. Lege, ſi placet, quæ diximus to. 2. lib. 9. cap. 25.

Magna hæc ſunt, ardua, excelſa, parentes, & conſanguineos, animamq; ipſam odio habere crucē ferre, Chriſti veſtigijs inſiſtere. Quid mirū? Tur-

D ris eſt diſcipuli Chriſti profeſſio. Turrim autem magnam, celſamq; eſſe oportet. *Quis ex vobis* (inquit Dominus) *volens turrim ædificare, &c.* Turrim ædificare (ait Auguſti, lib. 2. quęſt. Euangeli. c. 31.) eſt diſcipulum Chriſti eſſe, &c. Antiqui illi homines, qui poſt celebre, generaleq; diluuium vixerūt, Geneſ. 11. *Venite* (aiunt) *faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertin-*

Turris eſt diſcipuli Chriſti profeſſio.

Geneſ. 11.

E *gat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum, &c.* Turrim extruere, quæ ad cęlum vſque pertingeret, nomenq; ſuū turris celſiſſimæ extructione celebrare voluerunt; ſed non valuerunt. Nobis exædificatio turris relicta eſt, quæ & ad cœlum vſque pertingit, & exædificatorum ſuorum nomen per totam celebrat æternitatem. Qui hæc agit, quæ Chriſtus proponit, turrim

Turris exędificatio nobis neceſſaria ē.

extruit, cuius cacumen cœlo propin
quat. Fundamentum fides eſt, & hu-
militas, celſi parietes virtutes aliæ, cel
ſiſſimum tectum, caritas. Sumptus ad
perficiendum neceſſarij, vt diuus Bo
nauentura ait Luc. 14. conatus men-
Conatus mentis neceſſarius. tis ſunt. Quemadmodum enim, qui
magnum ædificium extruit, magnis
indiget ſumptib. Sic qui Chriſti diſci
pulus eſſe vult, turrimq. caritatis ex-
B ædificare cupit, magno indiget cona
Pſal. 126. tu mentis, magnaq uigilantia. Sed vt
in Pſalm. 126. *Niſi dominus ædificauerit*
domum, in vanam laborauerunt, qui ædifi-
cant eum, &c. Non enim ſunt ſatis om
nes noſtri ſumptus, omneſque natu-
ræ conatus niſi gratiæ, auxilijq. ſui
ſumptus opulentiſſimos Deus ſuppe-
ditet, neque ipſum turris fundamen-
tum, neque parietes, neque tectum
extruere poſſumus. At liberaliter ex
C Chriſti ampliſſimo theſauro, meritiſ-
que ſumptus nobis dantur. Iuxta il-
1. Eſdr 6. lud 1. Eſdræ 6. *Sumptus de domino Re*
gis dabuntur videlicet ad extruendum
templum. Reliquum eſt, vt nemo, fũ
Perſeuerantia extruẽtib. turrim eſt neceſſaria. damento poſito, a conatu abſiſtat, &
gratiæ Dei debet, ſumptuq. deficiẽte,
turrim minimè perficiat. Incipient
enim illudere illi tum dæmones, tũ
homines, qui ædificare cœperit, & cõ
D ſummare noluerit. Vide, quanto co-
Geneſ. 11. natu, & pertinacia Babylonica extrui
tus turris, Geneſ. 11. *Cœperunt hoc face-*
re, ait [ait Dominus] id eſt, ciuitatem,
turrimque exædificare] *nec deſiſtent à*
cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant
&c. Si hoc conatu, labore, ac pertina-
cia, Babylonica extruitur turris: Tur-
ris Ieruſalem, quonam conatu, labo-
re, ac perſeuerantia, extruenda eſt?
Fundamentum turris extruendæ fides eſt. *Ne ergo deſiſtat* Chriſti diſcipulus, *a cogi*
E *tationibus ſuis, donec eas opere*, Deo fauen
te, *compleat*. Fundamentum ponat fi-
dei, ſuper fundamentum vero hoc æ-
dificet aurum, argentum, lapides pre
tioſos, hoc eſt, aurea, ſancta, pretioſa-
que opera; non plumbum, aut ligna,
fœnum, & ſtipulam. Iuxta illud Pau-
1. Corin. 5. li 1. Corint 3. *Fundamentum aliud nemo*
poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt,
quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuper
ædificat ſuper fundamentum hoc aurum,
argentum lapides pretioſos: ligna, fœnum

A *ſtipulam, vnuſcuiuſque opus manifeſtum*
erit. Dies enim Domini declarabit, quia
in igne reuelabitur, &c.

Præterea turrim hanc altiſſimam
habere oportet fidei, atque humilita- *Fundamentum aliud ſumma humilitas.*
tis fundamenta, parietes virtutum
aliarum fortiſſimos; tectumque ca-
ritatis, vt belli furibundos impetus
ſuſtinere poſſit, abſque ruina. Etenim
atrox illi bellum tartareus ſuperbiæ
B Rex inferet. Fortiſſimam ergo ar- *Bellũ infert dæmõ diſcipulis Chriſti,*
cem, celſamque extruat Chriſti di-
ſcipulus, militibuſque compleat, vt
tartareo Regi cum viginti millibus
venienti alacriter poſſit occurrere, vi
ctoriamque reportare. Caueat autẽ,
ne bellũ timeat, *& eo adhuc longè agen*
te, & roget ea, quæ pacis ſunt. Deum ti-
meat; demonem, etſi fortiſſimus vi-
deatur, Dei auxilio fultus ſpernat; le
gationem non ad dæmonem, ſed ad
C Deum mittat, auxiliumque poſtulet
ad fundendas Orci copias; pacem cũ
tartaro numquam ineat, numquam
roget, quæ pacis ſunt, quin potius
perpetuum illi, abſque vllis inducijs
bellum denunciet. Venit Rex tarta-
reus cum viginti millibus; nos de-
cem millia tantum habemus, hoc eſt
viribus noſtris, natura, rerumque ex
perientia, multo inferiores ſumus; ſi
D noſtris decem millibus freti, id eſt,
naturalibus viribus fulti pugnaueri
mus, abſque dubio vincemus. Lega-
tionem igitur non de pace ineunda,
ad Orcum: ſed ad poſcendum auxi- *Auxilium Dei poſcendum.*
lium, ad cœlum mittamus. Adue-
nient cœleſtes vires, Deoque pro no-
bis pugnante, aduerſarios proſterne
mus Dæmones [ait Theophylactus *Theophyla.*
Luc. 14.] ſunt milites, qui cenſentur
viginti millia, contra noſtra decem
E millia. Nam incorporei ſunt, & pu-
gnant contra nos, qui in corpore ſu-
mus: vnde & maiorem vim habere
videntur. Quamuis autem videan-
tur fortiores, nos tamen reſiſtere
poterimus: *In Deo enim faciemus virtu-* *Pſalm. 26.*
tem Pſalm. 59. Et Pſalm. 26. *Dominus il*
luminatio mea, & ſalus mea, quem timebo;
Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non ti-
mebit cor meum. Hæc ille. Item Titus
Boſtrenſis Epiſcopus: Deum [inquit] *Titus Boſt.*
adiu-

Digitized by Google

adiutorem nacti, nullam cum inimicis noſtris dæmonibus pacem ineamus. Quin potius Dei noſti auxilio implorato viriliter illis obſiſtam⁹ &c.

Bellū īfert Deo improbus homo. Illud quoque obſerua hoc loco, impium hominem Deo inferre bellum. Vt autem bellare deſinat, conſiderationi vacet; ſedēs prius cogitet, ſi poſſit cum decem millib. occurrere ei, qui cum viginti millib. venit ad ſe, hoc eſt, per otium conſideret, multo ſe eſſe Deo inferiorem, nullius pretij homuncionem, quem leuis aura rotat: Dei potentiam animo verſet, quem hoſtem habet, iudicium, æternaque tormenta. Hoc ſi faciat, abijciet arma legationem mittens, id eſt, A cum lacrymis, & contritione orationē, rogabit quę pacis ſunt, dum adhuc longè Chriſtus eſt, hoc eſt, mortē ad pacem in eundam non expectabit ſed etiamſi puret Chriſti iudiciū longè diſtare, pacem faciet. Libenter. n. Rex ſummus, ēt cum viliſſimis homūcionib. fœdus percutit, ſi peccata ipſi pęnitentiæ veræ gladio percutiāt. Vnde diuus Gregorius homil 37. Longe [inquit] eſſe dicitur Chriſtus, quia ad B huc præſens per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem, lachrymas noſtras, mittamus miſericordiæ opera; penſemus virtutem eius fortitudinis; *rogemus ea, quæ pacis ſunt, &c.*

CAPVT XIX.

De paſtore humeris ouem reducente.

LVCAS CAPITE XIIII. Verſ. 1

ERANT appropinquantes ei Publicani, & peccatores, vt audirent illum. * Et murmurabant Phariſæi, & Scribe, dicentes:
2 Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis? * Et ait ad
3 illos parabolam iſtam, dicens: * Quis ex vobis homo, qui ha-
4 bet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit
5 nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueni-
6 at eam? * Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos, gaudens. * Et ve
7 niens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mi
8 hi, quia inueni ouem meam quæ perierat. * Dico vobis, quod ita gaudium
9 erit in cœlo, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonagin
10 ta nouem iuſtis, qui non indigēt pœnitentia. * Aut quæ mulier habens dra
chmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, &
vertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat; * Et cùm inuenerit, conuocat amicas, & vicinas, dicēs: Congratulamini mihi, quia inueni drachmā, quam perdideram. * Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Erant appropinquantes ei Puplicani, & peccatores.

Sēſus huius loc i duplex DVplicem ſenſum verba hæc habent: Primus conſuetudinē indicat, hoc pacto: *Erant appropinquantes Chriſto peccatores:* hoc eſt, ſolebant illi ſæpe appropinquare Secūdus certum iudicat, & peculiare huius appropinC quationis tempus, hoc modo; *Erant quodam die appropinquantes Chriſto Publiciani, & peccatures.* Eſt hic ſenſus ſimplicior, & cum ſequētib. cohæret ſuauis. Quorsū autē peccatores Chriſto appropinquarent, docet Euangeliſta, videlicet, *vt audirent illā.* Ducebant. n. diuini veri audiēdi cupiditate, ex verbi autē auditionē pęnitētia i multis ſe-

quebatur. In Græco legitur, ἦσαν ϗ ἐγγίζοντες πάντες οἱ τελωνοί, καὶ ἁμαρτωλοί, id eſt, *Erant autem appropinquantes ei omnes Publiciani, & peccatores, &c.* O egregium ſpectaculum, cœleſtem Medicum ægris vndiq. circumdatum

Peccatores appropinquabant Domino.

Appropinquabant Chriſto hi peccatores corpore, appropinquabant et animi attentione, & beneuolentia: non n. Chriſto inſidiabantur, ſed bono animo illius verba audiebant. Multiq; tandem gratia, & caritate verè propinqui fiebant.

Et murmurabant Phariſæi.

Murmuratio Phariſæorum qualis eſſet.

PEccatores appropinquabant, Phariſæi animo longè à Chriſto diſſidebant; inuidia. n. ſuperabantur & odio ex quo murmuratio hęc eſt orta *Quia* [inquit] *hic peccatores recipit, & manducat cum illis, &c.* Particula, *quia*, hoc loco non reddit cauſam ſed ſignificat, vtique: *Vtique hic peccatorum conſortio vtitur & cum peccatoribus veſcitur.* Vnde Chriſti laudes elicere debuerant, inde eliciunt detractionem. Quid laudabili', quam peccatorum vti conſortio, vt iuſti fiant? Id Dominus faciebat. Inuidia verò ex roſa venenum hauriens, quod laudabile erat, vituperio afficiebat. Quis vnquam de Medico detraxit, quod ægros curandos reciperet, officioque fungeretur ſuo? Chriſtus peccatores ſanandos recipit, officioq. ſuo fungitur. Phariſæi murmurant ore inuido. Dominus (ait Theophylactus) illud faciebat, cuius gratia incarnatus eſt, accedens ad Publicanos, & peccatores, tamquam Medicus ad infirmos Qui autem reuera peccatores erant, murmurationem tantæ humanitati rependebant, &c.

Thephyla.

Mos Phariſæorum qualis.

Erat hic Phariſæorum mos, peccatorum, & Publicianorum conuiuia, & ſocietatem fugere; ideoq obtrectabant Domino, quod idem non faceret. At (vt ait diuus Gregorius hom. 34. in Euangel.) vera iuſtitia, peccatoris compaſſionem habet, falſa dedignationem. Vera iuſtitia Chriſti peccatorib. cōpatiebatur; falſa Phariſeorum iuſtitia eoſdem dedignabatur.

D. Gregor.

Compaſſionem habet iuſtus peccatoris.

A Id ipſum alibi Domino obiecerunt Matth. 9. & Luc. 5. *Quare* (aiunt Diſcipuli) *cum Publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis, &c.* Item Matth. 11. *Ecce homo vorax, & potator vini, Publicanorum, & peccatorum amicus, &c.* Quęret aliquis, num lex cum Publicianis, & peccatorib. ſocietatem prohiberet? Gloſſa interlinearis ad illa verba. *Hic peccatores recipit, & manducat cum illis:* ſic habet: Quaſi dicant: Contrarius eſt B legi quæ hoc prohibet, &c. At vero veteri lege non eſſe prohibitum, cū peccatoribus, & Publicanis verſari, & manducare, docet Abulenſis Matth. 9. quæſt. 54. Obijcies illud Pauli 1. Corint. 5. *Si is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax cum eiuſmodi nec cibum ſumere, &c.* Ergo malum eſt cum peccatorib. manducare Reſpondetur cū Caietano, Paulū hoc Corinthijs præcepiſſe, vt hac C pœna criminum reos afficeret. Simi liter 2. Theſſalonicenſ 3. *Si quis* [inquit] *non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur, &c.* Ait Paulus fugiendum peccatorum conſortium, vt confundantur, & reſipiſcant. Prætereà fugienda eſt peccatorum ſocietas ab ijs in quos vitia poſſunt trāsfundere; ab ijs etiam, qui ſua ſocietate peccatis D afferre fomentum, & videntib. ſcandalum parere poſſunt. At paſtores, & Doctores, ſpiritaleſque Medici peccatores non fugiunt, ſed magna benignitate recipiunt, & manducant cū eis, vt morbis animi adhibeant medicinam. Lege diuum Baſilium in Moralibus, Regula 52. c. 3. Caueant autem ſpiritales Medici, hoc eſt, Sacerdotes, ne ſic peccatores recipiant, & manducent cum eis; vt vel plebi vi E leſcāt, vel ſcandulum aliquod pariāt.

Matth. 9.

Num lex prohiberet cum peccatoribus mā ducaret.

1. Corin. 5.

1. Theſſa. 3.

A quibus peccatorum conſortium ſit fugiendum.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oues.

OCcurrit Dominus obtrectationi Phariſæorum, tribus parabolis oſtendens Deo gratiſſimam eſſe peccatorum conuerſionem, ac pœnitentiam.

tiam;atque ideo non eſſe eorum ſo cietatem;& conuiuia fugienda ab eo à quo ad pœnitentiã adduci poſſunt. Prima parabola ab homine deſumpta eſt,qui ex centum ouibus amiſit vnam, quam quęſitam magno cum gaudio reperit.Hac eadem parabola vſus eſt Dominus Matth. 18. cum à diſcipulis illa celebris quęſtio propoſita eſt: *Quis putas maior eſt in regno cælorum?* vt oſtenderet caram eſſe peccatorum ſalutem. Non eſt difficilis parabolæ,aut cortex,aut medulla.Significat.n.Deum ſuas habere oues, nempe homines,quarum aliquæ amittuntur. Amittitur autem tunc Dei ouis, cũ homo in peccatum incidit mortiferum. A Deo quæritur,cũ diuinis inſpirationib.alijſq.auxilijs ad conuerſionem commouetur. Inuenitur, cũ pœnitentiam agit. Ouis inuentio magnam inuentori lætitiam parit;hominis inuentio magnum gaudium cœlo affert.

Parabolæ paſtoris ouẽ quærẽtis explicatio.

Nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto?

QVidnam indicẽt hæ nonaginta, nouem oues, quove modo in deſerto dimittantur, ambigitur Diuus Gregorius hom. 34. in Euangelia, ait Deum centum habuiſſe ouus,cũ Angelos,& homines creauit; ex his centum periſſe vnam, nempe hominem nonagita vero nouem ouibus,id eſt, Angelis,in deſerto,hoc eſt,in cœlo,dimiſſis, Chriſtum in terra hanc vnam quæſiuiſſe, nempe hominem. Idem ſentiunt Beda in Lucam, diuus Ambroſius,Haymo,Gloſſæ ordinariæ,& interlinearis Auctores. Item Theophylactus Dicunt[inquit]nonnulli,cẽtum oues omnem creaturam,rationalem;vnam autem ouem,rationalis naturæ hominem,quem errantem requiſiuit Paſtor bonus,relictis nonaginta nouem in ſolitudine,hoc eſt,in ſuperno loco cœleſti,&c Diuus Auguſtin. lib 2.quæſtionum Euangelicarũ,nonagita nouem ouib.ſuperbos homines putat ſignificari,,qui in deſerto, ſiue in ſolitudine dimittuntur; quia ſolitudinem animo gerunt, dũ ſolos

Quid ſignificent oues nonaginta nouem dimiſſa in deſerto.

D. Gregor.

D. Auguſtini interpretatio.

A ſe videri volunt;oue autem perdita, peccatores,qui per pœnitentiam reconciliãtur Deo. Theophylactus per nonaginta nouem oues,homines iuſtos indicari arbitratur;per vnam verò ouem oſtẽdi peccatorem. Hæc ſententia placet;agit. n. nunc Dominus de vno peccatore, cuius pœnitentiã magis cœlo gaudium afferre ait,quã nonaginta nouem iuſtorum iuſtitiam Eſt ergo ſenſus, Deum gregem habe B re hominum, ſimilem gregi centum ouium. Ex hoc grege vna perijt ouis, id eſt, vnus homo, ſcelere ſe obſtrinxit. Deus dimittit nonaginta nouem oues in deſerto,in paſcuis ſolitis, hoc eſt,dimittit iuſtos in ſolita gratia, in qua viuunt,veluti in deſerto,& paſcuis ab omni mortifero crimine alienis;& ouẽ amiſſam q̃rit,id eſt, hominẽ peccatorem. Dimittere oues in paſcuis,eſt non illas quærere, non q̃rere C iuſtos,ſed peccatores, vt agant pœnitentiã. Hinc illud Luc. 5. *Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam,&c.*

Theophyla.

Luc. 5.

Imponit in humeros ſuos.

QVi ouem inuenit,quam amiſit, ĩ humero gaudens imponit, domumq; veniens, amicos, & vicinos conuocat,dicens: *Congratulamini mihi.* Grçce,συγχάρητέ μοι,id eſt, *Congaudete mihi;quia inueni ouem meam,quæ peri* D *erat.* His verbis hominis gaudium explicatur,ouem ſuam reperientis;adũbratur prætereà gaudium Chriſti, & Angelorum,quod ex cõuerſione peccatoris percipiunt. Diuus Gregorius ait, Deum humeris impoſuiſſe ouem; quia humanam naturam aſſumens, peccata noſtra portauit. Itaque humeris portauit Chriſtus ouem;quia peccatoris peccata humeris ſuis ſoluenda impoſuit. Iuxta illud 1. Petri 2. *Pec* E *cata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum,&c.* Inuenta oue,id eſt, homine redempto, vt interpretatur Gregorius,domum rediji Chriſtus,id eſt in cœlum,& dixit amicis, & vicinis Angelis: *Congatulamini mihi, quia inueni ouem meam,*id eſt, hominem. Sic etiam Beda,& Haymo Gloſſa ordinaria, Chryſologus ſerm. 168. & Caietanus.

Gaudium obtinuẽtam ouẽ quale ſit.

D. Grigorij interpretatio.

1. Petr. 2.

Bb 4

nus. Attamen Chriſtus non videtur, præcipuo ſenſu; hoc loco de redéptione loqui, qua genus humanum redemit, ſed de peculiari cuiuſuis peccatoris conuerſione, quæ cœlo affert gaudium,

Ita gaudium erit in cœlo, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

QVemadmodum paſtori ouis inuẽta; ſic Chriſto peccator inuentus, ac conuerſus gaudium affert. Maius verò gaudium percipit ex inuẽto peccatore vno, quam ex nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitetia. Quæſtio exoritur difficilis quomodo maius gaudium ex conuerſione peccatoris vnius percipiatur, quam ex nonaginta nouem iuſtis? Reſpontur, nonaginta nouem iuſtos hoc loco appellari ſuperbos Phariſæos; non quod re ipſa iuſti eſſent, ſed quod ſibi iuſti viderentur. Eſtque ſenſus: *Maius gaudium eſt in cœlo, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis* ſua opinione; id eſt, quam ſuper vos omnes, o Phariſæi, qui iuſtos vos eſſe ſuperbè exiſtimatis, & peccatores deſpicitis. Obijcies, appellari ſiã Domino iuſtos eos, qui non indigent pœnitentia; Phariſæos autem pę nitentia indiguiſſe, atque adeo non dici iuſtos hoc loco. Reſpõdetur. Phariſæos eo modo non indiguiſſe pœnitentia, quo iuſti erant; erant iuſti exiſtimatione ſua, eadem exiſtimatione ſua non indigebant pœnitentia.

Quomodo maius gaudium ſit illud quod ex conuerſione peccatoris percipitur, quàm ex nonaginta nouem iuſtis.

Rectè locus explicatur de ijs, qui verè iuſti ſunt, neq; indigent pœnitentia, quæ deleat mortalem culpam, & à ſtatu peccati ad ſtatũ gratiæ trãſferat. *Eſt autem maius gaudium ſuper vno peccatore pęnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.* Quoniam ex conuerſione, & pœnitentia peccatoris, noua quædam & actualis exoritur lætitia, quæ non exoritur ex iuſtis, quibus nihil noui accidit. Quemadmodum ex inuentione ouis perditę, nouum quoddam, & actuale gaudium naſcitur in paſtore, quod non naſcitur ex ouibus, quæ in paſcuis permanſerunt. Etenim amiſſa res cum inuenitur, noui materia eſt gaudij. Lege Auguſtinum lib. 8. Confeſſionum. cap. 3. Amplius [inquit] anima delectatur inuentis, aut redditis rebus, quas diligit, quam ſi eas ſemper habuiſſet, &c. Sic maius gaudium eſt ſuper ſalute recuperata, quam ſuper eadem ſalute longo tẽpore poſſeſſa. Nam ſi fruatur quiſpiã ſalute proſpera longo tempore, non tantum ex illa gaudium percipit, quantum ſi amittat, & poſtea à recuperet. Æger eſt carus (ait Auguſtin.) & vena eius malum renunciat, fit et rectè, & nõdum ambulat priſtinis viribus, & fit iam tale gaudium, quale non fuit, cum antè ſaluus, & fortis ambularet, &c.

Verè iuſti hic intelliguntur.

D. Auguſt. Inuentio rei amiſſæ nouũ parit gaudium.

Diuus Gregorius hęc verba de iuſtis intellexit tepidis, & de peccatore pœnitentiam magno animi ardore agente, in hanc ſententiam *Maius erit gaudium ſuper vno peccatore pœnitentiam ardenter agente, bonisq; operibus inſudante, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui,* vt ille ait, *pigri remanent ad exercenda bona præcipua* quia ſibi ſecũri ſunt quod nulla commiſerint mala grauiora, Rem ſimilitudinibus illuſtrat: Maius [inquit] de peccatore conuerſo, quã de ſtante iuſto gaudium fit in cęlo, quia dux in prælio plus eũ militem diligit qui poſt fugam reuerſus, hoſtẽ fortiter premit, quam illum, qui numquã terga præbuit, & numquam aliquid fortiter geſſit. Sic agricola illam amplius terram amat, quæ poſt ſpinas, vberes fruges profert; quam eã, quæ nomquam ſpinas habuit, & numquã fertilem meſſem produxit, &c.

D. Gregor. Diligentia, et ardor pœnitẽtis plus Deo placet, quam pigritia iuſti.

Aut quæ mulier habens drachmas decem.

SEcundæ parabolæ idem ſcopus eſt, qui primę. Mulier drachmas decẽ, habens, vnam amiſit, quã ſiuit, inuenit magno cum gaudio. Eundem in modum, Deus hominẽ peccato mortifero inquinatum amittit, quærit, & magno cum gaudio reperit. Drachma denarius eſt ſiue regalis nummus

Parabola de drachma inuenta.

Hiſpanicus. D. Gregorius Deum ait decem drachmas habuiſſe, id eſt, nouem Angelorum choros, & decimam hominum genus. Drachmis autem ſignificantur: quia quemadmodum drachma imagine Regis, ita Angeli, & homines imagine Dei condecorantur. Drachma vna amiſſa eſt, id eſt, humanum genus. Lucernam mulier accendit, ad quærendam drachmam perditam. Lucernam quoque diuina accendit Sapientia, cùm *Verbum caro factum* B *eſt*, Ioan. 1. ad quærendum hominem amiſſum. Nam, vt ait Gregorius, lucerna eſt lumen in teſta, lumen verò in teſta, eſt diuinitas in carne, &c. Inuenta drachma, mulier gaudet, & vicinæ, atque amicæ. Inuento humano genere, Chriſtus, & Angeli lætantur. In hanc etiam ſententiam Beda, Haymo, Theophylactus, Euthymius, Gloſſa ordinaria, & alij interpretantur. obſerua, non eſſe legendum: *Euertit* C *domum*, vt Gregorius, Beda, & Haymo legerunt; ſed, *Verrit domum*. Græcè. *σαροῖ τὴν οἰκίαν*. Sic leges in codicib. emendatis iuſſu ſummi Pontificis. Solet enim, qui pecuniam amiſſam domi quærunt, domum vertere, vt ſcopis trahant nummos.

CAPVT XX. D

De paſtore humeris ouem reducente.

Morale.

Pſal. 15. PSalm. 15. ait Propheta Reg. *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, &c.* Egregia eſt conſecutio: Non indiges bonis creaturarum, ergo Deus es. Vnde facilè intelligimus, Deum nullius hominis aut obſequio, E aut virtute, aut pœnitentia indigere. Quod D. Auguſtinus docet lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 5. Non ſolum (inquit) pecore, vel qualibet alia re corruptibili, atque terrena; ſed ne ipſa quidem iuſtitia hominis, Deum egere credendum eſt; totumque, quod rectè colitur Deus, homini prodeſſe, non Deo, &c. Iob 22. *Quid prodeſt Deo,* A *ſi iuſtus fueris* (ait Eliphaz) *aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit vita tua? &c.* In quæ verba ſic ſcribit Diuus Gregorius: In omni, quod benè agimus, noſmetipſos, non autem Deum iuuamus &c. Non cõdidit Deus ab æterno mundũ, cum poſſet, cauſa hæc eſt, vt indicaret ſe nulla opus habere creatura. Etenim qui antequàm mundum conderet; abſque vlla creatura beatiſſimam vitam egit, creaturis minimè B indiguit, ſibique eſt ſufficiens. Quod nomen Hebræum שדי *ſchadai*, ſignificat, vt D. Epiphanius ait hæreſi 40. & alij. שדי *Schadai* enim vocatur Deus, id eſt, *ſufficiens*: ſufficit ſibi, neque indiget aliqua re condita. Hanc ob rem ait Auguſtinus, Deum verum eſſe Dominum, videlicet, quia ſeruis non indiget, epiſt. 5. ad Marcellinum: Nihil (inquit) Deus iubet, quod ſibi proſit, ſed illi, cui iubet, ideò verus eſt C Dominus, qui ſeruo non indiget, & quo ſeruus indiget, &c. Dñi ſunt Reges, Principeſq; terræ; ſed ita Domini ſunt, vt ſeruis ſuis, ac ſubditis maximè egeant, ab iiſq; illorum potentia, gloria, imperiumq; pendeat. Niſi. n. Rex populũ habeat, cui imperet, neque Rex, neque potens, neque gloria erit inclytus. At Deus Dominus cæli, orbiſque terrarum ita eſt, vt cælo, terra, cæteriſque rebus omnibus, quæ cæ D lo, terraque continentur, minimè indigeat, ab iiſque illius potentia, opes, gloria minimè pendeant. Quamuis enim cælorum, terrarumque orbes in nihilum redigat; potentiam, diuitias, gloriamque nullis terminis circumſcriptam habebit. Et vt Abulẽſis Epiſcopus ait Matth. 18. quæſt. 72. Etiam ſi omnes Angeli, & homines pereant nullo afficietur damno, cùm de bonis ei nihil deſit. Ipſe enim eſt ſibi to- E tum bonum.

Iob 22.

Deus non indiget homine, vel alia creatura.

D. Auguſt.

Nomẽ Schadai quid ſignificat.

D. Auguſt.

Quæro igitur, Si Deus hominibus non indiget, cur hoĩes quærit peccatores, & tanto cum labore quærit? Paſtor ſi cum labore quærit ouem, ideò quærit, quia illa indiget. At Deus peccatorem quærit, & peccatore non indiget. Cur ergo quærit? Reſpondeo, Peccatorem quærit Deus, non quia indiget; ſed quia amat, & miſeretur. *Cur Deus quærat peccatorem.*

I.

Ierem. 41.

Iuxta illud Ieremiæ 31. *In caritate perpetua* (ait Dominus) *dilexi te, ideo attraxi te miſerans, rurſumq́; ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael*, &c. Amat peccatorem Deus caritate ſempiterna, miſereturque illi; ideò quærit, vocat, trahit, dirutamque domum rurſus ædificat. Hæc illa ſunt *vera miſericordia Dei noſtri*, quæ canit Baptiſtæ pater Luc. 1. *in quibus viſitauit nos Oriens ex alto, vt illuminet eos, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent*. Centum habebat Deus oues, hoc eſt, vt Patres interpretantur, Angelos, & homines. Cecidere in peccatū ex Angelis nobiliſſimis multi, cecidere homines. At quæſiuit homines, non quæſiuit Angelos. Iuxta illud Pauli ad Hebræos 2. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*. Græcum verbum ἐπιλαμβάνεται, præſentis tēporis eſt. Angelis (ait Chryſoſtomus eodem cap.) hoc non donauit, non Angeli naturam ſuſcepit, ſed hominis. *Aufugientem, ab ipſo naturam humanam inſequutus apprehendit*, &c. Admirabilis equidem hæc eſt. Si duo nobilis alicuius viri in fugam ſe darent; alter magni pretij, parui pretij alter: nobilis verò Dominus magni pretij ſeruum quæri non iuberet, omnem verò ſollicitudinem ad quærendum alterum parui pretij conferret, nonne ſummopere miraremur? Dei ſapientiſſimi duo ſerui in fugam ſe coniecerunt; Angelus ſummi pretij, homo minoris: Angelum non quærit Dominus, quærit hominem. Quis non miretur? Dimiſit paſtor nonaginta nouem oues in deſerto, ſed ex illis multæ errarunt, videlicet ij Angeli, qui è cœlo ceciderunt; nemo tamen illos quæſiuit. Errauit ouis centeſima, videlicet homo, & quæritur. O infinitam Dei erga homines caritatem.

Luc. 1.

Deus hominē quæſiuit errantē, nō Angelum.

Hebr. 2.

Fugit Deum homo, fugientem hominem pro ſua infinita miſericordia inſequitur Deus, ne in baratrum profundiſſimū ſe præcipitet. Si enim non inſequatur, apprehendatq; peccatorem Deus, proculdubio in profundiſſimum Orci baratrum præcipitem ſe dabit. Ad Philip. 3. *Comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu*, ait Paulus: hoc eſt, Me fugientem, tartareumque petentem baratrum Chriſtus inſequutus eſt, & comprehendit. Sic Chryſoſt. interpretatur: Ex pereuntibus (inquit) eram, ſuffocabar, eram periturus; apprehendit me Deus. Nam & ipſe nos, cum eum fugeremus, magno ſtudio perſequutus eſt, &c. In mare ſi quis incidat, iamiamq; ſuffocetur, ab amico apprehenditur, eripiturq; periculo. Eundem in modum, in peccatum incidit B homo, veluti in periculoſum pelagus, antequam ſuffocetur, apprehendit illum Deus, ab æternaq; morte pro ſua infinita bonitate liberat. Simile eſt illud Clementis Alexandrini, in exhortatione ad Gentes: Hominē (inquit) retinet Deus, & complectitur, ſicut cum pullus nido excidit, mater auis è nido aduolat. Si ſerpens pullum deuoraturus inhiet, mater circumuolat, natos deflens. Deus autem Pater, & ſuū C quærit figmentum & ei, quod lapſum eſt, medetur, & feram perſequitur, & pullum rurſus in nidum recipit, vt rurſus aduolet incitans. Sic ille. Aug. ſerm. 54. de verbis Domini: Fugientis (inquit) dorſa perſequitur, qui faciē redeuntis illuminat, &c. Perſequitur Deus peccatorem, qui terga vertit, ac fugit, poſtquam verò ille ad Dominum reuertitur, & faciem vertit, faciem reuertentis veluti Sol illuminat. D Hoc eſt, quod parabola docet: *Vadit* (inquit Dominus) *ad ouem, quæ perierat, donec inueniat eam*. Perit ouis; paſtor ad illam quærendam vadit, neq; reuertitur domum, donec illam inueniat. Perit homo; Deus ad illum quærendum venit, donec in gratiam reuocet.

Philip. 3. — A — D. Chryſ. — Clemēs Alexandrin. — D. Auguſt.

Vrgebit aliquis, inquiens: Quid opus eſt hominem à Deo quæri? Nōne poterit ille ad Deum reuerti non quæſitus? Reſpondetur, ſimilem eſſe oui E perditæ hominem perditum. Quemadmodum enim perdita ouis, longeq. a grege aberrans redire non poteſt, niſi a paſtore quæratur. Sic homo perditus, longeq; a Deo peccati turpitudine ſeparatus, reuerti nequit, niſi a Deo reducatur. *Erraui ſicut ouis, quæ perijt* (ait Dauid Pſal 118.) *quare ſeruum tuum*, &c. quaſi dicat: *Quare ſeruum tuū*: quoniam, quemadmodum ouis, niſi a paſtore

Homo non reuertitur ad Deum, niſi ab eo quæratur.

Pſal. 118.

paſtore quæratur, ad paſtorem non re
uertitur; ſic ego, niſi à te quærar, ad te
D.Bern. non reuertar. Lege Bern.ſerm.84. in
Cantica: Nouerit (inquit) anima ſe
præuentam, & antè quæſitam, quam
quærentē. Item: Quærit anima mea
Verbum, ſed quæ à Verbo prius quæ-
ſita ſit: &c. Quærit quidē anima Deū;
ſed prius quæritur a Deo; niſi quæra-
tur, non quæret; niſi reducatur, nō re
uertetur; niſi præueniatur, nō veniet.
Pſal.77. *Spiritus eſt vadens* in peccatum; *ſed non re*
diens ex peccato ſuis viribus. Igitur
quæſiuit centeſimam ouem bonus pa
ſtor, quam niſi quæſiuiſſet, periſſet.

Vt quæreret ouem centeſimam, no
naginta nouem oues, id eſt, Angelos,
in cęlo reliquit, è cœloque deſcendit,
Cantic.2. *ſaliens in montibus, tranſiliens colles*, per du
meta, locaque ſentibus horrida, ad o-
uem peruenit ſanguine madens. Vn-
D.Auguſt. de illud Auguſtini Pſalm. 118. in fine:
Propter ouem (inquit) perditam, pa-
ſtor eius nonaginta nouem dimiſit in
montibus, & eam quærens Iudaicis
laceratus eſt vepribus, &c. Aſpice Pa-
ſtoris manus, pedeſque, nonne lania-
tos cernis? Aſpice caput, nonne ſpinis
vides compunctum? Scilicet per loca
plena dumis, ac vepribus quæſiuit o-
Vocat Deus homines. uem, id eſt, genus humanum. Nunc
ſingulos homines quærit, dum inſpira
tionibus, aliiſq; auxiliis ad conuerſio
nem commouet, & ex turpiſſimis fe-
rarum cubilibus, hoc eſt, ex peccatis,
peccatorumque occaſionibus, ad pul
cherrima virtutum cubilia, coronaſ-
que æternas vocat. Iuxta illud Cant.
Cantic.4. 4. *Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Liba-*
no, veni, coronaberis, de capite Amana, de ver
tice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum,
de montibus pardorum, &c. Quemadmo-
dum ſponſam à monte Libano, à ca-
pite Amana, à Sanir, & Hermon, à cu
bilibus leonum, & montibus pardo-
rum, vocat Sponſus: ſic ouem ſuam in
Libano amœno monte, id eſt, vitæ vo
luptatibus, errantem vocat Paſtor cę-
leſtis, à cubilibus præterea leonum, ac
pardorum, hoc eſt, a mundo, peccan-
dique occaſionibus, quæ peccatorum
receptacula ſunt, ad ſe venire iubet.
Hebraicè legitur, כלה אתי מלבנון
אתי מלבנון *itthi millebanon callah itthi mil*
A *lebanon. Mecum de Libano, ò ſponſa, mecum*
de Libano, &c. Non ſolam venire iubet
ſponſam, ipſe ſe comitem pollicetur.
Non enim, vt diximus, abſque Chri-
ſti auxilio peccatum deſerere poteſt
homo; ſed hoc auxilium nunquā deeſt Auxilium
offert illud Dominus. *Mecum* (inquit) Dei.
veni, mecum ex peccato exi, ego ero
dux, præcedam, ducam, tu ſequere,
leonum, pardorumque cubilia deſe-
re, *ſi deſerueris, coronaberis*, ſi manſeris, la
B niaberis. Væ oui miſeræ, quæ vocan-
tem non audit paſtorem, ſed in cubili
bus moratur leonum, luſtriſque fera-
rum: deuorabitur proculdubio, leo-
numque eſca erit.

At dices: Non vult peccator reuer-
ti, ſcit ſe peccata grauia commiſiſſe,
Dei timet ſeueritatem, ac iuſtitiam. Si
quis eſt huiuſmodi peccator, quomo- Dei benignitas erga peccatorem cōuerſum.
do a paſtore ouis errans excepta ſit,
conſideret. Nunquid inuentam ouē
C paſtor verberauit? nunquid baculo
percuſſit? nunquid terra, horridaque
fronte excepit? *Cum* (inquit) *inuenerit*
eam, imponit in humeros ſuos, gaudens, &c.
Non humeros ouis onerat verberibus
paſtor bonus, ſed ſuos onerat oue, dul
ceq; onus reputat, non triſti, mœſtoq;
vultu ouem recipit, ſed gaudens, atq;
exultans. Nam, vt eſt in Pſal. 144. *Sua*
uis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius
ſuper omnia opera eius, &c. Vide, quàm
D ſuauiter redeuntem filium prodigum
pater exceperit, Luc. 15. *Accurrens cecı-*
dit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum,
&c. Ad huncne benigniſſimum patrē
peccator redire metuet? Metuat po-
tius non redire. Si redierit, amplexi-
bus, & oſculis excipietur. Si nō redie-
rit, in ſempiternum torquebitur. Ete
nim Deus Pater eſt redeuntibus, non Deus Pater eſt redeuntibus, ſeuerus Iudex non redeuntib.
redeuntib. ſeuerus Iudex. Hinc illud
Auguſt. ſerm. 54 de verbis Domini:
E Conuerſum Deus liberat, punit auer
ſum. Quem habes Iudicem fugiens, D. Auguſt.
hūc Patrem habeto rediens, &c. Pſal. Pſal. 44.
44. *Proſperè* (inquit) *procede, & regna, pro-*
pter veritatem, & manſuetudinem, & iuſti-
tiam, &c. Veritatis eſt amantiſſimus, iu
ſtiſſimus eſt, & manſuetiſſimus Rex
noſter. Iuſtitia à peccato nos deter-
reat, manſuetudo ad Regem nos tra-
hat. Hinc illud D. Bern. ſer. 22. in Can
tica:

tica: Omninò (inquit) propter mãſuetudinẽ, quæ in te prædicat, currimus poſt te ò Dne Ieſu; audientes, quòd non ſpernas pauperem, peccatorem non horreas. Non. n. horruiſti cõfitentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Chananæam ſupplicantem, non deprehenſam in adulterio, non perſecutorem diſcipulorum, non ipſos crucifixores tuos. Sic Bernar. Et

Auguſt. Auguſt. in lib. medit. cap. 2. Animant (inquit) me Publicani, meretrices, & latrones, qui a faucibus hoſtis momẽtaneè eruti, ſinibus excipiuntur paſtoris. Tu enim, Domine, licèt in cunctis operibus tuis ſis mirabilis, mirabilior tamen crederis eſſe in operibus pietatis. Vnde de temetipſo per quendam ſeruum dixiſti, Pſalm. 144. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, & quaſi de ſingulo loquentem, de vniuerſo populo tuo te dixiſſe confidimus; *miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo* Nullum enim ſpernis, neminem abijcis. Si pęniteo parcis, ſi reuertor, ſuſcipis, dum differo præſtolaris. Reuocas errantem, inuitas repugnantem, expectas torpentem, amplexaris redeuntem, &c. Nonne Euangeliſtam audis dicentem: *Erant appropinquantes ei publicani, & peccatores*, nonne Chriſtum audis, hanc appropinquationem aduerſus Phariſæos defendentem? Appropinquare vult Dominus ad ſe peccatores pœnitentiam agentes, appropinqua quiſquis es peccator, & pęnitentiam age, ne deſponde animum, ſunt appropinquantes Chriſto publicani, & peccatores. Matthæus, Dauid, Magdalena, multique alij, in cęlo, Chriſto ſunt appropinquantes, peccatores olim, nũc beati: peccatores peccatum fecit, beatos fęcit pœnitentia. Hoc pęnitentiæ

Pœnitentia peccatores facit Deo propinquos. eſt proprium, peccatores Chriſto facere propinquos, quemadmodũ peccati eſt, peccatores a Chriſto facere remotos. Pęnitentia ad Deum peccatores ducit, peccatum a Deo abducit. Pęnitentes peccatores Deus recipit; impęnitentes abijcit. *Hic peccatores recipit* (aiunt Phariſæi) *& manducat cum illis, &c* Verum quidẽ eſt, ò Phariſæi, peccatores recipit in gratiã, ſed pęnitentes, manducat cum peccatoribus, ſed

A pęnitentibus. His. n. cęnam fecit magnã, in qua admirabile propoſuit ferculum, corpus, ſanguinemque ſuum. In hac cęna modo ſtupendo mãducat cũ peccatorib. iam non peccatoribus. Præbet illis corpus ſuum manducandum, præbent illi cor ſuum. Nulla in orbe terrarum cœna maior, nulla dulcior. *Hic peccatores recipit*, quia medicus eſt, vt curet, quia lux eſt, vt illuminet, quia fons eſt, vt abluat. Phariſæus ſe

Chriſtus manducat cum peccatoribus, ſed pœnitentibus.

B ſanũ arbitratur, cũ ſit ægrotus, medicum non curat, vitã amittit, caliginẽ lucem reputat, ſolem nõ quærit, & in caligine degit; ſordes ſuas non videt, fontẽ non petit, & ſordidatus incedit.

Præter hæc, ouem inuentam dicitur paſtor humeris impoſuiſſe. Nonne poterat ouis pedibus ſuis incedere, quid opus erat humeris adduci?

Illud hoc loco indicatur, non ſatis eſt hominis pedes tanto itineri peragendo, nempè ex terra in cęlum. Ne-

C que poteſt ouis perdita, ad paſtorẽ redire, niſi quæratur, neque poſtquam inuenta eſt, in gratia poteſt perſeuerare, niſi humeris paſtoris ſui innitatur. Iuxta illud Cant. 8. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? &c.* Aſcendit quidem, & iter facit in cœlum anima; at non ſuis ſolũ pedibus fulta, *ſed innixa ſuper Chriſtum*, eiuſque gratia, & auxilijs adiu-

Auxilium Dei neceſſariũ ad gratiam acquirendam, & conſeruandam. *Cant. 8.*

D ta. Septuaginta interpretes vertunt; *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, innitens ſuper fraternum? &c.* Hanc ſequens verſionem D. Auguſtinus lib. de gratia, & libero arbitrio, cap. 6. ſic egregiè ſcribit: Neceſſarium eſt homini, vt gratia Dei, non ſolum iuſtificetur impius, id eſt, ex impio fiat iuſtus, cũ redduntur ei bona pro malis, ſed cũ fuerit iam iuſtificatus ex fide, ambulet cũ illo gratia, & incumbat ſuper ipſam,

D. Auguſt.

E ne cadat. Propter hoc ſcriptum eſt in Cantico Canticorum, de ipſa Eccleſia; *Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata incumbens ſuper fratruelem ſuum.* Dealbata eſt enim, quæ per ſeipſam alba eſſe non poſſet. Et a quo dealbata niſi ab illo, qui per prophetam Iſaiam cap. 1. dicit: *Si fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, ſicut niuem dealbabo?* Quando ergo dealbata eſt, nihil boni merebatur, iã

verò

vero alba facta benè ambulat. Sed ſi ſuper eum, a quo dealbata eſt, perſeuerãter incumbat. Hactenus Auguſt. Oſeæ 11. *Ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, &c.* Veluti nutritius noſter eſt paſtor noſter, in humeris, brachijsq; ſuis nos portat; hoc eſt, auxilijs ſuis, nos per ſolitudinem hanc horridam in terram repromiſſionis ducit. D. Hierony. epiſt. 146. ad Damaſum: Deus (inquit) ouem quærit, & inuenit; & inuentam ſuis humeris reportat. Multum. n. errando laborauerat, &c. Multum errando laborant impij. Sap. 5. *Laſſati (inquiunt) ſumus in via iniquitatis, &c.* Defeſſos, ac laſſatos paſtor inuenit, humeris, id eſt auxilijs, opus habent, vt vires recuperent, iterq; in cęlum conficiant.

Oſea 11. *D. Hierony.*

Præterea humeris paſtor impoſuit ouem, quia paſtor bonus animam poſuit pro ouibus ſuis. Nonne Chriſtus ouem, id eſt, perditum humanum genus humeris impoſuit, cum crucem humeris tulitque noſtris peccatis onuſtus, ouiſque ſuæ pondere preſſus Caluariæ montem petiuit? Iſaiæ 53. *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viam declinauit, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrorum, &c.* Ambroſius Pſal. 118. Octon. 20. Pro ratio nabili (inquit) grege Chriſtus ſeipſum paſſioni corporis non negauit, vt ouem laſſam crucis ſuæ humeris ſuperponens, pij oneris functione recrearet, &c. & Octon. 22. Inueniam (inquit) ouem, paſtor humeris imponit ſuis. Agnoſcis vtique myſterium, quomodo ouis laſſa reficiatur, quia non poteſt aliter humana conditio laſſa recreari, niſi Sacramẽto dominicæ paſſionis, & sãguinis Ieſu Chriſti, cuius principium ſuper humeros eius, Iſai. 9. In illa enim cruce infirmitates noſtras portauit, vt ibi omnium peccata vacuaret, &c. Perijt olim ouis Deo dilecta, videlicet Dauid, errantẽ quæſiuit bonus paſtor, Nathanũ miſit, qui regem reuocaret ad paſtorem. Peccati commonefactus Dauid, exclamat, *peccaui Domino,* 2. Reg 12. & Nathan, *Dominus (inquit) tranſtulit peccatum tuũ, non morieris, &c.* Quonam quæſo trãſtulit Dñs peccatum ouis ſuæ, æternamque mortem? Sanè in humeros paſtoris optimi Chriſti. Chriſtus enim pro peccatis Dauidis mortẽ in cruce pertulit. Sic inuenta ouis hæc, cæteræque omnes, humeros paſtoris onerarunt; ſed dulce eſt onus hoc, nã onuſtus oue paſtor conuocat amicos, & vicinos dicens: *Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ &c.* Onuſtus cruce Caluariæ montem petebat Dominus, ſed dicere et tunc potuit amicis, & vicinis: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem perditam, quæ perierat.* Nempè humeris, & crucem portabat, & oues perditas, ideoq; vt Paulus ait ad Hebræos 12. *propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem:* Gaudium verò Chriſti, vt Theoderetus vult eodem capite hominum ſalus eſt. Si gaudium eſt in cælo ſuper vna oue inuenta, eximium profectò fuit gaudium in Chriſto ſuper 100 ouium millibus in monte Caluariæ repertis.

Impoſuit Chriſtus humeris oues. *Ambroſius* *2. Reg. 12.* *Hebr. 12.*

Diſcant ex hoc loco paſtores, quancunq; ouem errantem magno quærere deſiderio, & caritate, ita vt de illius inuentione magnum percipiant gaudium. Olim vt ex Tertul. colligitur, in ipſo auguſtiſſimi Sacramenti calice, paſtor pingebatur, humeris ouem gerens, qua pictura Chriſtus indicabatur, ſacerdoteſq, ſui officij, reliqui verò Chriſtiani diuinę miſericordiæ cõmonebantur. Intueantur ergo ſacerdotes Chriſtum dulci oneratum ouis inuentæ pondere, & ad quærendas, humeriſque imponendas inuentas oues, exardeſcant. Intueantur Chriſtiani omnes Chriſti ſarcinam, & miſericordiam erga oues admirabilẽ, lupiq; Tartarei fugiẽtes rabiem, ad paſtoris ſui ſinum placidiſſimum properent. Dè pictura calicis Tertul lib. de Pudicitia, c. 6. ſic ſcribit: A parabolis licebit incipias, vbi eſt ouis perdita a Dño requiſita, & humeris eius reuecta. Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorũ, ſi vel in ipſis perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrumne Chriſtiano, an Ethnico, peccatori de reſtitutione collineet, & c. & c. 10. Cui illi ſi forte patrocinabitur paſtor, quem in calice depingis, &c. Lege Card Cęſarem Baronium tom. 2. Annal. pag 308. quo loco ex Iſidoro Peluſiota docet, palliũ Ponti-

Paſtores Eccleſiæ quærant oues errantes. *Tertullian.* *Pictura calicis antiqua.*

Palliū Pontificale quid indicet. Pontificale indumentum, ouem indicare, ſiue ouis pellem, quam paſtor tulit humeris. Itaque Pontifex pallium ferens humeris, Chriſtum indicat ferentem humeris inuentam ouem. Iſidori Peluſiotæ verba hæc ſunt epiſt. 136. ad Herminium. *Epiſcopi laneum indumentū quid deſignat. Iſid. Peluſ.* Id (inquit) amiculum, quod ſacerdos humeris geſtat, a que ex lana, non ex lino contextum eſt, ouis illius, quā Dominus aberrantem quæſiuit, inuentamque humeris ſuis ſuſtulit, pellem deſignat. Epiſcopus enim, qui Chriſti typum gerit, ipſius munere fungitur, atq; ipſo etiam habitu, illud omnibus oſtendit, ſe boni illius, ac magni paſtoris imitatorē eſſe, qui gregis infirmitates ſibi ferendas propoſuit.

Denique demus omnes operam, vt gaudium præbeamus cęlo. Prębemus autem, ſi tum ipſi agimus pęnitentiā, tum alijs, vt agant, perſuademus. Siquidem *gaudium eſt in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*. Lætitia Angelorum eſt (ait Hieronymus epiſt 46. ad *D. Hieron.* Ruſticum) *ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*. Quanta fœlicitas, vt de ſalute *Tertullian.* noſtra exultent cœleſtia, &c. Et Tertullianus in libro de Pœnitentia. Lætantur (inquit) Angeli pœnitentia hominis. Heus tu peccator, bono animo ſis, vides vbi de te gaudeatur? &c. Dolet peccator, cęlum gaudet, lachrymatur peccator, cœlum exhilaratur; pęnitentiam agit peccator in terra, gaudium magnum eſt in cælo. *Gaudiū celo parit pœnitentia. Greg. Naz.* Nulla re Deus (ait Nazianz. Gregor. Orat. in ſancta lumina) perinde delectatur, vt hominis, propter quem omnis doctrina, & omnia myſteria conceſſa ſunt, reſipiſcentia, atq; ſalute, &c. Lætatur paſtor inuenta oue, lætatur mulier inuenta drachma, lætatur Deus, lætantur Angeli, inuento peccatore. Peccator dolet, mœret, lachrymatur. O peccator ſi Deus, quòd te vilem homuncionem inuenerit, lætatur, tu quòd Deum omnium bonorum fontem inueneris, non lætaris? Lætare poſt dolorem peccator, qui veram egiſti pœnitentia, exultat, quòd inueniſti Deum, hoc eſt, totius opulentiæ, gloriæ, voluptatis, ſapientię, beatitudiniſq; theſaurum. *Gaudium eſt in cęlo ſuper vno peccato-*

A *re pœnitentiam agente*; gaudium quoque fit in terra, gaudium fit vicinis peccatoris, & amicis, congratulentur omnes illi, qui inuenit Deum, ſiue potius inuentus eſt à Deo, quem amiſerat.

Dei feſtiuitas, & Angelorum eſt dies ille, quo pœnitentiam agit peccator, *Gaudium enim eſt in cęlo ſuper peccatore pænitentiam agente*. Origenes hom. 23. *Dei feſtiuitas & Angelorum pænitētię dies* in lib. Numer. Eſt (inquit) Deo magna feſtiuitas, humana ſalus, &c. Item, e- *Origenes.* B go puto, quòd per ſingulos quoſque credentium, per ſingulos, qui conuertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, feſtiuitas oritur Domini. Quomodo puras lętificat eum, cum is, qui fuerat impudicus, fit caſtus, & qui fuerat iniuſtus, iuſtitiam colit, & qui fuerat impius, efficitur pius? Iſtæ omnes ſingulorum quorumq; conuerſiones, feſtiuitates generant Deo. Agunt etiam *De pœnitentia feſtiuitas.* Angeli diem feſtum lætātes ſuper ijs, C qui refugientes conſortia dæmonum, per exercitia virtutum, Angelicis ſe feſtinant ſociare conſortijs. Hæc Origenes. Eſt præterea dies pęnitentiæ feſtiuitas ipſius peccatoris. Hęc eſt illius feſtiuitas Paſchalis. Nam Paſcha tranſitum ſignificat; qui verò pęnitētiam agit, à peccato trāſit in gratiam, a Dei inimicitia, in amicitiam, à morte in vitam. Hæc illius eſt feſtiuitas reſurrectionis, ſiquidem è peccato reſurgit. D Hæc illius feſtiuitas natalis, qua ex viſceribus pœnitentiæ, magno cum dolore, & gaudio, in lucē gratiæ editur. Naſcitur infans ex viſceribus matris, magno cum matris dolore, & gaudio, naſcitur verò peccator ex viſceribus *Naſcitur peccator ex viſceribus pœnitentiæ.* pænitentiæ, magno cum dolore, id eſt contritione, & lætitia, quam animo ipſemet percipit: *Gaudium enim eſt in cælo ſuper peccatore pęnitentiam agente*, gaudiū quoque eſt in ipſomet peccatore. Nu E dus exit infans ex vtero matris, at peccator non nudus, ſed pretioſiſſimo indumēto exornatus prodit ex vtero pænitentiæ. Quod enim pretioſius eſt veſtimentum ipſa gratia, & caritate? Eodem veſtis genere natus peccator induitur, quo induitur Angelus, eodē ſerico nitet, eodem gratiæ, caritatiſq; auro in hac feſtiuitate ſplendeſcit. Feſtiuitas maxima ſanctis agitur, cum

ex

ex hoc mundo, in cælum migrant; at peccatoris feſtiuitas tunc agitur, cum ex peccato migrat in gratiam. Maius vero quodammodo eſt, ex peccato in gratiam migrare, quàm ex mundo migrare in cælum. D. Thomas 1. 2. quæſt. 113. art. 9. Dupliciter (inquit) dicitur aliquid magnum. Vno modo ſecundum qualitatem abſolutã, & hoc modo donum gloriæ eſt maius, quam donum gratiæ iuſtificantis impium. Alio modo dicitur aliquid magnum quantitate proportionis, ſicut dicitur mons paruus & millium magnum; & hoc modo donum gratiæ iuſtificantis impium, eſt maius, quàm donum gloriæ. Quia plus excedit donum gratiæ dignitatem impij, qui erat dignus pœna, quàm donum gloriæ dignitatem iuſti. Hactenus D. Thomas. Adumbrabat hanc feſtiuitatem, dies feſtus expiationis, quo olim. In veteri lege peccata per contritionem, & Chriſti merita futura, ac præuiſa, expiabantur. Num. 29. *Decima dies menſis huius ſeptimi erit vobis ſancta, atque venerabilis, & affligetis animas veſtras, &c.* Leuit. 16. *Menſe ſeptimo decima die menſis, affligetis animas veſtras, nullumq́; opus facietis. In hac die expiatio erit veſtri, atque mundatio, ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundabimini, &c.*

D. Thom.

Dies expiationis typus pænitentia.

Num. 29.

Leuit. 16.

In hac expiationis die ſemel in anno Pontifex in Sancta Sanctorum, quæ cæli gerebant typum, introibat; quoniam pœnitentia, peccatorumque expiatio, cæli fores reſerat, de hoc ex-

Penitentia cælum aperit.

A piationis feſto egimus tom. 2. lib. 3. c. 17. Cum hoc feſtum peccator celebrat, gaudium eſt in cælo, cum affligit animam contritione, cum corpus macerat ieiunijs, alijſq; afflictionibus, cũ nuncium peccatis omnibus penitus remittit Vnde ergo (ait Origenes loco indicato) ſi vis diem feſtum agere, ſi vis vt lætetur Deus ſuper te, affige animam tuam, & humilia eam, &c. *Gaudium in cęlo eſt, ſuper vno peccatore pænitentiam agente*; eſt etiam gaudium in

Origenes.

B terra. Quid enim lætius in hac vita contingere iuſtis poteſt, quam peccatoris pænitẽtia? *Qui timent te*, Pſa 118. *videbunt me, & lætabuntur, &c.* Lætantur ſummopere, qui Deum timent, cum peccatores vident ad Deum conuerſos, & a peccatis auerſos. 2. Corint. 7. *Gaudeo* (ait Paulus) *non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pænitẽtiam, &c.* Luc. 15. *Epulari, & gaudere oportebat,*

Gaudiũ pænitentiæ.

Pſal. 118.

2. Cor. 7.

Luc. 15.

C *quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt, &c.* Lege parabolam de filio prodigo, tota domus ſuper peccatore pænitẽtiam agente exhilaratur. Hoc vero loco, paſtor humeris inuentum portans ouem conuocat amicos & vicinos, dicens: *Congratulamini mihi, &c.* Omnes gaudere vult propter inuentam ouem, ſimiliter & fæmina propter inuentam drachmam conuocat amicas, & vicinas

D dicens: *Congratulamini mihi, &c.* Summi profecto pretij res eſt, cuius inuentio tanti fit, tantoque gaudio celebratur.

CAPVT XXI.

De filio prodigo.

LVCAS CAPITE XV. Verſ. 11.

AIT autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri: * Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me 12
contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. * Et non poſt multos dies, 13
congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregrè profectus eſt
in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè. * Et poſtquàm omnia conſummaſſet, facta eſt fames vali- 14
da in

Digitized by Google

15 da in regione illa, & ipſe cœpit egere. * Et abiit, & adhæſit vni ciuium regio-
16 nis illius. Et miſit illum in villam ſuã, vt paſceret porcos. * Et cupiebat im-
plere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.
17 * In ſe autem reuerſus, dixit: quanti mercenarij in domo patris mei abun-
18 dant panibus, ego autem hic fame pereo. * Surgam, & ibo ad patrem meũ,
19 & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coram te: * Iam non ſum dignus
20 vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. * Et ſurgens venit
ad patrem ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, &
miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus
21 eſt eum. * Dixitque ei filius: Pater peccaui in cœlum, & coram te. Iam non
22 ſum dignus vocari ſilius tuus. * Dixit autem pater ad ſeruos ſuos; citò profer
te ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & cal-
23 ceamenta in pedes eius: * Et adducite vitulum ſaginatũ, & occidite, & man
24 ducemus, & epulemur. * Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perie-
25 rat, & inuentus eſt. Et cœperunt epulari. * Erat autem filius eius ſenior in
26 agro: & cùm veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam, &
27 chorum: * Et vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit quid hęc eſſent. * Iſ-
que dixit illi, frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia
28 ſaluum illum recepit. * Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pater ergo
29 illius, egreſſus cœpit rogare illum. * At ille reſpondens, dixit patri ſuo: Ecce
tot annis ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui, & numquã
30 dediſti mihi hædum, vt cũ amicis meis epularer. * Sed poſtquam filius tuus
hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti il-
31 li vitulum ſaginatum. * At ipſe dixit illi: Fili tu ſemper mecum es, & omnia
32 mea tua ſunt: * Epulari autẽ & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mor-
tuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.

Homo quidam habuit duos filios.

TErtiam parabolam addit Dominus, cæteris duabus vberiorem, ac ſplendidiorem: qua in primis peccatoris ſtatum deplorandum, deinde pænitentiam, poſtea Dei ſummam erga illum indulgentiam, atq; benignitatem ante oculos ponit. Idq; ad extremum cõfirmat, quod alijs duabus parabolis docuit, *Gaudium eſſe in cælo ſuper vno peccatore pænitentiam agẽte*, quamobrem peccatores nõ eſſe fugiendos, sed ad pænitentiam adducendos. Eſt parabola intellectu facilis. Illud verò obſeruandũ, habere parerga quędam, quæ rei ſignificatę ad amuſſim nõ conuenire nemo non videt. Reperiuntur enim in parabolis aliqua, quæ non vt ſignificatiò cõueniant, ſed vt narratio integra ſit adhibentur. Lege Titium Boſtrenſem Epiſcopum in hanc parabolã; De parabolis (inquit) Cyrillus idem ſcribit & ſentit, quod Chryſoſt.

A nempè dum breuiter ſuccincteq; explicantur vtilium rerum notitiam afferre, & ſi hoc ipſum obliquè, & diſſentaneè. Vt aũt ſingulę parabolę partes ſubtiliter & exquiſite diſcutiatur, id minimè opus eſt, &c. *Homo quidam* (Dñs inquit) *habuit duos filios*. Quidnã adumbrent hi duo filij ambigitur. Teſtatur auctor hom. de duob. filijs quæ D. Chryſoſt. aſcribitur, & Titus Eps Boſtrenſis nõnullos dixiſſe filio ſeniore Angelos ſignificari; iuniore, homines. Sed probabilitate caret interpre-
B tatio. Alij ſeniore filio Iudæos, iuniore Ethnicos, indicari putant. Hãc interpretationem ſequitur D. Aug. lib. 2. q. Euangel q. 33. Beda in Lucam, & alij. Sequitur eãdem D. Hieron. epiſt. 146 ad Damaſum. Ampliori ſenſu parabola de iuſtis, & omnibus peccatoribus, qui pænitentiam agunt intelligenda eſt, quem ſenſum proponit ẽt Hierony. eadem epiſt. Titus quoque Boſtrenſis, Euthy. & Theophy. ſeniore filio iuſtos, iuniore peccatores pæniten-

In parabolis non opus eſt omnia rei ſignificatæ accommodare. Titius.

Quid ſint duo filij.

Digitized by Google

penitentiam agentes adumbrati arbitrantur. Forſitan maiore filio Phaſæi murmurantes; minore pęccatores indicantur, quibus derrahebat, vt infrà videbimus. D. Auguſt. in libro de tempore barbarico c. 7. filio hoc prodigo latronem, qui cum Chriſto cruci eſt affixus, ſignificatum ait, altero filio D. Petrum. Senſus pius eſt, & per accõmodationem quãdam prolatus.

Latro cum Chriſto crucifixus fili⁹ prodigus.

Pater da mihi portionem ſubſtantia, qua me contingit.

ADoleſcentiorem filium fingit parabola, petiuiſſe à patre portionem ſubſtantię ſuæ, hoc eſt, partem bonorum, quę illi hęreditate obueniebant, patrem verò morem filio geſſiſſe. *Diuiſit* (inquit) *illis ſubſtantiam*, Græcè, τὸν βίον, ſignificat autem, βίος, *victum, & facultates, quibus vita ſuſtentatur*, quæque ad vitæ vſum pertinent. Diſquirẽdum quid ſignificet hęc ſubſtantia, quã filijs tradidit pater. Theophylactus exiſtimat ſubſtantia hac ſignificari rationem. Dat (inquit) nobis Deus rationem, vt ea liberè vtamur, tamquam noſtra ſubſtantia, &c. Euthymius. *Diuiſit* (inquit) *illis ſubſtantiã*, liberum videlicet arbitrium, &c. Itẽ Beda, pars ſubſtantiæ, quæ minorem filium contingit, ipſe ſenſus rationalis eſt. Viuere enim, intelligere, meminiſſe, ingenio alacri excellere, diuini muneris ſubſtantia eſt, &c. Titus Boſtrenſis ſubſtantiam interpretatur, vniuerſam creaturam, quam Deus homini tradidit, legem quoque naturalem, & ſcriptam. Auctor ſub nomine Chryſoſtomi in hom. quæ eſt in fine tom. 2. eadem extat inter opera D. Hieronym. tom. 9. interpretatur ſapientiam, & intellectum boni, & mali; D. Hierony ad Damaſum, ſubſtantiam Dei vult eſſe omne quo viuimus ſapimus, cogitamus, in verba prorum pimus, illa autem verba, *diuiſit illis ſubſtantiam*: ſic exponit, i. dedit eis liberũ arbitrium, dedit mentis proprię libertatem, &c. Auguſt. verò lib. 2. quæſt. Euang. quæſt. 33. Petiuit (inquit) filius vt ſibi pars ſubſtantiæ daretur à patre, tamquam anima ſua poteſtate delectata, id quod illi eſt viue-

Quid ſignificet ſubſtãtia, quã filijs pater diuiſit.

Liberũ arbitrium noſtra ē ſubſtantia.

A re, intelligere, meminiſſe, ingenio alacri excellere, omnia iſta diuina ſunt munera, &c. D. Ambr. illa verba; *diſſipauit ſubſtantiam ſuam*, interpretat̃ his verbis: Ille (inquit) viuendo luxurioſè conſumpſit omnia naturę ornamẽta, &c. Naturę ergo ornamẽta vocat Ambroſius *ſubſtantiam*. Crediderim noĩe ſubſtantię intelligenda omnia illa dona, quę Deus hominib. donat, tam naturalia, q̃ ſupnaturalia. Quod ſi obijciã,

B ſupernaturalia bona, nõ eſſe portionem homini iure debitam, qualis portio filiorum erat: Rñdemus non adeo ſcrupuloſè parabolam interpretandam. Eaq; portione iure debita filijs, omnia dona Dei ſignificari, quæ nemini iure debentur, ſed gratis dantur. Nam hi duo filij finguntur in gratia patris fuiſſe, i. Dei, ergo gratiã, & ſupernaturalia habebant dona, nõ ſolùm naturalia. Quamobrem ſubſtãtia

C hoc loco dona ſignificat Dei, tam naturalia, quàm ſupernaturalia, gratiã, virtutes, & aliã. In hac ſententia eſt D. Baſilius hom. 29. de pęnitẽtia. Duo (inquit) erant, ambo filij, non potes dicere, quòd iſta pęnitentia fuerit recedentis à gentiliſmo, ſed ambo erãt filij ex æquo conſortes. Iunior q̃ habebat, aſſumpſit, & cũ iuſtus eſſet, conſumptis omnibus excidit, &c.

Dona Dei ſubſtantia noſtra.

D *Diuiſit illis ſubſtantiam.*

MIrabitur quiſpiã, quòd pater ſuperſtes filijs ſubſtantiam diuiſerit. Poſt mortem enim patris diuiſio hæc fieri ſolet, eo viuente minimè. Mirari deſinet, ſi animaduerterit hũc patrem infinitis exundaſſe bonis; nihilque hac diuiſione ex bonis amiſiſſe ſuis. Quid. n. Deus hominũ parens amittit, cũ hominib. bona diuidit? Nihil

E ſanè. Patres, qui hoĩes ſunt, ſi filijs diuidant hęreditatẽ, ex diuitib. fiunt pauperes. Deus verò tam diues eſt, ſi infinitis hominib. dona impãrtiatur, quam ſi nulli quidquam donet. Quãuis ergo parentes mortales, dũ viuũt, bona filijs non diuidant; parens ille immortalis, viuens, numquamq; moriturus, bona ſua filijs diuidit. Si. n. viuens non diuidet, numquam diuidet, quippe qui ſemper viuit, moritur num-

Diuiſit ſubſtãtia, in vita patris quid ſignificet.

numquã. Poſſunt etiam inueniri ex mortalibus pátres aliqui; qui vita ipſa manente, bonis ſe exuant ſuis, vt filios induant.

Illud quoque alicui dubitationem mouebit, quòd cùm filius ſenior dari ſibi bona ſua nequaquam petiuerit, ſed ſolus iunior; pater vtrique ea diuiſerit. Dicet aliquis duas feciſſe partes æquales, ac ſi maior etiã filius partem ſuam eſſet accepturus, non tamẽ ita diuiſiſſe, vt partem ſuam ſeniori traderet, ſed tantùm iuniori. At textus ſacer aliud ſignificat; *Diuiſit* (inquit Dominus) *illis ſubſtantiam*. Quod clarius? non ait, *diuiſit illi, ſed illis*: ergo eo modo, quo diuiſit iuniori, diuiſit et ſeniori. Idque poſtulat parabolę ſignificatum. Nam Deus, non vni tantùm, ſed omnibus hominib. bona ſua diuidit, atq; elargitur. Itaque bona ſua vtriq. filio pater diuiſit, quoniam Deus filijs ſuis bona naturalia, & ſupernaliá impertitur. Hoc tñ habuit ſenior filius, qđ à domo patris nõ diſceſſit, ſed bonis, quę à patre acceperat, ſub patris obedientia; & adminiſtratione vſus eſt. Iunior verò à domo patris peregrè profectus bonis acceptis eſt abuſus. Id autem quod dicitur petiuiſſe filium iuniorem portionem ſubſtãtiæ ſuæ, vt à patre diſcederet, ad explendam parabolam dictum videtur. Indicare fortè poteſt, homines bona naturalia à Deo petere, & ſupernaturalia, non tamen ea de cauſa, vt diſcedant à Deo.

Quo vtrique filio pater ſua bona diuiſerit.

Adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam.

SEnior filius, vt ſenior, ſic prudentior, cum patre manſit, adoleſcentior mentis parum compos, à patre diſceſſit, in regionem longinquam. Oſtendit parabola peccatoris peccata, & ſtatum miſerandũ. A patre diſceſſit, filius in regionem longinquã. Is enim, qui peccatum mortiferum committit, a Deo patre ſuo recedit, abitque in regionem longiſſimè diſtãtem. Nam nihil à Deo magis diſtat, q̃ peccatum; qui in peccato mortifero eſt, in regione longinqua à Deo longiſſimè ſeparatus, vitam miſerrimã degit. Si terras ſpectes, vbiq; Deꝰ eſt, omnib. propinquus, ab eo recedere nemo poteſt, ſi mores, & peccata attendas, nihil diſtantius a Deo, quam impius. Longè profectus eſt (ait Beda in Lucam) non locũ mutando, ſed animum. Quantò enim quiſque plus in prauo opere delinquit, tantò a Dei gratia longiùs recedit, &c. Et Euthy. longè fiunt à Deo, qui peccant, non loci ſegregatione, ſed virtutis, &c. D. Aug. lib. 2. quæſt. Euangel. quæſ. 33. regionem longinquam obliuionẽ Dei ait ſignificare. Regio (inquit) longinqua, obliuio Dei eſt, &c. Solent enim ij, qui à Deo peccando diſcedunt, patris amantiſſimi obliuiſci, iuxta illud Ier. 2. *populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris, &c.*

Regio longinqua peccati.

Deus eſt ꝓpinquus õibus.

Beda.

Quomodo diſcedat peccator à Deo.

Euthym.

Auguſt.

Obliuio Dei eſt regio longinqua.

Ier. 2.

Ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam.

DIſſipauit ſubſtantiam filius, ac prodegit; vnde prodigi nomen inuenit, diciturq; filius prodigus. Significat autem peccatorem diuitiarũ immortalium eſſe prodigum, gratiæ, caritatis, aliorumque donorum Dei, quæ per peccatum diſſipantur. Nullus vnquam dilapidator, tam opulentam hæreditatem dilapidauit, quàm opulentam peccator dilapidat. Nulla enim caducarum diuitiarum eſt æſtimatio, ſi cum gratia, & caritate, quas peccator diſſipat, conferantur. Prodiga Cleopatra, vt diximus ſuprà c. 16. Vnum abſorbens vnionem, aceto liquefactum, centies ſeſtertium abſorbuit. Is vero, qui in peccatum mortiferum incidit, gratiam diſſipans, gemmam pretioſiſſimam, omne humanũ pretium ſuperantem, non aceto, ſed peccato liquefactam, abſumit, ac perdit, ò prodigum ſtultiſſimum!

Peccator prodigus diuitiarũ ſpiritualiũ.

Viuendo luxurioſè.

GRæcè, ζῶν ἀσώτως, *viuens aſoticè*, dicitur autem ἄσωτος, *homo intemperans, gulæ, luxuique, deditus*, & laſciuiæ. ζῶν vero ἀσώτως, dicitur, *qui gulæ, luxui, intemperantiæq; deditus, turpiter viuit, & intemperãter*, In biblijs Regijs vertitur, *viuens profuſè*, à D. Aug. lib. 2. quæſt. Euangel. quæſt. 33. vita dicitur pro-

Quis ſit aſoticꝰ, & quid ſit aſoticè viuere.

prodiga, amans fundere, & ſpaciari pompis exterioribus. Sic accipit verbum *luxuriari*, Eccleſiaſt. 14. *Qui acervos ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur, &c.* Græcè, τρυφήσουσι, hoc eſt, *deliciabuntur*, dicitur enim luxuriari, & luxurioſè, à luxu. Prodigus ergo filius vixit luxurioſè, hoc eſt, prodigaliter, laſciuè, intemperanter, gulæ, voluptatis, libidiniſque effectus mancipium. Luxus autem, & profuſio, ſiue prodigalitas inopiam parit, quoniam patrimoniū abſumit, & ſi amplum illud ſit. Quod huic contigit, diſſipauit opes ſuas luxurioſam vitam ducens, grauiſſimaque inopia oppreſſus eſt.

Eccleſ. 14.

Prodigalitas parit inopiam.

Facta eſt fames valida in regione illa.

HActenus proſpero nauigatus vēto, in terram longinquam peruenit prodigus. Iam reflat ventus, ex puppi mutatur in proram, filiumq; mutata velificatione, ex terra longinqua reducit ad patrem. Diſſipato patrimonio, inſipiens adoleſcens, incidit in inopiam. Præmebat fames valida regionem illam, ipſum quoq; oppreſſit, quamobrem Dominum quæſiuit, cui ſeruiret, illiuſque porcos pauit. Videſne vexatum adoleſcentem? Vexatio intellectum dedit, vt reuerteretur ad patrem de vera panis fame locum interpretor, quæ prodigū ad patrem redire compulit. Addo patrum interpretationes de fame hac. Euthy. famem validam in regione illa fuiſſe interpretatur, hoc eſt, famē virtutis, in regione enim peccati, virtutis magna eſt penuria. Vbi (inquit Euthy.) diuini timoris frumentum non ſeritur; ibi fames valida, non panis, ſed virtutis. Vbi fertilitas eſt omnis mali, ibi ſterilitas eſt omnis boni, &c. D. Ambro. *Facta eſt fames* (inquit) non epularum, ſed bonorum operū, atque virtutum, &c. Et Hierony. ad Damaſum; *Cœpit egere* virtutibus, derelicto fonte virtutū, &c. Theophyl. famem interpretatur audiendi verbi Dei. *Fames* (inquit) *magna eſt facta*, non fames panis, ſed fames audiendi verbum Dei, &c. D. quoque Aug. A in quæſt. Euang. lib. 2. quæſt. 33. Fames (inquit) eſt indigentia verbi veritatis, &c. Beda in eadem eſt Auguſtini ſententia. Iuxta hanc ſententiā in regione illa longinqua, in qua prodigus verſabatur, non erant concionatores, quos ille audiret, non confeſſarij, aut alij virtutis admonitores; verbum Dei ab illa exulabat, nemo erat qui filio ſuaderet, vt rediret ad patrem. Iuxta alterā Ambroſij, Hie- B ronymi, & Euthymij interpretationem, *fames erat valida*, Græce, ἰσχυρὸς, id eſt, *fortis & grauis fames*, in qua, omnium virtutum. In regione enim libidinis, luxus, & voluptatis, non eſt virtuti locus. Denique miſer adoleſcens cœpit egere; egebat verbo Dei, admonitione, concione, ſuaſione, vt perditos mores corrigeret; ſed magna erat verbi Dei fames. Itaq; verbo Dei, & omni virtute carens, ad paſcendos C porcos mittitur.

Reſtat prodigo ventus.

Euthym.

Vbi non eſt timor ibi fames virtutis.

D. Ambro.

D. Hieron.

Theophl.

D. Auguſ.

Adhæſit vni ciuium regionis illius, & miſit illū in villam ſuam, ut paſceret, porcos, &c.

CIuis iſte, cui adhæſit prodigus, & in ſeruum ſe addixit, cacodemonem indicat, ex ſententia Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Bedæ, & aliorum. Nam peccator cacodæmoni ſeruus eſt, cuius voluntati obtemperat. D Vide quæſo quęnam obſequia ab ijs, qui illi adhærent ſeruis cacodæmon poſtulet, quibuſve ipſos mancipet miniſterijs. *Miſit* (inquit) *illum in villam ſuam, vt paſceret porcos, &c.* Hæc eſt tali Domino, talibuſq. ſeruis digna occupatio. Seruus cacodęmonis porcos paſcit, hoc eſt, appetitus turpes, qui libidinis, cæterorumq. vitiorū cœno oblectantur. Aliter, *paſcit porcos is*, qui improbos paſcit ſuo exemplo, ope, & o- E pib. Prodigus dicitur pauiſſe porcos, quoniam perditos homines, qui porcis ſimiles ſunt, ſuis opibus, exemploque pauit. Vnde Titus Boſtrorum Epiſcopus. In turpitudinis (inquit) cœno, vltrò citroque aliquandiſper volutatus, meritò inter porcos cenſetur. Tandem in eiuſmodi vitę obſcęnitate, diu multumque perſtans, alijs quoque perditionis forma efficitur; laſci-

Peccator dęmoni adheret, & eius ſeruus eſt.

Porcos qui paſcant.

Titus.

A uiæ,luxuriæque dogmatis,certa quadam ratione illos paſcens,& nutriẽs. Hæc ille. Et Theophylactus; Qui proficit,& in peccatis fit potẽs,paſcit porcos, hoc eſt,& alios docet malitiam, & luxoſam operationem,&c. Præterea paſcit peccator porcos,hoc eſt,cacodæmonũ cibus ſunt, vt Hieronymus ait in epiſt.ad Damaſum citata: Dæmonum[inquit] cibus eſt ebrietas, luxuria, fornicatio,& vniuerſa uitia, B &c.Beda, Porcos paſcere eſt,ea quibus immundi ſpiritus gaudeant, operari,&c.

Theophyl.

D.Hieron.

Dæmonum cibus ſunt peccata.

Beda.

Et cupiebat implere vẽtrem de ſiliquis, &c.

AD quantam deuenerit famẽ prodigus,indicant hæc verba. Ipſo porcorum cibo ſatiari cupiebat, ſed non poterat, quia nemo illi ſiliquas dabat. Dices,cur non rapiebat? Rñdetur, ne ſi reſciret Domin⁹ porcos ſuo priuari cibo, famulũ domo pelleret. C Sub poteſtate alterius erant ſiliquæ, qui certo diei tempore porcis præbebat cibum,non poterat prodigus illas rapere,vt impleret vẽtrem. Quid ſignificet ſiliquã,dubium eſt. Significat propriè folliculos leguminum, qualia ſunt faba,cicer,lentes;hos folliculos ſiliquas hoc loco appellari exiſtimat Ambroſius in Lucam. Qui(inquit)aptior huiuſcemodi hominibus cibus, quàm is, qui ſiliquę modo intus D inanis,foris mollis eſt,quo corpus non reficitur,ſed impletur,vt ſit magis oneri,quàm vſui, &c. Et D. Aug. Siliquæ(ait)quibus porcos paſcebat, ſæculares doctrinæ ſterili vanitate reſonantes,&c. Siliquas autem fabarũ pecorum pabulũ eſſe, indicat Plinius lib.18.c.12.Siliquę(inquit)fabarum, cauleſque, gratiſſimo ſunt pabulo pecori, &c. Aliæ ſunt ſiliquæ, quæ Græcè, κεράτια, vocantur, de qui- E bus Matthiolus agit in Dioſcor. lib. 1. capitul. 30. & appellat *alſerrobas*, ſunt autem dulces. Vnde Plinius lib. 15.c.24. prædulces ſiliquas appellat, in quibus cortex ipſe manditur. Digitorum (inquit) hominis longitudo illis,& interim falcata pollicari latitudine,&c. Sunt hę hominum cibus,vnde Horatius lib. 2. epiſt. 1. *Viuit* (inquit)*ſiliquis & pane ſecundo.* De ſiliquis dulcibus locum hunc intellexit Titus Epiſcopus Boſtrenſis: Siliquarum (inquit) guſtus ſuauis eſt, & tamen adiunctam habet nonnullam aſperitatem,&c. Et Theophyl. Aſſimilatur (ait) ſiliquis peccatum, dulcedinem habens, & aſperitatẽ, delectat enim ad tempus,cruciat perpetuò,&c. Euthy.ſimiliter; Siliquæ(inquit)ad breue ſpatium guſtui dulceſcunt; deinde vt plurimùm conſtringunt, &c. Probabiliter locus hic,vel de his dulcibus ſiliquis, vel de folliculis leguminum explicari poteſt. Sed vtraque opinio nonnihil difficultatis habet. Si enim dicamus leguminum folliculos porcorum fuiſſe cibum, obijcietur, non eſſe cibũ hominum,neq; potuiſſe appeti è prodigo. Quis n cupiat veſci,ventremq. implere folliculis leguminum? Rñderi poteſt,hominem valida fame oppreſſum, ẽt hos folliculos concupiſcere, vt ventrem inedia confectum implere poſſet. Si verò dicamus ſiliquas proiectas porcis, fuiſſe dulces ſiliquas,id eſt, *alſerrobas*, opponetur,has ſiliquas hominum eſſe cibum,neq; videri veriſimile in fame valida,cibũ, quo homines ali poterant,porcis fuiſſe proiectũ. Sed rñdetur, hominem illum fuiſſe diuitẽ, ſolitumq; eſca illa ſues alere. Euang. Lucas Græcè ſiliquas,appellat, *κεράτια*,quo nomine dicuntur dulces ſiliquæ à nomine, *κέρας*, id eſt, *cornu*, qđ ſint cornibus ſimiles.

Quid ſignificet ſiliqua.

D.Ambro.

D. Auguſt.

Plinius.

Titus.

Theophyl. Peccatum delectat, & cruciat.

Quomodo ſiliquę porcis in cibũ darentur.

Senſu ſpirituali,ſiliquæ porcorum cibus,ex ſententia Titi, & Theophyl. peccata ſunt;hæc n.eſca eſt porcorũ, id eſt,impiorum hominum, & cacodæmonũ. Euthy. ſiliquas voluptates putat indicare, D. Aug. in quæſt.exiſtimat ſignificare ſæculares, & impias de Dijs gentiũ doctrinas: Siliquæ [inquit] ſæculares ſunt doctrinę, ſterili vanitate reſonãtes, de quib.laudes idolorũ fabularũq;,ad Deos gentiũ pertinẽtium, vario ſermone, atque carminibus,percrepant; quibus dæmonia delectantur, &c. Idem ſentit Beda; ſunt doctrinæ de falſis Dijs ſiliq, id eſt,cib. porcorum,videlicet Ethnicorũ,& dæmonũ: Lege Hieronymũ.

Siliquę peccata indicant.

Præter

Libri obſcœni, & hæretici.

A Præter hæc libri obſcœni quid aliud ſunt, quam porcorum ſiliquæ, ſiue pabulum? Cœno oblectātur ratione carentes porci; obſcœnis libris oblectātur alij porci, rationis quidem compotes, ſed ab illa longè aberrātes. Adde hæreticorum quoque dogmata, hæreticoſq; libros, porcorum eſſe ſiliquas, intus mendacij vanitate plenos, quibus fidei, animæq; prodigi homines paſcuntur. Huic ſenſui ſpiritali, non ſatis benè congruunt verba ſe- B quentia: *Nemo illi dabat.* Si ſiliquę, peccata ſignificent, adoleſcēs peccatis refertus erat, cur igitur dicitur: *Nemo illi dabat.* Dici poteſt, non omnia ad amuſſim interpretanda, ſiliquas vero peccata indicare libidinis, gulæq;, & alia, quæ, qui inopia preſſi ſunt, non committunt, eò quòd pecunijs emātur. Nemo igitur dabat ſiliquas prodigo inopi, quia pecunijs carebat, q̄ huiuſmodi turpiſſimis porcorum vo- C luptatibus capiendis neceſſariæ erār. Theophyl. verba hæc ſic exponit: cupit miſerabilis ille ſaturari peccato, & nemo ei dat ſaturari. Aſſueto.n. malis nemo dat ſatietatem, &c. Et Euthym. Nullus (inquit) illi dabat, ad ſatietatem. Huiuſmodi enim dæmones, neminem ſinunt ſatiari voluptatib. ne citiùs à peccato quieſcat. Semper enim excitat appetitum, &c. D. Aug. interpretatur; *Nemo illi dabat*: quia in D ſæcularib. illis doctrinis Ethnicorum, ſolidum aliquid, & rectum, quod ad beatam vitā pertineret, inuenire volebat, & non poterat inuenire.

Theophyl.

Euthym. Non ſaturantur impij peccatis.

Auguſt.

In ſe autem reuerſus.

HActenus peccatoris execrandū ſtatum parabola oſtendit, additque famis vexationem. Iam indicat pœnitentiam, reditumque ad patrem. Vexatio illa validæ famis, intellectum dedit prodigo, fame vexatus E in ſe rediit. Græcè, εἰς ἑαυτὸν ἐλθών, id eſt, *in ſeipſum veniens* A ſeipſo, à ratione, prudentiaque diſceſſerat, diuitis onuſtus; in ſeipſum rediit fame cōfectus. D. Ambroſ. Benè in ſe reuertitur, qui à ſe receſſit, &c. Theophylac. Intemperatus (inquit) tandem ad ſeipſum rediit. Quamdiù male agebat, extra ſeipſum erat, &c. Euthy. Niſi

Vexatio reuocat hominē ad ſe ipſum.

Ambroſ.

Theophyl.

A fuiſſet extra ſe, non diceretur *reuerſus in ſe.* Tunc enim reuerſus in ſe eſt, qñ memoriam recuperauit, vt domus patris ſui recordaretur, &c. Itaq; in ſeipſum rediens prodigus, patris, paternæq; domus, bonis omnibus affluentiſſimæ; recordatus eſt, imòque pectore trahens ſuſpiria. O (inquit) *quanti*, id eſt, quot, quàm multi *mercenarij, in domo patris mei ſunt*, propter accipiendam mercedem ſeruientes, qui B cibo, potuque affluunt. Ego autē non mercenarius, ſed filius, in longinqua hac regione, fame tabeſcens, vix ſpiritum duco. Quid agam? Numquid ad mortem vſque, quæ iam imminet, in peſſima hac regione manebo? Diſcedam potius ex hac mortis vmbra, ad patrem meum properabo, paterna habet viſcera, filium non repellet pater. Sed filij nomine planè indignus ſum, qui tot me flagitijs mancipaui. C Animum non deſpondeo; flagitia dolenter confitebor, petamque a patre, non filij, ſed mercenarij, me vt habeat loco. Ecce prodigi pœnitentiā; primùm in ſe reuerſus eſt, deinde dolens ad patrem redire ſtatuit, peccata dolenter confiteri, & apud patrem, vel in mercenariorum numero manere, iuxta illud Pſal. 83. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum, &c* Surgam D (inquit) à Peccato, à ſterili hac, & deteſtabili regione diſcedam, & ibo ad patrem meum. D. Hierony. ad Damaſum: Pulchrè ait filius, *ſurgam.* Patre quippe abſente non ſteterat; peccatorum iacere, iuſtorum ſtare eſt, &c. D. Auguſt. in quæſt. citata; *Surgam* dicit, quia iacebat; *& ibo*, quia longè aberat: *ad patrem meum*, quia ſub principe porcorum erat, &c. Cætera verba pœnitentiam indicant, & peccatorū E confeſſionem. *Et dicam ei. pater peccaui in cœlum & coram te, &c. Peccaui* (ait) *in cœlum*, metonymicè, id eſt, in Deum, qui in cœlo habitat, illum enim grauiter meis offendi ſceleribus: *peccaui etiam coram te* ò pater. Pater prodigi filij peccata, in longinqua regione cōmiſſa non cernebat; cur igitur ait, *peccaui coram te*? reſpondeo, *coram te*, ſignificare hoc loco idem ac ſciente te,

Pœnitentia prodigi filij.

Pſal. 83.

D. Hieron. Peccatores iacent, iuſti ſtant

D. Auguſt.

non ignorante. Sciebat enim pater, A diſceſſiſſe filium à ſe, & ſubſtantiam viuendo luxuriorè diſſipaſſe videbat. Præterea reſpexit Dominus ad ſignificatum parabolæ. Nã pater hic Deũ ſignificat, omnia autem coram Deo ſiunt, & coram Deo peccat, quiſquis peccat. Verba ſequentia: *Non ſum dignus vocari filius tuus, &c.* Humilitatis ſunt, q̃ virtus confeſſionis eſt comes.

Surgens venit ad patrem ſuum. B

Reuertitur prodigus ad patrem.

NOn ſatis eſt de pœnitentia agẽda decretum, ad opus vt progrediatur, opus eſt id quod prodigus prę ſtitit. Non fuit illius irritum decretũ, decreuit venire ad patrem, *ſurgam & ibo.* En ſurrexit, venitque ad patrem. Decreuit peccata non inficiari, ſed confiteri; *dicam ei peccaui, &c.* fecit qđ decreuit. Vnde ſurrexit filius? (ait Ti-

Titus.

tus Epiſcopus Boſtrenſis) è volupta- C tum, & deliciarum cathedra, è peccatorum fouea. Siquidem bono voluntatis propoſito adiunxit opus. Oportet enim non ea ſolùm, quæ Deo ſunt grata, & accepta velle; ſed bona animi deſideria, per bona opera quoque oſtendere. Hæc ille.

Vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt. D

QVanta cum benignitate, ac miſericordia peccator à regione peccati longinqua rediens, a Deo excipiatur, indicat parabola. Reuertebatur prodigus, cum autem a domo longe diſtantem vidiſſet genitor, vt venientem expectaret paterna non tulerunt viſcera, obuiam proceſſit redeuntem complexus eſt, & oſculatus, ſuper collum filij humeròſque cadẽs. O dulce onus! filius verò ingenti ani- E mi dolore perculſus, quòd benigniſſimum offendiſſet genitorem, exclamãs, *ò pater* (dixit) *peccaui in Deum qui in cœlis eſt, & coram, te,* quem deſerui, vt regionem peterem longinquam, in qua opes à te mihi datas perditiſſimè abſumpſi. *Non ſum dignus filij nomine,* i mercenariorũ ordinẽ me redige.

Magna cũ benignitate peccatorem excipit Deus.

Hæc ſingularis patris benignitas,

& manſuetudo, admirabilem Dei clementiam ſignificat erga peccatorẽ. Non indignatur Dominus, cùm adhuc longe à domo, & templo eſt, antequam confeſſario peccata fateatur, accurrit Deus, complectitur hominẽ contritum, verèque pœnitentẽ, & recipit in gratiam Iuxta illud Pſal. 31. *Dixi* (apud me, & ſtatui) *confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, &c.* Et Pſal. 9. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus præparationem cordis eorum audiuit auris tua, &c.* Ipſam peccatoris, pauperiſque præparationem audit, & probat Deus, antequam confeſſio accedat. Hebraicè legitur; אונך תאות ענוים שמעת יהוה תכין לבם תקשיב *thaauat hhanaiim ſchamantha Adonai tachim libbam thachſchib azenecha,* ad verbum: *deſiderium manſuetorum ſeu pauperum exaudiuiſti Domine, parare facies,* vel *præparaſti cor eorũ, intendere facies aurem tuam,* vel *audiuit auris tua.* Nã præparatio impij ad gratiam, à Deo iuuãte eſt; abſque Dei auxilio non poteſt præparari prodigus Nihilominùs accedat neceſſe eſt confeſſio. Quamobrem prodigus, cùm à patre amplexibus, & oſculis exciperetur, flagitia perpetrata inter amplexus ipſos, atque oſcula fatebatur; *Pater* (inquiẽs) *peccaui in cœlum, & coram te, &c.*

Pſal. 31.

Pſal. 9.

Confeſſio peccatorũ.

Obſeruat Auguſtinus in quæſt. Euang. quæſtione citata, nõ omnia dixiſſe, quæ dicere decreuerat Nam dicere decreuerat; *Pater peccaui in cœlũ, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis, &c.* Hæc extrema verba tacuit, cùm ad patrem peruenit. Sic.n. Euangeliſta ait eſſe locutum; *Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non dignus vocari filius tuus* Forſitan ex dictis voluit intelligi, omnia verba protuliſſe, quæ fuerat meditatus; quamuis non ſint omnia ſcripta. D Auguſtin⁹ ait, non protuliſſe illa verba; quia poſt patris oſculum mercenarius eſſe dedignabatur, animum recuperans generoſum. Incipit (ait Auguſtinus) peccata confiteri, nec dicit omnia, quæ dicturum ſe eſſe promiſerat; ſed vſq; ad illud, *nõ ſum dignus vocari filius tuus.*

Cur filius non dixerit omnia quæ dicere decreuerat D. Auguſ.

Hoc

Hoc enim vult fieri per gratiam, quo ſe indignum eſſe per merita fatetur. Non addit, quod in illa meditatione dixerat: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis*: Cùm enim panem non haberet, vel mercenarius eſſe cupiebat; quod poſt oſculum patris generoſiſſimè iā dedignatur. Sic Auguſtinus. Poſſunt etiam aliæ huius rei cauſæ reddi, nimirum, quòd vocem lacrymæ, & ſingultus interruperint, vel quòd pater orationem abruperit, vt Iaſenius ait.

Citò proferte ſtolam primam, & induite illum.

NVllum temporis ſpatium inter veram pœnitentiam, & diuinā interponitur gratiā: mox vt vera adeſt pœnitentia, adeſt gratia. Non procraſtinat Domin⁹, non differt gratiæ veſtem; vbi primùm peccator, peccati turpiſſimum indumentum, Deo opitulante exuit, ſtatim pretioſiſſimo gratiæ amictu induitur. *Citò* (inquit) nulla ſit mora, *proferte ſtolam primam*, ſtola gratiam ſignificat. Eſt autem ſtola veſtis ad talos vſque demiſſa; gratia quoque talaris eſt veſtis, totam operiens animam. Præterea veſtis eſt polymita, qualis Ioſeph veſtis erat, varijs namq; virtutū colorib. exornat.

Gratia mox ſequitur pœnitētiam.

Gratia ſtola, veſtis talaris. Gen. 37.

Stola prima, cur dicatur.

Cur ſtola prima appelletur, eſt dubium. Nonnulli primam, id eſt, præcipuam interpretantur, quæ inter alias ſtolas primatum obtinet, alij primā priſtinam ſignificare volunt, hoc ſenſu, *proferte ſtolam illam primam*. & antiquam, qua filius meus, antequam diſcederet, indui ſolebat, Diuus Auguſtinus, & Diuus Hieronymus ita explanant: *proferte ſtolam primam*, id eſt, ſtolam, quam amiſit olim in Adam: quaſi dicat, Adducite ſtolam gratiæ primam illam, qua Adam fuit exornatus, quàmque ex illo homines, peccatum contrahendo, amiſerunt. Diu⁹ Hieronymus appellat ſtolam priorē, item Beda, Stola (inquit) prima eſt veſtis innocentiæ, quam homo, ſcilicet Adam, amiſit, &c.

Bona opera, annuli manus ornantes ſūt.

Ornatur præterea manus annullo, pedes calceamentis. Qui enim in gratiam Dei reuertitur, cum bonis ope-

A ribus veluti annullis manus ornare neceſſe eſt. Pedes verò animi, id eſt, affectus, quibus mouetur, & ambulat animus, mortificatione veluti calceamentis ex mortuorum pellibus animalium confectis, aduerſus itineris offendicula, ſiue ſcandala, munire oportet. Diuus Ambroſius ſtolam amictum ſapientiæ, ſpiritale indumentū, & veſtimentum nuptiale eſſe ait, annulum ſinceræ fidei ſignaculū, & veritatis expreſſionem. *D. Ambro.*

B De annulo enim ſignatorio locum hunc intellexit; calceamentum Euangelij prędicationē, iuxta illud Pauli ad Epheſ. 6. *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, &c.* Similiter exponit Diuus Hieronymus. *Proferte* (inquit) *ſtolam priorem*, ſtolam, quam Adam peccando perdiderat ſtolam, quæ in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, id eſt, veſtem Spiritus ſancti, quam qui non *Epheſ 6. D. Hieron.*

C habuerit, non poteſt regis intereſſe conuiuio. *Et date annulum in manu eius*, ſignaculum ſimilitudinis Chriſti, ſecundùm illud ad Epheſ. 1. *In quem credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, & calceamenta*, necubi coluber inſidians plantam ingredientis inuaderet, & ſuper ſcorpiones, & ſermentes ſecuriùs ambularet, vt præpararetur ad Euangelium pacis, iam non gradiens ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritū, &c. *Epheſ 1.*

D Diuus Auguſtinus, ſtola prima eſt dignitas, quam perdidit Adam. Annulus in manu pignus eſt Spiritus ſancti, propter gratiæ participationem, quæ digito Dei bene ſignificatur, calceamenta in pedes, præparatio Euangelizandi ad non tangenda terrena, &c. *D. Auguſ.*

Adducite vitulum ſaginatum.

E OStendit parabola, id quod dixerat Dominus, *gaudium in cęlo eſſe ſuper vno peccatore pęnitentiam agente, ma-ius quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis*. Iuſtorum perſonam gerit ſenior filius, nullo tamen gaudio à patre exceptū pœnitentiam perſonam ſuſtinet prodigus, huius in aduentu; tota domus gaudio exultat, occiditur vitulus ſanatus, conuiuiū exhibet, ſymphonia

Gaudium in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agēte, quale ſit.

 id

id eſt, concentu omnia perſonant. Quid hoc eſt? nempè illud; *gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pęnitentia*. Propter filiũ ſeniorem, non occiditur vitulus ſaginatus, non fit conuiuium, nullus aut neruorum, aut tibiarum, aut vocum cantus auditur. Propter filium iuniorem hæc omnia magno cum gaudio fiunt.

Conſolatio, & ſuauitas virtutis.

Hoc autem conuiuium prodigo exhibitum à patre, indicat eos, qui pęnitẽtiam agunt, diuiniſq; præceptis exequendis poſtea totis viribus incumbunt, diuinis oblectari epulis, diuinaque conſolatione permulceri. Præterea epulum, quo excipitur prodigus agens pęnitentiam, admirabile ſignificat epulum Euchariſtiæ, quod poſt pęnitentiam peractam Chriſtianis exhibetur In eo vitulus apponitur, omnibus virtutibus, doniſque Spiritus ſancti, omni ſapientia, gratiaque ſaginatus, nempè Chriſtus; ſaginatus verò ſaginat eos, a quibus humiliter fideliter, deuotè, & legitimè excipitur.

Euchariſtia epulum.

D. Ambroſius: Occiditur (inquit) vitulus ſaginatus, vt carnem Domini ſpiritali opimam virtute, per gratiam Sacramenti myſteriorum conſortio reſtitutus, epuletur, &c. Titus Epiſcopus: *Adducite vitulum ſaginatum*, illum, qui pro terrarum orbe immolatus, eiſque qui vera reſipiſcentia ducuntur donatus eſt Hoc eſt, tremendorũ myſteriorũ participem illum facite, &c. D. Auguſt. loco indicato: Iſtæ (inquit) epulæ, atq; feſtiuitas nunc celebrantur, per orbem terrarum Eccleſia dilatata, atque diffuſa. Vitulus enim ille, in corpore, & ſanguine Dominico offertur patri, & paſcit totam domum, &c. D. Hieronymus ad Damaſum: Vitulus ſaginatus, qui ad pęnitentis immolatur ſalutem, ipſe Saluator eſt, cuius quotidie carne paſcimur, cruore potamur Fidelis mecum lector intelligis, quia pinguedine ſaturati, in ructum laudis eius erumpimus, dicentes; *Eructauit cor meum verbum bonum, &c.* Aduerte cuinam epulũ exhibeatur, nimirum homini, qui è longinqua peccati regione penitus diſceſſit, quiq; ſtola gratiæ indutus eſt. Auguſtiſſimum.n. Euchariſtiæ conuiuium, huiuſmodi poſtulat conuiuas.

Euchariſtia verum Chriſti corpus habet.

Pſal 44.

Erat autem filius eius ſenior in agro, &c.

Filius hic ſenior, imago eſt Phariſæorum, &c. Scribarum. Initio capitis 15. ſic ſcribit D. Lucas; *Erant appropinquantes Chriſto publicani, & peccatores vt audirent illum, & murmurabant Phari-*
B *ſæi, & Scribæ dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis, &c.* Quemadmodum publicanos & peccatores recipiebat Chriſtus, & manducabat cũ illis, ita pater hic, prodigum, & peccatorem filium recepit, & manducauit cum illo. Quemadmodum verò Phariſæi, & Scribæ, aduerſus Chriſtum, & peccatores murmurabant, & cum illis manducaret nolebant, ſic filius ſenior murmurauit aduerſus patrem;
C & fratrem peccatorem, nolebatque ad conuiuium introire. *Indignatus eſt*, (ait Euangeliſta) *& nolebat introire*; item, *dixit patri ſuo, ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui, & numquam dediſti mihi hedum, vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquam hic filius tuus, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum, &c.* Hæc fuit filij ſenioris murmuratio, ſiue querimonia,
D Phariſæorum, & Scribarum murmurationis ſimilis. Phariſæos ergo, & Scribas, docet Dominus non eſſe ſibi vertendum vitio, quòd peccatores recipiat, & manducet cum illis; ſiquidem nemo vitio vertet patri, quòd prodigum filium receperit, pęnitentiam agentem, & manducauerit cum illo. Præterea indicat Phariſæos, & Scribas, dignos eſſe reprehenſione, quòd inuidia commoti aduerſus ip-
E ſum Dominũ, & peccatores murmurarent; quemadmodum dignus reprehenſione erat filius ſenior, quòd de patre, & fratre detraheret, ac conquereretur, inuidia ductus, cum potius lætari debuiſſet.

Luc. 15.

Filius ſenior, imago Phariſæorũ & Scribarum murmurantiũ.

Sed obijcies; Dictum eſt paulò ante filium ſeniorem perſonam gerere iuſtorum; atqui Phariſæi, & Scribæ iuſti non fuerunt; ergo illorum perſonã non

Quo filius ſenior iuſtorum ſimul, & Phariſæi perſonam geſſerit.

non gerit filius ſenior. Reſpondemus filium ſeniorem, & perſonatũ geſſiſſe iuſtorum, & Phariſæorum, atque Scribarum, diuerſa ratione. Quia cũ patre manſit, & mandata eius obſeruauit, iuſtorum; quia de patre, & fratre non benè loquutus eſt, iuſtum ſe, & mandatorum obſeruatorem, fratrem autem peccatorem eſſe exiſtimabat, Phariſæorum, atque Scribarum murmurantium, iuſtitiamque ſibi arrogantium, & peccatores deſpicientium, perſonam ſuſtinet. Vrgebis, ſi iuſtos ſenior frater indicat, cur fratri inuidet; non enim inuidia iuſtis conuenit. Reſpondetur, ea ratione nõ indicare iuſtos, ſed Phariſæos inuidos.

Filius ſenior Iudæos indicat, iunior Ethnicos.

Ex ſententia patrum, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, & aliorum, ſignificat ſenior hic filius Iudæos, filius iunior Ethnicos, vt ſuprà diximus. Populus Ethnicorum, qui ſubſtantiam ſuam, idola colendo, diſſipauerat, magna cum lætitia à Deo exceptus eſt; populus verò Iudæorum intrare non vult domum, i. Eccleſiam, in qua & ſymphonia eſt, & chorus, & vitulus ſaginatus, ægre fert, & indignatur; at pater vt Eccleſiam intret, rogat, &c. Lege D. Hieronymum ad Damaſum.

CAPVT XXII.

De filio prodigo.

Morale.

Dixit adoleſcentior.

Prudentia eſt canities hominis.

TOta parabola moralis eſt, ſuprà dictis adiungemus nonnulla. Adoleſcentior filius à patre diſceſſit, & ſubſtantiam diſſipauit. Etenim imprudens erat, illiſque canis carebat, de quibus legitur Sap. 4. *Cani ſunt, ſenſus hominis.* Græcè, πολιὰ δ᾽ ἐςὶ φρόνησις ἀνθρώποις, hoc eſt, *canities eſt prudentia hominibus.* Carebat Prudentia, rerumque conſideratione adoleſcẽs; ideoque patrem optimum deſeruit. Chryſologus ſerm. 1. Adoleſcentior (inquit) erat iſte ſenſu, qui congregauit bona patris, & abijt longè, plus

A mente, quàm loco, &c. Vt D. Hieronymus ſcribit epiſtola ad Nepotianum; Adoleſcentia multa corporis bella ſuſtinet, & inter incentiua vitiorum, & carnis titillationes, quaſi ignis in lignis viridibus, ſuffocatur ſapientia, &c. Appetitiones iuuenum effrænatæ, ligna ſunt viridia; ab ijs ſapientiæ, & prudentiæ ignis, atque lux ſuffocatur, ſi mortificatio abeſt, virtus extinguitur, vitia agglomerantur. Iuxta

Adoleſcentia imprudens.

B ta illud Diui Baſilij Iſai. 3. Eſt adoleſcentia per quam leuis, & ad flagitia quæque apprimè mobilis. Item; vitiorum examina ſe agglomerant, & adiungunt iuuentuti, &c. Diuus Gregorius Neocæſarienſis verba illa Eccleſiaſtæ 11. verſionis Septuaginta interpret. *Adoleſcentia & ſtultitia vanitas eſt:* in ſua metaphraſi, ita interpretatur; Iuuentutis aſſecla eſt ſtultitia, ſtultitia autem ad exitium ducit, &c. Pro-

C uerbiorum 22. ait Salomon: *Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam, &c.* Veluti vinculis quibuſdam obſtricta eſt imprudentia, in pectore pueri, & iuuenis audacis. Hæc autem vincula, diſſoluit virga, & eruditio, pellitque inſipientiam. Quamobrem magnopere neceſſaria eſt puerorum, iuuenumque eruditio, ac diſciplina. Quod docet Plato, in Dialogo qui dicitur Euthyphron ſub

De puerorũ eruditione, & inſtitutione.

D perſona Socratis. Conſentaneum (inquit) eſt primam de ipſis iuuenibus curam ſuſcipere, vt quàm optimi euadant. Quemadmodũ decet agricolam nouellarũ plantarum primam curam gerere, tum verò de cęteris curandis rationem inire. Hæc ille.

Bonum eſt viro (ait Ierem. Thr. 3.) *cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua &c.* Viro igitur imponendum eſt iugum Chriſti ſuaue ab adoleſcentia,

E ceruix tenera dulci iugo aſſueſaciẽda eſt, vt tota vita illud facilè portet. Nam vt Salomõ docuit Prouerbiorum 22. *Prouerbium eſt; Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea, &c.* Et Iob 20. *Oſſa* (inquit Sophar) *implebuntur vitijs adoleſcentię eius, & cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua; parcet illi, & non dere-*

Digitized by Google

derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo, &c. Oſſa improbi hominis implentur *Conſuetudo vitiorũ.* vitijs adoleſcentiæ, quia vitia, quibus in adoleſcentia aſſueſcit, in ætate reliqua retinet, vſq; ad mortem; ita vt cũ eo in puluere ſepulchri dormiant, & in orco puniantur. Dulce illi eſt peccatũ, ideoq; relinquere illud nõ vult; parcit flagitijs, non expellit in animo ſed velut cibum dulce in ore, ſic vitia ſeruat, & verſat in animo. Contrà vero oſſa viri implentur virtutibus adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere virtutes dormiunt. Cùm enim dulcis ſit in ore, & corde eius virtus, retinet illam, & conſeruat ad mortem vſque. Lege epiſt. 7. Diui Hieronymi ad Lætam de inſtitutione filiæ. Difficulter (inquit) traditur; quod rudes animi perbiberunt. *Horat. in epiſt.* Lanarum conchylia, qs in priſtinum candorem reuocet? Recens teſta diu, & ſaporem retinet, & odorem, quo primum imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimum regem, orbiſque domitorẽ, & in moribus, & inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Hactenus Hieronymus.

Nauent igitur operam patres filiorum inſtitutioni, atque diſciplinæ; teneraq; & flexibili in ætate, ſolida collocent virtutis fundamenta. *Indulgẽtia pdis filios.* Caueant ne indulgentia, ac libertate, filios perdant; pecuniam verò minimè largiantur, quam diſſipent viuendo luxurioſè. Perdidit prodigum filium patris indulgentia, libertas, pecunia. Si pater petitioni, ac voluntati repugnaſſet, ſi liberum abire, & ſui iuris eſſe nõ permiſiſſet, ſi pecuniam non dediſſet, ſi ſub iugo ſuo atque obedientia retinuiſſet, in vitiorum voraginem filius non incidiſſet. Diſcant ex hoc patre patres, quas calamitates filijs nimia pariat indulgentia, pecuniarũ copia, effrænataq; libertas. Lege D. Gregoriũ Comment. li. 1. Regum, c. 14. ad illa verba Saulis: *Viuit Dominus, quia ſi p̃ Ionathan factum eſt, abſq; retractatione morietur.* Antiqui (inquit) patres, vt Deo placerent, ad mortẽ filijs ẽt non parcebant: Nos aũt eos, quos ſecundũ carnem diligimus, etiam tenui aſperi-

A tate verborum inſequi non audemus. Ecce Saul, qui ad regnum nutriebat filium, dicit, *ſi per eum peccatum factum eſt abſque retractione morietur.* Nos peccantes cernimus, & obiurgare peccantes aut nolumus, aut timemus, &c.

Exoritur quæſtio huiuſmodi, prudens hic pater, iniquitatis inſtrumẽta pecunias filio cur tradidit, liberumq; in certam perniciem abire permiſit? Rñdemus, patrem hunc ea ex parte, B qua Dei typus eſt, prudentiſſime egiſſe; ſignificat.n. hoc patris factũ, Deũ hominib. veluti filijs præclara dona elargiri, neminem verò cogere, ſed pro libertate arbitrij, vnumquemq; hominum, operari permittere, ſicut Hieronymus docet in epiſt. ad Damaſum: *Liberũ arbitriũ adſtruitur.* *Diuiſit* (inquit) *filijs ſubſtantiam pater*, i. dedit eis liberum arbitrium, dedit mẽtis propriæ libertatem, & vi viueret vnuſquiſque non ex neceſſitate, ſed C ex voluntate; vt virtus haberet locũ, &c. Theophylactus; permiſit Deus libere ingredi. Nullum enim cogit nõ volentem, vt ſibi ſeruiat, &c. Auctor ille cuius homilia de duob. filijs extat Tomo 2 Chryſoſtom. & Tom. 9. Hieronymus deſcribitur (ait) in iſtis duobus filijs, & euidenter oſtenditur libertas arbitrij, quam animæ rationali inſeruit Deus. Vide enim quomodo pater iſte, neque illum diſcedere vo- D lentem retineat; neque aliũ manere cupiẽtem cogat abſcedere, &c. Itaq; Dei largitio hac prudentiſſimi patris largitione, libertas arbitrij hac filij libertate adumbratur. Hanc aũt arbitrij libertatem, & Dei domũ D. Bern. ſerm. 81. in Cant. valde commendat. Arbitrij (inquit) libertas, planè diuinum quiddam præfulgens in anima, *Arbitrij liberũ commendatur.* tamquam gemma in auro. Ex hac nã que ineſt illi inter bonum, & malum, E inter vitam, & mortem, inter lucem, & tenebras, & cognitio iudicij, & optio eligendi, & ſi qua ſunt alia, quæ ſimiliter circa animi habitũ, ſeſe è regione reſpicere videant, nihilominus inter ipſa ceſorius quidã arbiter in diſcernẽdo, ita in eligẽdo liber. Vnde & liberũ nominat arbitriũ, ꝙ liceat verſari in ijs, pro arbitrio voluntatis. Inde hõ ad promerendũ potis! Vbi non

eſt

eſt libertas,nec meritũ:Propterea quę ſunt carentia rationeq; animalia; nihil merentur, quia ſicut deliberatione, ita libertate carent, neq; iudiciũ hẽnt quo ſe dijudicent,ſiue regant,ſed nec inſtrumentũ quidẽ iudicij, i. rationẽ. Inde eſt,quod non iudicantur, quia non iudicant.Hæc Bernardus.

Libro arbitrio vtenti homini neceſſariũ eſt Dei auxilium.

Illud verò animaduertendũ,neceſſariũ eſſe Dei auxilium, vt rectè poſſimus libero vti arbitrio. Vnde D. Hieronymus Ierem.18 Libertas(inquit) arbitrij,ita reſeruanda eſt, vt in oib. excellat gratia largitoris, iuxta illud Propheticum Pſal. 126. *Niſi Dominus ædificauerit domum, in Vanũ laborauerũt, qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem,in vanum vigilauit, qui cuſtodit eam. Non enim volentis,neque currẽtis. ſed miſerentis eſt Dei*,ad Rom. 9. ſic ille, D. Bernard.ſerm.85. in Cantica: Neque ſurgere(inquit)ad bonum,neq; ſtare in bono poſſumus, ſine Verbo.i. ſine Chriſto. Cuius manu erigeris,ipſius neceſſe eſt virtute tenearis. Itẽ: Qui ſtat,ſi non vult cadere, nõ fidat ſibi, ſed nitatur Verbo.Item: Fruſtra anima nititur,ſi non innititur,&c. humi repit hedera,vel viris,quæ celſæ arbori non innititur:humi repit liberũ arbitriũ,ꝙ Chriſti auxilio non fulcitur. Dat omnib.patrimonium pater,adoleſcentibus,viris,ſenibus,nulla n.ętas à virtute,& regno Dei excludit. Hoc autem patrimoniũ illius,qui dedit,opes, & cuſtodit,& augetur,ab eius ſi recedas tutela,nec cuſtodies patrimonium,nec augebis, quin potius culpa tua diſſipabis, ꝙ auxilio Dei conſeruas. Non putes culpã patris (ait Ambroſius)quod patrimoniũ adoleſcentiori dedit. Nulla Dei regno infirma ætas. Vtinam nõ receſſiſſet filius à patre,impedimẽtũ neſciſſet ætatis, &c.

Patrimoniũ à Deo datũ Dei cuſtoditur auxilio,& augetur.

Peregrè profectus eſt.

LIberum habebat arbitriũ adoleſcens,illo vtens,ſiue potius abutens, peregrè abijt. Obtulerunt ſe abeunti duæ viæ,virtutis altera,altera voluptatis,de quib. Dñs Matth.7 agit. Altera lata eſt,& ampla,altera anguſta,atque arcta. Adoleſcens temera-

Duæ via,lata, & arcta, homini ſe offerunt.

A rius,quonã viæ ducerent,non cõſiderans,anguſtã exhorruit,amplã,atque ſpatioſam amplexus eſt,i. viã voluptatis,peruenitq; in regionẽ longinq;, & infinito interuallo à patre ſeparatus eſt. Offerũt ſe nobis duę hę vię,virtutis arcta,voluptatis ſpatioſa; illa adũbrata aſperitate terret,hæc ficta amœnitate allicit. Si inſtar huius adoleſcentis,conſiderationẽ veluti ducẽ vię nõ adhibeamus, in terrã illã longinq. in
B q̃ ille peruenit,perueniemus. Adhibẽda ergo veluti viæ dux cõſideratio, q̃ veluti intẽto digito rectã oſtẽdat viã. Cõſiderandũ attente, quonã via lata ducat,quò ducat via arcta. Arctã viã, in regionẽ ducere oſtendet cõſideratio,q̃ omnib.diuitijs,voluptatib.delicijs; exundat;latã via in regionẽ lõginquã ferre indicabit, in qua fames eſt valida,omnium bonorũ diſſipatio, cruciatuſq; ſempiterni. Appetitũ &
C ſenſum ducem ſequimur, nõ intellectũ,ac cõſiderationẽ, ideoq; à via recta,toto cęlo aberramus, quẽadmodũ illi,quorũ hęc verba extant Sap.5. *Errauimus à via ueritatis, & iuſtitiæ lumẽ nõ luxit nobis,& ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis,& ambulauimus vias difficiles, viã autem Domini ignorauimus,&c.* Erramus à via veritatis,viã eligimus mendacij, quæ impietatis caligine oppleta
D eſt,iuſtitiæ luce caret. *Laſſamur in via iniquitatis,ambulamus uias difficiles,viam Domini ignoramus, quia ſol intelligentiæ non oritur nobis.* Eſt aũt ſol intelligẽtiæ, ipſa rerũ tũ tẽporaliũ, tũ æternarum cõſideratio. Quemadmodũ ſol illuminat,gubernatq; orbem, ſic cõſideratio illuminat, gubernatq; hominem. Tolle è mundo ſolem, omnia craſſis tenebris complebis; tolle ex homine cõſiderationem,totum hominem ter-
E ra caligine conteges. Cui ſol hic intelligentiæ oritur,is viam Domini, Domino iuuante, cernit, viam veritatis arctam eligit, latam ac ſpatioſam fugit. Intelligit enim arctæ aſperitatem cęleſti cum amœnitate eſſe coniunctam,ſpatioſæ amœnitatem, tartareã cum aſperitate eſſe permixtam.

Conſideratio via dux

Conſideratio ſol eſt intelligentiæ.

In

In regionem longinquam.

EN quò ducit via lata: In regionē à Deo longinquam. Sed quęnam quæſo regio à Deo longinqua eſſe poteſt? *Quò ibo à ſpiritu tuo?* (canit Pſalmographus Pſal. 138) *& quò a facie tua fugiam? Si aſcendero in cęlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades, ſi ſumpſero pēnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua &c.* Nonne vides Deum omnia complere loca, omnes regiones, tùm ſuperas, tùm inferas, tùm Orientales, quas diluculū indicat, tùm Occidentales, quas ſignificat mare, quod Occidentale Iudæis erat? *Si* (inquit) *aſcendero in ſuperas cæli regiones tu Domine illic es.* Si deſcendero in inferas regiones, ibi ades. Si ſumpſero alas meas, in ipſo diluculo, hoc ē, in ipſa Orientali plaga, & volauero vſque ad extrema maris Occidentalis loca occidentalia, in ijſq; habitauero, illuc in toto itinere tu es, meq́; duces, dexteraq́; tenebis tua. Quò igitur abijt adoleſcens hic, mentis inops? q̄nam terra eſt hęc à Deo longinqua? Iam reſpondi ſuprà huic quæſtioni, ipſum peccatum terram longinquam eſſe, à Deo maximè diſtantem. In omnibus regionibus Deus eſt, in peccati priuatione, & nihilo non eſt, è peccato ſummopere abhorret, peccatum ſummo habet odio. Diſtat à Deo peccatum interuallo infinito, quod homo percurrere nullo modo ſuis valet viribus; ideoq́; vt à terra hac longinqua reuertaī ad Deū, diuina ope indiget.

Peccatū terra eſt lōginqua à Deo.

D. Auguſtinus vt ſuprà diximus, terram longinquam Dei obliuionem eſſe ait: in regione longinqua ille eſt; qui Deum obliuiſcitur, quiq́; Dei pręſentiam non contemplatur, & oculos cuncta cernentes, quamobrem peccatorum cęno ſe non veretur inquinare, animiq́; opes dilapidare. Theophylactus; Profectus (inquit) eſt filius in regionem longinquam. Nam quādo egreditur homo à Deo, & ſe à timore Dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim Deo exiſtentes, nihil tale, quod interitu ſit di-

Obliuio Dei eſt terra longinqua.

A gnum, facimus, iuxta id quod dicitur Pſal. 15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.* Illo autem longè à nobis abſente, efficimur apoſtatæ, facientes, & ferentes peſſima quæque iuxta illud Pſal. 72 *Ecce qui elongant ſe à te peribunt.* Hæc ille. Geneſ. 4. *Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra &c.* Caini eſt à facie Dei egredi, ab amantiſſimo Patre in regionem lon-B ginquam diſcedere, habitareque in terra profugum à Domino: Hebraicè, וישב באריץ נוד *vaieſcheb beerets nod, & ſedit, ſeu habitauit in terra Nod*, נוד *Nod* autem teſte Hieronymo in quęſt. Hebr. ſignificat fluctuantem, inſtabilemque. Sic ſe peccator habet, egreſſus à facie, & oculis Dei, id eſt, a memoria Dei, oblitus Deum; in terra longinqua habitat fluctuans, atque inſtabilis animo. At iuſti non egrediuntur C à facie Dei, Deum non deſerunt, non obliuiſcuntur illius præſentis vultum atque oculos, omnia quæ fiunt intuentes, iuxta illud Pſal. 139. *Habitabunt recti cum vultu tuo, &c.* O habitationem votis omnibus expetendam; In cœlo habitant iuſti cum vultu Dei perſpicuè, & abſque velamine iugiter viſo: in terra habitant cum vultu Dei, atque præſentia per fidem ſemper conſpecta, quæ omne malum diſſipat, iux-D ta illud Prouerb. 8. *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo, &c.* Eundem in modum regum rex Deus, qui in cęleſti ſedet ſolio, omne peccatum diſſipat intuitu, vultu, præſentiaque ſua, ſi ſemper animo hęc voluatur cogitatio, 4. Reg. 3. *Viuit Dominus in cuius conſpectu ſto, &c.* ✝

Præſentia Dei quam expetenda.

Diſſipauit ſubſtantiam ſuam.

E QValis ſit peccati, & obliuionis Dei, longinqua regio, oſtendit parabola. Regio eſt bonorum omniū diſſipatrix: in hac enim regione prodigus filius diſſipauit ſubſtātiā ſuam. Subſtantia hominis Dei gratia eſt, & amicitia; cætera accidentia quædam ſunt, quæ, vt Dialectici loquuntur, adſunt; & abſūt, ſine ſubiecti corruptione. Hanc ſubſtantiam peccatum diſſi-

Subſtantia hominis ē gratia dei.

Peccatum diſſipat hominis ſubſtantiam.

pat,

Digitized by Google

pat, Deique obliuio. Subſtantia quoque hominis eſt bona conſcientia, virtuteſque omnes: hanc quoque ſubſtantiam regio hæc diſperdit. Qui enim peccatis ſe mancipat, Deùmque tradit obliuioni, conſcientiæ obliuiſcit, & virtutum, quas praui vitiorum habitus conſumunt. Non ſubſtantiam ſolum, ſed accidentia etiam, regio hæc abſumit. Opes enim ludis, comeſſationibus, libidine, pretioſis indumentis, litibus, iurgijs, ſimilibuſq; alijs rebus luxurioſè, prodigeque profundit; ipſos honores, infamia, ignominiaque commaculat; corporis incolumitatem euertit. Denique plena eſt regio hæc latronibus, *qui miſerum hominem ab Ieruſalem in Iericho deſcendentem ſpoliant, mille vulneribus afficiunt, ſemiuiuum q; relinquunt*, vt leges in altera parabola Luc. 10.

Viuendo luxurioſè.

HÆc regionis à Deo longinquę vita eſt, viuitur in illa luxurioſè, hoc eſt, prodigaliter. Quę prodigalitas maior excogitari poteſt, prodigalitate peccatoris? Nonne prodigus diceretur, qui pro vitrea gemma, centum aureorum millia profunderet? En peccator pro vitrea voluptate pluſquam quingenta aureorum millia prodigit, remque viliſſimam, ac turpiſſimam pretio emit inaudito. Etenim pro exigui temporis oblectatione, animam, quæ omnem ſuperat æſtimationem, diabolo mancipat, æternamque gloriam amittit. O execrandam prodigalitatem, cum ſumma coniunctam amentia; Præterea in regione obliuionis Dei luxurioſè viuitur, id eſt, libidinoſè; Nã corpus noſtrum equus eſt ferox, quem valido diuino timoris, ac iuſtitiæ fræno coercere, oportet, ne in barathrum libidinis ſe ſe agat præcipitem; in regione autẽ peccati, & obliuionis, nullum eſt huiuſmodi frenum. Siquidem obliuioni traditur Dei iuſtitia, & timor, iuxta illud Pſalm. 87. *Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis? &c.*

Peccator omnis prodigus eſt.

Peccatoris mira prodigalitas.

A In terra obliuionis caligine peccati oppleta, Dei mirabilia, æterna ſupplicia, iuſtitiaq; ſtupenda, quæ æterna pœna temporarium vlciſcitur peccatum, non cognoſcuntur. Si cognoſcerentur, cognitio hæc frænum eſſet aduerſus peccata acerrimũ. Itaque in hac regione longinqua, abiecto fræno, ad ſcelera currunt equi illi, de quibus Ierem. 5. legitur: *Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat, &c.*
B illi quoque qui Sapientiæ 5. *Coronemus* (inquiunt) *nos roſis, nullum pratum ſit, quod pertranſeat luxuria noſtra, &c.* Vt equi feſtinant ad flagitium libidinoſi, abſq; fræno. Vt boues tendunt ad victimam abſque prudentia, quod adoleſcens ille indicat, de quo Prouerb. 7. dicitur: *ſequitur eam* (id eſt fœminam) *quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans, quod ad vincula ſtultus*
C *trahatur, &c.*

In terra obliuionis inferi cognoſcuntur.

Is verò qui in regione gratiæ, & memoriæ Dei vitam agit, prudenter diuini timoris ſibi inijcit frenum, ne in ſcelus huiuſmodi agatur præceps. In regione hac vitam agebat Iob, cuius hęc ſunt verba cap. 31. *pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, &c.* Initium libidinis viſio eſt, & cogitatio, vt ex peccato Dauidis cõ
D ſtat; Bethſabeam vidit, cogitauit, lapſus eſt. At Iob & viſioni, & cogitationi murum oppoſuit; *pepigi* (inquit) *fœdus cum oculis meis, ne viderem virginem, neue de illa cogitarem.* Nam de illis cogitamus, quæ videmus; illa verò concupiſcimus, quæ animo voluimus. Qui libidinis obturare fontem cupit, cogitationem, aſpectumque obturat, fœduſque cum oculis init, vt ne cogitet quidem de huius vitij materia. Ec
E cleſiaſtici 9. *Virginem* (inquit) *ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius, &c.* Item: *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam: propter ſpeciem* (id eſt, formam, & pulchritudinem) *mulieris multi perierunt, & ex hac concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit, &c.* Addit Iob frænum: *Quam enim* (inquit) *partem haberet in me Deus deſuper, & ha-*

Timor Dei expellit libidinem.

Libido fugienda ab oculis incipiendũ, & cogitatione

Digitized by Google

hæreditatem omnipotens de excelſis? Numquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat, &c. hoc eſt; Aduerſus libidinem frænum timoris Dei inieci oculis, & cogitationi; illorum ſupplicia animo voluens, qui huiuſmodi ſcelus ſectantur. In ijs Deus partem nō habet, aut hæreditatem, ſed cacodæmon: libidinoſi.n. non ſunt Dei pars, aut poſſeſſio per gratiam; ſed cacodæmonis per peccatū. Præterea perditio æterna eſt iniquo, ac libidinoſo; eſt item illi alienatio, alienus eſt, ſiue alienigena à Deo, Deique bonis. Illa autem verba: *Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? &c.* frēnum indicant illud, de quo ſuprà diximus, i. Dei præſentię conſiderationem. Ipſe Deus, omnes vias, greſſus, cogitationes, verba, opera mea, contemplatur oculis cuncta cernentib. qūo ergo in oculis iudicis mei, libidini operam dare audebo? Iob imitetur quiſquis turpiſſimi vitij ſordes vult effugere, fræno compeſcat indomitum equum, i. corpus fræno, inquam, timoris Dei. *An neſcitis* [ait Paulus 1. Cor. 6.] *quoniā membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quē habetis à Deo? &c.* & cap. 3. *Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus, &c.* Corpora noſtra templa ſunt Spiritus ſancti. Quemadmodum à templo ſordes omnes abeſſe oportet; ſic à corporibus Chriſtianis. Templum dicatur Deo, diuiniſque rebus agendis, non prophanis ſic corpora noſtra Deo, Deoque gratis operibus, non ſordidis, atque iniquis ſunt dicanda. Quòd ſiquis templum Dei, id eſt, corpus ſuum, ſordibus libidinis compleuerit, ac violauerit, diſperdet illum Deus, æterniſque ſupplicijs cruciabit. Aug. Serm. 16. de verbis Domini: Ipſum (inquit) corpus tuum templum in te eſt ſpiritus Dei. Iam vide, quid facias de templo Dei, vide quid agas, vide, ne offendas templi habitatorem, ne deſerat te, & in ruinam vertaris, & cæt. ſi veſtes regis pretioſas meretrici donares, cerneretque Rex in meretricis indumenta, veſtes ſuas conuerſas, quo te ſupplicio afficeret? Plus eſt quod Paulus ait 1. Cor. 6. *Neſcitis (inquit) quoniam corpora noſtra membra ſunt Chriſti; tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? erunt enim inquit Geneſ. 2. duo in carne vna. &c.* Non veſtes in meretricia indumenta, ſed membra maximi Regis Chriſti, in membra conuertis meretricis, idque illo conſpiciente. Quo igitur ſupplicio dignus es, quicumque hoc facere audes? Mutemus mentem, membra Chriſti, id eſt, corpora noſtra, caſtiſſima, mundiſſimaque ſeruemus, Chriſtumque & Chriſti Spiritum in illis portemus; quòd eodem loco Apoſtolus docet, his verbis: *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro, &c.* glorificat Deum, portatque in corpore is, qui caſtimoniā ſeruat; qui verò libidini ſeruit, Chriſti membra meretricis membra facit, & in corpore, veluti effrænato equo portat cacodæmonem.

Dei præſentia frænat concupiſcētias.

Corpora noſtra tēpla Dei.

Membrum Chriſti corpus noſtrū eſt.

A B C D E

Facta eſt famès valida in regione illa.

HÆc eſt regiònis à Deo longinquę fertilitas; famem fert, non fęcūdas ſegetes aut ſaturitatem. Quis niſi inſanus ſaturitatem in regione peccati, & obliuionis Dei quærat? Fame, & inopia laborant omnes impij, etſi opibus, honoribuſque abundent. Abundat tellus aliqua ſpinis, herbiſque varij generis noxijs, frumentum non fert. Numquid hanc appellabis abundantiam, ac ſaturitatem? minimè. Frumentum enim hominum cibus eſt, non ſpinæ, aut variæ herbæ noxiæ. Eundem in modum, abundat hominis domus opibus, atque honoribus, caritatem, reliquaſque virtutes non fert. Numquid hanc vocabis abundātiam ac ſaturitatem? Minimè. Caritas enim & virtutes cæterę, hominū vera eſca ſunt, non opes, aut honores, qui temporis momento euaneſcunt. Non ſatiabor de mortalibus (ait anima apud Auguſt. Pſalm. 102.) Non ſatiabor de temporalibus, aliquid ęternum

Impij oēs laborant fame.

Fames mūdi.

Anima nō ſatiatur tēporalibus.

num

Digitized by Google

num donet Deus, aliquid æternũ concedat. Det mihi tres panes, &c. Tres autem panes, qui hominem ſatiant, quouſq; Luc. 11. amicus ab amico petit: *Amice* (inquiens) *commoda mihi tres panes, &c.* tres adumbrant Auguſtiſſimæ Trinitatis perſonas, ex ſententia Auguſtini eodẽ pſal. Deus ſatiat, Trinitas opulentiſſima ſatiat; creaturę ſatiare non poſſunt. D. Bernar. in ſerm. de verbis Petri; *Ecce nos reliquimus omnia*, Nec amator (inquit) pecuniæ, dicet aliqñ, ſufficit; nec libidinoſus ſatiabitur voluptate; ſic & crudelis quiſq; ſemper ſanguinem ſitit, & ambitioſus, aut cupidus laudis humanę, adeptis dignitatũ titulis, ſeu fauorib. nullum exinde capit omnino remedium ſed deſiderio æſtuat ampliori. Minus autem inuenit requiem, qui ſibi placere cupit, & ſuis, i. quibuſdam fatuis de ſemetipſo teſtimonijs gloriatur dicens; *Manus mea excelſa, putans ſe ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, &c.*

S. Trinitas nos ſatiat.

Eodem loco idem ſanctiſſimus Pater regionis huius longinquæ incolas graphicè depingit fame cõfectos, hũc in modum: Vidi ego (inquit) aliquando quinque viros, quidni phreneticos arbitrer? Primus ſiquidem, buccis tumentibus, marinam maſticabat arenam Secundus, ſulphureo aſlans lacui, exhalantem teterrimum, fœtidiſſimumque geſtiebat haurire vaporẽ. Porro tertius fornaci incubans vehementer accenſæ, micantes ſcintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur. Quartus ſuper pinnaculum templi reſidens, lenioris auræ ſpiritum aperto attrahebat ore; Et ſi quo minus influere videretur, flabello ſibi uẽtum ipſe ciebat, ac ſi totum ſperaret aerem deglutire. Quintus, ſeorſum poſitus ridebat cæteros, ipſe quoque ridendus, & maxime. Proprias enim carnes fugere incredibili quodam ſtudio laborabat, nunc manus, nunc brachium, nũc alias partes applicans ori. Miſeratus hoies, cauſam que miſerię ſciſcitatus à ſingulis, vnã eſſe reperio, validiſſimam vtique famem Hæc ille. Hoc ænigmate depingitur fames regionis longinquæ. Primus ille vir, qui arenã mãdebat, amator eſt diuitiarũ; diuitijs veluti arena ſe ſatiare vult. Secundus libidinoſus, fœdiſſimo libidinis vapore ſe cupit ſaturare. Tertius iracundus, ac crudelis, ſcintillis ex fornace iracundię prodeuntibus, inediam ſuam conatur extinguere. Quartus ambitioſus, aura, ſiue aere honorũ, ſe paſcit. Quintus ſibi placens, magniq; ſe faciens, dũ ſe ipſum fugit, laudatq; inaniter, famem fruſtra nititur explere. Quid (inquit Bernardus hæc proſunt? Non ſunt naturales cibi, magis famẽ hęc prouocant, q̃ extinguunt. Panis namq; animæ iuſtitia eſt, & ſoli *beati qui eſuriunt illam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis, cæteris omnib. occupari poteſt, repleri omnino non poteſt. Capacem Dei, quidquid Deo minus eſt, non implebit, &c.

Fames mũdanorũ eleg ãter explicata.

Auarus libidinoſus, iracũdus, ambitioſus famem nõ explent.

Cibi tales non explẽt famem.

Anima rationalis à ſolo Deo repleri poteſt.

Et cœpit egere.

Terra à Deo longinqua, terra eſt inopię. Vnde illud Auguſtini, in libro ſoliloquiorũ tom. 9 c. 13. Omnis copia, quæ non eſt Deus meus, mihi eſt egeſtas, &c. item, heu miſeria ſuper miſeriam; cũ miſera anima mea, à te refugit, cum quo ſemper abundat, & gaudet; & ſequitur mundum, cum quo ſemper eget, & dolet, &c. Impius filius, *cœpit egere*, in terra egeſtatis. Incipiunt hic egere impijs in tartaro autem ad ſummam perueniunt egeſtatem, illam videlicet auari diuitis, Lucæ 16. qui guttam aquæ petijt ab Abrahamo, neque impetrauit. Quiſnã ita egenus eſt, vt gutta careat aqua? Impius in tartaro O egeſtatem inauditam.

Terra peccati terra inopiæ.

Adhæſit vni ciuium regionis illius.

Impiorũ in regione longinqua herus eſt Diabolus, iuxta illud Iob. 41. *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, &c.* Item Rex eſt ſuper filios luxuriæ, cæterorumq; vitiorũ: quoniã deſerto Deo, impiobi hoies cacodęmonis voluntati obtemperant, ac ſi rex eſſet, & Dñs. Ideò Apoſtolus Dæmones, ad Epheſ. 6. *rectores* appellat *mundi, & tenebrarum,*

Herus impiorum dæmon.

brarum; hoc eſt, eorum hominum, qui mundi voluptates ſectantur, & in tenebris ſcelerum vitam propagant, & Ioan. 12. Chriſtus Diabolum *principem mundi* vocat. Hoc autem loco dicitur *ciuis regionis illius longinquę*, i. peccati, in quam, Deo derelicto, prodigus ſe contulit. Eſt enim ęternus ciuis peccati Diabolus. *Adhæſit* (inquit) *vni ciuium regionis illius*. adhęrent impij diabolo, ac vitijs, ita, vt difficillimum ſit eos auellere. Vt. n. ait Salomon Eccl. cap. 1. *peruerſi difficile corriguntur, &c.* Voluptatis dulcedo gluten eſt, quo adhærent egregio ſuo hero hi egregij famuli; ideò auelli nolunt, quia fortiſſimo hoc glutine, cum vitijs conglutinati ſunt. Hinc illud Senecę epiſt. 98. Quod (inquit) pleroſque inemendabiles facit; omnium aliarum artium peccata artificibus pudori ſunt, vitæ peccata delectant, &c. Illud quoq; D. Tho 1. 2. q. 73. art. 5. peccatum luxuriæ eſt maximæ adhærentiæ, & difficilè ab eo homo poteſt eripi, inſatiabilis eſt enim delectabilis appetitus, &c. Tolle à peccatis delectationem, tolle gluten, ſi à peccato diuelli vis, hoc eſt, cogita peccati, non delectationem, ſed amaritudinem, iuxta illud Salomonis Prouer. 5. *fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthiũ, & acuta quaſi gladius biceps, &c.* conſidera abſynthium, & fel ſempiternum, ſi vis auelli à dulcedine mellis momentanea. Si vis à dulci principio peccati ſeparari, ante mentis oculos illius propone finem horrendum, atque amariſſimũ.

Peccatis adhærent impij propter gluten voluptatis.

Luxuria peccatũ eſt maxima adhærẽtia.

Miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos.

HÆc ſunt regionis à Deo longinquæ ſtudia, eius exercitationes, & occupationes; porcos paſcunt, qui in ea vitam traducunt. Quid ſimilius porcis eſt, quam hominis appetitus carnales, prauique affectus? porci perpetuò terram verſant rostro; praui quoque affectus nihil præter terram voluunt. Sus cęno oblectatur; praui affectus oblectantur vitiorũ luto. Porci numquã ruminant; carnis affectus;

Appetitus carnales ſimiles porcis.

A carnaleſq; homines, numq̃ cõſiderãt. Hos porcos incolę regionis lõginquæ paſcunt, qm̃ carnis affectib. obſequũtur, & vt eſt in Pſ. 72. *tranſierunt in affectum cordis, &c.* trãsfugę ſunt ex caſtris rationis; tranſeunt ac transfugiunt in caſtra carnalis affectus. Carnem paſcunt, animã negligunt. Iob 23. *Pauit ſterilem, quæ non parit, & viduæ bene non fecit, &c.* Ex ſententia D. Gregorij, ſterilis eſt caro impij, quæ non virtutes,
B ſed vitia parit, vidua eſt anima, q̃a viduæ ſimilis, ſolatio, curaq; viri carentis. Improbus ſterilem paſcit carnem eiuſq; porcos, i. appetitus; viduæ animæ non bene, ſed malè facit. Nam animam viduam facit, priuat enim ſponſo Chriſto, præterea fame conficit, q̃a ſpiritualem cibum numquam prębet, vulneribus afficit, quia ſcelerib. ſauciat. Iniquus (ait D. Greg. Iob. 24) ſterilem paſcit. & viduæ benè facere ne-
C gligit; quia carnis deſiderijs ſeruiens, curam animę, vitamq; cõtemnit, &c. Pauit prodigus carnem, eiuſque porcos, i. appetitus prauos; quid ei emolumenti peperit? *Cupiebat* (inquit Dñs) *implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat &c.* Videlicet, quia ſterilis eſt caro, famẽ parit non ſaturitatem. Vbi nam eſt merces prodigi? *Adhæſit vni ciuium regionis illius*, Dominum habet, & tamen cibo
D caret, porcorum ſiliquis inhiat? Vbi laboris eſt ſtipendium? *ſtipendia peccati mors*; ait Paulus ad Rom. 6. hoc ſtipendium cacodæmon ſoluit ſeruis, qui illi adhærent, & in regione longinqua peccati, Deique obliuionis, conciues ſunt. Aliter dici poteſt, porcos cacodęmones indicare, vt ſupra diximus. Paſcit ergo impius homo porcos, id eſt, cacodæmones, ſceleribus ſuis; hæc enim horum porcorum ſagina eſt, iux-
E ta illud Chryſologi Serm. 5. Dęmones ſemper corporum vitijs ſaginantur, & ſordibus, &c.

Impius carnem paſcit non animã Dæmones

ſaginantur vt porci peccatis Chryſologus.

Cupiebat implere ventrem de ſiliquis, quas porci manducabant.

QVid ſiliquę ſignificent ſuprà diximus, addam hoc loco Hieron.

verba

verba ex epiſt. ad Damaſum citata. Poſſumus (inquit) & aliter ſiliquas interpretari. Dæmonum cibus eſt, carmina poetarũ, ſecularis ſapientia, Rhetoricorum pompa verborum. Hęc ſua omnes ſuauitate delectant, & dum aures verſibus, dulci modulatione currẽtibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt. Verùm vbi cũ ſummo ſtudio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud niſi inanem ſonitum, & ſermonum ſtrepitũ, ſuis lectoribus tribuunt: nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla refectio iuſtitiæ reperitur. Studioſi eatum, in fame veri, & virtutũ penuria perſeuerat, &c.

Poetarum carmina ſunt cibi dæmonum.

Ethnicorum poemata, ac libros, ſiliquas, & porcorum cibos eſſe, ait Hieronymus. Quid igitur, non ſunt legẽgi? legendi quidem ſunt Ethnicorum libri, nõ quidem laſciui, ac turpes, ſed ij, qui aliquid vtilitatis, non laſciuiæ Chriſtiano afferre poſſint. Quo autem modo ſint legendi, Hieronymus docet, propoſita ſimilitudine, ex lib. Deuteronomij, capit. 21. quo loco præcipit Dominus, vt captã in bello pulchram fœminam, vxorem ducere nemo audeat, niſi prius cæſariẽ raſerit, vngues circumciderit, veſtemque, in qua eſt captã, depoſuerit. Idem in libris Ethnicorum faciendum, radenda ſunt, & explodenda multa, quæ à Chriſtiana fide, vel caſtitate abhorrent, multaque circumcidenda inutilia. Audiamus Hieronymum: Quando (inquit) philoſophos legimus, quando in manus noſtras libri veniunt ſapientiæ ſæcularis, ſi quid in eis vtile reperimus, ad noſtrum dogma conuertimus; ſi quid verò ſuperfluum, de idolis, de amore, de cura ſæcularium rerum, hæc radimus, his caluiciũ inducimus, hæc in vnguium morem ferro acutiſſimo deſecamus, &c. Lege D. Baſiliũ hom. 24. cui titulus eſt: Quomodo adoleſcẽtes ex Gentilium doctrinis proficiant. Velut apes (inquit ille) non omnibus floribus ſimiliter inſident, neque ex eis, ad quos accedunt, omnia auferre conãtur; ſed quarum ipſis ad opus neceſſarium fuerit, comprehendentes, reliquum dimittunt. Nos etiam quantum congruum nobis, propinquum

D. Hieron. Libri ethnicorum, quonam modo ſint legendi. D. Hieron. Deut. 21.

Ex libris profanis vtilia eſt capi poteſt.

D. Baſilius

A que veritati, ex libris Gentilium fuerit, perſequamur, reliquum prætereamus. Et ſicut in colligendis roſis, ſentes vitamus, ſic in talibus ſermonibus, quidquid eſt vtile carpentes, noxium vitemus, hæc Diuus Baſilius.

Sunt etiam, vt ſupra diximus, hæreticorum libri, porcorum ſiliquæ, inanem ſonitum, verborumque ſtrepitũ lectoribus tribuentes, vt cum Hieronymo loquar. Hi maximè cauendi, ne
B bonos mores, animos, fidemque corrumpant. Perditi hæretici alios conantur perdere; ſed quemadmodum aliarum ætatum, ſic & noſtræ huius impij nouatores euaneſcent. Iuxta illud D. Gregorij Nazianzeni, epiſtol. 33. ad Greg. Nyſſenum. Non (inquit) ita graue putandum eſt, quod recaluerint hęretici; ac veris amænitate freti, ex latebris ſuis prorepũt, vt ipſe ſcribis: Paulum mihi crede ſibilabunt, ac poſteà
C in terra ſe abdent, tum à veritate, tum à tempore opugnati, &c. ſibilant nunc ſerpentium inſtar hæretici; tartareo hæreſeon ſibilo. Paulum ſibilabunt, in tartareas cauernas, tandem baſilici, draconeſque virulenti ſe abdent, æternis cruciandi flammis.

Hæreticorũ libri ſunt porcorum ſiliqua.

D. Greg. Nazian.

His abiectis libris, laſciuis, cæteriſque huiuſmodi, libros eos lectitato, qui de cœleſtibus, æterniſque rebus agunt. Hi mores Deo iuuante efforD mant, animum inflammant, virtutẽ edocent. Vide quæſo in pectore Auguſtini ante Baptiſmum, quãtam habuerit vim, lectio libri Ciceronis, qui non extat: Hortẽſius ille dicebatur, ex hortationemque continebat ad philoſophiam lib. 1. confeſſ. capit. 4. Ille liber (ait Aug.) mutauit affectum meũ, & ad te ipſum Domine mutauit preces meas, & vota, ac deſideria mea fecit aliâ; viluit mihi repente omnis vana
E ſpes, & immortalitatẽ ſapientiæ concupiſcebã, æſtu cordis incredibili, & ſurgere iam cœperam, vt ad te redirẽ &c. Incredibilem æſtum in corde Auguſtini liber ille excitauit, mutauit affectum, mutauit deſideria: Denique vnus liber ethnici auctoris exhortationem continens ad philoſophiã, mutauit Aug. Si mutari vis, ſanctos perlegito libros, ſãctaſque ad vitã ſãctiè degẽ

Legendi libri de ſanctorum vitis conſcripti, & ſimiles.

D. Aug.

Digitized by Google

dam exhortatione. Porcorũ ſiliquas porci edant: tu, ſi ſapis, cęleſte manna comede.

In ſe autem reuerſus.

PRofuit prodigo fames, profuit ſupplicium. Iam de relinquenda terra peccati longinqua cogitat, & reditu ad patrem meditatur. *Res aduerſa ad Deũ reducunt peccatorem.* Fames duxit fratrem ad Ioſeph fratrem, Gen.42. fames nũc ducit filium ad patrem: fames reuocat (ait Chryſologus ſer.2.) quem ſaturitas exulem fecerat. *Oſeæ 2.* Oſeas 2. *Ego* (ait Dominus) *ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, &c.* Quorſum Deus ſepit viã ſpinis, maceriamq; opponit deſiderijs animæ? nimirum, vt ad ſe animam vagantem reuocet. Vnde ſequitur: *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis, quàm nunc.* Sic prodigus reuocatus eſt: fame, paupertate, & ignominia veluti ſpinis, ſeptæ ſunt illius viæ, & dixit; *Vadam & reuertar ad patrem meum, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc.* Animam meã tu pungebas (ait Auginus lib.6. confeſſ. cap.6.) vt relictis omnibus conuerteretur ad te, &c Item inhiabam honoribus, lucris, coniugio, patiebar in eis cupiditatibus amariſſimas difficultates, te tanto magis propitio, quanto minus ſinebas mihi dulceſcere, quod non eras tu, &c. *Miſericordia Dei nos pungit vt reuertamur.* Nam propitius Deus ſpinis nos pungit, vt ad eũ reuertamur, non ſinit nobis dulceſcere mundum miſericors, ne mundo adhæreamus, amaras permiſcet difficultates, vt veram dulcedinem quæramus. Sic punctus ſpinis in ſe reuerſus eſt prodigus, & ad patrem redijt. *In ſe* (inquit) *reuerſus, &c.*

Verberantur inſanij, vt in ſe reuertantur; ſic verberatus eſt inſanus hic filius, vt in ſe reuerteretur. Profuerũt inſano verbera, recuperauit mẽtem. Væ illis, qui verbera tolerãt mentem verò non recuperant. Væ amentibus, qui à Deo percutiuntur, neq; tamen in ſe reuertuntur; cuiuſmodi illi erãt, de quibus dicitur Ieremiæ 2. *ſine cauſa* *Ier 2. & 5.*

A *percuſſi filios veſtros; diſciplinam non receperunt.* & Ierem. 5. *percuſſiſti eos (Domine) & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reuerti, &c.* Nazianzenus Gregorius, in oratione de plaga grandinis; *D.Gregor. Nazian.* paternæ (inquit) beneuolentiæ argumentum eſt increpatio. Contra anima, quæ admonitionis, & caſtigationis expers eſt, incurabilis manet, item: B Non graue eſt plagis effici; ſed plagis meliorem non fieri grauiſſimum, & acerbiſſimum eſt. In ſe reuerſus dicitur plagis affectus prodigus, quia à ſe ipſo diſceſſerat. *Impius a ſe ipſe diſcedit* Etenim à ſe ille diſcedit, qui a Deo diſcedit; in ſe redit, qui redit ad Deum. Ambroſ. Luc.15 qui recedit a Chriſto, ſe ſibi abdicat; qui ad Deum regreditur, ſe ſibi reddit, &c. Chryſologus ſerm.1. in ſe ante redit filius, vt rediret ad patrem; qui a ſe ante receſſerat, C cum receſſit a patre, &c. Theophylactus. Qui non gubernatur ratione, ſed præter rationem viuit, & abſurda alia exorditur, extra ſe ipſum eſt; & non manet in ſua ſubſtantia, hoc eſt, ratione, &c. Ego (inquit Auguſt. lib.5. Confeſſ. cap.2.) & a me diſceſſeram, nec me inueniebam (Domine) quanto minus te, &c.

D *Quanti Mercenarij, in domo patris mei abundant panibus.*

QVid boni habeat ſanitas (ait Hieronymus epiſt. 26. ad Pammachium) languor oſtendit; plus ſentimus, quod habuimus, poſtquam habere deſinimus, &c. Quid boni haberet ſaturitas, fames oſtendit prodigo; plus ſenſit quod habuit in domo patris, poſtquam habere deſiuit, E quamdiu opes habuit, paternæ domus non recordabatur; famé oppreſſus, etiam panis mercenariorum meminit. Ephraim, & Manaſſes fratres fuere filij Ioſeph, Geneſ.41. ſignificat autem nomen, *Ephraim frugiferum*, vel *creſcentem*; nomen *Manaſſes*, *obliuionem* ſonat. *Abundantia parit obliuionem Dei.* Vnde illa verba intelliges Gen. 41. *nomen ſecundi* (ſcilicet filij) *Ioſeph vocauit Ephraim, dicens: creſcere me fecit*

Deus

Digitized by Google

Deus in terra paupertatis meæ, &c. Et illa; A *vocauitque nomen primogeniti Manaſſes dicens: obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei, &c.* Nam quia Deus in Aegypto ad ſummam dignitatem Ioſeph extulit, obliuiſcique fecit laborum, quos pertulerat, paternæque domus, filium primogenitum appellauit Manaſſes, id eſt, *obliuionem*. Quia creſcere illum fecerat diuitijs, & honoribus in terra Aegypti, filium ſecundum Ephraim nominauit, id eſt, creſcentem, ſiue frugiferum? Itaque fratres ſunt, Ephraim, & Manaſſes; & ſorores ſunt, abundantia, & obliuio. Quamdiu ſatur fuit noſter prodigus, paternæ domus oblitus eſt, poſtquam fame eſt oppreſſus, veniunt in memoriam panes quibus mercenarios ſuos Pater alit. Reuerſus in ſe conſiderare cępit, quanta in miſeria vitam duceret is, cuius Pater mercenarios abundè ſatiabat.

A conſideratione cœpit. Qui conſiderationi ſui, & Dei non vacat, extra ſe eſt, qui ſe ipſum explorat, Deumq; contemplatur, is eſt apud ſe. In ſe reuerſus prodigus, protinus conſiderauit, ſtatumque ſuum miſerrimum, cũ ſtatu illorum contulit, qui in domo viuebant paterna. *Mercenarij* (inquit) *Patris mei panibus abundant: ego autem hic fame pereo*. Hoc eſt pęnitentis hominis, calamitoſiſſimum, miſerrimumque ſtatum peccati agnoſcere, & cum celſiſſimo, nobiliſſimoque gratiæ ſtatu cõferre, quam celſo ex loco, in profundum peccati barathrum ceciderit conſiderare, & de profundo hoc barathro, vt liberetur, ad Deum clamare, illis verbis Pſal 129. *De profundis clamaui ad te Domine, &c.* In quẽ ſcribens magnus Greg. Attendat (inquit) vnuſquiſq; in quo profundo iacet, & quã longe a Deo peruerſe agens effectus ſit; & clamet ad Deum donec de tenebris profundi erutus, ſuperno illuſtretur lumine, & claritate perfruatur cognitionis diuinæ, &c. Geneſ. 3. Rogat Dominus Adamum: vbi ſit; *Adam* (inquit) *vbi es*: Quæ verba D. Baſilius Pſal. 114. ſic explanat: Volebat (inquit) Deus, vt Adam ſecũ recogitaret, qualis ex quali factus eſſet. *Vbi es?* Quaſi dicat: In quã incidiſti ex tanta ſublimitate ruina, &c. ſimiliter D. Ambroſius lib. de paradiſo c. 14. *Adam* (inquit) *vbi es*, non in quo loco quæro; ſed in quo ſtatu, &c. Quęrat ſimiliter a ſe peccator; *Adam vbi es?* reſpondeatque ſibi; in regione longinqua es, a Deo, boniſq; omnibus ſeparatus, in regione ſterili, miſerrima, plena eſurie, cacodæmonis ſeruus, porcos paſcens: *Mercenarij in domo patris tui panibus abundant, tu autem in regione hac fame peris*. Surge reuertere ad patrem tuum. Apoc. 2. Epiſcopo Epheſi ait Dominus: *Memor eſto, vnde excideris, & age penitentiam, &c.* Excidit peccator ex celſiſſimo gratiæ cacumine in profundam peccati voraginem: ergo meminerit, vnde exciderit, & in quam voraginem inciderit, vt horrẽdam voraginem fugiat, amiſſumque nobiliſſimum ſtatum conetur recuperare.

Conſideratio ſui, & Dei quid ſaciat.

Pſal. 129.

Status peccati.

Gen. 3.

D. Baſi.

D. Ambr.

A B C

Surgam, & ibi ad patrem meum.

PEccatorum eſt iacere (ait Hieronymus epiſt. citata ad Damaſum) iuſtorum ſtare eſt, &c. Oſeæ 14 *Corruiſti Iſrael in iniquitate tua, &c.* Iacebat ergo prodigus filius, & veluti porcus in cęno vitiorum volutabatur; in ſe autem reuerſus, & ex porco in hominem cõmutatus, ſurgit a peccato, & ad patrem ire decernit. Chryſologus ſer. 2. Iacebat [inquit] qui dixit: *Surgam*, intellexit lapſum, ſenſit ruinam, iacere ſe turpis luxuriæ reſpexit in lubrico, & ideo exclamat: *Surgam &c.* Aduerte tamen, non potuiſſe ſurgere proprijs viribus; auxilio enim præuenitur Dei, qui in peccato iacet, Deique auxilio fultus ſurgit. Sine gratia nemo peruenit ad gratiam, hoc eſt, ſine Dei auxilio nemo aſſequitur iuſtificationem. *Surgã* [ait] *& ibo*, auxilio fretus patris. Neq; vires mihi ſunt, quibus valeam ſurgere, neque pedes, quibus ex hac longinqua regione ad patrem, abſque eiuſdem ope, iter, poſſim facere. Attamen benignus pater eſt, nemini negat auxilium: *Surgam, & ibo*, ibo, inquã *ad patrem meum*. Pater eſt, miſericors eſt, patris habet viſcera; etſi egõ ma-

D. Hieron.

Oſea 14.

Chryſolog. Peccator ſurgit à peccato, in quo iacebat.

Auxilium Dei.

D E

lus, ille tamen ſemper bonus eſt. Illius fretus miſericordia. *ſurgam, & ibo.* Qua ſpe ſurges, & ibis? Qua confidentia? Rogat Chryſologus ſerm. 2. reſpōdet prodigus eodem loco: Illa ſpe *ſurgam, & ibo, qua pater eſt.* Ego perdidi, quod erat filij; ille, quod patris eſt, nō amiſit Intus eſt in patris pectore, qui exorat affectus. Vrgentur patris viſcera, iterum filium genitura per veniam, &c.

Chryſolog.

Pater, peccaui in cęlum, & coram te.

Audet corā patre comparere prodigus, ſed comite pęnitentia, ac patrona.

PRopone ob oculos adoleſcentem ſqualidum, ſordidatum, męſtum, fame confectum, macilentum, pallidum, inopem, pānoſum, denique porcorum paſtorem. Is coram patre nobiliſſimo, opulentiſſimoque, poſt multa perpetrata eo ſciente ſcelera, comparere audet; neque verò patris timet furorem, neque veretur, ne fortè vel cum ignominia à domo repellatur, vel mille flagellis laniatus, pęnas ſcelerū dare cogatur. Non mirum, ſi comparere audet; fert ſecum patronam, aduocatamque eximiam, pęnitentiam, hāc ſcit patris furorem lenire, ſcelera omnia delere, flagitioſumque filiū in patris gratiam poſſe reſtituere. Vbi in conſpectum patris venit, ad pedes illius ſe abijcit, dolore perculſus graui, pudore ſuffuſus, lacrymis ora rigans, *Pater* (inquit) *peccaui in cœlum. & coram te.* Oſeę 14. *Tollite* (ait) *vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, &c.* Vt reuertantur ad Deum, Iſraelitis ſuadet Propheta, verbaque afferant, id eſt, preces; formamque dictat poſtulandi, & veluti libelli ſupplicis: *Dicite* (inquit) *ei: Omnem aufer iniquitatem, etc.* Similiter prodigus tulit ſecū antè cogitata verba, & veluti ſupplicem libellum patri obtulit: *Pater* (inquit) *peccaui in cœlū, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus, &c. Præueniamus faciem Dei in confeſſione* ait Auguſtinus in lib. de ouibus, cap. 6.) præueniamus eum, ne ipſe nos præueniat. Præueni, antequam præueniaris, &c. Hoc præſtitit prodigus; pręuenit patris faciem in confeſſione, ne præueniretur in ſupplicio. *Folia, ficus pri-*

Pœnitentia vis.

Oſeas 14.

Pſalm. 94.

D. Auguſt.

Confeſſio peccatorum qualis eſſe debeat.

A *mi parentes conſuerunt, & fecerunt ſibi perizomata, ſiue ſuccinctoria.* Geneſ. 3. Prodigus verò foliorum repellit perizomata, id eſt, omnia excuſationum velamina, abſque excuſatione vlla, peccata. *Pater* (inquit) *peccaui.* Adam fragilibus folijs ſe texit, cum Deo reſpondit: *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Eua velamentum culpæ adhibuit, cum dixit: *Serpens decepit me.* Penitens noſter neque ait: *Pater,* B *ſubſtantia, quam dediſti mihi, me perdidit,* Adamum patrem ſequens: neque ait: *Diabolus ſeduxit me;* Euam matrem imitans: ſed; *Pater peccaui in cœlū, & corā te.*

Geneſ. 3.

In terram abierat ille longinquam in terra tamen longinqua peccabat coram patre: quia & ſi patrem deſerere potuit, oculos tamen patris non potuit fugere. *Peregrè profectus ē* (ait Chryſologus ſer. 2.) *& in regionem longinquam* fugit; ſed accuſatores ſuos, ſed teſtes C ſuos, diuini Patris oculos, non refugit &c. Similem in modum Dauid peccata fatetur Pſalm. 50. *Tibi* (inquit) *ſoli peccaui, & malum coram te feci, &c.* Pauca verba ſunt, ſed magnum continent cordis dolorem, & renouandæ vitæ decretum conſtans. *Peccaui* (inquit) *coram te.* Quaſi dicat: Quis corā Iudice peccare audet? Quis audet in ipſis oculis Regis Regem offendere? O me inſanum, qui coram Iudice omnia contēplante, D turpiſſima ſcelera committere auſus ſum. O me amentem, qui in ipſis Regis ſummi oculis, Regem Regū, Patremque optimum offendere non formidaui.

Dei oculos nemo poteſt fugere.

D. Chryſol.

Pſalm. 50.

Pater, memento te eſſe Patrem, ne memineris te eſſe Iudicem; miſericordiam indue Patris, ſeueritatem exue Iudicis; Patrem appello, non Iudicem Cùm verò appello Patrem, viſcera paterna, paternam benignitatem, manſuetudinemque inuoco, atque poſtulo E Ego quidem *non ſum dignus vocari filius tuus:* quia filij reuerentiam, modeſtiā, tantoque Patri debitam caritatem minimè ſeruaui. Non ſum dignus appellari filius. Tamen appello te Patrem. Nam & ſi propter ſcelera mea amiſi nomen filij, tu erga pænitentes Patris clementiam, lenitatemque non amiſiſti. Clemētiā, & viſcera flagito Patris;

Patris vox quam hic vim habeat

ſtatum

Digitized by Google

ſtatum vero non peto filij, ſed mercenarij: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis*. Peccaui, doleo valde: de peccatis actum eſt. Peccaui, ſed non peccabo. Præterito tempore flagitijs me inquinaui, futuro tempore, omni animi conatu flagitia omnia cauebo, ac deteſtabor.

Vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt.

Quomodo prodigũ pater exceperit. QVid prodigus fecerit, vidimus; quid pater fecerit, iam videamus. Filium procul vidit, vt ſupra diximus, peccatis onuſtum, ſqualidum, pannoſum, inopem, omni honore, opibuſque, quas tradiderat, ſpoliatum. O luctuoſum, & acerbum ſpectaculum: Quidnam hoc luctuoſo, & acerbo ſpectaculo cõmotus pater egit? Nunquid filij conſpectum fugit? Nunquid indignatus eſt? Furoreq; concitus flagella popoſcit, quibus meritas pœnas de ſcelerato ſumeret? Minimè. Non eſt indignatus pater, non infremuit, non ſeuis filium verbis arguit, poſt multa ſcelera cõmiſſa, omnibus dilapidatis bonis, redeuntẽ non minatus eſt verbera, aut abdicationem. Quid igitur fecit? O rem admirabilem: Venienti proceſſit obuiam, curren ſque, ſupra collum eius cecidit, amplexuque circundedit, & oſcula fixit. Neque hoc ſatis: ſeruis imperauit, vt magna properatione, primam afferrẽt ſtolam, pannoſum ſplendida exornarent veſte, calceis induerent, annulumq; pretioſum digito inſererent. Poſt hęc, vitulũ ſaginatum occidit, opiparumque exhibuit conuiuium, quòd ſaluum filium recepiſſet. O Dei viſcera clementiſſima: *Dei benignitas.* Obuiam procedit peccatori, vt illum iuuet auxilio, currit, & ſuccurrit, ſupra collum cadit, iacentem erigens, amplexu frigidum fouet, oſculis amorem excitat. Supra collum cadit, veluti torques auro, gemmiſq; rutilans; amplexu veluti aurea catena, filium alligat, oſculis veluti amoris glutino, ſibi conglutinat: nudum exornat, vitulo ſaginato, vires, roburque confert. Amorem omnia ſpirant, benignitatem, & clementiam ſingu-

A larem. Exclamat hoc loco, & merito quidem Euthymius his uerbis: O ae- *Euthym.* mirandam reconciliationem: Quid dicam, aut quid loquar de ineffabili Dei benignitate? Nam vbi immenſum illius pelagus reſpicio, ſermo mihi præciditur, neque quid loquar, mihi reliquum eſt. Solum autem hoc clara, ac libera voce clamo, quòd res magnas efficit pœnitentia, &c. Res quidem magnas efficit pœnitentia, vt *Res magnas efficit pœnitentia.*
B parabola hæc indicat. Nam peccatorem è regione peccati maximè longinqua, ad Deum reducit, à peccatorum voluptate auellit, ad pedes patris dolore intimo perculſum abijt, perditum lucratur, mortuum vitæ reddit. *Mortuus* (inquit) *fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt, &c.* videlicet per pęnitentiam. Hæc diſſipatam ſubſtantiam reſtituit, amiſſam ſplendidiſſimam caritatis veſtem recupe-
C rat, vitam renouat, Deum propitium reddit, clementem, placabilem, amicum, gaudium cœlo affert. *Gaudium enim in cælo eſt ſuper vno peccatore pęnitentiam agente*. Quis igitur pœnitentiam non amplectetur? Quis porcorum ſiliquas non relinquet? Quis è terra plena eſurie ad Patrem hunc clementiſſimum non feſtiuabit, niſi planè amens?

D Ad extremum aduerte, prodigum hunc filium cum patre permanſiſſe in gratia, neque vmquam ad longinquam regionem, ex qua venerat, rediſſe. Oportet enim pęnitentiam ita agere, vt ad vomitum non ſit reditus. Pęnitentiã quippe agere (ait Gregor. *D.Gregor.* hom. 34. in Euangelia) eſt, & pęrpetrata mala plangere; & langenda non perpetrare. *Non repetenda peccata.* Fingamus animo, filium hunc, poſtquam a patre tanta cum benignitate exceptus eſt, & in priſtina
E dignitate collocatus, rurſus patrem deſeruiſſe, rurſus in longinquam illam regionem abijſſe, rurſus ſubſtantiam ſuam diſſipaſſe, & ad porcos paſcendos redijſſe. Si hoc feciſſet, quis non miraretur, quis in eum ira nõ excandeſceret? Quis omni ſupplicio dignum non exiſtimaret? Id ſæpe fit, neque miramur, quia ſæpe fit. Quoties is, qui peccatis nuncium remiſit, in

peccata relabitur; toties prodigus filius ad paſcendos porcos reuertitur. Excipitur homo pœnitens à Deo, ſumma cum clementia, & amore; cum Patre clementiſſimo paucis, vel annis, vel menſibus, vel diebus manet; Deũ mox deſerit, ad porcorum ſiliquas edendas reuertitur. O rem indigniſſimam, & intolerandam. Eccleſ c.16. *In duobus contriſtatum eſt cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. Vir bellator deficiens per inopiam, & vir ſenſatus, contemptus: & qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatum, Deus parauit eum ad rompham, &c.* Tres (inquit) res indignæ ſunt atque intolerandę. Prima eſt, vir inopia preſſus, qui pro patria pugnauit. Secũda, vir prudens, & ſapiens, deſpectui habitus. Tertia, vir, qui iuſtitiam deſerit, & peccato ſe mancipiat. Illa duo hominum priora genera digna ſunt commiſeratione; hoc tertium ſtomachum mihi mouit, & iracundiam. At non ferent impune, qui in ſcelera relabuntur: *Deus enim parauit illos ad rompheam*; hoc eſt, gladium, graueque ſupplicium. Caueamus ergo lapſum, caueamus magna cura relapſum; lubrica via eſt, magna opus eſt cura, animique decreto firmiſſimo. Iuxta illud Dauidis Pſal. 118. *Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.* Quod D Hieronymus vertit: *Iuraui, & perſeuerabo, vt cuſtodiam iudicia iuſtitiæ tuæ, &c.* Ne afficiamus Deum mœrore relabentes; qui afficimus eum gaudio pœnitentiam agentes. Audi D. Gregorium lib. 1. epiſt. 16. Sicut gradientem per deuia, denuò carpentem rectum tramitem, tota Dominus auiditate complectitur; ita demum de deſerente cognitam veritatis viam, maiori mœrore, quam gaudio, quo de conuertentę lætatus fuerat, contriſtatur. Quia minoris exceſſus eſt veritatem non cognoſcere, quàm in eadem cognita non permanere &c. Contriſtari autem dicitur Deus noſtro loquendi modo.

Quanta ſit amentia ad peccata redire.

Eccleſ. 26.

Pſal. 118.

D. Gregor.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De villico iniquitatis.

LVCAS CAPITE XVI. Verſ.1.

DICEBAT autem ad diſcipulos ſuos: Homo quidam
erat diues, qui habebat villicum; & hic diffamatus eſt a-
pud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. * Et vocauit il-
2 lum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem
villicationis tuæ; iam enim non poteris villicare. * Ait au
3 tem villicus intra ſe: Quid faciam; quia dominus meus
aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendica-
re erubeſco. * Scio, quid faciam, vt cum amotus fuero à
4 villicatione, recipiant me in domos ſuas? * Conuocatis itaque ſingulis de-
5 bitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? * At
6 ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam; & ſe-
dete citò, ſcribe quinquaginta. * Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes?
7 Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & ſcribe octo-
8 ginta. * Et laudauit dominus villicum iniquitatis; quia prudenter feciſſet:
9 Quia filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. * Et
ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defe-
ceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum.

PArabolæ cortex non multum habet difficultatis. Quo tempore, & loco, a Domino dicta ſit, ambigitur. Dictam poſt illas tres, quas hactenus explicauimus, eodem tempore, & loco, probabile fit, quia Lucas cæteris illam adnectit. Fortè probabilius eſt, alio dictam tempore, & loco: non enim cum ſuperioribus congruit. Superiores ſiquidem parabolæ indicāt, quęrere Deum peccatores clementer excipere & de eorum ſalute gaudere.

Ordo geſtorum.

A Hæc eleemoſynam donandam docet; quod diuerſum eſt argumentum. Sed parum refert, ſitne eodem loco, & tempore dicta. *Erat* (inquit Dominus) *homo quidam diues, qui habebat villicum*, ac proinde villam. Villæ villicus gubernator erat, frumentum, oleum, vinum, cæteroſque fructus colligebat; agros, & olıueta locabat; eiuſque negotia adminiſtrabat.
B Græcè a D. Luca dicitur, *οἰκονόμος*. Eſt autem propriè œconomus, *domus diſpenſator*, ab *οἶκος*, id eſt, *domus*, & *νέμω*, id eſt, *diſtribuo, guberno, diſpenſo*. Quam ob rem D. Hierony. in epiſt. 151. ad Algaſiam, *diſpenſatorem vertit*: Diſpenſatorem (in-

D. Hieron. Oeconomi officiū quale.

 quit)

quit) οἰκονόμος, ſignificat. Villicus autem propriè villæ gubernator eſt; vnde & à villa villicus nomen accepit. οἰκονόμος, autem, tam pecuniæ, quam frugum, & omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt, &c. Noſter Interpres, quoniam olei cados, & tritici coros, remiſiſſe dicitur debitoribus domini hic œconomus; quarum rerum cura ad villæ diſpenſatorem, & gubernatorem pertinet, villicum rectè vertit.

Villicus hic apud diuitem dominũ diffamatus eſt. Græcè, διεβλήθη αὐτῷ οὗτος. h. e. *delatus eſt ei.* Verbum autẽ Græcum, διαβάλλω, ſignificat *accuſare, & infamare, & calumniari.* Ab hoc verbo dicitur nomen, διάβολος, *diabolus,* id eſt, *calumniator* vel *accuſator.* Accuſator autem appellatur Apocal. 12. *Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, &c.* Accuſatus ergo eſt apud herum villicus, & infamatus; *quaſi diſſipaſſet bona illius.* Græcè, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, hoc eſt, *quaſi diſſipans facultates eius.* Particula, *quaſi,* affirmat in hunc ſenſum: Infamatus, & accuſatus eſt, quòd diſſipaſſet. Accuſatum, & infamatum famulum vocauit dominus, crimen expoſuit: *Quid* (inquit) *hoc audio de te?* Accuſatus es, & infamatus, quòd opes meas diſperdas; *Redde* igitur *rationem villicationis tuæ.* Græcè, οἰκονομίας σοῦ, id eſt, *diſpenſationis tuæ,* ſiue œconomiæ, & adminiſtrationis villæ meæ. Quia verò crimina ſatis erant teſtibus comprobata, hominem pœna affecit: *Iam* (inquit) *non poteris villicare.* Græcè, οἰκονομεῖν, id eſt, *diſpenſare,* vel *domum meam,* aut *villam gubernare.* Sententiam his verbis tulit, diſpenſatorẽ officio, id eſt, villæ adminiſtratione priuauit. Sic malè adminiſtrati muneris pœnas ſoluit.

Diabolus, & de dicatur.

Apoc. 12.

Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem.

Conſilium villici officio priuati.

OFficio priuatus villicus, cõſilium capit, fraudulentum quidem, ſed commodum ſibi: *Quid* (inquit) *faciam, quia dominus meus officio me depellit?* Nulla habeo bona, quibus vitam valeam ſuſtentare. Reliquum eſt, vt aut labo-

A re victum, aut mendicato comparem. At laborare nequeo; mendato viuere pudet. Vtile occurrit conſilium, domini debitoribus largiar debitorum partem, vt me officio priuatum in domos recipiant, beneficij, & largitionis memores, atque alant. Hoc poſtquàm apud ſe decreuit, re ipſa præſtitit; domini debitores vocauit, partem debitorum, mutatis ſyngraphis, largitus eſt, amicoſq; ſibi fecit ex domini opi-

B bus. Exempli cauſa; debebat ex debitoribus quidam centum cados olei; illi ſcribi iuſſit quinquaginta cados. Alius centum tritici coros debebat, is octoginta coros ſcripſit.

An autem hoc factum ſit, reſciſſis prioribus ſyngraphis, an ſumma priori deleta, dubium eſt. Hoc ſecũdo modo factum indicant verba illi œconomi: *Accipe cautionem tuam.* Græcè, σοῦ τὸ γράμμα, id eſt, *tuum ſcriptum,* ſiue *lite-*

C *ram, & ſede citò ſcribe quinquaginta, &c.* & illa: *Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta, &c.* Videntur enim ſignificare deletum priorem numerum in eadem ſyngrapha; deinde poſteriorem ſcriptum, additis aliquibus verbis, quibus mutatio ritè facta probaretur. Vel forſitan intellexit Dominus reſciſſas priores ſyngraphas, & nouas ſcriptas; vt ſenſus illorum verborum hic ſit: *Accipe cautionem tuam,* ſiue *ſyngra-*

D *pham tuam, & citò ſcribe quinquaginta,* in alia videlicet ſyngrapha noua, ne fraus deprehẽdatur: *Accipe literas tuas,* id eſt, ſyngrapham debiti, *& ſcribe octoginta* in alia noua.

An ſyngrapha mutata fuerit, vel deleta.

Cados vocat D. Lucas, βάτους, *batos,* nomine Hebræo. Eſt enim Hebræa menſura, de qua D. Hieronymus ſic ſcribit Ezechiel. cap. 45. Batus, qui Hebraicè appellatur בת *bath.* Eadẽ menſura eſt, quæ Ephi, & in ſpeciebus tan-

E tum liquidis, vini, & olei, & iſtiuſmodi, &c. Ephi autem, vt eodem loco docet menſura eſt aridarum rerum, ſiue frugum, vt tritici, hordei & leguminũ, continens tres modios. Continet ergo Batus in liquidis tria ſata, vel tres modios, id eſt, *Alqueyres.* Epha in aridis tres item modios habet. Hieronymus eodem loco: Decima (inquit) pars cori, in his, quæ modio menſurantur, appellatur

Cadus, & Batus quid ſit.

D. Hieron.

Digitized by Google

pellaur Epha, id eſt, tres modij, & decima pars cori, in ſpecieb. liquidis apellatur batus ; vt eiuſdem menſuræ ſit Edhâ, & Batus Hęc ille. Corum eo dem c. affirmat triginta modios ; id eſt, *Alqueyres*, ccntinere. & in vtraque menſura, hoc eſt, tam aridarum rerũ quam liquentium, tenere principiũ. Lib.3, Reg.c.5, *Salomon præbebat Hiram viginti millia coros tritici, in cibum domui eius; & viginti coros puriſſimi olei. Hæc tribuebat Salomon Hiram per ſingulos annos, &c.* Ex hoc loco ſatis conſtat, Corum menſuram fuiſſe tam liquidorum, quam aridorum. Ex Peopheta quoque. Ezechiele, c.45. conſtat, Batum, & Ephi æquales fuiſſe menſuras, continẽtes decimam partem Cori. *Ephi* [inquit] *& Batus, æqualia & vnius mẽſuræ erunt? vt capiat decimam partem Cori Batus, & decimam partem Chori Ephi. Iuxta menſuram Cori, erit æqua libratio eorum.* Item: *Menſura olei, Batus olei, decima pars Cori eſt Et decem Bati Corum faciunt, quia decem Bati implent Corum, &c.*

Corus quid ſit. — *3. Reg. 5.* — *Ezech. 45.*

Noſter Interpres pro *Bato*, vertit hoc loco Luc.16. *Cadum*. Cadus autẽ Hebraicè, כד *cad*, dicit hydria, ab Interprete Gen 24. *Rebecca habens hydriã in ſcapula ſua*, Hebraicè, על שכמה וכדה *veccaddah hhal ſchichemat*, *Et cadus eius in humero eius.* Iudic. 7. Gedeonis milites lagenas, ſiue hydrias manib. tuliſſe dicuntur, Hebraicè, כדים *chaddim*. Vidua quoq. 3. Reg. 17. farinam in hydria ſeruabat, Hebraicè, בכד *bacchad*, in cado Eccleſ. 12. *Antequam conteratur hydria ſuper fontem* Hebraicè, כד *chad, cadus*. Erat ergo Hebręis Cadus, vaſis genus, quo pro Bato vſus eſt hoc loco Interpres. Erat ẽt Cadus, menſurę genus, idem cũ metreta, vt docet Georgius Agricola, initio lib.2. De metreta autem egim⁹ tom.2. lib.3 c.2 quo loco diximus, ex Agricolę ſententia, etiam Cadum, & Batum, ęquales fuiſſe menſuras. In Syriaci Euangelij verſione hoc cap. Luc.16. Batus vertitur in metretam, quæ מתר *metar* appellatur Montan⁹ in lib. de menſuris, apud Hebręos, ait, Cadum non cer[illegible] præciſæ fuiſſe menſuræ, quã ad commercia expediẽda vſurparetur. Debebat igitur pri-

Geneſ. 24. — *Iud. c. 7.* — *Cadus, & Batus idem ſunt.*

A mus debitor Batos centum olei, id eſt trecentos *Alqueyres*; largitus eſt illi villicus centum quinquaginta *Alqueyres*. Secundus vero debebat centum Coros tritici, id eſt, *cinquenta moyos de trigo* largitus eſt illi œconomus viginti coros, id eſt, *diez moyos*.

Et laudauit dominus villicum iniquitatis.

PVtauit Eraſmus, dominum hic appellari Chriſtum, eſſeq. hęc verba Euangeliſtæ, hoc ſenſu: Et laudauit B Chriſtus villicum illum iniquum, qđ prudenter ſibi cõſulere ſciuiſſet. Sed non recte putauit: dominus.n. hoc loco, dominus ipſius villici dicitur, de quo ſupra, villicus rogat debitorem: *Quantum debes domino meo; &c.* Verba ſunt Chriſti parabolam proponentis & quid egerit dominus villici cognita fraude, narrantis: quaſi dicat, dominum villici fraus latere nõ potuit ea cognita, pro ſua munificentia, C cordiſq. magnitudine, villicum laudauit, qđ ſagaciter conſilium reperiſſe, ad ſuſtentandam vitam accommodatũ: *Quia filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Sunt hæc verba Chriſti; laudauit villici ſagacitatẽ, & prudentiam dominus villici, addit Chriſtus, villicum fuiſſe prudentem, quia filius erat huius ſæculi. Etenim *huius ſæculi filij prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt*; ſuperant.n. ſagacitate, & ſolertia, ad quærẽda & cõparãda D bona caduca, filii ſæculi filios lucis.

Eraſmi interpretatio reijcitur.

Filii ſæculi dicuntur homines ſæculum, & ſæcularia bona diligentes: filii lucis appellantur ii, qui diuina fidei, caritatiſq. luce ſunt illuſtrati. Illi his præcellunt prudentia ſæculari, & ſagacitate in generatione ſua.

Filii ſæculi qui ſint.

Eſt.n. duplex generatio: Altera ſæculariũ, & impiorũ; altera iuſtorũ, ſiue filiorũ lucis. De hac generatione il E lud eſt Pſal.23. *Hæc eſt generatio quærentiũ eũ, quærentiũ faciẽ Dei Iacob, &c.* Et Pſal. 111. *Generatio rectorũ benedicetur, &c.* De altera verò impiorũ generatione illud eſt Prouer.30. *Generatio*, ſcilicet eſt, *quæ patri ſuo maledicit, & matri ſuæ nõ benedicit Generatio, quę ſibi videtur mũda et tñ nõ eſt lota à ſordib ſuis. Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrectæ Generatio quæ pro dẽtibus gladios habet, &c.*

Filij

gruitque hoc parabolæ. Nam villic⁹ ex ijs.quæ inique largitus eſt, amicos ſibi fecit. Affirmanter nonnulli& imperiti,& iniuſti hæc verba intellexerunt, *D. Auguſt.* quos Auguſtinus corrigit ſer. 35. de verbis Domini: Hoc (inquit) q dam male intelligendo, rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperib. largiuntur; & putant ſe facere quod præceptum eſt. Dicunt enim: Rapere res alienas mammona eſt iniquitatis, erogare inde aliquid maximè egentibus ſanctis, hoc ita eſt, *facere amicos de mãmona iniquitatis, &c.* Corrigit Auguſtinus prauum hunc verborum Chriſti ſenſum, hæc adiungens: intellect⁹ hic corrigendus eſt, imò de tabulis cordis veſtri omnino delendus eſt. Nolo ſic intelligatis; De iuſtis laborib faci te eleemoſynas, ex eo, quod rectè hãbetis, date &c. Reſpondeŕ ergo, Chriſtum docere, ex opibus iuſtè poſſeſſis eleemoſynam donandam: nam aliena bona dominis reſtituenda ſunt. *Eccleſ. 34.* Eccleſ. 34. *Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata, &c.* Item: *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum; quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui, &c* Zachæus nos docuit *Luc. 19.* Luc. 19. *Ecce* [inqt] *dimidium bonorum meorum do pauperibus; & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ, &c.* Reſtituit aliena, dedit pauperib. bona ſua. Opponet aliqs Chryſoſtomum: *D. Chryſoſ.* ſic enim ille ait hom. 5. in Matth. *Qui putãt de male partis licere eleemoſynas facere.* Quod dicit Chriſtus, huiuſmodi eſt: Acquiſiſti malè, impende iam benè; collegiſti hactenus inique, diſperge nunc iuſtè. Et certe quæ virtus eſt, donare de talib? Sed tamẽ, amans hominem Deus, eouſq. deſcendit, vt ſi iſta faciamus, bona nobis magna promittat, &c. *D. Auguſ.* Adde Auguſtinũ ſer. 35. de verbis Domini: Qui [inquit] habetis de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acqrere de malo; &c. Reſpondetur, ea, q̃ ex fraudib. ac rapinis parta ſunt, ſi dominus reperiri poteſt, illi eſſe reſtituenda; ſi reperiri non poteſt, eſſe reſtituenda pauperib, id quod ſimul reſtitutio eſt, & eleemoſyna. De hoc ſecundo eleemoſinæ genere verum eſt quod Chyſoſtomus ait, & Auguſtin⁹ Lege D. Thomam 2.2. quæſt. 32. art. 7. & Auguſtinum lib. 50. homiliar. homil. 47. Chyſoſtomum hom. 33. ad populum Antiochenum

Oritur ex hac reſponſione quæſtio altera: *Cur dicatur mãmona iniquitatis, vel iniuſtitiæ.* Si non eſt eleemoſyna ex opibus iniquis elargienda, curnam Chriſtus *mammona* appellauit *iniquitatis*, id eſt, opes iniquas eas, quæ iuſtè, & nõ inique poſſidentur, Græce a D. Luca dicit *μαμωνα τῆς ἀδικιας*, id eſt, *iniuſtitiæ, mamona iniuſtum.* Numquid omnes diuitiæ ſunt iniuſtæ? *D. Hieron.* D. Hieronymus in epiſtola citata ad Algaſiam innuit, nomen mammona ſignificare diuitias eſſe collectas ex iniquitate: Mammona (inquit) non Hebræorum, ſed Syriorum lingua, diuitiæ nuncupantur, quod de iniquitate collectæ ſunt. Sic ille. Ianſenius dubia quadã deriuatione, nomen deducit a Præpoſitione Hebræa, מן, *min*, id eſt, *a* & a verbo ינה *ianah.* quod ſignificat *rapere, populari, vim inferre*. Quod ſi ita eſt, iniquum mammona dicitur a Chriſto, iuxta, etymologiam nominis; quaſi dicat: *Facite vobis amicos ex mamona iniquitatis*, id eſt, ex diuitiji iniquis, & iniuſtis, vt ipſum nomen ſignificat.

Aliter, iniquæ, & iniuſtæ dicuntur diuitiæ ad effectu; *Opes vitiorũ materia* quia iniquos, & iniuſtos efficiunt ſuos poſſeſſores; niſi caueant ſibi. Pariunt enim ſuperbiam, auaritiam, & vitia alia, quibus materiam ſuppeditant. Appellatur concupiſcentia peccatum a Paulo ad Rom. 7. *Quod habitat in me peccatum.* *Rom. 7.* Tum quia peccatorum eſt cauſa, tũ quia peccati originalis eſt effectus. Sic appellantur iniquæ diuitiæ, & qa iniquitatis cauſa ſunt, & quia a peccato originali ducunt originem. Etenim in ſtatu innocentiæ communia fuiſſent omnia. *D. Gaudẽt* Huc ſpectat illud Ambroſii in Lucam: Pulchrè dixit Chriſtus, *iniquum mammona*, quia variis diuitiarum illecebris noſtros auaritia tentat affectus, vt velimus ſeruire diuitijs, &c. *D. Ambro.* Et Chryſoſtomus homi. 7. de pœnit. Opes (inqiit) ſunt luxuriæ occaſio, malitiæ ſchola, animæ corruptela, &c. *D. Chryſo.* Et S. Gaudentius in ſerm. ad Germinium, terrenas appellat facultates, iniquitatis plerumque materiam

teriam ſuggerentes,&c.

Vel potius,diuitias iniuſtitiæ , & iniquitatis, appellat Dominus, quia tales ſunt,vt ex iniuſtitia,& iniquitate maxime congregentur,vel congregari poſſint,nimirum ex fraudib.rapinis;furtis,vſuris,iniuſtiſq.venditionib.atq.emptionib. Vnde D.Hieronymus,epiſt.150.ad Hedibiam,quæſtio.1.ſic ſcribit: Pulchrè dixit Chriſtus,*de iniquo mammona*. Omnes enim B diuitiæ de iniquitate deſcendunt, & niſi alter perdiderit,alter non pôt inuenire.Vnde & illa vulgata ſententia mihi videtur eſſe veriſſima Diues aut iniquus,aut iniq hęres, &c.Et D Auguſtinus lib.21.de ciuit.Dei De mãmona(inquit)iniquitatis, id eſt, de pecunia,vel diuitijs,quæ male fuerãt acquiſitæ, &c Lege Chryſoſtomum homil.12.epiſt.1.ad Timoth.Neceſſe [inquit]eſt diuitiarum initium,ac radicem ex aliqua iniquitate manaſſe. C Vnde id conſtat? Ex eo, quod De⁹ ab initio non fecit alium quidem diuitem;alium vero pauperem: ſed eandem omnib.aperuit humum.Quo pacto igitur,cum illa communis ſit, tu illius permulta iugera poſſides.proximus vero nec vnius glebæ poſſeſſione lętatur? pater[inquies]mihi iſta reliquit.Ille autem a quo ea ſuſcepit? a D maiorib.ſcilicet.Sed neceſſe eſt profecto per ſucceſſionis lineam aſcendendo inuenire principium,Id autem in iuſtitia vacare non potuit.Hæc Chryſoſtomus. Huc ſpectat illud Pierij li. 12.in fine: De vitijs,quod diuitiæ cumulentur,apertum eſt. Nomẽ idem vitiis,diuitijſq.datum. Eucherius in epiſt.ad Valerianum. Quid [inquit] iſtis opib.pernicioſius, quæ raro niſi cum iniuſtitia congeruntur? Tali ad E miniſtratore res iſta capitur,tali cuſtode ſeruatur. *Radix enim*[ait Paulus 1.ad Timoth.6.]*omnium malorum cupiditas*.Adeò quædam ſocietas eſt penè etiam nominis duab.his reb.*vitijs, & diuitijs*.Sic ille.

Diues aut iniquus,aut iniqui hæres.

D. Chryſo.

D. Auguſtin.aliam rationem reddit in lib.queſt.Euang.q 34. diuitias iniquitatis appellatas vult,hoc eſt,diuitias iniquorum;quoniã aurũ, argẽtum,cæteraq.huiuſmodi, diuitiæ reputantur,non a iuſtis,ſed ab iniquis. Non ſunt[inquit]iſtę diuitiæ niſi iniquis,qui in ijs conſtituunt ſpem, atque copiam beatitudinis ſuæ A iuſtis verò cum hæc poſſidentur; eſt quidẽ iſta pecunia,ſed non ſunt tamen illi diuitiæ,niſi cœleſtes,& ſpiritales,quibus indigẽtiam ſuam ſpiritaliter ſupplentes,excluſa egeſtate miſeriæ,beatitudinis copia dicantur , &c. Item ſerm.35.de verbis Domini: Mãmona]inquit]iniquitatis,diuitiæ ſunt ſęculi omnes vndecumq ſint,vndecũq. congregentur,mammona iniquitatis eſt,id eſt,diuitiæ ſũt iniquitatis.Quid eſt,diuitiæ iniquitatis? Pecunia eſt,q̃ nomine diuitiarum appellat iniquitate,&c.Et lib.21. de ciuitate Dei, c. 27, De mammona[inquit]iniquitatis id eſt,de diuitijs , quæ malè fuerant acquiſitæ;aut etiam ſi bene, non tamen veris,ſed quas iniquitas putat eſſe diuitias, &c.

Terrenæ diuitiæ ab iniquis diuitiæ reputantur.

Mammona iniquitatis eſt pecunia.

Theophylact⁹ diuitias iniuſtas eas appellari putat,quæ pauperib.nõ dãtur,cum dari debent.ſi(inquit)diuitiæ,quæ iuſtis modis partæ ſunt,quãdo non bene diſpenſantur,& dantur pauperib.iniuſtitia,& mammona reputantur,quę ex iniuſtitia multo magis,&c.Item: Dicuntur diuitiæ,quas nobis Dominus in vſus fratrũ,& cõſeruorum inſumendas dedit;nos autẽ nobis depoſitas tenemus , &c.Et Euthymius: Iniquum [ait] mammona dixit Chriſtus,ſiue iniquitatis,qđ ex iniquitate recordatur, quę in hoc eſt,quia ſuperflua pauperib.non diuiduntur,&c. Adde D.Gaudentiũ;iniquum mammona ille interpretatur, terrenas facultates,quas iniquitas humanæ auaritię ſibi vendicat, ne hominibus Dei,& eius rebus quidquã impertiat.

Theophyla.

Euthymius

D Gaudẽt.

D.Thomas 2.2.q.32.art 7. & alij, hunc afferunt ſenſum: Dicuntur omnes *diuitiæ iniquitatis*,id eſt, inæqualitatis,quia non æqualiter ſunt omnib.diſtributæ,vno egente ; & alio ſuperabundante,Græce dicuntur, *ἀδικίας*, id eſt,*iniuſtitiæ* Iuſtitia ſeruat ęqualitatẽ;dici ergo poſſunt diuitiæ iniuſtę, quia non ſeruant cum hominib.ęqualitatem.Preterea,ſunt iniuſtę,qa male

D.Thomas.

le

lè ſoluunt ijs a quib magno labore eõ parantur, cum ſubito illos deſerunt; quia fallaces ſunt, quia qđ ꝑmittunt, videlicet quietem & ſatietatem non reddunt.

Deniq. credi poteſt, illos, quibuſcũ Chriſtus loquebatur, diuitias habuiſſe iniquas, & iniuſtè partas, quæ dominis reſtitui non poterant; ideoq. illos admonuiſſe, vt pauperib. eas tribuerent, ſiquidem dominis non poterant reddere. Neq. n dicendum eſt, iuſſiſſe pecunias tradi pauperib. quæ dominis poterant reſtitui. Appellauit ergo diuitias iniquitatis, ſiue iniquas, & iniuſtas, eo quòd inique comparatæ eſſent. Sed cum dominis carerent, iuſtè pauperibus dari poterant.

Dubitatur præterea, quinam ſint amici faciendi ex mammona? Reſpõdetur eſſe pauperes. Obijcies: Pauperes, quib. eleemoſyna tribuitur, in terra verſantur, multi etiã improbi ſunt: ergo non poſſunt recipere homines in tabernacula æterna, id eſt, in cœlũ. Hinc illud Hieronymi aduerſus vigilantium: Numquid iſti pauperes, inter quorum pannos, & illuuiem corporis flagrans libido dominatur, poſſunt habere æterna tabernacula, q nec præſentia poſſident, nec futuras &c. Reſpondetur, pauperes recipere eos, qui eleemoſynam tribuunt, in æterna tabernacula, metaphoricè; qa eleemoſyna, ſiue miſericordia in pauperes, cœleſtem meretur gloriã, dum modo cum caritate, & gratia copulata ſit. Vtitur autẽ Dominus hoc dicẽdi modo vt parabolam accommodet nobis. Dixerat, villicũ ex diuitijs domini feciſſe ſibi amicos, qui eũ reciperent in ſuas domos, ſiue tabernacula ideo nunc ait: Facite vos ſimiliter vobis amicos ex diuitijs vt nos recipiant hi amici in tabernacula æterna eo modo, quo poſſunt, ſcilicet, per meritum eleemoſynæ. Haymo ait recipere pauperes non per ſe, ſed per Chriſtũ. Rogat: Quomodo recipiẽt pauperes benefactores ſuos in æterna gloriã? Reſpondet: Chriſtus recipit vice illorũ; quia qđ pauperib. datur in terra, a Chriſto recipit in cęlo. Ipſe. n. dicit: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Sic ille; Itẽ S. Gaudentius Epiſcopus Brixianus in expoſitione huius parabolæ ad Germiniũ: Recipient [inquit] vos non ipſi pauperes per ſe metipſos, ſed per eum, qui in illis obedientiæ, ac fidei noſtræ fructu reficitur, ſuſcepturus miniſtros pietatis huius in æterna tabernacula regni cęleſtis, &c. D. Auguſt. lib. 2. quæſtionũ Euangelicar. c. 34. amicos faciendos iuſtos eſſe interpretatur: Iuſti [iquit] & ſancti ſignificantur hoc loco; q eos introducant in æterna tabernacula, qui neceſſitatib. ſuis terrena bona cõmunicauerint, &c. Et Gloſſa interlinearis ſic habet. *Facite amicos* non quoſlibet pauperes *ſed eos, qui poſſunt vos recipere in æterna tabernacula, &c.* Lege Hieronymũ in fine q. 6. ad Algaſiã: Veriſimilius videt̃ de omnib. pauperibus locum intelligendum, quibus eleemoſyna tribui poteſt.

Pauperes ĩprobi quomodo in cœlũ homines recipiant.

Haymo.

Quomodo ꝑ auperes recipiant in æterna tabernacula.

S. Gaudent

D. Auguſt.

Aliter D. Ambroſius amicos ꝑ eleemoſynam faciendos non pauperes dici cenſet, ſed Angelos, & Sãctos. Nã qui eleemoſynas donat, Angelorum, Sanctorumq. amicitiã ſibi cõparat. Ambroſij hæc ſunt verba: Ait Dominus: *Facite vobis amicos de iniquo mãmona* vt largiendo pauperib. Angelorũ nobis, cęterorumq. Sanctorũ gratiã cõparemus, &c. Sed Dominũ de pauperib. loqui indicat parabola Quẽadmodum. n. villicus illos, quib. dedit ex diuitijs domini, fecit ſibi amicos, vt i tabernacula ſua, id eſt domos, illũ reciperẽt. Sic nos amicos facimus ex diuitijs pauperes, quib. eleemoſynas donam'. Angelis autẽ, & Sanctis, q i cęlo ſunt, nõ donamus. Attamẽ verũ eſt nos per eleemoſynas, Angelos nobis amicos facere, & Sanctos, extendiq; poteſt ſenſus ita, vt eos quoque complectatur.

D. Ambroſ. Angeli, & Sãcti faciẽdi amici ꝑ eleemoſynas.

Vt, cum defeceritis

Est horum verborum ſenſus huiuſmodi: *Vt cum defeceritis*, videlicet, a gratia Dei, eleemoſyna vos in gratiã reſtituat. Sed nõ placẽt: refutat. n. a verbis ſequentib. *Recipiant vos in æterna tabernacula.* Non ait Dominus; Facite amicos, qui, cum defeceritis a gratia Dei, illi vos reſtituant. Sed: *Facite vo-*

Quādonā deficiat homo,et recipiatur in æterna tabernacula.

vobis amicos,vt,cum defeceritis, id eſt, cū è vita diſceſſeritis,*recipiant vos in tabernacula æterna.* Homines non recipiuntur in tabernacula æterna, cum deficiunt a gratia. Primus autem ſenſus hic eſt. *Facite vobis amicos,vt,cum defeceritis à gratia, recipiant vos in æterna tabernacula.* Tunc recipiuntur homines in tabernacula æternà,id eſt,in cœlū cum moriuntur, poſtquam fecerunt ſibi amicos de mammona.

B Objjcies: Villicus fecit ſibi amicos vt,cum viuens deficeret a villicatione,reciperent cum in domos ſuas. Ergo vt parabola recte accommodetur rei ſignificatæ,dicendum eſt, docere Dominum faciendos amicos ex diuitijs,vt, cum viuentes defecerimus a gratia,nos in gratiam Domini reuocent. Reſpondemus,parabolam rectè ſic accommodari rei ſignificatæ. Quē admodum villicus fecit ſibi amicos, vt eum reciperent in domos ſuas,cū C deficeret à villicatione,id eſt,cū priuaretur adminiſtratione diuitiarum domini ſui. Sic oportet nos facere amicos,qui recipiant nos in æternas domos, cum defecerimus à villicatione noſtra. Tunc autem deficimus a villicatione noſtra,cum morimur: tunc enim diuitiarum adminiſtratione,rerumq. aliarum priuamur. Præterea, villicus non quæſiuit amicos qui,poſt quam deficeret, in gratiam Domini D cum reuocarent;ſed qui eum in domos ſuas reciperent. Non ergo parabolam bene accommodat rei ſignificatæ primus ſenſus, ſed bene ſecundus. Deficere autem,hic idem ſignificare,quod mori. Sic ſentiunt. Titus Boſtrenſis,Haymo, Theophylactus, Euthymius,& alij.

Rei ſignificata quomodo parabola adaptetur.

Quid ſignificet tota parabola iam explicatum eſt. D. Gaudentius de illa E ad Germinium ſic ſcribit: Inter cæteras diuinæ legis eloquia,hoc etiā ſpecialiter poſtulaſti,vt parabolā de villico iniquitatis valde difficilē, cui' nemo noſtrum tibi idoneus videtur interpres,ego ſcriptis proprijs explanarē,&c. Difficilis Germinio videbat parabola,difficiliſq. erit explicatu ei, qui omnia velit ad amuſſim rei ſignificatæ quadrare Id vero neceſſe nō ē

D. Gaudēt. Difficul as parabolę.

A vt alibi admonuimus,ſiquidē in parabolis aliqua ſunt πάρεργα. Quamobrem Theophylactus Luc. 16,in explanatione huius parabolę. Non oportet[inquit]omnes parabolarum partes curioſius inquirere;ſed quaten' apparent propoſito vtiles. Reliquę.n. ſinendæ ſunt quaſi parabolam contexentes,& nihil ad propoſitum conducentes Quomodo & in propoſita parabola faciendum Sic ille.

In parabolis ſunt aqua πάρεργα. Theophyla.

B Huius parabolæ ſcopus eſt, docere eleemoſynam pauperib. eſſe donādam,vt ſuprà explicauimus. Homo quidam diues villicum habebat. Et Deus ditiſſimus homines veluti villicos, ac diſpenſatores habet diuitiarum. Diffamatus erat villicus apud dominū, ꝙ diſſipaſſet bona ipſius. Diffamati quoq. ſunt pleriq. homines apud Deū quia diſſipant bona,& opes Dei. Vocauit villicum diues : vocat in morte C homines De'. Rationem à villico repetiuit Deus quoq. ab hominib. rationem repoſcit. Priuatus eſt villicatione villicus;homines quoq. diuitiarū adminiſtratione in morte priuantur. Quæſiuit amicos ex diuitijs domini ſui villicus, vt villicatione priuatum in domos ſuas reciperent. Quærendi quoq. à nobis ſunt amici ex diuitijs, quas nobis Deus dedit, vt, cùm earū adminiſtratione ī morte priuabimur D recipiant nos in æterna tabernacula. Hæ ſunt ſimilitudines in parabola, hæ ſunt quoq. diſſimilitudines. Villic' vocatus eſt,reddidit rationem,amotuſque eſt a diſpenſatione,& œconomia in vita. Homines uocantur, reddunt rationem,amouenturq. ab adminiſtratione,& poſſeſſione diuitiarum in morte. Villicus fraudulenter, & iniuſtè ex bonis domini ſui fecit ſi E bi amico. Homines iuſtè,& ſanctè ex bonis, & diuitijs Domini ſui, id eſt, quas a Deo accipiunt, faciunt ſibi amicos. Laudauit diues œconomum quod prudens fuiſſet filius ſæculi in facienda fraude. Laudat Deus filios lucis,ꝙ prudenter agant,non fraudulenter dum ex opib. ſuis eleemoſynas donant. Villicus debitores domini ſui vocat, & dimittit eis debitorum partem. Viri miſericordes pauperes vocant

Explicatio parabolæ.

vocant, & eleemoſyna in illis largiuntur.

Alius ſẽſus parabolæ.

Alius poteſt eſſe parabolæ huius ſẽſus, videlicet, oſtendit parabola remittenda eſſe illa, quæ nobis iniuſtè, & iniquè ablata ſunt; & faciendos nobis amicos de mammona iniquo. Eſt mammona verè iniquum illud, quod rapitur, quod auferrur alicui vel fraude, vel vi vel quouis alio modo iniuſte Cum igitur remittitur hoc mammona iniuſte ablatum, remittitur mammona iniquitatis, & fiũt amici de mãmona iniquitatis. Itaque ſic explicari põt parabola. Quemadmodum villicus de iniuſto mammona fecit ſibi amicos debitores domini ſui, vt eũ reciperent in domos ſuas; ita vos de iniuſto mammona, quod vobis iniuſtè ablatum eſt, remittendo illud, facite vobis amicos debitores veſtros pauperes, vt recipiant vos in æterna tãbernacula per meritum huius meſericordiæ. Diſſimilitudo tamen eſt inter villicum, & eos, qui ea remittunt, q̃ ſibi ablata ſunt iniuſte. Quoniã villicus de mammona iniquo, id eſt, quod ipſe rapiebat domino, amicos fecit. Vir autem miſericors de mammona iniquo, non q̃d ipſe rapuit, ſed quod ipſi ablatum eſt, amicos facit.

Alius ſẽſus

Præterea ironicè explicari poſſunt verba illa vltima: *Facite ergo vobis amicos de mammona etc.* Dictaque erit parabola diſcipulis, vt Lucas ait, ſed aduerſus Phariſæos. Rapiebant aliena bona Phariſæi, vt conſtat ex illis verbis Chriſti, Luc. 11. *Quod intus eſt veſtrum, plenũ eſt rapina, & iniquitate, &c.* Pauperibus eleemoſynas ex rapto donabant, ſatiſque id eſſe arbitrabantur, vt a peccato liberi euaderent. Similes ergo erant villico, qui ex rapto veluti eleemoſynam debitorib. domini largitus eſt. Proponit igitur Phariſæis parabolam Dominus, intelligi volens, ſimiles eſſe villico, ex rapto donanti eleemoſynam, & per ironiam concludit: *Facite ergo amicos de mammona iniquitatis vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*: hoc eſt, Abite ergo, & ex iniquo mammona, hoc eſt, ex reb. quas fraude rapitis; inſtar huius villici, facite vobis amicos pauperes, vt, cum defeceritis a vita; recipiant vos in æterna tabernacula tartari. Eleemoſyna enim ex rapto data, a tartaro raptorem non liberat, qui bona rapta dominis debet reſtituere. Sed verius multò eſt nullam hic ineſſe ironiam.

Luc. 11.

Alij ſenſus.

S. Gaudentius loco citato, villicum diabolum eſſe interpretatur, qui bona Dei, id eſt, homines, diſſipat. Chryſologus ſerm. 125. populum gentilẽ. Tertullianus in lib. de fuga in perſecutione, c. 13. populũ Iudaicũ. Theophilus Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus poſt D. Petrum Epiſcopus, teſte D. Hieronymo in epiſtola ad Algaſiam. q. 6. & Haymo, D. Paulum villico ſignificari putant. D. Hieronymus eadẽ quæſtione ait, hac parabola hortari Chriſtum Apoſtolos ad clementiã & alijs dicere. *Dimittite, & dimittẽt vobis* Propoſitus a nobis primus ſenſus præſtantior cæteris eſt.

CAPVT II.

De villico iniquitatis.

Morale.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum.

Ditiſſimus Deus multos habet villicos, videlicet omnes diuites, q̃bus diuitias adminiſtrandas tradidit Villicos igitur, id eſt, diuitiarum diſpenſatoris ſe eſſe intelligant diuites non dominos æternos, ac poſſeſſores eoq. modo diuitias adminiſtrent, quo ſciunt Deum illas adminiſtrari velle. Primum hoc diſcim⁹ (ait Theophylactus hoc loco Luc. 26.) quod nõ ſum⁹ domini diuitiarũ. Nihil. n. habem⁹ ꝓprium, ſed diſpẽſatores alienarũ rerũ ſumus, q̃ a Domino nobis concreditæ ſunt, vt illas bene diſpenſemus, ſicut ipſe imperat, &c. Et Beda: Villici [inquit] vocabulo diſcimus, eos, q̃ pecunias habẽt, nõ iã dominos ſuæ, ſed alienæ potius rei diſpẽſatores eſſe putan-

Diuites villici, et œconomi Dei ſunt, nõ domini diuitiarum.

Theophylact.

Beda.

tandos,&c.Item Chryſologus ſerm. 125.In terra nos debem⁹ ſentire villicos,dominos nõ putare,progationis tẽporariæ miniſteriũ ſuſcepiſſe,nõ in ueniſſe iùs perpetuũ poſſidendi, &c. Adde Auctorẽ imperf.ho.12.in Matth.Diu itiæ(inquit)noſtræ, non ſunt noſtræ,ſed Dei:Deus.n. diſpẽſatores nos diuitiarum voluit eſſe rerũ ſuaũ rũ;non dominos, &c. Lege Baſilium ho.23.Hác ob cauſam Chryſoſtom⁹ teſtamenta ridet,quib.dominium rerũ alicui legatur hæredi, alteri vero vſus:ho.2.ad popul. Antioch. Sæpius (ait)riſi teſtamenta legens dicentia: Ille quidem habeat agrorũ,vel dom⁹ dominium,vſum vero alius. Omnes enim vſum habemus,dominium autem nemo.Ita ille.

Diuitiæ sũt Dei,nõ noſtra.

D.Chryſo.

Quod ſi quis diuitiarum ſuarũ dominium habere vult,pauperibus illas largiatur: tunc.n. perpetuum eorum habebit dominium;quia gloriam poſſidebit æternam eleemoſynis partam Itaq.ſi vis diuitiarũ habere dominiũ, dominium illarum transfer in pauperes,cumq dominiũ videberis amittere,tunc illarum dominium æternũ comparabis.Chryſoſtomus eadẽ ho. Manifeſtum(inquit)eſt; quod illi ſoli dominium habent,qui & diuitiarum vſum contempſerunt,& fructũ deriſerũt.Qui.n.præſentib.abiectis,ipſas pauperib.erogat, in neceſſarijs ſuis vſus eſt,& ipſorũ dominium habens obijt.Neq.per ipſam mortem illa excidens poſſeſſione,ſed omnia illo recipiens tempore,& illis multo plura qñ in die iudicij illorũ præſidio maximè egebit,& qñ omnes factorũ rationes repetemur,&c Seneca li.6.de beneficijs,c.3.Omnia (inquit)iſta non ſunt noſtra.Quæris,quomodo ea tua facias?dono dando,&c.

Eleemoſyna diuitiarũ facit dominos æternos.

D.Chryſo.

Seneca.

Si diues œconomum,& villicũ ſe eſſe conſideret, duo hęc conſideratio pariet,videlicet,tũ diuitiarũ contẽptũ,tum admiuiſtrationẽ fidelẽ.Contẽnendæ.n.diuitię ſunt, q̃ villicũ mox deſerent;fideliter adminiſtrãdæ ſunt quia alium habent dominum, cuius voluntati ſeruire oportet diſpenſatorẽ.Prꝑterea,vt obſeruat Philo,patiẽtiã efficit hęc conſideratio,in libro de Cherubim: Vſum[inquit]fructũ habemus ſolum.Quod ſi agnoſceremus curaremus tamquam res Dei, ꝑcogitantes morem eſſe domini recipere ſua,quandocumq. ipſi viſum fuerit. Sic.n.adeptas ferremus leuius.Nunc pleriq; omnes,dũ exiſtimant hęc ſua eſſe,ac propria,priuati quopiam eorum,& egentes, mox opprimuntur triſtitia, &c.

Leuic.25. ait Dominus Iſraelitis: *Terra non venditur in perpetuum,quia mea eſt;& vos aduenæ,& coloni mei eſtis, &c.* Aduenæ ſumus in terra omnes,villici,& coloni ſumus;inquilini,& peregrini;nulli terra venditur, vel datur in perpetuum. Herus vnus omnium eſt[ait Philo loco citato]& Dominus qui rectiſſimè dicit:Mea eſt vniuerſa terra:ac ſi diceret: Omnis creatura mea eſt;vos autem aduenæ,& inquilini coram me.Vnuſquiſq.noſtrum tã quam in nouam ciuitatem, venit in mundum hunc, cuius ante natiuitatem ius non habuerat. Poſtquã autẽ venit,inquilinus eſt, donec aſſignatũ ſibi vitæ tempus exanthlauerit, &c. Vt aduenæ igitur,vt villici fideles, vt inquilini,& peregrini vitã ducamus in terra, patriam deſiderantes cœleſtem,ſemperque in illam feſtinantes Iuxta illud Pauli ad Hebr. 4. *Feſtinemus ingredi in illam requiem,&c.* Concitatum autẽ curſum ne diuitiæ remorentur,illuc per pauperes trenſmittãtur.Vnde Chryſoſtomus ho.2. ad popul.Hoſpes[inquit]es,& peregrinus patriam habes in cœlis, illuc omnia tranſmitte,&c Lege D. Thomã 2.2. q.66.ar.2.ex quo,& D.Auguſtino in lib.de hæreſib.hæreſ. 40. Cognoſces fuiſſe hæreticos olim, qui Apoſtolici nominabantur,eoſq. in ſuam cõmunionẽ nõ accepiſſe illos, q̃ res ꝓprias poſſiderent. At res proprias poſſidere licet,earumq.habere dominium;ſed hoc dominium breuiſſimũ eſt, & Dei dominio ſubiectum, vt indicauimus.

Leuiti.25.

Inquilini ſumus, & peregrini. Hebr. 4.

D.Chryſo.

Hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius.

Diffamati ſiue infamati ſunt apud Deũ multi villici,id eſt, diuites: pro-

pterea quòd diuitias diſſipent, neque ex Domini volũtate tractent. Impertitur Dominus villicis ſuis, ſiue diſpẽſatoribus diuitias, vt illi ijs, qui indigent, impertiantur; dat, vt dẽt; donat vt donent. Voluntas Domini eſt (ait Theophylactus) datis vti in vſus conſeruorum, non in proprias delicias, &c. Et Chryſoſtomus homil. 2. ad popul. Diuitem te fecit Deus, vt egenis auxilieris, vt peccata tua ſoluas per liberalitatem alijs exhibitam, &c. Potuit quidem Deus diuitias omnib. largiri; ſed quoſdã voluit eſſe diuites, alios pauperes. Prou. 22. *Diues, & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Dominus, &c.* hoc eſt, Si pauperem videris, & diuitem illi obuiũ; ſcito Deũ tam pauperẽ feciſſe, q̃ diuitem. Non enim temere, & caſu, paupertas pauperibus, diuitib. opes; ſed ex Dei volũtate contingunt. Eccl. 11. *Paupertas, & honeſtas*, Grçcè, πλοῦτος, i. *diuitiæ, à Deo ſunt, &c.* Auguſtinus in lib. 80. homiliar. homil. 48. O quanti (ait) pauperes naſcuntur, & poſtmodum diuites efficiuntur; quanti, quibus magna hæreditas dimittitur, & poſtmodum ad penuriam rediguntur. Dei eſt pauperẽ facere, Dei eſt & ditare, &c. Attamen opulentiorum diuitias, alimenta pauperum eſſe voluit. Villicos, & diſpenſatores ſuos, diuites fecit, qui traditas opes non diſperdant, ſed pauperum familiæ diſtribuant, æternamque ſibi gloriam comparent.

Deus fecit diuitem, & pauperem.

Diuitibus diuitię dantur, vt pauperes alant

Hinc illud Auguſt. in eodem lib. homiliar. 80. hom. 47. Plus tibi dedi (ait Dominus) vt haberes, vnde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc, vt te probarem: non quia ambobus non habui vnde darem; ſed per pauperem feci; prærogatorem te conſtitui in bonis meis, &c. Probant pauperes fidelitatem villici, id eſt, diuitis. Si ex traditis ſibi diuitijs non donat pauperibus eaſque diſſipat, infidelis villicus; ſi eleemoſynis inopos paſcit, fidelis eſt. Autor imperfect. homil. 12. in Matth. Diues (inquit) in largitate tentatur, ac probatur: pauper tentatur, & probatur per patientiam, &c. Item: Non dedit tibi, ò diues, Deus diuitias, vt eas habeas, ſed vt tenteris, id eſt, proberis

Autor imperfect.

A in eis, &c. Dat Deus ẽſcam diuiti, dat & pauperi in ipſis bonis diuitis. Nõ eſt fidelis œconomus, qui quod ambobus datum eſt, ſibi vni retinet. Auguſtinus eadem homil. (Quid (inquit Dominus) tibi ſoli vendicas, quod ambobus dedi? Quare tu ſolus comedis, quod ambobus creaui? &c. Infidelis igitur villicus bona Dei ſibi retinet, ludiſque, ſuperbiæ, libidini, equis, canibus, paraſitis, hiſtrionib., huiuſmodique alijs impendens diſſipat, B infamaturq́; apud Dominum, quaſi diſſipans bona illius. Nonne bona ſua diſſipaſſe is diceretur, qui in profundum illa mare proijceret? Quid mundus? Nonne mare eſt? In hoc mare diuites illi diuitias ſuas proijciunt, qui mundo ſeruiunt; opeſque ſuas, vt illi obſequantur, expendunt. Verè filij ſunt hi huius ſæculi, ſiue huius mundi. Quemadmodum filij bona patris, ita C horum diuitum bona mundo ſeruiunt.

Infidelis diues, qui ſibi diuitias retinet.

Diuites mammonæ ſeruiũt, ipſum mammona diuitum ſeruit mundo; ideoque meritò iniquum, ſiue iniquitatis mammona appellatur. Quis non iniquitatis appellet mammona, quod ſuperbiæ, libidini, gulæ, iracundiæ, ludis, comeſſationibus, hiſtrionibus, paraſitiſque ſeruit? Quid eſt theſaurus luxurioſi? (ait Ambroſius lib. 1. de Cain, & Abel) niſi ſumptus luxurię? &c. D Aurum ſuum Iſraelitæ ad fabricandum idolum contulerunt, Exod. 32. Similem in modum diuites pecuniã expendunt ſuam. Oſeæ 2. *Argentum multiplicaui ei, & aurum; quæ fecerunt Baal, &c.* Nonne aurum ſuum, & argẽtum Baal faciunt diuites illi, qui vitijs pècunias impendunt? Ezech. 7. *Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum, E & ſimulachrorum fecerunt ex eo, &c.* In hunc locum Hieronymus ſic ſcribit: Quę ego dederam (inquit Dominus) in ornamentum poſſidentiũ, atq; diuitias, illi verterũt in ſuperbiam; vt de quibus poterant per eleemoſynas, & bona opera ſuam animã liberare, ex illis haberent materiã arrogantię. Denique ex auro, & argento fecerũt idola; & mea munera in dęmonũ ſimu-

Diuites mũdo ſeruiũt.

ferat, *deſcendit Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, &c.* Et Geneſ. 18. antequam ſontes puniat Angelus perſonam Dei gerens: *Deſcendam* [inquit] *& videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, &c.* Docere nos vult (ait Chryſoſtomus in Geneſ) qđ opus ſit magna diligentia, & non auditu ſolo peccatores condemnandi ſint: neque ſententia ferenda, niſi comprobatio præcedat, &c. D. Gregorius 19. Moral. cap. 23. Omnia ſciēs Dominus, cur ante probationem, quaſi dubitat; niſi vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præſumamus credere, quam probare? &c. Et gloſſa interlinearis: Vt a præcipitatione iudicij cō peſceret, mala Sodomæ prius voluit probare, quam iudicare, &c. Eccleſ. 11. *Priuſquā interroges, ne vituperes quemquam, &c.* Lapſus eſt Dauid hac in re; cum non ſatis explorata cauſa, dum fugeret Abſalonem, tulit ſententiam contra Miphiboſeth, audiēs Sibā accuſātē dominū ſuu Miphiboſeth 2. Reg. 19. *Remanſit* [inquit Siba] *in Ieruſalē Miphiboſeth dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnū patris mei, &c* Incognita autē cauſa, ſententiā dixit, ablata accuſato bona, accuſatori donauit. *Tua* [inquit] *ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth.* Oportuit cauſam prius cognoſcere, nec præcipitare ſententiam. Victo Abſalone, cum rediſſet in Ieruſalem tunc Miphiboſeth interrogauit, innocentemque eſſe reperit. 2. Reg 19. ſed ſero cognouit cauſam, datamque ſententiam ex parte correxit: *Tu* [inquit] *& Siba, diuite poſſeſſiones, &c.* Similem in modum, Rex Aſſuerus, Eſther 3. cauſa inexplorata, Iudæos Amano tradidit occidendos. Contra Magnus Gregorius lib. 7. epiſt. 43. Nos [inqt] ita vni parti accommodare decet auditum; vt tamen alteri, præſertim inauditæ allegationis, ſine dubio rem integram reſeruemus, &c.

Geneſ. 18. — *D. Chryſoſ.* — *D. Gregor.* — *Nemo condemnandus eſt niſi reus probetur.* — *Eccleſ. 11.* — *2. Reg. 16.* — *Dauid, non audito Miphiboſeth cōtra eum iniquam tulit ſententiam.* — *2. Reg. 19.* — *Eſther 3.* — *D. Gregor.*

A B C D E

Redde rationem villicationis tuæ.

VIllicationis rationem repoſcit à villico dominus. Sumus omnes villici, ab omnibus rationem repoſcet. Maxima ergo cura enitendū eſt, vt tradita Dei bona rectè adminiſtremus: ſiquidē omnium rationem reddere debemus. Quis non horreat, cū verba illa Chriſti audit, Matth. 12. *Omne verbum otioſum, quod loquuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij &c.* Si de verbis otioſis ratio reddenda eſt, de malè adminiſtratis diuitijs, de furtis, rapinis, de ſuperbia, libidine, cæteriſque criminibus, non eſt profectò prætermittenda; ſed ad vltimum vſque quadrantem ſeuere exigenda. Aſſiſtemus tribunali Chriſti [ait Chryſoſtomus homil. 47. ad populum Antiochenum] & omnium erit acris examinatio, &c Eccleſ. 11. *In fine hominis, denudatio operū ipſius, &c.* Item Eccleſiaſtæ 12. *Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, &c. Redde rationem villicationis tuæ,* vnicuique noſtrum dicit Iudex? quò autē amplior, & diuturnior villicatio fuit, eò grauius erit iudicium.

Reddenda Deo ratio villicationis. — *Matth. 12.* — *D. Chryſoſt.* — *Eccleſ. 11. Et Eccleſiaſt. 12.*

Si Sapimus, vt rectè rationem reddere poſſimus Deo, rationem prius exigamus a nobis. Quod Chryſoſtomus ſuadet homil. de pœnitentia, & confeſſione tom. 5. Vocato [inquit] miniſtro rationem ſumptuum petimus; vt ſciamus, quidnam male, vel quid bene expenderit. Faciamus hoc & in operib. noſtris, vocata conſcientia noſtra, faciamus ſimiliter rationē verborum, operum, cogitationū; & ſcrutemur, quid vtiliter conſumptum ſit, & quid in perniciem noſtram, &c. Quatuor ſunt tribunalia, in quib. ratio factorum repetitur. Primū tribunal mentis, ſecundum tribunal pœnitentię, ac confeſſionis, tertium tribunal iudicij particularis, & generalis abſolui, duo reliqua tribunalia frequētemus, videlicet, tribunalia mentis, & confeſſionis, in his enim duobus tribunalibus rationes, ſubducuntur, & recte conficiuntur, vt bene reddantur, cum in tribunali Chriſti exiguntur. Aſcendat ergo quotidie mens, ſiue ratio tribunal iudicij, rationem ratio expoſcat, teſte conſcientia, & accuſatricē eorum, quæ cogitauimus, loquuti ſumus, fecimus; nihilque relinquat impunitum, quod

Rationem exigamus à nobis. — *Quator tribunalia sūt. in quibus vnicuique ratio reddēda.*

dignum ſit punitione. Hoc iudicium à iudicio nos liberabit; iudicium, inquam, mitiſſimum, à iudicio Dei acerrimo. Iuxta illud Pauli 1. Cor. 11. *Si noſmetipſos diudicaremus, non vtique iudicaremur, &c.*

De hoc miti iudicio D. Gregorius præclarè agit in Iob. lib. 25. cap. 5. ad illa verba: *Neque enim vltrà in hominis poteſtate eſt, vt veniat ad Deum in iudicium, &c;* Scriptum (inquit) eſt Iob. 35. *Iudicare coram Domino, & expecta eum.* Coram Domino iudicatur, qui corde Dominum conſpicit, & actus ſuos ſub eius præſentia, ſollicita inquiſitione diſcernit: quem tantò quis ſecuriùs expectat, quantò quotidie vitam ſuã ſuſpectus examinat, &c. Item: Non deeſt (inquit) in hoc iudicio mente cõcepto, omne miniſterium, quod punire reos ſuos plenius debeat. Nam cõſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat; ipſe eſt actor, qui exhibet, ipſe reus, qui exhibetur. Odit ſe, qualem fuiſſe ſe meminit; & ipſe, qui eſt, per ſemetipſum inſequitur illum, qui fuit: atque ab ipſo homine, aduerſus ſemetipſum, fit quædam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo, &c.

Examen cõſcientiæ.

Externo in iudicio, ſatellites reperiuntur, qui ligant reum; accuſatores qui accuſant; teſtes, qui teſtificantur; Iudex, qui ſententiam fert; ſententia, quæ pœnæ addicit, cruciatus, qui torquent. Hæc omnia in hoc inuenies iudicio mentali, atque interno. Ligat timor, vt ait Gregorius; accuſat conſcientia; eadem teſtificatur; iudex eſt ratio, ſententiam illa profert, debi æque pœnæ tradit reum. Eſt idem homo & actor, & reus, & accuſator, & iudex, tortor, ac punitor, vt Deum mitem, ac miſericordem Iudicem inueniat. Sic ſe iudicant viri probi, quibus æternæ ſalutis cura eſt, & à Deo abſoluuntur. Improbi verò ſe non iudicant, & à Deo condemnantur. Proborum enim hoc eſt, cogitationes, verba, operaque aurificis ſtatera examinare. Improborũ eſt, flagitia ſua poſt tergum reijcere, quantiq; apud Deũ ponderis ſint, minimè conſiderare. Reproborum eſſe proprium ſolet (ait eodem loco Gregorius) ſemper praua agere, & numquam, quæ egerint, retractare. Omne enim, quod faciunt, cæca mente pertranſeunt; factum que ſuum, niſi cùm puniti fuerint, non agnoſcunt. At contrà electorum eſt, actus ſuos quotidie ab ipſo cogitationis fôre diſcutere; & omne, quod turbidum profluit, ab intimis exſiccare, &c. Lege Chryſoſtomum loco citato, & Pſalm. 4. & Auguſtinum Pſalm. 49. Aſcende (inquit) tribunal mentis tuę eſto tibi iudex, torqueat te timor, erũpat à te confeſſio, &c.

Quæ in examine cõſciẽtiæ reperiantur ſimilia externo iudicio.

Reprobi cõſcientiã nõ examinant

Secundum tribunal eſt cõfeſſionis. Is qui ſe apud primum tribunal mentis condemnat; ad ſecundùm tribunal confeſſionis, & quidem mitiſſimũ properat. Etenim mitiſſimum tribunal illud eſt, in quo reus, qui crimen ritè, & cum dolore confitetur, non dãnatur, ſed abſoluitur. Hoc eſt confeſſionis, & pęnitentiæ tribunal. Si ritè peccata confitearis, numquam à iudice audies, *ego te condemno*, ſed, *ego te abſoluo.* Iudex in hoc tribunali ſacerdos ſedet, Dei vices gerens, reus nullis tormentis compulſus peccata ſua confitetur. Si non confiteatur, damnationem adipiſcitur. In externis iudicijs, tormentis compulſi rei crimina aperiunt, & damnantur, in hoc iudicio libenter peccata iudici patefaciunt, & abſoluuntur, ò tribunal mitiſſimum.

De cõfeſſionis mitiſſime tribunali.

Sequuntur duo alia tribunalia ſeueriſſima poſt mortem, alterum particularis, alterum generalis, extremique iudicij. In particulari acris redditur villicationis ratio, ferturque de ęterno præmio, aut ſupplicio ſentẽtia, hominibus, qui in vita manent ignota. In generali verò toto inſpectante orbe, ratio villicationis repoſcit; ſempiternaq; gloria, aut pęna, corã omniũ hominũ oculis redditur. Qui volet in his duob. tribunalib. abſolui, in duobus illis prioribus, ſæpius ſe damnet, ac puniat. Nam in his duobus iudicijs, vt Gregorius ait loco citato, Chriſtum iudicem tantò quis ſecurius expectat, quantò quotidie vitam ſuam ſuſpectus examinat, &c. Audi Eccleſiaſticum, cap. 18. *Ante iudicium* (inquit)

Iudicium particulare & generale.

(inquit) *para iuſtitiam tibi, &c.* Item: *Ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei inuenis propitiationem, &c.*

Iam non poterÿs villicare.

D. Hieron.

NIhil longum eſt (ait Hierony. in præfatione lib. 3. in Ezechielē) quod finem habet, &c. Non longa ergo eſt diuitis villicatio; ſiquidem finem habet. Illi dicitur: *Iam non poteris villicare.* O diues, hactenus villicaſti, diuitias hactenus adminiſtraſti, ſiue poti⁹ diſſipaſti; mors adeſt, *iam non poteris villicare.* Non enim trāſit mortis limites villicatio; queadmodum littoris arenas non tranſeūt fluctus maris. Pſal. 103. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperum, &c.* Exit homo ad opus ſuum, & ad villicationem ſuā, terminus illi præfixus eſt, vſque ad veſperum, hoc eſt, vſque ad mortem Iob 14. *Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt, &c.* Hunc villicationis terminum, ſi ſibi proponat ante oculos villicus, bene diuitias adminiſtrabit. Nam quemadmodum ex puppi, id eſt, ex fine nauis, nauis ipſa bene gubernatur; ſic ex puppi, id eſt, ex fine villicationis conſiderato, rectè opes adminiſtrātur. Beda, Luc. 16 Qui ſedulò (inquit) finiendæ villicationis, ac rationis reddendæ villicationis, ac rationis reddendæ tempus præuiderint; facilè terrenorum oium delectatione, & dilectione nudati, plus ſibi de amicis conquirendis in futuro, quàm diuitijs in præſenti colligendis, proſpicere curabunt, &c.

Breue villicatoria tēpus. — *Pſal. 103.* — *Iob 14.* — *Mortis conſideratio.* — *Beda.*

Igitur ſedeat in puppi, id eſt, fine vitæ, diues, & illudque voluat animo, Pſal. 48. *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit nō ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius, &c.* Item: *ſimul inſipiens & ſtultus peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum domus illorum in æternum* hoc eſt, ad ſæculi finem, &c. Illud quoque Hierony. Iſai. 38. cogitet. Nulla res longa mortaliū eſt, omniſque fœlicitas ſæculi, dum tenetur, amittitur, &c. Illud etiam Sapien 5. *Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarū*

Pſal. 48. — *D Hieron.* — *Nulla res mortaliū longa eſt.* — *Sap. 5.*

A *iactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tamquam umbra, & tamquam nuncius percurrens, & tamquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit, non eſt veſtigium inuenire neque ſemitam carinę illius in fluctibus, &c.* Videat, quàm veloci curſu, & vita, & villicatio, & diuitiæ prætereant. Idque Eccli. 11. animaduertat: *Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ, &c.* Hoc eſt, afflictio horæ mortis, in-B ducit obliuionē magnæ luxuriæ; Græce, τρυφῆς, hoc eſt, *magnæ voluptatis, & deliciarum omnium.* Ne ſimilis illi diuiti ſit, de quo eodem capite 11. legitur: *Eſt qui locupletatur parcè agendo, & hæc eſt pars mercedis illius, in eo quòd dicit, inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus. Et neſcit quòd tempus præteriet, & mors appropinquat, & relinquat omnia alijs, & morietur, &c.* Dupliciter hic errabat diues. Tū quia temporis C breuitatem propinquumque vitæ finem, non animaduertebat, tùm quia dicebat; *Manducabo de bonis meis ſolus.* Non gubernabat ex puppi nauem, hoc eſt, non adminiſtrabat ea fine vitæ cogitatio, diuitias: ideoque *manducabo* [inquit] *de bonis meis ſolus.* At diuitis illius, qui ex puppi gubernat, longè alia ſunt verba, nempè, manducabo de bonis meis, non ſolus, ſed cum pauperibus. Non enim mihi ſoli diuitias dedit Deus; ſed & mihi, & pau-D peribus. Paulò poſt non potero villicare, dum licet bene villicare, volo; diuitiaſque non diſſipare, ſed bene pauperibus, ſanctiſque operibus diſpenſare. Iob. 31. *Si comedi* (inquit) *buccellā meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, &c.* Eximius villicus fuit Iob, non manducabat de bonis ſuis ſolus, non comedebat ſolus buccellam ſuā; comedebant etiam pauperes ex ea.

Eccl. 11. — *Eccl. 11.* — *Diuitis auari deſcriptio.* — *Diuitis pÿ ſermocinatio.* — *Iob 31.*

E D Gregor. Nazianzenus, in ſenten. Iambicis quaternis verſibus comprehenſis ſent. mercatum hanc vitā eſſe ait. Mercatus ſiue nundinæ vno tantùm die durant; illa die negotiari oportet diligenter, poſtea negotiari non poteris. Eundem in modum, nūdinæ noſtræ, breui tēporis ſpatio manent, diligēter oportet negotiari hoc breui tpe, ſi quæſtū volumus facere.

Vita hæc mercatus, & nundinæ.

A Nam poſt hoc breue tempus,nec erūt nūdinę,nec negotiari poterimus,aut villicare. Mercatum hanc vitā exiſtima, (ait Nazianzenus) ſi negotiatus fueris,quæſtum facies, &c Si poſſent nunc villicare,hi qui à villicatione depulſi in tartarum ſunt, quid laboris, aut doloris non ſubirent,vt à cruciatibus ſempiternis liberarētur? ſi ad has nundinas redire liceret? Deus bone, quanta cum cura,diligentia,ardoreq; negotiarentur, vt cęleſtem gl riam B poſſent cōparare? At iam nō poſsūt villicare, iam non poſſunt negotiari. Noſtra, dum viuimus, eſt villicatio, noſtra negotiatio,noſtræ nundinæ,& mercatus; animę igitur noſtrę negotia omni cura,omnique conatu geramus,& quæ à Deo accepimus bona, rectè adminiſtremus. *Dum tempus habemus* (ait Paulus ad Gal 6) *operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei, &c. Dum tēpus* (inquit) *habemus* C id eſt,dum villicare licet, dum durāt nundinæ, negotium noſtrū geramus; ne id nobis contingat,quod eſt in Prouerbijs Salomonis,c.20 *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei, &c.* Dum tempus arādi eſt, non vult arare malus villicus, ſalutis oblitus ſuæ. Qui verò dum tēpus habet nihil arat, meſſis tempore nihil metit,maximaque premitur inopia. Bonus verò villicus,dum villicare D poteſt,ſuo arat tempore, bonorumq; operum ſementem facit, poſtea verò cū illi dicitur: *Iam non poteris villicare,* fructum metit gloriæ vberrimum.

Ait villicus intra ſe: Quid faciam quia Dominus meus aufert à me villicationem?

Iudicij memoria [hominem ad cor reuocat

CVm videt villicus,auferendam ſibi villicationem, tūc in ſe reuer- E titur, & in ſe ingreſſus, ait intra ſe: *Quid faciam?* Etenim deponendę villicationis,& reddendæ rationis memoria,diuitem reducit ad cor; ad cor verò reductus ait; *Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem.* acriterq; repoſcet rationem, non eſt perpetua diuitiarum poſſeſſio,paulo poſt ſimul cum vita euaneſcent. *Quid faciam,* vt cùm opes euanuerint, ęternā effugiam paupertatem? Poſt hanc vitam *fodere non valeo.* labores ſubire nō potero,quib. ſpiritales diuitias cōparem: *mendicare nihil proderit;* quamuis enim ab omnib. Sanctis, atq; Angelis precib. multis contendā, impetrabo nihil, ſi vitio mortifero inquinatus è vita diſceſſero. Scio quid faciam, pęnitentiam in primis agam, deinde opes in eam regionem transferam, in quā me ex hac vita mors transferet. Præmittam ante me diuitias, præmiſſas inueniam. Sed quis in cęlum illas feret? lōga, ardua, difficiliſq; via eſt, imò breuis, ac facilis via eſt, fideliſſimos habeo portitores, qui ad vltimū vſq; quadrantem, abſq; vllo periculo trāſferant; nempè pauperes. Quidquid pauperi dedero, in cęlum transfero, ergo adeſte pauperes, accipite cados olei, accipite coros tritici, accipite pecunias meas, in cęlum ferte: ò felicem diuitem, qui hæc intra ſe dicit, & extra ſe complet opere.

Eleemoſyn.

Prouerb.23. ait Salomon: *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient ſibi pennas ſicut aquilæ, & volabunt in cœlum, &c.* Hoc eſt, ne concupiſcas opes, quas conſequi non potes, & aucupari. Nam vt aquilæ, te concupiſcentem, & ſectantem fugient. Aliter, ne oculos cupiditate plenos, ad opes attollas, quas non potes diu poſſidere, quia paulò poſt alas aſſument aquilę, & volabunt in aerem, teq; deſerent. Faciunt ſibi opes alas aquilę, diuitemque fugiunt ſubitò, velut euolantes in auras, at prudēs diues, antequā illi ſibi faciāt alas, alias illis alas facit, quib. non in auras inanes, ſed in cœlū vſq; empyreum volent. Facit, inquā, illis pennas, veluti aquilæ, i. eleemoſynæ alas, & volant in cęlum. Rogat villicus: *Quid faciam?* reſpondeo illi, fac diuitijs alas, non Icari, ſed Aquilæ i. eleemoſynæ, cęlum petent, ęternamque tibi parabunt domum. Aquilæ ſunt ſapientis diuitiis diuitię, in cœlū volantes, & cęleſtia tabernacula illi præparantes: Lutum ſunt inſipientis opes, humi ſtratum, mentemq; inquinans. Lege Chryſoſt. hom.25. in epiſt. ad Hebrços: Lutum (inquit) eſt aurū, in.

Opes auolant.

Diuitiæ lutum.

Digitized by Google

in atrio proiectum, non in domo tua, domus quippe tua cęlum eſt, &c.

Aufert à me villicationem.

PRopter peccata, aufert Deus villicationem hominib. Iſaiæ 22. Sobnæ prępoſito templi dicitur, *expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam, &c.* A domo Heli pōtificis 1. Reg. 2. Pontificatus transfertur in domum aliam. Iſraeliticum regnum in duo regna diuiditur, 3. Reg. 11. & 12. Nabuchodonoſor regno pellitur Dan. 4. Apocal. 2. *Venio tibi, & mouebo candelabrū tuum de loco ſuo*, dicitur Epiſcopo Epheſino Eccleſ. 10. *Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias & diuerſos dolos, &c.*

Filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis ſunt.

Filij ſeculi & filij lucis qui ſint. FIlij huius ſęculi homines dicuntur mundi amatores, ſua quærentes lucerna, & commoda. Vere filij ſunt ſęculi, ſiue mundi. Nam illi veluti patri ſimiles ſunt, illi ſeruiunt, illum colunt, amant, ambiunt, illius leges, ac doctrinam, & diſcunt, & ſeruāt, illius bona hęreditare cupiunt. At ſtulti tenebrarum filij, non vident hunc, quē veluti patrem colunt, non patrē eſſe, ſed hoſtem crudeliſſimum. Filij lucis appellantē ij, qui Dei luce ſunt illuſtrati, Dei fide, & caritate, illuminati. Pręterea filij lucis ij ſunt, qui conſiderationis lumine coilluſtrantur; *qui lucernam candelabrum ponunt*, i. fidem vt omnibus qui in domo ſunt, Matth 5. i omnibus animæ facultatibus, & affectib. luceat. Filij autem ſæculi, *lucernam ponunt ſub modio*, ſub modio verò poſita, parum illuminat. Is lucernam ſuper candelabrum ponit, qui fidem velut *Conſideratio.* lucernam ponit ſuper cōſiderationē. Quemadmodum enim ſupra candelabrum poſita lucerna, totam domum illuminat; ſic fides ſuper conſiderationis, ſiue meditationis candelabrū locata, totum illuminat hominem. Ille modio lucernam contēgit, qui fidei lucernam obliuione, & inconſiderantia

A veluti occultat; & ea quæ fides docet, videlicet, ignem ſempiternum, Dei iudicium, ſempiternam gloriam, rerum caducarum vanitatem, mortis acerbitatem, memoria minimè verſat, craſſiſque viuit in tenebris, ſęculi, ac tenebrarum filius.

¶ Filij lucis, qui æterna conſiderant, luce prudentiæ illuſtrantur, vereque prudētes ſunt. Finem in primis ante oculos ponunt; deinde, quę in finē ducere poſſunt media, diligenter inqui- *Prudētia.*
B runt. Finem ad quem conditi ſunt, cęleſtem gloriam eſſe contemplantur; media, pęnitentiam, eleemoſynā, bonaq; opera, eſſe intelligunt. Quamobrem pęnitentiam complectuntur, eleemoſynæ, boniſq; operib. operā nauant; flagitia omnia velis remiſq; fugere conantur. Filij autem ſæculi, & tenebrarum, hac carent luce prudentiæ: etenim finis ſummi, ad quē ſunt
C procreati, obliuiſcuntur, media minimè inueſtigant, fines alios ſibi proponunt, ad alios ſcopos tela dirigūt. Media diligenter & quærunt, & inueniūt per quæ diuitias, voluptates, honores, comparent; illa verò, per quæ æternā beatitudinem conſequi poſſunt, negligunt.

Villicus hic prudens dicitur à Dño ſuo, & propter prudentiam laudatur, quia ad fugiendam inopiam conſiliū *Villicus prudēs cur dicatur.*
D inuenit. Sed numquid conſilium cum turpiſſimo furto coniunctum inuenire, id prudentię eſt? Minimè gentium hæc eſt impiorum hominū ſtulta prudentia, ac mortifera; vt mala pœnæ effugiant, mala culpæ cōmittunt, vt lucrentur bona terræ, bona cęli amittunt. Cùm tamen vera prudentia doceat, omnia pœnæ mala libenter eſſe ſubeunda, ne culpę malum committatur, & omnia bona terræ flocci faciē- *Multa prudentia impiorum.*
E da, atq; amittenda, ne bonū cęleſte amittatur. Audiamus Chryſoſt. quanti pretij ſint cæleſtia bona, quanti terrena indicantem, ad Hebræos hom. 25. in Morali. Ignoras (inquit) quia etiā ſi decies mundum, vel centuplū, vel decies millies, vel duplo toties ponas, nē que minimo bono cęleſti comparādū eſt? &c. Videsne quanto ſint præcellentiora cęleſtia bona terrenis? Vera *Bona cęleſtia quanti pretij.*

Digitized by Google

Vera prudentia quæ ſit.

ergo prudentia eſt, omnia ſi opus ſit, perpeti mala pœnæ, omnia amittere bona terræ; vt bona cęleſtia conſequamur. Imprudentiſſima, mortiferaque prudentia eſt, bonorum cęleſtiũ iacturam facere, vt vel mala pęnæ effugiamus, vel bona mox fugientia lucremur. Hæc eſt prudẽtia carnis, de qua Paulus ait, ad Rom. 8. *Prudentia carnis mors eſt* Hæc eſt Agarenorũ prudẽtia, de qua Baruch 3. *Filij* (inquit] *Agar qui exquirunt prudentiã, quæ de terra eſt, &c.* Vnde Simon Caſſian. lib. 6. c. 13. Prudentia [inquit) carnis facit filios Agarenos. Quia filij Agar exquiſierũt prudentiam, quæ de terra eſt, &c. Deniq; filij huius ſęculi, vtcum Moſe dicam Deut. 32. *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam ſaperẽt, & intelligerent; ac nouiſſima prouiderent, &c.* Prudẽtis. n. eſt nouiſſima præuidere, eaq; media eligere, quæ gloriæ perpetuitatem pariunt, & à ſupplicij tartarei ſempiternitate liberant. Imprudentis eſt, nec præuidere nouiſſima, nec illa complecti media, quæ cæleſtem gloriam homini afferunt, ſuppliciumq; depellũt ſempiternum.

In hac ſua prudentia *prudentiores filij ſęculi, filijs lucis, in generatione ſua ſũt.* Media enim per quæ caduca bona cõparent, ardẽtius, & inueſtigãt, & exequuntur filij ſæculi, quàm filij lucis, media illa, per quæ virtutes, bonaque ęterna conſequuntur. Quid non patientur filij ſæculi, vt aurum cumulent? quas vigilias, nauigationes, labores, non tolerabunt libenter? At multi filij lucis, vt verum aurum, veraſq; opes, i. virtutes, augeant, graues labores ferre recuſant. Digniſſima ſunt æterna bona omni conatu, & labore, in digniſſima terrena bona, attamẽ omnes in hæc conatus, laboreſq; a filijs huius ſæculi conferuntur, illa à multis filijs lucis tanta auiditate, ac ſtudio, cum multò maiori digna ſint, nõ quæruntur. Tanti vitreum (ait Tertull. in lib. ad martyres) quanti verum margaritum? &c. Sæculi bona, quæ ſæculi filij ambiunt, vitreum ſunt margaritum, fallax, nullius pretij, cęli bona veræ ſunt gemmæ. Si vitreum margaritum, id eſt, ſæculi caduca bona, ſęculi filij tanto ẽmunt pretio, & labore, verum margaritum, id eſt, cœleſtia bona, quonam pretio, & labore, à filijs lucis par eſt emi? Quis non libentiſſimè (ait idem Tertullianus] tantũ pro vero margarito habeat erogare, quantum alij pro falſo, &c. Et Hieronym. epiſt. 2. ad Nepotianum. Quantis (inquit] ſudoribus, hæreditas caſſa expetitur. Minori labore margaritũ Chriſti emi poterat, &c. Hinc illud Prouerb. 2. *Si quæſieris eam quaſi pecuniam, &c* Sapiẽtiæ verum margaritum, ſuadet Salomon, ea cupiditate, à filijs lucis, & labore quęri, quo vitreum margaritum pecunia, à filijs ſæculi quærſitur. Et Paulus ad Rom. 6. *Humanũ dico propter infirmitatem carnis veſtræ, ſicut exhibuiſtis membra veſtra, ſeruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete membra veſtra, ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem, &c.* Petit à Romanis Paulus, vt tanti virtutem, veram gemmã emant, quanti turpes voluptates, vitreaſq; emerunt, tantoq; ſaltẽ ſtudio, ac conatu, virtuti ſeruiant iam filij lucis, quanto filij ſæculi iniquitati ſeruiunt. Veruntamen Baruc 4 ait: *Sicut fuit ſenſus veſter, vt erraretis à Deo; decies tantùm iterum conuertentes requiretis eum &c.* Etenim decies, imò infinities, maiori labore ac conatu quęrendus eſt Deus, quàm caduca bona omnia, infinitum. n. bonum eſt. Ideo Paulus; *Humanum* (inquit] *dico propter infirmitatem carnis veſtrę.* Chryſoſtomus ad Rom. 6. Paulum explicans: Quamquam (inquit) magno inter ſe Domini interuallo diſſident, tamen parem, ait Paulus, ſeruitutis modum flagito. Oportebat quidem multò etiam amplius afferre ac tantò etiam amplius, quanto ipſa hæc ſeruitus, dominatu illo, tum maior, tum melior eſt, ſed tamen nihil ego amplius depoſco, propter infirmitatem carnis, &c.

Labore cõparãda bona ſpiritalia, & cęleſtia.

Sęculi bona ſunt vitreum margaritum.

Dicuntur filij huius ſæculi, i. filij huius temporis, ſęculum. n. tẽpus ſignificat. Mundi amatores, temporis filij ſunt, quia temporalibus rebus ſe mancipant. Filij aũt lucis filij ſunt ęternitatis, non temporis, ſiue ſæculi, quia æternas res ambiunt, & quęrũt. Peribit ſęculum & tempus, peribunt

Mũdi amatores tẽporis filij ſunt.

quo-

quoque ſęculi filij ſæculi,ſæculiq; rebus, & tartareas in tenebras detrudentur. Filij verò lucis & æternitatis in æterna tabernacula, æternamque lucem recipientur. Propone quæſo tibi ſæpè illam D. Auguſtini quæſtionē ſer. 245. de temp. Cum perierit quod factum eſt, vbi erit amator temporis, qui perdidit æternitatem? &c.

Facite vobis amicos, de mammona iniquitatis.

Hic ſcopus parabolæ eſt. Hortatē Dominus, vt ex mammona iniquitatis, faciamus mammona ſanctitatis. Impij ſibi ſimiles reddunt opes. Sunt illi iniqui, opes faciunt iniquitatis, id eſt, iniquas; dum in libidinem, fraudes, gulam, ſuperbiā, aliaq; flagitia, illas impendunt. Iuſti quoq; ſibi ſimiles faciunt diuitias; ſunt illi ſancti, diuitias faciunt ſanctitatis, id eſt, ſanctas, cùm in eleemoſynas, aliaque ſancta opera illas inſumunt. Cauendum maximè diuiti eſt, ne opes ſuas opes faciat iniquitatis; quin potiùs ſanctè eleemoſynas largiēdo, opes faciat ſanctitatis. Non faciat ſibi amicum mammona, amicum aurū, & argentum, cuius pondere in tartarea tabernacula trahatur; ſed ex mammona; auro, & argento, faciat ſibi amicos, à quib. in cęleſtia tabernacula extollāt. Faciat aūt ex mammona amicos pauperes, iuſtos homines, Angelos, Deū. Oēs hos amicos ſibi parare ex mammona poteſt. Etenim amici ſunt diuitum, eleemoſynas largientium pauperes, qui eorum beneficentia fruuntur, iuſti homines, qui ſuauiſſimo exēpli odore recreantur, Angeli, qui eleemoſynas Deo offerunt, deniq; Deus ipſe Opti. Maxi qui miſericordia in pauperes, mirum in modū oblectat. O amicos, omni pecuniarū profuſione expetendos! Siquidem cùm deficiunt in morte pecunię, cumq. ipſa vita deficit, hi non deficiunt amici. Tūc procedunt obuiā, & in æterna tabernacula, argēto, auroq; fulgentia, æternaq; in conuiuia, diuites recipiūt miſericordes. Facite ergo ò diuites, vobis amicos, ex māmona iniquitatis, qui cū defeceritis, recipiāt vos in ęterna tabernacula. Petit hic locus vt de eleemoſynę prærogatiuis dicamus nonnihil quoniam hominib. maximè vtilis, Angelis gratiſſima, Deo eſt acceptiſſima.

Diuitiæ iniquitatis, et diuitiæ ſanctitatis.

Amici per diuitias faciendi qui.

CAPVT III.

De prærogatiuis eleemoſynæ.

Prima eleemoſynæ prærogatiua eſt, aduerſus peccatum. Vt. n. dicitur Tob. 4. *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animā ire in tenebras. &c.* Et Eccleſ. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, &c.* Chryſoſto. hom. 25. in Acta Apoſt. Non eſt (inquit) peccatū, quod nō poſſit purgare eleemoſyna, quodve non poſſit extinguere, omne peccatum infrà illam ſtat, &c. D. Leo in ſerm. 2. de Aſcenſ. per caritatis (inquit) largitatem, omne peccatum, aut declinatur, aut vincitur, &c. Itē ſer. 4. de Collectis: Miſereantur pauperū, qui ſibi volūt parcere Chriſtum, &c.

Tob. 4. Eleemoſyna vis aduerſus peccata. *Eccl. 3.* *Chryſoſt.* *D. Leo.*

Secunda, eleemoſyna alius eſt baptiſmus, quo peccata demerguntur. D. Ambroſ. ſerm. 32. ita eleemoſyna (inquit) extinguit peccata; ſicut aqua baptiſmi gehennæ reſtinguit incendium. Ergo eleemoſyna quodammodo aliud eſt animarum lauacrum, niſi q, ſalua fide dixerim, indulgentior eleemoſyna quam lauacrum, id eſt, baptiſmus. Lauacrum ſemel datur, eleemoſynam autem quoties feceris, toties veniam promereberis, &c. D. Leo ſer. 2. de Collect. Præter regenerationis lauacrum, hoc remedium infirmitati humanæ diuinitus eſt donatum; vt ſi quid culparum cōtrahitur, eleemoſynis deleatur, &c. D. Hiero. Pſal. 133. Hoc (ait) præſtat eleemoſyna, q & baptiſma. Quomodo baptiſma nobis peccata dimittit, ita & eleemoſyna, &c. D. Cyprianus in lib. de opere, & eleemoſynis; dicit Eccleſiaſticus, *ſicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum.* Hic oſtdit, & pbat, qa ſicut lauacro aquę ſalutaris, gehen-

Eleemoſyna baptiſmo ſimilis. *D. Ambro.* *D. Leo.* *D. Hieron.* *D. Cypr.* *Eccl 3.*

gehennæ ignis extinguitur; ita eleemoſynis, atque operibus iuſtis, delictorum flamma ſopitur; Et quia ſemel in baptiſmo remiſſio peccatorū datur; aſſidua, & iugis operatio, baptiſmi inſtar imitata, Dei rurſus indulgentiam largitur, &c.

Eleemoſyna quō peccata extinguere dicatur.

Aduerte tamen, eleemoſynam per ſe ſolam, in eo qui in peccato perſtare vult, hunc effectum præclariſſimū non habere. Etenim non extinguit, neq; abluit peccata hominis, qui pœnitentiam agere non vult, vt ex Paulo cōſtat 1. Cor. 13. *Si diſtribuero* (inquit) *in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, &c.* Vnde D. Greg. Iob 15. ad illa verba; *Non credit fruſtra, &c.* Tunc (inquit) eleemoſynæ pretium, nos à culpis liberat, cùm perpetrata plangimus, & abdicamus. Nā qui & ſemper peccare vult, & quaſi ſemper eleemoſynam largiri, nō redimit animā, quam à vitijs non compeſcit, &c. Lege Aug. in Enchirid. cap. 76. & 77. & lib. 21. de ciuit. c. 27. Propter hoc (inquit) eleemoſinæ faciendæ ſunt, vt cū de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non vt in eis perſeuerātes, licentiam malefaciendi nos per eleemoſynas comparare credamus. Hæ, & multa alia Auguſt. Extinguit ergo peccata eleemoſyna, cum pœnitentia coniuncta, & peccatorū pœnā; eſt enim opus egregiè ſatisfactoriū, extinguit peccata, quia a peccatis præſeruat, & cuſtodit per diuina auxilia; extinguit peccata, quia diſpoſitio eſt ad gratiam iuſtificantem, facta ex Dei motione, & peculiari auxilio; extinguit peccata, quia propter eleemoſynas, in gratia collatas in pauperes, Deus hominem ſi in peccatum incidat, à peccato liberat. Deniq; extinguit eleemoſyna peccata venialia illius, qui in gratia eſt Dei. Aug. in lib. 80. humiliarū, ho. 29 Ab eis (inquit) peccatis, & delictis, ſine quibus vita iſta non ducitur, mundantur homines per eleemoſynas, &c.

1. Cor. 13. *D. Gregor.* *D. Auguſ.* *Eleemoſyna extinguit peccata cum pœnitētia cōiuncta.*

Eleemoſyna patrona in iudicio. *Chryſoſto.*

Tertia, eleemoſyna in iudicio eximia patrona eſt. Chryſoſtomus homil. 33. ad pop. Antioch. Eleemoſyna (inquit) Chriſti adſtat tribunali, non tam
A patrocinans; verū & ipſi perſuadens iudici, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ſententiā ferat, &c. Prou. 21. *Munus abſconditum extinguit iram, & donum in ſinu indignationem maximam, &c.* Hoc eſt, eleemoſyna, quæ abſcondite pauperi datur, & in ſinu pauperis ponitur, maximam diuini iudicij indignationem extinguit. Iacob. 2. *Iudicium* (inquit) *ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam, ſuperexaltat au-*
B *tem miſericordia iudicium, &c.* Hoc eſt, iudiciū abſq; miſericordia liberante, & abſoluente fiet illi, qui eleemoſynas non largitur, cū poteſt, ac debet. Iudiciū autem miſericordia abſoluēte, ac remunerante plenum, illi erit, qui miſericordiam in pauperes exercet. Ipſæ eleemoſynæ; iudicium illud ſuperexaltabunt, hoc eſt, extollent, honorabunt, ac decorabunt. In iudicio. n. apparebunt, hominiq; miſeri-
C cordi, honorem afferent maximum. Nōnne iudicium illud extremū eleemoſynæ decorabunt Sāctorum, quos Chriſtus coram omnibus ſic alloquetur; *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare,* Matth. 25. *ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me? &c.* Græcè apud Iacobum ſic legitur; κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως, hoc eſt, *aduerſus iudicium glorιatur miſericordia,* tamquā victrix iudicij. Chryſoſtomus ho. 7.
D de Pœnitentia; Eleemoſyna (inquit) cùm iudicamur imminet, tormentiſque nos eripit, ſuis complectens, & protegens alis, &c. Contrà verò immiſericordia damnat. Matth 25 *Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum* (ait Dominus) *eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi potum, &c.* Quemadmodum Chriſtus Matth. 21. ficui infructuoſè maledixit; ſic infructuoſis maledicit homi-
E nib. D. Leo ſerm. 7. de Ieiunio decimi menſis. Illa (inquit) ficus nobis cauenda eſt, de ſuæ infœcunditatis exemplo, quam Dominus nihil habentem, qm eſuriens ſumeret, perpetua ſterilitate damnauit; vt intelligeremus, quod qui eſurientem non refouet egenū, illi denegat cibum, qui quod pauperi eſt datum, ſibi dixit impenſum. Et huius maledictionis erant arbores, quibus iu-

Prouer. 21. *Iacob. 2.* *Matth 25* *Chryſoſto.* *Matth. 25* *Immiſericordia hominem dānat.* *D. Leo.*

Digitized by Google

indicāte dicetur, *Diſcedite à me in ignem æternum: eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, &c.* Intellige hæc de ijs qui eleemoſynam ſub reatu mortiferi criminis largiri debent.

Eleemoſyna eſt inſtar ſacrificij.

Quarta, eleemoſyna inſtar eſt ſacrificij Deum placantis Augu. ho. 19 in lib. 80. homiliarum. Sacrificium [inquit] Chriſtiani, eſt eleemoſyna in pauperem Hinc enim fit Deus peccatis propitius, &c. D. Proſper in lib. de Promiſſionibus, part. 2 c 7 Oſtendit [inquit] Chriſtus Scribis, & Phariſæis ſingulare ſacrificium, dicens: *Date eleemoſynam, & ecce vobis munda ſunt omnia* O quam breue, cõpendioſumque ſacrificium, quod totum hominē mundat, &c. Ad Hebr. 13. *Beneficentiæ* [ait Paulus] *& communionis*, id eſt, cōmunicationibus bonorum veſtrorū, *nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus, &c.* Hoc eſt, talibus ſacrificijs, Deus vobis propitius fit. Lege Auguſti. lib. 10. de ciuit. c. 5.

D. Proſpe. *Hebr. 13.*

Pacē fert, colūba deargētata.

Quinta, eleemoſyna columba eſt illa, *quæ Gen. 8 ad veſperam, reuertitur ad Noe diluuio circumdatum, virentem oliuæ ferens ramum.* Etenim inſtar columbæ illius, ad veſperam mortis, reuertuntur ad diuitem, dolorum veluti diluuio circumdatū, omnes pecuniæ, quas pauperibus donauit, oliueq; ferunt ramum, hoc eſt, fiduciam, lætitiā, pacē, gloriam ſempiternam. Chryſoſtomus ho. 7. de pœniten. eleemoſynæ alas tribui aureas, & columbę deargentatæ aſſimilat. Pennata (inquit) eſt eleemoſyna, aureas, habens alas, ipſos ſuprà modum delectans Angelos. Ibi, inquit. Pſal. 67. *Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri, &c.* Pulchè ſanè alas aureas eleemoſyna habere dr; columbęque aſſimilatur deargentatas pennas habenti, aureumq; dorſum. Nam aurea eſt, & argentea eleemoſyna, quæ aurum, argentumq; egenis tribuit; aureis, argenteiſq; in cœlum volat alis fulgentiſſimis.

D Chryſo. *Pſal 67.*

Sexta, eleemoſyna tuto in loco opes locat. Quis tutior cœlo locus eſſe poteſt? In cœlo eleemoſyna; quod illi tradimus, reponit. Sūt fugaces opes, facilè à nobis ad alios transfugiunt:

A eleemoſyna fidas facit, atq; ſtabiles. Chryſoſt. hom. 7. de Pœnit. Vbinam (inquit) opes deponemus? ſi meis conſilijs acquieſcere volueris, modum tibi dixero, quo transfugas opes fidas tibi reddas. Quonam modo transfugæ ipſæ tenebuntur? diſtributæ manent; cuſtoditæ fugiunt, &c. Domi retentum frumentum, à vermibus corroditur, & fugit; ſparſum, meſſem parit, vberrimam, & manet. Sic opes do-

B mi aſſeruatæ fugiunt; ſparſæ in pauperes fructum afferunt, & manent. Hac ſimilitudine vtitur eodem loco Chryſoſt. Ab ipſis [inquit] agricolis diſce. Nam illi quidem, frumenta, ſi domi concluſa tenent, vermium in eſca amittent; ſi verò diſperſerint in terras, non modo cuſtodiunt, ſed etiā augent. Sic & opes, ſtantes quidem in arca, atque ſub ſera, & vecte de foſſę, citò transfugiunt; ſi verò eas, in ven-

C tres diſperſeris pauperum, non modo non fugiunt, ſed & maiores inde reſurgunt, &c. Fidiſſimæ arcæ ſunt pauperum manus; ſibi commiſſas pecunias, fidiſſimè dn̄o retinent, ne trāſfugiant. Chryſoſ. eadem homilia. Fac [inquit] opes in manib. millenis detineri; viduarū ſcilicet, orphanorum, infirmorum. Neq; .n. diffugere poterunt, tot detentæ manibus, ſed cū firmitate conſeruātur, & creſcunt, &c.

D. Chryſo. Tuto in loco eleemoſyna opes locat. *D. Chryſo.*

D Septima, eleemoſyna æterna ædificat tabernacula. Chryſoſt. eadem ho. 7. Æterna [inquit] ſunt tabernacula illa, finem non habentia, in hanc ſtructuram pecuniam impendamus. Nō architectorum, aut operariorum magna nobis fuerit cura, pauperum manus huiuſmodi domus conſtruunt, &c. Lege apud D. Greg lib. 4. Dialogorum capite 36 viſionem militis cuiuſdam, qui in amœnis, virentibuſq;

E pratis domum laterculis aureis extrui conſpexit, quos ſenes ferebant, iuuenes, puellę, puerique. Videlicet laterculos aureos afferebant pauperes, id eſt, eleemoſynas aureas, vt cœleſte tabernaculum, homini miſericordia, eleemoſyniſq; claro, à pauperib. exædificatum cognoſcamus, Vt. n. ait eo loco Greg. Qui præmia æternæ lucis, eleemoſynarum largitate promerebitur, .

Æterna tabernacula ædificat eleemoſyna. *D. Chryſo.* *D. Gregor.*

Digitized by Google

A tur,conſtant,quia auro ædificat man
ſionem ſuam,&c.Eodem capite pau
perem futorem leges fuiſſe , nomine
Deus dedit, eleemoſynæ virtute inſi-
gnem: Is conficiendis calceis hebdo-
madam impẽdere, ſabbato verò die ,
quidquid ex victu,veſtituque, ſuper-
erat, ad Eccleſiam D. Petri deferre ,
pauperibuſq.tribuere ſolebat.Quão-
brem illius domum,alter per reuela
tionem , exædificari vidit , vt refert
B Greg. exædificatoreſq; ſolo ſabbati
die operari,vt intelligamus elemoſy-
nas cęleſtia nobis tabernacula appa-
rare. Hæc tabernacula qui ſapientes
ſunt, eleemoſynis tuto in loco exædi
ficant. Alij autem in caſuro mundo,
& paulò poſt deſerendo,quaſi in æter
num hic victuri,domos ſibi extruũt .

D. Chryſo.

In mundo caſuro non ædificãdũ.

Lege Chryſoſt.ho.7. de pęnit. Nemo
(inquit) in caſura vrbe ędificat . Dic
mihi,ſi quis tibi prænunciaret , poſt
C annum ipſam caſuram vrbem , num
in caſura vrbe ædificares? Nequaquã
in hoc ædificemus mundo . Cadet n.
paulò poſt,& cuncta peribunt. Quid
dico , cadet ? Ante ipſum caſum, ipſi
peribimus.Quid in arena ædificam⁹?
ædificemus ſuprà petram, quantum-
que impetus fiet, inconcuſſa quidem
erit illa ædificatio,&c.

Eleemoſyna diuitias ęternas reddit.

Octaua, eleemoſyna diuitias domi
nis cõſeruat,facitq; immortales. Nul
D lus hominum diuitiarũ perpetuus eſt
dominus: quidam vno,alij duob.alij
viginti,alij triginta,alij pluribus,alij
paucioribus annis diuitiarum domi-
ni ſunt Neq; verò vllum poſſunt re-
perire remedium , quod in hoc orbe
argenti,auriq; dominium immorta-
le reddat . Eleemoſynæ eſt , diuitias
ſeruare, perpetuamq; illarum poſſeſ-
ſionẽ,ac fruitionem reddere. D. Leo

D. Leo.

ſerm.6.de Ieiunio decimi menſis: Nõ
E potes(inquit)non habere,quod dede
ris,&c. Et ſerm.1. de Ieiunio ſeptimi
menſis. Tẽporale(ait)donum,in prę-
mium tranſit æternum,&c. D. Augu.

D. Auguſ.

lib.80.homiliarum,ho.29. Dat vnuſ-
quiſque,non perit quod dat. Non di-
co hoc non perit;ſed dico,hoc ſolùm
non perit. Al a vero, quæ non dede-
ris,& abundãt tibi,aut cũ viuis,amit
tis,aut cùm moreris,dimittis,&c. D.

D. Leo.

A Leo ſer.de Ieiun.decimi menſis : Ni-
hil(inquit) vniuſcuiuſq. tã propriũ,
q̃ q̧ impendit in proximum, &c. D.

D. Ambr.

Ambroſ.lib.de Tob.c.16. Non peri-
bit,q̧ pauper acceperit. Vobis,q̧ de-
deritis inopi, cuſtode Chriſto ſeruabi

D. Chryſo.

tur,&c.Chryſoſ.ho.7.de Pęnit. Spar
ge[inquit] ſuperflua in pauperes ; tua
fac,quæ tua nunc non ſunt,&c. Item
ho 13.ad popul. Antioch Si quis cir-
ca frumentorum conſeruationẽ , hoc
B ſolùm te docuiſſet,quid non reddidiſ
ſes , vt inabſumptum multos annos
poſſes conſeruare frumentum ? Ecce
autem eleemoſyna, non in frumen-
to tantùm,verùm,& in omnibus do-
cet , & quomodo parta indiminuta
conſeruentur,oſtendit,&c.Et ho.51.
in Matth. Quidquid benignè in fra-
trem feceris; nec diabolus ipſe pote-
rit vmquam eripere , ſed manet the-
ſauris æternis reconditum,&c.

Eleemoſyna opes facit ſanctas.

C Nona , eleemoſyna opes facit ſan-
ctas.Etenim q̧ in ſancta opera expẽ-
ditur, argentum, & aurum, ſanctum
profecto dici debet. Sanctum eſt au-
rũ,quo captiui redimuntur,quo puel
læ periculo expoſitæ, matrimonio co
pulantur,quo peregrini aluntur,quo
miſeri ſubleuantur , quoq; alia ſimi-
lia opera exercentur. Contra verò a-
uaritia,ſuperbia,& libido,opes faciũt
iniquas.Pecunia namq;,quę in flagi-
D tia cõfertur,iniqua pecunia eſt. Quis
iniquam pecuniam illam non appel-
let,qua caſtitas oppugnatur,qua iura
mentorum veritas vincitur,qua per-
fidia nutritur, qua gula alitur, qua a-
uaritia fouetur , qua iudicia corrum-
punt̃,qua innocentes profligant̃,ſimi
leſq. aliæ iniquitates committuntur?
Accepimus diuitias à Deo , munere
Dei rectè vtamur; faciamus diuitias
ſanctas,non iniquas. Muneribus Dei

D. Leo.

E (ait D Leo ſer.5. de Collectis) iuſtè ,
& ſapienter vtendum eſt, ne materia
boni operis, fiat cã peccati,& c.Item:
Diuitiæ,quantũ ad ipſas earũ ſubſtã-
tias pertinet , bonæ ſunt & humanæ
ſocietati plurimũ proſunt, cũ à bene
uolis habentur,& largis,& c.Itẽ: Nõ
eſt diuitũ fęlix abundantia,aut probã
da frugalitas, ſi ipſis tm̃ propriæ opes
ſeruiũt, & eorũ bonis, nulli iuuantur
pau-

Opes quę ſpē afferūt veręopes ſunt.

pauperes,&c. Verè opes ſunt, miſericordis viri diuitiæ. Illæ n. diuitiæ merito dñtur opes, q̃ miſeris afferūt opē.

Miſericordia ſapienter negotiatur.

Decima eleemoſyna, ſiue miſericordia, ſapientiſſima eſt negotiatrix. Prouerb. 31. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris* [id eſt mercatoris, & negotiatoris) *de longè portans panem ſuum.* Hoc eſt de cœlo animę panem, ſcilicet, gratiam, donáque ſpiritalia conuehens. Quæſtuoſiſſima eſt eleemoſynæ negotiatio, id enim quod pauperi datur, centuplicatur. Cibi corruptibilis pretio (ait Ambroſius ſer. 81.) incorruptibilem regni cœlorum gloriam, ęternamque merearis, &c. D. Leo ſer. 6. de Ieiunio decimi menſis: Subſtantia [inquit] tua, cùm benè erogatur, augetur, & concupiſcere iuſtum miſericordię lucrum, æterni quæſtus eſt ſectari commercium, &c. D. Chryſoſtomus hom. 9. de Pœnit. Mercatura [inquit] negotiatióque cœlum eſt. Da panem, & accipe paradiſum. Parua da, & magna ſuſcipe. Da mortalia, & recipe immortalia, &c. Ad hãc negotiationem ſimilitudine exhortatur; ſi celebritas (inquit) epulū habẽs, atq; in ea ciborum abundantia, multaq; paruo emerent; num ſubſtantiã vendentes, cunctaq; poſtponentes in partẽ eius negotiationis venietis? Et vbi quidem corruptio eſt, tantò ſtudio laboratis, vbi immortalis eſt negotiatio, pigritatis? &c.

Da panem & accipe paradiſū.

Miſericordia dat Deo pecunias fœneri.

Vndecima, Miſericordia pecunias fęnori dat Deo, maximùmque, fęneratione hac, quæſtum facit. Prou. 19. *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei, &c.* D. Chryſ. hom. 3. in Geneſim. In hoc (inquit) vſuræ genere, non eſt locus ingratitudini, neq; vllt alij damno. Centupla dantur, & non ſolùm centupla; nã aliqua dantur in præſenti vita, alia in futura, nempè vita æterna. Quæ igitur nobis defenſio erit, ſi negligentes fuerimus, & non feſtinauerimus centupla pro paucis accipere? &c. D. Leo ſerm. 6. de Ieiun. decimi mẽſis: Deus (inquit) fideiuſſor eſt pauperum, & largiſſimus redditor vſurarũ, &c. Itẽ: Qui pecunias ſuas amat, & multiplicare opes ſuas, immodicis

A optat augumẽtis; hoc ſanctum fęnus exerceat, et hac vſurarũ arte diteſcat. Illius ſit creditor, & fęnerator, q̃ dicit Luc. 6. *Date, & dabitur vobis, &c.* Augu. ho. 29. in lib. 80. ho. Demus in vſurã; ſed Deo, non homini, &c. Amb. in lib. de Nabuthe, c. 14. Deus pro munere, quo paup adiutus eſt, fęnꝰ exoluit, quaſi bonꝰ debitor creditoris, &c.

Demus in vſuram nõ homini, ſed Deo.

Duodecima, eleemoſyna pauperi datẽ, ſed Chriſtus ſibi datam reputat,
B iuxta illud Matth. 25. *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, &c.* D. Aug. ho. 29. citata: Vt noueris (inquit) re Chriſto dare eleemoſynam, audi illũ dicentẽ: *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi potum, hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me, nudus fui, & veſtiſtis me.* Dat de cęlo, accipit in terra, ipſe dat, ipſe accipit, quaſi fęnus traiectitiũ facis, hic das, ibi recipis. Sic Aug. D. Leo ſer. 2. de Ieiunio
C ſeptimi menſis: Noli de accipiẽte diffidere. *Quod vni horum feciſtis, mihi feciſtis*, quis dicat intellige, & apud quẽ opes tuas colloces, perſpicacius fidei oculis ſecurus agnoſce, &c. D. Greg. hom. 40. Penſate q̃ ipſa Veritas dicit: *Quamdiu feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis* Ad tribuendũ ergo pigri cur eſtis, q̃n hoc q̃ iacenti in terra porrexiſtis, ſedẽti in cęlo datis? &c. Aug. lege Pſal. 75. Eſurire [ſicut]
D voluit Chriſtus in pauperib. qui diues in cęlo eſt, & tu dubitas homo dare homini, cũ ſcias te Chriſto dare? & c.

Eleemoſyna ſibi datã Chriſtus reputat.

Decimatertia, eleemoſyna ãrs eſt quæſtuoſiſſima, ſic Chryſoſt. appellat, ho. 33. ad popul. Antioch. Oſtẽdamus (inquit) qualiter eleemoſyna eſt ars omnium artiũ quæſtuoſiſſima, &c. Oſtendit autem, artẽ eſſe quæſtuoſiſſimã, ex effectu. Non cõficit vobis (ait ille)
E eleemoſyna calceamenta, aut veſtimenta contexit, neque has luteas domos ædificat, verùm & æternam miniſtrat vitam, ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & manſiones ædificat in cœlis, & æterna parat tabernacula. Hæc lãpades noſtras non ſinit extingui, nec ſordidis indutos veſtibus, in nuptijs videri, ſed lauat, & niue candidiores efficit, &c.

Eleemoſyna ars quæſtuoſiſſ. ma.

Diſcere

Hanc artē diſcere debemus, vt in æterna vita viuamus.

Diſcere ſolent homines pauperes
artem aliquam, qua ſe alant in hac vi
ta, diſcamus & nos pauperes hanc ar
tem, qua nos alamus in æterna vita,
alioſque illam doceamus. Vnde eodē
loco Chryſoſt. Diſcamus(inquit) mi-
ſericordes eſſe, & neq; nos viuere pu
temus per id temporis, quo non miſe
remur, &c. Item: Nos(inquit) ipſos,
& filios, & neceſſarios, in eleemoſy-
næ diſciplinam ducamus. Et hoc ſu-
per omnia diſcat homo, quoniam &
hoc eſt homo. Magnum enim homo,
& pretioſum vir miſericors. Itaq; niſi
hoc habeat, eſſe deſijt homo, &c. De-
ſijt homo eſſe is, qui miſericors non
eſt quia homo humanus eſt ſuapte na
tura, & ad miſericordiam propenſus,
vt eodem loco docet idem ſanctiſſi-
mus pater: Habemus(inquit) aliquid
ad miſericordiam inclinatum, & a na
tura, &c. Si igitur homo es, humanus
eſto in pauperes, miſerere illis, quod
tribuere potes, tribue.

Eleemoſyna eſt tributū quod Deo ſoluitur, & ſtipendiū qđ militib. eſt.

Decimaquarta, eleemoſyna eximiū
tributum eſt, quod cœlorum regi ſol-
uitur. Chryſo. eadem ho. 33. Hæc(in-
quit) ante omnia ſoluamus tributa.
Multa namque fęlicitas eſt, & maior
merces, & quæſtus amplior, &c. Præ-
terea eſt ſtipendium eleemoſyna, qđ
militibus, id eſt, pauperib. datur. Eo-
dem loco Chryſoſt. ſunt & hic caſtra

Chryſoſto.

pauperum, & bellum, in quo pro ſte
pauperes pugnant Cùm enim ſtipen
dium acceperint, orantes tibi Deum
faciunt propitium. Propitium aūt fa
cientes dæmonum inſidias repellunt,
neque ſinunt vehementer infeſtum
eſſe malignum, neque ſemper ir-
ruere, ſed ipſius diſſoluunt potētiam,
&c. Si tributa hæc ſanctiſſima, & ſti-
pendia pauperib. à cunctis ſoluerent,
facilè pauperes omnes alerentur; vt
docet eadem homilia Chryſ. Indage
mus(inquit) vtri ſint in ciuitate plu-
res, pauperes an diuites, & qui neq;
diuites, neque pauperes ſunt, ſed
medium habentes locum. Verbi
gratia, decima pars eſt diuitum,
& decima pars pauperum, nihil
penitus habentium; reliqui verò
mediocres ſunt. Si diuites, & qui ſunt
ſequentis ſortis, panes, & veſtes, indi

A gētib. impertirent, quinquaginta, vel
& centū viris, vix vnus pauper ſorte
contingeret, &c. Oſtēdit eo loco, exē-
plo Eccleſiæ, diuites poſſe alere mul-
tos pauperes, ſiquidē Eccleſia multos
alebat. Vnius(inquit) vltimorū diui-

Eccleſia Chryſoſto. quot pauperes aleret.

tū, & non valdè locupletū, habens pro-
uentū Eccleſia, quot per ſingulos dies
viduis ſufficiat, quot virginib. cogita.
Nā ad triū millium aſcendit numerū,
earū catalogus Et præter has, quot
B carcerem habitantib. quot in xeno-
dochio laborantib. ſanis, & peregri-
nis, corpora habentib. mutilata, altari
aſſidentib. & victus, & veſtitus cauſa
ſimpliciter quotidie accedentibus, &
nihil ei de ſubſtantijs diminutū eſt.
Itaq; ſi decē dumtaxat viri, ſic ero-
gare voluiſſent, nullus eſſet pauper.
Sic Chryſoſt. Oīum eſt pauperib. hęc
tributa, & ſtipendia ſoluere; ſed præ-
cipuè Eccleſiaſticorum. Videant igi-
C tor, quibuſnā in reb. Eccleſiaſticas im

Eccleſiaſtici viri eleemoſynas largiātur.

pendant opes. Quot Eccleſia Chryſo.
pauperes aleret, & cōſiderent, & imi
tentur exemplū. O fœlix Eccleſia, cu
ius ſacerdotes, in alimenta viduarū,
pupillorum, pauperūq; Eccleſiaſticos
conferunt prouentus. Fęlix eſt illud

D. Leo. Fælix horreū quod.

horreū(ait D. Leo ſer. 5. de Ieiunio
decimi menſis) & oīum fructuū mul-
tiplicatione digniſſimū, de quo egen-
tium, & debilium ſaturatur eſuries;
D de quo reuelatur peregrini neceſſi-
tas, de quo deſideriū fouet īfirmi, &c

Eleemoſyna famam parit inclytam. Chryſoſto.

Decimaquinta, eleemoſyna famā
danti præclaram parit. Chryſ. ho 21.
in Acta Apoſ. Si qui(inquit) multa bo
na fecerunt, non ſolū eos, quib. b. ne-
fecerunt, ſed ēt eos, quibus nullū be-
neficium impenderūt, inueniunt lau-
datores, &c. Maria Lazari ſoror Io.
12. pedes Chriſti vnxit, terſitq; capil
lis, & domus impleta eſt pretioſi vn-
E guenti odore. Vngunt Chriſti pedes,
terguntq; capillis, qui eleemoſynas
pauperib donant; impleturq. domus
viri eleemoſynari præclaræ famę odo
re. Nemo. n. eſt, qui virum miſericor-
dem, ſuis opib. opem pauperib. affe-
rentem, nō afficiat mille laudib. Aug.

D. Augu. Ioan. 12.

Io. 12. Si habes(inquit) ſuperflua, da
pauperibus, & Domini pedes terſiſti,
capilli enim ſuperflua corporis vidē-
tur.

tur. Habes quod agas de ſuperfluis A tuis, tibi ſuperflua ſunt, ſed Domini pedibus neceſſaria, &c. Chryſoſ.ho. 33. ad populum Eleemoſyna(inquit) in vtraq; vita, claros exhibet, &c. In hac vita claros homines exhibet, famam comparans præclaram, in altera claros exhibet, quia æterna gloria illuſtrat.

D. Chryſo.

Eleemoſyna Deo aſſimilat. *D. Leo.*

Decimaſexta, eleemoſyna hominē Deo reddit ſimilem. Miſericordia.n. imaginem Dei miſericordis, in homi B ne pingit miſericorde. D. Leo ſer. 10. de Quadrageſ. Vbi(inquit) Deus curam miſericordiæ inuenit, ibi imaginem ſuæ pietatis agnoſcit, &c. Luc. 6 *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt, &c.* Hoc eſt, ſimiles eſtote Patri veſtro Deo; ſimiles, inquam, miſericordia: ille miſericors eſt, eſtote vos quoque miſericordes. Chryſoſt. hom. 36. ad popul. Antioch. C Hoc eſt(inquit) id quo Deo poſſumus adæquari, miſereri, & miſericordiam exhibere. Non dixit, ſi ieiunatis, ſimiles eritis Patri veſtro; neque dixit, ſi ſuppliciter oraueritis, ſimiles eritis Patri veſtro; neq; ſi virginitatem illęſam ſeruaueritis, ſimiles eritis Patri veſtro. Nihil n. horū eſt circa Deū, neq; horum quidquam Deus operaē. Sed quid? *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter qui in cęlis eſt miſericors eſt,* hoc eſt Dei opus Hæc Chryſo. Et ho. 36. D in Matth. Nihil nos vſq; ad ſimilitudinem Dei, ſic effert, atq; extollit, quēadmodum libera, benefica, & copioſa collatio, &c. Clemēs Alex. lib. 2. Stromatum c. 9. Dei(inquit) imago eſt, homo benefaciens, &c. Nazianze orat. 16. de pauper. fouenda. Fias(inquit) infortunato Deus, miſericordiā Dei imitando. Nihil enim adeò diuinum habet homo, quàm benè facere, &c.

Chryſoſto.

Clem. Alexan. *Greg. Naz.*

Eleemoſyna opem affert orationi *D. Leo.*

Decimaſeptima, eleemoſyna ora- E tioni magnam offert opem. D. Leo ſer. 6. de Ieiun. decimi menſis, 'efficaciſſima(inquit) eſt, ad exorandū Deū poſtulatio, cui pietatis opera ſuffragātur. Quoniam qui ſuum ab inope nō auertit animum, citò ad ſe Domini conuertit auditum, & c. Huc illud ſpectat Prouerb. 21. *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur, &c.* Et illud Tobię 4. *Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini, &c.* Auctor imperfec. Ille(inquit) præparat animam ſuam, ante orationem: qui faciens eleemoſynam venit ad orationem. Sicut enim oleū accendit lumen lucernę; ſic & bona opera, excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ, apud Deum orandi: ergo eleemoſyna præparatio eſt orationis, &c. Auguſt. Pſal. 42. Vis orationem tuam volare ad Deum? fac illi duas alas, ieiunium, & eleemoſynam, &c D. Chryſoſt. lege 1. Cor. ho. 43. Pareamꝰ[inquit] beato Paulo, cōſtituentes in noſtris ædibus arculam pauperibus; quæ eo in loco, vbi quiſque conſiſtere, & orare ſolitus eſt, reponatur. Ita vt eleemoſynam primū, quoties acceſſeris oraturus, imponas, & deinde orationem proferas. In hac verò arcula, aduerſus diabolum armaturā habes repoſitā, hac orationē tuam penetrantē efficis; domum ſanctum reddis. Sic Chryſoſt.

Prouer. 21. *Tob. 4.* *Auc. ïperf.* *D. Auguſt.* *D. Chryſo.* *Eleemoſyna arcula, domi conſtituenda.*

Obſeruēt diuites, ſe pauperes quoque eſſe, & à Deo quæcumq; habent, veluti eleemoſynas accipere. Quid. n. aliud, omnes diuitiæ ſunt, quàm abūdantes quadam, ac copioſæ Dei eleemoſynæ? Si tam copioſas a Deo eleemoſynas diues accipit; minores eleemoſynas pauperibus petentibus, dare non recuſet. Si à Deo exaudiri, & grandes eleemoſynas vult accipere, pauperes quoque exaudiat, eiſq. eleemoſynas, quas paruas petunt, donet. D Auguſtinus ſerm. 5. de Verbis Domini. Mendici[inquit] Dei ſumus, vt agnoſcat Deus mendicos ſuos, agnoſcamus nos noſtros. Quam frontem habes petendo ad Dominum Deum tuum, qui non agnoſcis parem tuum? &c.

Diues eſt mendicus Dei. *D. Aug.*

Decimaoctaua, eleemoſyna, p co, à quo donaē, pugnat, & exorat Deū. Eccleſiaſtici 29. *Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum. Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam, aduerſus inimicum tuum pugnabit,*

Eleemoſyna Deum exorat. *Eccleſ. 29.*

bit, &c. Hoc eſt, theſaurum tuum, & pecunias, expende in præceptis Dei, vt Dei præcepta ipſa à te exigunt, & proderit tibi magis, quàm aurum aſſeruatum domi. Eleemoſynā in corde, & ſinu pauperis concludeſ exorabit illa Deum pro te pugnabit, aduerſus tartareum hoſtem, & inſtar haſtę, atque ſcuti, te defendet, offendetque aduerſarium.

Eleemoſyna fert auxilium.

Decimanona, Deus eleemoſynam intuetur, vt homini cùm opus eſt ferat auxilium, Eccleſiaſtici 3. *Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiam. Meminit eius in poſternum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum, &c.* Deus (inquit) magno cum gaudio, è cęlo hominē proſpicit, qui gratiam reddit, hoc eſt, qui beneficium, & eleemoſynam largitur pauperi, meminit illius Deus in futurum tempus, cùm vero cadit, non frangit caput, & perit vir miſericors, inuenit in caſu ſuo firmamentum, id eſt, fulcimentum caſus, à Deo enim firmatur, ac fulcitur. Deū autem eleemoſynam intueri, illiuſq; meminiſſe docet idem Eccleſ. 17. *Eleemoſyna* (ait) *viri, quaſi ſignaculum cum ipſo, & gratiam hominis, quaſi pupillam conſeruabit, &c.* Hoc eſt, cum ipſo Deo eſt eleemoſyna viri miſericordis, quaſi annulus ſignatorius in digito, quaſi ſigillum aureum. Quemadmodū annulus ſignatorius in digito fertur, & ante oculos eſt hominis, ſic eleemoſyna ante oculos eſt Dei, gratiam hominis, hoc eſt, beneficium collatū in pauperē, conſeruabit Deus, quaſi pupillā oculi, quaſi rem ſibi cariſſimam.

Eleemoſyna conſolatur morientem.

Vigeſima, eleemoſyna in morte hominem cōſolatur, ac tuetur Pſal. 40. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius, vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius, &c.* Is intelligit ſuper egenum, & pauperem, qui illius gerit curam, illiq; eleemoſynam adminiſtrat, is beatus eſt: in die mortis mala liberabit eum Dominus; Dominus illi opem feret, cùm in lecto ęger decubuerit, vexatus mortis doloribus. Vniuerſum lectum (quod ægris fieri ſolet) verſabit, culcitras eius vertet, ac concutiet, vt cubet molliter, hoc eſt molles reddet illi mortis labores, ac dolores, vt patienter ferat. Aduerſus mortem magnam habuiſſe potentiam eleemoſynas, docet D. Cyprianus in libro de Opere, & eleemoſynis. Ait. n. pp eleemoſynas, quas donauerat, è mortis faucibus ereptam Tabitham, & vitæ reſtitutā. Tabitha [inquit Cyprianus] operationibus iuſtis, & eleemoſynis præſtandis plurimùm dedita, cùm infirmata eſſet, & mortua, Act. 9. ad cadauer exanime Petrus accitus eſt. *Qui cùm veniſſet, circumſteterunt eum viduæ flentes, & rogantes, pallia, & tunicas, & oīa illa, quæ prius ſumpſerant indumenta, monſtrantes, nec pro defuncta ſuis vocibus, ſed ipſius operib. deprecantes.* Sēſit Petrus impetrari poſſe, q ſic petebatur; nec defuturum Chriſti auxilium, viduis deprecantibus, quando eſſet in viduis ipſe veſtitus. Cū itaq; genib. nixus oraſſet, & viduarum, ac pauperum, idoneus aduocatus, legatas ſibi preces, ad Dominum pertuliſſet, cōuerſus ad corpus. *Tabitha* [inquit] *aſſurge in nomine Ieſu Chriſti.* Stupentibus cunctis, ad hanc mūdi denuò lucem, rediuiuū corpus animatur. Tm̄ potuerunt; miſericordiæ merita; tantū opera iuſta valuerunt. Quæ laborantib. viduis largita fuerat ſubſidia viuendi, meruit ad vitam viduarum petitione reuocari. Sic Cyprianus de Tabitha.

Eleemoſyna bonis tēporalibus prodeſt.

Vigeſimaprima, eleemoſyna etiā bonis tēporalib. prodeſt, 2. Corin. 9. *Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panē ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, &c.* Ex ſemine in terram ſparſo, cibus colligitur, ſiue panis, ſemenque ipſum multiplicatur. Eundem in modum res ſe habet circa eleemoſynam; ſemen ſparſum, eſt eleemoſyna, iuxta illud 111. *Diſperſit dedit pauperibus.* Igitur Deus, *qui adminiſtrat,* [ait Paulus] *ſemen,* hoc eſt, eleemoſynas *ſeminanti, panem etiam ex illo ſuppeditabit,* & cibum, *& multiplicabit ipſum ſemen,* id eſt, eleemoſynas, & eleemoſynarum materiam, ſcilicet, dona temporalia. Item eodem capite: *Potens eſt Deus, omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper* *2. Cor. 9.*

ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum,&c. hoc eſt, *potens eſt Deus, omnem gratiam,* id eſt, omne beneficium bonorum ſpiritalium, & temporalium *copiam abundanter vobis dare, vt in omnibus ſemper habentes ſufficientiam bonorum temporalium, abundetis in omne opus bonum* eleemoſynarum. prouerb. 28. *Qui dat pauperi, nõ indigebit. Qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam, &c.* Eccli. 35. *Da altiſſimo, ſecundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum. Quoniam Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi, &c.* Loquitur de decimis, primitijs, & ſacrificijs, par vero ratio in eleemoſynis reperitur. *Da* [inquit] *Deo, ſecundum datum eius,* id eſt, ſecundum quod ipſe dedit tibi. Si multũ dedit, da multum, ſi parum dedit, da parum, facito autem hoc, *ad inuentionem manuum tuarum,* id eſt, ſecundum inuentionem ſecundum quod inuenerint manus tuę. dato quæ inuenerint manus tuæ, in bono oculo, id eſt, in oculo lęto, atque hilari; *hilarem enim datorem diligit Deus. Quoniam Deus ſepties tantum perſoluet tibi.* Indicat hoc hydria illa farinę, & lecythus olei, 3. Regum 17. ex quibus Eliç eleemoſyna eſt collata. *Hydria farina, non deficit, & lecythus olei, non eſt imminutus, &c.* Indicant, & illi quinque panes, ex quibus quinque hominum millia ſatiauit Dominus, retulere autem Apoſtoli, duodecim cophinos fragmentis plenos.

Eleemoſyna non minuit ſed auget hominũ liberalium facultates. D. Leo ſerm. 1. de Ieiunio decimi menſis: Beneuolantiam [inquit] Chriſtianam, non impediat difficultas temporalis. Nouit Dominus vaſa hoſpitalitatis viduæ, in opus pietatis ſuæ vacuata complere, nouit aquas in vina conuertere, nouit de pauciſſimis panibus quinq. millia eſurientium ſaturare populorum. Et ille, qui in ſuis paſcitur, ꝗ potuit augere dando, poteſt multiplicare ſumendo, &c. D. Cyprianus in libro de Opere, & eleemoſynis: Si vereris [inquit] ne ſi operari plurimum cœperis, patrimonio tuo larga operatione finito, ad penuriam forte redigaris; eſto tu hac parte intrepidus, eſto ſecurus Finiri non poteſt, vnde in vſus Chriſti impenditur; vnde opus cę-

leſte celebratur. Neque hoc tibi de meo ſpondeo; ſed de Sanctarum ſcripturarum fide, & diuinę pollicitationis auctoritate promitto. Loquitur per Salomonem Spiritus ſanctus Prouerb. 28. & dicit: *Qui dat pauperibus numquam egebit. Qui autem auertit oculos ſuos in magna erit penuria.* Oſtendens miſericordes, atque operantes, egere non poſſe: magis parcos, & ſteriles, ad inopiam poſtmodũ deuenire, &c. Item eodem loco, dum gratiarum actio, ad Deum pro eleemoſynis, atque operationibus noſtris, pauperum oratione dirigitur, cenſus operantis. Dei retributione cumulatur, &c. Tiberij Chriſtiani Imperatoris, maximè q. ſtudioſi eleemoſynę, teſte D. Gregorio Turonenſi lib. 5. de hiſt. Gall. cap. 39. Vox hęc eſt, Imperatore digna, *Non deerit fiſco noſtro, tantum pauperes eleemoſynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic eſt enim magnus theſaurus, dicente Domino, theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Ergo de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cœlo: vt Dominus nobis augere dignetur in ſeculo, &c.* Auxit opes eleemoſyna, vt ſcribit idem Pontifex, eodem capite, his verbis. Quia magnus, & verus Chriſtianus erat Tiberius. dum hilari diſtributione, pauperib. operam pręſtat, magis ac magis ei Dominus ſubminiſtrauit. Nam deambulans per palatium, vidit in pauimento tabulam marmoream, in qua crux Dominica erat ſculpta, & ait, cruce tua Domine frontem noſtram munimus & pectora: Et ecce crucẽ ſub pedibus conculcamus. Et dicto citius, iuſſit eam auferri, defoſſaq. tabula, atq. erecta, inueniunt ſubter, & aliam hoc ſignum habentem, nunciantes, iuſſit, & illam auferre. Qua amota, reperiunt & tertiam, iuſſuque eius, & hęc aufertur. Ea verò ablata inueniunt magnum theſaurum, habentem ſupra mille auri centenaria. Sublatumque aurum pauperibus adhuc abundantius, quam conſueuerat, ſubminiſtrat nec ei Dominus aliquid deficere permittebat, pro bona voluntate ſua, &c. Non hunc ſolum theſaurum Deus eleemoſynæ amanti Imperatori Deus contulit, ſed alium etiam maiorem a Narſe-

Tiberꝰ Imperator quo modo magnum theſaurũ inuenerit.

Narſete paratum, vt ait idem Gregorius. Narſes (ait Gregorius Turonenſis) dux Italiæ, in domo ſua ciſternam magnam fodit, in qua multa millia cẽtenariorũ auri, argentiq. repoſuit. Itẽ, in ea ciſterna tantum aurum, argentumque reperiunt, vt per multos dies, vix euacuaretur à deportantibus, &c. Aurum hoc, & argentum Deus imperatoris poteſtati tradidit, ex quo ille (ait Gregorius) hilariori erogatione, diſpenſauit egenis, &c. Hæc Tiberio acciderũt. De hoc theſauro lege Car. A Baronium, Annal. to. 7. A. C. 582. nu. 6. & 7. Contra verò his, qui eleemoſynam largiri nolunt, ſterilitatem, damnaq. alia accidere docet Auguſtinus in libro 50. homiliarum, homil. 47 Semper, [inquit] flagellamur in frugibus, quia egentibus non benefacimus. Re uera ſi conſideres homo, vnde damna vnde pericula, vnde calumniæ, niſi de ſterilitate noſtra? Tu non das indigenti, quod potes, quod te non grauat; venit vna calumnia, & perdes, quod non B habes, &c.

Narſes quomodo theſaurũ magnũ conſecerit.

Fragellamur in frugibus, quia eleemoſynã non largimur.

C A P V T IIII.

Qui fidelis eſt in minimo, &c.

L V C A S C A P I T E X V I. Verſ. 10.

QVI fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in
11 modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. * Si ergo in
iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod verum eſt, quis
12 credet vobis * Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod ve-
13 ſtrum eſt, quis dabit vobis? * Nemo ſeruus poteſt duobus
Dominis ſeruire, aut enim vnum odiet, & alterum diliget
14 aut vni adhærebit, & alterum contẽnet. Non poteſtis Deo
15 ſeruire, & mammonæ. * Audiebant autem omnia hæc Phariſæi, qui erant
auari, & deridebant illum. * Et ait illis: vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram ho-
16 minibus, Deus autem nouit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, a-
17 bominatio eſt ante Deum. * Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem: ex eo re-
18 gnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit, * Facilius eſt autem cœ-
lum, & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere. * Omnis qui
dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à viro
ducit, mœchatur.

Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt.

IN villico, ſiue œconomo, fidelitas maximè neceſſaria eſt, iuxta illud Pauli 1. Cor. 4. *Hic iam quæritur inter diſpenſatores,* (Græcè, ἐν τοῖς οἰκονόμοις, *in œconomis*) *vt fidelis quis inueniatur, &c.* Ideò infidelitatem ſuorum villicorum arguit Dominus, in tractandis diuitijs, ſuppliciumq; proponit. *Facite* (inquit) *vobis amicos de mammona,* id eſt, diuitijs, C ſiue illæ minimæ fuerint, ſiue magnæ. *Qui fidelis eſt in minimo,* hoc eſt, in minimis diuitijs; *etiam in maioribus fidelis eſt.* Hoc eſt; fidelis villicus, ſemper eſt fidelis. in tractandis opib. a Deo datis, ſiue paruas det opes, ſiue magnas, fideliter illas tractat, pauperibuſq. eleemoſynas donat. Contra, *qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt:* hoc eſt, villicus, qui infideliter, & iniquè, paruas opes expendit, magnas quoq; eodẽ expendet modo. *Si ergo in iniquo mammona,*

Arguit Dominus ſuillicorum infidelitatẽ.

id

Digitized by Google

id eſt,in diuitiis iniquitatis, infideles A
fuiſtis, pauperibuſque eleemoſynas
minimè donaſtis; *verum mam mona*, id
eſt, veras diuitias, videlicet cœleſtes,
quæ veræ ſunt *quis credet,& donabit vobis?* Non enim dantur veræ diuitiæ, &
cœleſtes,ijs qui iniquum mammona
infideliter expendunt,atq.iniq; Præterea *ſi in alieno mammona*, ſi in diuitijs
his,quæ ſuper terram ſunt,alienæ potius,quam veſtræ,*fideles non fuiſtis*, ſed
eas nequiter,ac flagitioſe diſſipaſtis;
quod veſtrum eſt mammona, *quis dabit* B
vobis? hoc eſt, opes cœli, quæ alienæ
non erunt,ſed veſtræ, ſi illas poſſideatis,quis vobis tradet? Non tradet ſanè Deus cœli opes,terrenarum diuitiarum diſſipatorib. Beda in Lucam:
Alienæ (inquit) ſunt a nobis huius ſæculi facultates,id eſt,extra naturã ſitæ;noſtra autem poſſeſſio regnum cęlorum eſt,&c. Euthymius; Chriſtus
alienũ vocat,terrenas diuitias, quip- C
pe quæ apud illum non permaneant,
qui ipſas eſt aſſecutus,*noſtrerum* vocat
cœleſtes, vt quæ apud illum permaneant,qui ipſas accepit; &c. Obijcit,
poſſe hominè eſſe fidelem in minimis
reb. adminiſtrandis,ac ſeruandis,infidelem verò,in magnis,quia vult diteſcere. Reſpondet, eum qui ex fidelitate animo inſita,in minimis fidelis eſt
& ex animi propoſito,eſſe ẽt fidelẽ in
magnis,eũ vero qui ex infidelitate,& D
prauitate mentis,infidelis eſt in minimis,eſſe ẽt ĩfidelem in maioribus.

Alienæ diuitiæ ſunt quæ ſuper terrã ſunt.

Aliter Lyranus interpretatur hęc
de diuitijs temporalib.& bonis ſpiritalib.in hanc ſententiam: *Qui fidelis eſt
in minimo*,id eſt, in diuitijs temporalib.
eleemonynas largiendo; *& in maiori fidelis eſt*; hoc eſt,in diuitijs ſpiritalib. fidelis eſt,& dignus,cui committatur
diſpenſatio rerum ſpiritaliũ, propter
fidelitatem. *Et qui in modico*,id eſt,in di- E
uitijs temporalib iniquus eſt, *etiam
in maiori*,hoc eſt,diuitijs ſpiritalibus,
erit iniquus, Si ergo in iniquo mammona,id
eſt,diuitijs temporalib. adminiſtrãdis
infideles fuiſtis,veras diuitias,id eſt,bona
ſpiritalia adminiſtranda,*quis committet vobis?* Nemo ſapiens id faciet. Item
ſi in alienis diuitijs temporalib fideles non fuiſtis bona ſpiritalia,q̃ veſtra

Lirani interpretatio, & aliorum

A ſunt,id eſt, quæ habentib. inhærent,
qs dabit vobis adminiſtrãda? De diuitijs,& bonis temporalib. ac ſpiritalibus,interpretatur ẽt Theophilus Antiochenus in lib. Allegoriarum D.Lucæ,Dionyſius Carthuſianus, Gloſſa
interl.& alij. Caietanus, ſignificatur
[inquit] pęna malè diſpenſantis temporalia;quod indignus eſt,vt cõmittatur ei diſpenſatio ſpiritualium, &c.

Sed huic interpretationi obijci poteſt,res ſpiritales diſpenſandas, nõ eſ-
B ſe noſtras,vt Sacramenta,& cætera q̃
Epiſcopis,alijſq.rerum ſpiritalium diſpenſatorib. adminiſtranda traduntur;
ergo non rectè explicantur verba illa
*Si in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum
eſt quis dabit vobis:* hoc eſt,quis dabit vobis res ſpiritales,quæ veſtræ ſunt, ad
miniſtrandas? Reſpondetur,hæc verba non eſſe intelligenda de adminiſtratione rerum ſpiritalium, ſed de
C dono;hoc pacto: *ſi in alieno*,id eſt,in diuitijs temporalib. quæ alienæ ſunt,&
pereunt,adminiſtrandis,*fideles non fuiſtis,quod veſtrum eſt*,hoc eſt,diuitias ſpiritales,grãtiã, caritatem, & Spiritus
ſancti dona,*quis dabit vobis?* hoc eſt, nõ
dabuntur vobis,ſi iniquè diuitias cõſumatis. Priora verò verba,de adminiſtratione ſpiritalium rerum, explicari poſſunt hoc modo *Si in iniquo mãmona* adminiſtrando *fideles non fuiſtis,
D quod veſterũ eſt*, id eſt,diuitias veras,&
ſpiritales adminiſtrandas populis *quis
credet veſtræ fidei?* tam male enim ſpiritales adminiſtrabitis, quam male tẽporales adminiſtraſtis. Similiter Paulus primo ad Timoth 2. *Qui domui* [inquit] *ſuæ præeſſe neſcit quomodo Eccleſiæ Dei
diligentiam habebit? &c.* Poſſunt præterea hæc verba exponi, de adminiſtratione publica bonorum ſpiritaliũ; illa vero alia dè adminiſtratione priua-
E ta. Quiſquis.n.bona habet ſpiritalia,
vtitur illis,illaque adminiſtrat.

Fidelitas diſpenſatoris rerũ tẽporalium, quanta eſſe debeat.

Ianſenius verba hæc: *Si in iniquo mãmona infideles fuiſtis quod verbum eſt quis
credet veſtris?* de bonis ſpiritalib. ſic interpretatur: Quis credet vobis bona
ſpiritalia,adminiſtranda alijs? ſuadet
hanc interpretationẽ verbum, *credet*,
quis credet vobis,& veſtræ fidei. Illa
vero, *Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod*

veſtrum eſt, quis dabit vobis? &c. de cœ- A
leſti præmio, intelligit: *Quis dabit vobis*
quod veſtrum eſt? hoc eſt, cœleſtia bona
quæ noſtra dicuntur, quia vt illis p-
fruamur, pcreati ſumus, neq. vnquã
poſtquam adepta ſunt, nobis eripiun-
tur; conueniuntq. nobis ſecundũ præ
cellentiſſimam partem, videlicet, ra-
tionem. Poſſunt etiam, tam hæc, quã
illa, de cœleſti gloria explanari, vt ſu
pra dictum eſt. Quod ſi quis opponat
verbum, *credet*, non conuenire bonis B
cœleſtib. traduntur enim nobis, non
creduntur. Reſpondebimus, verbum
credet, vſurpari pro verbo, *tradet*, quis
tradet vobis cœleſtia præmia? S. Gau
dentius in ſerm. ad Germiniũ: Quis
[inquit] ei qui terrenas facultates, ini
quitatis plerumque materiam ſugge-
rentes, diſpenſare fideliter neſciat,
committendas putet eſſe veras cœle-
ſtium rerum diuitias? &c. Itẽ. Profe-
cto quidquid in hoc ſęculo eſt, alienũ C
a nobis eſt; qui retributionẽ futuram
ſperãtes, velut hoſpites, & peregrini,
in hoc mundo conuerſari iubemur.
Propria verò credẽtib. & æterna poſ
ſeſſio eſt illa cœleſtis. Noſtrũ eſt re-
gnũ cœlorũ, ſi Domino pollicenti ſer
uiamus, &c. Obſerua ex hoc loco, di-
uitias veras, & noſtras, virtutes eſſe,
& cœleſtia p̃mia; terrenas autẽ falſas
eſſe diuitias, & alienas. Nonnulli hæc
verba: *Si in alieno fideles non fuiſtis, quod* D
veſtrum eſt, quis dabit vobis? Sic exponunt
ſi in diuitijs alienis diſpenſandis, infi
deles fuiſtis, qđ veſtrũ eſt, id eſt, mer
cedem veſtram quis dabit vobis? hoc
eſt, nullam mercedem accipietis. At
de mercede non debita, dici non põt
Quod veſtrum eſt, non enim noſtra eſt
merces, q̃ nõ meruim⁹, niſi qs dicere
velit, mercedẽ noſtrã dici illa, qua di
gni eſſem⁹, ſi diuitiæ adminiſtrarẽt. E

Nemo ſeruus, poteſt duobus Dominis ſeruire.

AD eleemoſynas largiendas, fideli
terq; opes adminiſtrãdas, adhor
tatus eſt Dominus; hoc loco a cupidi-
tate & ſeruitute diuitiarum, nos auo
cat. Hæc autem, & ſequentia verba,
expoſita iam ſunt, in ſermone Domi
ni in monte, to. 2. lib. 7. c. 26.

Cœleſtia bona noſtra dicuntur.

Et deridebant eum.

GRæce, ἐξεμυκτήριζον αὐτόν, id eſt
ſubſannabant eum. Hunc capiebant
Phariſæi fructum, ex verbis Chriſti;
deridebant eũ, qa auari erant, & mãmo
næ ſeruiebant, Græce, φιλάργυροι, id
eſt, *argenti & pecuniæ, amatores erãt.* Chri
ſti autem verba aduerſus Mammonã
pugnabant. Prouer. 18. *Non recipit ſtul-*
B *tus verba prudentiæ, niſi dixeris, quæ verſan*
tur in corde eius, &c. Patres imitabãtur
ſuos, qui prophetas a Deo miſſos ſub
ſannabant 2. Paralipp. 26. *Mittebat Do*
minus Deus patrum ſuorum ad illos, per ma
num nuntiorum ſuorum, de nocte ſurgens,
& quotidie commonens, eo quod parceret po-
pulo, & habitaculo ſuo. At illi ſubſannabãt
nuntios Dei, & paruipendebant ſermones e-
ius, illudebantque prophetis, donec aſcenderet
furor Domini in populum eius, & eſſet nulla
C *curatio, &c.* Impiorum ſubſannatio il-
la eſt Iſaiæ 28. *Manda remanda, manda*
remanda; expecta, reexpecta, expecta reexpe-
cta, modicum ibi, modicum ibi, &c. Prophe
tis ventura nuntiantib. [ait Hierony-
mus] & niſi feciſſent, quæ præcepta
erant, tormenta minantibus, ſolebãt
dicere ſubſannantes. *Manda remanda,*
manda remanda: id eſt, præcipe, præci-
pe, impera, quæ facere debeamus, Cũ
que abuterentur Dei patientia, q dif
D fert iram, vt præbeat miſericordiam
ſolebãt etiam hoc ex perſona prophe
tarum, ludentes dicere; *expecta pauli-*
ſper, expecta modicum, venient quæ futu
ra prędiximus. Sic Hieronymus. Au-
diamus Ieremiam prophetam capite
20. *Factus ſum* [inquit] *in deriſum tota die*
omnes ſubſannauerunt me, Quia iam olim lo
quor vociferans iniquitatem, & vaſtitatẽ cla
mito, & factus eſt mihi ſermo Domini in op-
probrium, & in deriſum tota die, &c. Refe
E rebant ex ſuis concionibus irriſiones
prophetæ: nos vero laudes cu-
pimus referre. Ideoque, non
quę proſint, ac moueãt
corda, ſed quę oble
ctent aures,
eloqui-
mur.

Subſannãtes verbi Dei.

Phariſæi auari.

Ex ſententia

Iudæorũ verba Prophetas ſubſannantium.

Digitized by Google

Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus.

Phariſæi corã Deo erãt abominabiles.

SVbſannantes ſuperbos Phariſæos arguit Dominus; abominabileſque Deo eſſe docet, etſi hominibus iuſti videantur. *Vos*[inquit]*eſtis, qui iuſtificatis vos*, id eſt, iuſtos vos eſſe oſtenditis, *coram hominibus*, quadam iuſtitia fucata; omnia opera facientes, vt videamini ab eis. At non eſtis iuſti coram Deo, vera, & cordi, atque animo inhærente iuſtitia, *Deus nouit corda veſtra*, auaritia, ſuperbia, & iniquitate eſſe plena. *Quod enim altum eſt hominibus*, Græce, ἐν ἀνθρώποις, *in hominibus*, hoc eſt, vt Theophylactus interpretatur, quod elatum, & ſuperbum eſt in hominibus *abominabile eſt Deo*. Superbiam veſtrã, & omnium hominum deteſtatur Dominus. Prouerb. 16. *Abominatio Domini eſt omnis arrogans &c.* Lyranus hoc pacto exponit: *Quod altum eſt hominibus*, hoc eſt, ſimulata iuſtitia, & ſanctitas doloſa, quæ in oculis hominum altos, & excelſos reddit homines; *abominabilis eſt Deo*. Aliter, *vos iuſtificatis vos corã hominibus*. altique eſtis inter eos, quia non vident corda veſtra. Deus autem corda veſtra cernit, iniquitate referta, ideoque non alti, ſed abominabiles eſtis coram illo. Sæpè enim fit, vt qui hominibus alti & excelſi ſunt, apud Deum ſint deteſtabiles.

Superbia abominabilis eſt Deo.

Prou. 16.

Lex & Prophetæ, vſque ad Ioannem.

Lex vſque ad Ioannẽ quid ſignificet.

OMiſſa Phariſæorum reprehenſione, ad docendos auditores reuertitur Chriſtus, docetq; in primis legẽ, & Prophetas, ad Ioannis vſque tempora, ſuum habuiſſe tempus, ex eoque Græcè, ἀπὸ τότε, i. *ex tunc ex eo tempore*, regnum cœlorum euangelizari cœpiſſe, & vim pati, Facilius autem eſſe cœlum tranſire, & terram, quam vel vnum apicem, de lege cadere. Hæc omnia explicata iam ſunt, 2. tom. lib. 8. c. 9. & lib. 7. cap. 14. Beda connectit hęc cum ſuperioribus verbis, hoc pacto. Diſputantem[inquit]contra Phi-

Beda.

Cõnexio cũ ſuperiorib.

A largyriam, id eſt, *amorem pecuniæ*, Saluatorem, Phariſæi *deridebant*, quaſi contraria legi, prophetiſque præciperet, vbi multi, & ditiſſimi fuiſſe, & tamen Deo placuiſſe legerentur, Sed & ipſe Moſes populum, quem regebat, ſi legem ſequeretur, omnibus, quæ terra gignit, bonis abundaturum; ſi autem negligeret, peſte, fame, inopia, cunctiſque malis prædiceret eſſe feriẽdũ. Quibus Chriſtus occurrit &c Oc-

Lex vetus terrena bona promittebat.

B currit autem Chriſtus dicens, vſque ad Ioannem Baptiſtam, legem, & prophetas, prædicaſſe promiſſiones illas terrenas. At a tempore Ioannis, iam prædicari regnum cœlorum, vimque pati, eſſeque opus diuitias ſpernere, ne regni conſecutioni obſiſterent. In eundem modum connectit Theophylactus, Ianſenius, & alij. At Chriſtus non egit nunc de paupertate, aut de diuitijs penitus deſerendis;

C ſed eleemoſynam largiendam dixit, diuitias benè adminiſtrandas, non poſſe hominem ſeruire Deo, & Mammonæ, ſiue auaritiæ. Hæc autem legi ſunt conſentanea. Neque ergo Phariſæi putauerunt, Chriſtum legi dicere contraria, neque Chriſtus illorum huiuſmodi tacitæ cogitationi reſpondit, cum dixit: *Lex & prophetæ vſque ad Ioannem* ſed potius documenta illa voluit tradere, quamuis cum ſuperiorib. con-

D nexa non eſſent.

Aliter poſſunt hæc verba, cum antecedentibus copulari hoc pacto: Adhortatus eſt Dominus auditores, ad donandas eleemoſynas, & reliqua; nunc indicat, tempus Euangelij hæc poſtulare, quæ docet. Siquidem tempus eſt, quo regnum cœlorum euangelizatur & omnis in illud vim facit, hoc eſt, vi illud conatur conſequi Pariunt hęc verba difficultatem; Nunquid omnis

E homo cœlo vim infert, cœlorumque regnum vi nititur expugnere; ipſis oculis cernimus hoc minimè fieri. Reſpondetur, ſenſum horum verborum: *Omnis in illud vim facit*. Hunc eſſe, omnis, videlicet, qui conſequi regnum cœlorum vult, in illud vim facit, illud vi oppugnat; alius incipit rerum ſtatus, id eſt, tempus oppugnandi regnũ cœlorũ, quæ oppugnatio eleemoſynas

Quomodo omnis vim faciat cælorũ regno.

diuitiarumq; fidelem adminiſtrationem flagitat. D. Bonauentura, ait, Dominum hoc loco de legis abrogatione agere, quaſi (inquit) dicat Phariſæis; non debetis ſupercilium erigere, ꝓ legis obſeruantia, quia iá ceſſat &c. Lex tamen vſq; ad Chriſti morté nõ ceſſauit; tunc.n.eſt abrogata. A tépore autem, quo Baptiſta regnum cœlorum cœpit euangelizare, cœpit etiã lex abrogationi appropinquare. Ceſſauit etiam tunc, non quoad vim, aut obligationem. Sed quoad prædicationem. Ex eo enim tempore cœpit prædicatio regni cœlorum. Lege quæ diximus tom.2.lib.8.c.9.

D. Bonau.

Lex tẽpore mortis Chriſti abrogata eſt.

A

Omnis qui dimittit vxorem ſuam.

MAtthæ 19. Phariſæi hanc proponunt Chriſto quęſtionem tentãtes; *Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacumque ex cauſa?* Hoc loco illi reſpondet, negatque fas eſſe viro vxorem dimittere. Qua de re commodius dicemus, cum ad eum Matthęi locum explanandum, Deo fauente peruenerimus li.5.c.1.&c. Illud opinor Chriſtum hæc bis dixiſſe; tum apud Matthæum, tum apud Lucam.

B

C A P V T V.

De diuite epulone, & Lazaro.

L V C A S C A P I T E X V I. Verſ.19.

HOMO quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo
& epulabatur quotidie ſplendide? * Erat quidam mendi-
20 cus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, vlceribus ple-
21 nus, * cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa
diuitis, & nemo illi dabat; ſed & canes veniebant, & linge-
bant vlcera eius. * Factũ eſt autem, vt moreretur, mendi-
22 cus, & portaretur ab Angelis, in ſinũ Abrahæ. Mortuus eſt auté & diues, & ſe
23 pultus eſt in inferno. * Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vi
24 dit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius; * & ipſe clamans dixit; Pater
25 Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui
26 in aquam, vt refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma. * Et dixit
illi Abraham, fili, recordare, quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimi-
27 liter mala; nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. * Et in his omnibus
inter nos, & vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſi-
re ad vos, non poſſunt, neque inde huc tranſmeare * Et ait: Rogo ergo te pa
28 ter, vt mittas eum in domum patris mei. * Habeo enim quinque fratres, vt
29 teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum, * Et ait illi Abra
30 ham; Habent Moyſem, & prophetas; audiant illos. * At ille dixit: Non, pater
Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait au-
tem illi: ſi Moyſen, & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſur
rexit, credent.

DE eleemoſyna largienda egerat Dominus, docueratq; diuitias fideliter eſſe diſpenſandas, & amicos ex mammona faciendos, qui recipiant nos in æterna tabernacula, addi-

C

addidit,quod altum eſt, hominibus, abominationem eſſe apud Deũ. Hoc loco, propoſito horrendo exemplo, hæc omnia confirmat. Diuitem ante oculos ponit,tartareis cruciatum flãmis,qui pauperib. ne micas quidem è menſa cadentes dabat, opes infideliter diſpenſabat,altus erat coram hominibus abominatio verò ante Deũ, Amicos ex mammona iniquitatis nõ faciebat,atque ideo non in æterna cœli tabernacula,ſed in perpetuo orci rogo, receptus eſt.

Sit ne hæc hiſtoria vera an parabola? Quæritur,ſitne exemplum hoc vera hiſtoria,an ficta parabola? fictam parabolam fuiſſe exiſtimat D. Chryſoſtomus hom.1.de diuite,& Lazaro, D.Gregorius Nazianzenus in carmine de parabolis,Luca Euangeliſta, & in carmine de parabolis quatuor Euãgeliſtarum,Theophylactus, Euthymius,Titus Boſtrenſis, Eucherius in q.in Lucã,Theophilus Antiochenus, Simon Caſſianus lib.6.cap. 12. Sotus quoq; 4 d.50.q.vnica art.6 D. Iuſtin. martyr in lib quæſtionum.q.6.ait neque parabolam eſſe,neq. hiſtoriam.

Narratio magis eſt quam parabola. Ambroſius in Lucam narrationem magis eſſe vult,quam parabolã. Narratio[inquit]hæc magis,quã parabola videtur,quando etiam nomen exprimitur,&c.idem habet gloſſa ord. D.Gregorius ho.40.in Euangelia hiſtoriam appellat, & rem geſtam. D. *Tertull.* Irenæus lib.2.c.62.enarrationem vocat de diuite,& Lazaro. Tertullianus lib.de anima c. 7. hiſtoriam eſſe probat, quod Lazarus nominetur. Proprium enim nomen verum hominẽ fuiſſe indicat,non parabolicum.Imaginem[inquit]exiſtimas, exitum illum pauperis lætantis, & diuitis mœrentis?Et quid illic Lazari nomen, ſi nõ in veritate res eſt?&c.Et D.Chryſologus ſer.124.ſi[inquit]eſt Abrahæ ſinus,ſi eſt Lazarus in ſinu patris tanti,imo quia dubium non eſt, vbi & loca,& perſonæ,& nomina, deſcribũtur, &c.S.Iſidorus Peluſiota,epiſt. *Chryſologus* *Hiſtoria vera eſt.* 379 ad Cyrum de Lazaro,& diuite, tamquam de veris hominib loquitur ait enim Lazarum verſari in perpetuo regno, ac foueri,diuitem gehennam habere,ipſiuſque ignem pro indumento. Ambroſius quoque lib. 8. in Luc.& Auguſtinus ſerm.227. de tempore ſimiliter D.Cyrillus lib.1.in Ioannem cap.22. de Lazaro vt de homine vero,non ficto,verba faciunt,& Origines hom.16.in lib.Num.& ho. 27.Beatum Lazarum nominat. Ex recentioribus Caietanus, & Ianſenius. dubitant an ſit hiſtoria. Sotus parabolam vocat 4.ſen.diſt.50.q.vnica art.6.Maldonatus præcipuam partem putat eſſe parabolam, nimirum colloquium diuitis cum Abrahamo. Cardin.Baronius in Annal.& alij eſſe hiſtoriam arbitrantur. Lyranus non dicitur[inquit] hic quod ſit parabola, quia ſecundum doctores eſt narratio rei geſtæ, &c. Et Dionyſius Carth.Communiter [inquit] dicunt expoſitores, quod ſit res geſta, &c.

Confirmatur hæc ſententia ex illis verbis; *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus,&c.* nominatur Lazarus. nominatur Abraham,& Moſes;ergo res verè geſta eſt Nam in parabolis nomina propria vſurpari non ſolent; quia ficta ſunt. Et chriſtus in nulla parabola nomen alicuius proprium vſurpauit. Vnde illud Ambroſij;Narratio [inquit]magis,quam parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur,&c & illud Tertulliani; Et quid illic Lazari nomen,ſi non in veritate res eſt?&c & Auctor homiliæ,quæ habetur in fine tom.2. D. Chryſoſtomi de diuite,& Lazaro proponit [inqt] Dominus in exemplum,parabolæ veritatem.Neq.enim in parabola dicenda nomina ſunt. Parabolæ illæ ſunt, vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina, vbi autem dicitur Abrahã, & prophetæ,& Lazarus.& Moſes,hic verus eſt Abraham, verus eſt Lazarus, &c. Magiſter hiſtor. cap. 103. Non fuit(inquit)hoc parabola;quod perpenditur, quia nomen mendici ponitur. Lazarus, &c Idem docet D.Antoninus 1.p hiſt. titulo 5. cap. 2. §. 16.

Cum nomẽ exprimitur hiſtoria eſt. *D.Ambro.* *Tertul.*

Hac etiam ratione, præter alias, probatur librum Iob non continere parabolam fictam, vt quidam Hebræi,& hæretici voluere, ſed veram hiſtoriã Etenim nomina Iob,&ſocio- *Liber Iob vera eſt hiſtoria.*

rum,& regionum, veram hiſtoriam libri Iob eſſe oſtendũt. Nomina quoque Lazari,& Abraham,hanc non eſſe parabolam excogitatã indicant; idem confirmatur, ꝙ multis in locis, teſte Cardin. Baronio, in memoriam Lazari, eccleſiæ erectæ habeantur;de eoq. in iiſdem anniuerſaria celebritas peragi conſueuit. His adde præterea,ex eo probari poſſe hanc eſſe veram hiſtoriam, quod nomen diuitis Chriſtus ſubticuerit. Propterea enim ſubticuit,quia reuera damnatus erat nolebatq. Iudæis manifeſtum eſſe, quis nam fuiſſet. Præterea, non ſolēt ex reb. inuiſibilib. alterius vitæ parabolæ ſumi,at hæc hiſtoria, multa narrat quæ à ſenſib.& hominib. longè remota ſunt. Deniq ſi parabola hæc eſſet,non haberet tantam vim,ad perſuadendum;at hiſtoria,reſque geſta, plus habet ponderis.

Diuitis nomen cur Dominus ſubticuerit.

Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & byſſo.

QVis hic diues fuerit, ignoratur. Nonnullis, vt ſcribit Dionyſius Carthuſianus. Nabalem illum fuiſſe placuit,qui Abigailem vxorē habuit ſubitaq. morte à Deo percuſſus interijt 1.Reg.25.ſed nullo nititur hæc ſuſpicio fundamento Sanè ſi ante fores Nabalis iacuiſſet Lazarus ſuccurriſſet tantæ miſeriæ,optima fœmina Abigail illius vxor. Euthymius Lucæ 16. Huiuſmodi recitat Hebræorum traditionem:Aiunt[inquit]quidam,ex traditione Hebræorum, quod iuxta ea tempora diues ille fuerat, Nineuſis appellatus,& mendicus iſte Lazarus. Poſtquam autem vterq. mortuus eſt, formauit Chriſtus parabolam,de rebus ab illis geſtis;retributiones narrauit, timorem iis,qui diuiti adhæſerant,immittens;eis verò, qui ad pauperē attinebant,conſolationem, his autem,& illis,vtilitatem;ſic ille. Iudicat autem diuitem,& Lazarum,prope id tēpus vixiſſe quo Chriſtus in terris verſabatur: Chriſto verò concionante,eos fuiſſe ſuperſtites,qui diuiti adhęrebant,eos etiam qui ad Lazarũ attinebant. Siquidem illis terrorē

Quis hic fuerit diues Euthymi⁹.

Nineuſis nomē diuitis fuit.

A his conſolationem,hac narratione voluit immittere. Fides ſit penes auctores. Thophylactus quoque traditionis Hebręorum meminit,hoc modo. Fert (inquit) Hebræorum traditio, Lazarum quemdam,per illud tempus,extrema inopia,& infirmitate, laboraſſe,cuius memor fuerit Dominus, in parabola hac,vtpotè noti, & manifeſti. Hæc ille. Titus etiam Boſtrenſis; Fertur(ait)vulgi ſermone cui Hebręo B rum traditio quoq. aſtipulatur,Lazarum hunc fuiſſe quemdam extreme egenum, & ægrum, Ieroſolymis per id tempus notum.

Theophyl.

Titus.

Ieroſolymis habitaſſe diuitem, & prope aduentus Chriſti tempora fuiſſe,illud probat;quod illius domus ad hoc vſq; tempus,Ieroſolymis oſtendatur,vt ſcribit Adrichomius, in deſcriptione Ieruſalem numero 38. Iudæumq. fuiſſe,non ethnicum,proba- C tur,tum quia filius ab Abrahamo appellatur,tum quia fratres habuit Iudęos,de quib. dicitur; *Habent Moyſem, & Prophetas &c.* D. Antoninus loco indicato refert ex Damaſceno, fuiſſe conſanguineum Zacharię,patris Ioãnis Baptiſtę.

Diues Ieroſolymis habitabat & Iudæ⁹ erat

Induebatur purpura & byſſo;vnde forſitan probabit quiſpiam,hunc diuitē fuiſſe regem Herodem, vel quempiã alium virum principem;ſi quidē pur- D purę vſus regum erat,virorumq. principum. Ac purpura alios etiam vti cōſueuiſſe,præter reges,& principes,ꝓbatur ex capite 31. prouerbiorum. *Byſſus*(ait Salomon de forti fæmina loquens)*& purpura indumentum eius, &c.* principem tamen aliquem virum fuiſſe,hunc diuitem,crediderim,honore opibuſque abundantem, quem purpureum deceret indumentum & byſſinum;eſt autem byſſus,linum tenuiſ- E ſimum.

Nũ fuerit rex Herodes.

Prou.31.

Indumētũ diuitis.

Et epulabatur quotidie ſplendide.

QVale fuerit diuitis indumentum indicauit Dominus,nimirũ purpureũ, ac byſſinum;molle, & pretioſũ. Qualis fuerit cib. oſtēdit; *epulabāt* (inquit)*quotidie ſplēdidie*; Gręce legitũ, εὐφραινόμενος καθ᾽ ἡμέραν λαμπρῶς,

Cib. diuitis

hoc

hoc eſt, *oblectatus per dies ſingulos ſplendidè.* Oblectabatur autem pretioſis epulis, pretioſo vino, muſica, paraſitis, huiuſmodiq; alijs rebus. In hũc vero modum a Deo ſibi traditas diuitias, œconomus hic in pretioſas veſtes, epulas, reliquaq; oblectamenta corporis, expendebat, oblitus animæ; quam (vt ait Chryſoſt. hom. 3. Lazaro) in corpore, veluti ſepulchro, Deo mortuam ferebat. Anima (inquit) diuitis, in corpore tanquam in monumento defoſſa; ac ſepulchrum circumferens, nempe carnem. Non ſecus enim ille, quã ſi catena quadam, temulentia, ac ventris ingluuie vinctus eſſet, ſic otioſam animam, ac mortuam reddiderat &c. Et Titus Boſtrorũ Epiſcopus; Anima (inquit) diuitis, in abdomine, perinde ac in quodam monumento obruta, defoſſaq; iacebat, carnemque veluti ſepulchrum circumgeſtabat, &c.

Anima diuitis in corpore velut ĩ ſepulchro mortua. Titus.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.

ANte ianuam diuitis, ager erat fęcundiſſimus; in quem pecunias veluti ſemen ſpargeret, ſi vellet, copioſamq; ſegetem meteret. Erat nimirũ ante illius ianuam, *Pauper nomine Lazarus vlceribus plenus*; in quem eleemoſynas conferret. Quis fęcundior ager eſſe poterat? At diues inſipiens, non agro huic fecũdiſſimo, ſed terræ ſterili, ſemina mandabat, videlicet ſeminabat in carne, de qua Paulus ad Gal. 6. *Qui ſeminat* (ait) *in carne ſua, de carne metet corruptionẽ, &c.* Seminauit diues hic, in carne byſſum, purpuram, epulas ſplẽdidas; corruptionem meſſuit, tormentaq; ſempiterna. Diuitis nomen tacuit Chriſtus, pauperes vlceroſi nõ tacuit. De diuite. *Homo quidam* (inquit) *erat diues*; nominis non meminit. De paupere, *& erat* (inquit) *mendicus nomine Lazarus*: D. Ant. par. 1. hiſtor. tit. 5. c. 2. §. 16. ait tacuiſſe Chriſtũ nomẽ diuitis, protuliſſe nomẽ pauperis, quia diuitis vitia, & damnationem, pauperis autem virtutes, & fęlicem remunerationem, patefaciebat. Cum enim de virtutibus agitur, nominandi ſunt illi, quorum virtutes cõmemoramus,

Lazar⁹ ante ianuam diuitis.

Arenæ ſemina mandabat diues.

Nomẽ pauperis patefacit Domin⁹ non diuitis.

A cum de flagitijs ſermo eſt, occultanda nomina ſunt eorum, qui ea commiſerunt, niſi aliud poſtulet prudentia. Habendam docuit Dominus rationẽ honoris, ac famæ viuentium, ſi quidem rationem habuit honoris, & famæ diuitis mortui, ac damnati. D. Gregor. hom. 40. aliam reddit rationem. Quid eſt [inquit] quod Dominus nomẽ pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit, niſi quòd Dñs humiles nouit, atq. approbat, & ſuperbos ignorat? Ait

B Chriſtus de diuite; *homo quidam*: ait de pauperte: *mendicus nomine Lazarus*: ac ſi apertè dicat, pauperem humilem ſcio, ſuperbum diuitem neſcio. Illum cognitum per approbationem habeo, hũc per iudicium reprobationis ignoro, &c. Gregorium ſequuntur Beda, & Haymo. Similiter Theophyl. Diuitem [inquit] abſq. nomine aſſumpſit, vt pote qui neq. dignus ſit, qui a Deo

Humiles Deus nouit ex nomine, ſuperbos ignorat.

C nominetur. Nomen autem pauperis memorat, iuſtorum enim nomina in libro vitæ ſcripta ſunt, &c. Et Euthymius; Sanctorum nomina ſcripta ſunt in cęlis, malorum vero nomina ſcripta non ſunt in libro vitę. Vnde & hoc loco, diuitis nomen non dicitur; mendici verò dicitur, &c.

Iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus.

D VIde quo loco Deus pauperem collocauit. *Iacebat* [inquit] *ad ianuam eius.* Non in biuio [ait Chryſoſtomus hom. 1.] nec in angiportu, occultovè loco decumbebat pauper, ſed qua frequenter exibat, intrabatque diues, ſic vt vel nolens, aſpicere cogeretur, &c. At qualis pauper decumbebat, ad ianuam diuitis, videlicet, vlceribus plenus, qui viſcera etiam ferrea, ad miſericordiã poſſet inflectere, in quo tot

E ora eleemoſynam petebant, quot in corpore habebat vlcera. Quia nihil erat vox vnius oris clamãtis, [ait Chryſologus ſerm 121.] ad aperiendum cor diuitis, corpus pauperis vulneribus Deus aperuit, vt in admonẽdo diuite, tot eſſent pauperis ora, quot vulnera, &c. Deniq; ante ianuã ꝓpoſuit Deus diuiti, miſericordiæ materiã, vt de mãmona iniquitatis, amicũ ſibi faceret

Lazarum,

A Lazarum,a quo in æterna tabernacu
la reciperetur.Græce, ἐβεβλητο πρὸς
τὸν πυλῶνα αὐτοῦ,id eſt,projectus erat, ad
ianuam,vel veſtibulum eius,proiectus e-
rat canibus,qui eum non quidem la-
cerabant,ſed vulnera lingebant.

Lazarus ad ianuã pauper.

Et nemo illi dabat.

PAupertate,morbo,fameque con-
fectus Lazarus,de micis,q̃ ex men
B ſa diuitis cadebant,cupiebat ſaturari
Non ille ſplendidas epulas, dulcia ex
petebat vina,micas tantum deſidera
bat,has ſibi ſatis fore credebat, vt ſa
turarerũr.Sed,*nemo illi dabat*. O fera
diuitis,famulorumq. viſcera:ò Laza-
ri diuinam tolerãtiam,in ſumma pau
pertate,abſque tecto viuebat, vlceri-
bus erat plenus;neglectus,pro nihilo
habitus,humano præſidio deſtitutus,
ad diuitis ianuam iacebat, vt ex do-
C mo illa tot bonis affluente,aliquid mi
ſericordiæ hauriet. Sed vbi miſericor
diam ſe putauit inuenturum;ibi ſum
mam reperit inhumanitatem.

Lazari tolerantia.

Diues induebatur purpura,& byſ
ſo,Lazarus induebatur vlcerum pu-
tredine. Diues epulabatur. Lazarus
fame conficiebatur. Ille eburneo in
lecto,mollibuſq.culcitris capiebat sõ
num;hic iacebat ante ianuam. Ille o-
D pibus affluebat, hic nihil poſſidebat,
proximus fonti ſitiebat, tot epulis p
pinquus eſuriebat. Nullus ex tot fa-
mulis illius miſertus eſt, nullus micas
quas expetebat,dedit. Deniq. diues,
vt cum Abrahamo loquar,recipiebat
bona in vita ſua; Lazarus recipiebat
mala.Sed diues bona recepta luxu diſ
ſipauit,Lazarus mala omnia,patien-
tia ſuperauit. Theophylactus: Num
(inquit)in tantis malis Lazarus bla-
E ſphemabat?num conuitiabatur num
inceſſebat luxum diuitis?nũ inhuma
nitatem condemnauit:num prouidẽ
tiam Dei reprehendebat? Nihil horũ
ſed fortis erat.& magnæ philoſophię
&c.Quantas[ait D.Gregorius hom.
40.]tentationes,hunc egenum credi
ditis in ſua cogitatione toleraſſe, cũ
ipſe egeret pane,& nõ haberet ẽt ſa-
lutẽ,atq; ante ſe diuitem cerneret,ſa
lutẽ,& diuitias habere,cũ voluptate?

Diuitis & Lazari cõparatio.

Theophyl.

D. Gregor. Tẽtationes Lazari.

A ſe dolore,& frigore affici, illum gau-
dere conſpiceret,& byſſo, & purpu-
ra veſtiri? ſe deprimi vulnerib. illum
diffluere acceptis reb. ſe egere,illum
nolle largiri?Sed vt probaretur am-
plius pauper,ſimul hunc & pauper-
tas,& ægritudo,tabefecit. Hæc Gre-
gorius.

Eſt miſer nemo niſi comparatus.

Vt poeta ait.Satis miſeriæ Lazarus
habebat,ẽt non comparatus. Compa
B rato,miſeriæ accreſcebãt fluct⁹ Chry
ſoſtomus ho.1.de Lazaro; Cum [in-
quit]fluctus eſſent tam multi,nun ta
men demerſum eſt Lazari nauigium
Sed perinde vt ſi in fornace poſitus,
veluti perpetuo rore refocillaretur;
ita philoſophabatur,&c.

D. Chryſo.

Canes veniebant, & lingebant vlcera eius.

LAzaro miſericordiam negabant
C homines;Canes vero eã quam po
terant,tribuebant. Videlicet, huma-
niores erant canes,quã homines.Di-
ues eiuſq-famuli,nihil ſolatij,paupe-
ri vlcerib.ſcatenti afferebant, canes
vlcera illius lingebant,lingua mulce-
bant,ac curabant.Titus Boſtrenſis,fa
ciebãt[inquit]hoc canes,eo quo pote
rant ſenſu,vicẽ dolentes Lazari,curã
que illius,qui ab omnib deſertus erat
D amice,ſuſcipientes.Necnon vulnera
eiuſdem beneuole,medicorum more
fouentes,& circũlingentes,&c.Chry
ſologus ſerm 121.Canes(inquit)non
ad morſum dẽtes,ſed linguas ad ob-
ſequiũ ſic producunt, vt in modum
ſpongiæ,non vexent vulnera, ſed ter
gãt.Quod canes hoc ſtudio fecere,cu
rãtium vſus ipſe,qui ſemper eſt in o-
culis,probat. Nam canes, lambendo
ſemper curant vulnera ſua, &c. D.
E Chryſoſtomus ex hoc quod canes vl
cera lingerent,elicit Lazarum adeo
fuiſſe debilem,vt nõ poſſet lingentes
abigere canes. Adeo[inquit] erat fra
ctis virib.vt ne canes quidẽ poſſet a-
bigere,&c.ſimiliter in gloſſa interl.
ſic habetur. Canes nec a ſe remoue-
re poterat,nec viſitator erat,q remo-
ueret &c.& Euthymius.Adeo[inqt]
debili erat corpore,vt neq canes poſ
ſet abigere.Veriſimilius forte eſt, eo
non

Canes magis miſericordes quã diues et eius famuli.

Titus.

Chryſ.log⁹

D. Chryſo. Lazari infirmitas.

Digitized by Google

non prohibente, nec prohibere valẽte, canes hanc qualemcumq; curationem illi præſtitiſſe. Accedebãt illi ad lingenda vulnera, ſuo commodo; ſed commodum etiam Lazaro attuliſſe aliquod lingendo, quis negabit?

Factum eſt vt moreretur mendicus.

Quid diuiti cõtigerit poſt mortẽ, & Lazaro.

QVid in vita diues, quid Lazarus habuerit, hactenus dictum: quid habuerint poſt mortem, indicat Dñs, cui hæc omnia erant notiſſima, Verſa ſors eſt. Vidimus Lazarum mendicũ; iam videmus diuitem; vidimus abiectum; videmus ſummo honore elatũ; vidimus in veſtibulo diuitis, hoſpitis inhumaniſſimi, iacentem. Videmus in ſinu Abrahæ, optimi hoſpitis, collocatum; quem canes lingebant, iam angeli portant. *Mortuus eſt mendicus Lazarus,* vlceroſum corpus in veſtibulo diuitis reliquit; victricem animam tradidit cęli incolis. *Factum eſt* (inquit Dominus) *vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ, &c.* Non eſt portatus in purgatorium, ſed in ſinum Abrahæ; mirum ſanè eſt, hominem legis veteris obſeruatorem, tantæ fuiſſe perfectionis, vt nullum haberet peccatum moriens, quod eſſet igne purgatorio expurgandum. At vixerat in purgatorio Quid enim illius paupertas, quid vlcera fuerũt? quid patientia? nonne purgatorium, peccata quæ commiſerat expurgans?

Lazarus ĩ purgatoriũ non abijt.

Non eſt autem portatus in cęlum; quoniam ante Chriſti Aſcenſionem, iuſtorum hominum animæ, in cęlum non aſcendebant, ſed ad inferos deſcendebant. Hinc illud Iacob. Gen. 37. *Deſcendam ad filium meum in infernum, &c* Iuſtus erat Iacob, *ad inferos tamen ſe deſcenſurum*, non ad ſuperos ait aſcenſurum. Samuel præterea *non è cœlo deſcendere, ſed ab inferis aſcendere viſus eſt.* 1 Reg. 28. Ideoque Chriſtus ad inferos deſcendit, vt iuſtorum animas, inde educeret, cęloque inferret, iuxta illud Zachar. 9. *Tu autem in ſanguine teſtamenti, eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua,* id eſt de limbo, vt vocant. Gregorius lib. 12. Moral. cap. 6. Quia (inquit) ante aduẽtum Chriſti, omnis homo quanuis mundæ vitæ fuerit, ad inferni clauſtra deſcendit, dubium non eſt. Quoniam homo, qui per ſe cecidit, per ſe ad paradiſi requiem redire non potuit; niſi veniret ille, qui ſuæ incarnationis myſterio, eiuſdem nobis paradiſi iter aperiret, &c. Deinde addit varia eſſe in inferno loca; eſſe (inquit) ſuperiora inferni loca, eſſe alia inferiora, credenda sũt; vt & in ſuperioribus iuſti requieſcerent, & in inferioribus iniuſti cruciarentur. Vnde & Pſalmiſta Pſalm. 85. *Eripuiſti* (ait) *animam meam ex inferno inferiori,* ſic ille. Infernum inferiorem putat appellari, infernum damnatorum; ſuperiorem ſinum Abrahæ. Lege Auguſtinum Pſal. 85.

Ante Chriſti aduentũ ſancti i limbum deſcẽdebant. Gen. 37.

1. Reg. 28.

Zachar 9

D. Greg or. Probatur limbus patrum contra hæreticos.

Pſalm. 85.

Sunt igitur in viſceribus terræ, loca quatuor, vt docent Theologi. Infimus locus tartarus eſt; in quo flãmis ſempiternis, damnati cruciantur. Secundus propinquior tartaro, infantium carcer; quorum maculam originalem, baptiſmi ſalutaris aqua non deleuit. Tertius purgatorium appellatur; in quo iuſti, qui aliquid fæcis ex hac vita ferunt, inſtar auri, fornace expurgantur. Supremus limb. dicitur; qui iuſtorum animas continuit, omni peccato, peccatique reliquijs carentium, vſque ad Chriſti reſurrectionem. Cùm enim cęli fores, nondum eſſent reſeratæ, qui cœlo donandi erant, omnibus peccatis expiati, hac in ſede Chriſtum redemptorem, expectabant. In hunc locum, portatus eſt ab angelis fæliciſſimus mendicus Lazarus; nihil enim habebat ſcoriæ; quod igne purgante eſſet abolendum.

In viſceribus terræ ſunt loca quatuor.

Non eſt autem portata ab angelis Lazari anima; ſicut ab homine portatur lignum, vel lapis, qui vi caret, qua ſe mouere poſſit. Poteſt namque ſe mouere anima, ſurſumque in in cęlũ aſcendere, vel deſcendere deorſum in infernum. Vim habebat anima Lazari, qua ſe moueret; ab angelis vero portata eſt, qa iter in ſinum. Abrahæ ignorabat. Præterea dæmonis victorem, ac triumphatorem, cęleſtes milites collætantes comitabãtur, ac ducebãt. Quãobrẽ Auctor homiliæ de diuite

Quomodo portatus ſit Lazarus ab angelis.

uite & Lazaro Chryſoſtomo aſcri- A
ptæ.non ſuffecerat (inquit) ad portan
Lazarus a pluribus angelis portatus eſt. dum pauperem vnus angelus? ſed pro
pterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant. Gaudet vnus quiſq; angelorum, tantum onus tangere. Libenter talibus oneribus prægrauantur, vt adducant homines ad regna cęlorum, &c.

Dubium eſt, cur locus ille, in quo patrum animæ, ante Chriſti aduentum continebantur, ſinus Abrahæ ap B
Cur dicatur ſinus Abrahę locus ille. Theophyl. pelletur? Dicuntur maris ſinus, receſſus quidam tranquilli; potuit ergo appellari ſinus apud inferos locus ille, quia tranquilitate plenus erat. Vnde Theophylactus: Quidam (inquit) ſinum Abrahæ vocant, continentiam bonorum, quæ repoſita ſunt iuſtis, qui a tempeſtate huius maris ingrediuntur in portus cęleſtes. Quoniam & in mari ſinus appellamus loca por-
D. Auguſt. tubus, & quieti apta, &c. Auguſtinus C
loco infrà citato, ſinũ Abrahæ, remotam ſedem quietis, atque ſecretam eſſe ait, vbi eſt Abraham. Et ſerm. 110. de tempore: Nolite (inquit) carnaliter intelligere, quòd velut in ſinum tunicæ Abrahæ leuatus ſit pauper. Sinus erat, quia ſecretum erat, &c. Similiter
D. Gregor. Gregor. hom 40. Quid (inquit) Abrahæ ſinus, niſi ſecretam requiem Patrum ſignificat? &c. Reſpondeo, metaphoram ſumptam eſſe non a ſinu ma- D
ris, ſed a ſinu, ac complexu patris. Erat Lazarus Iudæus, Abrahæ & ſecundum carnem, & ſecundum fidem filius, propter ſanctitatem cariſſimus; ideoq; in ſinu, complexuque Abrahæ patris ſui, diuiti oſtenditur. Ab hac vi-
Sinus Abrahę cælum etiam dicitur. ſione, locus ille quietis, ſinus Abrahæ dictus eſt; dicitur etiam nunc ipſum cœlum. Sic enim Eccleſia precatur pro anima hinc abeunte: *Suſcipiat te Chriſtus, qui vocauit te, & in ſinum Abra-* E
hæ, Angeli deducant te, &c. Ratio eſt, quia *Abraham pater eſt omnium credentium*, vt Paulus teſtatur ad Rom. 4. filioſque ſuos ſinu ſuo, & complexu veluti reci-
D. Auguſt. pit. Sinum Abrahæ intellige (ait Auguſtinus lib. 4. de anima, & eius origine, cap. 15.) remotam ſedem quietis, atq; ſecretam, vbi eſt Abraham & ideo Abrahæ dictam, non quòd ipſius

tantum ſit, ſed quòd ipſe *Pater multarum gentium* ſit poſitus, quibus eſt ad imitãdum fidei principatum propoſitus. Sicut *Deum Abrahã, & Deum Iſaac, & Deũ Iacob, ſe Deus vocari voluit.* Exod. 3. cum ſit innumerabilium Deus, &c. Aliter dici poteſt, Lazarum portatum eſſe ab Angelis in conuiuium Abrahæ. Iuxta illud Domini Matth. 8. *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, &c.* Recumbent, inquam, in conuiuio cęleſti. In limbo autem recumbebãt in conuiuio, quia quiete perfruebantur magna. Lazarus vero viſus eſt diuiti recumbere in ſinu Abrahæ veluti dilectus. Quemadmodum Ioannes in cœna in ſinu Chriſti recubuit. Qua de re vide quæ de Ioannis recubitu, & cœna dicemus tom. 4. lib. 1.

Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.

Conuertit mors rotam, diuitem è ſumma opulentia in ſummã præcipitauit paupertatem; pauperem è ſumma paupertate in ſummam extulit opulentiam. *Mortuus* (inquit) *eſt diues*, qui ſibi videbatur immortalis, byſſo, purpura, epulis, diuitijſq; omnibus atq; delicijs ſpoliatus, *ſepultus eſt in inferno.* Hoc ille ſibi ſuis opibus ſplendidum ſepulchrum, ſplendidis ex marmoribus, imò obſcuris, æterniſque ex flammis extruxit. Hic diues iacet epulo, hic ille conditur, qui micas negauit Lazaro. Mutatæ ſunt vices. Iacebat ante oculos diuitis pauper; iacet ante oculos pauperis diues. Iacebat ille in veſtibulo; iacet hic in inferno. Mendicus erat diuitis pauper; nunc mendicus eſt pauperis diues. Mendicabat pauper micas panis, *& nemo illi dabat*; mendicat diues guttam aquæ, & nemo illi dat. Hæc mutatio dexteræ Excelſi.

Conuertit mors rotam huius mundi.

Sortis Lazari, & diuitis mutatio.

Græcè aliter diſpungitur, hoc pacto: *Mortuus eſt diues*, ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, hoc eſt, *Mortuus eſt & diues, & ſepultus eſt.* Adde punctum: *Et in inferno eleuans oculos vidit Abraham, &c.* Sic etiam diſpungunt Syri, vt ſit ſenſus:

ſenſus: *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt* in **A** ſepulchro, quod ſibi parauerat. *Cum autem in inferno eſſet, oculos attollens, Abraham vidit, &c.* Hanc Gregorum lectionem ſequitur D. Auguſt. ſerm. 110. de tempore, & de Gen. lib 12 c. 33. Noſtram lectionem (vt alia omittam) habent correcta Biblia ſummi Pontificis iuſſu, qua rectius ſignificatur, diuitem ſepultum eſſe in inferno, veluti ſepulchro æterno. Quemadmodum enim Lazarum non dixit Dominus **B** fuiſſe humatum, ſic neque diuitem dixit fuiſſe ſepultum. Id enim perſpicuum, neq; ſcitu dignum erat. De his agebat, quæ in vita altera æterna illis contigerant; ideo, vt dixit, *Lazarum portatum ab Angelis in ſinum Abrahæ*, ſic dixit, *diuitem, ſepultum eſſe in inferno*: quæ contra poſita ſunt. Sepulchra inferni leges Ezech. 32. *Loquentur* (inquit) *ei* id eſt, Regi Aegypti) *potentiſſimi robuſtorum, de medio inferni, &c. Ibi Aſſur* (id eſt, **C** Rex Aſſyriorum) *& omnis multitudo eius: in circuitu illius ſepulchra eius, omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio. Quorum data ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci, &c.*

Lectio Latina Græcæ præfertur.

Sepulchra inferni.

Eleuans autem oculos ſuos, vidit Abraham à longè, & Lazarum.

Nemini negotium faceſſant oculi, & lingua diuitis, digitus Lazari, & ſinus Abrahæ. Animam ſpiritualē **D** eſſe conſtat, neq; oculos habere corporeos, neq; linguam, neq; digitum, neque ſinum, aut gremium corporeum. Hæc metaphoricè dicta ſunt, quemadmodum paſſim metaphoricè de Deo dicuntur. None in Scriptura legimus, Dei oculos, manus, digitos, oſque; cū tamen Deus oculos corporeos, aut manus, aut os, aut digitos non habeat? Eundem in modum hic legimus, linguam, oculos, digitum, ſinum; cum ta**E**men anima his careat. Vt illa, ſic hæc metaphoricè ex corpore ad ſpiritum transferuntur. Vnde Auguſt. ad Vincentium, lib. 4. de origine animæ, c. 15. Dicis (inquit) membra animæ deſcribuntur, vt verè ſit corpus. Et vis per oculos totum caput intelligi, quia dictus eſt diues leuaſſe oculos ſuos; p linguam fauces, per digitum manum.

Nomina membrorū corporis de animā metaphoricè dicuntur.

Quid igitur cauſæ eſt, cur nomina iſta membrorum in Deo tibi corpus non faciant, in anima faciant? An vero, quando de creatura hæc dicūtur, propriè accipienda ſunt, quando de Creatore, translatè? &c. His, & alijs verbis docet Auguſt. eo loco nomina membrorum tam de Deo, quam de anima dici metaphoricè. Erat ergo diues ille in inferno damnatorum; Lazarus in ſuperiore terræ loco erat, in limbo Patrum. Oculos eleuans diues nō corporis, quo carebat, ſed mentis, ſcilicet, intellectum: vidit Lazari animā in ſinu animæ Abrahæ, non corporeo, ſed ſpirituali. Significat autem ſinus dilectionem paternā animæ Abrahæ erga filiū cariſſimum Lazarum. Abrahā in ſinu animā habebat, quia illā ſummopere diligebat, illiq; maximè propinqua apparebat. Hoc intellexit diues.

Diues quomodo Lazarum viderit.

Quæritur, num viſio hæc diuitis extraordinaria fuerit; an verò damnati videant beatos? Reſpondet Euthy. Ex hac (inquit) parabola diſcimus, quòd in futuro ſæculo nō ſolum peccatores vident iuſtos, & iuſti peccatores, ſed ēt agnoſcunt &c. Item D. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 33. Boni (inquit) malos & mali cognoſcunt bonos. Nam diues ab Abraham cognoſcitur, & Lazarus a reprobo eſt diuite cognitus &c. Item homil. 40. in Euang. De longinquo (inquit) ad vidēdū Lazarum oculos diues leuat. Quia dum per damnationis ſuæ ſupplicia infideles in imo ſunt, fideles quoſq; ante diē iudicij extremi ſuper ſe in requie attendunt, quorū poſt gaudia contēplari nullatenus poſſunt, &c Et infra: Credēdum eſt, ꝙ ante retributionem extremi iudicij, iniuſti in requie quoſdam iuſtos conſpiciunt, vt eos videtes in gaudio, non ſolum de ſupplicio, ſed ēt de illorum bono crucientur. Iuſti verò in tormentis ſemper intuentur iniuſtos, vt hinc eorum gaudium creſcat, quia malum conſpiciunt, quod miſericorditer euaſerunt, &c. D Greg. Latini ſequuntur, Haymo, Beda Magiſter ſent. 4 diſt. 50. Sicut (inquit) Sancti tradūt, & boni malos, & mali bonos vident, vſq; ad iudicium. Poſt iudiciū vero boni videbūt malos, ſed nō mali bonos.

Euthymius An damnati videant beatos.

Magiſter ſentent.

Hæc

Hæc ille. Cum Magiſtro ſentit D. Tho
mas, q. 99. Additionum, art. 9. & alij
in 4. diſt. citata.

Quomodo videant impij iuſtorũ gloriam.

· Dubium eſt, quonam modo videãt
impij ex tartaro bonorum gloriam in
cœlo. Reſpondet D. Bonauentura, im
pios nõ videre beatorum gloriam in-
tuitiuè, ſed conſideratione intelligen-
tiæ; beatos verò videre damnatos in
ſpeculo, & in Deo. Vi ergo naturali
cernunt damnati gloriam beatorum:
ipſam enim non intuentur, ſed conſi-
derant. Similiter D. Thomas diſt. cita-
ta: Damnati (inquit) ante diem iudi-
cij vident bonos in gloria, non hoc
modo, quòd gloriã eorum, qualis ſit,
cognoſcant, ſed ſolum cognoſcũt eos
eſſe in gloria quadam inæſtimabili,
&c. Itẽ Richardus ait, damnatos glo-

An damnati beatos intueantur.

riam beatorum cognoſcere arguen-
do. Argentina putat videre nõ ſimpli-
citer naturaliter, ſed magis per reue-
lationem. Gabriel ſentit videre argui
tiuè, vel per coniecturam, aut reuela-
tionem. Hęc de viſione glorię. Sed alia
quæſtio eſt, an videant ipſos beatos
intuitiuè? Reſpondetur, ſentire Gre-
gorium, impios cernere beatos ipſos
intutiuè. Sotus tamen in 4. dubitat.
D. Bonauentura negat. Nam ſi vide-
rent animas beatas, illarum etiam glò
riam intuerentur, quæ ipſis inhæret,
Huius ſententiæ ſunt Patres, quorum
meminit Euthymius Luc. 16. Cum. n.
recitaſſet D. Gregorij opinionem, ad
didit: Hæc dicit Gregorianus Dialog.
Alij vero Patres dicunt, neque a pec-
catoribus videri iuſtos, neque a iuſtis
peccatores. Hæc Euthymius.

Ait autem Gregorius, poſt diem iu
dicij non poſſe impios gloriam San-

Cur poſt diẽ iudicij impij beatos nõ cernant.

ctorum contemplari, poſſe anteà. Red
ditur ratio; quia vi tormentorum tũc
abſorpti, eam videre non poterunt.
Quæ quidem non ſatis videtur firma.
D. Thomas ait, ante iudicium oſtendi
gloriam beatorum impijs, poſt iudi-
cium hac viſione priuari. Itaque ſen-
tire videtur, reuelatione cognoſcere
damnatos, iuſtorum æternam fęlicita
tem; hanc verò reuelationem poſt iu-
dicium auferri. Sed cur tunc aufera-
tur, rationem non reddit. Poſt diem
(inquit) iudicij, omninò bonorum vi-
A ſione priuabuntur damnati, neque ta
men ex hoc pęna minuetur: quia me-
moriam habebunt gloriæ bonorum,
quam in iudicio videbunt, vel ante iu
dicium, &c. Item; Non ita (inquit) o-
ſtenduntur damnatis ea, quæ hic agũ
tur, ſicut Sanctorum gloria, &c.

Impij non intuentur beatos.

Crediderim, impios non intueri ex
Orco ipſos beatos, ſed tamen gloriæ
æterna donatos eſſe cognoſcere. Bea-
ti autem tum in Verbo impios, eo-
B rumque tormenta, tum extra Ver-
bum, cernere poſſunt. Præterea, diui-
tem vidiſſe Lazarum & Abrahamum
exiſtimo, ex peculiari priuilegio, per
reuelationem. Eleuatio oculorum di-
uitis (ait Cardinalis Caiet.) hoc eſt, or
dinatio intellectus diuitis ad Abrahã,
& Lazarum, intelligi poteſt diuinitus
facta. Ac per hoc patet modus, quo a-
gnouit Lazarum, & Abraham, &c. Si
militer Ianſenius loquitur.

C

Et Lazarum in ſinu eius.

Cur in ſinu Abrahæ ſit viſus Lazarus.

QVæritur, cur non potius in ſinu
Adæ viderit diues Lazarum; ſi-
quidem Adam pater fuit omnium ho
minum, nõ autem Abraham? Reſpon
detur, Adamum patrem fuiſſe om-
nium hominum, etiam Etnicorum;
Abrahamum vero patrem fuiſſe pecu
liarem Iudæorum. Eamque ob cau-
D ſam in ſinu patris Abrahæ Lazarum
Iudæum conſpectum eſſe. Præterea,
non eſt viſus in ſinu Adæ, quia ille fi-
lios omnes peccato commaculauerat.
Viſus eſt autem in ſinu Abrahæ, quia
Abraham omnium credentium pater
erat. Adde, Lazarum mendicum vi-
ſum eſſe in ſinu Abrahæ, quia Abra-
ham eleemoſynæ fuit maximè ſtudio

Titu Boſtr.

ſus. Vnde Titus Boſtrorum Epiſcopus
antiquus: Cur (inquit) Lazarum in ſi
E nu Abrahæ potius vidit diues, quam
apud quemcunq; alium iuſtum? Quia
Abraham hoſpitalitati cum primis de
ditus fuerat. Vt Abrahæ ergo hoſpita
litas, diuitis inhoſpitalitatem redar-
gueret, propterea æquus Iudex hunc
cum illo collocare voluit, &c. Euſdẽ
ſententiæ eſt Euthymius, & Theophy
lactus. Item Chryſoſt. hom. 2. de Laza
ro: Non apud alium iuſtum, Lazarum
vidit

Eleemoſyna & hoſpitalitas Abrahæ arguit diuitis inhoſpitalitatem.

Pauperes quomodo tractandi.

vidit diues, ſed in ſinu Abrahæ. Hoſpitalis erat Abraham. Vt igitur argueretur diuitis inhoſpitalitas, propterea Lazarum cum illo videt, &c. Lazarum diues inhumaniſſimus hoſpes in veſtibulo iacere patiebatur, at Abraham optimus hoſpes eundem in ſinu habebat. Quaſi diceret diuiti: In ſinu, in complexu habendi ſunt pauperes, nō in veſtibulo, inſtar filiorum nutriendi ſunt, amandi, omniq; miſericordia, & indulgentia proſequendi. Ad hęc, ait Chryſoſt. hom 2. Quemadmodū Deus Adam à paradiſo eiectū, è regione paradiſi habitare iuſſit, vt aſſiduus conſpectus renouans moleſtiā, ſenſum exactiorem illi præberet expulſionis è bonis. Ita & diuitem è regione Lazari conſtituit, vt videret quibus bonis ſeipſum priuaſſet, &c.

CAPVT VI.

De diuite epulone, & Lazaro.

Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam.

Diues eleemoſynā petit ex inferno.

QVi eleemoſynam negabat, eleemoſynam petit. Neque verò petit ſplendidas dapes, aut vina pretioſa, aut ſaltem calicem aquæ frigidæ, sed tātummodo aquæ guttam. At par pari refertur. Non dabat ille micas; non datur illi aquæ gutta. Aduerte autem, locutionem hanc ſpiritalem fuiſſe, ſpiritalem ēt linguam diuitis, quam refrigerari volebat, digitum quoque Lazari ſpiritalem. Sed Dominus ſpiritalia per corporalia demonſtrat, quia cum hominibus loquitur, qui ſpiritū nunquam viderunt, corpora ſolum cernunt. Petit diuitis anima non aquam corpoream, ſed refrigerationē aliquam, & remiſſionem pœnæ.

An animæ impiorum loquantur cū ijs, quæ ſunt in purgatorio.

Quæret aliquis: Numquid animæ, quę ſunt in tartaro, cum ijs colloquuntur, quæ ſunt in purgatorio, & in limbo puerorum? Quod enim loquantur, ex hoc probatur loco. Si enim diues ex tartaro potuit cum Abrahamo loqui, qui in limbo Patrum erat; poterunt pari ratione reliqui damnati

A cum animabus loqui, quæ vel igne purgante expiantur, vel in limbo infantium degunt. Reſpondendum arbitror, hoc conceſſum eſſe à Deo ſemel diuiti, cuius hiſtoriam Chriſtus erat nobis enarraturus; reliquis non concedi.

Cur diues guttam tantum aquæ petiuerit.

Præterea dubium eſt, cur diues adeo parcus in petendo fuerit? Numquid quia parciſſimus fuit in donādo? Cur guttam tātum petiuit aquæ? Cur B amphoram, vel ſaltem calicem aqua plenum nō poſtulauit? Præterea, quid aduerſus tartareas flammas gutta aquæ poterat efficere? Nonne demens eſſet homo, qui aduerſus flagrantem rogum guttam, vel calicem aquæ peteret; Numquid delirat diues? Sanè vellem habere aliquos Doctores, quos in reſponſo reddendo, ſequerer. Habeo neminem. Reſponderi poteſt, diuitem non eſſe auſum difficile aliquid C petere, ſed petijſſe rem facillimam: quòd ſi hæc concederetur, ad maiora alia aſcendiſſet. Aliter reſponderi poteſt, diuinitus hæc omnia facta eſſe, vt a Chriſto nobis nota fierent, neq; permiſſum eſſe diuitem petere aliquid maius; vt intelligeremus, in Orco ne aquæ quidem guttam damnatis dari. Tertio reſpondetur, diuitem non ſolum petijſſe vnam aquæ guttam; ſed D petijſſe, vt Lazarus ad eum veniret; modeſtiæ autem cauſa oraſſe, vt saltē illud concederet, videlicet, intingeret digitum in aquam, & refrigeraret linguam eius. Tantam enim putabat eſſe vim in digito ſancti Lazari, id eſt, in ipſa ſancta Lazari anima, vt poſſet eius linguam recreare, ac reficere. Eſt ergo ſenſus verborum diuitis: *Pater Abraham*, Iudæus ego ſum, tu pater meus es; ergo *miſerere mei* filij tui. Ne- E que peto, vt tu ad me venias; ſed *oro, vt mittas hunc Lazarum*, quem in ſinu habes tibi cariſſimum, *vt* ſaltem *digito ſuo aqua imbuto linguam meam tangat*, ac refrigeret: exiſtimo enim illius digiti, & illius aquam, hanc vim erga flammarum ardorem habituram.

Cur Lazarum non ſit alloquutus diues.

Aliam excitat quæſtionem D. Chryſoſtomus: Cur (inquit) non ad ipſum Lazarum direxit ſermonem? Reſpondet: Pudor obſtabat, ac verecundia.

Arbi. a-

Digitized by Google

Arbitrabatur enim, illum meminiſſe malorum præteritorum. Eodem modo reſpondet Titus, Theophylactus, & Euthymius. Aliter reſpondetur, Abrahamum rogaſſe, non Lazarum; quia Abrahamum patrem ſuum eſſe putabat,& patrem appellabat,ideoq; ab eo,quod petebat ſe ſperabat impetraturum. Præterea, quia arbitrabatur Abrahamũ limbo præeſſe, poſſeq; impetrare Lazaro; Lazarum verò, quem habebat in ſinu, veluti filium, non poſſe abſque patris facultate in tartarum venire.

At verò cur non precatus eſt Abrahamum,vt aliquem alium mitteret eorum,quos ipſe non læſerat;ſed mitteret Lazarũ,cui micas negauerat? Reſpondetur, hanc viſionem diuinitus, vt ſupra diximus,diuiti fuiſſe oblatã, atq; adeo diuitem ſolum Abrahamũ vidiſſe,& Lazarum, poſtulaſſeque ab Abrahamo,vt eum mitteret. Quòd ſi velis vidiſſe etiam alias animas in limbo degentes;reſpondebitur,oraſſe,vt mitteretur Lazarus, quoniam in ſinu Abrahæ illum cernebat, illiuſq; fidebat ſanctitati,ac pietati. Chryſologus ſerm.122.hanc poſtulationem inuidiæ tribuit,& crudelitati diuitis: Adhuc (inquit) tu in Lazarum ſic es crudelis,*Lazarum*,ais,*mitte.* Quò? Ad infernũ,de gremio;de ſolio ſublimi,ad profundiſſimum chaos;ad tormentum & ſtridorem,de ſancta quiete. Video, quod agit diues. Non eſt nouelli doloris, ſed liuoris antiqui. Et zelo magis incenditur,quã gehenna,&c. Non negamus,diuitem inuidia laboraſſe, ſicut & reliquos damnatos,ſed hanc poſtulationem ἀπὸ τῆς φιλαυτίας potius, id eſt,*amore proprio*,profectam dicimus.

Cur diues petiuerit mitti Lazarũ, non alium.

Et refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.

Ignis inferni eſt corporeus.

Cur ſoli linguæ aliquam diues poſtulauerit.

CORporeus eſt tartareus ignis,cruciatq; animas admirabiliter, cum ſit corpus. Totam cruciabat diuitis animam;ille tamen linguæ ſolum ardori refrigerationem poſtulat. Cur ſic poſtulet,dubitatur. Reſpondetur,linguę meminiſſe; quoniam illa famulis nõ pręceperat,vt pauperi Lazaro elee- A moſynam donarent. Vnde Chryſologus ſerm.66.Lingua(inquit) plus ardet,quæ miſericordia vt fieret,iubere neglexit, &c. D. Auguſtinus ſer.227. de tempore: ideo(inquit)in lingua maiorem ſentit ardorem, quia per eam ſuperbè loquendo,contempſerat pauperem. Ipſa enim lingua, quæ noluerat dicere,vt eleemoſyna pauperi donaretur,grauius gehennæ flãmis exuritur,&c. D. Gregor. aliter reſpondet B hom.40. Quid(inquit)eſt,quod innuitur,quia diues refrigerari linguam poſtulet, niſi quòd is, qui continuando magis de loquacitate peccauerat,per retributionis iuſtitiam in lingua atrocius ardebat? &c. Adde linguam guſtatus eſſe ſedem, quia ergo lingua quotidie epulabatur ſplendidè, ſuaueſque guſtabat dapes, amara nunc tormenta guſtat.

Quæritur,ob quænam ſcelera diues C hic ſtygia torqueatur flamma? D. Auguſtinus hom.7.ex quinquag. his verbis reſpondet: *Diues erat*: non dixit Dominus; Calumniator: non dixit; Pauperum oppreſſor: non dixit: Rerum alienarum aut delator, aut receptor: non dixit: Pupillorum expoliator: nõ dixit; Viduarum perſecutor. Propter ſolam inhumanitatem, quia contemnebat pauperem ante ianuam ſuam iacentem,neque congruè, digneque D paſcebat, mortuus eſt, & ſepultus in inferno. Hæc Auguſt. in Euangelio quidem huius tantũ criminis fit mentio. Alijs quoq; flagitijs credibile eſt fuiſſe iniquinatum, vt vult Chryſoſt. hom.1. Homo(inquit) erat diues,cuius vita varijs vitijs erat inquinata. Cæterum, quòd vitioſam egerit vitã, perſpicuum eſt ex ipſo vitæ exitu, quem ſortitus eſt;& item ex eo, quòd faſtidiuit pauperem. Nam iſta res de- E clarat,quòd nõ ſolum Lazari, verum neq; alterius cuiuſquam pauperis miſertus eſt. Sic ille.

Ob quæ ſcelera diues torqueatur. D. Auguſt.

Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita et.c

Abrahæ modeſtia, et humanitas erga damnatum.

OBſerua,quàm manſuetè Abrahã cum homine loquatur flammis tradito. Non illi exprobrat peccata; non obijcit luxum,ſplendidas epulas,

& erga Lazarum inhumanitatem. Blandè reſpondet, & damnatum hominem Pater ſanctiſſimus filium appellat: *Fili (inquit) recordare, qa recepiſti bona tua in vita tua.* Græcè, ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου, ἐν τῇ ζωῇ σου. id eſt, *Quòd recepiſti tu bona tua in vita tua.* O ſingularem erga damnatum hominem humanitatem! *Recepiſti* (inquit) *bona tua.* Verbum ἀπέλαβες, ſiue *recepiſti*, expendit Chryſoſtomus. Rogat, quamobrem non dicit Abraham diuiti: *Cepiſti*: ſed, *Recepiſti bona tua*: quaſi illi deberentur? Reſpondet his verbis; Quoniã veriſimile eſt, diuitẽ aliquid boni, & Lazarum aliquid leue deliquiſſe; declarauit vtrumque Abrahã, dicẽs: *Recepiſti bona tua, & Lazarus mala.* Tu, etiamſi quid boni feciſti, ſi qua merces tibi debebatur, hæc omnia recepiſti reb. proſperis vtens. Et Lazarus, ſi quid mali fecit, omnia recepit, cùm fame, inopia, extremis malis affligeretur. Sic ille. Sequuntur Chryſoſtomum Titus, Theophylact. & Euthy. Idem opinatus D. Greg. Dum dicitur (inquit) *Recepiſti bona in vita tua*; indicatur & diues iſte aliquid boni habuiſſe, ex quo in hac vita bona receperit. Rurſumq́; , dum de Lazaro dicitur; Quia recepit mala: profectò monſtratur & Lazarus habuiſſe malum aliquod, quod purgarẽt. Sed mala Lazari purgauit ignis inopiæ; & bona diuitis remunerauit fœlicitas tranſeuntis vitæ, &c. Gregorium ſequitur Beda, & Haymo. Obijci poteſt huic ſententiæ, multos diuites diuitias non mereri; vel quòd eas à parentibus hæreditate accipiant, antequ boni quidquam agant; vel quòd planè illis indigni ſint. Quis enim dicat, Deum bona temporalia nonniſi merentibus largiri? largitur & dignis, & pro ſua ſumma liberalitate etiam indignis. Reſpondemus, horum Patrũ ſententiam poſſe eſſe veram de hoc peculiari diuite. Fecit enim bona aliqua, quæ aliquibus bonis temporalibus Deus perſoluit. Sic enim Patres verbum, *Recepiſti* interpretantur.

Cur dixerit Abraham: Recepiſti bona.

Deus remunerat bonis temporalibus peccatorum.

Ianſenius tamen hoc verbum, *Recepiſti*, pro ſimplici, *Accepiſti*, poſitum cenſet; atque adeò non eſſe datas di-
A uitias diuiti pro meritis. Quæ enim bona opera feciſſe diuitem credendũ eſt, qui pauperi vlceribus pleno ante ianuam iacenti nihil afferebat alleuamenti? Reſponderi poteſt, potuiſſe offerre multa ſacrificia, ſoluere decimas, indigentibus propinquis, atque amicis pecunias largiri, & ſimilia alia præſtare. Græcè, vt diximus, legitur, ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, *Recepiſti tu bona tua in vita tua.* Bona
B tua, id eſt, diuitis, appellat ex ſententia Caietani illa, quæ accepit; quia illa erãt bona ab eo deſiderata. Poteſt hic eſſe ſenſus: Recepiſti bona tua tẽporalia, quæ ſola tu cupiebas, quæ ſola tibi erant bona: bona enim æterna non curabas. Vnde Augu. ſerm. 24. de verbis Domini: Nihil (inquit) bonũ putaſti, niſi quod in iſta vita habuiſti, &c. Aliter. *Recepiſti bona tua*: hoc eſt, accepiſti partem tuam, portionem tuã,
C portio tua in vita fuit tua temporali. Lazari portio eſt in vita æterna. Tu recepiſti portionẽ tuam in vita; Lazarus recepit portionẽ ſuã poſt mortẽ.

Nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.

QValis fuerit locus Abrahæ ſinꝰ, docet Abreham, qualis etiam ſit Orcus. In ſinu illo Abrahæ conſola-
D tione magna perfruebatur Lazarus, ĩ Orco cruciabatur diues. Eſt ergo Orcus locus tormentorum. Sic diues ipſe appellat inferius, dum pro fratrib. precatur: *Ne (inquit) & ipſi veniant in hunc locum tormentorum, &c.* Sinus autẽ Abrahæ locus erat conſolationis: nã animas illo ſinu contentas nullus cruciatus angebat, æternæ verò gloriæ ſpes magna conſolatione perfundebat; nonnihil tamen mœſtitiæ con-
E ſolationi permixtum erat, quoniam gloriæ tempus differebatur. Vnde D. Thomas 3. part. quæſt. 52. art. 2. ad 2. Duplex [inquit] dolor eſt; alius de paſſione pęnę, quem patiuntur homines pro peccato actuali, ſecundùm illud Pſal. 17. *Dolores inferni circumdederunt me.* Alius autem dolor eſt de dilatione ſperatæ glorię, ſecundùm illud Prou. 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam.*

Sinꝰ Abrahæ locꝰ fuit cõſolationis.

Infernus eſt locus tormẽtorũ.

D. Gregor. Quem quidem dolorem patiebantur ſancti Patres in inferno, &c. D. Gregorius hunc dolorem tædium vocat lib. 13. Moral. cap. 16. In ipſis (inquit) inferni locis iuſtorũ animæ ſine tormento tenebantur. Adiungit: Graue tædium electis fuit poſt ſolutionem carnis adhuc ſpeciem non videre Creatoris, &c.

An paterẽtur aliquid doloris ij, q erant in ſinu Abrahæ.

Et in omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt.

GRæcè, καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, hoceſt, *Et in his*, vel, *cum his omnibus*, vel, *& ſuper hæc omnia*, quæ dixi id, quod tu peris, fieri non poteſt: petis, vt Lazarus mittam, fieri non poteſt, vt ex hoc loco, in quo ſumus, ad tartarum, in quo tu es, pradat aliquis. Etenim inter hunc locum, & flammas, quibus tu cruciaris, ingens quidam hiatus, & immenſa quædam vorago interiecta in terra eſt, ac veluti chaos quoddam magnum oppoſitum, quod tranſitum ex vno in alterum locum omnino impendit.

Diues petit quod fieri non poteſt.

His verbis obijci poteſt, fieri potuiſſe, imò facile fuiſſe Lazaro in tartarũ peruenire: nihil enim obſtat animæ motui hiatus terræ, ſiue vorago, aut chaos oppoſitum. Quorſum ergo Abraham hanc reddit rationẽ, cur Lazarum minimè mittat, quæ vi caret? Reſpondetur, verum quidem eſſe, chaos terræ animæ minimè eſſe impedimento, quominus moueatur; atque adeò Abraham metaphoricè loqui de ordine a Deo deſcripto, vt nullus ex iuſtis ex limbo, vel purgatorio, vel cęlo in tartarum deſcendere; nullus ex impijs ex tartaro in aliquẽ horum locorũ poſſit aſcendere. Eſt ergo ſenſus metaphoric^9: Magnũ chaos inter nos & vos interiectum eſt, quod aditum obſtruit, &c. hoc eſt, Statutũ à Deo eſt, vt nec vobis ad vos, nec vobis ad nos vllus aditus pateat; ideo fieri nequit, vt ad te Lazarus mittatũ.

An potuerit ex ſinu Abrahæ anima in tartarũ deſcẽdere.

Hinc aduerſus Origeniſtas, qui Orci flammas habituras finem aiebant, argumentatur Theophylac. Ecce (inquit) audimus Abraham dicentem, quod hi, *qui volunt hinc ad vos, vel illinc ad nos tranſire, non poſſint* Sicut igit impoſſibile eſt, ex conſortio iuſtorum quempiam tranſire in locum peccatorum: ita impoſſibile eſt, vt nos docet Abraham, tranſire à loco pęnæ in locum iuſtorum. Abraham ſanè fide dignior eſt, quàm Origenes, &c. Euthymius: Hiatum (inquit) magnum, dicit Abrahã, firmiſſimũ Dei præceptũ, tamquã ad modum hiatus, prohibens horũ, & illorum cõmixtionẽ, &c. Et Titus: Indicat (inquit) Abraham diſcrimen, quod inter iuſtos, & peccatores intercedit. Vt enim oppoſitæ ſunt illorum voluntates, & ſtudia; ita inpermutabilis quoque eorum eſt ſtatus, &c. Similiter interpretatur D. Ambr. Item Auguſt. lib. 2. quæſtionum Euangelicarum, c. 38. Quod (inquit) dicit Abraham, ad ea loca, in quib. torquentur impij, iuſtos, etiam ſi velint, non poſſe tranſire: quid aliud ſignificat, niſi poſt hanc vitam, receptus carcere (ſcilicet inferni) per incommutabilitatẽ diuinæ ſententiæ, nullum auxiliũ miſericordię poſſe præberi à iuſtus, etiã ſi velint illud præbere, &c.

Inferni tormenta æterna eſſe loc^9 indicat.

Tit^9 Boſtr.

Iuſti damnatis nullũ auxiliũ ferre poſſunt.

Ambigũ, num ij, qui in ſinu Abrahæ erant, voluerint in tartarum deſcendere, opemq; ferre damnatis? Ait enim Abraham: *Vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint neque inde huc tranſmeare, &c.* Reſpondetur, eos, qui in ſinu Abrahæ erant, voluntatem habere potuiſſe ſuccurrendi damnatis naturalem, ſed non deliberatam; omnino n conſentiebat eorum voluntas diuinæ voluntati. Potuerũt etiam habere voluntatem ferendi opem dãnatis conditionalem, nimirum, ſi placeret Deo. De voluntate vero beatorum D. Greg. ho. 40. Ad afflictos (inquit & in tormentis poſitos, tranſire iuſtorũ, eſt mente ire per miſericordiã, eoſq; velle liberare. Sed qui volunt de beatorum ſede tranſire ad afflictos, & in tormentis poſitos, non poſſunt: quia iuſtorum animæ, quãuis in ſuæ naturæ bonitate miſericordiam habeant: iam tunc Dei iuſtitiæ coniunctæ tanta rectitudine conſtringuntur, vt nulla ad reprobos cõpaſſione moueantur, &c Cur igit Abragam ait: *Qui volunt hinc tranſire ad vos?*

An ij, qui erant in ſinu Abrahę, voluerunt damnatis ſuccurrere.

Vide-

Videtur voluntatem ſuccurrendi dãnatis, his qui in ſinu Abrahæ erant; concedere. Reſpondetur, Abrahamũ loqui metaphoricè; quaſi in limbo eſſent aliqui, qui vellent tranſire in tartarum, cùm nemo eſſet. Præterea, loqui ex hypotheſi: nam etiamſi vellet, tranſire non poſſent. Caietanus putat loqui de voluntate naturalis affectus ad miſericordiam.

Chaos magnum firmatum eſt.

Sin⁹ Abrahæ ſuperior inferno dãnatorum.

GRæcè, χάσμα μέγα ἐστήρικται, hoc eſt, *hiatus magnus firmatus eſt*. Noſter Interpres hiatum, & voraginem chaos appellauit, vel forſitan legit Græcè, χάος. Significatur his verbis, ſinum Abrahæ ſuperiorem fuiſſe tartareo, ab eoq; longè ſeparatũ. Neq; verò ſermo hic de cęlo eſt, inter quod, & locum damnatorum, magnus ſit aeris hiatus. Non enim Abrahã in cęlo erat, ſed apud inferos. Præterea, inter cœlum empyreum, & Orcum, multi cœli intericcti ſunt, in quib. nullus hiatus eſt. Item in aere hiatus nullus eſt; quod ſi eſſet, nihil eſſet comparatione ſpatij, ac diſtãtiæ tot cęlorũ. Quorſum igitur Abraham, hiatus aeris ſolùm meminiſſet, omiſſo cęlorum omnium immenſo ſpatio? Sed quonam modo hiatus, vel chaos dicitur firmatum? Reſpondetur, *firmatum* dici, quia tolli non poterat, quia firmus erat hiatus, & vorago ſtabilis, vel firmum, & ſtabile chaos. Aliter reſpondetur, metaphoram ſumptam ab arcib. quę hiatibus, ſiue foſſis profundis firmãtur; eſſeq; enallagen, id eſt, immutationem, impropriéq; dictum, Hiatus firmatus eſt, pro, Locus firmatus eſt hiatu. Sed non puto in mentẽ veniſſe loquentis, durã hanc enallagen. Itaq; ſine figura locus rectè explicatur.

Cur chaos dicatur firmatum.

Rogo, vt mittas eum in domum patris mei.

NOn poſſe Lazarum mitti ad inferos, dixerat Abraham: putabat tamen diues, poſſe mitti ex inferis ad ſuperos. Nullus enim obſtabat hia- A tus, aut chaos. Petit ergo, in domum patris ſui vt mittat; *Ergo* (inquit) hoc eſt, ſiquidem non potes Lazarũ mittere ad me, *mitte illum, quaſo, in domum patris mei,* (quod fieri poteſt) vt fratribus meis & fœlicitatem ſuam, & damnationem meam nunciet, teſteturq; hæc, quibus diſcrucior, tormenta, ne mihi illi infauſti comites ſint in ſupplicijs, quemadmodum comites fuere in vitijs. Hoc ex loco probatur, ani- B. mas à corpore ſeparatas mouere ſe poſſe, quod aliqui negarunt. Quia .n. anima diuitis hoc fuerat experta: Lazari animam mitti petijt, tum ad Orcum, tum in domum patris.

Diues poſtulat Lazarum mitti domum patris ſui.

Anima moueri poteſt ſeparata à corpore.

Dubium eſt, num hæc diuitis poſtulatio bona fuerit? D. Chryſoſt, humanum diuitem, & manſuetum à flammis eſſe factum, fratrumque abſentium curam egiſſe ſcribit. Ditus ſimiliter: Pro alijs [inquit] diues preca- C torem agit, vſque adeo benignus & humanus euaſerat, in tormentis aliorum cura æſtuat, &c. Et Theophylactus: Vide [ait] quomodo in tormentis ſenſum alienæ infælicitatis diues capit? &c Item D. Gregorius: Reproborum [inquit] mentem pęna ſua quandoque inutiliter erudit ad caritatem, vt iam tunc etiam ſuos ſpiritaliter diligant, &c. Videntur hi Patres exiſtimare, ex benignitate, & ca- D ritate poſtulationem hanc profectã. At vero in damnatis nulla eſt virtus, nullus caritatis actus. Si quis verò eſſe videtur, is aliqua inquinatur circumſtantia, maluſq;, non bonus eſt: quia non bene fit. Videtur benignitatis hæc poſtulatio, & caritatis; ſed mala aliqua circumſtantia contaminatur. Docet hoc [vt alios omittam⁹] Angelicus Doctor quæſt. 98. Additionum, art. 1. In damnatis [inquit] bo- E na poterit eſſe voluntas naturalis: ſed voluntas deliberatiua eſt in eis ſolùm mala. Et hoc ideò, quia ſunt perfectè auerſi à fine vltimo rectæ voluntatis: neque aliqua voluntas poteſt eſſe bona, niſi per ordinem ad finẽ præ dictum. Vnde, etiamſi aliquod bonũ volunt: nõ tamen bene volunt illud, vt ex hoc voluntas eorum bona dici poſſit, &c. Superaſt dubium alterũ.

An bona fuerit diuitis poſtulatio.

In dãnatis nullus eſt caritatis actus.

An damnati velint alios homines beatitudinem cōſequi.

Optantne Orci incolæ aliorum hominum beatitudinem? Hic ſanè diues ſuorum fratrum beatitudinem videtur percupere, ſiquidem petit ab Abrahamo, vt Lazarum, oculatum tormentorum teſtem, ad illos mittat. Angelicꝰ Doctor quæſt. citata, art. 4. alijque Doctores cenſent, damnatos velle cęteros homines damnari. Dominatur enim illis inuidia, odiumque Dei. Quemadmodum dæmones, inuidia, Deiq; odio cōcitati; ita homines, qui in ſtygijs torquentur flammis, omnes homines ſibi ſimiles eſſe cupiunt. Damnati (ait D. Thomas) vellent, omnes bonos eſſe dānatos, &c. Hanc ſniam, diuitis petitio nō labefactat: optabat enim ille (vt D. Thomas ait) omnes homines æternis illis flammis addici, etiam fratres ſuos. Attamen, quia aliquos æternam fœlicitatem adepturos nouerat, ex horū numero fratres eſſe malebat, quā alios. Lyranus vult, optaſſe hunc diuitem, fratres tartari effugere cruciatus; ne eorum ſocietate, quib. peccandi fuerat occaſio, acerbius torqueretur. Fortè ſimplicius erit dicere, dānatos etſi omnes damnari velint, parentes tamen, & fratres æternis ſupplicijs cruciari nolle; ideoque diuitem pro fratribus precari.

Habent Moyſen, & Prophetas, audiant illos.

Reijcitur poſtulatio diuitis.

Reijcitur ſecunda damnati diuitis poſtulatio: Nihil enim boni damnati conſequi valent, etſi ſic per totam precentur ęternitatem, repulſam ferent. Non eſt opus (ait Abraham) Lazarum ad fratres tuos mittere; non deſunt illis Doctores, à quib. diſcere poſſint: *Habent Moyſen, & Prophetas* à quib. doceantur, *illos audiant.* Numquid Moſis tempore, aut Prophetarum, hęc acta ſunt? Minimè. Moſes non pro perſona, ſed pro libris ſumitur Moſis; ſimiliter Prophetę libri, appellantur Prophetę, libri appellantur Prophetarum. *Habent Moyſen, & Prophetas*, hoc eſt, Libos habēt Moſis, & Prophetarum. *illos audiant.* Non dixit: illos legant: ſed, *illos audiant.* Non .n. imperitorum eſt ſacras Scripturas intelligere, ſed à Doctoribus earum explicationē audire. Eſt ſenſus: Audiant libros Moſis, & Prophetarū; à legis peritis; ex illis, quæ ſunt ad ſalutem conſequendam neceſſaria, cognoſcant. Non eſt opus extraordinaria Lazari teſtificatione, & admonitione. Aliter veriſimiliùs, verbum *audire*, ſumitur pro obedire. Moſem habent, & Prophetas, diuinas ſcilicet Scripturas; obediant illis.

Imperiti ſacras Scripturas intelligere nō debent.

Non, pater Abraham.

VRget diues: *Non*, hoc eſt, Non eſt ſatis fratribus meis habere Moſem, & Prophetas; aliquem à mortuis ſurgere opus eſt, qui animæ immortalitatem, perpetuaq; tormenta illis nunciet. Vel, *Non*, hoc eſt, Non audiēt fratres mei legis peritos docentes: vel, Non obediēt Moſi, & Prophetis. Sed ſi ab inferis venientem teſtificatorem audierint, pęnitentiam agent. Habet enim vim magnam oculatus teſtis, ab inferis ad ſuperos mirabiliter reuerſus.

Si Moyſen, & Prophetas non audiunt, neq; ſi quis à mortuis reſurrexerit, credent.

REſpondet diuiti Abrahamus: Si fratres tui Scripturis, & Doctoribus illas explicantibus non obtemperant, neque teſti ex inferis ad ſuperos redeunti fidem habebunt. Exiſtimabunt enim illum ſpectrum eſſe aliquot inane Verbum, *credent*, ſignificare poteſt vel diuinā fidem, hoc ſenſu: *Neque ſi quis à mortuis reſurrexerit, credent*: id eſt, Fratres tui, etiāſi Lazarus, velquiſpiam alius ad eos ex inferis abeat, non credent, id eſt, non cōcipient diuinam fidem. Vnde ſequit̃, illos fuiſſe hæreticos, & fide caruiſſe. Et quidem D. Chryſo. de diuite hoc, veluti de homine plane hæretico loquitur: Quoniam (inquit) ipſe audiēs Scripturas, contempſerat, deriſerat, fabulas eſſe, quæ dicebantur, crediderat: erga hæc ſicut ipſe affectꝰ fuerat, ita hebebat opinionē de fratrib. ſuis, &c. Rectius de fide habēda hoc ab inferis redeūti locus explicat̃, vt ſuprà explicatꝰ eſt: *Non credent dictis eius, etiā*

Diues hic fuit hæreticus.

à mor-

à mortuis reſurgat. Obijcitur, magnam vim ad permouendum animum, & perſuadendum, habere hominem aliquem notum ex inferis redeuntem, deq; tormentis æternis teſtimonium ferentem. Reſpondetur, eſto magnã habeat vim, fidem illi facilè negari poſſe ab hominib. voluptatum, vitiorumq; amatorib. Cur autem Deus vita functorum animas ad nos nõ mittat ſæpiùs, vt quæ apud inferos fiũt, teſtentur, docet D. Chryſ. ho. 4. de Lazaro. Teſtes habem⁹ locupletiſſimos, ipſam Scripturam ſacram, & Eccleſiam, Eccleſiæq; paſtores, nõ ſunt nobis opus ex Orco teſtes, aut ex purgatorio.

CAPVT VII.

De diuite epulone, & Lazaro.

Morale.

Homo quidam erat diues.

Humana proſperitas periculoſa valdè eſt.

QVam ſit periculoſa humana proſperitas, diues hic indicat. Videtur illa quidem ventus proſper; ſed hoc proſpero vento ad Orcum nauigatur. Cõtrà verò, res aduerſæ aduerſo, contrariove flatui ſimiles cenſentur; at hoc flatu aduerſo in cœlum tenditur. Proſper diuitiarum ventus, plenis velis, diuitem in Orcum impulit; flatus paupertatis aduerſus Lazarũ in ſinum Abrahæ, veluti in portum tranquilliſſimum duxit. Audiamus Chryſoſ. ho. 1. Diuiti (inquit) nauis erat plena mercium, ac ſecundo nauigabat vento: verùm ad naufragium feſtinabat; eo quòd onus nolebat circumſpectè ponere, &c. De Lazaro addit: Cùm fluctus eſſent tam multi, viciſſimq; alij ſuper alios Lazarum impeterent; non tamen demerſum eſt nauigium: ſed perinde, vt ſi in fornace poſitus, veluti perpetuo rore refocillaretur, ita philoſophabatur, &c. Infelix fœlicitas, quæ diuitem ad æternam infœlicitatem traxit. Fœliciſſima fuit infœlicitas, quæ pauperem Lazarum ad æternam duxit fœlicitatem.

Aduerſitas in cœlum ducit.

A Quemadmodum ſegetẽ nimia proſternit vbertas; ſic virtutem nimia proſternit rerum affluentia. Franguntur fructuum copia arborum rami, franguntur quoq; copia diuitiarum hominum mores. Quæ hominib. videntur excelſa, prærupta ſunt, lubrica, animi plena periculis. Melius in malis ſapimus (ait Seneca li. 14. epiſt. 95.) ſecunda rectum auferunt, &c. Boetius lib. 2. de conſol. Philoſoph. B proſa 8. Fœlix [inquit] fortuna à vero bono deuios blanditijs trahit, aduerſa plerumque ad vera bona reducens vnco retrahit, &c.

Induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.

QVi *ſeminat in carne ſua* (ait Paulus ad Galat. 6.) *de carne & metet corruptionem, &c.* Nõne vides diuitem in carne C ſeminantem, purpuram, byſſum, ſplendidas epulas? Quid fructus ex hac collegit ſegete? Corruptionem, æternasq; flammas. Videat vnuſquiſque, quo in agro ſeminet. Infœcundus eſt ager caro, fœcundiſſimus eſt animus. *Qui ſeminat in ſpiritu* (ait Paulus loco citato) *de ſpiritu metet vitam æternam, &c.* Quis vberior fructus vita æterna poteſt excogitari? In animo igitur, non in corpore ſementem facia- D mus. Ornemus animum ſplendida virtutum purpura, ac byſſo; cœleſtis meditationis epulis, ſanctiſq; operib. ſaginemus. *Carnis autem curam* (vt Paulus docet ad Rom. 13) *ne faciamus in deſiderijs*. Habenda quidem cura carnis, non tamen *in deſiderijs*, id eſt, cupiditatib. illius, ſed in neceſſitatib. Quæ neceſſaria ſunt, carni præſtanda; deſideria verò earum rerum, quæ neceſſariæ non ſunt, exſcindenda. Is, E qui Chriſtum induit (ait Chryſoſtomus ad Rom. 13.) vnum hoc tantummodò quærit, vt ſana ſit carne, eò videlicet vſque curam illius habet, vltrà vero nequaquam: ſed reliquam omnem diligentiam ad ſpiritalia curanda inſumit, &c. 1. ad Timoth. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in la-*

In carne nõ ſeminandum ſed in animo.

Quatenùs cura habenda corporis.

Digitized by Google

An damnati velint alios homines beatitudinem cōſequi.

Optantne Orci incolæ aliorum hominum beatitudinem? Hic ſanè diues ſuorum fratrum beatitudinem videtur percupere, ſiquidem petit ab Abrahamo, vt Lazarum, oculatum tormentorum teſtem, ad illos mittat. Angelic⁹ Doctor quæſt. citata, art. 4. alijque Doctores cenſent, damnatos velle cęteros homines damnari. Dominatur enim illis inuidia, odiumque Dei. Quemadmodum dæmones, inuidia, Deiq; odio cōcitati; ita homines, B qui in ſtygijs torquentur flammis, omnes homines ſibi ſimiles eſſe cupiunt. Damnati (ait D. Thomas) vellent, omnes bonos eſſe dānatos, &c. Hanc ſniam, diuitis petitio nō labefactat: optabat enim ille (vt D. Thomas ait) omnes homines æternis illis flammis addici, etiam fratres ſuos. Attamen, quia aliquos æternam fœlicitatem adepturos nouerat, ex horū numero fratres eſſe malebat, quā alios. C Lyranus vult, optaſſe hunc diuitem, fratres tartari effugere cruciatus; ne eorum ſocietate, quib. peccandi fuerat occaſio, acerbius torqueretur. Fortè ſimplicius erit dicere, dānatos etſi omnes damnari velint, parentes tamen, & fratres æternis ſupplicijs cruciari nolle; ideoque diuitem pro fratribus precari.

D

Habent Moyſen, & Prophetas, audiant illos.

Reijcitur poſtulatio diuitis.

Reijcitur ſecunda damnati diuitis poſtulatio: Nihil enim boni damnati conſequi valent, etſi ſic per totam precentur ęternitatem, repulſam ferent. Non eſt opus (ait Abraham) Lazarum ad fratres tuos mittere; non deſunt illis Doctores, à quib. diſcere poſſint: *Habent Moyſen, & Prophetas* à quib. doceantur, *illos audiant.* E Numquid Moſis tempore, aut Prophetarum, hęc acta ſunt? Minimè. Moſes non pro perſona, ſed pro libris ſumitur Moſis; ſimiliter Prophetę libri, appellantur Prophetę, libri appellantur Prophetarum. *Habent Moyſen, & Prophetas*, hoc eſt, Libos habēt Moſis, & Prophetarum. *illos audiant.* Non dixit: illos legant: ſed, *illos audiant.* Non .n. imperitorum eſt ſacras Scripturas intelligere, ſed à Doctoribus earum explicationē audire. Eſt ſenſus: Audiant libros Moſis, & Prophetarū; à legis peritis; ex illis, quæ ſunt ad ſalutem conſequendam neceſſaria, cognoſcant. Non eſt opus extraordinaria Lazari teſtificatione, & admonitione. Aliter veriſimiliùs, verbum *audire*, ſumitur pro obedire. Moſem habent, & Prophetas, diuinas ſcilicet Scripturas; obediant illis.

Imperiti ſacras Scripturas intelligere nō debent.

A

Non, pater Abraham.

Vrget diues: *Non*, hoc eſt, Non eſt ſatis fratribus meis habere Moſem, & Prophetas; aliquem à mortuis ſurgere opus eſt, qui animæ immortalitatem; perpetuaq; tormenta illis nunciet. Vel, *Non*, hoc eſt, Non audiēt fratres mei legis peritos docentes: vel, Non obediēt Moſi, & Prophetis. Sed ſi ab inferis venientem teſtificatorem audierint, pęnitentiam agent. Habet enim vim magnam oculatus teſtis, ab inferis ad ſuperos mirabiliter reuerſus.

Si Moyſen, & Prophetas non audiunt, neq; ſi quis à mortuis reſurrexerit, credent.

Reſpondet diuiti Abrahamus: Si fratres tui Scripturis, & Doctoribus illas explicantibus non obtemperant, neque teſti ex inferis ad ſuperos redeunti fidem habebunt. Exiſtimabunt enim illum ſpectrum eſſe aliquot inane Verbum, *credent*, ſignificare poteſt vel diuinā fidem, hoc ſenſu: *Neque ſi quis à mortuis reſurrexerit, credent*: id eſt, Fratres tui, etiāſi Lazarus, vel quiſpiam alius ad eos ex inferis abeat, non credent, id eſt, non cōcipient diuinam fidem. Vnde ſequit, illos fuiſſe hæreticos, & fide caruiſſe. Et quidem D. Chryſo. de diuite hoc, veluti de homine plane hæretico loquitur: Quoniam (inquit) ipſe audiēs Scripturas, contempſerat, deriſerat, fabulas eſſe, quæ dicebantur, crediderat: erga hæc ſicut ipſe affect⁹ fuerat, ita hebebat opinionē de fratrib. ſuis, &c. Rectius de fide habēda hic ab inferis redeūti locus explicat, vt ſuprà explicat⁹ eſt: *Non credent dictis eius, etſi à mor-*

Diues hic fuit hæreticus.

Digitized by Google

à mortuis reſurgat. Obijcitur, magnam vim ad permouendum animum, & perſuadendum, habere hominem aliquem notum ex inferis redeuntem, deq; tormentis æternis teſtimonium ferentem. Reſpondetur, eſto magnã habeat vim, fidem illi facilè negari poſſe ab hominib. voluptatum, vitiorumq; amatorib. Cur autem Deus vita functorum animas ad nos nõ mittat ſæpiùs, vt quæ apud inferos fiũt, teſtentur, docet D. Chryſ. ho. 4. de Lazaro. Teſtes habem' locupletiſſimos, ipſam Scripturam ſacram, & Eccleſiam, Eccleſiæq; paſtores, nõ ſunt nobis opus ex Orco teſtes, aut ex purgatorio.

CAPVT VII.

De diuite epulone, & Lazaro.

Morale.

Homo quidam erat diues.

Humana proſperitas periculoſa valdè eſt. QVam ſit periculoſa humana proſperitas, diues hic indicat. Videtur illa quidem ventus proſper; ſed hoc proſpero vento ad Orcum nauigatur. Cõtrà verò, tes aduerſæ aduerſo, contrariove flatui ſimiles cenſenſ; at hoc flatu aduerſo in cęlum tenditur. Proſper diuitiarum ventus, plenis velis, diuitem in Orcum impulit; flatus paupertatis aduerſus Lazarũ in ſinum Abrahæ, veluti in portum tranquilliſſimum duxit. Audiamus Chryſoſ. ho. 1. Diuiti (inquit) nauis erat plena mercium, ac ſecundo nauigabat vento: verùm ad naufragium feſtinabat; eo quòd onus nolebat circumſpectè ponere, &c. De Lazaro ad dit: Cùm fluctus eſſent tam multi, viciſſimq; alij ſuper alios Lazarum impeterent, non tamen demerſum eſt nauigium: ſed perinde, vt ſi in fornace poſitus, veluti perpetuo rore refocillaretur, ita philoſophabatur, &c. Infęlix fęlicitas, quæ diuitem ad ęternam infęlicitatem traxit. Fœliciſſima fuit infęlicitas, quæ pauperem Lazarum ad æternam duxit fœlicitatem. *Aduerſitas in cœlum ducit.*

A Quemadmodum ſegetẽ nimia proſternit vbertas; ſic virtutem nimia proſternit rerum affluentia. Franguntur fructuum copia arborum rami, franguntur quoq; copia diuitiarum hominum mores. Quæ hominib. videntur excelſa, prærupta ſunt, lubrica, animi plena periculis. Melius in malis ſapimus (ait Seneca li. 14. epiſt. 95.) ſecunda rectum auferunt, &c. Boetius lib. 2. de conſol. Philoſoph.
B proſa 8. Fęlix [inquit] fortuna à vero bono deuios blanditijs trahit, aduerſa plerumque ad vera bona reducens vnco retrahit, &c.

Induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.

QVi ſeminat in carne ſua (ait Paulus ad Galat. 6. *de carne & metet corruptionem, &c.* Nõne vides diuitem in car
C ne ſeminantem, purpuram, byſſum, ſplendidas epulas? Quid fructus ex hac collegit ſegete? Corruptionem, æternasq; flammas. Videat vnuſquiſque, quo in agro ſeminet. Infęcundus eſt ager caro, fęcundiſſimus eſt animus. *Qui ſeminat in ſpiritu* (ait Paulus loco citato) *de ſpiritu metet vitam æternam, &c.* Quis vberior fructus vita æterna poteſt excogitari? In animo igitur, non in corpore ſementem facia-
D mus. Ornemus animum ſplendida virtutum purpura, ac byſſo; cęleſtis meditationis epulis, ſanctiſq; operib. ſaginemus. *carnis autem curam* (vt Paulus docet ad Rom. 13) *ne faciamus in deſiderijs*. Habenda quidem cura carnis, non tamen *in deſiderijs*, id eſt, cupiditatib. illius, ſed in neceſſitatib. Quæ neceſſaria ſunt, carni præſtanda; deſideria verò earum rerum, quæ neceſſariæ non ſunt, exſcindenda. Is,
E qui Chriſtum induit (ait Chryſoſtomus ad Rom. 13.) vnum hoc tantummodò quærit, vt ſana ſit carne, eò videlicet vſque curam illius habet, vltrà vero nequaquam: ſed reliquam omnem diligentiam ad ſpiritalia curanda inſumit, &c. 1. ad Timoth. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum*

In carne nõ ſeminandum ſed in animo.

Quatenùs cura habenda corporis

quem diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, &c. Hęc inutilia, & nociua deſideria, quæ hominem æternis flammis mergunt, exſcindenda ſunt. Is autem exſcindit, qui paucis contentus tranquillam agit vitam. Is ea nutrit, qui cupit ditefcere, honorari, voluptatibus affluere.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.

Lazari mendici nomen ore vſurpatur Domini, purpurati diuitis nomen ſilentio prætermittur. Carent coram Deo nomine improbi, ac reprobi; nomen præcellentiſſimum habent probi, ac prædeſtinati. *Neſcio vos*, ait Dominus operarijs iniquitatis Luc. 13. Etenim approbationis notitia nō nouit impios, nouit iuſtos. Quemadmodum Rex viros nobiles ex nomine cognoſcit, plebeios, infimoſque homines minimè: ſic Deus nobiles ſuos, iuſtos, ſanctoſque viros nouit ex nomine, infimam impiorum plebem nō agnoſcit. Vnde illud Exod 33. Moſi dictum; *Noui te ex nomine*: videlicet veluti virum, qui magna apud me Regem ſummum pollet gratia. Ex nomine nouerat Deus Lazarum; diues ex infima plebis fæce erat. D. Grego. ho. 40. in Euangelia: Deus humiles nouit, atq; approbat, ſuperbos ignorat. De diuite ait: *Homo quidam*: de paupere: *Erat mendicus nomine Lazarus*: ac ſi apertè dicat: Pauperem humilē ſcio, ſuperbum diuitem neſcio; illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro, &c.

Reprobi nomine carēt, iuſti nomē habent coram Deo. Luc. 13.

Cognouit Dominus, qui ſunt eius: 2. ad Timoth. 2. Nouit etiam eos, qui non ſunt eius: nouit præſcitos impios, nouit prædeſtinatos iuſtos; ſed diuerſa admodum cognitione, ex parte cognitorum. Prædeſtinatos, ac iuſtos nouit notitia gratiæ, gloriæq; pleniſſima; præſcitos impios notitia plena ſceleribus illorum, ac tormentis. *Firmum fundamentum Dei ſtat* (ait Paulus) *habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus, qui ſunt eius: & diſcedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini, &c.* Noſtrorum bonorum fundamentū, & origo eſt prædeſtinatio Dei. Eſt autem illa fundamentum firmiſſimū, quod nulla vi labefactari poteſt, habens hoc ſigillum: *Cognouit Dominus, qui ſunt eius.* Nouit Deus ſuos prædeſtinatos, quos perire eſt impoſſibile. Oportet tamen illos cum Deo concurrere, & iniquitati nuncium omninò remittere. Ideò additur: *Et diſcedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomē Domini.* Viſne inueſtigare, an ſis prædeſtinatus? Ex vita tua inueſtiga. Si ab omni iniquitate diſceſſiſti, & in virtute perſeueras, bono animo eſto, prædeſtinatū te eſſe confidito. Ne ſis de prædeſtinatione Dei ſollicitus, ſed de vita tua. Noli anxiè cogitare de prædeſtinatione, ſed de vitæ tuæ, tuorumq; morū cogita correctione. Prędeſtinatorum nomina ſcripta ſunt in cęlis, iuxta illud Domini Luc. 10. *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, &c.* Nomina impiorum in terris ſcribunt. Pſal. 48. *Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis, &c.* hoc eſt, Impij nomina ſua terris ſuis, agris, & oppidis indiderūt. Iere. 17. *Recedentes à te in terra ſcribentur, &c.* In terra ſcribuntur recedentes à Deo, & in puluere. Quemadmodum nomen in terra, ſiue puluere exaratum obliteratur; ſic nomen impiorum deletur, atque euaneſcit. Nomen autē ſanctorum ſempiternum eſt. Sapien. 2. ait impij: *Nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus: & nemo memoriam habebit operum noſtrorum, &c.* De pijs verò Iſai. 56. *Nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit, &c.* Prouerb 10. *Memoria iuſti cum laudibus: nomen impiorum putreſcet, &c.* Memoria Lazari cum laudibus coniuncta viuit; diuitis nomen computruit, & euanuit.

Nouit De⁹ præſcitos, & prædeſtinatos diuerſa ratione.

2. Timo. 2.

Prædeſtinatio firmum fundamētum.

Si vis autem noſſe, quid nomen Lazari ſignificet. D. Aug. lib. 2. quæſtionum Euangelicar. c. 38. ait ſignificare adiutum. Verbum Hebræum עזר *hhazar* ſignificat *adiuuare*, עזר *hhezer*, vel עזרה *hhezrah auxilium*, ל *le* ſignificat *ad* inde Leazar, vel Lazarus, id eſt, *ad auxilium*. Petitijt diues, vt ſibi Lazarus, iuxta ſuum nomen, auxiliū ferret in tartaro ardenti. Sed nulliū tulit,

Quid ſignificet Lazari nomen.

tulit, quia tartarus auxilij locus non eſt: *In inferno enim nulla eſt redemptio.* Ad auxilium fuit Lazarus ante oſtiũ diuitis, iuxta nomen ſuũ. Ad auxiliũ (inquam) vt diues Lazaro auxiliaret. & Lazar⁹ diuiti. Tũc auxilij tẽps erat. Tartarea in flãma non dat auxilium.

Iacebat ante ianuam eius.

SEmper pauperes habebitis vobiſcum, ait Dominus Matth. 26 Non deeſt miſericordiæ materia, ſi non deſit miſericordia. Multos (inquit D. Gregor. homil 40) etiam nunc Lazaros habetis, ante ianuas veſtras iacent. Quotidie Lazarum ſi quærimus, inuenimus; ſi non quærimus, cernimus. Ecce importunè ſe pauperes offerunt, &c. Et D. Bernardus in ſer. de illis verbis: *Ecce, nos reliquimus omnia*: Quantos (inquit) videtis & ipſi Lazaros eſurientes, nudos, ægrotos; & plus de iumentis veſtris, plus de eorum phaleris, q̃ de iſtorum miſerijs cogitatis, &c. Nõ deſunt ante ianuam Lazari; vtinam non deſint miſericordiæ viſcera. Propterea autem Lazari non deerunt, ſemperque pauperes habebimus nobiſcum, vt materiam exhibendæ miſericordiæ habemus, cęleſtiaque præmia comparemus Etenim propter diuites, facit Deus pauperes; & propter pauperes, facit diuites. Vt agri fœcũdi diuitum ſint pauperes, in quibus ſementem eleemoſynæ faciant, fructumq; colligant vberrimum. Vnde Auguſtinus ſer. 25. de verbis Domini: Fœcundus (inquit) eſt ager pauperum, citò reddit dominantib. fructũ, &c. Item; Diues, & pauper, duo ſibi ſunt contraria; ſed iterũ duo ſibi ſunt neceſſaria. Nullus indigeret, ſi inuicè ſe ſupportarent, Diues propter pauperem factus eſt, & pauper propter diuitem. Pauperis eſt orare, & diuitis erogare. Dei eſt pro paruis magna penſare, &c.

Non deſũt Lazari, id eſt, pauperes, non deſit eleemoſyna.

Diues fact⁹ propter pauperẽ, & pauper propter diuitem.

Innocentius verò III. in lib. de eleemoſyna, nõ tam diuites propter pauperes ait fieri, q̃ pauperes propter diuites; quia plus cõfert diuiti pauper, quàm pauperi diues. Attẽde (inquit) quòd Dominus non tam fecit diuites propter pauperes, q̃ pauperes ꝓpter diuites. Quia plus proficit pauper diuiti, quàm diues pauperi. Diues.n. dat pauperi eleemoſynam temporalem, pauper autem retribuit diuiti mercedem æternam, &c. Non dantur diuiti diuitiæ, vt byſſo, & purpura induatur, vt quotidie ſplendidè epuleť, vt ludat, vt laſciuiat; Lazaros verò canibus lingendos relinquat. Cũ diuiti opes dantur, pauperi quoq; in diuite dãtur. Nutritor.n. pauperis eſt diues. Quocirca D. Leo ſer. 1. de collectis: Idcircò (inquit) te abũdare voluit De⁹, vt per te alius non egeret; & per miniſterium operis tui, pauperem ab egeſtatis labore, te à multitudine peccatorũ liberaret. O mira prouidetia, & bonitas Creatoris, vt vno facto duob velleť eſſe ſuccurſum! &c. Et in ſer. 8. de ieiunio decimi mẽſis: Pauperib. (inquit) poſſet Deus eas, quas vobis contulit, tribuere facultates; niſi pro ineffabili miſericordia ſua, & illos iuſtificare vellet de patiẽtia laboris; & vos de opere caritatis, &c. Itaq; ante ianuam epulonis diuitis Lazar⁹ iacebat, vt pauperem aleret diues, & diuitem iuuaret pauper. At o ferrea hominum viſcera. Micas è menſa diuitis cadentes pauper deſiderabat, *& nemo illi dabat.*

Plus cõfert diuiti pauper, quàm pauperi diues.

Vlceribus plenus.

ALterum nobis Iob hiſtoria hæc exhibet. Quemadmodum Iob in ſterquilino; ſic ante ianuam epulonis Lazarus ſingulare eſt patientiæ exẽplar. Eam ob cãm (ait Chryſoſto. ho. 1.) Chriſtus Lazarum potiſſimùm, exempli cauſa, propoſuit in mediũ; vt, ſi quando in res triſtes incideremus, conſiderantes, quanto ille interuallo nos ſuperarit, ex illius Philoſophia ſatis magnum ſolatium, moleſtiæq; leniinen capiamus. Item: Cõmunis (ait) orbis doctor Lazarus propoſitus eſt, rem quamcumq; moleſtã patientibus, &c Iacebat ille in veſtibulo diuitis inops, neglectus, proſtratus, pro nihilo habitus, vlceribus plenus, hominum præſidio deſtitutus, cum locius; ſe in ſumma miſeria abie-

Lazarus alter Iob, patiẽtię exemplar.

Digitized by Google

ctum, diuitem i[illegible] magnis opib. & delicijs cer[illegible]bat co[illegible]ccatū. At hæc om[illegible]patiebat animo, neq. Deum [illegible]; epuloni diuiti inuide[illegible]t obtractabat; ſed velut aurum [illegible] ace [illegible]antiæ expurgatū rutilabat. P[illegible]perem Lazarū (ait Chryſologus ſer. 124.) prouexit ad Philoſophiam paupertas, ad virtutem dolor, contemptus ad patientiam. &c.

Deus illi cō ſolationem cęleſtē impertiebatur.

Non dabat illi micas diues, dabat è menſa ſua micas cadentes Deus. Auxilium dabat, conſolatione, & cęleſti ſuauitate patientem permulcebat. Has micas è cęleſti menſa patienter dolores tolerantibus dat Deus. Quiſnam in dentibus ſæui leonis dulciſſimū mel inueniri poſſe crederet? Inuenit Samſon Iudic. 14. mellis fauum in ore leonis; leonis, inquam, quem occidit. Quid vlcera ſunt? Quid paupertas? Quid abiectio? Quid vitæ huius dolores, & labores? Nonne leones, quos fugiunt omnes, occidūt pauci? At verò qui occidunt, hi ſuauiſſimū in illis mel, hoc eſt, Dei dulcedinem, præmiumque cœleſte reperiunt.

Dolor cùm inuadit, patientia vincendus eſt.

Cùm te leo aliquis, hoc eſt, dolor, inuadit, vel tu leoni, vèl ille tibi vitā eripiet. Si patienter toleraueris dolorem, patientię telo leonem iugulabis, milliq; dulciſſimum fauum reperies. Si impatienter peccatum mortiferū committens tuleris, a leone ipſe iugulaberis, amariſſimumq; fel in ipſo dolore inuenies. Quodnam fel amarius eſſe poteſt, ipſa doloris, & laboris impatientia? Cū Moſes tribui Zabulon, & Iſſachar benedicit, Deuteron. 33. *Inundationem (ait) maris quaſi lac ſugēt, & theſauros abſconditos arenarum, &c.* Amaræ ſunt maris vndæ, amari quoque ſunt dolores. Sed in lac maris vndæ vertuntur mercatori; in dulcedinē quoq; patienti viro vertuntur dolores, ac labores. *Inundationem maris*, hoc eſt, dolorum, & laborū, *quaſi lac ſugit* vir patiens.

Fructus patientię.

Steriles ſunt arenæ; ſed ſi theſaurus in his ſit abſconditus, fęcūdiſſimos agros fertilitate ſuperant. Steriles videntur eſſe dolores; at verò quia theſauri æternæ gloriæ in eis latent, omnib. mundi opib. ac delicijs fœcunditate præcellunt. Negotiatores illi Iſraelitę inundationes maris quaſi lac ſugebant; quia ex maris nauigatione multa cōmoda reportabāt, theſauroſq; ſugebant arenarum, hoc eſt, in arenis marinis repertos, vel per arenoſum mare aduectos. Viri autē patiētes inundationes maris, hoc eſt, laborū, & dolorum, quaſi lac ſugunt; quia ex laborib. & dolorib. infinitam capiunt vtilitatem, theſauroſq; ſugūt arenarum; quia in his arenis dolorū, quæ ſteriles, infæcundæq; videntur, æternos theſauros reperiunt.

Dolores nō ſūt in æterna vita. Apocal. 21

In cęleſti patria nulli ſunt dolores. Iuxta illud Apocalyp. 21. *Dolor non erit vltrà.* Tribus tantummodò in locis eſſe poſſunt: in tartaro, in purgatorio, in hoc ſæculo. Magnum tamen inter huiuſmodi dolores diſcrimen eſt. Etenim tartari dolores æterni ſunt, nullumq; afferunt meritum, nullam pœnæ debitæ peccatis ſolutionem. Purgatorij dolores temporarij ſunt, peccatiſq; faciunt ſatis; attamen nouum meritum gratię, aut glorię minimè pariūt. Dolores verò huius ſæculi pretioſiſſimi ſunt, tempore breui cruciāt, peccatis debitā pęnam ſoluunt, noua nobis gratiæ gloriæq; comparant merita. Quis igitur nolit hic potiùs dolores, quàm aut in tartaro, aut in purgatorio tolerare? Quis nolit hoc potiùs, quàm illo igneo purgatorio expurgari?

Soluat hic corpus, quod debet animus. Animum ad peccatum delectatio ducit; ſoluat dolore, quod delectatione committit. Animus in cruciatibus ſeruetur, corpus tormenta ſubeat. Quemadmodū in littore fluctus franguntur maris, ſic in corpore fluctus franguntur doloris. Ad animam ne penetrent, ne illā impatientia obruant. Iob. 2. præcipit Deus Dæmoni: *Animam illius*, id eſt, vitā Iob, *ſerua in omni cruciatu.* Homini doloribus afflicto idem præcipit, ſed alio ſenſu:

Anima ſeruanda in cruciatu per patientiā.

In omni cruciatu animam tuam ſerua; dolor corpus torqueat, patientia animam, hoc eſt, animæ ſpiritalem vitā ſeruet. *Cuncta, quæ habet homo* (ait diabolus eodem cap.) *dabit homo pro anima*, id eſt, vita *ſua*. Vtinā hoc etſi mēdacis diaboli dictum, in nobis verum ſit,

ſit. Cuncta, quæ habemus, opes, honores, corporis ſalutem, ſanguinẽ, vitam demus pro anima noſtra, hoc eſt, pro animæ vita, clypeumq; patientię, omnibus hoſtis telis magno opponamus animo. Hoc tectus clypeo, ante diuitis ianuam iacebat Lazarus, hoc dęmonis excipiebat tela, hoc munitus vlceroſo in corpore, ſanctam ſeruauit animam; quam diues in byſſo, purpura, ſplendidiſq; epulis perdidit.

Nemo illi dabat.

MIcas optabat Lazarus, & nemo illi dabat. Nulla in tantis helluonis opibus eleemoſynæ mica erat. Caueant diuites hoc diuitis exemplum, hæc adamantina fugiant viſcera, micas è menſa cadentes pauperib. ne denegent. Vnius ſunt nominis (ait Aug. ſerm. 227. de tempore) [id eſt, diuites dicuntur, quemadmodum diues damnatus] Caueant, ne ſint vnius conditionis, &c. id eſt, ne ſicut ille, damnentur. Dicuntur autem micę e menſa cadentes, ea, quæ ſuperfluunt. Quæ neceſſaria diuiti non ſunt, neceſſaria ſunt pauperi. Micæ diuitis, panes ſunt inopis. Fœlix diuitis menſa, fœlices opes, ex quibus magnę micę in ora cadunt pauperum. Infœlix menſa, infęlices opes, ex quibus nullę egenis micæ decidunt. Diuitis epulonis menſa hæc eſt; illa verò ſancti eſt Iob, cuius hęc ſunt verba cap. 31. *Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, &c.* Nõ edebat Iob cibos ſuos ſolus, ex regia illius menſa magnę in ora pauperum cadebãt micę, ſiue buccellę. Lib. 2. Machabæor. c. 8. Iſraelitę de Nicanore reportarunt victoriam, retulerũtq; ſpolia. *Poſt Sabbatum* verò, vt ait ſacer Auctor, *debilibus, & orphanis, & viduis ea diuiſerunt: & reſidua ipſi cum ſuis, habuerunt, &c.* Hos milites, non diuitẽ belluonẽ imitẽtur diuites, diuitias ſuas, ſiue ſpolia, quib. paulò poſt ſpoliandi ſunt, debilibus, viduis, orphanis, pauperib. diuidant; neceſſaria ſibi retineant.

Quę ſint micæ è menſa cadẽtes.

Ingrati profectò ſunt, qui ei, à quo diuitias acceperunt, partem aliquam nolunt impertiri, cùm petit. Nonne à

Ingrati, & inſipientes

A Deo opes accipiunt diuites? Nonne cùm pauperi petenti dant, Deo petẽti dant? Ingrati igitur ſunt, qui Deo, à quo accipiunt plurimũ, nolunt dona re parũ. Quare non accipiat partẽ de ſubſtantiã tua [ait Aug. ſerm. 227. de tpe] qui tibi pręmia pręparauit ęterna? Quare non accipiat vel decimũ, qui contulit totũ? &c. Sunt pręterea inſipiẽtes, ſiquidẽ opes ſuas nõ ſibi, ſed hoſtib. tribuunt. Quidquid pauperib. B donat diues, id ſibi donat; qđ voluptatibus, flagitijſq; impendit, id hoſtib. largitur. Quę retinemus temporalia bona, velimus, nolimus, deſerẽt nos; quę nũ retinemus, ſed pauperib. largimur, ea nos non deſerent. Illa noſtra nõ erunt, quę nõ dabimus; illa erunt noſtra in ſempiternũ, quę dabimus. Eleemoſyna (ait Innoc. in lib. de eleemoſyna] non deſerit dantẽ, cũ cętera deſerant retinentẽ, &c. D. Greg lib. C 18. Moral. c. 52. Terrena (inquit) omnia, quę ſeruando amittimus, largiendo ſeruamus. Patrimonium noſtrum retentum perditur, manet erogatum, &c. D. Chryſoſtomus homil. 5; ad populum: Proptereà [inquit) Deus te iuſſit bona alteri dare, vt ea ipſe retineas. Nã donec ipſe ſolus ea detines, nec ipſe quidem habes; cùm alteri verò dederis, tunc & ipſe cepiſti, &c. Vt refert Seneca lib. 6. de beneficijs, c. 3. D M Antonius. cùm fortunam ſuã tranſeuntem aliò videret, & ſibi nihil relictum pręter ius mortis, dixit: *Hoc habeo: quodcumq; dedi.* Eundem in modũ is, qui in extremo ſpiritu eſt, cùm videt opes euolare, dicere meritò põt:

ſunt diuites, qui eleemoſynã nõ largiũtur.

Eleemoſyna non deſerit dantẽ.

Hoc habeo, quodcumque dedi miſeratus egenos.

Eleemoſyna largiendo diuitias ſeruat.

Cætera auolant. Omnia iſta [ait Seneca eodem loco] non ſunt noſtra. Quæris, quomodo ea tua facias? Donan-E do, &c. Omnes diuitię alienæ ſunt, noſtras facimus, dono dando, dono (inquam) dando pauperibus. Ergo ex menſa diuite, grandes in ora pauperum cadant micę; ex mẽſa minus diuite, minores cadãt. Iuxta illud Tob. 4. *Quomodo potueris, ita eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundãter tribue ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude, & cæt.* Has paruulas

Diuitię alienæ ſunt, noſtras eas facimus dãdo.

micas

Digitized by Google

micas Deus in ſuauiſſima conuertet A fercula, cuiſque, è quorum menſa in pauperum ora ceciderint, æternis epulis ſatiabit.

Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.

SVfferentiam Iob audiſtis (ait D. Iacobus c. 5.) *& finem Domini vidiſtis, &c.* hoc eſt, Audiſtis patientiam ſancti Iob, vidiſtis etiam, quali fine Dominus illam terminauerit. Fœlicem enim illius doloribus exitum, ſanitate reſtituta, opibuſq; multiplicatis, dedit. Iob 42. *Dominus benedixit nouiſſimis Iob magis, quàm principio eius, &c.* Eundem in modum, ſufferentiam Lazari, ante diuitis ianuam nos audiuimus; nunc finem Domini videmus. hoc eſt finem fœliciſſimum, quem Dominus

Finis Lazari fœliciſſimus. illius paupertati, vlceribuſque conſti C tuit. *Factum eſt, vt moreretur mendicus.* Non dixit Dominus: *Factum eſt*, vt moreretur Lazarus, ſed, *vt moreretur mendicus.* Etenim Lazarus viuit, viuetque in ſempiternum: mẽdicus vero mortuus eſt. Quia ipſa mendicitas mortua eſt, mortua paupertas, mortua vlcera, mortui dolores. *Conſummatum eſt*, ait Chriſtus in Cruce, Ioann. 19.

Dolores pereunt. Quemadmodum omnes Chriſti labores, & cruciatus in morte conſummati ſunt; ſic omnes iuſtorum cruciatus, D & dolores in ipſa morte conſummantur, ac moriuntur: iuſtorum (inquã) quos ita patientia emundauit, vt purganti igni expurgandum nihil reliquerint. Etenim eos, qui aurum quidem ſunt, vel argentum, ſed ádmixtam habent ſcoriam, ignis purgatorius poſt vitam excipit; ligna autem (hoc eſt, impij) æternis flammis exurenda mancipantur. Lazarus aurum E rutilans purgatorio debebat nihil, illius purgatorium patientia fuit; ideò factum eſt, vt moreretur, & portaretur ſtatim ab Angelis in ſinum Abrahæ. Niſi quis velit dicere, non ſtatim portatum, ſed poſt aliquod tempus, quo igne purgante eſt expiatus.

Iurgatoriũ ſtabilitur.

Portantur iuſtorũ animæ ab Angelis, quia diliguntur ab Angelis. *Si gau-*

Portantur

A *dium eſt Angelis in cęlo, ſuper vno peccato ab Angelis iuſtorũ animę.* *re pęnitentiam agente*, vt ait Lucas; gaudium maius erit eiſdem, ſuper vno triumphatore, cœlum ingrediente. Matth. 13. ait Dominus Angelis: *Triticum congregate in horreum meum, &c.* In horreum Dei vehunt Angeli triticum magna cum lætitia. Erat autem Dei horreum apud inferos, antequàm cœli fores Chriſtus reſeraret; huc Lazarum, veluti mũdum triticum, ab om- B ni ſegregatum peccati palea portauerunt. Iam horreum Dei cœlum eſt. In ſinũ Abrahæ ductus eſt Lazarus; nos quoque ducimur in ſinum Abrahæ, ſed alio in loco habitantis. Habitabat olim Abraham in ſubterraneis inferorum cauernis, nunc habitat in cœlo. Ductus eſt Lazarus in ſinum Abrahæ, ſed (vt tempus poſtulabat) in ſubterraneas cauernas. Nos ducimur in ſinum Abrahæ, ſed in cœleſtia pala- C tia. At parum eſt dicere, iuſtos duci in ſinum Abrahæ; in ſinum ducuntur Chriſti. Eſt enim Chriſtus iuſtorum pater amantiſſimus; omnes ſinu, pectoreque excipit ſuo, amore pleniſſimo, de quo Sponſa Canticor. 1. *Meliora* (inquit) *ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis, &c.* Sinus, pectus, & vbera, quæ in ſinu ſunt Chriſti, hoc eſt illius æternæ conſolationes, & delectationes, illius mella dulciſſima, me D liora ſunt vino ſæculi huius, hoc eſt, omnia ſæculi huius oblectamenta longè ſuperant. Hæc quærẽda vbera per tela, per ignes; mundi vinum in poculo rubeſcens vitreo, ne aſpiciendum quidem. Iuxta illud Prouerb. 23. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet, &c.* Senſu literali de vino ſermo eſt, à quo E oculi abducendi ſunt, ne ad potandũ immodicè alliciat; ebrietatemque veluti venenum, inſtar ſerpentis, effundat. Senſu ſpirituali, de mundi voluptatibus, honoribus, diuitijſque locus intelligitur: hoc enim vinum eſt, quo amicos ſuos ille inebriat, & velut ebrios in mille flagitia præcipites agit. Ne ergo hoc intueamur vinum. Per oculos enim animum illaqueant voluptates,

Iuſti ducũtur in ſinũ Chriſti.

Vinũ mũdi voluptates deſignat.

Digitized by Google

luptates,honores,& opes; præ ſe dulcedinem ferunt magnam, ſed mortiferum peccati venenum in cor effundunt. *Ne ineuearis*(inquit] *vinum, cùm ſplenduerit in vitro color eius,&c.* Ne intueamur vinum,intueamur poculum vbinam ſplendeſcat hoc vinum, diligenter conſideremus ; in vitro ſplendeſcit. In fragili vitro, vitrea fulgent bona,quæ nos inebriant;in vitro(inquam)id eſt,in vitrea vita. Frangitur poculum, quia vitreum eſt; effunditur ſuaue vinum. Perit fragilis vita, effunduntur opes, & voluptates omnes,effunduntur honores. Quòd diues epulo ſatis,ſuperque oſtendit.

CAPVT VIII.

De diuite epulone.

Morale.

Mortuus eſt diues.

IN vitrea vita propinabat mundus diuiti diuitias,purpuram, byſſum, ſplendidaſque epulas; fractum eſt vitreum poculum, quidquid côtinebat dulcis vini,effuſum eſt. Vbi ſunt epulonis diuitiæ? Vbi lautæ patinæ? Vbi ſplendida fercula? Vbi veſtis byſſina? Vbi purpurea? Vbi famulorum caterua? Vbi amicorum turba? Vbi vxor? Vbi filij? Vbi deliciæ,& honores? Vitrea continebantur vita;euanuit vita, *Diues diuitiis ſpoliat⁹ & voluptatibus.* euanuere ſimul omnia. Fabulæ Plutum, ſiue Ditem, diuitiarum Deum, in aduentu claudum eſſe fingunt, in receſſu alatum. Meritò; quia diuitiæ claudis veluti pedibus lentè accedût in vita,in morte aquilinis auolât alis. Excutit natura redeuntem(ait Seneca lib.17.epiſt.103.)ſicut intrantem. *Mors excutit hominē.* Non licet plus efferre,quam intuleris. &c. Excuſſit mors diuitem, ita vt ne obulum quidem ex tantis opibus reliquerit. Hanc excuſſionem Saladinus ille Princeps Ægyptius olim egregiè indicauit,cùm teſtamento ſuo præcepit,vt interula tunica linea,quam geſtare ſolebat,vertici prææltæ haſtæ affigeretur,exclamaretque, qui haſtam ferret:Hæc vna tunica Saladino Principi ex tantis opibus, imperioque ſuperſuit. *Saladinus quid ex cĩbus ſui opibus moriēs reliquũ habuerit. D. Anton. 2. Chron. tit 17.cap. 9 §.23.* In morte [ait Chryſoſtomus homil.2.de Lazaro,& diuite) declaratur,quid poſſit aurum, quid poſſint copioſæ diuitiæ,&c. Vides, quam parum poſſit aurum,quàm parum diuitiæ poſſunt. Nec diuitem è faucibus mortis liberare,nec poſt mortem comitari potuerunt. Chryſoſtomus eodem loco: Venit mors, & extincta ſunt illa omnia. Neque aliter,quàm captiuum arreptum, ſic diuitē mors abduxit,non audentem hiſcere, trementem,pauidum, perinde quaſi inſomnis vniuerſis illis delicijs fruitus fuiſſet,&c. *Mors laruam detrahit diuitib.*

Detrahit hominibus perſonā mors; qui ſint verè diuites, qui pauperes, oſtendit. Mors Lazari pauperis perſonam Lazaro detraxit, verè diuitem fuiſſe demonſtrauit;diuitis perſonam epuloni ademit, pauperrimum fuiſſe aperuit. Chryſoſtomus: Breuiter (inquit.] res commutatæ ſunt; vniuerſi cognouerunt,vter fuerit diues, vter pauper;quodque Lazarus quidē omnium fuerit opulentiſſimus; ille côtrà id eſt,diues epulo,omnium pauperrimus,&c Item In præſenti (inquit)vita, paupertas, & diuitiæ nihil aliud ſunt,quàm perſonæ. Quemadmodum inſtante veſpera,vbi fuerint ex theatro egreſſi,habitumque fabulæ depoſuerint,qui prius Reges,ac Duces eſſe videbantur,poſt apparent,hoc, ꝙ ſunt. Ita nunc,poſtquam mors aduenerit,cùm diuitiarum, paupertatiſq; perſonas depoſuerint,omnes illuc ꝓfecti,atque ex operibus iudicati, declarant,qui verè ſint diuites, qui verè pauperes. Hæc, & alia Chryſoſtomus,quæ qui in memoriam ſæpe reuocat,caduca bona flocci facit.

Sepultus eſt in inferno.

COrpore conſtabat diues, & aīo; ſepultum eſt corpus in terra,animus ſepultus eſt in inferno. *Lacum aperuit*(vt eſt in Pſal 7.) *& effodit eum,& incidit in foueam,quam fecit,&c.* Tartareū lacū ſibi diues flagitijs ſuis aperuit;in tartaro

A tartaro foueam ſibi, & ſepulchrum, peccatis veluti ligonibus fecit; cùm animam efflauit, in lacũ, quem aperuerat, & in foueam, ſepulchrumq́; incidit, quod fecerat. *Sepultus eſt in inferno.* Hoc ſepulchrum quiſque ſibi parat, ipſiſque operibus ſuis, veluti ligonibus efficit. Multi foſſo es ſunt, certatim ſibi homines in Orco ſepulchra effodiunt; ideoq́ue dilatatur Orcus. Iuxta illud Iſai. 5. *Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo* B *termino, &c.*

Foueam in inferno ſibi quiſq; peccãdo facit.

Huius diuitis exequię memoria ſæpe ſunt verſandę. Adfuere teterrimi cacodæmones, qui diuitis animã corpore ſpoliatam rapuere, ſummoq́ue gaudio mœſtiſſimam, atq; eiulantem portauere. Non miſericordiæ liberantis, ſed iuſtitiæ damnantis vexillum in hiſce exequijs eſt elatũ. Non *Requiem æternam dona ei, Domine*; ſed Tormenta ęterna donaſti ei, Domine, auditum. C Non aqua benedicta, ſed ęterna effuſa ſunt maledicta. Non ſunt comitati funus amici lugẽtes, ſed inimici plaudentes. Non Sacerdotes Pſalmos decãtãtes, ſed cacodæmones illud Threnorum 2. occinentes: *En iſta eſt dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus, &c.* Ad ſepulchrum peruenerunt tartareum, quod ipſe diues ſuiſmet effoderat manibus, profundũ, flammaſq; horrendas vomens; coniectus in illud D eſt, eiulans, illud Threnor. 1. ingeminans: *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor, meus: quoniam vindemiauit me Dominus in die iræ furoris ſui, &c.* O vos (inquit) mortales, qui in via adhuc eſtis, qui p viam tranſitis, nondum ad metã vitæ perueniſtis, attendite, & videte has meas exequias; diligenti animi conſideratione expendite, ſi eſt dolor, ſicut dolor hic meus, quem in tartareo hoc E patior ſepulchro. Nullum ſanè in vita reperietis ſimilem. Heu; *vindemiauit me Dominus.* Quemadmodum racemis refertam vineam vindemiat agricola, racemumq́; relinquit nullũ. Sic me diuitijs, delicijſque plenũ vindemiauit Dominus, ne obolum quidẽ reliquit vnum. Neque hoc ſatis. Heu; quemadmodum collectos botriones

Exequiæ diuitis, & impij cuiusq́; quales ſint.

Mouet diuites diues.

in torcular mittit agricola, graui pręli premendos pondere; ſic me in Orcum, velut torcular, miſit Dominus, grauiſſimis premendum doloribus in ſempiternum. O diem, ò noctem potius, ò æternitatem iræ furoris Dei.

Mitte Lazarum, vt intingat digitum ſuum in aquam, & refrigeret linguam, quia crucior in hac flamma.

EN, quò delicię, diuitięq́; peruenerunt; hic illarum finis mœſtiſſimus. Iuxta illud Prouerb. 14. *Extrema gaudij luctus occupat, &c.* Diuitis gaudia momentanea luctus occupauit æternus. *Crucior* (inquit) *in hac flamma.* Iob 21. *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, &c.* Duxit epulò in bonis corporis, & in malis animi dies ſuos; in puncto, hoc eſt, longo forte morbo, lõgoq́; dolore, minimè cruciatus obijt. Tandem (ò infœlicem hominem) ad inferna tormenta deſcendit. Pingues boues, atque arietes macello nutriuntur. Voluptatibus, flagitijſq; ſaginati homines nutriũtur tartaro. Pſal. 72. *Propter dolos poſuiſti eis; deiecisti eos, dum alleuarentur, &c.* In Hebręo ſic legim⁹, אך מחלקות תשית למו, *ach bachalakoth thaſchith lamo*, quod ſic verti poteſt, *Profectò in lubricis ponis eos, &c.* Valdè lubricus eſt diuitiarum, & deliciarum locus. In lubrico loco poſiti erant diuitis huius pedes, conſiſtere diu in fœlicitate non potuerunt; deiecit eum Dominus, dum al euaretur, deiecit autem in flammas tartareas: idcircò clamat: *Crucior in hac flamma.*

Locus diuitiarum lubricus.

Remedium à Lazaro petit, ſed extra tempus, & locum. Si tempore opportuno, & loco petijſſet, à Lazaro remedium inueniſſet. Cùm iacebat ante ianuã Lazarus, tunc oportuit diuitem tartareis flammis extinguendis parare miſericordię aquã. *Mitte* (inquit) *Lazarum, vt intingat digitum in aquam, & refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma, &c.* Non eſt ſatis, ò miſer, Lazari digitus ad refrigerandã lingua. Fuiſſet ſatis flagitiorũ, quæ commiſiſti pęnitentia, caritas, & eleemoſyna Lazaro donata, cùm ante ianuam

Medicinam à Lazaro diues petit, ſed tardè.

nuam tuam iacebat. Si mendicũ ante ianuam iacentem domo excepiſſes, ſi in ſinu, vt Abraham hẽt, habuiſſes, ſi in lecto molliter ſtrato collocaſſes, ſi vlceribus medicinam adhiberi iuſſiſſes, ſi ſplendidis tuis epulis ſaturaſſes ſi dulcib. verbis refrigeraſſes, non linguæ ſolum, ſed toti animę, & corpori tuo refrigerando aquę magnam copiam pręparaſſes, & ex mendico medicum tibi feciſſes. Nunc aũt ſerò ſapuiſti, ne guttam quidem aquę tibi dabit Lazarus. Non eſt tñ ille tui ſimilis: non negat tibi aquę guttam; quia illi micas negaſti; nõ vindictam, ſed Dei voluntatẽ, ac iuſtitiam amat. Totum Oceanũ in te effunderet, vt flammas, quib. cruciaris, extingueret, ſi poſſet, & liceret. At nec poteſt, nec licet. In tempore tibi noluiſti prouidere, in æternitate cruciaberis.

Nos verò, vt ſuadet Apoſtolus ad Galat. 6. *dum tempus habemus, operemur bonum*; ſapiamus in tempore, Deũ quæramus, dum inueniri poteſt; in tartaro inueniri non poteſt, nunc poteſt. *Quærite Dominum* (ait Iſai. 55.) *dum inueniri poteſt; inuocate eum, dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, &c.* Eccleſiaſt. 9. *Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare. Quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſciẽtia erunt apud inferos, quò tu properas, &c.* Dum viuimus, dum ſani ſumus, atq; incolumes, quęrenda eſt aqua, qua tartareæ extinguantur flammę. Aqua autem ad has flammas extinguẽdas potiſſima, pęnitentia eſt; adiungẽda quoque eleemoſyna, de qua ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, &c.* Adiungenda alia opera bona, quę non ſolùm tartari, ſed purgatorij etiam ignem extinguunt.

Quęrendus Deus, dum tempus habemus.

Ex tartaro Abrahamũ orat inſipiẽs diues, quaſi verò ex tartaro emiſſę orationes, Sanctis placere, vel damnatis prodeſſe poſſint. Nec placent ſanctis ex tartaro emiſſæ orationes, nec proſunt damnatis. Placent autem admodum Sanctis, ex noſtro hoc orbe miſſæ, preces, nobiſq; magnã afferunt vtilitatem. Dum ergo ſuperſtites ſu-

Orationes damnatorũ nihil illis proſunt.

Orandi Sancti, qui in cęlo ſunt.

A mus, Sanctos oremus, non quidem, vt veniant ad nos, ſed vt Deũ orent pro nobis, non vt refrigerẽt linguam noſtrã; ſed vt refrigerent concupiſcẽtiã noſtrã; aquamq; nobis impetrent, cęleſtem, i. gratiã, quæ ardentes Orci rogos opprimat, atq; extinguat. Precemur quoq; Deũ, vt digitũ ſuũ, hoc eſt, Spiritũ ſanctũ ſuũ (ſic.n. Spiritus ſanctus appellaẽ, vt indicat D. Aug. epiſt. 119 c. 16. & ſer. 13. de Verbis Apoſt.
B & alijs locis) intinctum in aquã, cęleſtis conſolationis, mittat; & refrigeret ardorẽ concupiſcentiæ noſtræ: quia cruciamur in hac flamma; non quidẽ tartari, ſed quę ſi Spiritus ſancti aqua non reſtinguatur, ducit in tartarum, refrigeret etiam linguam noſtrã. Ea enim vt legitur in epiſt. D. Iacobi, c. 3. *Inflammat rotam natiuitatis noſtrę, inflammata à gehenna, &c.*

Spiritus ſanctus digitus Dei.

At mirum eſt, quòd guttam tãtum
C aquę diues petit. Numquid tartareus ignis tantillus eſt, vt à digito Lazari aqua intincto poſſit extingui? Rñdet magnus Greg. lib. 18. Moral. c. 12. Nõ nobis [inquit] innoteſcitur, quia in tãto ardore, tunc vna ad ſufficientiam refrigerij, aquę ſtilla requiratur, ſed quòd is, qui de abundantia peccauerit, illic æſtuanti nimis cremetur inopia, &c. Non igitur guttam petit helluo, quòd gutta tanto incendio reſtin-
D guendo, ſatis fuerit; ſed quia voluit Chriſtus oſtendere ei, qui negauerat micas, negatam eſſe aquæ guttam; peruenturoſq; ad ſummam in Orco inopiam, illos quibus hic diuitiarum magna eſt copia. Hinc (ait D. Gregorius) colligite fratres, quanta ſit diſtrictio ſeueritatis Dei. Diues iſte, qui pauperi menſæ ſuæ minima dare noluit, in inferno poſitus, vſque ad minima quęrenda peruenit, &c.

Inopia inferni ſumma.

E

Eleuans autem oculos ſuos.

PRæterea in tartaro oculos eleuauit. *Eleuans oculos,* (ait Dominus) *cum eſſet in tormentis, vidit Lazarum, &c.* Dum vixit oculos in terra fixit, ad Lazari vlcera, eleuare illos noluit. Tunc eleuantur oculi, cùm in vlceribus, & inopia pauperũ collocantur; tunc

Oculos aperit pęna.

tunc in terra figuntur,cùm in terrenis voluptatibus, & diuitijs ſtatuuntur. Non attollebat oculos diues,epulis,delicijſq; obrutus; tormẽtis expergefactus, oculos aperuit, & eleuauit. Aperuit oculos, vt ſeipſum videret, quẽ numquã viderat. Eleuauit oculos vt Lazarũ cerneret,cuius numquam curam egerat. Heu qualem ſe vidit: *Heu quantum mutatus ab illo eſt, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.* Numquam ille ſeipſum viderat,numquam quis eſſet conſiderauerat, numquam hominem ſe eſſe cogitauerat,ex humo excitatum, mortalem,breuiſſimę vitæ,flori ſimilem,ſimilem bullæ. Id videbat, quod ipſe non erat; id quod erat non videbat. Obcęcauerat illum Pluto ille cœcus. Cœcus eſt Pluto,ſiue Dis,diuitiarũ Deus,vt eſt in fabulis; diuites cœcos efficit. Qui illi ſeruiunt,ſeipſos nõ vident. Externa tantùm bona, ac caduca,& intuentur, & omnib. viribus tuentur,interna bona, atq; cœleſtia, & ęterna,nõ aſpiciũt,ſed deſpiciunt. Tandem cùm oculos corporis in morte claudunt,oculos animi aperiũt. Etenim ſimilis eorum vita eſt ſomno; quem dulcia comitãtur inſomnia. Excutit mors ſomnum, aperiuntur oculi;dulcia inſomnia euaneſcunt. D. Gregorius 18. Moral. c. 12. Eat(inquit)nũc diues,& acceptis rebus tumeat,ſeſeque ſuper cęteros extollat, glorieturque ſe habere, ꝙ proximus nõ habet. Veniet quandoq; tempus, vt euigilet,& tunc cognoſcat, quàm vacuum fuerit, quod in ſomno tenuerat. Ita Gregorius. Tenent ergo diuitias diuites,ſed tenent in ſomno. Sic ſomniãs pauper, diues eſt, ſic diuitias in ſomno lætus,vna nocte tenet; cũ vigilat, mœſtus amittit. Sæpè(inquit idẽ ſummus Pontifex) contingit dormienti pauperi, vt ſe per ſomnium diuitem videat, ſed repente euigilans, gemit protinus ſub paupertatis pondere. Sic ſic huiuſmodi ſunt diuites,qui reb. acceptis tument,&c. Pſal. 75. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis,&c.* Ecce tibi diuitum,ac potentium ſomnium: *Dormierunt*(inquit)*ſomnum ſuum*, ſuauiſſimis inſomnijs plenũ, *experrecti verò in morte,nihil inuenerunt viri diuitiarum*,i. diuites,*in manibus ſuis.* Dormiuit diues epulo ſomnum ſuum;dulcia habuit ſomnia morte, & tormentis ſomno ſolutus,oculos aperuit;nihil in manibus ſuis inuenit. Quia nihil manibus pauperis Lazari, nihil tradidit manib. Dei. Si eleemoſynas manibus Lazari,ſi pęnitentiam, bonaq; opera tradidiſſet manibus Dei,infinitã gloriam inueniſſet in manibus ſuis. Non inuenit gloriam,ſed tormenta.

Oculi quõ eleuẽtur & deprimuntur.

Virgil. l. 3. Æn.

Diuites ſũt cœci.

Diuites dormiunt.

Vita ſomnus.

Somniant diuites.

Excitatus diues nihil in manibus ſuis inuenit.

Cùm verò eſſet in tormentis,oculos eleuans,vidit Lazarũ in ſinu Abrahæ,& obſtupuit;illis ſimilis, de quib. Sapient. 5. legitur, *Mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe pęnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes,hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum,& in ſimilitudinem improperij: nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter Filios Dei,& inter Sanctos ſors illorum eſt,&c.* Miratus eſt diues, *in ſubitatione inſperatæ ſalutis* Lazari,*dicens intra ſe,pœnitentiam agens*, abſque vllo fructu, *& prę anguſtia ſpiritus gemens*,hic eſt, *quem habui in deriſum,& in ſimilitudinẽ improperij.* Ego *inſenſatus vitam eius* exiſtimaui mortem,*& finem eius ſine honore. Ecce quomodo computatus eſt inter Filios Dei,& inter Sanctos ſors illius eſt.* Ecce quomodo eſt in ſinu Abrahæ,abſque vllo dolore,in ſumma quiete,ac iucunditate ego autem crucior in hac flamma. Equidem quia Sanctus eſt,illius digitus vim habebit,vt etiamſi modica aqua fuerit intinctus,linguam meam refrigeret. Ergo pater Abraham, mitte eum ad me,&c.

Diues Lazarũ vidit obſtupuit.

Colloquiũ diuitis ſecũ.

Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua,&c.

HOminem damnatum, æterniſq; flammis traditũ,filium appellat Abraham. Audebit ergo Chriſtianus ſeruos,Dominus canes appellare, ſimilibuſque alijs afficere probroſis nominibus? Homo damnatus appellatur filius:homo Chriſtianus carnis appellabitur? *Fili* (inquit Abraham) *recordare,*

Serui nõ ſunt appellandi.

dare, quia recepiſti bona in vita tua. Improbus erat homo hic, attamen diues boniſq; caducis cumulatus. Eius vita (inquit Chryſoſtomus hom. 1.) varijs vitijs erat inquinata, neq; ipſe tamen vllam ſentiebat calamitatem, verùm illi, cuncta velut è fontibus affluebãt, &c. Huiuſmodi hominũ proſperitas, negotium faceſſit Aſapho, ſiue Dauidi; adeò vt animi pedes illi moueret. Sed finis conſideratio corroborauit greſſus, ac continuit. Etenim impiorũ B nõ principia, aut media, ſed extrema ſunt conſideranda. Pſ 72. *Mei* (inquit Aſaph) *penè moti ſunt pedes penè effuſi sũt greſſus mei Quia zelaui ſuper iniquos, pacẽ peccatorum videns.* Hoc eſt, penè lapſus ſum, quoniã zelus me inuaſit, animique ardor, & æmulatio, impiorum hominum pacem proſperitatemq; conſiderans. *Non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, &c.* D. Hieronymus vertit, C *non cogitauerunt de morte ſua, & firma ſunt veſtibula eorum, &c.* Fœlicitatem improborum explicat, in primis mortis memoriam à ſe repellunt, ne mæſtitiæ nubem aliquam animo offundant. Eorum veſtibula, & domus, firmæ ſunt, nulla ruina concidunt. *Non eſt reſpectus morti eorum*, non reſpicit illos mors, viuere diu ſinit. Vel, non eſt illis reſpectus, & cogitatio mortis, non reſpiciunt mortẽ. Vel potius, moriuntur ſubito, abſq; dolori D bus vllis, ita vt mors ipſa non reſpiciatur, id eſt, non ſentiatur. Hoc ſignificatur Iob cap. 21. illis verbis: *In puncto ad inferna deſcendunt*: i. ſubitò, abſq; dolore vllo. Chaldæus, Pſalm. 72. vertit, רין מסולים מיתיה׳הון א״ום ליתיה׳הון היויהין ומצטע *arum lethehon thiunibim vmtſetabbarin methuliom mithathehon*, hoc eſt, *Non terrentur, neque conturbãtur propter diem mortis ipſorum.* Hebraicè, אין חרצבות למותם *ein chartſuboth lemotham*, ad verbum: *Non ſunt ligamina E morti eorum.* Hoc eſt, cũ moriunt, nõ ligat eos mors diu dolorib. & cruciatibus; ſed repente rapit, abſq; dolore. *Non eſt firmamentum in plaga eorum.* repetenda. n. eſt negatio. Nõ diu durat in eis plaga, nõ sũt firmæ in eis res aduerſæ. Præterea, non ſunt ſicut cæteri hominum: *in labore hominum non ſunt,*

Felicitas improborũ deſcribitur

Proſperitas impiorum.

Mors impiorum.

A *& cum hominibus non flagellabuntur, &c.* Cæteri homines laborant, moleſtias ferunt, & calamitates, ipſi minimè; cæteri flagellantur, ipſa flagella non experiuntur.

Ex hac proſperitate quæ mala oriãtur addit *Ideò* (inqt) *tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate, & impietate ſua.* In Hebrço ſic habetur ענקתמו גאוה יעטף שית חמס למו לכן *lachen hhanakatha mo gaauah iahhataph ſchith chamas lamo*, quod ſic vertitur: *Ideò veluti torquis* B *circumdedit eos ſuperbia, operti ſunt ornamento violentię, vel iniquitatis.* Oritur ex abundantia & fęlicitate ſuperbia, oritur tartareus ornatus totius impietatis. Itaq; impij veluti torquem circũdant ſibi ſuperbiã, & veluti veſtibus bombycinis, ornant ſe iniquitate. *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis*: hoc eſt, ex pinguedine, ex abundantia, & proſperi- C tate, orta eſt impietas eorũ; in affectus & cupiditates cordis trãſierunt, eaſq; explerunt. D. Hieron. vertit *proceſſerunt à pinguedine oculi eorum*. Aliter; *exijt præ pinguedine oculus eorum* Hoc eſt præ nimia pinguedine, oculi eorum ex ſuis orbib. egrediuntur, & prominent. *Tranſierunt in affectum cordis.* In Hebrço ſic habetur, משכיות לבב עברו *hhaberu maſchiuoth lebab*, quod ſic põt reddi: *tranſierunt in picturas*, vel *imaginationes* D *cordis*: eaſq; opere perfecerunt. Vel *tranſierunt picturas cordis*: hoc eſt, superauerunt quidquid proſperitatis corde pingi, & deſiderari poteſt Adiũgit alia flagitia. *Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt.* Mẽte, & ore, nequitiã verſarũt, iniquitatem in loco excelſo, in dignitate, & honore conſtituti, locuti ſunt. Vel iniquitatem locuti ſunt, in loco excelſo, & tuto; quò nemo aſcendere E poteſt, vt eos puniat. *Poſuerũt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.* Neque terræ parcit, neque cęlo, horũ hominum lingua, de Deo detrahit, & de hominibus liberè, atque impunè. Sequitur.

Ideò conuertetur populus meus hic, Græcè, ἐνταυθ᾽, i. in hoc loco: eſt ſenſus: Ideò, quia populus meus proſperitatẽ impiorũ cernit, hic cõuertetur, ſcilicet,

Proſperitatis mala.

Pij ex impiorũ proſperitate quõ commouentur.

Digitized by Google

licet,ad hoc cogitandum,& dicendũ.
quod ſequitur : *& dies pleni inuenientur*
in eis:plenam annis boniſq; omnibus
vitam,impij degunt. Vel,*Conuertetur*
hic,i.in cogitatione hac : conuertetur
(inquam]ad impios populus. Et dixe
runt,impiorum proſperitate commo
ti: Quomodo ſcit Deus? & eſtne ſcien
tia in excelſo Deo? Videtne Deus &
nouit hanc impiorum fœlicitatẽ?Ec-
ce impij diuitias obtinuerunt;qui ma
ximis ſupplicijs digni ſunt. *Ego verò di*
xi: ergo,ſiquidem improbi homines fę
lices ſunt , *fruſtra* probus eſſe ſtudeo.
Fruſtra iuſtificaui,ſiue *purificaui cor meũ*,
& fruſtra *laui cum innocentibus*, & pro-
bis viris , *manus meas* : id eſt , fruſtra
mundis,& puris operibus , dedi ope-
ram, quod viri iuſti & innocentes fa-
cere ſolent. Fruſtra etiam *fui tota die, à*
Deo flagellatus, *& caſtigatio mea in matuti*
nis,id eſt,ſingulis matutinis.

Hæc naturæ ſuggerebat impetus,
atque imbecillitas , veluti in lubrico
pedes locati,vacillabant,& greſſus ef
fundebantur. At ratio fideiq; ſuccur-
rit,impiorum finem demonſtrans, &
cum Abrahamo dicens:*Receperunt bo-*
na in vita ſua impij:Similiter mala pij.
Poſt mortem verò,hi diuina conſola-
tione perfruuntur:illi æterna flamma
cruciantur. *Si dicebam* (inquit Aſaph)
narrabo ſic, ecce nationem filiorum tuorum
reprobaui . Si ego hunc in modum lo-
quar,de fœlicitate impiorum,ſi ſic ad
hunc lapidem impinguam,vt cadã;ſa
nè filios tuos,viros Sanctos,ac probos
damno,ac reprobo;qui in vita hac, ca
duca proſperitate non fruuntur , ſed
multis calamitatibus , & dolorib.ve-
xantur. *Exiſtimabam,vt cognoſcerem hoc*:
cogitabam de cognoſcenda hac diffi-
cultate,*labor eſt ante me , donec intrem in*
Sanctuarium tuum, *& intelligam in nouiſſi*
mis eorum. Admodum difficilis eſt mihi
quæſtio hęc,de impiorum proſperita-
te,& laboribus,doloribuſq; piorum ;
donec templum tuum ingrediar ; &
impiorum finem conſiderem.

Finis proſperitatis impiorũ cõſiderãdus.

Proſperitatis impiorũ cã eſt res cognitu difficilis.

Poſt hæc impiorum finem conſide
rat. *Verumtamen propter dolos poſuiſti eis*,
deieciſti eos,dum alleuarentur. Quamuis
(inquit)fruantur fœlicitate, tamen *po*
ſuiſti eis, ſubaudi, *mala*, *κακὰ*,habent

A Græci. Poſuiſti,& conſtituiſti eis ſup-
plicia æterna,*propter dolos*,quibus abũ-
dant,vel propter dolos fallacis fœlici
tatis , quibus decepti , flagitijs multis
ſeſe contaminant. *Deieciſti eos* in tarta-
rum,*dum extollerentur* proſperitate.

Tolluntur in altum: *vt lapſu* grauio
re ruant. Hebraicè, לחלקות תשית למו
אך *ach lachalakoth ſhaſchith lamo*,certè
vel verè,*in lubricitatibus poſuiſti eis*: con
ſtituiſti eos in fęlicitate admodum lu
B brica, & breui. Addit : *Quomodo facti*
ſunt in deſolationem;ſubito defecerunt, pe-
rierunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſom
nium ſurgentium Domine , in ciuitate tua
imaginem ipſorum ad nihilum rediges,&c.
Hic finis eſt humanæ , ac vitreæ pro-
ſperitatis,ſubitò impij pereunt , pro-
pter iniquitatem,peritq; cum illis,in
ſtar ſomnij,illorũ imago , fęlicitaſque
imaginaria , in ciuitatibus & oppidis
terræ,ſub terra autem æternis torquẽ
C tur flammis,recipiuntq; bona in vita
ſua;poſt vitam recipiũt mala. Hæc eſt
impiorum ſors,in vita deliciæ,ac vo-
luptas;poſt mortem , ignis, & luctus.
Sors autem piorum eſt, in vita labor,
& dolor,poſt vitam ęterna gloria. Hic
recipiunt bona mali;poſtea recipiunt
mala . Hic recipiunt mala boni;po-
ſtea recipiunt bona.

Claudianus in Eutropium.

Finis humanæ fęlicitatis miſeria perpetua.

Quæritur , fierine poteſt,vt aliquis
recipiat bona in vita ſua,& poſt mor
D tem non recipiat mala? Chryſoſtom.
reſpondeat,homil.3.de Lazaro: Quid
igitur[ait]nõ eſt quiſquam (inquies]
qui & hic,& illic requie fruatᷣ? Iſtud
impoſſibile eſt,ò homo,atque ex eorũ
numero,quæ fruſtra ſperes. Fieri nõ
poteſt,vt qui hic in ſocordia, ſecurita
teque vixerit,qui in delicijs omnibus
aſſiduè dies conſumpſerit,qui temerè
neglectéq; tranſegerit ętatem;illic ho
norem conſequatur,&c. Et D. Bernar
E dus in ſer.de verbis Petri: *Ecce nos reli-*
quimus omnia. Ad tremendum (ait]iu-
dicium Abrahæ veniamus: non enim
Abrahæ,ſed Dei ſententia eſt. *Memen*
to (inquit) *fili , quia recepiſti bona in vita*
tua, *& Lazarus ſimiliter mala* . Verum
vtrumq; eſt , non põt omnino nega-
ri . Fert ſententiam , quæ paucis ex-
preſſa totius ſumma negotij eſt. Ille
bona , & iſte mala recepit. Quid mo-
do?

An aliquis in vita recipiat bona , & poſt mortẽ non recipiat mala?

do? *Nunc autem* (inquit) *hic conſolatur, tu vero cruciaris*. Expergiſcimini ebrij, & flete. Terribilis enim Deus in iudicijs, ſuper filios hominum. Hæccine cruciatuum cauſa tota, quòd in hoc ſeculo bona recepit? Ipſa planè. Neque enim ad hoc, nos de paradiſo voluptatis animaduerſio diuina eiecisse videtur, alterum ſibi hic paradiſum, adinuentio humana pararet, &c. Sic Bernardus docet, non poſſe hominem duos habere paradiſos, in vita vnum, poſt mortem alterum.

Obiectio.

Quomodo diuites æternorum bonorum participes ſint & pauperes malorum.

Obijcitur Abraham, alioſque veteris Teſtamenti patres, bona habuiſſe in vita ſua; habere nihilominus bona poſt vitam. Præterea multi impij mala percipiunt., in hoc terrarum orbe, qui tamen non recipiunt bona è vita deſcendentes. Adde, Deum in lege veteri bona terrena iuſtis promiſiſſe, vt Iſai. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, &c.* Reſpondetur, verba Abrahami de impijs intelligenda, qui helluoni diuiti ſimiles ſunt, quiq; bona recipiunt, & mala faciunt; non autem de iuſtis, qui bona recipiũt, & bona agunt. Illa verò alia verba; *Lazarus ſimiliter mala, &c.* Lazaro, ſimilibuſque illi congruunt. Iuſti enim qui hic torquentur doloribus; poſt vitam afficiuntur præmio, & gaudio. At impij, quamuis hic mille ſuſtineant tormenta, poſt vitam, ex tormẽtis in tormenta mittuntur. Sic ergo verba Abrahami ſunt interpretanda; *Fili recordare, quòd recepiſti bona in vita tua*, & feciſti mala. *Lazarus verò recepit mala in vita ſua*: & egit bona. *Ideò nunc tunc cruciaris, ille lætatur*. Alius ſenſus eſſe poteſt. Fili, mutatæ ſunt vices. In vita tu lætabaris; Lazarus cruciabatur. Nunc, tu cruciaris, Lazarus lętatur. Non reddit rationem, cur diues crucietur, neque eſt ſenſus; recepiſti bona, ideo cruciaris. Non enim cruciabatur, qui receperat bona, ſed quia fecerat mala.

Interpretatio verborũ Abraham.

Prædeſtinationis ſignũ ferre mala.

Obſeruandum eſt autem, prædeſtinationis ſigna eſſe, & diuinę amicitię, dolores huius vitæ, cruciatus, & labores. Qui enim hic mala recipiunt, & bona agunt: idcirco mala recipiunt, vt poſtea recipiant bona. Præterea Dei magnum beneficium eſſe collige,

A impiorum vexationem, qua à vitijs reuocantur, malaq; hic recipiunt, vt mala, id eſt, peccata, deſerant. Hinc illud 2. Machab. 6. *Non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium, &c.* Chryſoſtomus hom. 3. de Lazaro. Vbi (inquit) videris improbam vitam agentem, nec quidquam acerbi hic patientem, ne putaueris illum beatum, ſed defle potius, ac deplora, velut illic om-

2. Mach. 6.

Quãdo mali caſtigantur magnũ eſt Dei beneficium.

Patientia.

B nia triſtia perpeſſurum; quemadmodum diues fecit. Rurſus, vbi quẽ videris virtutis ſtudioſum, & eundem innumeris affligi moleſtijs, beatum exiſtima, vt qui & hic omnia ſua peccata diluerit, & illic multam habeat paratam mercedem, quemadmodum Lazaro euenit, &c. Ideo D. Greg. ho. 40. magnum illis timorem incutit, qui in vita ſua bona recipiunt. Iſta (ait) ſententia pauore potius indiget, quã ex-

C poſitione. Nam ſi qui eſtis, qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepiſtis, ipſum donum exterius pertimeſcere debetis; ne vobis pro quorundã veſtrorum actuum recompenſatione ſit datum; ne iudex qui hic bona exteriora reſtituit, à retributione boni intimi repellat, ne honor hic, vel diuitię non adiumentum virtutis, ſed remuneratio ſint laboris. Sic ille. Huc illud Pauli, & Barnabæ ſpectat, Act. 14. *Per*

D *multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, &c.* Hoc eſt, oportet nos hic mala recipere, vt poſtea bona regni Dei recipiamus. Lege Chryſoſt. hac de re hom. 3. de Lazaro.

Inter nos & vos, chaos magnum firmatum eſt.

Æterna bona recipere iuſtos, æterna mala impios, verba hæc indi-

E cant. Nemo (inquit Abraham) ex nobis, poteſt in tartarũ deſcẽdere; nemo ex vobis poteſt in locum, in quo nos ſumus aſcendere. Chaos magnum interpoſitũ eſt, ac firmatum, inter beatos, & damnatos, in ſempiternum. Inter pauperem Lazarum, & diuitem, (ait Ambroſius in Lucam) chaos magnũ eſt, quia poſt mortem, nequeunt merita mutari, &c. Eccleſiaſt. 11. *Si ceciderit*

Cœleſtia bona æterna ſunt, itemque tartarea mala.

(inquit) *lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit, &c.* Arbori eſt homo ſimilis, in morte exſcinditur, caditq; vel ad Auſtrum cęli, vel ad Aquilonem tartari. Vbicunque ceciderit, ibi in ſempiternum permanebit. Obijcies, patres antiquos qui in ſinu Abrahæ deſcendebant, nō permanſiſſe in loco, in quem cadebant. Reſpondetur, locum illum fuiſſe hoſpitium non domum patrum permanentē; Salomonem autem non de hoſpitijs loqui, videlicet, de ſinu Abrahę, aut purgatorio; ſed de domo, in q̄ recipitur homo, vt in illa viuat perpetuo. Hoſpitiū eſt purgatoriū, fuitq; olim limbus patrum; domus æternæ ſunt, vel cęlum, vel tartarus. Non poſſunt mutari merita poſt mortem, (vt ait Ambroſius) ideo neq; poſſunt mutari loca. Hac in vita mutari poſſunt merita, & loca quoque. Hodie meretur impius tartareas pęnas, quia peccato mortifero inquinatus eſt, cras mereri poteſt cęli gaudia, ſi pęnitentiam perfectiſſimam, quæ culpam pœnamq; extinguat, egerit. At in ſtygijs locis, non poſſunt mutari merita, quia non poſſunt impij agere veram pęnitentiam; idcirco neque poteſt mutari locus. Aeternum chaos firmatum eſt inter Orcum, & cęleſtem beatitudinem, quod nullus damnatus poterit vnquam pertrāſire. O chaos metuendum, ò tormentorum æternitatē horrendam: idcirco D. Auguſt. epulonem diuitem ſic loquentem facit, ſer. 227. de tempore. O iuſte iudex, vel ſecundum peccata mea compeſentur ſupplicia iſta, vel contra ſpatia annorum meorum, quibus habui bona, mala recipiam, aut certè in duplum, vel quadruplum. Cur per tot millia annorū, me teneri iubes in flamma? Cruciat me ignis, & reſeruat, ſæuum eſt, quod ignoſcit, &c. Tartareus ille ignis ſęuus eſt, quia ſæuit, incēdit, comburit, damnatos, at ſęuior eſt, quia vitæ ignoſcit, hoc eſt, quia non conſumit hominem, non priuat vita illa miſerrima; ſed ad perferēda ſempiterna tormenta reſeruat in ſempiternum. Pſal. 48. *Sepulchra eorum, domus illorum in æternum, &c.* Tartarus ſepulchra habet multa

Arbori homo ſimilis eſt.

Aeterna tormenta diuitis.

D. Auguſt.

Ignis tartareus ſæuus eſt.

Pſal. 48.

A æterna, in quibus ſempiternis flammis impij ſepeliuntur, iuxta illud de quo ſupra diximus: *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno.* in ſepulchro nimirum æterno. Eodem modo alij impij moriuntur, & ſepeliuntur in inferno. Hæc ſepulchra eorum, domus illorū ſunt, & palatia, in æternum. Ipſimet has domos, hæc exædificant palatia, flagitioſis manibus, id eſt, operibus, cogitationibus, & verbis. Ezech. c. 4.

B Iubetur ciuitatis Ieruſalem obſidionem, in latere deſcribere. Addit, ominus, *& tu ſume tibi ſartaginem ferream & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem, & obſirmabis faciem tuam ad eam, &c.* Sartago ferrea (ait Hieronymus) quæ inſtar muri, inter prophetam, & vrbem ponitur; grandem iram demonſtrat Dei, quæ nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad miſericordiam, &c. Quemadmodum ſar-

C tago ferrea, inter prophetam, & Ieruſalem poſita eſt, iram Dei aduerſus ciuitatem demonſtrans, ſic ſartago ferrea, & murus quidam ferreus, inter Deum, & damnatos poſitus eſt, id eſt, ira Dei implacabilis, atq; æterna, quæ per æternitatem immenſam, ad miſericordiam non flectetur.

Ierem. 30. *Plaga* (inquit Dominus Iſraeli) *inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tuę, du-*

D *ra facta ſunt peccata tua. Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi, &c.* Congruunt hæc omnia egregiè damnato homini. Plaga amici percutit Dominus in hac vita hominem, vt corrigat mores, in Orco autem plaga percutit inimici, non ad corrigendum, ſed ad puniendum. Caſtigatio hominis, dum viuit, mitis eſt, in tartaro crudelis quo

E dammodo dici poteſt. Quid clamas, ò diues helluo, ſuper contritione tua? quid clamas, ò homo, in tartareis flāmis iacens, ſuper tormētis tuis? Quorſum Lazarum mitti petis, vt linguam tuam refrigeret? fruſtra petis, quia inſanabilis eſt dolor tuus, remediū non habet, ſanabitur numquam, æternus erit cruciatus. Propter dura peccata tua feci hæc tibi, ſi mollia fuiſſent pec-

cata

Ezech. 4.

D. Hieron. Sartago ferrea quæ ſit.

Ierem. 30.

Plaga tartarea qualis & quanta ſit.

Digitized by Google

cata tua, ſi molle fuiſſet cor tuum, ſi ad pœnitentiam cor molle flexiſſes, me quoque ad veniam dandam flexiſſes. At durum fuit cor tuum, dura fuere peccata tua, meque mitiſſimum, fecere duriſſimum.

O rem ſtupendam. Deus miſericordiæ pleniſſima viſcera habes, per æternitatem infinitam damnatorum tormenta maxima intuebitur; neque tamen miſerebitur. Quis Deum (vt ita dicam) nobiliſſimum, & blandiſſimũ fecit duriſſimum? Reſpondetur, peccata hominum dura. D. Hieronymus Ezech. 4. Incredibilia (inquit) ſcelera Ieruſalem, Deum natura mollem, ſuo vitio fecerunt eſſe duriſſimum, &c. *Propter dura (inquit Dominus) peccata tua feci hæc tibi, &c.*

Deus molliſſimus quomodo factus ſit duriſſimus.

Inferni tormenta conſideranda.

Proponamus quæſo frequenter ante oculos, æternum hoc chaos, tormentorum hanc æternitatem, ſi peccata effugere conamur. Quẽ non terreant, maxima peccato mortifero propoſita ſupplicia, eademq; æterna? Cautũ animal apud Poetam, veſtigia, terrẽt aliorum animalium, ad leonem ducentia, & retrorſum nulla ſpectantia. Ideoq; leoni, cur ad ſe non accederet interroganti reſpondet:

Horatius in epiſt.

-- Quia me veſtigia terrent,
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum, &c.

Quem cautum virum, non terreant tot ducum, regnum, nobilium, opulentorumq; hominum veſtigia, aduerſum ſæuiſſimum leonem, hoc eſt, Orcum, ſpectãtia; nulla retrorſum? Conſidera diligenter veſtigia hominum innumerabilium, qui in tartarum deſcendunt, omnia in tartarum tẽdunt, nulla ex tartaro ad ſuperos ſpectant. Quoniam vt alius dixit poeta,

Virg. in 6. Æneid.

--Facilis deſcenſus Auerni.
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt, &c.--

Facile eſt in Orcum deſcendere, quoniam facile eſt in peccato mori. At reuocare gradum, & ex tartaro exire, *hoc opus, hic labor eſt*, imò non hoc opus, non hic labor eſt, ſed hoc impoſſibile, hoc Dei decreto contrarium eſt, qui ſupplicia Orci ſempiterna eſſe ſtatuit.

Exire ex tartaro eſt impoſſibile.

A Quamobrem veſtigia omnia ſunt intrantium, nulla egredientium.

Labor eſt ante me (ait Aſaph, Pſal. 72.) *donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum:* hoc eſt, *labor eſt ante me*, donec intelligam, & cognoſcam finem impiorum. Id ipſum nos faciamus, ingrediamur Dei Sanctuarium, ſiue templum; ingrediamur mẽte conſilium, æternumq; de ſupplicio impiorum, Dei decretum: intelligamus B in nouiſſimis eorum, hoc eſt, intelligamus fines improborum. Horrẽda tormenta conſideratione expendamus æternitatem nullum vnquam finem habituram cogitemus, annos illos tartareæ flammæ æternos, in mente habeamus. *Labor eſt ante me (ait) donec intelligam in nouiſſimis eorum.* Eundem in modum labor erit ante nos, donec intelligamus in nouiſſimis ſceleratorum hominum; hoc eſt, difficilia videbuntur C nobis, & labore plena Dei mãdata, donec intelligamus nouiſſima peccatorum; donec meditemur ſæpè fines malorum. Quòd ſi ſæpè intelligamus in nouiſſimis eorum, labor non erit ante nos; hoc eſt, non erunt nobis difficilia, & laborioſa Dei mãdata, ſed facilia, ac ſuauia. Vnde illud D. Bern. in Pſal. 90. Durum vobis videtur, cum vobis dicitur, *agite pœnitentiam*: Erratis ſed audituri eſtis aliquando ſermonẽ D aſperum, & durum: *Diſcedite in ignem æternum.* Hoc timete, hoc durum reputate, & inuenietis, quia *iugum Domini ſuaue eſt.* Si in ſeipſo ſuaue illud credere, necdum poteſtis, vel hoc non ignoratis, quoniam huius comparatione, ſuauiſſimum eſt. Hæc Bern. & Chryſ. 2. Theſſal. hom. 2. Si terribile (inquit) aliquid videris, cogita gehennam, & illud deridebis, &c.

D. Bern.

Chryſoſt.

E *Vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.*

PEtit ab Abrahamo diues, vt in domum patris Lazarum mittas, qui tartarea fratribus ſupplicia teſtetur, ne & ipſi æternis flammis tradantur. Etenim æterni ſupplicij denunciatio, homines a peccato maximè deterret. Non eſt miſſus ex Abrahami ſinu La-

Digitized by Google

Chriſtus ad nos miſſus inferni tormenta nunciauit.

zarus, ad fratres diuitis, vt æternos illis cruciatus teſtaretur, miſſus eſt ad nos, ex ſinu Patris Chriſtus, æternaq; nobis tormenta, vt a peccatis deterreret, teſtificatus eſt. Ideoque diuitem hunc epulonem in inferno ſepultum, flammiſq; cruciatum, ante oculos propoſuit, vt alieno exemplo nobis caueamus. Agamus gratias (ait Chryſoſtomus concione 3. de Lazaro) bonitati diuinæ, quæ per aliorum ſupplicia, noſtrã expergefacit ſegnitiem; nobiſq; dormitantibus ſomnum excutit. Ob hoc hæc dicta ſunt, ne talia patiamur. Deus prædicit ſupplicium, vt prædicatione caſtigati, vitemus rerum experimenta, &c.

Concionatoris æterna tormenta nuncient.

Concionatorum eſt, hæc æterni ſupplicij denunciatio, qui non ex ſinu Abrahę, ſed ex ſinu Chriſti, ad homines mittuntur, vt teſtentur illis, ne in hũc locum tormentorum ſe præcipitent. Hac auſtera, triſti, horrendaq; denunciatione, veluti fortiſſimo aduerſus ſcelera omnia telo, ſæpè vti debent, ſi prodeſſe magis volunt, quàm auribus ſeruire. Audiamus Chryſoſt. 2. Theſſ. hom. 2. Sermocinatio (inquit) quæ de rebus triſtibus eſt, & auſteris, quidquid in anima diſſolutum, ac fluxum fuerit, amputat, & immutat, laxamq; illam, ac mollem contrahit, &c. Item: Proſunt (inquit) colloquia bona, caſtigant colloquia terribilia. Eſt enim animus inſtar ceræ. Nam ſi frigida colloquia induxeris, induraueris ipſum; ſi verò feruentia, emollies. Emollitum autem, ad quodcunq; voles, formabis imaginemque illi regiam inſculpes, &c Obſecrat præterea Chryſoſt. omnes, vt de ſtygijs loquantur flammis. Obſecro (inquit) vos, ſi quid dilectionis in vobis eſt, vt ſemper de iſtis ſermocinemini. Nihil poterunt nocere, etiam ſi nihil profuerint, omnino verò proderunt. Nam ad ſermocinationes, & colloquia, componitur, & formatur animus, &c. Item: Gehennæ comminationem indeſinenter verſemus, in prandijs, & in conuiuijs, &c. Eodem loco docet ipſa tartarea ſupplicia, pueris in tenera ætate, denuncianda, ne veniant in locum tormentorũ. Obſecro (inquit) vt receptos a nutricibus liberos, nõ anilibus fabulis aſſuefaciamus, ſed ex primæua mox ætate, dicant eſſe iudicium Dei, infigatur animis eorum eſſe ſupplicium, &c. Deinde quæ bona gehennæ metus pariat, quamq; ſit potens gehennæ memoria, atq; cogitatio, his verbis explicat. Hic metus ſi radices egerit, magna bona operabitur. Animus enim ab ineunte ætate, hac futurorum ex pectatione, ad demiſſionem imbutus, non ſtatim hunc metum excutiet, ſed quaſi quidam obſequens equus, velut ſeſſorem habens, gehennæ cogitationem, cõpoſitè ingredietur, & quę vtilia ſunt loquetur, & dicet; & neque iuuentus, neque diuitiæ, neque aliud quidquam, illi nocere poterunt, adeo robuſtam habenti cogitationem, & omnibus reſiſtere volenti, &c. Videſne quàm ſit potens, ac robuſta cogitatio, & memoria tartarei ſupplicij, aduerſus ſcelera?

Etiam pueris nuncianda tormenta Orci.

Quæ bona gehenna timor pariat. Chryſoſt.

Proximi cura gerenda.

Diſcamus præterea ex homine dãnato, proximorum curam gerere. *Rogo te* (inquit) *pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant, in hunc locum tormentorum, &c.* Peiores damnato homines illi ſunt, qui fratrũ, cognatorum, famulorum, aliorumq; hominum, ſalutem negligunt, qui a peccatis illos non reuocant, qui a loco tormentorum nõ abducunt. Lege D. Aug. tract. 10. in Ioan. Vult Chriſtianos omnes zelo ardere domus Dei, omnemq; ſalutem curare. Si in domo (inquit) tua ne quid peruerſum fiat ſatagis, in domo Dei debes ne pati, quãtum in te eſt, ſi quid peruerſum videris? Vnumquemq; Chriſtianum zelus domus Dei comedat. Item; Prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quibus potes blãdire, noli quieſcere, &c. Itẽ: Nolite quieſcere lucrari Chriſto, quia lucrati eſtis a Chriſto, &c. Damnatus homo petit mitti Lazarum ad fratres, vt teſtetur illis, ne in Orcum ſe dent præcipites. Prælati vero, ne hac in re ſegnes ſint mittant concionatores, ipſi quoque eant, oueſque viſitent, & teſtentur, ne in locum tormentorum veniant.

D. Auguſt.

CAPVT

CAPVT IX.

Adauge nobis fidem, &c.

LVCAS CAPITE XVII. Verſ.1.

ET ait ad diſcipulos ſuos, impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala,
2 væ autem illi, per quem veniunt. * Vtilius eſt illi, ſi lapis mola-
ris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm
3 vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis.* Attendite vobis: Si pec-
cauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit,
4 dimitte illi.* Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fue
5 rit ad te, dicens pœnitet me, dimitte illi.* Et dixerunt Apoſtoli Domino. Ad
6 auge nobis fidem.* Dixit autem Dominus. Si habueritis fidem ſicut granũ
ſinapis: diceris huic arbori moro eradicare, & tranſplantare in mare, & obe
7 diet vobis.* Quis autem veſtrum habens ſeruum arantẽ, aut paſcentem bo-
8 ues, qui regreſſo de agro, dicat illi: ſtatim tranſi, & recumbe, * & non dicat
ei: para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem,
9 & bibam, & poſt hæc tu mãducabis & bibes. * Numquid gratiam habet ſer
10 uo illi: quia fecit, quæ ei imperauerat? * Non puto. Sic & vos cùm feceritis
omnia, quæ præcepta sũt vobis. Dicite, ſerui inutiles ſumus: quod debuimus
facere fecimus.

Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala.

NOn videtur Lucas ordinem ſeruaſſe temporis. Non enim hæc ſuperioribus hærent. Verba Chriſti memoriæ prodit, diuerſis prolata temporibus, niſi velis non ſemel tantum dicta eſſe. Hęc quę de ſcãdalis ſcribit: *impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala, &c.* iam expoſita ſunt Matthæi, cap. 18. tom.2.lib.10.cap.33. & 34. eo ex loco petenda eſt explicatio.

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum.

HÆc quoq; de fraterna correctione expoſuimus lib.10. c.35.36. & 37.&c.

Adauge nobis fidem.

Cur Apoſtoli petiuerint augeri ſibi fidem.

GRæcè, *πρόσθες*, id eſt, *appone nobis, adde, auge fidem*. Petunt Apoſtoli fidem ſibi à Chriſto apponi, addi, &

A augeri. Eſt enim fides donum, quod a nullo niſi à Deo hominibus poteſt donari. Petunt ergo à Chriſto vero Deo fidem. Cur petant dubitatur Reſponderi poteſt Apoſtolos appellatos eſſe aliquoties a Domino, *ὀλιγοπίστοι*, hoc eſt, *modicæ fidei*? Matth. 8. *Quid timidi eſtis modicæ fidei?* Rurſus Matth.16. *Quid cogitatis inter vos modicæ fidei?* Lucæ 8. *Vbi eſt fides veſtra?* Item Matth.17. Cum rogaſſent: *Quare nos non potuimus eijcere illum*, id eſt, *dæmonem?* reſpondit Dominus, *propter incredulitatem veſtram, &c.* Matth.8. & 16. & 17.

B Quia ergo ſe non magnam habere fidem exiſtimabant, illius incrementũ meritò petebãt. Dñs verò non rñdet, ſe incrementũ daturum fidei, id maximum in diem Pẽtecoſtes diſtulit. Sed qualis fides in patratoribus miraculorum, quales ipſi erant requiatur, docet. Aliter reſponderi poteſt, Apoſtolos incrementum fidei poſtulaſſe, vt miracula plura edere poſſent, ſciebant enim fidem magnam neceſſariam eſſe, ad edenda miracula.

Neque verò elati ſuperbia, vel inani gloria, miracula facere cupiebant, ſed vt Iudæos conuerterent. Probat hanc cauſam Domini reſponſum, de fide enim agit, & miraculis. *Si habueritis* (inquit) *fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori more, eradicare, & tranſplantare in mare, & obediet vobis, &c.* Quaſi dicat: Ad edenda miracula, fides neceſſaria eſt, tum ardens, tum humilis. Si habueritis fidem ſimilem grano ſinapis, maxima miracula facietis. Granum ſinapis paruum eſt, & ardens; in arborem magnum excreſcit, cum teritur, tunc vim oſtendit ſuam, & ardorem: talem in vobis requiro fidem; videlicet humilem, caritate ardentem, quęq; ardorem ſuum, in laboribus, & perſecutionibus indicet, & in magna opera excreſcat. Erat in conſpectu, cũ hæc diceret, arbor morus, quæ Græcè dicitur, συκάμινος, ideoq; dixit; *ſi huiuſmodi fidem habueritis,* humilem, caritateq; incenſam, *dicetis huic arbori moro,* quam cernitis, *eradicare, & tranſplantare in mare,* veſtro obtemperabit dicto, duoque patrabitis ſtupenda miracula: nimirum, & morum in terra plantatam eradicabitis ſolo verbo, & in mari eandem tranſplantabitis, ibi radices aget. Idem de cæteris miraculis intelligi voluit. Apoſtoli vero ſimilia miracula, quæ curioſitatem habebant, non vtilitatem, facere noluerũt, non enim ad fidem faciendam opus erant. De fide ſimili grano ſinapis, ex cap. 17. Matth. diximus tom. 2. lib. 10. cap. 31.

Fides ſicut granum ſinapis.

Abulenſis Matth. 16. q. 27. exiſtimat, Chriſtum diſcipulis petentibus; *Adauge nobis fidem*, reſpondiſſe, non eſſe opus augeri fidem, quia quæcumq; fides, etiam minima, ſicut granum ſinapis; ad omnia miracula facienda ſatis eſt. Eundem in modum interpretatur Matth. 17. q. 166. hæc verò verba de fide intelligi, quæ eſt donum miraculorum, quæ etſi minima ſit, ſufficit ad miracula patranda. Si fidem miraculorum, ſentiamus diſtinctam eſſe a fide virtute Theologica, ſenſus huius loci hic eſſe poterit: Petunt diſcipuli: *Auge nobis fidem miraculorum,* reſpõdet Dominus: *Si habueritis fidem datam à Deo, ad*

A *facienda miracula:* etiam ſi illa non augeatur, ſed ſit minima, tanquam granum ſinapis, arborem poteritis eradicare, & in mare tranſplantare, aliaq; perpetrare miracula. Explicat Dominus qualis ſit fides miraculorum, nimirum talis eſt, vt etiam is, qui minimam habet, poſſit miracula facere. Idcirco enim datur hoc donum a Deo, vt miracula fiant. De hac fide miraculorum, agitur hoc 3. tom. lib. 8. c.

Fides miraculorũ quæ ſit.

B

Dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.

FIdem ſimilem grano ſinapis, vult eſſe Dominus, id eſt, in perſecutionibus ardentem, efficacem, & humilem, vt diximus. Subijcit nunc de humilitate documentum, propoſita ſimilitudine. Si quis (inquit) ſeruum habet, cum ex labore, vel arandi, vel gregem paſcendi, domum noctu reuertitur, non ait illi; *recumbe ſtatim*, id eſt, cibum ſtatim ſume, cæna, ſed ait, para mihi cęnam, cęnantiq; miniſtra. C Poſtquam verò iuſſa fecit ſeruus, nullam illi gratiam habet Dominus, fecit enim quod facere debuerat. Eundem in modum Deus, qui veſter Dominus eſt, nullam vobis gratiam habebit, ſi faciatis quæcumque ille iubet, eſtis enim ſerui quod debetis facere, facitis. D Hæc debuerat eſſe ſimilitudinis concluſio, ſed ab illa abſtinuit Chriſtus: quoniam magnam ſeruis gratiam habet Deus, etiam ſi id faciant, quod facere debent. Non enim eſt ille ſimilis hominibus, qui ſeruis, ſiue mancipijs ſuis, neq; habent, neque referunt pro operibus gratiam: ſeruos tamen ſuos vult humiles eſſe, & agnoſcere omnia opera ſua, & obſequia, Deo eſſe debita. E Idcirco præter miſſa illa ſimilitudinis concluſione, alteram adiecit, videlicet: *Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis dicite: ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus, &c.*

Humilitas docetur.

Dubium hoc loco huiuſmodi eſt nõ leue; cur Dominus ſeruos inutiles, eos vocat, qui omnia quæ illis præcepta ſunt, fecerunt? etenim ſeruus inutilis ille eſt, qui nihil agit, qui piger, & ignauus viuit otioſe, at is qui arat, qui paſcit

Serui inutiles qui dicantur, & cur.

paſcit oues, qui cibos parat, qui domus curam gerit, denique qui quidquid præcipitur facit, non inutilis ſeruus, ſed viliſſimus eſt Domino. Cur igitur inutilis à Chriſto dicitur? Reſpondetur, hominibus eſſe vtiles ſeruos, quoniam illorum opera indigent; ad Deo nullũ ſeruum vtilem eſſe poſſe, etiam ſi mira facit opera: quia ſeruorum operibus non indiget. Vult ergo nos duplici de cauſa humiliari; tũ quia ſerui inutiles Deo Domino noſtro ſumus, tum qui noſtris operibus non habet opus; tum quia quidquid operis facimus, id Domino multis de cauſis debemus. Ideoque ſic admonet: *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.*

Cur ſeruos inutiles vocet Dominus.

Animo efferri non poſſumus, quòd Deo ſeruiamus, &, præcepta eius obſeruemus; quoniam ſerui ſumus, nullam illi vtilitatem afferentes, neque enim nobis indiget. Præterea quoniam quidquid facimus, illi debemus, tanquam creatori, conſeruatori, atq; redemptori.

Non efferri animo poſſumus quòd Dei mandata ſeruemus.

Aliter, dici poteſt, Chriſtum appellare hoc loco ſeruum inutilem, illum qui ea ſolum facit, quæ debet: nullumque lucrum Domino ſuo affert, debita enim ſerui obſequia, inter lucra non ponuntur. Nos ergo ſerui inutiles ſumus, quia nullum lucrum Deo afferimus: nihil eximiũ facimus, quæ facere debemus, ea ſolum agimus. Aduerte Chriſtum non aſſerere nos eſſe ſeruos inutiles, propterea quòd ea, quæ præcepta ſunt nobis faciamus. Non.n. cauſa, cur inutiles ſimus, eſt id facere quod iubemur, imò cauſa eſt, cur vtiles ſimus, ſi Deus indigeret noſtris operib. Ne quis Græca requirat, ſic Græcè habetur, λέγετε ὅτι δοῦλοι ἀρχεῖοι ἐσμὲν, ὅτι ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν: hoc eſt, *dicite quia ſerui inutiles ſumus, quia quod debuimus facere fecimus, &c.* particula, *quia*, non reddit rationem, ſed ſignificat, *vtique*, vt alijs locis. Idcirco interpres vertit, abſq; *quia. Dicite ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.* Duas humilitatis cauſas continẽt hæc verba, prima eſt, *ſerui inutiles ſumus:* ſecunda, *quod debuimus facere*

A *fecimus*, nihil lucri Domino attulimus; nihil fecimus eximium. Aliter poteſt ſubintelligi cauſalis particula, *quia*, hoc pacto, *ſerui inutiles ſumus, quia quod debuimus facere, fecimus.* Syriaca quidem verſio ſic hẽt, למעבר עבדין דעבדאחן בטילא דמדם דחבין הוין *debhabde chanan batile demadem dechabiabin heuen lemebhbad hbabaden*, id eſt, ad verbum. *ſerui ſumus inutiles, quia id quod debentes eramus facere fecimus, ſerui inutiles ſumus. Nã*
B *quod debuimus facere fecimus.* Si autẽ hæc particula intelligatur, dicendum eſt, vocat ſeruos inutiles, nó omnino, ſed per exaggerationem illos, qui ſolum debita Dño obſequia præſtant, nihilque agunt ſingulare, egregium, & magna laude dignum. Eritque ſenſus, *ſerui inutiles ſumus, quia id facimus, quòd debemus Domino*, nihil egregium, & magna laude dignum præſtamus. Exponit hæc verba antiquus auctor is, qui Coment. in 1. epiſt. ad Corinthios ſcri-
C pſit, quæ inter opera Diui Hieronymi extant cap. 9. Cum omnia (inquit hic auctor) feceritis præcepta; debita vos dicite perſoluiſſe. Non enim aliquid amplius feciſtis, vnde gloriari poſſitis, &c.

Humilitatis duæ cauſa ſunt.

Dubium occurrit ſecũdum. Etiam ſi omnia, quæ præcepta ſunt nobis fecerimus, ſerui inutiles ſumus: ergo
D etiam ſi Dei præcepta ſeruemus, nihil meriti conſequimur, ſeruus enim inutilis non dicitur, is qui aliquid meretur. Ex dictis reſpondetur, ſeruum inutilem, hoc loco dici illum, qui nihil commodi, vel nihil lucri, Domino affert. At verò etiam ſi quis nullum commodum, aut lucrum Deo afferat, præcepta ſeruando, bonaque opera faciendo, & hoc modo ſeruus ſit inutilis, meretur tamen alias ob cauſas.
E Videlicet, quia gratiam Dei habet, quæ meriti principium eſt, & radix; quia Filius Dei, quia mẽbrum Chriſti, quia diuinæ naturæ conſors, quia Spiritus ſancti templum eſt. Non enim hæc repugnant, eſſe aliquem ſeruum inutilem, & eſſe filium, & reliqua: quia diuerſa ratione eſt ſeruus inutilis & filius, membrumq; Chriſti: ſeruus inutilis eſt, quia nihil vtilitatis, aut lucri afferre Deo poteſt, ſuis præ-

Obiectio. Quomodo ſimus ſerui inutiles, ſi aliquid mereamur.

Cauſæ noſtri meriti.

claris licet operibus. Filius eſt, quia ex ſumma miſericordia ſua, voluit illum Deus gratia ſua, & adoptione donare. Præterea quamuis ſeruus inutilis ſit, quia facit, quæ debuit facere, quęque Deo ſunt debita; ſi verò in ſeipſis opera conſiderentur, nulla Domini gratia, laude, aut mercede digna ſunt, tñ ſeruũ pro ſua bonitate Dominus gratia donat, eiuſque opera per datã gratiam, gratia, æternaque vita digna efficit. Eſt enim ita liberalis Deus, vt debita ſibi opera, ab homine gratiã habente facta, gratia, gloriaque remuneret. Ad hæc, etiam ſi omnia pręcepta, Deo auxiliante, efficiamus, & gratiã habeamus, & diuina dona mereamur poſſumus nos in natura ipſa, abſque Dei gratia conſiderare, atque ita meritò dicere *ſerui inutiles ſumus*, in natura noſtra, abſque Dei gratia cõſiderati, *quod debuimus facere fecimus*: non ex nobis, ſed ex gratia Dei, ſine qua nihil facere poſſumus, quod alicuius ſit meriti. Agnoſcẽda gratia eſt, (ait Ambroſius Luc. 17. ſed non ignoranda natura, &c.

Deus liberalis eſt, & opera noſtra quamuis debita remunerat.

Obijcies illud ſuprà dictum: *Numquid gratiam habet ſeruo illi*, herus, ſcilicet, *quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto, &c.* Indicat Dominus his verbis, herum nullam habere gratiam ſeruo debita facienti. Ergo Chriſtus, nec habet, nec refert gratiam ſuis ſeruis, iuſſa exequentibus. Iam ſuprà reſpondimus propterea Chriſtum ſimilitudinis mutaſſe concluſionẽ, quia in Deo falſum eſt; non habere, & referre gratiam ſeruis ſuis. Habet. n. pro ſua bonitate infinita, & refert pro meritis magnam gratiam, quæ merita illius ſunt dona. Vt. n. Paulus ait 1. Cor. 15. *Gratia Dei ſunt eius ſerui, id quod ſunt*, & merentur id quod merẽtur. Et Bern. ſerm. 68. Cant. Merita (inquit) habere cures, habita data eſſe noueris, &c. & D. Auguſt. epiſt. 105. ad Sixtũ. Omne (inquit) meritum noſtrũ, nõ in nobis facit, niſi gratia; & cùm Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronat, quàm munera ſua, &c. Item; Merita quibus vita ęterna redditur, nõ à nobis parata ſunt, per noſtram ſufficientiam; ſed in nobis facta per gra-

Deus coronat dona ſua q̃ ſunt merita noſtra.

A tiam, &c. Similitudinem ergo propoſuit Chriſtus, non vt inferret, Deum nõ remunerare ſeruos, ſed vt diſcipulos humilitatẽ doceret, vt dictum eſt.

Obſerua Dominum non vocaſſe diſcipulos ſeruos inutiles, ſed monuiſſe, vt ipſi dicerent, & exiſtimarent, ſe eſſe ſeruos inutiles. Quoniam etſi ſeruos inutiles, ex ſeipſis Sanctos viros eſſe ſcit, tamen per gratiã ſeruos eſſe optimos cognoſcit. Vult nos conſide-

Serui inutiles nõ ſunt boni Chriſtiani, ſed ſic vocare ſe debent.

B rare id, quod ex nobis ſumus, ne præclaris operibus extollamur, ipſe id cõſiderat, quod ex gratia ſumus, vt remuneret. Iuxta illud Iob 1. *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? &c.* Non appellauit Dñs Iob ſeruum inutilem; ſed rectum, atq; innocentem. Item, Matth. 25. *Euge* [inquit] *ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis,*

C *ſuprà multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui, &c.* Numquid appellat ſeruum inutilem? minimè, ſed ſeruum bonum, & fidelem; & propter merita æterno gaudio remunerat. Eodem capite, *venite* (ait) *benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, &c.* Non inutiles vocat ſeruos, ſed benedictos merita deinde indicat, cur regnum illis tradat cęleſte *Poſſidete* (ait) *regnum, eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, &c.*

D Act. 9. *Vas* (inquit de Paulo) *electionis eſt iſte mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Iſrael, &c.* Non inutilem ſeruum dicit, ſed vas ſiue inſtrumentum electum, & vtile, ad portandum diuinum nomen coram regibus, gentibus, & Iſraelitis, Luc. 17. *Vindictam faciet electorum ſuorum, &c.* Ecce electos vocat ſeruos ſuos.

Poſſunt aliter hæc verba explicari,

E hoc pacto: Dominus non habet gratiã ſeruo, qui ea ſolùm facit, quæ præcepta ſunt, vt ſimilitudo propoſita indicat: ideoque vos cum feceritis tantùm omnia, quæ præcepta ſunt vobis, neque addideritis conſilia, dicite: *ſerui inutiles ſumus, quæ debuimus facere, fecimus, &c* his verbis requirit ab Apoſtolis, non ſolùm mandatorum, ſed etiam conſiliorum obſeruationẽ. Nam

Alius ſenſus.

Conſiliorũ obſeruatio.

inutiles

A inutiles fuiſſent ad conuertendum orbē, ſi ſola mandata obſeruaſſent. Præterea inutiles fuiſſent, id eſt, nihil ſingulare, & egregium, quod non eſſet alijs hominibus commune, egiſſent. Iuxta illud Pauli 1. Cor. 9. *Et ſi Euangelizauero, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit. Vę enim mihi, ſi non Euangelizauero.* Si *enim volens hæc ago, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergo merces mea Vt Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Euangelium, &c.* B Hoc eſt, & ſi Euangelium promulgauero, non eſt mihi gloria, non eſt cur glorier apud Deū, neceſſitas enim præcepti debiti mihi incumbit. *Væ enim mihi ſi non Euangelizauero,* quia præceptum Dei tranſgrediar, Deum offendam, æternaque pœna dignus ero. *Si enim volens hoc ago*: id eſt, ſi libenter & ſine præcepti & debiti neceſſitate, vltro & ſponte Euangelizo, mercedem quamdam habeo C nouam; & cumulatam. *Si autem inuitus, diſpenſat o mihi credita eſt*: hoc eſt, ſi præcepti, & debiti neceſſitate, veluti coactus, & veluti inuitus, a præcepto ductus, Euangelizo, *diſpenſatio*, Græcè, *οἰκονομία, mihi credita eſt.* Verbum Dei ex præcepto diſpenſo, abſque noua quadam mercede, & abſque opere ſupererogationis, & abſque gloriatione apud Deum, *ſeruuſque inutilis ſum, quia* D *quod debeo facere, facio. Quæ eſt ergo noua merces mea*, & magna operis ſupererogationis, non debiti? hæc nimirum eſt, *vt Euangelium prædicem abſque vllo ſumptu eorum*, quos doceo. Hoc. n. opus eſt, nec debitum, nec præceptū. Si hoc facio, non ſum ſeruus inutilis, quod præceptum eſt, & debitum, tantum faciens.

Pauli opus ſuper erogationis exercuit.

Huius ſententiæ eſt Origenes in Comment. epiſt ad Rom. cap. 3 Do- E nec [inquit] quis hoc facit tantum quod debet, id eſt, ea quę præcepta ſunt; inutilis ſeruus eſt. Si autem addas aliquid præceptis, tunc non iam inutilis ſeruus eris, ſed dicetur ad te: *Euge ſerue bone, & fidelis.* Quid autem eſt, quod addatur præceptis, & ſupra debitum fiat, Paulus Apoſtolus dicit 1. Corinth. 7. *De virginibus præceptum Domini non habeo, con-* A *ſilium autem do*: hoc opus ſuper præceptum eſt. Qui ergo completis præceptis, addiderit etiam hoc, vt virginitatem cuſtodiat, non iam inutilis ſeruus, ſed ſeruus bonus, & fidelis vocabitur. Et iterum præceptum eſt, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Paulus tamen dicit, *quod nullo horum vſus ſum*: & ideo non inutilis erat ſeruus, ſed fidelis, & prudens. Hactenus Origenes. Similiter B D. Ambroſius in libro de Viduis, prope finem. Qui [inquit] præceptum impleuerint, poſſunt dicere: *ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Hoc virgo non dicit, non dicit ille, qui bona ſua vendidit, ſed quaſi repoſita expectat præmia, ſicut ſanctus Apoſtolus Petrus ait Matth 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?* Non enim quaſi inutilis ſeruus, quod debuit facere, fe- C ciſſe ſe dixit. Sed quaſi vtilis Domino qui commiſſa ſibi talenta, quæſitis multiplicauit vſuris, mercedem fidei, atque virtutis, bene ſibi conſcius meritorumque ſeruus; expectat, &c.

Opera ſuper erogationis adduntur præceptis.

Studeamus humilitati: inutiles nos eſſe ſeruos exiſtimemus, oreque profiteamur, nihil inſolentię, nihil iactantiæ, animo adhærere patiamur, etiam ſi præclara faciamus opera. Re- D cta facere (ait Bernardus epiſt. 142.) & inutilem ſe reputare, apud paucos inuenitur, &c. Non intumeſcamus [inquit Chryſoſtomus homil. in 3. in Matth.] in ſuperbiam; ſed dicemus noſmetipſos inutiles, vt in partem vtilium tranſeamus; &c. Item: Minimum de ſe ſenſiſſe, iam magnū eſt, quam maximas res feciſſe. Nos quoque famulos habentes, tunc eos maximè comprobamus, quando E cum bona gratia in omnib. obſecuti, nihil ſe grande arbitrantur egiſſe. Si bona tua magna vis facere, noli ea magna putare, &c. Ho. 38. ad popul. Antioch. Nolimus [inquit] extolli, ſed & nos dicamus inutiles, vt vtiles efficiamur, &c. & ho. 3 de Verbis Iſaiæ, *vidi Dominum, &c.* to. 1. Non dixit [inquit] Chriſtus, *cum omnia feceritis, inutiles eſtis: ſed vos dicite: inutiles ſumus.* Dicere

Humilitati ſtudendum eſt, & maximè religioſis.

re

CAPVT X.

Interrogant Phariſæi Chriſtum de regno Dei.

LVCAS CAPITE XVI. Verſ. 20.

INTERROGATVS autem à Phariſæis: Quando venit re
gnum Dei? reſpondēs eis dixit: Non venit regnum Dei,
21 cum obſeruatione.* Neque dicent, ecce hic, aut ecce illic
Ecce enim regnum Dei intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos
22 ſuos.* Veniet dies, quando deſideretis videre vnum diem
23 Filij hominis, & non videbitis.* Et dicent vobis, ecce hic,
24 & ecce illic, nolite ire, neque ſectemini.* Nam ſicut ſulgur
coruſcans de ſub cælo, in ea quæ ſub cælo ſunt fulget; ita erit Filius hominis
25 in die ſua.* Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari a genera
26 tione hac.* Et ſicut factum eſt in diebus Noe, &c.

Interrogatus: Quando venit regnum Dei?

HÆc cum ijs, quæ antecedunt, ordine temporis non videntur connexa: quo tempore contigerint incertū eſt. Propoſuerunt aliquando Phariſæi Chriſto huiuſmodi quæſtionem. *Quando venit regnū Dei?* Dubium eſt, quid nomine regni Dei Phariſæi intellexerint? Euthym. putat intellexiſſe regnum Chriſti, hoc ſenſu: *Quādo venit* πότε ἔρχεται, præſens pro futuro, qn̄ *veniet regnum Dei*, hoc eſt, qn̄ regnaturus es? Similiter Theophylactus; Accedunt (ait) rogantes, & dicentes, tu de regno Dei facis ſermones, qn̄ autem erit regnum iſtud tuū? At non videt verisimile, Phariſæos, regnū Chriſti appellare regnum Dei. Siquidem Chriſtum Deum eſſe non credebant Veriſimilius eſt regnum Dei appellaſſe, quia ſic Chriſtus appellare ſolebat Cum igitur Chriſtus de regno Dei frequenter feciſſet mentionē, rogāt, quando venturum eſſet hoc regnum Dei, de quo fecerat mentionem. Dubitatur ſecundo, qua intentione quæ- *Quid hic ſignificet regnū Dei.*

A ſtionem Domino propoſuerint? Reſpondet Euthymius, & Theophylactus, irridentes propoſuiſſe: ſed illi exiſtimant, vt diximus, de regno ipſius Chriſti interrogaſſe, per irriſionem, hoc ſenſu, qn̄ es regnaturus tu, quem nos paulo poſt vita ſumus priuaturi? Potuerunt ſyncero animo quæſtionē proponere, nullæ autem apud Lucam ſunt circumſtantiæ, ex quib. intentionis vitium poſſimus captare.

B

Non venit regnum Dei cum obſeruatione.

DIfficile eſt explicare, quid ſignificet hoc loco *regnum Dei.* Primo ſēſu ſignificat Dei regnū, quod in iudicio toti orbi apparebit iuxta illud Pauli 2. Timoth. 4. *Teſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius, &c.* Sed refutatur. Primo quia regnū hoc Dei ueniet cū obſeruatione. Nā ex ſignis, quæ iudicium præcedēt, obſeruari poterit, propinquū eſſe regnū Dei. Secundo quia tunc dicent, *ecce hic* vel *ecce illic*, eſt regnum Dei, nempe in valle Ioſaphat. Chriſtus autem ait, *neque* *Quid ſit regnum Dei.* C

Regnũ Dei quomodo intra Phariſæos erat.

Deus regnat in animis,neq.dicẽt *ecce hic*,aut *ecce illic eſt* regnum Dei; *etenim regnum Dei intra vos eſt*. Græcè ἐντὸς ὑμῶν ἐστὶν *intus vos eſt*: hoc eſt, internum,& ſpiritale,in animo præcipue eſt,in quo fides,caritas,ceterę q.virtutes ſunt,per quas Deus regnat in nobis. Obijcies regnum Dei, id eſt, fides,caritas, & reliquæ virtutes non erant in Phariſæis; ergo non eſt de hoc regno ſermo. Reſpondetur ſenſũ verborum hunc eſſe, *regnum Dei intra vos eſt*,id eſt,intra vos homines: eſt in ipſis hominum animis: non indicat pronomen,*vos*, Phariſæos, ſed indicat hominum genus, Phariſæi enim homines erant. Aliter,*intra vos eſt regnum Dei*,id eſt,inter vos eſt,in meis diſcipulis,qui in me credunt,neq.tamẽ illorum virtutes internas obſeruaſtis.

Regnũ Dei pro aduẽtu Meſſiæ ſumitur. Luc. 11.

Quarto ſenſu veriſimilius regnum ſumitur hoc loco,pro aduentu Meſſię iuxta illud Luc 11. *Si in digito Dei eijcio dæmonia,peruenit in vos regnum Dei, &c.* Hoc eſt,peruenit in vos aduent' Meſſiæ,qui regni Dei inchoatio quædam eſt. Eſt igitur huius loci ſenſus,*non venit regnum Dei*,id eſt,aduentus Meſſiæ, *cum obſeruatione,&c.* Obijcies aduentũ Chriſti potuiſſe obſeruari ex Scripturis,ex miraculis,ex Baptiſtę teſtimonio atq.adeo veniſſe cum obſeruatione. Pręterea,dici potuiſſe *ecce hic eſt,ecce illic*. Siquidem Chriſtus hic, & illic erat,huc & illuc faciebat iter. Reſpõdetur, Chriſtum loqui ad mentem Phariſæorum: expectabant illi Meſſiã cuius aduentus poſſet cognoſci,& obſeruari,ex regio ſplendore,atque apparatu.

Quomodo non venit cum Meſſia obſeruatione.

Reſpondet Dominus, regnũ Meſſiæ non venit cum obſeruatione, non poterit obſeruari, & cognoſci ex regio ſplendore, & apparatu, vt vos putatis. Nullum enim huiuſmodi mundanum,regiumque apparatũ habebit. Iuxta illud Ioan. 18. *Regnum meum non eſt de hoc mũdo.* Neque dicent *ecce hic eſt,ecce illic*: vt ſolent dicere de regibus aduenientib. Non dicent ecce Meſſias magnocum faſtu,pompaque regia,iam peruenit in illam ciuitatem,vel in illam *Ecce enim regnũ Dei intra vos eſt*, hoc eſt, ecce enim ipſe Meſſias, regnumque ipſum inchoatum,abſque apparatu, pompaque regia inter vos eſt,in veſtris oppidis,& ciuitatibus,ſine hac obſeruatione.

Ioan. 18.

Tertullianus lib.4. contra Marcionem c.35.interpretatur: *regnum Dei intra vos eſt*: hoc eſt, in manu,in poteſtate veſtra eſt,ſi audiatis,ſi faciatis Dei præceptum. Eũdem in modum Theophylactus exponit. Rectius Euthymius ſic: *Regnum Dei intra vos eſt*: id eſt, Meſſias eſt inter vos,iuxta illud Ioan. 1. *Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis.* Beda ita, *Regnum Dei intra vos eſt*: hoc eſt,ego ipſe ſum per fidem in cordibus eorum,qui ex Iudæis crediderũt Et interlin.Gloſſ. Regnum Dei ſeipſum dicit, intra ipſos poſitum, & in cordibus eorum,qui crediderunt regnantem; &c. Erat inter Iudęos regnum Dei,quia peruenerat ad eos regnum Meſſiæ, & ipſe rex Meſſias, Luc. 11.

Venient dies, quando deſideretis vnum diem filij hominis, & non videbitis.

De iudicij die Chriſtus loquitur.

TRanſit Chriſtus à primo, ad ſecundum aduentum. Conuerſus ad diſcipulos. *Veniet*(inquit)*tempus, in quo vel vnum diem deſideretis, ex his quos modo habetis*,in quibus me cernitis, & auditis,deſiderabitis me videre,& audire;nec tamen videbitis, quia in cęlo ero,nec apparebo hominib. vſque ad iudicij diem. Et dicent vobis mendaciter, *ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic eſt.* Surgẽt enim Pſeudochriſti,nolite eos ſequi. De vero enim Chriſto in ſecũdo aduentu non dicetur,*ecce hic eſt,ecce illic*,quia vt fulgur ſplendens, ſic toti orbi apparebo in aere, fulgentiſſimus,cùm ad iudicandum è cœlo deſcendero.

Prædicit Dominus diſcipulis paſſionẽ ſuam.

Prius tamen,quam in cęlũ aſcendam,& in iudicium reuertar,multa pro hominum ſalute patiar,& à generatione hac Iudæorũ reprobabor, verũtq; cũ ſim Meſſias, repudiabor.

Beda, vnum diem, beatitudinis diem appellari cenſet, Carthuſianus diem æternæ gloriæ. Lyranus diem iudicij dici putat,hoc ſenſu,*Venient dies,quando deſiderabitis diẽ iudicij.*

Et

CAPVT IX.

De parabola iudicis iniqui, & viduæ.

LVCAS CAPITE XVIII. Verſ. 1.

DICEBAT autem & parabolam ad illos, quoniam oportet
2 ſemper orare,& non deficere, * dicens: Iudex quidam erat
in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem
3 non reuerebatur. * Vidua autem quædam erat in ciuitate
illa, & veniebat ad eũ,dicẽs: Vindica me de aduerſario meo.
4 * Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit
5 intra ſe: Et ſi deum non timeo,nec hominem reuereor. *
Tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illã,ne in nouiſſimo ve-
6 niens ſugillet me. Ait autem Dominus.* Audite quid iudex iniquitatis dicit:
7 * Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe
8 die ac nocte.& patientiam habebit in illis? * Dico vobis,quia citò faciet vin
dictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniens, putas, inueniet fi-
dem in terra?

DOcet Chriſtus opus eſſe ſemper orare,parabola propoſita: quo tẽpore & loco hoc docuerit incertũ eſt Lucas.n. videtur ordinem temporis nõ ſeruare. Non eſt a veritate alienũ hanc parabolam cum antecedentib. connectendam, vt poſtquam de iudicij degit,doceat orandum ſemper.

Oportet ſemper orare, & non deficere.

GRæcè legitur, ἔλεγεν δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, hoc eſt, *Dixit autem Dominus,& illis parabolam,ad oportere ſemper orare,* vel ad hoc ſpectãtem,quod oporteat ſemper orare,addit *& non deficere:* Grçcè, καὶ μὴ ἐκκακεῖν, hoc eſt, *& non defatigari,* non deficere, propter laborem orandi. Ad Epheſ.3. μὴ ἐκκακεῖν ἐν θλίψεσί μου, id eſt, *non deficere animo,in tribulationibus.*

Quid ſit ſemper orare.

Dubium eſt: Quid ſit ſemper orare? primo reſpondetur, illum ſemper orare,qui ſemper bene operatur; bona enim opera,oratio quodammodo A ſunt. Secundo reſpondetur,illum ſemper orare,qui debitis temporib. ſemper orat,neque vnquam certis temporib. præcari deſinit. Has duas interpretationes proponit *Beda*. Luc. 18. Quis[inquit] poteſt ita ſemper orare & ſine intermiſſione precib. inſiſtere, vt nec alimentum ſumendi, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicendum eſt eum ſemper orare, & nõ deficere,qui canonicis horis quotidie B iuxta ritum Eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodijs precibuſq; conſuetis, Dominum laudare,& rogare, non deſiſtit. Aut certè omnia,quæ iuſtus ſecũdum Deum gerit,& dicit, ad orationem eſſe reputanda Quia.n. iuſtus,ſine intermiſſione,quæ iuſta ſunt agit; per hoc ſine intermiſſione iuſtus orabit, neq; vnquam ab oratione ceſſabit,niſi iuſtus eſſe deſiſtat. Hçc Beda. Tertio, D. Auguſt.epiſt. 121.ad Pro- C bam c.9.reſpondet, illum ſemper orare,qui ſemper vitam beatã,& æternam deſiderat. Quod[inquit]ait Apoſtolus,1 Theſſal.5. *ſine intermiſſione orate,*quid eſt aliud,quàm beatam vitã, quæ

nulla

nulla niſi æterna eſt,ab eo qui eam ſolus dare poteſt,ſine intermiſſione deſiderate. Semper ergo hanc à Deo deſideremus, & oramus ſemper,&c. Et Pſal.36.Ipſum[inquit]deſideriū tuū, oratio tua eſt. Et ſi continuum deſiderium,cōtinua oratio: ſi non vis intermittere orare,noli intermittere deſiderare,&c. In libro autem de hæreſibus,hæreſ.57.ſecundam reddit reſpōſionē ſupra iam traditam. Cum[inquit] Dominus dicit: *oportet ſemper orare,& non deficere,* & Apoſtolus, *ſine intermiſſione orate,* ſaniſſimē ſic accipitur, vt nullo die interpretantur certa tempora orandi, &c. Hæc eſt interpretatio Lyrani,Caietani,D.Anſelmi,Haymonis Carthuſiani,& aliorum. Nam particula *ſemper,* ſignificat orationis perpetuitatem ſuis temporib. Euthym. Luc.18. *Opportet* [inquit] *ſemper orare,* die videlicet,& nocte,congruis& ordinatis temporibus,&c.

Quarto, D. Chryſoſtomus in homilia de fide Annæ, eum ſine intermiſſione orare exiſtimat,qui crebras ex interuallis precationes Deo offert. Chriſtus[inquit]& Paulus; iuſſit breues,ſed crebras,fieri precationes, ex paucis interuallis. Nam ſi in longū extenderis verba,cum frequenter parū ſis attentus,multam audaciam,diabolo ſuppeditaſti vt accedat,ſupplantetque,ac mentem ab ijs, quæ dicuntur auocet. Quod ſi frequenter,ac ſubinde oraueris,tempus omne crebris dirimens interuallis,facile poteris eſſe ſobrius,ac vigilans, vt precationem multa cum attentione perficias, &c.

Crebræ & breues orationes.

Hinc illud D.Auguſt in epiſt. 121. ad Probam. Dicuntur fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas,& raptim quodammodo iaculatas,ne illa vigilāter erecta,quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per productiores moras, euaneſcat,atq.hebetetur,intētio,&c. Qui ergo longiori orationi deſtinata habet tēpora,p̃terea verò tota die crebris Deū orationib.p̃catur,is ſemper orare dicet. Lege D.Baſilij homiliam de martyre Iulitta. Accumbens (inquit) mēſæ,ora,edens panē, largitori gratiam rependito, tunicam indue- A ris: gratias age benigno datori, amiceris pallio: hac in te augeſcat interior erga Deum caritas, qui integumenta largitus eſt,&c.

Orationes iaculatoriæ.

Quinto, Caſſianus collatione 9. Abbatis Iſaac,c.3. *Sine intermiſſione orare,* indicat ſignificare Dei iugi contemplationi vacare. Eſt & ſexta interpretatio huius loci, ſcilicet, illum dici ſemper orare,qui cū aliquid a Deo petit, nō abijcit animum,ſed inſtat, & pulſat, B donec impetret. Probatur ex ipſa parabola viduæ,ſic.n.illa iudicē orauit ſēper;donec qđ petebat, eſt aſſecuta.

Caſſianus. Sēper orat qui inſtanter donec obtineat petit.

Reſpondeo hæc verba: *Oportet ſemp̃ orare,& non deficere,* morali modo,intelligenda eſſe,hoc eſt,omnib.dieb.aſſiduè,frequenter,& ſæpè,oportet orare. Probatur hæc interpretatio ex ca.10.Act. quo Cornelius Centurio, dicitur fuiſſe vir religioſus, & *deprecans Deum ſemper.* Cibum,ſomnumq.capie- C bat Cornelius,negotijs alijs vacabat, multorum militum dux erart, tamen dicitur ſemper,quia omnib.dieb.frequenter orabat Pſal. 118. *Meditabar* (ait Dauid) *in iuſtificationibus tuis ſemper* Prouerb.16.Salomon, *Non impediaris* (inquit) *orare ſemper,&c.* Hoc eſt,omnib.dieb.frequenter. Eundem in modum,orauit vidua ſemper,id eſt, aſſidue quouſq quod poſtulabat obtinuit Enitendum tñ eſt,vt pro virili parte, D crebris illis precationib vtamur ſemper,quib. vt Auguſtinus ait, in Ægypto vtebantur monachi.

Iudex quidam erat in quadam ciuitate.

PArabola hæc eſt,in ciuitate quadā iudex erat impius;qui neq.Deū timebat,neq homines reuerebatur. Iudici timor Dei maximè neceſſari⁹ eſt Vnde illud Regis Ioſaphat ad iudices E 2.Paralip.19. *Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite,&c.* Quod ſi Deum non timet, & tamen homines reuereretur aliqua mala fugit ne ab hominib.improb.officioq. iudicis planè indign⁹ habeatur. Hic autē iudex, neq; Deū timebat, neq; homines reuerebatur. Et vt D. Chryſoſtom⁹ lib. 2.de Orando Deo interpretatur, pudorē omnē ex oculis abiecerat & Dei timo-

Iudici timor Dei neceſſarius.

timo-

timorem ex anima expulerat. Itaque nullo fręno, aut timoris, aut pudoris, in officio continebatur.

Hoı̃es nõ reueri grau⁹ eſt quam Deum non timere.

Obſeruat Theophylactus, maioris malitiæ indicium eſſe, homines non intereri. Nam Deum impij non vidēt ideòque illum non timent; homines vident, ideo illos reuerentur, eorumque oculos, & iudicium formidant. At ſi neque Deum timent, quem non vident, neque homines curant, quos vident, impudentiſſimi ſunt, & in omnia flagitia proiecti. Deum (inquit ille) multi non timent, attamen homines reuerentur; ideò & minus peccant. Quando autem, & apud homines quis impudens fuerit; tunc omnis malitiæ vertex videtur: idcirco & Dominus poſtea poſuit; *neque homines reuerebatur*: quaſi hoc dicens, iudex erat Deum non timens; & quid dico, quod Deum non timuerit? Maius malitiæ indicium habuit, quia neque hominem reuerebatur. Hæc ille.

Vidua autem quædam erat in ciuitate illa.

Vidua quid à iudice habere contendit.

IVdicem hunc ſceleratiſſimum, vidua quędã precabatur ſæpius, dicēs; *vindica me de aduerſario meo*, ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου, ſignificat autem verbum, ἐκδικέω, *defendo, vindico, vlciſcor*, nomen autem, ἀντίδικος, aduerſarium cauſæ, ſiue litis, & litigatorem. Erat ergo viduæ aduerſarius quidam, hoc eſt litigator, qui litem viduę intenderat, apud iudicem iniquum, vel potius, cui vidua litem intēderat. Et veniebat ad iudicem. Veniebat (inquam) frequenter, ſicque orabat: *Vindica me de litigatore*, hoc eſt, defende me, & iudicio vindica, litigatorem cō demnando. Vindicta enim hoc loco appellatur litigatoris condemnatio iuſta.

Et nolebat per multum tempus ...

Iniquus iudex quid facere ſoleat.

VIdua quidem frequenter adhibet iudicem, & orabat: ille verò longo tempore, cauſam protrahebat, neque annuebat precibus. Hoc.n. eſt iniqui iudicis, iuſtas cauſas protrahere, iuſtis precibus non annuere, muneri-

A bus potius duci, quàm viduarum verbis; iuxta illud Iſaiæ 1. *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos, &c.* Contra probi iudices diuitum munera reſpuunt, pauperum, viduarum, pupillorumq́; cauſas, magna diligentia agunt; iuxta illud eiuſdem vatis, & capitis *Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduã, &c.*

Probus iudex quid faciat.

B Et illud Eccleſ. 4. *Libera eum, qui iniuriam patitur, de manu ſuperbi, in iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quàm mater, &c.* Iob 31. *Si oculos viduæ expectare feci, &c.* Iudex hic improbus oculos viduæ, per longum tempus expectare fecit, at Iob iudex optimus, mox precibus viduarum annuebat.

C *Poſt hæc autem dixit intra ſe.*

Iudex propter importunitatem mulieris ius dicit.

IVdex impius tandem poſt longum tempus, viduę inſtantis, atq; vrgentis precibus actus, cogitare ſic cœpit: Ego quidem neq; Deum timeo, neq; hominem curo, attamen quia moleſtiam mihi toties precando, vidua hęc præbet, feram ſententiam, qua illã vindicem de aduerſario. Neque propter Deum, neq; propter homines, iudex

D hic iniquus viduę fert opem; ſed propter ſe, vt moleſtiam, & importunitatem, effugiat. Simile illud eſt Luc. 11. *Si non dabit illi ſurgens, eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen ſurget, & dabit illi, &c.* Eſt ẽt parabola hæc illi ſimilis, quę eodem capite, ſignificat orationi perſeueranter eſſe incumbendum. Quemadmodum hic viduæ vrgens perſeuerantia, à iudice vindictã de aduerſario extorſit, ſic in altera il-

Luc. 11. Similis parabola.

E la parabola, importuna amici poſtulatio, ab amico panes impetrauit. Moleſtiam eſſe hominibus frequentem poſtulationem, indicat Dalilę poſtulatio Iudici. 16. *Cùmque moleſta eſſet ei* [ſcilicet Samſoni) *Dalila & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem nō tribuens, defecit anima eius* (idcſt, Samſonis] *& ad mortem vſque laſſata eſt, &c.* Hæc iugis & moleſta poſtulatio,

Sanſonem aperire compulit, quanam in re, mirum illius robur eſſet collocatum. Sequitur eodem capite: *Straſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, &c.*

Ne in nouiſſimo veniens, ſugillet me.

GRæca lectio ſic habet, *εἰς τέλος ἐρχομένη ὑποπιάζῃ με*, hoc eſt, *ne in finem veniens, ſugillet me.* Euthym. interpretatur hunc in modum, *ne in finem*, hoc eſt, prorſus, aut tandé, exturbet me, i. grauiter aſpiciat, aut cogat, nam hæc ſignificat verbũ, *ὑποπιάζῃ*, &c. Interpres Syriaci Euangeli, hoc pacto. דאלבכלעדן תהוא אתיא מהרא לי אתכעיה *ethchebhibha del bechulhhadan th. heue attheia mebara li, vindicabo eam, ne omni tempore ſit veniens, negotium mihi faceſſat, &c.* in fine interpretantur Syri, *omni tempore*, ſemper. Et, *ὑποπιάζῃ*, interpretantur, *moleſtum eſſe, negotium faceſſere*, eſtq; ſenſus, vindicabo viduã, *ne in finem*, i. omni tempore, ſiue ſemper, veniens, & poſtulans, perpetuam mihi exhibeat moleſtiam. D Aug. lib. 2. qq. Euangel c. 45. Iudex (inquit) aſſiduis viduæ interpellationibus ceſſit, vt eam vindicaret; ne ſibi ab illa tædium fieret. Nam hoc eſt quod ait: *ne veniens ſugillet me, &c.* interpretatur Auguſtinus; *ne veniens ſugillet me*, hoc eſt, ne mihi tædium pariat. Beda, Luc. 18. Auguſtinum ſequitur. Nec iniuſtus [inquit) homo, eos qui illum aſſiduis precibus tundunt, vel propter tædium deuitandum, poteſt contemnere: nam hoc eſt, quod ait, *ne veniens ſugillet me, &c.*

Gloſſ. interl. hæc habet: ſugillet, à ſugo, tractum à lamijs, i. ſtrangulo, &c. Et D. Bonauentura Luc 18. Lamiæ (inquit] paruulos occidunt, & ſanguinem ſugunt; ac per hoc ſuffocant, & ſtrangulando occidunt: dicitur autem ſugillari, qui verbis, & rationibus, hinc inde coarctatur, adeò vt vix loqui poſſit, nec reſpirare permittatur. Vel dicitur ſugillari, qui tãto tędio afficitur, quòd præ tedio ſanguis illius ſugitur, & diminuitur. Vnde ſenſus, *ſugillet me*, i. ſanguinẽ meum ſugat, ſicut lamiæ. Sic ille. Similiter

Quid ſignificet ſugillet me.

A Carthuſianus Dionyſius: *ne ſugillet me*, exponit, ne importunis ſuis clamoribus, ſtrãgulet me, aut ſuffocet. At hic ſenſus à vera ſignificatione verbi, *ſugillo*, alienus eſt. Non enim ſignificat ſanguinem more lamiarũ ſugere, aut ſtrangulare. Lyranus ita: Ne ſuggerẽdo offendat me, ſua importunitate.

Aduerte, verbum, *ſugillo*, à ſuctu ſanguinis, ſignificare liuidum reddo, liuido colore maculo, vt cum fuſte percuſſum, & contuſum corpus, ſanie ſe
B ſuffundente nigreſcit. Metaphoricè autem ſignificat detrahere, reprehendere, contumelia afficere exiſtimationẽ alicuius maculis inquinare. Quemadmodum n. corpus ſugillatum, dicitur corpus liuidis maculis affectum; ſic homo ſugillatus, dicitur homo opprobriorũ, vel infamię maculis defor matũ. Itaq; dicitur ſugillari, qui ignominię maculis, veluti liuidis, redditur
C ignominię verò, ſiue cõtumeliæ irrogacio, appellatur ſugillatio. Idẽ ſignificat verbum Gręcũ, *ὑποπιάζω*, quod ẽt habetur primo Corinth. 9. *Non ſic pugno* (ait Paulus) *quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, &c.* Gręcè, *ὑποπιάζω*, regia Biblia, *obtundo corpus meũ*, põt verti, *liuidum reddo*. Eſt metaphora ſumpta à pugile: *Non ſic* [inquit] *pugno, quaſi aerẽ verberãs.* Gręcè. *πυκτεύω*, quod verbum propriè ſignificat *pugnis*
D *pugnare*: ſumitur tamẽ pro quouis modo contendere. Sed quemadmodum fortis pugil pugnis, vel cęſtib. obtundit, & percutit, liuidumq; reddit aduerſariũ; ſic ego aduerſariũ meũ corpus obtundo, percutio, reddoq; liuidum Eſt ergo ſenſus: *Ius reddam huic viduæ*, ne in finem, vel ad finem, hoc eſt, *ne in nouiſſimo*, vt noſter Interpres vertit, ne in fine, ne tandem, *ſugillet me*, hoc eſt, ne me maculis infamiæ red-
E dat liuidum, ne me vituperet, afficiatque opprobrijs, ne mihi maledicat.

Illud, *In nouiſſimo*, ſiue, *in finem*, ſignificare poteſt, in fine mei magiſtratus, poſtquã officio perfunctus fuero. hoc pacto: Ne me ſugillet, infamet, & accuſet in fine, poſt q̃ hoc munere priuatus fuero, apud alium Iudicẽ, qui geſti officij rationem repoſcet à me. Si fortẽ hoc illis temporib. in vſu fuit, quod

In nouiſſimo quid hic ſit.

Luſitanè

Luſitanè dicitur, *tomar reſidencia*. Aliter: Ne in nouiſſimo, i. in morte mea, veniens me afficiat opprobrijs.

Q̃uo Iudex hic hominẽ non reuerebatur.

Obijcitur: Hic Iudex, vt Dominus ait, *nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur*: ergo non eſt reueritus viduæ in nouiſſimo ſugillationem, vel maledicta, vel ignominiam; ſiquidem hominem non reuerebatur. Reſpondetur, de homine Iudice ſuperbo dictũ per exaggerationem: *Neque Deum timebat, nec hominem reuerebatur*: B quia ſua opinione tumidus neminem putabat ſibi poſſe nocumentum afferre. At verò ſi damnum, vel ignominia immineret, timebat; illamque quocumque poterat modo propellebat. Itaq; non propter homines, quos reuereretur, vel quorum pudore commoueretur, ſed propter damnum ſuum ius reddebat.

Obiectio. Q̃uo Iudex precibus viduę cõpulſus, ius illi dixerit.

Obijcit prætereà, ex hac interpretatione ſequi, Iudicem non reddidiſ- C ſe ius viduæ precibus aſſiduis cõpulſum, ſed damni, & ignominię, ſiue ſugillationis imminentis pericolo, adactum. At verò Chriſtus idcircò parabolam proponit, vt oſtendat Deum iuſtiſſimum aſſiduis hominum precib. commotum poſtulata largiri; ſiquidẽ Iudex iniquiſſimus frequentib. precationibus adactus, quod petijt vidua, præſtitit. Reſpondetur, Iudicem aſſiduis precib. viduæ compulſum eò tan- D dem perueniſſe, vt ignominiã formidaret, & quod petebat, concederet. Aſſiduitas ergo precãdi cauſa fuit, cur tandem timeret ſugillationem, & concederet viduæ, quod flagitabat. Pręterea, duæ fuere cauſæ: altera moleſtia precationum, altera periculum ſugillationis. Obijcitur tertiò particula illa, *veniens*: non. n. neceſſe erat venire viduam ad Iudicem, vt illum ſugilla- E ret, i. infamiæ maculis afficeret. Reſpõdetur, ſenſum eſſe, ne *in nouiſſimo*, ne tandem *veniens* ad me, & quod petit nõ adepta *ſugillet me*. Has obiectiones effugiet, qui ſic interpretabitur: Ius reddam viduæ, quia mihi aſſiduis precibus moleſta eſt, ne *in nouiſſimo*, pro in nouiſſimum, i. ne vſque in finem, & ſemper, veniens ad me deprecandũ, & numquam deſinens me deprecari, A *ſugillet me*, hoc eſt, veluti obtundat, liuidumque ſuis clamoribus reddat. Quod dicimus Luſitanè: *Pera que me naoguerme, o ſangue, toda auida, com ſua importunaçaon*. Vel, Faciam quod flagitat precibus vidua, ne in nouiſſimo, id eſt, in fine mei magiſtratus, veniens *me ſugillet*, hoc eſt, veluti liuidum, & contuſum reddat animum meũ, maioremque mihi moleſtiam exhibeat ſua poſtulatione. Vel, per exaggera- B tionem: Concedam quod vult, moleſtæ huic viduæ, ne in fine veniens me pulſet, atque contundat.

CAPVT XII.

Audite, quid Iudex iniquitatis dicat.

Concluſio parabolæ.

QVorſum parabolam propoſuerit, C aperit Dominus. Animaduertite (inquit) verba *Iudicis iniquitatis*, id eſt, Iudicis iniqui; facturum ſe id ait, quod vidua poſtulat, precibus illius aſſiduis compulſus. Si iniquum Iudicem aſſiduæ preces commouerunt; Deum Iudicem iuſtiſſimum nonne magis commouebunt?

Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum.

D SI Iudex [inquit) impius, qui nec Deum timet, nec hominem reueretur orantem, & clamantem viduam defendit, ac vindicat. Deus iudex æquiſſimus, electos ſuos precantes, clamanteſque die ac nocte, hoc eſt, ſemper orantes, non defender, ac vindicabit, *ſed patientiam habebit in illis?* hoc eſt, Patienterne feret illos ab hoſtib. vexari? Minimè. Gręcè legitur, καὶ μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς, E id eſt, *& longanimis*, ſiue *patiens erit in ipſis?* Quod idem eſt, ac, Patientiámne habebit, ſiue longanimitatem, in illis patientib. hoſtiũ perſecutionem? Non habebit. Vnde ſequitur: *Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum*, hoc eſt, Nõ habebit Deus patientiam, & longanimitatem in illis, i. in vexationibus electorum; ſed citò illos vindicabit, & defẽdet. Quia

Deus electorum ſuorum faciet vindictam.

in parabola de vidua vindictam petē- A
te egit; idcircò hoc loco de vindicta
electorum agit. Similis locus eſt Eccl.
35. *Oratio* (inquit) *humiliantis ſe nubes
penetrabit; & donec propinquet, non conſola
bitur; & nō deſcedet, donec Altiſſimus aſpi-
ciat. Et Dominus non elongabit, ſed iudica-
bit iuſtos, & faciet iudicium. Et fortiſſimus
non habebit in illis patientiam: vt contribu
let dorſum ipſorum, & gentibus reddet vin-
dictam, donec tollat plenitudinem ſuperbo-
rum, & ſceptra iniquorum contribulet, &c.* B

Humilis oratio.

Orationis iuſtorum humilium magna
eſt vis, nubes penetrat, Deo propin-
quat, conſtans eſt, ac perſeuerans; nō
deſcendet, donec Dominus aſpiciat,
& annuat. Dominus autem non elon-
gabit auxilium. Græcè, οὐ μὴ βραδύνῃ,
id eſt, *non tardabit*, ſed citò iudicabit iu
ſtos, & electos, eoſq; liberabit, ac vin-
dicabit; *Non habebit patientiam in illis.*
Græcè, μὴ μακροθυμήσει, id eſt, non ha
bebit longanimitatem in afflictione C
iuſtorum, *vt contribulet, & conterat dorſa
ipſorum*, id eſt, hoſtium. Græcè legitur
nunc, ἀνελεημόνων, id eſt, *immiſericor-
dium*. Quod fortè interpres non legit:
ideò, *ipſorum*, fortè retulit ad iuſtos;
eſtque ſenſus: Non erit longanimis
Deus, vt contribulet per hoſtes, & cō
terat longo tempore dorſum ipſorū
iuſtorum, clamantium, & orantium;
ſed gentibus inimicis, quæ iuſtos oran
tes, & clamantes perſequūtur, reddet D
vindictam, ipſoſq; iuſtos vindicabit.
Plenitudinem ſuperborum hoſtium,
Græcè, πλῆθος, id eſt, *multitudinem*,
diſſipabit, inimicorumque hoſtium
ſceptra confringet, &c.

Clamantium ad ſe die ac nocte.

Oratio eſt clamor.

DIcuntur electi clamare die ac no
cte, id eſt, ſemper orare: ardens
enim oratio electorum, clamor eſt ad E
Deum effuſus. Sed quid clamant ele-
cti, quid poſtulant? Si poſtulant, quod
datur, vindictam de hoſtib. poſtulant.
Ait enim Dominus *Citò Deus faciet vin
dictam electorum, &c* Poſtulant ergo vin
dictam. At verò poſtulatio hæc ab ele
ctis, ſanctiſque viris aliena videtur,
qui pro hoſtibus orant. Iuxta illud
Matth. 5. *Orate pro perſequentibus,*

A *& calumniantibus vos.* Reſpondetur, ex
hoc loco colligi, ſanctos viros vindi-
ctam à Deo petere, quemadmodum
vidua illa petebat à Iudice: *Vindica me
de aduerſario meo.* Id indicant verba il-
la: *Nonne faciet vindictam Deus electorum
ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte?* Pro
pterea enim vindictam facit Deus,
quia vindicta petitur ab electis. Obij-
citur: Electi dicuntur clamare die ac
nocte. Quis verò credat, electos tam
B auidos eſſe vindictæ, vt die ac nocte à
Deo illam afflagitent? Ergo non effla
gitant vindictam. Reſpondetur, dupli
citer electos clamare die ac nocte: al-
tero, ipſis vexationibus, morte, & cru
ciatibus, quos ab impijs perpetiun-
tur: altero, precibus. Priori modo, di-
citur Geneſ. 4. *clamore ſanguis Abel.* Et
quemadmodum ſanguis Abel; ſic ſan
ctorum vita functorum ſanguis effu-
ſus, die ac nocte clamat ad Deum, vin
C dictamque petit. Clamant quoq; om-
nes impiorum inſectationes, & cru-
ciatus, quibus iuſtos afficiunt: Verba
Chriſti iuxta hunc modum ſic expo-
nentur. *Nonne faciet Deus vindictam ele-
ctorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac no
cte*, & petentium vindictam, non qui-
dem precibus, ſed cruciatibus, ipſiſ-
que calamitatibus, quas tolerant? Fa-
ciet citò.

An electi poſtulent vindictam die ac nocte.

Sancti duobus modis vindictam poſtulant.

Sed aliud parabola ſuadet: nā para
D bola de aſſidua oratione, & precibus
propoſita eſt. Ergo his verbis Dn̄s de
clamore loquitur orationis aſſiduæ.
Clamant itaque electi die ac nocte,
hoc eſt, orant ſemper congruis tem-
poribus, petuntque, inter alia, de ho-
ſtibus vindictam, de hoſtib (inquam)
Eccleſiæ communibus, vel aliquando
de peculiaribus; id tamen abſque om
ni odio faciunt, magnaque caritate
poſtulant, Eccleſiam liberari ab hoſti-
E bus, ſe quoque, ſi quando ab aliquo
vexantur aduerſario. Mala inferri ho
minibus minimè precantur, niſi (vt
ita dicam) per accidens; quia aliter
vel Eccleſia, vel ipſi liberari nequeūt.
Pro ipſis vero hoſtibus, & perſecuto-
ribus orant, vt à flagitijs, & perſe-
cutione deſiſtant, & ad Deum con-
uertantur. Quemadmodum ille, qui
orat, ne ſiut ægrotantes (ait Grego-
rius

Sācti orant pro perſecutoribus Eccleſiæ.

tius Nyſſenus in lib. de orat.] non hominum interitum. ſed morbi abolitionem fieri cupit; ita etiam, dum quiſq; ſanctorum orat, vt id, quod naturę aduerſum, & inimicum eſt, ad interitũ redigatur; ſuſpicionem quidem imperitioribus præbet, quaſi aduerſus homines ſæuiat; ſed verè illud tantum orat, vt peccatum, & iniquitas euertantur, &c.

Similis locus eſt Apoc. 6. quo capite vidit Ioannes animas Martyrum vindictam petentes à Deo: *Et clamabant* (inquit) *voce magna dicentes: Vſquequo, Domine, non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra? &c.* D. Auguſt. ſerm. 11. de Sanctis, hæc Apocalypſis verba explicans, ſic ſcribit; Petunt (inquit) Sancti vindictã de inimicis, duobus modis, & hoc cauſa caritatis. Vt ſcilicet, qui ad vitam æternam prædeſtinati ſunt, conuertantur à malo ad bonum; qui verò, præſciente Deo, damnandi ſunt, moriantur, & peccare deſiſtant; vt per hoc minorem in inferno pęnam habeant. Petunt autem de reprobis vindictam, quia optant venire diem extremi iudicij, & reſurrectionem ſuorum corporum præſtolantur, &c. Ser. 59. de tempore, & lib. 1. de ſerm. Domini in monte, c. 45. Quis (inquit) audeat affirmare, cùm Sancti illi ſe vindicari petierunt, vtrum contra ipſos homines, an contra regnum peccati petierint? Nam ipſa eſt ſincera, & plena iuſtitię, & miſericordię vindicta, vt euertatur regnum peccati. Euertitur autem regnũ peccati, partim correctione hominum, vt caro ſpiritui ſubijciatur; partim damnatione perſeuerantiũ in peccato, vt ita in iuſtitia ordinentur, vt iuſtis cum Chriſto regnantibus moleſti eſſe nõ poſſint, &c. Ait Auguſt. animas Sanctorum vindictam petere; quia petunt, vt regnũ peccati deſtruatur, correctis, vel damnatis impijs, qui corrigi nolũt, vt peccare, iuſtoſque perſequi deſinant. Addit, petere vindictam; quia optant venire diem iudicij: ea. n. die omninò peccati regnum euertetur. Similiter D. Greg. lib. 2. Moral. c. 4. Quid [inqt] eſt, animas vindictæ petitionem dicere, niſi diem extremum iudicij, & reſurrectionem corporum deſiderare? magnus quippe earum clamor, magnum eſt deſiderium Animarum verba ipſa ſunt deſideria, &c. Eundem in modum locus hic, in quo explanando verſamur, explanari poteſt.

Sancti quomodo pro inimicis orent.

Sancti petunt regnũ peccati deſtrui.

Citò faciet vindictam illorum.

DVobus modis locus hic explanari poteſt: Primo, de ſingulis iuſtis, hoc pacto: Faciet Deus vindictam electorum, cũ ab impijs vexati, orant die ac nocte, liberari petentes; faciet, inquam, citò, iuxta ſuæ prouidẽtię ordinem. Quod enim nobis ſero fieri videtur, iuxta prouidentiæ diuinæ ordinem, citò fit, quia congruo fit tempore. Græcè, pro *citò*, legitur, *ἐν τάχει*, id eſt, *in celeritate, celeriter.* Secundò, de omnib. electis ſimul, ſic: Faciet Deus vindictam electorum ſuorum citò, id eſt, in die iudicij. Tũc n. electos ſimul omnes, coram terrarum orbe egregie vindicabit. Vnde Apocalypſ. 6. iubentur expectare modicum, vt in die illa extrema, omnibus hominibus, Angeliſque ſpectantibus, vindicentur. *Dictum eſt illis* (ait Ioannes) *vt requieſcerẽt adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, &c.* Poſtulabant electorum animæ vindictam de hoſtibus, reſponſum accipiunt, vt expectent tempus modicum, i. vſque ad iudiciũ; quo in theatro orbis totius ſunt vindicandi.

Quõ faciat Deus vindictam electorum.

Modicum eſt totum, quod fluit tẽpus, ad iudicium vſque; quoniam poſteà æternitas ſequitur: ideoq; hoc loco dicitur: *Faciet Deus citò vindictam electorum.* Citò (inquam). i. in iudicio; quia modicum eſt tempus totũ, quo mundi hic ſtatus permanebit. Tunc faciet Deus vindictã de Turcis, Mauris, Iudæis, hæreticiſq; qui Eccleſiam, Sanctoſq; perſequuntur. Citò fiet hęc vindicta, & celeriter. Ne Miremur, ſi differat illã diem Deus, quia oĩs hæc prolatio breuis eſt, & modica.

In die iudicij vindictam faciet Dominus electorum.

Iuxta hanc explanationem, verba illa ſuperiora: *Nonne Deus faciet vindictã electorũ ſuorũ clamantium die ac nocte? &c.* de clamore intelligenda ſunt, quo

electi poſtulant aduenire diem iudicij; hoc ſenſu: Nonne Deus faciet vindictam ſuorum prædeſtinatorum, qui aſſiduis precibus diem iudicij aduenire poſtulant, in quo de hoſtibus, corã vniuerſa hominum, Angelorumque multitudine, vindicandi ſunt? Precantur autem aſſiduè electi, iudicij illucſcere diem, quia aſſiduè Dominicam recitant orationem, diemque iudicij, & vindictæ aduenire precantur, illis verbis: *Adueniat regnum tuum*, i. dies iudicij, in qua regnum tuum, quod nũc occultum eſt, omnibus hominib. fiet manifeſtum. De die iudicij interpretatur Caietanus, iuſtorum clamorem aitque, clamorem hunc, non eſſe formaliter petitionem vindictæ; quamuis vindicta cum debitis circumſtantijs ſit punitiua iuſtitia; & poſſit ſanctè deſiderari, eſſe formaliter petitionem, quòd adueniat regnum Dei, eſſeque deſiderium beatitudinis perfectæ, animæ, & corporis, quæ erit, cũ adueniet regnum Dei. Quia verò cũ aduentu regni Dei, in iudicium copulata eſt electorum vindicta; ideò clamor electorum, cùm petunt regnum Dei aduenire, virtualiter petit vindictam, non formaliter.

In die iudicij vindictã faciet Dñs electorum.

Vindicta iuſtè deſiderari pôt.

Alij ſenſus

Aliter, vindicta hæc intelligi poteſt poſtulari, non de hominibus, ſed de aduerſarijs hominum, dæmonib. mũdo, & carne. Præterea, clamor electorum intelligi poteſt conditionaliter, hoc modo; *Nonne Deus faciet vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte?* hoc eſt, Nonne Deus, ſi electi clament die ac nocte, vel cùm clamauerint die ac nocte, & vindictam petiuerint, illos exaudiet? Hæc interpretatio non cogit dicere, iuſtos vindictam poſtulare poſſe.

Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

Cur hic de iudicio fiat mentio.

De iudicio loquutus eſt Chriſtus, & de vindicta electorum in iudicij extremo die facienda; ideoque ſubijcit: Verumtamen cùm venero ad iudicium, numquid fidem in hominibus inueniam, terram incolentibus? Græce, pro *putas*, eſt ἆρα, dubitatiua Coniunctio, hoc ſenſu: *Filius hominis veniens, num inueniet fidem in terra?* id eſt, in incolis terræ? Non dubitat is, cui futura omnia ſunt exploratiſſima ſed interrogat, & interrogando in paucis hominibus, fidem illo extremo tempore reperiendam docet. Atque adeò paucos tunc fore iuſtos, qui in perſecutionibus, die ac nocte, fide perſeuerante, & precatione, clamabunt. D Auguſtinus ſerm. 36. de verbis Domini, exiſtimare videtur, Chriſtum eam ob rem de fide hoc loco agere, quòd ſupra egerit de oratione, quæ ſine fide nulla eſt. Cùm Dominus (inquit Auguſtinus) nobis ſuaderet, quia oportet ſemper orare, adiecit, & ait: *Verumtamen cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* Si fides deficit oratio perit. Quis enim orat, qui non credit? Fides fundit orationem, fuſa oratio impetrat fidei firmitatem. Hæc ille. Theophylactus quoque: Meritò (inquit) ſermoni de oratione ſermonem de fide contexuit Dominus; quoniam omnis orationis fundamentum & baſis, eſt fides, &c.

De quanam fide loquatur hic Dominus, dubium eſt. D. Bonauentura Luc. 18. de fide, id eſt, fidelitate, & cõfidentia loqui arbitratur. D. Hieronymus in lib. contra Luciferianos, locũ hunc de fide perfectiſſima interpretatur, vt illa eſt, de qua ad Apoſtolos Chriſtus ait Matth. 17. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis mõti huic; Transmigra: & transmigrabit.* Similiter D. Auguſtinus ſerm. 36. de verbis Domini; Quod (inquit) ait Dominus: *Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra*: de fide dixit, quæ perfecta eſt: ipſa enim vix inuenitur in terra. Ecce, plena eſt Dei Eccleſia. Quis huc accederet, ſi nulla eſſet fides? Quis non montes transferret, ſi plena eſſet fides? &c. Item in lib. de vnitate Eccleſiæ, cap. 15. Hoc (inquit) nos intelligimus dictum, vel propter ipſam fidei perfectionem, quæ ita difficilis eſt in hominibus, vt in ipſis quoque admirabilibus ſanctis, ſicut in Moyſe, inueniatur aliquid, vbi trepidauerint, vel trepidare potuerint. Vel propter illam iniquorum abundantiam,

Fides orationis fundamenta.

De quanã fide loquatur Dñs.

Fides perfecta.

An inueniet Chriſtus, cùm veniet fidem in terra.

dantiam,& paucitatem bonorum,de quaſatis diximus. Sic Auguſtinus. Gloſſa quoque interlinearis de fide pfecta interpretatur: Ex hac ſententia ſequitur, in extremo illo tempore in multis eſſe poſſe fidem imperfectam etiam viuam,vt modò eſt. Illam verò perfectionem, quæ ad miracula patranda requiritur,fore in paucis. Lyranus de fide formata caritate verba hæc exponit. Carthuſianus de fide viua,& fidelitate iuſtitiæ Hugo Cardinalis de fide perfecta,id eſt,cum caritate, coniuncta, quaſi dicat Dominus: Pauci erunt,qui fidem conſeruent viuam,cum caritate copulatam. Iuxta illud Matth.24. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum.*

Fides viua

Poteſt etiam locus explicari de fide ſimpliciter; ita vt ſignificet Chriſtus, extremo illo tempore fore paucos fideles Chriſtianos. Siquidem Antichriſti perſecutione agitati, à fide recedent plurimi;pauci verò fidem conſeruabunt. Hunc ſenſum videtur ſequi Ambroſius Luc. 20. Et Euthymius: Oſtendit(inquit)Chriſtus, qđ tunc pauci fideles inuenientur, &c. Theophylactus,hac interrogationis figura raros dicit Dominus inueniri fideles,&c. Videtur tamen Theophylactus fidem pro fidelitate ſumere,cum ſubiungit: Significat Chriſtus,quòd pauci numero erunt,qui erga Deum & inter ſe,fidem ſeruabunt,&c. Clemens lib.6.conſtitut.cap.18. Nunc[inquit]pauci ſunt hæretici. Proceſſu verò temporis,& cùm propè erit extremũ ſęculi huius,plures, difficilioreſq; erunt, de quibus Dominus aiebat: *Numquid,cùm venerit filius hominis, inueniet fidem in terra?* Et: *Quia multiplicabitur iniquitas,refrigeſcet caritas multorum. Et venient Pſeudochriſti, & Pſeudopropheta,&c.* Obijcitur:Chriſtus, cùm venerit ad iudicandum,nullam penitus fidem inueniet: ergo nec paucos fideles reperiet. Etenim Chriſtus poſt mortuorum reſurrectionem, è cœlo deſcendet ad iudicandum. Poſt reſurrectionem autem, fides nec in damnatis erit,neque in beatis; nulli verò erunt viatores, in quibus poſſit inueniri.

A Petit hęc obiectio,num verba Chriſti de eo die ſint intelligẽda,quo Chriſtus ad iudicandum deſcendet:an verò de tempore præcedente iudicium. Quòd de ipſo die iudicij intelligenda ſint,probatur;quoniã rogat Chriſtus: *Filius hominis veniens, numquid inueniet fidem in terra*: hoc eſt,veniens ad iudiciũ,inuenietne fidem? Gręcè,ἐλθὼν, Participium Aoriſti Veniet autem ad iudicium,ipſa extrema iudicij die: ergo de hac extrema die verba intelligenda ſunt. Reſpondetur,verba Chriſti de tempore,quod iudicium præcedit,intelligi, poſt necem Antichriſti: *Veniens* (inquit) *filius hominis*, hoc eſt, prope aduentum ſuum, extremo illo tempore aduentus ſui, in paucis fidẽ reperiet. Similem in modum dicitur Matth. 24. *Sicut in diebus Noe,ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes,nubentes,& nuptui tradentes,vſque ad eum diem,quo intrauit Noe in arcam, &c. ita erit & aduentus filij hominis &c.* Numquid ea die, qua Chriſtus veniet, bibent homines, comedent, vxores ducent? Minimè. Sumitur ergo aduẽtus pro tempore præcedente iudicium.

An Chriſti verba de ipſa die iudicij ſint intelligenda.

B

Chriſti verba de tẽpore iud cum pręcedente ſunt intelligenda.

C

Opponi poteſt id,quod Lyranus ait 1. Theſſalonicenſ.7. Doctores (inquit) & ſancti communiter dicunt, quòd mortuo Antchriſto, & falſitate eius

D manifeſtè detecta,omnes gentes conuertẽtur ad Chriſtum,&c. Et Dionyſius Carthuſianus eodem cap Verum (inquit)eſt,quod ſancti affirmant,totum mundum cõuertendum ad Chriſtum,Antichriſto occiſo. Tam multi conuertẽdi ſunt, vt comparatione eorum alij ſint pauciſſimi. Nũc ſunt multi vocati, & pauci electi in terra, vel in ſęculo iſto:tunc autem erit oppoſito modo Hęc ille. Cęlius quoque Pan

E nonius in Apocalypſim, putat, poſt Antichriſti necem,Chriſti fidem toto propagandam orbe. Idem me credo legiſſe apud Cardinalem Nicolaum Cuſanum,in cõiectura de nouiſſimis diebus. Verùm locus hic, quem expo nimus,huic refragatur opinioni. Efficitur enim ex eo, prope aduentum Chriſti,poſt cædem Antichriſti, paucos fore in terra fideles.Quod autem

Poſt Antichriſti mortem ad fidẽ conuertendũ eſſe totũ mundũ qui ſcribant.

aiunt Lyranus, & Carthuſianus, Sanctos, & Doctores in contraria eſſe ſententia, inficiamur. Hac de re iterum verba faciemus, cùm de Antichriſto agemus infrà, hoc tom. lib. 9. c. 7.

Senſus verbori Chriſti accommodatus ad diē iudicij.

Addo, poſſe verba Chriſti de hoc quoque die iudicij ſic explicari. Dixerat de vi orationis, de electis clamantibus, de vindicta electorum in die iudicij facienda; ſubijcit: *Verumtamen in die iudicij inuenietne filius hominis multos electos, quos vindicet?* quaſi dicat, Minimè. Numerus enim reproborum, multis partibus, electorum ſuperabit numerum. *Verumtamen* (inquit) *filius hominis veniens, in ipſa die iudicij, numquid inueniet fidem in hominibus?* Fidem (inquam) viuam, quam remuneret? Inuenietne multos fideles, quos gloria afficiat? Fideles (inquam) non quoſlibet, ſed ipſa dignos gloria, propter fidem cū caritate, & operibus copulatam. Obijcies, iam tunc non fore fidem in electis remunerandam. Reſpondetur, nō loqui Dominum de fide tunc præſenti, ſed de præterita, hoc ſenſu: Numquid inueniet fidem viuam præteritam, & cum operib. coniunctam, quā remuneret? Numquid reperiet fidē, & opera, quæ præmio afficiat? Numquid reperiet homines, qui, dum viuerent, viua fide, operibuſq; illuſtrata, illi ſeruierint? Paucos inueniet, ſi cum multitudine illorum conferatur, qui vel fide caruerunt, vel fidem mortuā habuerunt. Idem illud ſignificat: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.*

Finis parabolæ. Orare ſemper oportet.

Docet, vt diximus, parabola, orationi neceſſe incumbendum, orandumque ſemper. Vidua vnum habebat aduerſarium, de quo vindictam poſtularet; nos multos habemus, dæmonem, mūdum, ipſum corpus, hoſtem domeſticum. Si illa perſeueranter Iudicem orat, aduerſus vnum aduerſarium; nos Iudicem noſtrum oremus, aduerſus multos. Clamemus die ac nocte; faciet enim Deus vindictam electorum ſuorum, clamantium die ac nocte. Electus Moſes Exod. 17 in monte conſtāter aduerſus aduerſarios Amalechitas clamans, vindictam impetrauit. Sic nos perſeueranter aduerſus aduerſarios dæmones clamantes, à Deo vin-A dicabimur. *Cum leuarat Moyſes manus* (vt ait ſacer Auctor) *vincebat Iſrael: ſin autem paululùm remiſiſſet, ſuperabat Amalech, &c.* Videſne quanta orationis nō intermiſſæ vis ſit? *Si manus paululùm remiſiſſet, vincebat aduerſarius.* Ne remittas manus, ſi vinci non vis; non interruptum murum oppone orationis, ſi hoſtes arcere deſideras (Chryſoſt. lib. 2. de orando Deum: Quemadmodum (inquit) ciuitas, quæ muris cincta nō B eſt, facilè venit in poteſtatem hoſtiū; propterea quòd abſit id, quo fuerat hoſtis incurſus arcendus. Sic & animā non munitam precibus, diabolus facilè in ſuam redigit ditionē, nec multo negotio, omni ſcelerum genere implet, &c.

Sēſu. Theophil. Parabolę viduę, Synagogę accōmodatur Pilatus Iudex, Synagoga vidua

Theophilus Alexandrinus Epiſcopus parabolam hanc Pilato, & Synagogæ accommodat. lib. 3 Allegoriarū viduam Synagogam adumbrare ait: C Deo enim veluti viro erat orbata: Iudicem ait indicare Pilatum. Is autem neque hominem reuerebatur, neque Deum timebat; quia Chriſtum Deū, & hominem neque timuit, neque reueritus eſt. Venit vidua ad Iudicem, dicēs: *Vindica me de aduerſario meo.* Similiter venit Synagoga ad Pilatum, dicens: Vindica me de aduerſario meo Chriſto. Iudex nolebat per multum tempus. Eundem in modum Pilatus D nolebat petitioni Synagogæ aſſentiri dicens: *Ego nullam inuenio in eo cauſam, &c.* Poſtea, quia moleſta erat illi vidua id eſt, Synagoga; quia vrgebat, & clamabat. Vindicauit eam, tradiditque Chriſtum voluntati Iudæorum.

Sēſus Anaſtaſii.

Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus in quæſtionibus in Scripturam, q. 70. Viduam, quæ à Iudice vindictam petit, animam ſignificare ſcribit, quæ diabolum abiecit, quem mariti inſtar ha-E buerat. Iudicem qui neque Deum timet, neque hominem reueretur, Deū appellat. Deus enim (inquit) neque Deū habet, quem timeat; neq; hominem, quem reuereatur. Non enim eſt apud Deum acceptio perſonarū, &c. Aduerſarium diabolum eſſe ait, de quo vidua anima vindictam petit perſeueranter. At nō rectè Iudex ille iniquus Deum dicitur indicare.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIII.

De Phariſæo, & Publicano.

LVCAS CAPITE XVIII. Verſ. 9.

DIXIT autē & ad quoſdam, qui in ſe confidebāt tamquam iuſti,
10 & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam: * Duo homines a-
ſcendebant in templum, vt orarent: vnus Phariſæus, & alter
11 Publicanus. * Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gra-
tias ago tibi; quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores,
12 iniuſti, adulteri, velut ēt hic Publicanus. * Ieiuno bis in Sabbato, decimas do
13 oīum, quæ poſſideo.* Et Publicanus à longè ſtans, nolebat neque oculos ad
cœlum leuare; ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mi
hi peccatori. * Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam, ab illo.
14
15 * Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Dixit autem & ad quoſdam.

POST parabolam à vidua, Iudiceque iniquo ſumptam, aliā ſubiungit Lucas, de Phariſæo, & Publicano. Dubium tamen, an ſimul cū altera, à Chriſto dicta ſit, an alio tempore. Etenim ſuperior parabola, de vidua petente vindictam, Diſcipulis dicta eſt; hæc autem quibuſdam hominib. *qui in ſe confidebant, tamquam iuſti.* Vbinam hi fuerint, quo tempore, & qua occaſione, illis parabola propoſita à Chriſto ſit, non expoſuit Euangeliſta. Fortè illis ipſis Phariſæis propoſita eſt, à quibus ſupra rogatus eſt Dominus, quando venturum eſſet regnū Dei. Quod ſi verum eſt; poſtquā Diſcipulis parabolam de vidua propoſuit, hanc proponit Phariſæis. Fortè alio tempore, & loco prolata eſt, cùm videret Chriſtus ſuperbos aliquos, ſibi fidentes. Congruit autem parabola hæc cum ſuperiore: vtraq;.n. de oratione agit. Illa docet, orationi perſeueranter inſtādum; hæc, humiliter eſſe orandum. Potuit eſſe hiſtoria, nō ficta narratio; ſed parabolam eſſe aſſerit Euangeliſta. Forſitan parabolam

Ordo geſtorum.

An fuerit parabola, vel hiſtoria.

A dixit, id eſt, exemplum, & ſimilitudinem, ſed veram, non fictam.

Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant, tamquam iuſti.

VIdit Dominus quoſdam homines, *qui in ſe confidebant, tamquam iuſti, & aſpernabantur ceteros.* Hos vt a ſuperbia hac, & confidentia abduceret, parabolam propoſuit. Videntur
B hi homines fuiſſe ex Phariſæorū grege: Phariſęi enim ſe iuſtos reputabāt, & in iuſtitia ſua confidebant. Græcè habetur, *εἶπε δὲ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς*, id eſt. *Dixit ad quoſdam confidentes in ſeipſis. ὅτι εἰσὶ δίκαιοι*, id eſt, *Quòd*, vel, *quia ſunt iuſti. καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς*, id eſt. *Et pro nihilo ducentes cæteros.* Eſt enim verbum compoſitum à nihilo, οὐδὲν. Peſſimū vitium eſt, cęterorum aſpernatio; ſtul-
C tum eſt ex virtute, & bonis operibus, quæ facis, hominum contemptum elicere, ex quib non contemptus elici debet, ſed honorifica omnium exiſtimatio.

Cæterorum aſpernatio ſuperba, vitium magnum eſt.

Duo

Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent.

Templum domus orationis.

IEroſolymitanum templum in edito loco erat exædificatum; ideò aſcendiſſe dicuntur duo homines in tẽplum. Aſcenderunt autem, vt orarẽt. Eſt enim templum domus orationis. Iuxta illud Matth. 21. *Domus mea domus orationis vocabitur, &c.* Eum verò, qui orat, aſcendere oportet in cęleſte templum, & in Deum; quoniam oratio eſt aſcenſus mentis in Deum, vt ait Damaſcenus lib. 3. de fide orthod. c. 15. Ex his duobus, alter Phariſæus erat, alter Publicanus. Phariſæus primo aſpectu religioſus, iuſtitiæque ſectator, Publicanus peccator. Sed eũ, qui iuſtus videbatur, is orando ſuperauit, qui videbatur peccator; quia ille arroganter, hic orauit humiliter.

Phariſæus ſtans.

Phariſeus ſtans orauit.

An orauerint ſtantes Iudæi.

CLarè apparet (ait Caietanus hoc loco) quòd ſtantes olim orabãt. Nam tam Phariſæus, quam Publicanus deſcribitur ſtans, &c. Similiter Iãſenius: Phariſæus (inquit) erat ſtãs, pro more orantium tũc recepto, &c. Non deeſt, qui putet, Iudæos olim ſtãtes orare minimè conſueuiſſe: Phariſæumque, & Publicanum flexis genibus preces effudiſſe. Veriſimile eſt, tam Phariſæum, quam Publicanum ſtantes oraſſe: id enim ſignificat Participium, *ſtans*. Hæc eſt Theophylacti ſententia: Oſtendit (inquit) Dominus per ſtationem Phariſæi, ſuperbiã eius. Quamuis autem & de Publicano dictum ſit, quòd ſteterit; vide quæ ſequuntur, quòd neque oculos in cęlum voluerit extollere. Vnde ſtatio eius incuruata erat, &c. Idem ſentiũt alij Interpretes.

Flexis genibus orabãt Iudæi.

An verò mos fuerit Iudæorum, ſtãdo orare, dubium eſt Haymo quidem hoc loco ſic ait: Morem antiquum Euangeliſta tangit, quia orantes nõ ſe proſternebant terræ, ſed erecti, extẽſis manibus, precabantur, &c. At verò in Scriptura reperimus, Iudæos flexis oraſſe genibus. 3. Reg. 8. *Salomon*
A *vtrumque genu in terram fixerat, & manu expãderat in cęlum, &c.* 2. Paralip. 6. *Stetit Salomon, & deinde flexis genibus, & palmis in cęlum eleuatis, ait, &c.* Daniel. 6. *Daniel, feneſtris apertis, in cęnaculo ſuo, contra Ieruſalem, tribus temporibus, in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturq́; corã Deo ſuo, &c.* Et Mich 6. *Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelſo? &c.* Eccleſiaſt. 50. *Omnis populus ſimul properauerunt, & ceciderũt in*
B *faciem ſuper terram, adorare Dominum Deum ſuũ, & dare preces omnipotenti Deo excelſo, &c.* Exiſtimo non fuiſſe morẽ Iudæorum ſtando orare. Orabãt modo vtroque, & flexis gentibus, & ſtantes. Quòd ſtantes orauerint, hic locus probat; Etenim Phariſæus ſtans, Publicanus quoque ſtans orare dicitur. Et Matth 6. ait Dominus: *Cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum, ſtantes*
C *orare, vt videantur ab hominibus, &c.* Itẽ 1. Reg. 1. Anna ſtans oraſſe videtur: ſic enim Heli Sacerdotem ſummum alloquitur: *Ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hic, orans Dominum, &c* Quod autem flexis etiam orarent genibus, alia loca confirmant.

Etiam ſtantes orabãt Iudæi.

Oraſſe flexis genibus probabilior eſt opinio. Vide Maldonatum.

Non caret probabilitate opinio cõtraria, nimirum, flexis genibus oraſſe Publicannm, & Phariſæum. Verbũ verò *ſtans*, iuxta hanc opinionem, ſi-
D gnificabit idem, quod conſiſtens, vel exiſtens. *Phariſæus ſtans*, id eſt, conſiſtens, ſed genibus flexis: ſimiliter Publicanus. Faciunt fidem verba illa 3. Reg. c. 8. *Stetit Salomon ante altare Domini, in conſpectu Eccleſię Iſrael, & expandit manus ſuas in cęlum, & ait: Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tibi, &c.* Stetiſſe dicitur Salomon. Attamen eodem c. dicitur, hanc orationem protuliſſe flexis genibus. Et 2. Paralip. 6. *Stetit*
E *ſuper eam*, id eſt, baſim, *& deinceps flexis genibus, & palmis in cęlum eleuatis, ait, &c.* Marc. 11. *Cùm ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, &c.* hoc eſt, cùm cõſiſtetis ad orandũ.

Hæc apud ſe orabat.

Phariſæi oratio.

HOc eſt, Phariſæi oratio hęc erat: *Gratias tibi ago, &c.* At non videt

orare

orare Phariſæus, ſed gratias agere. Gratiatum verò actio, non eſt oratio; ſiquidem oratio poſtulatio eſt rei alicuius à Deo. Reſpondetur, eum dici orare, qui Deum alloquitur, eiq; gratias agit. Vt enim ait Chryſoſtomus ho. 30. in Geneſ. Oratio colloquium eſt cum Deo. Cùm igitur Phariſæus Deum alloquatur, eiq; agat gratias, apud ſe orat.

Quid eſt orare apud ſe.

Sed quid eſt *apud ſe orare?* Iãſenius apud ſe oraſſe ait Phariſæum; quia nõ orabat apud Deum, qui eius orationẽ non audiuit, neque approbauit. Cardinalis Hugo; *Apud ſe* (inquit) *orabat*, tamquam ſibi placens, &c. Alius: Apud ſe orabat, quia illa oratio non erata Deo inſpirata; ſed ab eo proficiſcebatur. Græcè legitur, *πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο*. id eſt, *ad ſeipſum*, vel, *apud ſeipſum hæc orabat*. Syriaci Euangelij Interpres ſic vertit: והלון מצלא הוא וחא פרישאקאם הוא בינוהי לנפשה *ueba pariſche kam haua benenauhi lenaphſchech uehalen matelle haua. Et ecce Phariſæus ſtabat*, vel *ſtans erat inter ſe, & animam ſuam* (ſecretò) *& hæc precabatur*, vel *orans erat*. Exiſtimo, *orare apud ſe*, ſignificare vel orare mente ſola, vel etiam voce, ſed ita demiſſa, vt à nemine audiatur.

Gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, &c.

Vbinam orauerint, Phariſæus & Publicanus.

De templo diximus 2. tomo, lib. 2. & 3. Ex dictis perſpicuum eſt, ſolis Sacerdotibus in ipſum templum fas fuiſſe ingredi; in atrium Sacerdotum etiam Leuitis; cæteros Iudæos in atrijs alijs oraſſe: Orabant ergo, Phariſæus, & Publicanus, longè ab Arca teſtãmenti, & ab altari Thymiamatis conſiſtentes. Neque verò orabant in atrio, in quo altare erat holochauſtorum, ſed in atrio alio. Phariſæus propinquior erat Sanctis Sanctorũ, & atrio Sacerdotum, atque adeo altari holocauſtorum. Publicanus à longè ſtabat, hoc eſt, longè diſtabat a Sãctis Sanctorum, & atrio, in quo Sacerdotes ſacrificabant, & ab ipſo altari, in quo ſacrificia incendebant. Phariſæi oratio, gratiarum fuit actio: gra-

Phariſæi oratio explicatur.

A tias enim egit, ſed non rectè, & humiliter egis. *Deus* [inquit] *gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cęteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, &c.*

Quæſtio exiſtit, num cum omnib. hominibus ſe cõferat Phariſæus? hoc modo: Non ſum ſicut cęteri hominũ, qui omnes raptores ſunt, iniuſti, & adulteri. D. Auguſtinus hunc ſenſum ſæquitur ſermo 36. de verbis Domini: Diceret (inquit) ſaltem Phariſæus: B Non ſum ſicut multi homines. Quid eſt, cęteri homines, niſi omnes pręter ipſum? Ego (inquit) iuſtus ſum, cæteri peccatores, &c. Idem habet Gloſſa interlinearis; ſed parabola ex veriſimili ſumitur. Non eſt autem veriſimile, Phariſæum ignoraſſe, inter homines aliquos eſſe, qui ſcelerati non eſſent; taliẽ alios Phariſæos ipſi ſimiles. Vnde Caietanus; Non eſt (inquit) iſte Phariſæus tam deſipiens putandus, C vt ſe reliquo humano generi præferret, &c. Quamobrem iſte arbitratur, hæc verba ſic interpretanda eſſe: *Non ſum ſicut cęteri homines*, id eſt, alij, *qui ſunt raptores, iniuſti, adulteri*: hoc eſt, Nõ ſum ſimilis hominib. raptorib. iniuſtis, adulteris; quia nec ſum raptor, nec iniuſtus, nec adulter, vt multi alij ſunt. Verumtñ non vr ſuperbię Phariſæi congruere, hæc cũ raptorib. iniuſtis, & adulteris cõparatio. Non n. ſu- D perb. cum ſceleratis ſolũ ſe confert. Ideoq; crediderim, illum indefinitè (vt ita dicam) ſe hominib. prætuliſſe, cùm ait: *Non ſum ſicut cæteri hominum*, hoc eſt, cæteris hominib. pręcello. Qđ verò addit: *Raptores, iniuſti, adulteri*, nõ ſignificat, omnes homines his vitijs eſſe inquinatos, ſed pleroſque. Itaq; ſenſus eſt; *Non ſum ſicut cæteri hominum*, omnes iuſtitia ſupero: pleriq; ſunt ra- E ptores, iniuſti, & adulteri; ego autem his omnib. vitijs careo. Poteſt ẽt dici, ſuperbiam Phariſæum excęcaſſe. Excęcatum verò raptores, ſolùm, iniuſtos, & adulteros propoſuiſſe ante oculos, aliorum verò non meminiſſe. Superbia enim libenter de inferioribus, de æqualibus, & ſuperiorib. inuidenter, & inuitè cogitat.

An Phariſæus omnibus hominibus ſe prętulerit.

Velut

Velut etiam hic Publicanus.

CErnebat Publicanum Phariſæus in templo ſimul orantem; quia verò Publicani malè audiebant, peccatoreſq; exiſtimabantur, flagitioſis illum ſuperbè adnumerat. Verba hęc hunc videntur habere ſenſum: *Non ſũ ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti, adulteri, velut etiã* eſt *hic Publicanus*, id eſt, qualis eſt hic Publicanus, raptor, iniuſtus, &c. Sed alium ſenſum habere indicat Græca lectio, quæ huiuſmodi eſt, *ἢ καὶ ὡς οὗτος τελώνης*, id eſt, *Aut & vt hic Publicanus. Non ſum ſicut reliqui homines, aut vt hic Publicanus.* Non ſum ſicut cæteri, raptores, iniuſti, &c. nec ſum ſicut iſte Publicanus. Senſus noſtræ verſionis idem eſt: *Non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.* Non ſum velut Publicanus hic, non ſum huic Publicanus huic, non ſum huic Publicano ſimilis. Ego ſum iuſtus, ille peccator. D Auguſtinus ſer. 36. de verbis Domini, hi verbis interpretatur: Non ſum talis, qualis iſte, p iuſtitias meas, quibus iniquus non ſum, &c. Ita etiã exponit in lib. 50. homiliar. ho. 44. Et D. Greg. lib. 19. Moral. c. 12.

An Publicanus Phariſæum audierit.

D. Chryſoſto. tom. 2. in hom. de Dauide. & Saule, exiſtimat, Phariſæum non ſubmiſsè, ſed altiori voce oraſſe, atque adeò hanc contumeliam à Publicano eſſe auditum. Publicanus (inquit) procul ſtans non regeſſit contumeliam, neque viciſſim dicit conuitium. Non protulit illa vulgaria verba: Tùne audes meæ vitæ mentionẽ facere? Tùne audes mea facta reprehendere? An non ſum te melior, &c. Sed veriſimilius videtur, non audiuiſſe a Publicano Phariſæi precationem, cùm procul ſtetiſſe Publicanus, & Phariſæus apud ſe oraſſe dicatur, id eſt, ſecretò, vt diximus.

Ieiuno bis in Sabbato.

Sabbatum ſignificat hebdomadam.

COnſtat hoc ex loco, Sabbatum ſignificare etiam hebdomadam. Neq; enim eadem die Sabbati Phariſæus bis potuit ieiunare. Ieiunabat erA go bis in Sabbatô, id eſt, in hebdomada. Theophyl. ſolitos ait Phariſæos ieiunare bis in Sabbato, id eſt, feria ſecunda, & quinta. Lege quæ diximus hoc eodem tomo, lib. 8. c. 17. de Phariſæis: Hæ erãt illorum virtutes externæ omnes, intùs pleni erant iniquitate, vt Dominus ait Luc. 11. Ieiunio addit Phariſæus decimarum ſolutionẽ: *Decimas do omnium, quæ poſſideo.* quaſi dicat: Alij adulteri ſunt, ego non ſolũ B adulter non ſum, ſed etiam corpus ieiunijs fræno. Alij ſunt raptores, & iniuſti; ego nõ ſolùm non rapio aliena, verùm etiam tribuo mea; *Decimas do omnium, quæ poſſideo.*

Quid vitij habuerit oratio Phariſæi.

Quid vitij hęc Phariſæi oratio habuerit, queritur. Reſpondeo, duo illa vitia habuiſſe, propter quæ arguenda parabola eſt propoſita: *Dixit Chriſtus* [ait Euangeliſta] *ad quoſdam, qui in ſe confidebant, tamquã iuſti, & aſpernabantur* C *cæteros parabolam iſtam, &c.* Hæc oratio hominis fuit, qui inſe confidebat tamquam iuſtus, & aſpernabatur cæteros Habuit igitur oratio hæc vitium confidentiæ ſuperbæ, qua in ſe Phariſæus arroganter confidebat tamquam iuſtus. Quamobrẽ ſuperbè gratias agit, ꝙ iuſtus ſit, non ſicut cæteri hominum iniuſtus, quod ieiunet bis in Sabbato, decimaſq ſoluat Habuit prætereà vitiũ aſpernationis, tum reliquo- D rum hominum, tum Publiciani pęnitentis. Vnde illud: *Raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic Publicianus.*

D. Auguſtinus ſerm. 36. de verbis Domini, duo vitia notat: ĩ primis Phariſæum reprehẽdit, quod nihil a Deo poſtularit, ſed ſe potius laudarit: deĩde, ꝙ orãti Publicano inſultarit. Quid [inquit] rogauerit Deum, quære in verbis Phariſæi, & nihil inuenies. Aſcendit orare, noluit Deum rogare, E ſed ſe laudare. Parum eſt, non Deum rogare, ſed ſe laudare; inſuper & roganti, ſcilicet Publicano, inſultare. &c. Pſalm. 49. eundem carpit, quod iactaret merita ſua, & occultaret vulnera, id eſt, peccata. Lib. 2. de peccator. meritis, & remiſſ. c. 5. eundem arguit, quòd ſibi addendum ad iuſtitiã nihil putauerit. Quãuis (inquit) Phariſæus in hoc erraret, quòd ſibi addẽ-

dum

Digitized by Google

dum ad iuſtitiam nihil putabat, ſeq; arbitrabitur eius plenitudine ſaturatum; tamen gratias agebat, &c. Theophyl. ait, Phariſæum bona ſibi tribuiſſe, quæ faciebat. Et D. Gregor lib. 13. Moral. cap. 4. quatuor eſſe ſcribit ſpecies, quibus arrogantium tumor demonſtratur.

Arrogantia quibus ſignis demõſtretur.

Cùm bonũ (inquit) aut à ſemetipſis habere ſe æſtimant, aut ſi ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putant; B aut certè, cùm iactãt ſe habere, quod non habent; aut deſpectis cæteris, ſingulariter videri appetunt habere, qđ habent, &c. Tum de Phariſæo ſubiungit: Phariſæus idcircò de tẽplo abſq; iuſtificatione deſcendit; quia bonorũ operum meritum ſibi quaſi ſingulariter tribuẽs, oranti Publicano ſe prę-tulit, &c.

Et Publicanus à longè ſtans.

C Qvomodo orarit Phariſæus, dictũ; nunc quomodo orarit Publicanus, videamus. In primis, quemadmodum tota Phariſæi gratiarum actio ſuperbiam redolet; ſic tota Publicani oratio humilitatem, & pęnitentiam ſpirat.

Oratio Publicani humilis.

At longè ſtetit in templo, vt ſuprà explicauimus, in atrio ipſo templi conſtitit, procul ab atrio Sacerdotum, & ab altari, in quo ſacrificia incẽ D debantur. Hoc humilitatẽ ſpirat. Prætereà illud: *Nolebat nec oculos ad cęlũ leuare.* Particula, *nec*, innuere videtur, nec manus leuaſſe, vt Caietanus, & Iãſerius ſẽtiũt, hoc ſenſu: Nolebat nec oculos quidẽ in cęlum leuare, multò minùs manus, quas Phariſæus extollebat. Aliter, *nec*, innuere poteſt rei facilitatem, & vſum, hoc pacto: Nolebat nec id facere, quod & facillimũ erat, & reliqui omnes facere ſolebãt, E quodq; Phariſæus ipſe faciebat, nimirum oculos in cęlum attollere. Nam Iudæi in atrijs templi orabant, ſub dio, patente cęlo (vt de porticibus taceam) ideoq; in cęlum oculos attollere orantes ſolebant. Nolebat autem Publicanus oculos leuare præ humilitate, & pudore. 2. Reg. 2. dixit Abner ad Azael. *Recede, & noli me ſequi, ne compellar confodere te in terram, & le-* A *uare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum, &c.* Non potero (inquis) leuare faciem, & oculos, prę pudore ad Ioab, ſi fratrem eius interfecero. Indicat quoque internam humilitatẽ, & pęnitentiam pectoris percuſſio. *Percutiebat* (inquit) *pectus ſuum.* Percuſſio autem pectoris hominis eſt agenti pęnitentiam, vt ſatis patet, & docet D. Aug. ſer. 8. de verbis Domini:

Percuſſio pectoris pœnitentiam indicat.

In hoc ipſo (inquit) quod ſonuit, *Confiteor*, pe- B ctora veſtra totudiſtis. Tundere autẽ pectus quid eſt, niſi arguere, quod latet in pectore, & euidenti pulſu occultum caſtigare peccatum? &c.

Deus, propitius eſto mihi peccatori.

PHariſæus nihil poſtulauit à Domino; quia ſuperbia plenus erat. Publicanus humilitate plenus, dolore, & cordis cõtritione miſericordiam, C peccatorumq; poſtulat remiſſionem:

Publicani oratio.

Deus (inquit) *propitius eſto mihi peccatori.* Græcè, ἱλάσθητι, *placatus*, ſiue *propitius eſto.* Breuis eſt oratio, ſed humilitate, pęnitentiaq; plena. Peccata confitetur, non iactat iuſtitiam, vt Phariſæus, pęnitentiam agit, Dei miſericordiam implorat, quam & conſequitur.

Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.

D GRæcè, Deſcendit hic iuſtificatus, ἢ ἐκεῖνος, id eſt, quam ille, *magis quàm ille.* Sic Auguſtinus interpretatur lib. 50. homil. hom. 44. *Deſcendit* (inquit) *hic iuſtificatus, magis quàm ille* Phariſæus, &c. Hebræi carent comparatiuis, & poſitiuis vtuntur. Pſal. 117. *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm in Principib.*

Hebræi carent comparatiuis.

Ita hoc loco: *Deſcendit iuſtificatus quàm ille.* Idem ſenſus eſt noſtrę E verſionis: *Deſcendit* de templo *Publicanus iuſtificatus ab illo.* Hebraiſmus eſt, id eſt, *prę illo* Phariſæo; magis quàm Phariſęus; deſcendit Publicanus iuſtior quàm Phariſæus, deſcendit iuſtior comparatus cum Phariſæo.

Publicanus magis fuit iuſtificat⁹, quàm Phariſęus.

Quia Phariſęus arroganter virtutes ſuas protulit, cæteroſq; homines deſpexit. Publicanus humiliter, ac dolẽter peccata ſua confeſſus eſt, ſeque

ipſum,

ipſum, non alios contempſit. Vel: Iuſtificatus eſt ab ipſo, Phariſæus ſua ſuperbia extulit, & illuſtrauit Publicani humilitatem.

An Phariſæus abierit è templo iuſtus.

Quæſtio eſt, num Phariſæus iuſtus abierit è templo? Quòd iuſtus, ſiue iuſtificatus abierit, probatur: Quia Publicanus dicitur deſcendiſſe iuſtior Phariſæo: ergo Phariſęus dicendit iuſtus. Non enim rectè dicitur homo iuſtus iuſtior iniuſto, in quo nulla eſt iuſtitia. B Quemadmodum nec rectè dr cygnus candidior coruo, in quo nullus eſt candor. Reſpõdetur. Phariſęũ illum nec fuiſſe iuſtum, neq; iuſtum à templo diſceſſiſſe: id enim parabola indicat. Publicanus autem eo iuſtior dicitur; quia Phariſęus iuſtitiam quãdam habebat externam: ieiunabat.n. decimaſq; ſoluebat, & huiuſmodi alia externa opera abſque caritate faciebat. Eſt ergo ſenſus: Deſcendit Publicanus iuſtior Phariſæo; C quia Phariſæus externam tm̃ quorũdam operũ iuſtitiam habebat; Publicanus verò Internam, & inhærentem, q̃ per pęnitentiã in templo à Deo impetrauit.

Aliter dici poteſt. Publicanus iuſtificatus præ Phariſæo, etſi non eſſet iuſtus Phariſæus: quia Phariſæus ſuperbè, & elatè in templo orauit; Publicanus verò humiliter, & verecundè. Cõparatione ergo Phariſæi iuſtificatus eſt Publicanus. D Vnde Gloſſa interlin. ſic habet: Deſcendit Publicanus iuſtificatus. ad comparationem iuſtificata dicitur Samaria, & Sodoma prę Ieruſalem, Ezech. 16. *Samaria* (inquit) *dimidium peccatorum tuorum non peccauit: ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationib. tuis.* Item: *Viciſti ſorores tuas*, id eſt, Samariam, & Sodomam: *peccatis tuis ſceleratiùs agens ab eis: iuſtificata ſunt enim à te, &c.* E Sic iuſtificatus eſt à Phariſæo Publicanus, comparatiuè. Ierem. 3. *Iuſtificauit animam ſuam auerſatrix Iſrael cõparatione præuaricatricis Iuda, &c.* Publicanum autem iuſtificatum, donatumq; gratia è templo diſceſſiſſe ſentit Beda: Etſi (inquit) iniuſtus ad templum venit, iuſtificatus à templo redijt, &c. Et Euthymius: Phariſæus, qui ſe adeò iuſtificauerat, à Deo con- A demnatus eſt; & Publicanus, qui ſeſe adeò condemnauerat, à Deo iuſtificatus eſt, &c.

Gloſſa interlinearis.

CAPVT XIIII.

De Publicano, & Phariſæo.

Morale.

In cęlo nõ ſunt tẽpla.

B IN cęleſti illa patria, ad quam conditi ſumus, templum erit nullũ; Deus enim aperta viſione conſpectus templum illius eſt. Vnde Apocaly. 21. ait Ioannes; *Templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & agnus, &c.* In terris verò habere voluit olim dominus illuſtriſſimũ in populo Iſraelitico tẽplum, in quo tum ſacrificijs, tum precationibus, & C laudibus coleretur. Stetit illud ad Aduentum vſq; veri Meſſiæ; poſtquàm ille venit, euerſis ſimul cęremonijs, antiquiſque ſacrificijs, ſolo æquatũ eſt. Toto aũt terrarum orbe exædificata ſunt templa propemodum infinita, in quib. nouis cæremonijs, nouis Sacramentis, nouoq;, & ſtupendo ſacrificio sũmus Deus à populo colit̃ Chriſtiano. Vnum ſibi populum elegerat Dominus; ideoq; vnum eſſe voluit il- D lius templũ. Vno illo populo ꝑꝑ ſcelera repudiato, ex omnib. gentib. elegit Eccleſiam, voluitq; multa ſibi templa per omnes populos exædificari.

Tẽpla Chriſtianorum infinita.

Excelſo in loco ſitũ erat antiquum templum; ideoq; aſcendiſſe dicũtur, Phariſæus, & Publicanus, in templũ. Templum enim Dei excelſa res eſt. Quòd ſi illud antiquum excelſum erat, templa noſtra multò ſunt excelſiora. Nam illud Arcam continebat, E & thronum Dei, videlicet Cherubinos; noſtra Euchariſtiã auguſtiſſimã habent in qua Chriſtus adeſt præsẽs. In illo pecora Deo mactabantur; in his ipſe Dei Filius imolat̃. In illo animantiũ brutorũ cruor effundebat̃; in his Dei incarnati ſanguis Deo offert̃. Illud antiquũ היכל *hecal* dr̃ Hebraice, id eſt, *palatium* dr̃ & *ſanctum*, & *ſanctum ſanctorum*, id eſt, ſanctiſſimum.

Dignitas tẽplorum.

Qua-

Quadrant hac in Chriſtiana templa potiſſimū: ſunt enim Dei palatia, ſancta ſunt, & ſancta ſanctorum. Præterea, antiquum templum dicitur ſanctificium, Pſalm. 77. *Ædificauit ſacrificium ſuum in terra &c.* à ſanctificando. Vere ſanctificia noſtra ſunt templa, in quibus per Sacramenta, non in vmbra, ſed reipſa homines ſanctificātur. Appellatur quoque antiquum templū 2. Paralip. 4. *Baſilica*, Hebraicè העזרה *habhaZarah*, i. *auxilium*, eo quod auxilium Dominus ferebat in tēplo. LXX. Interpretes vocant *Aulam*. Quid noſtra templa ſunt? Nonne Baſilicæ Dei, Auxilia Dei, Aulæ Dei, omni reuerentia, & veneratione digna? Iuxta illud Pſal. 5. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum, in timore tuo*, i. cum timore, veneratione, & reuerentia. Geneſ. 28. de loco, in quo ſcalam vidit Iacob, dixit: *Terribilis eſt locus iſte.* Quid nos de noſtris dicemus templis in quibus ipſe cernitur Deus, ſpeciebus velatus panis, viniqúe? Equidem nullus in terris locus templo terribilior, nullus venerabilior, nullus vel maiori, vel æquali dignus reuerentia eſt.

Quid ſit in templis faciendum.

Quid autem in templis agendū ſit, parabola hæc ex parte indicat: *Duo homines* (ait Dominus) *aſcenderunt in templum, vt orarent, vnus Phariſæus, aliter Publicanus, &c.* Extruuntur enim templa ad ſacrificandum, vnde templa dicuntur, ad Sacramenta adminiſtrāda populo, ad reliquias Martyrum honorifice collocandas, ad concionandū, & orandum, ſacraq́; audienda. Qui igitur in templum aſcendit, ad hæc agenda aſcendat, nimirum ad Sacramēta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſuſcipienda, ad concionem audiendam, & ad orandum, ſacraque audienda aſcēdat. Oret, qui in templo eſt, non confabuletur. *Duo homines aſcenderunt in templū, vt orarent.* Neque Publicanus, neque Phariſæus legitur cum alijs in templo confabulatus, vterque orationi vacauit. Ne ſis Phariſæo peior, quamdiu in terribili loco templi es, ora. Non eſt templum locus confabulationis, ſed orationis; orationis, inquam, nō Phariſaicæ, ac ſuperbæ, ſed humilis, & attentæ, inſtar illius, quam humili, con-

Oratio in tēplo attēta eſſe debet.

tritoque pectore, & attento effudit Publicanus. *Phariſæus ſtans*, ſtans quoque Publicanus, pro more temporis, orabat. At Chriſtianus flexis oret genibus, non vno tantum, ſed vtroque. Sunt enim quidam, qui vnum tātum, flectunt genu; id quod ab ea humilitate alienum eſt, quæ decet orationem, & à ſumma illa reuerentia, quā Deus flagitat. Attenta oret mente, ne vagetur corde, in templo habens corpus, cor in foro. Audiamus Auguſtinum ſerm. 6. de verbis Domini; Si mouet (inquit) dolor magnus, aduerſus fratres noſtros mouet; qui ſic volunt intrare in Eccleſiam, vt hic corpus habeant, alibi cor: totum intus eſſe dēt. Si intus eſt, quod videt homo; quare foris eſt, quod videt Deus, &c. Audiamus & D. Hieronymum, qui quātam humilitatem, attentionem, & reuerētiā oratio flagitet, indicat lib. aduerſ. Luciferianos, his verbis: Ad orationem (inquit) aſſiſto: non orarem, ſi nō crederem; ſed ſi verè crederem, illud cor, quo Deus videtur, mundaré, manibus tunderem pectus, genas lacrymis rigarem, corpore inhorreſcerem, ore pallerem, iacerem ad Domini mei pedes, eoſque fletu perſunderem, crine tergerem, hærerem certè trunco crucis, nec prius amitterem, quàm miſericordiam impetrarem. Nunc verò creberrimè in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fœnore computo, aut ab ductu turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubeſcenda ſunt, gerò. Vbi eſt fides? Siccine putas oraſſe Ionam? Sic tres pueros? Sic Danielem inter leones? Sic certe latronem in cruce? Hæc Hieronymus.

Conſideremus, quæſo, qua reuerentia, & humilitate Angeli Deum venerentur, qui natura nobis multò ſunt præcellentiores. Apoc. 7. *Et omnes Angeli* (ait Ioannes) *ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas & adorauerunt Deum, &c.* Poteſtne maior excogitari reuerentia, aut humilitas? *Ceciderunt in facies ſuas, & adorauerūt Deum.* Similiter cap. 5. viginti quatuor illi ſeniores (ait Ioannes) *ceciderunt*

Angelorū reuerentia erga Deum quanta ſit.

Digitized by Google

A *runt in facies ſuas, & adorauerunt viuentem in ſæcula ſæculorum, &c.* Hanc, hãc, inquam, reuerentiam, & humilitatẽ diuina flagitat omnipotentia, ac maieſtas. Hanc ſummæ illi maieſtati ille quoq; exhibebat Potitianus, de quo D. Aug. lib. 8. confeſſ. c. 6. Chriſtianus (inquit) & fidelis erat, & ſæpe tibi Deo noſtro proſternabatur in Eccleſia, crebris, & diuturnis orationibus, &c. In palatio, vt ait Auguſt. eodem loco, hic militabat. Tanta cum venera- B tione, & humilitate palatinus homo Deum precabatur, in Eccleſia, ſiue tẽplo pſtratus, crebris, & diuturnis orõnib. vacabat. Quid in ſe pſternat homunculus. Regem alloquuturus omnipotentem, *ante quem* (vt dicitur Sapien. 11.) *orbis terrarum tamquam gutta eſt, roris antelucani?* Quidni totis artubus contremiſcat ranuncula vilis, vt cum D. Bernardo loquar, è ſua palude, procedens ad thronum Regis C Regum? Ipſe Bernardus ſuis nos verbis doceat, quanta cum reuerẽtia, atque attentione ad orãdum Deum ſit accedendum. In ſermone de quatuor modis orandi: Omninò (inquit) oportet nos orationis tempore curiam intrare cæleſtem, illam vtique curiam, in qua Rex Regum ſtellato ſedet ſolio, circumdante innumerabili, & ineffabili beatorum ſpirituum exercitu. D Quanta cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet, à palude ſua procedens, & repens ranuncula vilis? Quam tremendus, quàm ſupplex, quam deniq; humilis, & ſollicitus, & toto intentus animo, maieſtati gloriæ, in præſentia Angelorũ, in cõcilio iuſtorum, & cõgregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio? Sic Bernardus.

Homo ranuncula vilis.

Dei comparatione.

Reuerentia in oratione ſeruanda.

Oratio cum humilitate hac effuſa cęlos penetrat, & quę petit impetrat. E Eccleſ. 35. *Oratio* [inquit] *humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur. & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat, &c.* Huiuſmodi oratio templi eſt egregium ſuffimẽtum. Solent odore ſuaui templa perfundi; aromata odoreſq; omnes, hæ ſuperant orationes. Apocal. 5. *Viginti quatuor ſeniores phialas habent aureas plenas odora-* A *mentorum.* Si quæras, quid odoramenta ſignificent? Reſpondet Ioannes: *Quæ ſunt orationes ſanctorum.* His odoramentis ſummoperè oblectatur Dñs. Vt n. ait Iudith. 9. *Humilium, & manſuetorũ ſemper Deo placuit deprecatio, &c.*

Oratio templi ſuffimẽtum.

At verò ſuperborum oratio ſuperba, qualis illa Phariſæi fuit, diſplicet maxime. Iuxta illud Pſalm. 18. *Oratio eius fiat in peccatum.* Placuit Publicani oratio humilis, diſplicuit Phariſæi B gratiarum actio arrogans, ſuas prædicans virtutes, non Dei gratiam. Etenim Dei gratia, & miſericordia prædicanda eſt, non opera noſtra, vel iuſtitia oſtentanda. *Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuã* [ait Daniel. 9.] *ſed in miſerationibus tuis multis, &c.* Phariſæus verò non proſternebat humiliter preces, ſed iactabat arroganter opera ſua, gratiaſque agebat non in miſerationib. Dei, ſed C in iuſtificationib. ſuis. Itaq; orãdũ ĩ tẽplo eſt, non arrogãter, ſed humiliter.

Superborũ oratio Deo diſplicet.

Prætereà, pœnitentia in templo agenda, & iuſtificatio quærẽda, ꝙ nos docuit Publicanus. Venit in templũ, pœnitentiam egit, iuſtificationẽ quęſiuit, & inuenit. Phariſæi Matth. 23. amabant primas cathedras in Synagogis; at Publicanus amauit extremum locum, a longè ſtetit. Stetã longè is, qui pœnitentiam agit, conſide- D ret, quàm longè à Deo, a gratia à cęleſti gloria, a ſalute diſtet peccator. Iuxta illud Pſal. 118. *Longè à peccatoribus ſalus.* Adeò verò longè diſtat ſalus a peccatoribus, vt nullis creatis viribus poſſint ad eam perduci. Sed ꝙ creatis virib. fieri non poteſt, fit per pęnitentiã, concurrente homine, viribus Dei. Stabat a longe Publicanus, longè, inquam, a ſalute; ſed Dei ope, ad ſalutem per pęnitentiam addu- E ctus eſt. De longinquo ſtabat [ait Aug. ſer. 36. de verbis Domini] ſed Dominus eum de propinquo attendebat, &c. Attendit de propinquo Deus humilem, & ad ſalutem adduxit.

In templo pœnitentia agenda eſt.

Pęnitentia Publicani.

Prætereà, *Nolebat nec oculos ad cęlum leuare,* præ pudore. Pudeat peccatorẽ tot flagitiorum, erubeſcat: pars eſt pęnitentiæ erubeſcentia. Erubeſcat tum coram Deo, tum coram confeſſario.

Erubeſcẽtia ob peccata eſt vtiliſſima.

Secun-

Secunda poſt naufragium tabula[ait Hieronymus Ezech. 16.]eſt.cum peccaueris,erubeſcere,&c. Ierem. 6.de Iudæis dicitur: *Confuſione non ſunt confuſi,& erubeſcere n ſciuerunt, &c.* Nos ſciamus erubeſcere. Egregia ſcientia eſt, ſcire erubeſcere,& cognoſcere, quā ob cām erubeſcere homo debeat, nimirum ob peccatum. 1. Eſdr. 9. *Deus meus*[inquit]*confundor,& erubeſco leuare faciem meam ad te :quoniam iniquitates noſtra multiplicata ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cœlum a diebus patrum noſtrorum, &c.* D. Hieronymus Ierem. 31. ad illa verba. *Confuſus ſum,& erubui; ſiue, ex die confuſionis meæ:* vt vertunt lxx. Interpretes. Qđ [inquit]tempus non eſt confuſionis noſtræ, ſi recordemur antiqua peccata,& omnium quæ male egimus, capiamus memoriam,&c. Confuſionis, id eſt, pudoris, & verecūdiæ, dies eſt, dies pœnitentiæ, quo peccata noſtra reducimus in memoriam;& præ pudore nec oculos in cœlum leuare audemus,nec in Deum,coram quo peccata grauiſſima committere auſi ſumus Væ illis qui frontem perfricuere,eaq. perfricta,nullum peccandi finem faciunt. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi*, ait Dominus Ierem. *noluiſti erubeſcere,&c.* Quemadmodum meretrix,ſic impij quidam, peccādi pudorem abijciunt, noluntq. erubeſcere. Exigua eſt vere pœnitentiis erubeſcētia, ſed ab æterna erubeſcentia liberat,gratiámq; parit,& gloriam *Eſt confuſio adducens peccatū*[ait Eccleſia. c.4.] *& eſt confuſio adducens gloriam,& gratiam &c.* Illa confuſio,id eſt,erubeſcentia, peccatum adducit,propter q̃ aliquod peccatum mortiferū in confeſſione ſilentio tegimus. Peſſima eſt hęc erubeſcentia,animoque letalis, mortem regendo,mortem affert. Glorioſa eſt illa,quę gratiam, gloriamque adducit Cum peccata omnia aperte confitetur,omniq; excuſatione exuit,peccata aperiendo regit,& confitēdo delet Lege Richardum Victorinum in lib. Patriarch. in Dina: Qualis[inquit]pudor eſt,erubeſcere paupertatem , & erubeſcere humilitatem? Illud nō pudet eos erubeſcere,ad quod docendū

Pudor peccanti.

Cōfuſio adducēs peccatum eſt illa, qua in confeſſione peccatum tegitur.

A nō puduit cęleſtem magiſtrum de cœlo deſcendere. Multi multo amplius erubeſcunt,habere ſordidam veſtē, quam ſordidam mentem, &c. Item: Peccatum erubeſcere,eſt ordinatam verecundiam habere. Diſce prius peccatum odiſſe,& tunc illud incipies veraciter erubeſcere. Hæc ille, & alia.

Multi erubeſcunt magis habere ſordidā veſtem quam mentem.

Non leuat pœnitens in cęlum oculos,ſed deijcit ad peccata;peccata ſua conſiderat,illorum fœditatē, grauitatemq; & numerum expendit; illis debita ęterna ſupplicia animo voluit;ſūmam Dei bonitatem , maieſtatemq; lęſam animaduertit & ponit ſibi amaritudines. Iuxta illud Ierem. 31. *Statue tibi ſpeculam,pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti &c.* Etenim veluti ex ſpecula peccata ſua,illiſq debita ſempiterna tormenta,Deique maieſtatem offenſam ſpeculatur, *ponit ſibi amaritudines*, hoc eſt, dolorem contritionemque cordis flet amare,oculoſque lacrymis depreſſos in cœlum attollere non audet ; tum *dirigit cor ſuum in viam rectam*,hoc eſt; in viam mandatorum Dei, in qua aliquando ambulauit , ante peccata commiſſa.

Peccata pœnitens animo voluit.

B C

Adhæc, *percutiebat Publicanus pectus ſuum*: ea vero percuſſione percutiebat ac caſtigabat peccata ſua. Cum.n. pęnitens ſe percutit,cum ſe flagellat,cū de ſe pœnas ſumit,peccata percutit, & flagellat,de peccatis pœnas ſumit. Tundere pectus [ait Auguſtinus ſer. 6.de verbis Domini]eſt,arguere, qđ latet in pectore,& euidenti pulſu occultum caſtigare peccatum , &c. Et ſerm. 36.de verbis Domini: *Percutiebat* [inquit] *Publicanus pectus ſuum*, pœnas a ſeipſo exigebat,&c. Euthymius ꝓptereà ait Publicanum percuſſiſſe pectus, quod plagis dignus ipſe eſſet. Itaque cum pœnitens pectus percutit, percuſſionibus, & flagellis dignum ſe eſſe confitetur propterea qđ peccarit. Pectus autem percutit, tam quam peccatorum fontem, & originē in pectore enim cor eſt, vnde peccata emanant. Theophylactus: Percutit [inquit]cor Publicanus, vt excitet, quod dormierat,&c. Dormit in peccatis cor,& conſcientia,neque pecca

D E

Pectus tundere quare pœnitēs debeat.

D. Auguſ.

Theophyla.

torum videt turpitudinem, neque ſupplíciorum æternitatem. Tunſionibus excitatur, vt aperiat oculos; hoſtes, quib. circumſeptum eſt, cernat, & ſũmum periculum toto conatu effugiat Deniq. percutiebat Publicanus pectus dolore plenũ, externoq. ſigno internam animi contritionẽ indicabat. Tunſio pectoris (ait Haymo Luc. 18.) pœnitẽtiæ indicium eſt, & c. Non ſe continet pectore pœnitẽtia, ad vltionem criminum foras exit, carnẽ percutit, alijſq; modis, pro ſcelerib. ſatiſfacere conatur, humiliter, ac verecũdè. Vt. n. Bernardus ait ſer. 4. in Can. Humilis, & verecũda debet eſſe ſatiſfactio, qua emendatur ſuperba transgreſſio, & c. A nobis (ait Chryſoſtomus ho. 41. ad popul.) vltionem ſumamus & ita placabimus Iudicẽ, & c. D. Auguſtinus Pſalm. 50. ad illa verba: *A peccato meo munda me.* Non, Domine [inquit] non erit impunitum peccatum meum, non impunitum erit. Sed ideo nolo, vt punias; quia ego peccatum meum punio, & c.

Tũſio pectoris pœnitẽtiæ indiciũ eſt.

D. Bernar.

Addidit his Publicianus orationẽ humilem, & verecundã: *Deus* [inquit] *propitius eſto mihi peccatori.* Non ille iactat ieiunia, vt Phariſæus, non iactat decimarum ſolutionem, non eleemoſynas, non bona opera alia oſtentat; ſed peccata ante oculos ponit, ac confitetur, miſericordiamq. humiliter implorat, quam & conſequitur imploratam. *Deſcendit* [ait Dominus] *iuſtificatus ab illo*, ſiue *præ illo* Phariſæo. Matth. 21. ait Dominus Principib. Sacerdotum, & ſeniorib. populi: *Amen dico vobis, quia Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei, &c.* En tibi Publicanum; illos ſeniores, & Phariſæos præcedentem, & iuſtificatũ præ illis. Luc. 1. *Eſurientes impleuit Deus bonis, & diuites dimiſit inanes.* En eſurientem Publicanum completum bonis gratiæ Dei, & diuitem ſua opinione Phariſæum ieiunijs, decimarũq. ſolutione, & ficta iuſtitia tumentem, dimiſſum inanem Vt Publicanus ſic verè pęnitens è tẽplo deſcendit iuſtificatus a Deo. Ingrediunt templum multi ſed nõnulli Phariſęo ſimiles peccatis iniquinati adſũt ſericas veſtes, corporiſq. pulchritudinem iactãtes, huc atq. illuc oculos circumferentes, animo tumẽti, atq. irreuerenti orantes: peccatis inquinati ingrediuntur, minime iuſtificati domũ reuertunt. Alij vero ſimiles Publicano ſunt, peccatis quidem ingrediunt contaminati, ſed agunt pœnitẽtiam, crimina confeſſione expiant, domumque iuſtificati redeũt. Dei conflatoriũ eſt templum, ſi peccati ſcoria animũ geris inquinatũ, abijce in conflatorio ſcoriã, expurga fęcib. animum, & renoua pœnitentiæ leui flãma Zachar. c. 11. Theodoret⁹ ſic ſcribit: Iure Propheta domũ Domini conflatoriũ appellauit: in illa. n. per pęnitentiã accedenter, tamquam in conflatorio, & fornace, renouant, & c. Verſio lxx. Interpretũ Zachar. 11. ſic habet: *Miſi eos in domũ Domini conflatorium, &c.* Medicinæ locus eſt templum, ſi vulnerib. affectus ingrederis, contritionem corde concipe, ad Medicũ accede, id eſt, confeſſarium, Ex loco, vbi potentiſſima medicina gratis donatur, ne diſcede vulneratus. Hinc illud Chryſoſtomi ho. 1. in Geneſ. Eccleſia locus quidã eſt medicinæ ſpiritalis, & eos, q huc veniunt, decet, ne domũ redeant, niſi cõgrua remedia acceperint illaq. ſuis vulnerib. adhibuerint, & c. Lege, ſi placet, quæ diximus to. 1, lib. 7. cap. 5. ad finem.

Templũ cõflatorium.

Zachar. 11.

Medicinæ locus eſt tẽplum.

D. Chryſo.

Præterea locus ſacrificiorũ templũ eſt; in templo Sacerdotes ſacris initiati ordinib. ſacrificiũ offerunt Deo Euchariſtiæ admirabile, verumq. & propriè dictum ſacrificium. Sunt & alia ſacrificia ſpiritalia, quæ in tẽplo maximè non a Sacerdotib. ſolum ſed ẽt ab alijs offerenda ſunt, nimirum orationes, diuinæ laudes, gratiarumque actiones. Iuxta illud 1. Petr. 2. *Ipſi tamquam lapides viui, ſuperædificamini domus ſpiritalis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpiritales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſũ Chriſtum, &c.* Appellat Petr⁹ Chriſtianos *ſacerdotium ſanctum*, nimirum ſacerdotium ſpiritale; *offerre*, id eſt, ad offerendum Deo, nõ Euchariſtiæ propriè dictũ ſacrificiũ, ſed hoſtias, & ſacrificia ſpiritalia, pces laudes diuinas, bonaq. opera. Sunt. n. Chriſtiani Sacerdotes ſpiritales hoſtias offerẽtes. Spiritales addi-

Templum eſt locus ſacrificiorum.

Sacrificia ſpiritalia.

1. Petr. 2.

Chriſtiani ſunt Sacerdotes ſpiritales.

addidit D. Petrus, quia propriè dictā A hoſtiam, id eſt Euchariſtæ ſacrificium offerendi poteſtas ſolis Sacerdotibus per ordinē ſacrum confertur a Deo.

Inter alia ſpiritalia ſacrificia, illud etiam, cum in templum aſcendimus, eſt offerēdum, de quo Dauid loquitur *Pſalm.* 50. Pſal. 50. *Sacrificiū Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, Deus, non deſpicies, &c.* hoc eſt, ſacrificium pœnitentię veræ, quo cor conteritur, pect⁹ *Sacrificiū pœnitētia.* tunditur, concupiſcentia, brutaq. pec B cata mactantur. Duo erāt in antiquo templo altaria: alterū thymiamatis, in quo bruta animalia immolata offerebantur. Videlicet in templo ſuo hęc vult ſibi offerri Domin⁹ a populo ſuo orationum thymiama ſuauiſſimū, & pœnitentię ſacrificium, quo fœtidiſſimi hirci, id eſt peccata, contritionis ſecuri mactentur. Hæc duo obtulit humilis Publicanus, ideo iuſtificatus diſceſſit in domū ſuā, ex domo Dei. Pha C riſæus neutrum obtulit, diſceſſitq. ex domo Dei vacuus, quia in conſpectu Dei vacuus apparuit. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, præcipit De⁹ Iſrae *Exod.* 23. litæ Exod. 23. Qui vacuus apparet, vacuus reuertitur. Ne appareas in conſpectu Dei in tēplo vacuus hoſtijs ſpiritalib. orationib. gratiarū actionibus contritione pęnitentia, ſacri, & cōcionis attenta auditione. Si vacuus non apparueris, vacuus nō redibis, vt Pha D riſæus, ſed donis plenus, vt Publican⁹ reuerteris. Vide apud Chyſoſtomum *D. Chryſo.* quib. Dei donis anima illa ornetur, q̄ pœnitētiam agit, in epi. ad Epheſ. ho. 1. Quemadmodum [inquit] ſi quis acceptum quempiam ſcabioſum, & peſte, ac morbo, ſenioq. ac paupertate, & fame confectū, & perditum, ſtatim formoſum fecerit iuuenē, omnes homines pulchritudine vincentem, e genis quidē ſplendorē valde emittentē, E & micantiū oculorum eiaculationibuu fulgores occultantem: deinde eū conſtituerit in ipſo flore ætatis, & poſtea eum purpura induerit, & diade*Gratia, & pœnitencia pulchram reddūt animam.* ma impoſuerit, & omni ornatu ornauerit. Ita noſtram Deus inſtruxit, & ornauit animam, pulchramque fecit & amabilem, &c.

CAPVT XV.

De Phariſæo, & Publicano.

Morale.

Præter hæc, indicat parabola vitia tria, quæ ſuperbiam comitantur: *Tria vitia ſuperbiam comitātur* Primum eſt, confidentia in ſe. *Dixit Dominus* [ait Euangeliſta] *ad quoſdā, qui in ſe confidebant tamquam iuſti.* Et Phariſæus ſuperb. in ſe confidebat, tamquā *Confidētia hominis in ſeipſo.* iuſtus. In ſua iuſtitia confidit arrogan ter ſuperbus; at humilis fiduciā ſuam in Dei collocat miſericordia, iuſtitiā ſuam non attendit. Vnde illud D. Bernardi ſerm. 5. de Quadrageſ. Sit [inquit] oratio in omni humilitate, præſumens de ſola, vt dignū eſt, miſeratione diuina. & c. Et illud Eccleſiæ in Collecta Dominicæ, quæ Sexageſima nuncupatur: *Deus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione confidimus, &c.* Item in ſecreta oratione ſecundę Dominicæ Aduentus ait Eccleſia. *Vt vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum, tuis nobis ſuccurre præſidiis, &c.* Præterea in Canone *Intra quorum nos conſortium, non aſtimator meriti, ſed veniæ, quæſumus largitor admitte, &c.* Non iactat Eccleſia merita ſua, & ſi ſunt maxima, non confidit in illis immodicè, ſed in Dei miſericordia ſpem collocat humiliter. Bernardus ſer. 8. Cant. Eccleſia [inquit] habet merita, ſed ad promerendum, non ad præſumendum, &c.

Rogabit aliquis, num fas ſit in ope *Eccleſia habet merita ad promerē dū non præſumendum* rib. bonis meritiſq. fiduciam aliquam habere? Reſpondetur, fas eſſe; ita tū, ſuperbiam caueamus, ipſa opera, meritaq; noſtra, Dei dona eſſe, & omnē fiduciam ex meritis ortam, ex Dei do *Num fas ſit in operibus bonis, et meritis aliquā habere fiduciam.* nis emanare profiteamur. *Quid. n. habemus, quod non accepimus? Si autem accepimus merita: & in illis aliquam fiduciam habemus in ijs, quæ accepimus*, ac proinde in Dei munerib. non in noſtris virib. aut iuſtitia, quæ à nobis orta ſit, confidimus. Ait D. Auguſtinus lib. de grat. & libero arbitr. c. 7. Si Dei dona ſunt

Digitized by Google

A volentis ipſum velle bonum ad ſalutem æternam pertinens, nec currentis eſt ipſum currere; ſed Dei eſt qui pro miſericordia ſua auxiliũ ad volendũ

D. Hieron.

præbet, atq. currendũ. D. Hiero. in li. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos: Velle [inquit] & currere meũ eſt ſed ipſum meum, ſine Dei ſemper auxilio, nõ erit meum. Dicit. n. idẽ Apoſtolus ad Philipp. 2. *Deus eſt, qui operatur in nobis & velle, & perficere, &c.*

Philip. 2.

In Deo, non in ſeipſo homo debet confidere.

B In Domino ergo, a quo omne bonum, omniſque gratia emanat, nõ in ſeipſo, à quo omne, ſine Dei auxilio, emanat malũ confidere debet homo, ne Ieremiæ maledictionem ſubeat. Maledictionẽ habes apud Ieremiam c. 17. in eos, q malè cõfidunt in homine, benedictionem vero in eos, qui bene confidunt in Deo. *Maledictus homo* (ait Dominus) *qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, &c. à Domino recedit cor eius*

Ierem. 17.

C *Erit enim quaſi myrica in deſerto. Benedict⁹ vir, qui confidit in domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quaſi lignum, quod trãſplantatur ſuper aquas, quod ad humorẽ mittit radices ſuas, & non timebit, cum venerit æſtus, &c. Maledictus ille homo eſt, qui confidit in homine,* non in Deo; *quiq; brachiũ ſuum,* id eſt fortitudinem ſuam, *ponit carnem,* id eſt, hominem carne conſtãtem, non Deum. Nonne is, qui in ſeipſo confidit, in homine confidit? Nõne is, qui in ſeipſo fiduciam ponit, bra-

Confidẽtia in ſe, & cõfidentia in Deo.

D chium ſuum ponit carnem? Maledictus ergo eſt, ſimiliſque infructuoſis myricis, quæ in deſerto naſcuntur, nihil fructus, nihil virtutis veræ, nihil boni producet, igni ſolum aptus erit *Benedictus,* verò ille eſt, qui non in ſe, *ſed in Deo,* in Chriſti meritis, & miſericordia confidit; qui vires ſuas maxime imbecilles eſſe nouit, qui carnẽ fragilem brachium ſuum non ponit.

E Non myricis hic, ſed arbori fructiferę comparandus eſt, quæ iuxta fluuiũ conſita, irrigata aquis, viroré retinẽt fructumq. fert copioſum. Rabſaces Iſai. 36. de fiducia, q̃ putabat Ezechiã in Ægyptijs collocare, Regis ſui nomine, hæc verba facit: *Super quem habes fiduciam, quia receſſiſti à me? Ecce confidis ſuper baculum arundineum, confractum illum, ſuper Aegyptum, cui ſi innixus fuerit*

Iſai. 36.

A *homo, intrabit in manum eius. & perforabit eam. Sic Pharao Rex Aegypti omnib. qui confidunt in eo, &c.* Quod de fiducia, q̃ in Ægyptijs collocatã arbitrabatur, dicebat Rex Aſſyriorũ; id nos merito de fiducia dicemus, quam in ſcipſo arrogans conſtituit. Super quẽ habes fiduciã, o Phariſæe, o inſolens homo, o Pelagiane? Ecce confidis in te, in tuis virib. in tua iuſtitia. Quid tu es? Nonne baculus arundineus, fractus, nullius

Quam vanè in nobis ipſis confidimus.

B roboris, nullius firmitatis? Super baculum arundineũ, & eum quidẽ Adami peccato fractum, confidis? Sanè ſi tibi innitaris hic tuus fractus baculus manũ perforabit tuã, pectuſcor, teq. grauiſſimè vulnera penituſq. occidet.

Secundum vitium quod ſuperbum comitatur, eſt cæterorum aſpernatio. *Dixit* [inquit] *parabolam ad quoſdam, qui in ſe confidebant tamquam iuſti, & aſpernabantur cæteros.* Et Phariſæus: *Nõ ſum* [in-

Aſpernatio cæterorum ex ſuperbia naſcitur.

C quit] *ſicut cæteri hominum, &c.* Superbi hominis hæc ſunt verba. *Non ſum ſicut cæteri hominum.* Auguſt. Pſal. 120. de ſuperbis loquens diuitib. Cũ ſint homines (inquit) per iniquitatem inferiores omnib. hominib. per ſuperbiã ſuperiores ſe putant omnib hominibus atq. vtinã ſicut alios, vel homines ſe eſſe putarent, & c. Et D. Gregorius li. 23. Moral. c. 3. Cuncti (ait) vanę glorię ſectatores, dũ ſe omnib. prę ferũt alios

D. Auguſ.

D. Gregori.

D quidẽ ſe fatuis ſenſib. alios autẽ de indignis meritis reprehendunt, id eſt, alios cenſent nihil ſcire, alios nõ bene viuere, &c. Humilis viri verba ſunt 1. Cor. 7. *Volo omnes vos eſſe ſicut me ipſum &c.* Debes velle (ait Augu. tract. 8. in epi. Ioan.) omnes homines æquales tibi, &c. ſuperb. quidẽ æquales ſibi putat omnes homines, ſed natura; nõ vita. Hinc illud D. Gregorij li. 2. Moral. c. 9. Arrogãtes (inquit) hominib æqua

1. Cor. 7.

D. Auguſ.

E les ſe iudicãt extitiſſe naſcẽdo, ſed nõ æquales remãſiſſe viuendo &c Humilis vero nõ ſolũ æquales, ſed ẽt ſibi ſuperiores arbitratur iuxta illud Pauli ad Philip. 2. *In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, &c.* Superbus ait. *Nõ ſum ſicut cæteri hominũ, raptores, iniuſti, adulteri.* Humilis ait: *Non ſum ſicut cæteri hominum* fide præſtantes, ſpe ſublimis caritate ardẽtes, reliquis virtutib. in-

Philipp. 2.

Humilis quid, de ſe ſentiat.

tus,non tam virum, aut h erorem, q̃
genium quemdam ſe exiſtimat (vt
Pindarus in quit]tra nſcendens natu
ræ humanæ terminos.Eſt autem nec
ſani ſatis compòs nec corporis toto ha
bitu,geſtuq.morbũ prę ſe ferens.In-
cedit ſummis pedum digitis, ceruicẽ
in morem equi erigens,attollenſq. ſe
ſupra naturæ,modulum : nec aliter,
quam oblique intuetur, nec aliter au
dit,quam quaſi non audiens;famulis
pro iumentis vtitur,ingenuis vero ꝑ
mancipijs,cognatis item pro alienis
amicis ꝑ adulatorib. vicinis pro exte
ris Arbitrat̃.n.ſe omnium ditiſſimũ,
nobiliſſimum,pulcherrimum,fortiſſi
mum,prudentiſſimũ,iuſtiſſimũ,ſoler-
tiſſimũ. Alios verò habet ꝑ pauperib.
obſcuris,contẽptis,imprudẽtib. iniu
ſtis;inſipientib.nihilq. homuncionib.
Sic Philò ſuperbum ſuis coloribus de
pingit.Sic Phariſæus alios *raptores* vo-
cat,*iniuſtos*,& *adulteros*.Sic illi, *qui in ſe*
*confidebãt, aſpernabantur cæteros.*Gen.16.
Agar concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam
*ſuam,&c.*Ita ſuperbi diuitiarũ, vel ali
quorum bonorum operum conceptu
tumentes,cæteros deſpiciunt.

Operũ iactatio, ſiue laudatio ex ſuperbia naſcitur.

Tertium vitium ſuperborum eſt o-
perum iactatio,ſuiq.laudatio,ſua ope
ra ipſi iactant,ſeq; laudant,& laudari
ambiunt.*Ieiuno* [inquit ſuperbis] *bis*
in Sabbato,decimas do omnium,quæ poſſideo,
*&c.*Rt.*Non qui ſeipſum commendat , ille*
probatus eſt,ait Paulus 2.Cor.10. Non
eſt probus,qui ſeipſum laudat, ſuaq;
facta iactat , vt Phariſæus ſuperb.*ſed*
quem Deus commendat,& laudat . Talis
fuit Publicanus humilis,qui ſe nõ cõ
mendauit,ſed accuſauit.Prou.18.*Iu-*
ſtus prior accuſator eſt ſui,&c. Accuſat ſe
iuſtus,& humilis,ſuperb.vero laudat
ſe.Beda hæc verba ita exponit ; Om-
nis,q verè iuſtus eſt, vbi peccantium
errata conſpicit,primum ad ſeipſum
conſiderationis oculum inflectit; dũ-
que ſuam fragilitatem ſollicitus accu
ſarit,ſic demum ad corripiẽdos alios
linguam benignus exerit,&c.Non in
flexit Phariſæus arrogans ad ſeipſum
cõſiderationis oculũ, hoc eſt,in ſua vi
tia non reſpexit. Aliorum vitia,ſua ve
rò ieiunia conſiderauit ideoq.alios ac
cuſauit.ſe verò laudauit. Ex verſione

A ſeptuaginta Interpretum,Iſai.43.le-
gitur: *Dictu prior iniquitates tuas,vt iuſti*
*ficeris,&c.*Hoc fecit Publicanus, dixit
iniquitates ſuas,& deſcendit iuſtifica
tus ab illo Phariſæo, qui non iniqui-
tates dixit,ſed ieiunia oſtentauit,ſeq.
laudauit.*Laudet te alienus* (ait Salomõ
Prou.24.) *& non os tuum , &c.* Etenim
ſordida laus eſt proprij oris,decora a-
lieni.Quamuis autem alieni oris laus
decora ſit, illam tñ ambire ſordidum
B eſt,& indecorum. Decorum verò, &
præclarum,vulgi laudes, veluti grac-
culorum voces, vt vocat Chryſoſto-
mus,deſpicere,Dei,& Angelorũ præ
conia ambire Chryſoſt.in ſer. de cupi
ditate inanis gloriæ 10.5.Quot[inqt]
cuperes tuarum laudum præcones?
Sint plauſores innumeris; nihil tñ hi
omnes a gracculis , de loco ſuperiori
crocitantib diſtabunt. Sin Angelorũ
ſpectacula noueris,vel ipſis vermicu-
C lis eiuſmodi homines vniuerſi , vide-
buntur abiectiores, &c.

Publicanꝰ ſuas iniquitates prior dixit, et iuſtificatus eſt

Deniq; aduerte Phariſæi, eorumq.
qui in ſe confidebant,ſuperbiã, ex iu
ſtitia ortam eſſe,qua ſe præditos opi-
nabant̃. Nam Phariſęus arroganter a-
iebat:*Non ſum ſicut cæteri homines, iniu-*
ſtus,&c Et,*Ieiuno bis in Sabbato,&c.*Re-
liqui,ad quos prolata parabola eſt, *in*
ſe confidebant ſuperbè *tamquam iuſti*.Hoc
peculiare ſuperbia habet, quod ex ip
D ſa virtute,& ſanctitate oritur. Vnde
D.Aug.Pſal 58. Cum quiſq. [inquit]
bene profecerit ſuperbia tẽtatur , vt
perdat totum,quod profecit. Omnia
vitia in malè factis timenda ſunt,ſuꝑ
bia in benefactis plus metuenda eſt,
&c.Quemadmodum ex ipſa pretioſa
veſte oritur tinea,veſtemq.exedit,ſic
ex pretioſa virtute, niſi adſit magna
vigilantia,oritur ſuperbia,ortaq.vir-
tutẽ corrumpit.Vt.n.ait D. Gregor.
E lib.19 Moral.c.13.Perit omne, quod
agitur , ſi non ſollicite in humilitate
cuſtoditur,&c.Iterumq.Augu.epiſt.
56.Superbia(inquit)ẽt in recte factis
timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter
facta ſunt,ipſius laudis cupiditate a-
mittantur,&c.Non ſolum autẽ ex bo
nis operib.ſuperbiæ tinea oritur, ve-
rũ ipſa ẽt bona opera in ſpeciẽ facit,
laudis cupiditate ducta, veluti carita
tis

Superbia ex virtute oritur aliquãdo.

D. Auguſ.

D Gregor.

Superbia bona opera in lauda cupiditatem facit.

tis ſimia. Auguſt.traç.8.in epiſt. Ioã. **A** Videte(inquit)quanta opera facit ſuperbia;ponite in corde,quam ſimilia faciat,& quaſi paria caritati, Paſcit eſurientem caritas,paſcit& ſuperbia, caritas,vt Deus laudetur,ſuperbia,vt ipſa laudetur. Veſtit nudum caritas, veſtit & ſuperbia;ieiunat caritas, ieiunat & ſuperbia;ſepelit mortuũ caritas,ſepelit & ſuperbia; moritur caritas,id eſt,homo caritatem habens, **B** confitetur nomen Chriſti,confitetur & ſuperbia,&c. Facit ſuperbia id,qđ facit caritas;ſed fine maximè diuerſo facit. Caritas[vt ait Auguſt.]facit, vt Deus laudeť,ſuperbia, vt ipſa laudetur. Laudem quærit ſuperb. præcellentiam,exaltationem,at quærendo ab itinere toto cœlo aberrat. Non.n. per ſuperbiam ad præcellentiam, & exaltationem,ſed per humilitatẽ perueniiur. Quam ob rem parabola ſic **C** concluditur, *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur,& qui ſe humiliat, exaltabitur.* Hoc eſt,per ſuperbiam ad abiectionẽ & deſpectionem deſcenditur,per humilitatem ad præcellentiam aſcenditur,& exaltationem: Contraria ſunt itinera itinerum terminis. Iter humilẽ ad exaltationem,iter excelſum ad demiſſionem ducit. De Chriſto loquẽs ait Auguſt. trac.104.in Ioann. Humilitas claritatis eſt meritum, claritas **D** humilitatis eſt præmium;&c. Quem admodum in Chriſto humilitas crucis meritum fuit exaltationis, & exaltatio præmium humilitatis. Iuxta illud ad Philippenſ.2. *Factus obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis,propter quod & Deus exaltauit illum,&c.* Sic per Chriſtum in nobis humilitas eſt claritatis,& præcellentiæ æternæ meritũ, ipſa vero claritas,æternaq. præcellentia eſt humilitatis præmium. Simile il**E**lud eſt Iob.22. *Qui humiliatus fuerit,erit in gloria,& qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur,&c.* Prouer.18. *Antequàm conteratur*[id eſt,corruat,homo, & calamitate frangatur] *exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur,humiliatur, &c.* Et c.16. *Contritionem*[id eſt,ruinam,& perditionem]*precedit ſuperbia,& ante ruinã exaltatur ſpiritus,&c.* Et c.15. *Gloriam*[inquit]*precedit humilitas,&c.* Qui

D. Auguſ. Superbia ſimis.

Pectus tundere quare pænitẽs debeat.

D. Auguſt.

Philippenſ.

Iob.22. Prou.18.

A igitur ad æternam gloriam cupit peruenire, humili incedat itinere, qui vult aſcendere,deſcẽdat,qui vult exaltari in cęlo;humilitatem complectatur in terra. Prærer hæc,omnis qui ſe exaltat,dum ſe exaltat, humiliatur, quia in ſuperbiæ vitium cadit. Vnde Auguſtinus lib.14.de ciuitate Dei,c. 13.[Sit ait] quod ſcriptũ eſt Pſal 72. *Deieciſti eos,dum extollerentur.* Non ait, *cùm elati fuiſſent:* vt prius extollerentur **B** & poſtea deijcerentur. ſed cum extollerentur,tunc deiecti ſunt. Ipſum qp pe extolli,iam deijci eſt,&c. *Omnis verò,qui ſe humiliat,exaltatur:* in celſitudinem enim celſiſſimæ humilitatis aſcendit,cunctiſq caducis rebus, quas pro nihilo ducit, excelſiorem ſe efficit. Iob 5. *Deus*[inquit] *ponit humiles in ſublimi,&c.* D. Gregorius ad hæc verba. In ſublimi humiles ponuntur, qa cum ſe ex humilitate ſubſternunt,al**C**tæ mentis iudicio,cuncta temporalia tranſeunt. Cumque ſe indignos i omnibus æſtimãt,rectę cogitationis examine,huius mundi gloriam tranſcendentes,calcant,&c. Auguſt.lib.14.de ciuit c.13. Eſt aliquid humilitatis miro modo,quod ſurſum faciat cor. & eſt aliquid elationis,quod deorſum faciat cor. Hoc quidem quaſi contrarium videtur,vt elatio ſit deorſum,& humilitas ſurſum. Sed pia humilitas **D** facit ſubditum ſuperiori,nihil eſt autem ſuperius Deo,& ideo exaltat humilitas,quæ facit ſubditum Deo. Elatio autem eo ipſo, quo reſpuit ſubiectionem,cadit ab illo,quo non eſt qd quam ſuperius, & ex hoc erit inferius, &c.

Extolli deijci eſt.

Humilitas ſurſum facit cor elatum deorſum.

Quia omnis,qui ſe exaltat,humiliabitur,&c.

E SVperbia Phariſæum deiecit,exaltauit ſe,& iactauit ſe,humiliatus eſt coram Deo. Publicanũ humilitas extulit,humiliauit ſe,ex peccato in iuſtitiam,ex captiuitate diaboli in libertatem honore plenam, ex ſeruitute turpi in Dei gratiam adoptionemquè exaltatus eſt.

Humilitas extulit publicanũ ſuperbia deiecit Phariſæum.

CAPVT XVI.

Facta ſunt encœnia,&c.

LVCAS CAPITE X. Verſ. 22.

FACTA ſunt autem encœnia in Ieroſolymis:& hyems e-
rat. * Et ambulabat IESVS in templo, in porticu Salo-
23 monis. * Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant
24 ei:Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus,dic
nobis palam. * Reſpondit eis IESVS. Loquor vobis, &
25 nō creditis,opera quæ ego facio in nomine Patris mei,hęc
teſtimonium perhibent de me. * Sed vos nō creditis quia
26 non eſtis ex ouibus meis. * Oues meæ vocem meam audiunt: & ego co-
27 gnoſco eas,& ſequuntur me. * Et ego vitam æternam do eis, & non peri-
28 bunt in æternum,& non rapiet eas quiſquam de manu mea. * Pater meus
29 quod dedit mihi,maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris
30 mei. * Ego & Pater vnum ſumus. * Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt la
31 pidarent eum. * Reſpondit eis IESVS: Multa bona opera oſtendi vobis ex
32 Patre meo,propter quod eorum opus,me lapidatis? * Reſponderunt ei Iu-
33 dæi,de bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia:& quia tu, homo
34 cum ſis,facis teipſum Deum. * Reſpondit eis IESVS: Nonne ſcriptum eſt
in lege veſtra,quia ego dixi, Dij eſtis? * Si illos dixit Deos,ad quos ſermo Dei
35 factus eſt,& non poteſt ſolui Scriptura: * quem Pater ſanctificauit,& miſit
36 in mundum,vos dicitis,quia blaſphemas;quia dixi,Filius Dei ſum? * Si nō
37 facio opera Patris mei,nolite credere mihi. * Si autem facio,& ſi mihi non
38 vultis credere,operibus credite,vt cognoſcatis,& credatis, quia Pater in me
eſt,& ego in Patre. * Quęrebant ergo eum apprehendere:& exiuit de mani
39 bus eorum. * Et abijt iterum trans Iordanem,in eum locum,vbi erat Ioan
40 nes baptizans primum,& manſit illic. * Et multi venerunt ad eum, & dice
41 bant:Quia Ioannes quidem,ſignum fecit nullum. * Omnia autem,quæcū
42 que dixit Ioannes de hoc,vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Facta ſunt encænia.

Ordo geſtorum. POST parabolā de Phariſæo,& Publicano,propoſitam,narrat D. Lucas c. 18. allatos ad Chriſtum infantes vt illos tāgeret,& c. D. Matthæus hoc idem,& alia,quæ ſequuntur apud Lucam narrat c. 19. prius tamē quæſtionē ait propoſitam à Phariſæis à Chriſto,de repudio vxorum. Locum vero indicauit,in quo propoſita quęſtio eſt *venit*[inquit]*in fines Iudææ trans Iordanem.* A D. Ioannes c. 10. ſcribit Chriſtum ad feſtum Encæniorum Ieroſolymā veniſſe,poſtea,quia Iudæi lapidare illum tentauerant & cōprehēdere volebant,trans Iordanem abijſſe. Veriſimile ergo eſt tunc tēporis,trans Iordanem quæſtionem illam à Phariſæis propoſitam. Quamobrē præcedūt ea, quæ Ioannes narrat in ſecunda parte cap. 10. ea quæ tùm Matth. c. 19. tùm Lucas in parte 2. ca. 18. memoriæ prodiderunt:ideoq; hunc locum Ioannis narratio poſtulat.

Digitized by Google

Facta autem ſunt encænia in Ieroſolymis.

AGebatur feſtum Ieroſolymis, quod encęnia nominatur. Quod feſtum hoc fuerit explicandum eſt. Encęnia nomen eſt Græcum: καινὸς, Græcè *nouum*, ſignificat; ἐγκαινίζω, *innouo*, ἐγκαινισμὸς, & ἐγκαίνια, numero multitudinis, *innouationem*. Num. 10. *Obtulerunt duces in dedicationem altaris*: Græcè ἐγκαινισμὸν, 1. Eſdr. 6. *Fecerunt dedicationem domus Dei*: Græce ἐγκαίνια τοῦ οἴκου θεοῦ encænia domus Dei 3. Reg. 7. *Dedicauerunt templum Domini Rex, & filij Iſrael*, Græcè, ἐνεκαίνισε 2. Paralip. 7. *Eo quòd dedicaſſet altare*: Græcè eo quod ἐγκαινισμὸν, id eſt, dedicationem altaris fecit, &c. 1. Machab. 4. *Fecerunt dedicationem altaris*, Græcè, ἐγκαινισμὸν. 2. Eſdræ 2. *in dedicationem muri Ieruſalem*: Græcè, in encęnijs muri ibidem, *& fecerunt dedicationem*: Græcè, ἐγκαίνια. Feſtum ergo encœniorum dicebatur, hoc eſt, feſtum innouationis vel dedicationis templi.

De feſto encæniorum.

In controuerſia eſt, quonam tempore ageretur hoc feſtum; quæq; fuerit templi illa renouatio, aut dedicatio propter quā celebrabatur. Nam templum ter dedicatum legimus. Primùm a Salomone 3. Reg. 8. Secundò, poſt reditum a captiuitate Babylonica, vt conſtat ex lib. 1. Eſdræ, c. 6. & 8. Fuerat, n. a Chaldęis euerſum, a Iudæis tunc ſurſus eſt extructū. & dedicatum, vt ſcripſimus tom. 1. lib. 5 cap. 18. Tertiò renouatum eſt a Iuda Machabęo, vt legitur lib. 1. Machabæorum, c. 4. & lib. 2 c. 10 Etenim templū a gentibus prophanatum, Iudas Machabæus renouauit, diuinumq. cultū reſtituit, vt diximus to. 1. lib. 5. ca. 27. Has tres dedicationes Hebræi, in ſuo memorant calendario; menſi Tiſri, id eſt Septembri dedicationem templi Salomonici aſſignant. Menſi Adar, q reſpondet noſtro Februario dedicationē tēpli ſecū di Zorobabelis, Mēſi Caſleu, qui conuenit noſtro Nouēbri dedicationē, ſiue encænia, templi a Machabęo recuperati. Vides tria templi encęnia, id eſt, tres dedicationes, ſiue renouationes. De quanam renouatio

Quonā tempore hoc ageretur feſtum.

Tres templi renouationes.

A ne Ioannes loquatur, ambiguū eſt.

D. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, Caietanus, Abulenſis. Leuit. 23. Hæc encęnia templi eſſe putāt inſtaurati a Zorobabel, poſt Babylonicam ſeruitutem.

Probabilius exiſtimant alij, hęc encænia templi, ſiue altaris eſſe, a Machabęo Iuda renouati, & in priorem ſtatum reducti. Huius ſententiæ ſunt Beda, Alcuinus, Rupertus, Diuus Tho- B mas, Gloſſa ordin. Lyranus, Ianſeni⁹ Maldonatus, & alij. Confirmat. Quia nullo loco extat præceptum, celebrādi encœnia templi primi Salominici, aut templi ſecundi exędificati poſt exilium Babylonicum. Extat autē prę ceptum, Eccleſiæ Iſraelitarum, lib. 1. Machab. c. 4. & lib. 2. c. 10. quo ſtatuitur, vt agatur feſtum dedicationis altaris, Grece ἐγκαινισμοῦ, encęniſmi, vel encęniorum, per die octo, annis ſingu- C lis. 1. Mach. 4. *Statuit Iudas & fratres eius et vniuerſa Eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris, in temporibus ſuis, ab anno in annum, per dies octo, a 25 die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio, &c.*

Ioannes de encænijs loquitur templi a Machabæo renouati.

1. Mach. 4.

Ex his colliges hanc dedicationem non fuiſſe tēpli totius ſed altaris. Nā prophanatum fuerat a gentib. altare. Nouum ideo condiderunt, illuſq dedicationem, Grece. ἐγκαινισμὸν, vel ἐγκαίνια, & *renouationem*, celebrari iuſ- D ſerunt, per annos ſingulos. Huius pręcepti meminit etiam Ioſephus lib. 12. Antiq. c. 11. Tanta [inquit] lętitia ob reductos ritus patrios, & priſcam religionem, occupauit gentis animos, maximè quod ea fœlicitas ex inſperato obtigerat, vt lex lata ſit ad poſteros quę iuberet, quotannis hoc feſtum reparati cum ceremonijs templi, per octo dies celebraueri: & ex eo tempore mos hic apud noſtros obti- E nuit, &c.

Hæc dedicatio non fuit templi, ſed altaris. Ioſephus.

Pręterea encęnia, de quibus agimus, vt Ioannes ait hyemali tempore celebrata ſunt: *Hiems* [inquit] *erat* At vero templi Salomonici dedicatio menſe ſeptimo Hebraicè dicto Thiſri eſt celebrata, vt legitur 3. Regulis 8. qui reſpondet ex parte noſtro Septembri. Hoc vero tempus in Iudæa regione calidiore, non

eſt

A eſt hyemale: ergo non ſunt hæc encænia, id eſt, dedicatio templi Salomonici. Encænia verò templi ſecūdi poſt reditū ab exilio Babylonico, acta ſunt 23. die menſis Adar, vt ſcribit Ioſephus lib. 11. Antiq. c. 4. & colligitur, ex lib. 3. Eſdræ Apocrypho, qui mēſis eſt Hebræorum duodecimus, & reſpondet ex parte noſtro Februario. Dies verò vigeſimus tertius menſis Adar, non videtur hyemis eſſe, in regione illa, præſertim cum non longè diſtet a Paſchate, quod verno tempore ſolebat celebrari, die decimaquarta menſis Niſan, qui noſtro Martio reſpondet qui ſequitur menſem Adar. Ergo nō eſt hic ſermo de encænijs templi inſtaurati poſt captiuitatē Babylonicā. Relinquitur ergo, vt ſermo ſit, de encænijs templi, vel altaris, à Machabæo renouati, & dedicati, quæ hyeme agebantur, videlicet vigeſimaquinta die menſis Caſleu, vt traditur 1. Mach. 4. Hic autem menſis, eſt Hebræorū nonus, partemque habet noſtri Nouembris, partem Decembris. Beda, Io. 10. Prima (inquit) templi dedicatio à Salomone tempore autumni, ſecunda à Zorobabel & Ieſu ſacerdote, tempore veris; tertia à Iuda Machabæo tempore hyemis, eſt facta, &c.

Menſe nono celebrabatur feſtum encæn.

Illud non eſt prætermittendum Iudæos encæniorum feſtiuitatem, eo modo celebraſſe, quo tabernaculorum celebrabant feſtiuitates; ramos virides manibus, palmaſque ferentes Deo, lib. 2. Machab. 2. cap. 10. *Qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vigeſima quinta menſis, qui fuit Caſleu. Et cum lætitia diebus octo egerunt, in modum tabernaculorum: recordantes quòd ante modicum temporis diem ſolemnem tabernaculorum, in montibus, & in ſpeluncis, more beſtiarum egerant propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas, præferebant ei, qui proſperauit mundare locum. Et decreuerunt communi præcepto, & decreto, vniuerſæ genti Iudæorum, omnibus annis agere iſtos, &c.* Thyrſi autem dicuntur, haſtæ frondibus, ramiſque veſtitæ, quas Iſraelitæ, ramoſque, & palmas, præferebant manibus in honorem Dei. Hanc ob cauſam dies encæniorum appellantur dies ſcenopegiæ, id eſt, tabernaculorum 2. Mach. 1. *Frequentate dies ſcenopegiæ, menſis Caſleu,* & infra: *Facturi quinta, & vigeſima die menſis Caſleu purificationem templi, neceſſarium duximus, ſignificare vobis, vt & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ, &c.* Feſtum ſcenopegiæ, ſiue tabernaculorum, de quo diximus hoc tomo lib. 1. cap. 1. menſis Septembris agebatur. Feſtum verò encæniorum menſe Caſleu, id eſt, Nouembri: quia verò eo modo celebrabatur, quo feſtum ſcenopegiæ, hoc illi nomen tribuitur.

Arborū rami in feſto encæniorum ferebantur manibus. 2. Mach. 10

2. Mach. 1. Feſtum encæniorum etiam tabernaculorum dicitur.

B Dicebatur præterea alio nomine hoc feſtum, feſtum luminum, teſte Ioſepho, lib. 12. Antiq. cap. 11. Vocamus (inquit) hanc feſtiuitatem luminum; opinor ideo, quòd ex inſperato nobis illuxerit tanta fœlicitas, &c.

Feſtum encæniorū dicitur etiam feſtum luminum.

C Dubium eſt, an in hac feſtiuitate, tabernacula extruxerint Iudæi, & in illis habitarint? Partem affirmantem probat nomen, q̄d imponitur, σκηνοπηγία, id eſt, *tabernaculorum fixio*: probant etiam verba citata, ex 2. lib. Machab. 10. *Cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, &c.* Ergo tabernacula extruxerunt. Auctores qui de hoc feſto agunt, huius dubij non meminerunt, ego verò exiſtimo in feſto encæniorum non habitaſſe Iudæos in tabernaculis. Vocatur autem hoc feſtum ſcenopegia, & dicuntur Iudæi egiſſe in modum tabernaculorū, D quia quemadmodum feſtum tabernaculorum, octo diebus agebatur, ſic feſtum encæniorum, vt conſtat ex Ioſepho, & ex loco citato 1. Machab. 10. Præterea quia quemadmodum in feſto tabernaculorum, arborum ramos, manibus præferebant; ſic in feſto encæniorum, vt diximus.

E

Et hyems erat.

AGebatur dies encæniorum, hyemali tempore, vt ait Euangeliſta. Cur autem hæc verba adderit; *Hyems erat*: dubitatur, D. Gregor lib. 2. Moral. cap. 2. addita putat, vt Iudæorum frigus ſignificetur. Idcirco (inquit) hyemis tempus Ioannes curauit exprimere, vt ineſſe auditorum cordib. malitiæ frigus indicaret, &c. Et Gloſſa or-

ſa or-

Cur hyemis meminerit Ioan.

ſa ordinaria ſic habet: commemoratur hyems, vt ſignificet Iudæos frigidos,&c. Euthymius quoque,& Beda, hyeme infidelitatem Iudæorum, voluit indicari. Hæc cauſſa allegorica eſt. Moralis eſt, dixiſſe Ioannem, *hyems erat*, vt ſignificaretur, non obſtitiſſe hyemale tempus, quo minus veniret in templum Chriſtus. Alia literalis eſt, hyemis mentionẽ feciſſe Euangeliſtam, quia Chriſtum dixit, deambulaſſe in porticu. *Deambulabat*, autẽ, *quia hyems erat in porticu*, fortè vt frigus motu pelleret, motus enim vt aiunt eſt cauſa caloris. Theophy. indicari vult, propinquũ paſſionis tempus: qm̃ Chriſtus, poſt hanc hyemem primo veris menſe cruci eſt ſuffixus. Hugo Cardinalis, Clichtoueus pro Cyrillo, & Euthymius putant, propterea Ioannem hyemis meminiſſe, vt ſignificaret ſe loqui de encænijs, id eſt, dedicatione, quæ hyberno tempore celebrabatur. Aliter ẽt dicitur, Chriſtum in atrio non fuiſſe, quia hyemale, frigidumq; & pluuioſum tempus erat. Templum enim ſiue atriũ Salomonis tecto carebat, porticus tecta erat. Ideoq; in ea Dñs deambulabat, quia hyems erat.

An porticus Salomonis, fuerit atrium gentium?

De porticu Salomonis.

DE porticu Salomonis egimus to. 2. lib 3. cap. 31. in hunc vero locum diſtulimus opinionem diſcutiendam eorum, qui aſſerunt porticum Salomonis, non fuiſſe atrium mundorũ, ſed atrium immundorum, ſiue gentium, de quo verba fecimus eodem tom. 2. lib. 3. c. 29. & 39. Fulcitur hæc opinio verbis Ioſephi lib. 20. Antiq. c. 8. *Ioſephus.* Iam (inquit) abſolutum erat templi ædificium. Populus igitur cum videret eſſe in otio circiter octodecim opificum millia, ſolitorum hactenus in templo, ex operarum mercedibus victum quærere, noleníque ſacram pecuniam repoſitam habere, ne quando præda Romanis fieret, ſimulque opificibus inde prouiſum cupiens, quòd vel vna hora operaro, ſtatim merces repræſentaretur; ſuaſit Regi Agrippæ, vt Orientalem inſtauraret

Deſcriptio porticus.

A porticum. Ea templi extima claudebat, profundæ valli, & anguſtæ imminens, ac proinde ſubnixa muro, quadringentos cubitos alto, ſaxis conſtructo quadratis, valdè candidis. Eratque cuiuſque ſaxi longitudo cubitorũ 20. ſex vero altitudo: opus Salomonis Regis, qui primus integrum templum condidit. Rex autem reputans quodcumque opus demoliri facile, reparari difficile, maximè talem porticum B egentem, & tempore longo, & pecunijs plurimis, non annuit populi precibus. Hactenus Ioſephus.

Ex his Ioſephi verbis colligitur, fuiſſe in templo porticum quandam Orientalem, id eſt, ex Orientali templi parte ſitam, quæ tẽpli extima claudebat, & Salomonis opus erat. Si claudebat templi extima, ſanè extrema porticus templi erat verſus Orientẽ, atq; adeo atrium erat gentium, quod C extima templi claudebat, & extremum verſus Orientem erat. Præterea hæc porticus Orientalis dicitur opus Salomonis, ergo erat porticus Salomonis, in qua Dominus ambulabat. Eã verò vſque ad tempora Agrippæ Regis integram permanſiſſe, neq; a Chaldæis, qui templum Solo æquarunt, dirutam eſſe, non deeſt, qui arbitretur, propterea quòd vt Ioſephus ait, muro ſubnixa erat quadringentos cubitos D alto, cuius lapides inter ſe plumbo colligabantur, vt idem Ioſephus indicat lib. 15. Antiq. c. 14. verba illius ſcripſimus lib. 3. citato c. 39. to. 2.

Salomonis porticus à Chaldæis incenſa fuit.

Reſpondemus in primis veriſimilius videri hanc porticum, de qua Ioſephus loquitur a Chaldæis incenſam fuiſſe, atq; æquatam ſolo. Nam 4. Reg. 25. legitur: *Nabuzardan ſuccendit domum Domini, & domum Regis, & domos Ieruſalem, omnemque domum combuſſit igne, &c.* E Si templum combuſſit, ſi omnes domos Ieruſalem incendit, porticum etiam incendiſſe certius eſt. Lib. 2. Paralip. cap. vltimo: *Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Ieruſalem, vniuerſas turres combuſſerunt, & quidquid pretioſum fuerat demoliti ſunt, &c.* Hoſtes Chaldæi, *quidquid pretioſum fuerat demoliti ſunt*. Quis autem neget illam porticum opus fuiſſe pretioſum? ergo illam

Digitized by Google

illam demoliti ſunt hoſtes. Item Ieremias cap. 52. *Nabuzardan* (inquit) *incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igni combuſſit, &c.* Ergo porticum etiam illam igni combuſſit, ſiquidem domus magna erat. Quod ſi quis velit Chaldæos non euertiſſe murum ad 400. cubitos altum, cui porticus erat innixta, non repugnabo. Inde tamen non ſequitur, porticum nõ fuiſſe euerſam. Præterea euerſam fuiſſe probari poteſt ex verbis Ioſephi Græcis. Nam ait populum Regi ſuaſiſſe, vt porticũ Orientalem rurſus excitaret, Græcè verbum eſt, ἀνεγείρω, quod ſignificat *rurſus excitare*, & ædificare rem dirutam. Ergo diruta erat illa porticus, ſaltem quoad partem aliquam. Quod ſi concedamus tunc ſtetiſſe, ſanè dicendum erit, non fuiſſe porticum a Salomone, ſed ab Herode exædificatam. Etenim atrium gẽtium ædificauit Herodes, vt conſtat ex dictis tom. 2. lib. 3. c. 39. Ergo porticum illam ędificauit, ſi atrium erat gentium, neque erat opus Salomonis.

Nam Salomon, vt diximus tom. 2. lib. 3. cap. 29. atrium gentium non videtur extruxiſſe, quia nõ ſuppetebat locus, vt Ioſephus teſtatur li. 6 de bello, c. 6. Initio, inquit, vix templo, atq; altari ſufficiebat planicies, &c. Græcè, βωμῷ, id eſt, *altari*, vel aræ, non areę, vt quidam voluit. Vix enim area tempore Salomonis, ſufficiebat templo, & altari, id eſt, atrio ſacerdotũ fabricando, in quo erat altare, ſi vix ſufficiebat planicies templo, & altari, credibile eſt non ædificaſſe Salomonem gentibus atrium. Addit Ioſephus: Cum autem Rex muro templi partem ab Oriẽte cõcre xiſſet; vna porticus ageri eſt impoſita. Et manebat ex alijs partibus nudum templum, &c. Hæc videtur eſſe porticus Salomonis, & atriũ populi Iudaici. Hanc.n. ſolam porticum populo Salomon extruxit. Atriũ gentium poſtea extructum eſt ſæculis poſterioribus aucta, atq; amplificata tẽpli planicie, ſiue area. Loquatur idem Ioſephus, qui eodem loco citato ſic pergit ſcribere: Manebat ex alijs partibus nudum templum; quoad ſæculis poſterioribus ſemper aliquid aggeris accumulante populo, coæquatus collis latior effectus eſt. Perrupto aũt Septemtrionali quoq; muro tantum aſſumpſere ſpatium, quantũ poſtea totius templi ambitus obtinuit. Triplici autem muro collem circumdantes, ſpe maius opus elaborãtes, in quo longa ſæcula conſumpta ſunt, omneſque theſauri ſacri, quos toto orbe miſſa Deo munera repleuerant, tam ſuperiores ambitus, quam inferius tẽplum exædificarunt, &c. Nonne vides Salomonem illi aggeri, quem fecit, vnam tãtum porticum impoſuiſſe, quæ atrium populi dicitur, ſiue mundorũ. ſæculis verò poſterioribus templi aream eſſe amplificatãm, & atriũ gentium additum? his adijce verba illa libri 2. Paralip. c. 4. *Fecit* (Salomon) *atriũ ſacerdotum, & baſilicam grandem, &c.* Id eſt, fecit atrium ſacerdotum, & atriũ populi: nulla fit mentio atrij gentium. Item 4. Reg. c. 21. *Extruxit* (Manaſſes) *altaria vniuerſæ militiæ cęli, in duobus atrijs templi Domini, &c.* Duorum tantummodo atriorum fit mentio, ergo duo tantum erãt atria à Salomone extructa, ſcilicet, atrium ſacerdotum, & atriũ populi, non tria. Nam ſi fuiſſet tunc atrium gentium, in eo quoq; Manaſſes altaria extruxiſſet. Itaq; poſt tempora Manaſſes exædificatum eſt atriũ gentibus, non igitur eſt ædificatum à Salomone, atq; adeo appellari porticus Salomonis non poteſt.

Salomon nõ extruxit atrium gentium.

Porticus q̃ Salomon extruxit, quæ ſit.

Præterea probatur atrium gẽtium non eſſe porticum Salomonis, quia etſi à Solomone eſſet extructum, nulla eſt ratio, cur hoc nomine afficeretur. Si enim propterea porticus Salomonis dicebatur, quòd à Salomone eſſet atrium extructum, potiori iure debuit appellari porticus Salomonis atrium populi, quia a Salomone erat extructũ, & nobilius multo erat, quia Iudęorũ atrium erat non gentium. Dicet aliquis, dictum eſt atrium gentiũ, porticus Salomonis, quia ex operibus Salomonis, hoc ſolum permanſit. At nos iam ſupra oſtendimus atria templi omnia a Chaldęis eſſe ęquata ſolo, & exuſta. Sanè hoc ipſum nomen, porticus Salomonis, probat vnam tantum,

Atrium gẽtiũ non fuit porticus Salomonis.

tantum fuiſſe porticum à Salomone extructam, illam ſcilicet, de qua Ioſephus ait, vna porticus aggeri eſt impoſita, &c. Si enim plures fuiſſent non eſſet ratio, cur vna ſolum porticus Salomonis diceretur. Fuit ergo vna tantum porticus à Salomone extructa, conſtat aũt porticum, ſiue atrium populi fuiſſe à Salomone extructum, ergo atrium populi eſt porticus Salomonis, non verè atrium gentium. Confirmant hanc ſententiã hæc Ioannis verba, c.10. *Ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis, circumdederunt ergo eum Iudæi, &c.* Veriſimilius enim videtur in ſuo atrio Iudæos circumdediſſe Dñm, non in atrio gentium, quod forſitan propter gentes, & immũdos, raro ingrediebantur. Probabiliũs quoque videtur Chriſtum deambulaſſe in atrio populi, quàm in atrio gentium, & immundorum. Eidem opinioni fidem faciunt verba alia Act. 5. *Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere eis, &c.* Si porticus Salomonis atrium erat gentium, in atrio gentium erant vnanimiter Apoſtoli: hoc autem quis credat? Quid agebant in templo Apoſtoli? Et orabant, & docebant Iudæos. At verò Iudæi non ſolebant in atrio gentium orare, ſed in atrio populi; ergo Apoſtoli in atrio populi orabant, non in atrio gentium. Præterea Iudæi diuinum verbum in ſuo atrio audire conſueuerant, non in atrio gentium, ergo Apoſtoli in atrio populi docebant, & in eo erant vnanimiter. Vnde efficitur atriũ populi fuiſſe porticum Salomonis, ſiquidè Apoſtoli in atrio erant populi, quod porticus Salomonis appellabatur, eo quòd à Salomone fuiſſet extructus ille agger, in quo erat, & porticus ipſa, quæ quámuis à Chaldæis eſt euerſa, poſtea eodem in aggere eſt excitata. Similiter de Iudæis Act. 2 ad Chriſtum conuerſis legitur; *Quotidie perdurantes vnanimiter in templo, &c.* In quonam quæſo loco, credere par è pduraſſe hos Chriſtianos? numquid in atrio gẽtium? Minimè, in atrio populi permanebant, atque adeo in eo etiam permanebant

Atrium populi fuit porticus Salomonis.

A Apoſtoli, diciturq; porticus Salomonis id atrium. Nam ſi in atrio gentiũ, vbi immundi orabant, ac manebant, Apoſtoli, & Chriſtiani manerẽt, ſanè immundi cenſerẽtur, quòd non in atrio mundorum, ſed in atrio immundorum eſſent congregati. His adijcio hiſtoriam claudi apud ſpecioſam templi portam eleemoſynam poſtulantis Act. 3. *Is cum vidiſſet Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat, vt*
B *eleemoſynam acciperet.* Accepit præclariſſimam eleemoſynam, nimirum perfectam ſanitatem. *Et intrauit cum illis in templum, ambulans, & exiliens, & laudans Deum,* in quem locum templi intrauerit, indicat Lucas cum adijcit: *Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, currit omnis populus ad eos, ad porticum, quæ appellatur Salomonis ſtupentes, &c.* Specioſa templi porta, vt aiunt Card. Baronius to. 1. Vatablus, Salmeron, Ribera, & nos
C oſtendimus tom. 2. in atrio erat populi, non in atrio gentium. Ingreſſi ergo ſunt Apoſtoli per ſpecioſam portam, in qua ſedebat claudus, in atrium Iudæorum mundorum, ingreſſuſque eſt etiam claudus, cumque teneret Apoſtolos, cucurrit ad eos populus ad porticum Salomonis, quia erant in porticu Salomonis, erãt autem in atrio populi, ergo atrium populi porticus Salomonis appellabatur.

Specioſa porta tẽpli vbi erat.

D Verba Ioſephi citata quibus contraria fulcitur opinio, huic noſtræ ſuffragantur. Ait Ioſephus porticum illã fuiſſe Orientalem, porticus, ſiue atriũ populi Orientale erat, ſi cum templo conferatur. Sequitur, Profundæ valli, & anguſtæ imminens erat, ac proinde ſubnixa muro 400. cubitos alto, ſaxis conſtructo quadratis, valdè candidis, &c. Ex Græco vertitur, erat ſita porticus, Græcè κειμένη, in valle
E profunda, 400. cubitorum muros habens. ex lapidibus verò quadratis, & valdè candidis conſtructa erat. Longitudo cuiuſque lapidis cubitorum erat 20. altitudo ſex cubitorum, opus Salomonis Regis primi, qui totum templum ædificauit. Sic Ioſephus Hæc omnia non atrio gentiũ, ſed atrio populi, ſiue mundorum Iudæorũ congruunt, de quo idem auctor lib. 8. Antiq. c. 2.

Verba Ioſephi atrio populi congruunt, non atrio gentium.

Extra

Extra hoc (inquit) ſeptũ (id eſt, atriũ ſacerdorum) erat fanum porticibus magnis, ac latis cinctum, & portis altis patens. In hoc fanum cuilibet è populo puro, ac caſto, & præſcriptorum leges obſeruanti, acceſſus petebat. Dici autem non poteſt, quam mirãdum fuerit illud exterius fanum. Vallibus enim expletis profundis, & aggeſta ad 400. cubitos terra, eam vertici mõtis, in quo templum extructum erat, Salomon æquauit. Atq; hoc modo factum eſt, vt area fani, cum ſolo templi æquaretur. Hanc cinxit duplicibus porticibus, &c. Expleuit Salomon valles pfundas, & aggeſta terra ad 400. cubitos eam vertici montis æquauit muro fabricato 400. cubitos alto, ac firmiſſimo Lib. 15. Antiq. c. 14. Collis (inquit) erat petricoſus, & arduus. Huius verticem primus Salomon muro circumdedit, radices quoq; eius alto muro cinxit, cui verſus Auſtrum ſubiecta eſt vallis profunda. Hic murus conſtat ſaxis grandibus, plumbo inter ſe vinctis, complectens interius ſpatium, & in profundũ deſcendens, vt miranda ſit magnitudo, & altitudo ſtructuræ, forma quadrangulari. Saxorum. n. magnitudo à fronte eſt conſpicua, interiora ferro vincta iuncturas continent cõtra omnium temporum iniurias firmiſſimas. Hoc opus, poſtquam æquatũ eſt vertici, cauitas, quæ intererat inter murum, & collem, expleta eſt, & area complanata, &c.

Super hãc terram aggeſtam, & murum 400. cubitis altum, ſaxis grandibus conſtantem, plumbo inter ſe vinctis, conſtruxit Salomon atriũ mundorum. Vnde illud Ioſephi, quod ſupra citauimus, initio vix templo atq; altari ſufficiebat planicies, Cum aũt Salomon muro templi partem ab Oriente cinxiſſet, vna porticus aggeri eſt impoſita, &c. Vna (inquam) porticus videlicet atriũ mundorum, vel porticus ipſius atrij eſt impoſita aggeſtæ terræ, & muro 400. cubitorũ. Cum igitur idẽ auctor ait porticum illã Orientalẽ profundæ valli, & anguſtè imminere, ſubnixamq; eſſe muro 400. cubitos alto, ſaxis conſtructo quadratis, &c. Quis non videat de atrio Iudæorum loqui, non de atrio gentium? Nõ enim atrio gentium, ſed atrio Iudæorum verba conueniunt, atq; adeo atrio Iudæorũ porticus eſt Salomonis, nõ atrium gentium. Porticus, de qua loquitur Ioſephus illis verbis quibus contraria opinio innititur, erat Orientalis, atrium Iudæorũ erat Orientale. Porticus illa erat ſubnixa muro 400. cubitos alto, atrium quoq; Iudæorum erat ſubnixum muro 400. cubitos alto. Porticus imminens erat valli profundæ, atrium etiam. Congruunt ergo omnia atrio mundorum. Atrio verò gentium minimè conueniunt.

Obijcitur, porticus illa vt Ioſephus (ait) extima templi claudebat, at verò atrium Iudæorũ non claudebat extima templi, ergo nõ erat illa porticus. Reſpondetur Græcè ſic legi, *erat porticus, τῦ μὲν ἔξωθεν ἱερῦ*, id eſt, *extra ſacrũ*, ſiue *extra templum*, id quod de atrio mundorum verum eſt. Erat enim extra ipſum ſacrum templum, quod in Sancta diuiditur, & Sancta Sanctorũ, & extra ſacrum atrium ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum, & ſacrificia Deo offerebantur. Non. n. intelligendum eſt, hanc porticum extra templum fuiſſe, ſi templum latè accipiatur, pro omnibus atrijs. Nam ſi ſic accipias, extra atrium ẽt gentium erat, quod nomẽ templi complectitur. Dicitur enim templum habuiſſe tria atria, ſacerdotum, Iudæorum, & gentium. Ipſum ẽt atrium gentium, dicitur extra templum fuiſſe lib. 7. de bello, cap. 11. Venerunt (ait Ioſephus) Romani in eam, quæ reſtabat vnam porticum, extra templum, quo confugerant ex populo mulierculæ, itemque pueri, & promiſcua multitudo &c. Dicitur extra templum fuiſſe vtrumque atrium, quia extra præcipuum templum erat, & extra loca ſacrificiorũ.

Porticus extra templũ cur dicatur.

Illud etiam obſerua, eos qui exiſtimant atrium gentium fuiſſe porticũ Salomonis, idcirco id exiſtimare, quod porticus illa Orientalis dicatur à Ioſepho, opus Salomonis, quod non eſt ſolidum, firmumque fundamentum. Nam ẽt atrium, & porticus populi, opus fuit Salomonis, tñ ex eorum opinione non dicitur porticus Salomonis.

nis, Ioſephus ait atrium,& porticum populi, fuiſſe opus Salomonis, etſi cōcedamus etiam dicere atrium,& porticum gentium fuiſſe opus Salomonis; cur porticus populi non diceretur porticus Salomonis, cum opus fuerit præſtantius, & dicetur atrium gentium? Opponitur, atrium populi ſtabat, cum populus porticum illam excitari petiuit a Rege Agrippa : ergo atrium populi, ſiue Iudæorum mundorum, non erat illa porticus. Quorſum enim populus petijſſet exciтari atriũ, quod dirutum nō erat? Hoc argumentum opinioni etiam illorum aduerſatur, qui affirmant, porticum illā fuiſſe atrium gentium. Nam atrium gentium tempore Regis Agrippæ ſtabat. Herodes enim templum, eiuſq; atria, nō ante multos annos extruxerat. Reſpondetur argumento, ſtetiſſe eo tempore atrum populi, petiuiſſe verò populum, vt dirueretur, rurſuſq; exædicaretur, ac renouaretur, volens ſacrā pecuniā in opus illud ſacrum inſumere, ne à Romanis diriperetur, ſimulq; vt opificibus prouideretur. Hoc indicant verba Ioſephi. Rex (ait) reputās quodcumq; opus demoliri facile reparari difficilè, maximè talem porticum egentem, & tempore longo, & pecunijs plurimis, non annuit populi precibus, &c. Facile erat demoliri atriũ, ac diruere, ergo ſtabat, diruendumq; erat. Hinc colligitur porticum illam non fuiſſe atrium gētium. Non enim de atrio gētium ſic fuiſſet populus ſollicitus, vt dirui illud vellet, rurſuſque exædificari ſacris pecunijs; credibilius eſt de ſuo atrio curam egiſſe, vt renouaretur, pulchriuſq; extrueretur. Quòd ſi roget quiſpiam vbi nā Ethnici Deum orarent, tempore Salomonis, antiquam atrium gētium extrueretur? Reſpondendum eſt, adoraſſe, & oraſſe ex area, quæ ante templum erat, vel ex aliquo alio loco illis conceſſo, & à Iudæis ſeparato. Præterea, obijcitur Ioſephum aſſerere Salomonem atrium gentium extruxiſſe, li. 8. Antiq. c. 3 Dici (inquit) non poteſt, ac vix etiam oculis credi, quam mirandum fuerit illud exterius fanum. Vallibus enim expletis tam profundis, vt

Populus voluit renouari atrium mũdorum, ſiue porticũ Salomonis.

A ad proſpectum oculi caligarent, & aggeſta ad quadringentos cubitos terra, eam vertici montis, in quo templũ eſt extſtructum, æquauit. Atque hoc modo factum eſt, vt area fani cum ſolo templi æquaretur. Hanc cinxit duplicibus porticibus : fores verò habebat totum hoc fanum ex argento fabricatas. His verbis exiſtimatur Ioſephũ loqui de atrio gentium, quod appellat exterius: ſed id inficiamur.

B Non enim de atrio gentium, ſed de atrio populi Iſraelitici loquitur, vt oſtendimus tom. 2. lib. 3. c. 39. Legendũ etiam cap 30. eiuſdē libri Exterius autem fanum appellat, quia extra atrium erat ſecerdotum, vt legenti erit compertum. Non deeſt qui arbitretur, Mello, cuius in ſacris literis mentio fit, 3. Reg. 11. & alijs locis, voraginem fuiſſe quandam, mōtem Sionem à monte templi Moria ex meri-

C diana parte ſeparantem. Hanc vero voraginem terra compleſſe Salomonem laxataq; templi area atrium gentium, in ea extruxiſſe. Probatur ex Ioſepho lib. 15. Antiq. c. 14. Tumulus (inquir) erat petricoſus, arduus à vertice ſenſim verſus Orientale vrbis latus reſupinus. Huius verticem primus Salomon muro circumdedit. Radices quoque eius alio muro cinxit, cui verſus Auſtrum ſubiecta eſt vallis profunda.

D Hic murus conſtat ſaxis grandibus, plumbo inter ſe vinctis, cōplectens interius ſpatiũ & in profundum deſcendens, vt miranda ſit magnitudo, & altitudo ſtructuræ forma quadrangulari. Hoc opus poſtquā æquatum eſt verticí, cauitas, quæ intererat in murũ, & tumulum, expleta eſt, vt complanatis omnibus fieret area, & circum quadri porticus. Addit: Quartum latus meridianum habebat portas, & triplicem

E porticũ baſilicam longitudine ab Oriētali valle ad Occidentalē pertinentem. Ibi ſpectaculum erat memorabile. Nā cum vallis in immenſum dehiſceret, ita vt caligarēt oculi deſpicientium, deſuper extructa erat præalta porticus, cuius tecto cōſcenſio, ſi quis vtramq; altitudinem coniunctā contemplaretur, abſque vertigine id non poterat, viſu deficiente ob nimiā pro-

fundita-

Mello fuit ædificium non vorago.

funditatem, &c. Ecce Ioſephus ait Salomonem extruxiſſe altiſſimum, terraque aggeſta compleuiſſe. Hæc verò fuit ædificatio ac templi ſubſtructio, de qua legitur 3. Reg. 11. *Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid, &c.* Reſpondemus Salomonem montis Moriæ area terræ coaceruatione ampliaſſe, vt Ioſephus ait verbis citatis, ampliaſſe, inquam, ex parte Orientali præcipuè, vt ipſe Ioſephus docet lib. 6. de bello c. 6. Cum Rex (inquit) Salomon, qui templum ædificauit, muro eius partem ab Oriente cinxiſſet, vna porticus aggeri eſt impoſita, & manebat, ex alijs partibus nudum, &c. Ab Oriente aream templi ampliauit Salomon, illa autem vorago, non ab Oriente, ſed a meridie ſita dicitur: ergo non erat Mello illa templi ſubſtructio. Vt idẽ Ioſephus affirmat eodem cap. ſæculis poſterioribus, ſemper aliquid aggeris accumulante populo, coæquatus collis latior effectus eſt. In ea autẽ terra, quam aggeſſit populus, & accumulauit, atrium gentiũ eſt ædificatum, minimè verò in ſubſtructione Salomonis. Præterea Mello non fuiſſe voraginem aliquam, quam impleuit Salomon ad laxandam templi aream, extruendumq; atrium gentium, confirmatur ex verbis citatis 3. Reg. 11. *Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis, &c.* Vorago non ædificatur, ſed completur, ergo Mello non fuit vorago, ſed ædificium aliquod. Præterea ex verbis Scripturæ colligitur, non fuiſſe templi voraginem coæquatam, ſed ciuitatis, ſanè ſi templi vorago illa fuiſſet, dixiſſet ſacer auctor, *coæquauit voraginem templi*, dixit autem: *coæquauit voraginem ciuitatis:* ſimile illud eſt 2. Paralip. 32. *Inſtaurauit* (Ezechias) *Mello in ciuitate Dauid, &c.* Ergo Mello nõ erat in templo, ſed ædificium aliquod in ciuitate Dauid, & monte Sion, quod Ezechias belli tẽpore inſtaurauit. 3. Reg. 9. Hæc ſumma expenſarum quã obtulit Rex Salomon ad ædificandum domum Dñi, & domum ſuam, & Mello, & murum Ieruſalem, &c. Separat ſacer auctor ędificationem Mello, ab ædificatione templi, quod non feciſſet ſi Mello eſſet

A ipſa templi ſubſtructio & pars domus Domini. Eodem c. 9. *Filia Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid in domum ſuam, quam ædificauerat Salomon: tunc ædificauit Mello, &c.* Hic dicitur Salomon ædificaſſe Mello poſt domum vxoris, templum autem conſtat ędificaſſe ante domum vxoris, ergo Mello ad templum minimè pertinebat. Ad hæc, vorago non poteſt appellari Mello, niſi poſtquam fuerit impleta terræ aggeſtio-
B ne; Mello enim plenitudinem ſignificat, ergo vorago vacua, & terræ aggeſtu carens non dicebatur Mello ante plenitudinem. Atqui Dauidis tempore iam appellabatur Mello, id eſt, plenitudo, 2. Reg. 5. *Aedificauit Dauid per gyrum à Mello, & intrinſecus, &c.* Ergo Mello non erat vorago, tempore Salomonis, ſi quidem Dauidis tempore iã erat impleta, & dicebatur Mello. Itẽ 4. Reg. 12. *Percuſſerunt Ioas in domo Mello,*
C *in deſcenſu Sala, &c.* Vnde colligitur Mello non fuiſſe templi ſubſtructionem, ſed domum aliquam, vel arcem. Nam Septuag. interpretes 3. Reg. 11. pro Mello vertunt, *τὴν ἄκραν*, id eſt, *arcem*. Eodem modo vertunt, 2. Reg. 5. Aedificauit Dauid ciuitatem in circuitu, *ἀπὸ τῆς ἄκρας*, id eſt, *ab arce, &c.* Eſt autem maximè dubium, quid ſit Mello, nam variæ ſunt, diſcrepanteſq; hac de re ſententiæ, Iſidor. Clarius lib. 3.
D Reg. c. 9. Non voraginem, ſed ædificiũ eſſe vult, per Mello (inquit) intelligitur ædificium ciuitatis Sion, quod Dauid inchoauit, Salomon abſoluit. Alij dicunt, quòd pro filia Pharaonis ibi extruxit domum, &c. Et lib. 2. Reg. c. 5. Ferunt (inquit) Mello atrium fuiſſe, quod multis hominibus impleri potuit. Eſt enim Mello plenitudo, vel impletio, &c. Vatablus lib. 2. Reg. c. 5. Hebræorum aliquot opiniones refert his
E verbis: Quidam Hebræorum dicunt Mello ſignificare locum comitiorum, quia illic congregaretur populus, ad conſultandum de rebus agendis. Alij intelligunt aggerem, qui cingebat arcem. Alij aiunt fuiſſe foſſam circũ arcem, quòd aqua impleretur &c. Idem Vatablus 2. Paral. 32. ait plateam fuiſſe intra vrbem, iuxta mœnia. Abulenſis 3. Reg. 9. Hebræi (inquit) dicunt, quòd

Mello fuit domus vel arx quadã.

Mello quid fuerit varię opiniones.

quòd Mello erat platea magna apud templum, quã dimiſit Dauid ſine ædificijs, vt Iſraelitæ venientes in Ieruſalem in feſtiuitatib. manerent ibi. Salomon autem clauſit voraginem coæquando eam, & plateam muro circumdedit, & fecit in ea tabernacula pro famulis filiæ Pharaonis, &c. Mihi videtur arx aliqua fuiſſe, ſiue turris, quæ eſt ſententia D. Hieron. Iſai. 38. Solent (inquit) ſanctorum locorum in hac Prouincia monſtratores intra conſeptum templi oſtendere gradus domus Ezechiæ, vel Achaz, quòd Sol per eos deſcenderit. Sed numquam ego credam non dico Achaz, qui rex impius fuit, ſed cuiuſlibet regis iuſti domum fuiſſe in templo Dei, cùm Salomon idcirco Deum inter cętera offendiſſe dicatur, quòd in ſublime ædificauerit Mello, vnde atrium templi deambulans in turre palatij deſpicere ſolitus ſit, &c. Denique quidquid ſit Mello, ſubſtructio templi, aut agger fuiſſe non videtur, in quo atrium gentium fuerit exædificatum.

Et ambulabat Ieſus in porticu Salomonis.

AMbulabat Græce, *περιεπάτει*, id eſt, *deambulabat* in porticu illa tecta Chriſtus, quia hyems erat, & frigus vrgebat: deambulabat autem in loco templi, vbi deambulare nullo modo dedeceret. Cùm deambularet, circumdederũt illum Iudæi, ſummique momenti quæſtionem propoſuerunt. *Quouſque* (inquiunt) *animam noſtram tollis?* Grçcè, *αἴρεις, attollis, eleuas, ſuſpendis*, id eſt, quouſq; ſuſpenſos nos habes? *Si tu es Chriſtus*, hoc eſt, Meſſias optatus, (Chriſtus enim Meſſias dicitur ab Hebręis, vnctus à Latinis): *dic nobis palam.* Græcè, *παῤῥησίᾳ, dic nobis licenter, liberè, audacter, apertè*, parati ſumus ad habendam fidem. Hæc fuit quæſtio. A quibus, & quo animo, allata fuerit, quæritur. A Iudæis propoſitam ait Euangeliſta: *Circumdederunt* (inquit) *eum Iudæi*: eſſentne aliqui ex turba Iudæorum, an Phariſęi, & Scribę, non aperit. Credendum tamen eſt, hos Iudæos ex Phariſæis fuiſſe, & alijs ſimilibus, qui Chriſto mortem

...uinã, & ...uo animo ...terroga- ...nt Iudæi ...omnium.

machinabantur. Animo ſimulato, atque inſidioſo, prolatam ſentit Auguſt. tract. 48. in Ioan. Non (inquit) veritatem deſiderabant; ſed calumniã præparabant, &c. Et Chryſoſt. ho. 60. in Ioan. Caritate quadam (ait) & deſiderio diſcendi, dictum videbatur, animus autem corruptus erat, & ſubdolus, &c. Idem ſentit Beda, Theophylactus, & alij interpretes. Igitur rogabant, num eſſet Meſſias? vt ſi Meſſiam ſe eſſe fateretur, id eſt, Regem, lęſæ maieſtatis Cæſareæ reum facerẽt. Si ſe Dominus [ait Beda] Chriſtum eſſe reſponderet; cogitabant eum tradere poteſtati præſidis puniendum, quaſi contra Auguſtum repugnans, illicitum ſibi vſurparet imperium, &c. Fallaci animo aiebãt: *Cur animam noſtram tollis?* Non enim Chriſtus animas eorum ſuſpẽdebat, ſed ipſi animas ſuas obdurabant incredulitate: ſimulato aĩo petebãt id dici voce apertè, quod ſæpè dictũ fuerat admirãdis miraculis.

D. Auguſ. *D. Chryſo.* *Beda.*

Loquor vobis, & non creditis.

COrdium explorator, ſubdola inſpiciebat corda, quid molirentur videbat. Chriſtum ſe eſſe, apertè dicere noluit verbis, ſed ſæpè dixit verbis ſe eſſe Filium Dei, & Meſſiam; ſæpè mirabilibus dixit operib. Numquam tamen coram Iudæis, Meſſiam ſe eſſe apertè profeſſus eſt. Abſtinebat.n. ab hoc nomine, ne occaſionem Iudæis accuſandi præberet. Ideò Matth. 16. præcepit diſcipulis, vt nemini dicerent, *quia ipſe eſſet Chriſtus*, id eſt, Meſſias *Ego* (inquit) *vobis loquor, & non creditis*, Græcè *εἶπον ὑμῖν, dixi vobis.* Non eſt cauſa cur non credatis meorũ verborum obſcuritas, ſed veſtrorum cordium caligo. Ego loquor vobis, doceo vos ſępè verbis, me eſſe Filium Dei, & Meſſiam, quamuis hoc nomine abſtineam, ne vobis occaſionem accuſandi offeram. Idem dico, ac confirmo mirandis operibus. Etenim opera, id eſt, miracula, quæ ego facio, in nomine Dei Patris mei, teſtificantur me Filium Dei eſſe, & Meſſiam.

Chriſtus nõ dicebat verbis apertè ſe eſſe Meſſiam. *Matth. 16.*

At vos non creditis, quia non eſtis de ouibus meis. Oues Chriſti, quædã iã ſunt,

Oues Chriſti quędam

ſunt, quadã futura ſunt.

quæ vel fidem tantùm habent, vel fidem habent, & caritatem, aliæ futuræ ſunt, fidemq; etſi non habeant, ſunt tamen habituræ, de quib. Ioan. 10. ait: *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c.* Hi Iudæi, quibus cum loquitur Chriſtus, non erant ex primo ouium genere, quia non habebãt fidẽ in Chriſtum. Cùm ergo ait Dominus, *nõ creditis, quia non eſtis ex ouibus meis*: ſenſus eſſe poteſt, non creditis mihi, quia non eſtis ex ouibus meis, quæ in me credunt: nam ſi ex ouibus, & fidelibus meis eſſetis, meis dictis fidem haberetis. Similem in modum ille loqueretur, qui aliquibus ſe non amantibus, diceret: Non me amatis, quia non eſtis ex amicis meis. Neque erant hi Iudæi, ex quibus ſecundi generis, quæ fidem & ſi non habebant, tamen habituræ erant. Nunquam. n. fidem habuiſſe videntur. Idq; Chriſtus hic videtur indicare, hoc ſenſu. Non credetis mihi, neque credetis vmquam; quia non eſtis de ouibus meis crediturìs. Nam D. Aug. ait, hos fuiſſe præſcitos. Quomodo (inquit) iſtis dixit Chriſtus: *Non eſtis ex ouibus meis?* Quia videbat, eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos, nõ ad vitam æternam, ſui ſanguinis pretio comparatos, &c. Verba Chriſti Auguſtinus ſic intelligit: *Non creditis mihi, quia non eſtis ex ouibus meis*, prędeſtinatis in vitam æternam. Ita interpretatur Beda, & Gloſſa interl. Carthuſianus, Caietanus, Clicthoueus, Ianſenius, & alij.

Ioan. 10.

D. Auguſ.

Difficilis eſt interpretatio: Etenim nõ eſſe prædeſtinatum, nõ eſt, cauſa, cur homo non credat; poteſt eſſe reprobatus, & credere. Multi namque credunt, qui reprobati ſunt. Non eſt ratio infidelitatis reprobatio: Credebat Iudas, nec tamen præſtinatus erat. Pręterea non eſt argumentatio firma: *Non creditis quia non eſtis ex ouibus meis* prædeſtinatis: quoniam poterant eſſe ex ouibus prædeſtinatis, & non credere tunc temporis, quando hæc Chriſtus loquebatur. Poſt mortẽ Chriſti credere poterant, quẽdmodũ credidit prædeſtinatus Paulus, & multi alij. Non ſunt tamen adeò difficiles hi nodi, quin expediri poſſint. Priorẽ ſoluet, qui dixerit, non eſſe prędeſtinatum cauſam eſſe non credendi. Quia. n. non ſunt prædeſtinati; nec mittit ad infideles multos Deus fidei doctores, nec dat efficax ad fidem concipiendam, auditis doctoribus, auxilium; quamuis ſufficiens præſtet. Si hi Iudæi prædeſtinati fuiſſent, efficax ad fidem concipiendam auxilium donaſſet illis Dominus. Quia verò non erãt prædeſtinati, non dedit auxilium efficax. Dedit tamen ſufficientiſſima, & abundantiſſima auxilia, quibus duci, & conuerti debebant, neq; Deo reſiſtere docenti, ideoq; grauiſſimè peccarunt, iuxta illud Ioan. 15. *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum nõ haberent. Nunc autem excuſationem non habent à peccato ſuo, &c.* Rectè ergo dicitur: *Non creditis mihi, quia non eſtis ex ouibus meis* prędeſtinatis, quia eſtis impij, & reprobati. Secundum nodum expediet, qui reſponderit, Chriſtum intelligendum de incredulitate perpetua, illorum Iudęorum, hoc pacto, *non creditis*, neque credetis vmquã, *quia non eſtis de ouibus meis* prædeſtinatis. Alıter reſponderi poteſt, hæc dixiſſe Chriſtum, quia ſi illi fuiſſent prædeſtinati, dediſſet eis tunc Chriſtus auxilium efficax, ad credendum: hoc ſẽſu. Nõ creditis hoc tempore, quo vos doceo, quia non eſtis ex ouibus meis prædeſtinatis. Nam ſi ex ouibus meis prædeſtinatis eſſetis, crederetis: darẽ .n. vobis efficax auxilium, quo libenter, & liberè, ad fidem duceremini. His adde adultos, qui non ſunt prædeſtinati, eſſe ſaltem aliquo tempore flagitioſos, cùm ergo Dominus ait, *nõ eſtis ex ouibus meis*, prædeſtinatis, indicat eos Iudæos flagitioſos eſſe, ac propterea non credere. Non enim innocentes erant, mites, & humiles, vt oues, ſed inuidi, ac ſuperbi lupi.

An hi Iudæi non crediderint, qa nõ erãt prędeſtinati?

Deus non dedit auxiliũ efficax omnib. ſed quibuſdã ſufficiens.

Ioan. 15.

Oues meę vocem meam audiunt.

QVales ſint oues prædeſtinatæ ad æternã vitam, docet Dominus; ex quib. Iudæos illos non eſſe affirmauerat, quibuſcum loquebatur. Sũt oues (inquit) paſtori obtemperantes. *Oues meæ vocem meã audiunt*: id eſt, obtem-

Oues prædeſtinatę quales ſint.

temperant voci meæ. Præterea ſunt oues ſequentes paſtorem, id eſt, eam viam tenentes, quam paſtor indicat, & paſtorem imitantes, *Et ſequuntur* (inquit) *me*. Hoc oues faciunt, audiũt me paſtorem, nõ deſerunt, ſed ſequũtur. Ego verò paſtor, cognoſco eas ab æternitate: cognitione amoris plena, & prædeſtinante. Præterea, *vitam æternam do eis & non peribunt in æternum*, nec poterunt, ferociſſimi licet lupi, vel vnam, de manu mea rapere. Nam fieri nequit, vt prædeſtinatus in æternũ pereat. Rapere poterit lupus prædeſtinatã ouem, & ſcelere cõmaculare, ſed ad paſtorẽ reuertetur. Ita rapere, vt in æternũ pereat; nõ valebit.

Prædeſtinatus in æternum non perit.

Pater meus quod dedit mihi maius omnibus *eſt*.

GRæcorum lectio diuerſa eſt, *ὁ πατήρ μοῦ ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί*: hoc eſt, *Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus eſt*. Senſus huius lectionis hic eſt, probat Dominus, neminem poſſe de manu ipſius oues rapere, hoc modo: *Pater meus, qui dedit mihi oues*, eſt potentior, & fortior omnibus, & hominib. & dęmonijs, ideoque nemo ex illis, de illius manu oues rapere poteſt. Vt verò non poteſt; de manu Patris rapere; ita non poteſt, rapere de manu mea. *Quoniam ego, & Pater, vnum ſumus*: hoc eſt, eandem eſſentiam, potentiam, & fortitudinem habemus. Latinorum lectio eſt Tertull. lib. contra Praxeam, c. 22. D. Ambro. lib. 3. de Spiritu ſancto, c. 18. D. Hilarij lib. 7. de Trini. D. Hierony. Ezech. 18. Auguſtini in Ioannem, Bedæ, Ruperti, cæterorumq; omnium, quæ etiam in Biblijs iuſſu ſummi Põtif. correctis habetur, hæc eſt: *Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus eſt*, interpres, pro *ὅς*, id eſt, *qui*, legit *ὅ*, id eſt, *quod*, pro *μείζων*, per, *ω*, quod eſt *maior*, legit *μεῖζον*, per *ο*, id eſt, maius. Eſtq; ſenſus eximius: *id quod dedit mihi Pater, maius omnibus eſt*: id eſt, eſſentia, quam mihi Pater, per generationem ęternam, naturaliter dedit, & communicauit; *maior omnibus rebus eſt*. Confirmat Dominus. q̃ dixerat; *non rapiet oues meas quiſquam de manu mea*. Quod (inquit) Pa-

Quomodo Pater ſit oĩpotẽs & Filius omnipotens.

Eſſentiam diuinã dat Pater Filio.

A ter meus mihi dedit, id eſt, eſſentia diuina, maior, fortior, potentiorq; eſt omnib. *Nemo poteſt rapere de manu Patris oues*, ergo neq; ex mea manu, & potentia. Nam *ego, & Pater vnũ ſumus*, id eſt, eandem eſſentiam, potentiamque habemus.

Patris & Filij conſubſtantialitas, & æqualitas.

Titelmannus hæc verba: *Quod dedit mihi Pater maius omnibus eſt*, de ouibus interpretatur, hoc pacto: Oues, quas mihi Pater dedit, rebus omnib. ego

B antepono. Vel, oues quas mihi Pater donauit, ſunt maiores, id eſt, fortiores; omnib. aduerſarijs. Sed ſenſus de eſſentia diuina traditus, præſtantior eſt. Eſt autem D. Auguſtini: *Quod* (inquit) *dedit mihi Pater, maius omnibus eſt*, id eſt, vt ſim Verbum eius, vt ſim vnigenitus Filius eius; maius eſt omnib. &c. Et Concilium Lateranenſe ſub Innoc. 3. c. 2. Pater (ait) ab æterno Filium generando, ſuam ſubſtantiã ei

C dedit, iuxta quod ipſe teſtatur Io. 10. *Pater quod dedit mihi maius omnibus eſt*, &c. Sic etiam D. Hilarius exponit, lib. 7. de Trinit. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto, ca. 18. Beda, Rupertus, & alij.

D. Auguſ.

Conc Later. Cap firmiter de ſumma Trinit. & fide Cathol.

Ego & Pater vnum ſumus.

PRobant hæc verba, aduerſus Arianos, vnitatem eſſentiæ eiuſdem, in Patre & Filio: Probant quoq; per-

D ſonarum diſtinctionem, aduerſus Sabellianos: *Ego & Pater vnum ſumus*, hoc eſt, eſſentia vnum perſonis diſtincti ſumus. *Vnum* (ait D. Hieron. Iſaiæ 6.) ad naturam, *ſumus*, ad diuerſitatem perſonarum refertur, &c. Non autẽ dixit: *ego & Pater vnus ſumus*, ſed, *vnũ ſumus*: quia, *vnus ſumus*, ſignificat vnitatem perſonæ: *vnum ſumus*, vnitatẽ naturæ. Cùm igitur natura diuina ſit vna, in Patre, & Filio, rectè dicitur: *vnum ſumus*. Cùm perſonę Patris, &

E Filij, ſint duæ, non rectè dicitur, *vnus ſumus*, quamuis rectè diceretur. *vnus Deus ſumus*, ſignificaretur. n. non vnitas perſonæ, ſed eſſentiæ, & naturæ diuinæ. Et e͠m Pr̃, Filius, & Spiritus ſãctus, ſunt vnus Deus; & perſonę tres.

Vna eſſentia Patris, & Filij, duæ perſonæ.

D. Hieron.

Ioan. 17. pro diſcipulis ſic precatur Dñs: *ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos*, &c. Orat

Ioan. 17.

Ll 2 etiam

Digitized by Google

etiam pro credituris Chriſtianis, hoc pacto: *Non pro eis rogo tantū* [id eſt, pro diſcipulis] *ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, &c.* Petit à Patre, vt diſcipuli, & credituri Chriſtiani, vnum ſint, non quidem vnitate naturæ numerica. Fieri enim neq; vt multi homines, vnus numero homo ſint, quemadmodū tres perſonę, ſunt vnus numero Deus, ſed vnitate dilectionis, atque amoris. Itaq; vnum hoc loco, quo de perſonis diuinis eſt ſermo, vnitatem ſignificat eiuſdē naturę; cùm de hominibus verba fiunt, vnitatem naturæ, ſignificare non poteſt, ſed dilectionis diuinę, & concordię, iuxta illud Act. 4. *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una*: particula verò *ſicut*, Ioan. 17 *ſicut & nos, & ſicut tu Pater in me, & ego in te*: ſimilitudinem indicat, non perfectam, & imitationem, nō æqualitatem, vt ſuo loco Deo dante exponemus. Hoc teſtimonio ſic expoſito, vtūtur Patres, ad refutandos hæreticos. Athanaſ. orat. 1. & 2 Hilar. li. 7. & 8 de Trinitate. Nazianzenus in libro de Fide, Baſilius aduerſus Eunomiū, Cyrillus lib. 11. Theſaur. c. 15. Auguſtinus, & alij.

Quomodo homines ſint unum.

Act. 4.

Ioan. 17.

CAPVT XVII.

Facta ſunt encænia, &c.

Suſtulerunt ergo lapides.

QVod hęretici intelligere noluerunt, intellexerunt Iudęi; videlicet, prędictis verbis Chriſtum affirmare, ſe eſſe Deum: idcirco blaſphemiam dicere putarunt; lapideſque ſuſtulerunt, vt illam vindicarent lapidatione. Chriſtus verò diuina vi furētium cohibuit impetum; rogauitq;, quam ob cauſam eum lapidibus vellent cędere, cùm multa bona opera, nullum opus feciſſet malum? *Multa* [inquit] *bona opera, & miracula, oſtendi*: hoc eſt, exhibui, & pręſtiti, *vobis ex Patre meo*; hoc eſt profecta ex potētia, quam a Patre accepi; vel profecta ex voluntate, & conſilio Patris, vel *ex Pa*-

Iudæi Chriſtum uolunt lapidare.

A *tre meo* accepta; iuxta illud Io. 5. *Opera, quę dedit mihi Pater, ut perficiam ea, &c. Propter quod eorum opus me lapidatis?* quaſi dicat propter malum opus me lapidare non poteſtis, nullum enim opus malum feci. Lapidatis ergo me, propter aliquod bonum opus. Multa bona opera feci, multis ęgris ſanitatem contuli: mortuos in vitam reuocaui, dęmones expuli; indicate propter quod eorum, me vultis lapida-
B tione interficere. Oſtendit illos iniuſtos eſſe, ac ſceleratos, qui propter bonum opus, occidere vellent tot bonorum operum, & miraculorum, patratorē. Oſtendere opera bona, vel mala, eſt exhibere, & pręſtare Pſal. 70. *Quātas oñdiſti mihi* [Hebraicè הריאתני *hireithani*, videre feciſti] *tribulationes multas & malas.* 2. Timoth 4. *Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit.* Mirum eſt in templo inueniſſe lapides hos
C Iudęos, quos ad lapidandum arriperent; ſed tamen alicubi fuiſſe videntur. Vel fortè ex alio loco illos portauerunt q; Gręcè legitur, ἐβάσταζον λίθους, hoc eſt, *ſuſtulerunt*, vel *portauerunt lapides.*

Pſal. 70.

2. Timot. 4.

De bono opere non te lapidamus.

COntinuere furorem Iudęi; reſpōſum reddiderunt Non te lapida-
D re conſtituimus, propter bonum aliquod opus; ſed propter blaſphemiā. *Quia homo cùm ſis, Deum te facis* id eſt, appellas. Intellexerūt illi rectè, Chriſtum Deum ſe facere, id eſt, dicere, & appellare; cū dixit, *ego & Pater unū ſumus*: Pater Deus eſt, ego item eiuſdem naturæ numericę Deus ſum.

Intellexerunt Iudęi Chriſtum Deum ſe appellare.

Ego dixi Dij eſtis.

E VT optimè animaduertit Chryſ. non abſtulit Chriſtus Iudæorū opinionem. Quę ſi falſa [inquit] fuiſſet, corrigenda eſſet, & dicendum: Cur hoc facitis? Non parem meam, & Patris affirmans poteſtatem, iſta dixi. Sed nunc totum contrariū; eā confirmat, & maximè cū exaſperaret, &c. Confirmat autem Chriſtus Iudæorum dictum: *facit teipſum Deum*: non

D. Chryſoſ.

Nō aufert Chriſtus opinionem Iudęorū, ſed confirmat.

non diſertis verbis dicens, Deus ego ſum. (Non enim tempori ea affirmatio conueniebat) ſed rectè. *Nonne* (inquit) *ſcriptum eſt in lege veſtra: Ego dixi, Dij eſtis?* Legem appellat totam Scripturam ſacram, vt docet Augu. tract. 48. Matth. verò 11. diſtinguit legem a Prophetis: *Lex (ait) & Prophetæ, vſque ad Ioannem, &c.* Et Luc. 24. *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt, in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me, &c.* Petitum eſt hoc teſtimonium ex Pſalm. 81. in quo ſic ſcriptum eſt, *ego dixi eſtis, & Filij excelſi* (ſcilicet Dei) *omnes, &c.* Alloquitur Deus iudices, ut iuſtè iura adminiſtrantes, vt conſtat ex Pſalmi initio, quod huiuſmodi eſt: *Deus ſtetit in ſynago. a Deorum, in medio autem Deos diiudicat:* hoc eſt, *Deus* ſummus iudex *ſtetit in congregatione Deorum*, id eſt, iudicium, *& in medio ſtans, Deos*, id eſt, ipſos iudices, *diiudicat*, quia iudicum iudex eſt. Dicuntur autem iudices Dij, quòd Dei in terris vices ſuſtineant. Exod. 21. *offeret eum*, id eſt, ſeruum Dominus *Dijs*, id eſt, iudicibus. Exod. 22. *Applicabitur ad Deos*, id eſt, ad iudices. Item: *Ad Deos vtriuſque cauſa perueniet, & illi iudicauerint, duplum reſtituet.* Item: *Dijs non detrahes*, id eſt, iudicib. &c. Ait igitur Dominus: Nònne ſcriptum eſt in lege veſtra, id eſt, in Scriptura veſtra, Pſal. 81. *Ego dixi, Dij eſtis.* Argumentatur deinde, á minori ad maius. Si lex (inquit) vel Scriptura iudices, ad quos ſermo Dei factus eſt, vocat Deos: multo maiori ratione ego Deum me poſſum appellare. pluſquā iudex enim ſum, Dei Filius, *quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum.* Immeritò ergo, me blaſphemiam dixiſſe aſſeritis. Si ij [ait Chryſoſtom.] qui gratis hoc acceperunt, non poſſunt accuſari; ſi ſe Deos appellant; qui id natura habet, quomodo iure accuſari poterit? &c.

Lex dicitur tota Scriptura. *Pſal. 81.* *Iudices dicūtur Dij.* *Exod. 21. & 22.* *D. Chryſo.*

A B C D E

Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt.

Tephyl. THeophylactus, ſermonem hoc loco hic λόγος, putat dici ipſum diuinum Verbum, atque ita explicat; ſi illi [inquit] ad quos ſermo Dei factus eſt, hoc eſt, ego. Nam ego ſum ſermo Dei, & habitaui in illis, conceſſiq; eis, vt adoptarentur in filios, &c. Rurſus, ij [ait] ad quos ſermo Dei factus eſt, id eſt, in quib. habitaui, &c. D. Aug. tract. 48. exiſtimat, rationem, cur dicuntur Dij illi, ad quos ſermo Dei factus eſt, hanc eſſe, quòd ad ſillos ſermo Dei factus ſit. Si ſermo [inquit] Dei factus eſt ad homines, vt dicerentur Dij, ipſum Verbum Dei, quomodo nō eſt Deus? ſi per ſermonem Dei fiunt homines Dij, ſi participando ſunt Dij: vnde participant, non eſt Deus? Si vos Deos facit ſermo Dei, quō nō eſt Deus Verbū Dei? Sic Aug. Et D. Thom. in Ioan. Ideò [inquit] vocauit eos Deos in quantum participant aliquid diuinitatis, ſecundū participationem ſermonis Dei, &c. Idē alij plerique exiſtimant. Senſus eſt, ſi ij ad quos ſermo Dei factus eſt, propterea Dij dicuntur, quia participes fuerunt ſermonis Dei, Filius Dei, nōne multò maiori cum ratione Deus appellari poteſt? Rupertus verò hos, ad quos ſermo Dei factus eſt, ait illos præcipuè Patres eſſe ad quos factus eſt ſermo, id eſt, promiſſio, de incarnatione Filij Dei.

Auguſt. *Qui nā Dij appellētur.* *D. Thom.*

Aliter veriſimilius, ij ad quos ſermo Dei factus eſt, ſunt iudices, quod probatur Quia verba illa: *Ego dixi Dij eſtis*, ex Pſalmo 81. ſumpta ſunt, eo autem Pſalmo compertum eſt, de iudicibus iniquis agi. *Deus* [ait vates] *ſtetit in ſynagoga*, & congregatione, *Deorum* [iudicū] *in medio autem Deos*, iudices, & magiſtratus, *diiudicat* his verbis. *Vſque quo iudicatis iniquitatem*: id eſt, vſque quo iudicatis quod iniquum eſt, vſque quo iudicatis iniuſtè? iudicare enim iniquitatē, eſt iudicare iniquè, & iudicare iuſtitiam, vel iuſtitias, eſt iudicare iuſte. Vnde illud Pſal. 74. *Cū accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*, id eſt, iuſtè, iudicabo. Sequitur: *& facies peccatorum ſumitis*, id eſt, perſonas accipitis, in gratiam iniquorū iniuſtas ſententias pronunciatis? Poſtquam arguit, hortatur vt iuſtè iudicent. *Iudicate egeno & pupillo, humilem, & pauperem iuſtificate.* Additur: *Neſcierunt, neq; intellexerunt*, impij iudices, imprudentes ſunt, & inſipiētes, *in tenebris* veluti

Dij appellantur iudices. *Pſal. 81.* *Quid ſit iudicare iniquitatem, & iudicare iuſtitiā.* *Pſal. 74.*

cæci *ambulant neſcierunt* Deum, neſcierunt officij ſui pondus, non *intellexerunt* legem, & iuſtitiæ normam. *Propterea mouebuntur omnia fundamenta terræ*: id eſt, Reſpub. tales habens iudices commouebitur, vacillabit, concidet à fundamentis, peribit. Vel, omnia fundamenta Reipub. videlicet iura, & leges, quibus veluti fundamentis, ſtat Reſpub. mouebuntur, vacillabunt, & peruertentur. Sequitur: *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini*: ò iudices, ego vos Deos appellaui, & Dei Filios. Ne in hac appellatione inſoleſcatis. Nam & ſi dij ſitis, propter dignitatem, homines tamen eſtis propter naturam, *& ſicut homines moriemini; & ſicut vnus*, id eſt, & ſicut quilibet, *de principibus mundi cadetis, &c.* Vel, ego vos Deos appellaui; nec tamen propterea ſupplicium effugietis ſicut homines impij morte puniemini, & ſicut vnus quilibet de principibus, id eſt, dæmonijs, ex hoc dignitatis gradu, veluti cęlo, cadetis. Vel, ſicut aliquis vnus de principib. de quibus pœnas ſumpſi, pœnas dabitis, & cadetis. Vides apertè totũ hunc ſermonem, ad iudices fieri, & appellari Deos, à Deo vero. Cùm ergo Chriſtus ait: *ſi illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, &c.* De his iudicibus loquitur, ad quos ſermo Dei factus eſt, id eſt, quos Deus illo Pſal. 81 alloquitur, quósq; increpat, & arguit, quòd iniquè iudicent.

Leges fundamenta Reipub.

Non poteſt ſolui Scriptura.

QVid ſit ſolui Scripturam, quæritur. Gloſſa interlin. interpretatur, *non poteſt ſolui*, hoc eſt, falſitatis argui. Euthymius ſic: *non poteſt ſolui*, hoc eſt, excidere, reijci. Caiet. ita non poteſt negari, aut deſtrui, quin Scriptura ſacra vera ſit. Lyranus: *non poteſt ſolui*, id eſt, non poteſt dici, quòd contineat falſum. Rſpõdetur, ſolui Scripturam ſignificare irritam fieri, falſam, infirmam, abſq; vinculo firmitatis, & veritatis, & perpetuitatis. *Non poteſt ſolui Scriptura*, hoc eſt, non poteſt non habere firmitatis, & veritatis, perpetuitatiſque vinculum: quia firma eſt, ve-

Quid ſit ſolui Scripturam.

Scripturæ veritas firmiſſima.

A riſſima eſt, atque perpetua. Stabit n. Scriptura, donec Eccleſia ſteterit: *non poteſt ſolui*, quoad firmitatem, veritatem, & perpetuitatem.

Quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis quia blaſphemas?

QVomodo Pater Filium ſanctificauerit, dubium eſt: ex ſententia D. Auguſtini ſanctificaſſe dicitur, B quia ſanctum genuit; & gignendo illi ſanctitatem communicauit. Sic (inquit) Pater Filium ſanctificauit, quomodo genuit. Vt enim ſanctus eſſet, gignendo ei dedit, quia ſanctum eũ genuit, &c. Ita etiam Beda, & alij.

Quomodo Pater Filiũ ſanctificauerit.

Theophylact. *ſanctificauit*, interpretatur, hoc eſt, ſegregauit, vt occideretũ pro mundo. Sanctum enim dicitur, quod Deo ſegregatum eſt. Exponit ille verba Chriſti hunc in modum: Manife- C ſtum eſt, quia me ſanctificauit, & ſegregauit Pater, in ſalutem mundi, & ideò non ſum æqualis alijs dijs, de quibus ſcilicet Pſalmo 81. agitur; ſed Deus verus. Vere enim opus Dei eſt ſaluare, & non hominis gratia deificari, &c. Euthym. ſimiliter; *Pater* (inquit) *ſanctificauit*: id eſt, ſeparauit, elegit, &c. Nam verbum, *ſanctifico*, etiam præparare ſignificat: quia Iudæi ad res diuinas, ſanctificatione legali ſe D præparabant, ac proinde ſignificat ſegregare, & eligere. Lege quæ diximus tom. 1. lib. 7. cap 12. Cùm egimus de ſanctificatione Ieremiæ. Senſus eſt, *quem pater ſanctificauit*, hoc eſt, præparauit, ſegregauit, & elegit, ac *miſit in mundum*.

Aliter explicari poſſunt hæc verba, de ſanctificatione per vnionem diuini ſuppoſiti. Nam *Pater ſanctificauit* Chriſtum, *& miſit in mundum*, tunc cũ E naturam humanã, cum diuino copulauit, ſanctiſſimoque ſuppoſito. Sanctificatus eſt enim Chriſtus homo, ipſa diuinitate ſuppoſiti. Alios (ait Diuus Thomas in Ioannem) ſanctificauit, vt ſint filij adoptiui: Chriſtum autem ſanctificauit, vt eſſet Filius Dei, per naturam, vnitus in perſona Verbo Dei, &c. Lege Diuum Hilarium libro ſeptimo de Trinitate.

Veri-

Digitized by Google

Veriſimili' eſt, hoc loco loqui Chriſtum, de ſanctificatione humanitatis per gratiam. Etenim ſecundùm humanitatem, admirandā Chriſto gratiam, & ſanctitatem Deus contulit. Eſt ergo ſenſus ſimplicior, Filiū Dei, naturalem Pater Deus, admirabili gratia, & ſanctitate donauit, & in mūdum miſit, huic vos dicitis; *quia blaſphemas*: hoc eſt, vtique blaſphemas, (*quia*, enim non ſignificat cauſam, hoc loco, ſed, *vtique*) *quia dixi, Filius Dei ſum*: At Scriptura Deos vocat iudices Pſal.81. ſi iudices Dij vocantur abſque blaſphemia: Dei Filius naturalis, abſque blaſphemię crimine meritò ſe Deum appellare poteſt.

Chriſtus quo modo verè dici poſſit De'.

Obijcies: Verba indicant, Chriſtū eſſe priùs ſanctificatum, quàm in mūdum mitteretur, at verò iuxta hunc ſenſum, ſimul ſanctificatus eſt, & in mundum miſſus. Eſt enim in mundū miſſus Filius, cùm homo factus eſt: tunc etiam omnibus Spiritus ſancti donis, gratiáque abundantiſſima eſt ſanctificatus. Reſpōdemus, verba nō ſignificare illā prioritatem. Eſt enim ſenſus; Filius, quem Pater Deus ſanctificauit, ſimùlque miſit, vel cùm miſit in mundum, &c. Poſſumus etiam huic ſanctificationi gratiæ, & donorum Spiritus ſancti, ſanctificationem adiungere vnionis hypoſtaticæ, hoc modo: Quē Pater ſanctificauit, tùm per vnionem diuini ſuppoſiti, tùm per gratiam, Spiritúſque ſancti dona admirabilia, & miſit in mundum: vos blaſphemiæ damnatis, quòd Deum ſe dicat?

Si non facio opera Patris mei.

RVrſus ex operibus confirmat ſe Filium Dei, & Deum, eſſe. *Si ego non facio opera Patris mei*, hoc eſt, ſi nō facio opera Dei, quæ ſolus Deus facere poteſt, ſcilicet, miracula, nolite mihi credere. Aliter, ſi non facio eadem ipſa opera, quæ Deus Pater facit: nolite credere. Mortuos in vitam reuocat Pater, & ego cum Patre. Ægris admirabiliter ſanitatem confert Pater; idē opus ego operor cum Patre, reliquáq. ſimilia; quia vt dixi: *ego & Pa-*

Ex operib. oſtēdit Dominus ſe eſſe Filium Dei, & Deum.

A *ter vnum ſumus*. Filius facit opera Patris, & Pater facit opera Filij. Eadem enim eſt Patris, & Filij potentia, & eſſentia, ac proinde eadem, quæ cernitis, opera, & miracula. Quòd ſi Patris opera facio, & ſi mihi credere non vultis, credite ipſis operibus admirandis; quæ probant me eſſe in Patre, & Patrem eſſe in me, hoc eſt, vnam eſſe meam, & Patris eſſentiam diuinnā, Patrémq; & Filium eſſe vnum natu-
B ra. Eſt autem Filius in Patre, & Pater in Filio, quia eſſentia Filij, eſt in Patre, & eſſentia Patris in Filio. Legendus Diuus Thomas 1. q.42. art.5.

Quærebant ergo eum apprehendere.

NOn eſt omnino compreſſus Iudæorum furor; Chriſtum vinculis conabantur obſtringere. Conatus tamen irriti fuere: nondum enim ve-
C nerat hora eius. *Exiuit de manibus eorum*, ait Euāgeliſta. Vel enim iam iniecerant in eum manus, vt comprehē derent; vel iniicere parabant. Exiuiſſe autem videtur, potentia diuina illorum ſe abſtrahens conſpectui; vel, impiorum continens manus, & conatum, donec diſcederet. Quò diſceſſerit Euangeliſta indicat. *Abijt* (inquit) *iterum trans Iordanem, in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primùm, & manſit*
D *illic, &c.* Duobus in locis ſcripſit Ioannem baptizaſſe: primùm in Bethania cap.1. *Hæc* (inquit) *in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioānes baptizās, &c.* Poſtea in Ænnon, c.3. *Erat Ioannes baptizans in Ænnon, iuxta Salim, quia aqua multa erant illic, &c.* Chriſtus nunc abijt trans Iordanem, in lōcum, vbi erat Ioannes baptizans primùm, id eſt, in Bethaniam: de hoc loco diximus tom 2. lib 2. c.13.

Iudæi voluerūt Dominum apprehendere.

E

Et multi venerunt ad eum.

NOn abſque fructu, in illum locū diſceſſit Chriſtus, in quo Ioannes primùm baptizabat: diſceſſum magnus conſecutus eſt fructus. Nam multi ex Iudæis, eundem in locum conuenerunt, locus vero magnum Baptiſtam, ab Herode occiſum, eiuſ-

Chriſtus abijt trans Iordanem, in locū vbi baptizauerat Ioan.

que de Chriſto teſtimonia, in memoriam reuocant. Quo circa cum Ioanne Chriſtum conferentes aiebant: *Ioannes nullum edidit miraculum*: Ieſus autē multa edit, multòque præcellentior eſt Ioanne; Præterea, quæcunq; de Ieſu Ioannes dixit teſtimonia, vera eſſe comperimus. Dicebant [ait Chryſoſtomus homil 60.] Si Ioanni credendum eſt longè magis huic, ſi illi ſine ſignis, huic potiùs, qui illius teſtimonio & ſignis cōfirmatur. &c.

D. Chryſo. Ioānes cur non fecerit miracula.

Itaque multi eo in loco in Chriſtū credidere, tùm miraculis Chri, tùm teſtimonijs Ioannis, maximè verò interno Dei auxilio adducti. In templo quidam, lapidibus Dominum cædere voluerunt; alij in deſerto crediderūt: ſic nunc, alij in templo, id eſt, Eccleſia, lapidibus, id eſt, ſceleribus, cędūt; alij in deſerto id, eſt, in Ethnicorum regionibus, credunt. Obſerua, Ioannem nullum feciſſe miraculum. Rationem reddit D. Thomas 3. par. quæſt. 38 art. 2. ad 2. Si [inquit] Ioannes feciſſet ſigna, homines ex æquo Ioāni, & Chriſto acceſſiſſent. Et ideò vt homines principaliter Chriſto intenderent, non eſt datum Ioāni vt faceret ſignum. Auſteritas vitæ officium Ioannis commendabat. Hęc ille. Aduerte, verba illa; *Ioannes ſignum fecit nullum*, non eſſe Euangeliſtæ, ſed illorum qui ad Chriſtum venerunt: quamobrem Ioannem miraculum nullum feciſſe, non docet fides hoc loco Tamen hæc eſt recepta ſententia, hos homines verum aſſeruiſſe. Obſerua præterea Ioannem multa de Chriſto dixiſſe, quæ populus, & intellexit de Chriſto fuiſſe dicta, & fuiſſe veriſſima tanti teſtis teſtimonia. *Omnia* (aiunt) *quæcumque dixit Ioannes de hoc; vera erant, &c.* Tanto autem teſti non credere, crimen erat.

C A P V T XVIII.

Facta ſunt encænia.

Morale.

SApientiſſimus Iſraelitarum Rex Salomon, templum Deo, toto celeberrimum orbe, exædificauit; barbarus Chaldæorum Rex Nabuchodonoſor, ſolo æquauit, ſcilicet, ſapientiæ eſt, templa Deo extruere; barbariç, atque inſipictiæ eſt, euertere. Tādiu euerſio templi, quamdiu Babylonica Iſraelitarum captiuitas, durauit. Redierunt in patriam Iſraelitæ, in priſtinum ſtatum redijt templum. Prophanatum verò eſt ab Antiocho Syriæ rege, auro ſpoliatum & turpiſſimo Iouis idolò contaminatum, a Iuda deinde Machabæo renouatum, ac expurgatum. 1. Mach. 4. & 2. Macha. 10. Huius renouationis, & expurgationis, feſtiuitas, encæniorum feſtiuitas dicit; quæ ſingulis annis. per dies octo celebrabatur. Vnum extruxit tēplum, antiquus ille Salomō, quod auro vndique rutilabat: noſter verò Salomon Chriſtus, multa extruxit, quotidieque extruit templa, quæ pretioſiori rutilant metallo. Salomon mortuum tēplū exędificauit; viua Chriſtus tēpla exædificat. *Neſcitis* (ait Paulus 1. Corinth. 3) *quia templum Dei eſtis vos: & ſpiritus Dei habitat in vobis? &c.* Vnum verò eſt Chriſti templum, & multa ſunt Chriſti templa. Vt enim (ait Auguſtinus epiſtola 57. ad Dardanū) ſimul omnes vnum templum, & ſinguli, ſingula templa ſumus. Vnum tēplum ampliſſimum, quod reliqua omnia templa complectitur, Eccleſia eſt; minimè caducum, vt illud Salomonis. Nam Salomonis templum, vt diximus, æquatum ſolo eſt: Eccleſiæ verò templum, euerti nunquam poterit. *Portę inferi* (ait illius conſtructor Chriſtus Matth. 16. *non praualebunt aduerſus eam*. Peculiaria templa deſtrui poſſunt, profanari, accontaminari, Chriſtiani namque ſinguli, poſſunt cadere; peccatiſque profanari, & commaculari. At Eccleſia tota non poteſt.

Tēpla Dei exędificare piorū, euertere barbarorum.

Chriſtus multa exędificat templa animata.

1. Cor. 3.

Eccleſia templum Dei.

Matth. 16.

Multa ſunt huiuſmodi templa Dei viua diruta, ſolo proſtrata, flagitijſq; contaminata, quæ nō Antiochus, ſed cacodæmon, ſplendidiſſimo caritatis auro ſpoliauit, turpiſſimiſque libidinis, auaritiæ. ſimiliumque flagitiorū idolis inquinauit. Quid igitur? iacere templa Dei, deſerta, & profanata patiemi-

Digitized by Google

A tiemini, ò populi Dei paſtores, concionatores, confeſſarij? Nullus animum ardor incendet, nullus Dei zelus inflammabit? Audi e quæſo, ſtrenui illius Machabæi adhortationem, lib. 1. Machab. cap. 3 *Erigamus* [inquit) *deiectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris, &c.* Item ca. 4. *Aſcendamus mundare ſancta, & renouare, &c.* Deiectum Dei populum, contaminata Dei templa cernitis; erigite deie B ctionem populi veſtri, id eſt, vobis a Deo commiſſi, pugnate pro populo, ſpiritualib. armis, & pro templis Dei. *Aſcendite mundare ſancta, & renouare.* Aſcendite (inquã] vita, exemplo, moribus, renouamini, vt renouati populũ renouetis. Expurgate Dei contaminata templa, encæniorum, id eſt, renouationis, iucundiſſimam Deo feſtiuitatem celebrate. Quid enim iucundius Deo eſſe poteſt, in orbe terrarum ea C feſtiuitate, qua animi renouantur hominum? quid lætius? quid optabilius? Celebrauit hanc feſtiuitatem Chriſtus. Propterea enim in orbem terrarum venit è cœlo, vt homines renouaret, & renouationis feſtum hoc ageret. Celebrant magno gaudio Angeli: *Gaudium enim in cœle eſt,* Lucę 15 *ſuper vno peccat. re pœnitentiam agente,* id eſt, ſe ipſum renouante. Celebrant boni paſtores, concionatores, & confeſſarij, D diuino ardentes zelo, qui magnam ex renouatione animorum lętitiam capiunt. Denique celebrant illi, qui vitiorum vetuſtatem propellentes, diuina ſe virtutum nouitate renouant.

1. Mach. 3. & 4.

Poſterũ Eccleſię Zelus qualis debeat.

Feſtũ renouationis hominum.

Duos commemorat homines Apoſtolus, ad Coloſſenſ. 2. alterum veterem, alterum nouum, alterum exuendum, induendum alterum. *Expoliantes* (inquit) *vos veterem hominem, cum actib. ſuis, & induentes nouum, &c* Vetus ho- E mo veſtis eſt turpiſſima, ac ſordidiſſima; qua nihil fœdius excogitari poteſt. Quid peccato fœdius? nouus homo, veſtis eſt nobiliſſima, ac ſplendidiſſima, qua nulla in vita hac pulchrior, repetiri poteſt. Quid enim pulchrius caritate, & gratia, virtutum omnium gemmis adornata? Si veſte ſordidiſſima, laceraque indutus eſſes, offerret verò tibi princeps mundiſſi-

Coloſſ. 2.

Duo homines, vetus, & nouus.

A mam, auro, gemmiſque fulgentem; nonne protinus illam exueres, indueres hanc? Si ergo ſordidiſſima peccatorum veſte indutus es; offert tibi ſummus Rex Chriſtus, auro, gemmiſque micantem veſtem, id eſt, caritatem, & gratiam, exue ſordidam, indue puram, exue veterem hominem, fœdum, ac turpem, indue nouum, pulcherrimum, ac ſplendidiſſimum. Si decrepitam, ac deliram, & cœcam ſe- B nectutem exuere ſenex, ætatemque, & corpus renouare poſſet, & ſi magno conſtaret, faceret. Nonne vetus homo cœcus eſt, cœleſtes diuinaſque res minimè cernens? Nonne delirus eſt, caducarum rerum ſequens deliria? Nonne ſtultus, cum modica voluptate, æternam commutans fœlicitatem? At nouus florenti Chriſti ætate exultat, & robore, prudentia valet, qua humana omnia, pro cœleſtibus C ſpernit; oculos clariſſimos habet, quibus tum peccati turpitudinem, tum virtutis pulchritudinem cernit, æterna gaudia, & æterna ſupplicia conſiderat, Deumque ipſum contemplatur. Quid igitur cunctamur? Cur cœcum, delirantem, decrepitumque veterem hominem, non exuimus; nouũ verò florenti ætate, prudentia, robore clariſſimiſque oculis præditum, non induimus?

Vetus homo exuendus.

D Vetus homo, Adam peccans fuit; nouus homò Chriſtus. Ille veterem hominem exuit, qui Adamum exuit; hoc eſt, peccatum, & concupiſcentiã. Ille nouum hominẽ induit, qui Chriſtum induit; hoc eſt, caritatem, humilitatem, manſuetudinem, miſericordiam, reliquaſque virtutes Chriſti; iuxta illud Pauli eodem 3. capite ad Coloſſenſ. *Induite vos viſcera miſericordia, benignitatem, humilitatem, modeſtiam,* E *patientiam, &c.* Veterẽ hominẽ exuerat, indueratque nouum, *Mulier illa, quam Apoc 12. amictam Sole, Lunamque pedibus conculcantem, Ioannes vidit* Amictus ille Sole eſt, qui Chriſtum induit Iuſtitiæ Solem, qui Chriſti imitatione fulget, qui Lunæ inconſtanti ſimilem mundum conculcat, eiuſque mores exuit. *Primus homo* (ait Paulus 1. Corinth. 15.) *de terra terrenus, ſecundus homo*

Vetus hõ Adã, Chriſtus nouus.

Digitized by Google

hemo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus tales & terreni, qualis cęleſtis, tales & cęleſtes: igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cęleſtis, &c. Qui nō renouatur, terrenus eſt; mundum diligit, terræ, & mundo adhæret: qui verò renouatur, cœleſti homini Chriſto ſimilis eſt; nempè cœleſtis, Solis radijs amictus, cœlum amat, cęlum concupiſcit.

Dei imaginē vitia conſpurcant.

Dei imaginē, quæ in homine eſt, vetuſtam efficiunt vitia, ac conſpurcant, ita vt digna ſit, quæ in tartareas mijciatur flammas, niſi renouetur. Qui ergo tartareas flammas vult effugere; Dei in ſe imaginem renouet. Renouabit autem, ſi Chriſti in ea ſimilitudinem, virtuſque depinxerit, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli ad Coloſſ. 3. *Induentes nouum hominem eum, qui renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem eius qui creauit illum: vbi non eſt gētilis, & Iudęus, circumciſio, & præputiū, barbarus, & Scytha, ſeruus, & liber. Sed omnia, & in omnibus, Chriſtus, &c.*

Renouatio hominis, & encænia.

Hoc eſt, renouatur homo nouus, in cognitionem Dei, ad cognoſcendum Deum, per fidem viuam, renouatur (inquam) ſecūdum imaginem Dei, qui illum creauit, i. in parte illa præcipuè, in qua eſt imago Dei, ſ. in mente & ſpiritu, iuxta illud ad Epheſ. 4. *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ*: hoc eſt, renouamini in ipſo ſpiritu veſtro, vbi eſt imago Dei, renouate ipſam Dei imaginem in vobis. Renouate intellectum, fide, ſanctiſq; meditationibus, voluntatem, ſanctis deſiderijs, mandatorumq; obſeruatione, memoriam, Dei perpetua recordatione. In his. n. animi facultatib. Dei imago eſt. In hac autem renouatione, non eſt gentilis, & Iudæus, barbarus, & ſcytha, ſeruus, & liber. Nihil enim ad illam refert, ſis ne Iudeus natione, an gentilis, barbarus, an ſcytha, ſeruus an liber. Vnde illud ad Galat. 6. *In Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura, &c.*

Aliter explicari poſſunt verba illa: *Renouatur ſecundùm imaginem illius, qui creauit illum*: hoc pacto. Renouatur homo, ſecundùm imaginem Dei, hoc eſt ſecundùm ſimilitudinem Dei: reno-

Homo quō renouatur

A uatur cùm ſimilem Deo reddimus animum, puritate, vitæque ſanctitate, cum diuinas virtutes in nobis, Deiq; imaginem pulcherrimam pingimus: ideò dicitur, *nouus homo creatus ſecundum Deum*, ad Epheſ. 4. *Qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, &c.* Creatur à Deo nouus homo, quia à Deo fit, Dei opus eſt, nobis tamen concurrentibus, creatur ſecundum Deum; quia ſecundùm Dei imaginem,

B & ſimilitudinē efficitur. Hęc autem Dei ſimilitudo eſt iuſtitia, & ſanctitas vera. *Creatus* (inquit) *in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* Hæc Chriſtiani viri ſunt encænia, hęc templi viui, id eſt, animi renouatio.

Deambulat Chriſtus in nobis.

Cùm illa templi antiqui encænia celebrantur, deambulabat Chriſtus in templo. Similem in modum, cùm nos templi noſtri, id eſt, animi encænia; id eſt, renouationem agimus, ma-

C gna cum voluptate, deambulat in nobis Veterem hominem cum actibus ſuis, i. peccatis, odit, & fugit, nouum diligit, & complectitur.

In hyeme, i. vita hac, agēda ſunt encęnia.

Hyems erat, vt Euangeliſta ait, cùm hoc agebatur feſtiū. Etenim vt Theophylactus animaduertit, hyeme agenda eſt animi renouatio; hoc eſt, in vita hac, q̄ hyemi ſimilis eſt, frigore, procellis, ſcelerumq́ue plena imbribus. In terra hyems, in cœlo ver erit æter-

D num. Qui in hac hyeme, ſe non renouarit; ad æternum ver non perueniet. Ex hac hyeme procelloſa, tranſibit in hyemem, grauioribus procellis, nempè Tartareis, horridam. Da operam (ait Theophylactus Ioann. 10.) dum hyems eſt, præſens dico vita, quę ſemper a malis ſpiritibus turbatur; vt celebres encænia ſpiritalis templi, ſemper nouus factus, & aſcenſiones in corde ponens. Aderit enim tunc tibi

Ver futurū ſęculum deſignat.

E Ieſus, qui ſimul celebret encæniorum feſtiuitatem, &c. Idem: Ver, futurum ſæculum eſt, quo omnia reuiuiſcunt: quò nullus animam renouare poteſt. Hæc Theophyl.

Præterea hyems eſt, cùm renouatur animus; quoniam lachrymarum imbre renouatur. Quis enim nō effundet lachrymas cordis amariſſimas, ſi templum Dei, id eſt, animum ſuum,

videit

viderit à Deo deſertum, virtutibus, A
& gratia ſpoliatum, ſceleribus contaminatum, idoliſque turpiſſimis profanatum? Cùm ad renouãdum templum, aſcenderunt Iſraelitæ, vt legitur 1. Machab. 4. *Viderunt ſanctificationem deſertam, & altare profanatum, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata, ſicut in ſaltu, vel in montibus, & paſtophoria diruta, & ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum, &c.* Eundem
in modum cùm ad renouandum animum, aſcendit Chriſtianus, videtque templum ſuum à Deo deſertum, altare id eſt, cor, idolis profanatũ; portas, quæ vitijs aditum obſtruere debuerunt, exuſtas, in intellectu, memoria, voluntate, appetituq; ſentiente, veluti in atrijs, mille vitiorum virgulta nata, ſicut in ſaltu, & diruta Dei ędificia, ſi nõ veſtimenta, certè cor ſcin
dit, planctu magno plangit, agitque C
acerbiſſimam pęnitentiam. Hæc hyẽs eſt, qua renouatur templum. *Pluuiam voluntariam* (ait vates Pſal. 67.) *ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam. &c.* O beatã pluuiam, ò beatam hyemem, qua infirmata Dei hæreditas perficitur, & inſtauratur. Voluntaria hyems eſt, pœnitentię hyems, non à natura proficiſcitur, ſed à gratia Dei, & voluntate hominis, cum gratia Dei concurren-
tis. Eſt hyems ſegregata hæreditati D
Dei, id eſt, animę Dei, cui' cęleſti imbre, vetuſtate peccati infirmata, perficitur, hoc eſt, gratia renouatur.

Pœnitentia omnium renouat.

Pœnitentiæ hyemem ſequitur ver gloria.

Sequitur hanc hyemem, ver gloriæ ęternum, in quo alia præſtantiora encænia celebrabuntur, alia multo maior renouatio, tùm animi, tùm corporis agetur. Nam in his terræ encænijs, animus gratia renouatur, in cæleſtib.
encænijs, inaudita renouabitur gloria. Hic corpus caſtitate, modeſtia, alijſq; virtutib. redintegratur; at vere illo æterno, etiam immortalitate, impaſſibilitate, ſplẽdore, pulchritudineque redintegrabitur admirabili. Qui vult celebrare encænia in cęlo; prius encænia celebret in terra: hoc eſt, qui vult poſt mortẽ gloria renouari; prius ſeipſum dũ viuit gratia, virtutibuſq;

Encænia in terra, & in cœlo.

Encænia q vult celebrare in cęlo prius celebret ĩ terra.

renouet. Veterem hominem cęlum non capit, nouum & capit, & miris ornamentis condecorat.

Hanc vitæ renouationẽ aquila docet, iuxta illud Pſal. 102. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Dicit aquila renouari, (vt refert Auguſtinus eodem Pſalmo) cibum ſumendo; à quo propter roſtri partem ſuperiorem excreſcentem, abſtinebat. Eundem in mo
dum homo renouatur, cæleſtem ſumendo cibum, a quo abſtinet; id eſt, Dei verbum, auguſtiſſimamque Euchariſtiam, præuia pænitentia. Pars ſuperior roſtri adunca, ſic aquilæ excreſcere fertur, vt cibum capere non queat. Illidit roſtrum lapidi, frangit, tollitque impedimentum, cibum ſumit, iuueneſcit. Qui renouari vult inſtar aquilæ, impedimenta tollat, quæ cibum animi capere prohibent; occupationes inanes abigat, quæ Verbũ Dei audire, libroſque de cęleſtibus & diuinis rebus, conſcriptos quotidie attentè, ac conſiderate legere non ſinunt; ſuperbiam frangat, libidinem, cæteraque vitia omnia, quæ menſæ cęleſtis Euchariſtiæ, accumbere non patiũtur. Si cibum ſumpſerit, paulatim vt aquilæ, iuuentus illius renouabit. Præterea dicitur aquila renouari; quoniam veteres plumas exuit, nouas alias induit. Illa exuit veterem aquilã, induit nouam, nos exuamus veterem hominem, vetereſque plumas, id eſt, mores: nouum induamus hominem, nouaſque plumas, quibus in cœlum poſſimus euolare.

Aquilę renouatio imitanda.

Docet etiam ſerpens, vitæ renouationem. Vt enim Auguſtinus ait libr. 8. de Ciuitate Dei, capite 15 Serpentes dępoſita tunica, ſenectutem deponere, atque in iuuentam redire perhibentur. Et Pſal. 57. Quid (inquit) facit ſerpens, vt exuat ſe veterem tunicam? coarctat ſe per foramen anguſtum, &c. *Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes*: ait Dominus. Matth. 10. Hanc igitur prudentiam ſerpentis imitemur. Veterem tunicam; hoc eſt, veteris hominis cupiditates, peccataque omnia. Id vt præſtemus, per foramen anguſtum pœnitentiæ, vitiꝛque arctioris, ingrediamur, latã vitiorum

Serpentis renouatio imitanda.

Anguſtum pœnitentia foramen.

rum fugiamus viam. Foramen anguſtum (ait Auguſtinus) arcta, & anguſta via eſt, quæ dicit ad vitam. Ibi ponenda eſt vetus tunica; & alibi poni non poteſt, &c.

Terra renouatio imitanda.

Docet item renouationẽ terra ipſa, in qua verſamur. Verno enim tẽpore ſeſe renouat, amiſſamque viriditatem, florũ, frondiũmque amœnitatem recuperat. Si terrenus homo es, ab humo dictus; humũ ipſam imitare: expelle vetuſtatem ſcelerũ, virtutum viriditatem, gratię, caritatiſque amœnitatẽ aſſume. Caue tamẽ, ne eandem terram, amœnitatis vernæ abiectione ſequaris. Vere quidem ſe renouat; ſed renouationem minimè retinet; amœnitatem viciſſim induit, & exuit. Virtutum amœnitas aſſumenda eſt; ſed abijcienda numquam. Nouus homo non tanquã veſtis, quæ induitur, & exuitur; ſed eo animi propoſito ſtabili eſt induẽdus, vt nullo vnquam tempore, Deo iuuãte, exuatur. Veſtis hæc ſummi pretij, nec diurno, nec nocturno tempore eſt deponenda: imò ſi quis eam nobis velit detrahere; vita potius, quàm veſtis omne pretium ſuperans, amittenda eſt.

Renouatio ſit perpetua.

Cõſideratio animũ renouat, & ſpiritalia exercitia.

Quęrit aliquis, quid agam, vt renouer? Reſpondeo, viam quę ad renouationem ducit, rerum eſſe æternã conſiderationem. Qui renouari vult, caducarum rerũ vanitatem, vitæ breuitatem, præmij, ſupplicijq; peccato debiti æternitatem, cõſideret. Quemadmodum ſerpens foramen anguſtum ingreditur, vt ſe renouet; ſic vir prudens, anguſtum cubiculũ ingreditur, in eoq; æternitatis conſiderationi, & orationi, per dies aliquot vacat. Prudens ſerpẽs, in anguſto foramine pellem veterem; vir prudens, veterem hominem cum actibus ſuis, in anguſto cubiculo exuit, euaditq; illi columbæ ſimilis, de qua Pſal. 67. dicitur: *Si dormiatis inter medios cleros*, id eſt, ſortes, *pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri, &c.* Eximius ſomnus eſt conſideratio. Vt enim ſomnus, ſic conſideratio vires renouat, hominemque à tumultu, negotijſq; abductum redintegrat. *Si igitur dormiatis inter medias ſortes*, quarum neceſſe eſt alteram vobis contingere; ſi ſortem vnam lætiſſimam beatorum, mœſtiſſimam alteram damnatorum, animo attentè volueritis; planè renouabitur ſicut columba, anima veſtra, virtutũ candore, argento, caritatis & gratiæ ſplendore, auro ſimilis erit. Vt D. Lucas ait cap. 9. transfiguratus eſt Chriſtus dum oraret. *Facta* [inquit] *eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera, &c* Trãſfiguratio renouatio quædam eſt. Si transfigurari, vel renouari cupis, ora, & meditare æterna. Lege quæ diximus tom. 1. lib. 1. cap. 14. de nouitate noui Teſtamenti.

CAPVT XIX.

Facta ſunt encænia, &c.

Morale.

CElebrabant Phariſæi, & Scribæ encænia, i. renouationem templi ſed non animi ſui; longè ab illis renouatio, longè aberat nouus homo; veteri homine induti erant, illiuſque actibus, atque in primis inuidia, & odio Chriſti. Odio concitati, arcem illam munitiſſimam, id eſt, Patris Sapientiam circumdederunt, occultiſq; cuniculis capere tentarunt. Tentantes aiunt: *Quouſque animam noſtrã tollis: Si tu es Chriſtus*, id eſt, Meſſias, *dic nobis palàm, &c.* Vt Meſſiam, Regemq; ſe eſſe profiteretur, cupiebant. Id ſi faceret, læſæ maieſtatis reum facerent; arcẽ, vt opinio eorum ferebat, caperent, Romanorumque manib. euerterent. At verò erat arx inexpugnabilis, neque occultis cuniculis capi, neq; apertis machinis expugnari poterat. Occultos cernebat Dominus cuniculos, vafram mentem, apum aculeum abſconditum. Pſ. 117. *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis &c.* Circumdabant Chriſtum Iudæi, ſicut apes, odij igne inflammati, qui ſic in illis, velut in ſpinis exardebat. Similes enim erant aridis ſpinis, nihil fructus producentibus, ſed Chriſtum pungentibus. Illorum verò inuidia, & odium

Phariſæi Chriſtum tentarunt.

& odium ſimile erat igni his in ſpinis exardeſcenti. Similes quoque erant apibus, mel in ore, aculeum abſconditum ferebant in corde. Matth. 7. ait Dominus. *Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, &c.* En lupos ouium veſtimentis indutos. Oues ſe eſſe velle ſimulant, lupos mente gerunt: *Si tu es* [inquiunt] *Chriſtus, dic nobis palàm,* vt credamus, & oues tuę ſimus. Non credere volebant, vt oues, ſed occidere, vt lupi. Ezech. 2. *Cum ſcorpionibus habitas*, ait Dominus Prophetæ. Scorpiones Iudæos appellauit. Habitabat Chriſtus cùm ſcorpionibus fallacibus. Non ore venenum fundit ſcorpio, ſed cauda percutit. Eundem in modum, fallaces hi Iudęi ſcorpionibus venenatis ſimiles, ore blandiebantur, venenum in cauda geſtabant; fallaciter verba petebant, qui verba dabant.

Scorpiones Iudæi nominantur.

At Chriſtus opera dedit: *Opera* (inquit) *quæ ego facio in nomine Patris mei, hęc teſtimonium perhibent de me, &c.* Meſſias erat, & Rex; Meſſiam ſe eſſe, Regemque orbis totius minimè iactabat verbis, ſed indicabat operibus. Egregium hoc eſt Chriſtiano documentũ. Nobilis es, diues es, ſapiens es, Eccleſiæ paſtor, vel Doctor, noli verbis iactare, quod es, ſed operibus proba. Vt Lydius lapis, quale ſit aurum; ſic opera oſtendunt, qualis ſit homo. Arborem fructus boni, vel mali; hominem opera proba, vel praua demonſtrant. *Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos* (ait D. Iacobus cap. 3.) *Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ, &c. Inuiſibilia Dei* (ait Paulus ad Rom. 1.) *per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas, &c.* Quemadmodũ Dei inuiſibilia ex viſibilibus Dei operibus cognoſcuntur; ſic hominis inuiſibilia ex viſibilibus hominis factis cõſpiciuntur. Sunt autem hominis inuiſibilia, virtutum habitus, qui ſub aſpectum non cadunt. Cognoſcuntur autem habitus inuiſibiles ex actibus viſibilibus. Tabulæ illæ, in quib. decem Dei mandata ſcripta ſunt, appellantur teſtificatio & teſtimonium. Exod. 25. *Pones in Arca* (ait Dominus Moyſi) *teſtificationem.* Item: *In qua pones teſtimonium*, id eſt, tabulas, in quibus decem præcepta exarata ſunt. Illæ enim tabulæ teſtabantur fœdus initum à Deo cum Iſraelitis. Quemadmodum decem mandata in tabulis ſcripta teſtimonium erant, & teſtificatio fęderis, ita etiam eadem mandata operibus expreſſa teſtimonium ſunt, & teſtificatio vitæ; quoniam, qualis vita hominis ſit, teſtificantur. Arca teſtimonij dicebatur, quæ mandatorum ſeruabat tabulas. Vir teſtimonij dicitur, qui mandata ipſa ſeruat. Ioann. 6. ait Chriſtus; *Hunc Pater ſignauit Deus, &c.* Sigillis ſuis Deus Chriſtum ſignauit. Etenim miracula ſigilla Dei erant, vitæque ſanctimonia, & doctrina ſanctiſſima, quæ demonſtrabant Dei Filium, verumque Meſſiam indicabant. Eodem pacto, viros probos Deus ſignauit. Sigilla autem bona opera ſunt, quæ, quales illi ſint, teſtantur. Iuxta illud Matth. 7. *Ex fructibus eorum,* id eſt, ex operibus, *cognoſcetis eos, &c.*

Operib. probanda munera.

Opera, vitæ teſtes.

Bona opera ſigilla.

Horum Iudæorum fructus lapides fuere. Suſtulerunt lapides, vt Chriſtũ cæderent. Quales Iudæi fuerint, lapides ipſi oſtendunt; lapidei erant, & peccati frigore obdurati. Quemadmodum aqua frigore obduratur, conuertiturque in lapidem; ſic corda peccati frigore obdurantur, & in lapides conuertuntur. Secundùm illud Iob 38. *In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, &c. Hyems erat,* ait Euangeliſta. Frigida hyems Iudæorum corda occupauerat, & in ſaxa commutauerat. Auguſtinus tract. 48. in Ioann. *Hyems* (inquit) *erat,* & frigidi erant Iudæi. Frigueraut diligendi caritate, & ardebant nocendi cupiditate, &c. Velamine caritatis carebant; ideò frigore algebant, & lapides tollebant. Congruunt illis verba illa Iob. 24. *Non habentes velamen, amplexantur lapides, &c.* Caritatis velamen non habebant; idcircò Chriſtum non amplexabantur, ſed amplexabantur lapides, quibus & pectoris ſui duritiam demonſtrarent, & Meſſiam ſuum necidarent.

Frigida, & lapidea impiorum corda.

Mirum eſt, hyemem tunc fuiſſe, cũ

Sol

Sol maximè propinquus eſſet: *Hyems erat, & ambulabat Ieſus*, i. Sol iuſtitiæ, *in templo, &c.* At propinquus erat Sol corporibus, ſed lōgiſſimè diſtabat ab animis, in quibus horrida vigebat hyems, quæ craſſis vitiorum nubib. fulgentes repellebat Veritatis radios. *Loquor* (inquit Dominus] *vobis, & non creditis, &c.* Quaſi diceret: Prope vos Sol eſt, fulgorem in vos mittit Veritatis; vos vero craſſis nubib. obtecti, veriſſimæ doctrinæ radios repellitis. Idē contingit nobis. Maximè propinquus nobis Sol eſt Chriſtus; eſt tamen in multis hyems frigidiſſima: quia Solis ardentem ſplendorem, flagitiorum veluti nubium vis reijcit. Iuxta illud Iob. 24. *Ipſi fuerunt rebelles lumini, &c.* Lumini diuino rebellant inſpirationibus. Magnus erat Chriſti fulgor operum, miraculorum, doctrinæ, vitæque omnib. virtutib. ſplendidiſſimæ. Huic tanto fulgori rebelles fuere Iudæi, lapideſqu; aduerſus lumen rebelles tulere. *Loquor* (inquit) *vobis, & non creditis.* Non credebant, ſed Solem ipſum rogabant, num eſſet Sol. Quid enim aliud eſt dicere: *Si tu es Chriſtus, dic nobis palam*: quā dicere: Si tu es, Sol dic nobis apertè. Videbant Solem in hyeme, carnis nube tectum; ideò illū perſpicuè non agnoſcebant. Sed agnoſcitur in hyeme Sol, quamuis nubib. tegatur; ſi nubes ipſas ſplendore illuſtrat, ſi radios inter nubes immittit. Cùm igitur Sol noſter Chriſtus, humanitatis nubē operib. adeò illuſtrauerit, totque miraculorum radios per nubem ipſam in oculos Iudæorū immiſerit, potuerunt ſanè illi, & debuerunt, ex ſplendore, radijſque, Solem quamuis nube velatum, cognoſcere, & Deo opem ferentem credere.

Sol Chriſtus ī hyeme homines calefacit.

Sol nubib. tectus ſigna prebet ſui ſplendoris.

Sed non crediderunt, quia non erāt ex ouibus Chriſti: *Vos* (inquit) *non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.* Si oues mites eſſetis, ſimplicibus, candidiſq; præditi moribus, mea adiuti ope crederitis; at vulpes eſtis fraudulentæ, rapaceſque lupi. Habet Chriſtus oues multas in ouili Eccleſię, non tñ ſunt omnes prędeſtinatę ad ouile cęli. Omnes quicumq; fidem habent, Chriſti oues ſunt, in ouili Eccleſię collocatæ; peculiari tamen, & inſigni modo illius oues illæ dicuntur, quæ ad ouile cœli ſunt perducendæ. De his prædeſtinatis ad ouile cęleſte ouibus, locus hic à D Auguſtino, & alijs exponitur vt diximus. O fęliciſſimas oues, quæ ad æterna, vberrimaque paſcua a paſtore ſuo ſunt prædeſtinatæ. O infęliciſſimas illas, quib. dicet extremo illo die, quod his dixit Iudæis: *Vos non eſtis ex ouibus meis*, ex hœdis eſtis Satanæ.

Quicumq; fidē habet, Chriſti oues ſunt.

Prædeſtinatæ oues sūt Chriſti peculiarius.

B Latet prædeſtinationis huius arcanū admirabile. Quamobrem exclamat Paulus ad Rom. 11. *O altitudo diuitiarū ſapientiæ, & ſcientię Dei, quàm incomprehēſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis enim cognouit ſenſum Domini; &c.* Profundiſſimum eſt hoc pelagus, fluctus mouet altiſſimos; non pōt paruula intellectus humani ſcapha cęlum pertingentes fluctus pernauigare. Pſalm. 39. *Multiplicati ſunt ſuper numerum: &c.*

Prędeſtinationis pelagus occultum eſt.

C Etenim vocati ſunt multi ad fidem, non ſolùm ij, qui ex numero ſunt prædeſtinatorum, ſed alij etiā ſuper hunc numerum, vt Auguſt. eodem Pſalmo ait: Numerus (inquit) certus eſt, pertinens ad cęleſtem Ieruſalē: *Nouit* enim *Dominus, qui ſunt eius*: ſunt & ſuper numerum, &c. O terq; quaterq; beatum illum, qui ex numero eſt, non ſuper numerum. O beatū numerum, ſoli Deo cognitum.

D Soli Deo notus eſt numerus omniū prædeſtinatorum: *Nouit Dominus, qui ſunt eius.* Nemo verò hominum, abſq; Dei reuelatione cognoſcere poteſt, ſitne ex numero, an ſuper numerum; ſitne ex prædeſtinatis ouibus, an ex præſcitis. Quis poteſt dicere (ait Bernardus ſerm. 1. de lxx.) Ego de prędeſtinatis ad vitam ſum? &c. At vtilis eſt hæc ignoratio, humilitatemq; parit, vt indicat D. Proſper. lib. 2 de vocatione gentium, c. vlt. In remotiſſimo (inquit) ab humana cognitione ſecreto, præfinitio huius electionis abſcondita eſt; & de nullo ante ipſius finem prænūciari poteſt, quòd in electorum gloria ſit futurus. Vt perſeuerantem humilitatem vtilis metus ſeruet, & qui ſtat, videat ne cadat, &c. Idem D Auguſtinus docet li. 6. de corrept. & gratia, c. 13. Quis (inquit) ex multitudine ſi-

Soli Deo notus eſt numerus prędeſtinatorū 2. ad Tim. 2.

D. Bernar. Prędeſtinatus an ſis, nemo ſcit.

ne ſi-

ne fidelium,quamdiu in hac moralitate viuitur,in numero prædeſtinatorũ ſe eſſe præſumat? Quia id occultari opus eſt in hoc loco, vbi ſic cauẽda eſt elatio; *vt etiam per Satanæ Angelum,ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apoſtolus,* ſcilicet Paulus,&c Humilitatem gignit illud Auguſtini in lib.de ouibus, cap.10. Ouem te putas,hircum te fortè Deus nouit, &c. Si fores pulſat ſuperbia , hoc mente quiſque voluat. Ouem te putas , hircus fortè es apud Deum. Quòd ſi deſperatio vrget,contra cogitet: Hircum te putas,ouem te fortè Deus nouit . Etenim aduerſus deſperationem, & ſegnitiem valet ét prædeſtinationis occultatio. Vnde D. Thomas 1.pars quæſt.23.art. 1. ad 4. Etiamſi(inquit)aliquibus , ex ſpeciali priuilegio ſua prædeſtinatio reueletur,nõ tamen conuenit , vt reueletur omnibus Quia ſi illi, qui non ſunt prædeſtinati , deſperarent, & ſecuritas in prædeſtinatis negligentiam pareret.Hæc ille.

2. Cor.12.

Humilitatem gignit prædeſtinationis ignoratio.

Deſperatio, & ſecuritas cauenda.

D.Thom.

Attamen quamuis non reueletur nobis prædeſtinatio,ſigna prædeſtinationis cernere poſſumus,ex quib. nos prædeſtinatos eſſe & conijcere,& confidere poſſimus,animumque conſolari.Vnde D. Bernardus loco indicato: Certitudinem[inquit)non habemus, ſed ſpei fiducia conſolatur nos , &c. Poſtquàm Dominus Iudæos illos è numero ouium ſuarum excluſit , quales illæ ſint,aperit:*Non eſtis*[inquit)*ex ouibus meis* prædeſtinatis. *Oues meæ vocem meam audiunt,& ſequuntur me.* Ecce prędeſtinationis ſigna,& effectus Audire Chriſti vocem,illumque ſequi. Prędeſtinatos vocat Deus , & iuſtificat. Eſt.n. vocatio , & iuſtificatio effectus prædeſtinationis. Ad Rom.8. *Quos præſtinauit,hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit &c.* Si vocantem Deũ audimus,ſi vocationi obtemperamus ſi iniquitati ęternum nuncium remittimus,ſi iuſtitiam colimus,& mandata obſeruamus , ſi paſtorem ſublata cruce ſequimur.Iuxta illud Matth.16. *Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam , & ſequatur me,&c* Signa habemus egregia prędeſtinationis, quæ, vt Bernard.ait , nos

Signa prædeſtinationis.

D.Bernar.

Prędeſtinationis effectus,vocatio,& iuſtificatio.

Rom. 8.

Matth.16.

A conſolentur. Addit Paulus loco citato alium prædeſtinationis effectum, qui eſt glorificatio: *Quos* (inquit) *iuſtificauit,illos & glorificauit,&c.* Hunc quoq; effectum illa Chriſti verba hoc loco continent:*Ego vitam ęternam do eis, &c.* Itáq; hic locus prædeſtinationem indicat ouium Chriſti:*Ego*(inquit) *cogno ſco eas*,nimirum cognitione prædeſtinante,ſemperque in ęternam vitam dirigente.Indicat effectus prædeſtina

Rom. 8.

Prædeſtinatio ouium.

B tionis vocationem, & iuſtificationẽ: *Vocem meam* (ait] *audiunt, & ſequuntur me.* Indicat glorificationem: *Ego vitam æternam do eis,&c.*

Quia verò prædeſtinâre, effectuſq; prædeſtinationis dare Dei eſt, Deum ſe eſſe oſtendit,dicens:*Pater quod dedit mihi,maius omnibus eſt, ego , & Pater, vnum ſumus.*

Chriſtus Deus eſt, quia prædeſtinatur.

Prætereà , quoniam prædeſtinatio eſt certiſſima:fieriq; nequit, vt pręde

C ſtinati in ęternum pereant,ait: *Non peribunt in æternum , & non rapiet eas quiſquam de manu mea,&c.* Adde, dari quidem à Deo prædeſtinationis effectus, vocationem,iuſtificationem, meritaque omnia,non tamen ita dari homini , perinde ac ſtipiti , vel brutæ oui, nulla libertate præditæ.Concurrit homo ad hos effectus,meritaque liberè. Neque enim prædeſtinatio liberum tollit arbitrium . Sed iuuat Deus , ac

Certiſſima eſt prędeſtinatio.

D ducit liberè,& ſuauiter quò vult ouẽ prædeſtinatam,ita tamen vt reſiſtere poſſit,cùm ducitur.Quod Concilium Tridentinum definit ſeſſ.6.can.4.his verbis:*Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum,& excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti,atq; vocanti,quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat,ac præparet , nec poſſe diſſentire ſi velit,ſed veluti vnanime quoddã nihil omnino agere , mereq; paſſiuè ſe habe-*

Prędeſtinatio non tollit liberum arbitrium.

Conc.Trid.

E *re,anathema ſit,&c. Audiunt*[inquit Dominus] *vocem meam oues,& ſequũtur me* liberè.Superna pietas(ait D. Greg.in Iob.c.22.in fin.] prius agit aliquid in nobis,ſine nobis, vt ſubſequente quoque noſtro libero arbitrio bonũ , qđ iam appetimus,agat nobiſcum, &c.1. Corinth. 15. *Non ego* (inquit Paulus) *ſed gratia Dei mecum* Et Greg.ait ibidem: Non diceret Paulus,*mecum*,ſi cũ

D. Gregor. lib. 16.Moral. c.11.

1. Cor.15.

prę-

prçueniente gratia, ſubſequẽs liberũ arbitriũ non haberet. Vt ſe ſine gratia nihil eſſe oſtẽderet, ait Paulus: *Non ego.* Vt verò ſe cũ gratia operatũ eſſe per liberum arbitrium demonſtraret, adiunxit: *Sed gratia Dei mecum, &c.*

Libertas arbitrij nõ officit prędeſtinationi.

Libertas verò hæc arbitrij prędeſtinationis certitudini nõ officit. Tanta namq; eſt Dei potentia, & ſapientia, vt & ſciat, & poſſit, ſeruata libertate arbitrij, hominẽ liberè operantẽ, quocumq; velit ſuauiſſimè, congrua vocatione, & certiſſima, ducere. Hoc verò, quod ſcit, & poteſt, facit; hominis libertatem ſeruat, & veluti ouem, quò vult, perducit. Etenim ſi nõ liberè, ſed veluti libertatis expers, ouis operaretũ homo merita habere non poſſet. Habet autẽ merita, quia habet libertatẽ, libereq; cũ Deo digna prçmio efficit opera a diuina gratia promanantia. Dicet quiſpiã: Merita noſtra Dei ſunt dona: ergo nihil in illis habemus nos. Quòd ſi habemus aliquid, nõ ſunt dona Dei. Rñdeẽ, merita noſtra, & Dei dona eſſe maximè, & opera noſtra, liberè à nobis facta, cũ Deo cooperantibus. Habemus ergo aliquid in meritis & operib ſanctis, i. cooperationẽ liberam cũ Deo, ſine qua merita eſſe non poſſent.

Merita noſtra Dei sũt dona, & opera noſtra

Vbi non eſt libertas, nõ eſt meritũ.

Vbi nõ eſt libertas (ait D. Bernardus ſerm. 81. Cant.) nec meritum eſt. Propterea quę ſunt carentia ratione animalia, nihil merentur; quia ſicut deliberatione, ita & libertate carent, &c. D. Hieron. lib. 2. contra Iouinian. Vbi neceſſitas, nec corona, nec damnatio eſt, &c. Et Tertullian lib. 2. contra Marcion. Nec boni, neq; mali merces iure penſaretũ ei, qui aut bonus aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus non voluntate, &c. Quòd ſi roges, an cooperatio noſtra ſit donum Dei, necne? Rñdetur, cooperationem noſtram eſſe donum Dei. Nam ſi Deus nos nõ iuuaret, ageremus nihil. Prætereà, donum Dei eſſe illud probat 1. Corint. 4. *Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris?* Item: *Quis te diſcernit? &c.* Nam ſi non eſſet donum Dei noſtra cooperatio, nobiſcum agentis, poſſemus de illa gloriari, illaq; nos diſcerneret ab ijs, qui cũ Deo nõ cooperantur. Quamuis autem dona Dei ſint

Cooperatio noſtra eſt donũ Dei.

noſtra merita, à Deoq; fiant nobiſcũ agente; tñ ita Deus illa pro ſua liberalitate remunerat, ac ſi a nobis ſolũ fierent, magno Greg. teſte, loco ſuprà indicato: Bonum (inquit) Deus agit nobiſcum, quod tamen per immenſam gratiam, in extremo iudicio, ita remunerat in nobis, ac ſi ſolis proceſſiſſet ex nobis, &c.

De effectibus potiùs, quã de prædeſtinatione cogitandum.

Illud ad extremũ obſeruandum, de effectib. prędeſtinationis, ſ. vocatione, & iuſtificatione potiùs, quàm de ipſo prædeſtinationis profundiſſimo pelago, eſſe cogitandum. Prudentis. n. viri eſt, propterea ꝙ ignoret, an ſit prędeſtinatus, anxia ſollicitudine minimè perturbari, ipſis verò effectib. prædeſtinationis, vocationi, & iuſtificationi diligentem curam adhibere, conariq; magnoperè, vt Deo vocanti obediat, animiq; ſui iuſtificationẽ comparet, & operib. bonis adaugeat. Scire certò non poteſt homo, an ſit prædeſtinatus ſcire in poteſt veriſimiliter, an ſit iuſtificatus, & an bona opera faciat, quæ Deo placeant, atq; ex bona conſcientia, boniſq; operibus, magna cum animi conſolatione, ſe prędeſtinatum eſſe confidere. Hinc illud 2. Petr. 1. *Satagite, ut per bona opera certam,* Græcè, βεβαίαν, id eſt, *firmã, & certã veſtrã vocationem, & electionem faciatis, &c.* Videſne, quonam modo vocatio, & electio certa, ſiue firma fiat? Operib. bonis electio confirmatur, rataq; fit, & certa. Nam vt Paulus aſſerit ad Epheſ. 1. *Elegit nos Deus,* non quia ſancti eramus, & immaculati, vel quia boni aliquid, ꝑp quod eligeremur, habebamus; ſed, *Elegit nos* (ait) *ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in caritate,* hoc eſt, vt nos ſanctos faceret, & immaculatos. Qui ergo ſanctus eſſe conatur, & immaculatus, in conſpectu Dei in caritate, per bona opera, verba, ac deſideria electionem ſuam confirmat, redditque ratam, & ſibi certam probabiliter; quoniam electionis effectum in ſe videt. Vnde Auguſtinus lib. de bono perſeuerantiæ, ca. 22. *Deus* (inquit) *eſt, qui operatur in uobis, & uelle, & operari pro bona uoluntate, & à Domino greſſus uestri diriguntur, ut eius uiam uellitis.*

Hõ ſe prędeſtinatum unde conijciet.

Operib. bonis electio cõfirmatur

De ipſo autem curſu bono, rectoque

veſtro,

veſtro, condiſcite vos ad prædeſtinationem diuinæ gratiæ pertinere, &c. Item: Ipſam obediendi perſeuerantiã a patre luminum ſperare debetis, & quotidianis orationibus poſcere, atq; hoc faciendo confidere, non vos eſſe à prædeſtinatione populi eius alienos, quia etiam hoc vt faciatis, ipſe largitur, &c.

Deus non prædeſtinat propter bona opera præuiſa.

Non prædeſtinat Deus aut propter opera præuiſa, aut propter bonum arbitrij vſum; prædeſtinat tamen, vt bona opera, & bonum arbitrij vſum habeamus. Alioqui, ſi bona opera, arbitrijq; bonum vſum non habeamus, reprobi erimus. Quamobrem Paulus 1. Corint. 9. *Caſtigo* (inquit) *corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè, cum alijs prędicauerim, ipſe reprobus efficiar*, &c. Hinc illud Angelici Doctoris D. Tho. 1. par. q. 23. art. 8. Ita (inquit) prædeſtinatur à Deo ſalus alicuius, vt etiam ſub ordine prædeſtinationis cadat, quidquid hominem promouet in ſalutem, vel orationes propriæ, vel aliorum, vel alia bona, vel quidquid huiuſmodi, ſine quibus aliquis ſalutem non conſequitur. Vnde prædeſtinatis conandũ eſt ad bene operandum & orandum; quia per huiuſmodi, prædeſtinationis effectus certitudinaliter impletur &c.

1. Cor. 9. *D. Thom.*

2. Cor. 1. *Teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ de prædeſtinatione quale ſit.*

Gloria noſtra hæc eſt (ait Apoſtolus 2. Corint. 1.) *teſtimonium conſcientiæ noſtræ, &c.* Teſtimonium fert conſcientia certũ, certitudine probabili, ſi immaculata creditur, ſi nullo peccato mortifero inquinata. Quod teſtimonium gloria noſtra, & conſolatio eſſe poteſt, quamuis an prędeſtinati ſimus, ignoremus. Satagamus ergo, vt per bona opera certam electionem noſtram, & prędeſtinationem faciamus eo modo, quo certa fieri poteſt in hoc ſæculo.

Ex effectibus cauſa agnoſcitur, effe-
A ctus, vt diximus, prædeſtinationis ſũt vocatio, iuſtificatio, & glorificatio, ex his agnoſcitur prædeſtinatio. Ex vno certiſſimè agnoſcitur, ex alijs verò coniecturaliter. Ex glorificatione certiſſimè prædeſtinatio cognoſcitur. Quis enim beatorum, qui in cęlo glorificati ſunt, dubitet ſe fuiſſe prædeſtinatum? At ex vocatione, & iuſtificatione, non niſi probabiliter, & ex coniecturis deprehenditur. Tum quia iu-
B ſtificatio nobis certa eſt ſolum probabiliter; tum quia, etſi quis ſciat per diuinam reuelationem ſe eſſe iuſtificatum, an ſit perſeueraturus neſcit. Sine perſeuerantia autem nemo ſalutem æternam conſequitur, Quòd ſi D. Paulus vocationem, & iuſtificationem effectus eſſe ait prædeſtinationis, non de omni vocatione, & iuſtificatione loquitur. Sunt enim multi vocati, ſunt multi iuſtificati, qui tamen non ſunt
C prædeſtinati.

Ex effectibus quomodo cognoſcitur prædeſtinatio.

Vocatio, & iuſtificatio prædeſtinati, & reprobi quomodo differant.

Hoc verò eſt diſcrimen inter vocationem, iuſtificationemq; prędeſtinati, & vocationem, iuſtificationemque reprobi: quòd illius vocatio, iuſtificatioque, propter quam æternam conſequitur fęlicitatem, coniunctam habet tandem vſq; ad mortem perſeuerantiam; huius verò minimè. Paulus ergo de vocatione, iuſtificationeque verba facit non reprobi, ſed prædeſtinati,
D cuius iuſtificatio prima, vel etiam ſecunda, & aliæ, etſi perſeuerantes non ſint, ſaltem extrema ad mortem vſq; permanet. Sunt quidem omnes illius iuſtificationes prædeſtinationis effectus, ſed pręcipuè extrema. Reliquiæ autem, quæ interruptæ ſunt, effectus prædeſtinationis ſunt, quoniam per illas gratia comparatur, quæ gloriam promeretur. Sed nunc de his ſatis, ad alia pergamus.

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Si licet homini dimittere vxorem, &c.

MATTHAEVS CAPITE XIX. Verſ. 1.

ET factum eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſermones
iſtos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ,
2 trans Iordanem. * Et ſequutæ ſunt eum turbæ mul
3 tæ,& curauit eos ibi. * Et acceſſerunt ad eum Pha-
riſæi,tentantes eum,& dicentes: Si licet homini di-
mittere vxorem ſuam,quacumque ex cauſa? * Qui
4 reſpondens,ait eis: Non legiſtis,quia qui fecit homi
nem ab initio,maſculum,& fœminam fecit eos? Et
5 dixit. * Propter hoc dimittet homo patrem, & ma-
trem,& adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne
6 vna. * Itaque iam non ſunt duo,ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit,
7 homo non ſeparet. * Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum
8 repudij,& dimittere? * Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri
9 permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. * Dico
autem vobis: Quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicatio-
10 nem, & alia duxerit, mœchatur. * Dicunt ei Diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa
11 hominis cum vxore, non expedit nubere. * Qui dixit illis: Non omnes ca-
12 piunt verbum iſtud, ſe quibus datum eſt. * Sunt enim eunuchi,qui de ma-
tris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt
eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt
capere, capiat.

MARCVS CAPITE X. Verſ. 1.

ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vltra Iordanem. Et
conueniunt iterum turbæ ad eum. Et ſicut conſueuerat,
2 iterum docebat illos. * Et accedentes Phariſæi, interroga-
bant eum: Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum.
3 * At ille reſpondens,dixit eis: Quid vobis præcepit Moyſes?
4 * Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere,
5 & dimittere. * Quibus reſpondens Ieſus, ait: Ad duritiam cordis veſtri ſcri-
6 pſit vobis præceptum iſtud. * Ab initio autem creaturæ, maſculum, & fœmi
nam fecit eos Deus. * Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrē,
& adhæ-

Digitized by Google

7 & adhærebit ad vxorem ſuam. * Et erunt duo in carne vna. Itaque iam non
8 ſunt duo, ſed vna caro. * Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. * Et
9 in domo iterum Diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis:
10 Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit
11 ſuper eam. * Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.
12

LVCAS CAPITE XVI. Verſ. 18.

OMnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

Venit in fines Iudææ trans Iordanem.

EX fine cap. 10. D. Ioan. quod explicauimus cap. 16. & ſeq. lib. 4. conſtat, Chriſtum in eam regionem diſceſſiſſe, quæ trans Iordanem eſt ſita. Idem indicare videtur hoc loco Matthæus, & Marcus, vt Ianſenius c. 39. & alij cenſent. Animaduerte autem, iuxta hanc ſententiam, Matthæum, & Marcum multa prætermiſiſſe, atq; ita huius diſceſſus Domini meminiſſe, ac ſi ſtatim ex Galilæa trans Iordanem abierit. Cum tñ prius Ieroſolymam venerit, vt ex ſerie geſtorum, quam ſequimur, compertum ſit, tum ad tabernaculorum, tum ad encæniorũ feſtum celebrandum, in quo Iudęorum forori cedens exiuit è templo, abijtque trans Iordanem. Conuenerunt turbæ mul æ, vt Matthæus, & Marcus ſcribunt, non defuerunt tentatores Phariſæi. Quæſtionem propoſuerunt ex matrimonio petitam; tentabant Chriſtum, vt Matthæus aſſerit, & Marcus, vt ex reſponſione aliquid arriperent, quod verterent in calumniam.

Chriſtus trans Iordanem abijt, & de repudio vxorũ interrogatur.

Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacumque ex cauſa?

HAec eſt quæſtio à Phariſæis tentationibus propoſita: Iudæis lex permittebat vxores repudiare, ac dimittere. Deuteron. 24. *Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manus illius, & dimittet eam de domo ſua,*

Iudæis permittebat lex repudiũ vxorum. Deuter. 24

A *&c.* Matth. 5. *Dictum eſt*, ſcilicet Deuter. 24. (ait Chriſtus) *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij, &c.* Malach. 2. *Cum odio habueris* (ſcilicet vxorem) *dimitte, dicit Dominus, &c.* Dicitur libellus repudij à lxx. Interpretibus βιβλίον ἀποστασίου, Hebraicè, ספר כריתות *ſepher cerithuth*, id eſt, *ſciſſionis libellus*, a כרת *carath*, id eſt, *ſcindere.* De eo diximus tom. 2. lib. 7. cap. 19. Dubitabant Phariſæi, & forſitan in-
B ter ſe quęſtionem agitabant, eſſentne certę aliquæ cauſæ, propter quas vxor dimitti poterat, an verò dimitti poſſet, & repudiari, quacumque ex cauſa vir vellet. Lege quæ diximus hac de re tom. 2. loco indicato. De quæſtione, quæ inter ipſos verſabatur, captioſè Chriſtum rogant, & vt D. Hieronymus ait Matth. 19 cornuto ſyllogiſmo illum capere conantur. Interrogat (inquit Hieronymus) Chriſtum
C Phariſæorum, & Scribarum factio, vt quaſi cornuto teneant eum ſyllogiſmo, & quodcunque reſponderit, captioni pateat. Si dixerit, dimittendas eſſe vxores, qualibet ex cauſa, & ducendas alias, pudicitię prędicator ſibi videbitur docere contraria. Si autem reſponderit, non omnem ob cauſam debere dimitti, quaſi ſacrilegij reus tenebitur, & aduerſus doctrinã Moyſi, ac per Moyſem Dei, facere iu-
D dicabitur, &c. D. Chryſoſtomus putat, quęſtionem propoſitam eſſe, vt ſi Chriſtus reſponderet, licere vxores dimittere quacumque ex cauſa, laudarent illum. Si autem reſponderet, non licere, contradicerent ei. Theophylactus arbitratur, interrogatum Chriſtum, vt ſi diceret, licere omni ex cauſa vxorem repudiare, dicerent:

Malach. 2.

Phariſæi Chriſtum tentant.

D. Hieron.

D. Chryſoſ.

Theophyl.

Quomodo ergo dixiſti in ſermone, quem in monte habuiſti: *Omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari.* Lege Matth. 5. Si autem diceret, non licere; argueret illum vt legis aduerſarium, quæ repudium concedebat. Eadem eſt Euthymij ſententia. Veriſimilius eſt, propoſitam quæſtionem, vt, ſi diceret Dñs, non licere, obijcerent legem Moſis; quod feciſſe illos ait Euangeliſta. Si autē diceret, licere omni ex cauſa vxorem dimittere, obijcerent hoc matrimonia omnia diſſoluere, & euertere, iniquumq; eſſe, ob quamcumq; cauſam vxorem repellere. Denique tentantes rogabant, vt aliquid diceret Dominus, quod vel legi, vel Reipublicæ aduerſaretur, vel veritati.

Quid vobis præcepit Moyſes?

Videtur hoc loco D. Matthæus à D. Marco diſſentire, diuerſo.n. ordine, reſponſionem Chriſti deſcribit. Sed maximè conſentit. Lege D. Auguſt. lib. 2. de conſenſu Euangel. c. 62. Ex quo colligitur, Chriſtum, poſtquam Phariſæi quæſtionem prædictā propoſuerunt, rogaſſe id, quod Marcus ait. *Quid vobis præcepit Moyſes?* hoc ſenſu: Rogatis, an liceat homini dimittere vxorem quacumq; de cauſa? Rogo vos, quidnam lex Moſis hac de re præcipiat? In hac.n. re lex audienda eſt. Tū Phariſæi reſponderunt, vt Marcus docet: *Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere, &c.* Verum hoc erat.nam vt conſtat ex verbis Deuteron. 24. paulò antè citatis, permiſit Moſes Iudæis, libello repudij dato, vxores dimittere. Iam ſequitur, ex ſententia Auguſt. id, quod Matthæus ſcribit. Poſtquàm Phariſæi, quod præcipiſſet Moyſes, dixerunt, ait Chriſtus apud Matthæum: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos? Et dixit propter hoc, &cet. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet, &c.* His dictis, Phariſæi rogarunt, vt ait Matthæus: *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere?* Reſpondit Dominus: *Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras Dico autem vobis, quòd quicumq; dimiſerit vxorem ſuā, niſi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur, &c.* Marcus verò cauſam, cur Moyſes libellum repudij permiſerit, quā Dominus reddidit, nempe, *duritiam cordis*, reddidit prius alio loco, breuitatis cauſa, vt Auguſtinus ait, quod non officit veritati. Reliquit.n. Marcus illam Phariſæorū interrogationē: *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum? &c.* Cui Dominus reſpondit: *Ad duritiam cordis, &c.* Ideircò hæc verba Domini: *Ad duritiam cordis, &c.* Marcus ante poſuit, & coniunxit cum illis Phariſæorum verbis. *Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere.* Addens: *Quibus reſpondens Ieſus, ait: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud, &c.* Aliter dici poteſt, Chriſtum hac omnia dixiſſe, vt conſtat ex vtroq; Euangeliſta. Quo verò dixerit ordine, refert parum. Lege Auguſtinum.

Concordia Euangel.

Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos?

Poſtquàm Phariſæi, quid in lege de repudio haberent, reſponderunt, reſpondet Dominus quæſtioni, negat licere quacumque de cauſa vxores repudiare. Vnam ob cauſam, quoad thorum, dimitti fas eſſe aſſerit, nempe ob fornicationem. Nō licere autem vxorem repudiare, probat ex Geneſi: *Nō legiſtis* (inquit Geneſ. 1.) *quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos? &c.* Sexus diuerſitas coniugiū indicabit. Propterea enim maſculū, & fœminam Deus condidit, vt coniugij fœdere copularentur, & humanū genus propagarent. Quin verò vni viro vnam tantùm vxorem ducere fas eſt; non plures fœminas, ſed vnam tātùm condidit, quam vni viro Adamo tradidit vxorem. Erat quidem initio orbis maximè neceſſaria hominum multiplicatio; at vnam tantùm, non multas vxores Deus Adamo dedit. Quoniam matrimoniū, vxorum multitudinem excludit, vnam tantummodò poſtulat. Vnde D. Hierony. Matth. 19. Non dicitur [inquit] *Maſculum, & fa-*

Vna vxor vni viro copulata eſt.

A *& fæmina creauit eos* : quòd ex priorum
vxorum repudio quærebatur: ſed, *Maſculum , & fęminam*: vt vnius coniugis
conſortia necterentur , &c. Item, D.
D.Chryſoſ. Chryſoſt. *Maſculum* (inquit) *& fæminã creauit eos*. Non maſculum, & multas fę
minas; vt vni maſculo liceat plures fę
minas poſſidere. Neque, Maſculos, &
fęminā; vt vni fęminæ liceat plures vi
ros accipere. Sed, *Maſculum, & fæminã*;
vt vna fęmina nullum maſculũ putet
B factum eſſe in fęculo, præter vnum, &
vnus maſculus nullam putet fęminã
eſſe factam in fæculo, niſi vnam, &c.

Et dixit : Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.

Geneſ.2. HAec verba ex cap.2. Geneſ.ſumpta ſunt. Sic eo cap.legitur: *Aedificauit Dominus coſtam , quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq́; Adam : Hoc nunc os ex oſſibus*
C *meis, & caro de carne mea . Hæc vocabitur virago; quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in*
Hæc verba an à Deo, vel ab homine prolata ſint. *carne vna, &c.* Dubium eſt, cur Dominus dicat, Deum hæc verba dixiſſe, cũ
Moſes ſcribat , dicta eſſe ab Adamo :
Dixit (inquit Moſes) *Adam, &c.* At Dominus: *Et dixit*, ſcilicet Deus. Reſpondetur, vtrumq; eſſe veriſſimum , tum
D dicta à Deo , tum ab Adamo . Dicta
ſunt à Deo, quia illa Adamo inſpirauit, dicta ab Adamo, quia illa protulit.
Theophyl. Id quod Adam dixit (ait Theophyl.)
ex Deo dixit . Atque ita ſermo Adæ,
Auguſt. Dei eſt , &c. Auguſt.lib.9 cap.19. de
Geneſi: Cum hæc verba primi hominis Scriptura fuiſſe teſtetur ; Dominus Deum dixiſſe declarauit. Vt hinc
intelligeremus, propter extaſim, quæ
præceſſerat in Adam, hoc eum diuini
E tus, tanquam Prophetã dicere potuiſſe, &c. *In Adamum* enim, vt Scriptura
teſtatur eod.c. *Deus ſoporem*, id eſt, extaſim , *immiſit coſtam ab eo ſine dolore abſtulit*, additaq; ex terra materia , fœminam effinxit . Interim dormiẽti, quid
ageretur, aperuit . Illo expergefacto,
Euam adduxit, verbaque inſpirauit,
quæ tunc protulit, nimirum ; *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, &c.*

A Nouit in extaſi os, id eſt, coſtam, ſimul cum carne ſibi ablatam, ex eaq;
efformatam Euam. Ideò dixit eſſe fœminam os ex oſſibus ſuis, & carnẽ de
carne ſua. Addidit: *Vocabitur virago.* Hebraicè, אשה *iſchah, quia de viro.* Hebraicè, איש *iſch. iſch, ſumpta eſt, &c.* Vt ipsũ *Verba Adami explicãtur.*
nomen indicet fęminam ex viro ſumptam, ait à nomine viri ſumptum nomen fæminæ, ac deriuatum, vt ab איש
iſch, dicatur אשה *iſchah* , *à viro virago*,
B vel vt ita dicam, *vira*. Sequitur viri, &
& vxoris coniunctio: *Quamobrem*, vel
propter hoc , dimittet homo patrem , & matrem, & adhærebit vxori ſuæ , &c. hoc eſt.
Propterea quod ex viro ſumpta eſt fęmina, & creata à Deo , vt ſocia, & vxor viri ſit . Dimittet homo omnes alias ſocietates, etiam patris, & matris,
vel dimittet domum patris & matris,
in qua vſque ad nuptias verſari ſolet.
& adhærebit vxori ſuæ, non vxoribus, ſed
C vni vxori. Græcè, *προσκολληθήσεται*, id
eſt, *adglutinabitur vxori ſuæ* . Caietanus
illis verbis : *Relinquet homo patrem , & matrem*: exiſtimat ſignificari liberis
fas non eſſe cum patre, & matre inire
coniugium , hoc ſenſu : Propter hoc
dimittet homo à coniugio, patrem filia, & matrem filius. Fauet Chaldaica
editio , quæ ſic habet: גבר ביתב שכבי
ואמיה וידבק באתתיה על כן ישבוק
אבוהי *hhalchen ijſchbuk gebar beththech, mi*
D *habuhi veimmeeh veijdbak betthechech*. id
eſt, *Propterea relinquet homo lectulum patris ſui , & matris ſuæ , & adhęrebit vxori ſuæ, &c.* Sed traditus ſenſus eſt ſequẽdus .

Et erunt duo in carne vna.

HEbraicè Geneſ. 2. habetur, אחד לבשר *lebaſchar echad*, id eſt, *in carnem vnam* . Sicut & Græcè Matth.29.
E & Marc.10. legitur, *εἰς σάρκα μίαν*, id *Idem eſt dicere, in vnã carnem, ac vna caro.*
eſt, *in carnem vnam*, hoc eſt, Erunt duo
vna caro. Sic Geneſ. 2. dicitur : *Factus eſt homo in animum viuentem* : id eſt,
Factus eſt animal viuens. 2. Regum 7. *2. Reg.7.*
Ego ero illi in patrem , & ipſe erit mihi in filium, &c. id eſt, Ero illi pater, & ipſe
erit mihi filius. Geneſ.2. *Aedificauit Dominus coſtam in mulierem*, id eſt, Et facta *Geneſ.2.*
eſt mulier . Vnde Dominus infert :

Digitized by Google

Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. A

Cur vir, & vxor dicantur vna caro.

D.Chryſ.

Quæritur, cur vir, & vxor, vna caro dicantur? D. Chryſoſt. ait, dici vnã carnem, virum, & vxorem, affectu, & amore; quia carnaliter ſe diligunt. Sicut (inquit) qui ſpiritaliter ſe diligũt, multorum animæ quaſi vna anima eſſe dicuntur, dicente Scriptura Actor. 4. *Multitudini credentium erat cor vnum, & anima vna.* Sic & vir, & vxor, qui carnaliter ſe diligunt, vna caro dicuntur, &c. D. Hieronymo D. Tho. hanc B tribuit interpretationem, in Catena, & Matth. 19. *Erunt duo in carne vna*, erunt duo ad carnem vnam prolis producendam. Nam ad progignendam vnam carnem prolis, neceſſe eſt conuenire duos, virum, & vxorem. *Erunt duo in carne vna* (ait Hieronymus) præmium eſt nuptiarum, è duobus vnam carnem fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui, vnus efficitur ſpiritus, &c. De carne prolis exponit hæc verba D. Thomas: C Pro les enim præmium eſt nuptiarum. At Diuus Hieronymus de carne prolis coniugum videtur loqui. Hugo Victorinus: *Erunt* (inquit) *duo in carne vna*, ſcilicet, in generatione vnius carnis, id eſt, prolis, cooperabuntur, &c. Hæc tamen interpretatio non admodum congruit Chriſti explicationi, & argumentationi, vt quiuis intelliget, qui aduertit. Ait Chriſtus: *Iam non ſunt duo, ſed vna caro*, ipſi coniuges. Hoc ve- D rò ſenſu, vna caro dicitur caro prolis, non caro coniugum.

Actor. 4.

D.Hieron.

Proles præmiũ eſt nuptiarum.

Hugo Vict.

Tertia interpretatio eſt: *Erunt duo in carne vna*; quia prima vxor facta eſt ex viro, Eua ex Adamo, eratque Adami, & Euæ vna caro. Iuxta illud: *Os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Sed quamuis hoc ſit verum in Adamo, & Eua; in reliquis coniugibus non eſt verum. Caro enim vnius non ſumitur ex carne alterius. Abulenſis ait, car- E nem ſumi hoc loco pro homine, ſicut Gen. 6. *Omnis caro corruperat vitã ſuam*, id eſt, omnis homo. Et Pſal. 64. *Ad te omnis caro veniet, &c.* id eſt, omnis homo. Eſt ſenſus: *Erunt duo in carne vna*, id eſt, in vno homine, in vna pſona, duo coniuges erunt vnus homo, vna perſona. Dicuntur autem (ait Abulenſis) vna caro, & vna perſona, non verita- A te naturæ, ſed fictione iuris. Sicut teſtator, & hæres, cenſentur eſſe eadem perſona, & dominus, & procurator, &c. Aliter: Dicuntur, vir, & vxor, vna perſona, & homo vnus, quoniam vir ſimilis eſt animæ, vxor ſimilis corpori. Quemadmodum ex anima, & corpore fit vnus homo, & vna perſona, ſic ex viro, & vxore. Quemadmodũ verò anima non ſeparatur à corpore, quamdiu viuit; ſic neq; vir ſeparari de- B bet ab vxore, quamdiu vixerit vxor.

Abulenſ.

Geneſ 6.

Pſal. 64.

Caietanus.

Caietanus ita exponit: *Erunt duo in carne vna*, vnitate communitatis. Sicut enim (inquit) ponentes res ſuas in cõmuni, ſunt duo, vel multi, in re vna communi ipſis; ita maris, & fœminæ coniugium in hoc conſiſtit, quòd ponunt carnes ſuas in communi inter ſe; ita quòd ſunt duo in carne vna communi vtrique, &c. Lippomanus in Geneſim, hoc pacto: *Erunt duo in car-* C *ne vna*: id eſt, vterque habebit poteſtatem corporis alterius. Iuxta illud Apoſtoli 1. Corint. 7. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier &c.* Iuxta hanc ſententiam, quemadmodum pecunia vxoris, & viri, fit vna, quia vtriq; communis eſt; ita caro fit vna, quia communis eſt vtrique. D. Auguſt. lib. 14. de Ciuitate Dei, c. 22. Vnum dicit duos coniuges, vel D propter coniunctionem, id eſt, propter carnalem copulam, vel propter originem fœminæ, quæ de maſculi latere creata eſt, id eſt, quia fœminæ caro ex viri carne ſumpta eſt.

Lippoman.

1. Cor. 7.

D. Auguſt.

Cum Auguſtino arbitror, dici virum, & vxorem, vnam carnem, propter carnalem copulam, & corporum cõmixtionem; quæ enim commiſcentur, vt vinum, & aqua, vnum efficiuntur. Probatur ex Paulo 1 Corinth. 6. E *Neſcitis* (inquit) *quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim* [inquit] *duo in carne vna, &c.* Docet Paulus, per carnalem cõiunctionem, fieri virum, & fœminam, vnum corpus, & vnam carnem, & membra viri, fieri membra meretricis. Idque confir-

1. Cor. 6.

Coniunctio facit vnam carnem, virum, & fœminam.

Digitized by Google

confirmat his verbis, quę explicamus. Confirmatur pręterea ex cap. Ad Apoſtolicam, de conuerſ. coniug. Cum vir, & vxor (ait ſummus Pontifex Innocentius III.) vna caro ſint per copulam coniugalẽ effecti, nec vna pars conuerti poſſit ad Dominum, & altera in ſæculo remanere; profectò non eſt alter coniugum recipiendus ad obſeruationem regularem, niſi reliquus perpetuam continentiam repromittat, &c. Item cap. Verum. eodem tit. Alexander III docet, matrimonium ratum, non conſummatum, ſolui per ingreſſum Religionis. Quia (inquit) cum non fuiſſent vna caro ſimul effecti coniuges; ſatis poteſt vnus ad Deũ tranſire, & alter in ſæculo remanere, &c. Ergo per copulationem carnalem fiunt coniuges vna caro, non antea per conſenſum. Item Gregor. c. Agathoſa. 27. q. 2. Poſtquam copulatione coniugij, viri, atq; mulieris vnum corpus efficitur; non poteſt ex parte conuerti, & ex parte in ſæculo remanere, &c. Ergo per copulam carnalẽ, fiunt vir, & vxor, vna caro.

Spectauit Adam, cum hæc verba protulit, Euæ procreationem; quia vnitas illa carnis, quæ in Adamo, & Eua fuit, propter Euæ procreationẽ ex coſta Adami: typus fuit vnitatis carnalis, quæ eſt inter virum, & vxorem. Quemadmodum Adamus, & Eua, primi coniuges, duo fuere in carne vna; quia caro Euæ eſt ſumpta ex carne Adami. Iuxta illud: *Os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, &c.* Ita quilibet duo coniuges ſunt duo in carne vna, non quidem, quia caro vnius ex carne ſumitur alterius, ſed quia caro vnius cũ carne alterius commiſcetur, ac copulatur. Adamus, & Eua, duo erant in carne vna, & erant vna caro duabus de cauſis, tum quia caro Euæ à carne Adami ſumpta eſt, tum propter carnalem copulationem. At cęterorum coniugium caro vna eſt, non propter ſecundam cauſam.

Geneſ. 1.

Adam, & Eua, cur vna caro fuerint.

D. Thom.

Triplex coniunctio inter virũ, & vxorem.

Obſeruat D. Thom. ad Epheſ. 5. triplicem coniunctionem inter virum, & vxorem, ſignificari Adami verbis citatis. Prima eſt, coniunctio per dilectionem: ſecunda, per conuerſationẽ: A tertia, per carnalem copnlationem. Duæ priores coniunctiones illis verbis ſignificantur: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Etenim quia per amorem vir cũ vxore coniunctus eſt, & quia per conuerſationem illi coniungi vult, parentes relinquit, & vxori adhæret. Vnde illud lib. 3. Eſdræ Apocryphi, c. 3. *Homo patrem ſuum relinquit, qui enutrijt eum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit, & neque patrem meminit, neq; matrem, neque regionem, &c.* Tertia coniunctio illis verbis indicatur: *Erunt duo in carne vna*: vt eſt explicatum.

3. Eſdr. 3.

Polygamia damnatur.

Ex his verbis polygamiam damnat Innocentius III. cap. Gaudemus. de diuortiis: Abſonum (ait) hoc videtur, cum ab initio vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa, & Scriptura diuina teſtetur, quòd *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna.* Non dixit, tres, vel plures, ſed *duo.* Nec dixit, adhęrebit vxorib. ſed *vxori.* Sic ille.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Non licet vxorem repudiare.

EX prædicta probatione infert Dominus concluſionem, videlicet, non licere dimittere vxorem, ſiquidem diuini eſt iuris, vt vnus vir vni vxori adhæreat, ſintque duo in carne vna. Quaſi dicat: Deus ab initio maſculum fecit, & fœminam, vt coniugio iungerentur. Coniugum verò coniunctionem indicauit illis verbis; *Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit,* ſiue *adglutinabitur vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna.* Ex his conſtat, Deum coniugium inſtituiſſe, coniuges verò ita coniunxiſſe, vt velit vnum alteri adglutinari, eſſeque duos in carne vna, ſiue eſſe duorum eandem carnem. Quod Deus coniunxit arctiſſimè, non eſt homini fas ſeparare. Deus coniunxit arctiſſimè coniuges: non licet ergo viro vxorem repudiare, & arctiſſimum matrimonij nodum diſſoluere.

Digitized by Google

CAPVT II.

Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimitti?

Obiectio Phariſæorũ

RESpondit Dominus, non licere vxores repudiare. Vrgent Phariſæi hunc in modum: Si non licet repudiare vxores, quorſum Moyſes præcepit, vxoribus dare libellũ repudij? Qui præcipit libellum dare repudij, fas eſſe indicat vxores repudiare. Reſpondit Dominus: Verum quidem eſt, Moſem vxores dimittere, & repudiare vobis permiſiſſe, & præcepiſſe, vt libellum repudij illis traderetis. Nũ iuſſit vxores dimittere, ſed permiſit, libellum vero dare iuſſit. Quòd ſi vxores permiſit dimittere, non propterea permiſit, quòd coniugij inſtitutioni id conſentaneum ſit, ſed propter cordis veſtri duritiam. Ne ſi vxores odio habeas vobis retinere neceſſe eſſet, aut dure affligeretis, aut vita illas priuaretis. Ab initio autem orbis nõ fuit hæc permiſſio vxores repudiandi. Aduerte, in hac repudiatione vxoris duo eſſe: alterum, vxoris dimiſſionem, alterum, libellum repudij. Lex non iubebat vxores dimittere, ſed tantum permittebat, libellum verò ei, quæ dimittitur, dari præcipiebat. Itaque in lege illa permiſſio erat cum iuſſione coniuncta. Phariſæi non rectè loquuntur, cum dicuntur: *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? &c.* Moyſes enim mandauit quidem dare libellum; at non mandauit, ſed permiſit dimittere. Similiter apud Marcum non rectè aiũt; *Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere.* Nam permiſit dimittere, ſed præcepit libellum tradere, ſi dimitteretur. Verba Legis Deuter. 24. ſupra citauimus.

Repudium vxorũ permiſit Moſes, non præcepit.

Quæſtio exoritur ex dictis, num permiſſio illa legis peccato Iudæos liberauerit? hoc eſt, num Iudæis repudium vxorum licitum fuerit? Sunt diſcrepantes hac de re ſententiæ. Magiſter 4. diſt. 33. D. Bonauentura, & alij A cenſet, illicitum fuiſſe Iudæis repudium; permiſſum tamen, vt impunè vxores repudiarent, ne illas occiderent. Vnde ſequitur, illo repudio matrimonij vinculum non fuiſſe diſſolutum. Probatur hæc ſententia. Primò, Chriſtus ait, repudij libellum permiſſum Iudæis, ob duritiam cordis, ne vxores occiderent: ergo illa permiſſio non abſtulit à repudiatione peccatum. Secundo, ait item Dominus, B *qui dimiſerit vxorem, & alteram duxerit mœchatur*. Ergo Iudæus, qui vxorem repudiabat, & alteram ducebat, mœchabatur, & peccatum committebat. Tertiò, Deuteron. 24. *cum egreſſa* (ait Moſes de muliere repudiata) *alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, deditq; ei libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta eſt, & abominabi-* C *lis facta eſt coram Domino, ne peccare facias terram tuam, &c.* Mulier repudiata, quæ alteri viro nupſit, dicitur polluta, & abominabilis coram Domino; videlicet, quia viuente primo viro, alterum accepit. Ergo permiſſio illa peccatum non tollebat a repudio, & coniugio.

An repudiũ fuerit Iudæis licitũ.

Deut. 24.

Alij arbitrantur, illam Dei permiſſionem à peccato repudium liberaſſe; fuiſſeq; Iudæis licitum vxores repu- D diare. Ita ſentiunt Abulenſis Matth. 19. quæſt. 49. Paludanus, & Maior 4. diſt. 33. & alij. D. Thomas hanc opinionem probabilem eſſe ait, itemque Scotus. Cardinali Bellarmino probabiliſſima videtur lib. 1. de matrimonio, cap. 17. & Maldonato Matth. 19. In illam ego propenſior ſum. Quoniã ſi illicitum Iudæis fuiſſet repudium, indicaſſet ſanè lex peccatum, ne Iudæis peccati laqueum expanderet. At E lex ita de repudio loquitur, ac ſi licitum eſſet, vt legenti eſt apertum. Et Malachias Propheta cap. 2. *Cum odio* [inquit] *habueris* [ſcilicet vxorem] *dimitte, dicit Dominus, &c.* Item Eccleſiaſticus 25. *Si non ambulauerit* [ſcilicet vxor] *ad manum tuam, confundet te, in conſpectu inimicorum. A carnibus tuis abſcinde illam, ne ſemper te abutatur, &c.* A carnibus [inquit] tuis abſcinde vxorẽ inobedien-

Licitũ fuit Iudæis repudium.

Malach. 2.
Eccleſ. 25.

Digitized by Google

bedientem,quæ ad manum tuam ambulare non vult,id eſt, repudij libellum illi da. Sic enim in lege veteri, *A carnibus*, id eſt, carnali conſortio, vxor abſcindebatur. Si peccatũ eſſet dimittere,non ſic Propheta, & Eccleſiaſticus,quaſi de re licita loquerẽtur:ſed peccatum ſignificarent.Præterea,vxor repudiata impunè nubere ſolebat alteri coniugi. Quod ſi repudium licitum non erat, ita vt Dei diſpenſatione matrimonij diſſolueret vinculum?Reſpublica Iudæorum viris adulteris vſq; ad mortem in adulterio perſeuerantibus, ſine pœnitentia poterat compleri per repudia. Ne ergo hoc fieret,credibile videtur,repudium ita fuiſſe licitum,vt matrimonij vinculum, Dei diſpenſatione diſſolueret.His adde,legem prohibuiſſe, repudiatam poſt mortem ſecundi coniugis,à coniuge repudiante recipi;qđ oſtendere videtur,matrimonij vinculum fuiſſe diſſolutum. Nam ſi vinculum permanebat, vxorem ad virum ſuum regredi,optandum potius erat, quàm prohibendum. Adhæc,ſi vinculum coniugij non ſoluebatur,nec licebat fœminis repudiatis nubere; permiſſio illa fuiſſet maximè inæqualis. Etenim viro licebat ducere aliã vxorem;quoniam illo tempore polygamia licita erat. At fœmina,fortè ſine vlla culpa dimiſſa,perpetuum tolerare cœlibatum cogeretur, ſi adulteriũ nollet committere. Neque enim fas erat, vnam fœminam plures habere viros.

Repudij libellũ dare non fuit illicitũ in lege veteri.

Primo argumento, quo confirmatur contraria huic opinio,reſpondetẽ permiſſum quidem eſſe repudiũ, ob duritiam cordis Iudæorum,ne vxoribus necem afferrent;ſed permiſſionẽ à repudio peccatum depuliſſe. Ita enim Deus voluit permittere repudium,vt vinculum coniugij frãgeret faſq.eſſet alia coniugia inire. Etenim matrimonium tunc Sacramentum non erat;ideoque vt diſſolueretur vinculum,propter repudium, facile diſpenſabat Deus. Sic etiam,vt multas vxores Iudæi habere poſſent, diſpenſauit; cum tamen ius naturale vnam tantum poſtulet. Secundo reſpondet,

Reſpõdetur argumẽtis.

A Chriſtum ius naturale explicaſſe;matrimonium ad primam inſtitutionem reduxiſſe;quidq; deinceps,abrogata Moſis lege,agendum eſſet,tradidiſſe. De repudio autem loquens, permiſſum fuiſſe dixit,illicitum fuiſſe nõ dixit. Tertiò reſpondetur,fœminæ repudiatæ licuiſſe alteri viro nubere; quoniam ex Dei diſpenſatione vinculum coniugij prioris ſublatum erat. Dicitur autem Deuteronom. 24. *Polluta,& abominabilis coram Deo*: non quod

B peccatum nubendo commiſiſſet, ſed quod abominabile peccatum eſſet coram Domino, illius receptio à priori coniuge. Et eſt ſenſus: Non poterit prior maritus recipere eam in vxorẽ quia polluta,& abominabilis facta eſt coram Domino,&c.hoc eſt,quia polluta eſt à ſecundo coniuge, & facta abominabilis coram Domino, ad ineundum coniugium cum priori viro.

Cur polluta dicatur fœmina repudiata,& abominabilis Deuteron. 24.

C Erat ergo abominabilis non ſimpliciter,ſed reſpectu prioris mariti. Caietanus Deuteronom. 24. Pollutam (inquit) mulierem appellat, quæ alterius mariti ſemen ſuſcepit. Item: Non ſignificat,quod mulier ſit abominatio Deo,ſed quod connubium prioris viri cum ipſa initum,eſt abominatio apud Deum,&c. Septuaginta Interpretes ſic vertunt: *μετὰ τὸ μιανθῆναι αὐτὴν, ὅτι βδέλυγμά ἐστιν ἔναντι κυρίου*

D id eſt. *Non poterit accipere eam vir prior, poſt quàm polluta eſt ipſa; quoniam abominatio eſt coram Domino.* Hebraicè eodem modo legitur, אשר הטמאה כי תעבא הוא לפני יהוה אחרי *achare aſcher hatthammeah chi thobhabah hi lipne ADONAI*, id eſt, ad verbum: *Poſt quam polluta eſt quia abominatio ipſa ad facies Domini &c.* Abulenſis Deuteronom. 24. ſic interpretatur: Nõ poterit recipere eam quia ab ipſo priore viro, coram Deo,

E & toto populo, abominata eſt, id eſt, abominabilis iudicata. Ita etiam Bellarminus.

Quod de repudij permiſſione diximus, opinantur etiam aliqui de vſura: videlicet, permiſſum Iudæis fuiſſe pecunias fœnori dare Ethnicis. Ita opinantur, Abulenſis Matth. 25. quæſt. 171. & alij. Neque eſt opinio improbabilis. Quod ſi

De vſuris an fuerint Hebrais illicita.

obijcias, Iudæos vxores repudiantes & fœnerantes pecunias. Ethnicis ſcādalum præbuiſſe. Non ergo Deum ijs in rebus diſpenſaſſe, quę ſcandalum parerent. Reſpondetur, neque repudia, neque fœnerationem in numero peccatorum poſita ab Ethnicis, propter ignorantiam iuris naturalis, Ad eundem modum Iudæis, diſpenſante Deo, polygamia licita erat, iuri naturali aduerſa, quam ſcandalum Ethnicis afferre potuiſſe aliquis dicet. Sed quia Ethnici plures habebant vxores eaſq; repudiabant, pecuniaſq; fœnerabantur, & peccata hæc eſſe ignorabant; ſcandalum Ethnicis Iudæi non præbebant.

Dico autem vobis; Quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur.

Repudium vxorum aufert Dominus.

REpudium omnino aufert Dominus, nullo modo fas eſſe docet viro, vxorem quoad coniugij vinculū dimittere. Quoad thorum dimittere licitum eſſe tradit, propter fornicationem: Dico[inquit]vobis, o Iudęi, quibus Moſes ob duritiē cordis, vxores repudiare permiſit, & alias ducere, dico(inquam)vobis, nullam ob cauſam licere viro vxorem repudiare, & aliā ducere. Nihil.n.cōiugij vinculum fortiſſimum, præter mortem, poteſt frangere. Vna cauſa eſt, ob quam dimitti, quoad thorum, poteſt vxor, videlicet fornicatio.

An ſoluatur vinculum matrimonij propter fornicationem.

Quæritur, num ſoluatur matrimonij vinculum, cum vir, propter fornicationem, vxorem dimittit?(vt hęreticos omittam, & alios) Caietanus Matth.19.ſic ſcribit, Intelligo ex hac Domini lege, licitum eſſe Chriſtiano dimittere vxorem ob fornicationē carnalem ipſius vxoris, & poſſe ducere aliam vxorem. Saluu ſemper Eccleſię definitione. Sic ille ſentit, & Eccleſiæ definitioni ſe ſubijcit. Catharinus quoq. lib.5. contra Caietan.c. vlt. ſub eadem Eccleſię cenſura idē ſentit ſed ait, opus eſſe facultate Iudicis Eccleſiaſtici, ad ducendam vxorem ſecundam dimiſſa prima ob fornicationem Probatur ex verbis Domini: *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur &c.* Nā videtur concedere ei, cuius vxor commiſit adulterium, vt ducat alteram.

Paucis reſpondetur, ſiquidem res eſt ab Eccleſia definita, per diuortiū propter fornicationem factum matrimonij vinculum non ſolui, ſed infractū permanere. Confirmatur in primis ex D. Marco, & D. Luca. Mar. 10. abſolutè legitur; *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulteriū committit ſuper eam Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur, &c.* Luc 16. *Omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur. Et qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur, &c.* Veriſſima ſunt verba hæc. De fornicatione mentio nulla fit ab Euangeliſtis, quoniā propter fornicationē, ſiuē adulteriū, nec pōt vir aliam vxorem ducere nec vxor, alium virū accipere. Apud Matthæum verò additur fornicationis exceptio, quoniam propter adulterium dimitti poteſt vxor quoad thorum, non quoad matrimonij vinculū. Lege Auguſtinum lib. j. de adulterinis coniug.c.11.& ſeq. Secundo probatur ex Paulo ad Ro 7. *Quæ* [inquit] *ſub viro eſt mulier, viuente viro, alligata eſt legi; ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, ſi autē mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro, &c.* Docet Paulus, matrimonij vinculum morte ſolui, non fornicatione. Item 1. Corinth. 7. *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt, &c.* Vnde Auguſtinus lib.2. de adulterinis coniugiis, cap.4. Hæc[inquit]verba Apoſtoli toties inculcata vera ſunt; viua ſunt, plana ſunt. Nullius viri poſterioris mulier eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſierit. Eſſe autem deſinet vxor prioris, ſi moriatur vir eius, non, ſi fornicetur. Licitè itaque dimittitur coniux ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris. Propter quod fit reus adulterij, qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis, &c. Rem ſimilitudine illuſtrat: Sicut [inquit] manēte in ſe Sacramēto regeneratio-

Mar. 10.

Luc. 16.

Non ſoluitur vinculum matrimonij propter fornicationem.

D. Augu.

Ad Ro. 7.

1. Corin. 7.

D. Augu.

rationis(id eſt, Baptiſmo)excommunicatur quis reus criminis,nec illo Sacramento caret,etiamſi numquã reconciliatur Deo;ita manẽte in ſe vinculo fœderis coniugalis, ſi vxor dimittitur ob cauſam fornicationis,nec carebit illo vinculo,etiamſi numquã reconcilietur viro,&c.Et D.Hieronymus epiſt.147.ad Amandum: Omnes [inquit]cauſationes Apoſtolus amputans,apertiſſimè definiuit, viuente viro, adulteram eſſe mulierem, ſi alteri nupſerit.Quãdiu viuit vir, licet adulter ſit,licet Sodomita, licet flagitijs omnibus coopertus,& ab vxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus eius reputatur,cui alterum virum accipere non licet. Hæc Hieronymus. Eundem lege epiſt.30.quæ eſt epitaphium Fabiolæ.Ea rigorem Euãgelij ignorãs (vt ait Hieronymus) dimiſſo adultero viro,alterum accepit, ſed publicam propterea egit pœnitentiam. Tertio probatur ex 1.Corint. 7. *His, qui matrimonio iuncti*(ait Paulus)*præcipio nõ ego ſed Dominus,vxorẽ à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam; aut viro reconciliari,&c.*Præcipit Dominus,teſte Paulo,vxorem,quæ diſceſſit à viro,hoc eſt,quæ diuortium cũ viro fecit,manere innuptam. Nihil excipit. Ergo vinculum matrimonij,poſt quodcumque diuortium,perſtat.

D. Hieron.

1.Corin.7.

C

Denique,vt multa alia prætercam ſilentio,quæ dici poterant,omnem quæſtionem dirimit Concilij Tridentini decretum,ſeſſ.24 can. 7. *Si quis dixerit Eccleſiam errare,cùm docuit,& docet iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum,matrimonij vinculum non poſſe diſſolui,& vtrũque,vel etiam innocentem,qui cauſam adulterio non dedit,non poſſe altero coniuge viuente,aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum,qui dimiſſa adultera, aliam duxerit,& eam,quæ,dimiſſo adultero, alij nupſerit,anathema ſit.* Hæc ſancta Synodus. Legendus Bellarminus lib. 1. de matrimon.c.& Sixtus Senenſis in Bibliothec.lib.6.annot.81.& Salmeron Matt.19.& 5.Verba igitur Chriſti Matth.19.vt Eccleſia docet ſua definitione, nullo modo ſignificare poſſunt. propter fornicationẽ,vxorem dimitti poſſe,quod vinculum, ſed tantum quoad thorum, & cohabitationem. Id enim ſignificat illa exceptio:*Niſi ob fornicationem. Quicumque* [inquit]*dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem*, quoad thorum tantum, non quoad vinculum *& duxerit aliam, mœchatur, &c.*Non dixit Dominus: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliam,niſi ob fornicationem, mœchatur.Sed quia licebat dimittere quoad thorum,non tamen aliam ducere dixit: *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam,niſi ob fornicationem,& aliam duxerit, mœchatur.*Cum verbo,*dimiſerit*, coniunxit exceptionem,quia fas eſt vxorem dimittere propter adulterium. Non autem coniuxit cum verbo, *duxerit*, quia ducere aliam non eſt fas.

Concil.Tri.

D

E

B

Aliter explicari poſſunt verba hæc vt Dominus de dimiſſione quoad thorum loquitur autem de dimiſſione quoad thorum,& habitationem,non quoad vinculum;quia coniux nequit iuſtè,aut iniuſtè coniugem dimittere, quoad vinculum, etſi maximè velit, niſi per mortem.Poteſt tamen dimittere iuſtè,& iniuſtè, quoad thorum, & habitationem: iuſtè, propter iuſtã cauſam; iniuſtè,ſine cauſa iuſta. Ait ergo:Coniux, quoad vinculum quidem,coniugem nequit dimittere,neque iuſtè,neque iniuſtè vt oſtendit ex verbis Dei per Adamum prolatis; quia duo coniuges ſunt caro vna,quæ diuidi niſi morte nequit, vinculo ſublato.Poteſt autem dimittere quoad thorum,& habitationem, iuſtè,& iniuſtè.*Dico autem vobis,quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam* eo modo, quo poteſt,ſcilicet,quoad thorũ,& habitationem,*niſi ob fornicationem,& aliam duxerit,mœchatur*,id eſt,adulterat,*&c.*

Coniux nequit coniugem quoad vinculũ dimittere.

Obijcies,matrimonij rati nexum diſſolui per Religionis ingreſſum;atque adeò poſſe aliter, diſſolui matrimonij vinculum,quàm per mortem. Reſpondetur,Chriſtum de matrimonio conſummato loqui, vt docet Alexander IIII. cap. Ex publico,de conuerſ.coniugat. his verbis: *Quod Dominus in Euangelio dicit, non licere viro, niſi ob cauſam fornicationis, vxorem ſuam dimittere;intelligendum eſt,ſecundum interpre-*

pre-

pretationem ſacri eloquij, de his, quorum ma trimonium carnali copula eſt conſummatũ, ſine qua conſummari non poteſt, &c. Loquitur præterea præſertim de matrimonio conſummato fidelium. Nam infidelium cõiugium conſummatum, aliter quàm per mortem dirimi poteſt, etiam quoad vinculum; ſi alter coniugum Criſtianam fidem complectaĩ, & alter nolit ei ſine iniuria Creatoris cohabitare. Cap. Gaudemus, de diuortijs. 1. Corinth. 7. *Si infidelis diſcedat, diſcedat.* Opponet quiſpiam, Chriſtum dixiſſe: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*: non poſſe ergo hominem ſoluere matrimonij vinculũ per ingreſſum Religionis, aut alio modo, cũ fidelis coniux fidem complectitur Chriſtianam. Reſpondetur, non ſolue re hominem hoc vinculum, ſed Deũ, Id quod ex Eccleſiæ declaratione co gnoſcimus. Adde, illa verba de matri monio præſertim conſummato eſſe dicta, de quo dicitur: *Erunt duo in carne vna.*

De quo matrimonio loquatur Dominus rato an conſummato.

1. Corin. 7.

A

B

C

Addam & aliam verborum Chriſti explanationem, ea eſt huiuſmodi: *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam,* quoad torum, *niſi ob fornicationem* (ſubaudi verbum, quoad infra ponitur) *mœchatur*, id eſt, mœchari eam facit, quoniã exponit mœchandi periculo. Qui. n. mœchari facit aliquem, mœchatur, id eſt, adulterij crimen committit, cu ius eſt cauſa. Hunc in modum Matth. 5. ait Dominus: *Omis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis causâ facit eam mœchari &c.* Idem ergo poteſt eſſe ſenſus Matth. 19. *Mœchatur*, quia facit eam mœchari. Deinde ſequitur. *Et al teram duxerit, mœchatur, &c.* ſubaudi relatiuum, *Qui*, hoc pacto: *Et qui alteram duxerit mœchatur.* Fauet D. Auguſtinus qui lib. contra Adimantum, cap. 3. ſic verba Domini recitat: *Dico autem vobis: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, facit eam mœchari. Et ipſe ſi alteram duxerit, adulterium committit, &c.* Adde & aliam interpretationem: *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem*: hoc eſt, Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, non habens aliam cauſam, niſi fornicatio nem, *& aliam duxerit mœchatur, &c.* Illud, *Niſi*, ſignificare poteſt, non aliã ob cauſam, niſi ob fornicationem. Quaſi diceret: Vos exiſtimatis, eum non mœchari, qui vxorem dimittit ob fornica tionem, & aliam ducit. At ego dico vobis, quod quicumque vxorem dimiſerit, niſi ob fornicationem, id eſt, non ob aliam cauſam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchaĩ.

Qui mœchãdi periculo exponit, mœchatur.

Matth. 5.

Alia interpretatiomes.

D

E

Fornicatio cauſa propria eſt diuortij.

Illud verò obſerua, cùm aliæ etiam ſint cauſæ diuortij, quoad torũ, Chriſtum ſolius meminiſſe adulterij, ſiue fornicationis; quoniam hæc cum matrimonio maximè directeque pugnat & perpetui diuortij ex ſe cauſa eſt. Reliquæ nec adeò cum matrimonio pugnant, nec perpetuæ ſunt. Sublata enim cauſa, tollitur diuortium. Hæreſis quoque alterius coniugis, iudicio Eccleſiæ, perpetui diuortij cauſa eſſe poteſt, c. De illa, de diuortijs. Sed non ita repugnat matrimonio, vt adulterium Præterea, hæreſis eſt fornicatio quædam ſpiritalis, & fornicationis no mine, forſitan à Chriſto, verbis, quæ explicamus, comprehenſa.

CAPVT. III.

Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt, &c.

Dicunt ei Diſcipuli: Si ita eſt cauſa.

MARCVS cap. 10. ſcribit, poſt prædicta verba, Diſcipulos domi iterum interrogaſſe præceptorem, de ea dem matrimonii indiſſolubilitate, & vxorum repudio: *In domo* [inquit] *iterum Diſcipuli eius de eodem interrogauerũt eum, &c.* Reſpondiſſe verò abſolutè, abſque vlla exceptione. *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eã. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur, &c.* Itaque priùs Dominus Phariſæis hæc verba dixit, cũ exceptione fornicationis, vt expoſuimus. Poſteà verò domi à Diſcipulis rogat⁹, eadẽ ſed

Diſcipuli rurſus eadẽ de re Dominum interrogarunt domi.

ſed abſque exceptione repetiuit. Vt intelligeremus, illam exceptionem, ſolùm quoad torum, eſſe interpretandam.

Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere.

ADmirati ſunt Diſcipuli,qđ Chriſtus affirmaret,non licere vxorē repudiare,alteramque ducere,vt lex permittebat;eſſeque neceſſe, candē vxorem retinere, quamdiu vita ſuppetit,etiamſi non placeat viro.Et reſponderunt: *Domine,ſi res ſic ſe habet,*vt reuera habet,ſiquidem id affirmas; ſi ab vxore diſcedere non licet viro, aliamque ducere;ſane *non expedit nubere,*id eſt, vxorem ducere.Etenim Interpres verbum *Nubere* etiam viris tribuit;quoniam Græcum, γαμῆσαι, viris,fœminisq.commune eſt. Reſpondit Dominus: *Non omnes capiunt verbum iſtud,ſed quibus datum eſt,&c.* Cęlibatū extollit,donum Dei ſingulare eſſe affirmat. Verbum *Capiunt*, Græce, χωροῦσι,à χώρα,id eſt,regione,& loco ſignificat *capere inſtar loci,vel vaſis,*vt diximus tom.2.Eſt hoc verbū Ioann.8. *Sermo*[inquit]*meus nō capit in vobis.*Græcè,οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν,id eſt, *Non habet locum in vobis* Et 2.Corin.7 χωρήσατε ἡμᾶς,id eſt,*Capite nos.*Quæ verba Theophylactus ſic exponit:Accipite nos lato dilectionis campo,neque ſit arctus nobis in vobis locus. Et Chryſoſtomus: Quoniam (inquit) ſupra dixit Apoſtolus; *Anguſtiamini in viſceribus veſtris.*Hoc loco id apertiùs declarat, dicens; *Capite nos,&c.* Et Oecumenius: *Capite nos*, id eſt, In animas veſtras admittite. Eſt ergo ſenſus. *Non omnes capiunt verbum hoc*,quod dicitis, videlicet, non expedire vxorem ducere. Vel, *verbum hoc*,id eſt, rem hanc,Hebræa phraſi. Non omnes locum huic rei præbent, non omnes à coniugio abſtinere volunt, non omnes capiūt magnitudinem cœlibatus;quia anguſtum pectus habent,anguſtam voluntatem. Sed ij capiunt, quibus dono Dei eſt conceſſum. Aliqui vertunt: *Non omnes capaces ſunt*.Sed verius,& me-

Cōtinentia Dei donum ſingulare.

Quid ſignificet capere Ioan.8.

2.Corin.7.

A lius noſter Interpres vertit: *Non omnes capiunt,* Omnes enim capaces ſunt cœlibatus;quia omnes,ſi velint, Deo donante, & iuuante, abſtinere a re vxoria poſſunt; ſed tamen nō omnes actu capiunt cœlibatum, & complectuntur,quia anguſtum pectus Deo præbent,nec dilitant animum tanto dono capiendo.Si quis dare velit multa aureorum millia alicui, qui anguſtum marſupium offerat, cum poſſit

B offerre latius,rectè illi dicet; Non capis tantum donum,ſi vis capere,maius affer marſupium. Sic illi, qui amplum pectus,Deo opitulante, offerre poteſt,ad capiendum cœlibatus donum,& anguſtum habet;merito dicitur. Non capis tantum donum,pectus dilata,vt capere poſſis. *Qui poteſt capere* [ait infra Dominus]*capiat* Ille autem poteſt capere,qui pectus,voluntatemque dilatat.Poteſt etiam verbum *Ca-*

C *piunt*,referri ad intellectum:Non omnes capiunt intellectu tantum verbum;non omnes virginitatis & cœlibatus dignitatèm cognoſcunt, & intelligunt.

Omnes Deo iuuāte a re vxoria abſtinere poſſunt.

Sunt eunuchi,qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.

DIxerāt Dominus.non omnes capere magnitudinem cœlibatus:

D hoc loco indicat,eſſe multos,qui Dei donum magnum pectore magno capiāt.Ænigmaticè loquitur,eunuchos vocat cęlibes,ſed cęleſtes quoſdā eunuchos,qui propter cęleſtia bona cōſequenda, carnis reſecant voluptatē. Tria proponit eunuchorum genera. Naſcuntur enim aliqui eunuchi, ad matrimonium contrahendum inepti alij ab hominibus fiunt: hi omnes & merito, & præmio carent. Alij

E ſunt eunuchi, quos regni cęlorum cupiditas facit, qui ſeipſos caſtrant, hoc eſt,voluptatem carnis penitùs exſcindunt *propter regnum cœlorum*,hoc eſt vt regnum cęlorum, quod præmium eſt continentiæ,conſequantur, Idem præmium caſtitati, & cęlibatui proponit, quod proponitur paupertati ac martyrio, Matth.quinto. *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt*

Eunuchorū tria genera.

Caſtitati proponitur præmium regnum cęlorum.

Matth.5.

eſt regnum cœlorum, &c Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, &c. Ita hoc loco: *Seipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum*; videlicet, quia huiuſmodi eunuchorum eſt regnum cœlorum. D. Hilarius; In vno[inquit]poſuit naturã, in altero neceſſitatem, & in altero voluntatem. Naturam in eo eunucho qui ita naſcitur, neceſſitatem in eo, q̃ ita factus eſt; voluntatem in illo, qui ſpe regni cœleſtis, talis eſſe decreuerit, &c. D. Chryſoſtomus lib. de virginit. c. 49 Chriſtus[inquit]cum de virginitate diſputat, cœleſte regnũ proponit, &c. D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, c. 7. Caſtrati[inquit] mercedem habent regnum cœlorum, &c.

D Hilarius.

D. Chriſo.

D. Hieron.

Simul & alius ſenſus eſſe põt. *Qui ſemetipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum*: id eſt, vt expeditius, & liberius ad regnum cœlorum currere poſſint. Caſtratus homo matrimonium contrahere non poteſt, ſic qui ſe voto caſtitatis exciderunt, non poſſunt coniugium inire. Nuptias quaſi compedes fugit[ait Baſilius in præfat. conſtituit. loquens de Monacho] his relictis, vitam ſuam Deo conſecrat, & caſtitatem profitetur; vt nec facultas ipſi ſit conuerſionis ad nuptias, &c. loq̃tur igitur hic Dominus de ijs præſertim, qui voto maximè ſolenni, carnẽ omnino exſecant, ita vt nullo modo coniugij poſſint vinculo obſtringi. Cernebat ille, cum hæc dicebat, Religioſorum virorum myriadas, cernebat magnam cœleſtium eunuchorũ multitudinem, qui omne ſibi coniugium contrahendi facultatem, voto nuncupato, amputarũt: Quinã hi fuerint[ait D. Epiphanius hæreſ. 58. Valeſiorum] *qui ſe caſtrauerunt, propter regnũ cœlorum*, quam generoſi Apoſtoli, ac monaſticam vitam degentes, & deinceps virgines? &c. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, c. 7. locum hũc his verbis interpretatur Apoſtoli vxoris onera cõtemplati: *Si talis* [inquiũt] *cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere*; quorum Dominus ſententiam probans: Recte quidem ſentitis [ait] q̃d non expediat homini ad regna cœlorum tendenti accipere vxorem. Sed difficilis res eſt, *& non omnes capiunt verbum iſtud, verùm quibus datum eſt*. Alios eunuchos natura facit, alios vis hominum. Mihi illi eunuchi placent, quos caſtrauit non neceſſitas, ſed voluntas Libenter illos in meos ſinus recipio, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, & ob mei cultum, noluerunt eſſe, quod nati ſunt, &c. Item, eodem loco: Caſtrati[inquit] mercedem habent regnum cœlorum, &c.

Caſtratus matrimonium contrahere nõ poteſt, nec voto obſtrictus.

Votũ caſtitatis matrimonium impedit.

D. Epiphã.

D Hieron.

Fuere tamen nonnulla carnis mãcipia, id eſt, hæretici[vt ait Auguſt. li. de ſancta viginitate, c. 13. & ſeq.] qui continentiæ bonum aſſeruerunt non eſſe neceſſarium, propter regnum cœlorum, ſed propter præſens ſæculum. Quod, ſcilicet, coniugia terenis curis, pluribus, atque arctioribus diſtendũtur: qua moleſtia virgines, & continentes caren. Quaſi ob hoc tantũ melius ſit non coniugari, vt huius temporis relaxentur anguſtiæ, non quod in futurum ſæculum aliquid proſit. Refelluntur hi hæretici, eorum quoque dicipuli, id eſt, noſtri temporis nouatores, eodem lib. cap. 23. ab Auguſtino his Domini verbis: *Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum &c.* Ex quibus perſpicuum eſt, continentiam propter regnum cœlorum ſeruari, illiuſque præmium cœleſtem eſſe beatitudinem. Quid veracius[ait Auguſtinus]quid lucidius dici potuit Chriſtus dicit, veritas dicit, eos, qui pio propoſito ab vxore ducenda ſe cõtinuerint, caſtrare ſeipſos, propter regnum cœlorum. Et contra, humana vanitas, impia temeritate contendit, eos, qui hoc faciunt, præſentem tantummodo neceſſitatem moleſtiarum coniugalium deuitare. Hæc, & alia Auguſtinus aduerſus illos, & noſtri etiam temporis hæreticos. Obijcitur illud Apoſtoli 1. Corinth. 7. *Exiſtimo bonum eſſe propter inſtantem*, id eſt, præſentem, *neceſſitatem, &c.* hoc eſt, vt Oecumenius exponit, Exiſtimo bonum eſſe ſine cõiugio eſſe, propter difficultates, quæ in eo ſunt, & propter nuptiarum mala, id eſt, incommoda. Reſpondeo, cælibatum & hoc habere, & illud.

Hæretici refellũtur ab Auguſtino.

Cõtinentia propter regnum cœlorum ſeruãda eſt.

D. Auguſ.

Cælibatus expeditum

reddit hominẽ, vt cœli iter cõficiat celerius.

illud. Nam corpus, atq. animum rei A vxoris moleſtijs, & impedimentis expedit, & regnum cœlorum comparat. Hominem vero reddit expeditũ, ac liberum, non vt ocietur, ſed vt libere Deo vacet, præclariſq. operibus regnum cœlorum promereatur. Iuxta id, quod Paulus ſubijcit eodem c. *Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, &c.* Vnde Auguſtinus loco indicato: Præſens [inquit] vitanda eſt neceſſitas: ſed tamen quæ aliquid bonorum impedit futurorum.

D. Auguſ.

Qui poteſt capere capiat.

Nõ dat præceptum Dominus cõtinentiæ, ſed conſilium.

NOn imponit Dominus præceptũ continentię ab vxore; ſed ad illã, veluti rem arduam, ac præclaram exhortatur: *Qui poteſt* [inquit] amplo pectore, amplaque voluntate, continentiæ *capere* donum ſine complecti *capiat* & complectatur. Nullum Dominus excludit, nullum cogit, omnibus ait: *Qui poteſt capere capiat*, omnes propoſito regni cœlorum præmio inuitat. D. Hieronymus Matth. 19 Quaſi hortantis Domini [inquit] vox eſt, & milites ſuos ad præmium concitantis *Qui poteſt capere, capiat*; q pôt pugnare pugnet, ſuperet, ac triũphet. &c. D Theophylactus: Non cogit (inquit (virginem eſſe Dominus, neque nuptias deſtruit, ſed virginitatẽ præfert, &c. D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum; Proponit (ait) Agonothetes præciũ, inuitat ad curſum, tenet in manu virginitatis brauium, oſtendit puriſſimum fontem, & clamitat: *Qui ſitit, veniat, & bibat. Qui poteſt capere, capiat.* Non dicit: Velitis, nolitis, bibendum vobis eſt, atque currendum. E Sed, Qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille ſatiabitur, &c.

D. Hieron. *Theophyla.* *D. Hieron.*

Obijciunt, qui carnis voluptati ſeruire volunt: Cœlibatus donum Dei eſt, quod non omnes capiunt: ergo non omnes capere poſſunt. Reſpondetur, ſimilem in modum, caritatem, pęnitentiam, tentationum victoriam, dona Dei eſſe, quæ non omnes capiunt: attamen omnes illa poſſe capere. Non enim capiunt, quia capere nolunt. Omnibus enim Deus auxilium præbet ad continentiam, pœnitentiam, caritatem, tentationumque victoriam comparandam: ſed non omnes comparant, quia nolunt. Lege Gregorium Nazianzenũ orat. 31. in qua hæc Euangelij verba exponit. Vt ergo poſſimus capere, hoc eſt, vt animum magnum, tantique B doni capacem habeamus, & conſequamur donum, Deum perpetua precatione oremus. Idcirco donum Dei eſſe caſtitatem Chriſtus aſſeruit, vt à Deo illam precibus ſemper flagitemus. Auguſtinus lib. 6. confeſſ. cap. 11. Propriarum (inquit ante cõuerſionem) virium credebam eſſe continentiam, quarum mihi non erã conſcius, cùm tam ſtultus eſſem, vt neſcirem, ſicut ſcriptum eſt Sapient. C 8. *Neminem eſſe poſſe continentem, niſi tu dederis*. Vtique dares, ſi gemitu interno pulſarem aures tuas, & fide ſolita in te iactarem curam meã, &c.

Deus omnibus præbet auxiliũ ad ſeruandam continẽtiã.

Precibus à Deo poſtulanda cõtinentia.

D. Auguſ.

CAPVT IIII.

Silicet homini dimittere vxorem.

Morale.

CReauit Deus primo cœlos, terram elementaque reliqua, & animalia ad extremum, hominem poſt cæteras creaturas condidit. Et merito quidẽ poſtremum Dei opus, illis primis ſex diebus homo fuit; non quia vile, & infimum opus erat, ſed quia pręcipuum ac nobiliſſimũ. Rex erat mũdi; prius eſt pręparatum palatium, deinde Rex introductus. Oportebat (ait D. Gregorius Nazianzenus orat. in nouã Dominicam) tamquam Regi prius regiã conſtituere, & ita demum Regẽ omnibus iam ſtipatum introducere. Et alter Gregorius Niſſenus lib. de creat. hominis cap. 2. Non decuerat (inquit) prius exiſtere Principem, quam illa. quorum gereret principatum, ſed vbi cuncta ei ſubijcienda parata ſunt, iã conſe-

Hominem De⁹ creauit poſt cæteras creaturas, & cur.

D. Gregorius Naziãzen.

D. Gregorius.

Digitized by Google

effecta eſt. Quamobrem, nimirum, vt fœminam ita conditam, vxorem ducat & habet, *relinquet homo patrem, & matrem, & adglutinabitur vxori ſuæ*, per dilectionem, & cohabitationem vxori inquam ſuæ adhærebit, vinculo matrimonij indiſſolubili, & perpetuo; non vxoribus. *Et erunt duo in carne vna*, non plures quàm duo. Neque. n. aut vir vnus, plures vxores ſimul, aut vxor vna plures viros ſimul habere pōt. Erunt duo vna caro indiſſo'ubilis. Quemadmodum caro vna, non poteſt niſi morte diuidi, ſic vir & vxor, quoad matrimonij nexum, ſola morte diuiduntur.

Coniugij inſtitutio.

Ex his habemus matrimonium diuinum eſſe vinculum, à Deo inſtitutū. *Quod* (inquit Chriſtus) *Deus coniunxit, homo non ſeparet* Eſt autem adeo fortè, & indiſſolubile vinculū, vt ſola poſſit morte diſſolui. Quòd ſi opponas, matrimonium fidelium ratum, per profeſſionē religionis diſſolui, & infideliū etiam conſummatū, poſſe dirimi, cum coniux alter, cum altero habitare non vult, abſq; contumelia ſaluatoris. Reſpondetur, id ex diſpenſatióne fieri Dei, vt Eccleſia declarat. *Quod enim Deus coniunxit, homo non ſeparet*. Fuit quidē in lege naturæ, & in lege veteri vinculum hoc arctiſſimum, ſed in lege noua arctius eſt. Etenim acceſſit illi ſacramenti ratio. Ante Chriſti aduentum, matrimonium fœdus erat, inter duos coniuges indiſſolubile, à Deo inſtitutum: at Chriſtus fędus hoc Sacramentū fecit, maioremq; vinculo firmitatem addidit, & honorem. Erat ante Chriſti aduentū matrimonij vinculum argenteum; poſt Chriſti aduentū Chriſtianorum matrimonium vinculum aureum eſt, quia Sacramentū eſt gratiam continens Ante Chriſti aduētum Iudæis, ob cordis duritiam, vxores repudiare permiſſum erat, aliaſq; ducere, à Chriſto permiſſio hæc ſublāta eſt. Iudæis gratiam non largiebatur tanquam Sacramētum, matrimonium: Chriſtianis ſi parati ad gratiā accipiendam accedāt, gratiam Sacramenti largitur. Vnde Concil. Tridēt. ſeſſ. 24 *Gratiam* (inquit) *quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem cōfirmaret*, (videlicet matrimo-

Vinculū coniugij ſola morte diſſoluitur.

Matrimoniū eſt Sacramentū.

A nij] *coniugeſque ſanctificaret, Chriſtus ſua nobis paſſione promeruit, &c.* In matrimonio ergo gratia donatur, quæ viri, & vxoris naturalem amorem perficit; quæ matrimonij vnitatem indiſſolubilem confirmat, quæque coniuges ipſos ſanctificat.

In matrimonio gratia confertur, et quę.

Eſt autem hoc Sacramentum eximium ſignificatione. Rem enim ſignificat eximiam, videlicet Chriſti, & Eccleſiæ, perpetuam & indiſſolubilem

Hoc Sacramētum eſt eximiū in ſanctificatione.

B coniunctionem. Etenim Eccl ſiæ vir Chriſtus eſt, Eccleſia Chriſti ſponſa, iuxta illud Pauli 2. Corinth. 11. *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto &c.* Hoc eſt, deſpondi vos, & Eccleſiam veſtram, veluti virginem, & ſponſam caſtam, exhibere vni viro Chriſto. Preterea quemadmodum vir cum vxore amore copulatur, ſic Chriſtus cum Eccleſia, iuxta illud Pauli ad Epheſ. 5. *Viri diligite vxores veſtras ſicut,*

2. Cor. 11.

C *& Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c* | Item; Quemadmodum vir & vxor vna caro ſunt: ita Chriſtus, & Eccleſia, ſunt vna caro: quia naturam humanam habet Eccleſia, habet quoque Verbum diuinum, quod per incarnationem, *caro factum eſt*. Hominum congregatio Eccleſia eſt, & Chriſtus homo eſt. Hanc Chriſti cum Eccleſia coniunctionem, Adamus illis verbis ſignificauit. *Propter hoc relinquet homo patrem,*

Epheſ. 5.

Ioan. 1.

D *& matrem, &c.* Quemadmodum enim vir patrem, & matrem relinquit; adhæretque vxori, & ſunt duo in carne vna. Sic Chriſtus Eccleſiæ ſponſus, reliquit quodammodo Patrem ſuum, cum *Verbum caro factum eſt*, cumque in terris verſabatur, reliquit præterea matrem ſuam. D. Hierony. ad Epheſ. 5. interpretatur, *reliquit Chriſtus Patrem ſuum* Deum, *& matrem ſuam* cœleſtem Ieruſalem. Sed non video quomodo

Chriſtus quē patrē, & matrem reliquerat.

E cœleſtis Ieruſalem mater Chriſti dici poſſit. Satiùs eſt cum Auguſtino ſic exponere: reliquit matrem ſuam, id eſt, ſynagogam. *Reliquit Patrem* (ait D. Thomas ad Epheſ. 5.) in quantum eſt miſſus in mundum, & incarnatus; *& reliquit matrem*, ſynagogam, &c. *& adhæſit*, adhęretq; & in ſempiternum adhęrebit, *ſponſæ ſuæ Eccleſiæ. Et ſunt duo in carne vna*, & in corpore vno myſtico,

Nn quia

quia Eccleſia corpus Chriſti eſt, Chriſtus huius corporis caput. Vel quia Chriſtus, & Eccleſia carnem eiuſdẽ habent ſpeciei, & naturam humanã.

Epheſ. 5.

Tradit hęc Paulus ad Epheſ. 5. *Propter hoc* (inquit) *relinquet homo patrẽ, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una. Sacramentum hoc magnũ eſt, ego autẽ dico, in Chriſto, & in Eccleſia, &c.* Ecce Paulus matrimonium, myſteriũ ſiue Sacramentum eſſe affirmat, quia Chriſti, & Eccleſiæ coniunctionem ſignificat. Nã de matrimonio loquitur Adamus, vt eſt compertum. *Sacramentum*, ſiue *myſterium*, [inquit Paulus) *hoc*, quod verbis Adami continetur, *magnum eſt. Ego autem dico eſſe magnum, in Chriſto, & Eccleſia*, quia ſignificat cõiunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, perpetuam, & indiſſolubilem. Gręcè, *τὸ μυςήριον τȣ̃το μέγα ἐςὶ, myſterium hoc magnum eſt*, ſed myſterium etiam dicitur Sacramentum, & omne Sacramentũ, myſterium eſt. Itaque ex hoc loco colligitur matrimonium eſſe Sacramentum, ſiue myſterium.

D. Thom.

D. Thomas ſic interpretatur. Sacramentum hoc magnum eſt-i. Sacræ rei ſignum, ſcilicet, cõiunctionis Chriſti, & Eccleſię, & c. Et obſeruat matrimonium *Magnum* appellari *Sacramentum* ratione huius magnæ ſignificationis. Quatuor [inquit) Sacramenta dicuntur magna, ſ. baptiſmus ratione effectus; quia delet culpam, & aperit ianuam paradiſi. Confirmatio ratione miniſtri; quia ſolùm a Pontificibus, & non ab alijs, cõfertur. Euchariſtia ratione continentiæ; quia totum Chriſtum continet. Item matrimonium ratione ſignificationis; quia ſignificat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, &c. Lyranus quoque exponit, Sacramentum, i. Sacræ rei ſignum. Concil. Trident. ſeſſ. 24. poſtquam dixit Chriſtum gratiã, quæ in matrimonij Sacramẽto datur, meruiſſe, addit: Quod Paulus Apoſtolus innuit, dicens: *Viri diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea*; mox ſubiungens, *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*: hæc Conciliũ. Item Concilium Florentinum: Septimum (ait) eſt Sacramẽtum matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti, & Eccleſiæ, ſecundùm Apoſtolum dicentem: *Sacramentum hoc magnum eſt, &c.*

Quatuor ſacramenta magna ſũt.

In oĩ ſacramento datur gratia.

Datur in omni Sacramento gratia, & ſanctificatio, datur etiam in matrimonio. Iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 2. *Mulier* (inquit) *ſaluabitur per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione, cum ſobrietate, &c.* hoc eſt, ſalutem æternam conſequetur vxor, *per filiorum generationem*, id eſt, in ſtatu coniugij filios generans Deo, quamuis virginitatem non ſeruet, *ſi tamen permanſerit in fide*, hoc eſt in matrimonij fidelitate, *& dilectione* coniugis ſui, *& in ſanctificatione*, & gratia, quã matrimonij Sacramentum cõfert, *cum ſobrietate*, id eſt, temperantia.

1. Tim. 2.

Quale vinculũ ſit matrimoniũ.

Intelligant ergo coniuges, primò matrimonium vinculum eſſe, ſecũdò vinculum eſſe fortiſſimum, quod ſolui vita permanente nequit, tertiò vinculum eſſe ſacrum, gratiam cõferens, quartò vinculum eſſe ſanctiſſimũ, nexum & coniunctionem Chriſti cum Eccleſia ſignificans, Sacramentumq; magnum ſignificatione. Vinculũ eſt fortiſſimum, quoniam nulla refrangi poteſt, nec frangitur cõiugis morbo, nec iniquitate, nec adulterio, ét ſi coniux propter adulterium, quoad thorũ dimittatur, vinculũ forte permanet. Etiam ſi pari conſenſu religionẽ profiteantur; vinculũ perſtat, in matrimonio ſ conſummato. Nimirum vinculũ amoris perpetui ſignum eſt, quo Chriſtus cũ Eccleſia copulatur. Vinculum eſt longiſſimum, tempore, loco, fidelitate, amore. Tempore longiſſimum eſt; quia per totum vitæ ſpatium coniuges obſtringit. Loco longiſſimũ eſt; quia virum in India, vxorem Oliſipone alligat, atque coniungit: fidelitate lõgiſſimum eſt; quia vir vxori, & vxor viro, omnibus temporibus, omnibuſque locis fidem, ſiue fidelitatem, debent.

Vinculum matrimonij longiſſimũ eſt.

Denique amore longiſſimum eſt, quia mutuus inter virum, vxoremque amor, pax, concordia, per totam vitam extenditur. Magnus amor eſt filiorum erga parentes, magnum vinculum, ſed hoc vincit vinculum coniugale. *Propter hoc* [inquit]Adamus]

relin-

A *relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ*: Græcè, *προσκολληθήσεται, adglutinabitur*. Non dixit [ait

D. Chryſ.

Chryſoſtomus ad Epheſ.hom.30.] cohabitabit, ſed cohærebit vxori ſuæ, vehementem vnionē, dilectionemq; cū vehementia declarans, &c. Relinquit homo patrem, & matrem; adhęretq; vxori; quia vinculū coniugij, & amor, amorem parentum ſuperat. Oportet autem hunc coniugum amorem illi amori ſimilem eſſe, quo Chriſtus Eccleſiam complectitur, vnde Paulus, ad Epheſ.5. *Viri* [inquit] *diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, &c.* Caſtiſſimus eſt Chriſti amor, erga Eccleſiam, & ſanctiſſimus, ſanctitatem Eccleſiæ conferēs: ſimilem eſſe oportet viri amorem, & vxoris, caſtum, ſanctum, conferentemq; ſuo cōſortio, familiaritate, exēplo, & admonitionib. mutuis, ſanctitatem. Hinc illud

B

Epheſ. 5. Amor viri, & vxoris, qualis eſſe debeat.

C

D Chryſ.

Chryſoſtomi hom. 20. in epiſt. ad Epheſios in Morali. Inſtruat [inquit] vir vxorem, non ſolum Verbis, ſed etiam factis: tamquam ſtatuam quamdam fingendam, & exornandam nactus, ita ab ipſa veſpera, qua in thalamum nuptialem eam primùm accepit, modeſtiam, & māſuetudinem, & quomodo viuere debeat, mox ab exordio doceat, &c.

Concordia viri, & vxori. Ambroſ.

D

Adhæreat igitur vir vxori, & vxor viro amore, adhæreat pacis glutino, non diuidatur diſcordia, nō ſeparetur iurgijs Vt.n. ait D. Ambroſius epiſt. 82: indigna eſt coniugio, quę digna eſt iurgio, &c. Inter omnes Chriſtianos adhæſio hæc amoris, & pacis eſt maximè neceſſaria, ſed præcipuè inter coniuges. Idem matrimonij iugum ferūt ſi pacem non habeant, iugum grauiſſimum reddēt. Quomodo poterit bos cum leone, iugum ferre? quomodo vxor cum viro, qui leonem iracūdia refert? *Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos* [ait Eccleſiaſt.c.4] *& opprimens ſubiectos tibi, &c.* Inſpiciant coniuges boum illam ſingularem manſuetudinem, qui idem ferunt iugum: nulla inter eos lis, nullum iurgium, nulla eſt rixa, nullus morſus, inſpiciant, & imitentur. Quemadmodum conſtringi oportet boum iugum, non ſaxari, vt terram proſcindere poſſint; ſic coniugum iugum, amoris vinculo & pacis, oportet obligari, vt rem domeſticam rectè poſſint adminiſtrare. Si laxetur diſcordia, atq; odio iugum, miſerrimum erit coniugium. *Sicut boum iugum, quod mouetur,* [ait Eccleſiaſ.26.] *ſic mulier nequam, &c.* Patienter ferat vir, qui vxorem ducit iracundam linguæq; intemperantis, & nequam, ſatiùs eſſe ait Eccleſiaſticus, cum dracone, quam cum huiuſmodi muliere habitare. *Non eſt* [inquit Eccleſiaſt.c.25.] *caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. Commorari leoni, & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam, &c.* Pacifici coniuges, & probi, via incedunt plana, atque æquali; at rixoſi, iter habent difficillimum, & arenoſum. Vnde illud Eccl. eodem, c.25. *Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto, &c.* Hoc eſt, quemadmodum via accliuis, & arenoſa ſenis pedib. difficilis eſt, atque moleſta, ſic viro quieto, difficilis, moleſtaque eſt vxor loquax, obſtrepera, inquieta, rixis, & garrulitate, virum perturbans. Deniq; dent operā coniuges vt *duo ſint in carne vna*, & duo ſint in anima vna. Vna ſint anima in duobus corporibus. Clemens lib.7.cap.3. *Erunt* [inquit] *duo in carnem vnam*. Vnum enim ſunt vir & vxor, natura, cōſpiratione, cōiunctione, affectu, vita, morte, &c. Vide quot vniones vir & vxor habeant. Plura de coniugio diximus tom.2.lib.3.cap.3.& ſequentibus.

E

Eccleſ. 4.

A

Eccl. 26.

B

Eccl. 25.

C

D

CAPVT V.

De Eunuchis ſpiritualibus.

A Matrimonio ad beatos illos Eunuchos transeamus, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum. Bonū quidem eſt matrimonium, ſed præſtātior multo virginitas. D. Chryſoſtom. lib. de Virginitate c.10. Virginitas [inquit] matrimonio melior eſt, & ſi placet, quantò etiam melior ſit, addam, quantò cęlum terra, quantò hominib.

Præſtātior virginitas eſt matrimonio

D. Chryſ.

E

Nn 2 An-

Digitized by Google

D. Damaſ. *Angelica vita cœlibatus.*

A Angeli,&c. D. Damaſcenus li.4. Fidei c 25. Cælibatus[inquit) Angelorũ vitam imitatur, ex quo fit, vt quantum Angelus hominem antecellit, tantùm Virginitas, quoque matrimonio præſtet,&c. *Cyrill. Iero.* Cyrillus Ieroſolym. Catecheſi 4. illuminat. Virginitatem cum auro confert; matrimonium cum argento. Non ideò(inquit]quòd aurum poſſides, i. continentiam, argẽtum reprobes, id eſt, matrimonium,&c. *D. Hieron.* B Hieronymus quoque, in Apologia ad Pammachium pro libris aduerſus Iouin. Virginitatem aurum, matrimonium argentum appellat. Et lib. 1. contra Iouinianum cap. 1. trigeſimum fructum matrimonio tribuit; ſexageſimum viduitati; centeſimum virginitati, quam vt ſeruent, cœleſtes Eunuchi, ſeipſos caſtrant. O beatam caſtrationem; ò dignam cęleſti præmio carnis exciſionem.

Cęleſtes Eunuchĩ, & volũtarij.

C *Sunt*[inquit Dominus] *Eunuchi, qui ſic nati ſunt, ſunt qui ab hominibus facti ſunt*, terreſtres hi ſunt, nullo digni pręmio. Sunt alij præſtantiſſimi, ac cœleſtes, magno digni præmio Eunuchi, q nec ſic nati ſunt, nec ab hominibus facti ſunt, ſed ipſi ſemetipſos, carne integra, caſtrauerunt, ipſiq; coniugio, nũcium remiſerint. *D. Auguſ.* Aug. lib. de Sancta Virginitate, c.24. Seipſos(inquit) non in corpore; ſed in ipſa concupiſcentiæ D radice caſtrarunt,&c. Quis nam hos facit Eunuchos? Non neceſſitas, ſed voluntas. Ipſi *ſeipſos*[ait Dominus]*caſtrauerunt*, ſponte ſua, magnaq; voluntate. *Qui poteſt capere capiat*, neminé cogo, nemini neceſſitatem legis impono ſed hortor, & ſuadeo, quia res ardua, difficilis, magnorumq; eſt animorũ. *1. Cor. 7.* Sic Apoſtolus 1. Cor. 7. *De virginibus* (inquit) *præceptum Domini non habeo, conſilium autem do,&c.* *D. Auguſ.* Auguſt. ſerm. 61. de E tempore: De virginitate(inquit]dicitur: *Qui poteſt capere, capiat*: de iuſtitia verò non dicitur: *Qui poteſt facere faciat*, ſed, *omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur,&c.*

Orbis initio, cùm mundus deſertus erat, dixit Deus; *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,&c.* *De cœlibatu.* At poſtquam mundus homi-

A nibus refertiſſimus eſt, cùm plerique nuptias eligunt, filioſque procreant; ait, *ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum, qui poteſt capere capiat*: hoc eſt, iam eſt, bonum hominé eſſe ſolum, iam non eſt opus, vt faciamus ei adiutorium ſimile illi. Adiutorium hoc impedimento erit, non adiutorio. Iam bonum eſt hominem eſſe ſolum; numquã verò minus ſolus erit, quàm cùm ſolus erit. Cum Deo erit B qui cũ vxore nõ erit. 1. Cor. 7. *Qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt,&c.* *1. Cor. 7.* Qui verò ſolus eſt, qui ſine vxore viuit, ſollicitus eſt, de ijs quæ ſunt Dei, quomodo placeat Deo, cogitat, curat, enititur, nec diuiſus eſt.

Geneſ. 1. Olim primis parentib. dixit Deus, Gen. 1 *Creſcite & multiplicamini & replete terram,&c.* Iam repleta eſt hominib. coniugatis terra; hominibus non ſolũ C coniugatis, ſed etiam continentibus, nuptiaſq; deſerentibus, replẽdum eſt cęlum, iuxta illud D. Hieronymi lib. *D. Hieron.* 1. contra Iouinianum, *Nuptiæ terram replent: virginitas paradiſum,&c* *1. Cor. 7.* Ideo Paulus 1. Cor. 7. conſulit: *Bonum eſt homini mulierem non tangere,&c.* Item: *Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum,&c.* Nempè cęlibes, caſtos, abſque coniugij iugo. D. *D. Cypriã.* Cyprianus in tract. de diſciplina, & habitu Virginum: Prima(inquit]ſen- D tentia; creſcere & generare præcepit, ſecunda continentiam ſuaſit. Cũ adhuc rudis mundus, & inanis eſt; copiam fœcunditate generantes, propagamur & creſcimus, ad humani generis augmentum. Cùm iam refertus eſt orbis, & mundus impletus, qui capere cõtinentiam poſſunt, ſpadonum more viuẽtes, caſtrantur ad regnum. Neque hoc iubet Dominus, ſed hortatur,&c.

Prima ſententia generationẽ præcepit, ſecunda continẽtiam.

Eccleſ. 3. E Eccleſ. 3. *Tempus amplexandi*, [ait Salomon) *& tempus longè fieri ab amplexibus,&c.* In antiqua illa lege, tempus fuit amplexandi vxores, nunc verò tempus eſt longè fieri ab amplexibus, vt Auguſtinus docet lib. de *D. Ambr.* Adulterinis coniug. capit. 12. Erat (inquit) tunc quædam propagandi neceſſitas, quæ nunc nõ eſt. Quoniam *tempus amplexandi*, ſicut ſcriptum eſt:

quod

quod vtique tunc fuit, *& tempus conti-* A
nendi ab amplexu: quod nunc eſt,&c. Iu
daicus populus circumcidebatur tan
tùm,at ex Chriſtianis caſtrantur mul
ti. Paulatim (ait Hieronymus epi.22.)
D. Hieron. increſcente ſegete , meſſor immiſſus
Oſeas 10. eſt, &c. Oſeæ 10. *Vitis frondoſa Iſrael,*
&c. Vitis erat antiquus ille populus ,
frondibus exuberans; Septuaginta in
terpret. vertunt, *ἐυκληματικὰ ἄμπε-*
λος,id eſt, *vitis palmitibus abūdans*, iux
ta illud Pſal. 127. *Vxor tua ſicut vitis abū* B
Pſal. 127. *dans in lateribus domus tuæ, filij tui ſicut no*
uella, oliuarum, in circuitu menſæ tuæ, &c.
Sed Cant.2. *Tempus putationis aduenit :*
Cant. 2. *vox turturis audita eſt in terra noſtra, &c.*
Tempus Chriſti,tempus eſt caſtitatis
tempus putandi vites,palmiteſque re
ſecādi. *Vox turturis*, quę caſtitatis ſym-
bolum eſt, *in terra noſtra audita eſt.* Vox
coniugij, ante Chriſti aduentum au-
diebatur; vox caſtitatis , continentiæ,
& virginitatis poſt Chriſti aduentum C
auditur . *Vox turturis*, id eſt, caſtitatis
hæc eſt Pauli, 1. Corinth. 7 *Bonum eſt*
1. *Cor.* 7. *homini mulierem non tangere* , Item hæc:
ſolutus es ab vxore , noli quærere vxorem.
Hæc quoque *vole omnes vos eſſe, ſicut me*
ipſum. Ille etiam: *Qui matrimonio iungit*
virginem ſuam, benefacit, & qui nō iungit,
melius facit, &c. Vox turturis hæc quo-
que eſt Chriſti. *Sunt Eunuchi, qui ſe ca-*
ſtrauerunt propter regnum cęlorum. Item:
Qui poteſt capere capiat. D

Non cogit præcepto , ſed hortatur
Conſilium conſilio. At ille Deo placet magis, qui
cęlibatus, non præcepta ſolùm animo magno ,
non præce- ſed conſilia etiam capit. D. Hierony.
ptum. in comment. epiſt. ad Philemonē. Vir-
D. Hieron. ginitas [inquit) propterea maiori præ
mio coronatur ; quia præceptum Dni
non habet,& vltra imperata ſe exten
dit,&c. Et lib.1. aduerſus Iouinianū :
Ideò plus amat virgines Chriſtus: qa
ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat E
imperatum. Maioriſque gratię eſt of-
ferre quod non debeas,quàm reddere
quod exigaris,&c. Magna res eſt cęli-
Excelſa batus,& virginitas,magnorum res eſt
virginitas. animorum,magno capitur animo,ma
gna voluntate,non anguſta, carniſq;
voluptatibus mancipata . Nemini vis
fit,qui poteſt animum, voluntatemq;
dilatare, [poſſunt autem Deo fauente

A omnes) tantam rem capiat D. Iſido- *D. Iſid.*
rus lib.2. de ſummo bono,cap.40. Vir
ginitas (inquit] admonita tantùm eſt,
non iuſſa: ſed ideò tantum admonita;
quia nimis excelſa,&c. Excelſa enim
& magna res eſt , in carne ſine carne
viuere; in terra, ſicut in cęlo, vitam a-
gere, in corpore mortali , Angelicam
imitari puritatem, corpuſq; ipſum in
holocauſtum Deo offerre. D. Hierony *D. Hieron.*
mus lib.1. contra Iouinianum: Gran-
B dis fidei eſt, grandiſque virtutis , Dei
templum eſſe puriſſimum, totū ſe ho-
locauſtum offerre Domino , & iuxta
Apoſtolum ſanctum eſſe corpore , &
ſpiritu,&c, Item, eodem lib. Noli [in-
quit) metuere, vt omnes virgines fiāt,
difficilis res eſt virginitas , & ideo ra-
ra, quia difficilis,&c.

Superat humanā naturā, virginita-
tis ſplendor, decus gloria, magnū An- *Virginitas*
gelicumq; pectus flagitat. Vnde Theo *ſuperat na*
C doret. in epitome diuin. Decret. ca. de *turam.*
Virginitate. Intellexit (inquit) Deus,
virginitatē rem eſſe ſuprà naturā,&c.
Et Ambr. li.1. de virginibus: Quis hu- *D. Ambr.*
mano eā poſſit ingenio cōprehendere
quā nec natura ſuis incluſit legibus ?
aut quis naturali voce cōplecti , quod
ſuprà vſum naturæ ſit?&c. Cyrillus Ie
roſol. Catech. 12. illuminatorum: Non *Cyrill. Ieroſ.*
ignoramus (ait) caſtitatis gloriam. An
gelica. n. eſt corona, & ſuprà hominē
D hæc perfectio,&c. Natura oportet ſu-
perare eū, qui virginitatē, quę naturā
ſuperat, ſeruare cupit, humanā quodā
modo naturā oportet exuere, Angeli-
cā induere; ſiquidē Angelicæ naturæ,
res eſt caſtimonia. Virginitas (ait D. *Virginitas*
Damaſcenus li.4 fidei c.25.) Angelo- *res Angeli*
rum munus eſt , ac peculiaris omnis *ca.*
incorporeæ naturæ nota,&c. Incorpo *Damaſc.*
reæ naturæ nota eſt virginitas ; ergo
incorporeū ſe reddere illū oportet; q
E eā profitetur. Non poteſt corpus à ſe
expellere, ſed pōt corpus caſtrare , vt
Dñs docet, hoc eſt, poteſt Deo adiuuā
te , corporis cupiditates exſcindere .
Spiritum habet homo, ſimilem Ange
lis, habet & corpus ſimile brutis ani-
mantibus . Spiritus Angelicus bruto
corpori imperet, ab ſpiritu in carnem
caſtitas, puritaſque dimanet: iuxta il-
lud D. Baſilij in li. de Virginitate. Ma- *D. Baſil.*

gnum (inquit) quiddam, ac pręclarum virginitas eſt, quæ (vt totum ſimul explicem) hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit. Hæc autem nõ à corporib. ad animas manat, ſed cùm incorporalis animę, propria & pręcipua ſit, eius pretioſiſſima integritate, corpora quoq; incorrupta ſeruatur, &c.

D. Auguſ. D. Auguſt. de Sancta Virginitate, c. 8. Virginitas (ait) licet in carne ſeruetur ſpiritus tamen religione, ac deuotione, ſeruatur: ac per hoc ſpiritalis eſt, etiam virginitas corporis, quam vouet, & ſeruat, cõtinentia pietatis, &c.

Caſtitas neceſſaria ſeruāda à quibus ſit. Dicet quiſpiam: *Qui poteſt capere capiat*: Nemo ſeruare virginitatem cogitur, ergo neque ij cogentur, qui illius votum nuncuparunt. A ratione valdè abhorret hæc conſecutio Longè enim diſtat, is qui virginitatis voto ſe obſtrinxit, ab eo; qui nullo ſe voto alligauit. Hic virginitatem ſeruare non cogitur: ille cogitur, quia votum ſuſcepit. Similem in modum, nemo matrimonium contrahere compellitur; at poſtquam contrahit, ipſa matrimonij iura compellitur obſeruare. Cùm igitur ait Chriſtus: *Qui poteſt capere, capiat,* *Caſtitatis votum ſeruandum.* ijs non loquitur, qui votum continentiæ ſuſceperunt. His enim liberum nõ eſt, capere, vel non capere, ſeipſos caſtrare, vel non caſtrare. Siquidem ſtatum iam ceperunt continentiæ, teque iam caſtrauerunt, reliquum eſt, vt caſtitatem ſeruare toto pectore adnitantur. Hinc illud D. Hieronymi lib. 1. cõtra Iouin. c. 7. *Si nupſerit virgo*, (ait Paulus 1. Cor. 7.) *non peccauit*: Non illa virgo, quæ ſemel Dei cultui dedicauit. Harum enim, ſi qua nupſerit, damnationem habebit; quia primam fidęm irritam fecit, &c. Item Virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint; non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ, &c. Et Auguſtinus [vt alios Patres omittam) Pſal. 83. Qui non damnaretur ſi duxiſſet vxorem, poſt votum, ꝙ Deo promiſit, ſi duxerit, damnabitur. Sanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur, &c. Addo & illud Pauli 1. ad Timoth. 5. *Adoleſcentiores viduas deuita. Cũ enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, &c.*

A Ecce viduæ habere dicuntur damnationem; quoniam fidelitatem Deo promiſſam, votumque continentiæ, irritum fecerunt. Luxuriatæ enim ſunt, & ad nuptias conuerſæ. Aug. Pſal. 75. Quid [inquit] eſt, *primam fidem irritam fecerunt?* Vouerunt, & non reddiderunt, &c.

Dicet alius: ſi ſuprà naturam continentia eſt, ſi ſeruare corporis puritatem, Angelicum eſt, qui fieri poteſt, vt *Continētia Dei donum eſt.*
B homo carne cõſtans, illam ſeruet? Rectè is rogat. Reſpondet Dominus: *Non omnes capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum eſt, &c.* Donum Dei continentiam eſſe affirmat. Vnde efficitur diuina ope, opus eſſe, vt ſeruetur inuiolatè. Superat humanas vires virginitas, & cęlibatus: ſed ſi diuinum adſit auxiliũ, non ſolùm facilè, ſed magno etiam cum gaudio, ſeruatur. Illi igitur, qui libidinis ſordibus, non vult contami-
C nari, diuinum implorandum eſt auxilium. Origenes in Matth. Qui vult [inquit] capere verbum, quod de caſtitate poſitum eſt, petat, &c. Et Chryſoſtomus homil. 63. ijs datum eſt, (inquit) qui ſponte id eligunt: quod ideò dixit Chriſtus, vt oſtenderet ſuperiore nobis auxilio opus eſſe, quod quidẽ omnib. paratum eſt, ſi volumus in hac vita ſuperiores euadere, &c. D. Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 40. A *Diuino auxilio celibatus, & virginitas ſeruatur.*
D Deo [inquit] datur continentia, ſed, *petite* (inquit) *& accipietis*, tunc autem tribuitur, quando Deus gemitu interno pulſatur, &c. Adhibenda præterea ieiunia, flagella, cęteraque huiuſmodi, quib. carnis cupiditates fręnantur, ac comprimũtur *Sunt* (inquit Dominus) *Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt*: non ſine dolore fit caſtratio: igitur ferre oportet illum, qui ſeipſum caſtrat, tum ieiuniorum laborem, tum flagellorũ
E dolorem. Exſcindit carnem, qui ſe caſtrat, exſcindat cupiditates carnis, & occaſiones, qui caſtitatem profitetur: familiaritatem exſcindat, verba, aſpectumq; tum fœminarum, tum virorũ qui aliquid detrimenti caſtimonię afferre poſſunt. His datum eſt (ait Hierony. Matth 19) qui petierũt, qui voluerunt, qui vt acciperẽt laborauerũt, &c. Vell. neceſſe eſt caſtitatis donũ *Ieiunia & flagella ad caſtitatem ſeruandam adhibēda.*

pete-

Digitized by Google

petere, & vt accipias precibus, ieiunijs, carniſq; crucifixione laborare, iuxta illud Pauli ad Galat. 5. *Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt, cum vitijs, & concupiſcentijs, &c.*

Galat. 5.

Neminem tamen deterreat difficultas. Qui vult capere, capiat: Dei præſidio innitatur, voluntatem dilatet, magnoque & excelſo animo, magnum excelſumq; caſtitatis excipiat donum. Ingentem virginum, continentiumq; numerum inſpiciat, quod tot fecerunt viri, fœminæq; ſe quoque facturum ſperet. Inuitat caſtitas trepidantem Auguſt. lib 8. confeſſ. cap. 11. Imprimiſq; continentium exempla, ante oculos proponit, poſſeq; illum id præſtare, quod tam multi præſtiterũt oſtendit. Habent enim exempla vim magnam. Aperiebatur (ait Auguſt.) ab ea parte, qua intenderam faciem, & quo tranſire trepidabam, caſta dignitas continentiæ, ſerena, & nõ diſſoluta, hilaris, honeſtè blandiens, vt venirem, neque dubitarem; & extendẽs ad me ſuſcipiendum, & amplectendũ pias manus, plenas gregibus bonorũ exemplorum. Ibi tot pueri, & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines anus, & irridebat me irriſione exhortatoria, quaſi diceret: Tu non poteris, quod iſti, & iſtæ? &c. Addidit inuitans caſtitas, id quod ſuprà dicebamus, ſe donum Dei eſſe, in Deoq; fiduciam collocandam, vt tantum donum capere poſſimus. An (inquit illa Auguſt.) iſti, & iſtæ, in ſemetipſis poſſunt, ac non in Domino Deo ſuo? Dominus Deus eorũ me dedit eis. Quid in te ſtas, & non ſtas? Proijce te in eum; noli metuere, non ſe ſubtrahet, vt cadas. Proijce te ſecurus, excipiet te, & ſanabit te, &c. Proiecit ſe in Deum Auguſtinus: facillimumq; illud eſſe expertus eſt, quod ſe non poſſe aiebat. Affirmabat ille, vt ex lib. 6. confeſſ. cap. 11 compertum eſt, ſe non poſſe cœlibem vitam degere. Sed poſtquam Dei dulcedinem deguſtare cœpit, omnes carnis delicias, veluti felle amariores reſpuit, atque contempſit. Anguſtum habebat ante conuerſionem pectus, Deo auxiliante, dilatauit, dilatato pectore caſtitatem ce-

D. Auguſ.

Exẽpla caſtitatis alliciunt.

D. Auguſ. Auxilium Dei caſtis datur.

Auguſtinus auxilium Dei ad ſeruandã caſtitatem in ſe expertus eſt.

A pit. Eundem in modum, *qui poteſt capere, capiat*, poterit autem ſi dilatet pectus. Vt verò dilatet pectus, cœleſtib. Eunuchis, præmia propoſita verſet animo. *Sunt* (inquit Dominus) *Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorũ.*

Cœlorum regnum præmium eſt magnũ, immenſum, ſine fine. Ecquis propter æternum præmium, æternaſque voluptates; momenti vnius voluptatem non ſpernat, atque conculcet? B Seruate virgines [ait Cyprianus in tract. de diſciplina & habitu virgin.) ſeruate, quod eſſe cœpiſtis, ſeruate, quod eritis. Magna vos merces manet, præmium grande virtutis, munus maximum caſtitatis, &c. Item, ſi præmium pollicitationis attendas, minus eſt, quod laboras. Immortalitas perſeueranti datur, perpetua vita promittitur: Regnum Dominus pollicetur, &c. Eunuchorum cœleſtium, cœleſte prẹmium C etiam Iſaias prędicat, c 56. *Non dicat* (inquit Dominus) *Eunuchus, ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & ſeruauerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis, locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, nomen æternũ dabo eis, quod nõ peribit, &c.* Nõ dicat cõtinens vir, ſiue fœmina, *ego ſum lignum aridum*, propterea quòd filios carnis non gignat. Filios carnis non D gignit, gignit filios mentis præſtantiores. Non eſt lignum aridum cœleſtis Eunuchus, ſed arbor pulcherrima, & amœniſſima, clariſque operum, cogitationumq; fructibus plena, ſecus decurſus conſita aquarum cœleſtium. His Eunuchis, qui ſabbata Domini cuſtodiunt, id eſt, qui à coniugij perturbationibus, in ſabbatum, id eſt, quietem caſtitatis, veluti portum tranquillum ſe recipiunt, qui continentiam, E quam Deus amat, & conſulit, eligũt; qui fœdus cum Deo initum perpetuæ puritatis, ſeruant: his, inquam, Eunuchis, dat in domo ſua Deus, & in muris ſuis, hoc eſt, in Eccleſia ſua, locum præcipuum, & nomen multò præſtantius, quàm nomen coniugum, qui filios filiaſque generant, nomen æternum illis tribuit, in cœlo, quod nunquam peribit.

Præmiũ eorũ qui cælibatum ſeruant.

D. Cypr.

Iſai. 56.

D. Hieron. Eunuchi Euangelici opera.

De Euangelicis Eunuchis locũ hũc Iſaiæ interpretatur D. Hierony. Iſaiæ 56. In Eunuchis (inquit) intelligendi ſunt, de quibus Dominus in Euangelio loquitur, &c. Item: Eunuchus [videlicet Euangelicus) regno cœlorum vim facit, & violẽter diripit illud. Iſte cuſtos eſt ſabbatorum, vt numquam faciat opera nuptiarum. Iſte eligit, quæ Dominus voluit, vt plus offerat, quàm præceptum eſt: iſte tenet fędus Domini ſempiternum; vt non ad tempus vacet orationi, & iterum ad id ipſum reuertatur: ſed accepturum ſe nouerit in domo Domini, quæ eſt Eccleſia eius, locum optimum. Multæ enim manſiones ſunt apud Patrem, & qui Eunuchus fuerit, ac fecerit vniuerſa, quæ ſcripta ſunt, habebit in muris eius locum optimum. Vt ſit turris Dñi efficiatur, & in ſacerdotali conſiſtat gradu, & pro carnis filijs, multos habeat filios ſpirtales. ſic Hieronymus. & D. Aug in lib de Sancta Virginitate, c. 24. De quib. (inquit) ſpadonibus loquitur Deus, per Iſaiam, quib. ſe dicit daturum in domo ſua, & in muro ſuo, locum nominatum, meliorem multò quàm filiorum, atque filiarum, niſi de ijs, qui ſeipſos caſtrant, propter regnum cœlorum? &c. De Eunuchis quoque Euangelicis interpretatur, eundem locum Iſaiæ, D. Gregorius Pap. p 3 cap. 29. D. Baſilius in lib. de Virginitate, & D. Ambroſius in exhortatione ad virgines.

D. Auguſ.

D. Hieronymus loco citato in comment. Iſai. 56. Eunuchis Euangelicis illa etiam verba tribuit, Sap. 3. *Felix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, & ſpado, qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitauit aduerſus Deum nequiſſima. Debitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima, &c.* Adde ex Apoc. 14. *Virgines qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, ſine macula, ante tronum Dei aſſiſtere, nouum cantare canticum, coram Deo, & Agno, ipſumq; Agnum ſequi, quocumque ierit.* Vos feretis ad nuptias Agni, canticum nouum, quod cantabitis in citharis veſtris [ait Auguſtinus Virgines alloquens in lib. de Sancta Virginitate, cap. 27.) tale, quale nemo poterit dicere, niſi vos, &c. Item: Quò ire putamus hunc Agnum, quò nemo eum ſequi, vel audeat, vel valeat, niſi vos? quò putamus eum ire? in quos ſaltus, & prata? Vbi credo ſunt grandia gaudia; non gaudia ſæculi huius vana, inſaniæ mendaces, nec gaudia, qualia in ipſo regno Dei, cæteris non virginibus erunt, ſed à cæterorũ omnium gaudiorum ſorte diſtincta, &c.

Sap. 3. Eunuchis Euãgelicis Sapientię quę verba cõueniant.

Apoc. 14. Cãticũ Virginũ quale ſit in cęlo.

D. Auguſ.

Magna in cœlo præmia Euangelici capiunt Eunuchi, in terra quoque, ſpiritus diuini conſolatione, mirificè recreantur, terrenamque voluptatem, cum cœleſti permutant. Amanda eſt pulchritudo caſtitatis (ait D. Iſidorus lib. 2. de ſummo bono, cap. 40.) cuius deguſtata delectatio, dulcior inuenitur, quàm carnis. Caſtitas enim fructus ſuauitatis eſt, & pulchritudo inuiolata Sanctorum, &c. D. Auguſt. ipſa gaudia, filios eſſe caſtitatis affirmat. Caret illa filijs, ſed pro filijs gaudia parit, pro filia gignit animi hilaritatem, lib. 8. Confeſſ. cap. 11. Continentia ipſa [ait Auguſtinus) nequaquã ſterilis, ſed fœcunda mater filiorum gaudiorum, ex marito te Domine, &c.

Conſolatio, & voluptas Eunuchorũ ſpiritalium. D. Iſidorus

D. Auguſt.

Adiunge his cœlibem vitam, matrimonij oneribus, & curis, eſſe liberam & ad diuina cęleſtiaque procuranda expeditam. Matrimonij onera in mẽte diſcipulis veniebant, cùm dicebãt: ***Domine ſi ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere.*** Matth. 19. & Paulus 1. Corinth. 7. *Exiſtimo hoc bonum eſſe propter inſtantem (vel præſentẽ) neceſſitatẽ, &c.* Multæ ſunt præſentis vitæ neceſſitates, conſequentes coniugium [exponit Card. Caietanus) ad quas euitandas, bonum eſt ſeruare virginitatem, &c. Ipſa diſpẽſatio domus (ait D. Hieronymus lib. aduerſus Heluidium in fine] liberorum educatio, neceſſitates mariti, correctio ſeruulorum, quem à Dei cogitatione non auocent? &c. Lege alia in hanc ſententiam eodem loco Aug. lib. de Sancta Virginitate, ca. 14. verba Apoſtoli ſic interpretatur: Noui quid præſentis temporis, cui cõiugia ſeruiunt, neceſſitas cogat, vt ea quę Dei ſunt minus cogitentur, quàm

1. Cor 7. Matrimonij onera grauia.

D. Hieron.

D. Auguſ.

ſufficit

ſufficit adipiſcendæ illi glorię, quę nō erit omnium, quamuis in æterna vita manentium, &c. Hinc illud Pauli

1. Cor. 7. 1. Cor 7. *Mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt cogitat quę ſunt mundi, quomodo placeat viro, &c.* Vt

D. Hieron. nihil aliud eſſet (ait Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum] vt nulla merces amplior virginem ſequeretur, ſufficeret ei hęc ſola prælatio, *cogitare quæ Domini ſunt, &c.*

Huc etiam ſpectat illud eiuſdem capitis: *Tribulationem carnis habebunt*

Tribulatio carnis coniugatorū. *huiuſmodi, &c.* De cōiugatis loquitur. Ipſi antequam iugum ſubeant coniugij, voluptates ſibi pollicentur, at Paulus tribulationem habituros aſſerit, hoc eſt, curas, ſollicitudines, mole

D. Auguſt. ſtias, partus, dolores, & ſimilia. Aug. lib. de Sancta Virgini. c. 16. Tribulationē carnis (inquit) prænunciauit Paulus eis, qui nuptias eligunt, in ſu

C ſpicionib. zeli coniugalis, in procreandis filijs, atq; nutriendis, in timorib. & męroribus orbitatis, &c. Nos igna

D Hieron. ri rerum (ait D. Hieronymus lib. 1. cōtra Iouinianum) putabamus nuptias

A ſaltem carnis habere lætitiam. Si autē nubētibus, etiam in carne tribulatio eſt, in qua ſola videbantur habere delicias; quid erit reliquum, propter ꝙ nubant, cùm & in ſpiritu, & in anima, & in ipſa carne, tribulatio ſit? &c. Deni que æternum cœlibatus, caſtitatiſque præmium eſt; nuptiarum voluptas, ſi qua eſt tribulationi admixta, breuis eſt. Id igitur reſtat, vt ad caſtitatem capiendam, animum

B dilatamus, breuēq; coniugij voluptatem, tribulationi permixtam, cum æterna voluptate, omni tribulatione carente, commutemus. Poſt reſurrectionem vt Dominus ait, *nec nubent, nec nubentur, erunt ſicut Angeli Dei in cælo.* Quod erimus in æternum, hoc iam

Cœlibatus. ſimus breui tempore. Inter cætera mundi opera (ait Hieronymus loco indicato, & nuptiæ prætéribunt. Neque n. erunt, poſt reſurrectionē, con-

C iugia Si autem mors finis eſt nuptiarum, cur neceſſitatem, non in voluntatē vertimus, & quod inuitis extorquendum eſt, cur non ſpe præmiorum offerimus Deo? &c.

CAPVT VI.

Paruuli offeruntur Chriſto.

MATTHAEVS CAPITE XIX. Verſ. 13.

TVNC oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret.
Diſcipuli autem increpabant eos. * IESVS verò ait eis: ſinite 14
paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium eſt enim
regnum cœlorum. * Et cùm impoſuiſſet eis manus, abijt inde. 15

MARCVS CAPITE X. 13.

ET offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli autem cōminabantur offerentibus. * Quos cùm videret IESVS, indi-
gnè tulit, & ait illis; Sinite paruulos venire ad me, & ne prohi- 14
bueritis eos, talium enim eſt regnum Dei. * Amen dico vobis:
Quiſquis non receperit regnum Dei, velut paruulus, non in- 15
trabit in illud. * Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, be- 16
nedicebat eos.

LVCAS

Digitized by Google

LVCAS CAPITE XVIII. 15.

AFFEREBANT autē ad illum & infantes, vt eos tangeret.
16 Quod cùm viderent diſcipuli, increpabāt illos. *IESVS aūt
conuocās illos, dixit: ſinite pueros venire ad me, & nolite veta
17 re eos. Talium eſt enim regnum Dei.* Amen dico vobis;
Quicumque non acceperit regnum Dei, ſicut puer, non in
trabit in illud.

A

Tunc oblati ſunt ei paruuli.

D. Matthæus, & Marcus, παιδία, id eſt, *paruulos* Chriſto oblatos aiunt. D. Lucas, καὶ τὰ βρέφη, id eſt, & *infantes*. Auctor imperfecti homil. 32. oblatos Chriſto vult, poſt ſermonem de Eunuchis, & caſtitate habitum, eo quòd pueri caſti ſint; Tunc [inquit ille] quando Dominus de caſtitate ſermonē faciebat, & beatos pronunciabat Eunuchos, audientes quidam, obtulerunt ei infantes pueros caſtitate mūdiſſimos. Putabant enim, quia Dominus corpore mundos tantum laudaret, & non voluntate, &c. At ſermonem illum de Eunuchis, & caſtitate, habuit Chriſtus domi cum diſcipulis, vt colligitur ex Marco c. 10. & nos ſupra diximus. Neque ergo videtur auditus ab ijs, qui puerulos offerebant, neque ea fuiſſe offerendi ratio, quam Auctor imperfecti reddit. D. etiam Ambroſius in lib. 3. de Virginibus, exiſtimat puerulos oblatos Domino, poſt verba de Eunuchis dicta. Ideo (inquit) poſt hoc verbum offeruntur pueri ad benedicendum; qui corruptelæ expertes, integritatis munus immaculata ętate ſeruarēt. *Talium enim eſt regnum cælorum*, qui in puerilem caſtimoniam, tamquam in naturam infantium, corruptelę igno ratione remeauerint. Sic Ambroſius: qui ordinem ſequitur, quē Matthęus ſecutus eſt: ſed Matthęus id prętериit, quod Marcus addidit, ſcilicet, verba illa de Eunuchis, in domo dicta eſſe. Origenes Matth. 19. videbitur alicui velle paruulos oblatos ab Angelis; ſed myſtice loquitur, & obſcurè. A parentibus, vel conſanguineis, non ab Angelis offerebantur.

Oblatio paruulorū, quando facta ſit.

Vt eis manus imponeret, & oraret.

QVorſum paruuli Chriſto oblati ſint, aperit Euangeliſta, nimirū, vt manus eis imponeret, & orando benedictionem. Hic enim mos erat apud Iudęos, vt manus impoſitione, paruulis benedictionem impertirēt, ſicuti apud nos eſt mos, benedictionē manu dare, crucis ſigno efformato in
B aere Gen. 48. *Extendens Iacob manum dexteram, poſuit ſuper Ephraim, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe*, videlicet cùm illis benedixit. *Gen. 48.*

Adhibetur autem variè in Scriptura, manuum impoſitio: primò ad ſanitatem conferendam Luc. 4. *Dominus ſingulis manus imponens, curabat eos, &c.* Marc. vltimo, *ſuper ęgros manus imponent, & benè habebunt.* Act. 5. *Vidit Paulus Ananiam imponentem ſibi manus, vt viſum reciperet.* Act. 28. Paulus manus impoſuit ęgro Publij patri, & orauit, ſanitatemq; illi attulit. Secundò ad cōferendos ſacros ordines: vnde illud 1. Timoth. 5. *Manus citò nemini impoſueris*, id eſt, nemini ſacrum ordinem, abſq; probatione conferas. Quid ſibi vult *citò*? (ait Chryſoſtomus) non ex prima ſtatim probatione, nec ſecunda, nec tertia. Sed vbi conſideratio diuturna
C
D præceſſit, exactiſſimaq; diſcuſſio, tunc imponito manus, &c. Item 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt reſuſcites gratiā Dei, quę eſt in te, per impoſitionem manuum mearum, &c.* Nam Paulus Timotheo ſacrum ordinem contulerat, per manuū impoſitionem, videlicet Epiſcopum creauerat: hortatur verò, vt gratiā ſibi datam, cùm eſt creatus Epiſcopus excitet, ad epiſcopalia peragenda munera D. Hieronymus Iſai. 58. & Græci ordinationē, χειροτονίαν, vocant,

Manuū impoſitio variè adhibita. *Luc. 4.* *Act. 9. & 28.* *1. Tim. 5.* *D. Chriſoſ.* *2. Tim. 1.*

Hebr. 6.
Duplex eſt Sacramentalis manuum impoſitio.
Act. 8.
Leut. 1. & 16.

vocant, id eſt, *manus impoſitionem*. Tertiò ad conferendum Sacramentum confirmationis. Ad Hebræos 6. *Non rurſus iacientes fundamentum pœnitentiæ, ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoq; manuum*: id eſt, Sacramenti confirmationis. Vt enim in comment. huius epiſtolæ ait D. Thomas, duplex eſt manuum impoſitio Sacramentalis. Vna in Sacramento ordinis, alia in Sacramento confirmationis: de Sacramentò item confirmationis illud intelligendum Act. 8. *Imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum, &c.* Et ſimilia loca. Quartò imponebantur manus in antiquo illo templo victimis, Leu. 1. *Ponet manum ſuper caput hoſtiæ, &c.* Idem habetur alijs locis, Leu. 16. Suprà caput hirci emiſſarij impoſitis manibus peccata populi confitebatur ſummus ſacerdos, capitique hirci illa imprecans, in deſertum emittebat.

Caiet.
Impoſitio manuũ ſuper victimas quid indicarit.
Abul.
Dan. 13.

Quid hæc ſuprà victimas manuum impoſitio ſignificaret, dubium eſt. Caiet. Leu. 1. ait, illam impoſitionem manuum, ſuper caput victimæ, fuiſſe dedicationem victimæ coram Deo. Imponebat ergo offerens, manus ſuper caput victimæ, eaq; ceremonia Deo illam dedicabat, atq; offerebat. Abulenſis eodem capite cenſet, offerentem manibus impoſitis victimæ, imprecari ſolitum ſuper caput eius, pœnas peccatorum ſuorum; ſcilicet, vt Deus in animal illud oblatum, ſupplicia offerenti inferenda trãsferret. Dici præterea poteſt impoſitione illa manuum ſignificaſſe offerentem ſe non ſolũ offerre victimã; ſed ſeipſum quoq;, cum victima ſimul. Vel ſe propter peccata commeritum eſſe mortem, quam ſubibat victima oblata. Theodoretus, Exod quæſt. 61. Victimis (ait) manus imponebant ij qui offerebant. Hoc autem indicabat, hoſtiam illam in eius locum, qui eam offerebat ſuffici, vt quæ pro ipſo moreretur, &c. Dan. 13. Impij illi teſtes, antequã teſtimoniũ dicerent in Suſannã, ſuper caput eius manus impoſuerunt. Forſitan ſignificabant, Suſannã inſtar victimæ eſſe occidendã. At illa

A victima quidem fuit præclariſſima; ſiquidẽ maluit mortis periculo ſe exponere, quã adulterium committere. Victima tutcà victoria dicta; & hoſtia, ab hoſtib. nominata; quia hoſtes adulteros, mortemq; ipſam vicit. Numer. 27. præcipit Dominus Moſi; *Tolle Ieſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus, & pone manum tuam ſuper eum, &c.* Et Deut. 34. *Ieſue filius Nun, repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eũ*
B *manus ſuas, &c.* Obſerua caput eſſe potiſſimum hominis membrum. Quãobrem Hebræi in caput tũm mala, tũ bona imprecabantur. Pſal. 7. *Conuertetur dolor eius in caput eius, &c.* Deuter. 33. *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazaræi, &c.* Ioſue 2. *Sanguis ipſius erit in caput eius, &c.* Ezech. 9. *Viam eorum ſuper caput eorum reddã, &c.* Eccleſiaſtici 44. *Teſtamentum ſuum confirma-*
C *uit ſuper caput eius &c.* Hinc videtur orta manus impoſitio ſuper caput, ad benedicendum. Et ſuper caput victimæ, ad imprecandum illius capiti pœnas debitas homini. Ideò ſuper caput Suſannæ manus impoſuerũt teſtes, damnantes eam, & illius capiti crimen ſuppliciumq; denunciantes. Sextò manus impoſitio, in vſu erat ad benedictionem impertiendam, vt conſtat hoc ex loco, & Gen. 48. Vide-
D bat populus miracula paſſim à Chriſto fieri, magnamq; de eo conceperat animo exiſtimationẽ, idcirco puerulos ad eũ bñdictionis gr̃a offerebat.

Caput membrũ eſt principale.
Pſal 7
Deut. 33.
Ieſue 2.
Ezech. 9
Eccl. 44
Cur man⁹ capiti victimæ imponerentur.

Diſcipuli autem increpabant eos.

ACcedere ad Chriſtum paruulos, prohibebant diſcipuli: Matthæus ait, *increpabant eos*, id eſt, paruulos. Marcus verò: *Diſcipuli* (inquit) *commina-*
E *bantur offerentibus, &c.* Increpabant, & paruulos, & offerentes diſcipuli, Matthæus, & Marcus, eodem vtuntur verbo Græco, ἐπιτιμάω, quod & *increpare* ſignificat, & *comminari*. Cur id fecerint dubitatur. Reſpondet Chryſoſtomus, dignitatis cauſa prohibuiſſe, & Theophylactus: Afferebant (inquit) matres pueros, vt benedicerentur manuum Chriſti contactu. Incom-

Cur diſcipuli prohibuerint paruulos ad Chriſtum accedere.
Theophyl.

poſiti

poſiti autem, & turbari, accedebant ad eum, & propterea prohibent diſcipuli, quòd exiſtimarent hoc derogare doctrinę eius auctoritati, ſi offerrētur ei paruuli: Hæc ille. Diuus Hieronymus ait, diſcipulos prohibuiſſe paruulos; quòd exiſtimarent, Chriſtum in ſimilitudinem hominum, offerentium importunitate laſſari. D. verò Ambroſius in Lucam: Non faciebant (inquit) hoc diſcipuli, inuidæ in pueros mentis aſperitata; ſed ſedulæ virtutis obſequia, Domino deferebant; ne comprimeretur à turbis, &c. Paruuli illi, & infantes, neq; Chriſti doctrinæ capaces erant, neque ægrotabant. Ideo fortè diſcipuli illos accedere vetabant.

D. Hieron.

Ambroſius

At verò & ſi capaces doctrinæ non erant, capaces erant benedictionis. Hoc etiam tempore offeruntur Chriſto paruuli, & infantes, vt baptiſmi magnam accipiant benedictionem. Nam etſi capaces non ſunt doctrinæ, capaces ſūt benedictionis, id eſt, gratiæ, & remiſſionis. Ægroti enim ſunt, originario inquinati peccato; benedictione egent Chriſti. Indignatus eſt Chriſtus, quòd diſcipuli paruulos ad ſe accedere non paterentur. Quanta ergo aduerſus hęreticos illos, indignatione iraſceretur; qui ad baptiſmum, id eſt, ad Chriſti benedictionē, & gratiam, quæ illis in baptiſmo datur, infantes accedere prohibent? Offerebātur ab alijs hi paruuli Chriſto; ſic etiam ab alijs ad baptiſmum nunc offeruntur. Vnde illud D. Aug. ſer. 10. de verbis Apoſtoli: Paruuli (inquit) portantur ad Eccleſiam, & ſi pedibus illuc currere non poſſunt, alienis pedibus currunt, vt ſanentur. Accōmodat illis mater Eccleſia aliorū pedes, vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur, &c.

Infantium baptiſmus.

Hęretici infantes non baptizant extra cōcionē, quò ſit ut plurimi ſine baptiſmo moriantur.

D. Auguſt.

Sinite paruulos venire ad me.

DIſcipuli paruulos increpabant. At humilitatis amator Chriſtus, vt Marcus ait, indignè id tulit, Græcè, ἠγανάκτησεν, id eſt, *moleſtè tulit*, & *indignatus eſt*, quòd paruulos accedere vetarent: dixitque, *ſinite paruulos ad me*

A *accedere*, ne illis impedimento ſitis: *talium eſt enim regnum cœlorum*. Humilitatem commendat, & innocentiam. Ex illis puerulis, veluti floſculis, mel doctrinæ colligit, docetq; nos ex ijs, quæ ſeſe offerunt rebus, aliquid ſemper ſpiritalis doctrinæ, & emolumenti, inſtar apum, decerpere. Senſus eſt: talium, id eſt, huiuſmodi puerorum humilium, & omni peccato carentiū, eſt regnum cęlorum. Si igitur cęlo digni ſunt per gratiam, quam habent, cur eos indignos exiſtimatis, qui ad me accedant? Vel, ſinite illos ad me accedere; quia mei regni ſunt hi incolę, & meæ domus, id eſt, regni cœlorum: ſinite illos venire, quia gratia præditi ſunt, quia innocētes ſunt; innocentia verò in regnū cęlorū recipit. Loquitur Chrſ de paruulis illis, quatenus paruuli, & innocentes erant, & ſecūdùm præſentem iuſtitiā. Nā forſitan ex illis aliqui poſtea dānati ſunt. Alter ſenſus eſt, cùm hoc cōiunctus; *talium*, id eſt, horum, & ſimilium, *eſt regnum cœlorum*, illorum ſcilicet, qui paruulos innocentia imitantur, morumque puritate. D. Hieronymus: Significāter (inquit) dixit Chriſtus, *talium*, non, *iſtorum*, vt oſtenderet, non ętates regnare, ſed mores. Et ijs qui ſimilem haberent innocentiam, & ſimplicitatem, præmiū repromitti, &c. Et Theophylact. Non dixit, *horum*, ſed, *talium*, hoc eſt, ſimplicitate præditorum, & innocentia, &c. Sic etiam Euthymius, & alij.

Deus innocentia delectatur.

B

C

D. Hieron.

D

Theophyl.

Quiſquis non acceperit regnum Dei, velut paruulus, non intrabit in illud.

E APud Marcum, & Lucam, ex pueris oblatis hoc documentum elicit Dominus humilitatis. *Quiſquis* (inquit) *non acceperit regnum Dei, velut puerulus, non intrabit in illud*: hoc eſt, quod Matthæi 18. ait: *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum, &c. Quiſquis* (inquit) *non acceperit regnum Dei, ſicut paruulus, non intrabit in illud*: hoc eſt, ſi quis regnum Dei, maximum nempè Dei donum,

num, ac præmium, non acceperit humiliter, ſimilis puerulis factus, non dabitur illi. Offertur autē regnum Dei, cùm doctrina offertur Euangelica, & diuina gratia, quæ humiliter eſt accipienda. Offertur regnum, cùm ea offeruntur, quæ perferunt in regnum.

Beda. Regnū Dei doctrinam Euāgelicā denotat.

Beda regnum Dei hoc loco, doctrinam Euangelicam interpretatur: hāc verò accipere oportet, magna cum humilitate, captiuantes humiliter intellectum, in obſequium fidei: ſuperbi enim, qui ſuperbi intellectus lucernula, ſublimia fidei myſtēria cernere, ac metiri volunt; meritò excœcantur. Regnum Dei (ait Beda Marci 10.) id eſt, doctrinam Euangelij, ſicut paruuli accipere iubemur. Quia quo paruulus in diſcendo, non contradicit doctoribus, neque rationes, & verba componit, aduerſus eos reſiſtens ſed fideliter ſuſcipit, quod docetur, & cum metu obtemperat, & quieſcit; ita & nos in obediendo ſimpliciter, & ſine vlla retractatione verbis Domini fauere debemus, &c.

Iſid. Peluſ.

Iſidorus Peluſiota epiſt. 440. Quemadmodum (inquit) pueri cùm primùm literas formare diſcunt, in præceptorem intenti ſunt, ad quod calamum accommodarit, libenter, atq; obedienti animo, notas excipientes; eodem modo, eos quoque qui ad res diuinas perdiſcendas ſe conferunt, earum magiſtros ſequi, atq; puerilē ſimplicitatem, & indubitatum aſſenſum habere oportet, &c.

Humilitas diſcipulorum. Theophyl.

Theophyl. Lucæ 18. Suſcipiamus (inquit) omnia illa Eccleſiaſtica, quæ, ſunt regnū Dei; fideliter, abſq; curioſitate, & humiliter. Curioſe .n. inquirere ſuperbiæ fuerit, &c. Alieniſſimi ſunt ab hac Chriſti doctrina hæretici, regnum Dei vt pueri accipere nolunt humiliter, patres, ipſumq; Pontificem ſummum Dei vicarium, audire nolunt inſolenter. Pœnas ſuperbiæ luunt, in hoc ſæculo, cùm excœcantur; luentq; ſempiternas apud inferos cum flammis cruciabuntur.

Hæretici verbū Dei non ſuſcipiunt humiliter.

Euthym.

Euthy. quoq; regnum Dei hoc loco pro doctrina Euangelica ſumi putat, ſic ſcribens Marc. 10. Regnū Dei vocat Chriſtus hic prędicationem regni Dei, quam ipſe prædicauit. Quiſquis A ergo illam non ſuſceperit vt puer videlicet, nihil de ea hæſitans, aut dubitans, nequaquam intrabit ad eam, &c. Similiter Theophylact. De ijs verò, quæ in pueris imitanda ſunt, legēdus D. Chryſo. homi 64. in Matthæū. Lege quæ diximus tom. 2. lib. 10. cap. 33. Poteſt etiam dici illum accipere hic regnum, qui ſpe illud accipit, hoc ſenſu: ſi quis nunc non acceperit ſpe regnum cęlorum, velut paruulus, id B eſt, humilitate, & innocentia ornatus, non intrabit in illud, non accipiet illud reipſa. Itaque duob. modis, cœlorum regnum in hoc mūdo accipi poteſt, tum ſpe, tum in cauſa, ſpe accipitur, cùm ſperatur, in cauſa accipitur, cùm virtutes, & gratia, comparātur, quæ in illud nos ducunt. Vtroq; modo accipiendum eſt humiliter. Manus humiles, & innocentes, corq; mundū inſtar puerorum ad capiendum cœ- C lum expandere oportet. Iuxta illud Pſalm. 23 *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* Innocens *manibus, & mundo corde, &c.*

Humilitas & innocentia.

Pſalm. 23

Et cùm impoſuiſſet eis manus abijt inde.

MOrem geſſit Dominus offerētibus paruulos cumulatè, vt D. D Matthæus ſcribit, impoſuit illis manus. Marcus plura addit: *Et complexans (inquit) eos & imponens manus ſuper illos benedicebat eos, &c.* O ſingularem Chriſti humanitatem, & humilitatē! Puerulos illos, non ſolum impoſitis benedicebat manibus, ſed etiam complectebatur. Videlicet, delectabatur puerili illa innocentia, illo candore, illa humilitatis ſignificatione Quos complectatur indicat, eos nimirum, qui E puerorum candorem, innocentiam, humilitatem, caſtitatemque imitantur. Vnde Beda: Complexus (inquit) paruulos Chriſtus benedicit; vt humiles ſpiritu ſua benedictione, gratia, & dilectione, dignos eſſe ſignificet, &c.

Puerulos Chriſtus amplexus eſt.

Beda.

Verbum Grēcū ἐναγκαλισάμενος, quo Marcus vtitur, ſignificat *complecti*, & in vlnas *accipere*, vlna enim dici-

A dicitur Grȩcè *ἀγκάλη*, quamobrem
Pagninus vertit, *cùm accepiſſet eos in vl
nas*. Et Syriaci Euangelici interpres:
ſic reddidit ושקל אנון על דרעוהי *vaſ-
chekal anunhhal derebhauchi, & poſuit il
los*, vel *cùm tuliſſet eos ſuper brachia ſua.*
Biblia regia habent, *vlnis complexus.*

Humilibus Deus vbera prȩbet.

Accipiebat ergo puellos illos Chri-
ſtus in vlnas, complectebaturq; crea-
turas ſuas, nondum peccati fœditate
inquinatas. In vlnas accipiũt matres
B puerulos, & infantes, vberibuſque pa
ſcunt, non autem eos, qui grandioris
ſunt ætatis. Hunc in modum, humi-
les infantibus ſimiles, in vlnas Chri-
ſtus accipit, vberumq; illorum dulciſ
ſimo lacte reficit, de quibus legimus
Cant. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino, fra
grantia vnguentis optimis, &c.* Quòd ſi
grandes, id eſt, ſuperbi fiant, ex vlnis,
vberibuſq; depellit. Huc ſpectat Pſal
mus 130. qui de humilitate conſcri-
C ptus eſt. *Domine* (inquit Dauid) *non eſt
exaltatum cor meum, neque elati ſunt ocu
li mei, neque ambulaui in magnis, neque in
mirabilib. ſuper me, &c.* Hæc tria ſuper-
bi hominis ſunt, cordis exaltatio, ocu
lorũ elatio, in magnis, mirabilibuſq;
rebus ambulatio. Exaltat cor ſuper-
bus, & effert inſolenter; oculi cordi
rñdent, cordis elati ſunt nuntij, ipſi
quoq; elati: præterea ambulat arro-
gans in magnis, & in mirabilib. ſuper
D captum, ſtatumq; ſuum. Magna. n. &
mirabilia opera animo cõcipit, & ſu-
prà vires aggredit̃, ad captandã glo-
riã inanẽ. Magnus haberi deſiderat,
& mirabilis: ideò in magnis & mira-
bilib. verſatur. Humilis verò ait: Dñe,
neq; cor, neq; oculos, cordis indices,
exaltaui, neq; magna & mirabilia ad
oſtentationem aggreſſus ſum. Sequi-
tur in Pſalmo: *ſi non humiliter ſentiebã,
ſed exaltaui animam meam*: id eſt, ſi ſu-
E perbus fui, ſupplicio afficiar, hoc nimi
rum. *ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua,
ita retributio in anima mea, &c.* Hoc eſt,
qualis eſt infans à lacte depulſus, ta-
lis ego ſim, hæc retributio ſuperbiæ
mihi contingat. Ablacter à te Domi-
ne, omnique dulcedine lactis tui pri-
uer, ſuperbiæ retributio hæc eſt, abla-
ctantur ſuperbi, à diuino depelluntur
lacte. Humiles verò inſtar infantiũ,

Cant. 1.

Pſal. 130.

Superbia hominis tria ſigna quæ ſint.

Superbos ablactat Deus.

A eo alũtur. Superbi ſunt ablactati, hu-
miles ſunt lactentes, iuxta illud Pſal.
8. *Ex ore infantium, & lactentium, perfeci-
ſti laudem &c.* Hi lactentes Apoſtoli
ſunt, vt interpretatur Beda, & Remi-
gius, Chriſti vberibus lacteque dul-
ciſſimo, nutriti, quia humiles fuerũt,
lacte illo cȩleſti nutriti, cȩleſtem toto
orbe doctrinam promulgarunt, Chri
ſtique laudem perfecerunt, eoſdem
appellat Dñs paruulos Zach. 13. *Con-
B uertam* (inquit) *manum ad paruulos, &c.*

Rogabit aliquis, quid benedictio
Chriſti his paruulis contulerit? Rñde
mus, certum eſſe Dei benedictionem
inanem non eſſe; ſiquidem Dei be-
nedicere, eſt bñfacere. Si ergo Chri-
ſtus Deus paruulis benedixit; etiam
benefecit, beneficiumq; aliquod con
tulit: gratiam videlicet donauit, a ma
lis aliquibus præſeruationem, & ſimi
lia. Si benedici à Deo cupimus, hoc
C eſt, conſequi beneficia, demus operã,
vt paruuli ſimus, paruuli, inquam, nõ
intelligentia, ſed malitia, iuxta illud
Pauli, 1. Corinth. 14. *Nolite pueri effici
ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, &c.*
Græcè, *μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν*, id
eſt, *mente, & intellectu*, ne ſitis pueri,
ſed viri; at malitia eſtote paruuli om
ni carent iniquitate; ita & vos. Imitã
tur quidam male pueros. Illi videli-
cet, qui pueri ſunt intellectu, qui hu-
D mi repunt, nihil niſi terrenũ ſapiunt,
pueri ſunt ſenſibus. Alij benè imitan
tur. Illi ſcilicet, qui malitia ſunt par-
uuli, qui omnem malitiam, dolumq;
deponunt, iuxta illud D. Petri 1. epiſt.
cap. 2. *Deponẽtes omnem malitiam, & om
nem dolum, & ſimulationes, & inuidias,
& omnes detractiones, ſicut modo geniti in-
fantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſci-
te, vt in eo creſcatis in ſalutem, &c.* Pue-
ruli omni malitia carent, vir Chri-
E ſtianus per baptiſmum genitus, fa-
ctuſque Dei Filius, paruulus fiat, om-
nem malitiam deponat, dolos, ſi-
mulationem, inuidias, &c. Puelli
infantes, lacte paſcuntur matrum
corporeo, Chriſtianus lacte paſca-
tur rationabili, quod Græcè *λογι-
κὸν*, dicitur, id eſt, *rationale*, &
ἄδολον, id eſt, *ſine dolo*. Hoc lac
doctrina Chriſti eſt, maximè ra-
tiona-

Pſal. 8.

Apoſtoli humiles.

Zach. 3.

Benedictio Chriſti quid contulerit paruulis.

1. Cor. 14.

Pueros qui malè imitã tur.

1. Pet. 2.

Doctrina Chriſti lac rationale.

tionalis, cum ratione recta maximè conſentiens, & ſine dolo, ſine vlla falſitate, & fraude. Eſt etiam doctrina rationis, & ſpiritus: eſt præterea lac Chriſtiani, Chriſti ſuauitas, & deuotio, ac dulcitudo. Lac concupiſcũt pueri; Chriſtianus lac Chriſti concupiſcat, doctrinam Chriſti non faſtidiat, auidè & loquentes audiat concionatores, & libros de Chriſti doctrina cõſcriptos, legas. Lacte puellus alitur, & creſcit; doctrina Chriſti conſideratione rectè expenſa, alitũ Chriſtianus, & creſcit. *Vt in eo* [inquit] *creſcatis.* Lege pędagogum Clementis Alexandrini, in quo Chriſtianos pueros dici, Chriſtumque eorum eſſe pędagogum docet.

C A P V T VII.

De diuite adoleſcente cui dictum, vende quæ habes & da pauperibus, &c.

MATTHAEVS CAPITE XIX. Verſ. 16.

ET ecce vnus accedens ait illi: Magiſter bone, quid boni fa
ciam, vt habeam vitam æternam?* Qui dixit ei: Quid me 17
interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus. Si autem vis
ad vitam ingredi, ſerua mandata. * Dicit illi, Quæ? Ieſus 18
autem dixit, Non homicidium facies, non adulterabis; nõ
facies furtum, non falſum teſtimonium dices. * Honora 19
patrem tuum, & matrem tuam: & diliges proximum tuũ
ſicut teipſum. * Dicit illi adoleſcens. Omnia hęc cuſtodiui à iuuentute mea, 20
quid adhuc mihi deeſt? * Ait illi Ieſus, ſi vis perfectus eſſe, vade & vende om 21
nia quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cœlo, & veni, & ſe-
quere me. * Cùm audiſſet autẽ adoleſcens verbũ, abijt triſtis. Erat enim ha- 22
bens multas poſſeſſiones.* Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis. Amen dico vo- 23
bis, quia diues difficilè intrabit in regnum cœlorum. * Et iterum dico vobis: 24
Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire; quàm diuitem intrare in re
gnum cœlorum. * Auditis autem his diſcipulis mirabantur valdè, dicentes: 25
Quis ergo poterit ſaluus eſſe? * Aſpiciens autem IESVS dixit illis: Apud ho 26
mines hoc impoſſibile eſt; apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

MARCVS CAPITE X. 17.

ET cùm egreſſus eſſet in viam, procurrens quidam genu fle-
xo ante eum: rogabat eum, dicens: Magiſter bone, quid fa-
ciam, vt vitam æternam percipiam? * Ieſus autem dixi ei: 18
Quid me dicis bonũ? Nemo bonus niſi vnus Deus.* Præ- 19
cepta noſti: ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falſum
teſtimonium dixeris: ne fraudem feceris: honora patrem
tuum & matrem. * At ille reſpondens ait illi: Magiſter hæc omnia obſerua- 20
ui à iuuentute mea. * Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum; & dixit ei: vnũ 21
tibi deeſt. Vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus: & habebis the-
ſaurum in cœlo: & veni, ſequere me. * Qui contriſtatus in verbo, abijt mœ- 22
rens. Erat enim habens multas poſſeſſiones.* Et circumſpiciens Ieſus, ait di- 23
ſcipulis ſuis. Quã difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt? * 24
Diſci-

Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens:
ait illis. Filioli,quàm difficile eſt confidentes in pecunijs, in regnum Dei in-
25 troire! * Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire,quàm diuitem in-
26 trare in regnum Dei. * Qui magis admirabantur,dicentes ad ſemetipſos; &
27 quis poteſt ſaluus fieri? * Et intuens illos Ieſus ait. Apud homines impoſſibi
le eſt,ſed non apud Deum: omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum.

LVCAS CAPITE XVIII. 18.

ET interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magiſter bone,
19 quid faciens vitam æternam poſſidebo? * Dixit autem ei Ieſus,
20 quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi ſolus Deus. * Man-
data noſti;non occides:non mœchaberis:non furtum facies:nõ
21 falſum teſtimonium dices:honora patrem tuum,& matrem.*
22 Qui ait:Hæc omnia cuſtodiui à iuuẽtute mea.* Quo audito Ieſus ait ei; Ad-
23 huc vnum tibi deeſt: Omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus,&
24 habebis theſaurum in cęlo:& veni,ſequere me. * His ille auditis,contriſtatus
25 eſt:quia diues erat valdè. * Videns autem Ieſus illum triſtem factum dixit:
26 Quàm difficilè qui pecunias habent,in regnum Dei intrabunt? * Facilius eſt
enim,camelum per foramen acus tranſire,quàm diuitem intrare in regnum
27 Dei. * Et dixerunt,qui audiebant:& quis poteſt ſaluus fieri? * Ait illis: Quæ
impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.

Ecce vnus accedens ait illi.

POſtquam Chriſtus paruulis bene dixit, vt Matthæus ſcribit, eo ex loco receſſit. Marcus ait,fuiſſe egreſsũ in viam. Vnde colligitur, in domo aliqua fuiſſe illi oblatos paruulos. *Cùm egreſſus eſſet in viam*(ait Marcus) *procurrens quidam, genu flexo ante eum,rogabat eum,&c.* Erat hic adoleſcẽs,vt illa verba Matthęi indicant: *Dicit illi adoleſcens*,erat opulentiſſimus,ſic.n. Matthæus ſcribit:*erat habens multas poſſeſſiones*,Et Lucas: *Diues*(inquit)*erat valdè,&c.* Princeps quoq; erat inter Iudęos,vt docet Lucas. Nihilominus genu flexo,Chriſtum eſt allocutus,magna cum veneratione,hunc in modũ: *Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam ęternam?*

Genu flexo adoleſcens opulentus, & princeps Chriſtum rogat.

Luc.10.

Hoc idem interrogauit Dominum legiſperitus quidam,Luc.10.*Ecce*(inquit)*quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum & dicens: Magiſter,quid faciendo vitam ęternam poſſidebo? &c.* Quà ob cauſam D.Hieronymus exiſtimauit, eundem eſſe hunc adoleſcentem, & illũ legiſperitum tẽtatorem: Iſte(inquit) qui interrogat, quomodo vitam conſequatur æternam, & adoleſcens, & diues eſt,& ſuperbus, & iuxta alium Euangeliſtam(ſcilicet Lucam)nõ voto diſcentis,ſed tentantis interrogat, &c. In eadem opinione videtur eſſe D.Cyrillus lib.2.theſauri c 1.ſiquidẽ hunc adoleſcentem legiſperitum vocat. Credi tamen poteſt, exiſtimaſſe hunc adoleſcentem fuiſſe legiſperitũ, ſed diuerſum ab illo altero Lucæ. D. etiam Ambroſius Luc.17.legiſperitũ vocat,& tentatorem. Item D.Gregorius Nazianze. orat. 36. quę eſt 4. de Theologia, legiſperitum, & tentatórem appellat.

Adoleſcens hic non eſt ille legiſperitus, de quo Lucas cap. 10.

Sed diuerſum eſſe hunc adoleſcentem, ab illo legiſperito, manifeſtum eſt,ſiquidem ille tentandi cauſa Chriſtum interrogauit: hic genu flexo, magnoque honore exhibito. Prætereà cùm id,quod Chriſtus conſulebat facere nollet, ſcilicet, opes pauperibus erogare, mœſtus abijt: quod indicat bono animo interrogaſſe. Adde

Chri-

Digitized by Google

A Chriſtum illum dilexiſſe, vt Marcus aſſerit, quod tentatori minimè congruit. Deniq. perſpicuum eſt alium eſſe hunc adoleſcentem, & diuerſum, à legiſperito, ſiquidem Lucas, alterũ ab altero diſtinguit. De legiſperito ſcribit, c. 10. de adoleſcente, c. 18. Vnde D. Baſilius homil. 4. contra diuites auaros: Non eſt [inquit] idem adoleſcens cum legiſperito. Legis enim peritus, tentator erat, iſte verò ſalubriter, quidem interrogans, non finit ſe perſuaderi. Non enim triſtis abijſſet, propter reſponſa Domini, ſi deſpiciẽdo interrogaſſet, &c. Ex his conſtat, hunc adoleſcentem neque legiſperitum illum eſſe: neque tentandi gratia acceſſiſſe. Chryſoſtomus hom. 64. Nõnulli (ait) huic homini, quaſi fraudulento, & nequam detrahunt, tentationis gratia ad Chriſtum acceſſiſſe affirmantes, &c. Huius ſententię ſunt Ambroſius, & Hieronymus citati, ꝑterea Cyrillus in catena D Thomę Luc. 18. Idem ſentire videtur D Epiphanius in Ancorato, cùm ait, hunc adoleſcentem ore, non corde, dixiſſe: *Magiſter bone.* Chryſoſtomus verò, D. Baſilius citatus Euthymius, Theophylactus, & alij interpretes, bono animo rogaſſe arbitrantur, quod verum eſt.

Baſilius.

B

D. Chryſo.

C

An bono animo rogarit?

D

Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam.

EGregia ſanè eſt interrogatio hęc adoleſcentis, vitam ęternam deſiderãtis. Non petit miracula, vt illi, *qui ſignum de cœlo petebant.* Luc. 11. non corporis ſanitatem, vt alij: aut temporale aliquid, ſed oſtendi ſibi vitam poſtulat, per quam ad vitam æternã peruenire poſſit. Vtinam hæ eſſent noſtræ quæſtiones, & deſideria. Non vt tentans venit (ait Theophylactus) ſed vt diſcere cupiens, & ſitiens vitã æternam, &c. Sciebat ille duo; in primis eſſe vitam æternam; deinde bonis operibus comparari, ideò dixit; *Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* hoc eſt, Magiſter bone, doce me quænam bona opera facere debeo, ad comparandam vitam ęternam, ſi ne meritis bonorum operum, illa nõ acquiritur, quo ergo modo hæc merita adipiſcar? quid faciam boni? Græcè, τί ἀγαθὸν, *quod bonum faciam.*

Theophyl.

Quid me interrogas de bono?

REſpondet Dominus adoſcẽti, iuxta Matthæum *Quid me interrogas de bono?* iuxta Lucam, & Marcum. *Quid me dicis bonum.* Videntur Euangeliſtæ inter ſe diſcrepare; ſed minimè diſcrepant. Nam vt Diuus Auguſtinus lib. 2. de conſenſu Euangel. cap. 63. docet, vtrumque à Chriſto dictum eſt. Commodiſſimè [inquit] intelligitur, vtrumque dictum. *Quid me dicis bonum & interrogas me de bono? &c.* Sic ergo Chriſtus reſpondit: *Quod me bonum dicis, & quod me interrogas de bono?* Nam adoleſcens dixerat; *Magiſter bone, quid boni faciam &c.* Ad illa verba: *Magiſter bone,* referuntur hæc: *Quid me dicis bonum* ad illa verò; *Quid boni faciam?* pertinẽt hæc *Quid me interrogas de bono?* Cũ enim interrogauit: *Quid boni faciam?* interrogauit: *Quid boni faciam?* interrogauit de bono faciendo, eſt ſenſus: Cur me bonum magiſtrum appellas? & cur me de bono, quo vita æterna comparatur, interrogas; Aliter dici poteſt, Matthæi verba, & aliorũ Euangeliſtarum, idem ſignificare. Nã verba Matthæi hũc ſẽſum habere poſſunt. *Quid me interrogas de bono;* hoc eſt: Quid me interrogando, vocas bonum? Quid mecum loqueris vocando bonũ? Hebraiſmus videtur: in hanc ſentẽtiam interpretantur Abulenſis quæſtione 112. & Maldonatus.

Concordia Euang. D. Auguſ.

Vnus eſt bonus Deus.

E

MArcus ſic: *Nemo bonus, niſi vnus Deus:* Lucas hoc pacto: *Nemo bonus, niſi ſolus Deus,* idem ſenſus eſt omnium. Nemo bonus eſt, niſi ſolus Deꝰ Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Vnde conſtat Chriſtum ſeipſum his verbis vocaſſe bonum, quia Deus eſt.

Duo hic ſunt, inueſtiganda. Alterum, quomodo nemo ſit bonus, niſi ſolus Deus. Alterum: cur ſic

A adoleſcenti Chriſtus reſponderit? Qđ attinet ad primum, duobus modis, dicens aliquod bonum dici pôt, aut per ſe, & natura ſua, aut ab alio. Per ſe, & natura ſua, ſolus Deus bonus eſt à ſe.n. bonitatem habet, totiúſq. bonitatis fons eſt, ab illo bonitatē homo, & reliquæ hauriunt creaturæ.

Quomodo nemo ſit bonus niſi ſol⁹ Deus?

Auguſtin. Auguſtinus epiſtol. 55. ad Macedoniū, Nullius boni participatione bonus eſt Deus; quoniam bonum, quo bon⁹ eſt ipſe ſibi eſt. **B** Homo autem, cum bonus eſt, ab illo bonus eſt, quod à ſeipſo eſſe non poteſt, &c. Cùm igitur ait Dominus; *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, indicat Deum per ſe, & natura ſua, à ſe habere bonitatem, creaturas vero ab eo illam accipere, & mendicare. Sic 1. Timoth. 6. dicitur Deus *ſolus habere immortalitatem*, videlicet à natura ſua, non ab alio acceptam. Angeli verò, & rationis participes animæ, ab illo accipiunt. **C**

1. Tim. 6.

Cur autem Chriſtus ſic reſponderit adoleſcēti, indicant Patrum interpretationes. Haupentius trac. 7. verba Chriſti ſic interpretatur; *Quid me dicis bonum?* hoc eſt, Nolo dicas bonum quem neſcis: ſcito priùs, qui ſum. Et cùm Deum verum cognoueris, amplector, vt dicas bonum, quia *nemo bonus, niſi vnus Deus, &c.*

Cyrillus. D. Cyrillus lib. 2. theſauri, c. 1. hoc pacto Cur ad hominem ſolummodò venis. **D** & qđ Deo naturaliter ineſt, mihi attribuis? Vnus.n. eſt natura bonus; Deus videlicet; ſi ergo me credis Deum eſſe, atq. adeò bonum, quid quaſi hominem venis? ſin autem Deum eſſe non putas, ſed hominem ſolūmodò, quare quod Deo ſoli attribuitur, homini accōmodas? &c.

Auguſt. D. Auguſtinus lib. 3. contra Maximum, c. 23. hunc in modum; Rectè me appellabis bonum, ſi me noueris Deum. **E** Nam quādo me nihil aliud quam hominem putas, *quid me dicis bonum?* Non te facit bonum, nec beatū, niſi bonū immutabile quod ſolus eſt Deus, &c. Sic ergo reſpondit Dominus, quia adolſcens bonum eum vocabat, non vt Deum, ſed vt merū hominem. Et his verbis indicare voluit, ſe alio longè præſtantiori modo bonū eſſe; nempe bonū Deum.

Theophyl. Vnde Theo- **A** phylactus; Verbis (inquit) iſtis Chriſtus, mentem hominis illius ſublimiorē reddere vult, vt ipſe tamquā Deus agnoſcatur, &c. Et Auctor imperfecte, laudem ſibi ab adoleſcente oblatā Chriſtus repulit, quia non quaſi Deū bonum, ſed quaſi hominem bonū eū dicebat, &c.

Hieronym. D. Hieronymus. Non renuit (inquit) ſaluator bonitatis teſtimonium, ſed magiſtri abſq Deo excluſit errorem, &c.

Nazianz. Nazianzen. orat. **B** 36. [inquit] verba eo ſpectabant, vt legiſperito tentatori, qui bonitatem ipſi tamquam homini tribuebat, occurreret, &c.

D. Ambro. D. Ambroſius in Lucā: Magiſtrum (inquit] bonum iſte dixit, qui Deum bonum dicere debuiſſet, &c.

D. Epiph. D. Epiphanius hæreſi 69 adoleſcentem hunc Phariſæum fuiſſe, & iuſtū ſe exiſtimaſſe, & bonum, credit, Iuſtitiæ que opinione de ſe concepta inflatum; interrogaſſe Dominum. Ideoq; **C** e Dominū in Deum bonitatem omnem retuliſſe. Erat (inquit) glorioſus quidam, à Phariſæis profectus, velut qui iuſtificationes legis exactè ſeruaſſet, & iuſtitiā ac bonitatem, de ſeipſo iactans, dicebat: *Magiſter bone quid faciam, vt vitam æternam poſſideam*; & quoniam ſentiebat de ſeipſo, velut de tanta iuſtitia, Dominus volens referre ad Deum omnem bonitatem. *Nemo* (inquit) *bonus eſt præter ipſum.* Vt nemo **D** carnem geſtans; factum aliquem ſibi attrahat, atq. ea gratia dicebat; *Quid me dicis bonum? nemo bonus, niſi vnus Deus:* quo ſubuerteret in eo, qui dixerat, inflationem, &c. Sed iuuenē hūc ꝓprię iuſtitię opinione inflatū, ad Chriſtum non veniſſe, ipſa probat genuflexio, ꝓbant interrogationes. Inflatus.n. putat ſe omnia ſcire, & nihil ſibi deeſſe, at hic rogat Dominum. *Quid faciā, vt habeam vitam æternam?* Item: *Quid ad-* **E** *huc mihi deeſt?* Prętereà cùm dixit, *Hęc omnia cuſtodiui à iuuentute mea*; Chriſtus dilexit eum, vt Marcus ait; ſincerè ergo loquebatur, & abſque arrogantia. Prętereà ſi arroganter acceſſit, cur triſtis diſceſſit, cùm Chriſti conſiliū de paupertate audiuit? profectò ſi inflatus acceſſiſſet, bonitatis opinione, nō tam facilè inflationem depoſuiſſet, & aſſumpſiſset mœſtitiam.

Iuuenis hic Phariſæus nō fuit, nec Phariſaica inflatus ſuperbia.

Chry-

D. Chryſo. Chryſoſtomus homil. 64. cenſet ſic Chriſtum reſpondiſſe; vt ab adulationis ' vitio adoleſcentem liberaret. Vocauerat enim illum magiſtrũ bonũ, in qua vocatione adulatio latere poterat. Ad altiora [inquit] ſẽſim Chriſtus adducebat iuuenẽ, atq. ab adulationis vitio liberare volebat; vt ſimul, & à terrenis abduceret, & Deo affigeret, ſuaderetque, futura ſolummodò bona eſſe quærenda, vtq. ſolum Deum verè bonum, & bonorum omniũ fontem eſſe cognoſceret, & ei gloriam referret, &c. *Theophyl.* Itẽ Theophylactus: Aliud quiddam corrigit Chriſtus, docendo adoleſcentem; ne aduletur his, cum quibus conuerſaturus eſt, ſed bonitatis fontem ſciat Deum, cui honor tribuendus eſt, &c.

Caiet. Card. Caietanus putat ſic reſpõdiſſe Dominum, vt nos doceret, laudes quibus afficimur, in Deum retorquerè; vt ſi quis iuſtus, bonus, aut ſanctus vocetur, reſpondeat; nemo iuſtus, nemo bonus, nemo ſanctus, niſi ſolus Deus, & in alijs ſimiliter.

Dici poteſt Chriſtum humilitatis ẽt cauſa, ſic locutum; idq. adoleſcentem intelligere potuiſſe. *Humilitas* Non enim videtur intellexiſſe, Chriſtum ſignificare ſe eſſe Deum, ſed boni appellationem humilitatis cauſa in Deũ reijcere, potuit peſpicere; quaſi diceret Dominus; Quorſum me bonum appellas & de bono interrogas? Deus bon⁹ eſt appellandus, quia ipſe ſolus eſt bon⁹. *D. Chryſo.* Quoniam (ait Chryſoſtomus) ceu ad hominem nudum, vnum e multis Iudæorum magiſtris, adoleſcens Chriſtum adijt; idcirco ẽt ipſe quaſi homo ei reſpondet, &c. Reſpõdit Dominus adoleſcenti, quaſi homo humiliter, boni appellationem in Deũ referendo, docenſq. nos vt Caietanus ait, cũ laudamur, in Deum laudes reijcere. Simul tamen ſenſu arcano, quẽ adoleſcens minimè percepit, id nobis indicauit, quod patres ſuprà citati aiũt, videlicet, ſe bonum eſſe Deum.

Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

ROgauit adoleſcens: *Quid boni faciã vt habeam vitam æternam?* reſpõdet A Dominus, vt Marcus, & Lucas, aiunt *præcepta noſti?* addit Matthæus; *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata:* hoc eſt. *Mandata ſunt iter ad vitam.* Si vis vitam aſſequi, quam deſideras, ſerua, præcepta, is enim vitam aſſequitur, qui præcepta ſeruat. Adoleſcens vitam appellauit æternam, Chriſtus vitam ſolùm dixit. *Si vis* [inquit] *ad vitam ingredi:* neque addidit, *æternam:* ſed ſubitellige, *æternam:* hoc ſenſu, *ſi vis vitam,* de qua loqueris conſequi, nempè *æternam, ſerua mandata* Credi quoq. B pôt, Chriſtum vitam abſolutè dixiſſe, eo, quòd æterna vita propriè, & verè eſt vita. *Vita æterna verè eſt vita.* Vita autem hæc dolore, & labore plena, quæ ſenſim deficit, ſemperque tendit a d mortem, verè vita non eſt, ſed mors, mortiſq. prolixitas, ſi cum æterna vita conferatur, vt docet D. Gregorius ho. 37. in Euangelia *D. Gregor.* Temporalis [inquit] vita, æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda, D quàm vita. Ipſe. n. quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud, quã quædam prolixitas mortis? &c. Chriſtum autem hoc loco vitam ęternam ſimpliciter vitam appellaſſe, vt indicaret eam verè eſſe vitã, quæ æterna eſt, cenſet Auguſtinus ſer. 17. de Verbis Domini, *Auguſt.* his verbis: Non dixit Chriſtus, *ſi vis venire ad vitam ęternam:* ſed, *ſi vis venire ad vitam;* eam definiens vitam, quæ fuerit æterna vita, &c. Defi- C nitio hæc vitæ non congruit breuiſſimę noſtræ vitę, congruit potius illa Gregorij; vita noſtra eſt prolixitas mortis.

Dicit illi; Quæ?

ROgat adoleſcens Chriſtum, quęnam illa ſint pręcepta, quę ipſe debeat obſeruare, vt vitam conſequatur ęternam. D. Hieronymus arbitra- E tur, doloſam hanc fuiſſe interrogationem. Adoleſcentem (inquit) iſtum tẽtatorem eſſe, ex eo probare poſſum⁹, *Iuuenis interrog. eius ſincera fuit.* quòd dicente ſibi Domino; *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata:* rurſum fraudulenter interrogat, quę ſint illa mandata? Quaſi non ipſe legerit: aut Dominus poſſit Deo iubere contraria, &c. Sed iam ſuprà oſtendimus, tẽtatorem non fuiſſe, itemq; nunc dici-

Digitized by Google

mus cum Chryſoſtomo, & alijs, non fraudulentam, ſed ſinceram, & abſq; fuco, interrogationẽ hanc fuiſſe, qd ipſa hiſtoriæ ſeries facilè oſtendit. Chryſoſtomus. Quænam [inquit] mãdata ſeruãda eſſent adoleſcens interrogauit, non tentando quidẽ, Abſit. Quia exiſtimabat alia quædã, præter legalia, vitæ ſibi cauſam futura quod certè magnam hominis cupiditatem deſignat, &c.

D. Chryſ.

Non homicidium facies, non adulterabis, &c.

DOcet Chriſtus, quæ ſint mandata obſeruanda. *Non homicidiũ facies non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuũ, & matrem tuam, & diliges proximum tuũ ſicut teipſum, &c.* Dubium eſt, cur ſola pręcepta propoſuerit, quæ ad proximum ſpectant, illorum verò quæ ad Deum pertinent non meminerit? Reſpondetur, Chriſtum non meminiſſe mandatorum primæ tabulæ, quæ ad Deum pertinent, ſcilicet: *Non habebis Deos alienos*, Exod. 20. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, memento vt diem ſabbati ſantifices, &c.* Quoniam noluit omnia præcepta minutatim recenſere, ex numeratis alia voluit intelligi; quæ non numerauerat: præſertim cùm loqueretur cum adoleſcente nõ inerte, ſed qui mãdata omnia memoria teneret.

Cur Dominus ſolũ numerarit mãdata, quæ ad proximũ attinent.

Abulenſis Matth. 19. q. 124. reſpondet, proptereà Dominum præceptorum primæ tabulæ nullam feciſſe mẽtionem, quòd præcepta primæ tabulæ, quæ ad Deum pertinent, in pręceptis ſecundæ tabulæ, quæ pertinent ad proximũ, concludantur, & ab eis ſupponantur. Nam præcepta ſecundę tabulæ, ad dilectionem proximi ſpectãt præcepta verò primæ ad dilectionem Dei, dilectio verò Dei, in dilectione proximi concluditur, eàq. prior eſt. Etenim proximum amamus propter Deum, quem & priùs, & plùs diligimus, quàm proximum. Similẽ in modum D. Paulus ad Ro. 13. & ad Gala. 5. non meminit mandatorum, quę ad Deum tendunt. *Qui* [inquit] *diligit proximum, legem impleuit, Nam non adulterabis, non occides: non furaberis: non falſũ teſtimonium dices: non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis eſt dilectio, &c.* & ad Galat. 5. *Omnis lex in vno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, &c.* Aſſerit Paulus omne aliud mãdatum in præcepto dilectionis proximi inſtaurari; Græcum verbum ἀνακεφαλαιοῦται, ſignificat *in ſummam colligitur*, ſiue *ad caput redigitur, & recapitulatur*, à κεφαλὴ id eſt, *caput*. Aſſerit præterea, omnem legem in hoc pręcepto de dilectione proximi impleri: pręceptorum quę Deum colere, honorare, amareq. iubent, mentionem non facit, cùm tamẽ abſq. illis lex impleri minimè poſſit. Reſpondemus, Paulum in dilectione proximi, dilectionem Dei concluſam eſſe intellexiſſe, & pręcepta, quę in Deum tendunt, in ijs, quę proximum attingunt, eſſe cõtenta, ideoq. dixiſſe, omnem legem dilectione proximi impleri, & in ea inſtaurari, ac contineri. Dominus autẽ cùm adoleſcẽti reſpondit aliud ſpectauit. Aliter dicimus, Paulum his locis cùm ait *legẽ dilectione proximi impleri*, de lege loqui, q̃ ad proximum ſpectat: huius. n. legis præcepta vno pręcepto dilectionis ꝓximi continẽtur, vt eſt perſpicuum, quemadmodum præcepta, quę Deum ſpectant, præcepto altero de dilectione Dei comprehenduntur.

ad Ro. 13. ad Gal. 5.

Cur Paulus ſolũ meminerit mãdatorum, quæ ad proximũ ſpectant.

Omnia hęc cuſtodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deeſt?

EQuidem optimus hic erat adoleſcens, ſi verum loquitur. Omnia [inquit] *præcepta cuſtodiui a iuuentute mea* Nullum igitur mortiferum commiſit crimen à iuuentute ſua id quod ſingularis gratia Dei fuit. Sed mentitum eſſe putat D. Hieron. Mentitũ [inquit] ſi. n. hoc quod poſitum eſt in mãdatis: *Diliges proximum tuum ſicut teipſũ* opere compleſſet, quomodo poſteà audiens: *Vade, & vende quæ habes, & da pauperibus*: triſtis receſſit, quia habebat multas poſſeſſiones, &c. D. item Auguſtinus epiſt. 89. Puto (ait) quòd hic adoleſcens arrogantiùs, quã verius

An fuerit mẽtitus adoleſcens. Hieron.

Auguſt.

A verius legis mandata ſe ſeruaſſe reſpōderit, &c. D. Baſilius ho. 7. in diuites auaros: A mandato (inquit) illo ſeruādo, palàm eſt, quòd procul abſis, & in teipſo mentiri deprehenderis: quòd videlicet proximum ſicut teipſum diligas. Si enim teneris adhuc in annis, fraternitatis caritatem, ac tantū præceptum cuſtodiſti; vnde hæc diuitiarū copia? &c. D. Ambroſius in præfat. Pſalm. 1. Quia adoleſcens neque illa (id eſt, mandata propoſita) aſcenderat; B ideò ad hæc (id eſt, conſilia) ſe aptare non potuit. Nam ſi dilexiſſet ꝓximū, potuiſſet pauperib. ſubſidia ſui patrimonij non negare, &c. Clemēs Alexādrinus lib. 4. ſtromatum: Eum [inquit] qui gloriabatur ſe legis præcepta perfectè adimpleſſe, refellit Dominus; vt qui non dilexiſſet proximū &c. Quidam verò, vt refert Theophylactus, ex hypotheſi hæc dicta intellexerunt, hoc pacto: C Da, quod hæc omnia ſeruarim. Quid adhuc deeſt mihi; Origenes ho. 8. in Matth. ex Euangelio, quod ſecundùm Hebræos dicebatur, hæc ſcribit: *Dixit ad Chriſtum alter diuitum; Magiſter, quid bonum faciens viuam? Dixit ei: Homo, legem, & Prophetas fac. Reſpondit ad eum: Feci. Dixit ei Vade, vēde, quæ poſſides, & diuide pauperib. & veni, ſequere me. Cœpit autē diues ſcalpere caput non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus:* D *Quomodo dicis. Legem feci, & Prophetas? Quoniam ſcriptum eſt in lege: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, Et ecce multi fratres tui, filij Abrahæ, amicti ſunt ſtercore, morientes præ fame; & domus tua plena eſt multis bonis, & non egreditur omninò aliquid ex ea ad eos, &c.* Vnde efficitur, Chriſtum mendacij redarguiſſe adoleſcentem.

D. Baſilius. *D. Ambro.* *Clemens Alexādrin.* *Origenes.*

Dicendum tamen, hoc Euāngeliū, quod Origenes citat, apocryphum eſſe, & carere auctoritate, adoleſcentēque illum non eſſe mentitum, ſed ve- E rè loquutum. Beda Mar. 10. Non eſt [inquit] putandus homo iſte, vel voto tentantis, vt quidam putauere, Dominum interrogaſſe vel de ſua vita eſſe mentitū, cùm ſe legis mandata cuſtodiſſe dicebat; ſed ſimpliciter, vt vixerit, eſſe confeſſus, &c. Euthymius: Sciebat (inquit) Chriſtus, quod adoleſcens opere mādata compleuiſſet &c.

Non eſt mētitus adoleſcens. Beda. *Euthymi⁹.*

Idem ſentiūt Lyranus, Abulēſis, Carthuſianus, & alij. Probatur; quoniam, poſtquàm dixit ſe mādata omnia ſeruaſſe, ait Marcus, Dominum illum dilexiſſe: abſque dubio, quia verè loquebatur, & mandata ſeruauerat. Si mēdacij, aut ſimulationis non reus teneretur adoleſcens [ait Beda] nequaquā Chriſtus intuitus arcana cordis eius, eum diligere diceretur, &c. Obiectioni verò illi: Habebat diuitias multas: ergo non diligebat proximum ſicut ſeipſum: facilè reſpondetur, Abrahā quoq; & multos alios viros ſanctos, diuitias multas habuiſſe, & proximum ſicut ſeipſum dilexiſſe. Dicet aliquis; Hic adoleſcens erat, ait verò ſe præcepta ſeruaſſe à iuuētute ſua, ergo antequàm iuuenis eſſet, ea non ſeruauerat. Reſpondeō, iuuentutē accipi pro parua ætate, vt obſeruauit Abulēſis. Quaſi dicat: Hęc obſeruaui à parua ætate, à pueritia, ab eo tempore, quo rationis habui vſum, & peccatum potui committere. Quid verò adhuc mihi faciendum deeſt, vt vitam æternam adipiſcar?

Beda. *Iuuentus pro prima ætate ſumitur.*

CAPVT. VIII.

Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes. &c.

MArcus addit: *Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & ait: Vnum tibi deeſt vade, &c.* Miror ſanè, cùm hæreticorum interpretationes lego, a ratione maximè alienas Sed mirari deſino, ac doleo, cùm cōſidero, hæreſim à mētis ſtatu hominem deturbare. Miſſas autem facio, quoniam inſtituti mei non eſt, in eis refellendis immorari: ſuntque à viris doctiſſimis ſatis, ſuperque contritæ, & in cinerem redactæ. Sed hoc loco cuiuſdam illorum Principis interpretationem nolo præterire tacitus, vt ex illa, quales ſint hæreticorū reliquæ, lector prudens intelligat. Interpretatur ille verba Marci; *Intuitus eum, dilexit eum*; de amore, quo Deus

Adoleſcentē mādata ſeruantem Dominus dilexit.

A omnes creaturas diligit, videlicet, *dilexit eum*, ſicut diligit res omnes naturales; quia natura ſua bonæ ſunt. Quã ſit à ratione aliena interpretatio, cæcus videre poterit. Quiſnam dubitabat, Chriſtum adoleſcentem amare eo amore, quo amat equos, imò, & ẽt ipſos dæmones, quatenùs creaturæ ſunt. Quid opus erat, id dicere Euangeliſtã, & addere Chriſti intuitũ? *Intuitus* (inquit) *eum dilexit eum.* Profectò de B dilectione loquitus peculiari qua Chriſtus adoleſcentem proptereà tunc cõplexus eſt, qa mandata ſeruabat, id ſignificare volens, ſe eos diligere, qui mandata obſeruant, hæreticos, reliquosque omnes odio proſequi, qui mandata non cuſtodiunt.

Perfectionis conſiliũ Chriſtus præbet.

Amoris, ſiue caritatis actum produxit Chriſtus erga probũ adoleſcentẽ; perfectionis deinde ſtatum illi propoſuit, ſponte amplectendum. *Vnum* (inquit) *tibi deeſt.* Quæ verba indicant id C quòd ſupra diximus, iuuenem nõ fuiſſe mentitum. Mãdata obſeruaſti vnũ tibi deeſt, vt addas etiam conſilia, & perfectionem complectaris. *Si vis perfectus eſſe, vende quæ poſſides, da pauperibus, & ſequere me.* Cùm de mandatis ſeruãdis loquutus eſt Dominus, dixit: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Vnde efficitur, ad conſequendam vitam æternam, ſatis eſſe mandatorum tum Dei D tum Eccleſiæ obſeruationem. Cùm de conſiliis agit, non dicit: *Si vis ad vitam ingredi, vade, & vende, &c.* quia ad cõſequendam vitam æternam non eſt neceſſaria cõſiliorum obſeruatio: ſed dicit: *Si vis perfectus eſſe, vade, &c.* Quaſi dicat: Ad vitam æternam conſequendam ſatis eſt mandatorum obſeruatio; ſed ſi vis perfectus eſse, deeſt tibi obſeruatio conſiliorum: Vade, & vende opes, da pauperib. & ſequere me.

Obiectiones An abdicatio bonorũ omnium ſit ad perfectionem neceſſaria.

Geneſ. 17.

Math. 5.

Obiicis, perfectum poſſe eſſe homi B nem, etiamſi non vendat omnia, & eroget pauperib. Siquidem Abrahamo ait Dominus Geneſ. 17. *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Neque tamẽ iubet omnia vendere, & pauperib. dare. Prætereà Math. 5. *Eſtote vos perfecti, ſicut, & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt &c*, de vendendis opibus mentio non fit. Similiter ad Epheſ. 6. ait Paulus. A *Accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfectis ſtare, &c.* Ergo poteſt homo perfectus eſſe & diues. Ad hæc, Epiſcopi perfectionis ſtatum habent, & abundãt opib. Obiiciet alius, neminem in hac vita poſſe perfectum eſſe, probabitque ex Paulo 1. Corinth. 13. *Cum venerit* (inquit) *quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte, eſt &c.* Ait. n. Paulus, perfectionem alterius eſſe vitæ, in hac omnia B eſſe ex parte, id eſt, imperfecta. Prætereà, id eſt perfectum, cui nihil deeſt; in hac autem vita omnib. aliquid deeſt virtutis, quia *in multis offendimus omnes.* Iacobi 3. Ergo nullus perfect' eſt. Itẽ Paulus ad Philippenſ. 3. negat ſe eſſe perfectum: *Non quod iam acceperim* [inquit *aut iam perfectus ſim*, *&c.* Si Paulus pefectus non erat, quis erit?

An quis in hac vita perfectus eſſe poſſit.

1. Corin. 7.

Perfectio multiplex.

Aduerte, eſſe perfectionem ſummã ſcilicet Dei, nullis circumſcriptã ter C minis, de quo dicitur: *Nemo perfectus, niſi ſolus Deus.* Quemadmodum Chriſtus dixit; *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.* infinitam habet à ſemetipſo perfectionem infinitum ens eſt, infinitum bonum, infinita perfectio, cui nihil deeſſe poteſt A Deo ente ſummam, & infinitã pefectionem habente, finitam perfectionem accipiunt creaturæ, vnaquæque ſibi congruentem. Accipit ẽt homo ſuam à Deo pefectionem, tum na D turæ, tum gratiæ, & caritatis. De perfectione naturæ non agitur hoc loco, ſed de perfectione caritatis. Etenim hominis perfectio in caritate eſſentialiter, & præcipuè poſita eſt, ſecundariò autem, & inſtrumentaliter in conſilijs, quæ ad caritatem augendã ordinantur, vt ait D. Thomas 2. 2. quæſt. 184. art. 3. Nam caritas hominem cũ fine ſuo, id eſt, Deo, maximè cõiungit. Ad Coloſſienſ. 3. 3. *Caritas* (ait Pau B lus) *eſt vinculum perfectionis.* Aliqui interpretantur Hebraiſmum eſſe, hoc eſt, Eſt, vinculum perfectum caritas, vel vinculum perfectionis hominum. Primo, quia nos cum Deo alligat. Secundo, quia nos alligat cum proximo. Tertio, quia alligat virtutes omnes. Si enim caritatis vinculum tollas, virtutes omnes infuſæ diſſipantur. Quartò, eſt vinculum perfectionis, quia ipſam

Coloſſen. 3.

Caritas vĩculum perfectioni quomodo ſit.

perfe-

perfectionem cum homine veluti vinculum connectit, & in homine continet.

Caritatis gradus quatuor sũt, & qui illi ſint.

Idem Doctor Angelicus in opuſc. 18. de perfectione vitæ ſpiritalis, cap. 3. & ſeq. & 2.2. quæſt. 184. art. 2. quatuor dilectionis Dei grad⁹ numerat. Primus eſt, quo Deus diligitur, & quantum diligibilis eſt, & ſecundum totã diligẽtis facultatem. Eſt autem Deus infinitè diligibilis, ideoque à ſe ſolo poteſt diligi, quantùm diligibilis eſt. Cõuenit ergo hic gradus ſoli Deo, qui ſe ipſum amore diligit infinito. Secundus gradus eſt, quo Deus ſecundũ totam diligentis facultatem à creatura rationali diligitur, ex toto corde, anima, & totis viribus, ita vt tota actualiter in Deum feratur ſemper. Is gradus eſt beatorum. Tertius gradus eſt, quo Deus diligitur ex toto corde, tota anima, & totis virib. eo modo, quẽ caritatis præceptum poſtulat. Hic gradus omnium Chriſtianorum eſt, qui caritate præditi ſunt, Deumq; ita diligunt, vt nihil illi neque anteferant, neque adæquent. Quartus gradus eſt, quo Deus omnibus caritatis impedimentis ablatis, amatur. Is gradus eorum eſt, qui conſilia Chriſti ſeruant, boniſq. temporalib. vt expeditus Deo ſeruiant, nuncium remittitur.

Perfectionis gradus tres ſunt ĩ hominibus.

Quemadmodum tres ſunt in hominibus caritatis gradus, ita tres ſũt perfectionis gradus; ſiquidem perfectio in caritate cõſiſtit. Primus eſt beatorum, q perfectiſſimi ſunt. Secundus eſt viatorum, qui caritate ſunt præditi, etſi non obſeruent conſilia Tertius eorum, qui conſilia obſeruant.

Homo duobus modis perfectus eſſe poteſt.

Præterea duobus modis poteſt eſſe homo perfectus, vel ſecundùm caritatem, quia caritatem habet magnam, & profectam, vel ſecundum perfectionis inſtrumenta. Poſſunt autem multi ſecundùm perfectionis inſtrumenta, & ſtatum eſſe perfecti, qui tamen ſecundùm caritatem ſint imperfecti. Alij ſecundũ vtrumque perfecti ſũt Alij verò ſecundùm caritatem ſunt perfecti, non ſecundùm ſtatum in Ecleſia approbatum. Vnde D. Thomas 2.2. quæſt. 184. art. 4. In ſtatu (inquit) perfectionis propriè dicitur aliquis eſ-

D. Tho.

A ſe, non ex hoc quod habet actum dilectionis perfectæ, ſed ex hoc quod obligat ſe perpetuò, cum aliqua ſolemnitate, ad ea, quæ ſunt perfectionis. Contingit etiam, quòd aliqui ſe obligant, qui non ſeruant; & aliqui implent, ad quod ſe non obligauerunt. Et ideò nihil prohibet, aliquos eſſe perfectos, q non ſunt in ſtatu perfectionis; & aliquos eſſe in ſtatu perfectionis, qui tñ non ſunt perfecti. Sic D. Thomas.

B Ex his facile eſt obiectionib. reſpõdere. Abrahamum, & alios viros ſanctos, diuites, & coniugatos, dicimus perfectos fuiſſe ſecundum caritatem ſed non ſecundùm ſtatum perfectionis: quia conſilia, quæ de perfectione Chriſtus tradidit, nõ obſeruarunt. Similes hodie multi ſunt, opibus afflũtes, & vxores habentes, qui ſecũdum caritatem ſunt perfecti, non tamen ſecundùm ſtatum. Hi ſunt in ſecũdo C gradu perfectionis eorum quos ſuprà propoſuimus, non tamen in tertio. Verba verò illa Chriſti Matth. 5. dè his ſunt intelligenda, qui ſecundùm caritatem perfecti ſunt ſiue perfecti ſint quoad ſtatum, ſiue non. *Eſtote perfecti, ſicut, & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Illa quoque Pauli ad Epheſ. 6. *Accipite armaturam Dei, vt poſſitis perfecti ſtare. &c.* Et ſimilia. Quod ad Epiſcopos attinet, fatemur, eos nõ vouere paupertatem, D neque eſſe in eo ſtatu perfectionis, de quo loquimur, in quo ſunt Religioſi. Sed in alio ſunt perfectiori, & paſtorali, ad quem pertinet Chriſti oues paſcere, & pro illis animam ponere. Illi (vt Theologi aiunt) in ſtatu ſũt perfectionis adeptæ, Religioſi verò in ſtatu perfectionis acquirendæ, per paupertatem, obedientiam, & humilitatem. Deberent ergo Epiſcopi eſſe perfecti, & ad eum gradum perfectio E nis perueniſſe, quem Religioſi acquirere contendunt. Opes autem perfecti abijcere animo parati ſunt, quæ tamen ad alendos pauperes, & familiã ſunt neceſſariæ. Lege D. Thomam opuſc. 18. cap. 18.

Matth. 5.

De perfectione Epiſcoporum.

Explicãtur Pauli loca de perfectione.

Reliqua teſtimonia, quib. neminẽ in via perfectum eſſe probatum eſt, ſic explicantur. Primum, Pauli 1. Corin. 13. de donis prophetiæ intelligitur

Oo 4 & ſin-

A & linguarum, & ſcientiæ, quæ imperfecta in hac vita habentur: *Cùm venerit* [inquit] *quod perfectum eſt*, id eſt, perfecta Dei viſio, & beatitudo, *euacuabitur* & deſinet, *quod ex parte eſt*, hoc eſt, qd imperfectum eſt, videlicet prophetia quæ eſt cognitio obſcura, deſinet donum linguarum, deſinet ſcientia. *Caritas verò* [inquit] *nunquam excidit*. numquam deſinit, niſi peccato mortifero expellatur; ſed permanet etiam in patria, maximeque perficitur.

An manet in cœlo ſcientia.

B Dubitabit aliquis, an ſcientia in cœlo maneat. Etenim Paulus ait nō manere: *Siue prophetiæ* [inquit] *euacuabuntur ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, &c.* Reſpondetur, ſcientiam hoc loco non ſignificare euidentem ſcientiā, quæ demonſtratione comparatur, ſed obſcuram cognitionem, quam de diuinis rebus habemus. Græcè dicitur, γνῶσις, id eſt, cognitio. Vnde Paulus *Ex parte* (ait) *cognoſcimus, &c.* id eſt, imperfectè, & ineuidenter res diuinas intelligimus. Hæc cognitio in patria deſinit. D. Thomas in commentar. Pauli, reſpondet, ſcientiam in patria deſtrui, non ſecundùm ſe, & ſpecies intelligibiles, ſed ſecundùm conuerſionem ad phantaſmata, qua animā ſeparata non indiget.

Iacobi 3.

Ad illud, quod opponitur, *In multis offendimus omnes*, reſpondetur, peccata parua venialia, quæ in viris perfectis reperiuntur, perfectionem non tollere. Paulum perfectiſſimum fuiſſe affirmamus. Locum verò citatum ex epiſt. ad Philippenſ. 3. *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim, &c.* interpretatur D. Thomas de perfectione beatorum, in hanc ſententiam: Non quòd iam acceperim gloriam æternā aut iam perfectus ſim, vt ſunt in patria beati. In eundem modum interpretatur D. Auguſt. ſerm. 5. de verbis Apoſtoli. Obſtat huic interpretationi vt ait Lyranus, quod manifeſtū erat, Apoſtolum in hac vita eſſe, necdum perfectionem habere beatorū. Quorſum ergo id dicere, quod omnes ipſis cernebant oculis? De perfectione ergo huius vitæ loquitur; ſed de perfectione ſumma, & extrema. Idem ſignificat his verbis: *Non quod iam acceperim, aut quòd iam perfectus ſim.* Et illis: *Fratres, ego non me arbitror comprehendiſſe, &c.* Quæ verba ſic Theophylactus exponit: Ego nondum opinor me apprehendiſſe virtutē vniuerſam. Perinde quaſi de curſore aliquis dicat: Nōdum totum perfecit, &c. Eadem eſt Chryſoſtomi interpretatio: Nondum [inquit] me virtutem omnem aſſequutum eſſe arbitror. Ac ſi de curſu quiſquam dicat: Nondum ad totū pertigi, &c. Metaphora ſumpta eſt ab iis, qui in ſtadio propter præmium, & brauium currunt, & ad metam properāt extremam. *Non quod iam acceperim*, ait, *&c.* hoc eſt, Nondum brauium, præmiūque accepi victoriæ. Nondum perfectus ſum: hoc eſt, nondum ad metam perueni virtutis, & bonorum operū. Item: Non arbitror me apprehendiſſe brauium, & ad finem perueniſſe, faſtigiùmque ſummum virtutis. Erat

D. Paulus perfectiſſimus fuit.

Philipp. 3.

C igitur perfectus Paulus, imò perfecti ſumus; ſed ad metam vſque, id eſt, vſque ad extremam perfectionem, nōdum peruenerat, ſemperque perfectior fiebat, quia ſemper in virtutib. faciebat progreſſus. *Ad deſtinatum* [inquit] Græcè, κατὰ σκοπὸν, id eſt, ad ſcopū, *perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis, &c* id eſt, ad brauium tendo. Adiungit: *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus &c* Iam ſe inter perfectos numerat; ait autem, perfectos hoc ſentire debere, nempe nō eſſe in ſtadio, & perfectione conſiſtendum; ſed ſemp currendum, & perfectioni aliquid addendum. Nemo enim ita perfectus ī hac vita eſt, vt perfectior eſſe nō poſſit. Auguſtinus lib. 2. de peccatorū meritis, & remiſſ. Ipſe [inquit] Apoſtolus confitetur, ſe nondum accepiſſe, nondum eſſe perfectum, ea plenitudine iuſtitiæ, quam adipiſci dilexit in Chriſto. Sed adhuc ſecundùm intentionem ſequi, & præterita obliuiſcētem, in ea, quæ antè ſunt, extendi; vt nouerimus etiam, ad ipſum pertinere illud, quod ait 2. Corint. 4 *Etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem.* Quamuis iam eſſet perfectus viator, etſi nondum erat ipſius itineris perfectione peruētor. Sic Auguſtinus. Et Ambroſius: Ne fortè in-

Philipp. 3

Nemo in hac vita ita perfectus eſt, vt perfectior eſſe non poſſit.

Auguſtin.

2. Corin. 4.

Ambroſ.

(inquit) Philippenſes, quaſi homines, inflatione extollerentur, per ſuã perſonam Paulus adhuc deeſſe ſibi ad iuſtificationem implendam declarat, vt contendant addere in operibus bonis. Si enim hic, qui tanta præditus dignitate eſt, adhuc deeſſe ſibi ad perfectionem confitetur; quantò magis hi intelligerent, elaborandum ſibi eſſe, vt iuſtificationum merita adipiſcerentur, &c.

Si vis perfectus eſſe, vende omnia, quæ habes.

Gradus diuerſi comparandæ beatitudinis, et vnus eſt alio perfectior.

Auguſt.

DIuerſos modos, & gradus vitæ æternæ comparandæ Dominus diſtinxit. Alterum eorum, qui præcepta ſeruant. Alterum eorum, qui & præcepta ſeruant, & conſilia. Hic verò excellentior eſt, eo quòd impedimẽta caritatis auferat, & incitamenta afferat. Vide D. Auguſt. epiſt. 89. ad Hilariũ: Chriſtus (inquit) mandata legis ab iſta excellentiore perfectiore diſtinxit. Ibi enim dixit: *Si vis venire ad vitam, ſerua mandata.* Hic autem: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes.* D. Hieronymus epiſt. 8. ad Demetriadem: Apoſtolici (inquit) faſtigij eſt, perfectęq; virtutis, vendere omnia, & pauperibus diſtribuere, & ſic leuem, atque expeditum cum Chriſto ad cęleſtia ſubuolare, &c.

Hieronym.

Ex eadem epiſtola D. Auguſt. conſtat, hæreticos quoſdam affirmaſſe, diuites Dei regnum non poſſe conſequi, niſi omnia ſua vendiderint; ſed facilè refelluntur. Eſt enim compertum, opes vendere, & pauperibus dare, eſſe conſilij, ac perfectionis, ſatiſque eſſe ad vitam ęternam conſequendam, mandatorum obſeruationem. *Si vis* (inquit Dominus) *perfectus eſſe, vade, & vende omnia, &c.* Ergo hoc perfectionis eſt. Illud vero: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* omnibus neceſſarium.

Non neceſſe ad beatitudinem opes ſuas vendere.

Quidam ex nouis hæreticis in media luce (vt ſolent) cęcutiens, ait, Chriſtum huic adoleſcenti dumtaxat præceptum dediſſe vendendi omnia, & proinde illi fuiſſe neceſſarium ad perfectionem, nõ autem alijs. At luce meridiana clarius eſt, hoc non eſſe pręceptum, ſed conſilium, datum & adoleſcenti, & cęteris, qui illud amplecti vellint. Id Patres docent. Ambroſ. in lib. de viduis: Cum (inquit) adoleſcens ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe, conſilium ei datur, vt vendat omnia, & ſequatur Dominum. Hęc enim non pro præcepto dantur, ſed pro conſilio deferuntur, &c. Idem docet Auguſt. ſupra citatus. Hieronym. epiſt. 26. ad Pammachium: *Si vis* (inquit) *perfectus eſſe*: Non tibi imponitur neceſſitas, vt voluntas præmium conſequatur, &c. Auguſt. ſerm. 61. de tempore: Aliud (inquit) eſt conſilium, aliud præceptum. Conſilium datur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur, &c. Vrget hæreticus: Adoleſcens hic perfectus eſſe tenebatur, quia præceptũ eſt Matth. 5. *Eſtote perfecti, &c.* Non videt ille perfectionem quandã eſſe imperatam, vt illam, quæ in præceptorũ omnium obſeruatione verſatur, quæque Deum omnibus rebus antefert; & aliam eſſe conſilij, hanc videlicet, quæ mandatorum obſeruationi conſilia adiungit, vt ſupra diximus.

Hoc conſiliũ non huic adoleſcenti, ſed & cæteris datum eſt.

Ambroſ.

Conſilium datum adoleſcenti, nõ præceptum.

Hierony.

Auguſt.

Matth. 5.

Iam verò quam ridicula eſt alterius hæretici interpretatio. Ait ille, adoleſcentem mentitum, cum dixit: *Hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea.* Ideò Chriſtum ei dixiſſe: *Vade, vende omnia, &c.* non vt eum ad hoc faciendum hortaretur, ſed vt propoſito illi mandato, quod implere non poſſet, diſceret ſe eſſe mentitum. Quomodo ſi alicui iactanti ſe ſcire omnia diceremus: Explica igitur nobis, quot in cœlo ſint ſtellæ, vel arenæ grana in littore maris. &c. Quis non admiretur hominũ cęcitatem; qui huiuſmodi Scripturæ interpretationibus fidem adhibent, quæ ex cęlo cęnum faciunt? Quibuſnam apertioribus verbis potuit Chriſtus hortari iuuenem ad perfectionẽ, & ad vendenda omnia, quæ habebat, quam his: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo?* Non hortatur ſolum, ſed præmio propoſito hortatur. Idq; omnia, quæ ſequuntur, clamant. Offundũt hi homines verbo Dei craſſas tenebras, Scripturam non explicant,

Ridicula alterius hæretici huius loci expoſitio.

cant,ſed implicant, repugnantemq;, A
& aduerſus ſeipſos vociferantem, in
ſuum deprauatum ſenſum trahunt.
Videat lector optimus, quam futili ar
gumẽto in re grauiſſima mouetur vir
rationis capax. Apoſtolus (ait) 1. Co-
1. Cor. 13.
rinth. 15. dicit: *Si diſtribuero in cibos pau-
perum omnes facultates meas, caritatem au-
tem non habeam, nihil mihi prodeſt*. Ergo
non potuit Chriſtus in vendendis re
bus omnib. cõſtituere perfectionem.
Ex ſupra dictis liquet, quam vim ar- B
Perfectio in quo poſita ſit.
gumentum ſtuppeum habeat. Neque
enim perfectio in bonorum diſtribu-
tione, ſed in caritate collocata eſt. Bo-
rum autem venditio, & abiectio, per-
fectionis eſt inſtrumentum; quia ex-
peditiorem reddit hominem ad dili-
gendum Deum. Vnde Abbas Moyſes
Caſſianus.
in collat. 1. c. 7. Ieiunia (inquit) vigiliæ,
meditatio Scripturarum, nuditas, at-
que priuatio omnium facultatũ, non
perfectio, ſed perfectionis inſtrumen C
ta ſunt, &c. Sunt autem perfectionis
inſtrumenta, & opera excellẽtiſſima,
Chriſti conſilia, per quæ excellentiſſi
mum meritum, ſi in gratia fiant, cõpa
ratur. Eſt ſenſus verborum Chriſti: *Si
vis perfectus eſſe*: hoc eſt, Si vis ad perfe-
ctionem, quæ in caritate poſita eſt, a-
ſcendere, *vade, & vende omnia*: hoc eſt,
Sume hanc ſcalam, per quam aſcen-
das, ſume hoc inſtrumẽtum, has alas,
quibus ad perfectionem euoles. Iuxta D
D. Hieron.
illud Hieronymi ſupra citatum. Per-
fectæ virtutis eſt, vendere omnia, &
pauperibus diſtribuere, & ſic leuem,
atque expeditum cum Chriſto ad cę-
leſtia ſubuolare, &c.

Gulielmi de S. Amore error confutatur.
Dicitur Gulielmus quidam de ſan-
cto Amore putaſſe, verba hæc præce-
ptum cõtinere, & intelligenda ſecun-
dum animi præparationem. Sed à ve-
ritate aberrat hæc ſentẽtia. Idq; tum
verba ipſa palam indicant, tum Chri E
ſti, Apoſtolorum, Sanctorumq; exem
pla, qui non ſolum ad abijcienda bo-
na omnia caduca animo parati fue-
runt, ſed facto ipſo abiecerunt.

Vigilantij error alius refutatur.
Hæreticus Vigilantius, vel (vt ap-
pellat D. Hierony) Dormitantius, re-
ctius illos aſſerebat facere, qui opes re
tinent, & pauperibus paulatim tri-
buunt, quàm qui omnia vendunt, &
A pauperibus ſemel largiuntur. Sed ma
niſeſtè hallucinatur, vt reliqui hæreti
ci noſtri temporis. His Dominis ver-
D. Hieron.
bis à D. Hieronymo refutatur, in lib.
aduerſus Vigilantium. Quod (inquit)
aſſeris, eos melius facere, qui vtuntur
rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſ-
ſionum ſuarum pauperibus diuidũt;
quàm eos, qui poſſeſſionibus venun-
datis, ſemel omnia largiuntur, non à
me, ſed à Domino reſpondebitur: *Si
B vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ ha-
bes, & da pauperibus*. Ad eum loquitur,
qui vult eſſe perfectus, qui cum Apo-
ſtolis patrem, & nauiculam, & rete
dimittit. Iſte, quem tu laudas, ſecun-
dus & tertius gradus eſt, quem & nos
recipimus, dummodò ſciamus, prima
ſecundis, & tertijs præferenda, &c.
Gennadius
Gennadius in lib. de Eccleſiaſt. dog-
mat. cap. 70. Bonum [inquit] eſt, facul
tates, cum diſpenſatione pauperibus
C erogare. Melius eſt pro intentione ſe-
quendi Dominum, in ſimul donare,
& abſolutum ſollicitudine cum Chri
ſto egere, &c.

Conſilium Chriſti perpetua continentia, & paupertatis, & obedientia.
Habemus ergo hoc cap. 19. Matth.
continentiæ perpetuæ: *ſunt* [ait Chri
ſtus] *eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt pro-
pter regnum cęlorum. Qui poteſt capere,
capiat, &c.* Alterum perpetuæ pauper
tatis, quod his verbis continetur: *Si
vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ
D habes, & da pauperibus, &c.* Conſilium
verò perpetuæ obedientiæ indicant
ſequentia verba: *Et ſequere me*. vt do-
D. Thom.
cet D. Thomas 2. 2. quæſt. 186 art. 8. ad
1. Conſilium [inquit] obedientiæ
includitur in ipſa Chriſti ſequela.
Qui enim obedit, ſequitur alterius vo
luntatem, &c Sequitur [inquam] al-
terius voluntatem, qui locum Chriſti
obtinet. Religionis enim præfectus
Vicarius eſt Chriſti. Sequitur ergo
E Chriſtum, qui Vicarij eius volunta-
tem ſequitur.

Conſilium obedientia vbi datum Matth. 16
Præterea, obedientiæ conſilium il-
la continent Chriſti verba Matth. 16.
*Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetip-
ſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me,
&c.* Eodem loco docet D. Thomas, du
Duplex abnegatio.
plicem eſſe abnegationem: Alteram,
quæ omnibus Chriſtianis neceſſaria
eſt ad ſalutem conſequendam; qua ſci
licet

licet omnia abnegantur mortifera crimina. Alteram, quæ ad perfectionem pertinet, qua nimirum illa abnegantur & reijciuntur, quibus licet vti, inter quæ eſt voluntas. Ad perfectionē

D.Thom.

prrtinet [ait D.Thom.] vt homo propter intentionem amoris Dei, etiam ea abijcit, quib. licitè vti poſſet; vt per hoc liberius Deo vacet, &c. Quemadmodum duplex eſt abnegatio, ita ēt duplex eſt Chriſti ſequela:

Duplex Chriſti ſequela.

Altera omnium, qui æternam vitā conſequi volunt. Altera eorum, qui perfecti eſſe cupiunt, de qua hic Chriſtus ait: *Si vis p.rfectus eſſe, vade, vende, da pauperibus, & ſequere me:* expeditius, iam totus meus, non rerum tuarum.

Vocabat hunc Chriſtus ad diſcipulatum; id eum facere volebat, quod fecerunt Apoſtoli, & alij Diſcipuli. Promitit pręmium: *Et habebis* [inquit] *theſaurum in cælo.*

Primū promiſit Dominus adoleſcenti theſaurum.

Chryſoſt.

Nā [ait Chryſoſt.] quia magna adoleſcenti cura de pecunijs erat; vt oſtendat Chriſtus, non amiſſurum illum bona ſua, ſed tanto plura, maioraq; inuenturum, quantum cęlum terra eſt præſtabilius; retributionis præſtantiam, theſaurum appellauit, & ſimul ſtabilitatem, & incorruptibilitate præmij, humano verbo expreſſit. Hæc ille. Itaque hæc tria, paupertas, caſtitas, obedientia, ad perfectionem pertinent. Statum vero perfectionis in Eccleſia tūc adipiſcimur, cùm votis perpetuis nos obſtringimus, atque in paupertate, caſtitate, & obedientia in religione approbata, firmis vinculis obfirmamus. Status enim ſtabilitatem voto confirmatam poſtulat.

Status perfectionis in quo ſit.

Statum dixi perfectionis adipiſcimur, non dixi perfectionem. Quia poteſt aliquis, vt ſupra oſtendimus, ſtatum habere perfectionis, qui tamen perfectione careat. Et poteſt aliquis habere perfectionem, neque tamen ſtatum habere perfectionis, in Eccleſia approbatum.

Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum.

PErfectionis acquirendæ conſilium dedit Dominus adoleſcenti, at ille non accepit, abijtqua triſtis. *Erat enim* [ait Euangeliſta] *multas habes poſſeſſiones,* quas vendere nolebat. Mœſtus ergo diſceſſit, quia perfectus eſſe cupiebat; ſed perfectionis conſilium difficile videbatur, ſcilicet, vendere opes, & dare pauperibus.

Diuitiarū amor ſuffocat verbū Dei.

Hierony.

Diuitiarum amor ſemen verbi Chriſti ſuffocauit. Cauſa triſtitiæ redditur [ait Hieronymus] quòd habuerit multas poſſeſſiones, id eſt, ſpinas, & tribulos, quæ ſementem dominicū ſuffocauerint, &c.

Chryſoſt.

Et Chryſoſtomus: Fertilis [ait] ager erat, ſed multitudo veprium ſemē ſuffocabat, &c.

Auguſt.

D. Auguſt. epiſt. 34. ad Paulinum: Cum ſuperflua [inquit] & terrena diliguntur, arctius adepta, quàm concupita conſtringunt. Nam vnde triſtis ille adoleſcens diſceſſit, niſi quia magnas habebat diuitias? Aliud eſt enim nolle incorporare, quæ deſunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiantur, iſta velut membra præciduntur. Sic ille.

Ex diſceſſu adoleſcentis, & mæſtitia, capta occaſione, de diuitiarum periculo ſermonem haſiuit Chriſtus.

Diuitiarū periculum Dominus exprimit.

Circumſpiciens [inquit Marcus] prius auditores circumſpexit, vt attentionem captaret, & veluti admirans: *Quam difficile* [ait] *qui pecunias habent, in regnum Dei introibūt, &c.* Diſcipuli verò, vt Marcus ſcribit, *obſtupeſcebant in verbis eius.* Non enim exiſtimabant, diuitib adeo difficile eſſe in regnum Dei introire. Dominus idem aſſeuerātius inculcat, dicens; *Filioli, quàm difficile eſt confidentes cum pecunijs in regnum Dei introire. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quā diuitem intrare in regnum Dei, &c.* Hyperbolicè loquitur Dominus. Simile illud eſt Ierem. 13. *Si poteſt Aethiops mutare pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis hæc facere, cum didiceritis malum.*

Ierem. 13.

Et illud Prouer. 17. *Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti in ſtultitia ſua, &c.* Et ſimilia.

Prouer. 17

Prouerbium hoc fuiſſe videtur, quo Iudæi vterentur, ad iudicandam rei difficultatem. Quemadmodum ſi quis dicat. Facilius erit digito cęlum tangere, quàm hoc, vel illud facere.

Quid ſignificet Camelus.

Camelus, Græcè, κάμηλος, animal ſignificat, & funē nauticū; quamobrē

nonnulli

Digitized by Google

nonnulli funem craſſum, ac nauticũ ſignificare hic volunt, vt ſit aptior cõparatio funis, & acus. Theophy. huius eſt ſententiæ; Camelus (ait) craſſus eſt funis, quo nautæ vtuntur, vt anchoras proijciant, &c. Sed rectius ſumitur pro animali: aptiſſimumq; eſt pro uerbium, ad difficultatem rei magnã ſignificandam. Facilius eſt, camelum, animal tortuoſum, & magnum, per foramen minimum acus tranſire; quã diuitem in cęlum intrare. Auguſt. lib. 2. de quæſt. Euang. c. 47. & Gregor. ex poſitio, lib. 35. Moral. c. 11. allegorica eſt, nimirum, camelo ſignificari Chriſtum, qui velut per foramen acus tranſierit, id eſt, per anguſtias, & punctiones paſſionis. Camelus (ait Gregor.) per foramen acus tranſijt, cùm Redemptor noſter vſq; ad ſuſceptionem mortis, per anguſtias paſſionis intrauit, quæ paſſio velut acus extitit, quia dolore corpus pupugit. &c. Magiſter hiſtoriar. in hiſtor Euang cap. 101. aliam commemorat interpretationẽ, ſed autoritate, & probabilitate carentem. Fuerunt (inquit) qui dicerent, in Ieruſalem paruam fuiſſe portam, quę Acus dicebatur, ad quam cùm veniebant cameli cum oneribus, non poterant tranſire, exonerati ergo tranſibant, & iterum receptis oneribus faciebant iter, &c. Non diſplicuit hoc commentum Caietano.

Theophyl. | D. Gregor. | Mag. hiſt.

Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

MIrabantur Diſcipuli, cùm audirent, difficillimum eſſe, diuites in regnum Dei intrare, aiebant: *Quis igitur poterit ſaluus eſſe?* Si cœli oſtium tam anguſtum eſt, vt diuitem non capiat, quis in cęlum poterit introire? Reſpondit Dominus, hominibus quidem hoc impoſſibile eſſe, Deo poſſibile. Dubium eſt, quidnam impoſſibile dicat Chriſtus hominibus, Deo verò poſſibile? Reſpondetur, de diuitibus loqui, hoc ſenſu: Impoſſibile quidem eſt, vt dixi, diuitem in regnum cœlorum intrare, ſed hominibus eſt impoſſibile. Viribus enim ſuis diuites vincere non poſſunt eas, quas diuitiæ pa- A riunt, tentationes. Poſſibile eſt autem Deo, qui diuitibus vires ſuppeditare poteſt, vt tentationes vincant, diuitijſque bene vtantur.

Diuitibus maximè neceſſariũ Dei auxilium.

Aliter ampliori ſenſu intelligi poſſunt hęc verba de omnib. hominibus. Dixerunt Diſcipuli: *Quis poterit ſaluus eſſe?* de omnibus loquẽtes hominibus, (niſi quis malit de diuitibus loqui, de quibus Chriſtus) Reſpondet Dominus, & docet, ſaluẽ æternam non poſ- B ſe homines proprijs cõſequi viribus; ſed diuinum auxilium opus eſſe, hoc ſenſu: Admiramini, quęritis: Quis ſaluus fieri poterit? Apud homines impoſſibile eſt ſaluum fieri diuitem, vel alium quemlibet hominem: proprijs enim viribus ſaluus fieri nequit. At apud Deum poſſibile eſt, & diuitem, & quem voluerit hominẽ, ſaluum facere. Auxilium. n. ſuppeditare poteſt cõgruum, atq; efficax, vt ſalui fiant.

Auxilium Dei omnibus neceſſarium.

C Pelagianorum hæreſim hic euertit locus, qui proprijs viribus hominem poſſe omnia mãdata facere, temere, impieq; aſſeruerunt. Dices parem eſſe impoſſibilitatem diuitibus, & in reliquis omnibus hominibus: impoſſibile enim eſt, hominem abſq; Dei auxilio ſaluum fieri. Cur igitur, quod commune omnibus eſt, Chriſtus diuitib. tribuit? Reſpondetur, impoſſibile quidem eſſe, homines ſine Dei ope vitã D æternam conſequi, at in diuitijs maiorem eſſe difficultatem, maiores tentationes, maiora impedimenta, quam in paupertate: ideoque de diuitibus Chriſtum loquutum. Præterea de diuitibus loquutus eſt, quoniam adoleſcens ille diues, quem diuitiæ à perfectione retraxerunt, loquendi occaſionem præbuit.

Pelagianorum hæreſis euertitur.

Verum oppones: Ille adoleſcens potius præbuit occaſionẽ pro diuitibus E loquendi, quàm cõtra diuites. Etenim ille diuiſſimus erat, attamen omnia mandata ſeruabat. Ergo potuit Dominus dicere, facile eſſe diuitem manda ta ſeruare, & vitam æterna conſequi; ſiquidẽ adoleſcens ille opulentiſſimus illa oia a pueritia ſeruauerat. Quòd ſi vellet aduerſus diuites Dominus loqui, quod ex adoleſcente colligi poterat, hoc erat, difficile eſſe diuitibus diuitias

Obiectio.

Digitized by Google

A uſtias vendere, pauperibus dare, & perfectionis ſtatum complecti. Nam adoleſcens, quia opulentus erat, Chriſti conſilium nõ eſt complexus, abijtque triſtis: nihilominus mandata ſeruabat, poteratque in regnum Dei intrare. Reſpondemus, hæc omnia vera eſſe. Potuit enim Dominus exemplo adoleſcentis diuites ad ſeruanda mandata exhortari, potuit ẽt eiuſdẽ exemplo oſtendere, difficile eſſe diuites perfectionis complecti conſilia. Sed videbat vtilius tunc eſſe id dicere, quod dixit, ſcilicet, difficillimum eſſe, diuitem in regnum Dei intrare. Neque verò extra rem eſt loquutus. Nam opulenti iuuenis mœſtitia, & diſceſſus egregiam occaſionem obtulit de diuitibus ſic loquendi. Potuiſſet nihilominus aliter loqui, ſed ſumma illius ſapientia ita tunc loquendum iudicauit, quæ quis cuique tempori ſermo aptus eſſet, nouerat. Voluit diuitum pericula facere manifeſta, vt cauerẽt ſibi diuites; pauperes verò Diſcipuli ſuam paupertatem diuitijs tutiorem, & potiorem eſſe agnoſcerent.

Quomodo Chriſtus, occaſione huius iuuenis, diuitias dãnarit.

B

C

CAPVT IX.

De ſeruandis Dei mandatis.

Morale.

EX hominibus quidam mãdata ſeruant, alij ſeruant etiam conſilia. Horum in Eccleſia ſtatus ſublimior eſt, illorum demiſſior. Omnes tamen mandatorum vinculis obſtricti tenentur, omnes illa obſeruare debent, qui ad vitam volunt ingredi ſempiternã. *Si vis ad vitam ingredi* (ait Dominus) *ſerua mandata*. Quo ex loco colligimus, mandata viam eſſe, quę ad vitam ęternam ducit. Sic appellat Vates Regius Pſalm. 118. *Beati* (inquit) *immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, &c.* Ambulant in lege Domini viri, qui mandata cuſtodiunt, quiq; ab illis, quamuis omnibus mundi voluptatibus inuitentur, minimè diuertunt. Item, eodem Pſal. *Via mandatorum tuorum cucurri, &c.* Non ſolum in via ambulabat mãdatorum, verùm etiam currebat. Eodem ſemitam vocat: *Deduc* (inquit) *me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui, &c.* Baruc. 3. *Non ambulauerunt per vias mandatorum Dei, &c.*

Mandatorũ via ducit ad vitã Pſal. 118.

E

Baruc. 3.

Abacuc. 3. *Viam feciſti in maris aquis tuis in luto aquarum multarum, &c.* Iſraelitis viam in mari lutulẽto fecit Deus, qua in terram repromiſſionis tenderent. Nobis in mari hoc, id eſt, mundo, viam aperuit mandatorum, quã in cęleſtem patriam tendamus. Hanc viam Moſi notam fecit. Iuxta illud Pſalm. 102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas, &c.* Etenim Moyſi dedit in monte Sinai decem legis præcepta, in duabus inſcripta tabulis lapideis, quæ (etſi lex vetus mortua eſt) tamen viuunt, & lege Chriſti ſimul cum alijs continentur. De via illa, quæ in mari rubro aperta eſt, dicitur Pſalm. 76 *Deus, in mari via tua, & ſemita tua in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur, &c.* Non ſunt cognita Dei veſtigia, quia aquis coeuntibus, via maris rubri diſparuit. At via decem mandatorum nobis aperta, diſparebit numquam.

Abacuc. 3.

Pſal. 102.

Sunt mandata via, ſunt porta vitæ, quia in vitam ducit æternam illorum obſeruatio. Ideoque mandata Dei, mandata vitæ dicuntur. Baruch. 3. *Audi Iſrael mandata vitæ, &c.* Et Ezech. 33. *Si mandatis vitæ ambulauerit, &c.* Baruc. cap. 4. *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum: omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem, &c.* Ioan. 12. *Scio, quia mandatum eius, vita æterna eſt, &c.* Eccleſiaſt. 15. *Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere, &c.* Vnde conſtat, mandata, ſi ſeruentur, hominis vitam ſeruare, ac tueri. Sic arx, ſi ſeruetur, & aduerſus hoſtes defendatur, eorum, à quibus ſeruatur, vitam ſeruat. Quia vero perpetuò mandata ſeruanda ſunt, additur: *Si volueris in perpetuum fidem placitam facere:* id eſt, Si fidelitatem Deo gratam præſtare volueris, in perpetuum ſeruando mandata, illa ſeruata ſeruabunt te. Is.n. fidelis eſt ſeruus, Dominoque fidelitatem præſtat, qui

Mandata ſunt porta vitæ.

D

Baruc. 3.

Ezech. 33.

Baruc. 4.

Ioan. 12.

Eccleſ. 15.

Mandata ſeruata ſeruant.

Domini

Domini mandatis obtemperat, qui A
verò mandata parui facit, fidelis Do-
mino non eſt. Aliter: *Si volueris fidem fa-
cere placitam.* Græcè, *εὐδοκίας*, id eſt, *be-
neplaciti*. Hoc eſt: Si volueris id, quod
credis, operibus præſtare, fidem operi
bus exercere, cùm mandatorum ob-
Fides cum ſeruatione fidem Deo placẽtem con-
operib. con- iungere. Nam is fidem facit, & exer-
iuncta. cet, qui bonis operibus, quod credit,
exequitur, qui fidem viuam, Deoque
placentem habet, cum operib. coniun B
ctam, non mortuã, & operibus caren-
tem. Mortuam namq; fidem ſine ope-
ribus eſſe docet D. Iacobus c. 2.

Eccleſ. 15. Addit Eccleſiaſt. cap. 15. *Ante homi-
minem vita, & mors; bonum, et malum; quod
placuerit ei, dabitur illi, &c.* Proponit
Deus homini vitam æternam, mor-
temque æternam, eligat. Si mandata
ſeruauerit, æternam vitam conſeque-
rur; ſi non ſeruauerit, æterna morte
Deuter. 30 plectetur. Hinc illud Moſis Deuter. C
30. *Conſidera, quòd hodie propoſuerim in con
ſpectu tuo, vitam, & bonum, & è contrario,
mortem, & malum. Vt diligas Dominum
Deum tuum, & ambules in vijs eius, & cu-
ſtodias mandata illius, ac ceremonias, atque
Ad Heb. 5. iudicia, & viuas, &c.* Ad Hebræos 5. *Et
conſummatus* (Chriſtus) *factus eſt omni-
bus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æter-
na, &c.* Obtemperantibus enim, id
eſt, mandata ſeruantibus, vitam æter
Pſal. 83. nam largitur. Pſalm. 83. *Beatus vir,* D
*cuius eſt auxilium abs te. Aſcenſiones in cor-
de ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum, in lo-
co, quem poſuit: etenim benedictionem dabit
legislator; ibunt de virtute in virtutem, vide
Auxilio bitur Deus Deorum in Sion, &c.* In primis
Dei opus eſt auxilio Dei ad ſeruanda mandata o-
ad ſeruan- pus eſt. Ideò dicitur: Beatus ille, cui
da manda- Deus ad hoc prçſtat auxilium magnũ
ta. & efficax. *Is aſcenſiones in corde ſuo diſpo-
nit.* Hebraicè, מסלות בלבבם *meſilloth
bilbebam*, id eſt, *ſemitas altas in corde eorũ* E
videlicet, mãdatorum Dei. Sunt enim
mandata vitæ, & ſemitæ nimis altę, ſi-
Alta ſemi- quidem in çelum ferunt. Has ſemi-
ta manda- tas altas in corde diſponit is, qui in cę
torum. lum altum cupit aſcendere, in hac la-
crymarum valle vitam agens, *in loco
quocumque, quem ſibi poſuit* id eſt, elegit
ad habitãdum. Nam ex hac lacryma-
rum valle, & quocumq; ex loco orbis

A in cęlum patet aſcenſus. *Huic benedictio
nem*, tum in hoc ſæculo gratiæ, tum in
altero gloriæ, *dabit legislator* Deus, qui
legem, præceptaq; hominibus dedit.
In hac vita *ibunt* huiuſmodi cęli aſcen
ſores *de virtute in virtutem*, id eſt, forti-
tudine in fortitudinẽ, in dies per gra-
tiam fortiores, iter per viam mãdato-
rum facient. Tandẽ *videbitur Deus Deo-
rum in Sione* cęleſti. In altam. n. Sionem
alta via ducit mandatorum, quæ in
B hac eſt lacrymarum valle ima.

Ezechiel. c. 9. videt Propheta ſex vi *Ezech. 9.*
ros gladijs inſtructos, ad inferendam
Iudæis necem, qui præcepta Dei fre-
gerant. Præterea virum alium linea
amictum veſte, cui ex cingulo atra-
mentarium erat appenſum. Is litera
Hebræa, Thau, eos conſignabat, qui
quæ Ieroſolymis cõmittebantur, ſce-
lera deplorabant, & mãdata ſeruaue-
rant, ne cum impijs necarentur. Lite
C ra ת *thau*, finis eſt Hebraici alphabeti,
primaq; litera vocabuli, quo Hebrai-
cè lex nuncupatur: dicitur enim He-
braicè lex, תורה *thorah*. Conſignati er-
go ſunt litera ת *thau*, legẽ ſignificante
illi, quibus vita concedebatur, quia le-
gem obſeruauerant. Cæteri, qui man- *Vita datur*
datis non paruerant, iuſto Dei iudicio *legẽ ſeruan*
trucidati perierunt. Hæc eſt Hebræo- *tibus.*
rum ſententia, vt teſtatur D. Hieron. *D. Hieron.*
in commentar. in Ezechielem: Vt He
D bræi (inquit) antumant, quia lex apud
eos appellatur תורה *thorah*, quæ hac
in principio nominis ſui litera ſcribi-
tur, id eſt, ת *thau*. Illi hoc accepere ſi-
gnaculũ, qui legis præcepta compleue
rant, &c. Mandatorum igitur obſerua
tio vitam, tranſgreſſio mortem parit.
Ezech. 9. *Super quem videritis Thau* (ait *Ezech. 9.*
Dominus) *ne occidatis, &c.* Qui viuere
vult, legem, & mandata ſeruet. Hoc
ſigno, imò hoc facto depellet mortẽ,
E aſſequetur vitam. *Si vis* [inquit Domi-
nus] *ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

Hoc magnum eſt Dei deſiderium, *Deſiderat*
nos ſeruare mandata magnoperè de- *Deus nos ſer*
ſiderat, quod indicat Iſai. 48. *Vtinam* *uare man-*
[ait] *attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet* *data.*
ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut *Iſai. 48.*
*gurgites maris, et fuiſſet quaſi arenam ſemen
tuum & ſtirps vteri tui vt lapilli eius. Non
interijſſet, & non fuiſſet attritum nomen eius*

à facie

Digitized by Google

à facie mea, &c. Vides, quantum boni mandatorum pariat obedientia. Fuiſſet [inquit] pax tu.a.& fœlicitas ſicut flumen; iuſtitia tua ſimilis fuiſſet maris gurgitibus, filiorum multitudo ſicut multitudo arenæ; vixiſſes fœliciter, non interijſſes. Vides ē i hoc eſſe Dei deſiderium, vt mandata illius ſeruemus: *Vtinam*[inquit] *attendiſſes mandata mea, &c.* Et Deuteron.8. *Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea, in omni tempore, vt bene ſit eis, & filijs eorum, in omni tempore, &c.* Deſiderium ſuũ ſi Rex aperiat, omnes exorientur difficultates, vt, quod deſiderat, efficiatur. Deſiderauit olim Dauid Rex aquam, ex ciſterna Bethlehem, 2. Reg.23. *O ſi quis* [inquit] *mihi daret potum aqua de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem, iuxta portam, &c.* Erat iter periculi plenum, & hoſtibus obſeſſum; at non defuerunt, qui Regis deſiderio facerent ſatis Eodem cap. *Irruperunt tres fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerunt aquã de ciſterna Bethlehem, & attulerunt ad Dauid, &c.* Non Dauid, non Rex aliquis terrenus, ſed Deus ipſe Regum Rex deſideriũ nobis ſuum aperit, vt mandata ſeruemus vehementer cupit. Deſiderium ergo hoc ſingulari alacritate explere conemur, etſi hoſtium caſtra irrumpere, milleq; pericula ſubire neceſſe ſit; omnia deſiderium ſuperet, Dei deſide rio faciendi ſatis.

Deuter.8.

Voluntas ſummis Regis faciẽda.

2.Reg.23.

Magnum nos deſiderium teneat Dei præcepta ſeruandi. Dauidem imitemur, cuius quanta fuerit ſeruandi mandata cupiditas, Pſalm.118.ſatis; ſuperque docet. *Vtinam* [inquit] *dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas, &c.* Item: *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore, &c.* Item: *Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me, &c.* Item: *Os meum aperui, & at traxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam, &c.* hoc eſt, Ad mandata tua anhelabam, & ſuſpiria edebam præ deſiderio; os aperiebam, & aerem attrahebam, ſuſpirans, & anhelans, Diuus Hieronymus transfert: *Os meum aperui, & reſpiraui, &c.* hoc eſt. In medijs malorum meorum & laborum fluctibus,

Deſideriũ ſeruãdi mãdata tenere nos debet.

Pſal.118.

A reſpiraui; lætitia, & conſolatione affectus ſum, quia mandata tua deſiderabam. Alia multa in illo Pſalmo ſunt, quæ hoc deſiderium Dauidis ardentiſſimum demonſtrant. Deſiderant alij aurum, gemmas, opes; aurum, & gemmæ, quæ Dauid deſiderabat, mandata erant. *Dilexi* [inquit eodem Pſalmo] *mandata tua ſuper aurum, & topazion, &c.* Item: *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri, & argenti, &c.*

Pſal.118.

B Non deeſt nobis, in hoc ipſo in quo verſamur, Euangelio, ſeruandi mandata exemplum. Nonne audiuimus adoleſcentem opulentum dicentem: *Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea?* Felix, qui vere hoc poteſt affirmare: Omnia Dei præcepta cuſtodiui à pueritia mea. Si adoleſcens antiquę legis à pueritia mandata cuſtodierat, quid par eſt, adoleſcentem, & virum, & ſenem, C facere Chriſtianum?

Exemplum adoleſcẽtis.

Multi Dei mãdata ſeruant.

Confutat hæreticos hic adoleſcens, qui impie aſſerunt, legem Dei ſeruare, eſſe impoſſibile. Verum enim dixiſſe adoleſcentem, cum dixit, ſe omnia præcepta ſeruaſſe, ſupra iam indicauimus. Eoſdem confutant Baptiſtæ parentes, de quibus Luc. 1. dicitur: *Erant iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini, ſine querela, &c.* Et alij D ſimiles, qui hodie quoque omnia Dei mandata, Deo auxiliante, ſeruant; plurimi quoque, qui etiam ſeruant conſilia. Confutat Dauid Rex Pſal. 118. *Cuſtodiuit* [ait] *anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer.* Item: *Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua; quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo, &c.* Ecce affirmat Dauid ſe mandata ſeruaſſe. Non ergo ſunt impoſſibilia. *Suaue* [appellauit Chriſtum] *iugum ſuum, & onus ſuum leue.* Matth.11. At hæretici adeo graue eſſe volunt, vt non poſſit ferri. Si enim impoſſibile eſt legem ſeruare, impoſſibile quoq; eſt iugum Chriſti ferre. Siquidem iugum Chriſti, & onus, lex eſt. Contra hæreticos dilectus Chriſti diſcipulus epiſt.1 c.5. clamat: *Hæc eſt enim caritas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt, &c.* Et Hieronymus (vt

Contra hæreticos, quĩ legẽ Dei impoſſibilẽ aſſerunt.

Luc.1.

Pſal.118.

E Suaue iugũ mãdatorũ eſt.

1.Ioan.5.

D.Hieron.

(vt alios omittam) lib. 3. contra Pelagianos: Deus (ait] poſſibilia mandauit: hoc nulli dubium eſt, &c. Ecquis credat, optimum Deum id facere, quod boni non faciunt viri? Quis vir bonus ſeruo ſuo id iubet, quod eſt impoſſibile? Nullus ſanè. Quod bono viro nemo retribuet, Deo optimo tribuere audēt hæretici.

Non ſolum præcepta, ſed cōſilia quoque poſſumus ſeruare, Deo opē ferente.

Non ſolùm quod pręcipit Deus, ſed plura etiam, quæ non præcipit; nos poſſe facere, hoc Euangelium probat. In primis probat nos poſſe præcepta implere, quia adoleſcens impleuit omnia. Probat quoque nos plurą poſſe facere. Siquidem Chriſtus iuueni, qui præcepta ſeruauerat, conſulit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, &c.* Idem probat illud: *Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, &c.* Numquid impoſſibilia conſulit Dominus? Non conſulit impoſſibilia, ſed poſſibilia. Ergo non ſolùm ea, quæ iubemur, facere poſſumus; ſed alia etiam quæ non iubemur, perfectiora. Non tamen viribus noſtris, ſed auxilio adiuti Dei, illa poſſumus præſtare. Deus opem fert, ſuaue efficit iugum, & onus leue Dei gratia charitas, oratio è cœlo infuſa ſuauitas. Quam quia hæretici experiri nolunt; ideò impoſſibile eſſe putant legem ſeruare. Hinc illud D. Auguſtini lib. de natura, & gratia, capit. 43. Non iubet [inquit) Deus impoſſibilia, ſed iubendo admonet & facere quod poſſis, & petere quod nō poſſis, &c. Idem Auguſtinus in hanc ſententiam interpretatur illud Pſalm. 118. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum; quia mandata tua deſiderabam, &c.* hoc eſt, Quia mandata tua deſiderabam ſeruare, aperui os meum ad petendum auxilium, & attraxi precibus Spiritū ſanctum auxiliatorem. Aperuit os petendo [ait Auguſtinus] quærendo, pulſando; & ſitiens hauſit Spiritum bonum; vnde faceret, quod per ſeipſum non poterat mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Non enim, qui ſpiritu ſuo agunt, ſed quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Nō quia ipſi nihil agant, ſed ne nihil boni agant, à bono aguntur, vt agant, &c.

D. Auguſt.

Pſal. 118.

Auxilium Dei petēdū

Auguſtin.

A Sed miſſos faciamus hæreticos.

Mandata Dei leua ſunt.

Suaue eſt iugum Chriſti, onus leue, ſuauia, & leuia illius mādata ſunt; totis viribus, Deo ipſo auxiliante, ad ea ſeruanda incumbamus. Deus mandata ſua nimis cuſtodiri mandauit; nos ſi placere illi volumus, nimis illa cuſtodiamus. Pſal. 118. *Tu* (inquit Vates] *mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, &cæ.* Hebr. אתהצויתה פקדיך לשמור מאד *atthah tſiuuitha pikkudecha liſchmor meod.* ad verbum, *Tu præcepiſti mandata tua ad cuſtodiendum valdè.* Magna cum diligentia, & ſollicitudine, valdè, & nimis, vult Deus ſua cuſtodiri mandata, nullum vult prætermitti. Si quid præcepti prætermittatur, non reliquit impunitum, quamuis illud minimum ſit, in quo peccatur. Valdè præcipit Deus (ait Auguſtinus eodem Pſalmo] cuſtodiri mandata ſua, & valdè oportet Dei cuſtodiri mandata, &c. Nimis mandat cuſtodiri; primò, quia ne minimum quidpiā vult prætermitti. Etiam plus facit vmbram, prouerbio dicitur. Eundem in modum, etiam minimum quid præcepti prætermiſſum, vel inſtar pili, facit ſupplicium, ſi veniale peccatum committatur. Præterea, nimis mandat mādata cuſtodiri ſua; quia tota vita, à pueritia, & rationis vſu, ad mortem vſq; ea iubet cuſtodiri. Tertiò, nimis mandata ſua iubet cuſtodiri; quia pericula omnia, mortemq́; ipſam ſubiri vult ne vnum frangatur mandatum, peccatumq́; committatur. Quartò, nimis mandat mandata cuſtodiri; quia omnia mandat cuſtodiri, ita vt ſi reliqua omnia ſerues, vnum tantummodò frāgas, vitam æternam amittas. In quem ſenſum illud explicatur Iacobi 2. *Quicumque totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno, factus eſt omnium reus.* Quintò, cuſtodienda ſunt mandata nimis, quia legiſlator, qui imperat, eſt magnus, ſapiens, & bonus nimis. Deus eſt, qui imperat, obtemperandum eſt nimis. Sextò, cuſtodienda ſunt nimis; quia cuſtodientibus datur præmium magnum nimis. Septimò, cuſtodienda ſunt nimis, quia de frangentibus ſumitur ſupplicium graue nimis, id eſt, æternum.

Pſal. 118.

Cur mādata cuſtodienda ſint nimis.

Iacobi. 2.

Qui

Qui mãdata ſeruant diliguntur à Deo.

A Qui ſic Dei mandata cuſtodiunt, Deo dilecti ſunt. Hoc indicat Chriſti ille, in adoleſcentem præcepta ſeruãtem, intuitus cum amore cõiunctus. *Intuitus eum* [ait Marcus] *dilexit eum*, *&c.* Eos intuetur Dominus, eos diligit, qui mandata cuſtodiunt; eos verò qui non cuſtodiunt propter iniqui-

Iudic. 19
Belial qd. Impij iugũ mãdatorũ excutiunt.

tatem odio habet. Hi filij ſunt Belial, vt conſtat ex capi. 19. Iudicum. Vbi habemus enim Hebraicè, אנש בני ב״יעל *anſche bench elijabhal*, id eſt, *viri filij, viri belial*, noſter Interpres addidit, B id eſt, *abſque iugo*, vocem Hebræam Latine reddens, Abſque iugo ſunt impij, quia iugum mandatorum frangunt, & ex ceruicibus magno ſuo malo excutiunt. Iuxta illud Pſalm.

Pſal. 2.

ſecundo. *Proijciamus à nobis iugum ipſorum, &c.* Similes ſunt onagro, id eſt, aſino ſylueſtri, qui abſq; iugo vitã du-

Oſee 8.

cit. Iuxta illud Oſeæ 8. *Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi E-* C *phraim, munera dederunt amatoribus.* Hebraicè, בי־ימה עלו אשור פרא בוה לו אפרים התנו אהבים *chi hemmah hhalu Aſchur pere boded lo Ephraim hittenu acbabim*, id eſt, *Quia ipſi aſcenderunt Aſſur, onager ſolitarius ſibi Ephraim, expoſuerunt mercede amores* Chaldæ' ſic expoſuit: על די הליכו ברעות נפשיהון כערד מרוד בית ישראל אתמסרו ביד עממיא דרחמו *hhal dehalachu birhhuth naphſchehon chahhadar marod beth iſchrael ithmeſa-* D *ru beiad hhammaia dirchimu*, id eſt, *Pro eo quod ambulauerunt in voluntate animæ ſuæ, tanquam onager efferus, domus Iſrael traditi ſunt in manum populorum,*

Iob 11.

quos adamauerunt Iob. 11. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tamquam pullum*

D. Gregor.

onagri ſe liberum natum putans, &c. In quem locum D. Gregorius ſic ſcribit: Qui implere cuncta, quæ deſiderat, per affrænatam libertatem quæ- E rit, quid aliud, quam pullo onagri eſſe ſimilis concupiſcit? Vt diſciplinæ hunc lora non teneant, ſed audenter vagus, per ſyluam deſideriorum curſat, &c. Itaque is, qui mandatorum iugum excutit, legis diuinæ diſruptis vinculis, vagus per ſyluam fertur deſideriorum, vt onager, & vitiorum; in æterna tandem incidit vincula onager ſtultus, & q iugũ excuſſerat ſua-

A ue, iugũ recipit acerbiſſimum, idque ſempiternum. Qui verò æternam ambit vitam, mandatorum vinculis ſeſe conſtringit; ſicq; conſtrictus, æternã comparat libertatem. Æterna enim libertas, per huius breuiſſimæ vitæ vincula, ſuauiſſimè comparatur. Ho-

Libertas æterna p huius vitæ ſeruitutem cõparatur.

mo [ait Gregorius eodem loco] quia ad ſequentem (id eſt) æternam vitam ducitur; neceſſe profectò eſt, vt in cunctis moribus ſuis, ſub diſpoſitione di- B ſciplinæ religetur. Et quaſi domeſticum animal, loris vinctum ſeruiat, atque æternis diſpoſitionibus reſtrictum viuat. Sic ille.

Iuſti per viam incedunt mandatorum, impij extra viam iter faciunt.

Impij extra viã mãdatorum ambulant.
Sapien. 2.

Sapient. 2. *Nullum (inquiunt) ſit pratũ, quod non pertranſeat luxuria noſtra, &c.* Nimirum extra viam, per prata iter habere volebant. Eodem c. ſic aiunt: *Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, &c.* Quod C poſſunt, faciunt; robur, & potentia illis pro lege eſt, pro ratione voluntas.

2. Mach 7.

2. Machab. 7 ait inclytus Martyr Antiocho Regi impio: *Poteſtatem inter homines habens, facis quod vis, &c.* hoc eſt, Eſt tibi pro ratione voluntas. Sero hi

Sapient. 5.

in tartaro ſapiunt. Sapiẽt. 5. *Errauimus* (ait) *à via veritatis, &c.* At de iuſto le-

Sapien. 10.

gitur Sapient. 10. *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam Sanctorum: ho-* D *neſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius, &c.* Si literam ſpectes, de Iacob ſermo eſt, quem *per vias rectas*, in Meſopotamiam fugientem, *Deus deduxit, oſtenditq; illi* eo in itinere *regnũ Dei*, cùm ſcala admirabilem, a terra in cœlum vſque pertingentem, Angelos aſcendentes per eam & deſcẽdentes: ſeque ipſum ſcalæ innixum oſtendit. *Dedit illi ſcientiam*, Græcè γνῶσιν, id eſt, *cognitionem San-* E *ctorum*, ſcilicet Angelorum. Vel, dedit illi ſcientiam, & cognitionem, quam dat Sanctis, rerum cœleſtium. Vel, *Sanctorum*, genere neutro: Dedit illi ſcientiam ſiue cognitionem cœleſtis templi, vel rerum ſanctarum. *Honeſtauit illum*, Græ-

Honeſtare ſignificat dicere.

cè, εὐπόρησεν, id eſt, *locupletauit illum, in laboribus ſuis.* Interpres hoc verbo, *Honeſtauit* vtitur pro verbo, di-

Digitized by Google

Sapint. 7. tauit, & *honeſtatem* diuitias appellat. A Sapien. 7. *Innumerabilis honeſtas per manus illius.* Gręcè, πλοῦτος, id eſt, *opulentia*. Ibidē: *Honeſtatem illius non abſcondo* Græcè, πλοῦτον, id eſt, *diuitias*. Et de Sapint. 10. Iacob, capit 10. *Honeſtum fecit illum:* Græcè, ἐπλούτησεν, id eſt, *diuitem fecit*, *Et compleuit labores illius*. Gręcè, ἐπλήθυνεν, id eſt, *multiplicauit*, amplificauit, compleuit.

Vię rectę mandatorum. Quemadmodum Iacob, ſic iuſtos Dominus per vias rectas mandatorū B ducit, & regnū Dei illis oſtendit. Non ſcalam ſolùm in cęlum pertingentē, ſed ſeipſum in cęlo regnantem. Hic oſtendit illis ſcalam, ei ſimilem, quā vidit Iacob, per quam in cęlum aſcēdant; in cęlo ſeipſum patefacit. Rogabis: Quam ſcalam hic Deus iuſtis o- *Scala cœli mandata.* ſtendit? Reſpondeo, oſtendere ſcalam mandatorum, de quibus ſermo eſt. Quid enim mandatis diuinis ſimilius, quàm ſcala illa depingi poteſt? C Pertingebat illa in cęlum, eoque ducebat; in cęlum quoque mandatorum ſcala pertingit, & in cęlum ducit. Habebat illa gradus multos, per quos aſcendebatur; noſtra quoque ſcala multos gradus habet, id eſt, multa Dei, Eccleſiæq; præcepta, per quæ aſcenditur. Scala illa non ijs ſimilis erat, per quas ſolis aſcenditur pedib. ſed ijs, per quas & pedibus aſcenditur, & manibus; pedibus in vno con- D ſiſtentibus gradu, manibus alterum apprehendentibus. Quamobrem à noſtris, *Eſcadas de mao*, appellantur, id *Scala manus eſt ſcala mandatorum.* eſt, *ſcala manus*. Huiuſmodi eſt mandatorum ſcala: eſt ſcala manus, id eſt operum, pedibus, manibusque, id eſt, affectibus, cogitationibus, verbis, operibusque aſcendendum. Per ſcalam illam aſcendebant Angeli; per hanc quoque Angeli aſcendunt. Qui enim præcepta omnia ſeruant, terreſtre, E quidam Angeli ſunt, diuina exornati gratia. Præterea, per ſcalam Angeli aſcendebant, & deſcendebant; per hanc quoque mandatorum ſcalam aſcendunt, ac deſcendunt. Etenim Angeli mandata Dei faciunt. Per ea deſcendunt cùm in terras veniunt; aſcendunt, cùm cęlum petunt. Illi ſcalæ innixus Deus erat. Huic quoque

A innititur, vt aſcendentibus manum, id eſt, auxilium porrigat, ſine quo ſcādere nemo poteſt. Vnde D. Hierony. *Auxilium Dei eſt nobis neceſſarium.* in epiſtola ad Iulianum, tom. 1. Vidit [inquit] Iacob ſcalam, & deſuper innitentem Dominum, vt laſſis manum porrigeret, vt aſcendentes ſuo ad laborem prouocaret aſpectu, &c. Quis tali ad omnem laborem aſpectu non prouocabitur? Quis diuinam conſiderans manum, id eſt auxilium, & B aſpectum, mandatorum omnium viā non curret libenter? Præterea, huic ſcalæ innixus eſt Deus, vt finis, & pręmium, ad quod ſcala ducit mandatorum.

Aſcendamus, caueamus deſcēſum; *Deſcenſus cauendus eſt.* hic deſcenſus caſus eſt; nemo deſcendit, quin cadat. Caueamus caſum. Deſcendunt enim per ſcalam mandatorum, ſiue potiùs cadunt multi. Vnde D. Hieronymus loco citato: Quo- *D. Hieron.* C tidie [inquit] aſcenditur atque deſcēditur. Et Sancti enim coruunt, ſi fuerint negligentes; & peccatore priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus lauerint. Hoc ideo dixi, vt non terream deſcendentes, ſed prouocē *Pręmiū ſeruantium mandata.* aſcendentes, &c. Animo igitur aſcendamus generoſo; oſtendet nobis Dominus regnum Dei, dabit nobis ſcientiam Sanctorum. Cernemus ſanctos D Angelos, quos modò non cernimus, cernemus Cherubinos, Seraphinoſque, cernemus ſanctos homines, cernemus Virginem ſanctiſſimam: mutabitur fides in ſcientiam, ꝙ credimus, videbimus euidenter. Dabit nobis Dominus ſcientiam Sanctorum: videbimus ſanctum Dei templum, illud Regis ſummi palatium, illa Sācta æterna, illa Sancta Sāctorum cęleſtia, in quæ Chriſtus ingrediens Pontifex E ſummus, non ſine ſanguine, aditum mandata ipſius cuſtodientibus reſerauit. Denique honeſtabit nos Dominus in laboribus noſtris, hoc eſt, locupletabit nos propter labores, quos in ſeruandis mandatis toleramus; opulentiſſimo nos donabit theſauro, complebitque gloria labores, doloreſque noſtros ſempiterna.

Remedia ad ſeruāda mandata. Quòd ſi remediū petis, quo ad ſeruāda mandata exciteris; hanc ſæpiùs conſi-

conſidera retributionem, hæc mente volue præmia. Hoc enim remedio Rex ille vtebatur, quem Deus aſſerit facturum omnes voluntates ſuas

Act. 13. Pſal. 118.

Actor, 13. hoc eſt, Dauid *Inclinaui* [inquit ille Pſal. 118.] *cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem, &c.* Adde ſecundum remedium,

Præſentia Dei.

Dei oculos in te, & operib. tuis defixos ſemper cõtemplare. Hoc etiam remedium idem Rex adhibebat, eodem Pſalmo: *Seruaui* [ait] *mandata tua, & teſtimonia tua; quia omnes viæ meæ in conſpectu, &c.* Et D. Hieronymus ait, Deum apparuiſſe Iacob innixum ſcalæ, vt aſcendentes ſuo prouocaret aſpectu, vt ſuprà iam retulimus. Vidit [inquit] Iacob ſcalæ innitentem Deum, vt aſcendentes ſuo ad laborem prouocaret aſpectu, &c. Aſpectus duobus modis ſumi poteſt, vtroque modo nos ſuo aſpectu Deus prouocat, ad mandata ſeruanda. Prouocat nos ſuo aſpectu, cùm conſideramus, illum in omnia noſtra opera inſpicere. Prouocat etiam nos ſuo aſpectu cùm nos in illum intuemur, veluti finem, præmiumque laborum noſtrorum. Prouocat conſpiciens, & prouocat conſpectus, videns nos, & viſus à nobis.

Iacobi 2.

Adde etiam tertium remedium, ex D. Iacobo, cap. 2. *Sic* [inquit] *loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari, &c.* Sic loquamur, ſic operemur, ſic viuamus, ſicut in iudicium Dei iam adducti, & iam iudicari incipientes.

Iudicij conſideratio.

Equidem qui Iudicem ante fores aſſiſtere cogitauerit. Iuxta illud eiuſdem Iacobi, cap. 5.

Iacobi 5.

Ecce Iudex ante ianuam aſſiſtit, &c. Quiq. ad Chriſti tribunal horrendum ſe ſæpe adduxerit, nullum Dei mandatum frangere audebit. Ex ipſis mandatis in iudicio iudicabimur illa nos tunc vel ſeruabunt, ſi nunc ſeruentur, vel dãnabunt, ſi nunc violentur. Illa nos tunc iudicabunt. Iuxta illud Domini

Ioan. 12.

Ioann. 12. *Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo, quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die, &c.*

Decretum firmum ſeruandi mandata eſt neceſſarium.

Adde quartum, extremumq. remedium. Qui præcepta Dei cuſtodire vult, firmiſſimo apud ſe decreto ſtatuat ea ſemper ſeruare: idq; decretũ ſæpiſſimè animo renouet. In hoc decreto, veluti in rupe fortiſſima, Dei mandata veluti fundamenta extruẽda ſunt. Iuxta illud Eccleſiaſtici 26.

Eccleſ. 26.

Fundamẽta æterna ſuper petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ, &c. hoc eſt, in corde ſanctæ fæminæ, veluti in rupe ſolida, mandata Dei ſtabilita ſunt, & firmo animi propoſito fundata. Expende, quæſo, Dauidis fortiſſimum decretũ, quod Pſal 118.

Pſal. 118.

extat: *Iuraui* (inquit) *& ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ, &c.* Vel iuramẽto ſe obſtrinxerat ad ſeruanda mandata, vel adeò firmo decreto ea ſeruare ſtatuerat, vt firmum decretum, iuramẽtum meritò appellari poſſit. Item, eodem Pſalmo: *Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæculum, & in ſęculum ſæculi, &c.* hoc eſt, Quãuis in æternum viuã, tamen ſemper, & in æternum mandata tua ſeruare firmiſſimè decreui. Vel, Non ſolùm in hoc ſęculo præcepta tua cuſtodiam, verùm in ſęculum ſæculi, in perpetuum, in ſæculo etiã futuro, per totam æternitatem. In cęlo enim ad amuſſim, & perfectiſſimè mandata Dei cuſtodiuntur. Quamobrem Deum quotidie precamur, *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.* Theodoretus in hunc locum Pſalmi:

Theodoret.

Per hãc (inquit) clauſulam, *in ſæculum ſæculi*, futuram vitã demonſtrat Vates in qua pura, & ſincera diuinarum legum obſeruantia cunctis dabitur, &c. In eundem ſenſum illa eiuſdem Pſalmi verba explicari poſſunt:

Pſal. 118.

Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis Hoc eſt, Omnis perfectionis, omnium perfectarum rerũ vidi finẽ: omnia enim, etſi perfectiſſima, & admiranda hominum opera manu facta concident. At mandatũ tuum eſt latiſſimum: in totam enim æternitatem ſe extendit, neque vnquam deſinit debita tibi obedientia. Aliter: Omnia caduca ſunt, honores, diuitiæ, &c. At mandatum tuum ſeruatum, non eſt caducum, ſed latiſſimum; quia in præmio ipſo æterno, veluti cauſa in effectu, permanet.

Decreuerat firmiſſimè Dauid mã-

data Dei cuſtodire; ideoque ipſa man A
data pro conſiliarijs habebat. Eodem
Pſal. 188. Pſalmo: *Conſilium* (inquit) *meum iuſtifi-
cationes tuæ, &c.* Hebraicè, אנשי עצתי
anſche bhatſathi, id eſt, *Viri conſilij mei*
Mandata conſiliarij. *ſunt iuſtificationes tuæ.* Ab his conſilia-
rijs conſilium petat, qui mandata fir-
miter ſtatuit obſeruare. Quotieſcum-
que aliquid erit agendum, non car-
nem, non mundum, ſed Dei præce-
pta conſulat. Mandata conſiliarij ſunt
ſapientiſſimi, præceptores optimi, ex B
quibus vera ſapientia, ſiue prudentia
Mandata docent hominem. edifcitur. Vnde idem Vates eodem
Pſalmo: *Super inimicos meos* [inquit] *pru-
dentem me feciſti mandato tuo: quia in æ-*
Pſal. 118. *ternum mihi eſt: ſuper omnes docentes me
intellexi, quia teſtimonia ſua meditatio mea
eſt: ſuper ſenes intellexi, quia mãdata tua
quæſiui, &c.* A mandatis Dei Dauid ve-
ram didicerat prudentiã, & ſapien-
tiam. Mandata prudentiorem inimi-
cis illum fecerant; præceptoribus, & C
ipſis etiam ſenibus, qui rerum valent
experientia, & cognitione, ſapientio-
rem. Deuteron. 4. *Hæc eſt veſtra ſapien-*
Deutero 4. *tia* (ait Moyſes) *& intellectus coram popu-
lis. Vt audientes vniuerſa præcepta hæc, di-
cant: En populus ſapiens, & intelligens, gens*
Sapientia hõis, mandata. *magna, &c.* Lex, & præcepta Dei, ſa-
pientia ſunt hominum, & intellectus.
Is populus eſt ſapiens, & intelligens,
qui illa & habet, & ſeruat. Lege Ba-
Baruch. 3. ruch. cap. 3. in quo docet, Deum ſa- D
pientiam, id eſt, fidem legemq; ſuam
Iſraelitis dediſſe. Qui hac ſapientia
carent, ſtulti dicũtur. Vnde illud Ec-
Ecclef. 1. cleſiaſtæ 1. *Stultorum infinitus eſt nume-
rus.* Quia infiniti propemodùm ſunt,
qui mandatorum, ſiue legis Dei ſa-
pientia, & prudentia carent.

Eſt autem hæc ſapientia practica,
Pſal. 110. ſiquidem ad opus tendit. Vnde Pſal.
110. *Intellectus bonus* (ait Vates) *omnib.
facientib. eum, &c.* Græcè, *σύνεσις ἀγα-* E
θὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν, hoc eſt, *in-
telligentia bona omnibus facientibus eam.*
Mandatorum intelligentia bona eſt,
vtiliſſima, maximamque affert gloriã
ijs, qui eam faciunt, qui, quod intelli-
gunt, operantur. D. Hieronymus ſic
vertit: *Doctrina bona cunctis, qui faciunt
eam.* Hebraicè refertur ad mandata.
Sic. n. legimus: שכל טוב לכל עשיהם
ſchethel tablecol bheſchehem, id eſt,
Intellectus bonus omnibus, qui faciunt ea,
videlicet mandata. Intelligentia mã-
datorum bona eſt, mandata facienti-
bus. Poteſt etiam aliũ habere ſenſum
hic locus, ſcilicet: Intellectus bonus
eſt illis, qui faciunt mandata: hoc eſt,
dum habent intellectum, prudentes
ſunt, & intelligentes. Qui verò non
faciunt, ſtulti ſunt, intellectu caren-
tes, inſtar animantium rationis ex- *Pſal. 118.*
pertium. Pſal. 118. ait Dauid: *A man-
datis tuis intellexi; proptereà odiui omnem
viam iniquitatis, &c.* hoc eſt, A manda-
tis tuis intelligentiam accepi, & ſa-
pientiam; ſapiensq; effectus, omnem
viam peccatorum habui odio. Et Pſal. *Pſalm. 18.*
18. *Teſtimonium Domini fidele, ſapientiã* *Vera ſapiẽtia eſt Dei ſeruare mandata.*
præſtans paruulis, &c. Hæc vera eſt ſa-
pientia, Dei ſeruare mandata. Pſalm.
118. *Conſilium meum iuſtificationes tuæ.*
Hebraicè, vt dixi, viri conſilij mei, *Pſal. 118.*
conſiliarij mei; egregij, vt diximus,
ſunt, & ſapientiſſimi conſiliarij, man
data Dei; qui vera ſemper conſulũt,
neq; vmquam ab ſcopo aberrant. Si
quid igitur agendum eſt, mãdata ve-
luti conſiliarios, optimos cõſulamus;
& quidquid conſilij dederint, ſequa-
mur. De mandatorum obſer-
uatione hæc ſint ſatis. Ca-
pite ſequenti dice-
mus de conſi-
lio omnia re-
linquen-
di.

Digitized by Google

CAPVT X.

De verbis D. Petri:

Ecce nos reliquimus omnia.

MATTHAEVS CAPITE XIX. Verſ. 27.

TVNC reſpondens Petrus, dixit ei : Ecce nos reliquimus om-
28 nia,& ſequuti ſumus te : quid ergo erit nobis ? * Ieſus autẽ
dixit illis; Amen dico vobis, quòd vos, qui ſequuti eſtis me, in
regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis
ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duode
cim tribus Iſrael. * Et omnis, qui reliquerit domum, vel fra-
29 tres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, pro
30 pter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Mul
ti autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

MARCVS CAPITE X. Verſ. 28.

ET cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus omnia,& ſequu-
ti ſumus te. * Reſpondens Ieſus, ait Amen dico vobis : Nemo
29 eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem,
aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, & propter Euan-
gelium , * qui non accipiat centies tantùm, nunc in tempore
30 hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutio-
31 nibus; & in ſæculo futuro vitam æternam.* Multi autem erunt primi nouiſ
ſimi, & nouiſſimi primi.

LVCAS CAPITE XVIII. Verſ. 28.

AIT autem Petrus: Ecce nos dimiſimus omnia,& ſequuti ſumus
29 te.* Qui dixit eis : Amen dico vobis: Nemo eſt, qui reliquit do-
mum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter re-
30 gnum Dei, * & non recipiat multò plura, in hoc tempore, & in
ſæculo venturo vitam æternam

Ecce nos reliquimus omnia.

Reſpondere q. dicatur. RESpondiſſe dicitur Petrus, cùm tamẽ non interrogaretur; quia, vt iam alibi diximus, is reſpondere dicitur, qui etſi non interrogetur, tñ cõſentaneè dicto, vel facto alicui pręcedenti, loquitur. Præceſſerat conſilium Chriſti, adoleſcenti datum : *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo; & veni, ſequere me.* Et cętera, quæ explicauimus. Reſpondens Petrus, conſentaneè his, ac conſequenter loquutus: Ecce (inquit) Domine, ego, &

& reliqui Diſcipuli, conſilium complexi ſumus, quod adoleſcens ille cõplecti noluit. Omnia reliquimus, & ſequuti ſumus te, Diſcipuliq́; ſumus tui. *Quid ergo erit nobis?* Quid pręmij nobis daturus es?

Cur Petr⁹ interrogarit. Quid erit nobis?

Quęritur primò, cur Petrus de pręmio Chriſtum roget? Reſpondetur, quoniam Chriſtus adoleſcenti pręmiũ fuerat pollicitus: *Habebis* (inquit) *theſaurum in cœlo.* Et affirmauerat, difficile eſſe diuitem intrare in regnum cęlorum, præmiumq́ue cœleſte adipiſci: ideò Petrum de præmio agere. Caietanus arbitratur, Petrũ cùm ait: *Reliquimus omnia:* ſignificare, ſe, & reliquos non feciſſe totum, quod Chriſtus conſuluerat adoleſcenti. Nam dixerat: *Vade, vende omnia, quę habes.* At Petrus, & alij Apoſtoli non vendiderant omnia, quæ habebant; ſed reliquerant. Idẽ ſentit Ianſenius. Euthy. ſimiliter: Timuit (inquit) Petrus ſibi, ac condiſcipulis, quaſi ipſi minus feciſſent; quia nõ vendiderant, quę habebant, nec dederant pauperib. &c. Veriſimilius eſt, nõ id ſignificaſſe Petrum, ſed confidenter loquutum, vt Hierony. ait, & Origenes. Et ſignificaſſe, ſe, & reliquos perfectè conſiliũ Chriſti eſſe complexos, omnibus relictis, eo modo, quo reliquerunt. Vnde

Chryſoſto.

Chryſoſtomus homi. 65. in Matth. Tu [inquit] illud expende, quàm exquiſitè duo illa, quæ Chriſtus à diuite petiji, vt ſcilicet pauperibus ſubſtantiam ſuam diſtribueret, & Chriſtum ſequeretur, breuiter Petrus complexus eſt, dicens: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.* Ambo enim hęc facta iam erant. &c.

An Apoſtoli vendiderint omnia, & dederint pauperibus.

Quæritur ſecundò, an Apoſtoli vẽdiderint omnia, quæ habebant, & dederint pauperibus? Euthymius, Caietanus, & Ianſenius ſentiunt, non vendidiſſe omnia. Reſpondeo, id minimè conſtare. Pauperes illi erant, pauperes habebant conſanguineos, quibus, quæ habebant, forſitan tribuerunt, forſitan partem aliquam pauperibus alijs largiti ſunt.

An vouerint Apoſtoli paupertatem.

Quęritur tertiò, an Apoſtoli reliquerint omnia voto nuncupato paupertatis? Reſpondet D. Thomas 2. 2.

A quæſt. 88. art. 4. ad 3. his verbis: Apoſtoli intelliguntur vouiſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum, quando Chriſtum, relictis omnibus, ſunt ſequuti, &c. Vouerunt ergo paupertatem, caſtitatem, & obedientiam.

D. Auguſt.

D. Auguſtinus lib. 17. de ciuitate Dei, c. 4. Dixerant [inquit] potentes illi [id eſt, Apoſtoli] *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.* Hoc votum potentiſſimi vouerant. Sed vnde hoc eis, niſi ab illo, de quo dictum eſt [in Cantico Annæ 1. Reg. 2. in verſione ſeptuaginta Interpretum] *Dans votum vouenti?* Non enim Domino quiſquã quidquam ratum voueret, niſi qui ab illo acciperet, quod voueret, &c.

B

Pauperes erant Apoſtoli, & pauca reliquerant; ſed etſi pauca, omnia reliquerant.

Omnia reliquerũt Apoſtoli.

Idcircò Petrus confidenter ait: *Reliquimus omnia.* Grandis fiducia [ait Hieronymus] Petrus piſcator erat, diues non fuerat, cibos manu, & arte quærebat. Et tamen loquitur confidenter: *Reliquimus omnia.*

D. Hieron.

C

D. Chryſ.

Et Chryſoſtomus: Quænam ſunt hæc omnia, quæ dicis, beatiſſime Petre, reliquiſſe? Arundinem, retia, vniuerſumq́; piſcatorum artificium? Hæc tu voeas omnia? &c.

Origenes.

Origenes homil. 9. in Matth. ait, Petrum non propter res, ſed propter affectum, ac voluntatem, qua omnia reliquerat, ſic loquutum confidenter: Puto [inquit] quòd Petrus magis confidens de affectu ſuo, quàm de ipſa quantitate relictarum rerum, fiducialiter interrogauit, &c.

D

Affectus Apoſtolorum.

Quali autem affectu Apoſtoli omnia reliquerint, his verbis docet: Etſi Petrus minima cum fratre reliquit; ſed nõ minima ſunt æſtimata apud Deũ, conſiderantem, quoniam ex tanta plenitudine dilectionis, illa minima reliquerunt; vt etiamſi multas habuiſſent poſſeſſiones, omnia ſine dubio reliquiſſent, nec ab eis vllo modo retenti fuiſſent, aut impediti, ab impetu dilectionis huiuſmodi, &c.

E

Petrus propriam reliquit uxorem.

Aduerte tamen, Petrum non de poſſeſſionib. ſolùm loqui, ſed de vxore etiam, voluptatibus, mundiq́; blandimentis, quæ etiam a pauperibus relinquuntur.

Theophyl.

Quamobrem Theophylactus: Tametſi [inquit] videatur Pe-

trus non dimiſiſſe magna aliqua, vtpote pauper; ſed diſce, quòd re ipſa multum etiã ipſe reliquerit. Etenim & paruarum rerum magna tenemur affectione; ſed & omnes voluptates Petrus reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Illæ enim affectiones non ſolùm contra diuites, ſed etiam pauperes militant. Hæc ille. D. Gregorius homi. 5. in Euangelia, multa reliquiſſe ait Apoſtolos, quia omnia, quæ habebant, reliquerunt magno affectu; nec ſolùm omnia, quæ habebant, ſed deſiderium quoque habendi aliquid. Affectum [inquit] debemus potiùs hac in re penſare, quã cenſum. Multùm reliquit, qui ſibi nihil retinuit; multum reliquit, qui quãtumlibet parum, totum deſeruit. Certè nos & habita cum amore poſſidemus; & ea, quæ minimè habem⁹, ex deſiderio quærimus. Multùm ergo Petrus, & Andreas dimiſit, quando vterque etiam deſideria habendi dereliquit. D. Auguſt. Pſalm. 103. conc. 3. Petrus [inquit] vt ſequeretur Dominũ, nouimus, quod piſcator erat, quid potuit dimittere? vel frater eius Andreas, vel filij Zebedæi, Ioannes, & Iacobus, etiam ipſi piſcatores? Et tamen dixerunt: *Ecce nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te*. Non ei dixit Dominus: Oblitus es paupertatem tuam; quid dimiſiſti, vt votum mundum acciperes? Multùm dimiſit, fratres mei, multùm dimiſit. Quid? Non ſolùm dimiſit, quidquid habebat; ſed etiam quidquid habere cupiebat. Prorſus totum mundum dimiſit Petrus, & totum mundum Petrus accepit. Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes, &c.

D. Gregor.

Affectus expẽditur.

D. Auguſ.

A mè comitando, tum animo, me imitando, virtutesq; meas ſectãdo. Ideò diuitię relinquendæ ſunt; quia nos retinent, & Chriſtum perfectè ſequi prohibẽt. Paupertas perfectionis inſtrumentum eſt; ſequi autem Chriſtũ perfectio. Vnde D. Hieronymus: Quia [inquit] non ſufficit tantùm relinquere, iungit Petrus, quod perfectum eſt: *Et ſequuti ſum us te, &c.* Item: Hoc [ſcilicet diuitias relinquere] Crates fecit, & multi alij diuitias contẽpſerunt. *Sequuti eſtis me*: proprium eſt Apoſtolorum, atque credentium. Et epiſtola 28. ad Licinium: Aurum [inquit] deponere inſipientium eſt, non perfectorum. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antiſtenes. Seipſum offerre Deo, proprium Chriſtianorum eſt, & Apoſtolorum, qui totum cenſum, quem habuerunt, Domino tradiderunt, &c. Relinquuntur onera; quia oneratus diuitijs, non valet in ſtatu perfectionis Chriſtum ſequi. Exultauit Chriſtus, vt gigas (ait Bernardus in ſermone de his verbis Petri) ad currendam viam. Nec currentem, ò Petre, ſequi poteras oneratus, &c. *Trahe me poſt te* (ait Sponſa Canticor. 1.) *curremus, &c.* Et 1. Corinth. 9. cum ijs, qui in ſtadio, præmij, ſiue brauij capiendi cauſa currunt, confert nos Apoſtolus: *Neſcitis* (inquit) *quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currunt, ſed unus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis, &c.* Qui currit, onus abijcit, quod a curſu retardat. Qui igitur brauium vult comprehendere, abiecto onere currat velociter poſt Chriſtum.

B C D

Sequendus Chriſtus, relictis omnibus.

D. Heron.

Opes veluti onera reijciuntur.

D. Bernar.

Cãticor. 1.
1. Cor. 9.

Et ſequuti ſumus te.

E

OMnia reliquerũt Apoſtoli, Chriſtumque ſequuti ſunt, tum corpore, & comitatu, tum animo, & imitatione. Hoc etiam conſilium dabat Chriſtus adoleſcenti: *Vade, vende, quæ habes, da pauperibus, & veni, ſequere me, &c. Sequere* [inquit] *me*, tum corpore,

In regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuę.

QVid præmij aſſequuti ſint Apoſtoli, indicat Dominus. Duplex eſt lectio: Altera: *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſequuti eſtis me, in regeneratione ſedebitis, &c.* Altera: *Amen dico vobis, quòd nos, qui ſequuti eſtis me in regeneratione, &c.* Hæc lectio poſterior illud,

Apoſtolorũ præmium.

in regeneratione, cum verbo, *ſequuti eſtis*, coniungit, in hanc ſentẽtiam: *Vos, qui ſequuti eſtis me in regeneratione*; hoc eſt, in Baptiſmo, per quem homo regeneratur. Prior eſt communis, cuius ſenſus huiuſmodi eſt: *Vos, qui ſequuti eſtis me*, relictis omnibus, (hoc enim ex ſuperioribus ſubintelligendum eſt) *in regeneratione*, hoc eſt, in reſurrectione mortuorum, cùm ego in ſede maieſtatis, orbem iudicans ſedebo, *ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael*.

Auguſtin.

Cur dicatur regeneratio, mortuorum reſurrectio.

Primò dubitatur, cur mortuorum reſurrectio appelletur regeneratio? Reſpondetur, quia extremo illo iudicij die, homines cùm reſurgent regenerari, & ex ipſis terræ viſceribus, veluti ex matris vtero, renaſci videbuntur. Auguſtinus lib. 20 de ciuit. cap. 5. Quod (inquit) Chriſtus dicit: *In regeneratione*: proculdubiò mortuorum reſurrectionem voluit intelligi, nomine regenerationis. Sic enim caro noſtra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum eſt anima noſtra regenerata per fidem, &c. Et lib. 3. contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 3. Regenerationem (inquit) Chriſtus hoc loco, ambigente nullo, nouiſſimam reſurrectionem vocat, &c.

Sedes maieſtatis Chriſti qua ſit.

Apocal. 4.

Secundò dubitatur, quænam ſedes ſit illa maieſtatis, in qua Chriſtus in die iudicij ſedebit? Reſpondetur, fore nubem aliquã ipſo Sole pulchriorem. Iuxta illud Apocalypſ. 14. *Vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem Filio hominis, &c.* Græcè, Matth. 19 legitur, ἐπὶ θρόνου δόξης, id eſt, *in throno gloriæ*. Dicitur ergo ſedes maieſtatis, thronus glorioſus, & maieſtate plenus, in quo Chriſtus Iudex ſedebit ad iudicandum terrarũ orbem. Dicitur ſedes maieſtatis, & thronus gloriæ, quia magnam gloriã, maieſtatemq; tunc Chriſtus illo in throno exhibebit, omnib. tum Angelis, tum ſanctis hominib. ſtipatus. Præterea, quia erit nubes plena gloria, id eſt, ſplendore. Appellatur enim ſplendor gloria. 2. Cor. 3. ſplendor vultus Moſis gloria vocatur a Paulo: *Si (inquit) miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita vt poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur, &c.*

2. Corint. 3

Splendor dicitur gloria.

Chriſoſto.

Quæ ſint ſedes Apoſtolorum in iudicio.

Theophyla.

Euthymis.

Dubitatur tertiò, quænam ſint ſedes illæ Apoſtolorum, in quibus ſedebunt in iudicio? D. Chryſoſ. ait, Apoſtolos non ſeſſuros in iudicio; ſedium verò nomine honorem, quo in iudicio fulgebunt, ſignificari. Non cõſeſſum (inquit) Apoſtolorum ſignificauit Chriſtus, cùm ipſe ſolus in ſolio iudicaturus ſedebit. Sed honorem, atque gloriam ineffabilem vocabulo ſedium expreſſit. Sic ille. Et Theophylactus: Num (inquit) ſedebunt Diſcipuli? Minime. Sed excellentem honorem per ſedem ſignificauit Chriſtus, &c. Euthymius ſimiliter, ſedibus ſignificari ait requiem, & præcellentiam Apoſtolorum: Sedebuntne (inquit) Apoſtoli, & iudicabunt? Nequaquam. Solus enim Chriſtus ſedebit, & ſolus ipſe iudicabit. Sed per duodecim ſedes innuit Chriſtus fruitionẽ, ſiue requiem ac præcellentiam duodecim Diſcipulorum, & regni ſui cõmunicationem. Sic ille. Reſpondendum eſt potiùs, ſeſſuros etiam Apoſtolos cum Chriſto. Id verba Chriſti ſignificant: promittit.n. thronos Apoſtolis ſimiles ſuo throno. Græcè enim throni dicuntur, ẽt Apoſtolorum ſedes. Vnde D. Hierony. ſic interpretatur verba Chriſti: Sedebitis (inquit) & vos in ſolijs iudicantium, &c. At non ſeſſuros Apoſtolos probatur ex Paulo ad Rom. 14. *Omnes (inquit) ſtabimus ante tribunal Chriſti, &c.* Non ergo ſedebunt Apoſtoli. Vnde Haymo Matth. 19. Stabunt (inquit) Apoſtoli, & iudicabunt, &c. Reſpondetur, in loco Pauli, *ſtare*, ſumi pro apparere. Iuxta illud 2. Cor. 5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Vel quia magna erit multitudo Sanctorum ſtãtium, ideò ſic loquutus eſt Paulus, de quo Auguſtinus Pſal. 49 ait: Non iudicabit ſtans Paulus, qui plus omnibus laborauit, &c. Erunt ergo Apoſtolorum throni, ex nubib. pulcherrimis, ſimiles throno Chriſti, in ipſo aere conſtituti. In his thronis ſedebũt, Chriſti proximi, ſumma gloria fulgentes, ipſique Iudici aſſidentes.

D. Hieron.

Rom. 14.

2. Corint. 5

Auguſt.

Apoſtoli verè in iudicio ſedebũt, & iudicabũt

Dubi-

Quõ iudicaturi ſint Apoſtoli. *Multipliciter dicitur iudicium.*

A Dubitatur quartò, quonam modo Apoſtoli orbem iudicaturi ſint, cum Chriſto Iudice viuorum, & mortuorum? Obſerua, multifariam dici iudicium, ex ſententia D. Thomæ, quæſt. 89. Additionum, art. 1. Primò eſt enim iudicium auctoritatis, hoc Chriſto cõuenit, non Apoſtolis. Chriſtus enim propria iudicabit auctoritate, ac poteſtate. Secundò, eſt iudicium à comparationis. Iuxta illud Matth. 12. *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam.* B Item: *Regina Auſtri, &c.* Hoc iudicio iudicabunt Sãcti improbos; quia comparatione facta inter hos, & illos, improbi condemnatione digni apparebunt. Iudicabũt etiam, & condemnabunt improbi, qui bona aliqua fecerunt, alios improbos, qui non fecerunt. Vt Niniuitæ, qui pœnitentiam egerunt, Iona prædicante, Iudæos, qui pęnitentiam non egerunt, prædicante Chriſto. C Tertiò, eſt iudicium approbationis; hoc omnes Sancti iudicabũt, quia omnes ſententiam Chriſti approbabũt. Quarto, eſt iudicium aſſeſſionis; hi autem dicuntur hoc iudicio iudicare, qui Iudici aſſident, in ſedibus ſimilibus proximi, cum quibus Iudex cauſam diſcutit, & quorum ſententiam rogat. Igitur D. Hieronymus iudicaturos ait Apoſtolos iudicio comparationis: *Sedebitis* (inquit) *iudicantes duodecim tribus Iſrael:* D quia vobis credentibus illi credere noluerunt, &c. Chryſoſtomus quoque: Quid (inquit) eſt, *Iudicantes duodecim tribus Iſrael?* Nihil aliud, quam condemnantes. Non enim ſolio iudiciali ſedebunt; ſed quemadmodum Reginam Auſtri, & Niniuitas condemnaturos generationem illam aſſeruit; ſimili quodam modo Diſcipuli tribus Iſrael condemnabunt, &c. E Sic etiam Auctor imperfect. & Euthymius. Parum tribuit hæc interpretatio Apoſtolis. Nam iudicium comparationis conuenit & Sanctis, & improbis. Parum etiam tribuemus, ſi dicamus, Apoſtolos iudicaturos iudicio approbationis, quod erit commune omnibus beatis. Omnes enim ſententiam Chriſti approbabunt.

Matth. 12.

Iudiciũ cõparationis quale ſit.

Reſpondendũ itaque eſt, Apoſtolos iudicaturos iudicio aſſeſſionis, hunc in modum: In thronis fulgentiſſimis, veluti Chriſti aſſeſſores, illi iudicanti aſſidebunt, magno cum honore. Præterea, forſitan etiam de cauſis, peccatis, & virtutibus, cognoſcent vt iudices, à Chriſto inſtituti. Tandem ſentẽtiam ferent etiam ipſi, à Chriſto interrogati. Chriſtus verò, vt ſupremus Iudex, in fine ſententiam pronunciabit. Explicat hæc interpretatio verbum, *Iudicantes*, propriè. Propriè enim iudicare is dicitur, qui cauſam diſcutit, & cognoſcit, ſententiamque fert, quamuis ſub Iudice alio ſupremo, qui ſi velit, ſentẽtiam irritam poteſt reddere.

Iudicio aſſeſſionis iudicabunt Apoſtoli.

Dubitatur quintò, ſint ne Apoſtoli iudicaturi tantummodò duodecim tribus Iſrael, an etiam Chriſtianos, & gentes? Reſpondet Chryſoſtom. his verbis; Apoſtoli non gentes, non vniuerſum orbem, ſed tribus Iſrael condemnabunt, &c. Similiter D. Hieronymus ait, Apoſtolos iudicaturos Iſraelitas tantum, quia Apoſtolis credentibus illi credere noluerunt. Reſpondendum potiùs cum Auguſtino, & alijs, Apoſtolos totum orbem iudicaturos, eadem enim ratione reliquos iudicabunt, qua Iſraelitas. Chriſtus verò Iſraelitarum tantùm meminit, quia Apoſtoli Iſraelitæ erant. Præterea nomine duodecim tribuum Eccleſiam intellexit; quemadmodũ Angelus Luc. 1. de Chriſto. *Regnabit* (inquit) *in domo Iacob in æternum*, i. in Eccleſia. Forſitan alluſit ad principes tribuum Iſrael, erant enim duodecim principes duodecim tribuum. 3. Reg. 8 *Tunc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael, cum principibus tribuum, &c.* Lege Auguſtinum in comment. Pſalm. 49. & epiſt. 89.

An ſint iudicaturi Apoſtoli ſolum tribus Iſrael.

Dubitatur ſextò, An ſolũ Apoſtoli cum Chriſto ſint iudicaturi? In primis obſeruandũ Paulum etiam, inter Apoſtolos iudicaturos, numerandũ & Barnabam; Iudã verò excludendum, quia ipſe ſe excluſit. Chriſtus verò omnia ſciẽs Pauli cõuerſionẽ, & Iudę damnationẽ pręuidens, de Apoſtolis ſecundum eum numerum loquebatur, quem ipſe confecerat, quemquè præ-

prævidebat, Matthæi electione ſup- A
An ſoli Apoſtoli ſint iudicaturi cum Chriſto?
plendum. Deinde reſpondetur, alios etiam iudicaturos, videlicet illos, qui Apoſtolis fuerint ſimiles, qui omnia reliquerint, & Chriſtum ſecuti fuerint. Auguſtinus lib. 20. de ciuitate
D. Auguſ.
Dei, cap. 5. Non ſolos (inquit) duodecim homines, cum Chriſto iudicaturos putare debemus. Duodenario q p pe numero vniuerſa quædam ſignificata eſt iudicantiũ multitudo, &c. Beda in homil. de hoc Euangel. Qui (in- B
Beda.
quit) mandata Dñi ſeruat ad vitã ingreditur æternam. Qui autem non ſolum mandata ſeruat, verũ ẽt conſiliũ Dñi ſequitur, quod pro contemnẽdis diuitijs mundi, ac luxib. tribuit, non tantùm vitam ipſe percipiet, ſed ẽt de vita aliorum, cum Dño iudicabit, &c.
D. Gregor.
D. Greg. lib. 10. Moral. c. 17. & vltimo. Quiſquis (inquit) ſtimulo diuini amoris excitatus, hic poſſeſſa reliquerit, illic proculdubiò culmen iudiciariæ C poteſtatis obtinebit. Vt ſimul tunc iudex cum iudice veniat, qui nunc conſideratione iudicij, ſeſe ſpõtanea paupertate caſtigat, &c. Lege eundẽ Gregorium Iob 36. ad illa verba: *Iudicium pauperibus tribuit*: idem ſignificat Aug. epiſt. 89. ad Hilarium, gloſſa item ordinaria ſic habet Matt. 19. Qui reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt Dominum, hi iudices erunt, &c. Origenes
Origenes.
homil. 9. in Matthæũ. Qui ſecuti ſunt D Chriſtum, non quædam, ſed omnia relinquentes, ſedebunt ſuper duodecim thronos, &c. Item: Quod dicitur; *Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael*, dicitur ad Apoſtolos, & ad eos, qui Apoſtolicã imitati ſunt vitam, iudicaturos Iſrael. Si quis ergo reliquerit omnia, & ſecutus fuerit Ieſum; quę Petro promiſſa ſunt, recipiet &c. Idem docet D. Thomas quęſt. 89.
D. Thom.
Add. art. 2. quo loco rationes reddit, E cur voluntariæ paupertati iudiciũ tribuatur. Videlicet, quia pauperes volũtarij, ſoli Chriſto inhærent, omnibus contemptis, ideoque nihil in eis eſt; quod iudicium à iuſtitia deflectat. Prę-
Cur pauperes cũ Chriſto ſint iudicaturi.
tereà quia pauperes huiuſmodi, ſe abijciunt, atque humiliant, in hoc mundo, par ergo eſt, vt in iudicio exaltentur, humilitati enim exaltatio debetur. Pauperibus (ait D. Thomas) excellentia iudiciariæ poteſtatis promittitur. vt ſic qui propter Chriſtum ſe humiliat, exaltetur, &c.

An omnib. qui relinquunt oĩa ſit hic honos tribuẽdus?
Quæritur an omnib. ijs, qui quæ habent relinquunt, & Chriſtum ſequuntur; hoc donum ſit tribuendum? Rñdetur non eſſe tribuendum ijs, qui frigidè, ac negligenter ſequuntur Chriſtum, ſed tantummodò ijs qui ſequuntur ardenter, & pro viribus perfectè. Certè D. Bernardus perfectis hanc
D. Bern.
tribuit dignitatem in ſermone de verbis Petri. Hæc (inquit) eſt perfectorũ gloria ſingularis; inter ipſos etiã eminere fideles, & cęteris quoq; ſaluãdis prę eminere, auctoritate iudiciarię poteſtatis, &c. Et Aug. Pſal. 49. Verba illa: *Aduocauit cęlum de ſurſum*, ſic inter-
D. Auguſt.
pretatur. Cęlum (inquit) omnes ſanctos perfectos iudicaturos, aduocauit eos ſurſum ſeſſuros, ſecum iudicaturos, &c.

Soti ſnĩa probatur.
Non tamen diſplicet ſententia Soti in 4. d. 47. q. 1. art. 2. Ea eſt huiuſmodi: In hoc (inquit) iudicantium ordine, omnes profeſſione pauperes vtriuſq; ſexus includũtur, in quo ſacratiſſima virgo principatum obtinebit. Omnes inquam; etiam ſi in ſanctorum Canonem, non fuerint per Eccleſiam aſcripti; dummodò inſtituta ſuę religionis legitimè ſeruauerint, vel ſi pro humana fragilitate lapſi fuerint, per diuinã clementiam fructus egerint pęnitentiæ, & tandem in ſua profeſſione vitã abſoluant. Hæc ille. Itaque quemad-
Propriè in iudicio beatorum aureolę.
modum virginibus, martyribus, atq; doctoribus aureolæ dantur, ſic voluntariè pauperibus illa dabitur iudicandi prærogatiua. Vtque perfectior erit aureola illius, qui perfectius virginitatem ſeruauit, quàm alterius, qui minus perfectè, ſic perfectior, & maior erit iudicandi dignitas, in perfectiore paupere, quàm in imperfectiore.

Hactenus verba Chriſti; *ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael*: ex communi ſententia, de die iudicij interpretati ſumus. Addam ſenſum Auctoris imperfecti, qui de tempore,
Alter ſenſus. Auctoris imperfecti.
quo Apoſtoli vixerunt, ex ſententia cuiuſdam ſapiẽtis viri interpretatur. Audeo (inquit ille) & ſubtiliorem introdu-

troducere ſenſum, & ſententiam alterius ſapientis cuiuſdam viri, referre. Quod ait Chriſtus, *in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis, in ſede maieſtatis ſuæ, & vos ſedebitis ſuper duodecim thronos*, promittit eis tempus Chriſtianitatis, futurum poſt aſcenſionem ſuã: quando omnes ſuſcipient verbũ Apoſtolorum in ſe, ſicut verbum Chriſti. Illud eſt enim tempus regenerationis, quando homines regenerati per baptiſmum, facti ſunt ex filijs hominũ, Filij Dei. Illud eſt tempus, quando Chriſtus ſedet in ſede maieſtatis ſuę: ſicut teſtatur propheta Pſal. 46. de gentium fide futura: *Regnabit Dominus ſuper omnes gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam*. Nos putabamus quia de die iudicij hoc dicit. Quicumque.n. Chriſtum credendo in ſe ſuſcipiunt, ſedes ſunt maieſtatis eius. Et vide, quia non de tempore futuri iudicij dicit; ſed de vocatione gentium vniuerſarũ. Non.n. dixit: Cùm venerit Filius hominis ſedens ſuper ſedem maieſtatis ſuæ; ſed ita: cũ ſederit in ſede maieſtatis ſuæ, in ſede autem maieſtatis ſuę ex eo cœpit ſedere, ex quo gentes credere cœperunt in eum. Ex quo ergo Chriſtus ſedit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ, ex eo & Apoſtoli ſederunt ſuper duodecim thronos, id eſt, in omnibus Chriſtianis. Omnis.n. Chriſtianus, qui ſuſcipit verbum Petri, thronus fit Petri & Petrus ſedet in eo: ſic & omnium Apoſtolorum throni ſũt, qui omnium Apoſtolorum doctrinã receperunt, & tenent in ſe. Sic ſedentes Apoſtoli in thronis Chriſtianis, iudicant tribus Iſrael id eſt. Iudęos. Qñ.n. per verbum Apoſtolorum, quod eſt in nos, iudicare videtur Iudæos. Quando autem verba Apoſtolorũ iudicant Iudęos, & ipſi Apoſtoli iudicare eos videntur, &c.

Sedes duodecim Apoſtolorũ in hac vita. Exiſtimat hic auctor polliceri Chriſtum Apoſtolis ſedes, ſiue thronos in hac vita, non in iudicij die, in hanc ſententiam: *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, in regeneratione* hominum per baptiſmum, id eſt, cum homines, per baptiſmum, in filios Dei regenerabuntur per totum orbem: *cum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ:* hoc

A eſt, cùm ego ſedero in gẽtib. conuerſis ad fidem veluti in throno maieſtatis; *ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*, id eſt, ſuper eaſdẽ gentes conuerſas, veluti in thronis iudicantes Iudæos. Recipit ſenſus hic à D. Thoma in catena, & Chryſoſtomo tribuitur. Illius etiam meminit in comment. Matthęi 19 quo loco ait, Chriſtũ hoc loco promiſiſſe Apoſtolis; quod futuri eſſent paſtores Eccleſiæ. Ego arbitror hæc

B Chriſti verba duplicẽ continere ſenſum, tùm illum communem de ſedib. Apoſtolorum in iudicio; tũ alterum de ſedib. eorundem eo tempore, quo vixerunt. Poteſt hic ſenſus rectius ſic explicàri: Rogauerat Petrus Chriſtũ: *Quid ergo erit nobis?* Reſpondet Chriſtus, id quod Dauid fuerat vaticinatus, Pſal. 44. *Conſtituam vos principes ſuper omnem terram*. Regnum meum, id eſt, Eccleſiam, vobis gubernandam tra-

C dam. *Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me*, relictis omnib. *in regeneratione* mundi: id eſt, cùm mundus per baptiſmum regenerabitur, & in Eccleſiam Regnum meum, gentes vocabuntur, vel in regeneratione mea, id eſt, in reſurrectione mea, poſt reſurrectionem meam, poſtquã à mortuis reſurrexero; dicitur.n. Chriſti reſurrectio generatio, ſiue regeneratio, iuxta illud Pſal. 2. *Ego hodie genui te*: quod D. Hilarius, &

D alij, de Chriſti reſurrectione exponũt, hoc pacto; ego in hac reſurrectionis die, te veluti genui reſuſcitãdo, & veluti regeneraui: *in regeneratione* ergo, hoc eſt, in reſurrectione mea, *cũ Filius hominis ſederit in ſede maieſtatis ſuæ*, hoc eſt, poſtquã ad cęlos aſcendero, & ad Patris dexteram ſedero, in ſede maieſtatis, & glorię meæ, conſtituã vos orbis principes, & duodecim thronos, veluti principib. vobis tribuam, duo-

E decim cathedras. Eritis duodecĩ principes orbis, & paſtores, & iudicabitis duodecim trib. Iſrael, hoc eſt, gubernabitis Eccleſiam vniuerſam. Petrus quidem omnib. præcellet, cæteri ſub Petri obedientia, Eccleſiæ gubernacula tractabitis. Iudicare.n. eſt gubernare, vnde gubernatores populi Iſraelitici, in libro Iudicum, iudices appellantur. Quadrant rectè, & abſq; vi, in hunc

Duplex ſenſus.

Pſal. 44.

Chriſti reſurrectio, fuit regeneratio.

Pſal. 2.

Apoſtoli Eccleſiæ paſtores, & iudices.

hunc ſenſum verba Domini,ideoque amplectendus videtur, ſimul cum altero vulgato,ac communi.Nam Apoſtoli ſedes habuerunt duodecim in Eccleſia,dum viuerēt, cuius fuere paſtores,Epiſcopi,ac principes,in die quoque iudicij,ſedes habebunt duodecim ad iudicandum.Nunc ſucceſſor Petri ſummus Pontifex ſedem habet Petri, cęterorum Apoſtolorum ſedes,id eſt, locum,habent cæteri Epiſcopi.

Et omnes qui reliquerit domum,vel fratres,aut ſorores,&c.

DVplex eſt huius loci ſenſus; quidam de voluntarijs pauperibus hæc verba interpretantur, hoc pacto: Omnis voluntarius pauper, qui reliquerit,id quod habet,quidquid ſit,domum,vel agros,vel fratres, aut ſorores,centuplum accipiet,&c. Sic Beda intellexit,Haymo, Theophylactus,& alij.Origenes verò exiſtimat,Chriſtū hoc loco de alio inferiori hominū gradu loqui,qui non relinquunt omnia, ſed aliqua,vt domum aliquam, vel agrum, propter Chriſtum. Origenis verba hæc ſunt;ſi quis reliquerit omnia,& ſequutus fuerit Ieſum; quæ Petro promiſſa ſunt,& ipſe recipiet. Si autem non omnia reliquit, ſed quædā hic multiplicia recipiet,& vitam æternam poſſidebit,&c.Vtraque interpretatio probabilis eſt.Priorem ſequitur Abulenſis,& Caietanus,poſteriorem Ianſenius,& Maldonatus. Relinquendi tamen verbum indicat de voluntarijs pauperibus eſſe ſermonem; quoniam cęteri non dicuntur relinquere, ſed eleemoſynam dare:Pręterea,Marcus, & Lucas, ſedium in iudicio promiſſarum non fecerunt mentionem, ſed centupli tantùm,& vitæ æternæ; quare indicant hæc Apoſtolis,& pauperibus,eſſe promiſſa.

Duplex ſenſus.

Quæ debeat eſſe relinquendi cauſa docet Dominus apud Matthæum:*Propter nomen meum*,inquit.Apud Marcū: *Propter me,& propter Euangelium.* Apud Lucam: *Propter regnum Dei*. Nam qui paupertatem complectuntur,propter Chriſtum bona ſua relinquunt; & *propter regnum Dei*: id eſt, vt regnum Dei

Cā relinquēdi cāa.

A conſequantur; & *propter Euangelium*: id eſt, propter doctrinam Euangelicam,quia conſilium Euangelicum eſt omnia relinquere: vel *propter Euangelium*:i.propter prædicationem Euangelij,vt Hieronymus, & Euthymius interpretantur,hoc eſt,vt expediti Euangelium prędicent,exemplum prębentes,res caducas pro nihilo ducēdi.

B *Centuplum accipiunt.*

HOc premium huius eſt vitę, vt ex Marco liquet: ſic.n. ille ſcribit: *Nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres,aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios,aut agros propter me, & Euangelium, qui non accipiat centies tantùm nunc in tempore hoc,domos,& fratres,& ſorores, & matres,& filios,& agros,cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam, &c.* C Similiter D.Lucas:*Nemo eſt qui reliquerit domum,&c. & qui nō recipiat multò plura in hoc tempore,& in ſæculo venturo,vitam æternam,&c.* Eſt ergo hoc præmium,in hac vita propoſitum ijs, qui bona ſua pro Chriſto relinquunt, vt centuplum hic accipiant. Numerus certus pro incerto poſitus eſt, ideò apud Lucam,pro,*centuplum*,legitur,*multò plura*,& eſt ſenſus,magna recipiet, pro paruis, quæ reliquit, multo plura recipiet,quam reliquit.

Premiū in hac vita.

D Dubiū eſt ꝙ nam ſit *hoc centuplum*, quæ nam hæc *multò plura*,D.Hieronymus ita interpretatur; Qui carnalia pro ſaluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet, quę cōparatione, & merito ſui,ita erunt, quaſi ſi paruo numero, centenarius numerus cōparetur,&c. Eſt ſenſus,recipiet cētuplum,hoc eſt, recipiet in hoc ſęculo gratiam, caritatem,virtuteſq; reliquas,Spiritus ſan- E cti dona, diuinamq; animi conſolationem;hęc.n.multò plura,& multò pretioſiora ſunt,omnib.diuitijs,quas relinquere poſſumus.D.Greg.hom. 18. in Ezech.Centies(inquit)recipit,q̄d dedit,qui perfectionis ſpiritum accipiens,terrenis nō indiget,&c. D.Th. Matthæi 19.Intelligitur (inquit) gratia Dei,quæ ponderat omni eo, quod dimittes,& in infinitum,&c.Lege D. Am-

D. Hieron. Quid ſignificet centuplum.

Spiritalia bona preſtātiora ōibus diuitijs.

D.Greg.

D.Thom.

Origenes. Ambroſium, in Pſal. 118. oct. 8. Origenes *centuplum*, ſiue *multò plura* interpretatur, multò plures fratres, ſorores, &c. In hoc (inquit) ſæculo pro fratrib. carnalibus, quos propter infidelitatē dimiſit, multos inuenit fratres ſecundùm fidem, ſic & parentes, omnes irreprehenſibiles Epiſcopos, & presbyteros inuenit quis patres, pro eo quòd reliquit infideles parentes, &c. Similiter *Euthym.* Euthymius: Quomodo [inquit] multiplicatam accipiet quis hanc retributionem in præſenti ſæculo? Reſpondet: ſicut acceperunt Apoſtoli, & martyres, cæterique omnes iuſti. Vide enim, quot omnium fidelium domos, ſibi habebant apertas: fratres etiam, & ſorores parauerunt, omnes Sanctos, & Sanctas, &c.

Eſt ſenſus verior, *Qui reliquerit propter me, domum, aut agrum, aut fratres, aut ſorores, &c.* In hoc ſæculo pro vna domo, quam reliquit recipiet centū, pro vno agro centum, pro vno fratre centum, & ſic de reliquis. Probatur hic ſenſus ex Marco: Nam apud Marcum hęc ſunt Chriſti verba: *Accipiet centies tantùm, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, &c.* Hoc eſt, accipiet centies tantùm, ſ. centum domos pro vna, centum fratres, centum ſorores, matres, &c. Qui enim omnia pro Chriſto relinquit, à cæteris Chriſtianis diligitur, omneſque illi inſtar ſunt fratrum, ſororum, parentum; & ex eorum agris alitur. Nihil habet poſſeſſione, omnia habet vſu. Iuxta illud 2. Corint 6. *Nihil habentes, & omnia poſſidentes.* *2. Cor 6.* Vnde Auguſtinus epiſt. 89. *D. Auguſt.* Vt accipiant [inquit] in hoc ſæculo centuplū, cuius numeri perfectione ſignificantur omnia: fideli quippe homini, totus mundus diuitiarum eſt, fiuntque hoc modo, *quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes, &c.* Pollicetur item Chriſtus ijs qui omnia relinquunt, nihil eis defuturum ad vitam traducendam, & ſi poſſeſſiones abijciant, non defuturos fratres, ſorores, parentes victum, atq; veſtitum, ne relinquere quæ habent metuant: quaſi tacitæ huiuſmodi reſpondeat quæſtioni; Domine ſi omnia reliquerimus, quis nobis quæ neceſſaria ad vitam agendam ſunt, ſuppeditabit? Ne timete [ait] centuplum accipietis, nihil vobis deerit. Caſſianus *Caſſianus.* collat. 24. Abbatis Abraham, cap. 26. Centuplam [inquit) fratrum, parentùm ve recipiet quantitatem, quiſquis patris vnius, vel matris, ſeu filij, pro Chriſti nomine, caritate contempta, in omnium qui Chriſto ſeruiunt, dilectionem ſinceriſſimam tranſit. Pro vno ſcilicet, tot inueniens patres, fratreſq; feruentiore, ac præſtantiore ſibi affectione deuinctos. Multiplicata et domorū, atq; agrorū poſſeſſione ditabitur, quiſquis vna domo pro Chriſti dilectione reiecta, innumera monaſteriorū habitacula, tamquā propria poſſidebit, in quacunq; orbis parte, velut in ſuæ domus iure ſuccedens. Qūo enim non cētuplum, & (ſi Domini noſtri ſententiæ ſuper adijci aliquid fas eſt) pluſquam centuplum recipit, qui decem, vel viginti ſeruorum miniſteria, infida, & coactitia relinquens, tot ingenuorum, ac nobilium ſpontaneo fulcitur obſequio? Quod ita eſſe, etiam veſtris experimētis probare potuiſtis, qui ſinguli patribus, matribuſque ac domibus relictis, quamlibet mundi partem fueritis ingreſſi, patres, matres, fratreſq; innumeros, domos quoque, & agros, ſeruoſque fideliſſimos, conquiritis, qui vos vt proprios dominos, ſummis venerantur officijs. Hæc ille. Item Beda in homilia de S. Benedicto. *Beda.* Qui [inquit) terrenis affectib ſiue poſſeſſionib. pro Chriſti diſcipulatu renūciauerit: quò plùs in eius amorē profecerit, eò plures inueniet, qui ſe interno ſuſcipere affectu, & ſuis gaudeant ſuſtentare ſubſtantijs, &c. Non æternæ tantùm vitæ pręmia, ſuis ſequacibus, ſed etiam pręſentis munera Chriſtus pollicetur eximia, &c.

Additur apud Marcum: *Cum perſecutionibus*, quoniam etiam in medijs perſecutionibus, Deus diſcipulis neceſſaria ſuppeditabat. *Perſecutiones ſunt Dei beneficium.* Nō deſunt, qui exiſtiment perſecutiones hic promitti, veluti beneficium; ſiquidem beneficium, domumq́, Dei eſt, pro illo perſecutionem pati. Iuxta illud Pauli, ad Philip. 1. *Philip. 1.* *Vobis donatum eſt pro Chriſto, nō ſolum, vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, &c.*

Po-

Poteſt etiam locus ille Marci exponi hoc pacto: Is qui reliquerit, accipiet centies tantùm, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, &c. hoc eſt, Accipiet me Chriſtum Deum, in quo hæc omnia ſunt eminenter, & infinita alia bona. Illi ego ero inſtar centũ fratrum, ſororum, agrorum, &c.

Aduerſus errorẽ Chiliaſtarũ diſputatio.

Fuit error Chiliaſtarum, i. *millenariorum*, qui exiſtimarunt Chriſtũ, mille annis in terra cum Sanctis, & iuſtis hominibus, in ſumma rerum omniũ affluentia, paceque regnaturum. Tũc verò aiebant centuplum dandum his, qui propter Chriſtum ſua bona reliquerant. Ex occaſione huius ſententiæ (ait Hieronymus) quidam introducunt mille annos poſt reſurrectionem dicentes, tunc nobis centuplum omnium rerum, quas dimiſimus, & vitã æternam eſſe reddendam. Non intelligentes, quòd ſi in cæteris digna ſit retributio, in vxoribus appareat turpitudo, vt qui vnam pro Domino dimiſerit, centum recipiat in futuro, &c. Prætereà Chriſtus ait apud Marcum, eos qui omnia reliquerint, matres etiam recepturos, non poteſt autem homo, plures habere matres, quemadmodum neque poteſt plures habere vxores, vt Chriſtus docuit Matthæi 19. Ortus eſt hic error ex ca. 20. Apocalypſis malè intellecto; id autem caput ſenſu vero explicare, & commentum hoc copioſius refutare, alterius loci eſt. Verba ſequentia apud Matthæum; *Multi erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi*, in parabola ſequenti explicabimus, cap. 16.

D. Hieron.

CAPVT II.

Morale.

De eximio religioſorũ ſtatu.

DVos ſtatus Chriſtus diſtinxit, vt ſupra diximus, ca. 8. alterum eorum, qui mandata ſeruant; alterum eorum, qui & mandata ſeruant; & ſimul conſilia: de ſeruandis mandatis diximus ſuprà, cap 9. reliquum eſt, vt de ſeruandis conſilijs dicamus. Eſt is ſtatus, In quo religioſi viri, non ſolùm præcepta, ſed conſilia etiam obſeruãt

A eximius, maximeque præſtans. D. Bernardus libro de præcepto, & diſpenſatione, præeminentem vniuerſis vitæ humanæ generibus, eſſe affirmat; eodemque loco ait, facere profeſſores ſuos diſſimiles hominibus, ſimiles verò Angelis. Etenim diſſimilis valdè eſt hominibus carnalibus, & Angelo ſimilis, qui caduca omnia ſpernit, & in carne Angelicam degit vitam. Addit hunc ſtatum, diuinam in nobis reB formare imaginem, & cõfigurare nos Chriſto. Religioſa namque vita, non ſolùm Angelis, ſed ipſi Deo Chriſto, nos reddit ſimiles, imaginemq; ipſam Chriſti, in nobis diuinis depingit coloribus, nempè illius humilitatem, caritatem, paupertatem, caſtitatem, & vſque ad mortem obedientiam.

Religioſa vita nos Chriſto Deo reddit ſimiles.

Ex eodem loco cõſtat, ſtatum hũc, ſecundum baptiſmum appellari, idq; tempore Bernardi receptum fuiſſe, C indicat quæſtio Bernardo propoſita: Audire (inquit) & hoc vultis à me; vnde inter cætera pœnitentiæ inſtituta, monaſterialis diſciplina meruerit hãc prærogatiuam, vt ſecũdum baptiſma nuncupetur? &c. Reſpondit his verbis: Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem, & ſingularem excellentiam vitæ ſpiritualis, quæ præeminens vniuerſis vitæ humanæ generibus huiuſcemodi conuerſatio, profeſD ſores, & amatores ſuos Angelis ſimiles, diſſimiles hominibus facit. Imò diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Chriſto, inſtar baptiſmi. Et quaſi deniq; ſecundò baptizamur, dum per id quod mortificamus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, rurſum Chriſtum induimus, complantati denuo ſimilitudini mortis eius. Sed & quomodo in baptiſmo, eruimur de poteſtate tenebrarum, & E in regnum transferimur claritatis æternæ, ita & in ſancti huius ſecunda quadam regeneratione propoſiti, de tenebris æquè, non vnius originalis, ſed multorum actualium delictorum, in lumen virtutum euadimus, redaptantes nobis illud Apoſtoli ad Rom. 13. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* Sic Bernardus. Eundem lege, in ſermone de duplici baptiſmo, &c. Eſt

Status religionis ſecundus baptiſmus.

D Bern.

ergo

Digitized by Google

ergo Religioſus ſtatus baptiſmus quidam, in quo mundo, peccato, carni, ſatanæque perpetuum remittunt nuncium religioſi. Angelis ſimiles, hominibus, qui carni ſanguiniq́ue ſeruiũt, diſſimiles efficiuntur; Chriſto configurantur, mundo moriuntur, & ex tenebris delictorum, in ſplendorem virtutum, euadunt.

Adde in hoc etiam Religionis baptiſmo, peccata omnia, hoc eſt peccatorum pœnam, condonari; vt D. Tho. docet 2.2.q. vltima, art. 3. ad 3 his verbis: Rationabiliter dici poteſt, quòd etiam per ingreſſum Religionis, aliquis conſequatur remiſſionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemoſynis factis, homo poteſt ſtatim ſatisfacere peccatis ſuis, ſecundũ illud Dan. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime*: multò magis in ſatisfactione pro omnib. peccatis, ſufficit quòd aliquis ſe totaliter diuinis obſequijs mancipet, per Religionis ingreſſum, quę excedit omne genus ſatisfactionis. Vnde legitur in vitis patrum, quòd eandem gratiam conſequuntur Religionem intrantes, quam conſequuntur baptizati. Hæc D. Thomas.

D. Tho. — *Dan. 4.*

Quàm terribilis eſt locus iſte (ait Iacob Gen. 28.) *Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cęli, &c.* Hęc ille verba protulit, cùm ſcalam è terra in cęlum vſque pertingētem vidit. Equidem qui in religioſo ſtatu ſcalam cernimus, à terra in cęleſtem patriam deducentē; eadem verba de Religione proferre meritò & poſſumus, & debemus. *Terribilis eſt locus iſte.* Eſt enim Religio *terribilis* hoſtibus tartareis, Cant. 6. *Vt caſtrorum acies ordinata.* Acies eſt; & exercitus, ſub Chriſti militans vexillo ordinatè: viuitur namque in religioſis ordinibus ordinatè, alioqui ordinis nomine indigni ſunt. Olim Iudic. 5. *Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt, &c.* At in Religione religioſi ſtellis ſimiles fulgentibus. In ordine, curſuq; ſuo ordinato permanentes, non aduerſus Siſaram ducem; ſed aduerſus dęmonem pugnant, ac triumphant. *Non eſt hic aliud niſi porta cœli,* quia quidquid in Religionum conſtitutionibus eſt, porta cœli

Gen 28. — *Religionis ſtatus eſt terribilis.* — *Cant. 6.* — *Religioſi ſtatus ordo.* — *Iud. 5.*

A eſt, in cœlum præſtans introitum.

Deut. 32. *Conſtituit eum*, id eſt, *populum Iſraeliticum, ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo, &c.* Religioſos verò conſtituit ſuper terrã multò excelſiorem, id eſt, Religionis ſtatum, vt fructus cęleſtes carpant, vt diuinæ conſolationis melle paſcantur, oleoque cœleſti perungantur. Religio terra eſt excelſa, fluens lacte, & B melle, & Exod. 3. *Mons eſt* Pſal. 67. *pinguis, mons coagulatus, mons pinguis, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare, in eo hortus eſt concluſus,* Cant. 4. In quo Religioſi veluti arbores plantantur, Deo fructus iucundiſſimos afferentes. *Fons eſt ſignatus*, mundi ſitim extinguens. *Turris eſt eburnea*, Cãt. 7. caſtitatis ebore, vndiq; ſepta *Turris eſt Dauid*, Cãt. 4. *mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Omnis enim aduerſus vitia ar- C matura, in religione reperitur: veluti armamentarium mundi eſt Religio, ex quo tela aduerſus Orcum depromuntur. *Murus eſt.* Cant. 8. *ſuper quem ædificata ſunt propugnacula argentea*, id eſt tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ. *Oſtium cęli*, eſt eodem cap. *compactum tabulis cedrinis*, virtutum omnium.

Deut. 32. — *Encomia religionis.* — *Exod. 3.* — *Pſal. 67.* — *Cant. 4.* — *Cant. 8.*

Pſal. 47. *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mõs Sion,* Hebraicè משש כ־הארץ D יפה נוב *sepheh neh meſcheſch col haretz*, quod Bibl. Regia vertunt, *Pulcher climate, gaudium vniuerſæ terrę, mons Sion.* Mons Sion, i. ſpecula, Religio eſt, ex qua æterna ſpeculamur, eaq; ſpeculãtes, tẽporalia flocci facimus. Pulcherrima eſt climate. Eſt. n. Religionis clima, maximè ſalutiferũ, in quod cœlũ influit benigniſſimè. *Gaudium eſt vniuerſæ terrę*, in qua ſita eſt: fert. n. omnibus opem, concionib. confeſſionibus, E orationibus, & exẽplo. Vnde illud D. Gregorij de Religioſis Virginibus, li. 6. epiſt. 187. ad Theoctiſtã. Ancillę Dei in hac vrbe mulię ſunt. Nã iuxta notitiã, qua diſpẽſant, tria millia reperiuntur. Harũ vero vita talis eſt, atq; in tãtum lachrymis, & abſtinentia diſtricta, vt credamus, quia ſi ipſæ non eſſent, nullus noſtrum, iam per tot annos, in hoc loco ſubſiſtere, inter Longobar-

D. Gregor.

gobardorum gladios potuiſſet. Sic A
ille.

Multi ſunt ordines religioſi in Eccleſia.
Pſal. 44.

Non eſt autem vnus tantùm in Ec-
cleſia Religioſus ordo, ſed multi, qui-
bus decoratur maximè. Summum.n.
ornamentum Eccleſię afferunt, & ve
luti gemmę, in illa rutilant. Pſalm. 44.
Circumamicta dicitur *varietate* Eccleſia
quoniã multi in illa ſtatus, multi ſunt
ordines Religioſi. Id vnum curãdum
eſt pręcipuè, vt inter ſe omnes carita
tis vinculo copulentur, nulloq; diſſi- B
dio, vel minimo, inuidia nulla, quo-
quomodo diſiungatur. Religioſus qui
libet, ordinem ſuũ amet, colat, arctiſſi
mè teneat, reliquos omnes magna ca
ritate complectatur, iuxta illud D. Ber
nardi in Apologia: *Vnum* [inquit) *ordi-
nem opere teneo: cæteros caritate. Faciet au-
tem caritas, vt ne illorũ quidem fructu frau
der, quorum inſtituta non ſequer, &c.* Tur
pe eſt in ſtatu perfectionis, quę in cari
tate poſita eſt, deſiderari caritatem. C

Religioſi, ordines, ſint omnes caritate vnus ordo.
D Bern.

Perfectio in quibus ſita ſit.

Eſt autem Religio (quę illi maxima
laus eſt) ſtatus perfectionis acquiren-
dę, de quo ſuprà diximus, c. 8. quæ qui
dem perfectio in caritate eſt colloca-
ta eſſentialiter, vt D. Th. ait 2. 2. q. 184.
art. 3. in conſilijs verò, collocata eſt
perfectio inſtrumentaliter: hoc ex ver
bis Chriſti ad adoleſcentem oſtendit:
*Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ
habes, & da pauperibus, & veni, ſequere
me, &c Si vis* [inquit) *perfectus eſſe*: hoc D
eſt, ſi vis perfectionem comparare.
Oſtenditur etiam ex verbis Petri: *Ec-
ce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus
te.* Cur Apoſtoli omnia reliquerunt,
paupertatemq; ſunt ſectati? profectò
vt in ſtatu perfectionis, Chriſtum ſe-
querentur. Apoſtolos verò, infinita po
ſtea religioſorum multitudo imitata
eſt. De his Petri verbis Diuus Ber-
nardus ſerm. habet longiſſimum, il-
lius autem initio ſic ait: Hæc ſunt E
verba, quæ contemptum mundi, In
vniuerſo mundo, & voluntariam per
ſuaſerũt hominib. paupertatem. Hęc
ſunt, quæ monachis clauſtra replent;
deſerta anachoretis. Hæc inquã, ſunt
verba, quę Ægyptum ſpoliant, & opti
ma queq; eius vaſa diripiunt, &c. Ex
his verbis omnia relinquere, Chriſtũ-
que ſequi diſcimus, & his, quia omnia

D. Bern.
Verba Petri quã enã nũc vim habeant.

A relinquunt Chriſtũmq; ſequuntur, q
nam ſit pręmium cognoſcimus. Re-
linquere omnia religioſorum eſt, vt
Chriſtum ſequantur, neq; verò quo-
uis modo relinquere, ſed voto nuncu-
pato. *Ecce nos reliquimus omnia*, aiunt re-
ligioſi; ita vt relicta rurſus ſumere nõ
ſit fas: vetant.n. tria vota præſtãtiſſima
paupertatis, caſtitatis, obedientiæ.

Admirabile eſt hoc vitę genus, à
Chriſto in terras allatũ, hominibuſq;
B traditum. De diuite, *qui inuentus eſt ſine
macula, qui poſt aurum non abijt, nec ſperа-
uit in pecunia, & theſauris*, ait Eccl. c. 31:
Fecit mirabilia in vita ſua: Idipſum quo
que de paupere Euangelico meritò di
cere poſſumus, qui relictis omnibus,
Chriſtum ſecutus eſt. Equidem fecit
mirabilia in vita ſua D. Hieronymus
Zach. 14. in fine. Admirabile (inquit]
eſt, nolle habitare cum Ægyptijs, ſed
ſubuerſo Pharaone, terrã cupere pro-
C miſſionis, &c. Num. 6. de Nazaræis lo-
quens Dominus, ſic ait: *Vir ſiue mulier,
cùm fecerint votum, vt ſanctificentur, & ſe
voluerint Domino conſecrare, à vino, & om
ni quod inebriare poteſt abſtinebunt, &cæt.*
Eſt hoc loco Hebraicè verbum, יַפְלִא
iaphli, quod ſignificat *mirificare*: quã-
obrem in Biblijs Regijs hæc extat
verſio; *Vir vel mulier cùm mirificauerit
vouendo, votum, &c.* Item Oleaſter Nu.
6. *Vir* [inquit] *vel mulier, cùm mirifica-
D uerint ſe, ad vouendum votum Nazaræi.*
Abſtinendo.n. ab omnib. immundis,
& à quibuſdam delectabilibus, quib.
alij fruebantur, mirabiles ſe reddebãt
omni populo in huiuſmodi votis, &c.
Si Nazaræi admirabiles dicuntur, quã
tò admirabiliores dicentur Religioſi?
ſi admirabilis eſt typus, & vmbra, quã
tò admirabilior erit veritas? Nazaræi
enim Religioſorum vmbra quædam
erant. Vota ſuſcipiebant Nazaræi; ſu-
E ſcipiunt quoq; vota Religioſi: ſed mul
tò admirabiliora. Abſtinebant illi à vi
no, & ſicerà; hi admirabilius, à coniu-
gio, à rebus caducis, à propria volun-
tate, ab omnib. abſtinent mundi per-
nicioſis voluptatibus, quæ vini inſtar
mentem inebriant, atq; obcæcant: illi
Nazaræi dicebantur, hoc eſt, ſegrega-
ti, ſiue ſeparati: Religioſis verò viris,
multò magis hoc nomen conuenit;
ſunt

Religionis vita genus eſt admirabile.
Eccleſ. 31.
D. Hieron.
Num. 6.
Admirabilo vita genus religioſorum.
Nazaræi vmbrę religioſorum.

ſunt.n.à voluptatibus, à mundo, carneque maximè ſeiuncti; ſi quæ ſtatus Religionis poſtulat, opere exhibeant. Nazaręi funera, mortuoſq; fugiebãt, ne contaminarentur, Religioſi opera mortua fugiũt, id eſt, peccata, ne illorũ fętidiſſimis ſordib inquinentur: illi nutriebãt cęſariẽ; hi diuinis rebus, de æternis ſupplicijs, æternoq; præmio nutriunt cogitationes. Illi certo tẽpore Nazaræi erãt; hi tota vita ad mortẽ vſq; in ſtatu Religionis perſeuerant.

Angelicum vitæ genus.

Admirabiles Nazaræi ſunt religioſi, admirabilem viuendi ſequuntur rationem, & planè cęleſtem, atq; Angelicam, Angeli aurum, gemmas, cętera que caduca bona omnia ſpernunt: Angeli coniugia minimè ineunt, à carnis oblectationib. longiſſimè abſunt; Angeli Deo omnibus in reb. obediunt: hæc omnia religioſi obſeruare, toto pectore adnituntur.

Ecce (inquit fęlices hi Angelorum imitatores) *nos reliquimus omnia.* Et quidem prudentiſſimè, & dicunt, & faciunt. Quia ab omnibus tandè ſunt relinquendi; antequam relinquantur, omnia relinquunt. Vt enim præclarè Bernardus ait ſerm. indicato: *Mundus tranſit. & concupiſcentia eius*, & relinquere hæc magis expedit, quàm relinqui, &c. Nonne tandem à diuitijs, à carnis voluptatibus, a propria ipſa voluntate, omnes homines deſeruntur? quis id neget? Similes ſunt ſpõgijs diuites.

Omnia relinquunt religioſi.

1. Ioan. 2.

Diuites ſimiles ſpongijs.

Spongiæ exprimuntur, poſtquam affatim biberunt: ſic diuites. poſtquã affatim diuitiarum hauſerunt, vt ſpongiæ exprimuntur, ita vt penitus nihil retineãt. Heu quanto cũ dolore, has ſpongias mors premit, & exprimit. Suetonius in vita Veſpaſiani. Creditur (inquit) Veſpaſianus procuratorũ rapaciſſimum quemque, ad ampliora officia ex induſtria ſolitus ꝓmouere, quo locupletiores mox condemnaret, quibus quidẽ vulgo pro ſpongijs dicebatur vti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes, &c. Sic mundus ſiccos homines diuitijs velut ſpongias madefacit, madefactos aũt, atq; humẽtes mors exprimit. Intueamur animã exhalantes; nonne magno cum dolore dicunt: *Ecce nos reliquimus* **A** *omnia?* At reſpondebimus eis; relinquitis omnia; ſed ſerò, ſed inuiti, ſed magno cum dolore, non. n. relinquitur ſine dolore, quod diligitur magno cũ amore. Multo alter ij, qui Religionis ſtatui ſe mancipiant dicunt; *Ecce nos reliquimus omnia*. Relinquunt. n. omnia, non ſerò, non inuiti, non cum dolore. Non relinquunt ſerò, quia mortẽ præueniunt, antequã ipſa relinquere cogat, omnia relinquunt, antequã mors **B** rapiat, morti opes ipſi eripiunt, antequam bona caduca amittant; nunciũ illis remittunt. Non relinquunt inuiti, ſed animo libentiſſimo. Non cum dolore, ſed magna cum exultatione.

Suecon.

Fortis eſt vt mors dilectio. Cant. 8. fœlix hæc mors, Religioſum bonis omnibus caducis, non inuitum, non repugnantem, & cum dolore; ſed libentẽ, & magna cum voluptate, & gaudio, ſpoliat. Fortis eſt mors amoris, fortis, **C** ac ſuauis; *attingit à fine, vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*. Suauiſſimè relinquit is omnia, qui amat & magna cum voluptate: iuxta illud Cant. 8. *Si dederit homo omnem ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam, &c.* hoc eſt: Si omnes facultates, opeſque ſuas homò pro re dilecta, vel propter ipſam dilectioné expenderit, nihil ſe expẽdiſſe exiſtimabit. Tanta. n. cum ſuauitate, atq; voluptate, Dei a**D**mor hominem ſpoliat, vt non ſpoliari ſe, ſed ornari potius arbitretur: & verè quidem arbitratur. Vili. n. plebeio, & craſſo amictu exuitur, vt ſplendenti, regiaq; purpura, exornetur. Libentiſſimo animo, is pecuniam expendit, qui rem ſibi valde dilectam emit, quid igitur mirũ, ſi Religioſi opes omnes, magna & voluntate, & voluptate expendant, qui Chriſtum ſibi valde dilectum quodammodo emunt? iuxta il**E**lud carmen D. Greg. Nazianz. in tractatu de Beat. & Spir. Vir. Regul.

Sa. 8.

Cant. 8.

Libentiſſimè relinquit omnia religioſus.

Nazianz.

Fœlix qui Chriſtum fortunis omnibus emit. Et illud Auguſtini in ſerm. de S. Laurẽtio, de diuerſis vltimo Quid eſt glorioſius homini, quàm ſua vendere, & Chriſtum emere? &c. Hinc illud Pauli ad Philip. 3. *Quæ mihi fuerũt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta.* Item: *Propter quem omnia detrimentum*

D. Auguſt.

Philip. 3.

A *tum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucri faciam, &c.* O lucrum omnibus lucris, & ſi maximis, præferendum? *Vt Chriſtum* [inquit] *lucri faciam*. Quis non arbitretur omnia ſtercora, eaq́; domo libentiſſimè eijciat, vt tam eximium conſequatur lucrum? Non inu-
D. Bern. tilis commutatio [ait Bernar.] pro eo, qui ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe. Nam & ſimul cum eo donantur omnia, &c. Quis cum auro æs, cum argen-
B to ferrum, libentiſſimè non cõmmutabit? Deus æs in aurum mutat, ferrum
Iſai. 60. mutat in agentem, vnde illud Iſai. 60. *Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, &c.* Mutat lateres noſtros luteos; id eſt, diuitias: quas relinquimus
Exod. 24. in gemmas precioſas, Exo. 24. *Aſcenderunt Moyſes, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, & viderũt Deum Iſrael, ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini, &c.* Verti poteſt; *ſub*
C *pedibus eius opus lateris ſapphirini:* Nam nomen Hebræum, לבנת *libnath*, laterem ſignificat. In Aegypto Iſraelitę à Pharaone oppreſſi, lateres facere cogebantur, lateres luteos in ſapphirinos, captiuitatem Iſraelitarum in libertatem, laborem, & afflictionem Aegypti, in quietem commutari adumbrabatur. Etenim tu labores, quos in hac vita exanthlamus, tũ ipſas opes, quas pro Deo veluti lateres terreos relin-
D quimus, in pretioſas gemmas, ſapphiroſq́; cęleſtes, commutamus.

Itaq; relinquunt Religioſi omnia, animis lætiſſimis, ſecũdum illud Pſal.
Pſal. 104. 104. *Eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia, &c.* Ex Aegypto populum ſuum Deus eduxit in exultatione: ita ex mundo, ſuos eduxit electos in lętitia magna. Congruit illis il-
In lætitia ex mundo exeunt religioſi.
Pſal. 113. lud Pſal. 113. *In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, facta eſt Iu-*
E *daa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Mare vidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium, &c.* Quemadmodũ Iſraelitas ex barbaro populo Deus eripuit, ſic Religioſus ex barbaro mũdo eripit. Erepti ex barbaro Aegypti populo Iſraelitæ, facti ſunt *ſanctificatio Dei*, hoc eſt, populus Deo conſecratus, vel Dei nomen ſanctificans, & hono-
A rans, vel ſanctificatio Dei facti ſunt; quia miraculis per illos patratis, Deus ſanctificatus eſt, id eſt, gloriam magnam inter homines comparauit. Item, facti ſunt *poteſtas eius*, id eſt, populus Dei imperio ſubiectus: ſic Religioſi ex mundo erepti, ſanctificatio Dei fiunt, quia à Deo ſanctificantur, eiuſque nomen ſanctificant perpetuo: fiũt etiam poteſtas eius, quia ei omninò ſubijciuntur. Rubrum mare Hebręos
B fugit, Iordanis, Arca tranſeunte, retrorſum fluẽta conuertit, eundem in modum, procelloſo mari ſimilis mundus, Religioſum ex Aegypto eductũ fugit, omniaq; ſeculi impedimenta veluti Iordanis fluenta, retrorſum abſcedunt. Deniq; montes ipſi, ipſi colles, ipſa terra, ipſi cęli, Religioſo cęleſtem vitam complectenti, applaudunt.

At verò populum ſuum Deus, ex populo barbaro eduxit, ſpolijs Aegy-
C pti onuſtum, Pſal. 104. *Eduxit eos cum argento, & auro, &c.* Cætera ſimilia ſunt, Pſal. 104.
hoc diſſimile. Non enim ex barbaro mundo Deus Religioſos educit, cum argento, & auro, ſed omni auro, omnique argento ſpoliatos, ac clamantes: *Ecce nos reliquimus omnia*, ne illis id in medio tinere contingat, quod contigit Iſraelitis. Ex auro quod ex Aegypto attulerant, idolum fabricarunt, quod impiè ſunt venerati. Idipſum
Paupertas religionis.
D cõtingere Religioſis poſſet, ſi opes in Religione poſſiderent. Videlicet idola haberent, quæ turpiter venerarẽtur. Moſes idolum illud aureum contriuit vſque ad puluerem. Exod. 32. *Sparſitq́; in aquam, & dedit ex eo potum Hebraiis.* Re- Exod. 33.
ligioſus verò, aurea diuitiarum idola conterit omnia, & dat potum, cibumque pauperibus. *Vende* [inquit Dominus] *qua habes, & da pauperibus.*

Iericho ciuitatem præclariſſimus
E dux Ioſue æquauit ſolo, illique anathema indixit, his verbis, Ioſue 6. *Sic* Ioſue 6.
ciuitas hac anathema, & omnia, qua in ea ſunt Domino. Vos autem cauete, ne de his, qua pracepta ſunt, quippiam contingatis, & ſitis prauaricationis rei. Quidquid autem auri, & argenti, fuerit, & vaſorum aneorum, ac ferri, Domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius, &c. Eundem in modum Religioſos, Iericho ciuitati ſimilem mundum,

Mūdus anathema religioſo. A dum, in mēte, cordeq; ſuo, ſolo ęquat, illiq; anathema indicit. Sic (inquiens) mundus anathema, & omnia quæ in eo ſunt Domino. Omnia propter Dominum relinquantur, omnia illi offerantur, omnia in theſauris Domini recondantur. *Cauete* (ait Ioſue) *ne de his, quæ præcepta ſunt quippiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, &c.* Sic cauēdum eſt religioſo, ne quidpiam ex rebus, quas reliquit, mundi contingat, & præuaricator fiat, B Septuaginta ita trāſferunt; ἀλλ' ὑμεῖς φυλάξετε ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, μήποτε ἐνθυμηθέντες ὑμεῖς, λάβητε ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, id eſt, *Cuſtodite vos ab anathemate, ne fortè concupiſcatis, et tollatis ab anathemate, &c.* In quę verba ſic ſcribit Origenes hom. 7. in Ioſue. *Origenes.* Tale eſt, quod indicatur his verbis: Videte ne quid in vobis ſæculare habeatis, ne ſęculares mores, ne vitia, ne tergiuerſationem, de ſæculo vobiſcum ad Eccleſiam deferatis: ſed anathema C ſit vobis, omnis conuerſatio ſęcularis. Nolite diuinis mundana miſcere, nolite negotia ſæculi Eccleſiæ ſecretis iuſerere. Hoc eſt, quod Ioannes epiſtolæ tuba perſonat, dicens: *Nolite diligere mundū, neque ea quæ in mundo ſunt.* *1. epiſt. c. 2.* Et Paulus ſimiliter: *Nolite* (inquit) *conformari huic ſæculo.* *Rom. 12.* Qui enim hæc faciunt, accipiunt de anathemate. Hactenus Origenes. Accepit Achan de anathemate Iericho Ioſue 7. *Ioſue 7.* D *Pallium coccineum, ducentos ſiclos argenti, regulamq́, auream:* ſed merita pęna mulctatur, lapidibuſq; cæſus eſt; ita Religioſus, qui de anathemate mundi acceperit, non abibit impunitus. Iericho verò regulam is accipit, qui Religionis ſuæ regulam non obſeruat, ſed mūdi mores ſectatur. Caueamus ab anathemate mundi, regulam Religionis diligenter cuſtodiamus, regulam Iericho, hoc eſt, mores, placitaque mundi fugiamus, ſi cum Achan perire nolumus.

CAPVT XII.

Morale.

Iterum in hac verba: ecce nos reliquimus omnia.

Ecce (inquit Petrus) nos reliquimus, nō aliqua, ſed omnia. Omnia B .n. non aliqua ſolum relinquēda ſunt. *Perfectè deſerendus eſt mundus.* Perfecte deſerendus eſt mundus, non ex parte. Moneo (ait D. Hieron. epiſt. 24. ad Marcellam) *D. Hieron.* & conteſtor, vt nō pariter, & Chriſtum velimus habere, & ſeculum, &c. Vt materia prima formam recipiat illam, quam habet, penitus relinquit, vt formam accipiat aquę, penitus formam relinquit aeris, idemque in cæteris formis cernitur. Eodem pacto, vt homo formam veri C Religioſi accipiat; mūdi quam habet formam omnino abijcit. *Nolite conformari huic ſæculo* (ait Apoſtolus ad Rom. 12.) *Rom. 12.* *ſed reformari in nouitate ſenſus veſtri, &c.* Græcè, μὴ συσχηματίζεσθε, id eſt, *ne eandem cum hoc ſæculo figuram ſuſcipite*, abijcite omnino ſæculi formam, ſumite formam Chriſti per renouationem ſenſus, id eſt, mentis veſtræ. *Mortui eſtis:* ait ad Coloſſ. 3, *Coloſſ. 3.* qui autem mortuus eſt, quam habebat formam, & D accidentia omnia, omnino amittit. *Viuo iam non ego* (ait Apoſtolus ad Galat. 2.) *ad Gal. 2.* *viuit verò in me Chriſtus, &c.* Videlicet, abiecerat formam, quam habuerat, formam Chriſti, vitamque ſumpſerat. *Chriſtus* (ait idem Apoſtolus ad Philip. 2.) *cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens:* *Philip. 2.* ſic & religioſus, & ſi in forma ſit nobilis, potentis, ſapientis, opulenti, exinaniat ſeipſum, formam ſerui in E religione accipiat, vt Dominum imitetur ſuum. Aeternum Verbum non reliquit formam Dei, ſed in perſona vna, duas naturas, diuinā, humanamque copulauit. *Omnia reliquit religioſus.* At diuitias, mundlque oblectamenta omnia reliquit, pauper tatem ſummā, caſtimoniam, obedientiamque complexus eſt. Ille ſe ſimilem efficere conatur Religioſus. Vnā tantum habet in vna perſona naturā;

Qq 2 ſed

ſed hanc caducis bonis exinanire co-
D. Auguſt. natur, vt cæleſtibus donis à Deo im-
pleatur. Exinanita enim, vacuaque
mundanis rebus vaſa, Dominus diui-
na complet gratia. Vt enim ait Augu
ſtinus ſerm. 59. de Verbis Domini, tã
4. Reg. 2. largo fonti, id eſt, Chriſto, vas inane
admouendum eſt, &c.

Elias olim in paradiſum terreſtrẽ
tendens, igneum conſcendit currum,
palliumq́; reliquit. Religioſus vero, in
cæleſtem paradiſum iter habens; igne
diuini ſpiritus inflammatum, religio-
nis currum conſcendit palliumque, &
omnia quæcumq́; poſſidet, relinquit.
D. Hieron. Elias (ait Hieronymus epiſt 34. ad Iu-
lianum) non poteſt ire cum pallio, ſed
mundo immunda veſtimenta dimit-
Cum nudo tit, &c. Nudus in crucẽ aſcendit Chri
hoſte nudi ſtus, in qua clauis affixus, ad mortem
luctari de- vſq; permanſit; ſic nudus in Religio-
bemus. nem aſcendit Religioſus, in qua votis,
veluti clauis, confixus, ad mortem vſ-
que permanet. Nudus eſt hoſtis cum
quo luctamur; omnia corporis indu-
menta, hoc eſt, omnes res terrenas,
abijcere oportet, vt cum nudo hoſte
luctemur nudi. Vnde illud Magni Gre
D. Gregor. gorij hom 32. in Euangelia. Nudi cũ
nudis luctari debemus. Quid ſunt ter
rena omnia, niſi quædam corporis in-
dumenta? Qui ergo contra diabolum
ad certamen properat; veſtimenta a-
bijciat, ne ſuccumbat, &c.

Matth. 13. Matthæi 13. Negotiator ille Euan-
gelicus, *inuenta vna pretioſa margarita,*
abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & e-
mit eam, &c. Pretioſa margarita eſt,
Religionis Religionis ſtatus; Qui hanc fulgen-
ſtatus eſt tem inuenit gemmam, inuentæq; ſin
margarita. gulare pretium agnoſcit, libenter om
nia vendit, quæ habet, vt illam emat.
Gemma fulgens non ferro inſeritur,
ſed auro, iuxta illud Ambroſij ſer. 6.
Gemma non conuenit niſi auro, non
aptatur niſi pretioſis monilibus, &c.
Eodem modo Religionis ſtatus, fer-
reis non conuenit hominibus, id eſt,
duris, & intractabilibus: ſed aureis,
hoc eſt, obedientibus, mundi contem
ptoribus, caſtimoniæq; ſtudioſis Au-
reos & argenteos, oportet eſſe Religio
ſos, inſtar columbæ illius, de qua Pſal.
Pſal. 67. mo 67. dicitur: *Si dormiatis inter me-*
A *dios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, &*
poſteriora dorſi eius in pallore auri, &c. in-
ter medios cleros, id eſt, ſortes, terræ pro
miſſionis, hoc eſt, Religionis, quieſcit
columba hæc. Alas habet deargenta-
tas, intellectum, voluntatemque ar-
genteo virtutum candore micantes,
dorſum verò auri pallore fulget; hoc
fulget caritate, ad omnia Religionis
onera ſubeunda, abſque vlla tergiuer
ſatione paratiſſimum. Huiuſmodi ho-
B minibus, margarita Religionis con-
gruit; qui omnia vendunt, habentque
pro nihilo, vt illam emant; qui fæces,
ſcoriamq́; mundi, id eſt opes, ac volu
ptates, a ſe pellunt, & inſtar auri pur-
gatiſſimi rutilant. Ait Auguſtinus
margaritæ Euangelicæ pretium eſſe
nos ipſos, in quæſtionibus ex Matthęo
quæſt. 13. Pretium (inquit) margari- *Pretiũ mar*
tæ, eſt nos ipſi, &c Oportet ergo nos *garitæ nos*
ipſos pro Religionis ſtatu tradere. *ſumus.*
C Quomodo autem nos trademus, ſi
noſtri non ſumus, ſed pecuniæ, cadu-
corumque bonorum captiuitati? Li-
bertatem opus eſt conſequi, vt pro
margarita, nos ipſos iam liberos tra-
damus. Libertatem autem tunc con-
ſequimur, cùm caduca bona, quorum
ſumus captiui, abijcimus: eorumque
graue iugum, à ceruicibus depelli- *D. Auguſt.*
mus. Auguſtinus eodem loco; Non *libertas pau*
ſumus (inquit) liberi, niſi omnibus *pertatis.*
D pro noſtra liberatione contemptis.
Venditis enim rebus noſtris; nullum
maius earum pretium accipimus, quã
nos ipſos, quia talibus implicati, no-
ſtri non eramus, &c.

Implicant homines diuitiæ, vincu-
lis obſtringunt caduca bona, & in ca-
ptiuitatem ita redigunt, vt dicat Do-
minus, id quod ſupra explicauimus
Matth. 19. *Facilius eſt camelum per fora-* *Cupiditas*
men acus tranſire, quàm diuitem intrare in *diuitiarum*
E *regnum cælorum, &c.* Cur ita? quia diui- *Matth. 19*
tiarum, ac voluptatũ vinculis illaquea
tus, de cęlo non curat. Ab antiquis
Ethnicis appellatus eſt tartari Rex
Pluto, id eſt, diues; huic Regi plurimi
ſeruiunt diuites, huic militant, ad eũ
tandem abeunt. Sed vt Bernardus ait *D. Bernar.*
ſerm. citato, Arctum eos acus foramẽ
expectat, ex cariſſimis diuitijs, ne obo
lum quidem ſecum tranſmittunt.
Quid

Digitized by Google

Quid (inquit) tu camele gibbum, quid tu pecunioſè proditoris loculos tollis? Non ſic, impie, non ſic ingrediris. Foramen acus huiuſmodi ſarcinas non admittit, &c. Foramen ſtrictiſſimum mors, & acus eſt. Acus eſt, quia acerrimè diuitem impium morientē pungit, ac diſcruciat, foramen eſt arctiſſimum, quia diuitiarum ſarcinas non capit. Non capit diuitiarum ſarcinas, ſed ſarcinas capit peccatorū; non poteſt tranſire pecunia, per foramen acus; ſed trāſeunt crimina omnia, quę propter pecuniam ſunt perpetrata. O fœlicem illum, qui foramen hoc ante oculos proponit, & antequā ad illud perueniat, tum mundi, tum peccati ſarcinas deponit, omniaque relinquit omnino, nō magna tantummodo, ſed etiam minima. Num. 6. ſic præcipit Deus Nazaræis: *Quidquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſq; ad acinum, non comedent. &c.* Volebat Deus, Nazaræos veteris teſtamenti, non à magnis ſolū, ab ebrietate, à vino, ab vuis, ſed à minimis quoque, videlicet ab acino abſtinere. Sicut vult teſtamenti noui multo magis præcellentiores Nazaræos, non à magnis tantummodò poſſeſſionibus, diuitijs, voluptatibus; ſed à minimis etiam, in quibus veniale cernitur peccatum, longè eſſe ſeparatos. Malachiæ 3. *Purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, &c.* Hoc modo purgat Dominus probatos Religioſos; colat illos, ita vt etiam paruas ſordes, veluti colando ab eorum animis ſeparet. Quamuis enim, venalia omnia peccata effugere non poſſint, effugere certe poſſunt pleraque, ſi diligentem adhibeant opem.

Mortis foramen ſtrictum.

Num. 6. Relinquenda etiam minima.

Malach. 3.

Venialia peccata religioſis fugienda.

Religiones labefactare, tandemq; æquare ſolo poteſt, in paruis reb. obſeruandis ſocordia. Audiamus D. Antoninum 2. par. hiſt. tit. 15. cap. vlt. §. 2. poſtquam de Religionibus multis egit. Præfatæ (inquit) Religiones quæ cum magno feruore, & vitę ſanctimonia initium habuerunt; minima negligentes traditionum paternarum, in proceſſu temporis, paulatim defluxerunt, & exinanitæ ſunt, vſque ad fundamēta in eis, vota ſcilicet ſubſtantialia: ſed miſeratione diuina, a 70. annis citrà pullulātes refloruerunt, in paucis ſe reformantibus ad vitam regularem. Hęc D. Antoninus, ex quibus intelligere poſſumus, quanti ſit momenti omnia relinquere omninò, & minima quæque paternarum traditionum obſeruare. Addam, & illud D. Anſelmi epiſt. 6. ad Monachos ſcripta; Certiſſimum (inquit) eſt, quòd in multis Eccleſijs, experimento didicimus; quia in monaſterio, vbi minima diſtrictè cuſtodiuntur, vbi rigor monachorum inuiolabilis permanet; ibi pax inter fratres, & in capitulo proclamationes conquieſcunt. Vbi verò minimè exceſſus negliguntur; ibi totus ordo paulatim diſſipatur, & deſtruitur. Si ergo de virtute in virtutem vultis aſcendere; ſemper timere in ſingulis minimis Deum offendere. Hactenus D. Anſelmus.

Religionum lapſus quomodo factus ſit.

D. Anton.

D. Anſelm.

Minima quaque obſeruanda.

Illud quoque aduertendum, non ſolùm omnia, ſed omnium etiam cupiditatem relinquendam à Religioſo, ſic vt nihil in hoc mundo, præter Deum concupiſcat. Aduertit hoc D. Bernardus in ſermone illo indicato; Omnia [inquit] dixerim; non tantum poſſeſſiones, ſed etiam cupiditates, & eas maximè, &c. Reddit rationem, cur relinquendæ ſint, maximè rerum cupiditates. Plus enim [ait] concupiſcentia mundi, quam ſubſtantia nocet, &c. Crates Thebanus [ait Diuus Hieronymus epiſt. 34. ad Iulianum] multarum poſſeſſionū pretium proiecit in pelagus: Abite, [dicens] in profundum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis, & c. Non ſatis eſt poſſeſſiones abijcere, cupiditates oportet mergere, ne ab illis ſubmergamur. Mergendæ ſunt cupiditates, non poſſeſſiones, vt Crates merſit; ſed pauperibus donandæ. In hoc totis viribus Religioſus incumbant, vt terrena deſideria omnia penitus relinquat, ad cęleſtiaque bona anhelet. Quamuis viles reliquerit poſſeſſiunculas, multum relinquet, ſi reliquerit penitus cupiditates. Multa fratres relinquitis [ait D. Gregorius hom 5. in Euangalia] ſi deſiderijs terrenis renunciatis, &c. Itē: Multum dimiſit, qui cum re poſſeſſa,

Relinquenda eſt cupiditas rerū omnium.

D. Bern.

D. Hieron.

D. Gregor.

etiam concupiſcentijs renunciauit, &c. Si poſſeſſiones ſpectemus, pauca reliquerunt Apoſtoli, ſed ſi animum attendamus, reliquerunt multa: duplicem ob cauſam. Prima eſt, quia cupiditatem habendi omnia reliquerunt. Vnde Gregor. eodem loco: Multùm (ait) Petrus, Andreaſq; dimiſit, quando vterq; etiam deſideria habendi dereliquit, &c. Secunda cauſa eſt, quia magna caritate omnia ſpreuerunt. De vidua illa, quæ Luc. 19. duo minuta in gazophylacium miſit, ait Auguſtinus Pſal. 128. Breuis pecunia, ſed magna caritas, &c. Idem nos de Apoſtolis, & alijs, qui magno Dei amore incenſi, pauca relinquunt, dicere poſſumus. Breuis pecunia; ſed magna caritas. Pauca relinquunt, ſed magna caritate, & magna voluntate, atq; affectu, relinquunt. In hac autem re (ait D. Gregor. loco indicato) affectum debemus potius penſare, quàm cenſum, &c. Item: Deus cor, non ſubſtantiam penſat, nec perpendit, quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur, &c.

Multa reliquerunt Apoſtoli, quia cupiditatē reliquerūt. *D Gregor.* *Luc. 19.* *Auguſt.*

Caritas, & affectus ſpectantur, in relinquēdis opibus. *D. Gregor.*

CAPVT XIII.

Morale.

Ecce nos reliquimus omnia, aiunt Religioſi: omnibuſq; rebus, libellum dant repudij. Repudium verò hoc, votis tribus perpetuis conſtabiliunt, cruciq; Religionis, tribus ſe clauis affigunt firmiſſimis, ne ex illa, vllo vnquā tempore deſcendere poſſint, quatumuis mundus, dæmonq; clament, *deſcende de cruce*. Olim Ioſue 6. Vrbis Iericho muri, (quod nomen Hebræis Lunam ſignificat) vociferantibus, tubiſque ſoantibus, corruerunt, noſtræ verò Iericho, id eſt, mundi muri, votis ſonantibus corruunt; quibus paupertatem, caſtitatem, obedientiamq; perpetuā promittimus Deo. Corruit potentiſſima votorū vi repulſus mundus, inconſtanſq; luna, pedibus ſubijcitur vouentium: Iuxta illud Apoc. 12. *Et luna ſub pedibus eius.* Caueat Religioſus, ne lunam pedibus ſubiectam, in caput transferat, fiatq; lunaticus; caueat ne dirutam Iericho rurſus ædificet. Ioſue audiat, acerbiſſimā imprecationem, capite citato: *In illo tempore imprecatus eſt Ioſue, dicens: Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatē Iericho, &c.* Equidem maledictus coram Domino eſt Religioſus ille, qui mundum proſtratum, pedibuſque conculcatum, rurſus excitat, capitique imponit ſuo.

Vota tria religioſorū. *Ioſue 6.* *Apoc. 12.* *Ioſue 6.* *Religioſi qui nam Iericho proſtratam ædificant.*

Præſtantiſſima ſunt tria hæc vota, quibus ſonantibus, Religioſus relinquit omnia, mundumq; conculcat pedibus. Inter ea obediētia obtinet principatum: Extrauag. Quorundam de verb. ſignificationibus ſummus Pontifex, Ioan. 22. Magna (inquit) eſt paupertas; ſed integritas maius bonum eſt; ſed obedientia maximum, ſi cuſtodiatur illæſa. Nam prima rebus; ſecunda carni, tertia vero menti donatur, & animo: quos velut effrænes, & liberos, ditioni alterius humilis iugo propriæ voluntatis aſtringit. Hæc ſummus Pontif. Paupertas poſſeſſiones contemnit, earumque cupiditates; caſtitas ancillam, & filium eius, hoc eſt, carnem, & carnis appetitum, eijcit, obedientia propriam voluntatem expellit. Frumenti grana, vt magnum ferant fructum; non quidem paleis inuoluta, ſed nuda, paleiſq; expurgata, terræ mandantur. Eundem in modum Religioſi, vt virtutum fructum multiplicem producant, non quidem opibus, carne, propriaque voluntate, contecti; ſed omnibus his exuti, atque ſpoliati, religioni tradi debent. Si quis in arborem ſurculum inſerit, omnes illius ramos præſcindit; ne ſuccum rami exhauriant, ſurculus verò areſcat. Religioſus hoc vnum optat: nempè diuinum caritatis ſurculum, animo inſerere. Ramos igitur reſcindat omnes, qui animi ſuccum ad ſe poſſunt trahere: hoc eſt, diuitias reſcindat, carnem, propriamque voluntatem; vt totus animi ſuccus, in caritatem feratur, eaque ſola vireſcat, vigeat, fructuſque diuinos pariat. *Diliges* (ait Dominus) *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Vt ex toto

Obedientia votum præſtantiſſimū *Omniā relinquit religioſus.* *Matth. 22.*

toto corde diligat Religioſus, ſolum Deum,& in corde retineat,cętera pellat. Pellat verò paupertatis pecuniā, cæteraq; huiuſmodi: pecuniam enim animi ſuccum,id eſt, amorem maximè haurit. Quamobrem (ait Bernardus in ſermone de his verbis Petri) hæc fugiendarum diuitiarum præcipua cauſa eſt;quòd aut vix,aut numquam, ſine amore valeant poſſideri. Limoſa ſi quidem,& glutinoſa nimis, non modò exterior,verum etiam interior ſubſtantia noſtrā videtur, & facilè cor humanum, omnibus quæ frequentat adhæret,&c. Pellat voto caſtitatis carnales voluptates,quæ cor à caritate Dei maximè auertunt. Pellat voto obedientiæ voluntatem propriā, vt idem cum Deo velle, idem habeat nolle.

Cor haret rebus, quas poſſidet.

In caritate perfectio poſita eſt, tria hæc vota inſtrumēta ſunt, quibus ad caritatē facilius peruenitur. Vt enim ait Aug.in lib.de Opere monachorū, cap.32. tanto glorioſius mens ad ſuperiora promouetur;quanto diligētius, ab inferioribus concupiſcentia cohibetur &c. Cant.4. *Dentes tui ſicut greges tonſarum,qua aſcenderunt de lauacro, omnis gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis,&c.* Dentes Eccleſiæ plerią; Religioſi ſūt, qui paruuli doctrinę panem diuidūt: hi ſimiles ſunt ouibus lotis, ac tonſis, quia vt Auguſt. ait, Pſalm.94.ſarcinas ſæculi depoſuerunt. Omnes gemellos habent fętus, hoc eſt, duo illa præcepta omnes ſeruant,(vt Auguſt. interpretatur) *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & diliges proximum ſicut teipſum.* Quia enim oues tonſæ ſunt; ideo ad diligendum ardentius ſunt aptiores. Diligentiſſima opera Religioſo nauanda eſt, vt caritate ardeat, in qua perfectio eſt conſtituta.

D. Auguſt. Tria vota ad perfectionem caritatis ducunt. Cant.4.

Id vt aſſequatur,tria vota curet obſeruare gnauiter,non viribus ſuis,ſed diuino confidens auxilio. Nemo (ait Auguſt. Pſal.131.) præſumat viribus ſuis,ſe reddere,quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas, ipſe adiuuat vt reddas, &c. Soluat debitum Religioſus,nō æreis,aut plumbeis, ſed aureis nummis;non falſa aut circumciſa,ſed legitima moneta,atq; perfecta. Bern. ſerm.2.de S. Andrea,obedientiæ (inquit) tenemur debitores. Sapiens nūmularius eſt, imò ipſa ſapientia, cui neceſſe habemus reddere hunc obedientiæ nummum. Nec ſuſpiret eum, niſi & integer inueniatur, & ſine aliqua falſitate:integri tenemur nummi debitores,&c. Vt narrat D.Anton.in vita D.Franciſci. Petiuit à D.Franciſco Dominus tres oblationes, cumq; ille ſe præter corpus,animum,& indumenta,nihil habere diceret: Mitte (dixit Dominus) manum tuam in ſinum, quæ repereris mihi offer. Miſit in ſinum D.Franciſcus manum, auream que extraxit monetam, magnam ac fulgentiſſimam Secundò manum miſit,& tertiò, duaſq; alias ſimiles eduxit,quas Deo obtulit:indicatumq; eſt mihi (ait D.Franciſcus apud D.Antonium) trinam illam oblationem ſignificare auream obedientiam,paupertatem altiſſimam,& ſplendidam caſtitatem: quæ mihi Deus dedit,ſine conſcientiæ reprehenſione ſeruare, &c. Videſnè quanam moneta D. Franciſcus vota ſoluerit? Aurea,magni ponderis,ſplendenti,minimè circumciſa, ſed perfectiſſima ſoluit. Sic ſoluenda ſunt vota debita, non ære, aut plumbo;ſed auro fulgenti. Ille ære,plumbovè ſoluit, circumciſoq; nummo,qui vota frigide,imperfecte,circumciſeq; ſoluit,qui paupertatem circumcidit, caſtitatem, & obedientiam ſuis partibus non explet. Ille verò aureis,fulgentibuſq; ſoluit nummis, qui auream præſtat obedientiam,vt D.Franciſcus, paupertatem altiſſimam, ſplendidam caſtitate. Felix qui cum illo dicere poteſt: *Hac dedit mihi Deus ſine conſcientia reprehenſione ſeruare.*

Vota diuino ſeruanda auxilio perfectè. D. Auguſt.

D.Bern.

D. Franc. tres monetas Chriſto obtulit.

Vota qua moneta ſint ſoluenda

Aurea illa eſt obedientia,quæ in rebus etiam difficilibus,atq; arduis,præſtatur. *Vir obediens* (ait Solomon Prou. 21.) *loquetur victoriam? &c.* Ille victoriam loquitur,qui truculentos ſuperauit hoſtes, qui difficilia prælia confecit: eundem in modum, vir obediens ille victoriā loqui poteſt; qui difficilia iuſſa vicit:qui verò facilia tantum præcepta expleuit,victorias loqui nequit. Quis enim victorias loquatur,ſi locuſtas,vel infantes vincat? Verus obediens

Obedientia in rebus difficilibus maximè cernitur. Prou. 21.

diens cum Pſalmographo Pſal. 118. *Paratus ſum,* [Domine] *& non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua, &c.* Hoc eſt, paratus ſum ad efficienda omnia mandata tua, etiam difficillima, nec ſum turbatus vlla difficultate, quæ ſe in illis exequendi offerat.

Obedientia debet eſſe indifferens.

Aurea præterea eſt obedientia ad omnia indifferens. Quemadmodum qui carmina cõponit, indifferenti gaudet ſyllaba: ſic qui religionis clauum, loco Dei tenet, indifferenti gaudet Religioſo. Syllaba longa, vel breuis, peculiarem in carmine locum vẽdicat, indifferens nullum locum reſpuit. Similem in modum, indifferens Religioſus, nullum recuſat locum, nullum mandatum, quocunq; ponatur loco, ſiue excelſo, ſiue humili, quodcunque accipiat mandatum, ſiue facile, ſiue difficile, iubenti ſemper obtemperat.

Ezech. 1.

Ezech. 1. Animalia illa myſtica, omnẽ in locum, verſas habebant facies, indifferenterq; in omnem partem mouebantur: ſic indifferens Religioſus, nulli adhæret rei; in omnia præcepta mouetur indifferenter. Audiamus

Humber.

Humbertum quintum ordinis D. Dominici generalem, in epiſtola quam de tribus votis ſcripſit, c. 5. Sitis (inquit) ſicut rotę volubiles, quę Ezech. 1. *Secundum impetum ſpiritus mouebantur: ſicut iumentum apud Deum,* Pſal. 72. cuius dorſo quælibet indifferẽter imponuntur. Certè ſyllaba indifferẽs, multum grata eſt verſificatoribus, quia poni poterit in omni loco: ſic & promptus frater ad obedientiam, Deo gratus eſt, & hominibus; quia nihil reſpuit iniunctorum, &c.

Obedientia prompta.

Prętерea aurea obedientia eſt, prõpta, atque agilis, plumbea, & moleſta eſt ea, quæ pigra eſt, iuxta illud Salomonis

Prou. 10.

Prouer. 10. *Sicut acetum* [inquit] *dentibus, & fumus oculis, ſic piger ijs, qui miſerunt illum, &c.* Contra, velox obediẽs, maximè eſt gratus: vnde illud eiuſdẽ

Prou. 22.

Salomonis Prouer. 22. *Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram Regibus ſtabit: nec erit ante ignobiles, &c.* Vt eſt in Prouerbio,

Bis dat, qui citò dat.

Bis dat, qui citò dat; ſic etiam, Bis obedire videtur, qui citò obedit. Grata eſt maximè bona voluntas; hanc autem velox obedientia præcipuè oſtendit. Vt enim Seneca ait, lib. 2. de

Seneca.

Benef. cap. 5. proprium eſt libenter facientis, citò facere, tardè velle nolentis eſt, &c. Angeli, id eſt, nuncij, qui Deo obediunt, alati dipingũtur, iuuenes, nudis pedib. Angelos Dei in terra, hoc eſt, Religioſos ſimiles cęleſtib. eſſe decet, nimirum alatos, id eſt, ad obediendum alacres, atque veloces, mẽte ſemper iuuenes, id eſt, ad omnia etiam difficilia iuſſa peragenda robuſtos, nudis animi pedibus incedentes, hoc eſt, nudis affectibus; hi enim animi pedes ſunt.

Pedes animi ſunt affectus.

Auguſt. Pſal. 94. Pedes [inquit] noſtri in hoc itinere, affectus noſtri ſunt, &c. Vide quàm promptos ad obediendum milites, habuerit Scipio. Vt ſcribit Plutarchus in Apophthegm. Rom. Scipio maior in Sicilia, percontanti cuidam; quanam re fretus claſſem educere in Africam pararet.

Militũ Scipionis obedientia.

Oſtendit viros armatos trecẽtos, ſe exercentes; præterea turrim excelſam, mari imminentem, & dixit: Nullus horum eſt, qui non conſcenſa turri, ſemet in mare præcipitaturus ſit, ſi iuſſero. Huiuſmodi milites ſi Religio habeat, totum mundum expugnabit. O fęlicem illam Religionem, cuius ſuperior dè Religioſis id dicere poteſt verè, quod Scipio de ſuis dixit militibus. Nullum horum eſt, qui non conſcenſa turri, ſemet in mare præcipitaturus ſit; ſi iuſſero. Hoc eſt, nullus eſt, qui etiam ſi difficillima iubeantur, nõ obtẽperet iuſſis licitis, promptiſſimè.

Societatis IESV religioſi quales eſſe debeãt.

Propoſitum, hoc eſt, Religioni noſtræ, Societatis Ieſu, vt toto orbe hæreſes, idololatriam, peccataque, Deo iuuante, expugnet. Huiuſmodi indiget ad obtinendum promptis militibus: his freta in mundum vniuerſum parat expeditiones obedientium, qui alacriter, prompteque, in rebus ẽt difficilibus, obedientes, loquantur de hæreſibus, idololatria, vniuerſiſq; peccatis victorias. Quamobrem ſanctiſſimus noſter dux Ignatius, de obedientia, præclariſſimam epiſtolam militib. ſuis reliquit ſcriptam; in qua hac virtute, illos aduerſus omniũ hoſtium impetus egregiè armat, hiſq; armis, eos in acie maxime conſpicuos apparere vult. Ab alijs [inquit] religioſis ordini

bus

Beatus. P. N. Ignatius quali nos obedientia ſplédere velit.

bus faciliùs patiamur ſuperari nos, ie
iunijs, vigilijs, & cætera vict⁹, cultuſ-
que aſperitate, quàm ſuo quique ritu
ac diſciplina, ſanctè ſuſcipiunt. Vera
quidem, ac perfecta obedientia, ab-
dicatione voluntatis, atque iudicij,
maximè velim fratres cariſſimi, eſſe
conſpicuos, quicumque in hac Socie-
tate, Deo Domino noſtro deſeruiunt,
eiuſdèmq. ſocietatis verã, germanã-
que ſobolem, hac obedientiæ quaſi
nota diſtingui. Hæc ille. Quicumque
igitur ſocietatis IESV filij eſſe cupi-
mus; hanc notam promptæ, alacriſq;
obedientiæ complectamur,

Obedientia prompta eſt ſuauis.

Prompta, velòxq. illa eſt obedien-
tia, quæ voluntatis habet plurimùm,
eadem & ſuauis eſt. Qui enim prom
ptè, & magna voluntate obedit, ſua-
uiter obedit: qui ignauiter obedit, ac
reluctanter, ipſe mœſtitiam ſibi pa
rit, & amaritudinem. Nam vt Se-

Seneca.

neca ait libro 3. de ira capite 16. la-
queos fera dum iactat, aſtringit, aues
viſcum dum excutiunt trepidantes,
plumis omnibus illinunt: nullum tã
arctum eſt iugum, quod nõ minus læ
dat ducentem, quam repugnantem.
&c. Suaue eſt obedientiæ, iugum ma
gan voluntate ducenti, non repugnã-
ti. Quid ſuauius, quàm voluntatẽ ſem
per explere? hoc promptus habet o-
bediens, voluntatem ſuam ſemper ex
plet. Vnde Simon Caſſianus lib. 4. ca.

Simon Caſſianus.

1. Noui [inquit] multiplicari hominũ
voluntates, & ſępè cognoui, ad volita
infallibilem impoſſibilitatem. Solus
obediens perfecit, quæ voluit. Nihil
enim aliud volebat niſi obedire, quod
nemini denegatur. &c.

Voluntati addit aurea obedientia
intellectum; non ſolum voluntatem,
ſed intellectum etiam, ac iudiciũ ſu-
periori ſubijcit, illius præcepta, ſi pec
catum non contineant, minimè diſcu
tit; ſed exequitur ſimpliciter. Vera

Obedientia intellectus. D. Gregor.

obedientia [ait D. Gregor. in 1. lib.
Reg. lib. v. cap. 4.) nec præpoſitorum
intentionem diſcutit, nec præcepta
diſcernit. &c Climacus gradu 4. obe
dientia [ait] eſt inexaminatus, atque
indiſcuſſus motus &c. Cæſarius Arel.
hom. 8. Quidquid tibi a ſuperiob. fue-
rit commendatum, arripe tamquàm
A de cœlo, ſicut de ore Dei prolatũ. Ni-
hil reprehendas, nihil diſcutias, in
nullo penitus murmurare præſumas
totum iuſtum, totum ſanctum, & vti-
le iudica, quidquid tibi à prælato vi-
deris imperari, &c. Lege Collationẽ
18. Abbatis Piàmonis apud Caſſianũ
c. 3. Numquam (inquit) rationem ve-
ritatis intrabit, quiſquis à diſcuſſione
cœperit erudiri. Quia videns inimi-
cus, ſuo potiùs quàm Patrum iudicio
B confidentem; facilè in id vſq. propel-
let, vt ẽt illa, quæ maxime vtilia ſunt,
atq; ſaluberrima, ſuperflua ei videan
tur, ac noxia. Atque ita præſumptioni
bus eius callidus hoſtis illudet, vt irra
tionabilib. definitionib. ſuis, pertina-
citer inhærendo, hoc ſolummodo ſibi
ſanctum eſſe perſuadeat, quod rectũ
atque iuſtiſſimum, ſuę tantùm obſti-
nationis errore cẽſuerit. Hæc ille. Vi-
des noſtri temporis inobẽdiẽtiſſimos
C hæreticos deſcriptos, quos ſuo iudi-
cio cõfidentes, in barathum hæreſeos
hoſtis præcipites egit. Aduerſus huiuſ
modi inobedientes homines, illud, *Iſai. 5.*
Va, fulminatur Iſaię 5. *qui ſapientes eſtis
in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis pru-
dentes, &c.*

Obedientia humilis. Philip. 2.

Denique aurea obedientia eſt hu-
milis. Quemadmodum Chriſtus, *hu-
miliauit ſemetipſum, & formam ſerui acce-
pit*, ad Phil. 2. *factus obediens vſque ad mor*
D *tem*: ſic obediens humiliat ſemetipsũ
formam accipit ſerui obedientis, vſ-
que ad mortem, & cum Pſalmogra-
pho Pſal. 115 ait: *O Domine, quia ego ſer-
uus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ
tuæ, &c.* Debitam ſibi ſerui formam, *Pſal. 115.*
tribus de cauſis aſſerit. Primò, quia à
Deo eſt creatus, ſecùndò, quia à Deo
eſt redemptus, tertiò, quia filius eſt
ancillæ Dei. Eſt præterea ei debita
ſerui forma, quia Deo ſe in ſeruũ tra-

Deo tribus de cauſis debetur obedientia.

E didit, ſeruique tria ſtigmata præcel-
lentiſſima portat, nimirum tria vota.
Sunt n. vota tria ſtigmata ſerui Dei,
honoris, decoriſque ſummi. Hominũ
ſeruos ſtigmata deturpant; at Dei
ſeruis ſtigmata hęc, ſummum afferũt
tum honorem tum pulchritudinem.
Ideòq. quilibet illorum verbis Pauli
gloriat, ad Galat. 6 dicẽs. *Ego ſtigmata
Domini mei Ieſu Chriſti in corpore, animòq.*

mea

meo porto. Hanc humilem formam accipit obediens, hæc illi placet, hanc perpetuò conſeruat,& meritò quidē. Quamuis enim abiecta forma videatur, præſtantiſſima tamen eſt. Quid namq; præſtantius eſſe poteſt; quàm Dei ſeruitus,cui ſeruire regnare eſt? Omnes terrenæ formæ, materiæ appetitum non ſatiant, vt Philoſophi docent; eundem in modum omnes mundi formæ; appetitum ſerui Dei non ſaturant. Numera omnes mundi formas,diuitis,nobilis,potentis,principis,Regis,non ſaturant Dei ſeruū. Formam aliam habet, habet, quæ illi facit ſatis; nimirum formam ſerui. Quemadmodū forma cœli, materiā cęli; ſic forma ſerui Religioſi mentem ſatiat. Aliam formam non quærit cęlum;aliam formam non quærit Religioſus.

Forma ſerui,forma eſt obedientis.

Formæ naturales vt Philoſophi affirmant,(excepto animo rationis cōpote)ex materiæ potentia educūtur. Forma verò ſerui, ex potentia educitur animi. Potentem enim,roboreq; prędıtum magno animo eſſe oportet;qui obedientis ſerui formam ſibi aſſumit, eamque ad mortem vſq; retinet. Quamdiu formam materia retinet; tamdiu indiuiduum permanet; vbi primùm materiā forma deſerit, indiuiduum diſſoluitur: eodē modo, quamdiu animus formam ſerui ſeruat; tamdiu Religioſus perſtat; vbi primùm forma obediētis ſerui à Religioſo abſcedit, Religioſus perit. De nonnullis Regib.in libris Regum legimus ſæpe hæc verba: *Veruntamen excelſa non abſtulit* 3.Reg.vltimo; *Ioſaphat fecit quod rectum erat: verumtamen excelſa non abſtulit,&c.* De Ozia 4.Reg.15 *Verumtamen excelſa non eſt demolitus*: eodē c.de Ioathām: *Verumtamen excelſa non abſtulit.* Idem ſcriptum eſt de Aſa.3. Reg. 15. Illi quidem excelſa ſacrificiorum non abſtulerunt; Religioſi ſuperbi, ſi qui ſunt, excelſa ſuperbiæ, inaniſque glorię,non auferunt: excelſa Religionis munera exoptant, humilitatem fugiunt, obedientis ſerui formam abijciunt, Domini imperantis formā ambiunt: & pereunt. Philo lib. de Ioſeph: Liberi (inquit) ſuum

Forma educūtur ex potentia materia. *3.Reg.vlt.* *4.Reg.15.* *Superbia religioſorū notatur.* *Philo.*

A negotium agunt,ſerui alienum,&c. Religioſus ergo, qui Dei ſeruus eſt, Dei negotium agere debet,nō ſuum, diuina curare debet,non ſua,Deo ſeruire debet, non ſibi. At verò cum Dei negotium agit tunc maximè ſuū agit,cùm diuina quærit, ſua quærit, cū Deo ſeruit,ſuis comodis ſeruit tota.n.hæc ſeruitus,non in Domini,ſed in ſerui emolumenta tēdit:ſeruus dicitur à ſeruando. Qui Deo ſeruit,is ſe
B ipſum ſeruat. De aurea obediētia plura diximus in fine tomi 1.de paupertate diximus 2.tomo cum de beatitudinibus verba fecimus.

CAPVT. VIII.

De paupertate Religioſa,& alia.

D

Morale.

PAupertatem appellat ſuprà D.Frāciſcus altiſſimam.Etenim in altiſſimum cœlum attollit hominē. Augu. ſer.55.de tempore: Iſte[inquit]mundus aut ridet nos,aut ridetur a nobis Melius eſt,vt calces mundum,& calcato eo gradum tibi facias,per quem in ſublime conſcendas,&c. Calcam' mundum,cùm per paupertatem pe-
C dib.illum ſubijcimus:quò plura pedibus ſubijcimus,eo moles maior fit,& gradus ad cœlum excelſior. Hinc illud D.Gregorij epiſt.5. Nihil in hoc mundo appetens nihil pertimeſcens, Videbar mihi in quodam rerū vertice ſtare,ita vt in me penè impletum crederem, quod pollicente Domino ex Iſaia 58.didiciſſem. *Suſtollā te ſuper altitudines terræ.* Super.n.altitudinē terræ ſuſtollitur;qui & ipſa,quę alta, &
E glorioſa præſentis vidētur ſæculi,per mentis deſpectum calcat,&c. Itē ho. 18.in Ezech. Volant[inquit]qui terram quaſi non tanguut, quia in ipſa nihil appetunt,&c.

Caſtitatem vocat Diuus Franciſc' ſplendidam caſtitas enim fulget, longèque ſplendoris ſui radios diffundit,Vnde illud Auguſtini ſerm. 259. de tempore: tales (inquit) decet Do-

Paupertatis cōmoda Auguſt. *D. Gregor.* *Iſai.58.* *Caſtitas fulget. Auguſ.*

Dominum habere miniſtros, qui nulla contagione carnis corrumpantur; ſed potius continentia caſtitatis ſplẽdeant, & honeſtis fulgeant in populo exemplis, &c. Et D. Ambroſius de Ioſeph, quem ſpeculum caſtitatis appellat, in libro de Ioſeph. cap. 1. In eius [inquit] moribus, in eius actib. lucet pudicitia, & quidam ſplendet caſtimoniæ comes, nitor gratiæ, &c. Sapient. 4. *O quam pulchra eſt caſta generatio, cum claritate Immortal's eſt enim memoria illius, quoniam, & apud Deum nota eſt, & apud homines. Cum præſens eſt, imitãtur illam, & deſiderant eam, cùm ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat; incoinquinatorum certaminum, præmium vincens, &c.* O quam pulchra eſt caſtorũ Religioſorum generatio, cum claritate, & ſplendore bonæ famæ immortalis eſt eorum memoria incoinquinatorum caſtitatis certaminum, præmia vincunt, ac triumphant. *Fracto alabaſtro*, vt Marcus ſcribit cap. 14. *Magdalena vnguentum ſuper caput Chriſti effudit*; vt verò ait Ioannes cap. 12. *domus repleta eſt ex odore vnguenti*; longè lateq; diffunditur odor, non vllius ſolùm alabaſtri, ſed multorum, quę in Religione franguntur, odoremquẽ caſtitatis ſuauiſſimum exhalant. O caſtitas (ait D. Ephrem in ſerm. de caſtit.) quæ roſæ inſtar effloreſcis; & domum vniuerſam fragrantia comples &c. Factum alabaſtrum, fractum caſtitateq. maceratum corpus adumbrat: Quot corpora in Religione caſtitate mortificantur; tot alabaſtra vnguẽto plena franguntur; impleturque domus, id eſt, Eccleſia, ex odore vnguenti: ſuauem enim odorem religioſorum emittit caſtitas.

Ambroſ.

Sap. 4.

Marc. 14.

Ioan. 12.

D. Ephre.

Contrà verò impuritas teterrimũ. Iſaiæ. 3. *Erit pro ſuaui odore fœtor, pro Zona funiculus, &c.* Vę ijs religioſis ſi aliqui ſunt qui pro ſuaui caſtitatis odore, libidinis fœtorem complectuntur; pro caſtitatis Zona pretioſiſſima, laſciuiæ texunt funiculos longos. D. Gregorius in comm. Pſal. 50. [inquit] praui operis fœtorem emittunt, qui abiecto cingulo caſtitatis, funiculũ intexunt laſciuiæ; de quibus dicitur Iſa. 5. ſecundùm ſeptuaginta hoc modo

Iſai. 3.

Gregor.

Iſai. 5.

A καὶ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, id eſt. *Væ qui trahitis peccata ſicut veſtem longam, &c.* Iudith. 14. *Vna mulier fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor Regis, &c.* ſic mulierum familiaritas, frequẽteſq. collocutiones, & viſitationes, confuſionem facere poſſunt, certumq. odorem in domib. Chriſti Regis, id eſt, Religionibus, in quibus veluti in ſplendidis veſtibus, ſordes quælibet turpiores ſunt. D.

Mulierum familiaritates fugiẽda religioſis.

B Gregorij Nazianzeni verba in orat. de fuco aduertat vir Religioſus Religioſa que fęmina; illud [inquit] velim ne ignores; Rugam vnam tibi turpiorem eſſe; quàm maxima vulnera ijs, qui in mundo viuunt. Neque enim tã notabilem, ac conſpicuam, in ſordidis; quàm in puris vnius coloris veſtibus, labes aliqua fœditatem habet, &c. Aduertat & illa D. Auguſtini ſer. 250. de Tempore. *Per feneſtras, ad ani-*

Nazian.

Macula in religioſo eſt turpior quã in alia.

C *mas noſtras ingreditur mors*; per viſum oculorum, & auditum aurium. Refrænanda eſt ſecreta familiaritas, & oculorum incauta fragilitas; ne impleatur in nobis illud, quod propheta Ieremias c. 9. terribiliter clamat: *intrauit Mors per feneſtras veſtras, &c.*

Auguſt.

Videat Religioſus, quid à Virgine poſtulet ſanctiſſimus pontifex Ambroſius. lib. 3. de virginibus Virginẽ (inquit) mihi prius grauitas ſua nun-

Ambroſ. Virginis ſacra procedẽdi modus quis ſit.

D ciet; pudore obuio, gradu ſobrio, vultu modeſto; & prænuncia integritatis, anteceant ſigna virtutis, &c. Virũ Religioſum, Religioſamq fæminã, caſtitate fulgere oportet, & prænuncia caſtitatis ſigna, humili quadam grauitate præmittere & graui quadã humilitate, modeſta quadam verecundia, & verecunda quadam modeſtia. Audiamus quoque auream illam Chryſoſtomi linguam, in orationẽ, quod

Chryſoſ.

E Regulares fœminæ viris cohabitent to. 5. Cùm in publicum (inquit) ſe virgo recipit, oportet, vt & omnis philoſophiæ ſpecimen prę ſe ferat; & omnes in ſtuporem conuertat. Sicut Angelus ſi nunc è cœlo deſcenderet, & ſicut Cherubim aliquis, ſi in terris appareret, omnes homines, in ſtuporẽ conuerteret; ſic virginem, omnes qui vident, adducere in admirationẽ, &

ſtupo-

ſtuporem ſuæ ſanctimoniæ, oportet. Hęc Chryſoſtomus.. Ex quib. collige re Religioſus poteſt, qua debeat caſtitate, qua modeſtia, qua morũ grauitate, inſtar Angeli de cœlo delapſi ſplendeſcere Quod enim de fœminis Chryſoſtomus ait, id in viris quoque ſpectandum meritò eſt.

Corpus eſt Caſtellum. Caſtellum ſuum cuſtodiat Religioſus; caueat ne appetitio effrænata, hoſtib. illud prodat. Eſt autem caſtellum, corpus; quod effrænata cupiditas hoſtib. niſi diligentiſſimè cuſtodiatur, prodit. *D. Bern.* Vnde illud D. Bernardi in ſerm. de Aſſum. Deiparæ Virg. bonum Caſtellum cuſtodit; qui ſuum corpus ſeruat, &c. Obſident hoc caſtellum hoſtes. Iudith. 7. *Holophernes præcepit exercitibus ſuis, vt aſcenderent contra Bethuliam, &c.* *Iudith. 7.* בתולה Bethulah, Hebręis *Virginem* ſignificat. Sonat ergo, Bethulia, virginitatem, & caſtitatem. *Dæmones cõtra caſtitatẽ prelia.* Præcipit tartareus Holophernes exercitibus ſuis, vt aſcendant contra Bethuliam, id eſt, contra caſtitatem; caſtella illius, id eſt, caſta corpora, obſideant, oppugnent, diruant, ſolo æquent. Inter omnia autem 250. de Tẽpore) ſola duriora ſunt prælia caſtitatis, &c. hæc dura certamina Religioſum impetunt. Muniat igitur caſtellũ ſuum, id eſt, corpus.

Quæres quibus nam muniet bombardis, quibus præſidijs, ac ſeptis, circumuallabit? Reſpondeo, ciliciis, flagellis, ieiunijs, aſpera viliq. veſte, occaſionum fuga, vigilãtia, orationeque præcipuè; ſiquidem *Niſi Dominus cuſtodierit caſtellum & ciuitatem*, (vt eſt in Pſal. 126.) *fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam:* *Pſal. 126. Chryſoſt.* D. Chryſoſt. hom. 1. in Pſalm. 50. Caſtitas ſine comitibus ſuis, ieiunio videlicet, & temperantia, citò laſſeſcit. Quòd ſi his quaſi adminiculis roborata fuerit; facilè coronabitur, &c. Durat caſtitas dura; mollis facile molleſcit, & diſſoluitur. *Caſtitas quomodo defendatur.* Ex ſpinis oritur odorifera roſa; ex ſpinis, id eſt, corporis mortificatione, & abſtinentia, naſcitur odorifera caſtitas. Vnde D. Gregorius lib. 1. epiſt. 24. Tunc [inquit] caſtimonia, ad perfectiſſimæ munditiæ cãdorem ducitur; cùm per abſtinẽtiã carò fatigatur, &c. Prætereà vt arces ſeruent, igne pugnare ſolent milites, nobis quoque igne pugnandum tartareo, vt caſtellum ſeruemus noſtrum iuxta illud D. Auguſtini ſerm. 249. Opponat homo deſiderio carnis ſuæ æternorum flammas tormentorum, &c.

Carnes animalium, dicũtur in Scriptura ſanctæ, quæ Deo offerebantur. *Ierem. 11.* Ierem. 11. *Nunquid carnes ſanctæ*, id eſt, ſacrificia, *auferent malitias tuas? &c.* Sanctæ quoque meritò dicuntur carnis corporum, quæ per caſtitatis votum, Deo conſecrantur. *Caro religioſi cõſecrata Deo eſt ſãcta.* Carnes ſanctas, animalium, quæ immolabantur: nemo conſpurcare vllo modo audebat. Quis igitur corporum religioſorum, quæ Deo ſacrificãtur, carnes cõſecratas, libidinis ſordib. audebit coinquinare? ſacra vaſa diuino dicata altari; nemo prophanus, vel tangere audet. Quis igitur corpora Deo per caſtitatis dicata votum; audebit turpiter tãgere, ac contaminare? Religioſa corpora conſecrata Deo, purè, ac reuerẽter, vt ſacra quædã vaſa tangenda, tractandaq. ſunt vt docet D. Ephrem. de vita ſpirit. *D. Ephrẽ.* Membris [inquit] alterius, reuerẽter, ac cum timore, manus admoueto, quaſi rem aliquã ſacram attingeres, &c. Huc illud D. Bernardi ſpectat, ſer. 7. in Pſal. 90. *D. Bern.* *A voluptatibus* [inquit] *tuis auertere*, & Deo dicata mẽbra, nulla temeritate tibi vſurpes ſciens quod pietati ſanctificatã, non abſq. graui ſacrilegio, in vſus vanitatis, curioſitatis, aut, eiuſmodi operis; ſecularis, ſumantur, &c 1. ad Theſſal 4. *1. Theſſ. 4.* *hæc* [inquit Apoſtolus] *eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione; vt ſciat vnuſquiſq. vas ſuum poſſidere, in ſanctificatione & honore, &c.* Voluntas Dei eſt Religioſi ſanctificatio, id eſt, caſtificatio, & munditia, vt ab omni impuritate mentis, ac corporis abſtineat; ſciatq. ſacrum vas Deo dicatum, hoc eſt, corpus ſuum, *poſſidere in ſanctificatione, munditiaq. & honore.* *Voluntas Dei eſt ſanctificatio religioſi.*

Appellantur autem corpora vaſa etiam 1. Re. 21 *Fuerunt* (ait David) *vaſa*, id eſt, corpora, *puerorum ſancta, &c.* *1 Reg. 21.* Multò autem magis ſancta eſſe debẽt vaſa, id eſt, corpora, Religioſorũ. Quẽadmodum is vas aureum maximè tædât,

dat, qui luto illud ac fæcibus implet; A is honore afficit, qui implet odoribus ſuauiſſimis. Sic is corpus ſuum deturpat, dedecorèquè afficit, qui libidinis ſordib. illud inquinat; is honorat, qui caſtitatis ſuauiſſimo odore complet. Equidem ille ſeipſum honore afficit maximo, qui ad Angelorũ vitã ſe extollit; ille verò omni ſe honore ſpoliat q ad belluarũ vitia ſe abijcit. *Homo* (ait vates Pſal.48.) *cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, &c.* B In honore magno homo eſt, caſtitatis ſplendore illuſtris. Sed qui hunc honorem nõ intelligit; iumẽtis inſipientib. comparatur, illiſq. fit ſimilis, *Computruerunt* (ait Ioel c.1.) *iumenta in ſtercore ſuo, &c.* Gregorius in commen. Pſal.50. Com putreſce iumenta, eſt carnales homines, in fætore luxuriæ vitam finire, &c. Fugit hunc fætorem religioſi anima, caſtitatis odore fragrans, cui illud C egregiè congruit Cant.3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrha, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij, &c.* deſertũ Religio eſt: quia ab omnib mundi voluptatib. & cupiditatib. eſt deſerta; per hoc ſacrum deſertum, deſerta aſcendit anima religioſa: per hanc beatam ſolitudinem, aſcendit ſola; *myrrha*, id eſt, caſtitatis, & *thuris*, id eſt, orationis, cæterarumq. virtutum omnium, D mirificum exhalãs odorem. Hęc pauca dixiſſe ſit ſatis.

Corpus vaſ ĩ hnore poſſidendum.
Pſal.48.
Ioel.1.
D. Gregor.
Cant.3.
Religio deſertum eſt,

Reliquum eſt, vt non dicamus ſolũ ſed etiam faciamus. Præclare quidẽ fulgent in ore vota, cùm ore nuncupãtur, ſed præclarius in manib. id eſt, operib. fulgent, poſtquam ſunt nuncupata Promiſimus ore; Dei fulti præſidio exoluamus operib. *Vota mea Domino reddam* [ait vates Pſa. 115. *corã omni* E *populo eius &c.* Reddamus Domino vota coram populo. Videat populus Religioſos, quod polliciti sũt id ſeruare, videat nos ſtare promiſſis. Ipſa videat vota in manib. *Lucernæ ardentes in manibus veſtris*, ait Dominus. Luc.12. fulgẽtiſſimæ ſunt lucernæ, paupertas, caſtitas, obedientia. Hæ ſint in manibus; vt populũ exemplo illuminent, dęmones fulgore terreant. Nam vt Plinius ſcribit, lib.8.c.16. ignes terrent maximè leones tartareis verò leonibus hi ignes, hæ lucernæ, ſi in manib. Religioſorum ſint maximũ terrorẽ inferunt.

vota ore nũcupata, red denda opere.
Pſal. 115.
Luc.12.
Plin.

Fragiles res ſunt verba; aerem verberant, moxque euaneſcunt; ſed mirabilem vim habent verba votorum. Religioſum mirandum, in modũ inſtar validiſſimarum catenarũ, per totam vitam obſtringunt. Catenæ ſunt ſed aureæ, catenæ ſunt, ſed amoris, amor.n. his torquib. fulgentiſſimis directores Dei exornat. Hæ catenæ ſoluunt, hæ liberãt, hæ mundi vincula depellunt. O felicem Religioſum, qui cũ Paulo ad Epheſ.4. & 3. gloriari poteſt, dicẽs: *ego vinctus in Domino Ego vinctus Chriſti.* Congruit his etiam vinculis quod ait Chryſoſtomus homi.8. ad Ephes. Nihil ita ſplendidum vt vinctũ eſſe propter Chriſtum. Si quis erga Dominum inſanit, & ardet, is nouit q̃ vinculorum ſit virtus, &c. Nihil.n. ita in mundo ſplendidũ eſt, vt vinctũ eſſe Chriſti, vt vinctum eſſe in Domino, vt trib. votorum catenis, cum Chriſto eſſe colligatum. Si quis amore Dei ardet, nouit quanta ſit horum vinculorum dignitas, potentia, gloria.

Vota aurea catena.
Eph.4. et 3.
Chryſoſt.
Vincula Chriſti ſplẽdida.

Religio vti Auguſtino placet li. de vera Religione circa finem, & li.1. Retract c.13. à religando dicitur. Deo [inquit] religãtes animas noſtras; vnde Religio dicta credit, &c. Ligat Religioſum Religio, ac religat hominem cum Chriſto vinculis perpetuis. Hæc fæliciſſima vincula, nullo modo ſunt diſſoluenda; quin potius ſingulis diebus arctius aſtringenda Quò enim arctius aſtringuntur, eò cum Chriſto arctius nos aſtringunt. Arctius autẽm tunc aſtringuntur; cùm arctius cuſtodiuntur, D Ber. ſer 1 Dedic. ait Religioſos nõ habere vincula. Tot (inquit) adoleſcentes, tot nobiles, vniuerſi denique, quos hic video; veluti in carcere aperto tenentur, ſine vinculis, ſolo Dei timore confixi, &c. Verum quidem eſt, teneri Religioſos carcere Dei aperto, ſine corporeis vinculis. Non tenentur quidem vinculis corporeis, ſed tenentur vinculis incorporeis, id eſt, ſpiritalibus votis, quæ fortiùs, quam corporea

Religio vnde dicatur.
D. Bern. Religioſi nõ habent vincula.

rea

rea vinculaal,igant, *Cùm votum voueris Domino Deo tuo*[ait Moſes Deut. 23.]*nõ tardabis reddere, Quia requiret illud Dominus Deus tuus. Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſeruabis,& facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo,&c.*

Deut;23.

Videat Religioſus quàm generoſo animo puella,filia Iephte,Iud.11.alienum,& inconſideratum patris votũ, ipſa morte ſoluerit. Ne patiatur ſe a puella ſuperari;vota ſua, non alieno, ſed proprio ſuſcepta ore,non inconſiderata,ſed lònga conſideratione nũcupata;generoſo animo,vſq.ad mortem etiam ipſo ſanguine, ſi opus fuerit conſtanter perſoluat. Iephte votũ hoc eſt,Iud.11.*Si tradideris filios Ammon in manus meas; quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon,eũ holocauſtum offeram Domino &c.* Tradidit Deus in manus eius filios Ammõ, id eſt,Ammonitas. Reuertenti domum occurrit filia vnigenita. Quid ageret infelix dux? voti vinculo ſe putabat eſſe obſtrictũ;frangere nolebat.Itaq. ne frangeret,filiam immolauit. Audiat Religioſus patris verba;*Aperui os meum ad Dominum,& aliud facere non potero,&c.* Audiat verba filiç: *Pater mi* [inquit]*ſi aperuiſti os tuum ad Dominum fac mihi quodcunque pollicitus es,&c.* Diſcat Religioſus facilia vota ſua obſeruare?ſiquidem difficillimum votũ ſic obſeruatur.Si tentationes irruãt, verbis Iephte ſe tueatur. *Aperui os meum ad Dominum;& aliud facere non potero.* Et ſi cœlum ruat,aliud facerè non potera. *Aperui os meum*,ad vota proferenda aperiam cor,aperiam manus,ad perficienda dicta exequar factis; promiſſa complebo operib.tãti nominis, id eſt Religioſi,menſuram implebo.Impiũ quidem fuit illud Iephte factum; tamen à peccato liberari poteſt, quod ignorans fecerit,exiſtimaritq. ſe voti obſtringi vinculo.Factum quidem reprobat;animi verò pietas, religio, & ad ſoluendum votum cõſtantia,cõmendatur Vnde D.Hieronymus in fine c.7.Ierem. Si Iephte(inquit] obtulit filiam ſuam Deo; non ſacrificium placet,ſed animus offerentis,&c. Ad illa vera Prouer.21. *Teſtis mendax peribit;vir obediens loquetur victoriam &c.* hęc ſcribit Beda: Qui ſe Deo ſeruire teſtatur:nec factis dicta exequitur peribit. Qui autem fideliter,vt promittit, iuſſis ſubditur diuinis; huius loquela ad victoriam perueniet. Quia dũ per obedientiam ſuam vincere ſatagit, per iuſtitiam iudicis poſtmodum victorię palmã percipit. Hactenus Beda. Det ergo diligenter operam Religioſus,ne teſtis mendax ſit:dum ſe Deo ſeruire teſtatur,nec teſtimonium vita,& factis,exequitur. Sanctiſſimum patrem Franciſcum imitetur,vt verè cum illo dicere poſſit verba illa,quæ ſupra citauimus;*Deus dedit mihi vota paupertatis, caſtitatis,& obedientiæ,ſine conſcientiæ reprehenſione ſeruare.*

Filia Iephte votũ patris ſoluit.

Iud.11.

Vota noſtra etiamſi moriendũ nobis ſit Deo reddenda.

D.Hieron.

A B

CAPVT. XV.

C

QVid ergo erit nobis? ait D. Petrus. Quid erit nobis(aiunt Religioſi) paupertatem altiſſimã,caſtitatẽ ſplendidam,aureã obedientiã ſeruantib⁹? quid erit nobis omnia,diuitias,voluptates,propriamq. voluntatẽ relinquẽtib.?Reſpondeo. Non ſine pręmio relinquentur;qui omnia propter Chriſtum reliquerunt. Qui reliquerũt omnia;inueniẽt omnia.Sed in infinitum diſtant omnia,quæ reliquerũt, & omnia quę inuenient.Omnia quæ relinquunt,parua ſunt, omnia quæ inuenient,infinita ſunt. Inuenient.n. omnia,id eſt, Deum infinitũ, qui eſt omnia:iuxta illud Abrahamo dictũ Ge. 15.*ego merces tua magna nimis.* Videlicet infinita,&c. Quæ dimittunt Religioſi non amittunt ſed tranſmittunt in terris,tranſmittunt in cœlos.Quo circa Chriſtus iuueni diuiti dixit. Matt.19. *Vade,& vende quæ habes,& da pauperibus & habebis theſaurum in cœlo,&c.* Non amittit pecuniam is qui agros fructiferos emit;non amittit Religioſus opes qui relictis opib.emit non agros, ſed cœlos. Vnde illud Aratoris poetæ,lib. 1.de ijs,qui Act.4.agros vendebant, & domos,pretiaque ad Apoſtolos afferebant.

D E

Premiũ religioſi quantum & quale.

Gen.15.

Matt. 19.

Arator.

— *Quæ turba perennem.*
Portatura crucem,Dominumq.ſecuta fidelẽ.

Auguſt.

Spre-

Spreuit agros, habitura polos, &c. Aug. ſerm. 28. de verbis Apoſt. fęlicitas [inquit] magna Chriſtianorum eſt; quib. datum eſt, vt paupertatem faciãt pretium regni cœlorum. Nihil paupertate poteſt ditius inueniri. Vis noſſe quam locuples ſit? cęlum emit, &c.

Paupertas pretium eſt regni cęlorum.

In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, (ait Iacob Gen. 32) *& nunc cum duabus turmis regredior, &c.* Similem in modũ, in baculo ſuo, pauper Religioſus huius vitæ vndas, fluminaque, i. labores, ac pericula, pertranſit. Poſtea verò in regeneratione, cum duab. turmis, id eſt, corporis, & animi gloria maxima, regredietur. Baculo innixus crucis, omni ſarcina exoneratus, Chriſtumq; ſequens præeuntem, facit iter: quem ſequitur Chriſtum, tandem in cęlo aſſequitur. Cui ſimilis fuit, mundi contemptu; ei ſimilis fiet, cęleſti gloria. Votorum illa vincula, de quibus ſuprà mentionem fecimus; æternam illi parient libertatem. Paupertas admirandis opibus locupletabitur; caſtum corpus ſummo ſplendore fulgebit; voluntas pro Deo paucis diebus obedientiæ ſubiecta, quidquid voluerit, in ſempiternum faciet. Nihil autem volet, niſi quod vult Deus. Dum viuit Chriſtum ſequitur, ambulat, defatigatur; Chriſtum tandem aſſequetur, & ſedebit ac quieſcet *Sedebitis* (inquit) *& vos.* Nunc fluctuat, mouetur que, & inquieta eſt voluntas, inquietus intellectus, inquietus appetitus, inquieti ſunt ſenſus, inquietæ cogitationes, ac cupiditates. Nihil in me ſedet [ait Bernard. ſerm. de verbis D. Petri) ſed cuncta ſunt in motu, omnia nutant, fluctuant vniuerſa, &c. Non ſunt in terra quærendę ſedes, non eſt quærenda quies, aut voluptates; ſed in cœlo. Grandis reſtat via, (ait Bernardus) noli in medio itinere ſedere, &c. Sedebit anima in cęlo, vſque ad iudicij diem, corpus expectans. *In regeneratione* autem, hoc eſt, in die iudicij *cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,* ſedebit & Religioſus tùm animo, tùm corpore. Sedebit, id eſt, quieſcet animus, ſedebit etiam corpus in regeneratione; *non concupiſcet caro aduerſus ſpiritum, nec ſpiritus aduerſus carnem;* omnia erunt tranquilla, omnia pacata. Sedebit corpus [ait Bernardus ſerm. citato] liberum ab omni neceſſitate, ab omni corruptione ſecurum, ab omni concupiſcentia alienum, plenum gloria, configuratum claritati corporis Chriſti. Sedebit & anima plena beatitudine; nullos iam cogitationum fluctus, nullos tentationum conflictus, nullos affectionum ſentiens motus, &c. *In regeneratione* (inquit Dominus) *ſedebitis.*

Gen. 32.

Matth. 19.

D. Bern.

In terra quærenda ſedes non ſunt.

Gal. 5.

Erit enim ſecunda regeneratio. Prima regeneratio eſt in baptiſmate, cũ ex aqua, & ſpiritu ſancto, filij Dei renaſcimur: ſecunda erit in extremo iudicij die, die, cùm ex materno terrę vtero, in æternam vitam regenerabimur. Etenim cùm tumulo tradimur, terræ viſceribus veluti materno vtero, concipimur, iuxta illud Iob. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ; nudus reuertar illuc:* id eſt, in vterum matris terræ; & illud Eccleſ. 40. *iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum; vſque in diem ſepulturę in matrem omnium, &c.* id eſt, terram. Concipiuntur homines terræ viſceribus, cùm ſepeliuntur; in die iudicij ex his viſceribus renaſcentur, & regenerabuntur, regeneratione admirabili. In hac regeneratione admirabili, ſedebit Chriſtus, in ſede maieſtatis ſuæ; & ſedebunt ſancti Religioſi, ſuper ſedes gloriæ ſuæ, iudicantes duodecim trib. Iſrael, vt ſupra demonſtrauimus. Sedebit Petrus, & Paulus reliquique Apoſtoli; ſedebit Auguſtinus, Hieronymus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciſcus, ſedebunt cæteri Religioſi, qui res caducas omnes repudiarunt. Vniuerſum que terrarum orbem iudicabunt.

Duplex regeneratio futura eſt.

Iob. 1.

Eccl. 40.

Terra mater omniũ quomodo ſit.

Quis ſęcularis honor [ait Bernard.] excogitari poteſt, qui non prorſus in tantæ ſublimitatis comparatione, vileſcat? &c Hæ ſunt cathedræ ambiendæ, hæ ſedes, hæc tribunalia toto conatu exquirenda. At humana ambitio, humi locatas ſedes ſolum ambit; in cęlo conſtitutas, non curat. Infelix ambitio [ait idem ſanctiſſimus pater] quę ambire magna non nouit, &c.

D. Bern.

Sedes religioſorũ in iudicio præſtantes.

Neque verò ſolùm in cęlo prę miũ, omnia relinquentibus largitur Deus;

ſed etiam in terra. *Centuplum* (inquit) *accipiet. Centies tantum accipiet* [vt eſt apud Marcum] *nunc in tempore hoc domos, & fratres, & ſorores, &c.* Nemo timeat omnia relinquere, omnia relinquenti, & Chriſtum paſtorem ac rectorẽ ſequenti, nihil ad vitam neceſſarium deerit. *Dominus regit me;* (ait Pſalmographus Pſal. 26.] *Et nihil mihi deerit. In loco paſcua, ibi me collocauit, &c.* locus paſcuæ eſt Religio, in qua neq. paſcua animo deerunt, neq. corpori. Pro vno patre centum, pro vno fratre centũ, pro vno agro centum, reperiunt. In ea bona ſpiritalia inueniuntur; q̃ bona omnia longo ſuperant interuallo, quæ relinquuntur. D. Bernardus: An non centuplum (inquit) habet omniũ, qui impletur Spiritu ſancto, qui Chriſtum habet in pectore? Niſi quod longè plus quam centuplum eſt, viſitatio paracleti Spiritus, & præſentia Chriſti, &c. item: hoc centuplum adoptio filiorum eſt, libertas, & primitiæ ſpiritus, deliciæ caritatis, gloria conſcientiæ, regnum Dei, quod intra nos eſt, *non vtique eſca, vel potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu* ſancto, &c. Hoc gaudium in ſpiritu ſancto has delicias caritatis diuinaq. conſolationẽ, hoc centuplum, is Religioſus conſequitur, qui omnia relinquit, qui nihil ſibi retinet; is guſtat, quàm ſuauis eſt Dominus.

Præmiũ in terra religioſi accipiũt.

Pſal. 26.

D. Bern.

Cẽtuplum accipit religioſus.

Rom. 13.

Delitiæ religioſi q̃ ſint.

Qui verò vt Iudas alter, loculos habet propriæ voluntatis; is hoc centuplum non accipit, vt docet idem Pater. Nemo (inquit) cùm ſe videt non omnia reliquiſſe, centuplum non accepiſſe miretur. Pretioſa ſiquidem di- A uina conſolatio eſt; nec omnino tribuitur admittentibus alienam, &c. item; ſunt loculi, non modò pecuniæ, ſed etiam propriæ voluntatis, &c.

Denique quemadmodũ filijs Iſrael iter in terram repromiſſionis facientib. Deus viaticum præbuit, nimirum dulciſſimum manna: itinere autẽ confecto: terram tradidit promiſſam, Sic Deus religioſis in cœlum iter habentibus viaticum præbet, videlicet dulciſſimam B conſolationem, ſpiritusq. delicias, quod eſt centuplum; poſtquam verò iter confecerunt, donat vitã æternã in cœlo. *Centuplum* [inquit] *accipiet, & vitam æternam poſſidebit, &c.* Cẽtuplum [inquit Bernardus eſt in via; vita æterna eſt in patria, &c. Caſſianus collocat. vltima Abbatis Abraham c. vltimo: Recipietur [inquit] de continentia coniugali, maior cẽtuplo ſuauitas, ab illa, quæ eius in- C uicem per commixtionem ſexuũ percipiebatur. Pro lætitia quoque illa, quã in vnius agri, ac domus poſſeſſione q̃s habuit, centuplo maiore diuitiarum gaudio perfruetur, qui in adoptionẽ tranſiens filiorum Dei, vniuerſa quæ æterni ſunt patris, vt propria poſſidebit, & affectu atque virtute, ad imitationem veri illius filij, proclamabit; *omnia quæ habet pater mea ſunt:* Nec iã cum vlla pœnali diſtenſionis, aut ſolicitudinis D cura, ſed ſecurus, ac lætus, velut in proprijs, vbiq. ſuccedit, audiens quotidie ab Apoſtolo 1. Cor. 3. ſibi prædicari: *omnia veſtra ſunt, ſiue mũdus, ſiue præſentia ſiue futura, &c.* Et a D. Hieronymo epiſt. ad Paulinũ; fidelis viri totus mũdus diuitiarum eſt, &c.

Spiritus sãcti cõſolatio

Caſſianus.

Centuplum religioſus quodnã recipiet.

Ioan. 17.

1. Cor. 3.

CAPVT XVI.

De parabola patrisfamilias conducentis operarios in vineam ſuam.

LVCAS CAPITE XX. Verſ. 1.

SImile eſt regnum cælorum, homini patrifamilias, qui exijt primo
manè, conducere operarios in vineã ſuã. * Conuentione autẽ fa-
2 cta, cum operarijs, ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuã. * Et
3 egreſſus circa horã tertiã, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & di-
4 xit illis: * Ite & vos in vineã meã, & quod iuſtũ fuerit, dabo vobis
Illi

5 Illi autem abierũnt. * Iterum autem exijt circa ſextam,& nonam horam:&
6 fecit ſimiliter. * Circa vndecimam verò exijt,& inuenit alios ſtantes, & dicit
7 illis:Quid hic ſtatis tota die otioſi? * dicunt ei:Quia nemo nos conduxit. Di-
8 cit illis:Ite & vos in vineam meam. * Cùm ſerò autem factum eſſe,dicit do-
minus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, inci-
9 piens à nouiſſimis,vſque ad primos. * Cùm veniſſent ergo,qui circa vndeci-
10 mam horam venerant,acceperunt ſingulos denarios. * Venientes autem &
primi,arbitrati ſunt,quòd plus eſſent accepturi:acceperunt autem & ipſi ſin-
11 gulos denarios. * Et accipientes murmurabant aduerſus patrẽfamilias, * di-
centes:Hi nouiſſimi vna hora fecerunt,& pares illos nobis feciſti, qui porta-
12 uimus pondus diei,& æſtus. * At ille reſpondens vni eorum,dixit: Amice nõ
13 facio tibi iniuriam:nonne ex denario conueniſti mecum? * Tolle quod tuũ
14 eſt,& vade:volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. * Aut non licet
15 mihi quod volo,facere?an oculus tuus nequã eſt,quia ego bonus ſum? * Sic
16 erũt nouiſſimi primi,& primi nouiſſimi.multi.n.sũt vocati, pauci verò electi.

Simile eſt regnum homini Patrifamilias, qui exijt ſummo mane conducere operarios.

A

DIxerat Dominus in fine cap. 19. apud Matthæum: *Multi erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* Hoc ipsũ vt exponat,parabolam proponit; quã ijſdem verbis concludit hoc pacto: *ſic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi.* Vnde conſtat,hunc parabolæ ſcopum

B

eſſe indicare multos primos eſſe nouiſſimos;& nouiſſimos primos. Ea non multùm difficultatis habet, ſi corticẽ ſpectes. *Simile dicitur Regnum cęlorum,* hoc eſt Eccleſia,*homini qui exijt ad conducendos operarios;* quoniam in Eccleſia ſimile quid euenit. Exijt ſummo mane paterfamilias quidam,operarios cõduxit,denarij mercede propoſita: & ad colẽdam vineam miſit, Dicitur aũt denarius diurnus,quia vnius diei mer-

Parabolę explicatio.

C

ces erat. Gręcè: *ἐκ δηναρίου τῆς ἡμέρας,* ſubintellige prępoſitionem *κατὰ*,i. *ex denario ſecundum diem.* Nec verò ſatis fuit ſummo mane operarios conducere,tota die cõducere nõ deſtitit. Alios conduxit circa horam tertiã, circa horam ſextam alios,alios quoq; circa horam nonam. Deniq; circa vndecimã alios quoſdã in foro reperit otio vacãtes,eo quòd à nemine cõducti eſſent: illos quoq; in vineam miſit. Illis quos

D

primo mane vocauit,denariũ promiſit diurnũ. Cæteris verò certam mercedem minimè promiſit; ſed *quod iu-*

A

ſtum [inquit] *fuerit dabo vobis.*

Olim dies à ſolis ortu vſq; ad occaſum,in duodecim horas diuidebatur; iuxta illud Chriſti Ioan. 11. *Nonne duodecim ſunt horę diei?* Erant autem horæ duodecim eiuſdem diei inter ſe ęquales; ſed quia dies inęquales ſunt, alij dies longiores ſunt,alij breuiores;horæ quoq; dierum diuerſorũ inæquales erant. Longioris diei lõgiores, breuioris diei breuiores. Prętereà,diuide-

Dies in duodecim horas diuidebatur.

B

batur dies in quatuor partes,quarum quęlibet trib. horis conſtabat. Nox ſimiliter duodecim horas continens,in quatuor partes,ſiue vigilias militares diſtribuebaẽ,quarũ vnaquæq; tres habebat horas. Vnde dicitur prima vigilia poſt Solis occaſum,ſecunda, deinceps tertia, & quarta vſque ad Solis exortum. Quę dicitur vigilia matutina,Exod. 14. Hora prima diei illa erat, qua Sol oriẽ,poſt tres horas,hora erat

Quatuor vigilia noctu.

Exod. 14.

Diuiſio diei qualis eſſet.

C

tertia, poſt alias tres hora ſexta, ſiue meridies;rurſus poſt tres horas a meridie hora nona dicebaẽ;veſpera verò erat poſt tres alias horas,in Solis occaſu;vndecima hora vna erat ante Solis occubitũ. Quia.n. dies duodecim horis conſtabat,ab vndecima ad duodecimã vſq; & ad Solẽ occidentẽ, vnius tantũ ſupererat horę ſpatiũ. Tertull. in lib. de ieiunijs,c. 10. tres illas horas tertiã,ſextam,nonam,inſigniores vo-

Inſigniores horę, tertia ſexta, & nona.

D

cat:Cur [inquit] nõ intelligamus,omni tempore orandũ, tamen tres iſtas horas,vt inſigniores in reb. humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia

diſtingunt, quæ publicè reſonant; ita & ſolemniores fuiſſe in orationibus diuinis? &c.

Quot horas operarij laborauerint.

Ex his intelliges, quot horis operarij vineæ colendę operam dederint. Nam primo manè conducti, duodecim horas labori impenderunt, ad Solis vſque occaſum; vocati hora tertia, horas nouem; vocati hora ſexta, horas ſex, vocati hora nona, horas tres; vocati hora vndecima, vnam duntaxat horam laborauerunt. Labor inæqualis fuit, merces æqualis.

Soluitur operariis denarius.

Veſpere facto, hoc eſt, in Solis occaſu, paterfamilias procuratori ſuo operarijs mercedem ſoluere iuſſit, nouiſſimis primùm, ijs. ſ. qui hora vndecima venerant; deinde ijs, qui venerant hora nona; poſtea his, qui vocati fuerant hora ſexta, & tertia; tandem illis, qui hora prima ſummo manè fuerant conducti. Nouiſſimorum, qui vndecima hora venerant, ſingulis denarius datus eſt, reliquis quoque. Primi verò cùm dari cernerent denariũ nouiſſimis, ampliorem pecuniam ſibi ſoluendam arbitrabantur; ſed denarium tantùm acceperunt. Quamobrem conquerebantur, quòd qui vna tãtùm hora laborauerunt operarij, mercede ipſis æquarentur, qui horas duodecim, pondus diei, & æſtum tulerant. Paterfamilias vni eorum conquerenti ſic reſpondit: Nonne denario te conduxi, vt duodecim horis operã tuam vineæ colendę dares? Denario te conduxi, denarium tibi ſoluo; nullam tibi inſero iniuriam, quidquid debeo trado. Volo autem illis, qui vnã tantum hora ſunt operati, ęqualem mercedem ex mea dare liberalitate. Nonne licet mihi ex pecunia mea liberaliter Donare? Cur tu ex bonitate, & liberalitate mea inuidiam colligis? *Numquid oculus tuus nequam eſt*, hoc eſt, inuidus; *quia ego bonus ſum*, & liberalis erga eos, qui extrema hora venerunt?

Quis dicitur oculus nequam ſiue malus.

Oculus nequam, ſiue malus dicitur oculus, qui non libenter aſpicit; & oculus inuidus, qui malè, hoc eſt, cum inuidia cernit. Oculus bonus appellatur oculus, qui bene aſpicit, quiq; proximi mala, cum miſericordia intuetũ. Prouerb. 22. *Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur, &cæt.* Hebraicè, טוב עין הוא יברך *ieb bhaijn hu ieberach*, id eſt, *Bonus oculus, vel vir bonus oculo ipſe benedicetur.* Itaque bonus oculus dicitur oculus hominis proni ad miſericordiam. Prouerbior. 23. *Ne comedas cum homine inuido.* Hebraicè, אל תלחם את לחם רע עין *al thilcham eth lechem rahh bhaijn*, id eſt, *Ne comedas panem mali oculi, &c.* Eccleſ. 14. *Nequam eſt oculus liuidi, & auertens faciem, &c.* Tamen Matth. 6. & Luc. 11. oculus nequam dicitur, oculus humoribus infectus, & cæcus, vel penè cęcus: *Si oculus tuus fuerit nequam*, i. obcęcatus, *totum corpus tuum tenebroſum erit*: ſiquidẽ corporis lux oculus eſt. Hęc de cortice parabolæ ſatis ſint. De nucleo iam agamus.

Prouer. 22. Prouer. 23. Eccleſ. 14. Matth. 6. Luc. 11.

Primus parabolæ ſenſus.

Quis ſit parabolę nucleus, quæ medulla, difficile eſt explicatu. Etenim dubium valdè eſt, quinã ſint primi illi, qui nouiſſimi, i. extremi, fiunt; & qui ſint nouiſſimi, qui fiunt primi. Prima parabolę explicatio eſt Origenis, is in hanc ſententiam illam interpretatur hom. 10. in Matth. Dies, huius ſęculi ſpatium eſt. Qui quidẽ dies nobis longus videtur; ſed ſi cũ ęternitate Dei conferatur, eſt breuiſſimus. Hora prima, temporis ſpatium eſt ab Ada vſq; ad Noe; hora tertia, à Noe vſque ad Abraham; hora ſexta, ab Abrahã vſq; ad Moſem; hora nona, à Moſe vſq; ad Chriſtum; hora vndecima, a Chriſto vſq; ad veſperam, i. vſq; ad iudicij tẽpus. Vineæ primi operarij homines ſunt, qui ante Chriſti aduentum vixerunt; nouiſſimi operarij, qui vixerunt poſt aduentum. Aliter et, idem Origenes ait, diem vnum eſſe hominis vitã: manè, eſſe pueritiam; horam tertiam, adoleſcentiam; horam ſextam, virilẽ ætatem; horam nonam, ſenectutem; horam vndecimam ætatem extremã, & decrepitam. Quoſdam verò venire in vineam primo manè, i. in pueritia; alios hora tertia, i. in adoleſcentia; alios hora ſexta, id eſt, in virili ætate; alios hora nona, i. in ſenectute; alios hora vndecima, id eſt, in decrepita ętate. Nouiſſimi autem ſunt, qui poſterioribus ætatibus in vineam venerunt; primi, qui prioribus.

Secundus ſenſus. Origenes. Hois vita, dies vnus.

D. Ire-

D. Irenæus quō ſit parabolã interpretatus

D. Irenæus lib. 4. c. 70. de hac parabola ſic ſcribit: Per parabolam operariorum vnus, & idem Dominus oſtenditur, vocans alios quidem ſtatim initio mūdi fabricationis, alios verò poſt hoc, & alios poſt medietatem temporum, & alios progreſſis iam temporibus, item alios in fine. Vt ſunt quidem multi operarij, ſecundùm ſua ipſorū tempora; vnus autē eſt, qui vocat eos, paterfamilias. A nouiſſimis cœpit dare mercedem; quoniam in nouiſſimis temporib. manifeſtatus eſt Dominus & omnibus ſemetipſum repræſentauit. Sic ille. At Chriſtus in parabola de mercede tempore futuro danda loquitur: *Erunt* (inquit] *nouiſſimi primi, &c.* Merces verò aduentus, & viſionis Chriſti in terra, iā erat data illo tpe.

D. Hieron.

D. Hieronymus ferè ſequitur Origenem: Mihi (inquit] videntur primæ horæ eſſe operarij, Samuel, Ieremias, & Baptiſta Ioannes, qui poſſunt cum Pſalmiſta dicere: *Ex vtero matris meæ Deus meus es tu.* Tertiæ verò horæ operarij ſunt, q̄ à pubertate ſeruire Deo cœperunt. Sextæ horæ, qui matura ætate ſuſceperunt iugum Chriſti. Nonę, qui iam declinant ad ſenium. Porrò vndecimæ, qui vltima ſenectute. Et tamen omnes pariter accipiunt præmiū, licet diuerſus labor ſit, &c. Proponit deinde alteram Origenis interpretationem de ætatibus mundi Et illud: *Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi:* de Iudæis, & Gentib. interpretat̄: quia Iudęi primi facti ſunt nouiſſimi, & Gētiles nouiſſimi facti ſunt primi.

Pſalm. 21.

D. Chryſ. Ætates hominum varia, quib. à Deo vocantur, parabola deſignātur.

Chryſoſtomus de horis eandem habet explanationem, ſ. homines diuerſis horis, i. diuerſis ętatib. vitæ, in vineam venire. Vineam (inquit) mandata Dei; operandi autem opportunitatem, ac tempus commodum, præſentem vitam appellauit Dominus; operarios autem eos, qui differenter, aut manè, aut tertia, aut ſexta, aut nona, aut vndecima hora, diuerſis ætatibus, vocati acceſſerunt, & cōprobati ſunt, &c. Item: Vndique aperitur, ætates nobis hominū hac parabola deſignari, quorum alij iuniores, alij ſeniores virtutē amplectuntur. Vt & illi diſcāt non ſuperbire, neq; opprobrio dare, A quia vndecima hora rectè viuere aliqui cęperunt; & iſti ēt, quia breuiſſimo tpe omnia poſſint recuperare, &c. Illa autem verba: *Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi:* Chryſoſt. ſic explicat: Si adiecit Chriſtus, *vltimos primos*, & *primos vltimos futuros*, ac *multos eſſe vocatos, paucos autem electos*, ne mireris. Non enim à parabola id tibi concluſum eſt ſed quemadmodum nunc contigit, vt præter ſpem, & opinionem omnium, B operarij omnes ęqualem mercedem acciperent; ſic maius illud, atque mirabilius, vt primi vltimi fiant, & vltimi primi, euenturum oſtendit. Aliud igitur illud, aliud hoc eſt. Hæc Chryſoſt. His addit primos, qui fiunt nouiſſimi, indicare Iudęos, & eos Chriſtianos, qui à virtutis culmine in barathrum vitiorum incidunt. Nouiſſimos autem qui fiunt primi, eos, qui è barathro vitiorum ad virtutem aſcenderunt. Videtur C mihi (inquit] hic ſermo Iudæos tangere, ac eos ex fidelibus, qui primò virtute coruſcarunt, deinde negligentia, ad profundum deiecti ſunt; & illos rurſus, qui à nequitia ſeipſos recipiētes, ad anteriora cucurrerūt, &c.

D. Greg.

D. Greg. hom 19 in Euangel. horas ætates mundi indicare arbitratur, vt dictum eſt, operarios Patres antiquos legis Doctores, & Prophetas, atque Apoſtolos. Primi autem dicuntur à D Gregorio, qui Chriſti aduentum præceſſerunt; nouiſſimi, qui aduentum ſequuti ſunt. Fiūt nouiſſimi primi; quia denarium, i. pręmium glorię, hi poſteriores, poſt Chriſti aduentum, ſi digni ſunt, ſtatim accipiunt; quod illi priores multo tempore expectarunt. Eundem [ait) denarium accipiunt, qui laborauerunt ad vndecimam; quem expectauerunt qui laborauerunt ad primam horam. Quia ęqualem vitę æter E næ retributionem ſortiti ſunt, cum ijs, qui à mundi initio vocati fuerāt, ij, qui in mundi fine ad Dominum venerunt, &c. Addit alteram de ætatib. hominis interpretationē; Primos verò cenſet fieri nouiſſimos; quia qui in ſenectute ad vineam veniunt, priùs moriuntur, & pręmium recipiunt, q̄ qui in pueritia, vel adoleſcentia vocātur. Iiſdē duob. modis interpretatur

Beda, & Haymo. Haymo verò nouiſſimos ait dici Gentiles, qui facti ſunt primi, per fidem cum caritate copulatam; primos Iudæos, qui facti ſunt ex primis nouiſſimi, per infidelitatem. Hos item duos explicandi modos, reperies in Gloſſa ordinaria, & interlineari; ſuntq; communes. Vtrumque proponit Auguſt. ſerm. 59. de verbis Domini. Sunt hi duo ſenſus recipiendi de ętatib. mundi, & de ętatib. hoīs; quia Patrum ſunt, & communes.

D. Auguſt.

Senſus tertius.

Eſt prętereà alius ſenſus, nimirum, parabolam hanc oſtendere mercedē vitæ æternæ, non tempori, quo quis laborauit, reſpondere, ſed labori, & operi, quod fecit. Quemadmodum enim paterfamilias ęqualem mercedem ijs ſoluit, qui longo, & ijs, qui breui tempore in vinea laborarunt. Sic Deus ęqualem mercedem ijs tribuit, qui modico, & ijs, qui longiori tempore in Eccleſia operantur; ſi ij, qui breuiori tpe operantur, eos labore adęquent, qui longiori operati ſunt. Poteſt. n. fieri, vt aliquis vna hora tantum laboret, præ mentis ardore, & diligentia, tantumque mereatur, quantū alius tota die laborat, & promeretur, qui minore ardore, ac diligentia operatur. Iuxta illud Sap. 4. *Conſummatus in breui, expleuit, tempora multa, &c* hoc eſt, tot opera bona fecit breui tempore, quot alij multis temporib. faciunt. Fiunt autē primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi; cùm ij, qui priùs vocati ſunt, & longo tempore laborauerunt, ab illis gratia, & gloria ſuperantur, qui breui tempore, poſt illos, in virtutem toto pectore incubuerunt.

Feruor, & diligentia operarij.

Sap. 4.

Sēſus quartus.

Addam & aliam explanationem de miniſtris veteris, nouiq; Teſtamenti: Poſtquàm Dominus Petro, & reliquis Apoſtolis dixit: *Sedebitis ſuper ſedes duodecim.* Item: *Centuplum accipient, qui reliquerint domos, agros, &c propter me* adiunxit: *Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* hoc eſt, Multi miniſtri primi veteris Teſtamenti, erunt nouiſſimi meritis, & præmio; & nouiſſimi, i. poſteriores miniſtri noui Teſtamenti, erunt primi, & ſuperiores meritis, & præmio, ipſis miniſtris priorib. Teſtamenti veteris. Hoc parabola explicat. Conduxit Deus in Teſtamento veteri miniſtros, & operarios vineæ, horis diuerſis, ſiue temporibus; tandem poſt Incarnationē conduxit miniſtros Teſtamenti noui. Fueruntq; primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi præmio, vt dictum eſt. Multi. n. miniſtri ſunt vocati, pauci verò ad ſingulares prærogatiuas miniſtrorum noui Teſtamenti ſunt electi.

Senſus de Iudęis, & Ethnicis, alijs prafertur.

Luc. 13.

Arbitror parabolam de Iudæis, & Ethnicis eſſe interpretandam. Illa. n. verba: *Erunt nouiſſimi primi. &c.* ex quibus pendet parabolę explicatio, de Iudæis, & Ethnicis intelligēda ſunt, Luc. 13. Eodem ergo modo hoc loco ſunt interpretanda: vnus. n. locus alteri lucem affert. Luc. 13. ait Dominus: *Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei,* videlicet Ethnici conuerſi. *Et ecce ſunt nouiſſimi, qui erunt primi; & ſunt primi, qui erunt nouiſſimi, &c.* hoc eſt, Nunc Ethnici ſunt nouiſſimi, ſed ad fidem cōuerſi erunt primi; & Iudęi, qui ſunt primi, erunt nouiſſimi. Similem in modum hoc loco, dixerat Chriſtus Diſcipulis: *Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes.* Itē: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomē meū centuplū accipiet, & vitā æternā poſſidebit.* Deinde adiunxit: *Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* hoc eſt, Hac in re, in relinquendis omnib rebus, propter nomē meū, & pręmio cōſequendo vitę ęternæ, Iudæi, qui nūc ſunt primi, erunt nouiſſimi, i. vltimi; & nouiſſimi, i. Ethnici ad fidem cōuerſi, erunt primi. Nam ex Iudęis, ſi cum Ethnicis credentib. conferantur, non multi crediderunt, & pauci vitā ęternam ſunt conſequuti. Ex Ethnicis infinita propemodum multitudo Chriſti fidem complexa eſt, & relictis omnibus, Chriſtū plurimi ſequuti ſunt.

Hęc parabola indicat, hoc pacto: Deus paterfamilias, orbiſq; gubernator exijt cōducere operarios: cōduxit Iudęos primis horis, id eſt, primo tēpore; poſteà verò Ethnicos miſit in vineam, id eſt, Eccleſiam. Quocirca Iudęi primi fuere, & Ethnici fuere nouiſſimi. Sed Iudęi, qui erāt primi, facti

ſunt

Iudæi facti nouiſſimi, Ethnici verò sũt facti primi.

ſunt nouiſſimi, id eſt, extremi, quia A Chriſtum non receperũt. Ethnici, qui erant nouiſſimi, facti ſunt primi, quia in Chriſtum crediderunt. Multi enim ex Iudæis ſunt vocati ad fidem Chriſtianam, pauci verò ex illis fuerunt electi. Ideoque Iudæorum natio, quæ prima erat, facta eſt poſtrema.

Multi vocati, pauci electi ex Iudæis.

Quemadmodum in parabola, illi, qui primi erant, & qui primi venerant in vineam, facti ſunt poſtremi in ſolutione denarij. Contrà verò, ij, qui nouiſſimi B & poſtremi erant, & poſtremi vocati erant in vineam, facti ſunt primi in receptione mercedis. Sic Iudæi, qui primi erant, & primi ad vineam colẽdam venerant, facti ſunt nouiſſimi. Et Ethnici, qui nouiſſimi erant, & nouiſſime ad vineam ſunt vocati, facti ſunt primi in Eccleſia. Id verò, quod dicitur, murmuraſſe primos, ꝙ ſibi adæquarentur nouiſſimi, Iudęorum murmurationem ſignificat aduerſus Chri C ſtianos, qui primi facti ſunt.

Obiectio.

Obijcies huic expoſitioni, in parabola primos, & nouiſſimos eandem recepiſſe mercedem, ſ. denarium; at Iudæos factos nouiſſimos, non recipere mercedem, quam recipiunt Chriſtiani, videlicet cœleſtem gloriam, ſed pęnis tartareis mancipari.

Reſpõſio ex Chryſoſt.

Propterea namque addit Dominus: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*, ſ. Iudæi. Reſpondetur cum Chryſoſtomo, loco indicato, D in parabolis non oportere rei ſignificatæ accommodare omnia ad amuſſim: In parabolis (ait) non oportet nimia cura in ſingulis verbis perangi. Sed cum quid per parabolam intendat Dominus, didicerimus, inde vtilitate collecta, nihil vlterius, anxio conatu, inueſtigandum eſt. Sic ille. Scopum parabolæ propoſuit Dominus, in fine cap. 19. Matth. dicens: *Multi erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* Hoc, ꝙ E propoſitum eſt, ij, oſtendunt vineæ primi operarij, facti nouiſſimi in ſolutione mercedis; & nouiſſimi operarij, facti primi in eadem ſolutione. Non autem indicat parabola, Iudęos incredulos, & Ethnicos credẽtes eadem mercede donari. Id namque rei ſignificatæ non congruit, vt etiam docet Ianſenius, ſed tantùm oſtendit, Iudæos pri-

A mos factos eſſe nouiſſimos, & Ethnicos nouiſſimos factos eſſe primos. Denarij verò, & mercedis ſolutio indicat quidem, Deũ operantib. mercedẽ ſoluere, ſed non Iudęis incredulis, de quib. addit: *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.* Quę verba probant, non oẽs mercedẽ ęternæ vitę recipere, ſed paucos ex Iudęis, qui Chriſtum recepẽrũt, & fideles fuere vineę operarij.

Auctor imperfect. ait, primos ap- B pellari Iudęos, nouiſſimos Ethnicos. Illa autẽ verba: *Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*: cenſet ſignificare ęqualitatem: Aut [inquit] ideò Chriſtus dicit, primos futuros nouiſſimos, & nouiſſimos primos, non vt nouiſſimi digniores ſint; quã primi; ſed vt coęquẽtur, &c.

Autoris imperfecti ſententia.

Eadem eſt Aug. interpretatio ſerm. 59. de verbis Domini: Æquati [inquit) ſunt omnes operarij, & facti ſunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſi- C mi; quia tantundem acceperunt & primi, & nouiſſimi. &c. Item: Erimus in illa mercede omnes ęquales, tamquã primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi; quia denarius ille vita ęterna eſt, & in vita ęterna omnes ęquales erũt, &c.

Auguſtin.

Sequitur hunc ſenſum Titelmannus: Fiunt (inquit) nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi, i. in retributione ęquantur, qui primi laborauerunt, & qui nouiſſimi, &c. i. antiqui Patres, qui ante D Chriſti aduentum vixere, & qui poſt aduentum Chriſti vineam coluere, eundem denarium accipient. Æquales autem erunt non meritis, & præmio, ſed vitę æternitate. Quamobrem adijcit Auguſtinus.

Quamuis meritorũ diuerſitate fulgebunt, alius maius, alius minus; ꝙ tñ ad vitam ęternam pertinet, æqualis erit omnibus. Alio modo ibi erit caſtitas coniugalis, alio modo ibi erit inte- E gritas virginalis, alio modo fructus boni operis, alio corona paſſionis. Illud alio modo, aliud alio modo; tamen quantum pertinet ad viuere in æternum, nec ille plus viuit illo, nec ille plus illo. Denarius vita æterna eſt. Sic Auguſtinus.

Diuerſi erunt in cœlo gradus gloriæ.

Et Tertullianus lib. de monogamia, cap. 10. Licet (inquit] merces varia, licet multæ manſiones penes Patrem, eundem, vno denario

Auguſtin. Tertulliã.

eiuſdem mercedis operari, id eſt, vitæ æternæ, &c.

At parabola ipſa indicat, verba illa non ſignificare æqualitatem, ſed diſparitatem. Illi enim primi dicuntur, quibus priùs denarius eſt datus; illi nouiſſimi, quibus datus eſt nouiſſimè. Cùm verò dicuntur primi facti nouiſſimi, ſignificatur, eos, qui primi erant, à primo loco decidiſſe in poſtremum; cùm dicuntur nouiſſimi facti primi, indicatur, eos, qui nouiſſimi erant, ad primũ locum aſcendiſſe, non autem æquales eſſe factos, vt conſtat ex cap. 13. Luc. & ex ipſa verborum ſignificatione.

Lyrani ſenſus. *Denarius gratiam indicat.*

Lyranus de Iudæis, & Ethnicis parabolam exponit; denarium verò non vitam æternam, ſed gratiam ait ſignificare, quã tùm Iudæis conuerſis, tum Ethnicis Deus donat in hac mundi veſpera. Vocauit Deus diuerſis horis, id eſt, ætatibus, iuxta hanc ſententiam, operarios. Vndecima vocauit Gẽtes. Iudæi exiſtimabant, non adæquandos ipſis Gentiles in donis Dei, quod indicat in parabola murmuratio operariorum primorum. Attamen ſunt adæquati. Lege cap. 11 Actorum.

Acceperunt itaq; nouiſſimi, id eſt, Ethnici conuerſi, denarium, & facti ſunt primi. Primi verò, id eſt, Iudæi, facti ſunt nouiſſimi, id eſt, infideles, & inſtar Ethnicorum, quia plerique eorum Meſſiam non receperunt. Multi enim Iudæorum ſunt vocati, pauci verò ad gratiam, & gloriam electi. Horum verborum: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*: alia eſt interpretatio, cuius fecimus mentionem paulò antè: Multi ſunt vocati a Deo, pauci verò ſunt electi; quia pauci ſunt, qui ad magnã quamdam virtutem, & prærogatiuas miniſtrorum noui Teſtamenti, ſunt electi. Sed cùm nomen, *Electus*, in Scriptura eos ſignificare ſoleat, qui à Deo in gratiam, gloriamque eligũtur. Iuxta illud Pauli 2. Timoth. 2. *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, &c.* Multo potior eſt altera explanatio: Multi ſunt vocati ad fidem ex Iudæis, pauci verò electi. De Chriſtianis verò eadem verba dicuntur in parabola altera, Matth. 22. Eſtque explicandus locus vnus ex altero.

Multi vocati, pauci electi, quo ſit intelligendum. Matth. 22.

A Auctor imperfect. hæc verba de Ethnicis exponit: Ad Gentes [inquit] pertinent: quoniam ex ipſis Gentib. qui multi vocati ſunt, pauci ſunt eligendi, &c. Et etiam Gregorius loco citato: Terribile (inquit) eſt valdè, quod ſequitur: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*. Quia & ad fidem multi veniunt, & ad cœleſte regnum pauci perducũtur, &c. Eodem modo interpretatur Beda. Haymo ſic: *Multi ſunt vocati* per B fidem, *pauci verò electi* per operationẽ, &c. Euthymius hoc pacto: *Multi ſunt vocati* ad fidem, pauci verò acquieſcunt, &c. Et interlinearis: *Multi ſunt vocati* ad fidem, *pauci verò electi* ad regnum. Sed aduertendum eſt, Chriſtũ addidiſſe particulam, *enim: Multi enim ſunt vocati, &c.* quæ cauſam reddit. Oportet ergo ita hæc verba explicare, vt cauſa reddatur. Poſſumus illud: *Erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi*: non ad C Iudæos ſolum, ſed ad Chriſtianos quoque protendere, hoc pacto: Dixerat Dominus, præmium magnum illos reportaturos, qui omnia relinquerẽt, & ipſum ſequerentur. Addit, multos præmium cœleſte non conſequuturos, qui in mundo primi viderentur. *Multi (inquit) erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*. hoc eſt, Multi, qui in hoc terrarum orbe primi videntur, vt Iudæi, qui legem à Deo acceperunt, & quib. Meſ- D ſias promiſſus eſt; & multi alij etiam ex vocatis, & Chriſtianis, qui diuitijs, honoribus, & dignitatib. præcellent. *Erunt nouiſſimi*, quia à cœleſti præmio excludentur: *Multi enim ſunt vocati* ad fidem, *pauci verò electi*. Parabola autem oſtendit, primos fieri nouiſſimos, & nouiſſimos primos, vt dictum eſt.

D. Gregor. *Haymo.* *Euthym.* *Nouiſſimi primi.*

CAPVT XVII.

E *De parabola operariorum vineæ.*

Morale.

VIta hominum, vt parabola docet, vtque Origenes ait homil. 10. in Matth. dies vna eſt. Horas habet varias, primam, tertiam, ſextam, nonã, vndecimam, hoc eſt, ætates diuerſas, pueritiam, adoleſcentiã, virile robur, ſene-

Vita hominum dies una eſt, multas habẽs horas, i. ætates.

ſenectutem, ætatemque decrepitam. Vt dies; ſic vita tota, vt horæ, ſic ætates volant, breuique temporis ſpacio tranſeunt. Vna trudit alteram, præcedentem ſequens impellit. Sequitur hora vna alteram, neque reuocari poteſt aut vllo fræno retardari. Eundem in modum ſequitur ætas vna alterã, nec retrò duci poteſt, aut vllo modo retineri. Non poſſunt duæ ſimul eſſe horę vt vna adſit, neceſſe eſt alteram deſinere. Sic non poſſunt duæ ſimul exiſtere ætates, vt vna adueniat, neceſſe eſt perire alteram. Nemo ſimul puer eſt, & adoleſcens, vir, & ſenex: quemadmodum neque ſimul hora prima eſt, & tertia, aut ſexta, & nona. Diſquirat quiſque apud ſe (ait Philo in lib. de Ioseph, pag 468.) teſtimonium, domi inueniet, præſertim ſi quis eſt ætate prouectior. Is fuit aliquando infans, mox puer, deinde adoleſcens, poſteà iuuenis, poſteà vir, poſtremò ſenex; ſed nõ ſimul omnia. Nonne infans puero cedit, puer adoleſcenti, adoleſcens iuueni, iuuenis viro, vir ſeni? Singulæ ætates decedendo præmoriuntur, &c. Itaq; vt vna ætas veniat, alteram mori oportet; vt ſequentes anni exoriantur, opus eſt præcedentes occumbere. Sic videmus præcedentia aſtra occidere, vt ſequentia poſſint oriri. Ideoque ſapiens ille Lælius, vt ſcribit Seneca in fine lib. 6. natur. quæſt. dicenti cuidam: Sexaginta annos habeo, eleganter reſpondit: Hoſne dicis ſexaginta annos, quos nondum habes? &c. Præteritos annos, & horas, & ætates non habemus, neque etiam habemus futuras. Per momenta, punctaque temporis fugientis viuimus. Ex die vitæ, & horis, puncta habemus quædam. Vnde illud eſt eiuſdem Philoſophi, eodẽ libro: Neque illud, quod futurum eſt, meum eſt, nec quod fuit, in puncto fugientis temporis pendeo, &c.

Pereunt ætates, dum ſibi ſuccedant.

Philo.

Seneca.

Tandem dies hęc, id eſt, vita noſtra horis, id eſt, ætatibus, conſtans morte clauditur. Quid nocti ſimilius eſt, quã mors? Vt mors nox eſt, obſcura nox lucem diei eripit nobis, ſic lucem vitę eripit mors. Mœſta nox, mœſta mors. Diei finis nox, vitæ finis mors. Nocte clauditur dies, morte clauditur vita. Quæ etſi eſſet longiſſima, inſtar vitæ Adami, qui pluſquàm nongentos vixit annos; cum æternitate tamen comparata nihil haberet longitudinis. Cùm ergo ad pauciſſimos annos ſit redacta, quis eam longam eſſe affirmare audebit? Poſtquàm præterit, quam breuis ſit, oſtendit. Ex præteritis annis futuros metire, vt præteriti præterierunt, ſic futuri præteribunt, & auolabunt. Recole annos ab Adam (ait Auguſtinus Pſalm. 36. conc. 1.) vſque ad hodiernum diem. Percurre Scripturas, heri penè Adam ille de paradiſo lapſus eſt. Vbi ſunt præterita tempora? Sic pauca, quæ reſtant, vtique tranſibunt. Si toto illo tempore viueres, ex quo Adam de paradiſo dimiſſus eſt, vſque in hodiernum diem, certè videres vitam tuam non fuiſſe diuturnam, quæ ſic auolaſſet, &c. *Mille anni* [vt eſt in Pſal. 89.] *ante oculos Dei, tamquam dies heſterna, quæ præterijt.* Ideoque meritò ait Auguſtinus, heri pene Adam de paradiſo terreſtri expulſum.

Vita dies nocte clauditur, id eſt, morte. Breuiſſima eſt vita hominis.

Pſal. 89.

Conſidera, quæſo, quàm paucis conſtet horis vita noſtra. Diem eſſe dixi vitam, multò minor eſt, quàm dies, ſi æternitatem, oculoſque Dei ſpectes. Siquidem ex menſura Dei, & ante Dei oculos, mille anni tamquam dies heſterna ſunt. Vita autem noſtra, vt eodem legitur Pſalmo, *ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus*, Hæbraicè, גבורות *geburoth*, id eſt, *in fortitudinibus* in robuſtis, & firmis corporibus; Grecè, *ἐν δυναστείαις*, in dynaſtijs, id eſt, *in potentatibus*, & potenti valetudine præſtantibus, *octoginta anni. Et amplius eorum labor, & dolor.* Hoc eſt, Quidquid amplius eſt vitæ, quidquid his annis additur, labore, & dolore plenum eſt. Græcè, *τὸ πλεῖον αὐτῶν*, hoc eſt, Quod plus eorum, labor eſt, & dolor. Vel, Amplius eorum, id eſt, maior horum annorum, quib. vitam ducimus, pars doloribus, & laboribus completur. Priorem interpretationem ſequutus eſt Hieronymus, qui ſic vertit: *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis, Si autem multùm octoginta anni, & quod amplius, eſt labor, & dolor, &c.* Et epiſt. 34. ad Iulianum: Audi Dauid: *Anni vitæ noſtræ ſeptuaginta anni; ſi autem amplius*

Pſalm. 89.

A

octoginta Quidquid ſupereſt, labor, & dolor eſt, &c. Confer annos ſeptuaginta, vel octoginta; laboribus plenos, ſi tot viuere contingat, cum annis mille: Mille anni ſicut dies heſterna ſunt in conſpectu Dei. Quid igitur anni ſeptuaginta erunt? Paucæ videlicet horulæ.

Pſalm. 89.

Additur eodem Pſalmo: *Et cuſtodia in nocte.* hoc eſt, Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies heſterna ſunt; & tamquam cuſtodia, id eſt, vigilia noctis, quæ tres continebat horas, vt diximus ſuprà.

B

Si mille anni ante oculos Dei, tamquam vigilia trium horarum ſunt; quid vita erit, quinquaginta, vel ſeptuaginta annorum? Sanè nihil erit. Vnde ſequitur eodem Pſalmo: *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt, &c.* Et

Pſalm. 38.

Pſalm. 38. *Subſtantia mea*, id eſt, ſubſiſtentia mea, *tamquam nihilum ante te, &c.* Hebraicè, חֶלְדִּי *cheledi*, id eſt, tempus meum. Hieronymus: *Vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo.*

C

Huc ſpectat il-

D. Auguſt.

lud Auguſtini Pſalm. 36. conc. 2. Appende (inquit) mille annos contra æternitatem. Quid appendis cum infinito, quantumcumque finitum? Decem millia annorum, decies centena millia, ſi dicendum eſt, & millia millium, quæ finem habent, cum æternitate comparari non poſſunt, &c.

Vita breuis eſt, tempus eſt operādi.

Breue autem huius vitæ tempus, operandi tempus eſt, non otiandi.

D

Hoc indicat parabola, in qua operarij vocantur, vineæque diligenter operā dant. Quantò tempus eſt breuius, tantò operari oportet ardentiùs. Operarios nos eſſe oportet, ſi mercedem cōſequi cupimus. Non ſoluitur merces otioſis in foro ſtantibus, ſed operarijs in vinea laborantibus.

Iob. 5.

Iob 5. *Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum, &c.* Naſcitur homo ad laborem, non quēcumque, ſed fructuoſum, & ſanctum,

E

qui diuinum pariat præmium, alaſq; illi paret, quibus in cœlum vſque velut auis volet Non autem ad laborem vanum, inutilem, iniquum, qualis illorum erat, qui Sapient. 5. aiūt: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis; & ambulauimus vias difficiles &c.* Nihil la-

Sapient. 5.

D. Auguſt.

borioſius iniquitate (ait Auguſtinus Pſalm. 9) & impietate; quem laborem ſequitur dolor. Quia non ſolùm ſine

A

fructu, ſed etiam ad perniciem laboratur, &c Naſcitur homo ad laborem auis verò ad otiū. Vnde illud Matth. 6. *Volatilia non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, &c.* Homines ſumus, non aues. Aues otioſè cantando viuunt, volando, ac ludendo; homines laborando vitam ducunt. Iuxta illud

Pſ. 124.

Pſalm. 124 *Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua, &c.* Neque mirum, ſi otientur aues, laborent homines; ſi-

B

quidem nullum premium poſt mortem datur auibus, maximum datur hominibus, vt dicitur eodem Pſalm.

Pſ. 124.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos, &c. Ex Hebræo verti poſſunt verba citata: *Homo naſcitur ad laborem, & filij prunæ, ſiue prunarum, vel ignis, eleuabunt volatum.*

Superbia.

Etenim qui ſe homines eſſe nouerunt, quique ratione illuminata à fide vtuntur, laborem ſectantur in terra, vt quietem

C

tandem aſſequantur in cœlo. At filij prunarum, ignisque tartarei, humilitatem, pœnitentiam, laboreſque fugiūt qui in cęlum viam muniunt, volatūque eleuant, diuitiarum, & ſuperbiæ alis alati. Aues ſe eſſe exiſtimant, non ad laborem, ſed ad volatū natas.

Pſal. 72.

In labore hominum non ſunt, vt eſt in Pſalmo 72. ſed in labore erunt dæmonum.

Operarios vocat De⁹ ad operandum.

Operarios conducit paterfamilias, operarios vocat Deus, qui opera exer-

D

ceant ſancta.

Ad Tit. 2.

Quod Paulus ad Titum 2. manifeſtè docet his verbis: *Dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum, &c.* Græcè, populus acceptabilis dicitur περιούσιος, id eſt, *acceptabilis*, & vt Hieronymus in epiſt. ad Titum interpretatur, *populus peculiaris. Sectator bonorum operum*, Græcè dicitur ζηλωτὴς καλῶν ἔργων, id eſt, *zelotes bonorum*, vel

E

pulchrorum operum. D. Hieronymi contextus ſic habet: *Vt mundaret ſibi populū egregium, ęmulatorem bonorum operum, &c.*

Populus Chriſtian⁹ ſectator, & æmulator bonorū operum.

Vide ergo qualem populum ſuum velit eſſe Chriſtus, videlicet, operarium; neque ſolùm operarium, ſed ſectatorem, zelotem, & ęmulatorem bonorum operum, qui magno feruore, & zelo rectè operandi ardeat.

D. Chryſ.

Audi Chryſoſtomum in hæc verba ſcribē-

tem:

Digitized by Google

A tem: Vides (inquit) vt non ſimpliciter à nobis opera virtutis exigantur? Addidit nēpe Paulus, *ſoſtatorem*, hoc eſt, magna cum alacritate, atq; ingenti ſtudio, & animo, virtutis opera capeſſentē. Qua in re vehemētia quędam adſit neceſſe eſt, oīnò laudabilis, &c.

Mercenarij dies sūt dies hominis.

Iob. 7. *Sicut dies mercenarij ſunt dies hominis.* Quēadmodum mercenarius tota laborat die; ſic is, qui cæleſtē mercedem conſequi vult, tota laborat vita.
B *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,* ait Dominus Adamo Geneſ. 3. Vt ſudore comparatur terreſtris cibus; ita ſudore, & labore cōparatur cæleſtis. Vt ſudore, & labore comparantur terreſtres opes; ita etiam cœleſtes. Sapien. 19. *Honeſtauit illum laboribus,* &c. Græcè, ἐπλούτησεν αὐτό, hoc eſt, *locupletauit illum.* In laborib. enim, & propter labores, operaq;, operarios ſuos locupletat Dominus opibus cœleſti-
C bus. In paradiſo illo voluptatis collocauit Deus Adamum, Geneſ. 2. *vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Ita nos in hoc orbe collocat, vt operaremur, & animā cuſtodiamus. Operaretur Adamus in paradiſo, magna cum dilectatione, ſi ſtetiſſet. Sic etiam virtutis ſtudioſi, etſi cum labore magno, tamen cum gaudio, quod ex operib. bonis, & ſpe præmij, percipiunt, operantur. Augu. Pſal. 127. Labores [inquit]
D ipſi non ſunt ſine gaudio, propter ſpem. Modò nos ipſi labores noſtri iucundant, & lætos nos faciunt de ſpe, &c. Item: Si ſpes tam dulcis eſt, quātò res dulcior erit? Hæc ille.

Tempus operandi vita eſt.

Tempus operandi vita eſt, tempus mercedem recipiendi eſt mors. *Cùm ſerò factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, &c.* Breuis eſt labor, longiſſima quies, nempe æterna, breue eſt
E tempus, quo operamur; æterna duratio, qua prēmio operum perfruemur. Non ſolùm temporalem [ait Auguſtinus Pſal. 36. conc. 1.] voluit laborē tuum Deus; ſed etiam breuem. Paucorum dierum eſt tota vita hominis, &c. Pſal. 103. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam, vſque ad veſperam, &c.* Exibit (inquit) homo non ad otium, non ad ludos, non ad iocos,

A aut voluptates, aut delicias, aut diuitias captandas; ſed ad operationem. Ad operationem verò, nō brutorum animantium, ſed ad operationē ſuā, id eſt, hominis ratione præditi, & ad operationem hominis Chriſtiani; idque *vſque ad veſperam,* id eſt, vſque ad mortem. Operandi finis veſpera eſt, laboris meta mors eſt; ſequitur quies, merces; prēmium ingens. Apocalyp. 14. *Amodò iā dicit Spiritus, vt requieſcant*
B *à laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos, &c.* Sequūtur operarios opera, non hic manent. Non ſequuntur nos diuitiæ, honores, voluptates; ſola ſequuntur, comitantur opera, ſiue ea bona ſint, ſiue mala: mala, vt puniantur; bona, vt remunerētur. Hinc illud D. Bernardi ſermon. ad Clericos, cap. 15. Non tranſeunt [inquit] opera noſtra, vt videntur; ſed temporalia quæque veluti æternitatis ſemi-
C na iaciuntur, &c. Videat vnuſquiſq;, quænam ſemina iaciat, hoc eſt, quæ opera faciat: nam vt ſementem fecerit, ita & metet; de fructu manuum dabitur ei. Operum autem bonorū, ſiue malorum nomine, etiam cogitationes, & verba intelligenda ſunt. Sicut. n. opera, ita cogitationes, & verba, vel præmiū pariunt, vel ſuppliciū.

Sequuntur nos operæ, nō diuitiæ.

Prouerbior. 31 de forti illa muliere, & operatrice, quæ fortem, & ope-
D ratricem adumbrat animam, legitur: *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius, &c.* Sic forti animæ, & operatrici datur præmium maximum, de fructu manuū, id eſt, operum; laudantq; eam in portis, hec eſt, publicis cœli locis. opera eius, laudabuntque, in publico totius orbis theatro, extrema iudicij die. Pſal. 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.*
E Conſidera, quæſo, quid de forti illa, & ſtrenua muliere Salomon prædicet eodem c. 31. *Panem* [inquit] *otioſa non comedit,* id eſt, Procul otium a mādauit. Prætereà: *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum,* nimirum ad operandum alacriter, atque ſtrenuè. Item: *Manum ſuam miſit ad fortia. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris* (hoc eſt, mer-

Deſcriptio mulieris uigilātiſſimę.

cato-

A catoris, vel negotiatoris, Hebraicè, סוחר *ſocher) de lōgè portans panem ſuum, &c.* Non ſatis illi dies erat ad operan-
dum. *Non extinguetur* (inquit) *in nocte lu
cerna eius*. Item: *De nocte ſurrexit, &c.*
Vmbram vides operatricis, & ſtre-
nuæ animæ. In primis, *Panem otioſa nō
comedit*. Deinde, *Accinxit fortitudine lum
bos ſuos*. Expedit ſe, et rōborat brachiū
ſuum ad operādum. *Manum ſuam mi
ſit ad opera fortia*, & factu difficilia. In-
B ſtar nauis, in cęlum mente, cogitatio-
ne, & precationibus nauigat, vt inde
cibum ſibi, id eſt, diuinam paret gra-
tiam. Bonis verò operibus, non diem
tantùm, ſed noctis etiam partem vigi
lando impertit. Quid opera hæc con-
ſequuta ſunt? Audi eundem Salomo-
nem: *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diui-
tias, tu ſupergreſſa es vniuerſas, &c.* Item:
*Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam præ-
dicauerunt, vir eius & laudauit eam* Pręterea: *Ridebit* (inquit) *in die nouiſſimo,*
C *&c* Eundem in modum anima, quæ
operatrix ſtrenua eſt, vigilantia, ope-
ribusque ſuis diuitias congregat ma
maximas, cœleſteſq; theſauros; quā-
toque operibus, & ſanctitate, tantò
cœleſtibus opibus, pręcellentior eſt
alijs. Beatiſſimam illam cœleſtis præ
cant Ieruſalem incolæ; terreſtris,
laudat eam ſummus Rex Chriſtus.
Denique ridebit, exultabit, gaudioq;
D triumphabit, in die nouiſſimo iudicij,
quo in conſpectu omnium hominū,
& Angelorum, illius bona opera, red
ditumque illis præmium apparebit.
Facta eſt nauis inſtitoris, id eſt, mercato-
ris, ſiue negotiatoris, anima opera-
trix, quæ auro, argento, gemmisque,
id eſt, bonis operibus, onerata naui-
gat in cęlum.

Naues poma portantes q̄ ſint.

At qui bonis operibus vitam minimè impertiunt, naues ſunt poma por
E tantes. Iuxta illud Iob. 9. *Dies mei per-
tranſierunt, quaſi naues poma portantes,
&c.* Honores, diuitiæ, huiuſmodique
alia, quibus vitam homines certatim
onerant. Nonne poma quædam ſua-
uia, & odorifera ſunt, quæ paucis die-
bus putreſcunt? Atque vtinam hæc
tantùm poma hæ naues portarēt; ſed
non hęc ſolū, ſed peccata portāt mor-
tifera, quibus onuſtæ, atq; oppreſſę

A Orci profundo abſorbentur.

Fides non ſufficit ad ſalutem.

Nō ſatis eſt fides, non poteſt ea ſo-
la à captiuitate ęterna hominem libe
rare, niſi adſint bona opera. Quem-
admodum in vrbe, murus adiungitur
antemurali, ſic in homine, caritas, &
opera adiungēda ſunt fidei. Sicut an-
temurale ſolùm vrbem non defen-
dit, ſed cum muro coniunctum; ſic fi-
des ſola non defendit à captiuitate ę-
terna hominem, ſed cum caritate, &
B operibus copulata. Nam qui fidem ſo
lam habet, abſq; caritate, tartarei ho
ſtis captiuus eſt. Eſſe autem fidem an-
temurali ſimilem, caritatem verò, &
bona opera muros, docet D. Hierony
mus, ad illa verba Iſai. 26. *Ponetur in
ea murus, & antemurale; &c* Murus (in-
quit) bonorum operum, & antemura
le fidei. Non enim ſufficit murum ha
bere fidei, niſi ipſa fides bonis operi-
bus confirmetur, &c. *Abijciamus opera
C tenebrarum, & induamur arma lucis*, ait
Paulus ad Ro. 13. Tenebroſa opera,
id eſt, mala opera, & crimina, procul
ſunt abijcienda. Arma verò lucida,
atque ſplendida induenda virtutes
ſunt, operum bonorum radijs fulgen
tiſſimę, quæ nos muniunt, & à ſeruitu
te hoſtis tuentur. Cardinalis Caieta-
nus, arma lucis interpretatur opera
bona; Opera (inquit) æternæ ſalutis
meritoria, quę appellātur *Arma lucis*;

Arma lucis sūt Bona opera.

D arma ſunt, tum defenſiua, tum offen-
ſiua hoſtiū, virtutè diuinę gratię. &c.
Pſal. 127. beatus dicitur, qui labores
manuum ſuarum in terra mandu-
cabit: *Labores manuum tuarum quia mā
ducabis, beatus es, & bene tibi erit, &c.* Sed
multò beatior erit, q̄ labores manuū
manducabit in cœlo. Operariorum
cibus eſt labor. Labores manuū ſua-
rum operarij terrę manducant, quia
terrenos cibos comparant laboribus.
E Labores manuum ſuarum mandu-
cant operarij cœli, quia cibos labori
bus comparant cęleſtes. Quales la-
bores, tales ſunt cibi. Labores, quos
propter caduca bona toleramus, cadu
cos ferunt cibos Labores verò, quos
propter æterna bona exanthlamus,
æternas pariunt epulas, quæ famem
penitus, ſitimque, ſumma cum volu-
ptate reſtringunt. O quàm iucundus
eſt

Digitized by Google

eſt labor in cęlo; iã non labor eſt, ſed dulcis cib. In terra labor toleratũ; in cęlo labor mãducatũ. In terra amar⁹ eſt. Quantò in terra amarior, tantò in cęlo dulcior. D. Aug. legit: *Labores fructuum tuorum manducabis, &c.* Grecè enim legitur, *πόνους τῶν καρπῶν σου, καρπὸς* autem ſignificat fructum, ſed etiam ſignificat manum, vt docet D. Hieronymus epiſt. 141. ad Marcellã ſiue volam manus. Propriè dicitur iunctura illa, qua brachium cum manu coniungitur. Itaque hoc loco pro manibus, vel palmis ſumitur, vt ex Hebręo, כפיך *cappecha* conſtat. *Labores manuum, palmarum tuarum, quia manducabis.* Lege Auguſtinum, & Hieronymum locis citatis.

Portauimus pondus diei, & ęſtus, aiunt parabolæ operarij. Et quidem verè. Pondus enim laboris magnum, & ęſtum portant boni operarij; ſed cùm pondus denarij conſiderant, pondus laboris, & æſtus libenter portant. Pro pondere enim æſtus, pondus accipiũt immenſum gloriæ. Iuxta illud Pauli 2. Corinth. 4. *Id, quod in prę ſenti, eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtre, ſupra modum in ſublimitate, ęternum glorie pondus operatur in nobis, &c.* Græcè, *καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν.* id eſt, *ſecundùm hyperbolem, & exuperantiam, in hyperbolem, & exuperantiam, ęternum põdus operatur.* Operantur operarij; operatur etiam momentaneum pondus laboris, & æſtus, quod portant. Operatur, inquam (vt Paulus ait) æternum, & inexplicabile gloriæ pondus. Operantur operarij opera, ipſa verò opera operantur gloriæ immenſum pondus. Magnum habet põdus denarius, qui operarijs ſoluitur; magna argenti continet pondera, imò auri. Indicat enim denarius æternam vitam (vt ex Auguſtino diximus) ſumma gloria præditam, quamuis diſpar gloria diſparibus tribuatur operibus.

Opera laborum noſtrorũ quid operentur.

Portant ergo operarij põdus diei, & æſtus, ſub laboris, & æſtus pondere ſudant; ſed molliſſimo linteo ſudorem abſtergunt, ſpe ſcilicet denarij ęterni, id eſt, gloriæ. Eximium illum operarium Paulum, hoc linteo ſudorem abſterſiſſe ait Gregorius Iob. 7.

A Quomodo (inquit) Paulus remunerationis linteo ſudores tanti laboris tergat, ipſe denunciat, dicens ad Ro. 6. *Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis.* Sic Gregorius. Auguſtinus ſerm. 6 de verbis Domini: Opus (inquit) te terret? mercedem vide. Quare peruenire vis delicatus ad eam rem, ad quam non perducit niſi labor? &c. O operarie, terret te vineæ

B opus, terret te pondus diei, & æſtus? Sudore perfluis? Accipe ſudariolum, quo ſudorem abſtergas, denarium æternum ante oculos propone. Ad quietem, quæ fine caret, non perducit niſi labor, qui finem habet. Vt laborem feras, aſpice quietem. Lib 2. Paralippomen cap. 15. *Confortamini* (ait Azarias) *& non diſſoluantur manus veſtrę. Erit enim merces operi veſtro, &c.* Mercedis recordatio operarium ro-

C borat, confirmatque manus, ne diſſoluantur. *Confortamini ergo, & non diſſoluantur manus veſtrę*, ò operarij vineæ Domini. *Eſt merces,* & quidem immenſa, *operi veſtro.* Apocalyp. cap. vltimo: *Ecce venio citò* (ait Dominus) *& merces mea mecum eſt, &c.* Iſai. 40. *Ecce Dominus veniet, & merces eius cum eo, &c.* Ad Galat. 6. *Bonum facientes non deficiamus: tempore enim ſuo* (id eſt, ad veſperam mortis) *metemus non deficientes, &c.* Au-

Merces laborum immẽſa nobis promittitur.

D diemus tunc vocem illam patrisfamilias ſuauiſſimam: *Voca operarios, & redde illis mercedem, &c.* Denarium pretij immenſi accipient illi, qui non defecerint, ſed diligenter ad mortem vſque fuerint operati. Quòd ſi aliquid purgandum habuerint, purgabit ignis. Non. n. datũ merces hæc, vel leuiſſimo peccato nondũ expurgato.

Eccleſiaſtici 18. *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei ma-*

E *net in æternum, &c.* hoc eſt, Ne deficias. ad mortem vſque iuſtitiæ operam nauã; quia merces ęterna eſt. Æterna autem merces labore digna eſt, qui ad mortem vſque non deficiat. Hinc illud Auguſtini Pſalm. 36. ad illa verba: *A Domino greſſus hominis dirigentur, &c.* Vtiq; pro ęterna requie labor æternus ſubeundus erat. Æternam fęlicitatem accepturus, æternas paſſio-

Æterno prę mio breuis labor compenſatur.

nes

Digitized by Google

nes ſuſtinere deberes. Sed ſi æternū ſuſtineres laborem, quando venires ad æternam fælicitatem? Ita fit, vt neceſſario temporalis ſit tribulatio tua, qua finita, venias ad fœlicitatem infinitam, &c. Æterno laborē digna eſt ęterna fœlicitas; at non eſt æternus labor, ſed breuiſſimus. Quis igitur nō ſuſtineat libēter pōdus diei, & ęſtus, vt pondus æternæ fælicitatis conſequatur? Audiamus eundem Auguſtinum, eodem loco: Si per totam vitam ſuam homo in laboribus, & ærumnis eſſet, in doloribus, & in tormentis, in carcere, & in plagis, in fame, & ſiti, omnibus diebus, omnib horis, per totam vitam ſuam, vſque ad ætatem ſenectutis; pauci dies ſunt tota vita hominis. Quo labore tranſacto, veniet regnum ęternum, & ſine fine fęlicitas. Pro quanto labore, quantam mercedem accipimus! &c. Ergo vt boni vineæ operarij ne deficiamus, portemus pondus diei, & æſtus, vt mercedem æternam conſequamur. In mercedem ipſam conijciamus mentis oculos, ſi deficere vires nolumus. Si vis ſuſtinere laborē (ait Aug. loco indicato) attende mercedē. Nam & operarius in vinea deficeret, niſi attēderet, quid accepturus eſſet. Cùm autem attenderis, quid ſis accepturus, oīa tibi erūt vilia, quæ pateris, nec digna ęſtimabis, pro quib. illud accipias, &c.

Accipient operarij omnes denariū eundem, id eſt, æternam vitam, & regnum cęlorum; ſed diſparem accipiēt gloriam. Qui grauiores, pluresque labores tulerit, qui plura bona opera fecerit, is maiori donabitur pręmio. Denarius (ait Auguſtinus lib. de ſancta virgin. c. 26.) aliquid ſignificat, qđ omnes communiter habebunt; ſicuti eſt ipſa vita ęterna, ipſum regnum cœlorum. *Stella tamen ab ſtella differt, in gloria; ſic & reſurrectio mortuorum.* Hæc ſunt merita diuerſa Sanctorum. Si enim cœlum ſignificaretur illo denario, nonne in cęlo eſſe, omnib. eſt commune ſyderibus? Et tamen alia eſt gloria [id eſt, claritas] Solis, alia Lunę, alia ſtellarum, &c. Itē: *Multa ſunt manſiones apud Patrem.* Ioan. 14. In multis autem manſionib. honoratur alius

Diuerſa pręmia diuerſis meritis reſpondēt.

1. Cor. 15.

A alio clariùs, &c. D. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum: Vnus [inquit] denarius non vnum eſt pręmium, ſed vna vita, & vna de gehenna liberatio. Noſtri laboris eſt, pro diuerſitate virtutum, diuerſa nobis pręmia præparare, &c. Accipient ergo omnes meritam denarij mercedem.

Sed numquid aliqui murmurabūt? Numquid erit in cęlo oculus nequā? Minimè. Nulla ibi murmuratio eſt, B nullus oculus nequam, nulla inuidia; quia caritas corda omnium complet. Sic aliena gloria gaudent beati, vt ſua. *Numquid oculus tuus nequam eſt* [ait paterfamilias] *quia ego bonus ſum?* Ex bonitate cor prauum inuidiam depromit; ex bonitate verò illa Dei, ex qua veluti ex fonte omnium beatorum effluit gloria, nullus in cęlo depromit inuidiam, ſed ſummam omnes eliciunt caritatem, ſummamque lau- C dem Dei. Cernet nobilis eum, qui in terra obſcuriſſimo loco natus eſt, multò beatiorē. Cernet is, qui ditiſſimus fuit, pauperem gloria illuſtriorem. Cernet Rex ſeruum, quem pro nihilo ducebat, multò fulgentiorem. At oculo non cernet nequam, ſed amore, ac reuerentia pleno. Vaſa miſericordiæ appellat Paulus ad Ro. 9. prædeſtinatos: *Vt oſtenderet* [inquit] *diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ prępa-* D *rauit in gloriam, &c.* Hæc vaſa omnia, miſericordia, & gloria cęleſti complentur; completa nihil ſibi deeſſe putant, nemini inuident, aliorum gloriā ſuam eſſe arbitrantur.

In cęlo nulla futura eſt murmuratio.

CAPVT XVIII.

De operarijs otioſis.

Morale.

E QVid hic ſtatis tota die otioſi, ò operarij vineæ? ait paterfamilias. Cū immēſa merces operarijs parata ſit, cur non operamini? Numquid rñdere poteſtis: *Nemo nos conduxit?* Conducti iam eſtis, & vocati, ex denario cōuenistis cum patrefamilias; cur hic ſtatis otioſi? Hic, hoc in loco, in Eccleſia Dei, quæ locus ſummi negotij eſt, vos otiamini? Hic, in loco laboris, & ope-

operæ, vos ſub tegmine arborum recubatis? Hic in loco, in quo cęteri põdus diei & æſtus portant, vos delicijs vacatis? Hic, in loco pęnitentiæ, vos voluptatibus indulgetis? Hic, in valle lacrymarum, vos ridetis? Hic, in loco ſudoris, vos vnguentis madetis? Si paterfamilias vos non vocaſſet; ſi non conduxiſſet, ſi in vineam non veniſſetis, ſi vel Ethnici, vel Mauri, vel Turcæ eſſetis, non mirarer, ſi non operaremini. B Cùm verò & vocati ſitis, & immenſa mercede propoſita conducti, cùm ad vineam veneritis, cũ Chriſtiani ſitis. *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* hoc eſt, Cur operib. bonis non incũbitis? Cur pœnitentiam non agitis? Cur orationi non inſtatis? Cur ſuppliciorum, & præmiorum æternitatem non conſideratis? Cur caritatem, virtuteſq; reliquas in animo non plantatis? Cur vineã nõ colitis? Ideò, *Multi primi erunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* C Multi, inq̃, primi, i. Chriſtiani vitiorũ ſordib. cõmulati, in tartarũ præcipites agent. Multi nouiſſimi, id eſt, multi, qui nunc Ethnici ſunt, erũt primi; quia ad fidẽ conuertent, in vineam venient, & diligenter operabuntur.

Grauis increpatio aduerſus otioſos.

Vocatione ſua quis dignè ambulat.

Ad Epheſ. 4. *Obſecro vos* (ait Apoſtolus) *vt dignè ambuletis, vocatione, qua vocati eſtis, &c.* Is dignè vocatione ſua ambulat, qui id operatur, ad quod vocatus eſt. D Is indignè ambulat vocatione ſua, qui id non operatur, ad quod eſt vocatus. Qui ad vineam Domini vocati ſumus, non ad otiũ vocati ſumus, ſed ad op⁹. Is igiť vocatione ſua dignè ambulat, qui operať. Ille verò indignè ambulat vocatione ſua, qui otiať. D. Baſilius in Regul. breuior. interrog. 225. Qui (inquit) alicuius nomine congregati ſunt, prorſus ij animi illius propoſitum ſcire debent, à E quo congregati ſunt, atque ad ipſum ſeſe accommodare; quò videlicet gratiam ab illo inueniant, non malitiæ, aut negligentiæ iudicium incurrant. Vt enim qui vocati ſunt ab aliquo, ſi is metere vult, ad metendum ſe parant: itemque, ſi ædificare, ad ædificãdum. Sic quoque qui vocati ſumus à Domino, illorum Pauli Apoſtoli verborũ debem⁹ meminiſſe: *Obſecro vos,* A *vt dignè ambuletis vocatione veſtra.* Hæc Baſilius. Si ij operarij, qui ad ædificandũ, vel ij, qui ad metendũ vocati ſunt, non operentur, indignè vocatione ambulant, nihilque mercedis recipient. Eũdem in modum, ſi ij operarij, qui ad vineam, id eſt, aĩam ſuam colendam, vocati ſunt, non operentur, nihil accipient pręmij, ſupplicioque addicentur ſempiterno. Quiſnã paterfamilias vocatum operarium B ferat nihil agentem, ſub vmbra recubantem, atque ludentem, ſiue ſomno indulgentem? Quis ferat operarium tumultuantem, reliquos ab opere retrahentem, imò percutientẽ? Fert clementiſſimus paterfamilias huiuſmodi multos, qui indignè vocatione ſua ambulant; ſed niſi ad meliorem ſe recipiant frugem, grauiſſimas pęnas dabunt. Interrogat ſe D. Bernardus: Bernarde, ad quid veni- C ſti? Interroget ſe Chriſtianus ſæpiſſimè: Ad quid veniſti? Ad quid vocatus es in vineam? Ambula dignè vocatione tua, Chriſtiane; ambula dignè nomine tuo. Vocatus es ad opus, ne vaces otio; vocatus es ad colendam vineam, id eſt, animam, ne illã vitiorũ flammis exuras; vocatus es ad opera bona facienda, bona opera fac, opera mala fuge. A Chriſto Chriſtianus appellaris, vt Chriſtũ Chriſtianus imi- D teris, imitare Chriſtum; quæ ille opera fecerit, conſidera, illa ſectare. Debet Chriſtianus à Deo vocatus ambulare dignè vocatione ſua, debet quoque vocationem ſuam per bona opera certam facere. Iuxta illud D. Petri epiſt. 2. c. 1. *Magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis, &c.* Fit certa, & firma vocatio, & electio Dei per bona opera: hæc. n. in gratia Dei facta, ęternã E gloriã, ad q̃ vocati ſumus, promerentur. Quẽadmodũ operarius vineę certã facit mercedẽ ſuã, & denariũ, per opera, q̃ in vinea operať. Sic Chriſtianus certũ facit præmiũ ſuũ cęleſte, p opera bona. Qm̃ certũ eſt omnib. cũ gratia Dei recte operantib. æternam mercedẽ donãdã. Iuxta illud Matth. 5 *Gaudete, et exultate; qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cęlis, &c.* Certam, inq̃, facit

Bernardus Ad quid veniſti, ſe interrogat.

mer-

Digitized by Google

mercedem ex parte obiecti, non ſubiecti. Certiſſimum eſt enim ex fide, bene cum gratia Dei operantib. æternam dari mercedem; non tamen certò ex fide operantes credunt, ſe & in gratia eſſe, & mercedem eſſe conſequuturos. Quemadmodum verò operarius, qui otioſus in vinea vagatur, vocationē ſuam facit irritam, nihilq; conſequitur mercedis. Sic Chriſtianus, qui bona opera non præſtat, vocationē, electionemq; ſuā reddit irritam, nihilq; adipiſcit præmij æterni.

Homo paterfamilias, qui operarios conducit, in vinea quidem verſatur, operariós ad operandum voce, & cōſpectu excitat, at non operatur ipſe, non iuuat operarios. At noſter paterfamilias Chriſtus non ſolùm verſat in vinea, conſpectuq; ſuo, & præmio operarijs animum ad laborandū addit; verùm ipſe ſuppeditat illis vires, ſimulq; cooperatur. Hinc illud Pauli ad Philippenſ. 2. *Cum metu, & tremore v. ſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona uoluntate, &c.* Vide quid operemur, quis ſit labor noſter, *Operamini* (inquit) *veſtram ſalutem.* Noſtrū opus eſt ſalus noſtra, noſter labor ſalus noſtra. Quis hunc laborem toto animi conatu non ſuſcipiet? Si operaris, tibi operaris, ſalutem tuam operaris; etenim ſaluus eris. Si nō operaris, ſalute carebis, & pibis. *Operamini* (ait) *veſtrā ſalutem* abſq; ſocordia, & deſidia, *cum metu, & tremore.* Quis .n. ſalutis æternæ iacturam non horreat? Non ſolùm vos in vinea operamini, operatorem quoque habetis ipſummet patrēfamilias, Deus vobiſcū operatur. Deus pro ſua bona voluntate erga vos, pro ſua beneuolētia, & amore, vobiſcum verſatur, ipſamq; bonam voluntatē veſtram, ipſaque opera veſtra operatur, cooperantibus vobis. Cum metu, & tremore cum Deo cooperamini, reueremini Dei pręſentiam, Dei cooperationem veneramini, & concurſum; timete, & horrete, Deū vobiſcū ſimul in vinea cooperātē cōſiderātes.

Salus noſtra opus noſtrum eſt.

Nemo ergo coram Deo ignauus ſit, & in operando negligēs. Dei amore, & reuerentia nobiſcum operan- A tis excitati, alacriter, & diligenter in vinea omnes laboremus. Ardor enim, & diligentia efficere poteſt, vt multi nouiſſimi ſint primi, & primi nouiſſimi. Nam ſi ij, qui primi ſunt vocatione, negligenter operētur; qui verò nouiſſimi ſunt vocatione, cum animi ardore, atque diligentia laborent: primi illi erunt nouiſſimi, & hi nouiſſimi erunt primi. Vir enim diligēs, & amore Dei ardens, id præſtat, B quod ſegitur Sapient. 4. *Conſummatus in breui, expleuit tempora multa, &c.* Qui nouiſſimus eſt tempore, & vocatione, cùm animi feruore concepto diligenter, alacriterq. laborat, tempora multa breui tempore explet, ac complectitur Breui enim tempore plura opera perficit, quàm longo tempore alius cum deſidia operans. Itaque ardor feruor in operando, & diligentia ex nouiſſimo facit primum. D. Gregor. C homil. 19. in Euangel. Plerumq. [inquit] & qui poſt nos venire cernitur, per agilitatem boni operis nos antecedit: & vix eum cras ſequimur, quē hodie præire videbamur, &c. Confirmat hoc Pauli exemplo, qui poſt multos vocatus eſt, tamen ex nouiſſimo factus eſt primus. Vnde Greg. addit: Ecce cùm Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium veſtimenta ſeruabat. Omnium ergo lapidan- D tium. manibus ipſe lapidauit, qui ad lapidandum omnes expeditos reddidit. Et tamen eundem ipſum in ſancta Eccleſia laborib. antecessit, quem perſequendo Martyrem fecit. Hæc ille. Si multi priores matutino tempore iter facere incipiant, lentè verò, ac pedetentim incedant: alij verò poſteriores, poſt meridiem, in viam ſe dēt, magnoq. ardore celeriter gradiant: profectò hi poſteriores, longo inter- E uallo, poſt ſe relinquent illos priores, eruntq; nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Eundem in modum res ſe habet in virtute. Vocantur multi priores, virtutiſq; itinere gradiuntur, ſed lento gradu; vocantur alij poſteriùs, ſed celeri currunt paſſu: priores à tergo relinquunt, fiuntq; nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Noli (inquit Hieronymus in epiſt. 13. ad Paulinū) noli

Nemo corā Deo ignauus ſit.

Nouiſſimus tempore, & vocatione ſit feruore primus.

Act. 8. & 9

A noli fidem penſare temporib. ne me idcircò meliorem putes; quòd prior in Chriſti exercitu cœperim militare. Paulus Apoſtolus de perſecutore mutatus, nouiſſimus in ordine, primus in meritis eſt, quia extremus licèt, plus omnib. laborauit. Subitus calor longum vincit teporem, &c. Abſit inuidia. abſit procul oculus nequam, ne inuideant primi nouiſſimis, ſi fiãt primi, alioquin audient à patrefamilias: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego* B *bonus ſum?* Nemo fratri inuideat, quod virtutis primatum præripiat. Infęlix ille eſt, qui oculo nequam pulcherrimam virtutem aſpicit.

Nemo inuideat, quòd virtutis primatũ alter præripiat.

Deniq; illud aduerte, operarios vſque ad veſperam in opere perſeueraſſe, cùm verò ſerò factum eſt, mercedẽ recepiſſe. Perſeuerantiam commendat parabola: non enim merces æterna redditur, niſi perſeuerantib. vſq; ad veſperam, id eſt, mortẽ. O fęlicem C illius mortem, qui ad veſperam vſq; in vinea alacriter operatus eſt, quiq; operib. bonis moritur plenus. Magna cum fiducia mercedis recipiendæ is animam aget. Fœlix [ait D. Hierony. epiſt. 34. ad Iulianũ] & omni dignus beatitudine, quem ſenectus Chriſto occupat ſeruientem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantem, qui non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta, &c. Iſai. 38. Eze D chias morti vicinus, Deum ſic precatur: *Memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim &c.* Inuenit illa dies Regem fęlicem perſeuerantem, & Domino militantem. Demus operã, vt nos quoq. extrema dies inueniat ambulantes corã Deo in veritate, & in corde perfecto, & quod bonũ eſt in oculis Domini, facientes Equidem non cõfun- E demur, cum loquemur inimicis noſtris, & amicis in porta mortis, in quâ iudicabimur. Iſai. 38. Idem Hieronymus, ait: Iturus ad Dominum Ezechias, narrat opera ſua, quomodo ambulauerit coram eo, in veritate, & in corde perfecto. Fęlix conſcientia, quę afflictionis tempore, bonorum operum recordatᷓ, &c. Fęlix D. Hilario-

Felix, què ſenectus Chriſto occupat ſeruientem.

A nis conſcientia, mortis tempore bonorum operum recordabatᷓ, vt ſcribit idem Hierony. in vita Hilarionis: loquebatᷓ (inquit) egredere quid times? egredere anima mea quid dubitas? ſeptuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times? &c.

Septuaginta annis, optimus operarius laborauerat operum recordatione timentem confirmabat animam. O illum beatum, qui animæ ſuæ verè B dicere poteſt, in extremo ſpiritu, triginta, vel quadraginta, vel ſeptuaginta, annis, in vinea ſeruiſti Chriſto. O infęlicem illum, qui dicere poteſt, triginta, vel quadraginta, vel plurib. annis, vel tota vita, ô anima ſteτiſti in foro otioſa: imò tibi, multisque alijs exitioſa. Forum autem (ait Autor imperf.) eſt mundus iſte: vbi omnia venalia ſunt in foro, id eſt, mundo, maximè verò animæ. In hoc foro emit C diabolus animas, modica voluptate: neque deſunt ſtulti, qui eas tam vili pretio vendant, iuxta illud Eccleſ. 10. *Hic* [id eſt, auarus] *& animam ſuam venalem habet, &c.* Venalem quoq; habet libidinoſus, itẽq; honoris cupidus, & reliqui, qui in hoc foro ſtant otioſi, ac feriati. Qui in foro tota die, a bonis operib. feriant, in Tartaro tota ęternitate ferientur, hoc eſt, percutientur.

Forum eſt mũdus iſte

D

CAPVT XIX.

Deus in vineam operarios conducit.

Morale.

PRæter hæc, operarios conducit Deus, quos in vineam ſuam, ideſt, Eccleſiã mittat, hoc eſt Epiſcopos, cõ E cionatores, & reliquos, qui in vinea Dei colenda verſantur. Huiuſmodi operarijs, numquam vinea deſtituta eſt. Exijt Deus initio ad extrema opera, mundũ velut agrum opimũ condidit: in eo vineam plantauit, id eſt, Eccleſiam. Hora prima, id eſt, prima ætate mundi, operarios miſit, qui vineã colerẽt, hora quoq; tertia, ſexta, & nona, i. reliquis ętatib mũdi, operarios

rios mittere non deſtitit, id eſt, veræ A
fidei,atque veritatis doctores, & paſtores. Non enim ætates illæ priores, paſtoribus,ac veritatis doctorib.caruerunt;quales fuere,prçter alios multos, Adamus eiusq; filij, Noe, Abraham, Melchiſedec, Iob, Moſes; & in populo Iſraelitico prophetæ, atque ſacerdotes.

Hora vndecima, operarium illum admirabilem miſit Deus, ſine cuius labore vniuerſus reliquorum opera- B
riorum labor,inanis nulliusq; momẽti fuiſſet,hoc eſt filium ſuum Chriſtũ opt.Max. *Qui cum in forma Dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Patri,ſed ſemetipſum exinaniuit,* crucis grauiſſimum ligonem ſumpſit, in vineã venit, vſque ad veſperam laborauit; laboreq; ſuo per totum terrarum orbem vineam protulit, vberrimoque fructu onerauit. Ad vndecimam horã ortus eſt hic Sol; ex vndecima hora C
primam fecit,fecitq; vt eſſent nouiſſimi primi,& primi nouiſſimi. Nõne ſi Sol vndecima hora oriretur;vndecima hora fieret prima? Vndecima hora ortus eſt Sol mundi Chriſtus, idq; effecit,vt vndecima hora,id eſt,extrema hæc mundi ætas,prima eſſet. *Nouiſſima hora eſt;* ait Io.epiſt.1.c.2. nouiſſimo quidẽ tempore; prima dignitate,atq; ſplendore. Adeo autem prima eſt ſplendore, vt quidquid ſplen- D
doris reliquæ omnes horæ habent,ab hac nouiſſima emanarit. Quidquid.n. gratiæ,reliquæ omnes ætates priores habent;ab hac nouiſſima mutuantur. Plena ſplendore ætas hæc eſt, plena Sole; ex hac Sol Chriſtus in cæteras omnes diffundit radios.

Chriſtus operarius maxime insignis.

Nouiſſima hora ẽ Chriſti aduẽtus

In hac, *ſunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi.* Primi Iudæi erant ante Solis exortum; cùm Sol Chriſtus exortus eſt,q erãt primi, facti ſunt nouiſſimi, E
quia Horç huius ſplẽdorẽ,id eſt,Chriſti gratiã, repulerunt. Ethnici verò q erãt nouiſſimi,facti ſunt primi; iuxta illud Deut.28. *Aduena qui tecum verſatur in terra,aſcendet ſuper te,eritque ſublimior; tu autem deſcendes, & eris inferior. Ipſe erit in caput,& tu eris in caudam,&c.* In caput eſt populus Chrĩanus,in caudam ſunt Iudæi. Filius primogenitus dr̃ Iſrael Exod.4. *Filius meus primogenitus Iſrael:* ait Dñs. At filius primogenitus hæreditatem amiſit,filio alteri minori data eſt; prçpoſitusque eſt filius minor, poſt genitus, id eſt, populus Chrĩanus, filio primogenito. Hoc adumbrãt filij minores, in diuinis literis,maiorib.antepoſiti;vt Iacob antepoſitus Eſau,Ephraim prçlatus Manaſſe,Dauid fratrib. Iuxta illud Gen. 25.dictum à Deo: *Maior ſeruiet minori, &c.*

Filius primogenitus poſtpoſitus minori filio

Vnde Aug. in orat.cõtra Iudæos, c.7. Populus(inquit)Chrĩanus, cũ ſit minor natu, q̃ populus Iudçorum;tñ eum creſcẽdo ſuperauit,& ſubdidit; vt impleret ꝙ de duob. fratrib. in figura prçdictũ eſt,Gen.25. *& maior ſeruiet minori, &c.* Gen. 48. Ioſeph filios ſuos Manaſſem maiorẽ, & Ephraim minorẽ, ad Iacob adduxit benedicẽdos;ad dexteram patris,maiorem collocauit,ad ſiniſtram minorem. At ille crucis figuram, manib.cãcellatis exprimens: ſiniſtram ſuper maiorem, dexterã verò ſuper minorem collocauit. Grauiter id tulit Ioſeph, patriſq; manus voluit commutare:& dexterã ſuper maiorem ſtatuere. Pater verò renuit dicẽs: *ſcio fili mi, ſcio, & iſte quidem*(id eſt maior) *erit in populos & multiplicabitur, ſed frater eius minor maior erit illo,&c.* indicabat videlicet,per crucem Chriſti,populũ minorẽ,i. Chriſtianũ fore multò maiorẽ, maiore,id eſt,populo Iudaico,f req; primos nouiſſimos,& nouiſſimos primos. Quod docet Aug. Pſal.77. Figurabatur(inquit)quod futuri eſſent nouiſſimi,qui erant primi: & primi futuri eſſent, qui erãt nouiſſimi: per ſaluatoris aduentum,de quo dictum eſt Io.1. *Qui poſt me venit, ante me factus eſt.* Sic Abel maiori prælatus eſt fratri, ſic Iſmaeli Iſaac, ſic Eſau Iacob, ſic Dauid maioribus prælatus eſt fratribus: ſic populo Iudæorum prælatus eſt populus Chriſtianus. Hoc præfiguratum eſt etiam, cùm Iacob decuſſatim porrectis manibus, dextera tetigit Ephraim, eumque præpoſuit Manaſſe. Sic Auguſtinus.

Iacob Ioſeph, filios benedicens quid ſignificauerit.

Egreſſus eſt à filia Siõ, vt Ieremias ait Trẽ.1. *omnis decor eius:* pulchritudinẽ anti-

antiquam amiſit Synagoga Iudæorum, quoniam Meſſiam ſuum repudiauit; repudiataque ab illo eſt. Pulcherrima verò Chriſtianorum Eccleſia, veluti altera regina Saba, á finibus terræ, venit audire ſapientiam ſui Salomonis, id eſt, Chriſti, eumq́ complexa, facta eſt nouiſſima prima; & prima Synagoga, facta eſt nouiſſima. Vnde illud Annæ 1. Regum 2. *Arcus fortiũ ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt, &c.* Arcus Iudæorum olim fortium fractus eſt: robur & fortitudo perijt: Chriſtiani verò olim, ante fidem infirmi, diuino robore poſt fidem, accincti ſunt. Repleti prius Iudæi, diuino Scripturarũ pane, & diuinis miraculis, fame cõficiuntur; famelici ethnici, recepto vero Meſſia ſatiãtur. Quæ multos habebat filios ſynagoga, filios Deo parere deſijt; ſterilis verò olim gentilium Eccleſia, plurimos Deo filios in lucem edere nõ ceſſat. *Lauda ſterilis quæ non paris,* (ait Iſaias c. 54.) *decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas. Quoniam multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habebat virum;* id eſt, Synagogæ quæ Iſaiæ tempore Deũ habebat quaſi virum. Lege eo loco. Hieronymum. Et Ierem. 15. *Infirmata eſt,* id eſt Synagoga ſterilis facta eſt, *quæ peperit ſeptem,* id eſt, plurimos filios: *defecit anima eius. Occidit ei Sol cùm adhuc eſſet dies, &c.* Iuſtitiæ enim Sol Chriſtus, occidit Synagogæ, cùm tamen in Eccleſia dies clariſſimus ſit. Hoc eſt quod Dominus, perſpicuis verbis ait Matt. 8. *Dico vobis quod multi ab oriente & occidente venient; & recumbent cum Abrahã Iſaac, & Iacob, in regno cœlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, &c.* & Lucæ 13. *Ibi erit fletus & ſtridor dentium, cùm videritis Abraham & Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas, in regno Dei; vos autem expelli foras. Et venient ab oriente, & occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. Et ecce ſunt nouiſſimi, qui erunt primi.* id eſt, Ethnici, *& ſunt primi qui erunt nouiſſimi,* id eſt, Iudæi, &c.

Eccleſia gẽtiũ fœcundior Synagoga.

Si murmurant parabolæ operarj, murmurant etiam Iudæi, & ægrè ferunt nouiſſimos Ethnicos factos primos. *Prouocabo eos* (ait Dominus in cantico Moſis Deut. 32.) *in eo, qui non eſt populus; & in gente ſtulta irritabo illos, &c.* quæ verba Paulus Ro 10. de Iudæis, & Etnicis, intellexit. *Moyſes* (inquit) *dicit, ego ad æmulationem vos adducam, in nõ gẽtẽ in gẽtẽ inſipientẽ, in irã vos mittã, &c.* Non gentem, ſiue non populũ, & gẽtẽ inſipientem, ſiue gentem ſtultã, Ethnicos vocat; qui idolis cultum adhibebant, & Dei cognitione carebant. Sic Heſter 14. *Ne tradas ſceptrum tuum, ijs qui non ſunt, &c.* id eſt, gentib. Prouocauit Deus Iudæos, & ad æmulationẽ eos adduxit, aduerſus non gentẽ Ethnicorum; irritauit illos, & in iram miſit, aduerſus gentem inſipientem. Nõ quia auctor ſit æmulationis, aut iræ Iudæorum in gẽtes; ſed quia illos deſeruit, & ex primis fecit nouiſſimos; Ethnicos autem ad fidem vocatos, ex nouiſſimis fecit primos. Ex non gente, & non populo, fecit populum; ex gente inſipiente, fecit gentem ſapientiſſimam. Oſeæ 2. *Et erit in loco, vbi dicetur eis* (videlicet gentilib.) *Non populus meus vos dicetur eis: filij Dei viuentis, &c.* Nam Ethnicis, quibus dicebatur ante conuerſionem: Non eſtis populus Dei; poſtquam Chriſto nomen dederunt, dicitur, non ſolùm populus Dei eſtis, ſed eſtis filij Dei viuentis.

Iudæi murmurant cõtra Ethnicos factos primos.

Ethnici Dei populus facti ſunt.

At verò rurſus Iudæos nouiſſimos faciet primos Deus. Nam extremo mundi tempore, illos ad Chriſtianam fidem vocabit, primiſque adiunget, vt docet idem Apoſtolus capite 11. & Oſeas cap. 2. *Et congregabuntur filij Iuda* (id eſt Iudæi) *& filij Iſrael* [ſecundum ſpiritum, id eſt gentes conuerſę.] *& ponent ſibi met caput vnum* [id eſt Chriſtum] &c. Id quod maximè fiet extremo mundi tempore. Lege quæ diximus tom. 1. lib. 2. c. 10. dæ Iudæorum conuerſione In primo aduentu Chriſtus Iudæos, quia ex primis ſua culpa eſſe noluerunt, fecit nouiſſimos; prope ſecundum aduentum, ex nouiſſimis faciet primos, id eſt Chriſtianos.

Iudæi ad fidem in fine mundi conuertendi.

Venit hora vndecima in vineã ipſe paterfamilias. Chriſt⁹, vt ſ̃ diceba m⁹

in vinea operatus eſt, operarioſq. elegit ſanctiſſimos Apoſtolos; multos p̄ter ea alios in vineam miſit, neque ceſſat conducere quotidie. Intelligant quæſo Eccleſiaſtici operarij; ſe operarios eſſe, non ad vindemiandam. ſed ad colendam vineam miſſos, non ad otium vocatos, diuitias, ac delicias, ſed ad opus. *Si quis Epiſcopatum deſiderat*, ait Paulus 1. ad Timoth. 3 *bonum opus deſiderat, &c.* Vide quid deſideret is, qui deſiderat Epiſcopatum, vel ſacerdotium, *deſiderat* (inquit) *opus*; & quidem, *bonum*. Deſiderat operarius eſſe vineæ Domini. Videte [ait D. Hieronymus Sophoniæ 3.] qd dixerit Apoſtolus; *bonum opus deſiderat*; non dignitatem. Si autem deſpecto opere, ſolam aſpexerit dignitatem; cito corruit turris in Siloa, & excelſa Cedri fulmine feriuntur, & erecta ceruix frangitur, & Cygnus extento collo, & in ſublime ſe tendens, inter immūdas volucres comparatur. Hęc ille. Non ad dignitatem attendit paterfamilias, vt denarium ſoluat: ſed ad opus. Non dignitas (ait idem ſanctiſſimus doctor eodem loco) & nomina dignitatum, ſed opus dignitatis; & principes, & iudices, & Prophetas & Sacerdotes, ſaluare conſueuit, &c. Si ergo vult Epiſcopus, vel prælatus ſaluari, & denarium æternum aſſequi; operetur, ſudet in vinea, laboret, errantes oues etiam per dumeta, vepreſque quærat, ſanguine cruentatus. Quemadmodum ille quærebat, qui ſic ſcribit. Et ſi me lanient inquirentem vepres ſyluarum, per omnia anguſta me coarctabo, omnes ſepes excutiam, quantum mihi viriū Dominus donat, omnia peragrabo; reuocabo errantem, requiram pereuntem, &c. Magni illius operarij Auguſtini, hæc ſunt verba in lib. de paſtoribus cap. 7.

Epiſcopatū qui deſiderat bonum opus qui deſiderat.

Operibus clarum eſſe vult præſulem Paulus; atque ita clarum, vt exēplar omnibus ſit operum bonorum. Ad Titum ſcribens, cap. 2. *In omnibus* [inquit] *teipſum præba exemplum bonorum operum, &c.* D. Chryſoſtomus in hæc verba: Sit [inquit] omnibus doctrina exemplarque virtutis tuæ, ſpeculum

Prælatus clarus operibus eſſe vult.

A vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandum. veluti primitiua quædam imago, omnia in ſe habens, quæ bona, atque honeſta ſunt, quæ magna cum facilitate, volentibus aliquid ſui decoris imitari, exempla ſemper præbere parata ſit, &c. Cum operario Eccleſiaſtico loquitur idem Apoſtolus 2. ad Timoth. 4. Cùm ſic ait: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euāgeliſtæ, miniſterium tuum imple, &c.* Non B enim implet operarius Eccleſiaſticus miniſterium maximum Euangeliſtæ id eſt, prædicandi Euangelium, populumque Chriſtianum docendi; niſi vigilet, niſi labores, & afflictiones ſeferat [Græcè κακοπάθησον] niſi opus faciat. *Opus* (inquit) *fac Euangeliſtæ*. Ad opus vocatus es in vineam, opus fac; ne otieris, ne honori potius quàm operi ſtudeas. Vrget Apoſtolus operariū ad opus, ſub teſtificatione metuenda, D *Teſtificor* [inquit] *coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, per aduentum ipſius & regnum eius: prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, &c.* Quis hæc audiens (ait D. Auguſtin. lib. 1 contra Creſconium cā. 6. ſi Deo fideliter ſeruit, ſi doloſus operarius non eſt: ab hac diligentia & inſtantia quieſcat? Quis ſub tanta teſtificatione ſegnis eſſe audeat? &c.

Opus euangeliſtæ Epiſcopus præſtare debet.

C Cum bobus Eccleſiaſtici conferūtur operarij, de quib. Paulus 1. Cor. 9 illud interpretatur Deut. 25. *Non alligabis os boui trituranti, &c.* Bos animal eſt labori deſtinatum, atq. agriculturę paucisq. contentum; herba viuit, & paleis, non carnib. Similem in modū Eccleſiæ bonus operarius, labori ſe deſtinat, animarum culturæ ſe totum tradit, paucis contentus viuit. Iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 6. *habentes alimenta*, E *& quibus tegamur, his contenti ſimus &c.* Non eſt alligandum os boui trituranti, id eſt, laboranti, in area Domini. Quòd ſi bos non laboret, indignus eſt cibo, hinc illud 2. ad Theſſ. 3. *Si quis non vult operari; non manducet, &c* 1. ad Timotheum 5. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Maximè qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim Scriptura non alligabis os boui trituranti. Et* di-

Eccleſiaſtici operarij quib. comparantur.

dignus eſt operarius mercede ſua,&c. Neq. verò boui tãtùm ſimilis ſit operarius Meminerit illorum animalium, quæ Exechieli oſtenſa ſunt c.1. Quadriformia erant; Vnumquodq. formas quatuor habebat;hominis,aquilæ,leonis, & bouis. Operarij Eccleſiaſtici hæc eſt imago. Sit ratione per fidem illuſtrata homo,contemplatione aquila, fortitudine aduerſus mundi dæmoniſque terrores,leo,labore,animarũque cultura bos. Bos eſſe nequit;niſi aquila ſit & leo. Etenim q fortis leo nõ eſt qui plus quàm aquilinis alis,ad cœleſtia æternaq; contẽplanda non volat; bouis labores refugit, iugũ, aratrumque reformidat,in vinea nõ operatur Ex illorum numero ſunt qui aiunt; *ſuſtinuimus pondus diei,& æſtus* Boni paſtoris,& operarij hoc eſt,ſuſtinere pondus diei,& æſtus in cultura vineę,humeros oneri laboris non ſuffurari,ab æſtu ad vmbram non diuertere.

Animalia Ezechielis quomodo repreſentent Euãgelicos operarios.

Hi operari,quos paterfa.vocauit,ligones in manib.habebant. Habeat ligonem operarius Eccleſiaſticus,ſi in vineam vocari vult. Partes duas habet ligo,lignum,& ferrum:operarius verò habeat virtutem, & ſcientiam. Qui ſciẽtiam abſq.virtute habet; ferrũ habet,quo terrã ſcindat,ſed ligno caret & manubrio: qui verò virtute præditus eſt ſcientia priuatus is lignũ & capulum habet ligonis,ferro & acie caret. Vtramq.op' eſt habere partem,perfectumq.ligonem quo vineã poſſit colere. Ligonem ferat,non cultellum,& corbẽ; meminerit ſe nõ eſſe vindemiatorem , ſed graui ligone vineæ foſſorem. Videat præterea an ſit miſſus in vineam à patrefamilias Deo, *ite*[inquit]*in vineam meam:* an à cupiditate honoris,& argenti. Qui à cupiditate mittuntur,vindemiare volunt,non colere vineã ligone,& labore. Qui à patrefamilias & charitate mittũtur, ſuſtinẽt pond' diei,& æſt'. Comedunt vt laborent;non laborant ut comedant & epulentur opiparè. Si caritate flagrarent ſacerdotes , egregiè cum Eccleſia ageretur. Plena eſt vinea operarijs,ſi operarẽtur omnes ardenter verbo,atq.exemplo , egregiè exculta eſſet. At magnus ille & no-

Ligo quid deſignat.

A mine & opere operarius Gregorius, his verbis conqueritur; Ecce mũdus ſacerdotib.plenus eſt;ſed tñ in meſſe Dei,rarus valdè inuenitur operator. Quia officiũ quidem ſacerdotale ſuſcepim' ſed op' officij,nõ implem',&c.

Veniet tandem,veniet paterfamilias,& operarijs mercedẽ daturus *Cũ ſero eſſet factum dicit procuratori ſuo:*[vt eſt in parabula] *voca operarios, & redde illis mercedem.* Voca inquam , operarios; B non otioſos:non illos,quib.illud congruit. *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* Quis ſtatus hic quæritur, honorẽſne & dignitates,non animarũ lucra, quid ſtatis,vbi nullus eſt firmus ſtatus ? quid ſtatis?cur diœceſes,oppida,vicos nõ percurritis?cur oues errantes non q̃ritis. Quid ſtatis otiõſi,Hic, in officio paſtoralis;in vinea Chriſti,in loco maximi operis;in loco maximæ negotiationis? Cur non negotiamini? Cur a- C nimas Deo non lucramini? Cur ſtatis *Cur non itis,& fletis,*[vt eſt in Pſal. 125. *mittentes ſemina verbi Domini:* vt venientes veniatis,portantes manipulos magnos animarum? O felicem illũ operarium,qui multos animarũ manipulos cùm ſero factum fuerit,cùmq. paterfamilias venerit ; offerre illi poterit. Ecce venit(ait Gregorius loco citato) ecce de noſtro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrũ de no- D ſtra negotiatione monſtrabim'?quot eius conſpectui animarum manipulos,de prædicationis noſtræ ſegete,illaturi ſemus? Ecce in maieſtate videbitur,in illo examine,quid vnuſquiſque ſit operatus,oſtendetur. Ibi Petrus cũ Iudæa conuerſa,quam poſt ſe traxit apparebit;ibi Paulus conuerſũ vt ita dixerim,mũdũ ducens;ibi Andreas poſt ſe Achaiã;ibi Ioannes Aſiam,Thomas Indiã,in conſpectũ ſui E Iudicis conuerſam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes, cum animarũ lucris apparebunt, qui ſanctis ſuis prædicationib. Deo.poſt ſe ſubditum gregem trahunt. Cùm igitur tot paſtores cũ gregib.ſuis,ante æterni paſtoris oculos venerint,nos miſeri qd dicturi ſumus;qui ad Dominũ noſtrũ poſt negotium vacui redimus,qui paſtorum nomẽ habuimus,& oues quas

Quid quiſque ſit operatus in extremo iudicio apparebit.

ex nutrimento noſtro debemus oſtẽdere, non habemus? hic paſtores vocati ſumus. Et ibi gregem non ducimus Sic D. Gregorius.

CAPVT. XX.

De parabola operariorum vineæ.

Morale.

AD hæc Arduum, ſummiq. põderis nobis eſt negotium, quod multi illud conuertunt in otium, quibus dicitur meritò; Quid hic ſtatis tota die otioſi, non negotioſi? Eſt autẽ magnũ negotium, quo nullum in hac vita maius ac præclarius reperitur, vineæ noſtræ, id eſt, animæ cultura, & ſal⁹. Omni vigilantia huic culturæ vacandum docet Patrisfamilias vigilantia, quã ad colendam vineam ſuam adhibuit. Quod illi è ſomno excitato primũ occurrit, vinea eſt: protinus è lecto ſurrexit, domo exijt, in forum abijt quærens operarios. *Exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Neq. hoc ſatis, non quieſcit. *Et egreſſus* [inquit] *circa horam tertiã, iterum autẽ exijt circa ſextam, & nonam horam & fecit ſimiliter.* Itẽ *Circa vndecimam verò exijt, &c.* O patrẽ familias de vinea ſua mirum in modum ſollicitum. Equidẽ dici non poterit de illo, illud Prouerb. 24. *Per agrũ hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti; & ecce totum repleuerant vrtica, & operauerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat, &c.* Non piger, ſed diligentiſſimus hic eſt pater familias non patitur ſuam ſylueſcere vineam: ſæpius varijs horis operarios vocat, qui illam colant. Vnam tantũmodo vineam ille poſſidebat, in illa totàm curam ſuam ac vigilantiam defixam habebat.

Arduũ nobis incũbit negotiũ & quale illud ſit.

Diſcat Chriſtianus ex hoc patrefamilias diligentiam, ac vigilantiã, quã vinæ ſuæ, id eſt, animę colendæ adhibere debet. Hoc illi negotium primo mane cum expergiſcitur, primum veniat in mentem vnicam tantum habere vineam, id eſt, vnicam animã, in hac colenda totam curam, vigilantiãque collocet. Cant. 8. *Vinea mea coram me eſt, &c.* ſit ſemper coram Chriſtiano, in oculis vinea, id eſt, anima. nuſquam oculos ab ea deflectat. Sit in oculis, ſit in manib. ſemper, iuxta illud Pſal. 118. *Anima mea in manib. meis ſemper, &c.* ſed alio ſenſu. Senſus pſalmi eſt, anima mea & vita, expoſita eſt ſẽ per periculis; Vitam in manib. gero, nullo tectam clypeo. Sic ſocordes, in manib. ferunt animam quiſq. ſuam, omnib. periculis, peccatiſq. obiectã. Vigilantes verò, animam ferunt in manib. ſemper, alio ſenſu, ſemper illam intuentur, defendunt, excolunt, bonis operib. ac cogitationib. decorẽ ſemper nouum addunt, huic vni negotio præcipuè horas impendũt Hoc enim tempus animabus colendis tribuẽdum eſt, non corporibus ſaginandis, atq. exornandis, vt D. Bern. docet ſer. 6. de Aduentu. Animab. [inquit] hoc tempus eſt non corporib. aſſignatum, &c. dies iudicij corporum tempus erit, tunc à Deo ſumma pulchritudine, ſplendore, dignitate exornabuntur. Nunc de animarum decore curandũ eſt, vt anima decoretur, corp⁹ affligatur, frænetur, iugo premaẽ.

Quiſq vineam ſuã colat diligẽtiſſimo.

Animabus non corporibus tempus hoc aſſignatum eſt.

Exijt paterfamilias ad vocandos operarios in vineam ſuam. Nos quoque exeamus ex negotijs reliquis, & occupationib. operarios vocet in vineam quiſq. ſuam Exit ille primo mane, hora tertia, ſexta, nona, & vndecima, operarios vocauit mira diligentia, & in vineã adduxit: nos ſtatutis exeamus horis operarios in vineam adducamus. Rogabit aliquis, quinam ſint hi operarij vocandi? Reſpondeo. Primo mane vocanda eſt conderatio rerum æternarum, velut operarius eximius vineæ, qui illam ſylueſcere, non patitur aut virticis, ſiue ſpinis operiri, inſtar vineę pigri viri, ſyluasq. & ſpinas omnes extirpat Operarium hanc aduoca, qui tum die, tum nocte operari poteſt in vinea, cogita dies antiquos, annos æternos in mente habere iuxta illud Pſal 76 *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum, &c.*

Operarij qui ſint vocandi.

Gra-

Græcè habetur, ἐσκαλλον; id eſt, *ſarriebam, vel fodiebam ſpiritum meum.* Sarrire conſiderationis eſt, ſarrit ſpiritum veluti ſarculo, herbas noxias, vepres, ſpinaſq; euellit meditatio. Idem eſt *ſcopebam*, ab ſcopis id eſt, purgabam, & mundabam ſpiritum meum. Purgat, & mundat ſpiritum diuinarum cogitatio rerum, & verrit animum ſordeſque vitiorum longè propellit. Ergo meditare nocte, & die cum corde tuo; cogita dies illos antiquos, in quibus Deus Chriſtus pro te miros tolerauit cruciatus. Exi ex occupationibus alijs primo mane, cogita, quid primo mane pro te tulerit Chriſtus in domo Cayphæ & Pilati Iudææ præſidis, exi hora tertia, ſexta, & nona, cogita his horis Dominum tuum cruci adiudicatum, inter latrones ligno ſuffixum, & pro te animam ſummis in doloribus exhalantem. Cogita etiā mi dies antiquos, & antiquos illos ſanctos, qui antiquis floruere temporibus, antiquam illam cogita humilitatem, antiquum illum mundi contemptum, antiquam charitatem, antiquā de illam patientiam, antiquum illud aurum, & cum tuo confer ferro.

Qui ſint æterni anni in mēte habendi.

Annos præterea æternos in mente habe; ad inferos mente deſcende, tormentorum æternitatem conſidera; an poſſit illa ſuſtinere tecum expende. Aſcende ad ſuperos, gaudiorum infinitam durationē ante oculos propone; quo conatu gaudia æterna ſint quærenda meditare. Aduoca hunc operarium in vineam, qui ſcopet, & ſarriat ſpiritum tuum, omniaq; vitia quæ illi inhærent radicitus tollat.

Sacrorum librorum lectio neceſſaria.

Eſt etiam aduocandus ſecundus operarius alia hora, videlicet ſacrorum librorum lectio; eorum maximè, qui de vitis ſanctorum ſcripti ſunt. Mirum enim in modum eorum exempla animum afficiunt, & ad virtutem concitant. Hinc illud D. Bernard. in vita D. Malachiæ; ſemper operæ pretium fuit, illuſtres ſanctorum deſcribere vitas; vt ſint in ſpeculum, & exemplum, ac quoddam veluti condimentum vitæ hominum ſuper terram. Per hoc enim quodammodo apud nos viuunt, multoſq; ex ijs qui

A viuentes mortui ſunt, ad veram prouocant, & reuocant vitam, &c. Mortuos animo (ait Bern.) in vitam reuocari ſi Sanctorum vitas legant. Viui verò earum lectione exardeſcunt, ad meliora nituntur, vitamque ipſam quam habent conſeruant. Tam viuos, quam mortuos ſanctorum vitę ad vitam prouocant: hos in vitam reuocant, illos in vita confirmant.

Confeſſio eſt animæ vera putatio quæ ſæpius repetenda eſt.

Tertius operarius eſt cōfeſſio. Hæc B vineam putat, crimina amputans. Quod ſi dicas, vinea ſemel vno putatur in anno; ſatis ergo erit; ſemel tantum vno in anno peccata confeſſionis ſacramento expiare. Reſpondebitur tibi, a vinea ſemel tantum in anno fructum expeti, atq; idcirco ſemel tantū putari. Ab anima verò ſemper omnibus diebus, ac momentis fructus expetitur; quamobrem ſæpè putanda, ſæpè confeſſione eſt expurganda.

C Accedat quartus operarius, ſcilicet Auguſtiſſimæ Euchariſtiæ ſumptio; hic operarius vineam ſtaminibus, & pedamentis fulcit. Nam animam Chriſtus adminiculat, ſtaminat, ac ſuſtentat, vnde illud. Cant. 8. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit innixa ſuper dilectum ſuum? &c.* Et Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo, &c.* pedamentis adhærentes vites, illiſque alligatæ fulciuntur; Chriſto adhærens D anima, illique alligata ſuſtentatur, ſine Chriſto, cadit vinea, botrique putreſcunt omnes. Vnde illud Pſalmi 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, &c.* Videlicet, ne humi ſternantur racemi vineæ, ac putredine corrumpantur.

Sunt ēt operarij huius vineæ, id eſt, animæ, angeli, Diuique omnes, qui in cęlo beatiſſimam propagāt vitam. Hi E igitur ēt aduocandi ſunt, vt vineæ operam præſtent ſuam. Singulis ergo diebus Angelum tuum cuſtodem inuoca, Sanctorumque aliorum auxilia precib. expoſce. Præſertim verò ſummum operariū, Chriſtum ſemper aduoca, & inuoca, ſine quo omnis noſtra operatio nihil habet momenti. Operatur ille in vinea noſtra, id eſt, anima, vt Paul. ait ad Philip. 2. *& velle, et perficere,*

Sanctorum inuocatio eſt magnum Chriſtianorum præſidium.

a pio

pro bona voluntate ſua; & beneuolentia qua nos ꝓſequitur, nos cooperamur. Sine illo neq; velle poſſumus. neque perficere; ergo primo mane hic ſummus & admirabilis operarius in vineã aduocetur, & inuocetur, item hora tertia, ſexta, nona, & vndecima. Exi homo primo mane ex lecto inuoca ſummum operarium, vt in vinea tua operetur, exi hora tertia, ſexta, nona, & reliquis, exi à negotijs alijs, inuoca illum, ſine quo omnia tua negotia ſunt vana otia.

Certa tempora his operibus ſunt deputanda

Illud verò aduerte, oportere fixas, ſtataſq; horas, certaque tempora, his operarijs aduocandis ſtatuere. Certum tempus rerum æternarum conſiderationi figendum eſt, certum ſanctorum voluminum lectioni, certum confeſſioni, àtque Euchariſtiæ admirandæ ſumptioni, certum orationi, ſanctorumque inuocationi. Omnibus autem horis, ac temporibus, ſummus operarius Chriſtus aduocandus, atq; inuocandus. Paterfamilias ſtatis horis ad operarios vocandos exijt, illum imitare, cõſtitutis horis operarios vineæ tuæ voca. Deus operibus ſuis certum deſtinauit tempus, idq; non prætermiſit. Condendo orbi tempus deſtinauit, & incarnationi, deſtinato tẽpore vtrumq; fecit, tempus iam deſtinauit orbi iudicando, conſtituto iudicabit die. Idipſum creaturæ ſeruant, Sol, Luna, Cęli, ſuos curſus perficiũt, mare fluit, ac refluit, terra fructus producit, ſtato tempore. Similiter Eccleſia feſta Chriſti, ac Diuorum, certis celebrat temporibus. Si ſapis, idẽ facies, vocandis operarijs ſtatas præſcribes horas, ſtatos dies, cum primùm verò ſtatus dies affuerit, vel hora ſonuerit, abſq; tergiuerſatione, operarium vocabis, & ad colendam vineam adduces. Illud aduerte præterea, operarijs eſſe inuigilãdum, ne ſegniter operentur, atq; inutiliter. Inuigilandum conſiderationi, ne frigidè, & ſegniter operetur, lectioni, confeſſioni, orationi, & cæteris ad feruorem ſunt hi operarij excitandi, quoniam feruor ex nouiſſimis facit primos, vt vidimus. Primam conſiderationem, orationem, lectionem, confeſſionem, facit animi ardor,

Feruor ex nouiſſimis facit primos.

A ac diligentia, nouiſſimam facit ignauia, ac ſegnities.

Excitent ſegnitiem noſtram oculi patrisfamilias, qui ſemper operarios intuentur. Non enim audet operarius intuẽte patrefamilias otio vacare. Vnde Aug Pſal. 93. Operarius [inquit] doloſus, vt incipiat non bene facere, oculos patrisfamilias attendit, ad illũ aſpicit, qui conduxit ad vineam, vt cũ ille auerterit oculos, ceſſet, & non be-
B ne operetur, cum aũt ille aduertit oculos, bene operetur. Deus autem qui te conduxit, non auertit oculos. Non tibi licet doloſe operari, ſuper te ſemper ſunt oculi patrisfamilias. Hæc Auguſtinus. Excitet præterea noſtram ignauiam, præmium operarijs propoſitum. *Ite* (inquit paterfamilias) *in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis.* O Domine nonne ſerui tui ſumus, & ſerui inutiles, iuxta illud Luc. 17.
C *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus, &c.* Nonne tibi debemus operas noſtras, & actiones? Cur igitur, dicis: *Quod iuſtum fuerit, dabo vobis?* O ſummã Dei bonitatem: ſeruis ſuis mercedem pollicetur, noſtris operibus præmium proponit, vt ſegnitiã noſtram expergefaciat. Opera ſverò noſtra ſi ex ſeipſis, & ſubſtantia ſua conſiderentur, ęterno illo denario di-
D gna non ſunt. At ſi, vt à gratia Dei, & caritate emanant, & à filijs Dei fiunt, ſpectentur, digna profectò ſunt denario. *Si filij* (ait Paulus ad Rom. 8.) *& hæredes, &c.* Non igitur ſolum operarij ſumus, ſed filij & hæredes operarij, id eſt, hæredes & filij qui operando hæreditatem meremur, & cõſequimur. Hominum filij, & ſi nihil operentur; adeunt hæreditatem: at Dei filij, ſi nõ operentur benè, & filiatione, & hęre-
E ditate priuantur, ſi ergo benè operentur cęleſtem hæreditatem cernunt, ſibi à Patre Deo promiſſam. Quia verò promiſit, debitorem quodammodo ſe conſtituit, veritatis ſuæ ſeruandæ, ac pollicitationis. Vnde Aug. Pſal. 109. Fidelis (inquit) Deus, qui ſe noſtrum debitorem fecit, nõn aliquid à nobis accipiendo, ſed tanta nobis promittendo. Parum erat promiſſio, etiam

Hæredes ſumus & filij ſi benè operemur.

Deus ſe noſtrum debitorem fecit.

ſcripto

ſcripto ſe teneri voluit, veluti faciens chirographum promiſſorum ſuorum, &c. In Scriptura enim ſacra, denariũ cęleſtem nobis promiſit, & ſerm. 151. de Temp. An (inquit) parum putatis quod Deum promiſſione tenemus, quem tãquam debitorem exigamus? &c. Idem docet ſer. 16 de verb. Apoſt. Eſt ergo denarius ille iuſtitiæ, ideoq; ait paterfamilias operarijs: *Quod iuſtũ fuerit dabo vobis*. Paulus verò, 2. ad Timoth. 4. *Repoſita* (inquit) *eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, &c.* Corona iuſtitiæ, denarius, eſt iuſtitiæ. Ad Hebræos 6. *Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, &c.* Quòd ſi ad Ro. 8. ait, *exiſtimo, quòd non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, &c.* De paſſionibus & operibus loquitur, ſecundum naturam ſuam, & ſubſtantiam ſpectatis, Nam operariorum opera, vt diximus, & ſi tota die pondus diei, & æſtus ſuſtineant, ſi abſq; gratia Dei, ſpectentur, indigna ſunt denario. At digna ſũt, vt ſi ex gratia & caritate Dei profecta expendantur. Quemadmodum nullius pretij eſt vas ligneum, ſi tamẽ aureis bracteis craſſiſſimis tegatur, magni pretij fit, ſic nullius pretij ſunt opera noſtra abſque gratia Dei, ſi tamen hæ auro operiantur, magnũ pretium aſſequuntur. Quia verò Deus denarium promiſit, & ex denario nos conduxit. *Conuentione* (inquit) *facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuam, &c.* Ideo iuſtum eſt denarium laborantibus in vinea ſoluere, licèt ſerui ſint inutiles.

Ex iuſtitia Deus eſt nobis obligatus.

Inutiles quidem ſunt Domino vineæ (non enim eget eorum opera) ſed ſibiipſis ſunt vtiliſſimi. Denariũ namque aſſequuntur admirabilem. Nam paruo denario æterna adumbratur beatitudo. Vt denarius non datur niſi operantibus: ſic æterna gloria. Denarius merces eſt ſudoris, & gloria ęterna merces eſt laboris. Denarius perfectus numerus eſt, perfectiſſima eſt æterna gloria. Denario numero mandatorum, denarius reſpõdet glorię. Qui denarium gloriæ cupit, denariũ mandatorum opere præſtet. Qui denariũ

Non ſumus ſerui inutiles Domino noſtro.

A mandatorum opere præſtare vult, denarium glorię in corde, & cogitatione habeat: inclinat enim cor valdè, ad faciendum mandata, iuxta illud Pſal. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem, &c.* Maximum eſt retributionis, & denarij pondus: ſi cordi illud imponas, diligas, conſideres, cor inclinat ad faciendas iuſtificationes Dei in ęternum; quemadmodum pondus ſtateram inclinat.

B Vis ſcire quanti ſit ponderis denarius hic? Audi Paulum, 2. Cor. 4. *Momentaneum* (ait) *& leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, &c.* Ecce pondus, quod inclinat cor ad faciendas iuſtificationes Dei; pondus gloriæ æternum. Si pondus honoris mom̃etanei, pecuniæ, gloriæq; mox euaneſcentis, vehementer ad laborem hominũ corda, velut ſtateras, inclinat; æternum gloriæ pondus, ſi cordi imponatur, non inclinabit? Heu non imponitur ſtateræ pondus, non imponitur cordi gloriæ denarius, ideoq; illud ad mandata non inclinat; imponitur vanitas, & mendacium, quod rapit ad inferos. Vnde illud Pſal. 4. *Filij hominum vſque graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? &c.* Ante oculos habet operarius mercedem, eaque àd laborem ſe concitat, ſic oportet operarium vineæ Domini, ante oculos proponere cęleſte pręmium, vt ſe ad labores omnes accendat: idcirco Paulus loco citato addit: *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur, &c.* Aeternum (inquit) gloriæ illud pondus contemplamur, cordi illud imponimus, ante oculos propoſitã noſtris laboribus mercedem habemus. Et ad Philip. 3. *Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priorũ extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor: ad brauium ſupernæ vocationis, &c.* ad cęleſtem gloriam.

Conſideratio gloriæ ad laborem nos permouere debet.

C D E

Gen. 13. *Surge* (ait Dominus ab Abraham) *& perambula terram, in longitudine, & in latitudine ſua, quia tibi daturus ſum eam, &c.* Tu quoque ab humilibus ac terrenis cogitationibus ſurge, & terram illam promiſſionis cęleſtem, quã tibi daturus eſt Deus, animæ perambula

bula

SEBASTIANI BARRADAS E SOCIETATE IESV, DOCTORIS THEOLOGI;

Commentariorum

In quatuor Euangelia, eorumque concordiam.

TOMVS III.

LIBER SEXTVS CAPVT PRIMVM.

De Lazaro in vitam reuocato.

IOANNES CAPITE XI. Verſ. 1.

ERAT autem quidam languens Lazarus, à Bethania, de ca-
2 ſtello Mariæ, & Marthæ, ſororis eius. * (Maria autem
erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes
3 eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) * Mi-
ſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce
4 quem amas infirmatur. * Audiens autem Ieſus, dixit eis:
Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt
5 glorificetur Filius Dei per eam. * Diligebat autem Ieſus Martham, & ſo-
6 rorem eius Mariam, & Lazarum. * Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc
7 quidem manſit in eodem loco, duobus diebus. * Deinde poſt hæc dixit di-
8 ſcipulis ſuis: eamus in Iudæam iterum. * Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc
9 quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? * Reſpondit Ieſus: Non-
10 ne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia
11 lucem huius mundi videt; * Si ambulauerit in nocte offendit, quia lux non
12 eſt in eo. * Hæc ait, & poſt hæc dixit eis; Lazarus amicus noſter dormit: ſed
13 vado, vt a ſomno excitem eum. * Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine ſi dor-
14 mit ſaluus erit. * Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putaue-
15 runt, quia de dormitione ſomni diceret. * Tunc ergo Ieſus dixit eis manife-
16 ſtè; Lazarus mortuus eſt: * Et gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam
17 non eram ibi: ſed eamus ad eum. * Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didy-
mus, ad condiſcipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. * Venit itaque
Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. * (Erat
18 autem Bethania iuxta Ieroſolymam, quaſi ſtadijs quindecim.) * Multi au-
19 tem ex Iudæis venerant ad Martham, & Mariam, vt conſolarentur eas de
20 fratre ſuo. * Martha ergo vt audiuit, quia Ieſus venit, occurrit illi: Maria
21 autem domi ſedebat. * Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes

Bethania deſcriptio.

A Bethania vicus eſt, ſiue pagus propè vrbem Ieruſalem, diſtans quindecim ſtadijs, vt hoc capite aſſerit Ioannes, id eſt, fermè duobus milliaribus, ſiue dimidia leuca. Nam octo ſtadia milliare vnum, ſexdecim ſtadia duo milliaria efficiunt. Appellatur Bethania in verſione Latina Caſtellum, quo nomine Lyranus, & Carthuſianus exiſtimarunt arcem Bethaniæ ſignificari. At ex Græco nomine compertum eſt, Caſtellum non ſignificare arcem: ſed *vicum*, ſiue *pagum*, dicitur enim Græcè à D. Ioanne κώμη, id eſt, *vicus*, ſiue *pagus*. B Quæſtio eſt an hoc oppidum Martha, & Maria in ſua poteſtate tenuerint, eiuſque dominæ fuerint? Salmeron, & Toletus rem incertam exiſtimant; Caiet. & Titelmanus illius dominas fuiſſe putant. D. Antonin. 1. p. hiſt. cum de hoc miraculo agit, ait Mariam, Martham, & Lazarum, genere nobiles fuiſſe, & diuitijs abundantes, Mariam Dominam fuiſſe Magdali, Martham Bethaniæ, Lazarum multorum in vrbe Ieruſalem ædificiorum. C Reſpondeo, hoc ex loco minimè poſſe colligi Mariam, & Martham dominas fuiſſe Bethaniæ. Illa enim verba; *De Caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis eius*, non ſignificant Bethaniæ Caſtellum, ſiue vicum, in ditione, & poteſtate Mariæ, & Marthæ fuiſſe; ſed Martham, & Mariam Bethaniæ habitaſſe. Eundem in modum idem Ioannes, cap. 1. loquitur: *Erat*, inquit, *Philippus à Bethſaida ciuitate Andreæ, & Petri, &c.* D Dicitur Bethſaida ciuitas Andreæ, & Petri, non quod domini eſſent Bethſaidæ, ſed habitatores, eodem modo Bethania dicitur Caſtellum Mariæ, & Marthæ, non quod dominæ eſſent, ſed incolæ. Ita ſentit Cardinalis Baronius tomo 1. probatur opinio, quoniã Iudæa tunc temporis in prouinciam Romanorum redacta erat, nemoque vlli vrbi, vel vico præter Romanum imperatorem imperabat: ſed huic rationi E reſponderi poteſt, & ſi fuerit Iudæa Romanorum prouincia, potuiſſe aliquos vicos ab aliquibus Iudæis, Romanorum imperio ſubiectis, poſſideri, quemadmodum nunc multi viri nobiles oppida poſſident, qui tamen Regi ſuo parent. In hoc oppido habitabant

An Maria & Martha fuerint Bethaniæ dominæ.

A Maria, Martha, & Lazarus. Lazari nullam mentionem fecerant reliqui Euangeliſtæ, Mariæ, & Marthæ ſororum fecerant: ideo Ioannes Lazarum ex ſororibus notum reddit. *Erat*, inquit, *quidã languens Lazarus à Bethania de Caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis eius, &c.*

Maria autem erat, quæ vnxit Dominum, &c.

De qua vnctione loquatur Euangeliſta.

Dubium eſt, loquaturne hoc loco B Ioannes, per anticipationẽ, de vnctione, qua Maria, poſt fratris reſurrectionem Chriſtum vnxit, vt idem Euangeliſta ſcribit, cap. 12 ſequenti, hoc ſenſu: Maria autem erat illa, quæ poſtea paulò antè paſſionem, Dominum vnxit vnguento, &c. An potius de illa vnctione, quam Lucas memoriæ prodidit, cap. 7. Reſpondetur, Euangeliſtam non vſum eſſe anticipatione, quorſum enim id anticiparet, cap. 11. quod mox cap. 12. literis erat commendaturus? C indicare ergo voluit vnctionem illam cuius Lucas meminit, quæque fuerat celeberrima, quia cum lachrymarum fonte pœnitentiaque celeberrimæ, & peccatorum omnium remiſſione fuerat coniuncta. Eſt ergo ſenſus; Maria autem hæc, de qua loquor, illa eſt mulier peccatrix, cuius vnctio eſt maximè celebris. Aliter, & veroſimilius reſponderi poteſt, Euangeliſtam de vtraque vnctione, fuiſſe locutum. Nam Maria bis vnxit Dominum; eaque ſola vnxit. D Cum ergo ait Ioannes, *Maria autem erat, quæ vnxit Dominum, &c.* ab opere illi proprio Mariam indicat, quod illa ſola fecerat. Nam ſi alia quoque præter illam Dominum vnxiſſet, non certo Mariam ſigno indicaſſet. Lege quæ diximus tom. 2. lib. 8. cap. 12.

Maria bis vnxit Chriſtum.

Miſerunt ergo ſorores ad eum.

E Graui, letiferoque morbo laborabat Lazarus; ſorores ad omnipotentẽ confugerunt medicum Chriſtum, cui nullus morbus poterat obſiſtere. Verſabatur autem Chriſtus in regione illa, quæ trans fluuium Iordanem erat, vt ex dictis conſtat. Illuc miſerunt nũcium, cur ipſæ non ſint profectæ quæ-

Sorores ad Chriſtum mittũt, vt veniat.

Igitur etſi temporariam ſanitatẽ non eſt conſecutus, conſecutus eſt æternã, quod magnam nobis afferre par eſt cõſolationem. Secũdus ſenſus eſt huiuſmodi. Morbus hic non eſt ad mortem: quia Mors Lazari non erit mihi mors, ſed ſomnus. Mox enim illum excitabo. Tertius verior cęteris, morbus hic non eſt ad mortem, hoc eſt, ut mortuus permaneat, ſed ut mirabiliter vitę reſtituatur. Nõ eſt ægritudo ad mortem, ſed ad reſurrectionem & vitam, quia ægritudinis huius finis extremus non erit mors, ſed reſurrectio. Morietur quidem Lazarus, ſed non conſiſtet in morte, ad uitam redibit. Eſt ad mortem quatriduanam, non eſt ad mortem permanentem, Auguſ. Hoc, inquit, eſt, quod ait Dominus, *non eſt ad mortem*, quia & ipſa mors non erat ad mortem ſed potius ad miraculum, &c. Euthymius: dici poteſt mors Lazari, & non mors, mors, propter diuiſionem animę & corporis, non mors, propter reſurrectionem mox futuram, &c. Quartus ſenſus: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem*; hoc eſt, non euenit hic morbus propter mortem, tamquam finem, vt moriatur Lazarus, ſed propter gloriã Filij Dei, ut glorificetur Dei Filius. Finis ad quem hæc ægritudo tendit, non eſt mors, ſed Dei gloria. Deum ſe eſſe indicat Chriſtus his verbis, *ſed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam, &c.* hoc eſt, *infirmitas non eſt ad mortem, ſed propter gloriam Dei*, videlicet, ut Filius Dei qui Deus eſt, per eã glorificetur. Ita Aug. & alij interpretantur. Deum (inquit Auguſtinus) ſe dixit Dominus *Pro gloria Dei*. Cuius Dei? Audi quid ſequitur, *vt glorificetur Filius Dei, &c.* D. Chryſ. Theophy. Euthy. ſic exponunt: *Pro gloria Dei*, ſcilicet Patris, *vt glorificetur Filius Dei per eam*, quia Patris, & Filij eadem eſt eſſentia, eadẽ gloria. Glorificatus autem eſt Dei Filius per Lazari infirmitatem, qm̃ magnã illi gloriã attulit ſtupendum illud miraculum.

Lazari mors & nõ mors.

Chriſtus ſe Deum indicat.

Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem, &c.

Quorſum hæc verba interpoſuerit Ioannes, quæritur. Reſpondetur pro-

A præterea interpoſuiſſe, vt indicaret verſa fuiſſe nuncium Mariæ, & Marthæ: *Ecce, quem amas, infirmatur*. Quaſi dicat, & verè quidem Lazari ſorores dixerunt. Chriſtum Lazarũ amare, amabat enim & Lazarum, & ſorores eius. Præterea addidit hæc verba, ut intelligeremus, quales fœminæ erant Maria, & Martha, qualis vir Lazarus, in quos tantũ beneficium Chriſtus contulit, dilectoꝗ beneficio affecit magno.

Cur hæc Ioannes interpoſuerit.

B *Manſit in eodem loco duobus diebus.*

Non eſt difficile cauſam reperire, cur in eodẽ loco, duobus diebus Chriſtus manſerit, poſt nuncium acceptũ: curque proficiſci noluerit ad afferendam ægroto amico ſanitatem. Ea eſt, quoniam illuſtriſſimum volebat patrare miraculum. Nolebat ſanare ægrum, aut mortuum domi adhuc manentem in vitam reducere: Mortuum quatri-
C duanum fœtentem, ſepulturæ mandatum, uitæ reſtituere decernebat. Quod mirum Iudæis ipſis ſtuporem, ſummãque ipſi gloriam attulit. Manet igitur duobus diebus trans Iordanem, vt interim dum manet, dumque iter facit in Iudæam, Lazarus uitam cum morte cõmutet, extra domum efferatur, ac tumuletur, audiantque a Martha omnes: *Domine iam fœtet, quatriduanus eſt.* Aug. diſtulit Chriſtus Lazarum ſanare, ut poſſet reſuſcitare, &c. Et Chryſo. Qua
D gratia manſit Dominus? Vt expiraret Lazarus, & ſepeliretur. Ne quis dicere poſſet, quod nondum mortuum ſuſcitarit. Ideo tamdiu moratus eſt, vt dicerent iam fœtere, &c.

Poſt hæc dixit diſcipulis, eamus in Iudæam iterum.

Duobus diebus, in regione tranſiordana mãſit Dñs, poſt elapſos duos dies
E diſcipulis dixit: *eamus in Iudæam iterũ*, regio enim illa trans Iordanem, diuerſa erat a Iudæa prouincia, in qua ſita fuit Bethania. *Eamus*, inquit, *in Iudæam iterum*. A Iudæa paucis ante menſibus uenerant in regionem, quæ trans Iordanem eſt, uidelicet, poſt feſtum encœniorum, quo ut ſupra di-

currit, qui noctu iter facit: ſic ego quã A diu in luce ambulo, id eſt, quamdiu viuo, antequam tempus morti a me conſtitutum veniat, nullum incurram periculum, quod mihi Iudæi creare poſſint.

Sextus ſenſus eſt Lyrani, Hugonis Card. D. Antonini, Carthuſiani, Caietani, Titelmanni, & aliorum. Dixerant diſcipuli: *Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? &c.* Reſpondet Dominus: *Nõne duodecim ſunt horæ diei?* B hoc eſt, quemadmodum horæ diei mutantur; ſic in horas mutantur hominũ conſilia, atque voluntates; ſi quærebant me Iudæi lapidare, potuerunt iam mutare voluntatem: hic ſenſus non ſatis cohæret cum ſcientia Chriſti. Sciebat Chriſtus Iudæos voluntatem non mutaſſe: non igitur de mutatione voluntatis Iudæorum loquebatur. Reſponderi poteſt, locutum fuiſſe de potentia; quaſi dixerit, potentiam habuerunt, vt uoluntatem mutarent, ſed cum ſciret nõ mutaſſe, quorſum ſic loqueretur? hæc ex alijs: quid mihi videatur ſubiungam.

Sententia verborum Chriſti iuxta mentem Auctoris. Arbitror Chriſtum hoc loco de luce ſcientiæ ſuæ loqui, qua omnia cognoſcebat; conſilia etiam, mentes, ac cogitationes Iudæorum. Significat ergo ſe in luce ſcientiæ ambulare, non in nocte ignorãtiæ; atque adeo cognoſcere omnes inſidias Iudæorum, nihilque ſibi ab eis eſſe metuendum. *Nonne* (inquit) *duodecim ſunt horæ diei?* Si quis in his duodecim horæ diei, & lucis ambulauerit, non offendit: ſi autem in nocte ambulauerit offendet, quia lucis beneficio caret. Quemadmodum dies lucem habet; ita ego habeo ſcientiæ ſplendorem, qua Iudæorum mentes cognoſco: dies habet lucem duodecim horarum; ego habeo lucem multarum ſcientiarum: in luce magna ambulo, omnia offendicula, omnes inſidias Iudæorum video. Qui ambulat in luce in offendicula non impingit: ego in luce ſcientiæ ambulo, ſcio quid cogitẽt, quid machinentur Iudæi; non incidam in paratos eorum laqueos. *Eamus in Iudæam*, nihil eſt periculi mihi, aut vobis, quod non præuidæam.

Scientia Chriſti nõ fallitur. D

Aliter dici poteſt, Dominum hoc loco ſignificare ſe oportere iter in Iudæam facere, ad patrandum illuſtriſſimum miraculum, ante mortem, & crucem. Simile illud eſt Ioan. 9. antequam miraculum ederet, cœcoque nato lucem afferret: *Me, inquit, oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt, &c.* Hoc eſt, oportet miracula facere donec viuo, antequam moriar. Eſt ſenſus huius loci parabolici: Duodecim ſunt horæ diei: In his duodecim horis, dum dies eſt, iter oportet facere. Nam qui iter dum dies eſt facit, non impingit in offendicula, qui vero iter noctu facit, impingit. Quemadmodum oportet homines dũ dies eſt diurnis horis iter facere, ne impingant in offendicula; ſic oportet me, dum dies eſt, id eſt, dum inter mortales viuo, iter facere in Iudæam, antequam nox, id eſt, mors adueniat. Oportet autem in Iudæam ire, vt C operer opera Patris mei, id eſt, ut miraculum maximum faciam, Lazarumque vitæ reſtituam. Dum verò dies erit, id eſt, dum viuendi mihi tempus fuerit, in nullum offendiculum impingam, mihi nocere non poterunt Iudæi, antequam noctis, id eſt, mortis hora veniat.

Lazarus amicus noſter dormit.

Poſtquam oſtendit Dominus parabolicè, opus eſſe Iudæam, & Bethaniã petere; quæ cauſa ſit illuc proficiſcendi aperit, parabolico etiam ſermone; *Lazarus, inquit, amicus noſter dormit, ſed vado, vt a ſomno excitem eum, &c.* Mortẽ nomine ſomni afficit: erat enim ſomni inſtar Lazari mors. Quemadmodũ qui dormit, paulò poſt è ſomno excitatur; ſic Lazarus paucis poſt mortem diebus, excitatus eſt. *Vado, inquit, vt a ſomno excitem eum.* Præterea inſtar ſomni Lazari mors erat Chriſto; quia tam facile illi erat Lazarum a morte, quam a E ſomno excitare. Aug. tract. 49. Lazarus (inquit) Domino dormiebat; hominibus mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant. Nam Dominus tanta eũ facilitate excitabat de ſepulchro, quãta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo ſecundum potentiam ſuam, dixit dormientem, &c.

Mors ſomni nomine afficitur.

Somnus ægrotãtium eſt ſalutis indicium.

Eodem modo exponit ſermo.44. de Verbis Domini. Verba hæc parabolica, diſcipuli licet parabolis magiſtri aſſueti, minimè intellexerunt: de ſomno loqui opinati ſunt: ideoque reſponderunt: *Domine ſi dormit, ſaluus erit*, id eſt, erit ſanus. Solet enim (vt Aug. ait) ſomnus ægrotantium, eſſe ſalutis indicium. Si quidem de ſomno, verba Chriſti intellexerunt diſcipuli; mirum eſt, non fuiſſe admiratos, quod Chriſtus dixerit: *Vado, vt a ſomno excitem eum*. B Quis enim ad excitandum ex ſomno hominem, multorum cõficiat iter milliariorum? Mirum cur non reſponderint: Domine ad excitandum ex ſomno hominem dormientem, non opus eſt tam longum peragere iter: nõ deerunt eo loco, qui excitent. Præterea ex verbis Chriſti colligere debuerant ſomnum Lazaro eſſe noxium; ſiquidẽ Dominus è tam diſtanti loco, ad eum expergefaciendum Bethaniam volebat proficiſci. At aiunt; *ſi dormit ſaluus erit*, non nocebit illi ſomnus, ſanitatẽ C afferet. Nolebant Iudæam petere; ideo non opus eſſe illuc ire ſignificabant.

Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos vt credatis, quoniam non eram ibi.

Parabolica verba explicat Dominus; non de ſomno, ſed de morte ſe loqui aperit. *Lazarus*, inquit, *mortuus eſt*, ſomnus de quo loquor, mors eſt Lazari, quem audiuiſtis a nuncijs ægrum D eſſe. At cum diſcipuli ſcirent, Chriſtũ non fuiſſe Bethaniæ, cum mortuus eſt Lazarus: cur ait: *Gaudeo vt credatis, quoniam non eram ibi?* Credere ne poſtea id poterant, quod iam tunc certiſſimè nouerant? Tranſmutatio eſt verborum hoc loco. Verba illa: *Quoniam non eram ibi*, non ſunt coniungenda cum verbo *credatis*, ſed cum verbo, *gaudeo*, hoc ſenſu, *gaudeo propter vos, quoniã non eram ibi*; id eſt, Bethaniæ, quo tpe Lazarus mor- E tuus eſt, *vt credatis*. Sed curnã credituri creditori erant? Rñdeo, quia Lazarum mortuũ eſſe nunciabat, cum tamen Bethaniæ non fuiſſet, vbi è vita diſceſſerat; imò potius credituri erant, quia illuſtriſſimum miraculum erant cõſpectari, videlicet quatriduanum mortuũ

Tranſpoſitio verborũ notanda.

A ex ſepulchro in vitam reductum. Ait ergo Dominus Lazarus mortuus eſt, & gaudeo, quod non eram ibi, gaudeo (inquam) propter vos, ut credatis, cũ videretis eundem Lazarum vitæ a me reſtitutum. Nonne diſcipuli iam credebant? Cur ergo ait; *vt credatis?* Verbum credere, hoc loco, non fidei initium ſignificat, ſed progreſſum, *vt credatis*, hoc eſt, maiorem in fide progreſſum faciatis. Meminiſſe debemus (ait Auguſtinus tract. 49.) quod adhuc etiam ipſorum diſcipulorum, qui in eum crediderunt, miraculis ædificabatur fides. Non vt ea, quæ non erat eſſe inciperet; ſed vt ea, quæ iam eſſe cœperat, creſceret. *Vt credatis*, intelligendũ eſt, vt amplius, robuſtiuſque credatis. Sic Auguſtinus.

Fides non initiũ fidei ſed progreſſum deſignat.

Nonnihil ſupereſt in his verbis dubij: *Gaudeo*, inquit, *propter vos, quoniam non eram ibi*. Cur ait Dominus ſe gaudere quoniam nõ erat Bethaniæ? quid ex hac abſentia euenit, quod gaudium pareret? Reſpondetur, ex hac abſentia datum eſſe locum maximo miraculo: ſi enim affuiſſet, vel ſanitatem amico, antequam moreretur contuliſſet, vel antequam humaretur in vitam illum reuocaſſet. Ex abſentia vero euenit, vt è vita migraret, in ſepulchro conderetur, quatuorque dierum ſpatio ſepultum cadauer eſſet. Theophylactus verba hæc ita interpretatur: Gaudeo veſtri cauſa, vt credatis, quia non eram Bethaniæ, & tamen cum longè abſim, prædico uobis mortem Lazari. Aliter etiam exponi poſſunt hoc pacto: *Gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi*: hoc eſt, gaudeo veſtri cauſa, ut credatis, id eſt, vt fides veſtra augeatur, augebitur autem, quia non eram Bethaniæ, cum Lazarus ægrotabat. Nã ſi fuiſſet ibi Dominus, non fuiſſet datus miraculo tanto locus, neque aucta fuiſſet miraculo illo diſcipulorum fides. Quia ergo non fuit Bethaniæ Dñs crediderunt diſcipuli, hoc eſt, in fide progreſſum fecerunt, conſpecto maximo miraculo; quod non feciſſet, ſi Bethaniæ fuiſſet. Quod autem ait: *Quia non eram ibi*: intellige ſecundum humanitatem. Nam ſecundum diuinitatem vbique erat.

Quod ex abſentia Chriſti emolumentum Apoſtolis acceſſerit.

Ea-

Eamus, & nos, vt moriamur cum eo.

Cum videret Thomas Apoſtolus, Chriſtum Bethaniam velle petere, ad condiſcipulos, ideſt, reliquos Apoſtolos conuerſus dixit: *Eamus, & nos, vt moriamur cum eo*, ſic Græcè legitur ἵνα ἀποθάνωμεν, *vt moriamur*, non *& moriamur*: ſic etiam habent Biblia correcta. Hæc verba timentis eſſe, volunt Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Ianſenius, Lyranus, Salmeron, B quaſi dicat ironicè, eamus etiam nos, vt moriamur cum eo in Iudæam proficiſcente Nihil enim ex hoc itinere aliud, quam necem acerbiſſimam reportare commodi poſſumus. Theophylact. ſic interpretatur: *Eamus, & nos* ſtulti, & inſipientes, & non curantes propriam vitam, *vt moriamur cum eo, &c.* Illud, *cum eo*, non deſunt, qui ſic exponant, ut moriamur cum Lazaro, hoc eſt, ſicut Lazarus mortuus eſt. At illa particula, *&* præcedens, oſtendit C de Chriſto loqui Thomam; *Eamus*, inquit; *&* ideſt, etiam nos, eamus comitemur illum, *vt moriamur cum eo.*

Potentia Chriſti Apoſtolum corroborauit. Potentiam Chriſti extollit hoc loco Chriſoſtomus, qui timidum diſcipulum ſic corroborarit, vt abſque timore vllo terrarum peragrarit orbẽ. Tanta, inquit, eſt Chriſti potentia. Nam Thomas, qui cum Chriſto in Bethaniam ire non audebat, ſine eo poſt modum ſolus terrarũ orbẽ peragrauit, & in medijs populis inclamantibus, & mortem minitantibus, intrepidus uerſabatur &c. D

Amoris hæc verba fuere nõ timoris. At verò cùm verba hæc Thomæ, amorem erga magiſtrum, eumque maximum potiùs indicent, quam timiditatem; cur illa nos in peiorẽ partẽ interpretabimur? Amoris, & ardoris, in pectore Thomæ flagrantis, verba fuere, non timoris Atque idcirco a Ioanne memoriæ prodita ſunt, quia amorem ſpirant pectoris Apoſtolici. Ergo amore incenſus Thomas condiſcipulos hortatur, vt magiſtrum ſequantur, & ſi opus fuerit, cum illo moriãtur. Multò enim ſatius eſt cum Chriſto mori, quam viuere. Nec ſine auctore hæc dicimus. Sententia hæc Ru- E

A perti eſt, qui Thomæ verba his interpretatur verbis: Poſtponentes vitam noſtram voluntati, vel imperio Domini, & magiſtri noſtri: *Eamus, & nos, & ſic fieri neceſſe eſt, moriamur cum illo, &c.* Idem ſentit Dionyſius Carthuſianus, Caietanus, & alij. Thomæ, Ioannes duo tribuit nomina: *Thomas*, ait, *qui dicitur Didymus.* Prius nomen Thomas Hebræum eſt, ſecundnm Græcum, vtrumque idem ſignificat, nimirum *gemellum*, ſiue geminum, fortè ex geminis fratribus alter fuit Thomas, ideo ſic eſt appellatus. Videtur vtroque appellatus nomine; *Thomas*, inquit qui dicitur, hoc eſt, qui appellatur Didymus. Quòd ſi dicas dictum tantum fuiſſe Thomam; Ioannem verò nomen Hebræum interpretari, quæri poteſt, cur Ioannes nomen Thomæ maluerit interpretari, quam alia Hebræa, quæ commemorauit. Præterea ſatis fuerat interpretari ſemel: at ca. 21. idem repetit; *Thomas, qui dicitur Didymus.* Quamobrem veriſimilius videtur, vtroque dictum nomine, & Græco, & Hebræo, idque ſignificare Ioannis verba de his nominibus diximus tom. 2. lib. 6. c. 14.

CAPVT II.

De Lazaro.

Inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

Delectatus eſt Dominus Thomæ verbis, & ardore, diſcipuli autem ad profectionem ſunt excitati; profectus ergo Bethaniã eſt. Cũ in vicum peruenit ſepultus iã erat Lazarus, quatuorq; dies in monumento iã habebat. Quærit Chryſoſtomus hoc loco. Si quindecim ſtadijs Bethania aberat, quõ erat quatriduanus Lazarus? Reſpondet hoc modo? Miſit Chriſtus duos dies, quorũ pridie venerat nũcius, quo die mortuus erat Lazarus ita quarto venit, &c. Qõ eſt, quõ fieri poteſt, vt Chriſtus Lazarũ inuenerit, iam *Quomodo quatuor dies Lazarus mortuus fuerit*

uiſitaſſe par erat. Quare ſubdit Euangeliſta, quòd multi ex Iudæis uenerāt ut conſolarentur eas, &c. Græcè legitur; multi ex Iudæis venerāt πρὸς τὰς περὶ μάρθαν, καὶ μαρίαν, quamobrem in Regijs Bibl. hæc eſt verſio, uenerant ad eas, quæ circa Marthā, & Mariam. Verum, vt eſt apud Euthymium id ſignificat hic dicendi Græcus modus, quòd noſter interpres Latinè vertit, *ad Martham, & Mariam.* Quis enim ſibi perſuadeat Iudæos ad eas ueniſſe fœminas, quæ circa Martham, & Mariam erant conſolandas, non ad Mariam, & Martham?

Martha ut audiuit, quia Ieſus venit, occurit illi.

Chriſtus ſũmus conſolator.

Venerunt ad Martham, & Mariam Iudæi, ex vrbe Ieruſalem, ut conſolarentur eas, ſed mœrorem pellere nō potuerunt. Summus conſolator ex regione Peræa venit, lachrymas omnino abſterſit, doloremque procùl expulit. Vbi primum Martha eum adeſſe audiuit, obuiam venit lachrymiſq; perfuſa, his illum uerbis excepit. *Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus*; tu enim ſi adfuiſſes morbum, mortemque depuliſſes. *At nunc ſcio, quia quodcunque a Deo petiueris, conſequeris.* Nondum plenam Chriſti cognitionem habebat. Nā Deū eſſe non cognouiſſe hæc uerba arguunt. Si. n. Deū eſſe cognouiſſet; nō dixiſſet. *Quæcumq; a Deo popoſceris, dabit tibi Deus*, Sed q̄cumq; uolueris, poteris efficerè. Quæritur quorſum ait: *ſed & nunc ſcio, q̄a quæcumque popoſceris a Deo, dabit tibi Deus?* Reſpondeo de fratris agere reſurrectione, in hanc ſententiā, ſi apud nos fuiſſes; non diſceſſiſſet a uita frater meus; ſed etiam nunc hoc ſcio, q̄a poteris illum in uitam reuocare precibus tuis, ſi uolueris.

Ad hæc Chriſtus; *Reſurget*, ait, *frater tuus:* Merentem incipit conſolari. rediturum eſſe in uitam Lazarum aſſerit: ſed quo tempore ſit rediturus non aperit. Non ait ſe illum a mortuis excitaturum. Ambiguum hoc fuit (inquit Auguſtinus) nō enim ait: Modò reſuſcito fratrem tuum; ſed re-

A *ſurget frater tuus, &c.* Hāc ob rem Marta reſpondet: *ſcio quia reſurget in nouiſſimo die*: dicis Domine fratrem reſurrecturum, id ego iam ſcio. Neq; enim Sadducæorum impium dogma teneo, qui aſſerunt mortuos non eſſe redituros in vitam. Credo equidem reſurrecturum extremo mundi tempore. Sed ego vellem vt tuis ille precib. nunc reſurgeret. Credebāt Iudæi mortuos in nouiſſimo die reſurrecturos; Sadducæi tamē, ut conſtat ex cap. 22. Mat

Iudæi credebāt mortuorum reſurrectionē ſed non omnes.

B thæi, reſurrectionē impiè negabant. Act. 23. ait Lucas: *Sadducæi dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neq; ſpiritum Phariſæi autem vtraque confitentur, &c.* Confitebantur ergo Phariſæi mortuorum reſurrectionem, & Iudæi alij. Ab his, & à Chriſto potuit, Martha diſcere. Forſitā Martha volēs a Chriſto audire quo tēpore eſſet reſurrecturus frater, ſic locuta eſt, ut reſponderet ille; non in nouiſſimo die,
C ſed nunc frater tuus reſurget.

Ego ſum reſurrectio, & vita:

Chriſtus Deum ſe eſſe indicat.

Noluit Chriſtus apertè dicere; ego in uitam fratrem tuum reuocabo. Sed Deum ſe eſſe indicat, qui propria potentia mortuos uita poſſit donare; ac proinde Lazarum. Nam qui fons eſt reſurrectionis, & vitæ, reſurrectionē vitamque propria potētia largiri poteſt; at Chriſtus ait, ſe fontem reſurrectionis eſſe, & vitæ; vnde ſequitur poſ
D ſe illam quibus vult donare. *Ego*, inqt, *ſum reſurrectio, & vita.* Hoc eſt, ſum, fons reſurrectionis, & vitæ. Cauſam indicant verba hæc, quemadmodum illa Apoſtoli. 1. Cor. 1. *Qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, &c.* Chriſtus enim cauſa eſt, & fons reſurrectionis, vitæ, ſapientiæ, iuſtitiæ, ſanctificationis, & redemptionis; hæc omnia ab illo ve-

Chriſtus fons vitæ & reſurrectionis.

E luti a fonte vberrimo emanāt. *Ego*, inquit, ſum reſurrectionis omnium hominum, & vitæ cauſa, & fons. *Qui credit in me* fide viuā, & cum caritate copulata; *etiam ſi* temporali morte *mortuus, fuerit, reſurget*, & in vitam æternam redibit, in die iudicij. *Et omnis qui viuit*, hoc eſt, omnis, qui uita n in

hoc

Abijt, & uocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens, Magiſter adeſt, & vocat te. A

Chriſtus iuſſit Mariã uocari.

Poſtquam hæc verba fecit Martha, iuſſa à Chriſto eſt vocare ſororem Mariam. Nolebat enim Dominus, domũ ingredi, in qua Maria erat, ſed ſepulchrum Lazari ſtatim petere, miraculũ que celeberrimum patrare. Iuſſionis huius mentionem minimè fecit Euangeliſta; ſed ex his verbis Marthæ colligitur; *Magiſter adeſt, & uocat te.* Aduertendum eſt (ait Auguſtinus tract. 49.) B quemadmodum Euangeliſta non dixerit, vbi, vel quando vel quomodo Mariam Dominus vocauerit: vt hoc in verbis Marthæ potius intelligeretur, narrõnis breuitate ſeruata, &c. Theophylactus addit, fieri potuiſſe, vt Chriſtus non verbo, ſed præſentia, Mariam vocarit. Inſinuat (inquit Theophyl.) Euangeliſta, mandatũ Marthæ a Dño, vt uocet ſororem, vel aduentum Chriſti loco vocis habebat. Quomodo C enim Chriſto præſenté, non debebat ad illam etiam Maria venire? &c. Sed quomodo vocauit Martha ſororẽ ſilentio? Numquid ſilens nutu aliquo vocauit? At Euangeliſta ait, veba hæc protuliſſe: *Magiſter adeſt & uocat te.* Reſpondetur Græcè legi, λάθρα, ideſt *clam, ſecreto* (vocatamque ſororem a Martha ſilentio, ideſt, clam, ſubmiſſa uoce: ne Iudæi, qui aderant, & in Chriſtum non credebant, ab illo illam vocari intelligerent. Vocatã a item eſt, D vt miraculo adeſſet, tam ipſa, tum ẽt Iudæi qui eam ſecuti ſunt. Aduerte autem Martham cum nuncium de aduentu Domini audiuit, non eodem loco fuiſſe cum ſorore, ideoque ignoraſſe Mariam Chriſtum adeſſe.

Surgit citò, & venit ad eum.

Amor moræ impatiens eſt.

Amor moræ impatiens eſt. Vocata Maria a Magiſtro, quem ardenter amabat ſurrexit citò, & uenit ad eũ. Martha quoque cum audiuit eũ in Bethaniam venire, tanta cum celeritate obuiam proceſſit, ut ſororem, pręceleritate tantí aduentus non fecerit certiorem. Qui aderant Iudæi, cum vidiſſent Mariam repentè, taciteque ſurrexiſſe veluti doctoris agitatã ſtimulis, exiſtimarunt ſepulchrum fratris petere, ut notto planctu illius mortem deploraret, illaq; ſecuti ſunt. At illa non ſepulchrum mortis domum petebat, ſit plangeret, ſed vitæ, reſurrectionisq; petebat fonté Chriſtum, vt conſolationem ex eo hauriret. Rogabit aliquis Cur Iudęi Martham domo egredientẽ non ſunt ſecuti, ſunt autẽ ſecuti Mariam? Rupertus reſpondet his verbis: Non eſt prætereundum, maiorẽ circa mariam, q̃ circa Martham couſolãtiũ eſſe diligentiam. Nã quando Martha ſurrexit, ut Domino occurreret, non ſecuti ſunt Iudæi, quando verò Maria exiuit, vocante Martha, non Martham vocantem, ſed Mariam ſolam ſunt ſecuti dicentes; *quia vadit ad monumentũ vt ploret ibi*. Cur hoc, niſi quia Maria tenero magis affectu fratrem diligebat, & plus diligens amplius dolebat? Hæc ille. Reſpondet ergo ſecutos Mariã Iudæos, non Marthã, qa Maria maiore torquebatur dolore, maioreque conſolatione indigebat, ſiquidem maiorem ex fratris morte mœrorem, animo cõceperat, quẽ tenerius diligebat.

Cur Iudæi Mariã abeuntem nõ Marthã ſequuti ſint.

Reſpondendum potius eſt, propterea Iudæos non eſſe ſecutos Martham quoniam in domo illa, vbi erãt Iudęi, & Maria, non erat Martha, cum nuncium de aduentu Chriſti audiuit. Non fuiſſe autem eodem in loco, vel domo probatur; quia ſi in eodem loco fuiſſet, etiam Maria, & Iudæi nuncium de aduentu Chriſti audiſſent. Quod falſum eſſe conſtat ex dictis. Nam cum ad Martham familiæ cura ſpectaret: aliquid extra domum, in qua Maria cum Iudæis erat, ad familiam pertinens forſitan procurabat. Præterea quamuis Martha, cũ Maria ſimul fuiſſet, & domo ipſa ſola egrederetur, nõ fuiſſent illam ſecuti Iudæi; quia cum Maria, quæ domi remanebat ipſi remãſiſſent E Exiſtimaſſent verò Martham, ad familiam procurandam abire. At vero cum Maria egreſſa eſt, nemo domi remanebat cum quo remanere Iudæi poſſent, & fuit igitur opus, poſt Mariã egredi. Præſertim qa arbitrabãtur, illã plangẽdi cauſa in monumẽtũ ſe cõferre, vbi opus cõſolatione erat in

Martha audiuit prius de aduentu Chriſti quã Maria.

in planctu renouato. Mirum etiam eſt Mariam Iudæis ipſam conſolantibus diſceſſus in cauſam minime aperuiſſe; ſed ſubito tacitamque illos reliquiſſe. Sed quid mirum? vehemens amor nihil niſi amatum, curat.

Infremuit ſpiritu, & turbauit ſe ipſum.

Marthæ verbis reſpōdit Dominus; Mariæ reſpondet, non verbis, ſed lachrymis. Cum tam illa, quam Iudæos, qui eam ſequebantur lachrymantes cerneret, *infremuit ſpiritu & turbauit ſe ipſum* lachrymaſque profudit. Verba illa, *infremuit ſpiritu*: D. Chryſoſtomus interpretatur, in hanc ſententiā; cum ad lachrymas cōmotus eſſet; motum frænauit; ne flendo loqueretur p̄ter decorū, Nouerat Christus (inquit ille) lachrymas excitare, & affectum arguere. Illa enim particula, *& infremuit ſpiritu*, motum illum cohibuiſſe ſignat. Et ait: *Vbi poſuiſtis eum?* ne flendo interrogaret, &c. Theophylactus eodem modo: Ad lachrymas, ait natura Chriſti mota eſt, & cohibebatur. Dn̄s infremuit ſpiritu, in affectionem; hoc eſt, increpat per ſpiritum confuſionem, & cohibet illam, & ſic rogat, vt non cum vlulatu eſſet interrogatio, &c. Addit Theophylactus fremitū fuiſſe carnis cohibitæ a lachrymis. permiſit, inquit, naturæ Chriſtus proprium operari; & aſperè tractat carnem, increpatque eam, Spiritus ſancti virtute. Itaque caro non ferens increpationem turbatur, & fremit, & cum mærore pugnat, &c. Putat Theophylactus, ſpiritum hic ſignificare Spiritū ſanctum, Euthymius putat ſignificare affectum, & motum ipſum ad lachrymas; & in hunc modum interpretatur infremuit in ſpiritū, vel ſpiritui, hoc eſt affectū cohibuit, ipſum reprimēs. Hic ſenſus Latinæ noſtræ lectioni nō congruit Græcè congruit quæ huiuſmodi eſt, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, verti poteſt, *comminatus eſt ſpiritui, infremuit ſpiritui*, id eſt, in ſpiritum; vel, *infremuit ſpiritu*, id eſt per ſpiritum. Verbum Græcum ſignificat acriter comminari, minaciter imperare, & freme-

Lacrymas Chriſtus cohibere conatus eſt.

A re. Marci 14. Græcè legitur ἐνεβριμῶντο αὐτῇ, interpres vertit. *fremebant in eā*, hoc eſt mulieri indignabantur, quę pedes vnxit Domini: hoc etiam loco vertere potuiſſet fremuit in ſpiritū. Sed rectius vertit, atq; aptius, (*infremuit ſpiritu*,) hoc eſt, per ſpiritum ſuum, ſiue animum, Chryſoſtomi, & reliquorum interpretatio probanda non eſt. Nam dolor mœſtitia, & ad lachrymas motus, in poteſtate Chriſti erant, ex voluntatis imperio, omnes illius affe-

B ctus commouebantur. Non ergo opus fuit, eos cohibere. Non enim cohibetur affectus, qui ex imperio voluntatis commouetur, ſed is qui inuitis nobis excitatur.

Dolor & mœſtitia in poteſtate Chriſti erat.

Aliter explananda ſunt verba hæc, hunc in modum, *Infremuit ſpiritu*: hoc eſt, animo ſuo indignatus eſt, vel, in animo ſuo intus commotus eſt, & turbauit ſemetipſum, ipſe fremitum ſpiritu ſuo, ipſe perturbationem effecit ſponte ſua, non inuitus. Vel, *infremuit*

C *ſpiritu, & turbauit ſe*: hoc eſt, non a carnis paſſione ductus infremuit, ſed a ſpiritu ſuo, & turbauit ſemetipſum. A ſpiritu, non a carne, ortus eſt fremitus & perturbatio. Caiet. Deſcribit, inquit, Euangeliſta paſſiones in Ieſu, ex ſpiritu, non ex carnali affectu originē habuiſſe, ita q̄ *ſpiritu* refertur ad, *infremuit, & conturbauit, &c.* D. Cyrillus lib. 9. Ioan. cap. 13. illa Ioannis verba; *turbatus eſt ſpiritu*; his ſimilia, ſimiliter interpretatur: turbatum, inquit, ſpiritu

A ſpiritu nō a carne ortus eſt fremitus & perturbatio.

D Ieſum fuiſſe, ſcripſit Euangeliſta, ueq; aliud turbationem nuncupauit, quam odium mali, expreſſius a ſpiritu factum, &c.

Affectus inuadunt nos etiam nolentes, vt mœſtitia, & lachrymarum effluxus. Reſiſtere affectibus poſſumus, neque aſſentiri, ne verò omnino inuadāt efficere non valemus. Vide Gen. 43. *Feſtinauit domum Ioſeph, quia commota erant viſcera eius ſuper fratre ſuo (Benia-*

E *min) & erūpebāt lachrymæ, &c.* At Chriſtus affectuum Dominus erat; nolentem non inuadebant, ipſe illos quando volebat excitabat. Quod indicat Euangeliſta, cum, ait *infremuit ſpiritu, & turbauit ſe ipſum*. Aug. tract. 49. Turbaris, inquit, tu nolens turbatus eſt

Chriſtus affectuum Dominus erat

Chri-

Chriſtus, quia voluit, contriſtatus eſt, quia voluit, in illius poteſtate erat, ſic vel ſic affici, vel non affici, &c. Itẽ: Vbi ſumma poteſtas eſt, ſecundum voluntatis motum turbatur infirmitas, &c. D. Bern. ſer. 2. d. S. Andrea: Chriſtus ipſe ſe turbauit; non conditionis neceſſitate, ſed ſuæ beneplacito voluntatis, &c. Lege etiam Gregorium lib. 3. Moral. cap. 11. & eundem Aug. lib. 14. de Ciuit. cap. 9.

Cur Chryſtus infremuerit.

Cur Chriſtus infremuerit ambigitur; eſt autem fremitus indignationis indicium. Qui enim indignantur fremũt. Auguſtinus, quem ſequitur Beda Chriſtum, ait, fremuiſſe, vt hominis fidem doceret in peccata fremere. Rupertus exiſtimat fremitum Chriſti, diuinitatis fortitudinem, turbationem verò humanæ naturę in paſſione volũtariam turbationem, adumbraſſe. In ipſa, inquit, interfectione Chriſti, humana quidem infirmitas turbata eſt valdè, ſed diuina fortitudo comminans morti ſempiternæ, tanquam leo fremens, & rugiens, ad prædam aſcendit, & infernum (ideſt limbum) ſpoliauit. Igitur quia per occaſionem huius miraculi, illud futurũ erat, (hoc eſt, Chriſtus erat interficiendus) fremuit ſpiritu, & turbauit ſe ipſum. Sic Rupertus. Chryſologus ſerm. 63. ſentit fremuiſſe Dominum, quia nondum omnes excitabat homines, quòd extremo iudicij facturus eſt die. Fremit, inquit ſpiritu Chriſtus, & tota ſe viſcerum commotione conturbat; quia adhuc ſolũ Lazarum, & non iam omnes mortuos ſuſcitabat, &c. Caietanus arbitratur infremuiſſe, eò quòd arduum reſurrectionis opus, Lazari quatriduani, eſſet aggreſſurus; vt internus motus paſſionis, appareret in facie conformis operi. Eſt etiam opinio, infremuiſſe, & ſe ſe turbaſſe; hoc eſt fremitu & turbatione teſtatum eſſe dolorem. At vero fremitus non dolorem ſolum, ſed indignationem ſignificat, & verbũ Gręcũ ἐνεβριμήσατο minas indicat.

Chriſtus cõtra quid infremuerit.

Ergo aduerſus rem aliquam infremuit Dominus. Quę illa ſit quęrimus. Rationi conſentaneum eſt infremuiſſe aduerſus Iudæorum incredulitatẽ; qui tot miraculis conſpectis, non credidiſſent, quiq; ex faciendo miraculo clariſſimo, occaſionẽ accepturi eſſent; vt ipſum in crucem agerent. Veriſimile etiam eſt, quia Chriſti facta maximè ſublimia ſunt, & res magnas ſignificant, infremuiſſe aduerſus Satanam, & peccatum, quod cauſa mortis fuerat, & aduerſus mortẽ, quę Lazarũ proſtrauerat, quaſi illis minas intentas; & illum Oſeæ dicẽs. cap. 13. *Ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne, &c.* D. Cyrilli eſt hæc ſententia lib. 9. in Ioan. c. 13. Minas, inquit, Chriſti aduerſus mortem, fremitum Euangeliſta appellauit, &c.

CAPVT III.

Vbi poſuiſtis eum.

HVmano more progreditur, ad miraculum. Egregie quidem nouerat, ubi Lazarus eſſet poſitus, ſed interrogat more humano, vbi ſit ſepultus. Cur interroget, cauſam reddit Chryſoſtomus, his verbis; Non vult feſtinare, (ſcilicet ad miraculum) ſed omnia ab illis diſcere, & hortatus facere; vt omni ſuſpicione careret miraculum, &c. Alij alias reddunt cauſas, quas libens omitto, quia minus attingant ſcopum. Reſponderunt interrogationi Martha, & Maria, vel alij, qui aderant: *Domine ueni, & uide.* Præierunt, & ſepulchrum Chriſto oſtenderunt.

Et Lachrymatus eſt Ieſus.

Veritatem humanæ carnis Chriſtus indicat.

Veritatem naturæ humanæ Chriſtus indicat; ut uerus homo, naturam habens humanam, lachrymatur. Neq; enim (ut ait Chryſoſtomus) niſi noſtrę fuiſſet naturę, lachrymari coactus fuiſſet, &c. abſit tamen a Chriſto omnis coactio. Non cogebatur Dominus ad lachrymas, aut dolorem, quemadmodum nos cogimur, ſponte ſua plorabat, lachrymasque profundebat, nõ coacte, quas in ſua habebat poteſtate, ſicuti affectus omnes ut ſupra diximus. Flebant reliqui, illis ſe etiam

voluit

ſic ſcribit. Cum Chriſtus Lazarum exſcitaturus lachrymat, infidelitatem humani generis lugebat; &c. Rupertus ait, forſitam Chriſtum ploraſſe, quòd Lazarum ex tranquillo vbi erat loco, in vitæ huius turbines reuocaturus eſſet. Lazaro, inquit, quem vt Deus ſuſcitaturus erat Chriſtus, pias lachrymas ante impendit; fortaſſe non tam pro eo ꝙ mortuus erat, quam pro eo, quòd propter ædificandam uiuẽtium fidem reuocari illum oportebat, ad tolerandas rurſus huius vitæ miſerias, &c.

Ecce quomodo amabat eum.

Signum quidem fuere amoris, & honoris ſummi, lachrymæ Domini, Lazaro amico impenſæ. Ideoq; Iudæi non malè ex lachrymis, tamquã ſigno amorem collegerunt; quemadmodum ex fumo ignem in domo eſſe rectè colligere ſolemus. Ecce, inquit, *quomodo amabat eum.* Lachrymæ teſtãtur amorem. Alij verò, cùm flentem cernerẽt, aiebant: *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ne hic moreretur?* Conſilium illi Dei ignorabant, ideò ſic loquebantur. Rectè quæſtioni huic reſpondetur, Auguſt. verbis illis tract. 49. Diſtulit ſanare, ut poſſet reſuſcitare, &c. Potuit ò Iudæi efficere, ne moreretur Lazarus; ſed mori voluit, ut miraculum illuſtrius ederet. Pauliſper exitum finemque expectate; & cur ſanare, cum poſſet, noluerit, videbitis. Etenim permiſit vt moreretur; vt mortuus, celeberrimo miraculo ſuſcitaretur.

Iudæi quomodo lacrymas Chriſti interpretentur.

Dubium eſt, an hi Iudæi putarint, Chriſtum potuiſſe efficere ne Lazarus moreretur: ſiqdẽ efficere potuerat, ut cæcus natus videret? Negat Theophylactus; Vellicabãt, inquit, miraculum cæci illuminati; & quaſi non eſſe factum a morte Lazari calumniabantur, &c. Idem ſentit Chryſoſtomus. Euthymius verò, impotentiam, inqt, Chriſto exprobrant Iudæi, & ironicè dicunt: *Qui cæci oculos aperuit*: eo quòd iſtud non fecerit, neq; illud feciſſe arbitrantes, &c. Alia eſt opinio, hos Iudæos confiteri quidem, Chriſtum cæci nati oculos aperuiſſe, potuiſſe quo-

Impotẽtiã Chriſto Iudæi tribuũt

A que efficere ne Lazarus moreretur. Illum verò ſubreprehendere, quod amicum, antequam moreretur, ſanare noluerit, cum poſſet. Reſpondetur, verba Iudæorum potuiſſe proficiſci vel ab animo incredulo, maleq; erga Chriſtum affecto; veraq; erit prior opinio, ironicè fuiſſe dicta, & per irriſionem, atq; contemptum. Vel ab animo non malè erga Chriſtum affecto, neq; omnino incredulo; per quandam quaſi admirationem, & per modum quendam B loquẽdi, hoc pacto: Non poterat hic, quem confitemur cæco oculorum tribuiſſe lucem, efficere id, quod minus erat, ne Lazarus moreretur? Atq; hoc videtur probabilius: ſiquidem ex his Iudæis, qui aderant, conſpecto miraculo multi crediderunt in Chriſtum. Potuerunt etiam Iudæi dicere: Non põt hic qui aperuit oculos cæci nati, Lazarum in vitam reuocare? Sed tantũ miraculum illis in mentem nõ veniebat C Videbant enim Chriſtum plorantem; ſi verò mortuum amicum vellet uitæ reſtituere, non videbatur ploraturus.

Rurſus fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum.

De Chriſti fremitu ſupra dictum ſatis. Quid ſit fremere in ſemetipſo dubitatur: Toletus ait, dici Chriſtum fremuiſſe in ſemetipſo, quia in nullum eorum, qui aderant Iudæorũ, D indignationem exprimebat. Sic ẽt Caietanus: fremitum, inquit monſtrabat Chriſtus; ſed non contra aliquem, ſed in ſemetipſo, &c. fortè quia fremitus hic internus magis fuit, quàm externus; ideo Euãgeliſta ait, fremuiſſe Dominum in ſemetipſo. Fremuit aũt aduerſus Satanam, peccatum, & mortẽ, vt ſupra diximus, ſepulchro appropinquas. Erat autem ſepulchrum ſpelunca quædam, Græcè, *σπήλαιον Spelæũ*, E habebatque ſuperpoſitum grandem lapidem, quo claudebatur. Obſeruant Caietanus, & Ianſenius, ſpeluncam hanc fuiſſe excauatam, verſus partem inferiorem ſub terra, eo quòd dicatur lapis ſuperpoſitus illi. Sed non videt ſatis firma ratio; quoniam etiamſi verſus inferiorem terræ partem, non

Quid ſit fremere in ſemetipſo.

Spelunca qualis fuerit.

fuiſſet excauata, dici poſſet ſuperpoſitus illi lapis, i. ſuper os ſpeluncæ collocatus. Græcè dicitur. *ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ*, i. *ſuperiacebat ſuper eum*, quod fauet obſeruationi Caietani. A

Tollite lapidem.

Cur Chriſtus lapidē tolli iuſſerit.

POtuit quidem Chriſtus lapidē tollere, nullo manus impulſu, uel tactu; potuit etiā Lazarū reſuſcitare, antequā lapis tolleretur. Sed lapidē maluit ab alijs tolli; & poſt ſublatum lapidem ſuſcitare mortuum. Ratio hæc B eſt, vt qui lapidem tollerent, cæteriq; etiā, q adeſſēt, iacentem in ſepulchro Lazarum cernerent, fœtorem mortui quatriduani perciperent, & ex tumulo aperto, ac patente, reſurgētem, exilientemque intueerentur. Poterat (ait Chryſoſtomus) lapidem mouere Chriſtus. Sed cur non fecit? Vt eos teſtes faceret facti miraculi, ne dicerent, q & de cæco; hic eſt, Non eſt. Manus C enim & præſentia illorum, ipſum Lazarum eſſe teſtabantur, &c. Item Euthymius: Quare inquit, nō ſuſcitauit Lazarū Chriſtus, impoſito lapide? Vt qui lapidem ſuſtuliſſent, & primi grauem odorem ſenſiſſent, potiſſimum miraculo teſtimoniū exhiberent, &c. Rupertus vero ait, quod cùm per homines lapis tolli poſſet, ſine cauſa videretur actum, ſi miraculo propelleretur. At obijci poteſt huic rationi, potuiſſe etiam homines ligatum Lazarum è ſepulchro educere, ſed tamen D diuino eductum eſſe miraculo. Lege D. Ambroſium lib. de fide Reſurrect. poſt medium.

Domine, iam fœtet: quatriduanus eſt enim.

TOlli lapidem prohibebat Marthā, ne fœtorem cadauer foras emitteret, offenderetq; Domini ſenſum. Fœtere autem cadauer inde probabat, quod E eſſet mortuus quatriduanus. Videtur hæc verba illis repugnare, ſuperioribus. *Inuenit quatuor dies iam in monumento habentem.* Si quatriduanus erat mortuus, non poterat iam quatuor dies in monumento habere non enim ſolent ſepeliri mortui eadem die, qua

Quomodo fuerit quatriduanus mortuus.

è vita abeunt. Reſpondetur. Martham his verbis ſignificaſſe, Lazarum eſſe quatriduanum in ſepulchro, hoc eſt, quatuor iam dies in ſepulchro habere, nihilque eſſe inter verba repugnātiæ, imò idem ſignificare. *Quatriduanus*, inquit, *eſt in tumulo*, ideò iam fœtet. Veriſſimilius eſt, Martham a morte numeraſſe dies, diciq; quatriduanū mortuum, quia quartus ille eſſet ab obitu dies. Obiectioni reſpondetur, Lazarum eadem die, qua obijt, humatum eſſe: obijt.n. fortè ſummo mane, & veſperi ſepulchro cōditus eſt. Potuit prꝛterea mori feriā ſexta, & quia Sabbatum ſequebatur, eadem die ſepeliri neceſſe fuit.

An Martha Chriſtum ſuſcitare Lazarum uelle ſciuerit.

Ambigitur, num intellexerit Martha, Chriſtum propterea iubere lapidem, tolli, vt Lazarum ſuſcitaret? Reſpondetur, forſitan non intellexiſſe: Chriſtus enim nondum dixerat, ſe velle ſuſcitare. Chryſoſtomus ait, exiſtimaſſe illam, fœtentem, & quatriduanum mortuum, in vitam reuocare nō poſſe Idē exiſtimat Euthymius. Theophylactus, & alij. Rupertus ſētit, Martham crediſſe, poſſe Chriſtum vitā donare mortuum quatriduanum: ſic enim illa verba Marthę interpretatur Ac ſi diceret: (inquit) Domine, cur lapidem tolli iubes? Vt videas amicum ſaltem mortuum, an vt miſeris ſororibus illum reddas viuum? Si illud intēdis facere, potes: ſcio namque, ſicut iā dixi, *Quia quæcumq; popoſceris a Deo, dabit tibi Deus.* Si autem tantummodo ut videas, dico tibi: *Iam fœtet: quatriduanus enim eſt*: & idcircò viſui iam idoneus nō eſt. Ita Rupertus. Idem putat D. Bernardus de gradibus humilitatis, gradu 12.

Martha credidit Chriſtum poſſe fratrem reſuſcitare.

Exiſtimo Martham crediſſe, Chriſtum fratrem à mortuis poſſe excitare, idque probatur, quoniam dixit ſupra, ſe credere eſſe illum reſurrectionē, & vitam, præterea, quia dixit: *Scio quia quæcumque popoſceris a Deo, dabit tibi Deus.* Præterea, quia nouerat viduę filium, & puellam in vitam reuocaſſe. Quoniam verò Chriſtus quid facere vellet, non aperuerat, ideò exiſtimauit, lapidem auferri iuſſiſſe, vt Lazarū mortuū cerneret. Quòd ſi excitare uellet,

Digitized by Google

let, poſſe etiam lapidem poſt excitationem remouere, abſque vllo fœtoris ſenſu. Veriſimile ét eſt, Martham exiſtimaſſe, Chriſtum velle Lazarum excitare, cùm videret iuſſiſſe lapidem remoueri: magnum enim hoc erat indicium. Quorſum namque Lazarum mortuum cernere vellet? Ex hoc ergo indicio potuit facilè intelligere Martha, velle Chriſtum fratrem in uitam reuocare. Attamen admonuit fœtoris cupiens ita illum excitari, ut fœtor ſenſum Domini non offenderet.

An ſorores petierit Lazari reſurrectionem.

Quæri poſſet hoc loco, an Martha, & Maria petierint a Domino, ut fratrē vita donaret? Mariam petiſſe probat Eccleſiæ illa oratio, in feſto illius: *Beatæ Mariæ Magdalenæ, quæ ſumus, Domine, ſuffragijs adiuuemur, cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis reſuſcitaſti, &c.* At dicet aliquis: Euãgeliſta nullo loco mentionem facit huius poſtulationis. Maria enim in toto hoc Euangelio, ſemel tãtum loquuta, dixit; *Domine, ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus.* Numquid hæ preces ſunt? Reſpondetur, preces Mariæ, ob quas Chriſtus Lazarum excitauit, illas fuiſſe: *Ecce quem amas, infirmatur,* His enim verbis illa ſanitatē fratri poſtulabat, & propter poſtulationem, quę his paucis verbis modeſtiſſimè continebatur, Chriſtus Bethaniã venit, Lazarumq; vitę reſtituit. Cùm verò eadem verba Marthæ quoque fuerint, Marthæ ét precibus excitatus eſt Lazarus. Hæc tamen non eſt expreſſa ſuſcitationis poſtulatio, ſed ſanitatis. Dici quoque poteſt, Eccleſiã ſentire, Mariam pecibus ſuſcitationē expreſsè a Chriſto petiuiſſe, quamuis Euãgeliſta eas prætermiſſerit. Adhæc obſeruat Rupertus Euãgeliſtam dixiſſe, Martham eſſe ſororem eius, *qui mortuus fuerat*: vt teſtimonio omni exceptione maiori, videlicet ſororis ipſius Lazari mortui, Lazarũ fuiſſe mortuum quatriduanum confirmaretur.

Nonne dixi tibi, quia ſi credideris, videbis gloriam Dei?

Chriſtus perſiſtit in iuſſione remouendi lapidis.

CHriſtus remoueri lapidem iuſſerat, ut Lazarũ ſuſcitaret. Obſtitit

A Martha, propter odorē fœtorũ, Chriſtus hic reſpondet; Cur obſiſtis? Sine tolli lapidem, vt miraculum efficiã, de quo tibi ſum loquutus: *Nõne dixi tibi, quod ſi credideris, videbis Dei gloriam?* hoc eſt, Videbis Deũ fratris tui reſurrectione glorificatum: De gloria enim loquitur miraculi patrãdi, de quo ſupra dixerat: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed ut glorificetur Filius Dei per eam, &c.* Sed quonam loco dixit Chriſtus Marthæ verba hæc; *Si credideris, videbis gloriam Dei?*

Gloria miraculi quæ hoc loco dicatur.

B Euthymius reſpondet: Veriſimile, inquit, eſt, hoc etiam Chriſtum dixiſſe Marthæ. Aut hoc ſibi volebat quæ illi dixerat, &c. Reſpondendum eſt, vel Chriſtum hæc eadem verba dixiſſe Marthæ, quæ Euangeliſta minimè ante commemorauit. aut hęc alijs dictis verbis contineri, videlicet illis: *Reſurget frater tuus. Ego ſum reſurrectio, & vita. Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet. Credis hoc? &c.*

C *Pater, gratias ago tibi, quoniã audiſti me.*

SAncti viri cũ miracula edunt, prius preces fundũt, poſtea, miraculo facto gratias agũt. At Chriſtus miraculũ facturus, non fundit preces, ſed agit gratias. Mirum ſanè hoc eſt, antequã miraculum edat, non preces; ſed gratias fundit. Meritò quidem, quoniam ad efficiendum miraculum nullis egebat precibus Homo Deus. Gratias autem Patri, vt homo agere voluit,

Chriſtus antequam miraculũ faciat, non preces, ſed gratias agit.

D oculis in cœlum ſublatis, propter circumſtantem populum, vt ſcirent omnes, quòd a Deo miſſus, diuina potẽtia miraculum patrabat. Itaque magna cum omnium expectatione lapis a ſepulchro repulſus eſt: apparuit intus Lazarus mortuus, atque olidus. Tum Dñs oculos in cœlum ſuſtulit, Patremque Deum vocauit, ut intelligerẽt omnes qui aderant. Patrem ſe habere, & vocare, Deum, qui in cœlis habitat.

E Gratias egit voce præclara. *Pater,* inquit, *gratias tibi ago, quoniam audiſti me.*

An Chriſtus petiuerit a Patre Lazari reſurrectionem.

Quæritur, quid petiuerit Chriſtus, & audiuerit Pater: ait enim audiuiſſe Patrem. Quid autem audiuerit, non aperit, aut quid ſit poſtulatum. Ianſenius arbitratur, nihil petiſſe Chriſtũ,

eiuſque verba ſic exponit: *Pater gra-* A
tias ago, quoniam exaudiſti me: hoc eſt,
Quia cùm vellem reſuſcitare Lazarũ,
& tu quoque voluiſti illud per me fie
ri: Voluntatis enim identitatem ſigni
ficauit per hoc, quod dixit: *Audiſti me.*
Cum non dictum ſit, eum pro hac reſu
ſcitatione orationem aliquam fudiſſe
ad Patrem. Sed diſpẽſatorio huiuſmo
di ſermone ſignificare voluit, a Deo
proficiſci, quidquid faceret. Hæc ille.
Fauet huic ſententiæ Chryſoſtomus:
ſic enim videtur interpretari: *Gratias* B
ago tibi, quia audiſti me: hoc eſt, Quia
omnia facis, quę volo. Et Euthymius:
Dixit, inquit, Dominus: *Quia audiſti*
me: inſinuans voluntatis identitatem:
Gratias tibi ago, ait, q̃a voluiſti quod
ego volo. *Ego autẽ ſciebam, quia ſemper*
me audis, ſemper vis, quæ volo. Nã ea-
dem vtrique voluntas eſt. Hæc Euthy
mius. Item Ambroſius lib. 3. de Spiri-
tu ſancto, c. 12. Quomodo, inquit, au-
diuit Pater Filium, cùm Filius ad Pa-
trem in ſuperioribus nihil de Lazaro C
ſit loquutus? Ac ne putares, q̃a ſemel
a Patre auditus eſt Filius, addidit: *Ego*
ſciebam, quia ſemper me audis. Ergo non
ſubiectę obedientiæ, ſed vnitatis audi
tus eſt ſempiternę, &c. Credi ẽt poteſt
dici Patrem audiuiſſe Chriſtum, non
q̃ petitionem aliquam audiuerit, ſed
illius voluntatem de Lazaro ſuſcitan-
do. Iuxta illud Pſal. 9. *Deſiderium paupe*
rum exaudiuit Dominus: præparationem
cordis eorum audiuit auris tua, &c. Vnde D
Origenes: Erat, inquit, Chriſtus ora-
turus pro Lazari reſurrectione, & pręc-
currens eius preces Pater audiuit ea,
quæ in oratione dicenda erant, quo-
rum cauſa pro oratione gratiarum a-
ctionem mittit, &c.

Arbitror verba, quoad fieri poteſt,
in propria ſignificatione retinenda; at
que adeò Chriſtum aliquid a Patre po
ſtulaſſe intelligo, Patremque poſtula-
tionem audiuiſſe: quamobrem gratias E
illi Chriſtus agit. Quid poſtularit, du
bium eſt. Dici poteſt poſtulaſſe Laza-
ri reſurrectionem. Quæ eſt ſententia *Chriſti poſtulatio ſuæ Lazari ſuſcitatione.*
Clichtouei pro Cyrillo in hunc locũ:
Quia, inquit, Chriſtus per humanita-
tem minor erat Patre, ab illo Lazari
quærebat reſuſcitationem, atque ab

A eo ſe exauditum dicebat. Et Dio-
ſius Carthuſianus: Nõ legitur, inquit,
hoc loco Chriſtus oraſſe explicitè;
ſed quia ſe aſſerit exauditum, certum
eſt, quòd mẽtali ſaltem prece depre-
catus ſit Patrem pro Lazaro ſuſcitan-
do, &c. At Euangeliſta non meminit
huius poſtulationis. Verum eſt, quia
non fuit publica poſtulatio, & exter-
na, ſed interna tantum. Forſitan cum
infremuit in ſemetipſo, cũ ſe ptuba-
uit, tũc poſtulauit Lazari reſurrectio
B nem; quod hic locus indicat. Si oppo-
nas, nõ indiguiſſe Chriſtum huiuſmo-
di poſtulatione. Fatebimur, nulla indi
guiſſe, quia Deus erat, ſed quia homo
ẽt erat, tum alia, tum hoc ẽt, petere vo-
luit. Adde Chriſtum potuiſſe inter-
no actu, cùm hæc verba diceret, reſur
rectionem Lazari petere, & ſimul gra
tias agere; quia ſciebat ſe exauditum.
Præterea exponi poſſunt verba hæc
hoc pacto: *Pater, gratias tibi ago, quia au*
diſti me hactenus, quotieſcũq; a te ali
C quid poſtulaui. *Ego autẽ ſciebam*, quod
ſemper omnes poſtulationes meas au-
dis; neq; ideo nunc gratias ago, quod
me audiſti; quia nunc id cognoſco, cũ
id ſemper antè cognouerim. Sed pro-
pter turbam circumſtantem publicè
gratias tibi ago, dicẽs, me a te eſſe au-
ditum, vt ex his intelligat, quòd tibi
non aduerſor, ſed tua potentia mira-
cula facio, a te miſſus. Sic Caietanus
interpretatur: *Gratias*, inquit, *ago tibi*
quoniam audiſti me, vt hominem in om
D nib. ad te recurrentem. *Ego autem ſcie-*
bam, quòd ſemper me audis. Nõ ideo gra
tias ago pro exauditione, quia noui-
ter nouerim me exaudiri, quoniam mi
hi hoc notum erat; *ſed propter turbam*
quæ circumſtat, &c. Aliter gratias tibi
ago, quia me in omnibus audiſti, ego
autem ſciebam, quia ſemper me audis
& nunc etiam eſſes auditurus; quam-
uis has gratias non agerem. ſed publi
E cè agere volo, propter populum, &c.

Lazare, veni foras.

SVblatus lapis eſt, egitq; Dominus
gratias: interim ergo, cùm agebat
gratias, potuerunt oẽs Lazarũ cernere

in

in tumulo iacentem, ac fœtidum. Veriſſimileque eſt, acceſſiſſe in ſepulchrum Iudæos, vt illum cernerent, ꝙ ad miraculi faciebat commendationẽ atque illuſtrationem. Poſtquam egit gratias, voce magna Lazarum mortuũ vocauit, clamans: *Lazare veni foras.* Potuit quidẽ ſolo nutu vel ſolo interno imperio miraculum edere, ſed clamare voluit magna voce, ut intelligerẽt omnes, ſe vocare Lazarum, imperioq; ſuo excitare. Clamat uoce magna (ait Theophylactus, vt auctoritatẽ, & poteſtatem habens. Non enim dixit: In nomine Patris mei, Lazare, veni foras neque Reſuſcita eum, Pater: ſed cum auctoritate. Quid par poteſtati huic fuit vmquam, dum loquitur mortuo, tamquam viuenti? &c. Rectè etiam, ait Caietanus clamaſſe, vt vox proportionata operis eſſet magnitudini. Euthymius verò: Voce, inquit, magna clamauit, oſtendens, ꝙ animam vocet procul abſentem, &c. Et Theophylactus: Magna, ait, voce clamauit porpter hoc, vt obſtrueret ora Gentilium, dicentium in ſepulchris eſſe animas. Vocat enim illam, vt procul abſentem, &c.

Cur excitatur Lazarus uoce magna.

A B C

Paruit voci magnæ mortuus, in vitam protinùs rediit, nouoq; alio miraculo, ex ſepulchro, pedib. manibuſq; ligatis, & vultu, atque oculis ſudario contectis, prodijt. Neq; enim abſque miraculo ligatis pedibus, manibuſq; & velatis oculis, ex ſepulchrali ſpelũca egredi potuit, ut obſeruat Chryſoſtomus. Et Rupertus: Mira (ait) res? ſic enim ligatus, nec pedibus ambulare, nec ſaltem manib. reptare, ſed neq; oculis, quo ꝓdiret, potuit videre, &c. Theophylactus: Miraculum erat, vinctum moueri, coniunctum miraculo reſurrectionis, &c.

Alterũ miraculum.

D

Illud non placet, quod legitur. ſer. 52. de verbis Domini, in operibus Auguſtini: Ideò Chriſtus dicit nomen Lazari, ne oẽs mortui cogerentur exire. Expectant audientiam omnes mortui, quærebãt ſua nomina vocari, &c. Oratoriè hoc dictum eſt. Sermo ille a Louanienſibus Doctorib. excluſus eſt ab operibus Auguſtini. D. Thomas Auguſtini eſſe putauit, Ioan. 11. Ideò, inquit, Lazarum proprio nomine vocat Dominus, quia tanta erat virtus uocis eius, ꝙ pariter omnes mortui cogerentur exire, niſi per expreſſionem nominis virtutem ſuam ad vnum determinaſſet, vt Auguſtinus dicit. Hæc D. Thomas. Quamuis tamen Chriſtus nomen Lazari non expreſſiſſet, nullus alius reſurrexiſſet. A voluntate enim Chriſti reſurrectio pẽdebat. Si voluiſſet omnes reſurgere, omnes reſurrexiſſent, quamuis ſolũ Lazarum vocaſſet. Si voluiſſet ſolum Lazarum in vitam redire, ſolus ille redijſſet, quamuis illum non nominaſſet.

Cur Lazarum vocauerit nominatim, falſa rõ Pſeudo-Auguſtini.

E

Petet aliquis, vbinam fuerit anima Lazari illis diebus, antequam in uitã reuocaretur. Reſpondetur ex D. Thoma, Ioan. 12. ad illa verba: *Cognouit ergo turba, &c.* fuiſſe apud inferos, i. in limbo Patrum. Stulti, inquit, Sapien. 2. dicunt: *Non eſt agnitus, qui ſit reuerſus ab inferis.* Ecce Lazarus ab inferis redijt, &c.

Vbi eſſet anima Lazari.

Soluite eum, & ſinite abire.

Cur Lazarum non ſoluit Dominus? Qui maiora fecerat, cur id, quòd multo minus eſt, non facit? Reſpondetur, vt Iudæi ipſi ſoluant, attrectentque Lazarum, & palpent, uereque reſurrexiſſe, & phãtaſma nõ eſſe cognoſcãt. Sic Chryſoſtomus arbitratur: Solui, inquit, iuſſit, ut tãgentes, & proprius facti, noſcerent verè reſurrexiſſe, &c. Idem alij docent. Vos eum ſoluite (ait Euthymius) ut & tractus ferat teſtimonium, quod non phantaſma, ſed Lazarus ipſe reſurrexit, &c.

Chriſtum cur ſoluerit Lazarum.

Soluite (inquit Dominus) *& ſinite abire.* Domine, quo abiturus eſt Lazarus? Numquid nec veniet ad te, nec deoſculabitur pedes tuos, nec pro tanto accepto beneficio aget debitas gratias? Credo equidem, Lazarum hæc feciſſe omnia, neque verò, poſtquam ſolutus eſt, Chriſtum dereliquiſſe. Exiſtimare poſſem, Chriſtum poſt miraculũ Lazari, Marthæ, Mariæque domum petijſſe; Lazarum verò illum eſſe comitatum. Verba autem illa: *Sinite abire,* nõ ſignificare, illum ex loco illo abijſſe

Quo abierit Lazarus.

In quem enim alium locum tunc ſe cõ ferret, relicto Chriſto? Sic enim exponerem: *Sinite eum abire, quò volet*.. Non poteſt ligatus ambulare ſoluite ſepulchralia vincula, vt ambulare poſſit ꝓ libito. At illi libuit ad Chriſtum abire, illumque comitari. Attamen reor, Dominum tunc non petijſſe Lazari, Marthæque, ac Mariæ domum, poſt factum miraculum, ſed alium in locum abijſſe, & a turba declinaſſe: quod fecit tunc, cum paralytico prope piſcinam ſanitatem contulit. Ioan. 5. *Ieſus* B *declinauit a turba conſtituta in loco, &c.*

Chriſtus a ſe Lazarũ dimiſit.

Reliquit verò Lazarum, ut liberum eſſet Iudæis miraculum experiri. Dixit ergo. *Sinite abire*, quia nolebat Lazarũ ſuum eſſe comitem, ſed a ſe diſcedere, atque abire. Item: Dixit: *Sinite abire*; vt intelligerent omnes, veram eſſe reſurrectionem. Sic enim iuſſit paralytico apud piſcinam, lectum tollere, domumque petere.

Chryſoſtomus, & eius ſectatores, C Theophylactus, & Euthymius aiunt, Chriſtum a ſe dimiſiſſe Lazarum, ne inanem gloriam miraculo aucupari videret. Intuere (ait Chryſoſtomus) quòd nullam gloriam Chriſtus expetat. Non ducit Lazarum, non iubet ſecum eſſe, vt rem oſtentet, facto miraculo, &c. Euthymius: *Sinite*, inquit, abire: ne cũ eo ambulans Lazarus, laudis, ac plauſus cã fiat, utq; per otiũ perfectius ſcrutẽtur eũ qui voluerint, &c.

Multi ergo ex Iudæis crediderunt in eum. D

Eximium fructum ex miraculo collegit Dominus, multorum Iudæorum fidem. Quidam verò ad Phariſæos ſe contulerunt: eoſque admirandi miraculi fecerunt certiores. Quo animo hoc fecerint, incertum eſt. Potuerunt enim mente ſincera miraculum narrare, vt Phariſæi. quid contigiſſet, ſcirent. Potuerunt ẽt iniquo narrare animo. *Multi* (ait Euangeliſta) *ex Iudæis, q venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Ieſus, crediderunt in eũ.* E *Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis, quæ fecit Ieſus, &c.* Duos ſenſus cõtinẽt hæc verba. Prior eſt: Quidam ex ipſis Iudæis. videlicet, A qui crediderunt, abierunt ad Iudæos. & narrauerunt miraculum, vt Phariſæos Chriſto redderent beneuolos. Poſterior eſt: Quidam ex ipſis Iudæis, q venerant ad Mariam, & Martham, abierunt ad Phariſæos, remque geſtam expoſuerunt animo iniquo, atq; incredulo. Hic ſenſus eſt veriſimilior. Videtur enim Euangeliſta illis multis, qui crediderunt, opponere quoſdam, qui ad Phariſæos abierunt, non credentes Huius ſententiæ eſt Auguſtinus tract. B 49. Quidam, inquit ex eis, ſiue ex Iudæis, qui conuenerant, ſiue ex eis qui crediderant, abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis, quæ fecit Ieſus. Siue annunciando, ut & ipſi crederent, ſiue potius prodẽdo, ut ſæuirent. Sic Auguſtinus. Eiuſdem ſententiæ eſt Euthymius, & alij. Non tamquam admirantes (ait Euthymius) ſed quaſi calumniantes, dixerũt Phariſæis, quæ feciſſet Ieſus. Hi autẽ ſunt, qui dicebant *Non potuit hic, qui cæci oculos aperuit, facere, ne hic moreretur? &c.* C Quòd ſi q̃s ſcire vult, quot annos Lazarus natus fuerit, cum reſurrexit, ex D. Epiphanio diſcet, hæreſ. 67. contra Manichæos: In traditionib. inquit, inuenimus, ꝙ triginta annorum tunc Lazarus erat, q̃n eſt ſuſcitatus, poſtquam vero ſuſcitatus eſt, alios triginta annos vixit, &c.

Ad Phariſæos miraculum defertur.

CAPVT IIII. D

De Lazaro in uitam reuocato.

Morale.

Dicuntur manus Chriſti Cant. 5. *aureæ, plenæ hyacinthis* propter aureos annulos, gemmis rutilantes ideſt propter aurea miracula, quibus veluti gemmati annulis fulgebant. Inter oẽs aũt, hic, de quo agimus, annulus, E i. hoc miraculũ, maximo fulgore coruſcat, vt ſuprà iã diximus ex Auguſtino. Quamobrẽ Chryſologus ſerm. 63 miraculum hoc appellat ſignũ ſignorum. & virtutem virtutum, i. miraculum miraculorum. Quid enim maius,

Miraculũ hoc præſtantiſſimum eſt.

Tres mortuos Chriſtus ſuſcitauit.

ius q̄d illuſtrius, q̄d admirabilius eſſe pôt, quatriduani mortui in ſepulchro iacentis atq; fœtentis reſuſcitatione? Tres mortuos vitæ reſtituit Dominus viduæ filium, Archiſynagogi filiā, & Lazarum. Sed illuſtrior cæteris, admirabiliorq; fuit Lazari ſuſcitatio. puella illa in domo, filius viduæ in itinere cum ad tumulum afferebatur; Lazarus verò in ſepulchro iam quatriduanus, ac olidus, ſuſcitatus eſt, ex ipſoq; manibus, & pedibus reuinctis, prodijt.

Miraculū duplum, & miraculū in miraculo.

Quamobrem Euthymius appellat hoc miraculum duplum, quod non ſolum excitatus Lazarus fuerit, ſed etiā ſepulchralibus vinculis alligatus, ex ſepulchrali ſpelunca foras prodijt. O maximum (inquit Euthymius) ac duplum miraculum: Non ſolum qui iam olebat, reſurrexit, ſed etiam qui vinctus erat, exiuit de monumento, &c. Et D. Baſilius appellat miraculū in miraculo, hom. 4. de gratiarū actione: Ecce, ait, mortuus a morte rediuiuus fit ligatus quoq; ambulat. Admirare miraculū in miraculo. Pedes inſtitis habebat vinctos, neq; interim a motu ꝓhibebatur. Hæc ille. Et D. Ambroſius lib. de fide reſurrectionis: Comprehēde (inquit) ſi potes, quomodo Lazarus clauſis oculis iter carpat, vinctis pedibus gradum dirigat, &c. Si cum omnipotentia Chriſti miracula conferantur, omnia equalia ſunt; ſiquidem ab eadem omnipotētia omnia emanant, cui tam facile eſt hæc, quam illa efficere. Si verò vel res ipſæ, vel efficiendi modus, ſpectentur, alia alijs ſunt maiora, ac præſtantiora. Miraculum igitur ſuſcitati Lazari æquale reliquis fuit ſi omnipotentiam Domini conſideremus; maius, ac præcellentius, ſi rem effectam, efficiendiq; modum attendamus.

Duo effectꝰ miraculi, gloria Chriſti, & fides Iudæorum.

Duos autem effectus egregios habuit egregium miraculum, magnam Chriſto gloriā attulit; & Iudæos multos conuertit. Quòd maximam Chriſto attulerit gloriam, illa Chriſti verba confirmant. *Infirmitas hæc non eſt ad mortem; ſed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.* Et illa: *Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei?* hoc eſt, Videbis miraculum, quod

A magnam Deo gloriā afferet? Maximā Chriſto gloriam triumphus ille attulit, quem egit, cum Ieruſalē eſt ingreſſus, acclamante turba: *Oſana filio Dauid, &c.* Huius autem triumphi miraculum hoc cauſa fuit, vt Ioannes docet c. 12. *Teſtimoniū,* inquit, *perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum ſuſcitauit de monumento, & reuocauit eū a mortuis. Propterea & obuiā venit ei turba, quia audierunt eū feciſſe hoc ſignū, &c. Totus mundus poſt eum abijt.* aiunt Pha-
B riſæi eodem c. 12. Quis totum mundū poſt Chriſtum abire fecit? Stupendā hęc Lazari ſuſcitatio. Quòd vero multos Iudæos conuerterit, conſtat ex eodem Euangeliſta, ca. 11. *Multi,* inquit, *ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum, &c.* Et cap. 12. *Cogitauerunt,* ait, *Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent; quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum, &c.* Non cogitauerunt Iudæi, ut fi-
C liam Archiſynagogi occiderent, aut filium viduæ, cogitauerunt tamen, ut Lazarum occiderent, quia multos ad Chriſti fidem præclariſſimum miraculum adducebat.

Reſurrectio Lazari imago reſurrectionis improbi hominis.

Præterea, eſt hoc miraculum alterius maioris miraculi imago illuſtris, videlicet reſurrectionis illius, qua peccator a peccati mortiferi horrenda morte in uitam gratiæ a Deo reuocatur. Maius ait miraculum eſſe hanc q̄ Lazari reſurrectionē D. Gregorius
D affirmat lib. 3. dialogor. c. 17. quo loco cēſet inter miracula viſibilia, mortuorum reſurrectionē tenere principatū. Tum addit; Si inuiſibilia penſemus, nimirum conſtat, quia maius eſt miraculum, prædicationis verbo, atque orationis ſolatio peccatorem; conuertere, quam carne mortuum ſuſcitare. In iſto enim reſuſcitatur caro iterū moritura, in illo vero anima in æternum victura, &c. An autem impij iuſtifica-
E tio, ſiue animi hæc ſuſcitatio, miraculum ſit, ſi roges; reſpondebitur, non eſſe propriè miraculum. Eſſe tamen aliquo modo miraculum ait D. Thomas par. 2. q. 103. art. 10. qnoniam ſola diuina potentia poteſt fieri. Ideoq; miraculū a D. Gregorio nominatur, ipſa

Iuſtificatio quodammodo eſt miraculum.

reſuſcitatione carnis præcellentius. A
Quia caro reſurgit moritura,aīa mul-
tò præcellẽtiori vita reſurgit,in æter
num,ſi gratiã conſeruet,victura.Quã
tò igitur præſtantior eſt vita, quæ p
reſurrectionem confertur animæ,quã
illa,quæ per reſurrectione m carni tri
buitur. Tanto præſtantior eſt animæ
reſurrectio, quam reſurrectio carnis.

Concupiſcẽtia,et fomes peccati parit mortem

Erat quidam languens Lazarus, ait
Euangeliſta. Ex langore,& morbo,or
ta mors eſt Lazari.Similem in modum
ex lãgore,& morbo naturæ, hoc eſt, B
ex peccati fomite,oritur mors noſtra
Dicitur peccati fomes a Theologis,lã
gor naturæ,& tyrannus. Hic tyrãnus
Deo rebellans,vita nos priuat,hic lã-
gor mortem affert.*Vnuſquſque* (ait Ia-
cobus c.1.)*tentatur a concupiſcentia ſua
abſtractus,& illectus. Deinde concupiſcen
tia cùm conceperit, parit peccatum,peccatũ
verò cum conſumatum fuerit,generat mor-
tem &c.* Concupiſcentia, quæ peccati
fomes eſt, & lãgor naturæ,tentat nos
abſtrahit, & illicit,atque ineſcat,ille C
mortem parit,tum peccati,tum tarta-
ri.*Ecce enim in iniquitatib. conceptus sũ*,
ait Dauid.Pſalm.50.*& in peccatis conce
pit me mater mea,&c.*In peccato origi-
nali concipit hominẽ mater. Dicitur
tñ in peccatis,& iniquitatib. concipe
re;quia originis peccatum,fons,ſemi
nariumque eſt peccatorum. Remanet
enim in baptizatis illius effectus, fo-
mes,& naturæ langor,qui ad peccatũ
nos impellit. D

Concupiſcẽtia victa parit gloriam

At verò,ut Dominus ait, *Infirmitas
hæc nõ eſt ad mortẽ,ſed pro gloria Dei,&c.*
hoc eſt,Non remanet in baptizatis lã-
gor hic, & infirmitas, ut ad peccati
mortem illos pertrahat:ſed ut magnã
Deo,baptizatiſque gloriam afferat.Si
enim aduerſus fomitem, naturæq; in-
firmitatem hãc virili certent animo,
victoriamq; reportent, magnam Deo
gloriam,ſibi vero triumphum pariẽt
ſempiternum.*Virtus*,ideſt, fortitudo E
& potentia(ut legitur 2.Corinth.12.)
in infirmitate perficitur.In hac,inquam,
naturæ infirmitate,fortitudo Chriſtia
ni viri perficitur, cum aduerſus fomi-
tem præliatur,cum cupiditates ſupe-
rat,frænat,diuinaq; fultus gratia pe-
fundat.Nam abſque gratia id fieri ne-
quit. Quamobrem ait Dominus I..
lo: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in
infirmitate perficitur*. Merito ergo lan-
guens hic nominatur Lazarus:*Erat*(ait
Euangeliſta) *quidam languens Lazarus*.
Lazari nomen auxilium ſonat. עזר *hha
zar* enim,per עין *hhain,auxilium ferre* ſi
gnificat,& עזר *hhezer auxilium*.Indicat
languentis nomen, auxilium Dei eſſe
neceſſarium, ut infirmitas hæc vinca-
tur. Eſt quidem infirmitas,ſed fortiſſi-
ma,pleroſque ſuperans,ac profligans.
Quamobrem Dei gratiam perpetuò
implorare neceſſe eſt.

Auxilium Dei implorandum.

Maria,& Martha,nuncium ad Chri-
ſtum miſerunt,auxilium aduerſus fra-
tris langorem implorarunt: *Domine*,
aiunt,*ecce quem amas,infirmatur*. Docẽt
nos, aduerſus naturæ noſtræ langorẽ,
opẽ a Chriſto petere. Mittat languens
ad Chriſtum, nuncium frequentiſſimũ
hoc eſt,orationem,dicens: *Domine,ecce
quem amas,infirmatur*. Domine,Chri-
ſtianus ſum, a te Chriſto nomen ha-
beo, tibi nomen dedi, tuæ ſum aſcrip-
tus militiæ, tuus miles, tuus ſum ſer-
uus;audeo dicere,tuus ſum amicus; te
amo,& me amas. *Ecce quem amas,infir-
matur*. Ecce langueo,cupiditatibus ve
xor,a fomite veluti tyranno crucior:
Video aliam legem in membris meis (vt
tuus ait Apoſtolus ad Rom.7.) *repugnã
tem legi mentis meæ*: repugnat illa,repu
gno ego; certat illa,certo ego; perpe-
tuum præliũ eſt,induciæ nullæ. Feram
ergo victoriam, ſi tu feras auxilium.
Ita Paulus loco citato, nuncium mitte
bat,auxiliumque poſtulabat: *Datus*,in
quit, *eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Ange-
lus Satanæ,qui me colaphizet*. Quid feci-
ſti in hac infirmitate, beatiſſime Pau-
le? *Propter quod*,inquit,*ter*, id eſt,ſæpe,
vt Chryſoſtomus interpretatur, poſi-
to numero certo pro incerto; *Dominũ
rogaui,vt diſcenderet a me, &c.* Non im-
petrauit,vt infirmitas diſcederet, im-
petrauit tamen gratiam,& ne ei cede-
ret,opem:*Sufficit*(ait Dominus)*tibi gra
tia mea,&c.* Sufficit ad vincẽdum hunc
langorẽ Dei gratia.Opus illa eſt, & il-
la ſufficit,ſi tamen nos cum illa coope
remur. Quemadmodum cum medicina

Cooperatio gratiæ eſt neceſſaria.

quã Medicus adhibet, neceſſe eſt natu
ram cooperari Ita cũ gratia,& ope, q̃
Domi-

Dominus affert, neceſſe eſt cooperari A hominem.

Itaque naturæ infirmitas ſtrenuis non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei; ignauis autem eſt ad mortem, & non pro gloria Dei. Non eſt illa a Deo relicta ad mortem, ſed ignauum propter ſocordiam, & ſalutis incuriam, ad peccati mortem adducit; cum effrænatas ſequens cupiditates, animæ vitā amittit, & quidem ſponte ſua. Etenim vitā corporis amittunt homines inuiti, & reluctantes: vitam autem animæ ſponte ſua, ac libentes perdunt. Poſſunt fere omnes creaturę hominem inuitum, ac repugnantem corporis vita priuare: poſſunt Dæmones, Angeli, cœlum, aer, ignis, aqua, terra, ligna, lapides, cibus, potus, cæteræq; res; at nulla creatura valet hominem inuitum, animæ uita ſpoliare. Iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 8. *Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a caritate Dei, &c.* Audeo dicere neque Deus poteſt homini animæ vitam adimere. Nam cum Deus peccati cauſa eſſe non poſſit; homo autem per peccatum tantummodo animæ vitam amittere queat; planè ſequitur, non poſſe Deum uitam animæ homini adimere, ſimul cum illo ad peccatum ita concurrēdo, ut peccati cauſa ſit. Quid ergo eſt, quod animæ hominis uitam eripit? Ipſiuſmet hominis uoluntas. Niſi uelit homo, nō morietur; quia vult, moritur. Non inuitus moritur Lazarus, id eſt, peccator, libens moritur; plus dicam, ludens, ridens, comedens, & abſque dolore, prauis cupiditatibus indulgens, moritur.

Hominem nulla creatura poteſt ad peccatū cogere.

Deus non poteſt eſſe cauſa peccati.

Hæc cauſa eſt, cur tot Lazaros mortuos cernamus; quia dulci epoto cupiditatum ueneno moriuntur dulciter. Vtinam ſaperent, & intelligerent, quā amara mors eſt, quam ſubeunt. Inferiore ſui parte, id eſt, corpore, uiuunt; potiore, id eſt, animo, moriuntur. Mors autem animæ multò eſt amarior, quā mors corporis, idque qui ſapiunt, & intelligunt, millies mortem corporis, quam ſemel mortem animi malunt degustare. Eſt autem animus immortalis, ſi naturalem uitam ſpectes; ſi uerò ſupernaturalem, diuinamque conſideres, mortalis eſt. Quamobrem pulchrè D. Greg. lib. 4. Moral. cap. 7. animā immortaliter mortalem eſſe dixit, & mortaliter immortalem. Quoniam ſecundum uitam naturalem immortalis eſt, ſecundum uero uitam ſupernaturalem eſt mortalis. Humana anima (ait D. Gregorius) ita immortalis eſt, ut mori poſſit; ita mortalis, ut mori non poſſit. B Nam beatè uiuere, ſiue per uitium, ſiue per ſupplicium; eſſentialiter autem uiuere, neque per uitium, neque per ſupplicium amittit. A qualitate enim uiuendi deficit; ſed omni modo ſubſiſtendi interitum, moriens ſentit. Vt ergo breuiter dixerim, & immortaliter mortalis eſt, & mortaliter immortalis. Ita ille. Quantum vita naturalis corporis a uita animæ ſupernaturali diſtat, tantum mors animæ diſtat a morte corporis. C Siquidem mors priuatio uitæ eſt. Qui uitam amittit naturalem corporis, lucis huius uſuram paucorū dierum, uel annorum amittit, qui uero uitæ ſupernaturalis animæ facit iacturam, Deum, Dei gratiam, æternam uitam, æternamque amittit gloriam.

Mors anima, & immortalitas

Quidnā cum hac tanta iactura, fluxæ uitæ detrimentum comparationis habet? Quid amarius, quid funeſtius, quid luctuoſius hac iactura, uitæque ſupernaturalis priuatione, & animæ D morte excogitari poteſt? At quotus quiſque eſt, qui hanc mortem horrendam, ut debet, perhorreſcat? Mortem carnis (ait Auguſtinus trac. 49. in Io.) omnis homo timet; mortem animæ pauci. Pro morte carnis, quæ ſine dubio quandoque uentura eſt, curant omnes, ne ueniat. Inde eſt, quod laborant. Laborat, ne moriatur homo moriturus, & non laborat, ne peccet homo, in E æternum uicturus. O ſi poſſemus excitare homines mortuos, & cum ipſis pariter excitari, ut tales eſſemus amatores uitæ permanentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugientis? Hæc ille, & alia.

Peccatum mors eſt animæ horrenda.

Mortem carnis timent omnes, mortē animæ pauci.

Quia tam funeſta, atroxq; eſt mors animæ, uoluit Dominus, pro miſeri-

cordia ſua, morti corporis eſſe diſſimilem. Etenim qui corporis vitam amittit, nullo modo illam recuperare poteſt; qui vero animæ vitam perdidit, in vitam rurſus redire valet, Deo auxiliũ nulli negante. *Lazarus amicus noſter dormit* (ait Dominus) *ſed vado, vt a ſomno excitem illum, &c.* Mortem Lazari ſomnum appellauit. Similis eſt ſomno peccatoris mors, qui in peccato mortifero minimè perſeuerat, ſed a Deo vocatus pœnitentiam mox agit, ac reuiuiſcit. Inſtar ſomni eſt hæc mors. Quemadmodum enim, qui ſomnio oppreſſus eſt, ſi vocatur, vel pungitur, expergeſit; ita qui peccato opprimitur, a Deo excitatus, doloribus, & laboribus vexatus, in vitam redit. Quemadmodum ad Lazarum iuit Dominus, vt eum excitaret: *Vado,* inquit, *vt a ſomno excitem eum, &c.* Sic ad peccatorem vadit, vt a ſomno peccati illum expergefaciat. A Deo namque initium ſalutis, vitæque noſtræ eſt; non a nobis. Ille venit ad nos prior, vocat, excitat, pungit, vt ad ſpiritalem vitam reuocet; quia amicus noſter eſt. Quomodo (ait Auguſtinus tract. 49. in Ioann.) per Lazarum peccator ſignificabatur, & a Domino ſic amabatur? Audiat eum dicentem: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Si enim peccatores Deus non amaret, de cęlo ad terrã non deſcenderet, &c.

Mors peccatoris reſipiſcentis ſomno ſimilis eſt.

Initium ſalutis a Deo

Sunt peccatores, qui a Deo excitati, mox pœnitentiam agunt, gratiamque recuperant. Hos adumbat Lazarus dormiens: *Lazarus amicus noſter dormit.* Sunt alij, quos mala oppreſſit peccandi conſuetudo, quique difficile ad vitam redeunt. Hos idem indicat Lazarus mortuus, ſepulchroque conditus, & fœtens. *Lazarus* (inquit Dominus) *mortuus eſt.* Et Martha ait: *Iam fœtet, quatriduanus eſt, &c.* Audiamus D. Auguſtinum tract 49. Genus, inquit, mortis, mala conſuetudo appellatur. Aliud enim eſt peccare, aliud peccandi conſuetudinem facere. Qui peccat, & continuò corrigitur, citò reuiuiſcit: quia nondum eſt implicatus conſuetudine, non eſt ſepultus. Qui autem peccare conſueuit, ſepultus eſt, &c. Lege eundem Auguſtinum ſermo. 44. de verbis Domini. D. Greg. lib. 4. Moral. cap. 25.

Duplex genus improborum.

A Sepulturæ, inquit, aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ, etiam vſu conſuetudinis preſſus, grauatur, &c.

Obſerua, quæſo, quid mala peccandi conſuetudo ſit. Genus eſt mortis immane, vt Auguſtinus ſupra ait; ſepulchrum hominis eſt, in quo morte immani affectus iacet. Quemadmodum enim ſepulchrum corpus exedit; ita mala peccandi conſuetudo exedit animum. Lege Bernardum de gradibus hu-
B militatis, gradu 12. quo loco docet, peccandi conſuetudinem, Dei timorẽ animo pellere, & peccandi contemptũ inducere. Conſuetudine, inquit, peccãdi Dei metus amittitur, contemptus incurritur, &c. Docet item, peccandi conſuetudinem ad mortem intrepidè, feſtinanterque peccatorem indncere; quemadmodum rectè operandi cõſuetudo iuſtum feſtinanter ducit ad vitã ſempiternam. Quemadmodum (inquit Bernardus) corde alacri, & abſque la-
C bore, pro bona conſuetudine iuſtus currit ad vitam: ſic impius, pro malo vſu feſtinat intrepidus ad mortẽ, &c. Præterea, peccatis aſſuetus, ea deſerere non vult; quemadmodum aſpis non vult venenum deponere. Iuxta illud Pſalm. 57. *Furor illis* (vel ex Hebræo, חמת למו *chamath lamo,* id eſt, *venenum illis*) *ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, quæ non exaudiet vocem incantantium, &c.* Sic peccator peccati venenum non vult euomere, ſurduſq;
D ſit admonitionibus, & concionibus.

Peccandi conſuetudo quale genus peccati ſit.

Præterea, fœtet Lazarus quatriduanus; multò peius fœtet peccator Deo, Angelis, & hominibus. Non poteſt Deus fœtorem tolerare peccati, non poſſunt Angeli, non poſſunt iuſti homines; ideoque abolere illud conantur. D. Auguſtinus fœtorem peccati malam famam interpretatur: Bene, inquit, de illo, id eſt, de peccatore, quẽ
E mala obſtringit peccandi conſuetudo, dicitur: *Fœtet:* incipit enim habere peſſimam famam, tamquam odorem teterrimum, &c. Perfundunt peccatores odoribus corpus, fœtoribus ſcelerum perfundunt animos. Vtinam nares haberent ſpirituales, quibus hos perciperent fœtores. Equidem protinus totis viri-

Peccator mortuo, & ſepulto Lazaro ſimilis.

viribus illos ex animis exterminare niterentur. Inſtitis ligatus erat Lazarus, in ſepulchro; vinculis criminum ligatus eſt peccator, in tumulo malæ cōſuetudinis. Sudario faciem, oculoſque obuolutos habebat Lazarus; peccator verò obuolutam habet mentis faciem animique lumina. Peccati turpitudinem, Dei iuſtitiam, æternaque ſupplicia minimè cernit. Quæ ſi cerneret, remis, veliſque, ut aiunt, peccatum fugeret. Denique lapis tumulum claudit Lazari, cordis duritia, lapidi ſimilis, tumulum claudit peccatoris. Obdureſcit enim cor, fitque lapideum, peccandi vſu. Quamobrem Ezechiel. 11. peccator lapideum cor habere ſignificatur, ſimile cordi Pharaoni obdurato. Et Paulus ad Rom. 2. *Secundum duritiam tuam*, inquit, *& impænitens cor, theſaurizas tibi iram, &c.*

Difficile eſt peccatorem induratum reſipiſcere.

Difficile eſt huiuſmodi reuiuiſcere hominem, animo mortuum, vitijs obſtrictum, ſudario cæcitatis obuolutum ſepulchro prauæ conſuetudinis conditum, cordis duritia veluti lapide obtectum, fœtoremque ſcelerum efflantem. Quam difficilè ſurgit (ait Auguſtinus tract. 49.) quem moles malæ conſuetudinis premit? &c. Attamen de nullo deſperandum eſt, etſi prauæ conſuetudinis mole prematur. Non ſolum puellam Archiſynagogi filiam in domo, & filium viduæ in itinere, cum ad ſepulchrum efferebatur; ſed Lazarum etiam ipſo ſepulchro conditum, Chriſtus vitæ reſtituit. Non ſolum enim reliquos peccatores, quos nondum praua obruit peccandi conſuetudo; verū illos quoque, qui peccatis aſſueuerunt Dominus in vitam reuocat ſpiritalē. Vnde D. Gregorius lib. 4. Moral. c. 25. Diuina, inquit, gratia non ſolum in occultis, ſed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauæ conſuetudinis preſſos, reſpectu ſui luminis illuſtrat, &c. Verum caueant peccatores huiuſmodi, ne ſuis peccatis ita Deum exacerbent, ut magnum, efficaxque auxilium neget, quamuis ſufficiens tribuat. Etenim magnum Dei auxilium illi opus eſt, qui peccandi conſuetudine eſt obſtrictus. Non ſubmiſſa, ſed magna voce clamauit Dominus: *Lazare, veni foras*. Magna vox magnum indicat, efficaxque Dei auxilium, quo peccator praua conſuetudine preſſus indiget. Vt confitearis (ait Auguſtinus tractat. 49.) Deus facit magna voce clamādo, id eſt, magna gratia vocando, &c. Pſal. 67. *Educit Deus vinctos in fortitudine: ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris, &c.*

Ne deſperet ſepultus peccator.

Conſuetudini peccādi magnū Dei auxiliū eſt opus.

A

Lazare (inquit) *veni foras*. hoc eſt, Egredere ex peccato, exi ex ſepulchro prauæ conſuetudinis, pœnitentiā age, peccatum confitere, foras exi, oſtende te Sacerdoti. Sic D. Gregorius explanat lib. 22. Mor. cap. 9. Ex reſurrectione, ait, Lazari ſignificatur, qualiter nos reſuſcitemur in corde. Mortuo, *Veni foras*, dicitur, ut ab excuſatione peccati, atque occultatione, ad accuſationem ſuam ore proprio, exire prouocetur, &c. Et homil. 26. in Euang. Lazaro, inquit, dicitur: *Veni foras*: ac ſi apertè cuilibet mortuo in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conſcientiam abſcondis? Foras iam per cōfeſſionem egredere. Veniat foras mortuus, idest, culpam confiteatur peccator. Hæc D. Gregor. Similiter D. Ambroſius lib. 2. de pœnitentia, cap. 7. Exi, inquit, foras, delictum proprium prode, vt iuſtificeris. *Ore confeſſio fit ad ſalutem, &c.* Et Auguſtinus ſerm. 8. de verbis Domini: Quid eſt, foras prodire, niſi quod occultum eſt, foras prodere? Qui confitetur, foras prodit, &c.

B *Confeſſio peccatorum neceſſarios tenditur.*

C

Rom. 10.

D Certat aduerſus confeſſionem verecundia, prodere crimina vetat: ſed ſuperanda viriliter eſt. Quæ victoria quam ſit præclara, docet D. Gregorius lib. 22. Mor. cap. 10. ad illa verba Iob: *Si abſcondi ſicut homo peccatum meū, &c.* Videatur, inquit, vir iſte, id eſt, Iob magnus in virtutibus fuiſſe: mihi certè ſublimis apparet, etiam in peccatis ſuis. Mirentur in eo, quo qui uolent caſtitatis continentiam, mirentur integritatem iuſtitiæ, & viſcera pietatis. Ego in eo non minus admiror confeſſionem humillimam peccatorum, quam tot ſublimia geſta virtutum. Scio enim, quod per infirmitatis verecundiam, plerumque grauioris eſt certaminis, commiſſa peccata prodere, quam non admiſſa vitare, & vnumquodque malum,

Verecūdia in confeſſione ſuperanda.

E

lum, quamuis robuſtius videtur, tamē humilius proditur, &c. Ergo oſtendit nobis Deus, quonam modo ſublimes eſſe poſſemus non ſolum in virtutibus ſed etiam in peccatis. Nam confiteri peccata præcipit. Tunc autem in peccatis ſublimes ſumus, vt Gregorius ait, cum illa confitemur, verecundiāque magnam ſuperamus, quæ prohibet confiteri. A

Pœnitentia quō peragē da ſit.

Præter hæc, *Infremuit Chriſtus ſpiritu turbauit ſemetipſum, & lachrymatus eſt*, vt ſcribit Ioannes. B Similem in modum oportet peccatorem ſalutifera pœnitentiæ perturbatione ſeipſum turbare, in ſeipſum, peccataque ſua infremere, lacrymaſque fundere. Auguſtinus tract. 49. Quid eſt, inquit, quod turbat ſemetipſum Chriſtus, niſi ut ſignificet tibi, quomodò turbari tu debeas, cum tanta mole peccati grauaris, & premeris? &c. Item; Quare fleuit Chriſtus, niſi quia flere hominem docuit? Quare fremuit, & turbauit ſemetipſum, niſi quia fides hominis, ſibi meritò diſplicentis, C fremere quodammodo debet in accuſatione malorum operum, vt uiolentiæ pœnitendi cedat conſuetudo peccandi? Sic Auguſtinus: O fœlicem turbationem hominis pœnitentiam agentis, quæ perpetuam animi parit tranquillitatem? O fœlicem fremitum aduerſus commiſſa ſcelera, qui perpetuum animo affert gaudium: O fœlices lacrymas, quæ æterna cōplent hominem exultatione: O pœnitentiam D beatam, quæ mortuum, ſepultum, fœtentemque peccatorem in uitam reuocat, peccandique conſuetudinem longè propellit: Violentiç pœnitendi (ait Auguſtinus) cedit conſuetudo peccandi, &c. Violentam oportet eſſe pœnitentiam, vt ſuo robore, atque impetu, peccandi cōnſuetudinem a pectore extrudat. Idcircò crimina repetimus, quia leui brachio pœnitentiam agimus. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, ait Chriſtus Matt. 11. E Rapiunt, inquam, violenti pœnitentes: nam violentia pœnitentiæ ipſum quoque cœlum cedit. Magna vi, atque impetu, pœnitentia agenda eſt. Non ſit igitur delicatus pœnitens, in peccata fremat, in ſeipſum vt iudex ſeuerus inquirat, ſumatque ſupplicium. Nam vt ait D. Bernardus in ſermo. de modis orandi: Sic quiſque inuenit gratiam apud Deum, ſi inuentus fuerit durus iudex in ſemetipſum, &c.

Peccata ideo repetimus, quia pœnitentiā leui brachio peragimus.

His adde, iuſſiſſe Dominum Lazarū ſepulchralibus ſolui vinculis. *Prodit qui fuerat mortuus* (ait Euangeliſta) *ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire*, &c. Egreſſio ex ſepulchro, vt diximus, confeſſionem adumbrat, vincula ſepulchralia, crimina ſignificant, quib. obſtrictus eſt peccator; ſolutio uinculorum, quæ iuſſu Chriſti facta eſt, abſolutionem ſignificat Sacerdotum, per quam criminum nexus, iuſſu Chriſti, ſoluuntur. Sacerdotibus enim dictum eſt, Matth. 18. *Quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo*, &c. Vnde D. Irenæus lib. 5. cap. 13. Hoc, inquit, ſymbolum eſt eius hominis, qui illigatus fuerat in peccatis. Et propter hoc ait Chriſtus Dominus: *Soluite eum, &c.* Auguſtinus ſerm. 44. de verbis Domini: Opus (inquit) eſt, vt qui reuixit, ſoluatur, & ire permittatur. Hoc officium Diſcipulis dedit Chriſtus, quibus ait: *Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo, &c.* Et tract. 49. in Ioann. interrogat: Quid eſt, *Soluite, & ſinite abire*? Reſpondet illud eſſe, quod Matth. 18. *Quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cælo.* Lege eundem Pſal. 101. ſerm. 8. de verbis Domini. & in lib. 50. homil. homil. 27. D. Gregorum homil. 26. in Euangel. & D. Ambroſium lib. 2. de pœnitentia, cap. 6. & Theophylactum.

Abſolutio Sacerdoti quomodo deſignata.

Poſtquam Lazarus, hoc eſt, peccator, è ſepulchro malæ conſuetudinis peccandi exijt, vinculiſque peccatorum ſolutus eſt; illud reſtat, ut magnoperè caueat, ne rurſus ad uincula redeat, & ſepulchrum. Vnde D. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in ſanctum Baptiſma: Magnam, inquit, vocem: *Lazare, veni foras*: in ſepulchro iacens audiſti, ac prodiiſti, non quatriduo, ſed multis diebus mortuus, vinculis funebribus ſolutus es. Caue, ne rurſus emoriaris, iiſque, qui in ſepulchris habitant, aggregeris, ac peccatorum tuorum funibus conſtringaris. Incertum

Ne recidat in peccatū, qui vt Lazarus ſurrexit, cauē dum eſt.

enim

enim eſt, an rurſus ex ſepulchro excitaberis, vſque ad poſtremam reſurrectionem, quæ quidquid factum eſt, ad iudicium adducet, non iam vt curetur, ſed vt iudicetur, &c.

CAPVT V.

De Lazaro in vitam reuocato.

Morale.

Lazari reſurrectio imago reſurrectionis extremi diei tempore.

FVit etiam reſurrectio hæc Lazari, reſurrectionis noſtræ exemplum quoddam, vt Ambroſius docet lib. de fide reſurrectionis: Quid, inquit, ſibi vult, quod Dominus ad monumentum acceſſit, & magna voce clamauit: *Lazare, exi foras*: niſi vt futuræ reſurrectionis ſpecimen prçberet, exemplum ederet? &c. Quemadmodum magna voce Lazarum Chriſtus vocauit; ſic extremo iudicij die omnes homines vocabit. Iuxta illud Ioann. 5. *Venit hora, in qua omnes, qui in monumẽtis ſunt, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij, &c.* Exijt ex ſepulchro Lazarus, exibũt quoque ex ſepulchris euocati cuncti mortales, ſed iam tunc immortales. Eadem potentia, quæ Lazarum excitauit, mortuos omnes ad finem mundi vitæ reſtituet. Dormiebat Chriſto Lazarus: *Lazarus*, inquit, *amicus noſter dormit*: quoniam, vt Auguſtinus docet, facilè illũ in vitam poterat reuocare. Sic etiam diuinæ potentiæ omnes homines dormiunt: facillimè enim omnes a morte, veluti ſomno, expergefaciet. Quemadmodum facillimum eſt Soli tenebras pellere; ſic facillimum Chriſto eſt mortis caliginem abigere: *Ego*, inquit, *ſum reſurrectio, & vita, &c.* Reſurrectio eſt Chriſtus, quia reſurrectionem hominibus tribuit; vita eſt, quia tribuit vitã. animabus reſurrectionem nunc donat. corporum reſurrectionem in diem iudicij reſeruat. Præcellit anima corpori, primus illi debetur locus, primaque cura. Curandum eſt, ut nunc reſur-

Chriſtus & reſurrectio, & vita.

A gant animæ, corpora ſuo reſurgent tẽpore. Tempus hoc (ait Bernardus in ſerm de verbis Petri: Ecce nos reliquimus omnia) animabus, non corporibus eſt aſſignatum. *Omnia tempus habent*, ait Eccleſ. cap. 3. Animabus nunc operam dare neceſſe eſt, &c.

Tẽpus hoc animarum eſt, non corporum.

Tempus hoc tempus eſt animas reformandi, in tempus reſurrectionis corporum differtur reformatio. Iuxta illud Apoſtoli ad Philippen. 3. *Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritati ſuæ, &c.* Nunc flagellis, ieiunijs, pœnitentia deformandum eſt corpus, vt in reſurrectione, admiranda, æternaq. pulchritudine reformetur. Quo enim maior nunc fuerit propter Chriſtum illius deformatio, eo tunc præclarior erit reformatio. Deformata ſunt maximè Martyrum corpora; idcircò maximo cum decore in reſurrectione reformabuntur. Deformatum eſt corpus Chriſti alapis, ſputis, verberibus, & vulneribus; reformatum eſt in reſurrectione pulchritudine, ſplendore, gloriaque ſtupenda. *Reformabit* (ait Apoſtolus) *corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. Configuremus nunc corpus noſtrũ corpori Chriſti cruci ſuffixo; ille illud in reſurrectione cõfigurabit eidem corpori ſuo glorioſo.

Corpus in iudicii die reformabitur.

His adiunge, hac Lazari reſurrectione oſtendiſſe Chriſtum Diſcipulis, & Iudæis, ſe poſſe corpus ſuum ſepulchro tribus diebus conditum, in vitam reuocare; ſiquidem potuit quatriduanum Lazarum a mortuis excitare. Totum rapuiſſet dominicæ Reſurrectionis ſacramentum (ait Chryſologus ſermo. 63.) triduanus ab inferis Lazarus, ſi redijſſet. Nam Chriſtus rediit triduanus, vt Dominus; Lazarus reuocatur quatriduanus, ut ſeruus, &c.

Dei amici hîc morbis affligũtur.

Præter hæc, obſerua primò, Dei etiam amicos morbis affligi, alijſque uexari huiuſmodi malis. Dei amicus erat Lazarus, ut teſtatur Chriſtus: *Lazarus*, inquit, *amicus noſter*. Et Euangeliſta: *Diligebat*, inquit, *Ieſus Lazarum*. Attamen ægrotat. Multi (ait Chryſo. homil. 61. in Ioan.) cum aliquem bonum, & Deo acceptum, & mali aliquid,

vt

vt morbum, & paupertatem, & huiuſmodi perpeti vident, perturbantur. Sane ignari hoc maximè Dei amicis contingere.

Nam Lazarus & amicus Chriſto, & ægrotus erat, &c. Theophylactus verò arbitratur, Ioannem huius hiſtoriæ Lazari meminiſſe, vt nos erudiat, ne quis grauatim ferat, ſi boni, & Deo amici viri, morbo teneantur. *Ecce quem amas, infirmatur,* aiunt ſorores Lazari. Ecce illi, quos Deus amat, infirmãtur, & torquentur. Neque enim Dei amor hominem dilectum afflictionibus eximit, aut immunitatem dat dolorum: immo doloribus, cruciatibuſque amatum exercet, probatque amorem rebus aduerſis. Apocalyp. 3. *Ego quos amo, arguo, & caſtigo, &c.* Prou. 3. *Quem diligit Dominus, corripit, & quaſi Pater in filio complacet ſibi.* Tobiã amabat Deus: *At ecce quem amabat, infirmatur.* Ecce cæcitatem incurrit. Quorſum? Vt amor Dei amorẽ probaret hominis. Tob. 12. ait illi Angelus; *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tẽtatio probaret te, &c.* Amabat Deus Iob: At ecce quem amat, infirmatur, ut probetur, probatuſque coronetur. Iacobi 5. *Sufferentiam Iob audiſtis & finem Domini vidiſtis, &c.* hoc eſt, Vidiſtis lætiſſimum finem, quem Dominus infirmitati Iob impoſuit. Iuxta illud Iob 42. *Dominus benedixit nouiſſimis Iob magis, quam principio eius, &c.* Amabat Deus Paulum vehementer: At ecce quem amabat, infirmatur. Act. 9. *Vas electionis eſt mihi iſte* (id eſt, Paulus, ait Chriſtus) *vt portet nomen meum, &c.* Tum adiungit: *Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati, &c.* In his verò infirmitatibus gloriatur Paulus, quoniã ſciebat dilectos Dei illis exerceri, diuinoque auxilio iuuari. 2. Cor. 12. *Placeo mihi,* inquit, *in infirmitatibus meis, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto, &c.* Item: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus.* id eſt, potentia, *Chriſti, &c.* Splendeſcit potentia Chriſti in infirmitatibus, doloribus, cruciatibuſque amicorum. Habitat enim in illis potentia diuina, qua ſuffulciuntur. Splenduit Chriſti potentia in infirmitate Lazari amici, & morte;

Amici Dei morbis, & doloribus vexantur, ac probantur.

A quia infirmitas Lazari non fuit ad mortem, ſed pro gloria Dei. Magnam enim gloriam Deo attulit illius reſurrectio. Splendeſcit quoque eadem Dei potentia in infirmitatibus amicorum; quoniam non ſunt ad mortem, ſed pro gloria Dei. Magnam namque gloriam, amicorum Dei vexationes Deo pariunt, patienter toleratæ. Id, quod Martyrum cruciatus manifeſtè teſtantur.

B Si Deo amicus es, & cruciaris, hæc verba volue animo: *Infirmitas hæc,* hic cruciatus, *non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei,* & vtilitate mea. Daque operã, vt cruciatus tuus & Deo gloriam, & vtilitatem tibi pariat. 1. Pet. 4. *Nemo veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem Deum, in iſto nomine, &c.* hoc eſt, Homicidis, furibus, maledicis afferant tolerati cruciatus erubeſcentiã. At vobis, ſi pro Chriſto cruciemini, non erubeſcentiam

C afferant, ſed Chriſto gloriam. In nomine Chriſtiano Deum magnopere glorificabitis, ſi vexationes patienter pro Chriſto tuleritis. Hinc illud Pauli ad Philippen. 1. *Magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem, &c.* Et illud Gala. 6. *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, &c.* Stigmata, quæ Paulus portabat in corpore, cruciatus erant, quos pro Chriſto pertulerat, quiq. Chriſto gloriam maximam faciebant. Nobis verò

D vtilitatem maximam eaſdem vexationes afferre idem ſanctiſſimus Paſtor Petrus docet eodem cap. *Si exprobramini,* inquit, *in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcit, &c.* hoc eſt, Si propter Chriſtũ opprobria toleratis, beatitudinem vobis comparatis Etenim honor Dei, gloria, potentia, eiuſque Spiritus ſuper vos

E re[illegible]eſcit. Nam in eo, qui patienter, libenterque cruciatus patitur, requieſcit in primis Dei Spiritus, eximius cõſolator, præterea Dei virtus, id eſt, potentia, egregia imbecilli animi adiutrix, item Dei honor, & gloria. Magno enim honore, & gloria eos Deus afficit, qui cruciatus, eius cauſa, tolerant.

Dolores patienter tolerati Deo gloriam, homini pariunt vtilitatem

Stigmata, quæ Paulus pertulerit.

Mo-

Digitized by Google

A *Momentaneum, & leue tribulationis noſtra, 2.Cor.4. æternum gloria pondus operatur in nobis, &c.*

Philippus Iob 13. ad illa verba: *Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris.* Exiſtimauit ænigmata appellari mala illa, quæ Iob perpetiebatur: Quoniam, inquit, qui innocentes, & iuſtos tribulari conſpiciunt, velut ænigmata illis ſunt, & obſcura diuina conſilia, &c. Verum quidem eſt, aliquando ænigmata eſſe, & obſcura diuina conſilia in flagellis hominum; quia cur flagellentur, ignoramus. At ſæpe ænigmata non ſunt; quia cur puniantur, eſt perſpicuum. Cum enim impius punitur, compertum eſt, propter ſcelera puniri, ut mores emendet. Cum cruciatur iuſtus, propter aliqua venialia peccata id fit; aut vt probetur, meritaque ſibi magna, & magnam in cœlo gloriam comparet. 4.Reg. cap. 2. *Aſcendit Elias per turbinem in cælum, &c.* hoc eſt, in aerem, terrenumque paradiſum. Per turbinem in paradiſum terreſtrem aſcendit Elias. Per turbinem dolorum, cruciatuumque aſcendunt iuſti in paradiſum cœleſtem. Act.14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, &c.* D.Gregorius lib.26. Moral.cap.17. Electorum, inquit, eſt hic conteri, ſi ad præmia debeant æternæ hæreditatis erudiri. Noſtrum eſt hic flagella percipere, quibus ſeruatur de æternitate gaudere.

Dolores iuſtorum videntur ænigmata.

In cælum fert labor, & dolor.

Secundo obſerua, amoris eſſe ſuccurrere rei amatæ; ideoque meritò ſorores, cum optarent Chriſtum fratri Lazaro opem ferre, aiunt: *Ecce quem amas, infirmatur.* Quaſi dicant: Amoris eſt dilecto celeriter opem ferre. Amas fratrem noſtrum, ſuccurre ope tua maximè indigenti. Pondus, quo fertur animus, eſt amor. Iuxta illud Auguſtini lib.11. de Ciuit Dei, cap 28. Ita corpus pondere, ſicut animus amore fertur, quocumque fertur, &c. Eò igitur fertur animus, quo fert amor. Fert autem animus in rem dilectam velociter, quemadmodum pondus in centrū fert lapidem, ideoque velociter ſuccurrit amor rei, quam diligit. Diligis vitam, velociter el ſuccurris; diligis vxorem, & filios, celeriter illis fers opē. Si nunciet aliquis: Ecce illi, quos amas, infirmantur: non cunctaris, remedia pro viribus vndique cōquiris. Vtinam Dei illud præceptum exequereris: *Diliges proximū tuum ſicut teipſum.* Vtinam proximum amares, equidem protinus illi tua ope indigenti ſuccurreres. Quia non amas, non opitularis, eleemoſyna non iuuas. Vtinam vel teipſum amares. Si enim te amares, tibi auxilium celeriter præſtares, peccatumque toto caueres conatu. *Ecce quē*

Amor ſuccurrit, & pondus eſt.

B *amas, infirmatur.* Quiſnam? Tu ipſe hic es, quem amas (ſi tamen amas) qui que infirmatur. Peccati mortiferi ſæuum accepiſti vulnus, medicinam non adhibes, non remedia, ſed vulnera addis vulneribus. Cur ita? Quia amore vero eum minimè diligis, qui infirmatur.

Si amas, ſuccurre tibi, & proximo.

Obijcies dictis: Amor animi pondus eſt, celeriter animum ducit. Amabat Chriſtus Lazarum, nec tamen ſuccurrit celeriter. *Vt audiuit* (ait Euangeliſta) *quia infirmabatur Lazarus, tunc qui-*

C *dem manſit in eodem loco duobus dieb. &c.* Cur cunctatur amor? Cur non ſuccurrit velociter amico? Reſpondet Auguſtinus tract.49. Diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare, &c. Diuina poſcebat gloria cunctationem: erat enim infirmitas illa pro gloria Dei: ideoque cunctatus eſt. Similem in modum, cunctatur Deus aliquando, neque fert amicis opem iactatis tempeſtate; quia & ipſius id poſtulat gloria, & ipſorum vtilitas. Tempeſtate iactabantur Diſcipu-

Deus cur differt in tribulatione auxiliū.

D li: neque tamen protinus illis attulit auxilium, ſed quarta, & extrema noctis vigilia. Matth.14. *Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare, &c.* D.Hieronymus: Quando dicit Euangeliſta, *quarta vigilia noctis* veniſſe ad Diſcipulos Dominum: oſtendit, tota nocte periclitatos, &c. Hinc illud Pſal.9. *Vt quid, Domine, receſ-*

E *ſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione, &c.* Longè videtur receſſiſſe Deus, & deſpicere in opportunitatibus, cum non ſuccurrit eo tempore, quod nos opportunum eſſe arbitramur. D.Hieronymus vertit: Quare ſtas a longè, deſpicis in temporibus anguſtiæ? &c. Verti poteſt: *Occultas te in tem-*

poribus.

poribus, in tribulatione. Occultat enim ſe Deus, cum tamen cum ipſo iuſto ſit in ipſa tribulatione. Iuxta illud Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione, &c.* Eſt cum iuſto in tribulatione, ſed occultat ſe. Magnus ille Antonius, ut narrat D. Athanaſius in eius uita, poſt pugnam Chriſtum rogauit: Vbi eras, bone Ieſu, vbi eras? Quare non a principio adfuiſti, ut ſanares vulnera mea? Reſpondit illi Dominus: Antoni, hic eram, ſed expectabam videre certamen tuum, &c. Cum Antonio erat Chriſtus in tribulatione, ſed occultabat ſe, ut Antonij corona eſſet illuſtrior. D. Gregor. lib. 26. Moral. cap. 15. Labor, inquit, protrahitur pugnæ, ut creſcat corona victoriæ, &c.

Deus cum iuſto eſt in tribulatione, ſed occultat ſe.

Tertiò obſerua, ſorores non petiiſſe a Chriſto, ut Lazaro ſanitatem afferret; ſed ſolum dixiſſe: *Ecce quem amas, infirmatur.* Similes oportet eſſe petitiones noſtras, circa ſanitatem, & reliqua bona temporalia. Non enim ſunt abſolutè petenda; ſiquidem an animæ ſaluti expediant, ignoramus. Lege Auguſtinum in comment. Pſalm. 21. In his, inquit, temporalibus, admonemus vos, vt non petatis aliquid quaſi fixum, ſed quod uobis Deus expedire ſcit. Quid enim uobis expediat, omnino neſcitis. Aliquando quod putatis prodeſſe, obeſt, & quod putatis obeſſe, hoc prodeſt, &c. Item: Si Doctor Gentium Paulus ad Rom. 8. dicit: *Quid oremus ſicut oportet neſcimus:* quanto magis nos? &c. Ægroti cum a medico cibum aliquem petunt, non abſolutè petunt; ſed ſi nocumento careat. Nos ægroti ſumus, Deus eſt medicus; temporalia ab eo abſolutè ne petamus; ſed ſi animæ ſaluti expedierint. Ægroti eſtis (ait D. Auguſtinus eodem loco) Nolite medico dictare quæ uobis medicamenta velit apponere, &c. Lege D. Thomam 2. 2. q. 83. art. 6. & D. Chryſoſtomum hom. 30. in Geneſim. Non conceſſit Chriſtus ſororibus, Lazari fratris ſanitatem; quia non expediebat. Conceſſit vero reſurrectionem & triginta annorum uitam quia maximam Deo gloriam allatura erat. Regi Ezechiæ Iſaiæ 38. exulcere ſanitatem, & quindecim annorum vitam tribuit: at Lazaro, & reſurrectionem largitus eſt; & vitam in triginta annos propagauit.

Temporalia quomodo a Deo petenda.

Quartò obſerua, illa verba: *Nonne duodecim ſunt horæ diei?* quæ ex interpretatione Ruperti ſignificant diem habere duodecim horas, ut ſupra expoſuimus, nec poſſe Iudæos Chriſtum ante deſtinatam horam interficere. Quemadmodum enim nullus hominum efficere poteſt, ut Sol ante horam duodecimam occidat; ſic nullus Iudæorum efficere poterat, ut Chriſtus iuſtitiæ Sol, præclariſſimus ante horam, quam morti deſtinauerat, occumberet. Non in poteſtate hominum, ſed in poteſtate Chriſti, crux erat, & diſceſſus è vita. Non poterat Sol noſter ante horam ſuam occidere, tunc occidit cum *venit horas eius*, &c. Aduenerat iam duodecima hora, Solis ſplendidiſſimi, aduenerat hora occaſus. At in occaſu, Solis radij hebetiores ſunt, noſtri vero Solis, illa hora, radij fuere ardentiores. *Cum enim dilexiſſet ſuos* (vt Ioannes ait cap. 13.) *in finem dilexit eos.* Numquam fuere ſplendidiores noſtri Solis radii, numquam pulchriores, aut ardentiores, quam illa occaſus hora.

Chriſtus vt Sol hora deſtinata occidit.

Iuxta ſenſum Lyrani, & aliorum, quos ſupra recenſui, indicant hæc verba; *Duodecim ſunt horæ diei:* poſſe homines mutare animum, & ſententiam. Si enim ſignificare velimus hominem quempiam mutari poſſe, recte dicemus: *Duodecim ſunt horæ diei.* Hoc eſt, in ſingulas horas mutare ſe poſſunt homines. Da ergo operam, ſi peccato obſtrictus es, ut mutes ſententiam, animumque, ne te tartari comprehẽdant tenebræ, neve ex illorum numero ſis, de quibus Pſal. 54. legitur; *Non eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum, &c.* vel ex illis, de quibus Iere. 13 dicitur; *Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum, &c.*

Homo eſt mutabilis, & dẽt malum ſtatũ mutare.

Quanta ſit vis conſuetudinis peccã di, oſtendunt verba hæc Ieremiæ ſimilitudine eſt Aethiope, & pardo ſumpta. Aethiops quidem non poteſt nigredinem ſuam mutare in candorem, pardus uero non poteſt uarii coloris maculas abiicere, quia a natura ſunt. Peccator uero poteſt quidem, Deo iuuante,

Vis conſuetudinis.

ſtante, peccatorum ſuorum nigrediné, maculaſque pellere, quæ conſuetudine inualuerunt; ſed difficile pellit, ut ſupra dictum eſt, &c.

Denique uerba D. Thomæ obſerua; *Eamus & nos, & moriamur cum illo*: condiſcipulos excitat ad ſequendum magiſtrum, & cum illo moriendum. Apoſtolum imitare, quoſcunque poteris ad ſequendum Chriſtum, periculaque omnia pro Chriſto ſubeunda, exẽplo, verbiſque excita. Ne imbecillo, fractoque animo, pericula refugias: aggredere omnia animosè. Ito cum Chriſto, & morere cum illo. Ille enim tecum in omnibus periculis erit: quæ illius cauſa ſubieris. *Cum ipſo* (Pſal. 90.) *ſum in tribulatione*. Quis libenter cum Deo non moriatur? quid glorioſius? quid optabilius, quam cum Deo Chriſto mori? Moritur cum Chriſto latro, & audit; *hodie mecum eris in paradiſo*. Si latroni cum Chriſto morienti, hoc dicitur, quid tibi dicetur, ſi cum Chriſto moriaris? qui cum Chriſto moritur, cum Chriſto æternam uiuit uitam, qui cum Chriſto eſt in cruce; cum Chriſto eſt in paradiſo. Infinita Martyrum multitudo iuit, & mortua eſt cum illo; *eamus & nos & moriamur cum illo*.

Sequendus ad pericula Chriſtus.

Luc. 23.

CAPVT VI.

De Concilio aduerſus Chriſtum conuocato.

IOANNES CAPITE XI. Verſ. 47.

COLLEGERVNT ergo Pontifices, & Phariſæi concilium,
& dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?
48 * Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum; & venient Ro-
49 mani & tollent noſtrum locum, & gentem. * Vnus autem ex ip-
ſis, Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos
50 neſcitis quidquam, * nec cogitatis quia expedit vobis, ut unus moriatur homo
51 pro populo, & non tota gens pereat. * Hoc autem a ſemetipſo non dixit; ſed
cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit, quod Ieſus moriturus erat pro gen
52 te, * & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret
53 in unum. * Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eum. * Ieſus ergo
54 iam non in palã ambulabat apud iudæos: ſed abijt in regionem iuxta deſertum,
55 in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. * Pro-
ximum autem erat Paſcha Iudæorum; & aſcenderunt multi Ieroſolymam de
56 regione ante paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos. * Quærebant ergo Ieſum, & col-
loquebantur ad inuicem, in templo ſtantes: Quid putatis, quia non venit ad
diem feſtum? Dederant autem Pontifices, & Phariſæi mandatum, ut ſi quis co
gnouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium.

Concilium cõtra Chriſtum congregat.

PRoponitur a Ioanne concilium aduerſus Chriſtum collectum. Collegerunt autem illud Pontifices, & Phariſæi. Conuenerunt legis Doctores, & ſacerdotes, ſimul cum pontificibus & phariſæis; forſitan affuerunt Nicodemus, & alij, qui in Chriſtum credebãt, quia uocati abeſſe non potuerunt. Sed illi aduerſus Chriſtum nihil egerunt; vel pro illo loquuti ſunt: lege Simonem Caſſianum lib. 11. c. 45. Colligendi concilij cauſa fuit Lazari in vitam

reuocatio. Actum in eo eſt, de Chriſto occidendo. O nefandum conciliabulum: *Principes* (vt eſt in Pſal. 2.) *Conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Simile concilium extat Matth. 26. *Tunc*, inquit, *congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi, in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, &c.* Aliud extat Act. 4. Aduerſus Apoſtolos Petrum, & Ioannem, *Factum eſt autem in craſtinum,* (ait Lucas) *vt congregarentur principes eorum, & ſeniores, & ſcribæ, in Ieruſalem: & Annas princeps ſacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere ſacerdotali, &c.*

Qui dicantur Pontifices.

Rogabit aliquis Iudæi unum tantũ habebant Pontificem. Quod ex hoc ipſo confirmatur loco; *Cum eſſet* (ait Euãgeliſta) *Caiphas Pontifex anni illius prophetauit, &c.* Erat Caiphas Pontifex anni illius, ſolus Pontificatum adminiſtrans; non plures erant Põtifices. Cur ergo Ioannes ſcribit, Pontifices concilium collegiſſe? *Collegerunt*, inquit, *Pontifices & Phariſæi concilium.* Cur non dixit; collegit Pontifex Caiphas concilium? Quinam erant hi plures Pontifices? Reſpondetur, Græcè hos Pontifices dici, ἀρχιερεῖς, id eſt, *Principes ſacerdotum.* Erant autem hi principes ſacerdotum, ſiue Põtifices viginti quatuor principes, & capita viginti quatuor ſortium ſacerdotalium, de quibus diximus 2. Tom. lib. 3. cap. 53. cum enim eſſent diuiſi ſacerdotes in ſortes viginti quatuor ſortiũ capita, principes erant ſacerdotum, ſiue Pontifices. Aliter reſpondetur, ſacerdotium, tempore illo Romanorum, non fuiſſe perpetuum ut diximus 2. tom. lib. 1. c. 1. Fungebantur ergo multi pontificatu dicebanturque Pontifices, etiam illi qui Põtifices eſſe iam deſierant. Hæc eſt Euthymij ſententia Ioan. 11. ad illa Verba; *Cum eſſet Caiphas Pontifex anni illius, &c.* Qui poterat (inquit Euthymius) a Romanis Pontificatum in annum emebat. Et ipſe quidem principatum ſuo anno obtinebat; qui vero ante eum Pontificatum tenuerant aſſidebant illi, ſimulq; cum eo conſultabant; dicti & ipſi Pontifices, quod etiam ipſi principatum tenuiſſent, &c. quæ fuerit D. Auguſtini ſententia, mox dicemus. Hi ergo Pontifices, ſimul cum Phariſæis collegerunt concilium.

Concilium Iudæorum quale eſſe debuit.

Numquid collegerunt hoc conciliũ vt ſtatuerent Ieſum eſſe Meſſiam, ipſumque ab omnibus Iudæis recipi præciperent? fuerat quidem merito propter hanc cauſam congregandum concilium, idque in eo ſtatuendum, vt ab omnibus Meſſias eſſe crederetur Ieſus, qui tot miraculis coruſcabat. At cæca inuidia aliam ob cauſam conciliũ coe-B git, videlicet ut uerum Meſſiam vita priuaret. Non poterat Pontificũ, Phariſæorumq; inuidia Solis, miraculorũ gloria coruſcantis, radios tolerare, ipſum Solem conatur extinguere. Quid enim fuit aliud, Chriſto Deo mortem machinari; quam Solis radios, lucemque fulgentiſſimam velle extinguere? Sed irriti fuere tetræ inuidiæ conatus omnes. Vt tetræ nubes, Solis ſplendorem non extinguunt, ſed breui tempore obtegunt; mox enim diſcuſſis nubi-C bus rutilat: ſic praui Pontifices, ac Phariſæi, Chriſti gloriam non extinxerũt; ſed breui tempore obtexerunt. Mox enim mortis caligine diſcuſſa, peſſimiſque Pontificibus, & Iudæis extinctis, admirando per totum orbem fulgore ſplẽduit. Quid dicant audiamus.

Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? &c.

Diuus Auguſtinus legit: *Quid facie-D mus?* ſed Græcè præſens eſt tempus, τί ποιοῦμεν, *quid facimus?* Eademque lectio in correctis biblijs habetur. Primus ſenſus eſt, Quid facimus? i. quid facere debemus quemadmodum Mat. 17 *Magiſter veſter non ſoluit didrachma?* id eſt, non debet ſoluere? Et Ioan. 11. *Ego credidi, quia tu es Chriſtus, qui in hunc mũdum veniſti.* Græcè, ὁ ἐρχόμενος, *veniens,* id eſt, qui venire debuiſti. Sed nec pla-E cet hic ſenſus; nec allata loca quidquã probant. Illa enim verba; *magiſter veſter non ſoluit didrachma?* potius ſignificant, numquid magiſter veſter non ſolet ſoluere didrachma? ἐρχόμενος, autẽ, id eſt, *veniens* in mundum ſcilicet, dicitur Chriſtus a Martha Ioan. 11. & Matthæ. 11. a Baptiſta, quia eius expecta-

batur

A batur aduentus, & a Deo promiſſus erat. Secundus ſenſus eſt. *Quid facimus?* id eſt, quid faciemus? Neque hunc pro bo. Non enim facimus futurum indicat. Tertius ſenſus ſimplicior, ac verior eſt; Quid facimus? cur cunctamur in re tanta? Cur tanto malo tam ſegniter occurrimus? ſuam incuſant oſcitantiam. Vſitatus eſt hic loquendi modus: Quid facimus? cur negotium non aggredimur? cur torpemus? &c.

Addunt: *Quia hic homo multa ſigna facit*, id eſt, multa miracula. Præter alia B ſignum fecerat maximum, Lazarum ad vitã paulò ante reduxerat; hoc ſigno maximè ſtimulati aiunt; *Multa ſigna facit hic homo*. proprio nomine minimè appellant, per contemptum, *hunc hominem*, vocant. Etenim inuidi ut rectis oculis aſpicere nequeũt: ſic neque uolunt alium honorifica lingua appellare. Sed iam uideamus, quid ex his multis ſignis eliciat conciliabulum. *Multa* inquit, *ſigna facit*; Si habenas illi laxamus, ſi uiuere illum patimur, & mira- C culis addere; miraculorum multitudine permoti, Iudæi omnes in eum credent Si autem credant in illum omnes & Meſſiam ac Regem eſſe fateantur, in gens nobis imminet malum Nam Romani bellum nobis inferent; locum noſtrum, id eſt, ciuitatem, & Iudæorum gentem tollent, acerbamque redigent in captiuitatem. Neque enim patiẽtur Iudæos, præter Cæſarem, alium Regẽ ſequi, ac tumultuari. O cæca pectora, ex miraculis, & præclariſſimis, ac diui D nis operibus, damnationem innocentiæ infertis: ex quibus ſummam laudẽ, ſummamque in eum fidem colligere debueratis. Sic ſic in quam raciocinari opportebat: Quid facimus? cur in Ieſum non credimus? Multa miracula facit, quæ illum Meſſiam eſſe teſtantur. Recipiamus ergo illum, Meſſiamque E eſſe confiteamur. Neque uero timendi ſunt Romani, ſi talem habeamus Regẽ ac Meſſiam; poterit ille Romanos omnes debellare, noſque liberare, qui tot poteſt miracula perpetrare. Non ſic raciocinata eſt inuidia. Qua autem via Romanorum arma ſe depulſuros exiſtimarunt inuidi; eadem in ſe illa pertraxerunt. Quia. n. Chriſtum occiderunt; idcirco venerunt Romani locũq. & gentem iudæorum euerterunt. Iudæi (inquit Euthymius) prætextũ ſumpſerunt occidendi Chriſtum: ne a Romanis internecioni traderentur Quia vero occiderunt, internecioni traditi ſunt, & quæ fecerunt, ut effugerent, ea quia fecerant, non effugerunt, &c.

Inuidia peſſimè raciocinatur.

Qualis debuit eſſe Iudæorum raciocinatio.

An Phariſæi verè timuerint arma Romanorum.

Quæritur an verè hi homines Romanorum arma timerent; ſi Chriſtum ſic dimitterent, & omnes in illum crederent Veriſi nile eſt verè timuiſſe, ſic Auguſtinus arbitratur cum tract. 49. ait, Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, & ſic utrumque amiſerunt, nam Romani tulerunt eis locum, & gentem, &c. Et Pſal. 13. Timuerunt, inquit, regnũ terrenum amittere, &c. Euthymius verò ſcribit, illos ſpecioſo hoc vſus prætextu: Specioſum, inquit, prætextum imponere volentes inſidiis, quas aduerſus Saluatorem ſtruebant, ac populum contra eum commouere molientes; timorem cauſabantur Romanorum, &c. Item: quamquam ipſi nõ expectabant, neque timebant, ſed præ inuidia perditionem Romanorum in prætextum aſſumebant; ea tamen paſſi ſunt, quæ cauſabantur: quia Chriſto non paruerunt, &c. Theophylactus quoque: Hæc inquit, præ malitia dicebant: Vt enim non videantur inſidiari Chriſto, propter inuidiam commune periculum in medium afferunt, &c. lege etiam Chryſoſtomum.

Vnus autem ex ipſis Caiphas, cum eſſet Pontifex anni illius dixit eis, &c.

Qvid facto opus eſſet, conciliabulum inquirebat. Aperit ſententiam ſuam, anni illius Pontifex Caiphas. Perpetuus fuerat pontificatus, antequam Herodes, Romanique Iudæis imperarent; ſub Romanorum imperio perpetuus non fuit, ut indicat Ioſephus lib. 18. Antiquit. cap. 3. ideoque Caiphas *Pontifex* dicitur, non ſimpliciter, ſed, *anni illius*. Euthymius ſupra citatus, putat Pontifices tempore illo pontificatu fungi conſueuiſſe,

Pontificatus nõ fuit perpetuus ſub Romanorum imperio.

vno tantum anno;idem opinatur Theophylaſtus Ioann.11. & D Chryſoſtomus;non iam,inquit,dabatur ſacerdotium perpetuum, ſed annuum,ex quo venales facti erant principatus, &c. D.Auguſtinus exiſtimat, plures fuiſſe Pōtifices, & per ſingulos annos viciſſim Pontificatu fuiſſe functos;probatque ex Luca, cap.1.illius verba apponam: Poteſt,ait,mouere,quomodo dicatur Caiphas *Pontifex anni illius*, cum Deus vnum conſtituerit ſummum ſacerdotem, cui mortuo unus ſuccederet.Sed intelligendum eſt,per ambitiones,& contentiones inter Iudæos, poſtea conſtitutum, ut plures eſſent, & per annos ſingulos vicibus miniſtrarent. Nam de Zacharia Luc.1.hoc dicitur. *Factum eſt cum Sacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudinem Sacerdotij, ſorte exiit,ut incenſum poneret.* Hinc apparet, plures eos fuiſſe, & vices ſuas habuiſſe. Et fortè etiam uno anno, plures adminiſtrabant,quibus alio anno alij ſuccedebant, ex quibus ſorte exibat quis, ut incenſum poneret. Hæc Auguſtin.Sed probatio infirma eſt. Nam Zacharias pater Baptiſtæ, ut diximus tom.2.li.3. cap.52.non erat ſummus Sacerdos. Vices præterea illæ, de quibus Lucas loquitur,non inter ſummos ſacerdotes, ſed inter minores erant conſtitutæ, ut oſtendimus eodem tom.2.lib.3. c.53.

Pontificatus annuus fuit.

Sententia Caiphæ in conciliabulo illo hæc fuit; *Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis*, Græcè, διαλογίζεσθε, Significat autem uerbum Græcum *differere, & diſceptare rationibus ſiue cogitare.* Vos, inquit, neſcitis quidquam, ignorantes eſtis,atque in negotio hoc cæci,neque cogitatis, & ratiocinamini, expedire vobis, Græcè,συμφέρει,id eſt,*vtile eſſe vobis, ut vnus hic homo occidatur pro toto populo: & non pereat tota Iudæorum gens.* Nam ſi homo hic mortis pęna non afficiatur, omnes in eum credent, totaque Iudæorum gens euertetur. Mira eſt Caiphæ inflatio; *Vos, inquit, neſcitis quidquam, nec cogitatis, &c.* Nonne qui in conciliabulo aderant,id ipſum ſciebant, & cogitauerant, quod Caiphas protulit? Ait Caiphas: *Expedit vobis,ut moriatur hic homo pro populo,*ne a Romanis tota gens iudæorum uaſtetur. Id uiderant, & cogitauerant reliqui;dicebant enim *Quid facimus? hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic: venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem,&c.* forſitan aliqui dixerant ſententias, quibus cenſebant Chriſtum non eſſe occidendum, uel ea de re dubitabant, ideoque Caiphas ait: *Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis, &c.* Hæc verba (ait Card. Caietanus) inſinuant quod conſiliarii ambigebant, & in varias declinabant opiniones, varia tractantes remedia circa mortem Ieſu,&c. Et propterea reprehendit illos Caiphas, imprudentiæ,&c.Itaque publicæ vtilitatis velamento, iniquitatem tegit iniquus Pontifex. Vtilitatem populi ait poſtulare, ut Chriſtus vita priuetur; idq. faciendū, ſe ſolum ſapere,& quid expediat videre arbitratur, arrogans.

Sententia Caiphæ ſuperba.

Hoc autem à ſemetipſo non dixit.

DVos ſenſus continent uerba Caiphæ; vnus Caiphæ erat alter Spiritus ſancti. Senſus iam explicatus videlicet, utile eſſe occidi Chriſtum, ne a Romanis Reſpublica iudæorum euerteretur,Caiphæ erat. Senſus alter explicandus erat Spiritus ſancti. Si ſenſum priorem ſpectes,a ſemetipſo dixit Caiphas verba illa; ſi ſenſum poſteriorem attendas, non a ſemetipſo ea protulit. Aliud Caiphas intellexit;aliud Spiritus ſanctus ſignificare voluit. Aliud dicere uolebat Caiphas,(ait Ambroſius,Pſal.118.& 15.)aliud ſignificabat, &c. Dicitur autem prophetaſſe, quia uerba protulit Spiritus ſancti vaticinium continentia;quamuis uaticinium minimè intelligeret. Theophylactus; Caiphas,inquit,hoc ſiniſtro animo dixit. Verum tamen gratia Spiritus ſancti vſa eſt ore illius ad prædicēdum futurum, tamen ſi pollutum cor eius non attigerit, &c.

Duos ſenſus Caipha verba habent.

Quæſtio eſt, an Caiphas Propheta fuerit?fuiſſe prophetam verba Euangeliſtæ probant;ait enim prophetaſſe; qui autē prophetat,propheta eſt.Non fuiſſe compertū eſt.Nam ut una hirundo non facit ver; ita unum uaticinium non facit prophetam. Non ſi quis (ait Orig.in Ioannem)aliquid,quod medicinæ

an Caiphas fuerit propheta?

ſinæ eſt proprium fecit,aut aliquid eorum, quæ ad valetudinem conducunt, propterea is eſt medicus; nec ſi quis aliquid quod architecturæ ſubiectum eſt effecit,architectus eſt, &c. D.Tho. Ioan.11.Non magis,inquit,poteſt Caiphas dici Propheta, quam aſina Balaam,&c. Sed quæritur, an in hoc vno vaticinio Propheta fuerit? Reſpondetur, non fuiſſe propriè Prophetam in hoc vaticinio. Vt indicat D.Tho.2.2. q.173.art.4.his verbis,aliquis cognoſcit ſe moueri a Spiritu ſancto, ad aliquid æſtimandum, vel ſignificandum verbo, vel facto;hoc proprie ad prophetiam pertinet. Cum autem mouetur, ſed non cognoſcit; non eſt perfecta prophetia, ſed quidam inſtinctus propheticus, &c. Et D.Auguſt.lib.12. de Geneſi ad literam cap.9. Quibus, inquit,ſigna, per aliquas rerum corporalium ſimilitudines, demonſtrabantur in ſpiritu, niſi acceſſiſſet mẽtis officium,vt etiam intelligerentur, nondum erat propheta.Magiſque propheta erat, qui interpretabatur, quod alius vidiſſet, quam ipſe, qui vidiſſet. Itaque magis Ioſeph propheta, qui intellexit quid ſignificarent ſeptem ſpicæ,& ſeptem boues, quam Pharao qui eas vidit in ſomnis, &c. Magis igitur Propheta in hoc ipſo vaticinio illo fuit, cui Dñs quid verba Caiphæ ſignificarent aperuit, quam ipſe Caiphas.

D. Auguſt.

An prophetæ ſẽſus omnes ſua prophetiæ intellexerint.

Quod ſi roges an prophetæ omnes ſenſus verborum ſuorũ a Spiritu ſancto intentos agnoſcant? reſpondet D. Thomas loco citato neganter;ſciendũ inquit, eſt, quod quia mens prophetæ eſt inſtrumentum deficiens;etiam veri prophetæ non omnia cognoſcunt,quę in eorum viſis,aut verbis,aut etiam factis,Spiritus ſanctus intendit, &c.

Senſum verborum Caiphæ a Spiritu intentum refert Ioannes. Significare voluit Spiritus ſanctus illis verbis, ore Pontificis prolatis, expedire, vtiliſſimumque eſſe mori Chriſtum, hoc pacto: *Vos neſcitis quidquam* de mundi redemptione, o Iudæi, *neque cogitatis, quod expedit, vt vnus moriatur homo pro populo ſuo*, id eſt,Chriſtus,quatenus homo (etenim quatenus Deus mori non poterat) *& non tota gens hominũ pereat*.

A *Prophetauit Caiphas*, ait Ioannes, *quod Ieſus moriturus erat pro gente Iudæorum, & non tantum pro gente Iudæorum,ſed etiam, vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum, &c.*

Tres hic exiſtunt quæſtiones. Quinam ſunt hi filij Dei? Vbi nam erant diſperſi?in quemnam locum ſunt cõgregati? Primæ reſpondet D.Auguſtinus filios Dei dici hoc loco, per prædeſtinationem.Nondũ enim erant filij Dei, per præſentẽ iuſtitiam, plurimi, quos B Deus congregauit;erant tamẽ per prædeſtinationem. At obijcitur in Eccleſiam congregari multos, qui non ſunt prædeſtinati; non ergo de ſolis filiis prædeſtinatis loquitur Ioannes,ſed de omnibus iis filiis Dei, qui per baptiſmum filii fiunt, & in Eccleſia congregantur,quamuis poſtea gratiam amittant baptiſmalem, & Dei filiationem. Secundæ reſpondetur,filios Dei diſperſos fuiſſe, eſſeque etiam nunc, per populos diuerſos,& nationes, per ſectas C varias,& idolorũ cultus, a quibus vocati ſunt a Deo,& vocantur etiam nũc in Eccleſiam.Tertiæ reſpondetur,locũ vnum,ouile vnum,& regnum vnũ,ſub vno Principe, ac Rege Chriſto, eiuſq. vicario Summo Pontifice, eſſe Eccleſiam Catholicam. In hoc ouile, & regnum,uocantur filii Dei,in hoc cõgregantur in unum,per fidem unam.Omnes enim qui fidem habent, in Eccleſia ſunt congregati, & in regno Chriſti D ſunt. Neque tamen ſatis eſt fides ad ſalutem conſequendam; quamuis ſatis ſit, ut in Eccleſiæ congregatione Chriſtianus uiuat. Qui ſalutem æternam conſequi vult,eum fidem habere oportet,cum caritate copulatam.Simile illud eſt Ioan.10.*Alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere,& vocem meam audient, & fiet vnum ouile,& vnus paſtor,&c.*

Quomodo filios Dei Chriſtus cõgregarit.

In Eccleſiã Catholicã omnes filij Dei cõgregantur.

Obſerua verba illa: *Cum eſſet põtifex anni illius prophetauit*: quibus ſignificat E Ioan. prophetaſſe Caipham, eo quod pontifex eſſet. Voluit enim Spiritus ſanctus, per os Pontificis, licet impij, præclariſſimum de Chriſto vaticinium Mũdo tradere,ut intelligamus magnifaciendos eſſe Dei ſacerdotes,ac põtifices,quãuis impii ſint; ꝓpterea ꝙ ſacerdotio

Pontificiã dignitatem Deus honorare voluit

dotio,pontificatuve funguntur. Augu- A
ſtinus in Ioanné tract. 49. Hic(inquit)
docemur, etiam homines malos pro-
phetiæ ſpiritu futura prędicere. Quod
tamen Euágeliſta diuino tribuit ſacra
mento,quia pōtifex fuit, &c. Euthy-
mius,Caiphas non ꝙ dignus eſſet,va-
ticinatus eſt;ſed ꝙ pontifex eſſet anni
illus. Non propter propriam virtuté,
ſed propter pontificalem dignitatem,
&c. Et Theophylactus. Conſidera(in-
quit)pontificalis dignitatis uirtutem;
quomodo plena ſit gratia ſpiritus, ta- B
metſi indigni ſint,qui illam gerant. Et
honora ſacerdotes dignè, propter gra
tiam in eis,&c.

Obijciet hæreticus, concilium hoc
Caiphæ,pontificũ,& Phariſæorũ erraſ
ſe,quòd aduerſus Chriſtum tulerit ſen
tentiam;poſſeq́; errare concilia gene-
ralia auctoritate pontificis ſummi con
gregata,impiè affirmabit. Sed pugione
plumbleo decertabit, quales omnes
ſunt,quibus vtuntur ſectarij. Fateor q.
dem erraſſe,non concilium, ſed tumul C
tuarium cōciliabulum,ab inuidia,am-
bitione,ac ſuperbia illegitimè, & im-
piè congregatum. Impiè ergo hinc col
ligitur concilia generalia, in Spiritu
ſancto legitimè congregata poſſe erra
re in fide,vel moribus. Adde id quod ſa
pientiſſimus Card. Bellarm. cenſet,
lib. 2. de Concil. cap. 8. pontifices,& cō
cilia Iudæorum, nō potuiſſe errare an
tequam Chriſtus ueniret; ſed eo præ-
ſente potuiſſe;imò fuiſſe prædictũ er-
raturos Iudæos, & Chriſtum negatu- D
ros,Iſaiæ 6. Dan 9. & alibi. Sicut enim
nō eſt neceſſariũ,vt Vicarius Papæ nō
poſſit errare,cùm ipſe Papa regat Ec-
cleſiã, & ab errore defendat: ſic etiam
non fuit neceſſariũ, vt pontifices Iu-
dæorũ,nō poſſent errare,qñ Chriſtus
ſummus totius Eccleſiæ pōtifex,pſẽs,
aderat,& Eccleſiã adminiſtrabat. Adij-
ce Spiritum ſanctum,etiam in hoc im-
pio concilio,veriſſimam dixiſſe ſentē- E
tiam;vt indicaret ſe concilijs Eccleſię
aſſiſtere,atque pontificibus.

Contilia generalia errare nō poſ ſuno.

Ab illo ergo die cogitauerunt,vt interficerent eum.

Græcè legitur, συνεβουλεύσαντο Signi
ficat autem verbum græcũ συμβουλεύω.

Conſultare cum aliquo, vel cum aliquibus:
Hoc loco ſignificat *cōmuni Conſilio ſta-
tuere.* Ergo(inquit Euang.)audito Cai-
pha, in eius ſententiã reliqui iuerunt.
Et cogitauerunt, communiq; conſilio
decreuerunt, Chriſtum occidere. Iã an-
te Chriſtum uolebant occidere, Ioan.
5. *Propterea magis quærebant eum Iudæi oc
cidere, quia non ſolum ſoluebat Sabbatum,
ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualẽ
ſe faciens Deo,&c.* Item cap. 7. *Quærebant
eum apprehendere & nemo miſit in illum
manus,quia nōdum venerat hora eius,&c.*
Rurſus eodem cap. *Miſerunt principes,
& Phariſæi miniſtros,vt apprehẽderent eũ,
&c.* Sed re infecta redierũt;& dixerũt:
Nunquam ſic locutus eſt homo,&c. eodem
cap. aiunt quidam ex Ieroſolymis: *Nō-
ne hic eſt,quem quærunt interficere;* Et ca.
8. ait Dominus: *Quæritis me interficere.*
eodem cap. *lapides ſuſtulerunt, vt iace-
rent in eum.* Iterum cap. 10. *lapides ſuſtu
lerunt,vt lapidarent eum.* Iam igitur an-
te hoc concilium cogitabant,vt Chri-
ſtum interficerent,id eſt, mente illius
cædem conceperant, cogitationeque
voluebant; ſed nunc cogitauerunt vt
illum interficerent,communi quadam
ſtabili,& extrema cogitatione, ac de-
creto. Vnde Chryſoſt. Antea (inquit)
Iudæi Chriſtũ occidere tentauerunt.
Dicit.n. Ioannes *Quærebant eum Iudæi
interficere,&* cap. 7. *Quid me quæritis in-
terficere?* ſed tunc quærebant, nunc ſuã
confirmarunt ſententiam,&c. Euthy-
mius: Etiã prius Chriſtum Iudæi occi-
dere tentabant; ſed nunc cum cōſilio,
& deliberatione,ſententiam decreue-
runt,nunc cum omni animi prompti-
tudine,& ſtudio annixi ſunt,&c. Huic
decreto,ut Ioãnes hoc eodẽ capite do
cet,addiderunt mandatũ, ut vbi eſſet
Chriſtus,qui ſciret, indicaret. Capite
nono alterius decreti meminit: *Iam*(in
quit)*conſpirauerant Iudæi,vt ſi quis eum
confiteretur eſſe Chriſtum extra ſynagogã
fieret,&c.* Græcè ἀποσυνάγωγος, id eſt, *ex
ſynagogus ſiue excōmunicatus fieret.*

Iudæi Chriſtum occidendum decernunt.

Abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem.

Ceſſit furori Iudæorũ Dominus, quo
niam nondum tẽpus aderat Paſchale,
quo

quo mori decreuerat. In regione di- A
ſceſſit, quæ iuxta deſertum erat, & in
ciuitatem, quæ appellatur Ephrem; in
ea cum diſcipulis manſit ad tempus vſ
que deſtinatum paſſioni. Græcè dicitur
ciuitas hæc *ἐφραίμ*, Ephraim, legiq; po
Ephrem gr. teſt Ephræm per diaphtõgũ, *αι*, idem-
que nomen eſt Ephraim, & Ephrem,
quæ ciuitas ſit incertum eſt. Hierony-
mus de locis Hebraicis; Ephraim (in-
quit) iuxta deſertum; ad quam venit
Dominus Ieſus cum diſcipulis ſuis. Di
ximus de hac & ſupra, ſub Ephron vo B
cabulo, &c. De Ephron verò ita ſcri-
bit eodẽ loco: Ephrõ in tribu Iuda. Eſt
& villa prægrandis Ephrea nomine, cõ
tra Septemtrionẽ, in uiceſimo ab Ælia
(id eſt, Ieruſalẽ) milliario, &c. Ephron
Ephrẽ qd ſignificet Hebraic. meminit Scriptura 2. Paralip. 13. quo
loco prima nominis litera Hebraicè
eſt *ain*, prima autẽ litera noĩs Ephraim
cum tribũ ſignificat eſt, *aleph*, illud ſo-
nat puluerem, hoc fertilitatem. Oſten
dit Dominus aduerſus Tertullianũ fas
In perſecutione fas eſt fugere. eſſe in perſecutione hoſtes fugere. Vn C
de D. Auguſtinus hoc loco: In hominis
(inquit) infirmitate uiuendi exemplũ
diſcipulis monſtrabat. In quo apparet
non eſſe peccatum, ſi fideles eius, ocu-
lis perſequentiũ ſe ſubtraherent, & fu
rorem ſceleratorum latendo potius de
uitarent, quàm ſe offerendo magis
accenderẽt, &c. Lege Tertulliani librũ
de fuga in perſecutione, & Pamelij an
notationes, item Diui Auguſtini epi-
ſtolam 180. ad Honoratum, in qua do- D
cet quibus, quando, & quomodo, im-
minente periculo fugiendum.

CAPVT VII.

De concilio Caiphæ, & Phariſæorum.

Morale.

ADmirandum hoc loco concilium
D. Ioannes ante oculos noſtros ꝓ
Stupendũ conciliũ Iudæorum. ponit; admirandum, inquam, tum Iu-
dæorum improbitate, & cœcitate, tũ

Spiritus ſancti benignitate. Iudæorum
improbitas, & cœcitas in cauſa conci
lij cernitur, & in ipſo cõcilij decreto.
Cauſa conuocandi concilij Lazari fuit
reſurrectio: tam ſtupendo enim mira-
culo ſtimulati, concilium conuocarũt.
Quis cum concilium hac de cauſa con
uocari audiret, non exiſtimaret velle
Phariſæos, ac Pontifices, decretum de
recipiendo in Meſſiam, tot miraculorũ
patratorẽ, condere? A tlongè illud im
probitas meditabatur, tam ſtupendo *Ex miraculis Phariſæi collegerunt cædem.*
miraculo permoti concilium coege-
runt, non ad recipiendum, atque vene
randum, ſed ad prodendum atque occi
dendum Chriſtum. Cùm admirari, &
obſtupeſcere oporteret (ait Chryſoſto
mus homil. 64. in Ioan) ipſum Chriſtũ,
qui ſuſcitauerat Lazarum interficere
voluerunt. O amentiam? qui in alijs
corporibus mortem vicerat, ei mortẽ
inferre arbitrabantur, &c.

Quæ maior improbitas eſſe poteſt,
quàm ex miraculis concludere, illorũ
auctorem vita eſſe priuandum; *Hic homo* (inquiunt) *multa ſigna facit.* Fatẽtur
multa ſigna facere. Oportebat ex hac
propoſitione, hanc colligere conclu-
ſionem; Ergo credamus ijs, quæ tot ſi-
gnis confirmat; hanc cõcluſionem col
legiſſet probitas Nicodemi Ioan 3. *Sci
mus*, inquit, *quia à Deo uenisti magiſter.
Nemo. n. poteſt hæc ſigna facere, quæ tu fa-
cis, niſi fuerit Deus cũ eo, &c.* Ex ſignis col
legit Chriſtũ à Deo uenisse, cumq; ip-
ſo Deum eſſe. Improbitas verò Phari-
ſæorũ, & Põtificum, ex ſignis collegit
mortem; Signa facit; necem illi infera *Peſſimè argumentantur Phariſæi*
mus. Ille uitã Lazaro donauit; nos mor
te illũ afficiamus; pro uita donata mor
tem retribuamus. Ex fide collegit per
fidiam: *Omnes credent in eum, non creda-
mus nos*, ſed eum occidamus. O cœcos
homines Solis radij circumfuſi, nihil
viderunt. Nõnè Solis radij ſplendidiſ-
ſimi miracula erant, quæ ipſi fateban-
tur, dum aiunt; *Hic homo multa ſigna fa-* E
cit, tot radijs, miraculiſq; circumdati,
nihil uident iuxta illud Iob. 5. *Per diẽ
incurrent tenebras, & quaſi in nocte ſic pal-
pabunt in meridie, &c.* In media diei lu-
ce, Sole Chriſto Iudæam illuminante,
hi Pontifices, & Phariſæi incurrerunt
in tenebras, in meridie, ueluti in no-

ẽte, cœci palparunt. De Iudæorum cœcitate interpretatur D. Hieronymus illud Iſaiæ 59. *Palpauimus ſicut cæci parietẽ & quaſi abſque oculis attrectauimus, impegimus meridie, quaſi in tenebris, &c.*

Cæcitas Phariſæorũ

Rectè quidem ait Caiphas, *vos neſcitis quidquam:* Nihil enim ſciebant Phariſæi illi, ac Pontifices: Concilio aderant homines abſque conſilio, abſque Dei ſcientia, & abſque conſcientia. Neceſſaria eſt conſultoribus ſcientia, at hi neſciebant quidquam: *Vos*, inquit, *neſcitis quidquam, &c.* Neceſſarium eſt conſilium, nam domus ſapientiæ, ac prudentiæ, eſt conſilium. Prouerb. 8. *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus, &c.* Neceſſaria maximè eſt conſcientia, quæ oſtenſam amplectatur veritatem, & ſecundum illam ſententiam ferat. Hi tam conſilio carebant, quam conſcientia; odium enim atque inuidia, conſilium, conſciẽtiamque abſorbuerat, cœcoſque reddiderat. Pſalm. 57. *Supercecidit*, ait Dauid, *ignis, & non viderunt Solem, &c.* Explicat hæc verba Auguſtinus de igne cupiditatis, qui Solis, id eſt, Chriſti aſpectum, cupidis eripit. Parem rationem in inuidia inuenies, & odio Iudæorum, ſupercecidit ignis inuidiæ, atque odii, & non uiderũt Solem, hoc eſt, Chriſtum, quamuis clariſſimos emitteret radios, id eſt, clariſſima miracula. Viderunt quidem faciem, & corpus Chriſti, Meſſiam autem eſſe, craſſa cœcitate affecti non uiderunt. Iſacco patri ſuo hac in re fuere ſimiles, manibus ille ſuis Geneſ. 27. Iacob tangebat tenebat, illius vocem auribus audiebat, vocem Iacob eſſe non agnoſcebat: ſic Pontifices, Phariſæique cœci, Meſſiam tenebant, tangebant, miraculaq; cernebãt. *Hic homo* (aiũt) *multa ſigna facit*, at Meſſiã eẽ agnoſcere nolebãt mortẽq; illi machinabantur inuidia ducti.

Domus ſapientiæ eſt conſilium.

Iſaaci cæcitas figura cæcitatis Iudaicæ.

D. Grægor. lib. 18 Moral. cap. 19. ait ſynagogam inuidiæ igne ſeipſam incẽdiſſe, iuxta illud Iob 28. *Terra, de qua oriebatur panis, in loco ſuo igne ſubuerſa eſt, &c.* Ex ſynagoga ortus eſt panis viuus, qui de cælo deſcendit: orta eſt ſeges prima, ac, vberrima Chriſtianorum primogenitorum. At terra hæc, quæ panem tulit viuum Chriſtum, Virginem Deiparam, atque Apoſtolos, igne exarſit, & à ſuis Pontificibus, Phariſæis, & ſacerdotibus, inuidiæ flammis abſumpta, perijt. An non æmulationis ſuæ facibus ardebat ſynagoga, (ait D. Gregorius) cum redemptoris noſtri ſigna conſpiciens, per quoſdam ſuos (id eſt, Pontifices, & Phariſæos) diceret Ioan. 11. *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* Vel certè Io. 12. *Videtis quia nihil proficimus? ecce totus mũdus poſt eum vadit.* Videbant, unde conuerti debuerant, atque exinde peruerſiores fiebant. Quærebant illum extinguere, quem cernebant mortuos uiuificare, &c. Libro 1. Reg. cap. 3. *Oculi Heli caligauerant, & non poterant videre lucernam Dei, &c.* Non eſt hæc vera lectio, quæ in nonnullis codicibus reperitur. Attamen egregiè conuenit Caiphæ Pontifici Iudæorum. Caligauerant Caiphæ oculi mentis, inuidiæ nebula perfuſi; & non poterant videre lucernam Dei, immo Solem Deum, id eſt, Chriſtũ. Neque enim aquila erat, ſed noctua, uel ueſpertilio. Probare aquila filios fertur, eos qui ſolem fixo intuentur obtutu conſeruat, & alit: eos verò qui Solem recto obtutu oculorum non intuentur, è nido præcipitare. Sic Deus Iudæos probauit: eos qui Solem iuſtitiæ Chriſtum, recto fidei obtutu intuiti non ſunt, ex nido, hoc eſt ex patria expulit, venerunt Romani, tulerunt locum eorum, & gentem. Vera lectio loci illius. 1. Reg. 3. hæc eſt, in Biblijs correctis; *Oculi Heli caligauerunt, & non poterant videre.* Hoc loco ſtatuendus eſt punctus: ſequitur, *lucerna Dei, antequam extingueretur, Samuel dormiebat in tẽplo Domini, vbi erat Arca Dei, &c.* Extinguebantur matutino tempore candelabri, quod in templo erat, lucernæ, dormiebat vero Samuel nocturno tempore, antequam lucernæ extinguerentur.

Inuidia ſynagogã incendit.

Caiphas Heli ſimilis fuit.

Hoc concilium iniquorum, vanorũque hominum, ait Rupertus in Ioannẽ illud eſſe, de quo Vates regius Pſal. 25. ait: *Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odiui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo, &c.* Iſtud, inquit Rup. eſt conciliũ vanitatis, cum Pſalmiſta non ſedit: hæc

hæc illa Eccleſia malignantium , ad A quam neque lex ; neque prophetarum quiſpiam introiuit,&c.Fuit concilium hoc concilium vanitatis, Hebraicè,dicitur מתי שוה *mete ſchaueh*, id eſt, *viri ſchaueh*,quæ dicto etiam ſignificat mendacium:fuit conciliũ mẽdacij Mendax.n.fuit Caiphæ ſententia qua affirmauit. Reipub. expedire vt occideretur Chriſtus , ne a Romanis euerteretur. Euerſa.n. propterea eſt,quia occidit.Eccleſia fuit,i. cõgregatio malignantium,& impiorum ho B minũ,in qua,vt Rupertus ait, Lex , & Prophetæ non introieruut.q̃m neque ſecundum legem,neq; ſecundum Prophetas ſentẽtiam dixerũt.Lex enim & prophetæ Ieſum Meſſiam eſſe aſſerunt,Si (inquit Rupertus)lex,& prophetæ,in illam Eccleſiam introiſſent, ſi ab illo concilio conſulti fuiſſent . Quid reſponderẽt,dicẽtib.illis; *Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit ?* quid inquam reſponderent,niſi:Audite eũ,& credite in eum,&c.Iniquũ eſt C omne conſiliũ,in quod lex Dei,eiuſq; mandata non ingrediuntur,iniqua oĩs conſultatio,à qua lex Dei abeſt , conſultores Præcipuos mandata Dei eſſe oportet,iuxta illud Pſal.118. *Conſiliũ meum iuſtificatinnes tuæ:* Hebraicè legitur,אנשי עצתי *anſche hhatſathi. Viri cõſilij mei,teſtimonia tua,vel iuſtificationes tuæ*,ſunt conſultores eximij mandata Dei.Illud cõcilium iniquum eſt in quo huiuſmodi conſultores deſiderã D tur,quale fuit concilium hoc Caiphę, & reliquorum Pontificũ:ac Phariſeorum,qui non mãdata Dei,ſed ambitionẽ,inuidiam odium,Romanorũ timorem,propriaq; cõmoda,conſuluerũt. Qui tales conſultores in cõſiliũ adhibet,toto a verò cõſilio aberrabit cęlo

Concilium Phariſeorũ quale fuerit.

Lex et Propheta Chriſtũ Meſſiã eſſe aſſerunt.

Concilium illud iniquũ in quod nõ ueniũt mãdata Dei.

De concilio item Iudæorum aduerſus Chriſtum. myſtico ſenſu illud intelligendum eſt Geneſ. 49. *Simeon,& Leui fratres,vaſa iniquitatis bellantia,in concilium eorum non ueniat anima mea , & in catu illorum nõ ſit gloria mea.Quia in furore ſuo occiderunt virum,& in volũtate ſua ſuffoderunt murum . Maledictus furor eorũ quia pertinax,& in dignatio eorum qa dura , &c.* Ex tribu Leui erant E ſacerdotes.ac Pontifices, ex tribu Simeonis Scribæ legiſq; doctores,ut uolũt Hæbrei.*Simeon igitur,& Leui* , hoc eſt,legis doctores,ſacerdotes,& Pontifices,fratres in nece Chriſti machinanda.*vaſa* fuere,i.inſtrumenta *iniquitatis bellantia* aduerſus Dominum. *In concilium eorum*,ꝙ deMeſſia occidendo inibunt,*non ueniat anima mea,& in catu* Caiphæ,reliquorumq; Pontificum, *non ſit gloria mea*.Execror enim huiuſmodi concilium,quia *in furore ſuo occiderunt uirum* præſtantiſſimũ Chriſtum quem ſolũ virum eſſe exiſtimauerunt non Deum,*& in voluntate ſua* peſſima, *ſuffoderunt murum* Reipub. Cum enim Chiſtum. occiderunt,Reipub.Iudaicę murum euerterunt, ideo euerſa omnino eſt Reſpub.muro ſublato : *Maledictus furor;* Pontificum,Sacerdotũ,Scribarum, & Phariſæorum, *quia pertinax* fuit , & hominum inuidia,odioq; obſtinatorum.*Maledicta eorum indignatio quia duriſſima fuit* aduerſus mitiſſimũ agnum.Molleſcere noluerunt duriſſimi homines,tot miraculis, totque beneficijs, Agniq; mitiſſimi patiẽtia. D. Iſidorus in Geneſim : Per Simeonem (inquit)& Leui,Scribæ,& Sacerdotes Iudaici populi intelliguntur . De Simeone enim Scribæ erant Iudæorum, de verò Leui principes Sacerdotum , de quibus ſcriptum eſt ; *Quia conciliũ fecerunt,ut Ieſum morti traderẽt.*De quo concilio Iacob, qui iam mente Deum uidebat dicit,*in concilium eorum non ueniat anima mea*,& reliqua.Sic.D.Iſidorus.Ambroſius quoque in lib. de Benedict.Patriarch.ait,Scribas ex tribu fuiſſe Simeon,& de Chriſto hoc interpretatur vaticinium,ſimiliter Rupertus,Ruffinus,& alij.

De concilio Caiphæ. Gen.49.

Præterea de concilio Iudæorum aduerſus Chriſtum exponit Ambroſius loco indicato illud Iſaiæ 3.iuxta verſionem Sept.interpr.*Væ animæ eorũ quoniam conciliati ſunt concilium peſſimum contra ſemetipſos dicentes.Alligemus iuſtũ* i.Chriſtum, *quoniam inutilis eſt nobis. Itaque fructus operum ſuorum comedent , &c.*D.Hieronymus Iſaiæ 3.Perſpicuè (inquit)de Chriſti paſſione dicitur,ꝙ inierint Iudæi conſilium peſſimum , *ſcriptũ eſt*, non tam contra iuſtum , quam contra ſemetipſos , & animam ſuam .

De concilio Phariſæorũ Iſaiæ 3.

Et

Et nunc fructus operum ſuorũ comedẽt.&c. Lege Iuſtinum martyrem in dialogo cum Tryphone. Adde & concilium illud Iudæorum, quod extat Ieremiæ 11. *Mittamus lignum in panẽ eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius.&c.*

De eodem concilio q̃d hẽat libro Sapientiæ.

Illud quoque ſapientię cap. 2. quod D. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos Teſtimonio 14. habitũ aduerſus Chriſtũ intellexit, D. Aug. li. 17. de Ciuitate Dei, capi. 20. & D. Iſid. li. 1. de officijs Eccle. Titulo de ſcriptorib. ſacrorũ voluminũ, & alij. Sap. 2. aiũt impij Iudæi: *Circũueniamus iuſtũ* (i. Chriſtũ) *quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.* Nã peccata Phariſęis Chriſtus Matth. 23. improperat: *Væ nobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, &c. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & Filium Dei ſe nominat. Grauis eſt nobis etiam ad audiendum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tamquã nugaces æſtimati ſumus ab illo,* Græcè εἰς κίβδηλον hoc eſt, *in ſpurium* æſtimati ſumus. Vnde Illud Ioannis 8. *Vos ex patre diabolo eſtis,* filij ſpurij, nõ filij Dei. *Et abſtinet ſe a uijs noſtris, tamquam ab immunditijs, & præfert:* Græcè μακαρίζει i. *beatificat nouiſſima iuſtorum Et gloriatur Patrem ſe habere Deum, &c.* Nullum in Chriſto vitium reperiunt, imò virtutes ſingulares. Contrarium eſſe aiunt operibus malis, peccata improperare. & accuſare, Dei ſcientiam habere, diſſimilem eſſe alijs vitam eius, nimirum quia ſanctiſſima erat, ac ſingularis, eximiæque ſanctitatis. *Videamus* (aiunt) *ſi ſermones illius veri ſunt, & tentemus quæ ventura ſunt illi, et ſciemus quæ erunt nouiſſima illius. Si enim eſt uerus Filius Dei ſuſcipiet* (i. defendet) *illũ & liberabit eum de manibus contrariorum Contumelia, & tormento interrogemus eũ vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima* (ſcilicet crucis) *condemnemus eum. Erit enim reſpectus ex ſermonibus illius:* hoc eſt, ex ſermonibus eius, dum torquebitur reſpiciemus qualis ſit. Nam patientia, manſuetudo, & in Deum reuerentia, maximè in ſermonibus illius perſpici-

Nullum vitiũ in Chriſto repertũ fuit, ſed virtutes ſingulares.

Sermo virũ oſtendit.

A tur, qui cruciatu afficitur. Concludit ſapiens hunc in modum; *Hæc cogitauerunt, & errauerunt. Excæcauit enim illos malitia eorum, & neſcierunt Sacramenta Dei, &c.* Græcè, μυστήρια, i. myſteria Dei ignorauerunt, neſcierunt myſteria incarnationis Dei, latebat illos hominẽ Chriſtum eſſe Deum, oportereq; Meſſiam pauperem vitam agere, mortemque perferre. *Excæcauit eos malitia eorũ* talpæ erant ad cernenda ſpiritalia pericula conſcientiæ, & animorum: B lynces ad cernenda pericula corporalia. Grauiſſimum quod patrabant ſcelus, ſempiternoſque cruciatus, non attendebant, Romanorum exercitum ciuitate deuaſtantem iam intuebãtur. *Si dimittimus eum ſic,* aiunt, *venient Romani & tollent locum noſtrum, & gentem,* Dicere potius debuerant, ſi non dimittimus eum ſic, venient cacodæmones, & ollẽt animum noſtrum, & corpus.

Iudæi myſteria Chriſti ignorarunt.

Exploratores illos, qui promiſſam Iſraelitis regionem explorauerũt, Nu- C mer. 13. gigantes terruerunt. *Vidimus,* aiunt, *monſtra quædam filiorũm Enac de genere giganteo, quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur. &c.* Eũdem in modum Pontifices, Phariſæoſque, qui Iſraelitis promiſſum Meſſiam explorabant, gigantes, hoc eſt, Romani, qui veluti gigantes cęteris omnibus nationibus præcellebãt, terror perculerunt. *Venient* (inquit) *gigantes Romani, & tollẽt locum noſtrum, & gentem.* Exploratores illi a terra fluente melle, & lacte, po- D pulum auerterunt, hi a Meſſia omnib. gratiis, miraculiſque præſtante; populum eundem alienarunt. Vt eſt in Pſa. 13. *Illic trepidauerunt timore vbi nõ erat timor.* At illic non trepidauerunt timore, vbi maximus erat timor. Trepidauerunt timore Romanorum, ſi Chriſtum in Meſſiam recepiſſent illic nullus erat timor, hoc eſt, nulla cauſa timendi, non trepidauerunt timore cacodæmonum, æternorumque cruciatuum. Atqui hic maximus eſt timor; E hoc eſt, maxima cauſa timendi. De his conſiliarijs interpretatur, Auguſtinus verba hæc Pſalmi. *Illic,* inquit, *trepidauerunt, vbi non erat timor:* ideſt, in damno temporalium, Timuerunt, regnum terrenũ amittere, vbi non erat timor; &

Phariſæi mali exploratores.

Timor Phariſeorũ, vbi non erat timor.

& amiſerunt regnum cœlorum,quod timere debuerant,&c. Socios multos hi habent Pontifices,& Phariſæi, qui trepidant in damno temporalium,vbi (vt Auguſtinus ait)non eſt timor,hoc eſt.cauſa timendi,non trepidant in dãno ſpiritalium, vbi maxima timoris cauſa exiſtit. Libenter omnia temporalia amittenda ſunt, ne Deus amittatur. Ne timeas amittere pecuniam,ſanitatem,honorem,ſanguinem,vitamque pro Deo animique ſalute. hoc. n. non eſt amittere;ſed lucrari. Tertull. ad Martyres; Si aliqua,inquit, amiſiſtis vitæ gaudia, negotiatio eſt aliq̃d amittere,ut maiora lucreris, &c. Et Auguſtinus,pereat mundi lucrum, ne fiat animæ damnum, &c. *Quid enim ꝓdeſt homini*(ait Dominus Matth.16.)*Si mundum uniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? &c.* Hunc timorem exigit a nobis Dei amor ſuper omnia. Super omnia enim tunc eſt, cũ parati ſumus omnia potius amittere, quàm Deum. Non poteſt infra res tẽporales amor Dei cõſiſtere,ſuper omnes volat,pro Deo res omnes paratus dimittere,timor verò prauus reb. tẽporalibus hominem ſubijcit,ita ut ꝓpter illas amittat Deũ.D.Bernard.initio tract.de gradibus humilitatis horum Pontificum,& Phariſæorum iudicium;appellat iudicium timoris. Iniquus iudex eſt timor prauus, ſententiam hanc contra Chriſtum fert. Ne regnum terrenum amittamus, occidatur Chriſtus.Eximius autem iudex eſt amor Dei,ſemper fert hanc pro Deo ſententiam:Ne vnus Deus amittatur, amittantur omnia.

Amittẽda omnia temporalia sũt ne Deus amittatur.

Deo oĩa poſtponenda.

Iniquus eſt iudex timor prauus.

Qui pro Deo res temporales amittit,tum Deum, tùm res oẽs quas amittit,imò alias multo præſtantiores lucratur. Qui verò pro rebus temporalib. Dei iacturam facit,tum Deum, tũ res ipſas tẽporales amittit. Quod hi oſtendunt Iudęi;Deum pro rebus temporalibus reliquerunt; Deum reſque etiam temporales amiſerunt.Vnde illud D.Auguſt. tract. 49. Temporalia perdere timuerunt,& vitam æternam non cogitauerunt, ac ſic vtrumq; perdiderunt.Nam Romani tulerũt eorũ, locum,& gentem,&c.Sic etiam miſer

Qui Deum pro rebus tẽporalib. reliquit,Deũ & res tẽporales amittit.

A Iudas pro pecunia Deum reliquit; Deum,& pecuniam, vtramque ſimul amiſit.Prouerb. 10. *Quod timet impius veniet ſuper eum,&c.* Timebant Romanos Iudæi, venerunt Romani ſuper eos, remque publicam penitus euerterunt;propter id quod in hoc impio concilio ſtatuerunt. *Gens abſque conſilio eſt*(ait Moſes Deut.32.)*& ſine prudẽtia.Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* Nouiſſima vt prouiderent meritò optabat Moſes, no- B uiſſima, inquam; Meſſiæ tempora, de quibus Iſaias cap.2. *Erit in nouiſſimmis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, &c.* Quia nouiſſima hæc non prouiderunt, in nouiſſimis, abſque conſilio,& ſine prudentia perierunt.

Non videmus in hoc conſilio, Dei implorari lucem;totum terra operuit caligo:Congruit illi,illud Pſal.81.*Neſcierunt,neq; intellexerunt,in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta* C *terræ, &c.* In tenebris concilium congregatuum eſt,commotaque ſunt Reipub.Iudaicæ fundamenta,concilij decreto, atque a fundamentis commota corruerunt. Qui conſilium bonum cupit inuenire,Dei lucem poſtulet,quæ veluti fax inquiſitioni præeat.Pręclara ſunt verba illa Regis Ioſaphath. 2. Parali.20.*Cum ignoremus quid agere debeamus,hoc ſolum habemus reſidui,ut oculos noſtros dirigamus ad te,&c.*Cum igno- D ramus quid agere debeamus,dirigendi ſunt mentis oculi in Deum,lux petenda,qua oculi illuminati quid agendum ſit videant. Abijciendus prauus timor praua cupiditas,inuidia odium omneſque animi perturbationes longe repellendæ.Nullum enim ab animi perturbationibus bonum conſilium emanabit,ut docet Angelicus doctor. E 2.2.quæſt.44.art.2.Dicitur,inquit,aliquis conſiliatiuus a facultate benè cõſiliandi,& ſic nec timor,neque aliqua paſſio conſiliatiuos facit,quia homini affecto ſecundum aliq̃ paſſionẽ,vr̃ aliquid vel maius vel minus quam ſit ſecundum rei ueritatem. Sicut amanti videntur ea.quæ amat meliora, & timenti ea,quæ timet terribilia.Et ſic ex defectu rectitudinis iudicij,quælibet.

Lux Dei implorãda à cõſultorib.

Animi perturbationes iudicio effundunt tenebras.

bet paſſio (quantum eſt de ſe) impedit facultatem benè conſiliandi. Hæc D. Thomas. Vnde colligitur hoc iudiciũ fuiſſe ſine iudicio, & hoc concilium ſine conſilio: conſiliandi enim, ſiue conſultandi facultatem paſſiones videlicet, odium in Chriſtum, inuidia, temporalium rerum cupiditas conſultoribus eripuerãt. Meritò Iacob ait Geneſ. 49. *In concilium eorum non veniat anima mea*: In huiuſmodi concilia, in quibus animi perturbationes, prædominantur, non veniat anima, voluntaſque noſtra, huiuſmodi hominibus non aſſociemur. *Beatus enim vir* (vt legitur Pſalm. 1.) *qui non ambijt in conſilio impiorum, &c.*

Iudicium fuit ſine iudicio.

Intuere conſilium fratrum Ioſeph. Geneſ. 37. *Mutuo loquebantur: ecce ſomniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in ciſternam veterem, dicemuſque fera peſſima deuorauit eum, & tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua, &c.* Dedit hoc conſilium inuidia, qua fratrẽ fratres proſequebantur, quem in modũ inuidia, qua Chriſtum proſequebantur Iudæi, conſilium dedit occidendi Chriſtum. Occidere uoluerũt fratres fratrem Ioſeph, qua vero via, è principatu illum exturbare conati ſunt, eadem in principatum extulere. Quia enim occidere voluerunt, ac vendiderunt, in Ægypti principatum effectus eſt, fratribuſque omnibus in Ægypto imperauit. Similem in modum, Iudæi qua via Chriſti nomen conabantur extinguere, atque eradere (iuxta illud Ieremiæ 11. *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius, &c.*) eadem nomẽ eius, in ſummum honorem euexerunt. Quia enim a Iudæis eſt occiſus, propterea vt Paulus ait, ad Philip. 2. *Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.*

Conſilium fratrum Ioſeph quale.

Expende conſilium Pharaonis Regis Ægypti, Exod. 1. *Ecce*, inquit, *pop ulus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de terra, &c.* Item: *præcepit Pharao omni populo ſuo dicens: Quidquid maſculini ſexus natũ fuerit, in flumen proijcite, &c.* Quiſnam crudele hoc conſilium Pharaoni prębuit? Dominandi cupiditas, timor, & inuidia: timebat ne Iſraelitæ aduerſus Ægiptios bellum gererent, diſcederentque ex terra Ægypti. Quod timuit, expertus eſt, nihil conſilium profuit, diſceſſerunt ex Ægypto Iſraelitæ, Pharao autem, qui fluminis Nili aquis demergebat infantes, maris Rubri gurgite demerſus cum exercitu perijt. Sic Iudæis nihil profuit conſilium: *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Venient Romani, &c.* Quod timebãt euenit, omnes crediderunt in Chriſtum, venerunt Romani, Iſraelitumque populum deuaſtarunt.

Irriti Iudeorum fue re conatus.

Conſilium Pharaonis

de Iudæis opprimendis impiũ.

Achitophel Dauidis conſiliarius, aduerſus Danidem conſilia Abſaloni præbuit peſſima. 2. Reg. 16. & 17. honoris, diuitiarumque cupiditate permotus. At ipſa eius conſilia mortem illi ignominia plenam attulerunt. Quia enim diuino nutu, quod dederat cõſilium diſſipatũ eſt, laqueo gulam fregit. De hoc Achitophele loquitur Dauid Pſal. 54. *Tu vero*, inquit, *homo vnanimis, dux meus, & notus meus qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos, &c.*

Achitophelis conſiliũ illi peſſimũ fuit.

Simile fuit conſilium Caiphæ aduerſus Chriſtum, diſſipatum a Deo eſt, æternamque Iſraelitis, & plenam ignominia mortem peperit. Etenim vt eſt in Pſal. 32. *Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum conſilium autem Domini in æternũ manet, &c.* *Væ filij deſertores*, dicit Dominus, Iſaiæ 30. *vt faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum: qui ambulatis vt deſcendatis Aegyptum, & os meum non interrogaſtis, &c.* Similes fuere Caiphas, & ſocij patrib. ſuis, deſertores Dei & deſerti a Deo, conſilium fecerunt non ex Deo, ſed ſine Deo, orſi ſunt telam, nõ per ſpiritũ Dei ſed ꝑ ſpũm Dæmonis, neq; interrogauerũt os Dñi, vt ſcirẽt quid facto opus eſſet. Conſilia oportet facere ex Deo, ideſt, ex Dei voluntate, & per ſpiritum Dei, oportetque Dei os interrogare.

Caiphæ cõcilium fuit deſerterum Dei.

Praua conſilia oua ſunt aſpidum, ut ait D. Thom. Iſaiæ 59. Quemadmodũ ex ouis aſpidum cõfotis oritur venenatus

Praua cõſilia sũt oua aſpidum.

natus

A natus ſerpens, ſic ex conſilijs prauis animo confotis, oritur maxima pernicies homini. Iſa. 59. *Oua aſpidum ruperunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum eſt erumpet in regulum, &c.* Oua aſpidum rumpunt, qui conſilia impia præbent, qui hæc comedit oua, qui his aſſentitur conſilijs, moritur erumpuntque illa, in regulos, id eſt, in baſiliſcos. Sæuiſſimi enim baſiliſci, grauiſſima ex illis oriuntur ſcelera, grauiſſima mala. Oua aſpidum ruperunt Lutherus, Caluinus, reliquiq; hæreſiarchæ, ſerpentes, hoc eſt, hæreſes truculentas excluſerunt. Qui comedunt ex eis, miſerandum in modū vitam amittunt. *Fel draconum vinum eorum & uenenū aſpidum inſanabile, &c.* Ex Deut. 32. Propinant hæretici hæreſes, veluti vinum ſuaue; ſuauiter enim potatur libertas carnis. At fel draconum eſt vinum eorum, venenum eſt aſpidum inſanabile Prou. 31. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cū ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet, &c.* Dulce uinū indoctis hominibus, & carnem amantibus, eſt hæreſis, in uitreo flaueſcit poculo, uitreis enim cōtinetur, ac fulcitur argumentis, quæ inſtar vitri facillimè exiguo lapillo franguntur. Nihil enim habent roboris hæreticorū argumenta, pluſquam vitrea pocula ſunt hæreſeos vinum propinantia. Tu frater, quicumq; hæc legis, ne intuearis

Hæretici oua aſpidū fouerunt, et pariunt baſiliſcos.

Argumēta hæreticorū vitrea.

D venenatum vinum, quando in vitreis his poculis flaueſcit, ne bibas, quamuis enim blandè ingrediatur pectus hereſis, tamen in nouiſſimo, mordet vt coluber, & ut baſiliſcus venena diffundit. Deniq; oua aſpidum ruperunt Caiphas, & comites, quod confotum in illo conciliabulo eſt, in baſiliſcos, id eſt, Romanos erupit, a quo ſunt vaſtati. *Venerunt enim Romani, & tulerunt locum, & gentem.* Fuge aſpidum oua, ne illa confoueas, ne confota rumpas, nève ex eis comedas.

CAPVT VIII.

De Vaticinio prolato ex ore Caiphæ.

Morale.

Diximus initio, Iudæorum improbitatem in hoc concilio cerni, & B Spiritus ſancti benignitatem. De improbitate Iudæorum diximus, de benignitate Spūs ſancti nonnihil dicamus. Spiritus ſancti benignitas in eo cernitur, quod peſtilētiſſimū concilium nō fugit, ſed pclariſſimo vaticinio adornauit, quodq; admirandum valdè eſt, vaticinium præclariſſimum ex ore viri flagitioſiſſimi voluit prodire, nēpe ex ore Caiphæ, quo, veluti Aſinæ Balaā ore, vſus eſt. Protulit Caiphas verba ſenſu impio, ac falſo. Spiritus verò C ſanctus ſenſum intendit præſtantiſſimum; ac veriſſimū. Veriſſima ſunt verba Caiphæ, & falſiſſima. Veriſſima Spiritus ſancti ſenſu accepta, falſiſſima ſēſu Caiphæ intellecta. Scit quid dicat Caiphas, & quid dicat neſcit. Scit qd dicat impiè, neſcit quid dicat ſanctè. Factus eſt *ſicut æs ſonans, aut cymbalum tinniens*, 1. Cor. 13. Cymbalum quid ſonet ignorat, norunt verò ij, quos vocat. Sic Caiphas, quid ſonaret ignorabat, nouimus nos quib. vaticiniū Spiritus ſanctus aperuit. Rupertus in Ioānem. cū eſſet (inquit) Caiphas cymbalum magnum (i. Pontifex) clarè tinniuit: quia videlicet virtutem loquelæ ſuæ, non magis aduertit, quam tinnitū ſuum cymbalum ſentit, &c.

De vaticinio prolato ex ore Caiphæ, per Spiritum ſanctum.

Verba Caiphæ veriſſima & falſiſſima.

Honore affecit Deus Pontificatū, & ſacerdotium. *Cum eſſet Pontifex anni illius* (ait Ioan.) *prophetauit.* Pōtifex erat anni illius, ideò per os eius Spiritus E ſanctus profert vaticinium. Si per os mali Pontificis, veritatem minimè inquirentis, quia Pontifex eſt, Spiritus ſanctus veriſſimū edit vaticiniū, quid de Pontificibus Chriſtianis, ſacerdotibuſque, veritatē inquirētib. ſentire Chriſtianos par eſt? Equidē quia Pōtifices ſunt, ſiue ſacerdotes, p illorū ora, veritatem

ritatem nobis aperiet Deus. Exod. 28. A *Pones in Rationali iudicij, Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, &c.* Heſir. אורים ותומים *hurim, & vethumim* quod vertitur quoque, *pones perfectiones, & illuminationes.* Vt antiquæ legis Pontifices, & Sacerdotes, veritatem, & Doctrinam, & illuminationes, in pectore geſtabant, ſic nouæ legis Pontifices, & Sacerdotes, veritatem, doctrinamque veram, qua homines illuminantur geſtant: ab illis petẽda veritas eſt, legiſque doctrinæ interpretatio, B iuxta illud Malachiæ 2. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirẽt ex ore eius, quia angelus Domini exercituũ eſt, &c.* Sacerdos Angelus eſt, nuncius, & præco, vt Hieronymus appellat, diuinæ veritatis. Per illum ergo Deus veritatem ſuam nobis petentibus aperiet. Deut. 17. *Si difficile, & ambiguum, apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram, & iudicum intra* C *portas tuas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus tuus, venieſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, &c.* Hierony. Malach. 2. Angelus, inquit, Domini id eſt, nuncius, ſacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt, eiuſque ad populum nunciat voluntatem, & idcirco in ſacerdotis pectorre rationale eſt, & in ratio- D nali *Doctrina, & veritas* ponitur, ut diſcamus, ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconem dominicæ Veritatis, &c.

Per ſacerdotes docet Dominus veritatem.

Maximè vero doctrina hæc, & veritas, in pectore Pontificis Maximi elucet, a quo ueluti fonte in totam Eccleſiam emanat. Etenim neque in decretis fidei errare poteſt neque in præceptis morum, quos toti Eccleſiæ ſeruãdos tradit. Nihil quod ad fidẽ ſpectet, nihil poteſt definire quod ſit falſum, nihil E quod ad morum præcepta attineat, poteſt præcipere Eccleſiæ faciendum quod ſit peccatum. Non perſonæ Caiphę, ſed Pontificatus rationem habuit Spiritus ſanctus, quia Pontifex erat, illum vaticinium dixit. *Cum eſſet* (inquit Euangeliſta) *Pontifex anni illius prophetauit.* Eundem in modum, non perſonæ extra Pontificatum, ſed Pontificatus Romani, atq; vniuerſalis, rationem habet idem Spiritus. Non poteſt errare Romanus Pontifex, non quia nobilis eſt aut doctus, aut prob. ſed quia Pontifex eſt Romanus, atque vniuerſalis totius Eccleſiæ. Etiam ſi improbus ſit, ſi indoctus, fieri non põt vt falſum aliquid Eccleſiæ tradat credendum, vel malum aliquod præcipiat faciendum, quia Pontifex eſt totius Eccleſiæ. Aſſiſtit Spiritus ſanctus Pontifici, veritatem docet, facem illuminat ſuper aureum Eccleſiæ candelabrum poſitam, vt toti Eccleſię lucẽ præbeat: fundamenti petram continet, ne falſitate aliqua commota ad falſitatem ſuperſtructum ædificium commoueat. Omnem veritatẽ docet Spiritus veritatis Pontificem ſummũ, quæ circa fidem; moreſq; neceſſaria eſt Eccleſiæ, iuxta illud Domini Ioan. 16. *Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem, &c.* Ideò D. Bernard. ad Innocẽtium ſummum Pontificem. Oportet (inquit) ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæq; & ſcandala emergẽtia in regno Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror, ibi potiſſimnm reſarciri damna fidei, ubi non poſſit fides ſentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua ſedis. Cui enim alteri aliquando dictum eſt, Luc. 22. *Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua.* Ergo quod ſequitur, a Petri ſucceſſore exigitur: *Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Ita Bernardus.

Summus Põtifex errare nõ poteſt in fide & moribus.

Romanũ Pontifex errare nõ poteſt.

Colligitur etiam ex hoc loco, Deũ etiam per malos Pontifices, ac ſacerdotes, qui Sacramenta conficiunt, operari, quemadmodum per impium Caipham, vaticinium dixit. Quamuis enim impij ſint, per illos tamen Deus operatur: quia Pontifices, ſiue ſacerdotes Eccleſiæ ſunt. Auguſtinus in quęſt. lib. Iudicum, quæſtio. 49. Per Saulem omnino reprobatum, multa Deus populo ſuo præſtitit, in quem 1. Reg. 19. inſiluit etiam ſpiritus Dei, & prophetauit, cum in Dauid ſæuiret. Agit enim ſpiritus Domini, & per bonos, & per

Deus etiam per malos ſacerdotes operatur.

& per malos, & per ſcientes, & per neſcientes, quod agēdum nouit, & ſtatuit. Qui etiam per Caipham acerrimum Domini perſecutorem neſcientem, quid dixerit, inſignem protulit prophetiam, &c. Lege Diuum Chryſoſtomum 2. ad Timotheum homil. 2. Per omnes, inquit, ſacerdotes Deus operatur, ſalutem populi moliens, nō illorum intuens merita. Nam ſi per os aſinæ, ſi per Balaam ſceleſtum hominem, populi cauſa locutus eſt, multò magis loquitur per ſacerdotem, plebis ſuæ gratia. De vaticinio Spiritus ſancti dicamus.

A

B

Expedit nobis (ait Caiphas) *vt unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, &c.* Hoc fuit decretum impij cōcilij impiorum Pontificum, ac Phariſæorum: idem decretum, ſed diuerſo, vt diximus, ſenſu, diuino erat conſilio ab æternitate factum Lucæ. 22. *Filius hominis* (ait Dominus) *ſecundum quod definitum eſt uadit, &c.* Definitum (inquam) diuino conſilio. Act. 4. Aiunt Chriſtiani illi primogeniti, *conuenerūt verè in ciuitate iſta, aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum gentibus, & populus Iſrael, facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri, &c.* Item Actor. 2. ait Petrus. *Hunc*, id eſt, Chriſtum, *definito conſilio, & praſcientia Dei traditum interemiſtis, &c.* Collegerunt concilium, noſtro loquendi more, diuina iuſtitia, miſericordia, bonitas, ſapientia, & potentia; præerat ſummus princeps Deus. Actum in concilio eſt, de peccato, homineque puniendo. Iuſtitia puniendum eſſe hominem aiebat, Tartareiſque pœnis mancipandū, miſericordia liberandum. Tādem hoc factū eſt decretum; *expedit, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, Expedit, vt Deus fiat homo & homo Deus, moriatur pro hominibus, ne omnes pereant. Expedit maximè; quia hoc pacto tum iuſtitiæ, tum miſericordiæ, ſatis ſuperque fiet. Infinita enim miſericordia, in hac Dei pro hominibus morte, infinita quoque iuſtitia, ſplendeſcet. Iuſtitia peccatum puniet Dei cruciatibus ſeueriſſimè, miſericordia peccatum remittet, propter Dei infinita merita clementiſſimè, Dignum hoc Deo eſt concilium. Quamuis autem mori Deus ſtatuerit pro homine aſſumpta humanitate, nō tamen ad peccatum Iudæorum cōcurrit: ſed mortem quam illi intulerunt, pati, uoluit, Vnde D. Leo. ſerm. 16. de Paſſione. Non inde, inquit, proceſſit, voluntas interficiendi, vnde moriendi, nec de vno extitit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris. Non impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit: nec præſciendo quid faciendum eſſet, coegit vt fieret cum tamen ad hoc carnē ſuſcepiſſet, ut fieret, &c.

Decretū de Chriſto verum, in impio concilio latum.

C

Decretum diuina miſericordiæ, & iuſtitiæ, de morte Chriſti

D

E

Deus ad peccatum Iudæorū nō concurrit.

Deus non fuit auctor ſceleris Iudæorum.

De hoc cōcilio lege Diuum Bernardum in ſermone 1. de Annunciatione: Medius, inquit, Pater luminum reſidebat, & vtraque, id eſt, Veritas (ſiue iuſtitia,) & miſericordia, pro parte ſua, vtilius, quod habebat, loquebatur. Summa controuerſiæ totius, hæc fuiſſe videtur. Ait miſericordia, eget miſeratione creatura rationalis; quoniam miſera facta eſt, & miſerabilis valdè. Venit tempus miſerendi eius. Contra Veritas, (ſiue iuſtitia.) Oportet, inquit, impleri ſermonem, quem locutus es Domine, totus moriatur Adam neceſſe eſt, cum omnibus qui in eo erant, qua die vetitum pomum in præuaricatione guſtauit. Et miſericordia; Vt quid, ait, me genuiſti, Pater, citius perituram? Scit enim Veritas, ipſa, quoniam miſericordia tua perijt, & nulla eſt, ſi non aliquando miſerearis. Similiter è contrario Veritas loquebatur: Quis neſciat, quod ſi præuaricator Adam prædictam ſibi mortis ſententiam euaſerit; perijt Veritas tua, Domine neque permanebit iam in æternum? Denique poſt alia, Filium Dei, ait Diuus Bernardus, hāc dixiſſe ſententiam: Hæc (id eſt, Veritas) dicit, Perij, ſi Adam non moriatur, & hęc (id eſt, miſericordia) dicit; Perii, niſi Adam miſericordiā conſequatur. Fiat mors bona, & habet vtraque, quod petit. Mihi incūbit ſubſtinere pœnam, pœnitentiam agere pro homine quem creaui, &c. Hæc verò ſententia eadem eſt atque illa: *Expedit ut unus moriatur homo pro populo*

Cuncilium Dei miſericordiæ & iuſtitia ex D. Bern.

A *populo,& non tota gens pereat*. Lege quę diximus tomo 1.lib.4.cap.13.& 14.in quibus hoc oſtenditur; *expedit,ut unus moriatur homo pro populo,&c.* Vides his eiſdem verbis duplicem inſſe ſenſum literalem; alterum Caiphæ, alterum Spiritus ſancti. Vnde collige in aliis quoque ſcripturæ locis multos poſſe ineſſe ſenſus,& literales, & myſticos Sed myſtici ſenſus ſic afferendi ſunt, vt à litera non diſſentiant, ſed ueluti fundamentum literam habeant.

Concilium nobis intra nos colligendum eſt.

B Ad extremum illud etiam admonebo,expedire nobis,ut concilium colligamus nos ipſi intra nos, dicentes; *Quid facimus? quia hic homo* & Deus *multa ſigna facit?* Quid cunctamur,cur mores non corrigimus?cur Dei præcepta non cuſtodimus?cur mundum non conculcamus?cur Deũ vehemẽti amore conculcato mundo non diligimus? *Vſque quo graui ſumus corde?* (ut eſt in Pſalm.4.) *Vt quid diligimus uanitatem, & quærimus mendaciũ?* Hic homo Deus multa ſigna nunc facit, cum quibus ſi C antiqua ſigna conferantur,nihil ſunt.

Multa ſigna Chriſtus fecit amoris in homines, & odij in peccata.

Magnum ſignum illud fuit(ut alia omittam)cũ in ſenticoſa rubo, & igne Moſi Deus apparuit,at multo admirabilius ſignum eſt,cum Deus in cruce apparet,amoris igne circumdatus,acutiſſimis tormentorum ſpinis compunctus.Apparuit Moſis manus leproſa; magnum quidem fuit ſignũ, ſed quid momenti habet, ſi cum Deo homine conferatur crucifixo,de quo Iſaias c. D 53.*Putauimus*, inquit, *eum quaſi leproſum*. Occidit Deus olim magno miraculo Ægyptiorum primogenita,multò maiori miraculo ſuum occidit filium vnigenitum.Mare rubrum aperuit,Pharaonem, illiuſque exercitum undis obruit,ſtupendum ſignũ eſt.At multò cum maiori Angelorum, hominumque ſtupore, filij ſui venas,& corpus aperuit,illiuſque ſanguine peccata demerſit.*Conuertit*(ait Dauid Pſal. 113.)*petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum*. Multo admirabilius fecit Chriſtus ſtagnum,fontemque omnium gratiarum. Percurre ſigna alia, quæ in teſtamento veteri Deus edidit,ſi cum his Chriſti ſignis conferas,longè inferiorem locum obtinent. *Hic homo multa ſigna facit* amoris,multa ſigna odij.Amoris in homines;odij in peccata. Quid igitur facimus? Cur Deo gratiam non referimus,& amorem? cur peccata non execramus? Quibuſnam ſignis Deus, & amorem in homines,& odium in peccata demonſtrare manifeſtius potuit, quam filij ſui morte, ac ſanguine pro hominibus liberandis, peccatiſque delendis,profuſo? *Si dimittimus eum ſic*, ſi illum non amamus, ſi peccatis nuncium non remittimus,*venient*,non *Romani*, ſed peſſimi dæmones, Orcique furiæ, & *tollent* animum noſtrum & corpus. Tartareique rogis imponent. Ergo ſtatuatur decretum vtiliſſimum: *Expedit nobis, ut unus moriatur homo*. Ne tam animus quam corpus pereat, vtiliſſimum eſt mori vnum hominem, ſcilicet illum, quem Paulus veterem hominem appellat. Vnus moriatur homo vetus, uiuat nouus: moriantur cupiditates, uiuant uirtutes. Ad Coloſſ.3. *Expoliantes uos veterem hominem cum Actibus ſuis, & induentes nouum,&c.* Ad Rom.6. *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, &c.*

CAPVT

CAPVT IX.

De Aſcenſu Chriſti in Ieruſalem & petitione filiorum Zebedæi.

MATTHÆVS CAPITE XX. Verſ.17

E T aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos
18 ſecretò,& ait illis:* Ecce aſcendimus Ieroſolymam,& Filius ho
minis tradetur principib. ſacerdotum, & ſcribis, & condemna-
19 bunt eum morte;* & tradēt eum gentibus, ad illudēdum,& fla
20 gelandum,& crucifigendum,& tertia die reſurget.* Tunc acceſ
ſit ad eum mater filiorum Zebedæi,cum filijs ſuis,adorans; & petens aliquid
21 ab eo.Qui dixit ei:* Quid vis? Ait illi,dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad
22 dexteram tuam,& unus ad ſiniſtram in regno tuo.* Reſpondens autem Ieſus
dixit: Neſcitis quid petatis.Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?
23 Dicunt ei,poſſumus.* Ait illis:calicem quidem meum bibetis, ſedere autem
ad dexteram meam vel ſiniſtram,non eſt meum dare vobis, ſed quibus para-
24 tum eſt a Patre meo.* Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratrib.
25 * Ieſus autē uocauit illos ad ſe,& ait, ſcitis,quia principes gentium dominan-
tur eorum,& qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos.*Non ita erit inter
26 vos,ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter,* & qui
27 voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. * Sicut Filius hominis, non
venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam, redemptionem pro
multis.

MARCVS CAPITE X. 32.

E Rant autem in uia aſcendentes Ieroſolymam,& præcedebat illos Ieſus,&
33 ſtupebant, & ſequentes timebant. Et aſſumens iterum duodecim,cœpit
illis dicere,quæ eſſent ei euentura.*Quia ecce aſcendimus Ieroſolymam.& Fi
34 lius hominis tradetur principibus ſacerdotum,& ſcribis,& ſenioribus,& dam
35 nabunt eū morte,& tradent eum gentibus,* & illudent ei,& conſpuent eum,
& flagellabunt eum,& interficient eum,& tertia die reſurget.* Et accedūt ad
36 eum Iacobus,& Ioannes,filij Zebedæi,dicentes: Magiſter volumus vt quod-
37 cunque petierimus,facias nobis.*At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam uo-
bis? * Et dixerunt; Da nobis,vt vnus ad dexteram tuam,& alius ad ſiniſtram
38 tuam, ſedeamus in gloria tua. * Ieſus autem ait eis: neſcitis quid petatis.
39 Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum,& baptiſmo, quo ego ba-
40 ptizor baptizari.* At illi dixerunt ei:poſſumus Ieſus autem ait eis: Calicem q-
dem quem ego bibo bibetis,& baptiſmo,quo ego baptizor baptizabimini;*Se
41 dere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis
ſed quib. paratū eſt.* Et audientes decē cœperunt indignari, de Iacobo,& Ioā-
42 ne.* Ieſus autem vocans eos ait illis; ſcitis quia hi,qui videntur principari gē
43 tibus,dominantur eis;& principes eorum poteſtatem habent ipſorum.* Non

44 ita eſt autem in uobis;ſed quicumq; voluerit fieri maior,erit veſter;miniſter
45 * & quicunque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus. * Nam &
Filius hominis non venit,vt miniſtraretur ei:ſed vt miniſtraret, & daret ani
mam ſuam redemptionem pro multis.

LVCAS CAPITE XVIII. 31.

ASſumpſit autem Ieſus duodecim,& ait illis:Ecce aſcendimus Ieroſolimã
& conſummabuntur omnia,quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio ho-
minis.* Tradetur enim gentibus & illudetur & flagellabitur,& conſpuetur,*
32 & poſtquã flagellauerint,occident eum. Et tertia die reſurget. * Et ipſi nihil
33 horum intellexernnt,& erat verbum iſtud àbſconditum ab eis, & non intel-
34 ligebant,quæ dicebantur.

Ecce aſcendimos Ieroſolymam,

Series hiſtoriæ.

DIſceſſit Dominus, vt dictum eſt in fine cap.6.huius libri ex D.Ioan. c.11. in regionem iuxta deſertum,in ciuitatem quæ dicebatun Ephræm, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.Moratus aũt ibi eſt cum diſcipulis,vſque ad tempus paſſioni propinquum.Cum iam tẽpus paſſioni deſtinatum vicinũ eſſet,Ieroſolymam,in qua mortẽ erat ſubiturus,ſe contulit. De hoc itinere loquens D.Marcus,c.10.ait:*Erant autẽ in uia áſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus,& ſtupebant, & ſequentes timebant, &c.* Oſtendit Euangeliſta,

Chriſtus ad mortem ſine vllo timore Ieroſolymam aſcendit.

Chriſtum alaciter,& abſq; timore ullo,Ieroſolymam petere,in qua ciuitate mortem acerbiſſimã erat perpeſſurus:diſcipulos præcedebat alacri animo,atq; erecto,diſcipuli magiſtri alacritatem admirantes ſtupebant,timoreq;afficiebatur.Attamen ſi timebant, tamen pręeuntem ſequebantur.Exem

Prelatus ouilus preeat.

plum paſtoribus præbet Dominus,vt oues præcedãt ad pericula omnia ſubeunda alacriter,ouibus verò,ut paſtores præcedentes non deſerant,non diffugiant.Per hoc (ait Theophiylactus Marc. 10.) quod Chriſtus diſcipulos oẽs præcedit,& præuenit,in uia,oſtẽdit,quod ad paſſionem accurat, & nõ fugiat mortem propter noſtram ſalutem,&c.Alteram quoq; cauſam addit cur diſcipulos Chriſtus præeat. Propterea,inquit, in via omnes præcedit uolens a multitudine ſegregare diſcipulos,&c.Volebat Chriſtus ſegrega-

A re a turba diſcipulos, vt ſecreto illis paſſionis aperiret myſterium, ideò illos præcedebat,ut a turba ſegregarentur.Sed Marcus nullam turbæ mentionem fecit,neq; eſt certũ ideo præceſſiſſe Dominum,vt a multitudine diſcipulos ſegregaret.Aſſumpſiſſet.n.diſcipulos ſeorſum,& priuatim ait Matth. vt infra dicemus.Magiſtrum ſuũ Chriſtũ, egregiè hac in re ſectatus eſt eximius diſcipulus Paulus. Alacriter ille

Alacriter Chriſtus ad montẽ pergit, imitatur Paulus magiſtrum

Ieroſolymam petebat, quamuis in ea B uincula,& tribulationes eſſet perpeſſurus.Act.20.*Ecce*,inquit, *alligatus ego ſpiritu uado in Ieruſalem,quæ in ea ventura ſint mihi ignorãs:niſi quod Spiritus ſanctus per oẽs ciuitates mihi proteſtatur dicens,quoniam vincula,& tribulationes Ieroſolymis me manẽt,ſed nihil horũ vereor, &c.* & cap.21.*Propheta nominn Agabus, tulit Zonam Pauli,& alligans ſibi pedes,et manus,dixit:Hæc dicit Spũs ſanctus: virũ cuius eſt Zona hæc,ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi,& tradẽt in manus gentiũ.&c.*

C Cũ hęc Chriſtiani audiſſent Paulũ lachrymis effuſis rogabãt, ne Ieroſolymã peteret,vt vĩcula effugeret,Reſpõdit Paulus;*Quid facitis flentes,& affligẽtes cor meum?Ego enim non ſolum alligari ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu,&c.*

Timebant diſcipuli.Quamuis vero timerent,quorſum Ieroſolymam petant, D illis aperit Dominus, nimirum, vt crucis acerbiſſimã mortem ſubeat *Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò*(ait Diuus Matthæus, Græcè. *παρέλαβε κατ' ἰδίαν,i.aſſumpſit,ſiue ſeparauit priuatim*

A *ſtatim, allocutus eſt illos ſecreto, & priuatim.* Non enim tunc vulgandum erat paſſionis myſterium. Theophilactus: Secretum, inquit, myſterium erat paſſio, quod familiaribus dumtaxat reuelandum erat, &c. Origenes homil. 11. arbitratur Iudam, cui ét myſterium Chriſtus aperuit, nondum hoc tempore ſtatuiſſe magiſtrum tradere. Nec dū (inquit) arbitror immiſerat in cor Iudæ Satanas, vt traderet Ieſum, &c. Idque verum videtur, D. Thomæ. Matt.

Iudas nōdū hoc tempore proditionem mente conceperat.

B 20. Sciendum, inquit, quòd Iudas nondum malum conceperat, ideo Dominus eum a ſocietate non repulit, &c. *Ecce* (ait Dominus) *aſcendimus Ieroſolimam:* erat enim in celſiori loco; in parabola Luc. 10. legitur: *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho:* videlicet, quia Iericho in loco erat inferiori, deſcendere ille dictus eſt: quia verò Ieruſalē, in loco erat editiore, ſi cum loco conferretur, a quo Chriſtus proficiſcebatur, dicitur aſcēdere Chri-

C ſtus cum diſcipulis. Mitto nugas Iudæorum, illorum, qui volunt Ieruſalem celſiſſimum eſſe terræ locum.

Et Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eū morte. Traditus eſt Chriſtus a Iuda principibus ſacerdotum, & ſcribis, illi verò mortis in eum ſententiam tulerunt: ſua ſententia iam damnatū, Pilato, & Romanis Etnicis, q̄ Iudęis imperabant tradiderunt: ideo additur;

D *Tradent eum gentibus:* hoc eſt Romanis *ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Romani enim Chriſtum illuſerunt, flagellarunt, fixeruntque cruci, ut poſtea patebit. Non mortem ſolam Dominus diſcipulis prædicere voluit, ſed etiam reſurrectionem. *Et tertia,* ait, *die reſurget.* Apud Lucam addit Dominus, hæc a Prophetis eſſe prædicta, adeſſeque iam tempus, quo implēda ſint, ac perficienda; *Et conſumabun-*

E *tur,* inquit *omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis, &c.*

Quorſum Chriſtus paſſionem prædixerit.

Quorſum hęc prędixerit diſcipulis Dominus, ſi quæras, reſpondet D. Hieron. Iturus Ieroſolymam, & ſecum ducturus Apoſtolos, ad tentationem eos parat, ne cùm venerit perſecutio, & crucis ignominia, ſcandalizentur, &c.

A Theophylactus Marci 10. Prędicit Dominus diſcipulis euentura, ut mentes eorum præparet, quo prius audita facilius ferant, & non repente percellātur aīo. Inſuper vt ſciant, quod voluntarius patiatur. Nam qui prænouit, & effugere pōt, & non fugit; manifeſtū eſt, quod voluntarium ſe paſsionibus exponat, &c. Reſpondeo Chriſtū prædixiſse Apoſtolis paſsionem, vt intelligeremus illum ſpōte ſua ſubire crucē, iuxta illud Iſai. 53. *Oblatus eſt quia*

B *ipſe voluit:* & illud Ioannis 10. *Pono animam meam, ut iterum ſumam eam. Nemo tollit eā a me, ſed ego pono eam a me ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, &c.* Secūdò, ut intelligeremus oīa nota fuiſſe illi, quę perpeſsurus eſt, iuxta illud Ioannis 18. *Ieſus ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, &c.* Tertiò prædixit hæc, & reſurrectionē, vt cū comprehenſum, fixumq; cruci cernerent diſcipuli reſurrecturū ſperarēt.

C Hæc prædicit (ait Chryſoſtomus homil. 66. in Matt.) vt cum triſtia veniſſe uiderint, certiore ſpe reſurrectionē expectarent, &c. Quarto ne omnino illis noua eſset; & inaudita magiſtri paſsio, quam ipſe prædixiſset. Et ſi uero nunc quid Chriſtus dicere vellet, non intellexerunt, poſtea explicatiſsime id cognouerunt. Deniq; mala prædicit, vt præuiſa minus feriant.

D *Et ipſi nihil horum intellexerunt.*

PAſſionis ſuæ miſterium non ſemel diſcipulis aperuiſſe Dn̄m, docent Euangeliſtæ. Matth. 16. Poſtquā D. Petrus diuinitatem profeſſus eſt, addit Euangeliſta: *Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati a ſeniorib. & ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere, &c.* Intellexit

E verba Petrus, & cœpit increpare illū dicens: *Abſit a te domine, non erit tibi hoc Conuerſus Dominus dixit Petro, vade poſt me Satana: ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominū, &c* Idem ſcribit Marcus, cap. 8. Lucam quoque lege cap. 9. & ea quæ diximus tom. 2. lib. 10. cap. 25. Poſtea ite-

cũ idẽ myſteriũ diſcipulis patefecit, Matt. 17. Mar. 9. Luc. 9. Tũc ait Matth. magno affectos fuiſſe mœrore. *Cõuersãtib.* inqt, Matt. c. 17.) *eis in Galilæa dixit illis Ieſus, Filius hoĩs tradẽdus eſt in manus homĩũ, & occident eũ, et tertia die reſurget et cõtriſtati sũt uehemẽter, &c.* Ex hoc diſcipulorum mœrore colligitur, intellexiſſe eos verba Xp̃i. Si. n. nõ intellexiſsẽt verba, mœrorẽ aĩo nõ ꝑcepiſsẽt. Verũtñ nõ intellexiſſe Verba Xp̃i, Marc indicat his verbis; *At illi ignorabãt verbũ, & timebant interrogare eũ, &c.*

Sæpe Chriſtus paſſionẽ prædixit diſcipulis.

B Et apud Lucã ait Dñs: *Ponite uos in cordibus veſtris ſermones iſtos, Filius enim hominis futurum eſt, ut tradatur in manus hominũ. At illi ignorabant verbum iſtud, et erat velatum ante eos, ut ſentirent illud & timebant enim interrogare de verbo hoc &c.* Tertio nunc in Iudæa, ſuos prædicit cruciatus, & reſurrectionem. Aſſerit autem Lucas, diſcipulos nihil intellexiſſe *Ipſi*, inquit, *nihil horum intellexerunt, & erat uerbum iſtud abſconditum ab eis; & non intelligebant, quæ dicebãtur &c.*

C Mirum ſanè eſt Apoſtolos verba admodũ ꝑſpicua nõ ĩtellexiſſe Præterea mirũ illud eſt qđ Matt. aſſerit, cõtriſtatos eſſe vehemẽter, cũ tñ nõ intellexerint. D. Chryſ. ho 66. in Matt. arbitratur diſcipulos verba qdẽ Xp̃i, q̃ de paſſione habuit intellexiſſe, ſed nõ ꝑſpicuè, Verbũ verò illud, *& tertia die reſurget.* nõ intellexiſſe. Et ſi, inqt diſcipuli nõ clarè diſpẽſationis huius myſteriũ ſciebãt, intellexerũt tñ. Reſurrectionẽ

Apoſtoli q̃uo Chriſti verba nõ intellexerint.

D vero nõ intelligebãt, nec q̃cũq; ꝑ eã mirificè acturus erat. Nã alios qdẽ ab aliis excitatos a morte viderũt, ꝗ uero quiſq̃ ſe ipũ excitauerit, & ſic excitauerit, vt nũq̃ in poſteriũ moreretur, minimè umq̃ fuit auditũ. Hoc igitur erat qđ abſcõditũ erat ab eis: ſed qualis futura eſſet ipſa mors, & qũo ipsũ aggreſſura foret ſciebãt. Ideò ſequentes turbabant. Hæc & alia Chryſ. Addit diſcipulos hac de re fuiſſe ambiguos:

An intellexerint diſcipuli prædictionem paſſionis.

E Cũ, inqt, mẽte verſarent miracula, nõ poterãt his auditis (. ſ. de paſſione) non obſtupeſcere. ac in magnã ambiguitatẽ incidere, ita mõ hæc credentes, mõ diſcredẽtes, capere nõ poterãt, &c. Homil. 59. in Matt. in illa verba Matt. *Et contriſtati ſunt uehemẽter*; Exiſtimat diſcipulos verba intellexiſſe, ſed mortis Xp̃i myſteriũ, & cãm ignoraſſe. Qũo, inquit, ignorãtes cõtriſtati ſunt Quia videlicet moriturũ eũ nõ ignorabãt, ſed mortẽ hãc nõ duraturam, & mille bona allaturã, nondũ apertè nouerant cũ qualis nam futura eſſet illa reſurrectio, nõ intelligerẽt. Dolebãt ergo, qa valdè magiſtrũ ſuũ diligebant, &c. D. Hil. Can. 17. ait diſcipulos verba Xp̃i intellexiſſe, ſed myſteriũ, ſiue Sacrm̃ paſſionis ignoraſſe, ideoq; cõtriſtatos. Sequit, inquit, mœſtitia cognitionẽ paſſionis. Nõdũ. n. Sacrm̃ ineũdæ crucis, reſurrectionis virtute fuerat reuelatum, &c. Euthymius verba Lucæ 18. *Et ipſi nihil horum intellexerunt*, ad verba illa refert: *Tertia die reſurges*, & ad illa, *conſummabuntur oĩa, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.* Diſcipuli, inquit, tũc nihil horũ intellexerũt, q̃ videlicet, per Prophetas ſcripta erãt, *ſed erat.* ſicut idẽ ſcripſit Luc. *verbũ hoc abſcõditũ ab eis.* ſiue ignoratũ, hoc, inq̃, *tertia die reſurges, &c.* Et Matt. 17. Nõ penitus, inqt, diſcipuli ignorabãt, ſed de morte eius intelligebãt, & de hac contriſtati sũt vehemẽter, de reſurrectione vero ignorabãt, &c. Attñ verba illa *ipſi nihil horũ intellexerũt*, nõ ſolũ ad reſurrectionẽ, ſed ẽt paſſionẽ referenda eẽ Luc. indicat c. 9. Cũ. n. eo loco ſolius paſſionis meminerit, adiũgit, diſcipulos verba nõ intellexiſſe, vt ſupra diximus. Præterea. c. 18. ait, *Et ipſi nihil horũ intellexerũt*, cũ & paſſionis, & reſurrectionis facta mẽtio eſſet. *Nihil horũ intellexerũt*, ergo neq; illa intellexerũt, q̃ ad paſſionẽ ſpectabãt. Nõnulli recẽtiores quoſdã ex diſcipulis verba Xp̃i intellexiſſe aiũt, alios nõ intellexiſſe. Verba verò lucæ, *& ipſi nihil horũ intellexerũt*, nõ de oĩb. exponẽda arbitrant ſed de his q nõ ĩtellexerũt. *Et ipſi nihil horũ intellexerũt*, nõ oẽs, ſed aliq. Beda Luc. 18. putat, diſcipulos exiſtimaſſe magiſtrũ, ut ſæpè ſolebat, parabolicè loq, atq; ideo verba hæc nõ intellexiſſe, qa Chriſtũ Deũ eſſe ſciebãt, amabãt valde, illiuſq; vitã habebãt cariſſimã, ac deſideratiſſimam. Cuius, inquit, uitam maxime videre deſiderabãt, eius mortem audire non poterant, quẽ nõ ſolum hominem innocentem, ſed &

Deum

Deum verum ſciebant, hunc nullatenus mori vel poſſe putabant. Et quia per parabolas cũ ſæpe loquentem audire conſueuerant, quoties aliquid de ſua paſsione dicebat, hoc non ita, ut ſonabat, intelligendum, ſed amore dictante, ad aliud quid allegoricè referendũ eſſe credebant. Hæc Beda: extat hæc ſnĩa in Glo. ordi. In illã eunt Lyranus, Carthuſianus, Caietanus, Hugo Card. & alij, qui aiunt Apoſtolos exiſtimaſſe Chriſtum parabolicè loqui. Ianſenius verò in concordia c. 69. arbitratur Apoſtolos verba magiſtri intellexiſſe, atque exiſtimaſſe ita futurũ ut aſſerebat. ideoq; mœrorem concepiſſe animo, Matthæi 17. ignoraſſe verò quonammodo is, quem Meſſiam eſſe non dubitabant, quemq; cum ſummã gloria regnaturum ſperabant, ea opprobria eſſet perpeſſurus, & quam ob cauſam ſubiturus eſſet mortem, q̃ poſſet effugere. Itaq; verborum ſignificationem aſſequebantur, miſterium verò ignorabant. Quod Maldonatus ſentit cum Chryſoſtomo in Matthæũ hom. 59. ſentit ẽt Card. Toletus Luc. 9. Apoſtolus ad corticem literæ attendiſſe, non ad ſpũm. Verba Chriſti ſimpliciter intellexiſse, ſed cauſas rei, fines, & vtilitates non eſse aſsecutos. Quamobrem Petro Matth. 16. ait Dñs *Non ſapis, id eſt, non intelligis, ea quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.* Sic diſcipuli non intellexiſse dicuntur, quia non ſapiebant, quæ Dei erant in Paſſione Chriſti ſed quæ hominum.

Auctoris de hac re ſententia.

Crediderim diſcipulos verborum Chriſti ediſse corticem amarum: ſed ad dulcem nucleum non perueniſse. Intellexerunt verba magiſtri; & non intellexerunt. Intellexerunt quidem verba ſignificare amarã mortẽ, & crucẽ: ſed non intellexerunt Paſſionis dulce miſterium, utilitatem, & cauſam. Intellexerũt indiſtinctè, atque confusè magiſtri verba. non intellexerunt diſtinctè, neque introſpexerunt. Externam ſolum faciem attenderunt, atque ideo verba non intellexiſse dicuntur. Nam non exiſtimaſse parabolicè loquutum, probat mœtus animo conceptus Matth. 17. probat ẽt Petrus, qui Matth. 16. verba ſimilia non intellexit parabolicè, vel allegoricè, ſiquidem cœpit increpare Dominum dicens: *Abſit à te Domine, nõ erit tibi hoc, &c.* Vt Petrus ſic reliqui videntur intellexiſse.

CAPVT X.

De petitione matris filiorum Zebedæi.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi.

Dvbitatur, an mox poſt dicta verba venerit mater filiorum Zebedæi ad Chriſtum ut filijs honorem peteret? Communis opinio interpretum fert, mox uenisſe, idque in dicat particula tunc, quamuis non neceſsario id dicet tp̃s proximũ, ut alibi diximus.

Maius dubium eſt, cur fœmina nũc primas filijs ſedes petiuerit? D. Hiero reſpõdet, verba illa: *tertia die reſurget:* petendi cauſam dediſſe. Putaſſe .n. fœminã Dñm poſt reſurrectionem illicò regnaturum. ideo primas in regno ſedes petere. obſerua ẽt ex ſnĩa D. Hieronymi. diſcipulos nõ exiſtimaſſe Chriſtũ locutũ parabolicè: ſiquidem & moriturũ, & reſurrecturum intellexerũt Iacob. & Ioannes. D. Cyrill. in theſauro li. 1to. c. 5. arbitratur hanc poſtulationẽ, ex illis emanaſſe Chriſti uerbis, Matt. 19. *Vos q ſecuti eſtis me. in regeneratione, cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper duodecim ſedes, indicantes duodecim trib. Iſrael, &c.* Et Euthymius; cũ audiſsẽt, ait, verba Iacob & Ioannes arbitrati ſunt ſedẽ gloriæ dici thronum regni, quo Ieroſolymis Chriſtũ eſset regnaturus. Cũ que ẽt dixiſset: *Ecce aſcẽdimus Ieroſolymã* ſperabãt iſtare iam regnum Dei, & præeminentię amore capti ſunt. Sic ille. Itẽ Victor Antiochenus, cũ de duodecim, inqt, ſedib. audiſsent, neq; qd per illas deſignaretur aſsecuti eſsent, duas priores, & honoratiores, ex illis duodecim. occupare cupiebãt, &c. Ex eiſdẽ verbis opinatur Beda in homilia de S Iacobo, hanc petitionẽ exortam. Chryſoſt. quoq; homil. 66. Qm̃, inqt, ſup duodeci ſedes ſeſuros diſcipulos audie-

Cur mater Ioannis & Iacobi primas petiuerit ſedes.

adierunt. volebant (vt coniicio) primatum huius ſeſſionis impetrare, &c. Idē Chryſoſtomus homil. eadē 66. in Mat. ſcribit nunc acceſſiſſe fœminam ad poſtulandum, quoniam prope Ieruſalem erat Chriſtus, credebant vero diſcipuli regni illius tempus iam eſſe vicinum. Qm (inquit Chriſoſt.) prope Ieruſalem erant, credebantq; regnū Dei iam iam euenturum, quod huius vitæ, ac ſæculare opinabantur, hæc poſtulabant. &c. Item Theophylactus; Opinabantur, inquit, filii Zebedæi, quòd vadens Ieroſolymam Dñs, regnaturus eſſet regno quodam temporali, &c. Euthymius, ſperabant, inquit, inſtare iā regnum eius, &c. Victor Antiochenus. Rati Chriſti regnum prę foribus eſſe, tempeſtiuè accedunt, &c. Quòd autē diſcipuli opinarentur regnum Dei eſſe vicinum, ex Luca liquet c. 19. *Dixit* (inquit) *parabolam Chriſtus, eo quòd eſſet iuxta Ieruſalē, & quia exiſtimarent, quod confeſtim regnum Dei manifeſtaretur, &c.* Exiſtimabant ergo regnū Chriſti tūc eſſe manifeſtādū, cū Ieruſalē nūc pueniret ideoq; primas ſedes poſtularūt.

Poſtularunt (inquam) diſcipuli: ſed non ſuo, ſed matris ore: ideoqꝫ Matthæus ait, matrem poſtulaſſe. Marcus vero ait poſtulaſſe filios: ſimul & mater acceſſit, & filii, ſimulq; poſtularunt. *Acceſſit*, inquit Matth. *mater cum filijs ſuis adorans* (reuerentię cauſa, veluti regē) *& petēs aliquid ab eo*; hoc eſt, rē aliquā generatim. Prius. n. generatim dixit, velle ſe petere rē aliq̄, poſtea q̄ illa eſſet aperuit. Sic Bethſabee ad Salomonem. 3. Reg. 2. *Petitionem*, inquit, *vnā paruulam ego deprecor a te.* deinde q̄ ſit petitio aperit. Ex Marco hoc fit cōpertum: ſic. n. apud Marcum filij cum matre petūt. *Magiſter volumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis, &c.* Generatim poſtulant. Poſtea quid cupiant particulatim exponūt. Colligit ēt ex Matthæo, apud quē Chriſtus interrogat matrē: *Quid uis?* qm̄ generatim petitionē ꝓpoſuerat. Aliter: *Acceſſit adorās, & petes aliqd*, hoc eſt, acceſſit petēs rē aliq̄, q̄ dpiā ab eo. Neq; arbitror vocem *Aliquid* ſignificare, hoc loco rem magnam. In propria ſignificatione, cū nihil obſtat vocabula retinere placet.

Simul mater & filij poſtularūt.

A *Dic ut ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.*

HÆc eſt petitio matris, & filiorū aſtātium ore matris. Dic, inquit, hoc eſt, iube, vel cōcede mihi, vt duo hi filij mei Iacobus, & Ioannes, ſedeāt in regno tuo, qđ vicinū eſſe putamus in vrbe Ieruſalem, ad quam tendis; *ſedeant*, inquam alter ad dexteram tuam alter ad ſiniſtram, tibi proximi, ita ut omnes honore ſuperent. B

Quæritur petierint ne hi diſcipuli tēporales aliquas ſedes in regno Chriſti terreno, ac temporali; an æternas in regno cæleſti, atq; æterno? Auctor imperfecti exiſtimat, ſpiritualia, & cęleſtia petiuiſſe. Sic enim ſcribit: Petebant quaſi religioſi, & cæleſtis gloriæ amatores, non quaſi ſcientiam habentes inutilium poſtulationum, & nociuarum. &c Et infra; Iacobus & Ioānes rem ſpiritualem, & dignam Deo ſe petere æſtimabent, &c. Et in illa verba: C *Poteſtis bibere calicem*; Cognouerat, inquit, propoſitum iſtud petentium fratrum Dñs: quia non priuatum ſibi petebant ſecundum mundiales honores, quem ſi ex duobus, vel tribus vnus acceperit, neceſſe eſt cæteros fieri eo inferiores. Sed perfectionem pietatis petebant, in regno cœleſti, quam & multi conſequi poſſunt, & cum fuerint cōſequuti, alterius perfectio alterius ꝑfectione non minuitur. D Et de matre; Non dicimus, inquit, quia rectè petijt ſed hoc dicimus, q̄a non terrena, ſed cęleſtia filijs ſuis optabat, &c. Idē ſentire vř Beda, in homilia de S. Iacobo his verbis; Neſciebant quid peterēt, q in regno cęleſtis patriæ, quenquam ad ſiniſtram Chriſti ſeſſurum eſſe putatabāt, cū in illa diſcretione nouiſſimi examinis, omnes electi ad dexteram ſūmi iudicis legant eſſe ſtatuēdi, &c.

Petierint ne fratres ſedes in cæleſti regno?

E Veriſſimilius D. Chryſoſtomus homilia 66. arbitratur, duos hos fratres exiſtimaſſe regnum Chriſti fore iu terrat emporale, temporaleſq; ſedes, poſtolaſſe. Quod, inquit, nihil ſpiritale quærebant, nec de cęleſti regno quidquam cogitabant, perſpicuum eſt. Ita Chryſoſtomus. Et Victor Antiochenus.

Chriſti regnum temporale hi fratres futurum exiſtimabant

nus. Nihil, inquit, ſpiritale petũt, &c. Nec vero quiſquam perturbetur hoc audiẽs, (addit Chryſoſtomus) nec turbetur quiſquam ſi adeò imperfectos dicimus Apoſtolos fuiſſe. Nondum.n. myſterium crucis erat conſummatum nondum gratia ſpiritus in corda eorũ infuſa. Si ſtudia virtutis ipſorum diſcere cupis; quales poſt datam gratiã ſpiritus fuerint conſidera; & videbis omnem ab illis turbationẽ animi fuiſſe ſuperatam. Hac enim de cauſa eorũ modò imperfectio reuelatur, vt apertè percipere poſſis, quales ſubito per gratiam effecti fuerint, &c. Obijcio huic ſententiæ Chryſoſtomi, verba illa; Chriſti; *ſedere ad dexteram meam, uel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratũ eſt a Patre meo, &c.* Chriſtus loquitur, hoc loco de ſedibus, quas fratres duo poſtulauerant, at vero de ſedib. loquitur cœleſtis regni, quas Pater ꝓdeſtinatis præparauit. Ergo duo fratres poſtulauerant ſedes cęleſtes. Exiſtimo non eſſe alienum omninò a probabilitate, duos fratres cœleſtes petijſſe ſedes. Sciebant.n. Chriſtum in cælo regnaturum. Quid igitur mirum ſi in cœlo ſedes peterent (ideò igitur Chriſtus de cœleſtibus ſedib. loquitur quia illi cœleſtes poſtulauerant. Fauent huic ſententiæ verba illa apud Marcum; *Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tua ſedeamus in gloria tua, &c.* in gloria, inquiunt, videlicet, cœleſti. Nihilominus obiectioni aduerſus Chryſoſtomi ſniam propoſitæ reſpondetur, Chriſtum de ijſdẽ ſedib. minimè loqui, de quibus diſcipuli fuerant locuti, ſed a temporalib. & terrenis, ad æternas, cœleſteſq; ſermonem conuertere. Illa autem verba apud Marcũ; *Vt ſedeamus in gloria tua*; de terreni regni gloria ſunt intelligẽda; *Vt ſedeamus*, aiunt *ad dexteram & ſiniſtram in gloria regni tui*, cum glorioſè regnaueris, regno, ut putabant, ſæculari; poteſt et exiſtimari, duos fratres ſede: petiiſſe primas abſolutè, tam in regno terreno, quam in cœleſti.

Quibus fulti rationib. poſtularint primas ſedes hi fratres.

Secundo quæritur quibuſnam fulti rationibus ſedes poſtulauerint? Reſpõdetur fuiſſe diſcipulos præ alijs dilectos a Domino ſimul cum Petro. vt ex A Euangelio conſtat, ideoque auſos eſſe primas ſedes petere, quia cernebãt ſe a Domino diligi præ cæteris. Vnde Beda homil. citata; Credendũ, inquit, eſt, quod illa maximè cauſa, vel muliebrẽ matris affectum, vel carnales adhuc diſcipulorum animos, ad hæc poſtulanda concitauerit. quia meminiſſent ſermonis Dñi Matth. 19. *Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*: noſſentq; ſe inter diſcipulos ſpecialius a Dño diligi. B &c. Chryſoſtomus: cum viderent, inquit, ſe ante alios a Chriſto honorari crediderunt hanc ab eo petitionem ſe impetrare, &c. Chryſoſtomum Euthymus ſequitur. Victor Antiochenus. Animaduertebant ſe magni præ cæteris fieri, plurimumq; a Chriſto diligi: propterea in certam ſpem veniebant, facilè ſe uoti cõpotes euaſuros, quidquid tandem ab eo peterent, &c. Lyranus uerò putat ad petitionem cómotos hos fratres, ꝙ Chriſti eſſent cognati, C Per iſtos, inquit, qui per matrem petierunt a Chriſto præ cæteris diſcipulis honorari, eo ꝙ erãt eius cõſanguinei, ſignificantur ambitioſi, qui habẽtes prælatũ conſanguineũ, volunt per hoc in Eccleſia præ cæteris promoueri, &c. Et D. Tho, Matth. 20. Credebãt, inquit, ꝙ deberet eis dare; quia coniuncti ei erant ſecundum carnem, &c. An aũt cognati Chriſti fuerint diximus To. 1. li. 6. ca. 15. cum de D. Annæ uiris egimus. Mater hæc Ioannis, & Ia D cobi Salome vocatur. Marci 15. *Erant, inquit, & mulieres de longe aſpicientes; inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, Minoris, & Ioſeph, mater, & Salome. Et cũ eſſet in Galilæa, ſequebantur eũ, & miniſtrabant ei, &c.* Eſſe autẽ hanc Salomen matrem filiorũ Zebdæi, i. Iacobi Maioris, & Ioãnis, indicat Matthęus 27. ſic ſcribẽs; *Erant ibi mulieres multæ a longè. quæ ſecutæ erant Ieſum a Calilea miniſtrãtes ei. Inter quas erat Maria Mag* E *dalena, & Maria Iacobi, & Ioſeph. mater, & mater filiorum Zebdæi, &c.* Quam Matthæus matrem filiorum Zebdęi dixit, Marcus Salomẽ appellauit. Numerant aũtem Euangeliſtæ hanc Salomẽ inter fœminas, quæ Chriſtum ſequebãtur, illiq; miniſtrabant. Hanc ob cauſã ad

Mater Ioannes & Iacobi fuit Salome.

Chriſtum accedere, & pro filiis petere eſt cauſa. Euthymius ait prius petijſſe filios ſolos; poſtea, quia repulſam tulerant, petiiſſe matrem. Non eſt probabilis ſententia. Mater acceſſit ſimul cum filijs, ut apertè Matthæus docet; *Acceſſit*, inquit, *mater filiorum Zebedai cum filijs ſuis adorans, & petens, &c.*

A

Neſcitis quid petatis.

ADorant cum matre filij, ſimulq; cum illa, & illius ore petebant; ideo Chriſtus non matri reſpõdet, ſed filijs. *Neſcitis quid petatis.* Neſciebãt quidem, quia ſedes temporales in Regno Chriſti terreno, ac ſæculari petebant, exiſtimantes Chriſti regnũ terrenorũ Regũ imperijs fore ſimile: Neſciebãt qui peterent, quia ſecularis Regni petebant ſedes; idq; vicinum eſſe putabant. D. Chryſoſ. Victor Antiochenus, Theophyl. Euthymius ita interpretantur: Neſcitis, quam magnum, quã mirabile eſt, quod petitis, ac ipſas ſuperiores excedens virtutes. Neſcitis q̃ magna res ſit, ſedere ad dexterã meã, & ſiniſtram, in Regno meo, neſcitis, quam magnam dignitatem petatis. Beda ait, neſcire quid petãt, quia in regno Chriſti quemquam ad ſiniſtram ſeſſurũ putabant. Nihil in Regno Chriſti ſiniſtrum eſt, aut reprobum. Autor quoque imperfect. in eandem iuit interpretationem. Chriſto enim hunc ſermonem tribuit; ego vos uocaui ad partem dexteram de ſiniſtra, & uos uestro conſilio curritis ad ſiniſtram? &c. Item ex eiuſdem Bedæ ſnĩa, neſciebãt quid peterent; quia ſublimitatem potius præmiorum, quam operum perfectionem quærebant. D. Thomas exponit: *Neſcitis quid petatis*. q̃a de præmio contenditis, ſine merito præcedente.

B

Cur fratres dicũtur neſciuiſſe quid peterent.

C

D

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, aut baptiſmo, quo ego baptizor baptizari?

E

DIſcipuli poſtulabant honores; Chriſtus offert labores. Poſtulabant primas ſedes, offert calicem. Extra viam gradiebantur, in viam illos reducit. Q̃uo in Regno ſuo, ſedes poſſint conſequi aperit, ſ. per calicem. *Neſcitis*, inquit, *quid petatis*, q̃a petitis primas ſedes in terra. Non ſunt in terra petendæ ſedes, aut quærẽdæ, ſed in cœlo. In terra bella, certamina, pericula ſunt ſubeũda, calix eſt bibendus amarus, vt poſtea in cœlo bibatur dulce nectar. Poteſtis ne bibere calicẽ? Græcè. *ποτήριον*, i. *poculũ*. Figuratus eſt ſermo calicem, ſiue poculum. Paſſionem ſuã appellat, ut Hieron. docet Matth. 26. *Tranſeat a me calix iſte*, i. Paſſio. Alliciens ãt (ut ait Chryſoſtomus) adijcit. *Quẽ ego bibiturus ſum*: vt communicatione laborum, cũ ipſo, promptiores redderentur. Apud Marcũ ſic habetur: *Poteſtis bibere calicẽ, quẽ ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari, &c.* Mortẽ, & Paſſionem ſuã, calicẽ ſiue poculum vocat, amarum quidem, ſed maximè ſalutiferũ humano generi. Vocat ꝑterea baptiſmũ, ſic & vocat Luc. 12. *Baptiſmo*, inquit, *habeo baptizari, &c.*

Paſſionem calicem appellat.

Cur Paſſio, & mors, calix, ſiue poculum dicatur, dubium eſt. Theophylactus cenſet, Paſſionem calicem appellari a Chriſto, q̃ leuis ſit, & q̃ oporteat nos tam facilè illam aggredi, quã ſi bibendum eſſet poculum, & ut declararet, q̃ ipſe ſuauiter ad mortem accederet. Euthymius quoque poculũ (inquit) appellat Dñs mortem, ut potè læto animo ꝑ hominib. ſuſceptã. &c. Quemadmodum læto animo calicem vini, ſiue pocolum quiſpiã bibit, ſic læto animo Chriſtus mortis ebibit amaritudinem. Veriſimilius eſt, dictã poculum mortem, q̃ amara potio Chriſto fuerit ſitq; martyrib. ſed maximè ſalutifera. Alia quoq; ratio redditur, videlicet, dictã mortem poculum, quod ſolçret olim damnatis ad mortẽ poculũ porrigi veneno plenũ, quemadmodum Socrati datum legimus. Sed cum hic mos apud Iudæos non fuerit, (neminẽ enim ſic ſolebant priuare vita) probabilior eſt ſecũda rõ ducta ab amara potione, ſed ſalutifera. Adde Paſſionem, & mortẽ dici calicem, ſiue potionẽ, quia quemadmodũ calix breui bibitur tpe, ſic paſſionis, & mortis dolor, breui tpe pertranſit. De calice infra dicemus plura, ſi ad paſſionis explanationẽ Deo fauẽte peruenerimus.

Cur paſſio Calix appelletur.

Præterea cur Paſſio baptiſmus appelletur quæritur. D. Chryſo. Mat. 20. baptiſmum, inquit, id ipſum appellauit, ut magnam orbi futuram expiationem hinc ſignificaret, &c. Theophylactus Chryſo. ſequitur: Baptiſmum, inquit, mortem ſuam nominat; quod nos omnes purificet. Idem vult Euthymius. At ſi Chriſtus baptiſmum ſuam mortem appellaret, quia nos purificauit, & abluit: non diceret; *poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor baptizari?* ſed poteſtis baptiſmo meo quo homines baptizantur, id eſt, purificantur, baptizari? Nam Chriſtus non eſt baptizatus, id eſt, purificatus, illo baptiſmo. Auctor imperfecti putat, mortem dici baptiſmum, id eſt, intinctionem, quia quemadmodum lana intingitur, ut coloris alicuius accipiat decorem, ac dignitatem; ſic corpus per mortem, & martyrium intingitur; ut pulchrum, decorũ, glorioſumque reſurgat. Mutat lana intincta, mutat etiam corpus uita pro Chriſto priuatum colorem, quia gloria afficitur admiranda. Dictus, inquit, eſt baptiſmus, ſecundum ſimilitudinẽ lanæ intinctę. Sicut enim lana intingitur naturalem habens colorem, ut coloretur purpura, aut alicuius coloris accipiat dignitatem; ſic & nos in mortem deſcendimus corporalem, & reſurgimus ſpirituales, ſicut ait Apoſtolus 1. Cor. 15. *ſeminamur in infirmitate, reſurgimus in uirtute, ſeminamur in ignobilitate, reſurgimus in gloria, ſeminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpirituale*. ſic ille.

Martyres ſãguine purpurantur.

Et alia ſententia, dici mortem baptiſmum, eo quod baptiſmus Græcis *demerſionem* ſignificet. moriantur autẽ homines, qui in mari demerguntur. Eſtque ſenſus verborum Chriſti, iuxta hanc ſententiam; *poteſtis baptiſmo*, i. demerſione, *qua ego baptizor*, id eſt demergor, *baptizari*, id eſt demergi ueluti in pelago, & uitam amittere? Nam uerbum Græcum βαπτίζω demergere ſignificat, abluere, & intingere. Reſpondeo, appellari mortem Domini baptiſmum, quoniam baptiſmus ſignificat intinctionem; Chriſtus autem ſanguine ſuo intinctus eſt, & aſperſus ac baptizatus. Vnde baptiſmus ſanguinis, mors & martyrium dicitur.

βαπτισμὸς idem eſt ꝙ demerſio.

Poſſumus.

ADdebat audaciam cupiditas honoris. Audacter reſpondent, ſe poſſe calicem bibere: & baptiſmo baptizari. Vt ad primas ſedes aſcendere poſſint mori poſſunt. Hic hæreo. Si primas ſedes in hac uita eſſe arbitrantur, in terreno & ſæculari Chriſti Regno, quomodo eas aſſequi poſſe putant, ſi calicem bibant, & moriantur? Non poteſt ille in terreno Regno ſedem habere,
B qui è uita diſcedit. Videtur reſponſio hæc probare, diſcipulos non poſtulaſſe terrenas ſedes, ſed cœleſtes; hæ nãque per calicem, & mortem comparãtur. Reſpondetur, diſcipulos (ſi terrenas poſtulauere ſedes) non exiſtimaſſe mortem perpeti opus eſſe, ut illas aſſequerentur: ſed obtuliſſe omnibus periculis ſubeundis, ut poſtea ſedibus fruerentur. *Poſſumus*, inquiunt, omnia vitæ ſubire diſcrimina, dummodo op-
C tatis perfruamur. Eundem in modum, ſi uiri nobiles in bellum mittantur a Rege, ac rogentur. Poteſtis pro me, ac Republi. mori? reſpondent, poſſumus: Verumtamen uicturos ſe exiſtimant, & honores conſecuturos. Deſiderio quodam animi (ait Chryſ.) confeſtim promittunt, dicentes: *poſſumus*. Neque idipſum intelligentes, quod ſe affirmabant, ſed ſperantes ſe habituros poſtulata, &c. & Auctor imperf. Non tantũ, ait, confidentia cordis ſui, quantum ignorantia tentationis hæc reſponde-
D runt. Neſcientibus enim deſiderabile eſt bellum, &c.

Cupiditas honoris addebat audaciam.

Diſcipulis non exiſtimarunt ſibi moriendum eſſe.

Calicem quidem meum bibetis, & baptiſmo quo ego baptizor baptizamini.

REſpondet Dominus poſtulationi, non ſic. Dabo vobis, uel non eſtis digni, uel nullæ ſunt huiuſmodi ſæculares ſedes, quas petitis: ſed, *Calicem meum bibetis*. Aliud concedit, longè ab
E ea re quam petebant diuerſum, imò aduerſum. Illi poſtulabant primas ſedes; Dominus donat calicem paſſionis amarum, & illuſtriſſimum baptiſmum. Donũ largitur illo multo præſtantius, ꝙ poſtulabant. Petitis ſæculares ſedes? multò præcellẽtius donũ uobis, tribuo

Chriſtus cõcedit aliud ab eorũ poſtulatione diuerſum.

ſcilicet,aureum calicem paſſionis meę & præcellentem baptiſmum; per quę non ad terrenos;ſed ad cœleſtes hono res extollemini . *Calicem meum bibetis:* illum vobis bibendum propinabo;neque vero vos bibere recuſabitis meo fulti auxilio , cũ iam intelligetis, quã fuerint ſæcularis honoris hæc deſideria inania . Calicem bibetis,& baptiſmo ſanguinis,meæ paſſionis baptiſmo ſimili , baptizabimini . Donaui vobis (ait Ambro.lib.5.de fide cap 2.)victoriam paſſionis, hæreditatẽ crucis, &c.

An Ioãnes calicem biberit?

Dubium eſt non prætereundum, An Ioannes calicem Domini biberit, & ſanguinis baptiſmo ſit baptizatus? Iacobum calicem bibiſſe, & baptiſmo ſanguinis baptizatum eſſe, compertũ eſt.Siquidem ab Herode occiſum aſſerit Lucas Act.12. Ioannem autem occiſum non legimus.Neque uerò deſunt, qui mortuum nondum eſſe putent, ut ſcribit Euthymius; De Ioanne,inquit, quæſtio eſt,apud multos. Aiunt enim, quod quia infallibile eſt Chriſti vaticinium,(ſcilicet,*Calicem meum bibetis*)& Ioannes nondum martyrij mortem ſuſtinuit:nondum mortuus eſt,ſed adhuc viuit, & cum Enoch & Elia circa ſæculi conſummationẽ occidendus eſt,&c. Verum quæſtio hæc, an Ioannes mortuus ſit? ad finem Euangelij pertinet, illuc illius tractatio differatur. Nunc reſpondemus; Ioannem è vita diſceſſiſſe, non tamen eſſe occiſum. Dicitur nihilominus Calicem Domini bibiſſe, & baptiſmo ſanguinis baptizatus eſſe, quia in dolium feruentis olei iniectus eſt, & in inſulam Pathmon relegatus, vt D Hieronymus cenſet.Non eſt paſſus Chriſtus dilectum diſcipulum feruenti oleo abſumi;martyrij tamen palma,meritoque non priuauit.Infallibile igitur fuit Chriſti vaticinium:*Calicem meum bibetis,& baptiſmo, quo ego baptizor,baptizabimini*. D.Chryſoſtomus ait, & Iacobum, & Ioannem violenta morte a uita diſceſſiſſe. Sed contraria opinio eſt recepta. D.Thomas ſcribit, Ioannem flagellatum eſſe,in oleum iniectum & relegatum.Eſt alia huius loci huiuſmodi interpretatio; Non prædicere Chriſtum fore,ut uterque calicem bibat, & mortem ſubeat, ſed tan-

B. Ioannes è vita diſceſſit, ſed non martyrio.

A tum ſignificare hoc ſe illis poſſe concedere,ut calicem ſuum bibant. Vt autẽ ad dexteram,& ſiniſtram ſedeant, non poſſe concedere, niſi quibus paratum eſt a Patre. At verba Chriſti manifeſtè prædicunt, illos calicem bibituros. *Calicem,inquit,meum bibetis*. Quonam modo clarius prædicere poterat, non ſunt hæc verba ſignificantis ſe poſſe concedere calicem, ſed prædicentis.

B *Sedere autem ad dexteram, vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a Patre meo.*

In Arianos Chriſti ex hoc loco minuẽtes maieſtatẽ inuehitur.

HOc loco impiè abuſi ſunt Ariani ad imminuendam filij Dei maieſtatem. Quid mirum ſi in media luce caligent noctuæ? Conceſſit Dominus calicem,& baptiſmum ſanguinis duobus fratribus, de ſedibus autem, quas petebant,reſpondet; *Non eſt meum dare vobis: ſed illis, quibus a Patre meo parata ſunt*. Nil in his verbis eſt, quod filii C Dei maieſtatem imminuat,aut poteſtatem.Non enim ait,non eſſe ſuum ſedes dare;immo affirmat eſſe ſuum ſedes dare,quemadmodum eſt patris.Expendamus verba: *Non eſt*,inquit,*meum dare ſedes, vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo*. Quid ſignificant verba hæc? *ſed quibus paratum eſt a patre meo*. Nempe hoc ſignificant,ſed meum eſt dare illas illis quibus ſunt paratæ a Patre meo. Perfectus igitur verborum ſenſus, ac perſpicuus hic eſt; ſedes has non eſt D meum dare vobis;ſed eſt meum dare illis,quibus parauit Pater. Nihil de poteſtate filii hic detrahitur. Immo poteſtatem habere oſtenditur, donandi cũ Patre ſedes. Præparationem ſedium tribuit Patri,donationem ſibi. Quemadmodum nihil detrahit Patri, quod ſedium ſibi tribuat donationem; ſic nihil detrahit ſibi, quod Patri tribuat earum præparationem.Hæc enim perſo- E nis tribus communia ſunt, tribuique poſſunt, modo vni, modo alteri dummodo nulla excludatur.

Quo ſenſu dicat Chriſtus: Non eſt meũ dare vobis.

Obijcies:Chriſtus ait; *Non eſt meum dare vobis*: ergo de poteſtate ſua aliquid detrahit.Siquidem ſedes & ſi poterat donare ijs,quibus a Patre paratę ſunt; non poterat tamen dare Iacobo,

&

Digitized by Google

& Ioanni.Reſpondetur illa verba:*Non eſt meum*;nullam impotentiam in Chriſto ſignificare; ſed ſignificare in poſtulantibus non eſſe merita digna ſedibus.Ita Ambroſius interpretatur lib.5 de fide, cap.2. Non dixit Dominus,ait Ambroſius. *Non eſt meum dare:* ſed, *non eſt meum dare vobis :* non ſibi poteſtatē deeſſe aſſerens,ſed meritum creaturis. *Non eſt meum* , qui iuſtitiam ſeruo non gratiam.Denique ad Patrem deferens addidit;*Quibus paratum eſt*:Vt oſtenderet, patrem quoque non petitionibus deferre ſolere,ſed meritis. Quia Deus perſonarum acceptor non eſt. Ita Ambroſ.& D.Epiphanius hæreſ.69. Hoc, inquit, vult oſtendere diuinus ſermo, quod non iuxta perſonarum acceptionem res ipſa fit, ſed pro dignitate,&c. ſimiliter D.Auguſt.Pſal.126.Quid,inquit,eſt: *Non eſt meum dare uobis ?* Non eſt meum dare ſuperbis. Hoc enim adhuc erant. Sed ſi vultis illud accipere, nolite eſſe quod eſtis. Aliis paratū eſt, & uos alii eſtote, & vobis paratū eſt . Quid eſt alii eſtote ? Prius humiliamini,qui iam vultis exaltari,&c. Innocētius III. ſummus Pontif.lib.2.de contemptu mundi cap.35. *Non eſt*, inquit, *meum dare vobis* ; quaſi diceret : meum quidem eſt dare ; ſed non uobis,id eſt, ambitioſis,quales vos eſtis,&c. Hieronymus quoque : Non eſt,inquit,acceptio perſonarum apud Deum;ſed quicunque talem ſe præbuerit, ut Regno cœlorū dignus fiat; hic accipiet,quod non perſonæ,ſed vitę paratum eſt,&c. idem ſentiunt Theophylactus , & Euthymius. Quaſi dicat illis, (ait Theophylactus)*Non eſt meum dare*,ad gratiā coronam,*ſed quibus paratum eſt*:hoc eſt ijs qui cucurrerint,& uicerint,&c.Euthymius:Quod,inquit,dixit Chriſtus, *Non eſt meum* : non ęſt impotentiæ ſed iuſtitiæ.Non eſt meum dare gratis primam ſedem;iuſtus enim ſum,non perſonarum acceptor. Paratum eſt autem ijs, qui digni ſunt, ut hoc conſequantur , &c.

Perſonar acceptio nō eſt apud Deum.

Deus non perſona,ſed vita donat præmium.

Rei huic lucem affert Chryſoſtomus,huiuſmodi ſimilitudine fingamus (ait) ad editorem munerum,atque certaminis, quo multi confluant athletæ, duos quoſdam acceſſiſſe ipſi præcipuè familiaritate coniunctos;qui amicitia principis freti poſtulare audeant,ut uictores ipſi præconio declarati coronētur . Quibus ille reſpondeat : Non eſt meum id dare,ſed quibus ſudore,ac labore,præparatum eſt. Num igitur quaſi non potentem illum id facere condēnabimus ? Nequaquam , ſed iuſtitiam eius admirabimur, & quoniam nō perſonam , ſed rem reſpicit laudabimus . Quemadmodum igitur editiones munerum, ac certaminis principem, non quia non poteſt, ſed quia non vult luctationis transgredi leges , & iuſtitiæ ordinem conturbare, ſic utique Chriſtum id dixiſſe affirmamus . Hactenus Chryſoſt. Lege etiam D.Cyrillum locum hunc tractantem lib.10. Theſauri cap.5. Verba Chriſti ille ſic exponit : Quoniam iniuſtam petitis gratiam , quam me non decet uobis largiri,non eſt meum dare.Iuſtus enim ſum iudex, & honores ſingulis, quos per gratiam affero,quaſi debitos laboribus,uirtutibuſque ſuis diſtribuo,&c. Item;Inani, ait, gloria moti, a dextris , & ſiniſtris meis ſedere concupiuiſtis:id autem dare meum non eſt. Non enim dabo morbum alicui, qui doceo, atque hortor , vt a morbo caueatis . Ita ergo id dicitur,quemadmodum ſi ignis petenti ab ipſo refrigerari,diceret ; Non eſt meū dare id tibi:calefaciendi enim, non frigefaciendi mihi natura ineſt. Sic Chriſtus quoque dicit ; Iuſtus ſum munerū declarator in certaminibus poſitis; ac ideo non petentibus ſimpliciter largiri debeo,nec per iniuriam certantium omnium ad duos ſolum honores traducere . Sed pro rebus ab uno quoque geſtis , quaſi debiti a me honores diſtribuendi ſunt, &c.

Deus non eſt acceptor perſonarū.

Alia eſt D.Auguſtini interpretatio lib.1.de Trinit.c.12.Arbitratur Chriſtum ſecundum humanam naturam dicere:*Non eſt meum dare uobis,&c.* A diuina enim habebat natura,vt hominibus beatas ſedes conferret,non ab humana per ſe conſiderata; humana autem natura hoc habebat à diuino ſuppoſito. Eodem modo exponit Beda homilia citata.*Non eſt*,inquit,*meum*,ſecundum ipſam in qua patior humanæ fragilitatis ſubſtantiam, donorum cœleſtium uobis

Alij ſenſus

Chriſtus natura humana habebat diuina,dare ſedes in calo.

bis

bis munera dare, quæ dignis ſunt a Patre parata, &c. Caietanus ſic explanat; *Non eſt meum dare vobis;* ſecundum præſentem ſtatum meum: quia nunc non veni ad diſtribuẽdas ſedes Regni mei. D. quoque Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 2. Chriſtum loqui ait, ſecundum humanam naturam. Adde aliam explanationem ex eodem Ambroſio eodem loco; In hanc ille ſententiam interpretatur: Non eſt meum dare uobis primas ſedes, non eſt meum ueſtræ ſuperbiæ fauere, qui in mundum veni ut docerem humilitatem. Non eſt meum, id eſt, magiſtri humilitatis, annuere ambitioſis optatis. Verba Ambroſij hæc ſunt; Nõ eſt meum qui ueni humilitatem docere, non eſt meum, qui ueni non miniſtrari, ſed miniſtrare, &c. Adiice & aliã ex eodem Eccleſiæ lumine ſplendidiſſimo. *Non eſt meum dare uobis* primas ſedes, ad dexteram, & ſiniſtram meam, quia impoſſibilem rem poſtulatis. Hæ enim ſedes nulli creaturæ ſunt tribuẽdæ. Aliam infra adiiciemus.

An ſedes ad dexteram, & ſiniſtra Chriſti, in cælo data ſint, vel donandæ.

Quæritur, an Chriſtus daturus ſit, vel iã dederit aliquibus ſedes has primas, quas duo fratres poſtulabant, ad dexteram, & ſiniſtram? D. Ambroſius, vt diximus, arbitratur, nulli creaturæ has ſedes donandas. Iure (inquit Ambroſius) reprehenditur mulier, quæ impoſſibilia poſtulauit, &c. Item: cum legerim Seraphim ſtare Iſa. 6. quomodo poſſum, quod homines ad dexterã, vel ad ſiniſtram Filio Dei ſedeant, arbitrari? Super Cherubim Dominus ſedet, ſicut habet Pſal. 79. *Qui ſedes ſuper Cherubim, appare*. Quomodo Apoſtoli ſuper Cherubim ſedebunt? &c. Item: Pater dicit Filio, Pſalm. 109. *Sede a dextris meis.* Itaque ſi quis ad dexteram Filij ſedet, inter ipſum utique, & Patrẽ (vt humano uſu loquamur) Filius medius reperitur. Non ergo poſſibile homini aliquid petebatur. Sed noluit Chriſtns dicere, quod homines ſedere ſecum non poſſent: ſiquidem diuinam ſuam gloriam celare prius, quam reſurgeret, non diuulgare cupiebat. Itaque ſi poſſibile non erat hominibus, vel creaturis cæteris, hoc mereri, non debet uideri Filius minus poſſe, quia non dedit Apoſtolis, quod nec Pater

A hominibus, uel creaturis dedit. Hæc, & plura alia D. Ambroſius. In eadem ſententia eſt Chryſoſtomus hom. 66. in Matt. Nullus, inquit, a dextris eius, nullus a ſiniſtris ſedebit, inacceſſibilis quippe ſedes eſt illa, non hominibus dico ſolum, ſed Angelis, & Archangelis, cæteriſque Virtutibus, &c. Idem cenſent, Theophylactus, & Euthym. Contrariam ſententiam probant verba Chriſti: *Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed* B *quibus paratum eſt a Patre meo, &c.* Indicant hæc verba, ſedes primas ad dexteram, & ad ſiniſtram, paratas aliquibus eſſe a Patre. Quod ſi aliquibus paratæ ſunt, illis abſque dubio dabuntur. Præterea iudicant, ſedes has paratas a Patre, a Chriſto eſſe donandas. Probatur quoque hæc ſententia ex cap. 3. Apocaly. quo ſic Chriſtus loquitur: *Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo. Sicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius, &c.* Sublimius eſt ſedere cum C Chriſto in throno, quam ſedere ad dexteram eius, vel ſiniſtram. Illud maius datur; ergo etiam hoc minus dabitur.

Reſpondeo, Chriſtum ſedere ad dexteram Patris ſuper omnes Seraphinos. Iuxta illud Pauli ad Epheſ. 1. *Conſtituens illum* (Pater) *ad dexteram ſuam, in cæleſtibus, ſupra omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, &c.* Qui D igitur ad dexteram Chriſti ſederit, uel ſiniſtram, is ſuper Seraphinos ſedebit. Dexteræ locus, Virginis Deiparæ eſt, quæ ſuper Seraphinos ſedet a dextris Chriſti. Iuxta illud Pſal. 44. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate, &c.* Vnde D. Athanaſi. in homil. de Virgine Deipara: Virgo, inquit, nunc ut Regina aſſiſtens a dextris Filij, quaſi in veſtitu deaurato incorruptionis, & immortalitatis, circũamicta, varietate, ſacris, & ſolemni- E bus uerbis celebratur, &c. 3. Reg. 2 *Poſitus eſt thronus matris Regie, quæ ſedit ad dexteram eius, &c.* Siniſtræ locus cuius ſit, Deus nouit. Eſt autem illius, qui poſt Virginem præcellentiſſimam, meritis reliquos beatos ſuperat. Cancellarius Pariſienſis Gerſon, ut diximus

Dextera locus Virginis Mariæ eſt.

tom.

Digitized by Google

tom.1.lib.6.cap.8.dextræ locum Ioſe- A
pho tribuit ſponſo Virginis Deiparæ,
alium ergo locum tribuet Deiparæ
hoc ſuperiorem. Hilarius in Matth.lo
co dexteræ,& ſiniſtræ, Moyſi, & Eliæ
aſcribere uidetur, quorum alter in
Transfiguratione ad dexteram Chri-
ſti,alter ad ſiniſtram ſplẽdore fulgens
apparuit. Quantum, inquit Hilarius,
ex Euangeliis ſentire licet, in regno
cœlorum, Moyſes, & Elias, aſſide-
bunt,&c. Euthymius primas ſedes A-
poſtolis,Petro, & Paulo,concedit: Di- B
cimus, inquit, quod cum præeminen-
tiam inter Diſcipulos peterent, Ioan-
nes,& Iacobus; nunc Chriſtus cathe-
dram a dextris,& ſiniſtris, dicit primã
inter ipſos ſedem, qua Petrus, & Pau-
lus, digni habiti ſunt Principes Diſci-
pulorum, ut qui plus cœteris labora-
uerunt, &c. Chryſoſtomus vero hoc
loco de Paulo ſic ait; Quod nullus Pau
lum antecedat, nemo omnium dubi-
tat, &c. P.Salmeron ſedem dexteræ
Virgini Deiparæ attribuit;ſiniſtrę Ioã C
ni Baptiſtæ. Et Gerſon, ut diximus to-
mo 1.lib.8.cap.4.in fine,teſtatur, Chri
ſtum Virginem Deiparam ſuper om-
nes Angelorum choros collocaſſe,
huicque proximum feciſſe Baptiſtam,
in locum Luciferi ſubrogatum.

Quinam ſedeant in cœlo ad dexteram, & ſiniſtram.

Sunt ergo ſedes ad dexteram,& ſini
ſtram Chriſti,iam donatæ. Virgo Dei-
para ad dexteram ſedet,Ioannes Bapti
ſta,uel ex hominibus, ſiue ex Angelis
alius,ad ſiniſtram. Ideoque ait Domi- D
nus: *Sedere ad dexteram, & ſiniſtram,non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a Patre meo.* Non eſt, inquit,meum
dare uobis; quoniam hæ ſedes nõ ſunt
vobis paratæ, ſed Matri meæ ea, quæ
ad dexteram eſt; Ioanni Baptiſtæ, quo
non ſurrexit maior inter natos mulie-
rum, uel Michaeli ſupremo Angelorũ
ea,quæ ad ſiniſtram parata eſt.Non eſt
meum donare, quod iam donatum eſt
ab æternitate, aliiſque paratum. Illa E
autem verba Apocal 3.*Qui vicerit,ſedebit mecum in throno meo:* non ſignificant
victorem in eodem cum Chriſto thro-
no, id eſt, in eadem gloriæ præcellen-
tia,& poteſtate ſeſſurum;ſed ſeſſurum
in throno Chriſti qui amplißimus eſt,
id eſt, gloriam ſimilem gloriæ Chriſti

Sedes ad dexteram,uel ſiniſtram, iam donatæ ſunt.

Qui ſit ſeſſurus i throno Chriſti.

habiturum. Aduerte locutionem eſſe
metaphoricam,ſedere ad dexteram,&
ſiniſtram, & potiores regni cęleſtis ſe
des, potioremque ſignificare beatitu-
dinem. Sic etiam metaphoricè dicitur
Chriſtus ſedere a dextris Patris, qui
dexteram non habet. Qua de re ſuo lo
co dicendum. Vnde illud Ambroſii diſ
ſoluitur: Si quis ad dexteram Filio ſe-
det,inter ipſum, & Patrem,Filius me-
dius reperitur, &c. Et alia.

Poſſunt aliter explicari uerba hæc,
ita ut a primis ſedibus non excludan-
tur, Iacobus, & Ioannes, hunc in mo-
dum: *Non eſt meum dare uobis:* nunc abſ-
que meritis, quæ ſedibus digna ſunt:
ſed quibus paratum eſt a Patre: ſiue nos ſi
tis per calicem, & digna merita has ſe
des comparaturi,ſiue alii. Auctor im-
perfecti ad illa verba: *Poteſtis bibere calicem:* putat non ſignificari duas aliquas
ſedes ſupremas,ſed innumeras,quæ ad
dexteram,& ſiniſtram Chriſti ſunt. Se
dere, inquit, ad dexteram, uel ſiniſtrã
Chriſti,numquid duorum eſt tantum?
Innumerabiles enim poſſunt ſedere ad
dexteram Chriſti,uel ad ſiniſtram,&c.
At diſcipuli de proximis ſedibus facie
bant verba.

Et audientes decem, indignati ſunt de duobus, &c.

FRatrum duorum Iacobi, & Ioan-
nis, poſtulationem reliqui decem
Apoſtoli intellexerunt: non enim lon-
gè a Chriſto diſtabant; ægreque tule-
runt, quod primas poſtularent ſedes,
atque illis indignati ſunt. Nondũ Spi-
ritus ſancti ignis animi immoderatas
perturbationes abſumpſerat, ideo in-
dignationem animo conceperunt, mo
leſtè ferentes, velle duos fratres reli-
quos honore anteire. At Dominus ad-
uocatis ad ſe omnibus, præclarum de
humilitate tradidit documentum,hũc
in modum: *Scitis,quia Principes Gentium dominantur eorum,& qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter vos.* Ab ambitione,primarumq; ſedium
deſiderio deterret: Apud Ethnicos,in-
quit,quibus diuina lux non affulſit, ſo
lent Principes Ethnicis dominari ho-
minibus ſibi ſubiectis, & qui maiores
inter

Apoſtoli reliqui contra duos fratres ſũt indignati.

Humilitatis documẽtum.

Digitized by Google

inter eos ſunt, poteſtatem in inferiores exercere. Eximiſtant illi in imperio, & poteſtate poſitum eſſe primatū, & hominis magnitudinem. At vos longè ab Ethnicis diſtare debetis; Ethnicis relinquite ambitionem, & ſuperbiam; aliam animo concipite exiſtimationem. *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.* Inter Ethnicos maior eſt, qui ſuperbè dominatur, inter vos, qui voluerit eſſe maior, miniſter omnium erit. Inter Ethnicos is, qui primus eſt, poteſtatem inſolenter exercet in alios, inter vos qui primus eſſe uoluerit, erit cœterorum ſeruus. Non ſunt noſtra (ait Chryſoſtomus) externis ſimilia. Nam apud Gentes qui Principes ſunt, ipſi dominantur; apud me autem qui vltimus eſt, is ſumma tenet, &c. Hieronymus: Ad ſummitatem virtutum non potentia, ſed humilitate venitur, &c. Itaque docet Dominus, quis verè magnus, quis primus ſit. Nempe ille verè magnus eſt, non qui ſuperbè, & ambitioſè dominatur, ſed qui humiliter miniſtrat. Ille primus eſt, non qui reliquis poteſtate arroganter præcellit; ſed qui ſubmiſſo animo omnibus inſeruit. Omnibus hæc congruit doctrina, ipſis etiā Regibus Chriſtianis, ac Præſulibus. Poſſunt enim dominari humiliter, & miniſtri eſſe; poſſunt poteſtatem ſubmiſſo animo exercere, & eſſe ſerui. Quæ maior eſſe poteſt poteſtas poteſtate ſummi Pontificis? At is ſeruum ſe uocat ſeruorum Dei.

Quis verè ſit magnus & primus.

Reges Chriſtiani, & Principes quō hoc documentum ſeruare debeant.

Exemplo ſuo, humilitatis documentum probat Dominus. Nonne Chriſtus Dominus erat orbis totius? Nonne poteſtate diuina præcellebat? Nihilominus ad miniſtrandum venit humiliter, & moriendum, non ad dominandum arroganter. *Sicut*, inquit, *filius hominis non uenit miniſtrari*, id eſt, ut ipſi miniſtraretur, *ſed miniſtrare, & dare animam* id eſt, uitam ſuam, *redemptionem pro multis*, hoc eſt, pro redimendis hominibus. Græcè, λύτρον, ſignificat *pretium redemptionis*. Fuit enim Chriſti mors, admirandum, atque infinitum noſtrę redemptionis pretium. Theophylactus, & Euthymius, interpretantur dare animam

Exemplum humilitatis Chriſti.

A ſiue vitam pro multis, id eſt, pro omnibus hominibus. *Multis* (ait Euthym.) dicit Chriſtus, pro *omnibus*. Omnes redemit, quamquam multi ſua ſponte in ſeruitute remanſerunt, &c. Simili modo Iſa. 53. dicitur: *Ipſe peccata multorum tulit, &c.* Rom. 5. *Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi, &c.* Id eſt, omnes, ſiue multitudo omnium hominum. Item: *Vnius delicto, multi mortui ſunt*: id eſt, hominum multitudo. Lege D. Auguſtinum lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 23. & Theodoretum Daniel 12. B Aliter; Pro multis Chriſtus mortem perpeſſus eſt efficaciter, pro omnibus ſufficienter. Quantum ad ſufficientiam (ait Cardinalis Caietanus) multitudo hæc comprehendit multitudinem generis humani; quantum verò ad libertatis fructum, comprehendit multitudinem electorum, &c.

Chriſti mors efficaciter pro multis eſt, pro omnib. ſufficienter.

Idem Cardinalis exiſtimat, Chriſtū hoc loco docere Diſcipulos, quales oporteat eſſe Eccleſiæ Principes, & C Prælatos; in hanc ſententiam: Ethnicorum Principes dominantur illis, hoc eſt, principatum ſuum ad dominandū dirigunt, & magni, ſiue maiores poteſtatem exercent in eos, hoc eſt, qui magni ſunt, ordinant celſitudinem ſuam ad vſum poteſtatis. *Non ſic erit inter vos*, id eſt, Principatus veſter non erit ad dominandum. Sed qui uoluerit inter vos maior fieri, & primus, id eſt, qui uoluerit ad Eccleſiæ principatum aſſumi, qui voluerit maior fieri a Deo in D principatu Eccleſiæ, non a ſe, ſit veſter miniſter, & ſeruus; dirigat principatū ſuum non ad dominandum, ſed ad miniſtrandum, & ſeruiendum. Similem locum habes Luc. 22. Cum enim contentio inter Diſcipulos eſſet orta de primatu, iterum ait Dominus: *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic; ſed qui maior eſt in vobis, fiat* E *ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Deinde ſimiliter ſuum proponit exemplum: *Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, &c.*

Prælatorū humilitas.

CA-

CAPVT XI.

Ecce aſcendimus Ieroſolymam,

Morale.

Moriendi tempus incertum eſt.

NOn quærunt mortales mortem, immo remis, veliſq; pleniſſimis fugiunt. Mors ipſos quærit, népe mortales, in intima irrumpit penetralia, nihil illi inuium. Ignota mortis dies eſt; moriendi tempus, locus, aut modus in B electionem non cadit: extra hominum poteſtatem hæc ſunt. Quamobrem ait Salomon Eccleſ. 9. *Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut piſces capiuntur hamo, ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex tempore ſupcruenerit, &c.* At Chriſtus & mortis diem cognouit, & tempus, locum, modumque elegit, & mortem ipſam ipſe quæſiuit. Neque enim uitam mors quærere poterat; ab ipſa vita, ut occideretur, quæſita eſt. Capiuntur homines futurarum rerum ignari, ut piſces hamo, ut uolucres mortis laqueo. C Chriſtus verò rerum omnium præſcius, in ipſa mortis retia ſciens, prudenſque, ut illa dirumperet, ſe iniecit. Tempus ille moriendi elegit, locum, & modum. In poteſtate namque hæc habebat omnia. Aduentante iam tempore. *Sciens, quia uenit hora eius. Ecce,* inquit, *aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eũ morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, &c.* Ecce, in D quit, Diſcipuli, propè adeſt mortis meæ tempus, non eſt mihi ignotum; mortem, mortiſque genus, atque modum, tempus, locumque præuideo. Ipſam ego mortem quæro; ſi non quæſiuero, illa me numquam quæret, in ſæuiſſimam hanc leænam inuado, ſi non inuaſero ego, illa me nequit inuadere. E Si me non inuaſerit, perpetuò viuet. Ne perpetuo viuat, quærenda a me eſt. Si Dominus mori noluiſſet, mors illũ occidere minimè ualuiſſet. *Ego ſum via veritas, & vita,* ait Ioann. 14. Vitam eſſentialem, qui fieri poteſt, ut mors occidat? Vita erat Chriſtus eſſentialiter, quia erat Deus; non ergo poterat

Chriſtus mortẽ quæſiuit, & ab ea non eſt quæſitus.

Si Chriſtus mori noluiſſet, nũquã illum mors inuaſiſſet.

A illum mors occidere, ſi uellet humanitatis conſeruare uitam.

At mori uoluit uita, ut mortem uita occideret. Sic D. Auguſtinus homil. 35. Dominus, inquit, ut occideret mortẽ, veſtitus eſt morte. Non poterat mors mori, niſi in uita, &c. Extinguitur amaritudo fellis, contraria dulcedine mellis, extinguitur frigus aquæ, aduerſo ardore ignis; ſic extincta mors eſt a cõtraria uita. Non moritur amaritudo (ait eodem loco Auguſtinus) niſi in dulcedine, non moritur frigus, niſi in calore. Non eſt mortua mors, niſi in uita, &c. Vt occideret mortem, veſtitus eſt Dominus morte, hoc eſt, mortali corpore. Sub corpore mortali vita latebat; ſi corpus mortale incurrit mors, a vita latente extincta eſt. Agno veſtitus eſt leo de tribu Iuda, id eſt, manſuetudine agni fortiſſimus Deus indutus eſt. In Agnum fecit impetum ſæua leæna mors, ſed a Leonis fortitudine diſcerpta periit. Ichneumon (ait Plinius lib. 8. cap. 25.) per fauces crocodili, ut telum aliquod immiſſus, erodit aluum, &c. Ita Chriſtus, ut telum acutiſſimum, per fauces mortis irrumpens, illius viſcera diſcerpſit.

Chriſtus mori voluit vt mortem vita occideret.

Pſal. 103. canit Pſalmographus: *Sol cognouit occaſum ſuum:* quia rato, certoque curſu ita occidit, ut locum occaſus cognoſcere uideatur. Noſter vero Sol ſplendidiſſimus Chriſtus, propriiſſimè ſuum cognouit occaſum, id eſt, ſuam mortem. Quid eſt (ait Auguſtinus eodem Pſalmo) Sol cognouit occaſum ſuum? Chriſtus agnouit paſſionem ſuam, &c. Quemadmodum verò Solem ad occaſum tẽdentem nulla res poteſt retrouertere; ſic Chriſtum ad mortem properantem nihil potuit retardare. Cognouit occaſum, id eſt, mortis tempus. Cognouit etiam occaſum, id eſt, mortis locum: *Ecce,* inquit, *aſcendimus Ieroſolymam,* in qua occidar; hic locus occaſus mei, hoc in loco Sol clariſſimus, multorum cruciatuum atris nubibus obtegetur, meridianoque occidet tempore. Quamuis autem cruciatuum, mortiſque locus eſſet Ieroſolyma, tamen alacri animo, ac læto illum petebat. Quemadmodum *Sol exultat, ut gigas ad currendam viam,* Pſal. 18.

Chriſtus Sol cognouit occaſũ ſuum, id eſt mortis tempus, & locum.

ſic

Digitized by Google

Christus ad mortis viam currendā exultauit ut gigas.

A Christus sic noster Sol, ut gigas fortiſſimus, exultauit ad cruciatus percurrendos. *Erāt in via* (ait D. Marcus cap. 10.) *aſcendentes Ieroſolymam, & precedebat illos Ieſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant, &c.* Præcedebat ad prælium extremū dux milites, quamuis timentes, ac ſtupentes. Timebāt Diſcipuli Ieroſolymam, inuiti illam adibant; magiſter alacriter ad locum certaminis faciebat iter: ſciebat enim magnam ſibi paratam eſſe ex hoſtibus victoriam. Hunc ille locum certamini deſtinauerat, ut in medio terræ hoſtes, non ferro, ſed ligno, ſub iugum mitteret. Iuxta illud Pſ. 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ, &c.* Etenim Ieroſolyma habitabilis terræ medium eſt, & ueluti cor, ex quo in vniuerſum mundi corpus ſalus æterna emanauit. *Non capit Prophetam perire extra Ieruſalem*, ait Dominus Luc. 13. In vrbe Ieruſalem oportebat occidi ſummum Prophetam, quæ erat interfectrix Prophetarum. Iuxta illud eiuſdē cap. *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, &c.* Et Matth. 23. *Et vos*, inquit, *implete menſuram patrum veſtrorum, &c.* id eſt, implete menſuram patrum mea cæde: veluti cumulum imponite cædibus prophetarum, cædem Meſſiæ. Ieruſalem locus erat ſacrificiorum, extra templum, quod Ieroſolymis erat, ſacrificium offerri non poterat; decuit igitur ſummum paſſionis Christi ſacrificium Ieroſolymis offerri, ubi offerri ſolebant ſacrificia, quæ illius vmbra, typuſque erant. Non in angulo, non in paruo aliquo oppido, ſed in celeberrima ciuitate in crucem agi voluit Chriſtus, ut omnibus conſpicua illius eſſet paſſio.

In Ieruſalem in medio terræ occiſus eſt Chriſtus.

Aſtrologi in cœlo locum notant quendam, quem Draconem vocant, aiuntque, Solem deficere non poſſe, luceque priuari, niſi vel in capite, uel in cauda Draconis. Eundem in modum, in terra notant Euangeliſtæ locum quendam, quem Ieruſalem appellant, draconibus olim plenum, id eſt, impiis Sacerdotibus, & Phariſæis, atque Scribis; extra quem Sol fulgentiſſimus Chriſtus eclipſim pati noluit. Sol in capite, vel in cauda Draconis deficit; noſter Sol in Ieruſalem eclipſim paſſus eſt, vbi ſæuiſſimi habitabant dracones, id eſt, Sacerdotes, Phariſæi, atque Scribæ. De ijs draconibus loquitur, cum ait: *Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eū morte, &c.* Metropolis ciuitas metropolitanum edidit ſcelus; magna ciuitas magnum commiſit facinus, Meſſiæ cædem. In magnis vrbibus magna habitant ſcelera. Iſa. 9. *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam, &c.* In magnis, & vitioſis hoc vrbibus euenit. Multiplicata

B gens eſt, ſed non magnificatur, neque multiplicatur, ex eius virtutibus, lætitia. Danda opera in ciuitatibus magnis ut magnitudini vrbis magnitudo virtutum reſpondeat; neque uerò in magnam vrbem illud Oſeæ 10. quadret: *Secundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria*, idolis, *iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris, &c.* Sed potius hoc: *Secūdū multitudinem fructus ſui multiplicauit virtutes: iuxta vbertatē terræ ſuæ exuberauit præclaris operibus.*

Magnæ ciuitates virtutibus ſint magnæ.

C Ad hæc, cognouit Dominus ipſum mortis genus, & opprobria: *Filius*, inquit, *hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendū, &c.* Omnia ſigillatim commemorat, ut intelligant Diſcipuli, omnia ipſi præcognita eſſe, atque præuiſa, omniaq; potuiſſe cauere, atque effugere, ſed ſponte, magnaque uoluntate omnia perpeti. Vt enim Auguſtinus ait Pſalm. 34.

Præcogniti era a Chriſto omnes paſſioniscruciatus.

D ſerm. 2. Dominus voluntate paſſus eſt, non neceſſitate, ille miſeratione, nos conditione, &c. Cum Rex ciuitatem ſuam ingreditur, magno cum honore ab omnibus ciuium ordinibus excipitur, choreis, ludiſque honoratur. Aſcēdit Rex ſummus in ciuitatem ſuam Ieroſolymam, quam ipſe condidit, miriſque beneficiis affecit. *Ecce*, inquit, *aſcendimus Ieroſolymam*. Vide, quo honore, quibus choreis, ludiſque ſit exce-

Chriſtus voluntate paſſus eſt, non neceſſitate.

E ptus: *Tradent*, inquit, *eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum*. Ducitur Rex cum ciuibus ad palatium ſub umbella; ductus eſt ab Ieroſolymitanis ciuibus rex Meſſias in mōtem Caluariæ, ſub crucis grauiſſimo onere.

Quomodo Regē ſuum exceperint Iudæi.

Qua-

Iudæos deſeruit De⁹, gentes vocauit.

Quapropter ſceleratam ciuitatem, A ſceleratoſque ciues, in ſcelere perſiſtẽtes deſeruit Rex maximus; aliam extruxit ciuitatẽ,alios ſibi aſciuit ciues, a quibus merito honore afficitur.Ecce aſcendit Romam mundi caput, & Filius hominis,Filiuſq; Dei,Deus verus, diuinis, meritiſque honoribus a toto orbe illuſtratur.Pſal.109.*Virgam*,ideſt ſceptrum,*virtutis tuæ*, id eſt,potentiæ, *emittet Dominus ex Sion:dominare in medio inimicorum tuorum,&c.*Emiſit Dominus ex Ieruſalem Chriſti ſceptrũ, om- B nium ſceptra Regum,potentia, dignitate,ſanctitateque præcellens. Dominatur in medio Ethnicorum, quos fidei illuſtrauit lumine, & ex inimicis amicos fecit.Iacet Ieruſalem,iacet Iudæa,Synagoga deſerta eſt; Roma vero toti orbi imperat, Eccleſia regnat, totoque floret mundo, Chriſtum Deum, Regemque ſuum complexans, atque adorans. Vt aſcenderet Romam,prius Ieroſolymam aſcendit;ut Romę,Eccleſiæq; totius cęleſti regno imperaret, C prius Ieroſolymæ voluit gentibus tradi, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Ieroſolimæ traditus eſt gentibus.ad illudendum, & flagellandum,& crucifigendum; illuſus, flagellatus,& crucifixus, toto orbe traditus eſt gentibus,ad amandum,ad colẽdum,ad adorandum.Videlicet,intellexerunt gentes myſterium crucis,quod Iudæi intelligere noluerunt.

Iudæi myſteriũ crucis non intellexerũt.

Iudæos Diſcipuli Iudæi illo tempo D re præfigurabant,cum de illis legitur: *Nihil horum intellexerunt,& erat verbum iſtud abſconditum ab eis*. Nihil Iudæi de myſterio crucis intelligunt, eſtq; verbum hoc abſconditum ab eis.Hic illorum ſermo eſt,apud Iſa.c.59.*Expectauimus lucem, & ecce tenebra, ſplendorem, & in tenebris ambulauimus,palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus,impegimus meridie, quaſi in tenebris. Expectauimus iudicium,& non eſt: ſalutem,& elongata eſt a nobis,&c.*Expecta E uerunt Iudæi lucem Meſſiæ; ſplenduit lux, & ecce tenebræ apud illos craſſiſſimæ,quia non intellexerunt,& lucem videre noluerunt. Expectarunt Meſſiæ ſplẽdorem, doctrinam, gratiam, ortus eſt ſplendor,non intellexerunt,ortum Solis cæci non viderunt.Expectauerũt iudicium Meſſiæ, & imperium; & non eſt,quia illud recipere noluerunt. Expectauerũt ſalutem Meſſiæ; iam venit, ſed elongata eſt ab eis.Palparunt quaſi cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectarunt.Corpus Chriſti paries dici poteſt, maximi ædificij,id eſt, humanitatis,hũc parietem palparunt Iudæi,& attrectauerunt,qui Chriſti tempore vixerunt, ſed quaſi cæci, ac oculis capti in ipſo meridie impegerunt, impingũtque.Eſt enim eis Chriſti paſſio,quia non intelligunt, petra ſcandali,in quam impingunt in hoc meridie, cum per totum terrarum orbem Chriſtus velut Sol fulget. Vnde illud Pauli 1.Cor.1.*Prædicamus Chriſtum crucifixũ, Iudæis quidem ſcandalum,Gentibus ſtultitiam;ipſis autem uocatis Iudæis,atque Græcis,Chriſtum Dei virtutem,& Dei ſapientiam.Quia quod ſtultum eſt Dei,ſapientius eſt hominibus:& quod infirmũ eſt Dei,fortius eſt hominibus,&c.* Crucifixus Chriſtus ſcandalum eſt, in quod impingunt Iudæi, quia cæci ſunt: cæcorum enim eſt impingere. Qui vident,qui Dei luce,id eſt,fide illuminantur, non impingunt. Ethnicis quoque uidetur ſtultitia Dei incarnati paſſio; quia abſconditum eſt verbum iſtud ab eis. Ipſis autẽ vocatis, & illuminatis fide,tum ex Iudæis,tum ex Ethnicis;Chriſtus crucifixus Dei virtus, id eſt, potentia, eſt, & ſapientia. In cruce enim, ſumma Dei potentia,ad euertendos hominum hoſtes,peccata, dæmoneſque, & Orci regnum, ſumma quoque ſapientia ſplenduit, ad trahendos amore homines, exemploque docendos admirando, ad faciendum ſatis diuinæ iuſtitiæ, diuinæque miſericordiæ.Infirmum ſe exhibuit hominum oculis, in cruce Chriſtus,at vero illa infirmitas,Dei infirmitas erat,quæ omnem hominum, dæmonumque fortitudinem, potentiamque ſuperat.Stultitia uidetur Ethnicis Dei mors, at in morte hac, Dei latet ſapientia; quodque ſtultum eſt Dei, omnium creaturarum ſapientiam excellit.

Chriſti paſſio ẽ Iudæis petra ſcandali.

Ethnicis myſterium crucis abſconditum.

In cruce ſũma Dei potẽtia, & ſapientia eluxet.

Non intelligũt Iudæi paſſionis Meſſiæ myſterium,non intelligunt Ethnici, intelligunt Chriſtiani. Intelligunt in-

In cruce amor Dei, miſericordia, iuſtitia, peccatique odium oſtenditur,

A (inquam) ſummam in cruce Dei caritatem, iuſtitiam, miſericordiam, odium in peccata ſplendeſcere: intelligunt in cruce ignominiæ plena, Chriſtum, hominesſque omnes, in ſummos honores aſcendiſſe. *Ecce aſcendimus Ieroſolymam*, ait Dominus. Aſcendit Chriſtus Ieroſolymam, aſcendit in crucem; aſcendit quoque in crucē amor, aſcendit miſericordia, aſcendit iuſtitia. Quonam altiùs amor Dei in homines potuit aſcendere, quàm aſcendit in cruce? *In finem ſanè dilexit eos.* B In finē vitæ, in finem amoris dilexit. *Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis:* Ioan. 15. O ineffabilis caritas (exclamat Eccleſia) vt ſeruum redimeres, Filium tradiſti, &c. Et D. Bernardus in Cantic. ſerm. 61. Vbi, inquit, Domine, te exinaniſti, ibi pietas magis emicuit, caritas ampliùs radiauit, &c. Abacuc. 3. *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, &c.* Suſcitans ſuſcitauit Deus potentiſſimum arcum C ſuū id eſt, crucem, ex eo ſagittas iaculatur amoris, quibus corda configit hominum. Iuxta illud D. Auguſtini lib. 9. confeſſ. cap. 1. Sagittaueras, Domine, cor noſtrum caritate tua, &c. Denique vt Paulus ait ad Rom. 5. *Commendat caritatem ſuam Deus in nobis; quoniam cùm inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, &c.* Lege ſermonem 6. de paſſione, qui Chryſoſtomo adſcribitur, tom. 3. Hæc, inquit, eſt prima cauſa dominicæ paſſionis; quia ſciri voluit Deus, D quantùm amarit hominem, &c. Aſcendit in cruce amor, aſcendit & miſericordia.

Miſericordia Dei.

Quænamque miſericordia maior excogitari poteſt, quàm illa, quæ in cruce ſplendeſcit? *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto:* Luc. 1. ait Zacharias. Hæc miſericordiæ viſcera vbinam clariùs, quàm in cruce apparuerunt? *Deus* (ait Paulus ad Epheſ. 2.) *qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam caritatem ſuam, qua* E *dilexit nos; et cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto (cuius gratia ſalui eſtis) et conreſuſcitauit, et conſedere fecit in cæleſtibus, in Chriſto Ieſu; vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus, abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos, in Chriſto, &c.* Diues eſt Deus in mi-

Diues eſt Deus in miſericordia.

A ſericordia, abundantes verò diuitias theſauri miſericordię, ac bonitatis ſuę tunc maximè effudit, omnibuſque ſuperuenientibus ſæculis oſtendit, cùm in crucem aſcendit, vt peccatis mortuos, in vitam gratiæ, ſempiternæque gloriæ adduceret.

Iuſtitia aſcendit in crucem.

Aſcendit quoque in crucem iuſtitia, peccatique odium. Etenim iuſtitiæ diuinæ iure ſeuero in cruce factum ſatis, ipſumque peccatum, Dei cruciatibus, & morte expiatum eſt. Magnum B oſtendit in cruce Deus in peccatum odium, ſiquidem ut peccatum occideret, occidi paſſus eſt Filiū. *Proprio Filio ſuo non pepercit*, ad Rom. 8: *ſed pro nobis omnibus tradidit illum, &c.* Si quis peccati grauitatem metiri uult, cruce metiatur, crux mēſura eſt, crux trutina, qua peccati pondus exploratur. Vnde Laurentius Iuſtinianus lib. de agone, c. 20. Te, inquit, agnoſce in Chriſto: tua metire delicta in eius afflictionibus, &c. C Et D. Bernardus ſerm. 3. de Natali: Agnoſce, ait, ò homo, quàm grauia ſint uulnera, pro quibus neceſſe eſt Dominū Chriſtum vulnerari, &c. Cæſarius Arelatenſis hom. 27. Si uolumus intelligere, quam graues apud ſe faciat Iudex noſter hominum culpas, reſpiciamus ad pœnas, &c. *Si in viridi ligno hæc faciunt* (ait Dominus Luc. 23.) *in arido quid fiet? &c.* Si proprio Filio Deus non pepercit, numquid impijs ſeruis ad pœnitentiam minimè confugientibus D parcet? Si Rex filium uita priuaret, quòd facinoroſum aliquem hominem domo excepiſſet, quis eundem domo excipere auderet? Deus filium innocentiſſimū uita priuauit, quòd hominum peccata in ſe receperit, ut diuinæ iuſtitiæ pro illis pœnas daret, quis peccatum domo deinceps recipere audebit?

Odium peccati quale in cruce Chriſti oſtenderit.

Quæ virtutes, in crucem aſcenderunt.

Aſcenderūt prætereà in crucē uirtutes, humilitas, obediētia, patiētia, paupertas, mundi cōtēptus, carnis maceratio, & reliquę. E In cruce .n. has uirtutes Deus patiendo nobilitauit extulit, ab omnibuſque magni faciendas, atque ſectandas eſſe docuit. Quis non magni æſtimet, ſecteturque humilitatem, patientiam, paupertatem, reliquaſq; uirtutes, quas in ipſo Deo nobilitatas cernit? Illa uerba Pauli ad Galat. 2. Quomodo

modo gentes cogis Iudaizare. Cardinalis Caietenus his uerbis interpretatur: Cogis, inquit, exéplo facti tui. Facta .n. ſuperiorũ, nó tã inuitant, q̃ cogunt ſubditos ad imitationé, &c. Si ſuperiorũ facta ad imitationé inuitant, & quodãmodò cogũt ſubditos: facta Dei crucifixi, & exépla nonne inuitabunt, & quodammodò cogent hoĩes, quos ipſe condidit, quoſq; hét ſub imperio? Aſcé derunt ét in cruce opera noſtra. Iacent ipſa abſque meritis Chriſti. Ex Chriſti in

Chriſti facta ad ſui imitationẽ nos quodãmodò cogeri debent.

B cruce, & meritis habent meritum. In ipſa cruce, quæ à terra non aſſurgebãt, opera iã ad cęlum vſq; aſcendunt: quẽ admodum aſcendit iacẽs hedera, ſi muro, vel arbori adhæreat. Denique aſcendit in cruce Chriſtus, & aſcendimus nos. Aſcendit Chriſtus. Iuxta illud Pauli ad Philippenſ. 2. *Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.* Aſcendimus nos ad gratiam, gloriamq; ſempiternam. Audeo dicere: Magis aſcendi

Aſcendit Chriſtus in cruce, et nos etiam.

C mus nos per crucem, q̃ Chriſtus. Nam Chriſtus neq; gratiã ſibi per crucẽ meritus eſt, neq; eſſentialem beatitudinẽ, ſed corporis gloriam, imperium, nominiſque exaltationem. Nobis verò gratiã, gloriamq. eſſentialẽ meritus eſt: q̃ duo corporis gloriam, imperiũ, nominiſque Chriſti exaltationem ſuperant. Satiùs .n. eſt, gratiam, eſſentialemque beatitudinẽ, q̃ reliqua omnia habere.

Quomodo Deus mori potuit.

Quòd ſi Ethnicus, vel Iudęus quærat: D Quõ fieri potuit, vt crucifigeretur, & moreretur Deus, qui vita ipſiſſima eſt, nequitque mori. Reſpondent illi Euangelij verba; *Filius hominis tradetur, &c.* Deus erat Chriſtus, & filius Dei, ſed filius etiam erat hominis, filius Dauid, filius Deiparæ Virginis. Diuinã habet naturam, habet & humanam, ſecũdum diuinam, mori non poterat, ſecundùm humanam, & poterat, & mortuus eſt. Mortuus eſt, quia filius hominis eſt. *Filius*, inquit, *hominis tradetur, &c.* Nihil E doloris diuina tulit natura, omnes cruciatus tulit humana, quæ cum diuina eodem in ſuppoſito cõiuncta eſt. Quia verò ſuppoſitum patiẽtis naturæ Verbum eſt diuinum, ideò Deus paſſus eſſe dicitur, nó ſecundum diuinam, ſed ſe-

A cundùm humanam naturam. Impaſſibilis Verbi diuinitas (ait Damaſcenus lib. 3. fidei, cap. 26.) patiente carne, incolumis permanſit. Quemadmodum ſi Sole arbori illuceſcente, ſecuris arborem inciderit: Sol tamẽ inſectus, & ab omni iniuria incolumis manet, &c. 2. Corinth. 13. *Crucifixus eſt Chriſtus ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei, &c.*

At vide, quem finem ſortita eſt paſſio, ſanè lætiſſimum. *Et tertia*, inquit, *die reſurget*. Lætiſſimum habent finem labo B res. Calix Domini, etſi amarus eſt, dulciſſimam, lętiſſimamque parit ſanitatẽ. Baptiſmus ſanguinis omnẽ animi męrorem abluit, vt infra dicemus. Addit Dominus: *Conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas, de filio hominis.* Omnia Prophetarum de Chriſti morte, ac reſurrectione vaticinia, Ieroſolymis conſummata ſunt, atque perfecta. Iuxta illud Matt. 5. *Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant, &c.* Fuit .n. lex theatrum, in quo, C quæ circa promiſſum, expectatumque Meſſiã futura erant, typis, vmbriſque, à Deo, ante illius aduentum, ſunt exhibita. Sole adueniente, vmbra conſummata eſt, atque conſumpta, typi perfecti ſunt. Lege quæ diximus tom. 1. li. 3. cap. 6. & ſeq. Multæ fuerunt à Chriſto factæ conſummationes: Prima fuit, cõſummatio omnium, quæ Prophetæ vaticinati ſunt. Secunda fuit conſummatio legis veteris, conſummata eſt, & in finem adducta, quia, vt Paulus ait ad D Rom. 10. *Finis legis Chriſtus*. Iſai. 40 *Completa eſt malitia eius*. Ex Hebræo, vbi habetur, כי מלאה צבאה *chi malehah tſebebhah*, verti põt. *Cõpleta eſt militia eius*, nimirũ ſub lege veteri. Tertia, cõſũmatio operis Chriſti, qđ à Patre faciendũ accepit, id eſt, redemptionis hominũ. Ioan. 17. *Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam, &c.* Ioan. 4. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ eius, qui miſit me,* E *& perficiã opus eius, &c.* Quarta, conſummatio peccati. Dan. 9. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuũ, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, etc.* Hæc p̃ Chriſti paſſionẽ effecta ſunt. Finem accepit pec-

Chriſtus Ieroſolymis oĩa conſummauit.

Lex theatrum fuit, et quo.

Multæ conſummationes factæ à Chriſto.

Digitized by Google

catum; quoniam Chriſtus pro eo abundantiſſimè ſatisfecit, & adducta eſt iuſtitia ſempiterna, ſi velint homines paſſionis ſibi meritum per pœnitentiã & bona opera applicare. Iſa. 40. *Completa eſt malitia eius*. Quinta, conſummatio mortis; in Chriſti morte cõſummata eſt mors hominum, tam animi, quã corporis. Nam morte ſua mortem vtrãque Chriſtus occidit Iuxta illud Oſeę 13. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, o mors, &c.* A morte animi, cum primum quis pęnitentiam agit, liberatur, a morte corporis in die liberabitur iudicij. Sexta, cõſummatio tyrannidis diaboli. Iuxta illud Ioan. 12. *Nunc princeps mundi huius eijcietur foras.* Septima conſummatio victoriæ Chriſti de hoſtibus, peccato, mundo, diabolo: in ſe enim ipſo, victoriam de illis patiendo reportauit; in membris uero ſuis victoriã quotidie reportat, cuius conſummatio in die erit iudicij. Octaua, conſummatio paſſionis: nam Ieroſolymis conſummata eſt Chriſti paſſio, admirabiliſque reſurrectio, & vita æterna omnibus plena lætitijs ſequuta. Nihil poſteà doloris paſſus eſt Dominus, nihil iam patietur. Iuxta illud Pauli ad Rom. 6. *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur, &c.* Nona conſummatio obedientiæ Chriſti. Ad Philipp. 2. *Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Decima, cõſummatio medicinæ, ſummus Medicus ſummo ægroto homini medicinam adhibuit, hanc in cruce conſummauit ſanguinẽ effundens Dei, qui omnibus etiam læti feris morbis ſanitatem poſſit afferre. Vndecima conſummatio ſanctificatorũ. Ad Heb. 10. *Vna oblatione Chriſtus cõſummauit in ſempiternũ ſanctificatos, &c.*

CAPVT XII.

De petitione matris filiorum Zebedæi.
Morale.

Chriſti, & diſcipulorũ diuerſa cogitatiões varia. DE calice paſſionis amaro Chriſtus loquutus eſt; at Diſcipuli de dulci honorum loquũtur poculo. Primas ſedes petũt, primos honores. Chriſtus tradendum ſe aiebat, flagellandũ, crucifigendum; illi ſedere in ſublimibus volebãt ſedibus: *Da nobis*, aiunt Mar. 10 *vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram, ſedeamus, &c.* Chriſtus de aſcenſu in crucẽ; illi de aſcenſu in ſupremas ſedes agebant. Videlicet; ab amaritudine calicis Chriſti abhorremus; dulcedinem amamus, labores, doloresq; fugimus, honores, primaſq; ſedes peroptamus, & quærimus, ſedere uolumus, nolumus laborare. Matth. 23. *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis.* At *neſcitis*, ò homines: *quid petatis*, neſcitis quid quæratis, neſcitis quam inania hæc ſunt, quæ quæritis, quæ optatis, quam caduca, breuiq; peritura. Neſcitis quid fugiatis; calicis, quẽ fugitis, myſteriũ, dulcedinẽ, utilitatẽ, gloriã ignoratis. Exclamat Ethnicus Sen. epi. 114 in hũc errorẽ, & ignorantiã, his verbis: O quã magnis homines erroribus tenentur, qui ius dominandi trans maria cupiunt trãſmittere, fęliciſſimoſque ſe iudicant, ſi multas per milites prouincias obtineant, & nouas veterib. adiũgunt; ignari, q̃ ſit illud ingens, paruumq; regnũ, &c. Quodnã eſt hoc ingens, paruumq; regnũ? Idẽ Philoſophus indicat, ſubiiciẽs verba hęc: Imperare ſibi, maximũ imperiũ eſt, &c. Sibi, ſcilicet, animi effrænatis cupiditatibus, & vitiis imperare, magnũ eſt imperiũ, & paruũ. Paruũ eſt, ſiue potius paruũ vt, quia vni homini homo, non pro uinciis multis dominatur. At vero magnũ eſt, atq; maximũ, quia hominẽ ab acerbiſſima cupiditatũ, & vitiorũ ſeruitute liberat, hoſteſq; ſæuiſſimos iugo ſubijcit, qui ſi ſceptro nõ premuntur, funeſtiſſimas clades, mortemq; ſẽpiternam afferunt. Hoc imperium affectandum eſt, hoc toto pectore quærendum ingens, & paruum.

Honores amans homines.

Imperare ſibi, maximũ eſt imperiũ

Honores mundi quales. Eo tñ ignorato, turbulenta alia imperia, alioſq; procelloſos honores, qui inquieto nos demergũt turbine, abſq; cõſideratione, hebeti qũrimus iudicio. Nõ hebetis, ſed ſubtilis iudicij rex ille fuit, ut Vale. Max. ſcribit lib. 7. c. 2. quẽ ferunt traditũ ſibi diadema, prius quã capiti imponeret, retẽtũ diu cõſideraſſe, ac dixiſſe: O nobilẽ magis, q̃ felicẽ pãnũ, quẽ ſi quis penitus cognoſcat, q̃ mul-

multis ſollicitudinib. periculis, ac miſeriis, ſit refertus, ne humi quidem iacẽtem tollere vellet. Hæc enim dulcedo vicina eſt exitio. Sic ille: Vtinam multi eſſent, qui nobiles magis, quàm fęlices eſſe honores conſiderarent, penitusque cognoſcerent, quam multis animi periculis, ſollicitudinib. miſeriiſq; referti ſint, quam cito euaneſcant, illudantq; habentib. vel illos ſpernerẽt, ac fugerent, vel ſi acciderent, in ſuam, Reique pub. perniciem minimè verterẽt.

In momento terrena pereunt.

Quid diuturnum eſt in honoribus? Temporis momento permanent, mox abeunt, hominemque in ſumma deſerunt miſeria. In momento (ait D. Amb. Luc. 4.) terrena prætereunt, & ſæpe honor ſæculi abiit, antequam venerit. Quid enim ſæculi poteſt eſſe diuturnum, cum ipſa diuturna non ſint ſæcula? &c. Rectè D. Paulinus in epiſtol. ad Romanianum, famæ, ſiue honoris ſinũ, vitreum vocat. Quamuis enim honor, ſiue fama, ſinu quempiam excipiat, toto in eum fauore prona; tamen vitri inſtar, mox frangitur ſinus ille, in quo ſe beari putant homines. Paulini hæc ſunt carmina.

Vitrei honores.

Nunc tibi falſa placent bona, nunc rapit omnibus auris

Ambitus, & vitreo fert caua fama ſinu.

Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani, ait Pſalmographus Pſal. 36. in celſo monte, celſus, exaltatuſve cernitur, honoribus elatus impius, cedri inſtar, quæ nullũ parit fructum. Si roges: Quamdiu permanſit in fructuoſa hæc in monte cedrus? Reſpõdet Vates: *Tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eũ, & nõ eſt inuentus locus eius, &c.* Vnde Ambroſius loco citato in Lucã: Dignitas, inquit, ſæcularis, ad vſum fragilis, inanis ad fructum eſt, &c.

Cogitet igitur apud ſe ambitioſus, quam exiguus ſit, quam breuis honorum ſplendor, quam citò extinguatur; cogitet honorem, & magiſtratum ſpecioſam eſſe ſeruitutem. Malam appellat D. Paulinus epi. citata: Blandum, inquit, nomen honos, mala ſeruitus, &c. Philo de vita Ioſeph: Non vnus, ait, eſt dñs tractantium Remp. ſed vulgus; aliis poſt alios dñis ſuccedẽtibus, &c. Cogitet, qui honorẽ affectat, tempeſta-

A tẽ ſe affectare. Sic D. Greg. honorẽ vocat, 8. p. Paſtor. c. 9. Quid, ait, eſt poteſtas culminis, niſi tẽpeſtas mentis? &c. Męrores, & onera cogitet, nõ plauſus, aut lętitias, ne decipiatur. Omne, quod hic eminet (ait idem ſummus Põtifex l. 32. Mor. c. 17. vel. 19.) plus mœrorib. afficitur, quam honorib. gaudet, &c.

Poteſtas culminis eſt tẽpeſtas mentis.

Ambitio ambientium crux (ait Bern. l. 3. de conſid.) Nihil acerbius cruciat, nihil moleſtius inquietat, &c. Idem Bern. epiſt. 42. Meditantib. honores blãdiunt: ſed onera penſantibus terrori ſunt, ac formidini, &c. Deniq; ſer. 6. in Pſ. *Qui habitat*: Veritas, inquit, eſt, quę ſedula ſuggeſtione reducit in mẽtem, q̃ ſit in ambitu friuola conſolatio, graue iudicium, vſus breuis, finis ignotus &c. Veritati mentem, cogitationemq; admoueat ambitioſus, conſideret, quã ſit in honorib. & magiſtratib. friuola lætitia, & cõſolatio, graue iudiciũ, vſus breuis, finis properans, & ignotus.

Ambitio crux ambientium.

Ambitionẽ qualis ſit veritas detegit.

B

C Turpis eſt in omnibus ambitio, turpior in ijs, qui mundo remiſerunt nunciũ, quiq; ſequunt Chriſtũ, ut Diſcipuli ſequebant. Tyrones erãt hi Diſcipuli, ideoq; nõ adeo in illis excuſãda eſt honoris hæc cupiditas, q̃ paulo poſt Spũs ſancti ignis abſumpſit. In ueteranis vero militib. q̃ annos multos Deo militauere, magis eſt arguenda, Sub alijs. n. Chriſti, in ſchola humilitatis humilitatẽ diſcere oportet, atq; exercere nõ ſuperbiã. Cõquerit, & meritò D.

Ambitio Religioſis fugienda.

D Bern. de ambitioſis Religioſis, hom. 4. ſuper *Miſſus eſt*, his verbis Video poſt ſpretã ſeculi pompã nõnulos in ſchola humilitatis ſuperbiã magis addiſcere, ac ſub alijs mitis, humiliſq; magiſtris, grauius inſoleſcere, & impatientes amplius fieri in clauſtro, q̃ fuerint in ſęculo. Quòdq; magis peruerſum eſt plerięq; in domo Dei nõ patiunt haberi contẽptui, qui in ſua nonniſi contẽptibiles eſſe potuerunt. Vt quia videlicet,

E vbi a plurib. honores appetuntur, ipſi locũ hr̃e non meruerunt; ſaltẽ ibi honorabiles videant, vbi ab oĩbus honores cõtemnũtur. Sic ille Religioſos honorũ amãtes carpit. Eſt hoc vitium ſpiritale, ad mẽtẽ pertinẽs, et Xp̃i Diſcipulos, viroſq; inuadit ſpiritales, quẽadmodũ angelũ inuaſit ſpm̃, i. Lu-

Ambitio vitium ſpirituale viros ſpirituales inuadit.

A ciferũ, q primã cœli ſedẽ ambiuit. Iſa. 14. *Aſcendã*, inquit, *ſuper altitudinem nubium, ſedebo in monte teſtamenti, ſimilis ero Altiſſimo*. Sæpe (ait D. Ambroſius Luc. 4) quos vitia nulla deflectunt, facit ambitio criminoſos, &c.

Non intellexerunt Diſcipuli tunc paſſionis Chriſti myſterium, regnum ſomniabant ſæculare, vt ait Chryſoſtomus, ideo non mirum, ſi primas poſtulabant ſedes. At nos paſſionis Chriſti myſterium iam intelligimus, quale illius regnum ſit, B agnoſcimus; nõ in honoribus, & elatione, ſed in humilitate poſitum. Cur igitur honores affectabimus? Pudeat ſub crucifixo Rege honores quærere, qui ideo cruci ſuffigi, opprobriiſque affici uoluit, ut nos mundi honores doceret contemnere. Aug. epiſt 70. Propterea, ait, hic exhonoratus, atque crucifixus eſt Chriſtus, ut doceret nos bona huius ſæculi magis contemnere, quã diligere, & hoc amare, & ſperare ab illo, quod in ſua reſurC rectione monſtrauit, &c. *Arca Dei, & Iſrael, & Iuda, habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, et ſerui domini mei, ſuper faciem terræ manent* (ait fidelis miles Vrias 2. Reg. 11.) *& ego ingrediar domum meam, ut comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Non faciam rem hanc*. Sic Vrias. Quid vir Chriſtianus, quid Religioſus dicere debet? Nonne hoc: Chriſtus Deus ſummus, rerum omnium conditor, ex cruce pendet, cum latronibus iniquis reputatus eſt, flaD gellatus, ſputis conſperſus, ignominijs, opprobriiſque affectus. Ego uerò honores exquiram, dignitates affectabo, gloriam appetam popularem? Non faciam rem hanc. Malo cum Chriſto crucifixo opprobriis affici, quam cum mundo honoribus ornari. Affatim diues eſt (ait Hieronymus in epiſto. ad Heliodorum) qui cum Chriſto pauper eſt. Adiicio; Et affatim honoratus eſt, qui cum Chriſto inhonoratus eſt. *Mihi abſit gloriari* (ad Galat. 6.) *niſi in cru*E*ce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*.

Chriſtus cruci affixus docet honores contemnere.

Chriſti, & Vriæ ſimilitudo.

Acceſſit mater filiorũ Zebedæi; adorans, vt petat honorem, flectitur, & adorat. Et merito quidem, quia ſumma cum reuerentia, atque adoratione ad Chriſtũ A accedere oportet. Sed ambitioſorum ingenium in hac adoratione licet ſpectare, ut honores aſſequantur, milles adorant, ut dominẽtur, prius ſeruiunt. Teſtatur hoc D. Amar. loco indicato: Ambitio, ait, ut dominetur aliis, prius ſeruit, curuatur obſequio, ut honore donetur, &c. Ipſa autem petitio cupiditatem etiã innuit ambitioſorum, quæ velut ignis ad ſumma tendit, & numquam dicit: *Sufficit*. Iuxta illud Pro. 30. *Ignis nũquam dicit: Sufficit, &c.* Sedes peB tunt hi fratres non quaslibet, ſed ſummas, ad dexteram Chriſti, & ſiniſtram. Nõ ſatiatur ambitio honoribus, datus honor uileſcit, maior appetitur. Vnde Seneca lib. 3. de beneficiis, c. 3 Nouis ſemper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, ſed quid petamus, ſuſpicimus, non in id, quod eſt, ſed in id, quod appetimus, intenti. Quidquid n. domi eſt, vile eſt, &c. Docuit hoc egregiè D Bern. epi. 42. ad Senonenſem ArC chiepiſcopum: O infinita, ait, ſemper ambitio: Cum primos honorũ gradus meruerint in Eccleſia, non ideo corda quieſcunt, duplici ſemper æſtuantia deſiderio, quo utique magis ac magis & dilatentur in plura, & ad celſiora ſublimentur. V.g. cum factus quis fuerit Decanus, Præpoſitus, Archidiaconus, aut aliquid huiuſmodi, non contentus vno, in una Eccleſia, plures ſibi, immo quotquot ualet conquirere, honores fatagit tam in vna, quam in pluribus. D Quibus tamen omnibus, ſi locus euenerit, libenter unius præferet Epiſcopi dignitatem Sed numquid ſic ſatiabitur? Factus Epiſcopus, Archiepiſcopus eſſe deſiderat, quo fortè adepto, rursũ neſcio quid altius ſomnians, Romanũ ſtatuit frequentare palatium, &c. His illud Senecę ſimile, li. 2. de benefi. c. 27. Maiora, ait, cupimus, quo maiora uenerunt. Ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum conquieſcere quæ quondam eius fuit impudens voE tum. Nemo agit de tribunatu gratias; ſed quæritur, quod non eſt ad præturã vſque perductus, nec hæc grata eſt, ſi deeſt conſulatus; neque hic ſatiat, ſi vnus eſt. Vltra ſe cupiditas porrigit, & fęlicitatem ſuam non intelligit, quia non vnde venerit reſpicit, ſed quo tẽdat.

Ambitioſus ſeruit, ut dominetur.

Ambitio infinita, & inſatiabilis.

Adeptis nõ eſt contentus ambitioſus.

Maiora cupimus, quo maiora venerunt.

Digitized by Google

A dat. Hæc ille. Vide, quæſo, quò ambitio, honorumque cupiditas ſe porrexerit; nō fuere ſatis humani honores, diuinos ſibi homines arrogarunt. Ezechi. 28. de Rege Tyri ait Dominus: *Dixiſti Deus ego ſum & in cathedra Dei ſedi in corde maris: cùm ſis homo, & non Deus, & dediſti cor tuum, quaſi cor Dei, &c.* Romanorum autem Imperatores in Deos impia apotheoſi relatos, diuinoque honoratos cultu, quis ignorat?

Sancta ambitio, & auaritia rerum cœleſtium.

B Neſciunt ambitioſi eſſe ambitioſi, neſciūt ambire magna. Ambitioſi ſunt viri ſancti (liceat ſic loqui) cupidi ſūt ſed rerum magnarum. Non terrena ambiunt mox peritura, ſed cœleſtis in ſempiternum permanſura. Non pictos, fictosq. honores exquirunt; ſed ad veros, ſolidosque anhelant; non humiles dignitates, ſed ſublimes in cęlo ſedes concupiſcunt: non opus ſuſpirant ſæculi, ſed æternæ vitæ auari ſunt. Iuxta illud Aug. Pſal. 90. in fine: Si auari, inquit, ſumus, vitæ æternę debemus eſſe auari; talem uitam deſiderare, quæ nō habet finem. Ecce vbi extendatur auaritia neſtra, &c. Extendite Chriſtiani ſanctam ambitionem, extendite ſanctā auaritiā. Habent in cęleſti regno multos, atque eximios honores, multas habent, atque ampliſſimas opes, in quas poſſint extendi. Ad Philipp. 3. *Quæ retro ſunt* (inquit auarus æternæ vitæ Paulus) *obliuiſcens, ad ea vero, quæ priora ſunt, extendens meipſum, ad deſtinatum*, id eſt, ſcopum, *perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei, &c.* Diuitias, honoresque ſæculi poſt tergum reiicit, retrò ponit, atque obliuiſcitur, perinde ac ſi non eſſent. Poſteriora reputat caduca bona omnia, priora cœleſtia; ad poſteriora oculos minimè uertit, ad priora ſe extendit; ad cęleſtes diuitias ſanctam extendit auaritiam: quod ſuadet Aug. ad cœleſtes honores ſanctam extendit ambitionem. Ad deſtinatum, ſiue ſcopum, & brauium, pręmiumque cœleſte, deſideria omnia, veluti ſagittas iaculatur. O beatos illos, quorum ſcopus cœleſtis honor eſt, æternaque vita, quique ueluti properantes uiatores, caduca omnia prætereunt, ut ad deſideratum perueniant finem. Aug. initio Pſal. 74. Mentis, ait, oculus dirigatur in finem. Omnia, quæ in via occurrerint, tranſeantur, ut perueniatur in finem, &c. Addit eodem loco: Exultent ſuperbi de pręſenti fęlicitate, tumeant honoribus, fulgeant auro, redūdent famiiiis, obſequiis clientuū conſtipētur prætereunt iſta, & trāſeunt, &c. Hi prętereunt iſta, prætereamus nos illa, priuſquam illa nos prætereant. Si tranſeunt, trāſeamus illa deſpiciendo, & poſt tergum repellendo, oculos in ſcopum attollamus, a uia, quę in cœlum ducit, nullo modo declinemus, quamuis aſpera illa ſit, & accliuis. *Sic itur ad aſtra.*

Cœleſtia deſideranda, nō terrena.

Viam, qua itur in cælum Chriſtus docet.

Quæ hæc uia ſit, docet Dominus: Petebant duo fratres ſedes ſupremas, de via, quæ ad eas ducit, non cogitabant: viæ admonet Dominus, & ut D. Gregorius ait hom. 27 in Euāg. ad uiam illos reuocat. Ad uiam, inquit, illos reuocat Veritas, per quam ad celſitudinem venirent. Ac ſi dicatur: Iam uos locus delectet celſitudinis, ſed uia prius exerceat laboris, &c. *Poteſtis*, inquit Dominus, *bibere calicem, quē ego bibiturus ſum?*

Per calicē in ſedes cæleſtes peruenitur.

C Q. d. Ad honores aſcenditur per labores, ad præmia per certamina peruenitur. Honores petitis, & præmia, labores ergo uobis, & certamina ſunt ſubeūnda. Poteſtiſne labores perpeti, poteſtis certamina adire? Sedes in cœlo paratæ ſunt hominibus. Vnde illud: *Non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratū eſt a Patre meo, &c.* Paratæ ſunt ſedes, oportet eos etiā parari, quibus dandæ ſunt: imparatis enim non dantur ſedes paratæ. *Non eſt*, inquit, *meum dare uobis*, D videlicet imparatis, paratis dabo. Parantur autem homines per calicem, & laborē tum pœnitentiæ, tum uirtutum reliquarum: virtus. n. abſque labore, & calice comparari nequit. Quemadmodū ſublimi extruendo ædificio, lapides cędendo, ſic cœleſti ciuitati exædificandæ, ciues patiendo præparantur. Hinc illud Eccleſiæ: *Tunſionibus, preſſuris expoliti lapides ſuis coaptantur locis per manus artificis, &c.* E Nec congruit ædificio lapis malè quadratus, nec cęlo homo male præparatus. 2. Cor. 1. *Scientes, quod ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis, &c.* Qui ſocii ſunt paſſionum, & calicis Chriſti, ij ſocij etiam ſunt conſolationis Chriſti, tam in terra, quā in

Virtus abſque labore cōparari nequit.

A cœlo. Ad Rom. 8. *Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. Exiſtimo enim, quod non ſunt cōdigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c.* Cohæredes Chriſti ſumus, & gloriæ participes, ſi tamen & laboris, & paſſionis etiā participes ſimus. Si cum illo patimur, cū illo glorificabimur; ſi calicem illius bibimus, nectar illius bibemus.

Cohæredes ſumus Chriſti, ſi ſumus laboris participes.

B Ne calix nos terreat, adiicit Paulus, huius ſæculi paſſiones, ac labores non eſſe dignos gloriæ immenſitate illa, quæ nobis propter illos donabitur, ſi in ſeipſis ſpectentur: nam ſi cum gratia Dei copulentur, dignos illos illa efficit. Dulcedine imbuta deuorantur catapotia; ſic gloriæ melle imbuti, hauriendi ſunt labores. Cum calicem bibimus amarum, uelut odoriferum aſſumamus pomum, gloriæ odoriferā meditationem, ſtomacho vires afferet, ne horreat, ne nauſeet, quin potius appetat calicem. C Si amariſſimas potiones haurimus, quia corporis ſanitatem nō diu duraturam operantur; nonne par eſt, amariſſimum etiam calicem bibere, qui corporis operatur ſanitatem, gloriamque ſempiternam? 2. Corin. 4. *Id, quod eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur, &c.* Huius potionis, & calicis opus gloriæ æternum hoc pondus eſt opus, qui deſiderat, calicem bibat. Recte a D. Gregorio, ut alia, ſic & hoc dictum, D hom. 27. in Euang. Per calicem, inquit, pertingitur ad maieſtatem. Si mens veſtra appetit, quod demulcet, prius bibite, quod dolet, ſic ſic per amarum poculum confeſſionis peruenitur ad gaudium ſalutis, &c. Per medias procellas, turbineſque, in Indiam, opulentā regionem, naues iter faciunt. Similem in modum, per medias tentationes, meE dioſque dolorum turbines, in regionē cœleſtem omnibus diuitijs affluentē, iter habent Chriſtiani. Pſal. 103. *Illic,* id eſt, in mari procelloſo, *naues pertranſibunt, &c.* Similesque nauibus pertranſibunt Chriſtiani. Huiuſmodi nauium, multæ tempeſtatum, hoc eſt, tentationum, & dolorum ui demerguntur, propter ignauiam: at aliæ tempeſtatibus

Peruenitur in calū per atroces maris tempeſtates.

A repugnantes pertranſeunt, optatumq; tenent portū. Minetur licet mare (clamat eximius nauarchus Auguſ. eodem Pſalmo) & tumeat fluctibus, procellaſque parturiat, hac tamen itur, &c. *Sic ſic itur ad aſtra.* Numquid per roſas, floreſque in terram promiſſam, populum Ægypto ereptū duxit Dominus? Profectò per deſertum duxit, ſpinis horridum, illud nimirum adumbrans, non per amœna turpium uoluptatum prata, ſed per horrida pœnitentiæ, virB tutumque dumeta, in cœlum promiſſum patere iter.

Videamus, quid animi ad calicē hauriendum habeant, qui primas ſedes poſtulant. Rogat Dominus: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Præſenti reſponderunt animo: *Poſſumus.* Hunc poſtulat animū calix. Generoſus enim animus haurit calicem; timidus, atque abiectus peccatum potius, quam calicem bibit. Ideo D. Chryſ. 2. ad Timot. hom. 9. Forti, inquit, ac generoſo aniC mo opus eſt; & nihil graue nobis, durumq; videbitur. Sicut è contra, ſi ille infirmus ſit, nihil erit, quod non grauiſſimum uideatur. Ex noſtro itaque propoſito, & uoluntate, tolerabilia, & intolerabilia videntur, &c. Sap. 6. *Potētes potenter tormenta patientur, &c.* hoc eſt, Apud tartarum potentes, qui cæteris præſunt, & iniquè agunt, potēter, ac validè punientur. Hic ſenſus germanus. Liceat tamē a germano ſenſu auocata verba hæc rei, de qua agimus, acD commodare. Equidem *potentes,* hoc eſt, generoſo, potentique animo præditi homines, *potenter,* id eſt, erecto, infractoq; animo, labores omnes, dolores, ac tormenta ferunt. Potentes ſunt ad tolerādum; Dei fulti præſidio, ſemper reſpondent: *Poſſumus.* Poteſtis ieiunare? Poſſumus. Poteſtis ſingulis diebus ſacro intereſſe? Poſſumus. Poteſtis pecE cata ſæpius confiteri, & Euchariſtiam expurgato animo excipere? Poſſumus. Poteſtis ſingulis diebus per horam rerum æternarum meditationi vacare? Poſſumus. Poteſtis ſanctorum virorū literis commendatas vitas, atque exēpla perlegere? Poſſumus. Poteſtis animi affectus fræno cohibere? Poſſumus. Poteſtis opprobria, iniuriaſque pro Chri-

Animus generoſus, & potens neceſſarius ad potandum calicem.

Chriſto perferre? Poſſumus. Potentes ſunt ad faciendum bonum, imò quodammodo omnipotentes. Iuxta illud Pauli ad Philipe. 4. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat, &c.* Ad faciẽdum autem malum, Deo anxiliante, impotentes ſunt quodammodo, liberũ quidẽ habent arbitrium, peccare poſſunt; attamen Deo iuuante, ſic animũ aduerſus vitia obfirmant, vt videâtur quodammodo mortifera ſcelera non poſſe perpetrare. Audiamus Ioſephũ illum adoleſcentem optimum. Geneſ. 37. a fœmina laſciuiente ad adulteriũ ſollicitatum, qui generoſo ſic reſpondit animo: *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? &c.* Quaſi diceret: Non poſſum hoc facere, non poſſum peccare in Deum meũ, Ad Rom. 6. *Qui mortui ſumus peccato, quommodo adhuc uiuemus in illo? &c.* Qui mortuus eſt peccato, peccare nõ poteſt. Nos mortui peccato ſumus, ita igitur animum aduerſus illud propoſito ſtabili debemus obfirmare, ut quamuis per liberum arbitrium peccare poſſimus; per ſtabile tamen, fixumque propoſitum, quamdam ad peccandum velut impotẽtiam habere videamur.

Boni, Deo iuuante, ſunt impotentes ad faciendum malum.

Potentes ſunt ad faciendum bonum viri animo præditi generoſo. Alij animum habentes abiectum, & ad terrenas res depreſſum, potentes ſunt ad faciendum malum Iſai. 5. *Væ*, inquit, *qui potentes eſtis ad bibendum vinum & uiri fortes ad miſcendam ebrietatem, &c.* Et Pſalm. 51 *Quid gloriaris in malitia, qui potenet es in iniquitate? &c.* Multi potentes ſunt in iniquitate, ut ſcelera perficiant, omnia poſſunt, ut uirtutem comparent, poſſunt nihil. Auarus ut iniuſtè peccunias, ambitioſus vt honores, libidinoſus vt voluptates turpiter aſſequatur, quid non poteſt? Propter auaritiam (ait D. Bernardus in ſerm. de conuerſ ad Clericos, cap. 31.) propter ambitionem, paratos eos videas vniuerſa pericula ſubire, & ſuſcitate ſcandali, ſuſtinere odia, diſſimulare opprobria, negligere maledicta, &c. Huc ſpectat illud D. Grægorij lib. 19. Moral. cap. 16. ad illa verba Iob. *In nidulo meo moriar.* Omnes, inquit, huius

Homines quidam potẽtes ſunt ad faciendum bonũ, alij ad faciendum malum.

A ſæculi dilectores, in terrenis rebus fortes ſunt, in cæleſtibus debiles, nã pro temporali gloria, vſque ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua, ne parum quidem in labore ſubſiſtũt. Pro terrenis lucris quaſlibet iniurias tolerant, & pro cęleſti mercede, vel tenuiſſimi verbi ferre contumelias recuſant. Terreno iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt, in oratione verò coram Domino, uel vnius horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatem, deiectio
B nem, famem pro acquirẽdis diuitijs, atq; honoribus, tolerãt, earum rerum ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant, ſuperna autem laborioſè querere, tantò magis diſſimulãt, quanto ea retribui tardius putant. Sic Magnus Gregorius.

Calicem præfert Babylon, Apocalypſ. 17. aureum quidem, ſed plenũ veneno. *Habens* (ait Apſtolus) *poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione, et immunditia, &c.* En tibi, qualis ſit mũ
C di, & carnis calix. Rogat mundus ambitioſos, auaros, ſuperbos, rogat caro voluptarios. Poteſtis biberre calicẽ quo ego vos occiſurus ſum? Excordes reſpondent abſque corde; & conſideratione: *Poſſumus.* Videlicet, quod latet, videre nolunt, venenum mortiferum, externa decipiuntur auri ſpecie. Præfert Chriſtus calicem, externa quidem ſpecie horridum, vita; & gloria plenum; rogat: *Poteſtis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus ſum?* Iidẽ reſpondent: *Non*
D *poſſumus* Horrent, quod apparet, quod latet, non conſiderant. Qui vero cordati ſunt, & conſideratione valent, hos neq; Babylonici calicis fulgor, neq; calicis Chriſti amaror terret, inuicto reſpondent animo. *Poſſumus*. Enimuerò quales ſint hi duo calices, mente expẽdunt; Babilonicum fulgere quidem vident, ſed breuiſſima quadam dulcitudine fauces permulcere cõſiderant, æterna amaritudine torquere viſcera. Chriſti calicem modica amaritudine ora
E imbuere ſciunt; æterna vero dulcitudine complere corda. Exitioſum fugiunt, ſalutiferum bibunt.

Calix Babylonis, & calix Chriſti.

Quis calicẽ nõ bibat Dei? In primis calix eſt Dei, hoc eſt, à Deo oblatus, q̃a à tãto offertur Rege, nõ effundendus,

Calix Chriſti multis de cauſis bibẽdus.

ſed

ſed exhauriendus eſt. *Calicem, quem dedit mihi Pater* (ait Chriſtus Io. 18.) *non vis, vt bibam illum? &c.* Secūdò calix eſt, quem bibit Chriſtus. Magno honore Rex illū afficit, cui ex poculo ſuo propinat potum. Magno nos honore afficit, cui ex poculo ſuo propinat potū. Magno nos honore afficit Rex noſter, cum ex calice, quem bibit, potū offert nobis, vultq; calicem ſuū ad nos quoque tranſire. In hunc ſenſum D. Hilar. verba illa Chriſti exponit: *Si fieri poteſt tranſeat calix hic a me.* hoc eſt, Tranſeat in meos, bibant etiam mei ex calice, quem bibo. Et hoc loco: *Calicem*, ait, *meum bibetis*: calicem ſuum paſſionem vocat. Calix eſt Domini paſſio, martyrium, cruciatus, poculum Regis eſt, honore illos afficit, quibus ſuum poculū offert. Illis offert, quos diligit. *Scyphum meum argenteum* (ait Ioſeph diſpenſatori Gen. 44.) *& pretium, quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris, &c.* i. Beniamin fratris dilecti. Sic Chriſtus ſcyphum, id eſt, calicem paſſionis ſuæ, in eius ſacco, & uita reponit, quem proſequitur amore. Tertio, calix eſt ſummi pretii, non ſolum ſcyphū poni iuſſit Ioſeph in ſacco dilecti fratris, ſed pretium etiam tritici, coniunxit cum ſcypho tritici pretium; Chriſtus uerò longè aliud pretium cum ſuo coniungit ſcypho, æternam ſcilicet uitam, æternamq. gloriam, & maieſtatem; per calicē enim, ut ſupra diximus ex Gregorio, pertingitur ad maieſtatem.

Calix vitreus non permanet diu.

Quartò, vitreus eſt calix, non permanet diu, paulo poſt frangetur. Tartareus calix ferreus eſt, in ſempiternū hauritur, numquam frangitur: ne nōs calicis ferrei bibamus æternam amaritudinem, ſatius eſt vitrei fugacem bibere inſuauitatem. Quintò, paruus eſt calix, non poteſt multum potus amari continere. Theoph. vt ſupra diximus, cenſet paſſionem calicem appellari a Chriſto, quod leuis ſit, & quod oporteat nos tam facile illam aggredi, quaſi bibendum eſſet poculum. Poculū vini cor lætificat, iuxta illud Pſalm. 103. *Vinum lætificat cor hominis*; ſic & poculum martyrij cor lætificat.

Calicis amaritudi-- nem lenit deuotionis ſuauitas.

Quod ſi aliquid poſtules, quod calicis inſuauitatem leniat. D. Bern. in ſer. A de Conuerſ. ad Clericos c. 30. Farinulā præbet Eliſæi, & ſapientiam, Nulla, inquit, tanta eſt amaritudo, quā non prophetica farina dulceret, quam nō ſapidam reddat ſapientia lignum uitę, &c. Prophetica farina deuotio eſt, cordiq. a Spiritu ſancto infuſa ſuauitas; hæc ſuauem, dulcemq. reddit calicis amaritudinem. Pſ. 22. *impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus eſt*. Si mens, quam caput ſignificat, oleo diuini ſpiritus, & deuotionis, B ſit impinguata, calix laborum, ac dolorum præclariſſimus videbitur, ac dulciſſimus. Paulus (ait Chryſo. hom 2. de laudibus Pauli) præ abundantia deuotionis, quodammodo non ſenſit dolores, pro virtute ſuſceptos, &c. lib. 4. Reg. c. 4. Cum amariſſimus cibus filiis prophetarum propoſitus eſſet, exclamarunt ad Eliſeum; *Mors in olla, vir Dei*, at ille: *afferte*, inquit, *farinam, cumque tuliſſent, miſit in ollam, & non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla, &c.* C offertur tibi amariſſimus dolorum cibus; clamas, *mors in olla*, inijce farinam Eliſei, inijce deuotionem, amaritudo commutabitur in dulcedinem.

Sedes primas in hoc mundo plerique impij poſſident.

Calicem ſuum ſolum dat Deus dilectis ſuis, ſedes primas in hoc ſæculo dat multis impiis. Nonnē ſedes primas in mūdo poſſident ex Turcis plurimi, ex Mauris, atq. Ethnicis? at calicē Chriſti minimè bibunt, pro Chriſto cruciatus minimè perferunt. *Calicem quidem meum bibetis*. ait Dominus dilectis ſuis. D Calicem illis dedit, ſedes autem in ſæculo primas, diuitiis, honoribus, ac uoluptatibus redundantes non dedit. Pati pro Chriſto donum eſt Dei. *Vobis donatum eſt, pro Chriſto* (ait Paulus ad Philip. 1.) *non ſolum, ut in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, &c.* in quę verba ſic Chryſoſtomus ſcribit: Gratuitū

Pati pro Chriſto donū Dei eſt.

inquit, munus, ac donum eſt, dicit Paulus, pro Chriſto pati; gratuitūm enim E munus eſt, ac maioris admirationis, quam ſit reuera mortuos excitare, & ſigna mirāda patrare, &c. Duo fratres petebant ſedes, nos petamus potius calicem: illi matre ſua intercedente poſtulabant, nos uero matre Dei interueniente petamus. Nō deeſt tū impiis calix. Bibent illi ſuum calicē, nō Chriſti.

Calix impiorum

Cali-

Calicem quidem veſtrum bibetis ò impij. Veſtrum, inquam, quem peccata veſtra vobis præpararunt. Gaudete nunc, & letamini, ſed mementote, ad vos calicem peruenturum, iuſti dulcē bibunt Chriſti calicem, vos calicem æternorum bibetis tormentorum. Iuxtā illud Thren.4. *Gaude, & lætare filia Edō, quæ habitas in terra Hus. Ad te quoque perueniet calix, &c.* Ieriæ 25. *Ecce in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipiam affligere: & vos quaſi innocentes, & immunes eritis? non eritis immunes, &c.* Pſalm 74. *Calix in manu Domini vini miri, plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fæx eius nō eſt exinanita. Bibent omnes peccatores terræ, &c.*

Eccleſiæ beneficia non dāda indignis.

Præterea diſcant ex hoc loco prælati beneficia Eccleſiæ non indignis, ſed digniſſimis dare. *Non eſt meum* (dicat indignis prudens, bonuſque præſul) *dare vobis*; quas petitis ſedes, quia petitis beneficia, *vobis*, inquam, indignis vel minus dignis; digniſſimis donanda ſunt. *Non eſt meum dare vobis.* Nō enim viri prudentis, & Eccleſiam, Chriſtumque amantis eſt, indignos ad Eccleſiaſticas ſedes euehere, qui & prudentia, & fidelitatē, & debita ſapientia, virtuteque carent. Magni ponderis eſt Eccleſiæ gubernacula tractare, ideoque ſapientibus virtuteque præclaris viris tradenda ſunt, ſi proſperam eſſe cupimus nauigationem, Diſcant etiam

Humiltas prelatorū.

quales eſſe debeant Eccleſię principes. A Caueant ne principes gentium, ſiue Ethnicorum, fidei lumine carentes, ſed cęli, Eccleſiæq; totius principem Chriſtum, imitentur. *Principes gentium* (ait Dominus) *dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatē exercent in eos, &c.* Hi ſunt gentium principes, dominantur arroganter poteſtate inſolenti p̄munt ſubditos, at princeps Eccleſiæ, mundi totius Monarcha de ſe ait; *filius hominis, non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis, &c.* B Exēplum Eccleſiæ prælatis dat, ut cū ad excelſas euehuntur ſedes, non dominentur arrogāter, ſed humiliter miniſtrent, & pro ouibus vitam, ſanguinemque ſi opus fuerit, profundant. *Non ita erit inter uos*, ait, ò Eccleſiæ prælati (ſicut inter principes gentium) *ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui uoluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animā ſuam redemptionē pro multis, &c.*

Prelati Eccleſiæ miniſtrāt quibus praſūt

C Principes Eccleſiæ (ait auctor imperf. in hunc locum) ſunt, vt ſeruiant minorib. ſuis, & miniſtrent eis, quemadmodum acceperunt a Chriſto: & ſuas vtilitates negligant, & illorum procurent. Vt ſi opus fuerit, neque mori recuſent pro ſalute inferiorum ſuorū ſicut Apoſtolus 2. Cor. 12. *Ego*, inquit, *impendar, & ſuper impendar ipſe pro animabus veſtris, &c.*

CAPVT XIII.

De cæco illuminato.

LVCAS CAPITE XVIII. VERS. 35.

FACTVM eſt āt cum appropinquaret Iericco, cæcus qui-
36 dam ſedebat ſecus viam mendicans. * Et cum audiret tur-
37 bam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. * Dixerunt
38 autem ei, quod Ieſus Nazarenus trāſiret; * & clamauit di-
39 cens: Ieſu filij Dauid miſerere mei. * Et qui præibant, in
crepabāt eum, ut taceret. Ipſe vero multo magis clamabat
40 fili Dauid miſerere mei. * Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe; & cum
appro-

appropinquaſſet,interrogauit illum;* dicens; Quid tibi vis faciam?at ille dixit, Domine,ut videam. * Et Ieſus dixit illi: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. * Et confeſtim vidit,& ſequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs,ut vidit,dedit laudem Deo.

Factum eſt autem cum appropinquaret Iericho.

Hiſtoria ſcriis.

EX regione,quæ trans Iordanem eſt trauſito Iordane Ieroſolymam petijt Dominus,& ingreſſus eſt ciuitatē Iericho,quæ illo erat in itinere. Ante quam vero ciuitatem ingrederetur, cum illi vicinus eſſet, mendico cæco lumen tribuit oculorum; Hæc fuit digna Meſſia Deo eleemoſyna. Terræ reges, aurum, vel argentum, pauperibus donare poſſunt;oculorum lucem largiri non poſſunt; Cæleſti Re- B gi hæc eleemoſyna reſeruata eſt, quæ omnem auri argentique ſuperat largitionem. Sedebat ſecus, id eſt, iuxta viam,prope Iericho cæcus quidam mendicans, cæcus erat,& mendicus, oculis captus,non auribus, hominum multitudinem,quæ Chriſtum comitabatur,non vidit,ſtrepitum tamen, & voces audiuit;quid hoc eſſet,interrogauit.Reſponſum eſt, Ieſum Nazarenum illac tranſire,id vbi agnouit,magnis clamoribus illius miſericordiam C cœpit implorare,dicens: *Ieſu fili Dauid miſerere mei*;filium Dauid appellauit,ideſt, Meſſiam, Meſſias enim filius Dauid expectabatur. Qui Chriſtum præibant, clamantis vociferationem moleſtè ferentes, hominem increpabant, iubebantque tacere. Verum vt ignis oleo,ſic increpatione clamor incendebatur,

Eleemoſyna digna Deo.mendici illuminatio.

Filius Dauid idē eſt q̃ Meſſias.

Stare fecit Solem Ioſue, ſtare fecit Solem ſplendidiorem cęci clamor.Ste- D tit Chriſtus,clamantem,& miſericordiam implorantem,ad ſe adduci iuſſit attentionem ad miraculum faciendū captauit,& interrrogauit: *Quid tibi vis faciam?* Reſpondit; *Domine ut uideam*: quod poſtulabat,conceſſit verbo uno; *Reſpice*: Ipſe dixit,& facta ſunt oia;dixit,& factū eſt oculorū lumē.Addidit; *fides tua,te ſaluum fecit*; ereddidit enim cæcus in verum Meſſiam. Quid faciet homo cæcus illuminatus? *Confeſtim*, A (inquit Euangeliſta) *vidit,et ſequebatur illum,magnificans Deum,&c.* Duo fecit gratias egit pro accepto beneficio, Deum magnificans,præterea tanti beneficij auctorem ſecutus eſt. Turba quoque miraculo conſpecto,laudibus Dei potentiam celebrauit. An autem fuerit hic cæcus ille, de quo Marcus ſcribit c.10.infra dicemus.

De cæco illuminato.

Morale.

B IMaginem hic cæcus præfert peccatoris,caducis rebus adhærentis.Primò cæcus eſt peccator, nec tartareos cernit rogos,nec præmia cæleſtia,nec gratiæ prætium, nec peccati turpitudinem. Quodammodo cęcus eſt(ait Richardus victorinus) qui peccare non timet,quia futura mala non præuidet non erubeſcit prauitatem ſuam, nec expaueſcit diuinam potentiam, &c. Cæcus etſi gladij in illum diſtringan- C tur,vrſi,leones tygrideſque inuadant non timet;quia non uidet. Sic peccator diſtrictos dęmonis gladios.leones tigrideſque,i.tentationes,& peccata, non horret, quia quam turpia ſint: quamque horrenda, non conſiderat. Hominis lux ōcſideratio eſt,diuinarū rerum atque æternarum,hac quia plerique carent craſſis tenebris circumfuſi,vitam ducunt,& a tenebris interioribus in exteriores præcipitātur.Iuxta illud Auguſt.lib.Soliloq;ca.33. Ad D tenebras.per tenebras ambulabā,&c. & illud Matt.22.*Ligatis manibus,& pedibus eius,mittite eum in tenebras exteriores,ibi erit fletus & ſtridor dentium,&c.* Interiores tenebræ,interiores oculos animi,ideſt,intellectum obcæcant; exteriores tenebræ, oculos corporis exteriores luce priuant. Quantò præſtātior eſt animus corpore,tanto ſunt peiores tenebræ interiores, quam exteriores.Hæ luce oculos priuant, quæ

Cæcitas peccatoris qualis, & quanta.

Tenebre animi interiores peiores exterioribus.

com-

Digitized by Google

communis eſt muſcis, & muribus; at illæ mentis oculis lucem adimunt Angelorum, & ex homine belluam faciunt. Vnde illud Pſ.31. *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus.* Non ſunt quidem homines brutis animantibus ſimiles, quòd intellectu priuantur, ſed quòd intellectus conſideratione careant, iuxta illud Auguſtini Ioã 4 *Intellectum habere, & intellectum non adhibere, neque ſecundum eum viuere, beſtialis eſt vita, &c.*

Cōſideratio trutina eſt intellectus.

Intellectum habēt omnes homines; ſed plerique illo ad æterna conſideranda atque expendenda nō vtuntur. Trutina eſt intellectus, in qua quanti momenti res caducæ ſint, quanti æternæ expendendum eſt, nullius momenti caducæ, infiniti pōderis æternæ eſſe in hac trutina reperiuntur. Nihil ponderis habere poteſt, qđ mox euolat, immenſum habet pondus, quod in ſempiternū permanet, ſiue cruciatus ſit ſempiternus, ſiue gloria. Quamobrem Paulus 2.Cor.4. *æternum vocat gloriæ pondus*: pondus æternum, ſi trutina intellectus ponderetur; nonne ponderi omnium honorum, diuitiarum, & voluptatum, quæ breuiſſimo vitæ tempore perdurant, in infinitū præpōderabit? Quemadmodum in cælo ſic in homine, duo ſunt luminaria. In cælo Sol eſt, & Luna, in homine intellectus eſt, & oculi corporis. Vt ſolet luna, Soli tenebras offundere; ſic ſolent oculi corporis, ſi negligentes ſimus, intellectui caliginem afferre: patitur eclipſim. Sol, ſed paucis horis, patitur eclipſim intellectus, cæcuſq; eſt hominum culpa multis annis, nonnunquam verò per totū vitæ ſpatium terreſtrium rerum aſpectum, Solis eclipſis eripit; Cœleſtium, æternarumque rerum aſpectum, eripit eclipſis intellectus. De hac eclipſi impij loquuntur. Sap.5. *Sol*, inquit, *intelligentiæ non eſt ortus nobis, &c.* Non oritur impijs Sol intelligentiæ, quoniā à Luna, id eſt, oculorum luce obſcuratur. Quia enim, quæ oculis placent, ea impij ſectantur, ideò obſcuratur intellectus. A Luna inferiore efficitur Solis eclipſis, ſic à luce inferiore oculorū, eclipſis oritur intellectus. Oculi enim caducarum rerum pulchritudinem,

In homine duo ſunt luminaria.

Eclipſis intellectus.

A dum cernunt, cupiditatem excitant; ea excitata, ni caueas, lucē intellectus obtenebrat. Magnam illā intellectus Dauidis eclipſim, quiſnā effecit? nōne oculi, qui pulchrā viderūt fœminā? Quemadmodū terrenus puluis oculis, ſic terrenæ res mēti caliginē inferūt. Aquila, vt Plinius refert lib.10.c.4. collectum volutatu puluerē, in oculos cerui cornib. inſidens excutit, pennis ora verberans; donec præcipitet in rupes. Imitatur Aquilam Cacodæmon, terreno B puluere homines obcęcat, præcipitatque in rupes tartari. Serua oculos corporis; ſed multò maiori cura ſeruare oculos mentis, caue nè eclipſim incurras, ne cæco fias huic ſimilis.

Aquilā dæmō imitatur.

Secūdò, *ſedebat hic cæcus* videlicet, qui cæcus erat. Hoc cæcorum eſt, ſedere in peccato, non ſurgere, quia q̄ horrendū peccatū ſit non perſpiciunt. Si irruat crudelis taurus, ſedebit cæcus, nō ſurget. Cur ita? quia taurū irruentem non cernit: Is qui cæcus nō eſt, ſurgit pro- C tinus, nec cunctatur. Eundē in modū, ſi irruit mortiferū ſcelus, ſedet cęcus, nō fugit peccatū, tauro crudelius. Cur? quia q̄ ſit crudele mōſtrū non conſiderat; qui cæcus non eſt, irruens peccatum omni conatu cauet. *Viſitabo* (ait Dominus Soph.1. *ſup viros defixos in fæcib. ſuis, &c.* Ierem.48. *Fertilis fuit Moab, requieuit in fæcibus ſuis, &c.* En tibi ſedentes cæcos, infixos, & requieſcentes in fęcibus mūdi, id eſt, in terrenis bonis, quæ infima ſunt mundi bona, & mundi fęces. Sedēt, D & infixi ſunt in fæcibus peccatorū, vitam in melius nolunt commutare.

Peccator cæcus in peccato ſedet.

Tertiò, *cæcus mendicabat*. Medici ſunt omnes cæci, mendici (inquam) mūndi, Lazaro mēdico ſimiles, non quidē aio, ſed externam in ſpeciem. Luc.16. *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de* E *menſa diuitis, &c.* Vide cæcos mendicantes, ſedent, ſiue iacent ad ianuam principum, ſiue mundi, pleni vlceribus, id eſt, cupiditatibus, ſiue ſceleribus, cupientes ſaturari de micis. Quid.n. aliud quàm paruas micas his mendicis poteſt dare mundus? Honores, atq; diuitiæ, micāt quidem, ſed quædā micantes micæ ſunt. Nemo micis ſaturatur,

Cæci homines ſunt mendici mundi.

nemo

nemo ſaturatur caducis bonis; etſi illa aſſequatur. Plerique verò quas cupiūt micas, non aſſequuntur *Nemo* (inquit) *illi dabat.* Os non implet mica, implet Deus. *Dilata* (inquit Pſal. 80.) *os tuū, & implebo illud, &c.* A

Quartò *ſedebat cæcus ſecus, ſiue iuxta viam*: ſic etiam ſedent cæci peccatores iuxta viam mandatorum Dei, & Eccleſiæ, mandata enim viæ ſunt in cœlum, iuxta illum Pſ. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, &c.* Iuxta hanc viam cæci ſedent, iter non faciunt; quia mandata Dei non obſeruant. B Deut. 30. *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, neque in cælo ſitum, vt poſſis dicere, quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare poſitum, vt cauſeris, & dicas; quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre, vt poſſimus audire, & facere quod præceptum eſt? ſed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum, &c.* C Cernisne quā ſit propinqua cæcis mandatorum via? ſedent iuxta illam non tamen percurrunt illam; quod Dauid, de ſe ipſo prædicat; *Viam mandatorum tuorum cucurri, &c.* Nè ſedeas cęcus, ac mendicus, viam percurre mandatorum.

Cæci iuxta viam mandatorum ſedēt, nō ambulant in via.

Quintò, *cæcum hunc, turbæ Chriſtum ſequentis ſtrepitus excitauit*, ſimiliter cæcos excitat turbæ Chriſtum ſequētis, id eſt, multitudinis ſanctorum, exemplum. Magnus enim eſt exempli ſtrepitus, D magna ad excitādum vis. Profectò ſi velimus tūm Chriſti, tūm ſanctorū geſta, literis tradita, conſideratè ſingulis diebus perlegere; magnum nobis calcar ad percurrendam mandatorum Dei viam addemus. *Trahe nos poſt te*, (petit Eccleſia Cant. 1.) *Curremus in odorem vnguentorū tuorum, &c.* trahit nos Chriſtus auxilio ſuo, trahit nos poſt ſe exēplis ſuis odore; trahunt etiam exemplis ſuis & vitæ odore ſancti viri. Difficilis, E & ardua via eſt, mandatorum Dei; ne nos terreat ſanctorum facta ante oculos propoſita addunt animum Ne diuina præcepta nos terreant (ait D. Greg. lib. 25 Mor. cap. 7.) antiquorū patrum nos exempla confortant, & ex eorum cōparatione, facere nos poſſe præſumimus, quod ex noſtra imbecillitate formidamus, &c. D. Bernar. in ſerm. de Vigi. SS. Petri & Pauli: Sāctus, (inquit) homo ſimilis nobis fuit, paſſibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo eſt, quòd non ſolùm difficile, ſed & impoſſibile credimus, vt faciamus opera, quæ fecit, vt ſequamur veſtigia eius (&c. Eodem capite docet ſanctiſſimus Pontifex Gregorius, ſanctorum exēplis caritatis ignem, ne extinguatur, eſſe nutriendum, iuxta illud Leuit. 6. *Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, &c.* Ignis in altari caritas eſt in corde Chriſtiano; nutriendus eſt ſacramentis, oratione, rerum diuinarum meditatione, ſacra lectione, ſanctorumque exemplorum conſideratione. Sacerdos ignem illum, ſacrum ſubiectis nutriebat lignis, nos ſacrum caritatis ignem, tùm alijs rebus, tùm ſubiectis ſanctorum exemplis incendamus. Quaſi quædam fomenta (ait Gregorius) igni dare, eſt in excitatione caritatis, exempla patrū miniſtrare, &c. Mane igni ſacro ligna ſubijciebat ſacerdos. Nos quoque manè, noſtro igni ſacro, id eſt, charitati ligna ſpiritalia ſubijciamus, quibus incendatur, & fortiùs inualeſcat. Hoc eſt D. Greg. documentum eodem loco: Quia, inquit, mane prima pars diei eſt, poſtpoſitis cogitationibus vitæ præſentis, hoc priori loco quiſq; fidelium cogitet, vt quod in ſe iamiamque quaſi deficit, quibus valet niſibus ſtudium caritatis inflammet. Ignis enim iſte in corde noſtro citiùs extinguitur, niſi ſolerter adhibitis exemplis patrum, & dominicis teſtimonijs reparetur, &c.

Exempla Chriſti & ſāctorū nos excitant.

Charitatis ignis nutritur ſanctorum exemplis.

Matutina meditatio.

Sextò, *Cæcus hic oblatam occaſionem arripuit.* Audiuit Chriſtum pertranſire, clamoribus lucem poſtulauit oculorum, poſtulatamque impetrauit. Ne ſinamus occaſione pertranſire, oblatas arripiamus. Mille nunc ſeſe offerunt ſalutis occaſiones. Si prætorlabi illas patiamur, penitus euolabunt; nam occaſio frontem dicitur habere capillatam, vt ea teneri poſſit; quòd ſi ſe auerterit, ab occipitio calua eſt, vt iam nequeat comprehendi. *Dixerunt cæco*, Luc. 18. *Quòd Ieſus Nazarenus pertranſiret*; hoc

Occaſiones ſalutis non ſunt prætermittendæ.

hoc eſt, quòd pertranſiret ſalus. Non ſtat ſalus, ſed pertranſit. Poſſumus quidem quamdiu vitam in hoc ſæculo traducimus ſalutem complecti: Cùm ex hoc diſcedimus ſæculo, ſalus euolat. Nunc cùm audis quia Ieſus, id eſt, *ſaluator* pertranſit, ſalutem toto conatu poſcito, & amplectere. Nunc enim *pertranſit Ieſus benefaciendo, agroſque ſanando*, iuxta illud. Petri Act. 10. *pertranſit* inquit, *benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, &c.* Poſt hoc ſæculum non pertrãſit, ſtat impios acerbiſſimis cruciatib. in ſempiternum puniendo. Hodie pertranſit ſalus, hodie ſacramẽta habes, hodie pœnitẽtiam potes agere, & ſancta opera; cras forſitan nõ poteris, quia è vita diſcedes hodie. Apprehende pertranſeuntem ſalutem, ne te dormitante, alijſque negotijs vacante, omnino abeat. *Apprehendite diſciplinam*, ait vates Pſal. 2. *ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis, de via iuſta, &c.* Properate, ne ſinatis præterire, accipite diſciplinam Domini, ne iraſcatur, & de via, quæ in cælum ducit pereatis.

Septimò, *non frigidè, ac remiſſè oculorum lucem cæcus poſtulauit, ſed ardenter, magnaq; vocis contentione.* Poſtulare nos docet ardenti clamore; eſt autem clamor, ardens cordis deſiderium. Lege Auguſt. Pſal. 118. concione 29. Siue, inquit, cum voce carnis, quando id opus eſt, ſiue cum ſilentio ad Deum, cũ oramus; corde clamandum eſt. Eſt autem clamor cordis magna cogitationis intentio; quæ cùm eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis, & petentis affectũ, vt non deſperet effectũ, &c. Siue ergo ore oremus, ſiue ſolo corde, ſemper clamare poſſumus; quia etſi ſubmiſſa voce oret os, & abſque vlla voce oret cor, ardenter Deum deſiderare poſſumus. Terrę Reges corda non audiunt, audiunt ſola verba. Cęli Regi ſummo hoc eſt proprium, audire corda; etſi verbis attendit, multò magis attendit cordibus. Vnde Auguſt. Pſ. 119 Quàm multi, inquit, ſonant voce, & corde muti ſunt; & quam multi tacent labijs, & clamant affectu; quia ad cor hominis aures Dei. Sicut aures corporales ad os hominis; ſic cor hominis ad aures Dei. Multi clauſo ore exaudiun-

Clamor cordis qd ſit.

Multi clauſo ore exaudiũtur, alij non multis clamorib.

A tur, & multi in magnis clamoribus nõ exaudiuntur, &c. Submiſſa voce domi orat ſacerdos, & ait; *Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat, &c.* ſubmiſſa quidem vox eſt, ſed cordis deſiderium non ſit ſubmiſſum. Si non clamat os, clamet cor. Quis cæcus ingenti clamore non poſtulet oculorum lumen, niſi is, quis ſe cæcum eſſe non ſentit? Idcirco ingentes non edunt clamores cæci hi, qui mendicantes ſecus vias mundi ſedent; ideo ma-

B gnis cordis vociferationibus à Deo lumen mentis non petunt, quia cæcitatem ſuam miſeri nõ ſentiunt; imo quia cæcitatem ſuam amant; iuxta illud Auguſt. lib. ſoliloq. cap. 33. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, &c.

Octauò, cæcum ad Chriſtum clamãtem, & oculorum lumẽ deſiderantem, ac quærentem turba increpabat. *Qui praibant increpabant eum, vt taceret, &c.* Qui cæcitatem animi pellere, virtuti-

C que ſtudere conantur, ab hominibus laudes ne expectent, ſed tùm à dæmone tùm ab hominib. increpationes, & inſectationes. Auguſt. ſerm. 18. de Verbis Domini; Qui diligũt ſæculum, contradicunt. Quid inſanis? Nimius es. Nunquid alij non ſunt Chriſtiani? iſta ſtultitia eſt, iſta dementia, & cætera talia turba clamat, &c. Item: Bonos Chriſtianos, & verè ſtudioſos, volentes facere præcepta Dei, Chriſtiani mali, & tepidi prohibent. Et ſic Dauidem corã

D Arca Dei ſaltantem. Michol. 2 Reg. 6. increpat. *Quàm glorioſus*, inquit, *fuit hodie Rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de curris, &c.*

Quid verò cæcus fecit? Nunquid in increpationibus victus tacuit? Vide quid Euangeliſta ſcribat: *Ipſe verò multò magis clamabat, &c.* Increpantib. non ceſſit; ſed clamoribus exceſſit, multoque magis clamauit. Ita & Dauid ceſſit ne

E Micholi increpanti? Minimè; ſed reſpõdit: Ante *Dominum qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael, & Iudam, & vilior fiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locutus es, glorioſior apparebo, &c.*

Tepidi increpãt virtutis ſtudioſos, & ardentes.

Cæcus increpãtibus non ceſſet, et quid ſignificet.

Addit

Addit Scriptura: *Igitur Michol non eſt na tus filius vſque in diem mortis ſuæ, &c.* fuit ſterilis Michol poſt Dauidis increpationem. Steriles increpant fructuoſos, ſimiles ſibi, & ſteriles volunt efficere. Inuidia quoque eſt harum increpationum, & contradictionum cauſa; inuident, obſtant, & increpant, partumque virtutis abolere volunt, vt fœmina illa 3 Reg. 3. At *tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito*. Imitare cæcum, *ipſe verò multo magis clamabat*: tu multò magis virtutibus operam naua. Detrahant verbis, & factis inſectentur; à virtutis itinere ne diſcedas; tandem patiendo ſuperabis. Non flectitur palma onere, non cedit ponderi prementi, ſed aduerſus pondus ſurſum nititur, in cõtrarium inflexa. Hæc viri fortis imago eſt, non cedit oneribus, detractionibus, inſectationibus, non flectitur in inferiora, ſed ad ſuperiora enititur, atque exurgit.

Virgil. 6 Aen.

Superanda impedimẽta quæ virtuti obſtãt.

Theophylactus increpantes cæcum ne clamet ad Chriſtum, tyrannos ait adumbrare, & perſecutores, qui Chriſtianos inſectabantur; cùm tamen Chriſtiani non cederent, ſed magis, ac magis clamarent, fortiuſque reſiſterent. Hi (ait Theophylactus Matt. 20.) qui ſilentium imperant cæcis, ne clamãdo inuocent nomen Ieſu, ſunt perſecutores tyranni, qui attentant os Eccleſiæ obturare. Sed illa multò magis confitetur nomen Chriſti, &c.

Perſecutores Eccleſiæ impediunt clamãtes ad Chriſtum.

Lege Auguſt. ſerm. 18. de Verbis Domini, quo oſtendit eos, qui contradicunt, atque increpant rectè factum, perſeuerantia ſuperari. Increpabant hi cæcum, poſtea ad Chriſtum adduxerunt. Cùm quiſque, inquit, Chriſtianus cœperit bene viuere, feruere bonis operibus, mundumque contemnere, in ipſa nouitate operum ſuorum patitur reprehenſores, & contradictores frigidos Chriſtianos. Si autem perſeuerauerit, & eos ſuperauerit perdurando, & non defecerit à bonis operibus; ijdem ipſi iam nobis obſequuntur, qui ante prohibebant, &c. hæc ille, & alia ſimilia. Sunt autem increpandi hi, eorum qui ad Chriſtum accedere volunt increpatores. Qui enim increpant increpatione; qui increpantur ſumma laude

Perſeuerantia vincit increpatores.

A digni ſunt. Lege Bern. in ſerm. 1. de Conuerſione B. Pauli, in quo grauiſſimam reperies aduerſus eos increpationem. Sunt etiam increpandi qui pauperes increpant, & acerbius excipiunt. Lege Chryſoſt. homil. 36. in Matth. in fine. Increpant etiam ad Chriſtum clamantem, & orantem hominem, importunæ, moleſtæq; cogitationes, ſed nos multò magis clamemus, & oremus, ad uerſus cogitationes, attentionem, & deſideria ardentius excitemus. Lege

B D. Greg. hom. 2. in Euang. Contradicit (inquit) turba, ne clamemus, quia peccatorum noſtrorum phantaſmata plerumq; & in oratione patimur. Sed neceſſe eſt, vt vox cordis noſtri, quò durius repellit, eò valẽtius inſiſtat, &c.

Nono: quæſiuit à cæco Dominus: *Quid vis vt faciam tibi?* Poterat. n. facere, quidquid cæcus peteret. Ab omnipotente cæcus petebat. Petiuit oculorum lucem mendicus; ab opulẽtiſſimo

C Rege opulentiſſimam accepit eleemoſynam, qui producit ſplendorem oculorum, ſanitatem omnium morborum, vitamque, de theſauris ſuis. Pauperrimi ſunt omnium Regum theſauri, ſi cum theſauris Chriſti cõferantur. Paulus Act. 9 ait Domino: *Quid tibi vis faciam?* Dominus hoc loco ait cæco; Quid tibi vis faciam? Pauli imitator perfectus obediens eſt, cæcus eſt, cui à ſuperiori dicitur: *Quid me vis facere?* Voluntati enim ſuæ maiunt, quam ſuperiori obedire. Audiamus D. Bern. ſermone

D indicato. Heu, inquit, plures habemus Euangelici illius cæci, quàm Apoſtoli imitatores, ſic multorum vſque hodie puſillanimitas, & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat; *Quid tibi vis faciam?* non ipſi quærant, *Domine, quid me vis facere?* conſiderare neceſſe habent miniſtri, & vicarij Chriſti, quid ſibi præcipi velint; non ipſi conſiderant, quæ voluntas ſit præceptoris. Non eſt obedientia eorum plena, non

Obedienti, nõ dicitur; Quid vis ut faciã tibi?

E in omnibus parati ſunt obſequi: diſcernunt, & diiudicant, eligentes, in quibus obediant imperanti. Imò in quibus præceptorem ſuum ipſorum obedire neceſſe ſit voluntati: ita Bernardus. Denique cæcus lumine donatus Chriſtũ eſt ſecutus: *Confeſtim (ait Lucas) vidit, & ſe-*

Religioſis quibuſdam prælatus potius obedit, quã ipſi prælato.

& ſequebatur eum, &c. Iam non mendicat, iam non ſedet cæcus ſecus viam; nimirum quia videt. Vtinã hi cæci, qui ſecus mandatorum Dei viam ſedẽt, res mũdi mẽdicãtes, viderent, *vtinã ſaperẽt, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent;* profectò ſurgerent, mandatorum Dei viã ingrederentur, Chriſtũ ſequerẽtur. Deut. 32.

CAPVT XIIII.

De Zacheo.

LVCAS CAPITE XIX. Verſ. 1.

ET ingreſſus pambulabat Iericho, * & ecce vir nomine Zachæus,
1 & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues: * & quærebat
2 videre Ieſum, quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura
puſillus erat. * Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum,
3 vt videret eum, quia inde erat tranſiturus. * Et cùm veniſſet ad
4 locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum; Zachæ feſtinans deſcende;
quia hodie in domo tua oportet me manere. * Et feſtinans deſcendit, & ex-
5 cepit illum gaudens. * Et cùm viderent omnes, murmurabant dicentes, quod
6 ad hominem peccatorem diuertiſſet. * Stans autem Zachæus dixit ad Domi-
7 num: ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus; & ſi quid
aliquem de fraudaui, reddo quadruplum. * Ait Ieſus ad eum, quia hodie ſa-
8 lus domui huic facta eſt, eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ. * Venit enim filius
9 hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.
10

Et ingreſſus perambulabat Iericho.

PRopè Iericho cœco lumen oculorum reddidit Dominus; poſtea vrbem ingreſſus illam perambulabat. Non videtur vrbem luſtraſſe, ſed pertranſiſſe. Verbum itaque, *perambulabat*, ſignificat, per vrbem ambulabat, pertranſeundo, quod indicat verbum Græcum, διήρχετο, id eſt, *pertranſibat, ibat per vrbem.* In via, quæ à Iordane Ieroſolymam ducit, ſita eſt ciuitas hæc; ideò Chriſtus à regione, quæ trans Iordanẽ erat rediens, per illam habuit iter. Nomen Hebræum יריחו Iericho *lunam* ſonat, quæ Hebræis dicitur ירח *iareach*. Pagninus in lib. de interpretatione nominum Hebraicorum Lunã interpretatur, vel odorẽ eius. Nam ריח *reach* odorem ſignificat; Iericho aũt odore balſami inclyta erat. Ioſephus lib. 4. Antiq. cap. 5. Ea, inquit) eſt vrbs copioſa, palmis abundãs, & balſamũ ferens, &c. Item lib. 14. cap. 7. In Iericho palmeta

Iericho ciuitas qualis ſit.

Balſamo Iericho abundat.

A ſunt præſtantiſſima, & opobalſamum prouenit, inter vnguenta præcipuum, inciſis acuto ſcrupo fruticibus, &c. Quantum diſtet ab vrbe Ieruſalẽ idem auctor, tradit lib. 5. de Bello, cap. 4. Diſtat, inquit, ab Ieroſolymis, centũ quinquaginta ſtadijs, & à Iordane ſtadijs ſexaginta, totùmque habet ab Ieroſolymis, ſpatium deſertum, atque ſaxoſum, &c. In ſorte Beniamin fuiſſe refertum Iericho, tum Ieruſalem lib. 5. c. 1. Roſæ etiam Iericho Eccleſiaſt. 24. Laudantur illis verbis: *Quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſa in* B *Iericho, &c.* dicitur Iericho ciuitas palmarum in lib. Iudicum, cap. 1. & 3. Deuter. 34. oſtendit Dominus Moyſi *latitudinem campi Iericho, ciuitatis palmarum, vſque Segor, &c.*

Ecce vir nomine Zachæus.

PErtranſiuit Dominus ciuitatem Iericho, in ipſo tranſitu publicanorum cōuertit principem. Habitabat in ciuitate Iericho vir diues, publicanorum princeps, nomine Zachæus, quod nomen ſonat, *mundū* לבנה זכה *lebonah zachah*, Exod. 30. thus mundum appellatur, inde Zachai, ſiue Zachæus. Non erat ille φερώνυμος, id eſt, *ferens ſignificationem nominis*, vt eſſet nomen ferens, & mundus, quod nomen indicabat, Chriſtus effecit. Dubitatur, fueritne Zachæus Ethnicus, an Iudæus? Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, ca. 37. Ethnicum fuiſſe putat, quem ſequitur Pamelius; idem ſentit D. Cyprianus epiſt. 63. ad Cæciliū, idem videtur Ambroſius exiſtimare, Beda Lucæ 19. & Auctor homiliæ de Zachæo tom. 2. Chryſoſt. item Chryſologus ſerm. 54. Zachæus, inquit, Abrahæ adoptatur in filium, &c. Iudæum fuiſſe arbitratur Euthymius, Lyranus, Caietanus, Ianſenius, Montanus, & alij, quos ſequor. Confirmatur hæc ſententia, quoniam ij, qui murmurarunt aduerſus Chriſtum, non dixerunt illum ad hominem Ethnicum diuertiſſe; ſed tantùm ad hominem peccatorē; ſi verò fuiſſet Ethnicus, vt murmurationem exaggeraret, Ethnicum dixiſſent. Præterea, illa verba, *ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*, hominis Iudæi eſſe videntur, Moſis legem agnoſcentis, quæ extat Exo. 22. *Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boues pro vno reſtituet, & quatuor oues pro vna oue, &c.* Et 2. Reg. 12. *Ouem reddet in quadruplum, &c.* Adde nomē Zachæi, quod Hebræum cùm ſit hominem indicat Hebræum. Deniq; illa verba Chriſti; *Eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ*: hoc idem ſignificare videntur. Cùm enim Chriſtus, coram ſimplici plebe, affirmarit Zachæum eſſe filium Abrahæ, ſi non fuiſſet Iudæus, & filius Abrahæ, ſecundùm carnem, putare poſſent auditores, ipſum falli. Quòd ſi obijcias, Iudæos non fuiſſe publicanos, iam tomo 2. lib. 5. cap. 21. oſtendimus fuiſſe,

An Zachæus fuerit Ethnicus.

Fuit Iudæus & nō Ethnicus.

A idque Matthæus Apoſtolus probat, qui & Iudæus fuit, & publicanus.

Quærebat videre Ieſum, quis eſſet, & non poterat præ turba.

ZAchæus Chriſtum numquam viderat; *quærebat videre Ieſum, quis eſſet* (ait Euangeliſta) indicans nunquam antea vidiſſe, neque agnouiſſe. Pertranſeuntem Iericho videre cupiebat; B ſed præ turba videre non poterat; magna enim hominum multitudo, vndique illum circumdabat, aſpectumque eripiebat homini ſtatura puſillo. Remedium, quo turba altior fieret, ſibi comparauit. Erat in via, qua pertranſibat Dominus, arbor ſycomorus; præcurrens in illam aſcendit, deſiderioq; ſuo fecit ſatis.

Quæ ſit arbor ſycomorus quæritur. Reſpōdetur, Hebraicè appellari שקמה *ſchiKmah*, Græcè, συκάμορος, dicitur, vel C συκάμινον, vel συκάμινος, appellatur etiam συκομωραία, à συκη, id eſt, *ficu*, & μωρέα, id eſt, moro. Apud D. Lucam hoc loco συκομωραία dicitur, per, ω & ω. Arbor eſt magna, ſimilitudinem cum moro habens, & cum ficu, folijs quidem moro ſimilis eſt, fructu ſimilis ficui. Fert autem fructum non ramis, ſed caudice ipſo, qui niſi ſcalpatur, ſiue vellicetur vnguibus, aut ferro, vt lac effluat, & à ſole penetretur, non D matureſcit. Vnde illud Amos 7. *Armentarius ego ſum, vellicans ſycomoros, &c.* id eſt, ficus ſycomororum, vnguibus incidens, vt matureſcant. Montanus tamē, Amos vellicare ſolitū ſycomoros ait; hoc eſt, folia ſycomorum colligere, vt deficientibus herbis fronde boues paſceret. Pagninus vertit: *colligens ſycomoros*, Septuaginta κνίζων συκάμινα, id eſt, *vellicans, ſcalpens, pungens ſycomoros*. D. Hieronymus Amos 7. Sicamina (inquit) volunt quidam appellari genus E arborum, quæ Palæſtinæ naſcuntur in campeſtribus, & aggreſtes afferunt ficus, quæ ſi non vellicetur amariſſimas cariculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur, &c. Sycomorum appellat Plinius lib. 13. ca. 7. ficum Ægyptiam. Ficus (inquit) Ægyptia, arbor moro ſimilis

De ſycomoro.

Quid ſit ſycomoros vellicare.

ſimilis folio,magnitudine,aſpectu. Pomum fert non ramis, ſed caudice ipſo, idque ipſum ficus eſt prædulcis, ſine granis interioribus,perquàm fecundo prouentu, ſcalpendo tantum ferreis vnguibus,aliter non matureſcit, &c.

D. Auguſt. ſerm. de Verbis Apoſt. ſycomorum longa penultima,ait ſignificare poma quædam, ficis ſimillima.

Sycomorus ficus fatua dicitur.

Putatque nomen ſignificare ficus fatuas, nam *συκῆ ficum* ſignificat, *μωρός*, per *ω*, ſignificat *ſtultum*,& *fatuum*. Reperio fructum mori dici Græcè,*μωρόν*, per *ω*, & per *ο*, paruum,ipſa quoque, arbor, *μωρὸς*, videtur dicta, vnde *συκόμωρος*,per *ω*, vt Auguſtinus, & Ianſenius legunt,id eſt,ficus fatua. Nã fructus illius fatuus eſt, id eſt, inſipidus. Beda Luc.19.Sycomorus(inquit) eſt arbor,foliis moro ſimilis, ſed altitudine præſtans, ficus fatua dicitur, &c. Ait præterea adumbrare crucem.Quæ(inquit)credentes vt ficus alit, ab incredulis irridetur vt fatua,&c.Fauet Dioſcorides lib 1. capit. 144. Sycomorum (inquit) aliqui etiam ſycaminum, id eſt,morum,uocant, cuius fructus ſycomorum etiam propter inefficacem, & languidum guſtum appellatur,&c.Ait dici ſycomorum fructum, quaſi ficum fatuã,& ſaporis ignaui. Galenus lib.2. de alimentorum facultatibus; In Alexandria,inquit, ſycomori plantam uidi,una cum fructu,paruæ ficui albæ ſimilem.Is fructus nullam habet acrimoniam,exiguæ tamen dulcedinis eſt particeps,&c. Siccatur aqua ſycomori lignum, ut tradit Plinius loco citato: Cæſa (inquit) ſtatim ſtagnis immergitur:hoc eſt eius ſiccari.Et primò ſidit, poſtea fluitare incipit, certóque ſugit eam alienus humor, qui aliam omnem irrigat,&c.Sycomorũ ſimili Zachæus, in diuitiis uelut aqua demerſus erat, ab eiſq; ſiccabatur, quæ probos uiros irrigare meritis ſolent, cùm pauperibus diſtribuuntur.

Suſpiciens Ieſus vidit illum.

Vidit Ieſum prætereuntẽ Zachæus, & uiſus eſt à Ieſu, uidit Seruatorem,& uiſus eſt ab eo,ac ſeruatus. Suſpexit Dominus, oculos extulit in arborem,pomum uidit, ficum aſpexit in ſycomorum immaturam, neq; uellicatã;uellicari oportebat ut lac, id eſt, diuitias emitteret,& ſolem corde exciperet,ac matureſceret. Zachæus in ſycomoro(ait D. Ambroſius Luc.19.)nouum videlicet,noui tẽporis pomũ,&c. *Zachæe(ait Dominus) feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere,&c.*

Pomum nouũ in ſycomoro Zachæus.

Cupiebat Chriſtum videre:deſiderium cupientis ſuperauit Dominus, Vidit,neque vidit ſolùm,ſed etiam domo excepit, vidit, & tetigit, vidit & miſericordiæ oculis viſus eſt, ad fidem que vocatus.Sap.6. *Facilè videtur* (Sapientia)*ab ijs qui diligunt eam, & inuenitur ab ijs, qui quærunt illam, præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat,&c.* Facilè viſa eſt Patris ſapientia à Zachæo, qui illã videre deſiderabat: facilè inuenta eſt ab illo, qui eam quærebat.Præoccupauit deſiderantem,domumque illius ingreſſa eſt. Magnũ beneficium(ait Auguſtinus ſerm. indicato)Zachæus arbitrabatur Chriſtum videre.Qui magnum, & ineffabile beneficium putabat,tranſeuntem videre, ſubitò meruit in domo habere. Infunditur gratia, operatur fides per dilectionem,ſuſcipitur Chriſtus in domũ, qui iam habitabat in corde, &c. Excepit Chriſtum gaudens Zachæus,exhibuitque conuiuium, tùm illi, tùm Apoſtolis: Excepit Chriſtum, & exceptus eſt à Chriſto, excepit conuiuio, & exceptus eſt gratia. Dedit,& accepit; quæſtum ſuum non perdidit publicanus, ſed mutauit.Gaudet Zacheus(ait Chryſologus ſerm. 54.) quia ſuſcepit ſuſceptorem ſuum,quia paſtorem ſuum paſcit. Quia reus iudicem, ſuffragio humanitatis inclinat; quia cibi, & potus fœnore,debitorem ſuum ſibi facit, & acquirit. Et ſic fit, vt quæſtum nõ perdat publicanus iſte,ſed mutet, &c.

Inuenitur Chriſtus à quærentib.

Excepit Zachæus & exceptus eſt, quæſtũ mutauit, non perdidit.

Cùm viderent omnes murmurabant.

INgreſſus eſt domum ægri medicus, vt illi afferret medicinam:murmurarunt videntes quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet;hoc erat reprehendere (ait Auguſtinus) quòd in domum

ægroti intrauit medicus, &c. Quonam medici officium eſt, nonne ad ęgros diuertere? Medicus eſt Chriſtus peccatorum. Cur igitur murmuratis, quòd ad peccatorem diuerterit? Videte quid in domo hac egerit. *Hodie* (inquit) *ſalus domui huic facta eſt*. Medici officio functus eſt, ſalutem attulit domui. Quò medicus, niſi ad ægrum? (ait Chryſologus ſerm. 54. indicato) vel anhelus paſtor, niſi ad ouem perditam? qui pretio ſam perdit margaritam, loca ſqualida non dedignatur intrare, & eam inter ſtercora ipſa perquirere non abhorret, &c. Cùm autem omnes murmuraſſe ait Euangeliſta, magnam multitudinem ſignificat, ſic enim vulgo loquimur; omnes, hoc faciunt, cùm magna facit multitudo, totum pro parte ponitur per ſynedochen.

Medicus ægrũ quærit.

Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.

MAgna gratia donauit Dominus, Zachæum, cor eius ad pœnitentiam, ad copioſam eleemoſynam, ad reſtitutionem exuberantem, commouit. *Ecce* (inquit) *dimidium bonorum meorum do pauperibus*: hæc copioſa fuit eleemoſyna, *& ſi quid aliquem defraudaui*, Græcè, ἐσυκοφάντησα, *reddo quadruplum*, hæc exuberans reſtitutio: ſignificat autem verbum Græcum, συκοφαντεῖν *calumniare*, ſiue *calumnijs circumuenire*, & *ſycophãta* dicitur, *calumniator*: hoc loco ſignificat iniuſtè, per fraudes, & per calumnias acquirere. Verba hæc conſuetudinem Zachæi ſignificare poſſunt hoc ſenſu: ecce hoc ſoleo facere, *do*, id eſt, ſoleo reddere quadruplum, *ſi quid aliquem defraudaui*, tribuitur hic ſenſus D. Cypriano lib. 2. epiſ. 3. & lib. de opere, & eleemoſynis, ſed apud Cyprianũ non reperio. Germanus ſenſus eſt, *ecce Domine*, gratia tua permotus, *dimidium bonorum meorum do*, id eſt, firmiter ſtatuo dare ſtatim *pauperibus*, *& ſi quid aliquem defraudaui*, *reddo*, id eſt, ſtatuo protinus reddere *quadruplum*. Præſenti vtitur pro futuro. Indicat autem tempus præſens firmum animi decretum, & mox facturum, quod affirmat.

Chriſt' Zachæum magna gratia donauit.

Sycophãta quis dicatur.

Quæritur, num Zachæus, omnibus ſuis opibus nũcium remiſerit, vt Chriſtum ſequeretur? Beda affirmanter reſpondet: Sic, inquit, & ipſe Zachæus, quia ſibi nihil retinet, oĩa ſua diſpergit, dat pauperibus. Et hæc eſt ſapiens illa ſtultitia, quam de ſycomoro publicanus, quaſi fructum vitæ legerat: rapta videlicet reddere, propria relinquere, viſibilia contemnere, pro inuiſibilibus etiam mori deſiderare, ſeipſum abnegare, &c. Auctor citatus ſub nomine Chryſoſtomi, totum quod habuit Zachæus obtulit; qui patrimonij partem reddendis fraudibus reſeruauit, &c. Item D. Auguſtinus ſerm. 8. de Verbis Apoſtoli Zachæum ſic loquentem facit. Ideò dimidium teneo, non quòd habeam, ſed vnde reddam, &c. Dedit ergo iuxta hanc ſententiã, Zachęus dimidiam bonorum partem pauperibus; dimidiam retinuit, vt ablata reſtitueret, ſicq; omnia bona reliquit. Chryſologus ſer. 54. Ne quis putet Zacheũ offerendo dimidium bonorum, perfectionis nõ tenuiſſe faſtigium; qui poſt omnia ſua, & ſeipſum ſic dedit Domino, vt Epiſcopatus honore fultus à mẽſa publicani quæſtus, ad menſam dominici corporis perueniret, & fraudulentas ſæculi diuitias derelinquens, in paupertate Chriſti, veras ſæculi diuitias inueniret, &c. Item Euthymius, Dimidium bonorum dedit Zachæus pauperibus in beneficium; dimidium verò retinuit, non vt poſſideret, ſed quò per id exolueret in quadruplum lucra fraude acquiſita, &c. Idem ſentit Theophylactus. Ex Euangelio conſtat Zachæum retinuiſſe dimidium bonorum, quod ſi debita illud dimidium adæquabant, omnes opes ſpreuit: ſi verò minora erant debita, quàm dimidium bonorum, quid ſibi retinuit, quod etiam pauperibus donauit. De Zachæo mentio fit lib. 1. Recognit. Clementis, in fine, &c. in fine lib. 3. Zachæum hunc (ait D. Petrus) vobis ordinauit Epiſcopum, ſciens eum timorem Dei habere, & eruditum eſſe in Scripturis, &c. Fuit autem Epiſcopus Cæſareæ Paleſtinæ.

An Zachæ' reliquerit oĩa, vt ſequeretur Chriſtum?

Zachæus Epiſcopus fuit.

Hodie

Hodie ſalus domui huic facta eſt, eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ.

Zachæus ſtatim eſt ſalutẽ adeptus.

SAlutem attulit medicus ægro, non multis diebus, ſed ꝓtinus vt introiuit. Tanta eſt medici huius potentia, pecuniarum amorem ex animo publicani eiecit, paupertatem complecti fecit. Ecce (inquit Auguſt. ſerm. citato) quare Chriſtus intrauit: *Salus hodie facta eſt.* Vtique ſi ſaluator non intraſſet, ſalus in illa domo facta non eſſet, &c. Quæritur, an tota domus, id eſt, tota familia Zachæi, ſit à Chriſto ſalute donata? Videtur Euthymius ſentire factam ſalutem etiam in domeſticis: Domum (inq̃t) dicit eos, qui in domo erãt, &c. Eſt probabilis opinio, eam ſequitur Caietanus. Sic Ioannis 4. *Credidit regulus, & tota domus eius.* Et Act. 16. *Credidit cuſtos carceris, & domus.* Item eodem capite, *purpuraria Lydia baptizata eſt & domus eius.* Et cap. 18. *Criſpus archiſynagogus, & familia.* Amplificauit enim Dominus beneficium, non ſolo Zachæo, ſed toti familiæ voluit ſalutem largiri, Græcè legitur: *σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς ἀβραάμ ἐστιν.* Verti ſic poteſt, *ſalus domus facta eſt, eo quòd & ipſa filia ſit Abrahæ:* Ipſa inquam domus, quæ Græcis maſculini eſt generis, dicitur autem domus filia Abrahæ, quemadmodum Act. 16. dicitur *domus Lydiæ baptizata.* Sed valeat huiuſmodi verſio, noſtra vera eſt & ſequenda: *eo quòd & ipſe*, ſcilicet Zachæus, *filius ſit Abrahæ.* Nam propter Zachæum ſalutem domui Chriſtus attulit. Theophylactus ait Zachæum per domum ſignificari; nõ placet interpretatio. Si Chriſtus toti familiæ, ſalutis beneficium non contulit; facta dicitur ſalus domui, quia facta eſt patrifamilias. *Hodie facta eſt ſalus huic domui*, ſcilicet, quia facta eſt ſalus rectori, & gubernatori domus Zachæo: *eo quòd & ipſe*, hoc eſt, *ipſe*, ſicut & alij, qui crediderunt fide viua, & credent, *eſt filius Abrahæ.* Loquitur enim de filiatione ſecundùm fidem viuam, qualis fuit Abrahæ fides. Euthymius putat loqui Dominum de filiatione ſecundùm carnem. Hodie (inquit) ſalus domui huic contigit: oportebat ſiquidem ſaluum fieri Zachæum: quia & ipſe ex genere eſt Abrahæ. Significat autem hic ſermo, quòd propter eos potiſſimùm humanitatem aſſumpſerit, q̃ ab Abraham deſcendebant. Sic ille. De vtraque filiatione veriſimile eſt intelligenda verba, hoc pacto: eo quòd & ipſe ſit verus filius Abrahæ, tùm ſecundùm carnem, tùm vel maximè ſecundùm ſpiritum, & fidem, atque imitationem, de ſimilitudine Zachæi, & Abrahami, lege auctorem ſub nomine Chryſoſtomi tomo. 2. homil. de Zachæo.

An toti domui Zachæi ſalus ſit facta.

Zachæus quõ Abrahæ filius dicatur.

Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere, quod perierat.

ADuerſus murmuratores ait Dominus, ſe cùm domum Zachæi ingreſſus eſt, ſuo functum munere, nihilque eſſe, quod incuſare poſſint. Chriſti enim munus paſtoris erat, qui perditas oues quærit, & ſeruat. Zachæus ouis erat perdita, ingreſſus eſt illius domum, vt perditam ouem quæreret, & ſeruaret: ad confutandos murmurãtes (ait Theophylactus) dicit Dominus, *Venit enim Filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat, &c.* Euthymius ſic intellexit; Venit ſaluum facere, quod perierat, ex genere Abraham, iuxta illud Matth. 15. *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierũt domus Iſrael, &c.* Extendi poſſunt verba ad omnes, quos Chriſtus quærit, & ſeruat. Huc illud ſpectat Luc. 5. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pænitentiam, &c.* & illud Matth. 9. *Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus, &c.*

Chriſti munus eſt ſaluare perditos.

CAPVT XV.

De Zachæo.

Morale.

IEruſalem petebat Dominus, Iericho pertranſibat. Nos quoque Ieruſalem cæle-

cœleſtem patriam noſtram petimus: Ie- A
richo, id eſt mundum, pertranſeamus. Significat enim Iericho mundũ vt docet Origenes in Ioſue hom. 6. hoc poſtulat à Deo Eccleſia Dominica 3 poſt Pentecoſtem hunc in modum: *Protector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna, &c. Mundus*, epiſto. 1. Ioan. 2. *tranſit & concupiſcentia eius, &c.*

Mundus deſpiciendus.

B
Nos tranſeuntem mundum pertranſeamus. Non immoremur, nõ habitemus, properè præteruntem prætereamus, & vt canis è Nilo, cùm opus fuerit, bibamus. In Ægypto canes, ne à Crocodilis deprehendantur in bibendo moras non trahunt, ſed fugiũt. Vnde poſt fugam Mutinenſem, quærentibus quid ageret Antonius, quidam familiaris reſpondit: Quod canis in Ægypto; bibit, & fugit. Plinius lib. 8. c. 11. Certum (inquit) eſt, canes iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne Crocodilorum auiditati, occaſionem præbeant, &c.

Canis è Nilo quid ſit.

C
Idem nobis faciendum, ne à Tartareis deprehẽdamur Crocodilis, qui in mundo latitant, neceſſaria raptim è mundo ſumenda, reliqua pertranſeunda. Iuxta illud quod de Achimaa, & Ionatha legitur 2. Reg. 17. *Tranſierunt feſtinanter guſtatu paululum aquæ, &c.* Diuerſorium eſt mũdus, in diuerſorio nemo permanet, ſed pertranſit. Rectè Seneca li. 17. epiſ. 103. Quidquid, inquit,

D
circa te iacet rerum, tamquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta, tranſeundum eſt, &c. *Non habemus hic ciuitatem permanentem* (ait Paulus ad Hebr. 13.) *ſed futuram inquirimus, &c.* Huius mũdi ciuitas Iericho diuerſorium eſt nõ manens: Ieruſalem cœleſtis, ad quam tendimus, ciuitas eſt in ſempiternum permanens. Pertranſi Iericho, ad Ieruſalẽ anhelante tende curſu, peregrinus eſto in Iericho, ciuis Ieruſalem cœleſtis.

E
Prima virtus (ait Chryſoſtomus homil. 24. epiſtol. ad Hebr. & tota virtus eſt, peregrinum eſſe mundi huius, & hoſpitem, nihil commune habere cum rebus huius ſæculi, ſed remoueri ab eis ſicut peregrinum, &c. Hoc flagitat D. Petrus 1. Petri 2. *Obſecro*, inquit, *vos, tanquã aduenas, & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, &c.* Ioſue 6. imprecatus eſt Ioſue: *Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho, &c.* Equidem maledictus eſt coram Domino, qui in corde ſuo Iericho, id eſt, mundum, mundique ſcelera extruit, à vero Ioſue, id eſt, Chriſto Ieſu, euerſa Iericho & ſolo æquata Ioſue 7. Achan de anathemate Iericho accepit pallium, pecuniam, regulamque auream. Quamobrem pœna mortis mulctatus perijt. Vę illi, qui pallium Iericho, id eſt, mores prauos mundi accipit, atque induit velut pallium, qui mundi pecuniam auarè concupiſcit, qui mundi regula cogitationes ſuas verba, actioneſque metitur. Acerbiſſimum ſanè ſubibit ſupplicium, Lunam ſignificat Iericho, lunaticos efficit ciues ſuos, atque incolas. Vt Luna inconſtans eſt, ſic Iericho, id eſt mundus. Fuge Lunam inconſtantem, ne lunaticus fias, & inconſtans, pertranſi Iericho cum Chriſto, Ieruſalem pete. Vide quid Chriſtus ex Iericho, id eſt mundo acceperit, id tu accipe, quid fugerit, id fugito.

Chriſtianus peregrinus in mundo.

Pertranſeuntem Iericho Chriſtum videre deſiderabat Zachæus 3. Reg. 10. *Vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, &c.* Ita non ſolum Zachæus, ſed etiam vniuerſa Iudæa deſiderabat videre vultum Chriſti, eiuſque audire conciones. Nũc verò tota Eccleſia pulcherrimum illũ vultum deſiderat intueri. vſque audire. Cant. 5. dicitur totus deſiderabilis, Hebraicè, וכלי מחמדים *vechullo machamadim*, id eſt, *totus ipſe deſideria*, id eſt, obiectum, & ſcopus deſideriorum. Danielis 9. & 10. dicitur *Daniel vir deſideriorum*, Chriſtus eſt ſcopus deſideriorum, nos autem oportet eſſe viros deſideriorum, quia omnia in Chriſtum velut ſcopum tendant. Trahunt hominum deſideria, vide quid deſideres, deſiderium te trahet. Deſiderauit Chriſtum Zachæus, traxit illum ad Chriſtũ deſiderium, trahit ſuum quemque deſiderium, ſiue ad bonum, ſiue ad malũ. Deſiderium cibi, vel potus aues trahit in laqueum: deſiderium honorum, di-

Chriſtiani deſiderium Chriſtus, nõ mundus.

Deſideriũ trahit, & quærit media.

uitia-

uitiarum,& voluptatum,homines præcipitat in decipulam dæmonis.Iuxta illud D.Greg.lib.14. Moral.cap.7. Sæpè proponuntur animo cum culpa honores, diuitiæ, ſalus, & vita temporalis; quæ mens infirma, dum quaſi eſcam videt,& decipulam non videt,per eſcã quam videns appetit, in culpa cõſtringitur,quæ non videtur, &c. Qui deſiderat aliquid, media excogitat, ac remedia,quibus illud conſequatur. Qui piſces deſiderat,quærit retia, qui lepores cupit,quærit venaticos canes. Deſiderabat Zachæus Chriſtũ videre,medium excogitauit,& reperit: *Præcurrẽs aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum,&c.*Dauid 2. Reg.6. ante Arcã Dei ſaltauit; Zachæus ante Arcam Dei, id eſt,Chriſtum, cucurrit, vtque eum videret, ſycomorum aſcendit. Vtinam Chriſti deſiderio,noſtrum flagaret pectus,equidem mille media, ac remedia excogitaremus,vt illo frueremur.Frigidum eſt deſiderium, quod ad media excogitanda non progreditur. Quid dixi? Non eſt opus remedia excogitare,plena eſt remediis in modio poſitis Eccleſia.Cur ad hæc non conuolamus? nimirum friget pectus. Non ſolet autem Chriſtus deſideria fruſtrare ſui. Optabat Zachæus ipſum videre;cumulatiſſimè optatis reſpondit. Vidit Zachæus Chriſtum,viſus à Chriſto eſt,& menſa excepit, fidem, gratiamque accepit deſiderij: ille paruus ignis in magnam exarſit flammam. Vide quãtam. *Ecce*, inquit, *dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui,reddo quadruplum, &c.*

Deſideriũ noſtrum ſit videre Chriſtum.

Non tergiuerſatur, aut cunctatur. *Ecce*,inquit,*do,ecce reddo quadruplũ.*Protinus dat pauperibus, & reſtituit ablata.Hoc pœnitentis eſt,ablata reſtituere protinus. Sic enim D.Augu. ſcribit epiſ. 54.ad Macedonium. Si res aliena, propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit,non redditur, non agitur pœnitentia,ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur pœnitentia,non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, cùm reſtitui poteſt,&c.*Ecce*,inquit,*reddo quadruplum, ſi quid aliquem defraudaui*,nullam interponit moram,quam ſępè interponunt ij, qui in reſtituendis rebus ablatis negligentes ſunt, atque ſocordes,ſine mora omni obiecta cunctatione,quæ debentur reddenda ſunt. Præterea pęnitentis eſt eleemoſynas pauperibus impertiri largiter, pro facultatum ratione.*Ecce*,ait,*dimidium bonorum meorum do pauperibus,&c.* Exuberans fuit hominis opulenti eleemoſyna,diuites rebus opes impendunt inanibus,idcirco pauperes dimittunt inanes, vel certè tenues admodum eleemoſynas erogant. Friget pectus, frigent manus. Zachæi pectus calebat, & manus; calor dilatat; ſtringit frigus. Zachæus (ait Chryſologus ſermo.54.) poſt mortem ſe credit eſſe victurum, qui dimidium bonorum ſuorum iam futuram tranſmittit ad vitam, &c. O diues, credìſne te poſt mortem victurum? Cur igitur in locum, in quo victurus es,pecunias non tranſmittis, ne paulo poſt omnes hic dimittas? hic ne vis eſſe diues paucis annis, per æternitatem verò vis eſſe mendicus? Si paupertatem (ait Chryſologus) vix ferre poſſumus temporalem,in æternum fieri mendicus,quis durabit?&c.*Hodie*.(ait Dominus) *ſalus facta eſt huic domui*,videlicet, eo die facta eſt ſalus domui Zachæi,quo eſt exinanita,quò diuitijs eſt exhauſta. Tunc homines putant, ſalutem domui ſuæ fieri: cùm redundat diuitiis. At vero tunc ſalus fit maxima, cùm propter Deum pauperibus opes erogantur, & iis quibus debitæ ſunt reſtituuntur.

Reſtitutio ſtatim facienda.

Eleemoſyna pauperibus à pauentibus ſacienda.

Præterea quærebat Zachæus Ieſum videre; ſed, *non poterat præ turba,quia ſtatura puſillus erat*. Puſilli ſtatura ſumus, ad Chriſtum videndum pertingere non poſſumus. Quis enim poteſt propriis intellectus ſui viribus, Chriſti incarnationem, miracula, paſſionem, reſurrectionem, in cęlos aſcenſionem, cæteraque admiranda opera, cognoſcere? Nemo ſanè. Quid igitur remedii adhibendum, vt videatur Chriſtus? *Aſcendit Zachæus in arborem, & Chriſtum vidit*. Qui Chriſtum cernere cupit, aſcendat neceſſe eſt in celſiſſimam fidei arborem; inde illius maieſtatem, celſitudinem, gloriam, humilitatem, crucemque contemplabitur.

Ex arbore fidei, videtur Chriſtus.

bitur. Ideò pereunt Iudæi, quia puſilli ſunt ſtatura, noluntque fidei arborem conſcendere, vt Chriſtum cognoſcant. Zachæus nouerat ſe puſillum eſſe ſtatura; idcirco in arborem aſcendit. At nunc hæretici, cùm admodum puſillæ ſtaturæ ſint, gigâtes ſe eſſe putant, idcirco in arborem fidei, quæ in vno tantùm horto, id eſt, Eccleſia Romana, atque Catholica, producitur, aſcendere nolunt. Inflati tument (ait Hieronymus Iſaiæ 22.) & ſacratiora ſe inueni ſe gloriantur, &c. Cùm deſipiant, ſibi videntur ſapere, humi infelices repunt, veram ſapientiam non aſſequuntur; quia in montem Domini, & domũ Dei, hoc eſt, Eccleſiam Catholicam, ac Romanam, aſcendere nolunt, in qua Deus docet vias ſuas, atque myſteria. Iuxta illud Iſaiæ 2. *Aſcendamus in montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis, eius, &c.* Cur hæretici vias Dei ignorant, cur in ſemitis Dei non ambulant? Quia non aſcendunt in montem Domini, & in domum Dei Iacob. Vidit Chriſtum Zachæus, poſtquam in arborem aſcendit; videbit hæreticus Chriſti vera dogmata, poſtquam aſcenderit in Eccleſiam, tunc Chriſtum per fidem viuam domo excipiet ſua, & dicetur; *ſalus huic domui facta eſt*: quæ hæreſeos peſtifero laborabat morbo. Sed de Catholicis loquamur, qui in Eccleſiam aſcenderunt.

Hæretici nõ aſcendũt in arborẽ, vt Chriſtũ videre poſſint.

Zachæus ſtatura corporis puſillus erat; nos verò animi ſtatura puſilli ſumus; hominum turba Zachœum, ne Chriſtum videret, impediebat, nos amicorum, negotiorumq; turba impedit, ne Chriſti facta mirabilia contemplemur. Zachæus (ait Ambroſius Luc. 19.) quamdiu in turba eſt, non videt Chriſtum, ſuprà turbã aſcẽdit, & vidit, &c. Nos item quãdiu in turba ſumus amicorum, vel negotiorum, Chriſtum mẽte non intuemur; ſi intueri volumus, à turba ſecedamus, à terrenis negotijs auulſi in arborem, id eſt, rerum diuinarum, & æternarum meditationem aſcẽdamus. Suſpexit Chriſtus Zachæum in arbore exiſtentem; aſpiciet nos in meditatione commorantes. Neque aſpiciet ſolùm, ſed cor noſtrum intrabit,

Meditatio.

Meditationũ capita.

A miramque ſapientiam, cum magna coniunctam dulcedine afferet. Longum eſt de omnibus frugiferæ huius arboris ramis dicere, in quos poſſumus aſcendere. Plurimos enim habet ramos; nam de incarnatione, natiuitate, paſſione, vita Chriſti, de maximis in nos collatis beneficiis, de morte, iudicio, tartareis cruciatibus, gloria ſempiterna, aliiſque huiuſmodi meditari. Hi enim ſunt arboris huius amœniſſimæ rami, ex quibus fructus

B dulciſſimi colliguntur. Oro te lector amantiſſime, per Chriſti viſcera, vt frequenter in hanc aſcendas arborem; ſi teipſo, turbaque hominum vis eſſe ſuperior, atq; maior. Nonne Zachæus in arbore, & ſeipſo, & turba illa hominum, ſuperior, maiorque erat? Ille puſillus ſtatura, iam ſtatura magnus eſt, iam ſuperat omnes. Cur ita? Quia in arborem aſcendit. Nimirum ſuperior, maiorque fit ſeipſo, & vulgo hominum ille, qui in arborem meditatio-

C nis aſcendit, qui rerum diuinarum, æternarumque conſiderationi vacat; qui verò hanc non aſcendit arborem, vnus è turba erit.

D. Auguſtinus ſer. 8. de verbis Apoſtoli, ſycomorum, in quam Zachæus aſcendit, crucem ait adumbrare. Etenim ſycomorus penultima producta, vt ſuprà diximus, ficum fatuam ſignificat. Crux verò iis, qui fidei carent luce, fatua videtur arbor, iuxta illud Apoſtoli 1. Corint. 1. *Prædicamus Chriſtum*

Crux Chriſti per ſycomorum deſignatur.

D *crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, &c.* Hanc ficum, hominum fatuorum opinione fatuam, aſcendere oportet, ſi Chriſtum videre cupimus. Crux enim in cœlum ſcala eſt, qui in ſcalam hanc non aſcenderit, neque in cœlum aſcendet, neque Chriſtum videbit.

E Præterea is, qui in crucem mente, & conſideratione aſcendit, Chriſtum videt, hoc eſt, illius caritatem erga homines, erga peccatum odiũ, iuſtitiam, paupertatem, patientiam, humilitatemque cernit. Auguſtinus, Aſcendit (inqt) Zacheus ſycomorũ, quaſi fatui pomi lignum. *Nos enim*, inquit Apoſtolus, *prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum*, attende ſycomo-

rum,

Digitized by Google

rum, *gentibus autem ſtultitiam*. Apprehendat Zachæus ſycomorum;aſcendat humilis crucem. Parum eſt: Aſcendat, ne de Chriſti cruce erubeſcat,in fronte illam figat,ubi ſedes pudoris eſt. Sycomorus me fecit videre Ieſum. Sic Auguſtinus,& Beda in Lucam:Dominica,inquit, crux,quæ credentes alit,vt ficus, ab incredulis, irridetur ut fatua, &c.

Inſipientibus,& fide carẽtibus crux ſycomorus eſt,penultima longa,ideſt, ficus fatua,ſed ſapientibus, fideque illuſtratis;ſycomorus eſt penultima breuis,id eſt,ficus morus,ficus moro ſimilis,ac proinde ficus ſapientiſſima Nam morus ſapientiſſima arbor dicta eſt, teſte Plinio lib.16.cap.25.Morus,inquit nouiſſima vrbanarum germinat; nec niſi exacto frigore,ob id dicta ſapientiſſima arborum,&c. Similis moro eſt crux arborum ſapientiſſima, quippe quæ attulit prudentiam. D.Gregorius lib.27. Moral. in fine, in ſycomorum Zachæi aſcendere nos docet. In ſycomorum,ex illius ſententia,id eſt,in ficum fatuam aſcendimus, cum ſapientiſſimam quamdam fatuitatem, propter Chriſtum complectimur,cum iniurias toleramus, cum cruciatus patimur,cum pro malo reddimus bonum, cum diuitias ſpernimus, cum carnem maceramus,hæc enim iuxta mundi regulam,fatua ſunt,iuxta regulam Chriſti, ſapientiam cœleſtem continent. Sed magnum Gregorium audiamus,Sycomorus,inquit,ficus fatua dicitur,pu A ſillus Zechæus ſycomorum ſubijt, & Dominum vidit,quia qui mundi ſtultitiam humiliter eligunt,ipſi Dei ſapiẽtiam ſubtiliter contemplantur, &c. Item: Prudenter ſycomorum aſcendimus;ſi prouidè eam,quę diuinitus pręcipitur, ſtultitiam, mente tenemus. Quid enim in hoc mundo ſtultius,quã amiſſa non quærere, poſſeſſa rapientibus relaxare,nullam pro acceptis iniuriis iniuriam reddere, immo adiunctis alijs patientiam præbere? Quaſi enim ſycomorum nos aſcendere Dominus B præcipit,cum dicit: *Qui aufert quæ tua ſunt,ne repetas*.Matth.5.Et rurſus;*ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram*. Per ſycomorum Dominus tranſiens cernitur; quia per hanc ſapientem ſtultitiam, etſi nec dum, ut eſt, ſolidè, iam tamen per contemplationis lumen, Dei ſapientia, quaſi in tranſitu,uidetur. Hæc ille.Euthymius illum aſcendere in arborem interpretatur, qui ut Chriſtum cernat a terrẽnis rebus ſeſe attollit.Ego,inquit ille, Zachæus ſum ſtatura ſpirituali puſillus,adhuc enim humi circa terrena tra C hor. Cupio autem Chriſtum intueri manifeſtè,& ſicut expedit. Verum ita eum intueri non poſſum, niſi ea quæ mihi ad hoc impedimento ſunt fugiã, & aſcendam in arborem, id eſt, ſupra terrena eleuer, attollarque ad cœleſtia. Tunc enim & ipſe me aſpiciet, vocabitque ad ſe, & manſionem apud me faciet, talis ſiquidem efficitur domus Dei, &c.

Crux arbor ſapientiſſima.

In ſycomorum quõ aſcendẽdum ex D.Gre.

CAPVT XVI.

De parabola hominis nobilis, quì abijt accipere ſibi regnum.

LVCAS CAPITE XIX. 11.

HAEC illis audientibus adiiciens,dixit parabolam,eo quod eſſet pro-
pe Ieruſalem, & quia exiſtimarent, quod confeſtim Regnum Dei
12 manifeſtaretur. * Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regio-
13 nem longinquam,accipere ſibi regnum,& reuerti. * Vocatis autem
decem ſeruis ſuis,dedit eis decem mnas,& ait ad illos. Negotiamini dũ uenio.
14 * Ciues autem eius oderant eum,& miſerunt legationem poſt illum,dicentes:
Nolu-

Digitized by Google

15 Nolumus hunc regnare ſuper nos. * Et factum eſt, vt rediret accepto regno,
16 & iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam, vt ſciret quantum quiſque ne-
17 gotiatus eſſet. * Venit autem primus dicens; Domine mna tua decem mnas
18 acquiſiuit, * & ait illi; Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris po-
19 teſtatem habens ſuper decem ciuitates. * Et alter venit, dicens; Domine mna
20 tua fecit quinque mnas. * Et huic ait; Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. * Et
21 alter venit dicens: Domine ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario.
22 * Timui enim te, quia homo auſterus es, tollis, quod non poſuiſti, & metis,
23 quod non ſeminaſti. * Dicit ei, de ore tuo te iudico ſerue nequam, ſciebas quod
24 ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſemina-
25 ui, * & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, vt ego veniens cũ vſu-
26 ris vtique exegiſſem illam. * Et aſtantibus dixit, auferte ab illo mnam, & date
illi, qui decem mnas habet. * Et dixerunt ei; Domine, habet decem mnas. * Di
27 co autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit, ab eo autem, qui nõ
habet, & quod habet, auferetur ab eo. * Verumtamen inimicos meos illos, qui
noluerunt me regnare ſuper ſe, abducite huc, & interficite ante me.

Dixit parabolam, eo quod eſſet prope Ieruſalem.

Regnum Chriſti, vel Meſſiæ, putabant iſti eſſe temporale.

OPinabantur diſcipuli, & alij, qui aderant, Chriſti regnum temporale eſſe, ac ſæculare; id vero in vrbe Iudææ Metropoli, ac regia Ieruſalem mox manifeſtandum Ideoque Dominũ Ieruſalem petere, ut Regem ſe diceret, regnumque ſuum cunctis hominibus patefaceret, quod hactenus occultauerat. Inanem hanc, falſamque opinionem, parabola propoſita repellit Dominus, & docet Regnum ſuum, non eſſe nunc in Ieruſalem manifeſtandum ſed ad finem mundi reſeruari illius manifeſtationem. In die enim iudicij manifeſtabitur cunctis hominibus, & adueniet Chriſti regnum, iuxta illud orationis Dominicæ: *Adueniat regnum tuũ.* Tunc ex cęlo reuertetur, Regnumque ſuum, cunctis hominibus declarabit. Nunc uiſibile quidem eſt Regnũ Chriſti, id eſt. Eccleſia, ſed Rex ipſe eſt inuiſibilis, vicarium tamen habet viſibilẽ, ſummum Pontificem, tũc ipſe quoque totius orbis rex viſibilis apparebit; ipſiſque oculis corporeis cernetur. Tũc ſeruos uocabit, quibus pecuniam ad negotiandum diſtribuit; rationemque lucri exiget: tunc hoſtes ſuos, id eſt, iudæos, qui illius imperium abnuerunt, perpetuis ſuppliciis mulctabit. Interim, dum abeſt, negotiandi tempus eſt & ſpirituale lucrum comparandi.

Matth. 6.

Chriſti regnũ eſt viſibile Chriſtus rex inuiſibilis.

A *Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam, accipere ſibi regnum, & reuerti.*

HOmo hic nobilis Chriſtum adumbrat, oĩum hominũ nobiliſſimũ. Deus.n.eſt.& homo; nihil Deo nobili⁹, nihil nobilius homine qui Deus eſt. Hominem generoſum ſe introducit Chriſtus (ait Theophylactus.) Nam licet homo fuerit, manſit tamen in faſtigio, & nobilitate diuinitatis, &c. Et Euthymius: Scipſum ſignificat Chriſtus hominẽ quidẽ, ut qui humanitatẽ aſſumpſit, præclarum uero genere, vtpote Filium Dei, &c. Beda nobilem intelligit, id eſt, filium Regis Dauid. Homo, inquit, nobilis ille eſt, cui cœcus clamabat: *Fili Dauid miſerere mei, &c* D.Baſi.Iſa.13. Quemadmodum inquit, generoſos dicimus eos, qui ex regali ſanguine prognati ſunt, ſic prænobilis, & generoſus is eſt, qui ex eſſentia patris ſubſiſtit, &c. Item; Dominus non ob ſolam diuinitatem agnoſci debet nobilis, ſed & ſecundum humanum genus omnino generoſus eſt, per aſſumptionem carnis ex ſemine Dauid.

Chriſtus nobiliſſim⁹ hominum.

Abijt vir hic nobiliſſimus, *in regionẽ longinquam*. Regio hæc longinqua ex ſententia Bedæ Eccleſia eſt, quæ longinqua dicitur regio, ut ille ait, uel quia a finibus terræ clamat ad Dominum, uel quia lõgè eſt a peccatoribus ſalus. Antequam Eccleſia eſſet Chri-

Quæ dicatur regio longinqua.

ſti

ſti ex gentibus, regio erat longinqua, quia Ethnici a Deo longè moribus aberant, poſtea regio facta eſt, & regnū Chriſti. D. Auguſtinus lib. 2. quæſ. Euāgelicarum, quæſt. 46. Regio, inquit, lõginqua eſt Eccleſia gentium, uſque ad fines terræ, &c. Abiit ergo Chriſtus, iuxta hanc ſententiam in gentilitatē, ad accipiendum ſibi regnum, quia ex gentibus cōuerſis, maximè Eccleſiam congregauit. Reuertetur verò (vt interpretatur Auguſt.) cum extremo tēpore reuertetur ad Iudæos, eoſque cōuertet, & fide illuminabit. Abiit, inquit Auguſtinus, ut plenitudo gentiū intraret; reuertetur, ut omnis Iſrael ſaluus fiat, &c. Infra tamen in die iudicii reuerſurum ait. D. Baſilium lege in comm. Iſaiæ cap. 13. qui regionem longinquam eſſe exiſtimat mundum hunc in quem per incarnationem Filius Dei ex cœlo deſcendit, ut gentibus imperaret.

Cœlum regio longinqua eſt.

Arbitror regionem longinquam cœlum appellari. Sic interpretatur Theophylactus, Euthymius, Titus Boſtrenſis, & alij. Rectè regio longinqua dicitur cœlum. Quid enim magis a terra diſtat, quam cœlum? quæ regio magis longinqua eſt, quam cœleſtis? Hanc regionem longiſſimè diſtantem Chriſtus petiuit, in hanc admirabiliter aſcendit: *Accipere ſibi regnum*, id eſt, ut ſibi regnum acciperet, ut ſederet ad Patris dexteram, & dominaretur in medio inimicorum ſuorum, iuxta illud Pſal. 109. *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum, &c.* Cum in cœlum Chriſtus aſcendit, tunc regni, ſecundum humanam naturam, poſſeſſionem, accepit in cœlo; tunc enim ſedit ad dexteram Patris in throno regio, maieſtate plenus regia. 1. Corinth. 15. *Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus eius, &c.* Regnat autem in cœlo, & in terra, iuxta illud Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, &c.* Reuertetur autem accepto, & poſſeſſo regno, in die iudicij. Regnum, quo Chriſtus in cœlo ad dexteram Patris regnat, occultum eſt,

Regnum Chriſti quale ſit.

A Siquidem Rex ipſe oculis corporeis minimè cernitur, fide conſpicitur. Regnum ipſum, in quo in terris regnat, id eſt, Eccleſia, non eſt occultum, ſed omnibus manifeſtum: Chriſti quoque vicarius, Chriſti uices in terris agens, conſpicuus. In die autem extremo tam Rex, quam regnum ab omnibus conſpicietur. Tunc Regnum Chriſti manifeſtabitur, quod iudæi in vrbe regia Ieruſalem manifeſtandum putabant. Opinabantur illi in Ieruſalem, quæ Iericho propinqua erat, accepturum Re- B gnum hominem nobilem, id eſt, Chriſtum: At ille docet, ſe non eſſe accepturum Regnum in Ieruſalem propinqua ſed in regione longinqua, id eſt, in cœlo. Illi exiſtimabant Meſſiæ Regnum confeſtim declarandum, Dominus nō confeſtim, ſed poſt longum tempus, in fine mundi manifeſtandum parabolicè indicat. Quid autem interim, dum regnum in die iudicij non manifeſtatur, nobis agendum ſit, aperit; *Negotiamini*, C inquit, *dum venio*.

In die iudicij regnum Chriſti manifeſtabitur.

Vocatis autem decem ſeruis ſuis dedit eis decem mnas.

NObilis homo abiens in regionem longinquam, ſeruos decem vocauit, antequam diſcederet, deditque ſingulis pecuniam, ut negotiarentur, lucrumque facerent Domino, interim dum ille in regione longinqua verſa- D batur, nec redibat. Significat parabola Chriſtum ſeruis ſuis dona veluti pecuniam diſtribuere, non ut otioſa ſint, ſed ut fructum pariant, & lucrum. Quēadmodum homo nobilis ſeruis ſuis mnas dedit, dicens: *Negotiamini dū venio.* Ita Chriſtus nobis ſeruis ſuis, dona dat corporalia, & ſpiritalia, dicens: negotiamini, lucrum facite hiſce donis, interim dum abſum: nam reuertar, exigamque lucrum. Ideo dixit: *dum venio*, E vt intelligamus venturum ad repoſcēdam de pecunia tradita rationem, uſque ad vltimum quadrantem, in die iudicij, tam particularis quam generalis, hic de generali agitur. Theophylactus de miniſtris Eccleſiæ hæc intellexit, quibus in utilitatem Eccleſiæ dona deſtribuūtur. Similiter Euthymius.

Ser-

Digitized by Google

A Seruos, inquit, dicit, omnes fidelium præceptores, minas vero ſpiritalia dona, &c. Beda concionatores hos eſſe ſeruos interpretatur; Titus Boſtrenſis doctores, & paſtores. Poteſt tamen parabola Chriſtianis omnibus accommodari.

Mna quid ſit.

Mna Græcè, Latinè mina, centum drachmas continet, id eſt, centum denarios ſiue Hiſpanos regales, teſte Plinio lib. 21. cap. 34. Mna, inquit, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas B Atticas centum, &c. Ibidem; Drachma Attica, denarij argentei habet pondus, &c. Maior eſt Hebræa mina, quæ Hebraicè, מנה *mane*, dicitur. Sic enim ait Ioſephus lib. 14 Antiq. cap. 12. Mina apud nos conſtat duabus libris, cum dimidia, &c. Mina verò Attica libram vnam habet, & vncias quatuor. Eſt enim drachma octaua pars vnciæ, octo drachmæ vnciam faciunt; nonaginta ſex drachmæ duodecim vncias, id eſt, libram Romanam. Præter libram, ha-C bet mina drachmas quatuor, ſiquidem centum drachmæ minam efficiunt. Hic locus de Græca mina, videtur intelligendus, ſcripſit enim Lucas Græcè. Chriſtus tamen locutus eſt Hebraicè; ideo potius de mina Hebræa eſt explicandus. Decem ſerui hic numerantur. Parabolicè ponitur numerus determinatus pro indeterminato, ſingulis ſeruis mina datur una.

Ciues autem eius oderant eum.

D

HI ciues, qui nobilem virum oderant, Iudæos adumbrant, ex communi interpretum ſententia, qui oderunt Meſſiam nobiliſſimum, illiuſque imperium reiecerunt. *Noluerunt*, inquiunt, *hunc regnare ſuper nos*. Nullam reddunt rationem, cur nolint, fuit illis pro ratione uoluntas, inuidia, & odiũ. Hoc illa illorum verba indicant Io. 19 *Non habemus regem niſi Cæſarem, &c.* E Ioan. 15. *Et viderunt* (ait Dominus) *& oderunt & me, & Patrem meum. Sed vt adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt; quia odio habuerunt me gratis, &c.* In parabola, ciues legationem miſerunt poſt virum nobilem, dicentes: *nolumus hunc regnare ſuper nos, &c.* Ad quem miſſa ſit legatio non explicatur. Illa verba. *Miſerunt legationem poſt illum*; indicat ad ipſum Regem miſſam eſſe legationem, ſiquidem ipſum ſecuta eſt. At illa, *nolumus hunc regnare ſuper nos*, videntur ſignificare, ad alios eſſe miſſam. Non enim (aiunt) nolumus te regnare ſuper nos, ſed *nolumus hunc regnare*: quaſi de illo cum aliis loquantur. Sed reſpondetur illa verba dicta eſſe legatis hoc ſenſu; *miſerunt* poſt virum nobilem *legationem, dicentes* legatis, *nolumus hunc regnare ſuper nos*. Vel aliter: *miſerunt legationem* dicentes inter ſe, nolumus hunc eſſe regem noſtrum. Vel, miſerunt legationem ad illũ, quæ hoc ſignificabat, *nolumus hunc regnare ſuper nos*. Aliter, *miſerunt legationem poſt illum*, ad eos, qui illum comitabantur, vel ad populum, & regnum, regnique principes, dicentes: *nolumus hunc regnare ſuper nos*. Significat hæc legatio Iudæos Chriſti regnum repuliſſe, poſt Euangelium prædicatum; aliosque qui extra Iudæam habitabant, ut idem facerent monuiſſe. Diuus Auguſtinus lib. 2. quæſt. Euangel. q. 46. Ciues, inquit, qui poſt illum legationem miſerunt, iudæi ſunt, qui etiam poſt reſurrectionem Chriſti miſerunt perſecutores Apoſtolis, & prædicationem Euangelij reſpuerunt, &c. Pœnas iam dederunt odij, ac repulſæ, a Romanis euerſi atque exciſi: dabunt maiores in die iudicij extremo, de quibus hoc loco mentio eſt.

Ad quem miſſa ſit hæc legatio.

Iudæi hac legatione ſignificantur.

Et factum eſt, vt rediret accepto regno.

REditus Chriſti è cœlo in terram indicatur, extremo iudicij die, de quo Act. 1. *Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum, &c.* D. Augu. Redit accepto regno, quia in manifeſtiſſima, & eminentiſſima claritate venturus eſt, &c. Accipit Chriſtus regnũ, & in cęlo regnat. Redibit tandem accepto regno: hoc eſt, Rex apparebit, iam non ſolum uidebitur uir nobilis, ſed etiam Rex, qui orbis totius imperium acceperit. Vocabit ſeruos ſuos in iudicium, quibus dixit; *Negotiamini dum venio*: quoniam modo, quantoque cum lucro, negotiati ſint, diſquiret. Diligentes

Redibit Dominus ad iudicandũ.

Digitized by Google

gentes negotiatores, qui lucris pecuniam acceptam auxerint, præmijs afficiet, deſides, qui pecuniæ lucrum non reddiderint, damnabit. *Iuſſit homo nobilis vocari ſeruos, vt ſciret quantum quiſque negotiatus eſſet, &c.* Loquitur Chriſtus de homine nobili, qui ignorabat, quantum quiſque ſeruorum feciſſet lucri. Homines enim quid ſerui agunt neſciunt, cum abſunt. At Chriſtus omnia nouit, quia omnia videt. Non vocat ſeruos ad iudicium, vt ſciat quid egerint: ſed vt ſcire faciat alios, puniatque publicè, ac palam improbos; præmio afficiat probos.

Chriſtus vt homo quaſi ignorans quæ geſta ſunt loquitur.

Domine mna tua decem mnas acquiſiuit.

FIdelis prodit negotiator, ad reddendam de tradita pecunia rationem. *Domine*, inquit, *mina tuat decem minas lucrata eſt*: humiliter loquitur, non iactat induſtriam ſuam. Card. Caietanus non dicit ego ſuperlucratus ſum decem minas; ſed *mina tua acquiſiuit decẽ minas*. Gratiæ Dei attribuit totum lucrum vir ſanctus, &c. 1. Corinth. 3. *Ego plantaui* (ait Paulus) *Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit, itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, &c.* Deus incrementum dat, Deus minas multiplicat. Neceſſe tamen eſt, nos induſtriam adhibere noſtram. Iuxta illud eiuſdem Pauli 1. Corinth. 15. *Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius, in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Nõ ego autem, ſed gratia Dei mecũ, &c.* O fœlicem prælatum, fœlicem concionatorem, qui traditæ ſibi minæ, hanc rationem reddere poterit, ac dicere: *Domine ecce mina tua fecit decem minas*, ecce multas tibi animas, donum quod mihi dediſti, lucratum eſt, traditam mihi pecuniam decuplicaui.

Modeſtia in loquẽdo, & humilitas, abſque iactantia.

Induſtria noſtra Dei gratia cooperari dẽt.

Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates.

LAudat Dominus ſeruum fidelem, prælatum; concionatoremque, ſalutis animarum ſtudioſum, zeloque

A ſeruentem, qui non ſibi pecunias, vel honores, ſed Deo lucratur animas. Magna illum excipit lætitia, & magno remunerat præmio. *Euge*, inquit, *bone ſerue*. Euge; interiectio eſt, ut ait Euthym. bene precantis, vel laudantis, *εὖ*, Græcè ſignificat, *bene*, *γε*, eſt adiectio ſyllabica ſignificat *utique, certe*, Euthymius ita explicat, bene tibi ſerue bone, quia in vna mina diligens fuiſti. Eſt etiam, *euge*, congratulantis, Gratulatur Dominus ſerno diligenti, & illius lucro ap-

Bonus ſeruus à Deo lætiſſimè excipitur, & præmio afficitur.

B plaudit. Audiamus Card. Caiet. hoc loco. Internam, inquit, lętitiam, quam Ieſus habet de profecto electorum, interiectione applaudentis ſignificat; adiunctis verbis laudis. Vt intelligamus quã feſtiuè ſuſcipiet Chriſtus electos ſuos &c. *In modico autem fidelem ſeruum vocat*: hoc eſt, in modicæ pecuniæ, videlicet minæ, & talenti crediti negotiatione. Reſpectiuè (ait Caietanus) ad dona futuræ vitæ, dona etiam ſpiritalia præſentis vitæ minima dicuntur, &c.

C Præmium donat, decem ciuitatum præfecturam, ſiue dominatum, quia decem minas lucrifecit. Reſpondet enim præmium, lucro, & merito. Præmium dat non ut uir ſolum nobilis, ſed ut Rex. Reges enim ſolent gubernandis ciuitatibus viros primarios, beneque de Republica meritos, præficere. *Eris*, inquit, *poteſtatem habens ſuper decem ciuitates, &c.* In cęlo gubernandi, ciuitatibus beati non præficiuntur. Parabolicè

Reſpondet animũ merito.

D præmium indicatur, & honor, quo animarum lucratores, in cęlo afficientur. Multis enim aliis præponentur, hoc eſt, multos gloriæ magnitudine ſuperabunt.

Et alter venit dicens, mna tua fecit quinque mnas.

E PRodijt ad reddendam rationem alter, ex decem ſeruis; ſed is non attigit lucrum ſuperioris: mina una, lucratus eſt quinque minas. Ille alius vna lucratus eſt decem; hic quinque. Oſtendit parabola, non eſſe Chriſtianis æqualia merita; ideoque neque æqualia præmia. Quidam magno fernore, alij remiſſius negotiantur; illi

Præmia Chriſtianorum, non ſunt æqualia.

illi

illi maiora lucra faciunt, maiora merita, & præmia comparantur, hi minora. Iuxta illud Pauli 1. Cor. 3. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, &c.* Oportet ergo ardenter in ſalutem incumbere animarum, enitique, ut noſtra mina non quinque ſolum, ſed decem minas faciat. Dei enim gratia aderit negotiari ardenti.

Et huic ait, tu eſto ſuper quinque ciuitates.

Cur non dixerit euge ſerue bone.

NOn ait huic Dominus: *Euge bone ſerue, &c.* Non tam læto illum excipit vultu, & ore, fortè quia non eſt negotiatus ardenter. Vel credendum, etiam huic dictum *euge ſerue bone*, ſed ſubintelligendum ex ſuperiori. Nam Dominus omnes bonos ſeruos lætiſſimè excipiet. Præmium huic tribuit, merito conſentaneum. Quinque minas lucrifecit, quinque ciuitatibus præficitur. *Et tu,* inquit, *eſto ſuper quinque ciuitates.* Si plures minas lucrifeciſſet, plurium ciuitatum imperium accepiſſet.

Ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario.

ACcedit tertius ſeruus nequam, & ad negotiandum ſegnis. Is negotiari timuit, ne fortè pecuniæ iacturã, potius quam lucrum faceret. Itaque minam acceptam a Domino, ſudario inuoluit, nihilque aut lucri, aut detrimenti fecit. Repetitur ratio; minam ſolam reddit, quam acceperat. Ecce, inquit, Domine reddo pecuniam, quam mihi tradidiſti, nihil fecit, aut lucri, aut detrimenti. Integram minam reſti tuo, quam hactenus ſudario inuolutã ſeruaui. Quod ſi quæras, cur illam in quæſtum minimè contulerim, timor cauſa fuit. Timui enim te, quod homo ſis auſterus, aufers, quod non poſuiſti, metis ſegetem, quam non ſeminaſti; aliena tibi arrogas, non tua ſolum. Si ergo minę tuæ ego feciſſem iacturam, quaſnam, Deus bone, minas, quæ tuliſſem ſupplicia: prudenter mihi caui, cautè illam in ſudario cuſtodiui, accipe ſaluam atque integram. Sic ſeruus

Serui ignaui timor, et excuſatio

A ſegnis ac improbus ſuam excuſauit ſegnitiem. At Dominus ſerue, inquit, ſcelerate, de ore, verbiſque tuis te iudico. Hæc mea, quam fingis, & exaggeras auſteritas, ad negotiandum te debuit impellere. Noueras me lucri adeò eſſe cupidum, ut iuxta verba tua, quæ mea non ſunt tollam, alienamque ſegetem metam. Si aliena tollo, quantò magis ex mea mina lucrum expetam? Si alienam ſegetem demeto; ex mea, non exigam meſſem? Cur ergo quam diligentiſſimè non dediſti operam lucro? B Cur vel hoc non feciſti? Cur minam meam *non dediſti ad menſam*, Græcè, τραπεζίταις, id eſt, *cur pecuniam meam non dediſti trapezitis, ſiue menſarijs;* vt ego modo rediens, cum fœnore & lucro exigerem ab illis? Trapezitæ, ideſt menſarij, ſiue nummularij, dicuntur cambiatores. Illud *ego cum vſuris exegiſſem.* Græcè dicitur σὺν τόκῳ, ſignificat autem, τόκος, tocos, partũ, & quia lucrum, & uſura, eſt partus quidam pe- C cuniæ, vſura dicitur τόκος, partus: ſed turpiſſimus partus eſt, ac fugiendus. Hebraicè dicitur נשך *neſchech*, a verbo נשך *naſchach*, quod verbum ſignificat *mordere.* A mordendo ergo vſura appellatur Hebraicè; quia hominis ſubſtantiam mordet, & mordendo perdit. Similes canibus (ſunt vſurarij: miſeros homines mordent. Non probat Dominus hoc loco vſuram; ſed humano more parabolicè loquitur. Lucrum (in- D quit Euthymius) qualecumque nominauit vſuram: communi vſus conſuetudine, &c. Verba illa: *Tollis quod non poſuiſti, metis quod non ſeminaſti:* videntur fuiſſe prouerbium, quo ſignificaretur homo acerbus, & nimius in exigenda ratione rei traditæ.

Increpatio ſerui deſidis & pigri

Trapezitæ qui ſint.

Vſura partus pecuniæ hominis morſus.

Vſurarijs ſimiles ſunt canibus.

Auferte ab illo mnam.

Seruus negligens punitur.

E SEruos diligẽtes afficit præmio Dominus: hunc ignauum afficit ſupplicio. Iubet auferri datam minam, & dari ſeruo diligentiſſimo, qui decẽ habebat minas. Reddit autem rationẽ, cur illi dari iubeat. *Quia,* inquit, *omni habenti dabitur, & abundabit; ab eo autẽ, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo, &c.* Videtur eſſe prouerbium, quo Iudæi

Iudæi vtebantur, ut iam diximus to. 2. lib. 9. cap. 1. extat Matthæi 13. Marci 4. Lucæ 8. *Omni habenti dabitur & abundabit;* quia diuitibus donantur munera magna. A paupere autem, qui non habet, etiam quod habet, per calumniam auferetur ab eo. Vſurpatur hoc loco in hunc ſenſum, omni diuiti meritorum, omni habenti merita, quia diligenter negotiatus eſt; dabitur præmiũ & abundabit. Pauperi autem meritorum, qui non habet merita, quia negligenter negotiatur; non ſolum non dabitur præmium, ſed etiam id, quod habet boni, amittet. Quoniam omnibus bonis ſpoliatus in orcum detrudetur.

Quid ſignificet ſeruus ſegnis.

Videamus quid ſeruus hic ignauus, ac timidus ſignificet. Eos ſignificat, qui inani timore ducti, veluti pecuniã, in ſudario inuoluta Dei dona habent otioſa, ac veluti mortua; proximis prodeſſe non curant, animas non lucrifaciunt, cum illis ex officio incumbat animarum ſalutem procurare. Audiamus Augu. lib. 2. quæſtion. Euangelic. cap. 46. Quod, inquit, ſerui reddentes rationem ex eo, quod acceperant, laudantur, quia lucrati ſunt, ſignificat eos bonam reddere rationem, qui bene vſi ſunt eo, quod acceperunt, ad augendas diuitias Domini, per eos qui credunt in eum. Quod qui facere nolunt, in illo ſignificati ſunt, qui mnam ſuam in ſudario ſeruauit. Sunt enim homines, hac peruerſitate ſibi blandientes, vt dicant, ſufficit, vt de ſe vnuſquiſque rationem reddat. Quid opus eſt alijs prædicare, aut miniſtrare, vt etiam de ipſis reddere rationem quiſque cogatur? Hoc autem, veluti periculum iudicij, deuitantes; pigro languore a verbi adminiſtratione conquieſcunt. Et hoc eſt, quaſi in ſudario ligare, quod acceperunt. Sic Auguſtinus.

Donũ Dei augetur ſi vtaris illo bene.

Illud verò; *Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo:* ex mente D. Auguſtini, eodem loco, ſic interpretabimur; *Omni habenti* donum, qui ita habet, vt eo vtatur, & negotietur, *dabitur, & abũdabit;* augebitur donum. *Ei autem qui non habet,* id eſt, qui perinde habet, ac ſi non habeat; *auferetur ab eo.* Quod, inquit Auguſt.) ab illo, qui vti noluit, auferetur quod acceperat, & ei datur, qui decem mnas habebat, ſignificatur. & illum poſſe amittere munus Dei, qui habens non habet, id eſt, non vtitur, & in eo augeri, qui habens habet, hoc eſt, bene vtitur, &c. At hoc loco hæc verba de præmio, & ſupplicio iudicij, intelligenda ſunt, vt expoſuimus, de quo Dominus verba facit.

Cur nõ ſiat mentio de ſeruis omnibus in reddenda ratione.

Ad illa verba; *tollis, quod non poſuiſti, metis, quod nõ ſeminaſti:* ait Euthymius. Rogabit quiſpiam, decem ſeruis vir nobilis tribuit pecuniam; iuſſitque negotiari; tres verò dumtaxat, rationem traditæ pecuniæ reddiderunt. De cæteris cur non agitur? Reſpondetur, non opus eſſe perſequi omnia in parabolis. Ex his tribus ſeruis ſatis intelligitur, præmium conſequi bonos, ac diligentes negotiatores; ſupplicium ignauos. De reliquis loqui non fuit neceſſe. D. Ambroſius reliquos putat improbos, & ſegnes fuiſſe; pecuniamque traditam perdidiſſe. De aliis, inquit, ſiletur, qui quaſi prodigi debitores, quæ acceperant perdiderunt, &c. Denique ex decem duo tantum affecti ſunt præmio; Quod forſitan indicat, pauciores ex Chriſtianis multis præmia cæleſtia conſecuturos. Euthymius quæſtioni ſic reſpondet; Quare, inquit, de ſolis tribus ſeruis dixit, cæteris relictis? Quia ex his facilè eſt etiam de alijs cõiectare. Quotquot enim negotiati ſunt, conformes ad lucrum ſuſceperunt honores. Quotquot vero dona otioſa, atque inutilia ſeruauerunt, ſimilia cum prædicto paſſi ſunt, &c.

Verumtamen inimicos meos illos adducite huc.

De Iudæis acerbiſſimũ ſumitur ſupplicium.

De Iudæis acerbiſſimum ſumendum ſupplicium, indicat parabola. Iuſſit Rex rediens accepto regno, illos qui ipſius repulerant imperium, coram ſe iugulari; ſic Rex Regum Chriſtus in iudicium reuerſus, Iudæos, qui ipſius ſceptrum repudiarunt, tartareis ſuppliciis iubebit mancipari. Græcè pro interficite, legitur, κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου, id eſt, *iugulate, ante me iugulando accipite*, æterna Iudæorum mors indicatur in orco, &c.

Et

Et his dictis præcedebat, aſcendens Ieroſolymam.

POſt parabolam propoſitam, ex domo Zachæi diſceſſit Dominus, petijtque Ieruſalem. Obſeruat autem Lucas præceſſiſſe diſcipulos Græcè ἐπορεύετο ἔμπροσθεν, id eſt, *ibat ante*, aſcendens Ieroſolymam. Præcedebat dux ad mortem ſubeundam alacri curſu. Præcedebat in Ieruſalem, non accepturus regni ſceptrum, gloriam, maieſtatem, vt multi putabāt; ſed accepturus igno- A minias, opprobria, alapas, verbera, crucem, vt ipſe prædixerat. *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Ad hæc alacriter præcedit: regnum verò temporale fugit. Ioan. 6. *Cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum rege fugit, &c.* Similis huic parabola extat Matth. 25: de talentis, quæ homo peregrè proficiſcens ſeruis ſuis tradidit, de qua agimus inferius. In eum locum quæ ad mores hic dici poterant, differamus.

Chriſtus ad mortem diſcipulos præcedit.

CAPVT XVII.

De duobus cæcis illuminatis à Chriſto.

MATTHÆVS CAPITE XX. Verſ. 29.

ET egredientibus illis ab Ericho, ſecuta eſt eum turba mul-
30 ta; * & ecce duo cæci ſedentes ſecus viam, audierunt, quia
Ieſus tranſiret, & clamauerunt, dicentes: Domine miſere-
31 re noſtri fili Dauid. * Turba autem increpabat eos, vt tace
rent. At illi magis clamabant, dicentes, Domine, miſerere
32 noſtri fili Dauid. * Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait.
33 Quid vultis vt faciam vobis? * Dicunt illi, Domine, vt ape
34 riantur oculi noſtri. * Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum.
Et confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.

MARCVS CAPITE X. 46.

ET proficiſcente eo de Iericho, & diſcipulis eius, & plurima mul
titudine; filius Timæi Bartimæus, cæcus, ſedebat iuxta viam
47 mendicans. * Qui cum audiſſet, quia Ieſus Nazarenus eſt; cœ-
48 pit clamare, & dicere; Ieſu fili Dauid, miſerere mei. * Et com-
minabantur ei multi, ut taceret. At ille multò magis clamabat:
49 Fili Dauid miſerere mei. * Et ſtans Ieſus præcepit illum uocari. Et vocant
50 cæcum, dicentes ei: Animæquior eſto, ſurge, vocat te. * Qui proiecto veſti-
51 mento ſuo exiliens, uenit ad eum. Et reſpondens Ieſus dixit illi. * Quid tibi
52 vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, ut videam. * Ieſus autem ait
illi: Vade, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum
in via.

Et egredientibus illis ab Iericho.

CVm Chriſtus appropinquaret Iericho vt Lucas ſcribit capit. 18. B quod ſupra expoſuimus hoc libro, cap. 13. antequam ciuitatem ingrederetur, cæco vni, qui iuxta Iericho mēdicans ſedebat, oculorū lumen attulit.

Cum

Duos alios illuminauit Dominus ex Iericho egreſſus.

Cũ verò ex Iericho egreſſus eſt, duos alios cæcos reperit, qui cum audiſſent quomodo cæcus viſum recepiſſet, illum imitati ſunt, viſumque a Domino conſecuti. Idem hi fecerunt cæci, quod ille primus fecerat. *Clamauerũt: fili Dauid miſerere noſtri*; idem illis euenit, quod euenerat primo; turba eos increpabat, clamoremque compeſcere iubebat; illi clamorem vehementius attollebant. Tandem a Chriſto & luce ſunt donati,

Concordia Euangeliſtarum.

D. quidem Matthæus, duos cæcos illuminatos eſſe ſcribit: Marcus verò vnius tantum meminit, eo quòd fama eſſet notior, ideoque illum proprio nuncupauit nomine Bartimæum, id eſt, filium Timæi; Barto. enim filium ſignificat. Marcus (inquit Auguſt. libr. 2. quæſt. Euangelic. capit. 48.) vnum cæcum commemorat, cuius & nomen dixit, & patrem, ut intelligamus eum fuiſſe notiſſimum, alterum ignotum, ut meritò ille notus etiam ſolus decenter commemoraretur, &c. Idem docet lib. 2. de conſenſu Euang. capit. 65. proculdubio, ait iſte Bartimæus ex aliqua magna felicitate deiectus, notiſſimæ, & famoſiſſimæ miſeriæ fuit, quòd non ſolum cæcus, ſed etiam mendicus ſedebat. Hinc eſt ergo quod ipſum ſolùm voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparauit, quam erat illius nota calamitas, &c. Eandem ob cauſam Lucas cap. 8. & Marcus capite 5. vnius tantum dæmoniaci meminerunt, quem Chriſtus ſanitati reſtituit, cum tamen, vt ex Matthæo conſtat; capit. octauo duo fuerint. Quia tamen alter notior erat, & ſæuior, illum tantum Marcus, & Lucas, memoriæ prodiderunt. Adde non fuiſſe curæ Euangeliſtis, omnia Chriſti miracula, ſed aliqua tantum commemorare.

Dæmoniaci duo curati ſunt, quã nis Euangeliſtæ vnius meminerint.

Illud etiam in quæſtione eſt: An is cæcus quẽ ſanitati redditum Lucas ait, cap. 18. Sit is Bartimæus, cuius Marcus meminit? Nonnulli illum Lucæ cæcum, Marci Bartimæum fuiſſe putant, propter narrationis ſimilitudinem. Eadem enim eſt Lucæ, & Marci narratio. At verò ex D. Luca colligitur fuiſſe diuerſos cæcos. Ait enim cæcum, de quo ſcribit, luce oculorum eſſe illuminatum, cum Chriſtus appropinquaret Iericho, in Ieruſalẽ pergens: ergo illuminatus eſt, antequam Iericho ingrederetur. Marcus verò apertè affirmat, Bartimæum viſum recepiſſe cum è Iericho proficiſcebatur Dominus. Reſponderi poſſet, illa Lucæ verba. *Cum appropinquaret Iericho*; eſſe ſic exponenda *cum Chriſtus eſſet vicinus Iericho*; neque curaſſe Lucam ante ingreſſum ne, an poſt egreſſum, eſſet miraculum editum, voluiſſe tantum ſignificare, prope Iericho eſſe factum. Marcum autem explicaſſe, quod Lucas prætериit, perpetratum fuiſſe, poſt egreſſum e Iericho. Auguſt. loco citato: poſſemus, ait, de propinquantibus ad Iericho, ſic intelligere, ut iam inde egreſſi, prope tamen adhuc eſſent ad eam ciuitatem, quod quidem minus vſitatè dicitur, &c. Neque vſitate, neque proprie dicitur. Suauis Lucæ narratio, hanc interpretationem abnuere videtur, vt lector diligens animaduertet. Deſcribit enim miraculum, antequam Chriſtus vrbem ingrediatur. Poſtquam vero miraculum factum deſcripſit; ſequenti capite, ait ingreſſum Chriſtum perambulaſſe Iericho. Video dici poſſe per anticipationem miraculum eſſe deſcriptum. Audiamus Auguſtinum quæſtione indicata, Quoniam, inquit, quæ conſequuntur in Euangelio ſecundum Lucam, apertiſſimè oſtendunt illud, quod ipſe narrat adhuc eis, (id eſt, Chriſto & diſcipulis) venientibus Iericho, factum eſſe, nihil aliud reſtat intelligere, niſi bis eſſe factum hoc miraculum, ſemel in vno cæco, dum adhuc veniret Chriſtus in illam ciuitatem, & iterum in duobus, cum inde egrederetur. Vt illud vnum Lucas, illud alterum Matthæus enarraret. Sic Auguſtinus, quem ſequimur.

An cæcus Marci, & Lucæ, idem ſit?

Non vnum ſed duo fuere miracula.

Euthymius exiſtimare videtur, quatuor cæcos a Chriſto ſanatos. Duos nimirum, de quibus ſcribit Matthæus, tertium de quo Marcus, quartum

de quo Lucas agit. Atque adeo putat ab Euangeliſtis tribus, hiſtorias tres diuerſas narrari. Ego, inquit, alterum ab his duobus Matthæi cæcis, eſſe dico eum, de quo habet Marcus; rurſumque alterum ab eo de quo Marchus, illum de quo loquitur Lucas. Is ſiquidem, de quo Marcus agit, veſtem præ nimia feſtinatione proiecit, & ſine cõtactu ſanitatem accepit: is autem qui apud Lucam eſt, Chriſto potius ingrediente Iericho, & non egrediente ſanitatem eſt conſecutus, &c.

Quot cæci fuerint illuminati.

Theophylactus Matthæi 20. arbitratur unam tantum a Marco, & Luca narrari hiſtoriam; eumdemque eſſe Bartimæum Marco, & cæcum Lucæ. Eandem hiſtoriam, a Matthæo quoque cõmemorari cenſet. Quod, inquit, Lucas, & Marcus, unum cæcum fuiſſe dicunt; non diſſonant a Mattheo. Illi enim inſignioris mentionem fecerunt, &c. Addit: vel aliter; Lucas dicit, quod antequam ueniret in Iericho curauit cæcum; Marcus autem poſt-

A quam exiuit ex Iericho; Matthæus vero breuitatis amator utrumque ſimul complexus eſt, &c. Iam diximus, cæcum Lucæ, non eſſe cæcum Marci, aut alterum ex cæcis Matthæi. Quoniam tam Marcus, quam Matthæus affirmant, Chriſtum poſt egreſſum ex Iericho miraculum edidiſſe; Lucas vero ante ingreſſum. Itaque cum Auguſtino & aliis dicimus, duas eſſe hiſtorias diuerſas, treſque cæcos ſanatos, vnum Lucæ, duos Matthæi: alter horum duorum Bartimæus erat Marci, ut diximus. Non deeſt qui coniiciat, cæcum

B Lucæ, ante ingreſſum Chriſti in Iericho, ad Chriſtum clamaſſe, lumenque oculorum expetiuiſſe, neque tunc aſſecutum. Quamobrem in alterum migraſſe locum, ſeque cum altero cæco coniunxiſſe, ad Chriſtum ex Iericho egreſſum clamaſſe, ſimulque cum ſocio lumen accepiſſe. An hæc coniectura cum Euangelio Lucæ conſentiat, lector conſideret, mihi non admodum videtur conſentire.

SEBA-

SEBASTIANI BARRADAS

E SOCIETATE IESV,

DOCTORIS THEOLOGI;

Commentariorum

In quatuor Euangelia, eorumque concordiam.

TOMVS III.

LIBER SEPTIMVS CAPVT PRIMVM.

De cęna in Bethania Chriſto exhibita, & vnctione Mariæ.

MATTHÆVS CAPITE XXI. Verſ.6.

CVM autem Ieſus eſſet in Bethania, in domo Simonis le-
7 proſi, * acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguen
8 ti pretioſi: & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. * Vi-
dentes autem diſcipuli indignati ſunt, dicentes: Vt quid
9 perditio hæc? * potuit enim iſtud vænundari multò, & da
10 ri pauperibus. * Sciens autem Ieſus, ait illis. Quid moleſti
eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.
11 * Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis.
12 * Mittens enim hæc vnguentum hoc, in corpus meum; ad ſepeliendum me
13 fecit. * Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium,
in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.

MARCVS CAPITE XIV. 3.

ET cum eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet,
venit mulier, habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati, pretio-
4 ſi, & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius. * Erant autem
quidam indignè ferentes, intra ſemetipſos, & dicentes: vt quid
5 perditio iſta vnguenti facta eſt? * Poterat enim vnguentũ iſtud
vænundari pluſquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in
6 eam. * Ieſus autem dixit: ſinite eam, quid illi moleſti eſtis? Bonum opus ope
7 rata eſt in me. * Semper enim pauperes habetis vobiſcum, & cum uolueritis,
8 poteſtis illis benefacere; me autem non ſemper habetis. * Quod habuit hæc
9 fecit præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. * Amen dico vobis, vbi-
cumque prædicatum fuerit Euangelium iſtud, in vniuerſo mundo, & quod
fecit hæc narrabitur in memoriam eius.

IOANNES CAPITE XII. Verſ. 1.

2 IESVS ergo ante ſex dies Paſchæ, venit Bethaniam, vbi Lazarus
fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. * Fecerunt autem ei cœnam
ibi, & Martha miniſtrabat, Lazarus verò vnus erat ex diſcumben-
3 tibus cum eo. * Maria ergo accepit libram vnguenti, nardi piſtici
pretioſi, & vnxit pedes Ieſu; & exterſit pedes eius capillis ſuis. Et domus im-
4 pleta eſt ex odore vnguenti. * Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſca-
5 riotes, qui erat eum traditurus. * Quare hoc vnguentum non væniit trecen-
6 tis denariis, & datum eſt egenis? * Dixit autem hoc, non quia de egenis per-
tinebat ad eũ; ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quę mittebantur porta-
7 8 bat. * Dixit ergo Ieſus; Sinite illã, vt in diẽ ſepulturæ meæ ſeruet illud. * Paupe
res enim ſemper habetis vobiſcum; me autem non ſemper habetis. *Cogno-
uit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt; & venerunt, non propter Ie-
9 ſum tantùm, ſed vt Lazarum uiderent, quem ſuſcitauit. * Cogitauerunt au-
10 11 tem principes ſacerdotum, ut & Lazarum interficerent, * quia multi propter
illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

Ante ſex dies Paſchæ, venit Bethaniam,

Miſteria ſeries. *Quo die venerit Chriſtus Bethaniam.*

EX Iericho vrbe, diſceſſit Dominus A Ieruſalem petens; peruenit verò Bethaniam, quæ Ieroſolimæ propinqua eſt, ante ſex dies Paſchæ, vt Ioãnes ſcribit, id eſt, ſex diebus ante Paſca, Feſtum Paſchæ agebatur Decima quinta die menſis Niſan, qui noſtro reſpondet Martio; Chriſtus Bethaniam venit, ſex diebus ante Paſca. Dubium eſt, quo die venerit: Theophylactus Io. 12. ait veniſſe die noua menſis. Illo autem anno Paſchę fectum celebratum eſt feria ſexta; venit ergo Chriſtus Bethaniam die Sabbati à quo ſi numeres vſque ad feriam ſextam ſequentem, eam exludens, reperies dies B ſex. Eadem eſt ſententia Gloſſæ interlinearis, in qua ſcriptum eſt, decima die Chriſtum Ieroſolymam petiiſſe. Petijt autem Ieroſolymam, poſtquàm venit Bethaniam die ſequenti. Rupertus; Sextus (inquit) dies, ante quartam decimam diem menſis, cuius in veſpera agnus immolandus erat; nonus dies eiuſdem menſis eſt, &c. Paſchæ diem intellexit, diem, in quo agnus Paſchalis immolabatur. Arbitror potiùs eſſe diem feſtum Paſchæ. Iuxta illud Ioãn. 13. *Ante diem feſtum Paſchæ, &c.* Quocũque tamen modo Paſcha accipiatur; ſi nono die menſis Niſan Dominus venit Bethaniam, Sabbato venit. Paſchatis enim feſtum ſexta feria actum eſt, illo anno, decimaquinta die menſis. Si retrò numeremus ad nonum vſque diem, Sabbatum fuiſſe reperiemus. Hugo quoq; Cardinalis, Dionyſius Carthuſianus, & alij, Sabbato Dominum veniſſe putant Bethaniam. Huius opinionis eſt D. Thomas in Ioann. cuius hæc ſunt verba: Hìc (inquit) dicitur Paſcha decimaquinta dies, quæ tota erat feſtiua; & illo anno occurrit feria ſexta, in qua paſſus eſt Dominus. Ita quòd ſextus dies ante Paſcha fuit prima feria, id eſt, dies Dominicus, in qua Dominus cum ramis palmarum Ieroſolymam intrauit, & in die præcedenti, ſcilicet Sabbato, venit Bethaniam. Hæc D. Thomas.

Caietanus verò, Ianſenius, & Toletus, feria ſexta veniſſe exiſtimant. Caietanus numerat ſex dies, à feria ſexta, vſque ad feriam quintam. Feriam enim quintam vult ſignificari nomine Paſchæ, quia ea die veſperi agnus immolabatur. Ianſenius, à feria ſexta vſque ad feriam ſextam, qua feſtum Paſchæ celebre erat, ſex dies intermedios ſupputat. Veriſimilius eſt, perueniſſe Chriſtum Bethaniam die Sabbati veſperi. Si obijcias die Sabbati, non erat fas iter agere.

Re-

Reſpondebitur, poſt Solis occaſum A fuiſſe fas. Itaque Chriſtus Sabbatum in aliquo oppido egit Bethaniæ propinquo, poſt Solis occaſum, Bethaniã petiuit. Vel, quia legis, & Sabbati Dominus erat, iter fecit breue die Sabbati, venitque Bethaniam ante Solis occaſum, ibique cœnauit. Poſtero die, id eſt, prima die poſt Sabbatum, quæ nũc Dominica eſt, abiit Ieroſolymam. Vrgebis: Chriſtus ſero venit Bethaniam. Quando igitur turba uenit, ex ciuitate Ieruſalem, ut uideret tum Chriſtum B ipſum, tum Lazarum? Reſpondebimus: cum de aduentu turbæ agemus infra.

Die Sabbato venit Dominus Bethaniã, die Dominico Ieroſolymã petiuit.

Fecerunt autem ei cœnam ibi.

Quando cœna hæc facta ſit.

FActa eſt hæc cœna Bethaniæ, die Sabbati, poſt Solis occaſum, & poſt feſtum Sabbati. Nam Sabbati feſtum vſque ad veſperam tantum agebatur. Iuxta illud Leuitic. 23. *A veſpera uſque ad v ſperã celebrabitis Sabbata veſtra, &c.* C Venit Dominus die Sabbati Bethaniã, & fecerunt ei cœnam ibi, eodem die. Nam cibos parare licebat, poſt Solis occaſum, tranſacto iam feſto. Neque habet vim, quod obiicitur argumentum; Sabbato cibos parare non licebat, ergo non eſt præparata cœna die Sabbati.

Vbinam & à quibus cœna Chriſto ſit exhibita.

Quinam fecerint cœnam, dubitatur. Toletus exiſtimat probabile, incolas Bethaniæ, communi conſenſu, cœ- D nam exibuiſſe die Sabbati; ſed paratam putat die Veneris. Ianſenius quoque cœnam paratam die Veneris arbitratur, ſed factam, id eſt, exhibitam die Sabbati. Lyranus in ſententia Toleti videtur eſſe, ſic enim ſcribit: Fecerunt ei cœnam ibi homines illius loci, &c. Caietanus ſentit, factam communi cõſenſu a Maria, Martha, & Simone leproſo. Euthymius factam ait a Maria, & Martha. Idem ſentiunt, Chryſoſtomus E & Theophylactus. Chryſoſtomus enim, in domo Lazari, Theophylactus in domo Marthæ factam ſcribit. Origenes verò tract. 35. in Matth. Lazarum, Martham, & Mariam cœnam feciſſe ait. Exiſtimarim, cœnam Bethaniæ factam Chriſto a Simone leproſo. Pro-

batur, quoniam, ut ex Matth. cap. 26. & Marc. cap. 14. conſtat, in domo Simonis cœnauit. Vnde ſequi uidetur, ab ipſomet Simone, cuius in domo cœnabat, exhibitam cœnam. His, quæ diximus, obſtare uidentur Matthæus, & Marcus; indicant enim, hanc cœnam factam biduo ante Paſcha. At enim Dominus: *Scitis, quia poſt biduum* (id eſt, poſt duos dies) *Paſcha fiet.* Sed minimè obſtant, utuntur enim recapitulatione vt infra dicimus, cum quærimus, an tres Euangeliſtæ de eadem vnctione egerint.

Theophylactus ait, cœnam diei nonæ menſis Niſan, quæ eſt ſexta dies ante Paſcha, lautiorem Iudæis fuiſſe; Cœna, inquit, quæ ante ſex dies, quæ eſt nona menſis, lautius Iudæi epulantur, & initia feſtiuitatis (ſcilicet Paſchalis) eo die faciunt. Ideo Ieſus ſimul cœnauit, in Bethaniam veniens, &c. Si vera eſt hæc ſententia, lautior reliquis fuit cœna hæc Chriſto data, ideoque Toletus ſolemnem eam appellat, atq; amplam, ad quam multi conuenerunt. Sed meritò de hac Theophylacti ſententia dubitat Ianſenius. Illi certè non fauent Euangeliſtæ illa verba: *Fecerũt ei cœnam ibi.* Cum enim dicitur facta cœna (vt Ianſenius ait) non apparet, eam ex more ſolemni fuiſſe paratam. Fuit ergo cœna tunc Chriſto exhibita minime ſolemnis. Fauet Theophylacto Mariæ vnctio. Videtur enim lauta fuiſſe, & ſolemnis cœna, in qua unctus eſt conuiua. At reſpondemus, unctum fuiſſe Chriſtum ab eadem Maria, tunc cum in domo Simonis Luc. 7. cœnabat, cum tamen ſolemnis non eſſet cœna. Eundem in modum, ungi nunc potuit, quamuis cœna non eſſet celebris, & feſta. Lege Ariam Montanum Ioann. 12. quo loco meminit cœnarum, quæ ex more antiquo Iudæorum fieri ſolebant, congregatis amicis, ad communicationem religionis, & gratiarum actionem. Cuiuſmodi hanc fuiſſe putat, quæ data eſt Chriſto a Simone leproſo, in domo ſua, die Sabbati. Neque verò Simon leproſus dicitur, ut Beda animaduertit, quod illo tempore, quo cum Chriſto cœnabat, lepra fuerit infectus; ſed quod an-

Nona die menſis Niſan ante ſolemnis cœna facta ſit.

ante leproſus fuerit, & a Domino reſtitutus ſanitati. Sic Matthæus Publicanus dicitur Matth. 10. cum illi officio nuncium iam remiſiſſet. Nicephorus lib. 1. cap. 27. ait, apocryphos libros tradere, fuiſſe patrem Lazari hunc Simonem leproſum. Et Theophylactus Matth. 26. Simonem, inquit, hunc leproſum, quidam dicunt fuiſſe patrem Lazari, quem Chriſtus a lepra purificauit, &c.

Simō lepro ſus dicitur pater Lazari.

Lazarus vnus erat ex diſcumbentibus.

Lazarus cur hic memoretur.

MEminit peculiariter nunc Lazari Euangeliſta, propter miraculum celeberrimum, quod turbam traxit ad Chriſtum: *Venerunt*, inquit infra, *Iudæi non propter Ieſum tantum, ſed ut Lazarum viderent, quem ſuſcitauit a mortuis, &c.* Aderat cœnæ Lazarus, a mortuorum regione reuocatus, in memoriam ſtupendum miraculum omnibus reuocabat, non phantaſticè ſed verè ſe reſurrexiſſe factis comprobabat. Siquidem epulabatur, veræque vitæ functiones coram omnibus exercebat, Vnde D. Auguſtinus: Ne, inquit, putarent homines phantaſma eſſe factum, quia mortuus reſurrexit; Lazarus vnus erat ex diſcumbentibus, viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas oſtendebatur, &c. Et Theophylactus: Oſtendere, ait, volens Euangeliſta veræ reſurrectionis Lazari ſignum, dicit: *Lazarus vnus erat ex recumbentibus*. Non enim, ut apparuit, ſtatim mortuus eſt, ſed māſit mul to tempore, &c. Lazarus igitur recumbebat, & cœnabat.

Martha Chriſto miniſtrat per ſe, non per ancillas.

Quid ſorores duæ egerint, addit Euangeliſta. Martha quidem miniſtrabat, beatamque ſe eſſe exiſtimabat miniſtrando. Ancillas habebat, illis tamen tum beatum miniſterium noleſbat committere. Obſerua (ait Theophylactus) fidem Marthæ; quomodo nōn permiſerit ancillis miniſterium, ſed per ſelpſam miniſtret, &c. Facta eſt cœna in domo Simonis leproſi, ut ſupra diximus. Eò duæ ſorores ſtatim conuolarunt; quia vicinus erat Simon eiuſdem oppidi, & fortè conſanguineus. Martha miniſtrandi munus ſibi aſſumpſit, Maria vngendi.

CAPVT II.

De vnctione Mariæ.

Maria ergò accepit libram nardi piſtici, pretioſi.

LAzarus accubuit; Martha miniſtrauit, officioque vicit: *Accepit libram nardi, piſtici, pretioſi, & vnxit pedes* Chriſti, *capilliſque extersit*. Continebatur hęc vnguenti libra alabaſtro, ut indicant, Matthæus, & Marcus. Tam de vaſe, quam de vnguento nonnulla explanāda ſunt. Alabaſtrūm vas erat, ex lapide alabaſtro confectum, in quo vnguentum commodè aſſeruabatur. Lege quæ diximus tom. 2. lib. 8. cap. 12. Repugnare videntur huic ſententiæ verba illa Marc. 14. *Fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius, &c.* Quo enim modo confringere tam facilè potuiſſet vas Maria, ſi ex alabaſtro lapide fuiſſet confectum? Non deeſt, qui credat, non fuiſſe hoc Mariæ vas ex alabaſtro factum, quia tam facilè eſt fractum, ſed ex alia fragili materia fuiſſe. Dictum verò alabaſtrum, aut quia ex alabaſtro vnguentaria uaſa fieri ſolebant, ita ut etiamſi ex alia materia aliquando fierent, alabaſtrūm dicerentur, aut quia ea erant forma, vt anſa carerent, qualibus utuntur pharmacopolæ. Nam alabaſtrum dicitur ab α, particula priuatiua, & verbo λαβεῖν, id eſt, apprehendere, capere, quod capi non poſſit ob læuorē. Significare igitur poteſt vas anſis carens, quod capi non poſſit. Mihi non videntur repugnare verba Marci Exiſtimo alabaſtrum ſignificare vas, ex lapide alabaſtro confectum, ut dixi: illæ enim aliæ ſignificationes incertæ admodum ſunt, & cogitatione effictæ, hæc certa. Erat autem confectum ex tenui lapide, non craſſo, perinde ac ſi vitreum eſſet, ideoque facile potuit frangi, effundique vnguentum. Vide quæ de alabaſtro diximus tom. 2. lib. 8. cap. 12.

Alabaſtrū quid ſit.

De vaſe vnguenti.

Cir-

De vnguento, quo vnctus eſt Dominus.

Circa vnguentum quæritur, quale fuerit? Matthæus appellat *vnguentum pretioſum*, Marcus *vnguentum nardi, ſpicati, pretioſi*, Ioannes *vnguentum nardi piſtici*. De nardo vide Plinium lib. 12. capit. 12. Dioſcoridem lib. 1. capit. 6. & Matthioli commentarium. Vnguentũ ex nardo fuiſſe pretioſum, & magni odoris, ex hoc loco ſatis conſtat. Siquidem pretioſum dicitur ab Euangeliſtis. Ioannes vero aſſerit, totam domũ odore vnguenti fuiſſe completam. Iudas quoque: *Potuit*, inquit, *vnguentum iſtud venundari multò*. Canticor. 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum, &c.*

De nardo ſpicato.

A Marco dicitur, *nardum ſpicatum*, quia nardum eſt ſpicatum, id eſt, ſpicas habet. Ego (inquit Matthiolus) ſæpenumerò Venetiis nardi ſpicæ ceſpites vidi tum figura, tum etiam ſpicarum connexu, alium referentes, &c. Item: Ego etſi nardi quamplurimum diligenter examinauerim, ac ſelegerim, aliud tamen, quã ſpicam uidere mihi non licuit, &c. Putat ille nardi ſpicam eſſe nardi radicẽ: Et Galenus lib. 1. de Antidotis. Nardũ inquit, Indicam, nardi ſpicam appellamus, licet radix exiſtat, &c. Contra Plinius: Nardus, ait, frutex eſt, graui, & craſſa radice, ſed breui, ac nigra, fragilique, quamuis pingui, ſitum redolente, ut cyperi, aſpero folio, paruo, denſoque, cacumina in ariſtas ſe ſpargũt. Ideo gemina dote nardi ſpicas, ac folia celebrant, &c.

De nardo piſtico.

Piſticam nardum dixit Ioannes. Græcum nomen retinuit Interpres. D. Auguſtinus a loco ſic dictum ait vnguentum, unde afferebatur. Locum, inquit, aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentum pretioſum. Auctor in Marcum, ſub nomine Hieronymi, piſticum nardum interpretatur, nardum myſticum, & pretioſum. Significat πίστις fidẽ Græcè, inde πιστικὸς dicitur, id eſt, fidelis. Appellatur ergo nardum piſticum, id eſt, fidele, ut eſt in regiis Bibliis purum, minimè adulteratum, aut corruptum. Vel nardum verum, non pſeudonardum. Ita D. Hieronymus Matth. 26. interpretatur. Alius inquit, Euangeliſta, id eſt, Ioannes, pro alabaſtro vnguenti pretioſi, quod eſt

A genus marmoris, nardum piſticam poſuit, hoc eſt, verã, & abſque dolo, &c. Qualis erat animus Mariæ, tale vnguẽtum erat, nempe purum, ac ſyncerum. De nardo piſtica (ait Theophylactus Marc. 14.) ſcias, quod eſt ſpecies quædã nardi, quæ piſtica dicatur, uel quod ſyncera ſit, & non adulterata, uel cum fide confecta, &c. Euthymius: *Nardi*, inquit, *piſtice*, hoc eſt, puræ, & ad puritatem, ac munditiem ordinatæ. Aut etiam appellatio quædam eſt hæc vn- B guenti, &c.

Huic interpretationi obiicitur, a πίστις dici, non πιστικὸν, ſed πιστὸν, id eſt, *fidelem*, atque adeo nardum fidelẽ fuiſſe appellandam piſtam, non piſticam. Deinde, πίστις non dicitur de rebus inanimatis: ergo neque piſticus de nardo dicetur. Præterea, nardus non dicitur fidelis, & pura, uel adulterata, & impura, ſed vnguentum: ergo nardus non dicitur piſtica, id eſt, fidelis. Reſpondemus, non ſolum ἀπὸ τῆς πίστεως, id eſt, C a fide, deduci πιστὸν, ſed etiam πιστικὸν, quod fidele ſignificat, dicique nomen Græcum de rebus animo carentibus, quemadmodum dicitur nomen Latinum *fidelis*, vt fidele vnguentum, ideſt, non adulteratum. Præterea, negamus nardum non adulterari. Lege Dioſcoridem, & Plinium. Poteſt ergo dici nardus piſtica, id eſt, fidelis, vera, non adulterina.

Nardus adulteratur

Alterum (ait Plinius) nardi genus apud Gangem naſcens, damnatur in totum. Adulteratur, & Pſeudonar- D do herba, quæ ubique naſcitur: Item ſua radice permixta, ponderis cauſa, & gumi, ſpumaque argenti, aut ſtibio, cyperive cortice. Syncerum leuitate deprehenditur, & colore rufo, odoriſque ſuauitate, &c. Et lib. 13. cap. 1. Conueniet, inquit, meminiſſe herbarum, quæ nardum Indicum imitentur, ſpecies nouem a nobis eſſe dictatas, tanta E materia adulterandi eſt, &c. Forſitan quia tanta materia eſt adulterandi nardum, appellauit Ioannes nardum piſticum, ideſt, non adulteratam. Lege Galenum libro primo, de Antidotis, quo loco nardum appellat ἀκέραιον id eſt, *puram*, & *ſynceram*. Galenus dixit ἀκέραιον, i. *ſynceram*. Ioannes πιστικὴν, i. *fidelem*, quod idem eſt. In nardo (inquit

Galenus) cauendum eſt, ne quis elotā dictam tradat. Eſt autem illa ijs, qui vnguenta præparant, in coctione ipſorū, ſicuti conſueuerunt, prius in vſum, miniſteriumque adhibita, quæ ἀκέραιοι, quod eſt pura, venundatur, &c.

An piſtica nardus ſit nardus liquida.

Eſt etiam alia interpretatio, piſticā dici nardum, id eſt, liquidam. Cū enim ſint duo vnguenti genera: quædā craſſa, quæ non facilè effunduntur: alia liquida, quæ ad effundendum apta ſunt: hoc Mariæ vnguentum obſeruat Euangeliſta fuiſſe liquidum, quod facilè effundi potuerit. Si roges: Cur piſticum dicatur vnguentum liquidum? Reſpondebitur, πιστικὸν deriuari a verbo πίω, Futurū πίσω, quod ſignificat *potos* quaſi dicatur *vnguentum potabile*, id eſt, liquidum. Opinio non placet. Primo, quia opus non erat dicere, vnguentū fuiſſe liquidum; ſiquidem ex effuſione id cōſtabat: opus autem erat dicere, fuiſſe vnguentum fidele, non adulteratum. Secundo, quia vox πιστικὸν deriuatur a πίστις, non a πίω. Tertio, quia quamuis concedam, hanc vocem ſignificare *potabilem*, non rectè dicitur *vnguentum potabile*, pro vnguento liquido. Quis.n. ſic loquatur? Potabili vnguento Maria Dominum vnxit. Non agitur hic de potabili potione, ſed de vnctione. Sanè dura videtur metaphora, *vnguentum potabile*, pro *liquido*: durior, *nardus potabilis*. Ioannes autem non vnguentum, ſed nardum piſticum appellat, νάρδου πιστικῆς. *Accepit libram vnguenti nardi piſtici*, id eſt, nardi potabilis. Neque potabilis dici poteſt nardus, neque liquida.

Cur fregerit Maria alabaſtrū.

Quæritur, cur Maria fregerit alabaſtrum, quod uas fuerit pretioſum? Reſpondetur, ut largiter effunderet vnguentum. Os vaſis erat anguſtum, uoluit vero ſimul, non paulatim, totum effundere: ideo fregit alabaſtrum. Præterea, fecit honoris Chriſti cauſa, vt tam vnguento, quam alabaſtri fractione Chriſtum honoraret: in honorem enim illius, illa vaſis ceſſit fractio. Caietanus tamen arbitratur, non eſſe fractum alabaſtrum: ſic enim interpretatur *fracto alabaſtro*, hoc eſt, aperta pixide alabaſtri. Sed nemo non uidet interpretationem non eſſe veram. Frangere alabaſtrum, longè aliud ſignificat, quam aperire alabaſtrum. De vſu vnguentorum in conuiuiis lege Athenæum lib. 15. & Plinium lib 13. cap. 3. & quæ diximus tom. 2. libro octauo, cap. 12.

Et vnxit pedes Ieſu.

An ſit bis Chriſtus vnctus ante paſſionem.

IN controuerſia uerſatur, num ſemel tantum fuerit Chriſtus vnctus, hiſce diebus paſſioni propinquis, an bis? Nam bis, duplicique vnctione, his diebus delibitum, ſic probatur. Matth. 26. & Marcus 14. vnius vnctionis faciunt mentionem, Ioānēs 12. alterius. Ergo bis vnctus eſt Dominus. Reſpondebitur, eandem fuiſſe vnctionem, a tribus Euangeliſtis proditam memoriæ. Duplicem fuiſſe confirmatur. Primò ſic; Matthæus, & Marchus, ſcribunt, Chriſtum vnctum biduo ante Paſcha: *Scitis*, inquit, *quia poſt biduum Paſcha fiet, &c.* Ioannes, ſex diebus ante Paſcha. Non igitur eſt unctio eadem. Secundo, apud Matthæum, & Marcum, odoriferum vnguētum in caput; apud Ioannem, in pedes effunditur. Tertio, Matthæus, & Marcus, memorant, vnctum Dominum in ædibus Simonis leproſi. At ex Ioanne colligitur, id factū in ædibus Marthæ, ſiquidem illa miniſtrabat, Lazarus accumbebat menſæ, Maria ungebat. Quartò, apud Matthæum, & Marcum, Diſcipuli indignatione permouentur, pretioſique vnguenti iacturam grauiter ferunt, apud Ioannem, ſolus Iudas, quod fur eſſet, ſtomachatur. Ergo alia, atque alia eſt vnctio.

Duæ vnctiones fuiſſe traduntur.

Origenes tractat. 35. in Matth. duas mulieres fuiſſe opinatur, quæ nunc Chriſtum unxerit, vnam, de qua ſcripſerunt, Matthæus, & Marcus, alterā, de qua Ioannes. Ac proinde duas credit fuiſſe vnctiones. Theophylactus quoque Marc. 14. putat fuiſſe duas vnctiones, a duabus fœminis exhibitas. Idem ſentit Euthymius, eodem cap. D. etiam Chryſoſtomus hom. 81. in Mat. diuerſas ſignificat eſſe has vnctiones, & diuerſas fœminas. Reſpondendum eſt, vnam, eandemque fœminam Mariam Magdalenam bis Chriſtum vnxiſſe, ſemel, cum peccatis remiſit nuncium,

Digitized by Google

cium, multo ante paſſionem; iterum Bethaniæ, ſex diebus ante Paſcha, paſſione inſtante. Priorem illam vnctionem memorat Lucas cap. 7. hanc poſteriorem hiſtoriæ Euangelicæ commendarunt, Matthæus 26. Marcus 14. Ioannes 12. Eadem enim vnctio ab his tribus Euangeliſtis literis eſt conſignata. Hæc eſt D. Auguſtini ſententia lib. 2. conſenſu Euangeliſt. cap. 79. cui multi alij ſubſcribunt. Confirmatur hoc pacto: Matthæi, & Marci vnctionem eandem eſſe patet. Eandem quoque eſſe Ioãnis vnctionem probatur; quoniam ſi diuerſa eſſet, præceſſiſſet ſecundam vnctionem pauciſſimis diebus ne, animi indignationem patefaceret; ſiquidem pauciſſimis antè diebus fœminæ factum Chriſtus laudauerat, Iudæque indignationem compreſſerat. Præterea, idem factum, eadem indignatio, eadem Chriſti reſponſio; eandem eſſe oſtendunt vnctionem. Argumenta oppoſita facilè diluuntur.

Probatur fuiſſe vnã vnctionem tantùm.

Primo reſpondet D. Auguſtinus lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. cap. 78. vnctionem hanc factam ſex diebus ante Paſcha, vt Ioannes ſcribit; cæteros verò Euangeliſtas per recapitulationem illius meminiſſe, poſt illa Chriſti verba: *Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet.* Nõ enim ſignificat vnctionem illo tempore factam; ſed recapitulando loquuntur. Vſi autem ſunt recapitulatione, vnctioniſque iam factæ meminerunt, vt oſtenderent, Iudam ex vnctione illa accepiſſe anſam vendendi magiſtrum.

Secundo reſpondetur, Mariam primùm quidem pedes Chriſti vnxiſſe odorifero vnguento, capilliſque terſiſſe, poſteà verò, quod reliquum erat vnguenti, fracto alabaſtro, in caput effudiſſe. Hoc Matthæus, & Marcus, ſcripſere; illud Ioannes ſuppleuit.

Tertio reſpondetur, cœnam Chriſto exhibitam in domo Simonis leproſi, vt aiunt, Matthæus, & Marcus; miniſtraſſe verò Martham; & Mariam vnxiſſe Dominum, ea in domo, propter familiaritatem, vel conſanguinitatem, quæ inter ipſas, Simonemque intercedebat.

Quarto reſpondetur, Iudam primùm indignatum eſſe, vt Ioannes ait; ſequutos Diſcipulos alios, vt ſcribſit, Matthæus, & Marcus. Indignatus autem Iudas eſt, quia fur erat; cæteri Diſcipuli, quia pauperum amore commouebantur. Nihil ergo opinioni Auguſtini obſtat, quam ſequimur.

Et exterſit capillis.

An Maria pedes Chriſti priùs abſterſerit capillis, quã vnxerit.

Circa hæc verba dubitatur, an Maria capillis pedes Chriſti exterſerit, antequàm vnguento vngeret; an poſteaquàm vnxit? Priùs exterſiſſe, poſteà vnxiſſe putat Toletus, & Caietanus: Priùs (inquit) exterſit ab immunditia pedes Chriſti, capillis ſuis mundans illos, & deinde mundos iam pedes vnxit vnguento, &c. Lyranus vult priùs lauiſſe pedes, & exterſiſſe, poſteà vnxiſſe. Et Dionyſius Carthuſianus: Creditur (inquit, primò pedes Chriſti lauiſſe, & exterſiſſe, ac poſteà vnguento perfudiſſe, &c. Non caret probabilitate opinio, priùs exterſiſſe, poſteà vnxiſſe. Probatur; quoniam ſi priùs vnxiſſet, quàm exchergeret, ipſum abſtergeret vnguentum. Non eſt autem veriſimile, unguentum abſterſiſſe. Et Euangeliſta ſignificat, priùs unxiſſe, deinde abſterſiſſe capillis: ſic enim ait: *Vnxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis pedes eius, &c.* Quaſi dicat: Priùs unxit, deinde exterſit. Dici poteſt eſſe hyſteron proteron, id eſt, poni priùs, quod poſteriùs factum eſt. D. Lucas cap. 7. rectum ordinem tenuit: *Lacrymis,* inquit, *cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & vnguento vngebat, &c.* Nihilominus probabile eſt, & Euangeliſtæ uerbis magis conſentaneum, priùs unxiſſe, poſteà exterſiſſe, ut noſter Pater ſapientiſſimus Salmeron arbitratur, leuiter autem capillis exterſit, ne unguentum abſtergeret omninò. Idem etiam feciſſe uidetur, cùm primo unxit Dominum, Luc. 7. *Tergebat* (ut Lucas ait,) *& vngebat.*

CA-

CAPVT III.

De murmuratione Iudæ.

Quare hoc vnguentum non veniјt trecentis denariјs, & datum eſt egenis?

VNxit pedes, caputque Chriſti Maria. Non defuit, qui facto præclariſſimo indignaretur, nimirum Iudas. B An verò ſolus Iudas fuerit indignatus, factumque reprehenderit, dubitatur; quoniam Matthæus, cæteros quoque Diſcipulos indignatos ſcribit: *Videntes* (inquit) *Diſcipuli indignati ſunt, &c.* Reſponderi poteſt, ſolum Iudam indignatum, Matthæū verò vſum numero multitudinis pro ſingulari, vt D. Auguſtinus ait lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. cap. 79. Et D. Hieronymus Matth. 26. Idem, Auguſtinus, & Hieronymus, à veritate alienum nō eſſe putant, alios C quoque Diſcipulos, præter Iudam, grauiter tuliſſe illam vnctionē, pauperum caritate ductos, non auaritia. Poteſt (inquit Auguſtinus) etiam intelligi, quòd & alij Diſcipuli aut ſenſerint hoc, aut ſibi dixerint, aut eis Iuda dicēte perſuaſum ſit, &c. Et Hieronymus: Poſſumus & aliter dicere, quòd Apoſtoli verè propter pauperes indignati ſint, Iudas propter lucra ſua, &c. In hac ſententia eſt Theophylactus Ioan. 12. Dicendum, inquit, quod omnes D quidem dixerint; ſed non tali mente alij, quali Iudas, &c. Idem Chryſoſtomus ſentit, & Euthymius. Marcus Diſcipulorum nomen ſubticuit: *Erant*, inquit, *quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, &c.* videlicet, Diſcipuli Cùm enim Chriſtus à delicijs eſſet maximè alienus, exiſtimarunt, moleſtam illi fuiſſe vnctionem; ideoque fœminam reprehēderunt, quia Chriſto à delitijs abhorrenti diſplicuiſſe putabant deliciosam vnguenti profuſionem; aſſerne E runtque, multo fuiſſe ſatius, vnguenti pretium pauperibus elargiri: *Vt quid*, aiunt apud Marcum, *perditio iſta vnguenti facta eſt?* Græcè, εἰς τί, id eſt, ad quid, perditio hæc facta eſt? *Potuit enim ve-*

An ſolus Iudas indignatus ſit.

Alios Diſcipulos indignatus fuiſſe q̃ dicāt.

A *nundari pluſquàm trecentis denaris, & dari pauperibus*. Denarius, *dous vintes*. Trecenti denarij triginta aureos continent. Magni ſanè pretij vnguentum illud erat. Ioannes hæc verba Iudæ tribuit: *Quare hoc vnguentum non veniјt trecentis denariјs, & datum eſt egenis?* Veriſimile eſt, ipſum primum protuliſſe, reliquos ſequutos eſſe peſſimum ducem. Cognouit autem pretium vnguenti Iudas, ex ſuauiſſimo odore: Ideo dicit Ioannes, domum impletam fuiſſe ex odore vnguenti, vt vnguenti præſtantia agnoſceretur, & cauſa, cur mulier ſit incuſata à Iuda.

Pretiū vnguenti quātū fuerit.

Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens.

IVdas veſte caritatis erga pauperes, auaritiam induit: *Quare*, inquit, *non eſt venundatum hoc vnguentum, datumque pauperibus pretinm?* Indumentū Ioannes detrahit, auaritiam aperit. Nō hæc dicebat Iudas, ait Ioannes, quod pauperum cura illi eſſet. Sic enim Græcè legitur: οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, hoc eſt, *Nō quia de egenis cura erat ipſi*. Interpres vertit: *Non quia de egenis pertinebat ad eum.* Quod idem eſt. Cur igitur ſic loquutus eſt? *Quia*, inquit, *fur erat, & loculos habens; ea, quæ mittebantur, portabat*. Græcè, τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν, hoc eſt, *Et marſupium habebat, & iniecta portabat*. Nomen *loculi*. marſupium ſignificat. Portabat vero ea, quæ mittebātur, hoc eſt, inijciebantur in marſupium. Rupertus interpretatur: Portabat ea, quæ Dño mittebantur. Sed βαλλόμενα, *iniecta* ſignificat. Sic ergò loquutus eſt Iudas, non quod cuperet trecentos denarios dari pauperibus; ſed quia fur erat, marſupium commune ferens, in quod eleemoſynæ inijciebantur. Itaq; indignatus eſt Iudas, propterea quod illud vnguentum trecentis denarijs non eſt venundatum; ipſique denarij in marſupium, quod ferebat, non ſunt iniecti, quorum ipſe partem ſibi poſſet ſurripere. Huc ſpectat illud Ioā. 13. *Quidam putabant, quia loculos habebat Iudas,*

Iuda marſupium.

Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea, quæ
opus ſunt nobis ad diem feſtum. Aut egenis
vt aliquid daret, &c. Habebat ille marſu-
pium, ex quo furabatur: *Fur enim erat.*

Ex Chriſti crumena eleemoſyna donabatur

Hinc collige, Chriſtum crumenam
habuiſſe, in qua pecunia in vſus neceſ-
ſarios Diſcipulorum, & ad pauperum
inopiam ſubleuandam aſſeruabatur.
Vnde D. Gregorius Nazianzenus orat.
16. de pauperum amore: Me, inquit,
mouet Chriſti crumena, quæ nos ad
pauperes alendos exhortatur, &c. Vbi
Nicetas. Crumenam, inquit, Chriſtus
ob id habebat, vt ea, quæ à quibuſdam
ipſi offerebantur, ſuſcipiens, indigenti
bus rurſum ſpargeret, &c. Et D. Augu-
ſtinus Pſalm. 103. conc. 3. Ipſe Domi-
nus loculos habebat, quo mittebantur
neceſſaria, & poſſidebatur nummi pro
pter vſus eorum, qui cum illo erant, &
eius, &c. Item: De his, quæ dabantur, &
& in loculos mittebantur, dabatur pau
peribus, &c. Furari autem ſolitum Iu-

Iudas fur.

dam ex loculis pecunias, idem Augu-
ſtinus docet; Ioan. 12. Iudas, inquit, qui
conſueuerat de loculis pecuniam tol-
lere non dubitauit, accepta pecunia,
ipſum Dominum vendere, &c. Item:
Portabatne Iudas, quæ mittebantur, an
exportabat? Sed miniſterio portabat,
exportabat, &c.

Dicet aliquis. Nonne Dominus Di-
ſcipulus vetuit habere pecuniam? Mat-
th. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argen*
tum, neque pecuniam in zonis veſtris. Cur
ipſe marſupium habet, & pecuniam?
Reſpondetur, vetuiſſe Dominum Diſci
pulis pecuniam, quos ad docendum po
pulum binos mittebat. Quia facile
erat duob. hoſpitium reperire. At col-
legium plurium crumena indigebat;

Cur Chriſtus habuerit crumenam.

ideò illam habebat Chriſtus. Prętereà,
vt doceret, non eſſe impedimentum
perfectionis in communi aliquid poſſi
dere cœnobiũ. Vnde Caietanus: Hinc
(ait) apparet, non derogare perfe-
ctioni vitæ, habere commune marſu-
pium, pro ſumptu opportuno. Nihil
enim imperfectionis Chriſtus fecit in
tota vita ſua, &c.

Dubium eſt, cur Chriſtus Iudæ mar-
ſupium tradiderit, cũ ſciret pecunias
furaturum? Reſpondetur, Deum bene-
ficia in hominem conferre, etſi videat

A illum his abuſurum. Cùm bonus erat
Iudas, crumenam illi tradidit. Sua cul-
pa in auaritiam corruit, & beneficio,
atque officio abuſus eſt. Alij alias red-
dunt cauſas, quæ non placent. Orige-
nes, ſiue alius Auctor inter opera Ori-
genis, homil. 4. Canticor. Iudas, inquit,
initium mali habuit in amore pecu-
niæ: & hæc fuit illi vulpes puſilla. Sed
& ab hac cùm videret Dominus Iudæ
animam, quaſi florentem vineam lædi,
capere eam volens, & abijcere ex eo,
B commiſit ei pecuniæ loculos, vt poſſi-
dens quod amabat, à cupiditate ceſſa-
ret. Sed ille non eſt amplexus Medici
ſapientiam, &c. D. Chryſoſtomus ho-
mil. 64. in Ioann. Proptereà, ait, Iudæ
traditam crumenam, vt tolleretur pro
ditionis materia. Neque enim (ait)
poterat dicere, pecuniarum id cupidi-
tate feciſſe (ſufficientes enim loculi eſ-
ſe debebant, qui eius ſatisfacerent cu-
piditati) ſed ſola malitia, quam Chri-
C ſtus cohibere volebat, multa illi per-
mittendo, &c. Idem opinatur Euthy-
mius: Propter imbecillitatem, in-
quit, Iudæ, permiſit illi ſeruare marſu-
pium, vt inde ſuam foueret auaritiam,
& ob eam non incideret in proditio-
nem, &c. Alij voluerunt, vt ait Theo-
phylactus, ideò creditam Iudæ pecu-
niarum diſpẽſationem, vt indicaretur,
eum eſſe minorem alijs. Nam pecuniis
miniſtrare, minus eſt, quàm doctrinæ.
Hanc ſententiam ſequitur Lyranus:
D Tradidit, inquit, Chriſtus Iudæ hoc offi
cium; quia minor erat inter Apoſto-
los, &c. Et Dionyſius Carthuſianus;
Chriſtus, ait, officium procuratoris,
& diſpenſatoris commiſit Iudæ, tan-
quã minus ſpirituali, & inferiori, &c.
Bonus erat Iudas, quo tempore eſt ele-
ctus, vt diximus tom. 2. hoc tempore
iam fur erat. Et quia fur, & auarus
erat, magiſtrum, accepta pecunia, tra-
didit.

Cur Dominus crumenam Iudæ tradiderit.

E

Semper pauperes habetis vobiſcum,
me autem non ſemper
habetis.

Reſpondet Chriſtus Iudæ, & Diſcipulis.

DIſcipulis reſpondit Dominus, &
Iudæ: *Sinite eã*, vt ait Marcus, *quid da, &*
illi moleſti eſtis? Exiſtimatis malum fe-
ciſſe

ciſſe opus? Bonum fecit, non malum. A *Bonum opus operata eſt in me*. Egregium opus fuit, in caput, pedeſque meos vnguentum effundere, quàm pauperibus pretium eius largiri. Etenim pauperes ſemper habetis vobiſcum, poteſtiſque illis éleemoſynam tribuere, quotieſcumque libuerit. *Me autem non ſemper habebitis*. Nonne habemus Chriſti diuinitatem vbique? Habemus ſanè. Nonne habemus in Euchariſtia auguſtiſſima Chriſtum Deum, hominemque verum? Certiſſimè habemus. Cur igitur Domi- B nus ait? *Me non ſemper habebitis*. Videtur hæc verba cum illis pugnare Matth. 28 *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*. Si nobiſcũ eſt, nobiſcum eum habemus. Reſpondetur, manifeſtum eſſe, Chriſtum hic de præſentia loqui, in corpore mortali, & viſibili, obſequijq; corporalis (qualis erat illa vnctio) capaci. Senſus eſt: Pauperes ſemper vobiſcum habebitis, in corporibus mortalibus, & viſibilibus, obſequijq; corporalis, & eleemo- C ſynæ capacibus; poteritiſque illos beneficijs omnibus afficere. Me autem, ſic vt habetis pauperes, non ſemper habebitis, in corpore mortali, viſibili, & obſequij corporalis ipſum tangentis, capaci; quale obſequium eſt vnctio hæc. Non poteritis ſemper huiuſmodi mihi exhibere obſequia; patimini ergo exhiberi interim, dum me habetis; neque iniquo feratis animo, fœminam hanc, vnguento pretioſo pedes, caputque meum perfundere. Itaq; nihil ob- D ſtant verba hæc ab illis: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*. Etenim Chriſtus eſt vbique ſecundùm diuinitatem, & habemus eum ſecundùm diuinitatem. Item nobiſcum eſt in Euchariſtia totus Chriſtus, tam ſecundùm diuinitatem, quàm ſecùm humanitatem: habemuſque eum in Euchariſtia; ſed non in corpore mortali, viſibili, obſequijque corporalis ipſummet E corpus tangentis capaci. Non enim poſſumus vngere, vel tangere ipſum corpus Domini in Euchariſtia exiſtẽs; ſpecies ipſas tangimus, non ipſum corpus, quod ſub illis veriſſimè latet. Non negabit hæreticus, nos ſemper habere Chriſtum ſecundùm diuinitatem, vbique exiſtentem; quamuis ille dicat: *Me non ſemper habebitis*. Non igitur neget, nos habere Chriſtum totum in Euchariſtia, ſecundùm diuinitatem, & humanitatem; quamuis aſſerat: *Me non ſemper habebitis*.

Chriſtum quõ nobiſcũ habituri ſimus, vel non.

Chriſt⁹ nobiſcũ ſemꝑ eſt in Euchariſtia.

Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.

Diuus Matthæus ſic habet: *Semper pauperes habbitetis vobiſcum, me autẽ* B *non ſemper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Marcus ita: *Semper pauperes habetis vobiſcum; & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere. Me autem non ſemper habebitis. Quod habuit, hæc fecit; præuenit vngere corpus meũ in ſepulturã, &c.* Supra de morte ſua cũ Diſcipulis egit: *Ecce*, inquiens, *aſcendimus Ieroſolymam, &c.* Nũc ſatis perſpicuè agit de ſepultura Apud Matthæum particula, *enim*, indica, Do- C minum rationem reddere, cur dixerit: *Me non ſemper habetis*: videlicet, quia paulò poſt mortem ſubibo, & ſepulturæ tradar, quam hac vnctione Maria præſignificauit. Solebant enim mortuorum corpora vnguento perfundi. Vel potiùs reddit Dominus rationem illius, quod dixerat: *Bonum opus operata eſt in me. Mittens enim vnguentum hoc in corpus meũ*, veluti paulò poſt, ad ſepeliẽdum me vnxit. Bonum autem opus eſt, ſepeliendos mortuos vngere; bonum D ergo opus operata eſt in me. Similiter apud Marcum: *Bonum*, inquit, *opus operata eſt in me*: poſteà ſubijcit rationem, ſcilicet, quia quod habuit hæc in poteſtate, id eſt, quod potuit, fecit. *Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam*, id eſt, antequàm moriar, præuenit corpus meum viuum vngere, vt paulò poſt ſepeliatur.

Cur hic de ſepultura loquut⁹ ſit.

Apud Ioannem ſic Dominus loquitur: *Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ* E *ſeruet illud, &c.* In Græcis codicibus alia eſt lectio: *In diẽ ſepulturæ meæ:* τετήρηκεν αὐτό, id eſt, *ſeruauit illud*. Conſonat lectio Syriaca, quæ ſic het: ליומא דקבורי נטרתה *letauma daKburi netartehh*, id eſt, *in diẽ ſepulturæ meæ ſeruauit illud*: Græcique enarratores, Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius. Latinæ lectionis

Quõ Maria in diẽ ſepulturæ ſeruarit vnguentum.

ctionis ſequẽdæ primus ſenſus hic eſt: Sinite Mariam, ne ſitis illi moleſti; ne ab unctione illam deterreatis, quam quam poſt ſepulturam meam facere conabitur. Sinite illam, ut ſeruet illud, hoc eſt, unguentum, quod illi ſupereſt, *in diem ſepulturæ meæ*: hoc eſt, ut ad meũ corpus ſepulturæ ungendum eat, quod feciſſe narrant Euangeliſtæ. Etenim poſt ſepultum Chriſtum, cum unguento ſepulchrum petiuit. Obijcies huic interpretationi, nihil unguenti ſuperfuiſſe Magdalenæ: fracto enim alabaſtro, totum effudit. Verum quidem eſt, non ſuperfuiſſe quidpiam unguenti illius, quod alabaſtro continebatur; ſed iuxta hãc interpretationem, ſuperfuit unguentum, in alijs, ſiue alio uaſe. Cõtrà oppones, Mariam emiſſe unguentum, quod ad ſepulchrum attulit, ut ait Marcus ca 16. *Maria* (inquit) *Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, ut venientes vngerent Ieſum, &c.* Emit unguentum: ergo non ſuperfuit. Reſpondetur, non ſatis fuiſſe unguentũ, quod domui habebat; idcircò emiſſe, ut copia maiore corpus totum ungeret. In hanc ferè ſententiam interpretatur Rupertus his uerbis: Ac ſi dicat Chriſtus: Non ſolùm non uendatur unguẽtum, ut detur egenis; uerùm etiam & quod nunc habet: neque enim in me totum iam effudit; quod, inquã, nunc habet unguentum, ſeruet, & adhuc ampliùs emat, ad condiendum corpus meum, &c.

Secundus ſenſus huiuſmodi eſt: *Sinite illam*, ut ſeruet unguentum, non hoc iam effuſum; ſed illud, quod ad ungendum corpus meum in ſepulchrum afferet; quia tunc ungere me non poterit. Sinite, ut nunc me ungat, poſteà unguentum ſeruabit, quia ungere nequibit. In hunc ſenſum interpretatur D. Thomas, & Lyranus: *In diem ſepulturæ meæ*, quæ propinqua eſt. Nunc enim me ungit in illum diem, quo me, ſi potuiſſet, unctura erat. Tertius ſuperioribus probabilior: *Sinite illam, ut ſeruet*: uel, Sinite illam ſeruare unguentum, *in diem ſepulturæ meæ*, hoc eſt, ut me non multo poſt ſepeliendum nunc ungat. Fortè uocat illam diem cœnæ, diem ſepulturæ ſuæ; quia illa unctio ſepultu-

A ram repræſentabat. Loquitur Dominus de unctione iam facta, quaſi de facienda; quaſi dicat: Sinite illam ſeruaſſe hoc unguentum ad ungendum me, tanquam in diem ſepulturæ meæ. Idem ſignificat lectio Græca: *In diem ſepulturæ meæ ſeruauit illud*. Sine, ò Iuda, mulierem, ne ſis illi moleſtus. Quia vnguentum hoc ſeruauit in diem meæ ſepulturæ, id eſt, vt me nunc vngat, tamquam in die ſepulturæ. Sine illam ſeruaſſe illud, ad tam ſanctum opus.

Loquitur Chriſtus de unctione facienda, ac ſi iam facta eſſet.

B Quartus ſenſus: Sinite illam, vt ſeruet hoc unguentum, me nunc vngendo: Seruet (inquam) in diem ſepulturæ meæ. Nunc enim me vngit pro illa die, qua ſepulchro condar; & quia me tunc vngere non poterit, hoc unguentũ nunc veluti ſeruat in illam diem, nunc facit, quod tunc erat factura. Eundem ſenſum habent Græca verba: Sine, Iuda, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit vnguentum; quia me nunc vngit in illam diem, vel pro illa die.

C Offert ſe quæſtio hoc loco, an Maria cognouerit, Chriſtum paulo poſt mortem ſubiturum, ac ſepeliendum; ideoque nunc unxerit in ſepulturam? Nam verba Chriſti hoc indicant apud Marcum *Præuenit*, inquit, *ungere corpus meum in ſepulturam*. Et apud Matthæum: *Mittens unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit*. Si fecit ad ſepeliendum Chriſtum, ſi præuenit unge-
D re corpus in ſepulturam, ſi ſeruauit unguentum in diem ſepulturæ, profecto nouerat Chriſtum moriturum, ac ſepeliendum, vnxitque in ſepulturam. Caietanus dubius eſt: Fortè (inquit) mulier, hæc audita proxima Chriſti morte, dubitans, quod non poſſet, ſepeliendo corpori officium exhibere unctionis, præuenit ungere Chriſtum viuum, velut ſepeliendum, &c. Pater Salmeron affirmat.

An Maria cognouerit Chriſtum paucos poſt dies ſepeliendum.

E Probabile mihi videtur, Mariæ Chriſtum mortem ſuam propinquam eſſe aperuiſſe; ideoque illam veluti paulo poſt ſepeliendo vnctionem exhibuiſſe. Quod ipſa Chriſti verba ſignificant. Alijs placet hoc feciſſe, Spiritus ſancti afflatu permotam, quamuis de ſepultura Chriſti non cogitaret. Hæc eſt D.Tho. ſententia, Ioan. 12. Dicendũ

(inquit) quod Maria non præſciuit A mortem Chriſti. Non enim intelligebat, quod fecit. Sed quodam inſtinctu interiori mota eſt ad hoc faciẽdũ, &c. Placet etiam hæc opinio.

Vbicunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium, in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit, in memoriam eius.

Laus Magdalenæ eximia.

MAgna laude, & prædicatione dignum opus feciſſe Magdalenam, B hæc indicant verba. Vos modò accuſatis hoc factum Diſcipuli, at ſcitote, toto orbe eſſe magna cum laude prædicandum. Vbicumque in toto orbe prædicatum Euangelium fuerit, hæc Mariæ vnctio prædicabitur, in memoriam eius, & laudem. Æternam enim fœmina hæc memoriam, propter hoc habebit præclarum factum. Duo his verbis continentur Chriſti vaticinia: Alterum eſt, prædicandum Euangelium in C toto mundo. Alterum, prædicandum Magdalenæ factum. Vnde D. Hieron. Matth. 26. Attende (inquit) notitiam futurorum, quòd paſſurus poſt biduũ, & moriturus Chriſtus ſciat, Euangelium ſuum toto orbe celebrãdum, &c. D. Hieronymus exiſtimauit, vnctionẽ hanc biduo ante Paſcha factam, vt ex his verbis compertum eſt. Suprà oſtendimus, ante ſex dies Paſchæ factam, vt Ioannes ait. Chryſoſtomus orat. 2. con D tra Iudæos: Reginis, inquit, omnibus, ac Regibus celebrior eſt nunc hæc mulier; neque vlla ętas obliuioni tradidit, quod factum eſt. Quis hoc fecit? Nonne Deus hanc famam per omnia terrarum loca diſperſit? Proinde dic mihi, num huiuſmodi prædicere virtutis humanæ videtur? &c.

Magdalenæ memoria æterna.

Duo Chriſti vaticinia.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt, & venerunt.

Ad Chriſtũ multi venerunt Bethaniam.

CHriſtus die Sabbati Bethaniam venit. Cùm primùm venit, Iudęorum turba Bethaniam veniſſe cognouit. Illum enim multi quærebant, qui ad celebrandum Paſcha venerant Ieroſolymam, vt Ioannes ſcripſit in fine ca. 11. *Proximũ,* inquit, *erat Paſcha Iudæorum, & aſcenderunt multi Ieroſolymam de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos,* hoc eſt, vt ab immunditijs legalib. ſe mundarent, & mundi Paſcha celebrarent. *Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur ad inuicem in templo ſtantes: Quid putatis, quia non venit ad diem feſtum? &c.* Præterea, Pontifices, & Phariſæi, vt eodem loco Ioannes ait, *dederant mandatum, vt ſi quis cognouerit, vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum, &c.* Quærebat ergo turba Iudæorum Chriſtum, vt illum videret; quærebant etiam Pontifices, & Phariſæi, vt comprehenderẽt. Cùm primùm Bethaniam venit, de aduentu illius omnes certiores facti ſunt, moxque multi ad videndum miraculi magni, id eſt, reſurrectionis Lazari, patratorem venerunt. Venerũt etiam, vt ipſum quoque Lazarum, in quo miraculum patratum erat, cernerent à mortuis excitatum, vitaleſq; functiones peragẽtem. Numquid Lazarus latebat? Cur à Iudæis, poſtquàm vitæ eſt redditus, viſus non fuerat? Reſpondetur, hos Iudæos fuiſſe maiori ex parte ex illis, qui ad agendum Paſcha, Ieroſolymam magno numero, ex alijs oppidis confluxerant; fuiſſe etiam aliquos Ieroſolymitanos, qui Lazarum in vitam reuocatum nondum viderant. Omnes videre maximè cupiebant, tum hominem ab inferis regreſſum, tum illum, qui ab inferis illum reduxerat. Quam ob cauſam, Bethaniam magna cum feſtinatione profecti ſunt. Non videntur autem veniſſe Bethaniam die Sabbati, ſed die ſequẽti. Quia Chriſtus die Sabbati, veſpere Bethaniam venit.

Cur à Iudæis Lazarus viſ' nõ fuerit.

Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum, vt Lazarum interficerent.

De morte Lazaro inferenda Iudæi conſiliũ ineunt.

NVmquid Sacerdotum Principes, poſt aduentum Chriſti in Bethaniam, Lazarum interficere cogitauerunt? Reſpondetur, Ioannem tempus E conſultationis Iudæorum tacuiſſe; forſitan iam anteà hac de re conſilium inierant. Gręcè legitur, ἐβουλεύσαντο, id eſt, *conſilium inierunt, conſultarunt:* idque ſigni-

Digitized by Google

ſignificat in noſtra uerſione, *cogitarunt*, A uidelicet, habito conſilio, ut Lazarum priuarent uita. Quænam ob crimina? *Quia multi propter illum abibāt ex Iudæis, & credebant in Ieſum.* Hoc erat magnum Lazari crimen, propter quod iuſtiſſimi Iudices mortis in illum tulere ſententiam. Quis non miratur hominum cœcam inſaniam, uel inſanam cęcitatem? Hominem omni carētem crimine, morte afficere decernunt; quia à Chriſto uita donatus eſt: quo ſtupendo miraculo multi ad fidem ducebantur. Numquid (ait Chryſoſtomus) beneficium accipere, crimini dandum eſt? &c. Volebāt Lazarum occidere, ſepulchro condere, ab oculis hominum remouere, miraculumque cum illo ſepelire. Quaſi uerò non poſſet Chriſtus miraculum geminare, occiſumque rurſum uita donare. O ſtulta cogitatio (ait Auguſtinus) & cœca ſæuitia. Qui ſuſcitare potuit mortuum, non poterit occiſum? &c. Non uidebant, præbere ſe occaſionem Chriſto, miraculum repetendi, & Lazarum rurſus ſuſcitandi; qua re multò magis animi hominum cōmouerentur.

Iudæorum cæcitas exaggeratur.

B

Euangeliſta ait, multos propter Lazarum in Chriſtum credidiſſe, hoc eſt, propter miraculum in Lazaro perpetratum, quē uiuum aſpiciebant. Poteſt etiā intelligi, multos credidiſſe in Chriſtum, propter Lazarum; quia Lazarus ſuis ſermonibus ad Chriſtum illos pertrahebat, aſſerens uerum eſſe Meſſiam, aliquaque narrans, quæ apud inferos cognouerat. Vnde Caietanus: Forſitan (inquit) Lazarum uocabant, ut de alia uita interrogarent, ut de ueritate Ieſu certiores redderentur, &c. Et Theophylactus: Cùm (inquit) re uera maximum miraculum eſſet, multi cupiebant Lazari, qui ſurrexerat, ſpectatores fieri; fortaſſis expectantes audire à Lazaro de ij, quæ in inferno ſunt, &c.

In Chriſtū propter Lazarū multi crediderūt.

CAPVT IIII.

De vnctione in domo Simonis leproſi.

Morale.

ARæ propinquior fit immolandus Agnus, Ieroſolymæ fit propior, cruci ſuffigendus Dominus; nemo coactum ducit, ſponte uenit, amor ducit Agnum, uinculis trahitur caritatis. Antequàm uerò mortem ſubeat, & ſepulturam, Bethanię illam adumbrat. Veluti mortuus, ſepeliendusque, ſuaui perfunditur unguento. Ardens Mariæ amor ungit, ſepulturamque præfigurat ungendo; quia amor unctum, id eſt, Meſſiam, occidit, amor ſepeliuit. Vngitur unctus, id eſt, Meſſias; ungitur à fœmina unguento ſub aſpectum cadente. C A Spiritu ſancto unctus eſt, unguento inuiſibili; ungetur uerò paucis poſt diebus ſanguine proprio, qui pretioſi inſtar unguenti, vulneribus noſtris, hoc eſt, criminibus, medicinam afferet. Vngetur prætereà poſt mortem in ſepulturam, à Ioſepho, & Nicodemo. Ioan. 19. *Acceperunt corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis, cū aromatibus, &c.* Item: *Venit Nicodemus ferēs mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum, &c.* Ante ſex D dies Paſchæ, hoc eſt, tranſitus ex hac mortali vita, uenit Bethaniam, hoc eſt, domum obedientiæ; ex domo autem obedientiæ, ad Paſcha, mortemque profectus eſt; quia, vt Apoſtolus ait ad Philippenſ. 2. *Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Fecerunt ei cœnam Bethaniæ: in Bethania enim, id eſt, in domo obedientiæ requieſcit Chriſtus, cœnatque iucundiſſimè, ſuaui etiam deuotionis perfunditur vnguento. E Vt verò Lazarus in uitam reuocatus, unus erat ex diſcumbentibus cum Chriſto. Sic Chriſtianus in uitam gratiæ reductus, unus eſt ex recumbentibus cum Chriſto, in menſa Euchariſtiæ. Sic prodigus ille filius, de quo Luc. 15. dicitur: *Mortuus erat, & reuixit, unus ex recumbentibus in conuiuio cū patre.*

Chriſtus ad mortem appinquat.

Amor Meſſiā occidit.

Vnctiones Chriſti, id eſt, uncti.

Ex obedientia Chriſtus venit ad mortē.

Maria

Libra unguenti, quo unctus eſt Chriſtus, quid deſignat.

Maria accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, veluti iam ſepeliendi. Sic nimirum Chriſtus vnguentum, ſic odorem illum ſuauem accepit, quaſi ſepeliendus. Optimum eſt, ſi delicioſum aliquid, aut dulce ſumis; in ipſis delicijs, in ipſa dulcedine, ſepulturæ, mortiſque recordari. Optimum eſt, *auro, & thuri*, quod fecerunt Magi Matth. 2. *mortis myrrham* adiungere. Pereunt multi, proptereà quòd honoribus, diuitijs, delicijſque memo- B riam cineris ſui non permiſcent. Permixta illa, temperanter vt vtamur caducis rebus, efficit.

Iudas non imitandus.

Numquid de Mariæ facto, cum Iuda detrahemus? Minimè; imò illi maximè inuidemus. Si inuidemus, factum imitemur. Vnxit Maria; vngere nos quoque valemus Chriſti pedes, vnguento pretioſo. Etenim pretioſum vnguentum, odoriferumque, eſt pœnitentia, quo pedes Domini peccator perfundit, vt D. Bernardus ait ſerm. 56. inter C paruos ſermones: Duo (inquit) ſunt pedes Domini; miſericordia, & iudicium. Hos primò vngit anima peccatrix, illo primo vnguento, quod dicitur compunctionis, &c. Neque pedes Domini ſolùm, ſed etiam ſeipſum hoc vnguento perfundit peccator. Eſt enim hoc vnguentum mortuorum, id eſt, peccatorum; reſpergũtur illo mortui, vt viuant, criminumque fœtorem abijciant. Impleta eſt domus ex odore D vnguenti Mariæ; impletur quoque domus, hoc eſt, Eccleſia, ex odore pœnitentiæ. Cùm enim homines, hominem vitijs mancipatum, illa penitùs repudiare cernunt, ſeque pœnitentiæ, & bonis operibus dedere; mirificè recreantur. Si attendamus (inquit Bernardus ſerm. 10. Cantic.) quanta in vnius peccatoris conuerſione fragrantia reſpergatur Eccleſia; & quantis fiat odor vitæ ad vitam quiuis pœniteat. Profectò & de hoc pronunciabi- E mus; quia domus impleta eſt ex odore vnguenti, &c. Nonne Eccleſia tota odore pœnitentiæ Magdalenæ, Dauidis, aliorumque, qui pœnitentiam egere, ad hunc vſque diem repletur? Non terreſtrem ſolùm domum, ſed cœleſtem etiam, odor pœnitentiæ

Pœnitentia unctione deſignatur.

Pœnitentia cœlum etiã ſuo odore replet.

perfundit. Iuxta illud Domini, Luc. 15. *Gaudium erit in cælo, ſuper vno peccatore pænitentiam agente.* Vnde Bernardus eodem loco: Huius (ait) vnctionis odor, non ſolùm homines prouocat ad correctionem, ſed & Angelos ad exultationem innuit, &c. *Opus bonum operata eſt in me*, ait Chriſtus, fœmina hęc. Qui verò pœnitentiam agit, bonum opus operatur in ſe, in animam ſuam, in corpus ſuum: vtraque enim ab æterno eripit ſupplicio. Ait item Dominus: *Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam.* Peccator verò, qui pœnitentiam agit, præuenit vngere animam ſuam in ſepulturam. Væ impio, qui non præuenit animum ſuum vngere, vnguento pænitentiæ, in ſepulturam, & mortem. Niſi vngere præueniat, in cœlum non perueniet; vnguento pœnitentiæ perfuſum, niſi mors, & ſepultura, repererit, Orcus excipiet.

Gratiarum actio unguẽtum eſt pretioſum.

Eſt & aliud vnguentum magni pretij, quo caput Domini perungitur, videlicet vnguentum gratiarum actionis, & deuotionis. Vnguentum (inquit Bernardus) appellatur deuotionis, & conficitur ex memoria beneficiorum diuinorum, & quo vngitur caput Domini, &c. Qui diuina beneficia aſſiduè animo voluit, is Domini caput odorifero unguento perungit. His adde aliud unguenti genus præſtantiſſimi, nempe eleemoſynã. Sunt, inquit Theophylactus, Domini pedes, minimi fratres, per quos uadit Chriſtus ad uniuſcuiuſque ianuam, quærens quæ utilia ſunt; quos vnge eleemoſynæ unguento, &c. *Pauperes ſemper habetis uobiſcum*, ait Dominus. Quorſum ſemper habemus pauperes nobiſcum? Nimirum ueluti Domini in terra pedes habemus, ut illos ſuaui eleemoſynæ, miſericordiæque oleo perfundamus. Impletur domus ex odore huius unguenti: magnus enim, ſuauiſque eſt eleemoſynæ odor. Qui eleemoſynam liberaliter erogat, ſuauiſſimum in totum oppidum exempli, famæque ſuæ odorem ſpargit. Mariæ ſimiles ſunt, qui Chriſti pauperes eleemoſynæ unguento ſolantur. Iudæ illi, qui pauperes nõ curant. *Dixit hoc Iudas*, ait Euangeliſta, *non quia de egenis pertinebat ad eum*: hoc eſt, non

Eleemoſyna unguentum ſuauiſſimum.

quia

quia pauperum illi cura erat; non enim pauperes curabat. Tradidit Iudæ marſupium Chriſtus, diuiti quoque crumenam, opeſque committit, vt pauperibus eleemoſynas impertiatur. At auarum diuitem, Iudæ ſimilem, pauperum nulla cura tangit, non pertinet ad eum de egenis. Iacet prope ianuam pauper Lazarus, non curat diues helluo inopem, fame, morboque confectum; canes potiùs curat, equos, mulos, accipitres, pertinet ad eum de canibus, equiſque ſaginandis, de domibus extruendis, de conquiſitiſſimis epulis parandis, de bombycinis, aureiſque veſtibus conficiendis; non pertinet ad eum de egenis reficiendis. Ipſius Iudę verba bellè in vos quadrant, o viri diuites: *Vt quid perditio hæc* diuitiarum? Potuit argentum hoc, & aurum, quod rebus impenditis inanibus, vænundari multò, ſi daretur pauperibus. Heu quàm vili pretio veſtra bona venditis, ingenti profectò pretio vendita eſſent, ſi egenis erogarentur. O terque, quaterque beatos illos, qui Deo bona ſua, opeſque vendunt omnes, regnumque cœlorum recipiunt. Iuxta illud Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Maria alabaſtrum fregit, nihilque vnguenti ſibi retinuit. Sic hi ſpiritu pauperes alabaſtrum frangunt, quidquid vnguenti, id eſt, argenti, habent in pedes Chriſti, id eſt, pauperes, effundunt. Si alabaſtrum non vis frangere, integro alabaſtro aliquid vnguenti liberaliter diſperge.

Diuites de quibus curant.

Pauperes ſpiritu alabaſtrum frangunt.

Animaduertendum eſt, Mariæ nardum, vnguentumque piſticum fuiſſe, hoc eſt, fidele, non adulteratum, ex vera nardo confectum; noſtræ quoque deuotionis, pœnitentiæ, eleemoſynæque vnguentum piſticum ſit, fidele, inani gloria, vel alio vitio minimè corruptum. Exod. 30. præcipit Dominus Moſi: *Sume tibi aromata, &c. facieſque thymiama mixtum diligenter, & purum, &c.* Mixtum thymiama, mixtumque vnguentum expetit Dominus, ex multis virtutibus, boniſque operibus. Id verò vult eſſe purum, ſyncerum, piſticum. Eodem loco iubet aromata in tenuiſſimum contundi puluerem, vt in tabernaculo incendantur. Eximij odoris aromata ſunt opera bona. Ea verò tunc in tenuiſſimum puluerem contundimus, cùm diligentiſſimè diſcutimus, & pura ne ſint, an adulterata, examinamus. Lege D. Gregorium ad finem lib. 1. Moral. In tenuiſſimum (inquit) puluerem aromata vniuerſa conterimus, cùm bona noſtra, quaſi in pilo cordis, occulta diſcuſſione tundimus; etſi veraciter bona ſint, ſubtiliter retractamus, &c. Dicitur à Marco nardus ſpicata: ſic ſpicata erat nardus illa Mariæ, quæ, dum eſſet Rex in accubitu ſuo, dedit odorem ſuum; ſpicata quoque eſt noſtra nardus, ſpicata ſunt noſtra bona opera, ſpicas habent maioris tum odoris, tum feracitatis Tanti enim ſunt odoris, vt in cælos vſquè perueniant; tantæ feracitatis, vt gloriam proferant ſempiternam. Id caueat dum Eccleſiaſt. 10. *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti, &c.* Caue muſcas volitantes, caue gloriam inanem, ſimiliaque vitia, quibus bona inquinantur opera. Rupertus Matth. 26. illos quoque vngere ait Chriſtum, qui concionantur, vel ſcribunt de Chriſto. Eſt enim ſermo de Chriſto habitus, maximè odoriferum vnguentum, cuius odore repletur Eccleſia. Qando (ait Rupertus) fidelem, & vtilem de Chriſto facimus ſermonem, Deum, & hominem eum prædicantes, ſuper caput, & pedes eius vnguentum effundimus, & ex huiuſmodi odore vnguenti, domus impletur, totus Chriſtianus conuentus lætificatur, &c.

Opera noſt. ſint piſtica, non adulterata.

Spicata nardus noſtra eſſe debet, & quid hæc ſit.

Sermo de Chriſto eſt odoriferum vnguentũ.

In Martha obſeruat Theophylactus, non commiſiſſe ancillis miniſterium. *Martha* (ait Euangeliſta) *miniſtrabat.* Obſerua (inquit Theophylactus) fidem Marthæ, quomodo non permiſerit ancillis miniſterium, ſed per ſeipſam miniſtret, &c. Martham nobilem nobiles imitentur, tum fæminæ, tum viri, miniſterium, quod exhibetur Chriſto in pauperibus, ipſi ſuis præſtent manibus. Excepit hoſpites Abrahamus Geneſ. 18. numquid per ſeruos neceſſaria illis miniſtrauit? Lege Scripturæ verba: *Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac* ſubcine-

Martha à nobilibus fæminis imitanda.

ſubcinericios panes. Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimũ, &c. Lege Chryſoſtomum in hunc locum.

Pecunia hæret manib.

In Iuda obſerua, quàm ſit periculoſa homini, alienæ pecuniæ tractatio, facilè illa hæret manibus, inſtar picis eſt de qua Eccleſiaſt. c. 13. ait: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Vide, quæſo, quantum pecuniæ illus ſerui adhæſerit manibus, à quo Rex Matth. 18. rationem expoſcit: *Debebat ei* (inquit) *decem millia talenta, &c.* opes regias in ptãte habebat; ideò tot talentorũ debitor erat. Iudæ manib. non tot hæſerũt taléta; hæſit tñ ex marſupio pecunia. Tradita illi eſt probo crumena, ſed fur euaſit, atque improbus: *Loculos habebat, & quæ mittebantur, portabat.* Portabat, & exportabat, vt ait Auguſtinus; portabat miniſterio, exportabat furto. 4. Reg. 12. *Non fiebat ratio, ijs hominibus, qui accipiebant pecuniam, vt diſtribuerent eam artificibus; ſed in fide tractabant eam. &c.* Rarum hoc eſt, in fide fideliter tractare Pecuniam. Iudas ſine fide, id eſt, fidelitate, illam tractabat. Quod ignis eſt auro, id aurum homini eſt. Quicumque marſupium, id eſt, pecunias à Deo accepiſti, caue, ne Iudam imiteris; fideliter pecunias tibi commiſſas tracta, rebus illas impende honeſtis, pauperibus, operibuſque pijs.

Fideliter tractanda pecunia.

Non tradidit Chriſtus crumenam Petro, aut dilecto Diſcipulo Ioanni; ſed Iudæ. Longè enim pecuniarum crumenæ, cæteraque caduca bona, non ſunt Dei amicorum bona propria, ac germana. Multi ſunt Iudæ, qui plena habent marſupia, id eſt, Turcæ, Mauri, Iudæi, impijque Chriſtiani. Auguſtinus Pſalm. 66. Alia (inquit) ſunt dona, quæ dat Deus & inimicis ſuis; alia, quæ non ſeruat niſi amicis ſuis, &c. Dat Deus marſupia non ſolùm amicis, ſed etiam inimicis, at gratiam, & gloriam ſolis dat amicis. Hæc amicorum ſunt bona propria, non marſupium, quod Iudas portat.

Dona, quæ dat Deus bonis, et malis, diuerſa.

Vt quid perditio hæc vnguenti Iudas clamat; heu miſerum hominem; vnguenti perditionem attendit; animæ ſuæ perditionem nõ attendit. Vt quid perditio hæc, animæ tuæ o Iuda. Cur

A propter paucos denarios animam perdis? Socios habet multos; qui rerum viliſſimarum perditionem animaduertunt; animarũ verò pretioſiſſimarum perditionem, non curant. Ne paucos perdant aureos, magnum tolerabunt laborem; ne perdant animam, nullum ſubibunt. O hominum inſaniam.

Curant homines pecuniã, nõ animã. Vim virtutũ nomine tegũt

Tegit Iudas auaritiam ſuam, eleemoſynæ, ac miſericordiæ pallio, *Petiuit* (inquit) *vnguentum iſtud venundari multo, & dari pauperibus.* Hic hominũ mos

B eſt, vitijs ſuis, virtutum velum quodam obtendunt, ipſa etiam vitia ſub virtutum vmbra ſe occultant, vt D. Gregor. docet lib. 1. epiſt. 24. Sæpè, inquit, vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur; tenacitas, parſimonia, effuſio, largitas, crudelitas, zelus iuſtitiæ, remiſſio pietas, velit videri, &c.

Hoĩes vitiis ſuis virtutis velum obtendunt.

Domus impleta eſt ex odore vnguenti; anima Iudæ impleta eſt odere argenti. Trecentos denarios odoratus eſt; ideò

C ait; *Quare vnguentum hoc non vaniјt trecentis denariis*, ſuauiſſimus odor auaro, odor eſt pecuniæ, vnde illud Iuuenalis Sat. 14. *Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.* Malè Iudæ oluit, effuſum vnguentum; iucundè oluiſſent ex eo confecti trecenti denarij. Carpit ille fœminam, quod Chriſtum vnguẽto pretioſo honorent; ſimiles illi ſunt, qui templorum odores, pretioſa aulæa, ac vaſa, altariſque & Sacerdotum aurea bombicinaque integumenta carpunt. Dandæ

Lucri odor.

D eleemoſynæ pauperibus; ſed templis quoque debitus ornatus præſtandus. Si templi Salomonici ornatu, Deus olim delectabatur; quantò delectabitur magis, templi Chriſtiani decore. In quo non lignea Arca; ſed auguſtiſſima Euchariſtia aſſeruatur. Diligendus decor domus Dei, pulchritudo, cultus, ornatus, iuxta illud Pſalm. 25. *Domine dilexi decorẽ domus tuæ, &c.* היכל *hecal*, hoc eſt, palatium Dei eſt, Regis ſummi. Regis

Templorũ ornatus probatur.

E autẽ ſummi palatium, decore, pulchritudine, ſplendoreque plenũ eſſe oportet. Vt ait Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum; *quidquid eſt pulchrum ſequitur momus, &c.* id eſt, reprehenſor. Pulchram Magdalenæ vnctionem, ſecutus eſt momus Iudas; ſed laudauit Chriſtus. Pulchras tuas actiones, ſequen-

Pulchrũ ſequitur momus.

quentur momi; non eſt curandus momus, cùm laudat Chriſtus. Ceſſabunt rodere momi; pulchræ verò actiones in theatro mundi totius celebrabuntur; *in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit* (ait Dominus) *in memoriam eius*. Et in totius mundi conſpectu, extrema iudicij die dicetur, & quod tu feceris, in gloriam tuam.

Denique, *in toto mundo* (ait Dominus) *dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius*; quemadmodum Magdelenæ præclarum hoc factum; Sic ſanctorum geſta eximia, in toto dicuntur mundo, in memoriam eorum. Qua quidem memoria, cùm ſanctorum facta, quotãnis reuireſcunt; iuxta illud Valerij Maximi. lib. 4. cap. 8. Omne præclari facti decus, crebra memoria in ſeipſo reuireſcit, &c. Tùm nos ad ea imitanda prouocamur. Vnde D. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 1. Narrat, (inquit) Scriptura geſta ſanctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorũ. Dum illorum victrieia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia noſtra cõfirmat, &c. De cuiuslibet ſancti memoria illud verum eſt, quod Eccleſiaſticus cap. 49. de memoria optimi Regis Ioſiæ ſcripſit. *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta, opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria: & vt muſica in conuiuio vini, &c.* Quemadmodum ad arcendam peſtiferam luem, commodum eſt pomum, opere pigmentarij, ex odoriferis aromatibus compoſitum: ſic ad propellendam vitiorum perniciem, commodiſſima eſt ſanctorum memoria, pomi inſtar ex varijs ſanctorum exemplis confecti. Eſt ſanctorum memoria ſuauis odoris. Ex odore enim vnguenti, exemplique ſanctorum, tota Eccleſię domus impleta eſt; eſt præterea dulcis; in ore quaſi mel indulcabitur; eſt iucunda auribus, vt muſica in conuiuio.

Sāctorū memoria, & imitatio.

CAPVT V.

De triumphali Chriſti ingreſſu in Ieruſalem.

MATTHÆVS CAPITE XXI. Verſ. 1.

ET cum appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Beth-
2 phage, ad Montem Oliueti; tunc Ieſus miſit duos diſcipu-
los, * dicens eis; Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſta-
3 tim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea; ſolui-
te, & adducite mihi. * Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite,
4 quia Dominus his opus habet; & confeſtim dimittet eos.
Hoc autem totum factũ eſt, vt adimpleretur quod dictum
5 eſt per prophetam dicentem. * Dicite filiæ Sion ecce Rex tuus venit tibi
manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum, filium ſubiugalis. * Euntes au-
6 tem diſcipuli fecerunt, ſicut præcepit illis Ieſus, * & adduxerunt aſinam, &
7 pullum; & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere
8 fecerunt. * Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via; alij au-
9 tem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. * Turbæ autem, quæ
præcedebant, & quæ ſequebantur; clamabant dicentes; Hoſanna filio Da-
uid, benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in altiſſimis.

MARCVS CAPITE XI. 1.

ET cùm appropinquarent Ieroſolymæ, & Bethaniæ, ad montem Oliua-
2 rum; mittit duos ex diſcipulis ſuis,* & ait illis, ite in caſtellum, quod con-
tra vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatū, ſuper quem
3 nemo adhuc hominum ſedit, ſoluite illum, & adducite,* & ſi quis vobis dixe-
rit, quid facitis? Dicite, quia Domino neceſſarius eſt, & continuo illum di-
4 mittet huc.* Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum, ante ianuam foris in
5 biuio, & ſoluunt eum.* Et quidam de illic ſtantibus, dicebant illis: Quid fa-
6 citis ſoluentes pullum? * Qui dixerunt eis, ſicut præceperat illis Ieſus, &
7 dimiſerunt eis.* Et duxerunt pullum ad Ieſum, & imponunt illi veſtimen-
8 ta ſua, & ſedit ſuper eum.* Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via,
9 alij autem frondes cædebant de arboribus, & ſternebant in via.* Et qui præi-
bant & qui ſequebantur clamabant, dicentes Hoſanna benedictus qui venit
10 in nomine Domini,* benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid:
Hoſanna in excelſis.

LVCAS CAPITE XIX. Verſ. 1.

ET factum eſt, cū appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniam ad mon-
30 tem, qui vocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos,* dicens: ite in caſtel-
lum, quod contra eſt: in quod introeuntes, inuenietis pullum aſinæ alligatū,
31 cui nemo vnquam hominum ſedit, ſoluite illum, & adducite.* Et ſi quis
vos interrogauerit: Quare ſoluitis? Sic dicetis ei, quia Dominus operam
32 eius deſiderat.* Abierunt autem, qui miſſi erant, & inuenerunt, ſicut dixit
33 illis, ſtantem pullum.* Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini
34 eius ad illos: Quid ſoluitis pullum?* At illi dixerunt, quia Dominus eum
35 neceſſarium habet.* Et duxerunt illum ad Ieſum, & iactantes veſtimenta
36 ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum.* Euntes autem illo, ſubſternebant
37 veſtimenta ſua in via,* & cùm appropinquaret iam ad deſcenſum montis
Oliueti, cæperunt omnes turbæ diſcipulorum gaudentes laudare Deum vo-
38 ce magna, ſuper omnibus, quas viderant, virtutibus,* dicentes: Benedictus
qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelſis.

IOANNES CAPITE XII. Verſ. 2.

IN Craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm au-
13 diſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam,* acceperunt ramos palmarum, &
proceſſerunt obuiam ei, & clamabant, Hoſanna, benedictus qui venit in no-
14 mine Domini, Rex Iſrael.* Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut
ſcriptum eſt:* Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit, ſedens ſuper pul-
15 lum aſinæ.* Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm, ſed quando glo-
16 rificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fe-
cerunt ei.* Teſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando
17 Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis.* Propterea
18 & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum.

Cum

Cum veniſſent Bethphage.

IN *craſtinum*, vt ait Ioannes, id eſt, die ſequenti, poſtquam vnctus in cœna eſt à Maria; profectus eſt Dominus ex Bethania Ieroſolymam, cum diſcipulis. Cùm autem veniſſent in vicũ, qui Bethphage dicebatur, in monte ſitum oliueti, duos ex diſcipulis ad adducendum aſinam, & pullum illius, miſit. Diximus ſupra, die Sabbato Bethaniæ, cœnaſſe; dies ſequens prima Sabbati fuit, quæ nunc eſt dies Dominica. Profectus itaque eſt, ex Bethania Ieroſolymam, die Dominica. D. Matthæus ſcribit miſiſſe diſcipulos duos, ad adducendam aſinam, *cùm veniſſent Bethphage*: Marcus, *cùm appropinquarent Ieroſolymæ, & Bethaniæ, ad montem oliuarum*; idem ſignificant. Etenim Dominus diſcipulos tunc miſit, cũ veniſſet Bethphage, & cùm appropinquaret Bethaniæ, & Ieroſolymæ. Nam Bethphage vicus propinquus erat Bethaniæ, & Ieroſolymæ; qui ergo venerat Bethphage, propinquus erat, tùm Bethaniæ, tũ Ieroſolymæ. Lucas ſic; *Cùm appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos, &c.* D. Matthæus ait Chriſtum veniſſe Bethphage; Lucas appropinquaſſe. Neque verò diſſentiunt; verbum enim, *veniſſet*, apud Matthæum, nõ ſignificat perueniſſe, ſed propè fuiſſe. *Cùm veniſſent Bethphage*; hoc eſt, in agrum vici illius, & vico ipſi propinquus eſſet. Propinquus autem erat, tùm Bethphage, tùm Bethaniæ; quia hæc duo loca, vt diximus, propinqua erant. Bethaniæ verò propinquaſſe aiunt Marcus, & Lucas, quoniam non dixerant, Chriſtum præcedenti die Bethaniæ cænaſſe, & inde Ieroſolymam profectum eſſe, quod Ioannes commemorauit.

Die Dominica profectus eſt Dominus Ieroſolymam.

Concordantur Euangeliſtæ.

Bethania, vt Ioannes ait, ca. 11. quindecim ſtadijs ab vrbe Ieruſalem diſtabat, id eſt, duobus milliaribus, quæ efficiunt leucam mediam. Bethaniæ propinquus erat viculus Bethphage,

A ſitus in monte Oliueti, vt Hieronymus docet Matthæi 26. Affirmat autem viculum fuiſſe ſacerdotum; nomenque, *Bethphage*, interpretatur, *domum maxillarum*. Eandem interpretationem tradit Origenes; ſimiliterque aſſerit villam fuiſſe ſacerdotum בית *Beth domum* ſignificat, פג *phag*, ſiue *phaga*, פגה *maxillam*; inde, *Bethphage*, vel, *Bethphagim*, domus maxillarum. Significat etiam, פג *phag, immaturam ficum*, ideòque aliqui interpretati ſunt, *domum ficuum*, ſiue, *groſſorum*.

Bethphage vicus ſacerdotum.

B Alij, *domum oris vallium*, à בית *beth*, id eſt, *domus*, פא *pe*, id eſt, *os*, & גיא *ge*, ſiue *gua*, id eſt, *vallis*; ſic Pagninus de Bethphage ſic ſcribit Haymo in Matth. Bethphage eſt viculus in latere montis Oliueti ſitus; in quo habitabant ſacerdotes, pontifices, & miniſtri, qui octonis diebus offerebant ſacrificia & miniſtrabant in templo Domini. Vnde Bethphage *domus bucca*, ſiue *domus maxillarum* interpretatur; quia ſacerdotes ibi habitantes, cum

C vxoribus, filijs & filiabus, comedebãt decimas, & primitias, & oblationes, quas in templo Domini offerebat populus Deo. Sic ille oſtendit, cur viculus diceretur domus maxillarum; videlicet à maxilis, quibus ſacerdotes illorumque domeſtici, oblationes edebant. Druthmarus domum maxillarum, vult appellatam villam; propter capita arietum, & hircorum, quæ ibi iacebant. Non multùm momenti habent hæ rationes, & aliæ huiuſmodi,

D neque veræ videntur. Illud quoque à veritate eſt alienum, ſacerdotes in villa Bethphage habitaſſe, eo tempore, quo in templo miniſtrabant, ſiquidem non in viculo Bethphage, ſed in ipſo templo habitabant. Vt dictum eſt, 2. tom. lib 3. cap. 53. Adde viculum tot ſacerdotes capere minimè potuiſſe. Viculus ſacerdotum erat; vnde nomen habuerit, ignotum eſt. Forte illa

E in villa oues, aliæque victimæ in templo offerendæ paſcebantur.

Ite in caſtellum, quod contra vos eſt.

Qui fuerit hi duo diſcipuli.

CVm propinquus eſſet Dominus viculo ſacerdotum, duos diſcipulos ad adducendum aſinam, pullumq; miſit. Qui fuerint hi diſcipuli, nõ liquet D. Hilarius, Beda, & alij, Petrum, & Philippum, fuiſſe aiunt: nonnulli Petrum, & Paulum, ſed miſtice omnes loquuntur. *Ite* (ait Dominus) *in caſtellũ, quod contra uos eſt*, miſſos diſcipulos in Ieruſalem, & ex vrbe aſinam, pulumq: adduxiſſe, nonnuli exiſtimarunt. Nam Lyranus, Abulenſis, Hugo Card. & magiſter hiſtoriæ, Caſtellum in quod mittuntur Ieruſalem fuiſſe interpretãtur. Non eſt uera interpretatio. Etenim caſtellum hoc loco, non arcem ſignificat, aut vrbem; ſed pagum, & viculum quod indicat nomen Græcum, *κώμη*, quo Euangeliſtæ vtuntur. Præterea caſtelum, in quod mittuntur diſcipuli, e regione illorum, & in aſpectu erat: Ieruſalem verò ex loco; in quem Chriſtus peruenerat, nondum cernebatur. Non ergo erat Ieruſalem caſtellũ hoc. Erat e regione Chriſti, & diſcipulorũ, id eſt, ante eos, viculus aliquis. Ad hũc viculum, ſiue ad hoc caſtllũ, miſſi ſunt diciputi duo, *ite*, inquit, *in caſtellum* ideſt, vicum, id enim ſignificat caſtelli nomẽ, *quod contra v s eſt*, ideſt, quod eſt ante vos: ſic Pſal. 5o. dicitur. *Peccatum meum contra me eſt ſemper* ideſt, ante me Matthæi 27. *ſedentes contra ſepulchrum* id eſt, e ſepulchri regione, vt alia omittam loca. Neque eſt audienda, litterali ſenſu explicatio illa. *Caſtellum, quod contra vos eſt*; hoc eſt quod contrarium eſt uobis. Quæritur. an hoc caſtellum, quod Chriſtus indicabat, quodque ante Apoſtolorum oculos erat, fuerit viculus Bethphage, an alius: Reſpondetur, probabile eſſe vtrumque. Forte in ipſum vicũ Bethphage, miſſi ſunt diſcipuli, cui propinquus erat Dominus, ut ait, D. Lucas, quique è regione erat diſcipulorum. Potuit etiam in alium mittere viculum, qui Bethphage vicinus eſſet.

Quod nam ſit caſtellũ de quo hic mentio fit.

Non fuit Ieruſalem.

A

Et inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea.

Quorſum iuſſeris Dominus aſinam pullũque adduci

ADduci iubet Dominus aſinam, & pullum, quod ſanè mirum eſt. Quorſum hoc. Ad complendum vaticinium ſe accingit. Erat in uaticinijs Meſſiam Regem, aſinæ, pulloque illius inſidentem, Ieroſolymam venturum vt vaticinio faciat ſatis, aſinam pullumque iubet adduci. Præterea ut ad extremum vitæ tempus, admirabili triumpho, Meſſiam, Regemque Iudeorum ſe eſſe palam faciat. Redditur etiã alia cauſa: nimirum Chriſtum proptere iuſsiſſe, aſinam pullumque adduci: quia mortis propinquæ meditatione, ac præuiſione, vires ita cœpit amittere, ut iumento ad faciendũ iter opus haberet. Nullam probabilitatem habet cauſa hæc. Nunquam enim Chriſtus ita vires amittere voluit, etiam in ipſa paſſione, ut iumento ei opus eſſet, ad ambulandum. Numquid in tam exiguo itineris ſpatio, iumento opus habuit: poſtea vero numquam indiguit?

B C

Aſinæ ſolius Matthæus meminit, reliqui pulli ſolius.

Tres Euangeliſtæ, Lucas, Marcus, & Ioannes, pulli meminerũt, aſinæ ſolius meminit Matthæus. Marcus: *inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit.* Lucas *inuenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo unquam hominum ſedit.* Ioannes; *Inuenit Ieſus aſellum & ſedit ſuper eum, &c.* Meminit autem Matthæus etiam aſinæ, quoniam vaticinium prophetæ commemorauit in quo non tantũ pulli, ſed aſinæ etiã, mentio fit. Ioannes idem commemorauit vaticinium, ſed de aſina ſiluit, quia Dominus præcipuè pullo uſus eſt. Et eo uectus Ieroſolimam introiuit. Quæſtio eſt: Num hęc iumẽta dominum haberent? Lyranus, Hugo Card. & alij, vſui pauperum fuiſſe deſtinata exiſtimarunt. At verò D. Lucas cap. 19 dominos habuiſſe indicat his uerbis *ſoluentibus illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, quid ſoluitis pullum? &c.* Habebant igitur non dominum tantum, ſed dominos: virum ſcilicet, & uxorem, uel filios.

D E

Con-

A

Confeſtim dimittet eos.

DOcuit diſcipulos Dominus, quid facturi eſſent, ſi quis obſtaret aſinam, pullumque ducere uolentibus. *Si quis*, inquit, *uobis aliquid dixerit, dicite: Quia Dominus his opus habet*. Abſolutè ſe Dominum iubet appellari, id eſt, Deum, ſolus enim Deus ſimpliciter, atque abſolutè Dominus a Iudęis dicebatur. Vnde Auctor imperfecti, ſic uerba Chriſti interpretatur: Ne dicatis, Dñs tuus, neq; Dñs noſter neq; Dñs iumẽtorum, ut intelligant omnes, quia ego ſolus Dominus, &c. Verba ſequentia, *Confeſtim dimittet eos*: duplicem habent ſenſum: Poſſunt enim referri ad Dominum, hoc pacto, dicite, quod Dominus his iumentis opus habet, & confeſtim ea dimittet uobiſque reſtituet, poſtquam illis breui temporis ſpatio uſus fuerit. Similiter apud Marcum, *ſi quis*, inquit, *uobis dixerit, Quid facitis dicite; Quia domino neceſſarius eſt*, ſcilicet pullus, *& continuo illum dimittet huc*: hoc eſt, Dominus poſtquam illo uectus fuerit Ieroſolymam, continuo huc pullum remittet. In hunc ſenſum intellexit Auctor citatus. Magis receptus ſenſus eſt alter, ſi quis uobis dixerit aliquid, dicite, quod Dominus aſina, & pullo, opus habet, & confeſtim, cum primum hoc audierit is, qui prohibere uoluerit: *dimittet eos*: hoc eſt permittet uos aſinam, pullumque ad me ducere. Sic euenit, ut prędixerat Dominus: *Quidam*, inquit Marcus, *de illic ſtantibus dicebant illis, Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus, & dimiſerunt eis, &c.* Hoc eſt, dimiſerunt Apoſtolis pullum. Lucas, ait, dominos pulli dixiſſe: *Quid ſoluitis ſoluentes pullum?* Pullus ergo, & Aſina non unum tantum dominum habebant, ſed plures, uidelicet uirum aliquem, & uxorem. Notus uidetur fuiſſe his Chriſtus, ideo cum audierunt; *Dominus his opus habet*: iumenta duci paſſi ſunt.

Chriſtus abſolutè ſe Dominum, id eſt, Deũ uocat.

B

Duplex ſenſus.

C

Ecce Rex tuus venit tibi.

REi admirabilis, & Chriſto inuſitatę cauſam reddit Matthęus. Pedes iter ſolebat facere, iumento numquã fuerat uſus, nunc iter breuiſſimum facturus, aſinam adduci iubet, & pullum quibus uehatur. Cauſa eſt, ut uaticinio faciat ſatis, oſtendatque ſibi conuenire, id quod Zacharias de Rege uẽturo Ieroſolymam aſinę, pulloque illius inſidente prędixit. *Hoc*, inquit, *totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam*. Extat uaticinium Zacharię 9. *Exulta*, inquit, *ſatis, filia Sion iubila filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, &c.* Septuaginta interpretes ſic uertunt: *Gaude vehementer filia Sion prædica filia Ieruſalẽ: Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluans, ipſe manſuetus & aſcendens ſuper ſubiugalem, & pullum nouum, &c.* Euangeliſtę ſenſum ſequuntur, non uerba. Matthęus uidetur duo indicaſſe uaticinia, alterum Iſaię, 62. *Dicite filiæ Sion, ecce ſaluator tuus venit, ecce merces eius cũ eo: & opus eius corã illo, &c.* Alterum Zacharię, Summa lętitię materia erat Meſſię in urbem ingreſſus, idcircò filia Sion, hoc eſt, Ieruſalem exultare iubetur, ac iubilare, *Exulta*, inquit Zacharias, *ſatis* Hebraicè גילי מאד בת ציון *gili meod bat ſtſijon, exulta valde filia tſijon, & iubila, gaude vehementer. Ecce Rex tuus, Meſſias, veniet tibi, & ingredietur portas tuas, iuſtus, & ſaluator*, iuſtus quia ſeuero iure; iuſtitię Dei faciet ſatis, ſaluator, quia te ex diaboli captiuitate eripiet. Aliud ſignum Regis adiungit, ſcilicet paupertatem, quod in alijs Regibus reperiri non ſolet, in noſtro maxime reperta eſt, *Veniet*, inquit. *pauper*: Hebraicè, הוא עני *hu hhani, ipſe humilis*: ſeptuaginta uertunt, *manſuetus*. Pagninus transfert, *humilis*. Hęc erat omnia, *pauper manſuetus, humilis*, non ut multi Reges eſſe ſolent, opulentus, ferox, arrogãs. Hãc illius paupertatem, manſuetudinem, humilitatem, iumentum indicat: quo uehitur, humile, ac manſuetum. *Aſcendens ſupra aſinam, & ſuper pullum filium*

Chriſtus vaticiniũ Zachariæ implet.

Vaticiniũ Zachariæ & Iſaiæ.

D

Prophetia Zachariæ explicatur.

E

aſina, non feroci, metuendoque inſidet A equo, ſed mitiſſimo aſinæ pullo vectus conſpiciendum ſe omnibus, atq; agno ſcendum exhibet. Probat hoc vaticinium aduerſus Iudęos, Dominum verũ fuiſſe Meſſiam, & Regem, præterea probat Meſſiam falſum eſſe quem expectant bellatorem, opibus, atque equis affluentem. Lege quæ dicta ſunt tom. 1. lib. 2. cap. 13. de Regno Meſſiæ, & ca. 14. de bellis Meſſiæ.

Eum deſuper ſedere fecerunt. B

An Dominus inſederit aſinæ et pullo?

IVmenta adduxere diſcipuli, pallia ſua illorum impoſuere dorſo, ut cõmodius Chriſtus ſederet, cumque deſuper ſedere fecerũt. Dubium exiſtit hoc loco, an inſederit aſinę & pullo, an pullo tantum? Quod enim pullo tantum inſederit vectuſque fuerit, tres Euangeliſtę Marcus, Lucas, & Ioannes ſignificare videntur, dum Chriſtum pullo vectum aiunt, aſinæ nullam penitus faciunt mẽtionem. C Præterea breue erat illud itineris ſpatium, quod confecit, non igitur credendum eſt duobus iumentis vſum Dominum. Itaque Euthymius arbitratur ſoli pullo inſediſſe, einſdem ſententiæ ſunt Abulenſis, Ianſenius, & alij. Theophylactus verò Matthæi 21. D. Thomas, Liranus, Caietanus, & alij ſentiunt verius, & aſina & pullo, vectum eſſe Cõfirmatur hæc ſententia, Zachariæ teſtimonio: *Aſcendens*, inquit, *ſuper aſinam, & ſuper pullum* D *filium aſinæ*. Deinde Matthæi illis verbis: *Impoſuerunt ſuper eos veſtimeta ſua*, id eſt, ſuper aſinam, & pulum, nimirũ quia Chriſtus vtroque volebat vehi. Item illis: *eum deſuper ſedere fecerunt*; hoc eſt, in aſina, & pullo quibus veſtimenta impoſuerant. Gracè ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν hoc eſt, *inſedit ſuper eos*.

Chriſtus inſedit aſinæ & pullo.

Reſpondebit aliquis Hebraicè in teſtimonio Zachariæ legi, חמור *chamor* quod nomen aſinum plerumque ſignificat, vertique poſſe vt vertit Pagninus, *Ecce Rex tuus veniet tibi equitans ſu*E*per aſinum & ſuper pullum, &c.* hoc eſt, veniet Rex ſedens ſuper aſinum, qui quidem aſinus erit natura, ætate erit pullus. At hæc reſponſio minimè admittenda eſt, quia & vulgatæ verſioni A Zachariæ, & Matthæo repugnat, qui apertè de aſina loquitur, & pullo. Vocabulum verò, חמור *chamor*, tum aſinum ſignificat, tum aſinam, ut conſtat ex noſtra verſione. In verba illa Matthæi, *impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua*.

Euthymius ſic ſcribit, poſuerunt ſuper aſinam, & ſuper pullum veſtimenta diſcipuli, ignorantes ſuper quem illorum vehi vellet, &c. Veriſimilius eſt, Chriſtum ſignificaſſe ſe uelle vtro-B que vehi, ideo veſtimenta vtrique impoſuiſſe diſcipulos, idem auctor verba ſequentia, *eum deſuper ſedere fecerunt*, vel, *& ſedit ſuper eos*; interpretatur hoc pacto, ſedit ſuper ea, hoc eſt ſuper veſtimenta diſcipulorum. Verba enim Græca, iam ſupra citata, verti poſſunt, *ſedit ſuper eos*: ideſt, ſuper aſinam & pullum, & *ſedit ſuper ea*, id eſt, ſuper veſtimenta. Noſtra verſio ſequenda. Quidã qui ſolo pullo vectum Chriſtum volunt numerum pluralem pro ſingulari vſurpatum aiunt. Sed non eſt opus huiuſmodi figura, ſiue eam Syllepſim uoces, ſiue Synecdochen.

CAPVT VI.

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via.

Chriſtus prius aſina deinde pullo inſedit.

D PRius aſinæ inſediſſe uidetur Dominus, poſtea pullo. Id enim miſterium flagitabat. Siquidem aſinam Iudaicum populum, antiquiorẽ, indomitus pullus, ethnicũ ſignificabat. Poſtq̃ nonnihil itineris aſina uectus fecit, in pullũ aſcendit. *Et cum appropinquaret iã ad deſcenſum montis Oliueti*, (ait D. Lucas) *cœperũt omnes turbæ diſcipulorũ, gaudentes laudare Deũ voce magna ſuper omnib. quas viderant, virtutibus.* Græcè, περὶ πασῶν δυνάμεων, i. *de omnibus mira*E*culis*. Propinquus erat Dominus, montis Oliueti cacumini, & deſcenſui in ciuitatem Ieruſalem, & cum appropinquaret iam ad deſcenſum, antequã deſcẽdere inciperet, uerſus urbẽ, & turbæ diſcipulorũ, contẽra uoce Deũ laudare

dare

Digitized by Google

Diſcipuli q dicãtur hoc loco.

dare pp Chriſti, quæ viderant miracula, cæperunt. Diſcipuli autem hoc loco, non ſolum Apoſtoli; & ſeptuaginta duo, Sed alij etiam plurimi appellantur. Forſitan omnes illi qui tunc Chriſtum comitabantur. Theophylactus quidem putat, diſcipulos hic nominari, omnem multitudinem, quę vel propter miracula, vel ad tempus trahebãtur à doctrina, vt ſequeretur Chriſtũ.

Eorum vox hæc erat; vt Lucas ait; *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelſis.* Spiritu ſancto afflati Dominum *Regem*, ideſt, Meſſiam eſſe prædicabant, hoc ſenſu. A Deo ſit benedictus Rex Meſſias, *qui venit in nomine Domini*; ideſt, à Deo miſſus; *pax ſit in cælo*, ideſt, Deus cum hominibus per Regem hunc pacem faciat, *& gloria ſit in excelſis Deo*, qui Meſſiam optatiſſimum miſit. Vel pax ſit Meſſiæ noſtro in cęlo, ſit quoque noſtro Meſſiæ Regi gloria in excelſis, à Deo qui in cœlo, & in excelſis eſt, noſtro Regi tùm pax, & proſperitas, tũ gloria magna donetur. Vel, *pax ſit in cælo*, ideſt, magna ſit pax, quæ vſque ad cœlum pertingat, *gloria ſit in excelſis*, ideſt, altiſſima, quæ ad excelſas nubes perueniat. Iuxta illud Pſ. 35. *Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes, iuſtitia tua, ſicut montes Dei.* Domine vſque in cœlum miſericordia tua, magna eſt, cęlum pertingit: & *Veritas tua pertingit nubes, iuſtitia tua, ſicut montes Dei*, ideſt, diuini, altiſſimi.

Diſcipulorum acclamatio.

Hæc dixere diſcipuli, & alia; Phariſæi autem quidam, qui aderant, ægrè ferentes, Chriſtum, monuerunt, vt diſcipulis ſilẽtium imperaret. Ille verò; *Si hi* (inquit) *tacuerint, lapides clamabũt*, indicans neceſſe eſſe ſuam gloriã fieri tunc manifeſtam, quaſi dicat; neceſſe eſt (ſic Deo volente) gloriam meã nũc prædicari; adeo verò eſt neceſſe, vt lapides ipſi ſint id prædicaturi, quod diſcipuli prædicãt, ſi diſcipuli ſiluerint. Vel, adeò predicanda eſt gloria mea, vt ſi hi ſiluerint, ab ipſis lapidibus ſit celebranda. Aliter myſticè, ſi hi Iudæi tacuerint, lapides, ideſt, Ethnici laudes meas perſonabunt. Diſcipuli, autẽ appellantur omnes illi, qui tunc Chriſtũ ſequebantur, quibus Phariſæi ſilentiũ

Chriſti gloria tũc fuit prædicãda.

A volebant indici. Sic Lucas ſcribit.

Matthæus verò; *Plurima* (inquit) *turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via, alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via, &c.* Eodem modo Marcus. Item Ioannes: *in craſtinum turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cũ audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam; acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, &c.* Confluxerat Ieroſolymã, vt feſtum Paſchatis ageret magna Iudæorũ multitudo; hi cùm audiſſent Chriſtum

B ex Bethania Ieroſolymam petere, obuiam illi venerunt, diuinòque Spiritu permouente, ſummum honorem exhibuerunt, viam, qua incedebat, tum veſtimentis ſuis; tùm ramis ſternentes. Veſtimenta autem in via, primos ſtrauiſſe Apoſtolos, indicat Lucas, cũ ait: *duxerunt illum*, ideſt, pullum *ad Ieſum, & iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum impoſuerunt Ieſum. Eunte autem illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via, &c.* Euthymius tamen hæc verba: *eunte illo*

Apoſtoli primi ſtrauerunt ſua veſtimẽta ante Chriſtũ.

C *ſternebant veſtimenta ſua*, de turba interpretatur; quod videtur veriſimilius.

Solebant Iudæi in feſto tabernaculorum ramos geſtare, Leuit. 23. *Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ ſpatulaſque palmarum, & lætabimini coram Domino, &c.* Alijs etiam temporibus idẽ agebant, lætitiam ſignificantes, 1. Machabęor. 13. Simon arcem ingreditur cum ramis palmarũ, & hymnis. 2. Machab.

D 10. Iudæi thirſos, & ramos virides, & palmas, præferunt, ob purificationem templi. Pſal. 117. *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis, vſque ad cornu altaris*, hoc eſt, diem feſtum agite, ac celebrate, arborum condenſis ramis, ac frondibus templum exornantes, *vſque ad cornu altaris* holocauſtorum. Cũ ergo in mõte eſſent Oliueti, vbi ramorum copia erat, frangebant ex arboribus ramos, & viam ſternebant. Alij verò aliũ

De ramis, & veſtimẽtorum ſtramine.

E de ramos palmarum videtur attuliſſe, de quibus Ioannes ait; *acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei*, niſi fortè in mõte ipſo palmę conſitæ erãt. Præterea in feſto tabernaculorum voce, הושיענא *hoſchihhana*, vel *oſanna*, vtebantur; vt teſtatur Montanus ex libris Iudæorum: veſtimenta ſternere (ait ille in Marcũ) ceremonia erat illo-

Cæremonia ſternẽdi veſtimẽti vnde orta.

rum

Digitized by Google

rum, qui Regem aliquem ſuſciperent; ramorum ſtramen publicam lætitiam, & feſtum diem ſignificabat more antiquo. Nàm per dies expiationum, & tabernaculorũ feſto, ſinguli ramos myrti, ſalicis, palmæque, cum citro, geſtabant, ſalutis auctorem Deum, hmôi voce, הושיענא *hoſihhanna* appellantes, vt eſt in libro Miſnaioth, & Aruch. Hæc ille. De ceremônia ſternẽdi veſtimẽta Regibus nihil in Scriptura legitur, præter illud 4. Reg. 9. *Vnuſquiſque tollens pallium ſuum; poſuerunt ſub pedibus eius in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt, viuat Iehu, &c.* Philo de legatione ad Caium, Agrippam ſcribit ramis, ſiue frondibus, & floribus, à populo aſperſam, cùm veniſset Ieroſolymã. Ad mare, inquit, deductus eſt, proſequentibus non vnius ciuitatis populis, & flore, frondeque illum aſpergentibus, &c. Alexander quoque, vt ait Ioſephus lib 11. Antiq. cap. 8. fertis coronata urbe exceptus eſt. Mos eſt ſternere tapetib. domos, & templa arborum frondibus ornare, amœnitatemq; quâdam illis afferre. Pro tapetibus, quibus carebant, Iudæi illi veſtes ſtrauerunt; ramoſque etiam adhibuerunt.

Apud Gentiles quibus ſtrata ſint veſtimēta.

Gentium quoque fuiſse morem, ueſtes ſternendi, indicat Plutarchus in vita Catonis. Finito, inquit, tempore, prouincia abeuntem lachrymis, & inſatiabili amplexu milites proſequebantur, ſternentes veſtes per ea loca, quibus ipſe pedibus iturus erat; manuſque oſculantes, quod genus honoris, nõ niſi imperatoribus, idque perpaucis eo tempore tribuebatur, &c.

Turba autem præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: hoſanna filio Dauid.

MVlti Chriſtum à tergo ſequebantur, alii à fronte antecedebant, medius incedebat Rex Meſſias; omnes autem voce contenta clamabant; *hoſanna filio Dauid*. Quid ſignificet vox, *hoſanna*; controuerſum eſt. D. Hilarius redemptionem domus Dauid ait ſignificare. D. Ambroſ. Luc. 19. Redemptorem domus Dauid. D. Auguſt. Ioan. 12. ſic ſcribit: Vox obſecrãtis eſt *hoſanna*, ſicut nõnulli dicunt, qui Hebræam linguam nouerunt; magis affectum indicans; quàm rem aliquam ſignificans. Sicut ſunt in lingua Latina interiectiones, &c. Apud Theophylactum quidam hymnum, vel Pſalmum, ſignificare dicunt, in his eſt Euthymius, qui, *hoſanna filio Dauid*, ſic explanat, hymnus filio Dauid. Apud D. Hieronymum nonnulli gloriam, alii gratiam, interpretãtur. Veram ſignificationem ipſe docet, à Damaſo ſummo Pontifice rogatus epiſtola 145. Eſt, *hoſanna*, ex vera ſententia Hieronymi verbum Hebræum, cum interiectione coniunctum, ישע *iaſchahh*, verbum Hebræum per ain, ſeruare ſignificat, in alia coniugatione, הושיע *hoſchiah*, & נא *na*, הושיע נא ſignificat, ſaluum fac, *anna*, interiectio deprecantis, ſignificat *obſecro*, *hoſianna*, ſignificat *ſalua obſecro*, eliditur י *iod*, diciturque, *hoſanna*. Hieronymum audiamus: *Hoſiach*, inquit, ſaluifica interpretatur *anna*, interiectio deprecantis eſt. Si ex duob. his, velis compoſitum verbum facere, dices, *hoſianna*, ſiue vt nos loquimur, *hoſanna*, media vocali litera eliſa. Sic Hieronym. Extat verbum hoc Pſal. 117. *O Domine ſaluum me fac, &c.* Hebraicè, יהוה הושיעה נא אנא Adonai *hoſchihhah na ana*, *obſecro Domine ſaluum fac nunc*. Ab hoc verbo ישע *iaſahh*, per ע *hhain*, quod ſignificat *ſaluare*, ductum eſt nomen *Ieſus*, id eſt, Saluator, vt diximus lib. 9. cap. 3. tom. 1. Poteſt etiam dici, *hoſianna*, ſignificare, *ſalua nunc*. nam ſumptum videtur ex Pſalmo citato, in quo, *hoſianna*, ſignificat *ſalua nunc*, vt Pagninus vertit. Poteſt ét ſignificare, *ſalua obſecro*, q̃m particula, נא *na*, ſignificat, *nunc*. & ſecũdũ aliquos ſignificat, *obſecro*, vt *anna*. Reperitur verbum hoc, הושע *hoſiahh*, abſque litera *iod*, Pſal. 85. *Saluum fac ſeruum tuum*. Hebraicè, הושע *hoſahh*, & Ierem. 31. *Salua populum tuum*, Hebraicè, הושע *hoſahh*, adde נא *na*, id eſt, *obſecro*, fiet, *hoſanna*, *ſalua obſecro*.

Quid ſignificet vox hoſanna.

Dicitur vox hæc *hoſanna* Hebræis eſſe familiaris, in feſtoque tabernaculorum ſæpiſſimè ab ipſis vſurpari, arborum ramos geſtantibus, quaſdam enim feruntur recitare litanias, in quibus ſæpè ingeminant, *hoſanna*, quedmo-

admodum nos, *libera nos Domine*. Nã hoſianna; ſignificat *ſalna nunc*. vel *ſalua obſecro*, quod idem eſt, ac *libera nos Domine*. Sed an huiuſmodi verbi frequens hic vſus, fuerit Chriſti tempore, in feſto tabernaculorum, non probatur; quamobrem illa ſententia non ſatis firma eſt, quæ ſtatuit, turbam hoſanna Chriſto conclamaſſe, quòd in feſto tabernaculorum hoſanna concinere ſolita eſſet. Caninius de locis noui teſtamenti ſentit, *hoſanna*, ſignificare propriè ramos ſalicum, vſurparique conſueuiſſe pro ramis etiam aliarum arborum. Iuxta quam ſententiam verba hæc; *hoſanna filiò Dauid*; ſic explicantur. *Rami filiò Dauid*. Verùm ex dictis conſtat, non ramos ſignificare, ſed, *ſalua obſecro*, vel *ſalua nunc*. Non indigemus his opinionibus, ad explicandos Euangeliſtas, egregiè abſque illis explicantur.

Hoſãna nõ ſignificat arborũ ramos

Dicimus, *hoſanna*. ſignificare *ſalua nunc*, vel ſalua obſecro, vt conſtat ex Pſalm. 117. & alijs locis, petereque Hebræos ſalutem à Deo. Petant ne ſalutem ſibi, an Chriſto dubium eſt, ſalutem ſibi petere, ſentit. D. Hieronymus, Beda, D. Thomas, Toletus, Lyranus, Abulenſis, Hugo Card. Carthuſianus, D. Anſelmus, & alij iuxta hanc ſententiam verba hæc ſic explananda ſunt, *Hoſanna filio Dauid Meſſiæ*, acclametur. Illud nimirum, *hoſanna*, Pſal. 117. *Salua obſecramus*, vel *ſalua nunc nos Meſſia*, & Rex noſter. Repetunt; *hoſanna in excelſis*: hoc eſt, ſalua obſecramus, tu qui es in excelſis, qui verus homo es, & Deus, exiſtens in excelſis. Vel, *ſalua nos in excelſis*, id eſt, ſalutem nobis dona, & gloriam ſempiternam in cœlis excelſis. Vel *ſalua nos in excelſis*, id eſt, magnam nobis ſalutem dona, quæ vſque ad excelſas nubes pertingat.

An petant ſalutem ſibi, an Chriſto?

Ianſenius, Cãtapetrẽſis, li. 1. Maldonatus, Hentenius interpres Euthymij, Claudius, & Genebrardus, Pſal. 117. arbitrantur Hebræos Chriſto Regi ſalutem, & proſperitatem à Deo, his verbis precari, in hunc ſenſum, *hoſanna filio Dauid*, id eſt, ſaluum fac o Deus filium Dauid, Regem, Meſſiamque noſtrum: hunc in modum Regibus acclamari populus ſolebat, *Viuat Rex*. 1. Re- A gum 10. Sauli populus acclamauit, *Viuat Rex*. & 3. Reg. 1. *Dixit omnis populus, Viuat Rex Salomon*, addunt; *hoſanna in excelſis*, vel *in altiſſimis*, hoc eſt, ſalua filium Dauid o Deus, qui habitas in excelſis. vel in altiſſimis cœlis. Illud obſtat huic interpretationi, quòd non dixerit Euangeliſta, *hoſanna*, id eſt, ſalua obſecro filium Dauid; ſed, hoſanna filio Dauid. Reſpondetur, verbum Hebræum, & cum caſu accuſandi copulari, & cum caſu dandi. Ioſue 10. B והושיעה לנו *vehoſchibba lanu*, id eſt, *ſalutem fac nobis*. Similiter cum dandi caſu legitur Hebraicè 2. Regum 10. Iud. 7. Pſal. 43. & Pſal. 85. Vnde Genebrardus. Verbum (inquit) ſaluandi, ferè conſtruitur in lingua Hebræa cum datiuo, &c. Hæc ſecunda interpretatio ſimplicior eſt, & placet magis. Poſſunt etiam hæc verba ita explicari, vt tam Meſſiæ, quàm ſibi, Hebræi ſalutem poſtulent Meſſiæ quidem illis verbis, *Hoſanna filiò Dauid*, id eſt, ſalutem affer C Meſſiæ. Sibi verò illis; *Hoſanna in excelſis*: id eſt, ſalua illum, & nos in excelſis.

Viuat Rex, acclamatur Chriſto

Apud Marcum, cap. 11. legitur *Clamabant, dicentes: Hoſanna, benedictus qui venit*, Græcè. ἐρχόμενος, id eſt, *veniens, in nomine Domini, benedictum quod venit Regnum patris noſtri Dauid, hoſanna in excelſis*. Cætera explicata ſunt; illa verba: *Benedictum quod venit Regnum patris noſtri Dauid*, Græcè, ἡ ἐρχομένη βασιλεία, id eſt, *veniens Regnum*, ſignificant Meſſiæ Regnum, hoc ſenſu: Benedictũ D ſit Regnum veniens Meſſiæ, filij, ac ſucceſſoris Dauid; iuxta illud Angeli Luc. 1. Dabit illi Dominus ſedem Dauid Patris eius. Et illud Pſal. 131. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã*. Et illud Iſaiæ 9. *Super ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit, &c.* Dicitur autem Regnum Chriſti, regnum Dauidis, quoniam regnum Dauidis regni Chriſti typus, & ipſe Dauid Chriſti vmbra fuit. Veniebat regnum Dauid, non quid typicum, ſed verum, & typico deſignatum. E

Explicatur Marcus.

Regnũ Dauidis cur Chriſti regnum dicatur.

Quæritur, Num turba illa hominũ, verba intellexerit, quæ proferebat ore? Reſpondetur, intellexiſſe, ſi ſic intelliguntur, *ſalua obſecro filium Dauid*, Meſſiam noſtrum Regem Iſrael. Bene-

An turba verba illa quæ proferebat intellexerit.

dictus

dictus à Deo ſit, & ab hominibus, qui à Deo miſſus venit, benedictum ſit Regnum patris noſtri Dauid, ſalua obſecro illum Deus, qui in excelſis cœlis habitas. Vel, ſalua illum ſalute magna, quę vſque ad excelſas nubes, cęloſque pertingat. Si verò excellentiori ſenſu verba accipiātur, de quo ſupra dictum eſt, reſpondet Abulenſis Matthæi 21. quæſt. 44. non intellexiſſe; ſed ab Spiritu ſancto inſpiratos ea protuliſſe. Faceſſunt tamen negotium, Eccleſiæ illa verba in die palmarum. *Intellexit* (inquit) *iam tunc illa hominum beata multitudo præfigurari, quia Redemptor pro totius mundi vita cum mortis principe eſſet pugnaturus, ac moriendo triumphaturus, & ideo talia, id eſt, palmarum ramos adminiſtrauit, &c.* Si turba diuinitus intellexit Chriſtum cum diabolo pugnaturum, & victoriam moriendo reportaturum, videtur etiam verba illa excellentiori ſenſu intellexiſſe, niſi velis dici turbam intellexiſſe, quia typum exhibuit, & nos intelligere fecit.

D. Ioannes is addit, diſcipulos ante reſurrectionem, vaticinium Zachariæ ignoraſſe. Præterea rationem reddit, cur turba obuiam Chriſto exierit fauſtiſque illum acclamationibus exceperit, videlicet quia audiuerat Lazarum ab eo in vitam fuiſſe reuocatum.

CAPVT VII.

De triumphali Chriſti ingreſſu in Ieruſalem.

Morale.

PEruenimus Deo fauente ad hebdomadam illam, quæ in vita mortali, extremum Chriſto tempus fuit. Die enim prima ſabbati, ſiue dominica, vrbem triumphanti ſimilis ingreſſus eſt, feria verò ſexta, in crucem actus animam efflauit. Meritò ſanè vocat Eccleſia, hebdomadam hanc, Maiorē. Cæteris enim Maior eſt, propter admirāda Domini opera. Quare hebdomada hāc Magnam vocamus? Rogat D. Chryſoſtomus, hom. 30. in Geneſ. Reſpondet;

De hebdomada ſancta, ſiue Maiori.

A Quia Magna quædam, & ineffabilia bona, contigerunt nobis in illa. In illa. n. ſolutum eſt bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis diſſoluta, vaſa eius direpta, Deus hominibus recōciliatus eſt, cælum penetrabile factum eſt, Angeli hominibus conuiuunt, Deus pacis pacifica fecit omnia, quæ in cælis; & quæ in terris. Et hac de cauſa Magnā hebdomadam vocamus, quia tātam nobis donorum multitudinem, in illa largi-

Cur hebdomada hæc magna dicatur.

B tus eſt Dominus, &c. Et Diuus Bernardus in ſerm. feriæ quartæ hebdomadæ pænoſæ: Nihil, inquit, in mundo poterat melius fieri, quàm quod factum eſt à Domino his diebus, &c. Admiranda quidem fuere primæ hebdomadæ mundi opera, ſed huius admirabiliora. In illa condidit Deus, cælos, ſydera, elemēta, homines, animantiaque reliqua; in hac ipſe cælorum, ſyderumque conditor, pro hominibus opprobria, verbera, crucem, mortēque perpeti voluit.

C Quidnam admirabilius eſt, Deum cælos ſyderaque creare; an Deum pro hominibus, cruci ſuffixum, per ſummos cruciatus, animam exhalare? O hebdomadam omni dignam celebratione, magnaque cum humilitate, ſanctitate, pænitentiaque tranſigendam? Nunc (ait Chryſoſtomus loco citato) hoc eſt, in hebdomada Magna, maximè & ieiunij curſus intendendus, & magis continuandæ ſunt preces, faciendaque diligens, & pura peccatorum confeſſio,

Admirāda Dei facta ī hebdomada ſancta.

Facta Chriſtianorū, in hebdomada ſancta.

D & in bonis operibus ſedulitas, eleemoſyna larga, æquitas, manſuetudo, aliæque virtutes, &c. Item, Idcirco fideles, & ieiunium intendunt, & vigilias, & pernoctationes ſacras, & eleemoſynas faciunt; vt hebdomadæ huic honorem habeāt Hæc ille, & alia. D. Bernardus; Vniuerſi Chriſtiani, ſacra hac ſeptimana, aut pre ſolito, aut præter ſolitum,

E pietatē colunt, modeſtiā exhibēt, humilitatē ſectantur, induunt grauitatē; vt Chriſto patiēti quodammodo compati videantur. Quis enim tam irreligioſus, qui non compungatur? Quis tā inſolens, vt non humilietur? quis tam iracundus, vt non indulgeat? quis tam delicioſus, vt non abſtineat? Quis tam malitioſus, vt non pæniteat his diebus?

In ſancta hebdomada pietatis opera maximè frequentanda.

Digitized by Google

&c. D. Epiphanius hęreſi ſeptuageſima quinta contra Aerium. In diebus, inquit, Paſchatis, quando apud nos fiũt humi dormitiones, caſtitates, afflictione, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones, &c.

Prima hebdomadę huius die, hoc eſt dominica, ſingulari cum triumpho Dominus Ieruſalem introiuit, ſexta die cruci ſuffixus eſt, triumphi gloria in crucis ignominiam commutata. Oſtēdit locus hic inconſtantem eſſe mundi gloriam, fluxam, volubilem, exiguoq; temporis ſpatio auolare. Videat ſæcularis anima (ait D. Bernar. ſerm. 1. in Ramis palm.) videat, & intelligat quoniā *extrema gaudij luctus occupat*. Quod prædixerat per prophetam Iſaiam, ca. 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos agri*, in ſeipſo Chriſtus ſtuduit probare. Vnde proceſſionis gloria uoluit ſublimari, qui paulo poſt ſibi nouerat imminere diem paſſionis, &c. Ramorum amœnitati ſimilis eſt, mundi gloria. Carebant rami illi radice, ideoque paulò poſt aruerunt. Eundem in modum, mundi gloria, honores, voluptates, radice carēt, breuique temporis ſpatio exareſcunt. *Vbi ſunt principes gentium?* quærit Baruch, cap. 3. vbi ramorum, quibus circumdati erant amœnitas? vbi opes? vbi voluptates? vbi honores? *Exterminati*, inquit, *ſunt, & ad inferos deſcenderunt*, ramique illi omnes radice carētes exaruerunt. Pſal. 36. *Tamquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident.* Pſal. 128. *Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur, exaruit, &c.* Pſal. 89. *Mane floreat, & tranſeat, veſpere decidat, induret, & areſcat, &c.*

Gloria mũdi oĩs euaneſcit.

Prouerb. 14

Ramorum amœnitas mundanæ gloriæ ſimilis.

Radice carere omnem hanc ramorũ viriditatem, atque amœnitatem bene indicat Valer. Max. in fine lib. 6. Caduca, inquit, & fragilia, puerilibuſq; crepundijs conſentanea ſunt iſta, quæ vires, atque opes humanæ vocantur. Affluunt ſubito, repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt. Sed incertiſſimo flatu fortunæ, huc atq; illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque debēt exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem, deſiderio ſui duplicant, &c. Audiuimus hominem Ethnicũ, audiamus & Iudæum Philonem in fine libri, cui titulus: *Quod Deus ſit immutabilis*. An putas, inquit, mortalē vllam rem vere eſſe, ac ſubſiſtere, & non tamquam in ſuggeſto quodam, ab inani, & incerta opinione ſuſtineri, non aliter, quam ſomniorum ludicra? Vide regionum, & gentium, mutationes. Floruit Græcia; ſed Macedones abſtulerunt ei potentiam. Poſtea Macedonia omnino interijt. Inclyta fuit Perſarum fœlicitas, ſed vna dies tam ingenti Regno finem attulit. Fuit Ægypti perampla potentia, ſed nubis in morem eius prēterijt fœlicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago? Quid Africa? Quid Pontici Reges? Quid Europa, Aſiaque, & totus orbis habitabilis? Nonne more nauis, ſurſumque deque iactatæ fluctibus nunc ſecũdis ventis, nunc aduerſis vtitur? &c. Eodem loco, rerum caducarum affluentiā cum afluxu maris rectè confert. Sed quemadmodum affluxum mari ſequitur paulò poſt refluxus, ſic rerum caducarum affluentiam, ſequitur mox refluentia. Nihil eſt (inquit Philo) in humanis reb. ac negotijs, prēter vmbrā, auramq; leuiſſimam, ſine mora præteruolantem, Eunt enim vltrò citroque, tamquam æſtuaria. Nā & marini æſtus, nunc cum magno impetu, ſonituq; accedunt, & longè, lateq; per littora diffunduntur, vndis ſtagnantibus, nunc refluūt retrò. Simile quiddam accidit, quando fortuna, poſtquam populoſam aliquam gentem inundauit, magnis fęlicitatib. fluxu auerſo, ne guttam quidem finit reliquā, &c. Propone tibi ante oculos diuitem honorib. voluptatibuſq; affluentem, quem fœlicitas omnium rerũ copia inundarit, paulo poſt eoſdem oculos, ad eundem diuitē animam efflantem conuerte; refluentem ſanè cernes fœlicitatē, ne guttam quidem bonorum, quæ poſſederat, miſero relinquentem. Vt omittam alios, conſidera, quęſo, cophinos illos filiorũ Regis Achab capitib. plenos, de quib. legitur

Quam ſint fluxa & caduca humana omnia.

Philo.

Mundi fœlicitas ſimilis fluxui & refluxui maris.

gitur 4.Reg.10. *Tulerunt ſilios Regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad Iehu, &c.* Quis vnquam cophinos vidit capitibus filiorum Regis plenos? Huc nobilitas regia ſplendor, opes, deliciæ reciderunt, ſic caduca refluxere bona. Quæ paulò ante omnes venerabãtur, colebatque capita regia, ea deſpectui habita, cophinos implent.

Mundi inconſtantia.

Iam verò admirãdus fuit hic in Chriſtũ honoris affluxus. Affluxit quidẽ gloria copioſè, ſed mox eadem gloria refluxit, adeò vt ne gutta quidem, ex tanta inundatione ſuperfuerit. Imo refluxit penitus honor, affluxit copioſè ignominia. Rami oliuarum, in ſpineã coronã commutati ſunt; palmæ, in crucem; hoſanna in opprobria. O quàm diſſimilis ſibi facta eſt Ieruſalem, quam fuit incũctans, quam mobilis? ò quàm diſſimile eſt (ait D. Bernard. ſerm. 2.) *Tolle tolle crucifige eum*, & *benedictus qui venit in nomine Domini, hoſanna in excelſis*: quam diſſimile, *Rex Iſrael*, & *non habemus Regem, niſi Cæſarem*: quam diſſimile, rami virentes & crux: flores, & ſpinæ. Cui prius ſternebantur, veſtimenta aliena, ecce ſuis exuitur, &c. Diſce hoc exemplo inconſtantem nihil facere mundum, ventique habere loco, nunc proſperè flantis, mox reflantis, nauimque fluctibus obruentis. Si virtutem colis, æternam habebis gloriam quæ mutatur numquam, ideòque præ illa, hanc inſtar fumi euaneſcentem duc**D** cito pro nihilo, Si vanitatis mancipiũ es; ſcito hanc tuam glorıolam, cæteraque, bona caduca, quæ poſſides, paulò poſt in nihilum abitura. Quamobrem vanitatis iugum excute bona alia ſempiterna exquire, illud cogita frequenter quod Iob, cap. 20. aſſerit Sophar: *Hoc ſcio a principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum breuis ſit & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti, ſi aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, et caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant dicent. Vbi eſt? Velut ſomnium auolans nõ inuenietur, &c.* Adiunge verba Magni Gregorij. Gaudium (inquit ille) hypocritæ ad ſimilitudinem puncti eſt, quia apparet ad momentum, ſed diſpa

Chriſtus exemplũ humanæ incõſtantiæ ſingulare.

Gaudiũ hypocritæ cur ſit ad inſtar puncti.

A ret in perpetuum. Sicut ſtylus in puncto dum ponitur, leuatur, ſic hypocrita, præſentis vitæ gaudia dum tangit, amittit, &c. Hypocrita diues eſt improbus. hiſtrio eſt, aliud intus habet, aliud foris oſtentat, intus pauperrimus eſt, foris eſt diues, imo diuitias, & honores videtur poſſidere, cum tamen minimè poſſideat, ſiquidem paulo poſt illum deſerunt.

Quàm ſint fluxa, ac volubilia mundi bona, tunc imprudentes homines in-
B telligunt, cum efflant animam; eorumque poſſeſſione ſpoliatos ſe vidẽt. 5. caput Sapient. lege, impios audies hoc ſerò intelligentes, multiſque ſimilitudinib. explicantes. *Quid*, inquiũt, *nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuncius percurrens, & tamquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non eſt veſtigium inuenire neque ſemitã*
C *carinæ illius in fluctibus, &c.* Alias ſimilitudines adiũgunt, quas breuitatis cauſa omitto. Sed ſerò ſapuere Phryges ſerò rẽ in Inferno expẽderunt ſtulti. *Talia dixerunt in Inferno ij qui peccauerunt*: ſubijcit Scriptura. In Inferno talia dicere parum prodeſt, apud ſuperos talia dicere, diligenterque conſiderare plurimum affert emolumenti, ſero ſapiunt ſtulti. At prudentes uiri citò ſapiunt qui dum viuunt talia dicunt, rectaque conſiderationis trutina expen-
D dunt. In medio ipſo triumpho; gloria, honorib. opibuſq; circumdati: quam parum firmitatis, conſtantiæq; caduca bona habeant, diligẽter animaduertũt. Audiamus Magnum Gregorium Iob, cap. 5. ad illa verba: *Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim.* Plerumq;, inquit, nonnulli, dũ quoſdam mundam gloriam cernunt, eiuſdẽ gloriæ aſpectibus delectantur, ac magnũ aliquid æſtimant, ſeque vt talia mereã-
E tur, exoptant. Cũ verò glorioſos quoſque, aut deiectos ſubitò, aut fortaſſe etiam morientes aſpiciunt, quod humana gloria nihil ſit, cum gemitu fatentur. Qui hoc nimirum rectius dicerent, ſi cum in gloria hominem cernerent, tunc eius interitum cogitãtes, trãſeuntẽ potẽtiã nihil eſſe ſenſiſſent.

Mors indicat quam ſint caducæ mũdi bona.

Qui caduca bona cõſiderant, quõ ea contemnunt.

Tunc

Digitized by Google

Tunc quippe eſt humana elatio pēſanda, quàm nihil ſit, cum ſeſe ſuper cæteros ſucceſſibus extollit. Tunc conſiderandum eſt, quo curſu fęlicitas tranſuolet; cùm ante humanos oculos quaſi permanens pollet. Nam gloriam morituri nihil eſſe, in ipſa iam morte penſare, infirmi quilibet poſſunt. Benè itaque dicitur, *vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim*: ac ſi diceret, contra ſtulti pulchritudinem, moram in maledictione nō habui, quia cum hanc cernerem, ſimul etiam pœnam ſequentem vidi. Hactenus D. Gregorius.

Cōſideratio

Prima hebdomadæ huius dies, decima fuit dies mēſis Hebræorum Niſan; in cuius diem decimam quintā, Paſchę feſtum incidebat. De hoc menſe Niſan legitur Exod. 12. *Menſis iſte vobis principium mēſium* (ſcilicet anni ſacri) *primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dicite eis, decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas, &c. Et ſeruabitis eum vſque ad quartam decimā diem menſis huius, immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam, &c.* Ex his verbis liquet, præcepiſſe Deum Iudæis, in Ægypto exiſtentibus, vt agnos paſchales domum afferrent, decima menſis die. Sed dubiū eſt; An poſtquam in Palæſtinam peruenerunt, hac die decima, agnos domum Iudæi afferre conſueuerint? Reſpondet Lyranus Exod. 12 his verbis: Dicunt Hebræi, quòd talis præacceptio agni, per quatuor dies, non obligabat in futurum; neque fuit obſeruata in annis ſequentibus, &c. Eodem modo reſpondet Carthuſianus, Abulenſis quoque ait, non fuiſſe ritum hunc perpetuum. Tunc enim cum ex Ægypto Dominus educere Hebræos volebat, decima die agnum iuſſit aſſumi; quia inſtabat profectio, opuſque erat agnum eſſe paratum. Poſtea verò ſatis fuit, quocumque die vellent, domum afferri. Probatur hæc ſententia, quia ex alijs regionibus, multi ad edendum agnum, Ieroſolymam confluebant, qui omnes decima die menſis adeſſe non poterant, vt agnum aſſumerēt. Satis igitur fuit eodem die aſſumi, vel emi, quo erat im-

An die 10. menſis Niſan, Iudæi Paſchales agnos domum afferre conſueuerint?

Iudæis decimo die Niſan mos nō fuit agnū domum ferre.

A molandus. Probabilis eſt hæc opinio. Si quis aliud ſenſerit, non refragabor ei. Fortè enim Iudæi plerique, vt patres imitarētur, die decima agnum domum ducebāt, arborum ramis circumdatum; quod Diuus Thomas, Rupertus, & alij videntur ſentire; qui ita loquuntur, vt exiſtimare videantur, morem Iudæis fuiſſe decima die agnum ducere.

Quidquid ſit; ſatis liquet, in Ægypto pręcepiſſe Deum, vt decima menſis Niſan die, duceretur agnus Ieruſalem: id quod egregius typus fuit, B huius Chriſti aduentus in eandem vrbē. Quemadmodum agni illi Paſchales, decima die Ieruſalem ingrediebantur, vt poſt aliquot dies mactarentur; *ſic Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*, decima die eiuſdem menſis Niſan, eandem vrbē ingreſſus eſt, vt poſt paucos dies in cruce immolaretur. Hactenus abfuit, quia mori noluit; nunc adeſt, quia mori vult. Nemo illum trahit inuitum C voluntarius ad mortem venit. Per ramos virentes, palmaſq; pergit ad crucem, non attractus, & mæſtus, ſed magna perfuſus lętitia. Sciebat Pontifices, & Phariſæos de nece ipſi inferenda iniiſſe conſilium, occidique oportere decreuiſſe. Sciebat quoque, dediſſe mandatum, *vt ſi quis cognouerit, vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum:* Ioannis 11. Attamen latere non vult, cum poſſit, in conſpectum omnium ſe dat; ipſe vult iudex eſſe ſui: ſi enim ſe ipſe non D indicarit, nemo illum indicare poterit, ſua ſe luce prodit, vt Sol. Apparet coram omnibus, atque ita apparet, qui latebat, vt omnibus Pontificibus, ac Phariſæis fiat maximè conſpicuus. O Pontifices, ò Phariſæi, ecce illum, quē occidere ſtatuiſtis; ecce hominem, de quo decretum feciſtis illud; *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, in conſpectu veſtro ille eſt, de quo mādatum dediſtis, *vt ſi quis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendatur.* E Ipſe ſe indicat, mandatoque veſtro ſiſtit ſatis; apprehendite, ſi poteſtis. Heu miſeros, iam vos fatemini victos, dicentes Ioan. 12. *Videtis, quia nihil proficimus? ecce mundus totus poſt eum abijt.* Sic ſic erit, nihil proficietis, totus mū-

dus

Typus Chriſti fuit agnus die 10. in vrbē inuectus.

Chriſtus hoſtibus ſe prodit.

Ioan. 11.

CAPVT VIII.

Morale.

CVm dux triumphum agit, cum ducitur pompa, tota confluit ciuitas ad ſpectaculum. Cõfluamus & nos, ad admirabilẽ imperatorẽ, admirabilẽ ſpectemus pompã. Triumphatorem in primis intueamur; deinde ipſa, quibus inſidet iumenta; poſtea turbam comitantem, ramiſque, & veſtimentis Domino cultum, ac venerationem exhibentem. Quis triumphator hic ſit Zacharias prædicat; *ecce Rex tuus venit tibi, &c.* turba quoque ipſa clamat: *Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael.* Ioan. 12. Rex eſt Iſrael, Meſſias ille eſt Iſraeli promiſſus, de cuius ampliſſimo Regno, copioſè diximus tomo primo, libro ſecundo, capite decimotertio, inde petenda ſunt, quæ hoc loco dici poterãt. *Ecce* (inquit Propheta) *Rex tuus* (*ò Sion*) *veniet tibi*: in tuum commodum, in tuam vtilitatem veniet. *Veniet iuſtus, & Saluator*: iuſtus, vt iuſtitię diuinæ, pro te perſoluat debitum; Saluator vt te ſaluet; ſaluet inquam, à Tartareis hoſtibus, & à peccatorum eripiat iugo. Non tributa imperat argenti, & auri, non milites armat aduerſus hoſtes, non ferro accinctus præliatur aduerſus gentes ferox. *Diſpergam quadrigam ex Ephraim, & equum ex Ieruſalem,* (ſubiicit Dominus eodem capite Zachariæ) *& diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus, & poteſtas eius à mari, vſque ad mare, & a fluminibus vſq; ad fines terræ, &c.* Non bellum loquetur is Rex; ſed pacem gentibus, non quadrigis vehetur, non alet equos, non bella cum gentibus geret, vt Iudæi ſomniant; ſed pacem gentibus afferet, æternamque trãquilitatem. Additur eodem loco: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos ſuos de lacu, in quo non eſt aqua, &c.* Non bello, & ramis captiuos liberabit hic Rex, quo nam igitur modo, liberabit? Alloquitur vates Re-

Chriſtus rex iuſtus, & Saluator.

A gem Meſſiam. Tu ò Rex regum, *vinctes tuos*, hoc eſt captiuos homines iugo diaboli oppreſſos, *emiſiſti*, eduxiſti *de lacu, in quo non erat aqua*, hoc eſt, ex carcere, profundo Tartari, vocatur enim lacus ſine aqua, carcer ſubterraneus; vnde illud Ioſeph, Geneſ. 40. *Hic innocens in lacum miſſus ſum*, ideſt, in carcerem, & Iſa. 14. *Ad inferinum detraheris, in profundum laci, &c.* *Emiſiſti* (inquit) *captiuos tuos*, dummodo præſtent, quæ ab eis poſtulas *in ſan-* B *guine teſtamenti tui*, hoc eſt, non hoſtium ſanguine in bellis, ſed tuo ſanguine in cruce effuſo. Lege quæ diximus de bellis Meſſiæ tom. 1. libro 2. capite 14.

Chriſtus nõ bello ſaluauit, ſed ſuo ſanguine.

Ait propheta iuxta Matthæum: *Venit tibi manſuetus*: iuxta noſtrum interpretem, Zachariæ 9. *Ipſe pauper.* Rex eſt, & manſuetus, quia manſuetiſſimi inſtar Agni peccata tollet mundi, non cædens ferro homines, ſed ferro ab hominibus cæſus. En tibi domi- C natorem Agnum illum, quem poſtulat mitti Iſaias, capitu. 16. *Emitte* (inquit) *Agnum Domine Dominatorem terræ de petra deſerti, ad montem filiæ Sion, &c.* Venit ad montem filiæ Sion, ideſt, Ieruſalem, Agnus Dominator, ideſt, Rex manſuetus, Agnus leonum victor non feritate, ſed manſuetudine. Pſal. 44. *Proſpere procede, & regna, propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam.* Diabolus regnat propter mendacia, crudelitatem, & iniuſtitiam, eſt enim D tyrannus. Rex verus Chriſtus regnat propter veritatem Euangelicam, propter iuſtitiam, & manſuetudinem. Rex enim eſt verax, iuſtus, & manſuetus. Rex quoque eſt, pauper quia Regnum illius, Ioan. 18. *Non eſt de hoc mundo*, hoc eſt, non eſt in opibus; honoribus, pompaque, & apparatu mundano poſitum. Non terribili equo inſidet manſuetus Rex, atque pauper; ſed aſinæ, illiuſque pullo, E non ſtipatur exercitu, ſatellibus minimè circumdatur, videlicet, quia Saluator eſt, in ſanguine teſtamenti ſui, non in equis, ac militibus. Iuxta illud Oſeæ 1. *Non ſaluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus.* Itẽ: *ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, &c.*

Chriſtus rex pauper, & manſuetus.

Ddd ideſt,

id eſt, in Chriſto paupere, humili, manſueto. De ſalute allata per Chriſtum lege tom. 1. lib. 2. cap. 17. & lib. 9. cap. 7 *Exulta* igitur *ſatis filia Sion*, vt ait vates, *iubila filia Ieruſalem*, exultationis, iubilique cauſa eſt ſingularis, ſaluator adeſt, ac Redemptor, qui redemptionem tibi afferet, ſalutemque ſempiternam.

De hac lætitia vaticinatur Iſaias, cap. 9 his verbis: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madian, &c.* Omnium bonorum meſſem nobis attulit Rex noſter; lætetur ergo filia Sion, ſicut qui lætantur in Meſſe. Tartareos hoſtes noſter Rex eſt deprædatus, ac ſpoliauit, cœleſtiaque ſpolia filiæ Sion diuiſit, iuxta illud Pſalm. 67. *Speciei domus eius diuidere ſpolia, &c.* Exultat filia Sion, *ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.* Quomodo autem de hoſtibus victoriam reportauit Rex noſter indicat vates. *Iugum*, inquiens, *oneris eius*, (id eſt, diaboli, vt interpretatur Diuus Hieronymus) *& virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti*, ô rex Meſſia admirabiliter, abſque bello, & gladio, *ſicut in die Madian*: hoc eſt ſicut Madianitas vicit Gedeon Iud. 7. Septuaginta ita vertunt: *Quia ablatum eſt iugum, quod ſuprà ipſos erat poſitum, & virga de collo eorum. Virga enim exactorũ diſſipata eſt, ſicut in die Madian, &c.* Lagenis fractis, ſonantibus tubis, accenſiſque facibus, Madianitas vicit Gedeon: fracto hoc, & vulnerato corpore. Tartareos hoſtes vicit Chriſtus; ſonantibus Euangelicæ prædicationis tubis, fideique per orbem accenſis facibus.

Lætitia filia Sion.

Victoria Christi ſicut in die Madian.

Noli timere filia Sion, vt eſt apud Ioan. *Ecce enim Rex tuus venit tibi*, vt te regat, vt tua commoda curet, vt te opibus cumulet, & in Regnum cœlorum euehat. Rex eſt Chriſtus (ait Auguſt. tract. 51. in Ioan.) quòd mentes regat, quòd in æternum conſulat, quòd in Regnum cœlorum credentes, ſperantes, amantes perducat, &c. Rex eſt non ab hominibus creatus, ſed à Deo. Iuxta illud Pſalm. 2. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius, &c.* Rex eſt legem ferens nouam, quam à ſuis vult perfectiſſimè obſeruari. Rex eſt tributa exigens, non tamen auri, vel argenti, ſed fidei, caritatis virtutumque cæterarum. Solue tributa Regi, ſatis ſuperque debita. *Noli timere nunc filia Sion.* Regem aduenientem, hic enim aduentus manſuetudinis eſt, & humilitatis, amoris, & clementiæ: *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Poſteà veniet non aſino inſidens inſidens manſuetus, ſed in nubibus eœli furore plenus. Oſeæ 13. ait Dominus: *Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* At nunc Regem dat non in furore, ſed in amore.

Chriſt' rex à Deo conſtitutus.

Inſpeximus Regem, iumẽta quibus vehitur inſpiciamus. Aſina vehitur & pullo is, cuius equi, & currus, Cherubini ſunt. Iuxta illud Pſal. 17. *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.* Et illud Pſal. 67. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis, &c.* Itẽ Pſalm. 103. Currus Dei dicuntur nubes, & venti, quia ventos, nubeſque, & pluuias, per orbem circumfert ac moderatur. *Qui ponit nubem aſcenſum tuum*: id eſt, currum; *qui ambulas ſuper pennas*: id eſt, alas, *ventorum, &c.* Olim triumphatorem monebat à tergo quidam, *Memento te eſſe hominem*, nunc verò ſuggerimus tibi Domine: *Memento te eſſe Deum*, cuius currus ipſi celſiſſimi Cherubini ſunt. Rex maximè Deus, cuius currus nubes ſunt, ventorum alæ, ac Cherubini; cur viliſſimo iumentorum vehi libet, cùm ſemel equitare libuit? Quid, hoc eſt? Non placet ſuperbia, tumenſque ceruix; humilitas, ceruicifque ſubmiſſio placet. Superbos arrogantesq; ſperno equos; humila iumenta quæro. Humile iumentum eſto, ſeſſorem ſi vis habere Deum. *Venit Rex tuus* (ait Beda in homilia tom. 7.) *ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis*: quia requieſcit in corde humilium, &c. Amos 6. *Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael, &c.* Ibidem: *Deteſtor ſuperbiam Iacob, &c.* Pompaticè

De iumẽtis quibus vectus eſt Dominus.

Triũphator quomodo olim monebatur.

Chriſto nõ placet ſuperbia, ſed humilitas.

Humilitas.

Beda.

Animal ſuperbia ſignũ eſt equis.

patice ingrediuntur ſuperbi in curribus, & equis. Chriſtus aſello vehitur, non pompaticè, ſed humiliter. Cum Plato Philoſophus equum aliquando conſcendiſſet, mox deſcendit, (vt legitur in Apophthegmatibus Platonis) dicens ſe vereri *μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῶ*, ideſt, *ne equeſtri faſtu corriperetur*. Superbi enim animal eſt equus, & equitare quiddam habet magnificum, parumque dignum humilitate. Voluit Dominus etiam in triumpho humilitatem præ ſe ferre, quæ etiam in celſiſſimis honoribus eſt maximè obſeruanda: honorum enim honor eſt humilitas, atque decus: ſuperbia dedecus.

Adumbrat aſina ſubiugalis, vt Diuus Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Beda, & alij aiunt, Iudaicam ſynagogam, iugo legis aſſuetam, pullus verò, *cui nemo hominum ſedit*, vt eſt apud Lucam, Ethnicum populum; cuius dorſum nullus ſcriptæ legis onus preſſerat. Tam aſina quam pullo vehitur Chriſtus: quia ex vtroque populo elegit Chriſtianos. Primum (ait Theophylactus) ſedit ſuper aſinam, poſtea ſuper pullum; quia primum quieuit in Iudæorum ſynagoga deinde in Gentili populo, &c. Pulli ſolius fit mentio à tribus Euangeliſtis; quia ex populo Ethnico multò plures Chriſtiani electi ſunt, quam ex ſynagoga. Ligata erat aſina, vt Matthæus ſcribit, ligatus quoque pullus, teſtibus Marco, & Luca, quia tã Iudæi, quam Ethnici, peccatorũ vinculis erãt obſtricti, Redemptoreque indigebant, à quo ſoluerentur. Miſit Deus diſcipulos ad ſoluendam aſinam, & pullũ, miſit quoque diſcipulos ad ſoluendos Iudæos, & Ethnicos peccatorum vinctos funibus. *Quodcumque ligaueris ſuper terram*, (ait Petro Matth. 16.) *erit ligatum & in cælis, & quodcũque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, &c.*

Aſina ſynagogã indicat, pullus gentes ſignificat.

Illud etiam diſcimus (ait Chryſoſtom. hom. 67.) Quemadmodum nemo tunc Apoſtolos, ne abducerent iumenta, detinuit; ſic nullus vetare potuit, ne gentes ab idololatria remouerentur, &c. Vetare conati ſunt tyranni, ſed fruſtra conati, Nerones, Domitiani, Diocletiani, & alij ſimiles. Vetare conati ſunt Iudæi; ſed minimè valuerunt, Dominus enim eis opus habebat. *Si quis* inquit, *vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet, &c.* Nulla quidem re, Dominus rerum omniũ, opus habet; habet verò opus hominibus. Quemadmodum Sol opus habet aere, vt illum illuminet, fons opus habet agro, vt illum irrigat; ſic Dominus habet opus hominibus, vt eos beneficijs afficiat, vt dona eis ſumma munificentia largiatur, vt Eccleſiam ſuam ex illis conſtruat, vt cœleſte Regnum illis compleat Beda in hom. tom. 7. Doctoribus, inquit, præcipitur, vt ſi quid eis obſtiterit aduerſitatis, ſi quis prohibuerit peccatores a laqueis Diaboli ſolui, & per confeſſionem fidei Domino adduci, non tamen a prædicãdo deſinant, ſed conanter inſinuent, quia Dominus ad ædificandam Eccleſiã talibus opus habet. Quamuis enim ſæuus ſit perſecutor: non poteſt eorum obſiſtere ſaluationi, quos nouit Dominus, quia ſunt eius, quos ad vitam præordinauit æternam. Sic ille. Item Haymo: Non ſine cauſa, inquit, opus habebat Dominus, & Gentibus & Iudæis, vt ex vtroque populo eius Eccleſia cõſtrueretur, &c. Cum Chriſtus honorari voluit, tunc dixit *dicite, quia Dominus his opus habet*: qui honorari volunt, multis opus habent, multis indigent.

Nemo prohibere potuit, ne homines ad Chriſtũ adducerentur.

Quomodo Deus habere opus hominibus dicatur.

Soluerunt iumenta diſcipuli, neque ſoluerunt ſolum, ſed etiam veſtimenta illis ſua impoſuerunt. Nudis enim iumentis non inſidet Dominus, ideſt, nudis animis carentibus fide, caritate, gratia, virtutibuſque cæteris. Hæc ſunt ornatiſſima Domini ephippia, nẽpè Apoſtolorum veſtimẽta, hoc eſt, virtutes, quibus Apoſtolorum animi, veluti cæleſtibus veſtimẽtis, induti erant. Si Deum vis habere ſeſſorem, Apoſtolorum virtutibus animũ exorna, fide, humilitate, patientia, caritate, reliquiſque omnibus. Niſi anima noſtra, (ait Theophylactus Matth. 21.) ornata fuerit Apoſtolicis virtutibus; nõ equitabit eam Dominus, &c. Haymo: Noluit Dominus ſuper nuda animalia ſedere, ſed ſuper impoſita animantibus veſtimenta; quia niſi quiſq; gratia

Nudis iumẽtis non inſidet Dominus.

Animus exornãdus veſtimẽtis Apoſtolorũ.

baptiſmatis ablutus fuerit, & fide ſanctæ Trinitatis imbutus, non poteſt habere Dominum ſeſſorẽ cordis ſui, &c. Idem docet D. Bernardus, ſermone 27. in Cãt. Seſſuro (ait) Domino ſuper aſellū, veſtes ſuas diſcipuli ſubſtrauerunt, ſignificantes Saluatorem, ſeu ſalutem, nequaquã inſidere nudæ animæ, quam videlicet, non inuenerit doctrina veſtitam, & moribus Apoſtolorum, &c.

Improbi iumẽtis ſimiles.

Præter hæc, iumẽta peccatores ſunt, huiuſmodi inſipientibus iumentis ſimiles; iuxta illud Pſal. 48. *Homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, &c.* Alligati ſunt peccatores iumẽtorum inſtar inſipientium ipſis iumentis ſtultiores. Iumẽtum ſi poſſet, ſe ſolueret ſtultior iumento peccator, cùm poſſit Dei auxilio, peccatorum grauiſſima vincula diſrumpere; in vinculis mauult permanere. Ad præſepe alligatus, à Dæmone tenetur, abſcedere non vult, ne turpiſſimum, ſed ſibi dulce pręſepij pabulum, id eſt, voluptates fœdiſſimas deſerat. O ſtultiſſimum iumentum, ex genere aſinino, non videt dulce pabulũ, paulo poſt deſerendum, & cum amariſſimo Tartari pabulo cõmutandum. Vtinam ſapiat, ſeque ſolui petat, & ad Chriſtum adduci. Soluẽt illum diſcipuli, hoc eſt, ſacerdotes peccatorum vinculis, ſi peccata ritè confiteatur; Apoſtolorum indumentis, id eſt, gratia, & virtutibus exornabunt, ad Chriſtum adducẽt, qui illius rector erit in Ieruſalem cœleſtem, iuxta illud Diui Auguſtini libro 12. contra Fauſt. c. 42. in pullo aſinæ ſedit Chriſtus, ducens eum in Ieruſalem, id eſt, in viſionẽ pacis, docẽs mãſuetos vias ſuas, &c.

Soluũt Apoſtoli peccatores ſi ritè cõfiteãtur.

Inſpeximus iumenta, in turbam, quę Dominũ comitatur conuertamus oculos. *Turba (ait Matth.) quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, &c.* Præcedebant multi Chriſtum, alij ſequebãtur. Nam ante aduentum Chriſti præceſſit populus Hebræorum, fide in Chriſtum venturum præditus; poſt aduentum, ſequitur populus Chriſtianus, fide explicata in eundem Chriſtum, qui iam venit, exornatus. Præceſſerunt veluti in pompa Dominum, multi Patriarchæ, multi Prophetæ, multi Hebræorum Reges, Pontifices, Sacerdotes, lexque ipſa Moſis, ſacrificia quoque taurorum, ouium, hircorum, & agnorum. Poſtquàm verò in orbẽ terrarum venit, ſecuti ſunt Apoſtoli, ſummi Pontifices, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, multi Imperatores, Reges, principes, duces, virique nobiles, martyres multi, virgines, doctores, populuſque Chriſtianus innumerabilis; *totus mundus poſt eum abijt*, vt Phariſæi aiunt Ioan. 12. *Notus in Iudæa Deus* erat, ante aduentum, Pſal. 75. *Et in Iſrael magnum nomen eius.* At poſt aduentum, admirabile nomen eius eſt, in vniuerſa terra, iuxta illud Pſal. 8. *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum, in vniuerſa terra.* Ad diem vſque iudicij, admirabilis hæc durabit pompa in terra: ſtupenda verò beatorum hominum, Angelorumque pompa, in totam æternitatem Chriſtum comitabitur in cœlo. Turbæ hæ, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, Chriſtum Regem eſſe Iſrael, & Meſſiam confitentur, & clamant *hoſanna in excelſis*, ſalutem poſtulantes. Etenim omnium hominum ſalus, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, vel ſecuti ſunt, à Chriſto pendet. Audiamus Magnum Gregorium homil. 17. in Ezechielem. Præceſſit (inquit) Iudaicus populus, ſecutus eſt gentilis. Et quia omnes electi, ſiue qui in Iudæa eſſe potuerunt, ſiue qui nunc in Eccleſia exiſtunt, in mediatorem Dei, & hominum, crediderunt, & credunt, qui præeunt, & qui ſequuntur hoſanna clamant; hoſanna autẽ Latina lingua, ſalua nos dicitur. Ab ipſo enim ſalutem, & priores quæſierunt & præſentes quærunt, & benedictum, qui venit in nomine Domini confitentur. Quoniam vna fides eſt præcedentium, atque ſequentium populorum. Hæc Gregorius. Lege quæ dicta ſunt tom. 1. lib. 1. cap. 15. de fide Antiquorum patrum, & noſtra.

Turba magna ſequtur Chriſtum.

Fides antiquorum & noſtra vna.

Denique magna Chriſtianorum turba Chriſtum ſequitur; Religioſorum, martyrum, virginum, continentium, coniugatorũ. Religioſi veſtimenta humi abijciunt, ad Chriſti pedes. Quid enim ſunt terrena omnia (ait D. Greg. hom.

Digitized by Google

hom. 31. in Euangelia) niſi quædam corporis indumenta? Cùm enim Religioſi viri opes, cæteraque terrena bona, propter Chriſtum deſerunt; veſtimenta in via Chriſto ſternunt: Martyres palmas offerũt, hoc eſt, martyriorum victorias. Virgines candida virginitatis lilia. Offerunt quoque coniugati oliuarum ramos, hoc eſt, miſericordiam, & eleemoſynas. Omneſque clamant, *hoſanna in excelſis*, id eſt, ſalua Deus, qui es in cœlis, æternam enim ſalutem, omnes quærere, ambire, nullamque rem illi præferre opus eſt. Hoc vnum, ardens oportet eſſe omnium deſiderium; *hoſanna*, ſalua. Hoc vnum aduertendum, ramos hi obtulerunt Chriſto, radicibus carentes; ideoque paulo poſt areſcentes. Aruerunt morte hi rami, in crucem, & opprobria ſunt commutati. Offeramus Deo ramos radices habentes; hoc eſt, virtutes, operaque permanentia, in virtute ſemper florente permaneamus, neque vero hodie ramos offeramus, cras Chriſtum cruci ſuffigamus.

Veſtimẽta, & ramos qui offerãt Chriſto.

Rami radice carentes areſcunt.

D. Gregor homil. 17. in Ezechielem, veſtimentis, corpora ait ſignificari, ſunt enim animi indumenta. Illi igitur, qui corpora ſua non extollunt arroganter, ſed in terra ſternunt, ſeque abiiciunt humiliter; veſtimenta ſua Chriſto ſternunt in via. Ramos ex arboribus prælatos cædere, ait Bernardus, in ſerm. 1. Palmarum, cùm ſanctorum exempla, ſubditis ſuis proponunt: ſunt enim ſancti, fructiferæ arbores, fructibus plenæ: ex his concionatores ramos cædunt in Chriſti honorem, cũ exempla deſumunt. Prælati, ait Bernard. ramos cædunt de arboribus, verbi cauſa, cùm de fide, & de obedientia Abrahæ, de caſtitate Ioſeph, de manſuetudine Moyſi, cæterorumque ſanctorum virtutibus, Euangelizant, &c. Plena eſt cœli via huiuſmodi ramis, id eſt, ſanctorum exemplis, quæ viam facilem reddunt, ac planam. D. Gregor. cenſet ramos ex arboribus cædere concionatores, cùm ex libris Patrũ decerpunt ſententias. Cùm Patrum, inquit, ſententias in ſermone exhortationis aſſumimus, frondes de arboribus cædimus, & has via Dei ſternimus. Arbores

Rami exempla ſanctorum, & dicta.

A celſæ ſunt Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Baſilius, Chryſoſtomus, cæterique pares, ex his ramos, id eſt, præclara dicta, Scripturæque explanationes decerpimus, & in commẽtariis, & concionibus, quaſi in via, in honorem Chriſti Opt. Max. Regis noſtri, ſternimus. Præterea merito hi homines Chriſtum ramis excepere palmarum, atque oliuarum. Regem enim excipiebant victorem, qui Cant. 7. ait: *Aſcendã in palmam, & apprehendam fructus eius:* Aſcẽdit Chriſtus in palmam, B cùm aſcendit in crucem, & victoriam; cuius admirabiles, dulciſſimique fuere fructus. Fuit quoque, *ſicut oliua fructifera in domo Dei*. Pſalm. 51. quia miſericordiæ æternum oleum mundo protulit, & veluti Noe columba, poſt diluuium, ore, oliuæ, id eſt, pacis ramos attulit. Venerunt obuiam Chriſto vt Ioan. ait, quia audierunt Chriſtum Lazarum vitæ reſtituiſſe, vt Lucas ait, *Cœperunt turbæ laudare Deum ſu-* C *per omnibus, quas viderant, virtutibus*, id eſt miraculis. Erant enim miracula Chriſti odorifera vnguenta, quorum odore turbæ trahebantur, iuxta illud Cant. 1. *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Phariſæi hæc vnguẽta perdere nitebantur iniectis muſcis, id eſt, obtrectationibus, iuxta illud Eccleſ. 10. *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti, &c.* Denique in illa, Beelzebub iniecerunt, Lucæ 11. *in Beelzebub eycit dæmonia.* Eſt autem Beelzebub idolum muſcarũ. Ipſum igitur Deum muſ- D carum in miracula Chriſti iniecerũt, vt illorum perderent ſuauitatem. Sed nihil profecerunt: *ecce totus mundus poſt eum abyt*, vnguentorum illius odore, ac ſuauitate ductus.

Quid ſint palmarum & oliuæ rami.

Illud adiiciam, feſtum hoc, feſtum appellari ramorum. Simile huic eſt mũdi feſtum, quod Regibus, ducibus, eiſque, qui fœlices appellantur, ramis E exhibet quibuſdam mox areſcẽtibus. Cùm ſceptra mundus offert, magiſtratus, & honores, ramos offert, faſciculoſque florum, breui tantùm temporis ſpatio, virorem ſeruaturos, odoriſque ſuauitatem efflaturos. Reuoca in memoriã feſtum Hebræorum, quod tabernaculorum nominatur. Leuit. 23. *Mẽſe ſeptimo*

Cur hoc feſtũ ramorũ dicatur moraliter.

ſeptimo feſta celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus, &c. Simile eſt feſtum, quo ſuos exhilarat mundus amatores, feſtum eſt tuguriorum. Tuguria illis ex virentibus, amœniſſimiſque ramis extruit, ſub quibus paucis habitant diebus; mox areſcunt, inſtar hederæ Ionæ. Sedebat ſub hederæ ramis Ionas lætus. Ionæ 4. *Lætatus eſt Ionas ſup hedera, lætitia magna, &c.* Sic ſub honoribus, pecunijs, magiſtratibus, veluti ſub hederæ amœnitate, homines ſedent læti. At verò Ionæ 4. *Parauit Deus vermem, aſcenſu diluculi in craſtinũ, & percuſſit hederam, & exaruit. Et cùm ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti, & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat, &c.* Eundem in modum

Mundi ciuitates ramorũ ſunt areſcentium.

A hominum amœna tuguria, ex virentibus cõſtructa honorum, diuitiarumque frondibus, exareſcunt. Parat Deus mortem, hederam, ramoſque percutit, tuguria euertit, percutitque Sol ſuper caput Ionæ, hoc eſt, hominis, quem amœnæ obumbrabant frõdes, mirumque in modũ æſtuat. Triumphum egit Dominus virentibus ramis, veſtimentiſque humi ſtratis, tu quoque ſi de mundo triumphum vis agere, virentes mundi ramos, pretioſaq; humi abijce B veſtimenta, pedibuſque conculca. Hic caducarum rerum locus eſt, nõ caput. Apoc. 12. *Luna ſub pedibus eius, &c.* Conculcat Lunam fœmina amicta Sole. Lunam, id eſt, mundum conculca, ſi Sole, id eſt, Chriſto, indui cupis.

CAPVT IX.

Deflet Dominus ciuitatem.

LVCAS CAPITE XIX.

42 ET vt appropinquauit, videns ciuitatẽ, fleuit ſuper illam, dicens.
Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pa-
43 cem tibi; nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. * Quia ve-
nient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circum-
44 dabunt te, * & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſter-
nent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper la-
pidem. Eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

Fleuit ſuper illam.

In medio triũpho lachrymatur Dominus.

IN medio triumpho, lachrymas fundit Dominus. Non tamen mortem ſuam impendentem; ſed Iudæorum deflet internicionem, longè diſtantem. Cùm in locum veniſſet montis Oliueti, ex quo ciuitatem Ieruſalem aſpexit; lachrymatus eſt. Inuitis nobis erumpunt lachrymæ: Chriſti imperio ſuberant tàm affectus, quàm fletus. Non eruperunt hæ lachrymæ inuito; volens libenſque non ſuo, ſed ciuitatis funeri fletum dedit, miſericordia C motus. Oſtendit viſcera miſericordiæ (ait Theophyl.) per fletum, &c. Item Euthymius; Ciuitatem, inquit, Ieruſalem propter immenſaq; vitia deſtruendam, humano modo Chriſtus, præ immenſa ſua bonitate, deflet, etiã hinc oſtendẽs, qualia haberet erga ingratos viſcera, &c. Fortis viri eſt mortem ſuam non deplorare; ſed læto animo, vel ſaltem patienti ferre; alienis verò malis lachrymas dare. Hoc fortiſſimus fecit leo de tribu Iuda; mortem ſuam læto tulit animo, ac patientiſſimo, alienis verò ſuorum interfe-

Mortẽ ſuã Chriſtus nõ defleuit, ſed Iudæorũ calamitates.

ctorum

ſtorum calamitatibus, illachrymatus eſt. Fortiſſimi huius animæ verba ſunt illa, ad mortem euntis: Lucæ 23. *Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me; ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros; quoniam ecce venient dies, in quibus dicent; beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, &c.* Lazarum cùm defleuit mortuum, dixerunt nonnulli, Ioan. 11. *Ecce quomodo amabat eum.* Nunc Iudæorum populum periturum, cùm deplorat; dici etiam poteſt; *ecce quomodo amat eum.*

Chriſtus fecit quod potuit ne populus Iudaicus periret.

Adijciet aliquis quod alii adiecerunt eodem capite; *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere vt hic non moreretur? &c.* Illi reſpõdebimus: Poterat quidem facere, ne moreretur, & periret populus; potuit & fecit. Pro illo ſanguinem fudit, ad illum poſt reſurrectionem Apoſtolos miſit, legem illi ſuam Spiritu ſancto è cœlis miſſo, promulgauit, multos conuertit. Reliqui culpa periere ſua; ne periret dilectus populus, omnia fecit; quæ ſecundum infinitam ſapientiam, ſuam, facienda eſſe iudicauit. Non eſt ἀπαθὴς, vir fortis; lacrymatur cum lacrymas miſericordia poſtulat. Hinc illud Pauli ad Rom. 12. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, &c.* At Dominus non flet cum flentibus; ſed cum ridentibus. Ea verò vehementioris fletus cauſa eſt; cùm rident, qui flere debuerant.

Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi.

Explicatio verborum Chriſti interruptorum.

SErmo hic abruptus eſt per reticentiam, præ dolore loquentis, in hanc ſententiam: *Quia*, hoc eſt, vtique, *ſi cognouiſſes* etiam tu ò Ieruſalem, quod ego cognoſco, & intueor *Si cognouiſſes, in hac die tua*, id eſt, in hac die mei aduentus, quæ tua eſt, quia tibi ſalutem affert. *Si cognouiſſes*, inquam, *quæ ad pacem tibi*; Græcè, τὰ, numero multitudinis, ſi cognouiſſes ea, quæ ad pacem tuam, ſummamque fœlicitatem ſpectant; meum videlicet aduentum, meumque Regnum, & de Tartareis hoſtibus triumphum ſubaudi; Non perires, non æquareris ſolo ab exercitu Romanorum vel aliquid ſimile, quod Dominus reticuit. *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis*, hoc eſt, nunc autem ea, quæ ad pacem tibi, abſcondita ſunt ab oculis tuis. Non enim cognoſcis aduentum meum, & fœlicitatem tuam. Cæca es; vates tuus ait; *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, &c.* tu illum non agnoſcis; ideoque peribis. In hanc ſententiam explanat Titus Boſtrenſis; ſi cognoſceres, inquit, quæ ſint illa, quæ & vtilia, & planè neceſſaria ſunt, vt pacem cum Deo ineas; non tantæ te miſeriæ, & cruces exciperent. Verũ ſunt hæc abſcondita ab oculis tuis, &c. Similiter Euthymius, itemq; Heſychius ad Auguſt. Epiſt. 79. & Auguſt. epiſt. 80 reticentiam agnoſcunt. Sic enim ſcribunt: Et tu ſi cognouiſſes tempus viſitationis tuę, forſitan permanſiſſes. *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, &c.*

D. Gregor. hom. 39 aliter interpretatur, hunc in modum: *Quia ſi cognouiſſes*; ò Ieruſalem, ſubaudi euerſionem, quæ tibi imminet; & *tu*; etiam tu, ſubaudi, fleres; quemadmodum ego. *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi*; hoc eſt; & quidem in hoc tempore tuo habes, quæ ad pacem tibi eſſe poſſunt, diuitias & voluptates. *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis*; mala tibi impendentia, ideo in pace agis. Prior ſenſus veri ſimilior eſt. Ianſenius particulam, *ſi*, putat ſignificare, *vtinam*, particulam vero, *quia*, redundare, & abſque reticentia interpretatur hoc pacto; ſi cognouiſſes, id eſt, ò vtinam cognouiſſes & tu, ea quæ ad pacem, & felicitatem tuam faciunt. Nunc autem cæca es, ea non cognoſcis, abſcondita ſunt ab oculis tuis. Simili modo interpretatur Caietanus. Primus ſenſus verior eſt. Aduerte in verbis his, *ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi*: hoc relatiuum, *quæ*, non referre diem; quaſi dicat, in hac die tua, quæ dies eſt ad pacem tuam. Eſt enim, *quæ*, numeri pluralis, vt ex Græco contextu conſtat, Non enim legitur, ἣ, vel, τῇ, ſed τὰ πρὸς εἰρήνην σου. Id eſt, *ea quæ ad pacem tuam*. Neque vero exiſtimandum eſt noſtrum interpretem, aliter legiſſe, quã modo græci

habent codices; quod probant illa ver A ba. *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis* nempe τά, ea quæ ad pacem tibi; Græcè ἐκρύβη abſconditum eſt, vel abſcondita ſunt.

Circundabunt te inimici tui vallo.

DE euerſione Ieruſalem vaticinatur ſummus Prophetarum, quæ à Romanis illata eſt. Particula, *quia*, non redditcauſam; ſignificat, *vtique*, vt alijs locis. *Vtique*(inquit) *venient dies in te,* B *& circundabũt te inimici tui* Romani *vallos & circundabunt te*, Græcè diuerſa ſũt verba, περιβαλοῦσι χάρακα, ideſt *circum iacient vallum, &* περικυκλώσουσί σε, id eſt, *circumcingent te milites*, &coanguſtabunt te vndique, comprimeut, & coarctabunt te, omni ex parte. Ex lib. 6. Ioſephi, de bello Iudaico ca. 13. compertum eſt, Romanos totam ciuitatem muro circundediſſe, Iudæoſque magnopere coarctaſſe: Murus (inquit) vno minus quadraginta ſtadiorum erat: ad hoc autem foris caſtella tredecim ædificata ſunt: eorum gyrus denis ſtadijs numerabatur. Totum autem opus triduo conſtructum eſt. Vt quidem menſibus. Dignum videretur; celeritas verò fide careret. Iudæis autem cum exeundi facultate, omnis etiam ſpes ſalutis adempta eſt, auctaque iam fames, totas domos, ac familias, de paſcebatur. Hæc Ioſephus & alia legenda de quibus infra.

Muro à Romanis cincta eſt Ieruſalem.

Addit Dominus; *Et ad terram proſternent te*; hoc eſt, ſolo æquabunt te Denique *non relinquent in te lapidem, ſuper lapidem.* Audi Ioſephum lib. 7. de bello, ca. 18. Poſtquã quos occideret, quidve raperet non habebat exercitus; iubet eos Cæſar totam funditus iam eruere ciuitatem, ac templum; relictis quidẽ turribus, quæ præter alias eminebant, Phaſelo, & Hippico, & Mariamme, E murique tanto, quantum ciuitatem ab occidente cingebat. Id quidem vt eſſet caſtrum, illic cuſtodię cauſa relinquendis; turres autem, vt poſteris indicarent: qualem ciuitatem, quamque munitam, Romanorum virtus obtinuiſſet. Alium verò totum ambitum ciuitatis, ita complanauere Diruentes, vt qui ad eam acceſſiſſent, habitatam aliquando eſſe vix crederent. Hæc Ioſephus. Tres turres ait relictas a Romanis, & murum occidentalem; Chriſtus verò cũm ait, *non relinquetur lapis ſuper lapidem*; de reliquis ciuitatis ędificijs loquitur, quę penitus euerſa ſũt, vt Ioſephus ait, vel de tota ciuitate, quia parum, vt aiunt, pro nihilo reputatur. Poteſt etiam eſſe hyperbolicus ſermo.

Euerſio Ieruſalem.

Et quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

CAuſam reddit Dominus, euerſionis Ieruſalem. Peribis (inquit) & ſolo æquaberis, propterea quòd non cognouiſti tempus hoc fæliciſſimum, quo te Meſſias viſitauit. Viſitaſſe dicitur Dominus plebem ſuam, cũ in mundum venit. Luc. 1. *Viſitauit, & fecit redẽptionem plebis ſuæ.* Item; *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos* C *oriens ex alto, &c.* Eſt viſitatio quædam miſericordiæ, ac beneficientiæ; eſt alia iuſtitiæ, ac ſupplicij. Iuſtitiæ & ſupplicij Iſaię 13 *Viſitabo ſuper orbis mala, &c.* & 26. *Viſitaſti, & contriuiſti eos.* Item; *Ecce Dominus egredietur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ, contra eum, &c.* & alijs locis. Miſericordiæ, & beneficentiæ, hæc eſt viſitatio, de qua Chriſtus loquitur, quamque Iudæi nõ D cognouerunt. Quia verò viſitationem miſericordiæ non cognouerunt; iuſtitiæ, ac ſupplicij grauiſſimi viſitationem experti ſunt. Viſitat Deus miſericordiæ viſitatione, nonnumquam viſitationem ſupplicij addit; Iob. 7. *viſitas eum diluculò, & ſubitò probas illum.* Gen. 37. Miſſus eſt à patre Ioſeph ad viſitandos fratres, illi verò acerbiſſimo odio, atque ira perciti, fratrem ſceleratiſſimè tractarunt. Eundem in modum, miſſus eſt à Patre ad viſitandos Iudæos Chriſtus; illi Regem ſuũ, odio, inuidiaque, flagrantes, flagitioſiſſimè acceperunt, ideoque perierunt. Habes hoc loco, quæ fuerit cauſa euerſionis Reipub. Iudaicæ; nempè veri Meſſiæ fuit repulſa, qua de re egimus pluribus tom. 1. lib. 3. cap. 23. Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euang. capit. 12. Pro grauiſ-

Duplex viſitatio. Iuſtitiæ & miſericordiæ.

Iudæorum Reſpub. cur euerſa.

uiſſimo (inquit) ſcelere occiſi Chriſti, Iudæi ex ipſa Ieroſolyma, quæ erat regni eorum caput, penitus eradicati, & Rom. Imperio ſubiugati ſunt, &c. Quod verò in ciuitatem Ieruſalem, regnumque temporale non ſint reducendi, oſtendimus tom. 1. libro ſecundo, cap. 11. De euerſione vrbis agimus latè infra.

CAPVT X.

Morale.

V*idit Chriſtus ciuitatem, & fleuit ſuper illam*. Quia vidit, fleuit: Nos verò quia non videmus, non flemus. Si videremus noſtræ ciuitatis, hoc eſt, animæ noſtræ mala, lacrymas funderemus. Videre, & flere, oculorum eſt. Iiſdem quibus videmus oculis, flemus. C Cum lacrymis viſio coniuncta malorum. Solus homo plorat, qui intellectus viſione præſtat; reliqua animantia, quæ intellectus viſione caret, carent etiam lacrymis. Homini vni animantium (ait Plinius lib. 1. in præf.) luctus datus eſt, &c. Qui inſtar animantium rationis expertium traducunt vitam; impendentium obliti malorum, minimè flent. Qui verò, vt homines, intellectu futura præuident mala, ac conſiderant; lugent. Quamdiu in vtero matris latet infans, non plorat; D poſtquam in lucem prodit, luget. Eundem in modum, quãdiu in vtero ignorantiæ eſt homo, mala non deflet ſua, quæ ignorat: poſtquam ex vtero ignorantiæ exit, lucemque intuetur, & mala ſua, tunc lacrymatur. Vterum ignorantiæ cum Tertulliano voco, Apolog. capitu. 39. Chriſtiani (inquit) fratres dicuntur, qui de vno vtero ignorantiæ eiuſdem, ad vnam lucem veritatis expauerint, &c. Heu quot homines in vtero ſunt ignorantiæ, ſiue potius obliuionis, & inconſiderationis, inſtar infantium, ſuorum malorum obliti, malè ſecuri, læti, abſque lacrymis. Poſtquam verò ex hoc vtero in lucem egreſſi, ſcelera, quibus ſe inqui- A narunt, grauiſſima, Dei maieſtatem, quam læſerunt, iuſtitiæ, iudicijque diuini ſeueritatem, ſupplicij cernunt æternitatem, lacrymis internis, hoc eſt, contritione, corda perfundunt, externiſque lacrymis rigant ora. Auguſt. lib de ſpiritu, & anima, capit. 49. Salomon ait Eccleſ. 1. *Qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem*, quia & quantò magis homo ſua mala intelligit, tantò amplius ſuſpirat, & gemit. Itẽ: Meditatio parit ſcientiam, ſcientia B compunctionem, compunctio deuotionem, &c. Dauid peccatum commiſſum minimè conſiderabat; ideoque minimè flebat. At poſteaquam à propheta ante oculos propoſitum vidit ſcelus, in lacrymas, id eſt, contritionem prorupit, dicens: *peccaui Domino*.

Lacrymæ ſequuntur uiſionẽ intellectus.

Vterus ignorantia quis ſit.

2. Reg. 12.

Sol vapores è terra extollit, ex quibus fit pluuia; eodem pacto intellectus, ſol noſter, ex conſpectis malis, vapores quoſdam eleuat, ex qui- C bus pluuia oritur illa lacrymarum, maximè ſalutaris, Dei hæreditati ſegregata de qua Pſalm. 67. legitur: *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, &c.* Vt in puteo aquam reperias, profundè neceſſe eſt ligone terram fodere, eundem in modum, vt reperias compunctionis lacrymas, profundè opus eſt, intellectu mala præterita, id eſt, peccata imminentiaque, id eſt, mortem, iudicium, æternaque tormenta, conſiderare. D Oderunt maximè Philiſtæi, id eſt, dæmones, hos puteos, haſque compunctionis aquas: ideo magnopere illos obſtruere conantur humo; hoc eſt, negotijs terrenis, & occupationibus, quæ à puteorum foſſione, id eſt, conſideratione rerum æternarum homines arcent Gen. 16. *Inuidentes Palæſtini omnes puteos, quos foderunt ſerui patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt implentes humo, &c.* Si Philiſtæi, hoc eſt, dæmones puteos obſtruant, ne patiaris obſtructos permanere: refode: E imitare Iſaac, eodem capite 26. *Rurſum fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham, & quos illo mortuo olim obſtruxerant Philiſtim*. & Numer. 20. *Percuſſit Moyſes virga bis ſilicem*.

Conſideratio parit lacrymas cõpunctionis.

Geneſ. 26.

A *em, & egreſſa ſunt aquæ largiſſimæ, &c.* Tu verò, conſideratione mortem, æternaque ſupplicia expendens, percute bis, terque virga timoris Dei, durum cor ac lapideum; ſic percuſſum dabit lachrymas.

Illud conſidera. *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, &c.* Venient, venient paulò poſt dies ſuper te; circumdabit, atque obſidebit corpus tuum hoſtis fortiſſimus, id eſt, mors, cuius manus non poteris effugere. B Omnes exercitus omnes duces, regeſque ſuperat; circumdat omnes obſidione cingit, rebus omnibus, ipſaque vita omnes ſpoliat, parcit nemini. Circumdabit hoſtis hic corpus tuum vallo, & coangustabit morbis, ac doloribus, denique ad terram proſternet; & non relinquetur in hoc ædificio, quamuis pulcherrimo, lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Nonne mors corpus circumdat, & coanguſtat doloribus? Nonne ad terram proſternit, & ſepulchro condit: C atque ita euertit, vt non relinquantur oſſa ſuper oſſa? Quid de anima peccatrice dicam? Circundabunt te quoque inimici tui, hoc eſt, peccata, & dæmones vallo. O terribilem obſidionem. Circundabunt te periuria, libidines, furta, rapinæ, infamiæ, cæteraque ſcelera, circumdabunt te dæmones, & coanguſtabunt te vndique, & ad terræ viſcera, hoc eſt, inferos proſternent te. Ex tuis verò inanibus architectationibus, D ac cogitationibus non relinquent lapidem ſuper lapidem. D Greg. hom. 39. in Euang. Maligni (inquit) ſpiritus, animam à corpore exeuntem obſidẽt. Quam vallo circũdant, quia antè mentis eius oculos, reductis iniquitatibus, quas perpetrauit, hanc ad ſocietatem ſuæ damnationis coarctant. Super lapidem lapis non relinquitur; quia omnis ab anima cogitationum ſuarum conſtructio, diſſipatur. Pſal. *145. in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Sic E Gregorius. O ſi cognouiſſes, & tu hęc, ſi frequenter conſiderares, ſi quotidie animo volueres, non adeo negligenter, ſaluti tuæ operam nauares, ſed cũ metu, & tremore, ſalutem tuam procurares. Iuxta illud Pauli, ad Philippenſ. 2. *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini, &c.* Qui conſiderat qualis erit in morte (ait Greg. lib. 3. Moral. cap. 10.) ſemper fit timidus in operatione &c.

Mors nos obſidebit, & coanguſtabit

Circumdabũt nos peccata noſtra

Ciuitas quæ hoſtium obſidionem expectat, totis ſe viribus aduerſus illam parat; quamdiu obſidio differtur, quæ opus ad propellendos hoſtes ſũt, milites, equos, arma, vndique conuehit. Terribilem expectamus obſidionem & ludimus. At neque expectamus B obſidionem, neque timemus; abſcondita ſunt hæc ab oculis noſtris, iuxta illud Domini. *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Nulli ſunt ſpeculatores, qui hoſtium ſpeculentur aduentũ, nulli exploratores, qui mortis diem explorent; ſecuro nos hoſtes, imparatoſque opprimunt, nihilque de illorum aduentu cogitantes. *Deſolatione deſolata eſt omnis terra; quia non eſt, qui recogitet corde;* vt Ierem. ait cap. 12. Omnis enim deſolationis hominum cauſa C eſt, quia non cogitant nec recogitant corde, quod imminet iudicium, æternumque tormentum. Denique clauſis oculis in flammas ruunt Orci; ſi apertos haberent, non ruerent. Vnde D. Gregorius hom. indicata: Peruerſa (ait) anima, dum in præſentis vitæ oblectatione ſe deſerit, quid aliud, quàm oculis clauſis ad ignem vadit? &c. *Statue tibi ſpeculam,* ait Ieremis 31. excelſa ſpecula, ex qua hoſtium exploratur aduentus, D intellectus excelſus eſt. In hac collocanda conſideratio veluti ſpeculatrix, quæ hoſtium ſemper ſpeculetur aduentum.

Præparatio ad mortem eſt neceſſaria.

Conſideratio mortis nõ habetur

Duo non cognoſcebat Ieruſalem; videlicet mala imminenda; *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c.* præterea ea, quæ pacem ac proſperitatem illi erant allatura, id eſt, Meſſiæ aduentum, & viſitationem; *Quia ſi cognouiſſes & tu, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, &c.* Item; *eo quòd non cognoueris tem-* E *pus viſitationis tuæ, &c.* Eundem in modum ignaui, cæcique homines, duo nõ vident, vel potius videre, & cognoſcere, nolunt; nimirum, quę impijs imminent mala ſempiterna; & ea quæ ipſis cum Deo pacem afferunt; ſcilicet, Dei

Duo quæ Ieruſalẽ non conſiderat.

viſita-

viſitationes, inſpirationes, pœnitentiam, gratiæ opulentiam, virtutis pulchritudinem, caritatis dulcedinem miſericordiæ ſplendorē, ſimiliaq; alia.

A

Dies Ieruſalem qua ſit.

Appellat Dnminus diē Ieroſolymæ illam, qua Maſſias Rex venit; cęleſteſque Iudæis opes obtulit. *Et quidem*, ait, *in hac die tua, &c.* hac autem die, eiuſqs opibus, quas Meſſias offerebat, frui plerique ex Iudęis noluerunt, illaſque repudiarunt.

Dies noſtra et dies Dei.

Similem in modum, dies noſtra, dies hæc eſt, qua viuimus in Eccleſia, theſauris diuiniſque ſacramentis, opulentiſſima, exquibus æternas opes, facilè depromere poſſumus.

B

Et quidem in hac die noſtra, ad locupletandam animam, cæleſteſque diuitias comparandas, ſumus ignauiſſimi, cumque diuitias in theſaurum congregare debeamus, iram Dei peccand otheſaurizamus; iuxta illud Pauli ad Roman. 2 *ſecundum duritiam tuam, & impanitens cor, theζaurizas tibi iram in dia ira, & reuelationis iuſti iudicij, Dei, &c.* Eſt dies noſtra, eſt dies Dei.

C

Dies noſtra hæc eſt, in qua cæleſtes diuitias, & quidem maximas, poſſumus congregare; dies Domini illa eſt, in qua nos iudicat ac punit, iuxta illud Iſaiæ 13. *Vlulate quia prope eſt dies Domini, quaſi vaſtitas a Domino ueniet, &c.* Item; *Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignatione plenus, &c.* Diem Domini indignatione plenam, eiuſque ſupplicia, ante oculos ponat, quicumque in die ſua, gnauiter opes cęleſtes vult congregare.

D

Impij abſcōdunt ſibi futura ſupplicia.

Impij nunc iudicium intueri nolūt, ſempiternaq; tormenta ſibi veluti abſcondunt, dum ea nolunt conſideratione conſpicere. Vt D. Greg. docet homilia citata: Peruerſa, inquit, anima reb. præſentibus dedita, in terrenis voluptatibus reſoluta, abſcondit ſibi mala ſequentia, &c. Heu ſtultam animam ſtultoſque homines, dum ſibi mala abſcondunt, ea ſibi detegunt, atque aperiunt. Per breue temporis ſpatium abſcondunt, dum viuunt, per æternitatē detegunt, & aperiunt, per quam æternis ſupplicijs, cruciabuntur.

E

Si vis per æternitatem tibi Tartareos rogos abſcondere; nunc paucis, quib. vita frueris diebus, eos tibi ne abſcondas, ſed frequentiſſime mentis oculis intuere. Hęc breuis viſio, ab ęterna illorum eripit viſione, ac combuſtione. Sed Cur impij malorum futurorum fugiunt cōſiderationem? Reſpōdet citatus Greg. Magnus: Anima peruerſa prędiuidere futura refugit, quę præſentem lætitiam perturbent, &c. Amara eſt illi futurorum memoria, iuxta illud Eccleſiaſtici 41. *O mors quam amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, &c.* Ignorant impij quantam lætitiam, hæc inanis lætitiæ pariat perturbatio. Perturbat hæc cogitatio præſentem lætitiam, ſed parit futuram. Perturbat inanem, ac turpem, affert verā, atque æternam. Chriſtus in medio triūpho, de ſupplicio Ieruſalē futuro agit, lachrymas fundit, præſentemque lætitiam futurorum malorum commemoratione inter turbat.

Tēperanda proſperitas. memoria mortis.

Diſce in medijs honoribus, dignitatibus, conuiuijs, mūdique triumphis, imminentium malorum meminiſſe, diſce vinum humanæ felicitatis, hac meditatione, veluti aqua, temperare, ne te a mentis deturbet ſtatu Inanes lætitias æternæ meſtitiæ memoria interturba. Eccleſiaſtici 11. *In die bonorum, ne immemor ſis malorum &c.* Itē Euāgeliſtæ 11. *ſi annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita, &c.*

Chriſtus flet ſed punit.

Fleuit Dominus ſuper Ieruſalem, fleuit, ſupplicium tamē ſumpſit, & quidem grauiſſimū. Miſericors Dominus eſt, quod lachrymæ indicant, ſed iuſtiſſimus etiam eſt, quod teſtatur ſupplicium. Non fuerunt lachrymæ impedimento punitioni, neque miſericordia impedimento diuinæ iuſtitiæ. Cupit parcere Dominus, potius, quā percutere, & occidere, idcirco flēdo percutit. *Nunquid* (inquit Ezechiel 18.) *voluntatis mea eſt mors impij, & non magis, ut conuertatur & viuat? &c.* Non eſt voluntatis Dei, magis eſt culpæ noſtræ, mors atque ſupplicium. Thren. 3. *Non humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum, &c.* Non humiliat & affligit, ex corde, ſed quodammodo coactus (ut Bernardus ait ſerm. 5. de Natali) Quod (inquit) Deus iudicat, & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, &c.

vide-

Digitized by Google

videlicet noſtris flagicijs. Pater miſericordiarũ appellatur a Paulo 2. Cor. 1. duplici autem de cauſa, hoc nomen hêt, ut D. Bernardo placet eodẽ loco. Prima eſt, quia miſericordiam potius exhibere homini vult, quam indignationem, ſecunda, quia miſerẽdi cauſam ex ſua ſumit bonitate, indignandi atq; puniendi, magis ex peccatis noſtris.

Deus miſereri mavult, quã punire.

Rectè non pater vltionũ, vel Iudiciorum, dicitur Deus (ait Bernard.) ſed pater miſericordiarum Non modo, quòd videatur miſereri potius quam indignari, & quemadmodum pater filiorũ miſereatur timentium ſe ſed eo magis quod miſerendi cauſam, & originem ſumat ex proprio, iudicandi, uel vlciſcẽdi magis ex noſtro, &c. Ceſſent ſcelera, nulla erit Dei punitio, ex ſceleribus enim illa oritur. In voluntate Dei vita eſt: Et in peccato mors, & pœna hominis, Pſal. 29. *Ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius, ad veſperum demorabitur fletus; & ad matutinum letitia, &c* hoc eſt, ira Dei, & punitio, eſt in indignatione eius cum indignatur impio, propter commiſſa ſcelera. At vita fœlicitaſque hominis, eſt in voluntate eius, hanc vult, & cupit. Ad veſperũ punit hominem, lachrymaſque puniendo mouet, ſed mox ad matutinum lætitia reuertitur, punitione ceſſante.

Ceſſent ſcelera & nulla erit Dei punitio.

Miſericors eſt Chriſtus, fleuit, flendo tamen populum ſuum, acerbiſſimè puniuit, ex Abrahamo, cæteriſq; patribus ortum, ex quo carnem aſſumpſerat, de quo Paulus ad Rom. 9. *Optabam*, inquit, *ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legislatio, & obſequium & promiſſa, quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, &c.* Nemo ex miſericordia Dei anſam peccandi ſumat. Eſt miſericors; eſt etiam iuſtus, ſi populo, ex quo carnem aſſumpſit, & ad quem miſſus eſt, non pepercit, ſi ſimilis fueris, non parcet tibi. Ad Roman. 9. *Noli altum ſapere*, ait Paulus, *ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis*, id eſt, Iudæis, *non pepercit ne fortè nec tibi parcat* & Pſal. 93. *Deus vltionum Dominus, Deus ultionum liberè egit, &c. Pater*

Deus populo ex quo aſſumpſit carnem, non pepercit.

Deus miſericors, & iuſtus, punit grauiter.

A *eſt miſericordiarum*, ſed etiam, *Deus eſt ultionum*, cui nemo valet reſiſtere, liberè quod vult agit, & quos vult punit Molliſſima quidem eſt, ac blandiſſima aeris, nubiumque natura, attamen ex aere, blandiſque nubibus, horrenda tonitrua fulguraq; generantur. Eundem in modum, blandiſſima; & miſericordia redundans, eſt natura diuina, at ex illa ſupplicia metuenda, ſtupendaque prodeunt. Thren. 4. *Non crediderunt Reges terre*, ait Ierem, *& vniuer*

B *ſi habitatores orbis; quoniam ingrederetur hoſtis, & inimicus, per portas Ieruſalẽ, &c.* Incredibilis videbatur Ieroſolymæ expugnatio, expugnata tamen eſt, quia Deum offenſum, non habuit propugnatorem. Veluti incredibile impijs videtur Dei ſuppliciũ inſtar ſomnij exiſtimatur, non perſuadent ſibi, quoniã ingredietur hoſtis, ideſt, mors, per portas domus eorum quod rapiet omnia, quòd miſeros in æternos ducet cruciatus. At hæc quę ſibi perſuadere no-

C lunt, experientia diſcent. Iſai 42. *Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiẽs loquar. Diſſipabo, & abſorbebo ſimul*, & Parturienti ſimilis eſt Deus cum punit, parturiens, non protinus effundit conceptum, ſed poſt menſes nouem, ſ. c Deus ſæpe nõ protinus effundit ſupplicium, ſed pænitentiam hominis, per aliquot tempus expectat. Parturiens cum dolore fætum emittit, Deus cum dolore, & lachrymis, noſtro loquendi

Deus ſimilis eſt parturienti.

D modo, emittit ſupplicium. Attamen quemadmodum parturiens fætum profert, ita Deus ſupplicium. Rupertus in Geneſ. lib. 4. cap. 15. Quemadmodum (inquit) parturiens, illud quod concepit, non ſine ſenſu doloris emittit, & tamen dolore mauult, quam non emittere, quod concepit. Sic Deus non ſine ſenſu pietatis profert ſententiam iudicij, & tamen victa pietate, miſerias malorum mauult videre, quam non

Iuſtitia nõ ſit ſine ſenſu aliquo doloris.

E proferre, quod iuſtitia dictante concepit. Quia vtilius eſt morbo ferramẽtum altius imprimere, quam palpando putredinem fouere, &c.

Denique petijt Ieruſalem, propterea quòd *non cognouit tempus viſitationis ſuæ.* Nos cognoſcamus tempus viſitationis noſtrę, ne pereamus. Cognoſcũt ratio-

ratione carentia animalia tempus ſuũ; A turpe eſt homines rationis participes, ſuum non cognoſcere. Conqueritur Dominus Ieremiæ 8. *Miluus in cælo,* (id eſt aere) *cognouit tempus ſuum, turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierũt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini, &c.* Similiter Iſaiæ 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit, &c. Viſitatio tua* (ait Iob. cap. 10.) *cuſtodiuit ſpiritum meum, &c.* Dei viſitatio B corpus, ſpiritum, & animum cuſtodit; ſumma igitur cura cognoſcenda eſt, atque excipienda. Si viſitantem hominem beneuolè excipimus; Deus viſitans, quanam beneuolentia, honore, reuerentiaque excipiendus eſt? *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo;* ait Apoc. 3. Viſitat Dominus; foris ad oſtium ſtat impij hominis in animo non eſt, ingredi tamen

Cognoſcamus tempus viſitationis noſtræ.

A cupit. Sed cogere vult neminem, ideo pulſat fores inſpiratione, flagello, exẽplo, concione. *Si quis* (inquit) *audierit vocem meam & aperuerit ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum &c.* Concurrere oportet liberum arbitrium cum Dei viſitatione, & gratia; liberè enim, non coactè homo oſtium viſitanti aperit Domino. Intrat animum per gratiam, cœnam illi exhibet dulciſſimam; nunc in Euchariſtia, æternam poſtea in cœleſti gloria. B Nemo igitur adeò ſit ſurdus, vt Dei pulſationem non audiat; nemo adeo cœcus, vt Dei viſitationem non cognoſcat. Nam ex viſitatione, auxilioque Dei noſtra pendet ſalus. Si tempus viſitationis agnouerimus, Deumque viſitantem corde exceperimus, ſalutem conſequemur; ſin minus peribimus, eò quod non cognouerimus tempus viſitationis noſtræ.

Concurrere oportet liberum arbitrium cum Dei viſitatione.

CAPVT XI.

De ingreſſu Domini in templum, & ſecunda eiectione vendentium ex templo.

MATTHÆVS CAPITE XXI. Verſ. 10.

ET cùm intraſſet Ieſus Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic?* Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus
11 Propheta à Nazareth Galilææ.* Et intrauit Ieſus in templum
12 Dei. & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo; & mẽ-
ſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euer-
tit.* Et dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos
13 autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Et acceſſerunt ad eum cœci, &
14 claudi in templo, & ſanauit eos.* Videntes autem Principes Sacerdotum, &
15 Scribæ, mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt.* & dixerunt ei: Audis, quid iſti dicunt? Ieſus
16 autem dixit eis: Vtique; numquàm legiſtis: Quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.

MARCVS CAPITE XI. Verſ. 15.

ET veniunt Ieroſolymam. Et cùm introiſſet in templum, cœpit eijcere vendentes, & ementes in templo; & menſas nummulariorum, & cathedras
16 vendentium columbas euertit.* Et non ſinebat, vt quiſquam transferret vas
17 per templum.* Et docebat, dicens eis. Nonne ſcriptum eſt: Quia domus mea,
domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpelũ-
18 cam latronum.* Quo audito, Principes Sacerdotum, & Scribæ quærebant, quomodo eum perderent. Timebant enim eum; quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

LVCAS

Digitized by Google

LVCAS CAPITE XIX. Verſ.1.

ET ingreſſus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo, & ementes; * di-
46 cens illis. Scriptum eſt: Quia domus mea, domus orationis eſt. Vos autem
feciſtis illam ſpeluncam latronum. * Et erat docens quotidie in templo. Prin-
47 cipes autem Sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum per-
dere. * & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus
48 erat, audiens illum.

IOANNES CAPITE XII. Verſ.1.

PHariſæi dixerunt ad ſemetipſos: Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus poſt eum abijt.

Commota eſt vniuerſa ciuitas.

Quomodo vniuerſa ciuitas commota ſit.

INtroiuit Ieruſalem Chriſtus aſello vectus, mirabili cum plauſu turbæ, & acclamationibus. Vniuerſa verò ciuitas commota eſt. Quomodo commota ſit, dubitatur. Lyranus exiſtimat, ciuitatem ſignificare Principes Sacerdotum, & alios optimates; & interpretatur, ciuitatem eſſe commotam indignatione, hoc pacto: *Commota eſt vniuerſa ciuitas*, id eſt, Commoti ſunt Principes ciuitatis, ira, atque indignatione, propter honorem Chriſto exhibitum. B Rectiùs putat Euthymius, commotam eſſe ciuitatem, id eſt, turbatam tumultu illo acclamationum. Nam i. ouus fuit, ac repẽtinus tumultus ille turbæ; ideoque turbare potuit metu ciues. D. Hieronymus commotam arbitratur ciuitatem admiratione: Tota (inquit) ciuitas commouetur, mirãs frequentiam, neſciens veritatem, &c. Idem ſentit D. Thomas, Caietanus, Ianſenius, & alij. Prætereà dici poteſt, commotam ciuitatẽ totam; quia tota ad ſpectaculum omnium oculis digniſſimum cõfluxit. C Quod in celeberrima pompa ſolet euenire. Mirum eſt, non accurriſſe Romanos milites, cùm viderẽt Chriſtum Regem Iſrael appellari, & fauſtis acclamationibus à populo excipi. Sed potentia Chriſti frænat hoſtes.

Quis eſt hic?

LYranus per contemptum hæc verba dicta vult. Simile illud Eccle- A ſiaſt. 13. *Pauper loquutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? &c.* Rectiùs alii abſq; contemptu dicta volunt. Quis eſt hic, cui tantus habetur honor? Confluebant enim ad ſpectaculum, nondum videntes, & agnoſcentes Chriſtum. Interrogationi reſpondebant populi: Græcè, ὄχλοι, id eſt, *turbæ, Hic eſt Ieſus Propheta à Nazareth*. Appellauerant Regem Iſrael, & Meſſiam, nunc Prophetam etiam eſſe teſtantur, & ciuibus Ieroſolymitanis indicant. Propheta Græcè articulum habet: quã ob cauſam Hieronymus de Propheta Deuteronom. 18. promiſſo hunc locum intellexit.

Chriſtus Propheta vocatur à populo, id eſt, Meſſias.

Et intrauit in templum.

REgem ſe eſſe, & Meſſiam admirabili multitudinis hominum teſtimonio comprobauit Dominus, in templum domum ſuam venit, Meſſiæ auctoritate, eos, qui templum emptionibus, & venditionibus profanabant, eiecit. Dubitatur, an Chriſtus aſello inſidens, illa die, qua ingreſſus eſt vrbem, ex templo eiecerit nũdinantes, an alia die? Ratio dubitãdi ex Marco ſumitur, ex quo colligi videtur, Chriſtum alia die ex templo illos expuliſſe. De die enim pompæ ſic ſcribit: *Et introiuit Ieroſolymam in templum*: nihilque addit in templo actum. De die alia hæc ſubijcit: *Et veniunt Ieroſolymam, & cum introiſſet in templum, cœpit eijcere vendentes, & ementes in templo, &c.* At verò Matthæus eadem die eiectos vendentes ſignificat: *Et intrauit* (inquit) *Ieſus in templum Dei, & eijciebat vẽdentes, &c.*

An Dominus eiecerit ex tẽplo nũdinãtes die Dominica.

D. Au-

Digitized by Google

D. Auguſtinus lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 68. rectè reſpondet, illa die, qua cum pompa ciuitatem & templum ingreſſus eſt Dominus, vendentes eieciſſe. Si Marcum opponas, ait recapitulatione vſum, idque, quod prima die factum fuerat, poſtea ſcripſiſſe. Non enim admodum neceſſarius eſt ordo dierum in rebus geſtis narrandis. Marcus ergo ſic eſt explicandus, cap. 11. *Et veniunt Ieroſolimam*: per recapitulationem, & repetitionem. Veniunt, inquam prima die, quæ nunc Dominica eſt, & cum introijſſet in templum, cœpit eijcere vendentes, &c.

Ianſenius mauult, vendentes e templo pulſos die ſecunda, idque Marcum docere. Matthæum, vero anticipatione vſum. Caietanus autem veriſſimile arbitratur, Chriſtum bis tunc expuliſſe ex templo nundinantes, ſemel die prima, iterum die ſecunda. Nam quia vendentes pulſi, iterum, ad venditionẽ redierunt, rediji quoque Dominus ad expulſionem. Bis quidem Dominus e templo vendentes, & ementes expulit Sed ſemel poſt Baptiſmum, & miraculum, quod in nuptijs Canæ edidit; iterum nunc paucis diebus ante paſſionem. De priore eiectione egimus to. 2. lib. 3. cap. 8. lege quæ eo loco diximus, non enim ea repetere oportet. De ſecunda nunc agimus. Aduerte, hos nundinantes in atrijs templi, quæ etiam nomine templi ſignificantur, vendidiſſe, atque emiſſe. De templo autem, & atrijs diximus tom. 2. Obſeruat Autor imperfect. Chriſtum, cum in vrbem venit, ſtatim petiſſe templum, idemque nobis faciendum docet, cùm ciuitatem aliquam ingredimur. Hoc, ait, erat proprium boni filij, ut & veniens, ad domum curreret Patris, & illi honorem redderet, qui genuit.

Bis Chriſtus de templo vendentes eiecit, ſed non nunc.

Templum primũ omnium inuiſendum.

Vt tu imitator Chriſti factus,
cum in aliquam ingreſ-
ſus fueris ciuitatem
primum ante
omnem
actum
ad Ecleſiam curras, &c.

A

Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur.

SCriptum eſt Iſai 56. *Domus mea, domus orationis vocabitur, cunctis populis, &c.* Eſt enim templum orationis locus. Hi vero vendentes, & emẽtes ſpeluncam faciebant latronum, propter nundinas, auaritiam, & negotiationẽ, qua templum prophanabat. Theophylactus: Propter negotiatores vendentes, & ementes, ſpeluncam latronum appellauit Chriſtus templum; auaritia enim, & lucri cupiditas, latronum morbus eſt, &c. Simile illud eſt Ierem. 7. *Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? &c.* Videant Sacerdotes in domo ſe verſari orationis. Sint igitur & ipſi viri orationis. Sciãt Deum magna cum pietate, veneratione, & humilitate orare. Caueant, ne domum orationis ſpeluncam faciant latronum. Sacerdotis pectus domum eſſe oportet orationis. Tunc autem ſpelunca fit latronum, cum ſpelunca fit vitiorum, ac dæmonum. Heu miſerum atque infœlicem Sacerdotem, qui in ſpeluncam latronũ Deum infert, hoc eſt, in pectus ſceleribus plenum, cum tremendum Euchariſtiæ ſumit Sacramentum.

Templũ domus orationis eſt.

Sacerdos ſit uir orationis.

B

C

Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo.

D

MVlta miracula Chriſtus in templo edidit illa die, ut ex hoc colligitur loco. Splendidos enim radios Sol ad occaſum properans emittebat. Acceſſerunt ad illum cœci, lumine illos donauit. acceſſerunt claudi, ſanitatem contulit optantibus, oſtenditque tum ingreſſu in vrbem, tum vendentium, & ementium expulſione, tum miraculis, ſe verum eſſe Meſſiam. At inuidi oculi flagrantium radiorum fulgorem ferre non poterant. Spiritaliter claudi, cœcique ſanitatem in templo conſequuntur, cum animo cœci, claudique Dei verbo, ac pœnitentia, in templo animi ſalutem comparant. Si claudus, ſi cœcus animo es cum templum

Multa miracula fecit Dominus die Dominica in templo.

E

plum adis, ad Chriſtum accede, poſtula mentis ſanitatem. Et enim templum ſanitatis ſpiritalis locus eſt, atque officina.

Audis, quid iſti dicunt?

POſtulabant admiranda Chriſti opera fidem, & laudem maximam. At Sacerdotum Principibus, & Scribis non fidem, aut laudem, ſed indignationem pepererunt. Iuxta illud poetæ. *Horat. 1 ep.*

Sincerum eſt, niſi vas quodcunque infundis, aceſcit. B

Inuidia Phariſæorũ Chriſti facta malè interpretatur. Plena erant inuidia illorum corda, quæcunque infundebat Chriſtus, corrumpebat liuor. Quemadmodum columna in tẽplo (ait Auctor imperf.) ſi ſteterit recta, accepto pondere amplius confirmatur, ſi autẽ obliqua fuerit, amplius ad latus vadit. Sic & cor hominis, ſi rectum fuerit, videns opera alicuius viri iuſti, aut audiens, per doctrinam ſapientiæ eius amplius confirmatur. Si autem fuerit peruerſum cor, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam excitatur, & magis peruertitur &c. Hoc his euenit antiqui templi columnis, tanto miraculorum pondere non ſunt cõfirmatæ, ſed propter liuorem euerſæ, templo ruinam attulere *Audis*, inquiunt, *quid iſti dicunt*, ſcilicet, pueri in templo clamantes, & dicentes: *Hoſanna filio Dauid*. Si audis, cur pateris? Cur non compeſcis? Cur ſilere non facis hos pueros, qui id tibi tribuunt, quod tuum non eſt, nempe Meſſiæ dignitatem? Reſpondit Dominus: *Vtique*, hoc eſt, etiam audio. Græcè, *ναί*, quod eſt aduerbium affirmantis, & concedentis. Chriſto potius congruebat interrogatio, vt obſeruat Chryſoſtomus homil. 68 qui dicere potuiſſet: Non auditis, quid iſti dicunt? Et Euthymius: Æquum, inquit, potius erat, vt diceret eis Chriſtus: Auditis, quid dicunt hi filii veſtri, qui numquã me viderunt? &c. Potuit illis Chriſtus dicere: Videtis hæc admiranda, quæ facio opera? Auditis turbam, puerosque ipſos me Meſſiam conclamantes? Videtis vos nihil proficere, totumque mundum poſt me abire? Cur igitur nõ creditis, ſed inuidetis, & indignamini?

Chriſtum pueri Meſſiam prædicant.

A Sed illos non curat, rogatus tamẽ reſpondet ſe audire puerorum voces, deinde addit:

Numquam legiſtis: Quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.

OStendit Dominus nõ eſſe prohibẽdos pueros, & ad ſilentium adigendos, ſi quidem Dei laudem perficiunt. Iuxta illud Pſalm. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem, propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum, & vltorem, &c.* Vos, inquit, Sacerdotum Principes, & Scribæ, periti legis in Scripturarum lectione verſati, numquam ne legiſtis Pſalmum octauum? Nonne in illo dicitur Deus perfeciſſe laudem ſuam ex ore infantium, & lactentium? Id nunc facit. Ex horum puerorum ore laudem ſuam celebrat, ac perficit. Non ſunt igitur ad ſilentiũ adigendi. Qui enim eos ſilere coegerit, is Deo contradiceret, a quo ad hãc laudem permouentur. Permotos autẽ ad hanc laudem docet D. Thomas Pſal. 8. Spiritus ſancti (inquit) inſtinctu laudabant, &c. Et Theophylactus Matth. 21. Idcircò dicit Dauid: *Ex ore infantium*: innuens, quod ea verba non ab illorum mente procederent, ſed quòd os ſolũ diuina gratia mouebatur, &c. Item Chryſoſtomus: Quam rectiſſimè *ex ore*, dictum eſt. Non enim ex mente illorum illa verba procedebant, ſed virtute Dei, ſ tenera illorum lingua ad formanda hæc verba ducebatur, &c.

De pueris, qui Chriſto acclamabãt Hoſanna in tẽplo.

Pſalmum illum octauum de Chriſto ſaltem ſenſu myſtico interpretandum docet tum locus hic, tum, Paulus ad Hebr. 2. quo loco verba huius Pſalmi, *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum; & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubieciſti ſub pedib. eius, &c.* de Chriſto interpretatur. Eſt ſenſus: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*, Chriſti, *vt deſtruas inimicum, & vltorem.* Hebraicè ſic legitur, להשבית אויב ומתנקם *lehaſchbit oieb vmithnachem*, ideſt, *Vt ceſſare facias inimicum, & vlciſcentem ſe*: hoc eſt, Vt confundas, & cõpeſcas, tandemque euertas inimicos illius, Phariſæos,

Pſal. 8. de Chriſto.

riſæos, Sacerdotum Principes, & vltores, qui ſe vlciſci cupiebant, & Chriſtum priuare vita, Et vbi habemus, *Perfeciſti laudẽ*, Hebraicè legitur, יסדת עז *iaſadtha hhod*, ideſt, *fundaſti fortitudinem, &c.* Ex ore imbecillium infantiũ, & puerorum, diuinam Meſſiæ fortitudinem, laudemque Deus fundauit, & ex infirmo ore firmauit. Similem in modum, ex ore Diſcipulorum, qui inſtar erant infantium, & lactentiũ, illius fortitudinem, & dignitatem, & laudẽ, totum per orbem terrarum ſtabiliuit.

An hi infantes fuerint vbera ſugentes.

Dubium eſt, an hi pueri, qui Chriſto *Oſanna* acclamabant, infantes fuerint, & ſugentes vbera? Euthymius infantes fuiſſe arbitratur, & lactentes. Stupore, inquit, pleniſſimum eſt hoc miraculum. Tunc enim chorus puerorum lactentium clarè loquutus eſt, &c. Præterea D. Chryſoſtomus in commentarijs Pſalmorum, verba Pſalmi 8. *Ex ore infantium, & lactentium, perfeciſti laudem*: de ijs infantibus exponit, his verbis: Potentiam tuam, Deus, ex hoc maximè oſtendiſti, quod vires imbelles moueris, & linguam balbutientem, & illam glorificationem claram, & expeditam feceris, &c. Item: Chorus infantium, & lactẽtium nunc primum loquutus eſt. Hæc Chryſoſtomus. Putant, D. Chryſoſtomus, & Eutymius, miraculum fuiſſe tunc tẽporis a Chriſto editum in infantibus, & lactẽtibus, qui nondum fari ſcirent. Eandem ſententiam reperies in ſcholijs D. Baſilij in Pſalm. 8. nimirum, chorum puerorum lactentium fuiſſe loquutum.

Caietanus verò putat, pueros lactẽtes annorum fuiſſe plus minus trium, qua ætate iam ambulant, & fari incipiunt. Nã vſq; ad tertium annũ lactaſſe, infantes Hebræas fœminas, illa verba matris Machabæorum ad filium, cõfirmant: *Te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, &c.* Machab ca. 7. Auctor imperf. exiſtimat, infantes, & lactẽtes appellari turbas, quæ Chriſto acclamabant, *Hoſanna*. Infantes, inquit, dicebantur non ætate, ſed ſimplicitate cordis. Lactentes autem dicebãtur; quoniam quaſi lactis ſuauitate, ita mirabilium delectatione excitati clamabant, &c. Similiter D. Anſelmus

A Matth. 21. ait, teſtes miraculorũ Chriſti appellari infantes, non ætate, ſed ſimplicitate cordis, & lactentes quaſi lacte miraculorum oblectati. Idẽ ſentit D. Thomas, & Dionyſius Carthuſianus. Per infantes, inquit, ac lactentes, deſignantur illiterati, & innocentes. Non enim putandũ eſt, quod pueri iſti adeo paruæ ætatis extiterint, vt adhuc vbera ſugerent, & verba proferre non poſſent. Et erant adoleſcentes, &c. Arbitror fuiſſe hos pueros grandiuſcu- B los; qui fari iam ſcirent. Hi ſimul cum prouectioribus ætate *Hoſanna* clamantes dicebant. Hanc ſententiam indicant verba Matthæi: *Videntes*, inquit, *Principes Sacerdotum, & Scribæ, pueros clamãtes in templo, & dicentes: Hoſanna filio Dauid, &c.* Non appellat infantes, ſed *παῖδας*, ideſt, *pueros*, quia grandiuſculi erant. Forſitan inter eos erant aliqui lactentes trium annorũ. Probatur præterea quia Principes Sacerdotum, & C Scribæ nõ loquuntur de acclamatione puerorum, quaſi de re facta per miraculum ab ijs, qui fari neſcirent. *Audis* (inquiunt) *quid pueri iſti dicunt?* Non mirantur, quod loquantur infantes, nõ calumniantur miraculum. Si miraculũ vidiſſent, vel tacuiſſent, neque illud Domino, veluti digito intento, indicaſſent, dicentes: *Audis, quid iſti dicunt?* vel calumniam ſtruxiſſent. Si obijcias verba Pſalmi 8. *Ex ore infantium, & lactẽtium, perfeciſti laudem*. D Reſpõdemus, Euangeliſtam nullam feciſſe infantiũ, & lactentium mentionem. In Pſalmo autem nomen infantium, & lactẽtium latius vſurpari pro pueris grandiuſculis, quorũ fortaſſe aliqui lac ſugebant.

Pueri fuerunt, nõ infantes.

Videtis, quia nihil proficimus?

Phariſæi cõtra Chriſtũ nihil proficiunt.

FAtentur Phariſæi, nihil proficere conatus ſuos ad gloriã Chriſti abo- E lendam, quia vident illum a toto populo fauſtis acclamationibus excipi. *Dixerunt ad ſemetipſos*. Ioann. 12. hoc eſt, Inter ſe alij ad alios dicebãt: Videtis, quia nõſtri conatus oẽs irriti ſunt? Nihil proficimus aduerſus hominẽ hũc; *mundus totus poſt eum abiit*. Hyperbole eſt vſitata. Mundum totum vocãt magnam populi multitudinẽ. Ecce, aiũt,

vniuerſa populi multitudo certatim illum ſequitur,ſuſpicit,extollit. Nihil proficimus. Quid mirum,nõ poſſe proficere homunculos aduerſus Deum,ſtipulam aduerſus ignem? O infœlix ſtipula (ait Rupertus hoc loco) hic *Deus noſter ignis conſumens eſt*,& tu opprimẽdo illum proficeres? Deficies potius,& conſumeris, quia non ſtipula ignem, ſed ignis ſtipulam conſumit,&c.

Deuter. 4.

Phariſæi prophet.it neſcientes.

Videntur neſcientes prophetaſſe, quemadmodum prophetauit Caiphas, cum dicunt: *Ecce totus mundus poſt eum abijt*. Gloſſa interlinearis ſic habet: Prophetant neſcientes. &, Etenim totus mundus poſt Chriſtum abijt. Omnes in eum nationes crediderunt. Prætereà,verè dicunt; *Nihil proficimus*. Nihil enim plerique Phariſæorum,& Iudęorum,ex miraculis,& doctrina Chriſti profecerunt. At maximè profecerunt gentes; Totus namq; mundus poſt eum abiit. Verum non loquuntur Phariſęi de profectu fidei, ſed de profectu conatus, ad extinguendam Chriſti gloriam. Nihil illi profecerunt aduerſus Chriſtum,niſi illo permittente; ac volẽte. Occiſus ab illis eſt, quia permiſit & voluit. Si voluiſſet,nihil ꝓfeciſſent. Nihil profecerunt Tyranni aduerſus Eccleſiã; totus mũdus,illis inuitis,poſt Chriſtum abijt. *Quare fremuerunt gentes* (ait Dauid Pſalm. 2.) *& populi meditati ſunt inania,aduerſus Dominum,& aduerſus Chriſtum eius, &c.* Inania meditati A ſunt Iudæi,& Tyranni, quia inanes,irritique fuerunt omnes illorum conatus. Et Pſal. 20. *Declinauerunt in te mala,& cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire,&c.* Nihil profecerunt, cõſilia ſua ſtabilire,& perficere non potuerunt. Videntur Phariſæi hæc dicere,deſperatione permoti. *Nihil proficimus,ecce totus mundus poſt eum abijt.* Sed B inuidia quieſcere,& deſperare non potuit. Hæc dolentes dicunt, & ſegnitiẽ ſuã accuſantes,ſeq; ad maturandũ incitãtes. Nihil proficimus,adhibitis remedijs extremum eſt adhibere: *Moriatur hic homo pro populo, ne tota gens pereat.*

Nihil aduerſus Chriſtũ profecerunt Iudæi vel Tyranni.

D. Chriſoſtomus hæc verba aliquorũ Phariſæorũ eſſe cenſet,rectè ſentiẽtium,& Chriſto fauentium Perſecuto C res hi alloquunt̃,in hãc ſñiam: Videtis quia nihil proficimus. Græcè legitur, *ὠφελεῖτε, proficitis.* Perſequi igitur deſinamus. Videntur mihi,ait Chriſ. hęc eſſe verba rectè ſentientiũ, non audentium tñ palam loqui. Ex euentu autem illos conuincentes, tamquam fruſtra, conarentur; &c. Idem opinatur Theophylactus, Probabilior eſt alter ſenſus Euthymius vtrumque iudicat proba D bilẽ. Si per Phariſęos,inquit,intelligas inſidiatores, ſibi ipſis indignantur, ꝙ præ ſegnitie nihil proficiant. Si vero eos,qui crediderant,ſed fidem propter aliorum timorẽ occultabant, indignat̃ apud ſe inſidiatorib. ꝙ fruſtra laborarent,nihilque proficerent. Sic ille.

C A P V T XII.

De Ethnicis Chriſtum videre cupientibus.

IOANNES CAPITE XII. Verſ. 20.

ERANT autem quidam Gentiles, ex his,qui aſcẽderãt vt ado
rarent in die feſto.* Hi ergo acceſſerunt ad Philippum,qui erat
21 a Bethſaida Galileæ, & rogabant eũ dicẽtes: Domine, volumus
Ieſum videre.* Venit Philippus,& dicit Andreæ. Andreas rur-
22 ſum,& Philippus, dixerunt Ieſu, a Ieſus autem reſpondit eis,
23 dicens. Venit hora vt,clarificet Filius hominis.* Amen,amen dico vobis, niſi
24 granum frumenti cadens in terram,mortuum fuerit,* ipſum ſolum manet,ſi
25 autem mortuum fuerit,multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam,& qui odit animã ſuam in hoc mundo, in vitã æternã cuſtodit eã.* Si
26 quis mihi miniſtrat,me ſequatur,& vbi ſum ego,illic & miniſter meus erit.

Erant

Erant quidam Gentiles.

Dixerant Phariſæi: *Ecce mundus totus poſt eum abijt.* Huius rei quoddam veluti præludium, ac præſagiũ Ethnici quidã exhibuere, qui Ieſum videre cupierunt, poſt quẽ totus mundus Ethnicorũ erat abiturus, *Erant quidam Gentiles*, ait Ioãnes 12. *ex his, qui aſcenderant ut adorarent in die feſto.* Græcè, ἕλληνες dicuntur, i. *Græci.* Græci autem dicuntur Gentiles, ſiue Ethnici, vt cõſtat ex Paulo ad Rom. 2. *Pax*, inquit, *omni operanti bonum Iudæo primum, & Græco*, i. Gentili. Ad Galat. 3. *Non eſt Iudæus, neque Græcus*, i. Ethnicus, &c. Solebant autem ẽt Gentiles in templum Ieroſolymitanũ venire, ad adorandum Deum, ut comper tum eſt ex Act. 8. *Ecce vir Aethiops eunuchus potens Candacis Reginæ Aethiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalem, &c.* Id ipſum alii faciebant Gentiles, in templum veniebant, vt Deum Iſraelitarum adorarent.

Gentiles uolunt videre Ieſum.

Ethnici veniebant in templum, Deumque, adorabant

Dubium eſt, an relictis idolis Deum, verum ſolum adorarent, an idolis retẽtis? Vtrumque enim fieri potuit. Forſitan ſimul cum aliis Diis Deum Iſraelitarum adorabant, exiſtimantes non eſſe vnum tantummodo Deum, volenteſque Deum etiam Iſraelitarum habere propitiũ. Euthymius arbitrat̃, hos Gẽtiles cupientes fieri proſelytos, & Iudæos, aſcendiſſe ad adorãdum in feſto. Et Chryſoſtomus: Cùm, inquit, propè eſſet, ut proſelyti fierent, ad feſtum venerãt, &c. Gloſſa interlinearis iam proſelytos appellat. Sed hoc exiſtimare non eſt opus. Non ſolum enim proſelyti, ſed reliqui quoque Ethnici in templum ad adorandum Deum venire poterant. Nullus tamen eorum atrium Iſraelitarum introibat, ex atrio gentiũ omnes adorabant. Lege quę de atriis templi dicta ſunt tom. 2. lib. 3. cap. 39.

Domine, volumus Ieſum videre.

Hi Ethnici, qui ad adorandum in Ieroſolymitanum templum venerant, Chriſtum videre cupiebant; quã ob cauſam ad Philippum Apoſtolum acceſſerunt, ut eius interuentu, deſiderii compotes fierent. *Domine*, inquiunt, *volumus Ieſum videre, &c.* Non ſolum videre cupiebant Chriſtum: id enim facile erat: ſiquidem omniũ oculis, patebat, cum concionabatur, ſed ẽt volebant ſalutare, & alloqui, & inuiſere. Hoc enim hic ſignificat verbum *videre: Volumus Ieſum videre*, hoc eſt. ſalutare, proprius cernere, & cum illo colloqui. Coniiciunt nonnulli, in Galilæa habitaſſe, atq; ideo ad Philippũ, quia, vt ait Ioannes, è Bethſaida oppido Galilææ Galilæus erat, acceſſiſſe. Coniectura parui eſt ponderis. Nam alii quoque Apoſtoli Galilæi erant. Cenſeo, potius ad Philippũ acceſſiſſe, vel quia notus illis erat, vel quia primus occurit.

Ethnici Ieſum videre cupiunt

Adumbrat hoc Ethnicorum deſiderium Chriſtum videndi, deſideria omninm nationum totum orbem colentium, quib. deſideratus dicitur. Aggæi 2. *Veniet deſideratus cunctis gentibus, &c.* Eſt enim Chriſtus verus, non typicus Salomon, de quo verè, non in vmbra dicitur 3. Reg. 10. *Vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, &c.* Omnium gentium, quæ Chriſtum nouerunt, hæc vox eſt: *Volumus Ieſum videre.* Quemadmodum verò hi Gentiles, Philippi interuẽtu, deſiderii ſui videndi Dominum, compotes fieri voluerunt, ſic qui Chriſtum in cęleſti regno videre deſiderant, Deiparæ Virginis, Apoſtolorum, reliquorumq; Sanctorum interceſſione, quod deſiderant, aſſequi enitantur. Rogabant hi Philippum; *Domine. volumus Ieſum videre.* Sic nos rogemus cœleſtis patriæ incolas, dicentes: *Volumus Ieſum videre*, pro nobis intercedite.

Chriſtus deſideratus cunctis gentibus.

Interceſſio Sanctorũ.

Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rurſus, & Philipus dixerunt Ieſu.

Audiuit Gentiles, ſiue Græcos Philippus, neque eos ſtatim ad Chriſtum voluit adducere; quia illius ignorabat voluntatem. Rem prius cum D. Andrea communicauit; quia prior Andreas erat, ut opinatur Chryſoſtomus homil. 65. Quia ante ſe erat, ait Theophylact. Et Euthy. Quia maioris erat fortè dignitatis, vel antiquitatis Andreas, vel nulla habi ratione, qa prior ſe obtulit, quid a Gręcis audiſſet, retu-

Philippus cur Andreã rogauerit.

lit illi Philipus. Ambo vero gentilium deſideriũ Chriſto renũriarunt. An aũt Chriſtus cum Gentilibus ſit coloquutus, non ſcribit Euãgeliſta, Gagneius negat, aitque, illos curioſitate ductos videre Chriſtum deſideraſſe, quemadmodum deſiderauit Herodes, de quo Luc. 23. dicitur; *Erat cupiens ex multo tempore videere eum, &c.* In primis nulla cã eſt, cur indicemus illos curioſitate ductos, Chriſtum videre, & alloqui uoluiſſe. In meliorem partem ſententia ferenda, eſt, videlicet, bono deſiderio eſſe permotos. An autem Chriſtus deſiderio annuerit, dubium eſt; eo ꝙ Ethnici erant, de quib. Petrus Act. 10. ait: *Vos ſcitis, quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, &c.* Græcè *ὡς ἀθέμιτον*, i. *Quomodo nefas eſt* Non eſt tamen alienum a probabilitate, ad ſe illos accedere permiſiſſe. Nam & Centurio, cuius ſeruo ſalutem attulit, Matth. 8. Gentilis erat, domum tñ illius ſe iturum aiebat; *Ego* (inquit) *veniam, & curabo, eum* Gentilis quoque Chananæa erat, cum ea tamen. Matth. 15. colloquutus eſt, eiuſque filiam a dęmonis vexatione liberauit.

An gẽtiles ducti ſint curioſitate.

Venit hora, vt clarificetur Filius hominis.

CHriſtus, accepta occaſione ex deſiderio Gentilium, de morte ſua, & gentilium conuerſione agit diſcipuliſque reſpondet, in hanc ſñiam Dicitis, Gentiles, cupere me videre, ſalutare, & alloqui: *Venit hora, vt clarificetur Filius hominis*: hoc eſt, Venit tẽpus, vt Filius hominis a Gẽtilib. toto orbe agnoſcatur, & glorificetur. Id vero fiet, poſtquam agetur in crucẽ: prius enim morietur, poſteà toto orbe in eum Gentiles credent. Hoc ſimilitudine declarat grani frumenti. In hũc ferè ſenſum interpretatur Auguſt. tract. 51. Ex occaſione, inquit, horum Gentilium; qui eũ videre cupiebant, annũciat futurã plenitudinem gentium, & promittit iam iãq; adeſſe horam glorificationis ſuæ, quam factam in cœlis, gentes fuerant crediture, &c. Poteſt eſſe ſenſus: *Venit tempus, ut clarificetur Filius hominis* a gẽtib. Vel potius; Hactenus tempus fuit humiliationis, iam appropinquat tẽps

Chriſtus prædicit ſuam toto orbe clarificationem.

Tẽpus clarificationis Chriſti.

A clarificationis, quod poſt mortẽ ſequetur. Reſurgam enim, aſcendam in cælum, ad Patris ſedebo dexteram, & toto terrarum orbe ab omnib. gentib. colar, & clarificabor. Adde hunc ſenſum: *Venit hora, vt clarificetur Filius hominis* ꝑ paſſionem, per cuius paſſionis merita omnes nationes ad me ſunt conuertendę. Deſpicatui quidem habitus eſt Chriſtus, & ſummis ignominiis affectus in paſſione, ſed per ipſam paſſionem glorificatus eſt: quia per ipſam gloriam,
B ſummam corporis, ſummamque nominis exaltationem per vniuerſum terrarum orbem adeptus eſt. Quod docet Paulus ad Philippenſ. 2. illis verbis: *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.* D. Tho. in Ioan. ait, ẽt in ipſa paſſione fuiſſe clarificatum, ſiquidem Sol obſcuratus eſt, petræ ſciſſæ ſunt, velumq; templi, & Chriſtus de tartareis hoſtib. triũ
C phauit. Sed ſimpliciter, & abſolutè paſſionis tempus potius ignominiæ, & opprobrii, quã clarificationis fuit. Si verò de miraculorũ clarificatione loquamur, ſatis, ſuperque toto prædicationis tempore clarificatus eſt Chriſtus miraculis, non igitur de hac ſolum, ſed de clarificatione Reſurrectionis, Aſcẽſionis, & conuerſionis gentiũ agitur.

Ghriſtus ẽt in ſua paſſione fuit clarificat⁹.

D

CAPVT XIII.

De grane frumenti.

Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.

SImilitudine explicat, gẽtes per paſſionem eſſe conuertendas. Fuerunt enim pulcherrimę arboris, i. crucis fructus. Quemadmodum (ait) granum frumenti mortuam plurima profert gra-
E na, ſic ego a Iudæis occiſus innumeros mei nominis cultores, & clarificatores toto orbe proferam. Chriſtus, ait Auguſtinus tract. 51. erat granum mortificandum in infidelitate Iudęorum,, & multiplicandũ in fide omnium

A nium populorum, &c. Mors Chriſti mors fuit grani fertiliſſimi, ex qua ingens toto orbe meſſis Chriſtianorum exorta eſt, quæ in cœleſte reconditur horreum *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat* (ait Ioannes Apocaly. 7.) *ex omnibus gentibus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, &c.* Innumerabilis hæc ex omnibus gentibus meſſis ex mortuo grano prodijt. Ioann. 12. *Ego* (ait fœcundiſſimum granum) *ſi exaltatus fuero a terra*, i. ſi in crucē ſublatus fuero, *omnia traham ad me ipſum, &c.* Et Iſa. 53. *Si poſuerit pro peccato animam*, i. vitā ſuā *videbit ſemē longæuū.*

Chriſtus granū frumenti magnam protulit ſegetē.

B Granum frumenti non propterea proijcitur in terram, quod vitioſum ſit, ſed ut multa ſibi ſimilia grana progignat. Sic Chriſtus non eſt affectus opprobrijs, vitaq; priuatus, quod aliquid haberet vitii, ſed vt multos Chriſtianos toto orbe produceret. Rupertus in Ioan. 12. Non idcirco (inquit) moriturus eſt Filius hominis, quia peccati, vel mortis debitor eſt, ſed ob hoc, vt vna mors eius multorum vitā fructificet, Sicut granum frumenti non idcirco proijcitur in terram, quia vitioſum eſt, ſed quia ſic proiectum, cum fuerit mortuum, rurſus germinādo reſurget, & multa ſecum grana referet, &c. Hoc tamen differt Chriſtus a grano frumenti; quòd granum ita moritur, vt corrūpatur, neque idem reſurgat. At Chriſtus ita mortuus eſt, vt corruptus non ſit idemque reſurrexerit.

Chriſtus innocēs mortuus.

Duo de grano dixit Dominus, & cadere in terram, ideſt, ſeminari, & mori. Vtrumque in Chriſto reperitur. Cœleſte granum tunc in terram cecidit, cū in Deiparæ Virginis vtero incarnatum eſt Verbum diuinum. Tunc eſt mortuū, cùm in cruce animam exhalauit; non ſatis fuit cadere granum in terram, id eſt, non fuit ſatis incarnatio, iuxta diuinum decretum, & voluntatem; ſed oportuit, poſtquam in terram cecidit, granum mori. Oportuit, quia ſic a Deo ſtatutum erat, Chriſtum pati, crucemque ſubire.

Incarnatio & mors Chriſti in grano indicatur.

Qui amat animam ſuam, perdet eam.

DIxit mortem ſuam maximum allaturam fructum; nunc docet mortem quoque Martyrum maximū ipſis fructum afferre, nempe æternam vitā. Indicat ſimilitudinem grani ad Chriſtianos quoq; pertinere, ſi enim, cùm fides poſtulat, in terram cadant, & moriantur, magnum ſibi fructum; ſin minus, æternum ſupplicium pariunt. Vel aliter, ſe moriturum dixit, imitationē a Diſcipulis poſtulat, vitam ne malè ſeruent, ſed bene perdant, admonet: *Qui amat*, inquit, *animam*, i. vitam ſuam ita vt fidem pro vita conſeruanda deſerat, *perdet eam*, quia æternis ſupplicijs mācipabitur. *Qui* vero ueluti *odio habet animam ſuam*, i. vitam, *in hoc mundo*, & pro fide tuenda eam amittit, is veram vitam, nempe æternam inueniet. C D. Chryſoſtomus hoc pacto interpretatur: Qui amat animam ſuam prauo amore, eius abſurdis cupiditatibus obtemperando, is eam perdet. Qui verò odit animam ſuam, hoc eſt, qui illi veluti odio eam habens, nō obtemperat, cùm prauum aliquid iubet, qui eam mortificat, & abnegat, cuſtodit eam in vitam æternam.

Ad martirium Chriſtus Chriſtianos exhortatur.

Addit Chriſtus exemplum ſuum, & imitationē flagitat: *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur*, videlicet ad crucē, & mortem. Loquitur enim præcipuè de Martyribus. D Ego præeo, diſcipulos oportet ſequi magiſtrum. Ego ad mortem tendo: qui mihi miniſtrat, nō amet, ſed odio habeat vitam ſuam, & ad mortem ſubeundam me ſequatur.

Chriſtus imitationē poſtulat.

Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.

PRæmium ſequentibus proponit, ut docent, D. Chryſoſtomus, & Auguſtinus. Si quis me ſequatur, & imitetur: *Vbi ego ſum, ibi miniſter meus erit.* E Erat Chriſtus Deus in cœlo ſecundum diuinitatē in ſumma gloria, ibi ait fore miniſtrum ſuum. Adiungit clarius: *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus*, honore videlicet æterno, in cœlo. Hoc eſt eorum, qui ſequuntur Dominum ad mortem vſque,

Chriſtus proponit ſequētibus ſe præmium.

præmium. Quem maiorem honorem (ait Auguſtinus tract. 51.) accipere poterit adoptatus, quam vt ſit, vbi eſt vnicus; non æqualis factus diuinitati, ſed conſociatus æternitati? &c. Ad Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, &c.* Erũt enim prædeſtinati Chriſto gloria conformes, & veluti imagines quædã gloriæ ipſius. Ad Philippenſ. 3. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, &c.*

CAPVT XIIII.

De grano frumenti mortuo.

Morale.

IN crucem egerunt Iudæi Chriſtũ, eradere nomen eius voluerũt de terra viuentium. Iuxta illud Ierem. 11. *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, &c.* Sed longè aliter, quam voluerunt, euenit. Nihil profecerunt; totus mundus poſt eum abijt, vt Phariſæi ipſi dixere: *Videtis, quia nihil proficimus; ecce totus mundus poſt eum abit.* Hoc nobis indicat ex grano frumenti petita ſimilitudo: *Niſi* (inquit) *granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Quemadmodum mortuũ granum frumenti plurima parit grana; ſic cruci ſuffixus, mortuuſque Chriſtus innumeros peperit nominis ſui cultores. Vt ipſa grani mors, granorũ multiplicationis cauſa eſt; ſic ipſa Chriſti crucifixio, multiplicationis cultorũ cauſa fuit. Qua via voluerunt Iudæi nomen Chriſti eradere, eadem per totum terrarum orbem ſummis eſt honoribus illuſtratum. Ioſeph nomẽ fratres eradere de terra conati ſunt; ſed ea via, qua id efficere tentarunt, ille ad ſummos in Ægypto honores peruenit. Similem in modum Iudæi, Chriſti nomen de terra exterminare enixi ſunt; at qua via id perficere voluerũt, Chriſtus per omnes nationes ad maximã nominis celebritatẽ euectus eſt. Mortuum enim granum non mãſit ſolum, ſed infinitum fructum attulit. Quẽadmodum ille planè deciperetur, qui granũ frumenti in terrã mitteret, vt granũ omnino aboleret; ſiquidẽ paulò poſt plurima grana produceret. Sic planè decepti ſuut Iudæi, qui granum frumenti Chriſtum in terram, mortẽque deiecerunt, vt illius nomen eraderent; quoniam paulò poſt immenſam toto orbe ſegetem produxit.

Chriſtus granũ frumenti.

Granũ mortuũ multiplicatum.

In hanc ſententiam illud Pſal. 140. *ſingulariter ſum ego, donec tranſeam:* Auguſtinus interpretatur: *Donec tranſeam,* ait, *ſingularis ſum;* cum tranſiero, multiplicabor: multi me imitabuntur, multi patiẽtur pro nomine meo, &c. Singulare, & ſolum fuit granum, donec tranſiret ex vita; poſtquã mortuũ eſt, multiplicatum eſt. *In baculo meo,* ait Iacob Geneſ. 32. *tranſiui Iordanẽ, & nunc cum duabus turmis regredior, &c.* Ita Chriſtus in baculo crucis tumẽtẽ paſſionis fluuiũ tranſiuit ſolus; at nõ cũ duabus ſolũ, ſed cũ mille hominũ turmis in cælũ regredietur in die iudicij, quas crucis merito ſibi comparauit. Moyſes in Ægyptũ cum virga ingreſſus eſt, penè ſolus, Exod. 4. at Pharaone ſuperato, pelagique vorticibus oppreſſo, multa Iſraelitarum millia in terrã promiſſionis induxit. Sic Chriſtus cũ virga crucis in montem aſcẽdit Caluariæ ſolus, ſanguiniſq; proprij vndis obruto tartareo Pharaone: multa Chriſtianorũ millia ex illius captiuitate erepta in cælũ promiſſũ infert. Corruptio, ſiue mors vnius, vt Philoſophi aiunt, eſt generatio alterius. At verò Chri mors, abſq; vlla corporis corruptione, generatio fuit, ſiue potius regeneratio innumerabiliũ: innumerabiles n. homines, per Chri mortẽ, in filios Dei regenerãtur.

Chriſti mors multitudinẽ protulit Chriſtianorum.

Regũ, Principũque gloria cum ipſis in morte moritur, ac deſinit. Chriſti verò gloria poſt mortẽ ipſius viuere cæpit, totoq; orbe ſplendeſcere. Chryſoſtomus in demonſtratione, q Chriſtus ſit Deus: Cùm hi, inquit, moriuntur, qui hic in magna gloria, rebuſque florentibus aguut; pereũt cũ eis ſimul alia omnia. Id, quod nõ ſolum in diuite, ſed & in Principe, & Regibus quis nõ videt? At ſecus in cruce euenit. Ante crucẽ in luctu res erant. Cæterum,

Chriſti gloria poſt mortem, & crucem capit ſplẽdeſcere.

vbi occiſus eſt Chriſtus, & mortuus;
nō ſolū res nō interciderūt, ſed multò
clariores, illuſtrioreſq; & ſublimiores
ſunt redditæ: Poſt crucē orbis ad fidē
acceſſit, &c. Iſai. 11. *Erit ſepulchrum eius
glorioſum, &c.* והיתה מנחתו כבד He-
braicè, *vehaiethah menuchatho chabod*,
ideſt; *Et erit requies eius gloria*. Regum
mors, & ſepulchrū finis gloriæ, regni-
que eſt. Chriſti mors, & ſepulchrū nō
finis fuit glorię, & regni, ſed gloria
fuit, & honor, initiūque, & cauſa prin
B cipatus toto orbe maximi. Nam poſt
Chriſti mortē, & per Chriſti mortē Ec
cleſia cœpit, quæ principatus eius eſt,
in totū terrarū orbē propagatus. Or-
bis initio, lege naturæ, hoīes generati
ſunt, ideoque tardius multiplicati. At
ex grano frumēti mortuo, lege gratiæ,
ſunt regenerati, multoq; velocius to-
to orbe propagati. *Si mortuum*, inquit,
fuerit granū frumēti, *multum fructū af-
feret*. Nō vnū tantū granū, aut duo, aut
tria, ſed plurima producit grana vnū
C granū. Sic Chriſtus non vnū, vel duos,
ſed innumerabiles produxit Chriſtia-
nos. Chryſoſtomus Pſal. 147 In princi
pio, inquit, ex vno multi nati ſunt, cū
lege naturæ creſceret multitudo; &
ideo res tardius proceſſit. Tēpore autē
Apoſtolorū, non lege naturæ, ſed gra-
tiæ creſcebat multitudo, & ideo vno
ſtatim die, tria millia, deinde quinque
millia, deinde innumerabiles per pul-
D chrā hāc regenerationē editi ſūt, &c.
Multum, inquit, *fructū affert*. Admiran-
dum ſanè fructū noſtri grani mors at-
tulit. Quidquid in hominibus gratiæ,
quidquid gloriæ eſt, id totū huius gra
ni fructus eſt. Quis fructus gratia, quis
poteſt maior eſſe gloria?

Imitationem Chriſtus flagitat: *Qui
mihi miniſtrat, me ſequatur*. Ille vt gra-
num frumenti mortuus eſt, fructumq;
tulit vberrimum. Nos ſimilem in mo-
E dum moriamur, fructumque maximū
afferemus. Moriamur, inquam, hoc eſt,
martyrium ſubeamus, ſi fidei hoc pro-
feſſio attulerit, vitāque ipſam magno
cum lucro amittamus, ſin minus, mo-
riamur mundo, animæque cupiditates
effrenatas vita, motuque priuemus:
quod alterū eſt genus martyrij, a mor-
tificādis, iugulandiſque cupiditatibus

Chriſtianus ſit granū mortuū.

A appellatum mortificatio. *Qui amat ani
mam ſuam* (ait Dominus) *perdet eam, &
qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vi
tam æternam cuſtodit eam, &c.* Ex his ver
bis breues mortificationis, & immorti
ficationis colligere poſſumus defini-
tiones. Quid eſt immortificatio? im-
mortificatio eſt amor animæ, animam
perdens. Quid eſt mortificatio? Morti-
ficatio eſt odium animæ, animā in vitā
æternam cuſtodiēs. Immortificatus ho
mo animam ſuam amat, hoc eſt, animę
B cupiditates, illis indulget, & obſequi-
tur. Mortificatus animā ſuā odit, hoc
eſt, animæ ſuæ abſurdas, & à virtute
alienas appetitiones reſpuit, coercet,
frænat. Animaduerte grani mortificati
fructum præcellētiſſimum, & grani im
mortificati fructū peſſimū. Mortifica-
tus animam ſuam cuſtodit in vitā æter
nam. Mortificationis fructus vita æter
na eſt. Immortificatus animam ſuam
perdit, æterniſque addicit flammis. Im
mortificationis fructus æternæ flam-
C mæ ſunt. Amor, & indulgentia erga
noſmetipſos nos perdit: odiū ſanctum
ac ſeueritas ſeruat. *Si ſecundum carnem
vixeritis* (ait Paulus ad Rom 8.) *morie-
mini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortifi-
caueritis, viuetis*.

Mortificatio, & immortificatio quid ſint.

Pſal. 115. *Pretioſa in conſpectu Domini
mors ſanctorum eius*. Sanctorū mors vel
per martyriū eſt, vel per mortificatio
nē. Pretioſa vtraq; quæ æternā cōpa-
D rat vitā, ac ſalutē. Hæc mors ſanctorū
eſt. i a ſanctis peroptata, ac deſiderata.
Sanctus Elias Iezabelē fugiens 3. Reg.
19. *Cum ſederet ſubter vnam iuniperum,
petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, &c.* Simi-
lē in modū, ſancti carnē veluti alterā
Iezabelē fugiētes, ſubter vnā arborē,
ideſt, crucē, mēte, ac conſideratione ſe
dent. Cumque granum frumenti mor-
tuum contemplantur, mori optant, pe
tūtque animæ ſuæ, vt mūdo moriatur.
E Vox ſancti viri, ac mortificati, illa eſt
Pauli ad Galat. 6. *Mihi mūdus crucifixus
eſt, & ego mundo, &c.* Mortuum reputat
mundum, mortuuſque reputatur à mū
do. Queādmodū mortuū cadauer nul-
lā cum altero mortuo cadauere habet
conſuetudinē; ſic vir mortificatus nul
lum cū mūdo mortuo habet commer-
cium. Mortuum cadauer à mortuo ca-

Mors ſanctorū pretioſa eſt.

Mors ſanctorū mortificatio.

piè, & iuſtè viuamus in hoc ſæculo, &c. Apparuit Chriſtus, erudijt nos, & docuit. quænam illius fuit eruditio, & doctrina? Nimirum hæc, vt impietatem abnegemus, & ſecularia deſideria mortificemus, ſobrieque, piè, & iuſtè, ſæcularibus, deſiderijs abnegatis, vitam traducamus.

Imitatio Chriſti grani mortui ſimilitudinis ingerit.

Grana, quę ex tritico naſcuntur, omnino grano mortuo ſimilia ſunt. Eundem in modum, Chriſtianos ex Chriſto ortos, Chriſto omnino ſimiles eſſe oportet. Chryſoſtomus orat. 5. contra Iudęos, in fine: Propterea, inquit, Chriſtianus es, ideo hoc nomen accepiſti, vt Chriſtum imiteris, eiuſque legibus, operum exhibitione pareas, &c. Excellentiſſimum habemus exemplar ad imitandum propoſitũ, in illud mentis oculos ſæpe conijciamus, virtuteſque præcellentiſſimas in animos transferamus. Vt pictor ex exẽplari aliquo imaginem pingat, oculos in exemplar oportet intendere. Vt nos ex Chriſto virtutes in nobis depingamus, Chriſtũ mentis oculis oportet frequentiſſimè intueri. Intueamur autẽ Chriſtum mentis oculis, cum illius humilitatẽ, patiẽtiam, caritatẽ, cæteraſque virtutes ſæpe meditamur. Qui imitari Chriſtum vult, meditationi vacet. Pudebit tã eſſe diſſimile granũ grano, a quo in Baptiſmate eſt generatum. Vt enim ait Valerius Maximus li. 4 ca. 6 Excellẽtiſſima animaduertẽti, ne mediocria quidem præſtare, rubori eſſe oportet, &c.

Chriſtus exẽplar excellẽtiſſimũ.

Excellentiſſima in Chriſto exemplari noſtro animaduertimus. Pudeat nos, ſi ne mediocria quidem, ſed cõtraria potius præſtemus. Si pro Chriſti excellẽtiſſima patientia iracundiã, pro caritate inuidiam, pro caſtitate immunditiã, pro carnis maceratione delicias exhibemus. *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur,* (ait Dominus ſeruis) Seruus Dominũ, quocumque it, ſequitur, ac comitatur.

Sequamur Dominum ſerui.

Si Chriſti ſerui ſumus, Dñm noſtrum ſequamur, & comitemur. In præſepe ille, ſtabulumque pauperrimum ſe cõfert, ſequamur. Ad vincula, ad alapas, opprobria, verbera, crucem iter facit; comitemur. Voluptates fugit; voluptates cum illo fugiamus, & ab eius latere nunquam recedamus.

A *Vbi*, inquit, *ego ſum, illic & miniſter meus erit*, tum in terra, tum in cœlo. Fuit Chriſtus in paupertate, quamdiu vixit in terra, fuit in patientia, in caſtitate, in contemptu honorum, ac voluptatum, in ſumma caritate, & humilitate; illic & miniſter illius erit, hoc eſt, in iiſdem virtutibus, quamuis Domino multò inferior. Eſt nunc in cœlo Dominus animi, corporiſque gloria immenſa fulgentiſſimus. *Vbi ego ſum*, inquit, *illic & miniſter meus erit*; & quomodo ego ſum, eo

B modo & miniſter meus erit. Ego in cælo ſum, miniſter meus in cœlo erit. Ego corporis, animique gloria maxima fulgeo; miniſter quoque meus corporis, animique gloria magna fulgebit. Qui hominem aliquem ſemper ſequitur, in illũ locum peruenit, in quẽ ille peruenit, quem ſequitur. Si petit homo Romam, eoque peruenit; ego verò illum ſemper ſequor, Romam quoque ipſe perueniam.

Vbi Dominus, ibi ſeruus, qui ſequitur, erit.

C Sequamur Chriſtum ſemper; ſi ſemper illũ ſequamur, in eum perueniemus locum, in quem ipſe peruenit. Aſcendit ille, & in cælum peruenit; nos quoque, ſi illum ſequamur, aſcendemus, & in cælum perueniemus. Vbi Dominus eſt, illic & miniſter eius erit Domino ſuo ſimilis. Nam Chriſti miniſter ſimilis eſt Domino ſuo in terra, ſimilis quoque in cælo. Similis verò eſt in cælo, quia ſimilis in terra fuit. Quamobrem ſi cupimus

D ſimiles Chriſto eſſe in cælo, quod omnes cupimus, conemur prius ſimiles eſſe in terra. Similitudo in cælo eſt gloriæ, ſimilitudo in terra eſt virtutum, atque laborum. Placet gloriæ ſimilitudo, placeat quoque ſimilitudo laborum, & virtutum.

Laborioſum, difficileque carni iter Domini eſt. Non diffiteor. Sed quiſnam ſeruus Dominum non ſequitur, quamuis iter faciat difficillimũ? Seruũ

E te eſſe memento, non quouis pretio, ſed Domini tui redemptum ſanguine; etſi difficillimo itinere, Dominum ſequere. Præit ille, vt à ſequentibus videatur. Qui præeuntem Dominũ ſuũ videt, vires, roburque reſumit. *Per patientiam*, (ait Paulus ad Hebr. 12.) *curramus ad propoſitum nobis certamen; aſpicientes*

Seruos Dei nos eſſe meminerimus

aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum,&c. Item: *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus. aduerſum ſemetipſum, contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes, &c.* Mentis igitur oculis Chriſtum, quē ſequeris, antegredientem intuere, ne fatigeris, animo deficiens.

Conſiderãdus itineris finis, & præmium. Præterea, intuere locum, in quem Chriſtum hoc difficili itinere ſequens, peruenies. Illa verba frequenter volue animo: *Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit:* Item illa: *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus, &c.* Matth. 24 *Vbi fuerit corpus, illic cogregabuntur & aquilæ.* Corpus Chriſti eximia gloria fulgens in cœlo eſt. Illic nobiles aquilæ, id eſt, viri iuſti, cōgregantur. Ioan. 14. *Accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis, &c.* Vbi eſt caput, ibi membra quoque ſunt. Caput noſtrum in cælo eſt, in cælo quoque illius viua membra erunt. Apocalypſ. 3. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, &c.* Quis honor maior poteſt excogitari? 1. Reg. 2. *Quicumque honorificauerit me* (ait Dominus) *glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles, &c.* Eſther 6. Vide quonam modo Rex Aſſuerus Mardochæum iuſſerit honorari, hoc reſonante præconio: *Sic honorabitur quem Rex voluerit honorari, &c.* Illos honores cum cæleſtibus confer, & exclamabis: *Sic honorabitur, quem Deus voluerit honorare.* Expende particulam, *Sic.* Volet autem ſic honorati miniſtros ſuos, ac ſectatores. Hæc cogita, itineris abſcedet laſſitudo, redibit animus. *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi* (ait Vates Pſalm. 121.) *in domum Domini ibimus, &c.* Sic lætabitur, hilareſcet, vireſque recuperabit nouas cor tuum, ſi domum illam mente contempleris, in quam ſequens Dominum peruenies. Chryſoſtomus ad Philippenſ. 3. Surſum (inquit) vbi palma eſt, ſuſpice; ipſe palmæ conſpectus multam facit alacritatem. Spes in tribulatione labores ſentire non permittit, &c. Vineæ operarij Matth. 20. *Portauimus* (aiunt) *pondus diei, & æſtus.* Cur portaſtis? Si roges Reſpondebunt: Spes denarij in cauſa. fuit. Si illi propter denarium, nos propter æternum præmium, cur non portabimus pondus diei, itineris, & æſtus?

A

Machabæorum Martyrum mater 2. Machab. 7. cælum iubebat, & creata alia filium aſpicere, vt fortiter tormenta ferrent. *Peto te, nate* (inquit) *vt aſpicias ad cælum, & terram, & ad omnia, quæ in eis ſunt; & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus. Ita fiet, vt non timeas carnificem iſtum, &c.* Nos verò cælum aſpiciamus, cæleſtemque in eo repoſitam gloriam mentis oculis contemplemur; & intelligamus, iis ſolùm donandam, qui Dominum ſuum ſequuntur. Ita fiet, vt nullum laborem, nullum itineris formidemus æſtum.

B

Adde, vires ad ſequendum Dominū à Domino dari ſeruo. Tuis viribus difficile iter eſt; viribus, quas Dominus ſuppeditabit, facile. *Beatus vir* (Pſalm. 83.) *cuius auxilium abs te, Domine. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum, in loco, quem poſuit. Etenim benedictionem dabit legislator. Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion &c.* Aſcenſiones in corde tuo diſpone; Aſcenſiones, inquam, in domum Dei cæleſtem. Dabit auxilium, & benedictionem, legis nouæ lator Chriſtus; qui domum Dei, tot clauſam ſæculis, reſerauit. Hoc fultus auxilio, corroboraberis; ibiſque de virtute in virtutem, hoc eſt, de fortitudine, in fortitudinem, robore creſces, Deumque Deorum quem in terra ſequeris, in Sion cæleſti cernes, ſimilis illi viſione ipſa factus iuxta illud, 1. Ioann. 3. *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt, &c.* Addit: *Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt, &c.* Similes (inquit) erimus Deo, quia illum in cælo videbimus; non per ſpeculum, & ænigmata, ſed ſicuti eſt, & facie ad faciem. Omnis verò homo; qui ſpem hanc videndi Deum habet, conſequendæque ſimilitudinis diuinæ in cælo; diuinam ſimilitudinem ſibi comparat in terra. Qui enim ſimilis Deo eſſe vult in gloria; ſimilis Deo eſſe nititur ſanctitate, *Sanctificat ſe, ſicut & Deus ſanctus eſt.* *Auxilium Dei.*

C

D

E

CA-

CAPVT XV.

De turbatione animæ Chriſti.

IOANNES CAPITE XII.

NVnc anima mea turbata eſt, & quid dicam? Pater ſaluifica me
28 ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. * Pater clarifi-
29 ca nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo dicens. Et clarificaui;
& iterum clarificabo. * Turba ergo, quæ ſtabat, & audierat, di-
30 cebat, tonitruum eſſe factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus
eſt. * Reſpondit Ieſus, & dixit; non propter me hæc vox venit, ſed propter
31 vos. * Nunc iudicium eſt mundi; nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. *
32 Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum * (hoc autem
33 dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.) * Reſpondit ei turba: nos
34 audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis;
oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? * Dixit ergo eis
35 Ieſus; adhuc modicũ lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, vt
non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo va-
36 dat. * Dum lucem habetis; credite in lucem, vt filii lucis ſitis.

Nunc anima mea turbata eſt.

COntulit ſe Dominus cum grano frumenti mortuo, ſeque moriturum prædixit, magnumque fructum allaturum. Mortem verò crucis, dolore atque ignominia plenam, iamque propinquam, mentis oculis cernens, inferiorem animi partem illius horrore turbari voluit. Idem hoc loco contigit, quod in horto Gethſemani. Vt mortem imminentem in horto, ita hic horruit, ſeque ipſum timoris affectu turbauit. Habebat enim in poteſtate affectus; nullum inuitus patiebatur.

Chriſtus in poteſtate habebat affectus.

Turbaris tu nolens, ait Aug. tract. 49. in Ioãnem) turbatus eſt Chriſtus, quia voluit; in illius poteſtate erat ſic vel ſic affici, vel non affici, &c. D. Athanaſius libro de incarnat. Chriſti. Dominus, inquit, locutus eſt; *Nunc anima mea turbata eſt*, illud autem, *nunc*, tum fuit cum ipſe voluit, &c.

Chriſtus cur turbari voluerit.

Cur nunc turbari voluerit, ſi quæras. Reſpondetur, voluiſſe hominibus oſtendere, ſe mortis tum horrorem, tum dolorem acerrimum perſenſiſſe. Ne exiſtimare poſſent, Deum incarnatum, doloris ſenſum non habuiſſe. Eandem ob cauſam, hic ſe turbauit, & in horto. Ne dicerent, ait Chryſoſtomus hom. 66, in Ioannem, ipſum humanis carere doloribus; facilè de ſubeunda morte philoſophari, & in tuto nobis perſuadere, oſtendit quod licet mortem formidet, cùm tamẽ vſus poſcat, non recuſat, &c. Verum præterea hominem ſe eſſe, cuius eſt mortem formidare; item mortem paulo poſt ſubiturum, certiſſimè ſe præſcire indicat. Niſi enim præſciret, non turbaretur. Rectè Cardinalis Caietanus; Voluit, inquit, Chriſtus excitare in ſe ipſo has propaſſiones; vt verum hominem ſe probaret; nec ſolum verum hominem, ſed paſſibilem, non corpore ſolùm, ſed etiam animo. Ne parui penderemus, quod voluntarius ibat ad mortem, tanquam habens animum ſtoicum, ſeu impaſſibilem. Hęc ille.

Cur Chriſti aĩa turbata nunc ſit.

Vincere docet Dominus mortis metum.

Adde, exemplum nobis præbere voluiſſe, ac docere, quid agẽdum ſit, mortis malorumque aliorum horrore perculſis. Vnde Auguſt. tract. 52. ò Domine, in-

ne, inquit, agnoſco miſericordiam tuam. Nam quod tu tantus, tuæ caritatis voluntate turbaris; multos in corde tuo, qui ſuæ infirmitatis neceſſitate turbantur, ne deſperando pereant, conſolaris. Acceſſit fortè hora terribilis, proponitur optio, aut faciendæ iniquitatis, aut ſubeundæ paſſionis; turbatur anima infirma. Præpone tuæ voluntati voluntatem Dei. Sic Aug. Et Theophyl. Docet, inquit, nos per hæc Chriſtus, vt etiamſi turbemur, & mæreamus, mortem non fugiamus, &c. Videlicet; cùm mori pro Chriſto opus eſt. Chryſoſt. Ex his, ait, nos admonet Dominus, vt ſi quando affligimur, ſi quid timemus; non ita reſiliamus à propoſitis, &c.

Et quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora.

Nonnulli uerba hæc; *Saluifica me ex hac hora*; per interrogationem proferenda aiunt, in hunc ſenſum: Quid dicam? dicam ne Patri; *Pater ſaluifica me ex hac hora mortis?* Minimè quidem dicam. Nam propterea veni in horam hanc, vt moriar. Non igitur Patrem precabor, vt morti me eripiat imminenti. Veruntamen, ſi orationem, quam in horto Chriſtus ad patrē habuit animaduertamus; veriſimilius iudicabimus, verba illa; *ſaluifica me ex hac hora*; per interrogationem non eſſe legenda. Quæ eſt communis ſententia. In horto mortem horrore quodā naturali exhorruit, dixitque; *triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*; ſimilem in modum hic, mortem formidauit, & illa verba protulit; *Nunc anima mea turbata eſt*. In horto Patrem ſic orauit; *ſi fieri poteſt, transfer calicem hunc à me*; hic hoc pacto orat; *pater ſaluifica me ex hac hora*. In horto deſiderium vitæ naturale, voluntatemque, Patri ſubiicit; *Veruntamen*, inquit, *non mea, ſed tua voluntas fiat*, hic ſimiliter, addit. *Pater clarifica nomen tuum*. Cùm verba in horto dicta, Deo fauente explicauerimus, de ijs plura dicemus. Itaque ſenſus eſt. *Et quid dicam?* Hæret quodāmodo præ horrore mortis proximæ, more timētium. Quid dicam? Quo me vertam? Ad patrem ſe vertit, breuique oratione ſalutem ac vitam poſtulat, ſecundū voluntatem naturalem: Pater ſaluum me fac ex hac hora, libera me à morte. Reuocat deinde orationem, & voluntatem naturalem. *Sed propterea*, inquit, *veni in horam hāc*; vt moriar, Ideoque hoc peto; *pater clarifica nomen tuū*; per mortem meam. Aliter; *ſed propterea veni in horam hanc*, ſcilicet, vt clarificē per mortem nomen tuum; *propterea veni*, ideò pater *clarifica in me nomē tuum*; per mortem meam toto celebretur orbe. Si morte D. Petri clarificatum eſt nomen Dei, iuxta illud Ioannis 21. *hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum*: ſcilicet D. Petrus. Quid de morte Chriſti dicendum eſt? *Clarifica nomen tuum*; ſic exponit Chryſoſtomus: Duc me iam ad crucem. Auguſtinus, quid, inquit, eſt *clarifica nomē tuum*; niſi in tua paſſione & reſurrectione? &c. Euthymius ad miracula paſſionis, hęc verba refert, *glorifica*, inquit, *nomen tuum*, per ea quæ in morte mea futura ſunt ſigna, &c. Melius, *glorifica nomen tuum*, per paſſionem meam, & gentium conuerſionem.

Simile modo hic Christus, & in horto loquutur.

Quo Chriſtianus, in calamitatibus ſe gerere debeat.

Docet locus ſic explicatus, quomodo in dolore, cruciatu, & calamitate, gerere ſe debeat Chriſtianus. Turbatur anima oppreſſa calamitate, & dolore. Dicat Chriſtianus cum Chriſto. *Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicā?* quo me vertam? Ad Deum me vertam, & dicam; *pater ſaluifica me ex hac hora*; ſi placuerit tibi, his me eripe malis; attamen, *clarifica nomen tuum*; in me, id fieri cupio, quod maiorē nomini tuo gloriam afferat. *Propterea veni in horam hanc*, vt clarificē nomen tuū; ergo fiat id, pp quod in hęc mala veni.

Is eſt noſter Eucherius Epiſcopus.

Auctor ſub nomine Euſebij Emiſſeni, aliter hunc locum interpretatur; de ſenſu lectori relinquo iudicium. Turbatam ait animam Chriſti, non mortis ſuæ timore, ſed fidelium ſuorum compaſſione. Videbat .n. multos Chriſtianos, vbiq; terrarū non ſolùm turbari, verùm etiam flagellari, & occidi, cunctiſque tormentorum generibus affligi, propter ſe. Ideò ait, *nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater ſaluifica me*, id eſt, mēbra mea, *ex hora hac*, id eſt,

ex hoc tempore; *ſed propterea veni in horam hanc*: vt ex hac hora fideles mei ſaluentur, & meo ſanguine mundētur. Caietanus verba illa, *ſaluifica me, ex hac hora*; ſic exponit. ex paſſionis hora, id eſt, poſt hoc paſſionis tempus, *ſaluifica me*, ſalute immortali, & vita. Exiſtimat petere reſurrectionem, vitamque immortalem, poſt paſſionem, quam accepit. Verba tamen ſequentia, *ſed propterea veni in horam hanc*, huic interpretationi non bene conſentiunt.

Venit vox de cælo dicens, & clarificaui, & iterum clarificabo.

Luc. 22.

IN horto Angelũ, ad turbatum Chriſtum pater miſit; hic vocem è cœlo honoris pleniſſimam demiſit, qđ poſtulat, concedit. Effecta eſt aũt vox in cęlo, id eſt, aere. Vide, quæ de ſimili voce diximus in tract. de baptiſmo Chriſti, tom 2. lib 1. cap. 13. *Clarificaui* (inquit) *nomen meum, & clarificabo.* Rupertus bis clarificatum filiũ intelligit; ſemel creationis opere clariſſimo; iterum opere redemptionis. Iterata (inquit) clarificatione filij, ad quem relatiuè dicitur pater: clarificatur hoc ipſum nomen, qđ eſt pater. Dum ꝑ quem oīa fecit clariſſimo creationis opere; ꝑ ipſum oīa reſtauret clariſſima per ſanguinē eius reſtauratione, &c. D. Augu. clarificatum ait à patre, claritate diuinitatis; quia filius Dei clariſſimus ab æterno genitus eſt; & claritate humanitatis in reſurrectione, & Aſcenſione Clarificaui (inquit Aug.) anteq̃ facerē mundũ; & iterum clarificabo, cũ reſurget à mortuis, & aſcendet in cœlum, &c. Hanc expoſitionē confirmãt illa verba Chriſti Ioan. 17. *Clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quam habui prius, quã mundus fieret apud te*: quę ſuo loco, Deo volēte, interpretabimur. Tertia expoſitio eſt Chryſoſtomi; Quãdo (inquit) clarificauit? in præcedentibus ſignis; *& iterum clarificabo*; poſt crucem, &c. Theophylactus; Miraculis clarificaui, quæ ante crucem perficiebas; & iterũ factis per te miraculis, in ipſa cruce illuſtrabo; & poſt ſepulturam, cùm ſuſcitauero te, & Spiritum ſanctum miſero; magis glorioſum, & meum nomen, & te conſtituam, &c. Euthymius clarificatũ iterum miraculis ante mortem, & clarificatum iterum miraculis, quæ in morte facta ſunt. Eſt hic ſenſus probabilior. Et iam clarificaui nomen meum miraculis quàm plurimis, quæ hactenus patraſti. Et clarificabo iterũ nomen meũ, miraculis in cruce tua, & per mortem tuam, in reſurrectione tua, & hominum per totũ terrarum orbē conuerſione. Hunc ſenſum ſimul cũ illo ſuperiore habet Aug. tract. 52. *Clarificaui* (inquit) cùm de Virgine natus eſt, cũ virtutes operatus eſt; *& iterum clarificabo*: cùm reſurget à mortuis, cũ exaltabitur ſuper cęlos Deus, & ſuper omnem terram gloria eius, &c. Addit quartum ſenſum: *Notus erat ad illud vſque tempus in Iudæa Deus*, vt eſt in Pſ. 75 *& in Iſrael magnum*, & clarificatum *nomen eius*, ſed poſt Chriſti crucem, vt ait Malach cap. 1. *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen eius in gentibus.* Poſtulauit Chriſtus; *pater clarifica nomen tuum*; per mortem meam, toto orbe nomē tuum notum fac, & clarum, ac glorioſum. Reſpondet pater; *& clarificaui* nomen meũ, per te hactenus inter Iudæos, vita, doctrina miraculiſq; tuis. *Et iterũ clarificabo*, inter gētes. Vel, clarificaui nomen meũ, hactenus inter Iudæos. Iterũ illud clarificabo, multo maiore glorificatione, toto orbe inter gētes. Congruit hæc interpretatio cũ deſiderio illo gētilium, de quo ſupra dictũ, ex quo ortus eſt Chriſti ſermo. Sic incepit Chriſtus. *Venit hora, vt clarificetur filius hominis* toto orbe, à gentibus; in fine petiuit à patre, vt nomen ſuum clarificaret in gentibus, per paſſionem. Annuit Pater: Clarificaui inter Iudæos, & clarificabo inter gentes, cum totus mundus poſt te abibit.

Chriſtus bis clarificatus & quando.

Quomodo pater clarificauerit nomē ſuum.

Turba dicebat tonitruum eſſe factum.

CVm ad Chriſtũ venerũt Philippus & Andreas in turba hominũ erat Chriſtus, & quæ explicata ſunt, locutus eſt, vocemq. è cœlo accepit, vt ex hoc loco colligitur, & Cardinal. Caietanus animaduertit. Audiuit ergo turba è cælo ſonantem vocem; quidam verò toni-

tonitruum fuiſſe, alij Angelum locutũ dixerunt.

Quæritur; An vox illa fuerit articulata, potueritque intelligi: præterea; An turba eam intellexerit? Nec fuiſſe articulatam, nec à turba intellectam, probatur, quòd quidam tonitruum factum eſſe dixerint. Tonitruum autem ſonus eſt minimè articulatus, & nihil ſignificans. Reſpondet Chryſoſt. vocem fuiſſe articulatam, & claram; ſimiliter Theophyl. articulatam, & cognoſcibilem fuiſſe ait. Neque dubium eſſe poteſt, alioqui nihil ſignificaſſet. Cur ergo tonitruum fuiſſe illi aſſeruerunt? Reſpondet Chryſoſt. Craſſior turba erat, & terrenis dedita, & parum attendens, & alij ſonum tantùm, alij vocem articulatam audierunt; ſed non intellexerunt, &c. Exiſtimat quoſdam, ſonũ tantùm vocis, inſtar tonitrui, audiuiſſe, ideoque tonitruum factum eſſe affirmaſſe. Idipſum arbitratur Euthymius; Dicebant, (inquit) tonitrum eſſe factum, qui vocem non intellexerant, ſed ſonum dumtaxat eius perceperãt, &c. D. Thomas in Ioann. ait, in turba, quoſdã fuiſſe hebetioris, alios acutioris intellectus; deſidioſos & carnales percepiſſe ſonũ tantùm, acutiores percepiſſe articulatam vocem. Idem ſentiunt Lyranus, & Caietanus. His obijcitur; vox Hebræa articulata erat, & diſtincta; ergo ſi ab omnibus benè audita eſt, ab omnibus eſt intellecta. Nam tàm hebetes, quàm acuti articulatum ac diſtinctum ſermonem intelligunt. Dicitur Rupertus dicere, omnes intellexiſſe vocem, ſed propter magnitudinem tonitruum eſſe putaſſe. Sed loquatur ipſe; Quantum (inquit) ad exterius miraculum; magnitudo vocis, quæ de cælo venit, per hoc intimatur, quòd turba putauit tonitruum eſſe factum. Quantùm verò ad interius myſteriũ, diuerſus audientium ſenſus, &c. Addit: Vnam eandemque vocem, alij putauerunt fuiſſe tonitruum, in quo nihil eſt intelligibile, alij locutionem angelicam, &c. Non indicant verba hæc Rupertum exiſtimaſſe omnes vocem intellexiſſe. Attamen probabilis mihi eſt, opinio hæc, videlicet omnes vocẽ intellexiſſe, quæ Maldonato placuit.

Quomodo turba tonitrum factũ eſſe dixerit

Maldonatus probatur

A Cur ergo tonitruum eſſe dixerunt? Reſpondeo, quia illis viſum eſt tonitruum, ſed articulatum, & intelligibilem edens ſonum. Itaque putauit tonitruum eſſe factum, & per tonitruum verba illa è cœlo ſonuiſſe; *clarificaui, & clarificabo*. Probant hanc ſententiam Ioannis verba: *Turba* (inquit) *quæ ſtabat, & audierat, dicebat, Tonitruum eſſe factum, Alij autem dicebant, Angelus ei locutus eſt*. Turba, quæ ſtabat dicebat tonitruum factum; ergo ſi vocem illi nõ

B intellexerunt, qui tonitruum eſſe factum dixerunt; turba vocem non intellexit, ſiquidem illa dixit, tonitruum eſſe factum. Quis autem credat, non vnum, vel alterum, ſed hominum Hebræorum turbam, vocem Hebræam diſtinctè è cœlo prolatam non intellexiſſe? præſertim cùm propter turbã ſonuerit, iuxta illud Domini; *Propter vos vox hæc venit*. Si propter illos venit, ab illis intellecta eſt. Dionyſ. Carthuſ.

C exiſtimat turbam quæ dixit tonitruũ eſſe factum maximè fuiſſe gentilium, quid ad templum venerant Paſchatis tempore, quique Hebræam vocem ignorabant. Quamobrem tonitruum factum eſſe dixerunt. Non placet ſententia. Non enim ſolent Euangeliſtæ nomine turbæ abſque alia explicatione gentiles intelligere.

Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos.

D Non indigebat Chriſtus huiuſmodi vocibus, aut miraculis; ſciebat ſe à Patre clarificatum, & clarificandum. Non propter eum vox è cælo ſonuerat, vt de glorificatione ſua fieret certior. Propter homines vox intonuerat, vt intelligerent illum è cælo miſſum & cælo eſſe carum. Ideo ait; Quamuis ad me directa hæc vox fuerit; non tamen propter me, vt aliquid

E quod ignorem mihi manifeſtet, prolata eſt, ſed propter vos; vt credatis me verum eſſe Dei filium, & Meſſiam. omnibus auditoribus non ſolis diſcipulis hæc verba dicta ſunt. Dixerat Ioannes: *Turba quæ ſtabat, & audierat dicebat, tonitruum eſſe factum; alij autem dicebant; Angelus ei locutus eſt*: Sequitur:

Reſpondit

Reſpondit Ieſus & dixit; non propter me hæc vox venit, ſed propter vos, &c. Quibuſnam reſpondit, & dixit, niſi illis, qui præceſſerant, videlicet turbæ, quæ ſtabat, & ijs, qui dicebant; *Angelus ei locutus eſt*, non diſcipulis, quorum nullam hic mentionem Euangeliſta facit; etſi manifeſtum eſt adfuiſſe illos. Chryſoſtomus; Cùm vel Angelum locutum, vel tonitruum factum arbitrati eſſent, inquit Dominus, *propter vos*. Vt hoc ſaltem pacto adduceret eos ad interrogandum, &c. Idem docet Euthymius, & alij.

Quib. hoc dictum ſit.

CAPVT XVI.

Si exaltatus fuero à terra omnia traham, &c.

Nunc iudicium eſt mundi.

IN iudicio duo reperiuntur, damnatio, & liberatio. Hic locus de Iudicio intelligendus eſt liberante mundum, & damnante Satanam, hoc pacto: Nunc per meam crucem, iudicium eſt mundum liberans à Tyrannide Satanæ, ipſumq; Satanam condemnans, & foras expellens. Liberauit autem Chriſtus mũdum totum, quod attinet ad ſufficientiam; efficaciter liberauit electos. Clarificandum nomen patris vox cœleſtis teſtata eſt. Quomodo ſit clarificandum, oſtendit Chriſtus, videlicet per iudicium mundum liberans, & diabolum è mundo expellens, genteſque toto mundo conuertens. Vnde Chryſoſtomus; Cùm pater dixiſſet; *& clarificabo*; modum indicat Chriſtus, hoc eſt, *princeps huius mundi eijcietur foras, &c.* Nunc, inquit, hoc tempore paſſionis meæ, iudicium fiet mundi; ſententia pro eo aduerſus dæmonem, propter merita meæ Crucis feretur; ex mundo dęmon expelletur, gentes toto orbe ad Deum conuertentur. *Omnia enim traham ad me ipſum*, Iudæos, & gentes.

Mũdi iudicium quod ſit.

D. Auguſt. Beda, & alij, de iudicio diſcretionis hæc interpretãtur. S. Gaudentij hic eſt ſenſus: *Nunc iudicium eſt mundi*; hoc eſt, Nũc mundus iudicabit, & ſententiam feret aduerſus creatorem ſuum, & iudicem, me enim improbi homines morti adiudicabunt. Nunc iudicium eſt mundi (ait) hoc eſt, appropinquauit hora, vt mundi creatorem, ac iudicem mundus iudicet iudicandus, &c. Alterum habet ſenſum idem Gaudentius, ſcilicet, *Nunc iudicium eſt mundi*, num velit mihi Deo ſuo credere, an non. Eſt & alius huiuſmodi; *Nunc iudicium eſt*, id eſt, damnatio, *mundi*; nunc per paſſionis meæ exemplum, iudicabunt & damnabunt homines mundum; hoc eſt, delicias, voluptates, mundiq; ſcelera. Vel, *nunc iudicium eſt mundi*; nunc per paſſionis meæ exemplum, iudico ego mundum; eiuſque voluptates, & vitia, condemno. Primus ſenſus amplectendus. *Nunc iudicium eſt mundi*, mundum liberans, ſi liberari velit. Iudicio autem æquiſſimo ſeuetoque iure, liberatus eſt mundus, per mortem Chriſti: quoniam mors Chriſti, pro omnibus mundi peccatis pleniſſimè ſatisfecit. Soluta ſunt hoc iudicio mundi debita, liberatuſque eſt ſufficientiſſimè totus mundus, ex ſumma iuſtitia, per Chriſti merita; quamuis non efficaciter; oportet enim homines Chriſto cooperari.

Hoĩes ꝑ paſſionẽ Chriſti mũdum damnant.

Adde & hunc ſenſum: *Nunc iudicium eſt mundi*, id eſt, condemnatio mũdi, cauſa condemnationis mundi; quia nunc princeps mundi huius, foras expelletur vi paſſionis meæ. Mundus tamen ſub poteſtate eius eſſe potius volet, quã ſub mea. Simile illud eſt Ioan. 3. *Hoc eſt autem iudicium*, id eſt cauſa dãnationis, *quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem, &c.* id eſt, voluerunt potius ſequi dæmonem, quam Solem Chriſtum. Fauent huic ſenſui verba illa Chriſti Ioan. 16. *Arguet Spiritus ſanctus mundum de iudicio; quia princeps huius mundi iam iudicatus, &c.* quæ ſuo loco ſunt explicanda. Quaſi dicat: Arguet mundum de iudicio facto, quia principi mundi diabolo iam iudicato, & foras eiecto, maluit ſeruire, quàm Deo.

Hoĩes voluerunt potius ſequi diabolum, quam Chriſtum.

Nunc

Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.

Diabolus cur dicatur müdi princeps.

DVæ hic ſunt quæſtiones. Prima, cur diabolus princeps dicatur mũdi? Secunda, quo nam modo eiectus ſit foras? Primæ reſpondetur, diabolum non appellari mundi principem: quòd cęlo, vel terræ dominetur. Nihil enim vel in cęlo, vel in terra habet imperij. Sed quòd hominibus mundi incolis imperet. Mundum, hominesque abſq; Chriſto conſidera: Si ita conſideres, totus mũdus, omneſque homines poſt Adami peccatum ſub diaboli tyrannico principatu erant, propter peccata. Hoc pacto conſiderato mundo abſque Chriſti gratia, totius mundi princeps diabolus erat. Nemo enim abſq. Chriſti gratia, illius imperium poteſt effugere. Rurſus conſidera mundum, Chriſti merita habentem, & crucem, ac ſanguinem: per quem veram agentes pœnitentiam, Deo ſatisfaciunt homines. Hoc modo conſiderato mundo, ex illo princeps diabolus, eiectus eſt ſufficientiſſimè, & ſi nõ efficaciter ex omnibus hominibus, &c.

Mundi nomine mali appellãtur.

D. Auguſt. tract. 52. in Ioan. ait dictum principem mundi, id eſt, malorum hominum, qui habitant in mundo. Ita Paulus appellat dæmones, *rectores mundi*, ad Ephe. 6. Mundum (ait Chryſoſt.) hic malos homines Apoſtolus dicit. Dæmones verò horum magis dominantur, &c. Paulus hos ſignificat cum addit: *tenebrarum harum:* id eſt, hominum impiorum, qui tenebræ ſunt, illud eiuſdem Apoſtoli eadem epiſt. cap. 5. *Eratis aliquando tenebræ, &c.* tenebræ autem dicuntur impij, maximè ij, qui fidei lumine carent. Vnde eadem epiſt. cap. 4. *Non ambuletis* (ait) *ſicut & gentes ambulant, in vanitate ſenſu ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorationem, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, &c.*

Diabolus prĩceps maximè infidelium qui colebãt idola.

Credo Chriſtum præcipuè ad idololatriam reſpexiſſe, per quam cum maximis vitijs copulatam, in mundo diabolus colebatur. Nã ſermo hic, vt iam animaduertimus, gentilium occaſione

A habitus eſt. Princeps ergo mundi dicitur diabolus, præcipuè quia in idolis toto terrarum orbe colebatur. Iuxta illud Pſal. 95. *Omnes dij gentium dæmonia, &c.* illud Pſal. 105. *Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas, dæmonijs, &c.* Princeps erat, eo tempore principum, & regum', princeps Romanorum, qui orbis imperium obtinebant, reliquorum quoque regum, qui tunc viuebant.

Quomodo diabolus ab imperio ſuo pulſus ſit.

Secũdæ quæſtioni reſpondetur, eiectum B eſſe hunc principem foras, præcipuè quia eiectus eſt ex principatu mũdi, cui per idololatriam imperabat. Eiecta eſt autem idololatria ex maxima orbis parte, paulatimque eijcitur vſque in finem orbis. Prætereà, quia eiectus eſt per Chriſti paſſionẽ, ſufficiẽtiſſimè ex dominatu in homines, ita vt ipſius imperium facilè, ſi velint, Chriſto opitulante poſſint effugere. Eiectus autem eſt foras ex principatu dæmon, ſed non ex oppugnatione. C Quamuis enim ex probis hominibus ſit expulſus, tamen illos oppugnare non eſt prohibitus. Quamobrem ſi obiicias: Dæmon foras expulſus eſt, Cur igitur ait Paulus ad Epheſ. 6. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus principes, & poteſtates aduerſus mundi rectores, tenebrarum harum, &c.* & Petrus epiſt. 1. c. 5. *Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, &c.* Reſpondetur: D expulſum quidem eſſe diabolum foras à poſſeſſione, & imperio, ſed non ab oppugnatione. Permittitur namque oppugnare arcẽ, ex qua eſt eiectus, hoc eſt, tentare, propter eam, quam hæ oppugnationes afferunt vtilitatem. Quia diabolus (ait D. Iſid. l. 3. de ſum. bono c. 5.) in Sanctis intrinſecus non regnat, contra eos extrinſecus pugnat. Et qui intrinſecus amiſit dominium, exterius commouet bellum. E

Diabolus pulſus ab imperio, ſed non ab oppugnatione.

Vrgebis, Chriſtus ait. *Nunc princeps huius mundi eijcietur*, id eſt, hoc tempore. Quis igitur à dæmonis poteſtate Abrahamum liberauit, Dauidem, reliquoſque patres, qui ante Chriſti crucem extra Satanæ imperium vixere? Reſpondetur, Chriſtum, *Nunc*, id eſt,

hoc

Diabolũ expulit Chriſtus ab antiquis patribus.

hoc Crucis tẽpore, Abraham, a dæmonis poteſtate liberaſſe, & cæteros, qui ante Chriſti Crucẽ à dæmonis poteſtate ſunt liberati. Nã crucis futuræ virtute, gratia illis donata eſt, repulſuſq; Satanas. Ergo, ait, iam tunc princeps mundi à mũdo eiectus erat. Negamus. Nondũ.n. ſummus Rex, à quo eiectus eſt, venerat, ſed futuri aduentus virtute, eum iam tunc expellebat. Tunc eiectus eſt ex paucis, poſt aduẽtũ ex plurimis: Vnde Auguſt. tract. 52. in Ioan. eiectus, inquit, eſt Satanas de cordibus patriarcharũ, & prophetarũ, veterum que iuſtorũ. Quomodo ergo dictũ eſt. *Nunc eijcietur foras* Quomodo putamus, niſi quia tunc quod in hominibus pauciſſimis factum eſt, nunc in multis magniſque populi, iam mox futurum eſſe, prædictum eſt? &c.

A B Exiſtimant nonnulli principem mũdi luciferum eiectum foras ex mundo in Tartarũ, ibique religatũ eſſe ad Antichriſti vſq; tempus, idque verba illa Apoc. 20. indicare. *Apprehendit angelus draconẽ qui eſt diabolus, & Satanas, & ligauit eũ per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illũ, vt nõ ſeducat amplius gẽtes, &c.* Neq; eſt à probabilitate aliena opinio. Iuxta quã hic locus ſic explicari põt: *Princeps huius mũdi* Lucifer, *eijcietur foras*, ex mũdo in tartarum, ibique alligabitur: Luciferũ autẽ in tartaro eſſe religatũ ſentire videtur D. Gregorius libro 4. Mor. c. vi: Hũc Leuiathã, inquit electi Angelorũ ſpiritus, nũc in puteo abyſſi clauſum premunt. Vnde ſcriptum eſt Apoc. 20. *Angelus apprehendit Draconẽ, & ligauit eum, & miſit eum in abyſſum, &c.* Libro tamen. 8. moral. ca. 25. miſſum in abyſſum diabolũ interpretatur ideſt. in corda reproborũ. Quẽ in modum interpretatur Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. cap. 7. Andreas Cæſarienſis epiſcopus in Apocalypſin; Ioãnes, inquit, narrat factam in paſſione Diaboli ſubuerſionem, in qua eũ, qui fortis eſſe videbatur, fortior eo Chriſtus dominus noſter ligauit: noſque qui ſpolia eius eramus, ab ipſius manibus liberauit, condẽnato eo in abyſſum. Ligatũ autem eſſe oſtẽdit idololatrie interitus, & ſubuerſio templorũ idolorum,

& diuinæ voluntatis in toto orbe impletio, atque cognitio; Hæc ille.

Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.

Exaltatio crucis mortem deſignat.

CRucis mortẽ indicat Chriſtus, vt Euãgeliſta indicat, ꝑ quã iudiciũ mundi factum eſt; eiectus foras mundi princeps, hominesque ab eius poteſtate erepti; agitq; de gentilium, ideſt, orbis tractione, & cõuerſione. Exaltatione appellat crucis mortẽ, quia qui cruci affigebatur, à terra in aerẽ exaltabatur. Sẽſu tamẽ occultiori, exaltationẽ appellat, quia crux exaltauit Chriſtũ, iuxta illud Pauli ad Philip. 2. *Propter quod, & Deus exaltauit illũ*, totũ quoq; exaltauit mundũ. Ioãnis 8. *Cũ exaltaueritis*, inquit, *filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Ioan. 3. *ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, &c.* Grçcè nunc legitur, πάντας ἑλκύσω, i. oẽs trahã, noſter interpres legit, πάντα. i. omnia trahã. Primus horũ verborum ſenſus, eſt Aug. tract. 52. in Ioãnẽ: Si exaltatus fuero à terra in cruce, oĩa traham ad me, quæ ſunt in hoĩne, ſpiritũ, animã, & corpus. Secũdus ſenſus eſt eiuſdẽ Auguſtini, *traham omnia*, hoc eſt, oẽs prædeſtinatos. Et.n. omnia Dei in hoc mũdo, ſunt quodãmodo prædeſtinati. Impij nihil ſunt, etſi reges maximi, iuxta illud Pauli 1. Cor. 13. *Si caritatẽ nõ habuero nihil ſum.* Tertius ſenſus eiuſdem patris, trahã oĩa hoĩnũ genera ex omnibus notionibus, ætatibus, cõditionib'.

Quomodo Christus traxerit omnia.

C D E Mihi ſenſus Chryſoſt. placet; *traham omnes*, legit ille, ideſt, non ſolum Iudæos, ſed etiam Gentiles. Idem ſenſus eſt Theophylacti, eſt ſenſus prædictis de grano frumenti, & gentium cõuerſione cõgruens; hactenus traxi Iudęos ad me, & ex gentibus paucos, nunc autem per crucem omnia traham, ideſt, omnes populos traham omnes nationes, orbem totum ad fidem vocabo, hunc ſenſum indicat Ambroſius Pſal. 118. oct. 12. ad illa verba *in generatione, & generationem veritas tua, &c.* Cum ait, aduerte quomodo omnia trahat, exaltatus eſt in cruce, & totus credidit mundus, &c. In epiſtola verò ad Rom.

cap.1. *Cùm exaltatus* (inquit) *fuero a terra omnia traham, ad me*, id eſt, tunc cognoſcar omnium eſſe Dominus, &c. Si opponas, Chriſtum nō traxiſſe oēs: reſpondetur traxiſſe oēs ſufficienter, ſed nō efficaciter, quia non oēs illi volunt obtemperare. Prætereà, omnes traxiſſe dicitur, quia omnibus Euangelium prædicari iuſſit. Marc.16. *Euntes in mūdum vniuerſum, prædicate Euangeliū omni creaturæ, &c.* Si vrgeas, Chriſtum nō dixiſſe, *omnes*, ſed, *omnia* reſpondetur, eūdem eſſe ſenſum, ſiue legas, *omnes*, ſiue *omnia*. De hominibus enim loquitur, quemadmodum ad Rom. 11. Paulus cū ait: *Concluſit Deus omnia ſub incredulitate*, id eſt, omnes homines; hominum.n. eſt incredulitas, non lapidum, &c. Ad Gal.3. *Concluſit Scriptura omnia ſub peccato*, id eſt, omnes homines. Item Ioannes 6. *Omne* (inquit Chriſtus) *quod dat mihi Pater, ad me veniet*, & 17. *Vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternā, &c.*

Per crucem traxit Chriſtus principatum.

Non prętermittam alium ſenſum: ſit quintus ſenſus: *Omnia traham ad meipſum*: hoc eſt, rerum omnium principatum adipiſcar per crucem, omnia mihi ſubijciam. Sic videtur exponere Iuſtinus in quæſt.65. ad orthodoxos, quęſt. 39. Dicti (inquit) eius quo ſignificatur pertracturum ad ſe omnes, tum finis erit, cùm aboleuerit principatum, dominationē, & poteſtatem omnem. Minimè autem cōuenit, ea quæ finis ſunt, ante finem requirere, &cæt. hoc eſt, quod Paulus ait ad Philipp. 2. *Propter quod & Deus exaltauit illum, &cæt. vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, &cæt.* D. Leo ſerm. 13. de Paſſione, videtur ita interpretari hæc verba, ſi moriar traham ad me, & Eccleſiam meam, figuras omnes veteris legis. Dicente Domino *cùm exaltatus fuero à terra*, (ait D.Leo) *omnia traham ad me*: nihil legalium inſtructionum, nihil propheticarum reſedit figurarum, quod non totū in Chriſti Sacramenta tranſierit nobiſcum eſt ſignaculum circumciſionis, &cæt. Et ſerm 8. de Paſſione: Traxiſti, (inquit) Domine omnia ad te; vt quod in vno Iudææ templo, obumbratis ſignificationibus tegebatur, pleno, apertoque, Sacramento, vniuerſarum vbique nationum deuotio celebraret, &c.

Cur Chriſtus vſus ſit verbo traham. Vis crucis liberauit homines, ex ſeuero iure iuſtitiæ.

Verbum, *traham*. Chryſoſtomus exponit his verbis: *Traham*, tamquam à tyranno detētos, & per ſe minimè potentes manus eius effugere, vtpote repugnantis. Alio loco Marc.3. rapinam appellat: *Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domū diripere niſi prius fortē alliget, & tunc domum eius diripiet*. Hæc autem ad illius vim oſtendendam dicit; vt illic rapinam, hic tractionem appellaret. Sic ille. Vis opus erat, & quidem ſumma ad trahendos homines, id eſt, eripiendos ex poteſtate Satanæ, ſed vis iuſtitiæ. Vis hæc crucis fuit. Tanta illius vis eſt, vt omnes homines, ſufficienter ad Deum traxerit. Non intulit Diabolo vim Chriſtus, ſed meritis crucis ſuæ, homines illo inuito, traxit per ſummam iuſtitiam. Vt enim Aug. ait lib.13. de Trinit. c.13. Diabolus nō potentia, ſed iuſtitia ſuperandus fuit, &c. Si vi, & potentia trahere voluiſſet, nutus vnus aduerſus Diabolum ſatis fuiſſet. Iuſtitia traxit, quæ vim habuit maximam; hominibus vim nō infert; liberum relinquit arbitrium, ſed libero arbitrio ſaluo, ſuauiter illos diuinis trahit auxilijs.

Deus trahit homines ſaluo libero arbitrio.

Oportet exaltari Filium hominis.

TVrba hominum, quę circumſtabat intellexit Chriſtum de morte loqui ſua, & cruce. Obiecit: *Nos audiuimus ex lege quòd Chriſtus*, id eſt, Meſſias ęternus eſt: cur ergo tu dicis, *oportet exaltari Filium hominis* in crucem, & vita priuari? Quis eſt iſte Fili⁹ hoīs exaltādus, & occidēdus? Nunqd Meſſias? At ille ęternus eſt: morinō poteſt, legem appellant Scripturam, aliquādo enim lex arctè ſumitur, pro quinque libris Moſis, vt Luc. 24. *Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege, & Pſalmis, & Prophetis, &c.* Aliquando latius, ita vt Scripturam totam complectatur, Ioan.15. *Sermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, &c.* i. in Pſalmis. 1. Cor. 14. *In lege ſcriptum eſt*, ideſt in Iſaia. Hoc loco latè ſumitur. Scriptura verò æternitatis Meſſiæ multis in locis meminit. Pſalm. 109. *Tu es Sacerdos in æternum, &c.* Pſal. 71. *Permanebit cum Sole, & ante Lunam, in genera-*

Chriſtus in lege dictus eſt æternus.

Meſſias æternus.

generatione, & generationem. Dan. 7. *Poteſtas eius poteſtas æterna, &c.* Pſalm. 88. *Ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli, &cæt.* Iſaiæ 9. *Super ſolium* Dauid, *& ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, à modo, & vſque in ſempiternum.* Ezech. 37 *Dauid princeps eorũ in perpetuum, &c.*

Meſſias mortuus, & æternus.

Audierat turba à ſuis doctorib. Meſſiam in æternum permanſurum; quod Scriptura aſſerit, veriſſimumque eſt. Sed non audierat Meſſiam moriturum; quod Scriptura etiam affirmat; Iſaiæ 53. Dan. 9. Pſal. 21. Et alijs locis. Legis enim periti Meſſiæ æternitatem, & gloriam, in Scriptura intelligebant, & docebãt, mortem, & opprobria, minimè. Vtrumque verum eſt, & mortuus eſt Meſſias, & æternus eſt, æternumq; habet Regnum, ſiquidem reſurrexit, regnatque in ſempiternum. Atque, id eſt, quod Chriſtus ſuis verbis ſignificauit: *Ego ſi exaltatus fuero à terra*, id eſt, ſi crucifigar, & moriar: *Omnes homines traham ad me ipſum*, & æternus eorum Rex ero. Vnde Rupertus: In vnã (ait) ſolùm partem videtis ò Iudæi. Numquid hoc ſolùm dixit Chriſtus, quòd exaltandus eſſet a terra, & non addidit, quòd omnia traheret ad ſeipſum? Quare ergo hoc ſolùm aduertiſtis, quòd ſignificaret ſe eſſe moriturum, & non contuliſtis cum eo, quod teſtificatur lex Chriſtum manere in æternum? Nempè quod eſt, & exaltari Chriſtum à terra, & omnia trahere ad ſeipſum, hoc eſt, mori Chriſtum, & manere in æternum, &c.

Quomodo Chriſtum moriturũ eſſe ex his verbis turba intellexerit.

Non leuis quæſtio eſt, quoniam modo turba intellexerit, Chriſtum verbis illis: *Ego ſi exaltatus fuero à terra*, mortẽ ſignificaſſe? Reſpondet ſic D. Auguſt. Hoc eum dixiſſe intelligebant, quod facere cogitabant. Aperuit eis verborum iſtorum obſcuritatem ſtimulata conſcientia, &c. Et Rupertus: Non mirũ vos illud in verbis eius intellexiſſe; quod inſidiantes in abſcõdito conſciẽtiæ cubili, facere cogitabatis, &c. Si cui hæc ſententia placuerit, dicet in turba hac multos fuiſſe maleuolos, & Chriſto inſidiantes, qui hoc dixerint; quia ſciebant Sacerdotum principes, A & Phariſæos, mortem Chriſto machinari. veriſimilius videtur turbam ſimpliciter loqui, intellexiſſe verò Chriſtũ de morte crucis loqui, quòd mors crucis vulgò exaltatio à terra diceretur.

Illud difficilius eſt explicatu, cur nõ dixerit turba, quomodo tu dicis, oportet me exaltari à terra, id eſt, crucifigi? ſed, *quomodo tu dicis oportet exaltari Filium hominis?* Si quidem Chriſtus Filium hominis ſe tunc non appellauit. B Præterea, cur addiderit: *Quis eſt iſte Filius hominis?* Si Chriſtus manifeſtiſſimè dixit: *Ego ſi exaltatus fuero à terra:* & de ſeipſo apertiſſimè locutus eſt, cur hi homines interrogẽt: *Quis eſt iſte Filius hominis*, quem dicis exaltandum à terra? His adde Chriſtum non dixiſſe; oportet me exaltari à terra, ſed ego ſi exaltatus fuero à terra: vnde ergo collegit turba verbum *oportet.* Duobus modis hic nodus expediri poteſt. Primò, ſi dicamus Chriſtum hæc dumtaxat verba C protuliſſe. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*, turbam verò non eadem verba, ſed eundem ſenſum repetiuiſſe. *Quomodo tu dicis oportet exaltari Filium hominis?* Verbũ *oportet* collegit turba, ex verbis Chriſti, *ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Significat enim illa particula, *ſi*, oportere Chriſtum exaltari, ſi trahere velit omnia. Idem colligere potuerunt ex illis verbis ſuperioribus; *niſi granum frumenti mortuum fuerit, ipſum* D *ſolum manet, &c.* Quia verò Chriſtus Filium hominis ſe appellare ſolebat, Filium hominis appellarunt. Vel, quia Iudæi loqui conſueuerant ſic. Quomodo dicis oportere Filium hominis crucifigi, vt trahat omnia ad ſe: Præterea, rogauerunt *quis eſt iſte Filius hominis?* quamuis Chriſtus de ſe locutus fuiſſet. Vt clarius de exaltatione, & tractione Dominus loqueretur, fingebant enim ſe non intellexiſſe, de quonam verba faceret.

Ioãnes aliqua Chriſti verba prætermiſit.

E Secundo modo reſponderi poteſt, Ioannem aliqua Chriſti verba prætermiſiſſe: quemadmodum Ioan. 11. ſcribere prætermiſit, Chriſtum vocaſſe Mariam. Cùm tamen ex illis verbis Marthæ; *Magiſter adeſt, & vocat te*, colligatur

ligatur illam vocaſſe. Sic hôc loco prætermiſiſſe videtur, hæc Chriſti: *Oportet exaltari Filium hominis*, & forſitan plura alia. Itaque ſic forſitan locutus eſt Chriſtus: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Et exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, &c.* Quamobrem turba rogauit *quomodo tu dicis, oportet exaltari Filium hominis? Et quis eſt iſte Filius hominis?* Hunc in modum, nodum ſoluunt Ianſenius, & alij.

Adhuc modicum lumen in vobis eſt.

Duplex huius loci interpretatio.

AMbigua ſunt hæc verba, ſenſum hunc præ ſe ferunt, adhuc paruā lucem in intellectu habetis, parum intelligitis; quem ſequuntur D. Auguſt. Rupert. Beda, Lyranus, & alij, quaſi dicat Chriſtus, vt vult Auguſtinus, parum habetis luminis, intelligitis quidem Meſſiam eſſe æternum, non tamen intelligitis in cruce exaltandum. Sed Græca lectio indicat illud, *modicum*, aduerbium eſſe, & ſignificare idem, quod breui tempore, ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν. hoc eſt, *adhuc modicum tempus, lumen vobiſcum eſt*. In hunc ſenſum Græci exponunt, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius.

Chriſt' Sol mundi.

Eſt ſenſus horum verborum, idem qui illorum, Ioan. 13. *Adhuc modicum vobiſcum ſum:* hoc eſt, paruo tempore vobiſcum manebo. Et cap. 14. *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt* Item cap. 16. *Modicum & iam non videbitis me, &c.* Lumen, & ſolem ſe appellat. *Adhuc* (inquit) *modicum*, id eſt, paucis diebus, ego lumen, ſiue Sol mundi vobiſcum ero; paulò pòſt nocteſcet, cùm ego moriar, & veluti Sol occumbam. Quamdiu me lucem habetis, ambulate, id eſt, credite in me; ne nox infidelitatis, & peccati, vos comprehendat. *Dum lucem habetis*, dum ego apud vos maneo, & ſolis inſtar fulgeo, *credite in lucem*, credite in me, *vt Filij lucis ſitis*, vt luci meæ ſitis participes, vt illuminemini meo lumine; vt lumine fidei, & caritatis, & gratiæ fulgeatis. Noluit obiectioni à turba propoſitæ reſpondere, Neque enim id opus eſſe iudi-

A cauit, ſed ad fidem hortatus illam eſt; paucisq; diebus victurum ſe aperuit, inſtareque exaltationem à terra, id eſt, crucis mortem, & ſolaris lucis occaſum.

CAPVT XVII.

De exaltatione Chriſti in cruce.

B Morale.

Crucis arboris ſanctiſſimæ fructus.

CRVCIS appropinquabat tempus. Arboris ſanctiſſimæ fructus indicat Dominus. Primus fructus eſt mundi iudicium. *Nunc* (inquit) *iudicium eſt mundi.* Secundus, Satanæ expulſio. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Tertius, omnium tractio: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Primus ſuauiſſimus crucis fructus, mundi iudicium fuit, non condēnans, ſed liberans.

Primus crucis fructus mūdi iudicium.

C Etenim duplex eſt Chriſti aduentus, primus, & ſecundus. Aduentu ſecundo mundum condemnabit, primo mundum per crucem liberauit: iuxta illud Ioan. 3. *Non miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum, &c.* Eſt iudicium condemnans, eſt alterum liberans. In iudicio extremo homines damnabuntur, in hoc crucis iudicio liberantur: in illo dæmonis tormētis, in Tartaro mancipabuntur,

D in iudicio crucis, à dæmonis ſeruitute eripiuntur. *Princeps* (inquit) *huius mundi eijcietur foras.* In illo homines à ſe iudex repellet. *Diſcedite* (inquiens) *à me maledicti:* in hoc hoīes traxit ad ſe: *Si exaltatus fuero à terra omnia trahā ad meipſum.* Iudicium cōdemnans vniuerſale, ad extremum diē differt, iudiciū liberans, multò ante finem mundi præſtitit. Priores Partes miſericordia liberans obtinuit,

E ſecundas iuſtitia condēnās ſibi aſſumpſit. Iudiciū condēnans, multa ſigna præcedent, multa quoque iudiciū liberans iam præceſſerunt. Oīa n. Chriſti miracula, ſtupendaq; ſigna, oīa item prophetarū vaticinia, hoc iudiciū præcurrerūt. Horrendū iudiciū, horrenda præcurrēt ſigna, ſuaue iudi-

Signa diuerſa vtriūque iudiciū præcedunt.

cium

cium liberans, ſuauia, iucundaque ſigna præcurrerunt. Iudicis damnantis tribunal erit nubes clariſſima, eiuſdem iudicis liberantis tribunal fuit, crux ſplendidiſſima. Idē Chriſtus iudex erat liberans in cruce, & debita eorū quos liberabat, in ipſo perſoluēs tribunali. Maieſtatem Dei offenderat homo, ſceleribus obſtrictus tenebatur, pœne ſēpiternæ reus erat, debitum ſoluere nō poterat. O miſericordiam infinitam! Ipſe Deus, ipſe iudex, debitū pro homine ſoluere in cruce voluit, ſolutòque debitō, ſententiam tulit, hominem debitorem liberantem, hoc eſt, iudiciū mundum liberans. *Nunc* (inquit) *iudicium eſt mundi.*

In cruce ſanctiſſima iudicium fuit mundi, & quidem ſeueriſſimum; ſeueriſſimo enim iure hominis debitum ab ipſo iudice perſolutum eſt vſque ad extremum quadrantem. Quid dixi, vſque ad extremum quadrantem? aio infinitis partibus ſuperatum eſſe debitum, à ſolutione exhibita à iudice. Ex cruce, canit Eccleſia, ſæculi pretium pependiſſe.

Beata cuius brachijs,
Sæcli pependit pretium.

At non ſolùm huius ſæculi, vel mundi, ſed infinitorum ſæculorum, vel mundorum pretium illud eſſe potuit. *Quæ non rapui tunc exoluebam:* ait Dominus, Pſal. 68. quia debita, quæ non contraxerat, perſoluit. Rapuimus nos debitàque contraximus, ipſe iudex rapta nobis reddidit. Chriſtus (ait Ruffinus in hunc Pſalmi locum) nihil rapuit, quia non peccauit, & tamen peccati debitum, id eſt, mortem exoluit, &c. Si in iudiciū latro duceretur morti adiudicandus, iudex vero miſercordia permotus, vt latro viueret, ſubire mortē vellet; quis non obſtupeſceret? Hoc iudex Chriſtus fecit. Agebatur in iudicio cauſa noſtra, ne nos latrones æterna afficeremur morte, iudex ipſe ſubiit crucis mortem, diuinæque iuſtitię fecit ſatis, Sap. 14. *Benedictum lignum,* dicit, *per quod fit iuſtitia*. De Arca Noe exponitur locus per quam iuſtitia facta eſt, quoniam diluuio abſorptis impijs, iuſtus Noè cum filiis, futuri mūdi ſeminarium euaſit. Nonnulli patibulo

Chriſtus non rapuit ſed rapta perſoluit.

Benedictū lignū crucis per quod facta eſt iuſtitia.

A interpretantur, in quo iuſtitia fit, dum in eo pœnas dant ſcelerū rei. De cruce exponit Ambroſius, Pſal. 118. oct. 8. ad illa verba: *Deprecabor vultum tuum, &c.* Benedictum eſt crucis lignū; per quod præcellentiſſima facta eſt iuſtitia, liberatùſque mundus eſt à diluuio peccatorum. Quæ eſt iuſtitia crucis, (ait D. Ambroſius) niſi quod aſcendens illud patibulum Chriſtus, peccatorum noſtrorum Chirographū crucifixit, & totius orbis peccatum ſuo cruore mundauit? &c.

B

Chirographo debita continentur, habebat Chirographū debitorum noſtrorum, id eſt, peccatorum, hoſtis noſter, Chriſtus clauis crucèque illud diſcidit, ſanguinèque deleuit, & à debitis nos liberauit. Chryſoſtomus tom. 5. in hom. ad Neophytos. Venit Chriſtus, & inuenit noſtrum paternum Chirographum, quod conſcripſit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fœnus auximus poſterioribus peccatis; ibi male-C dictio fuit, & peccatum, & mors, legiſque condemnatio, & hæc omnia Chriſtus deleuit, &c. Item; crucis claui, diſſipauerunt Chirographum peccatorū noſtrorum, &c. Aug. de peccat. meritis, & remiſſione, cap. 30. Noſtrum corpus, mortuum eſt propter peccatum, Chriſti autem corpus ſolùm, mortuū ſine peccato, vt fuſo ſanguine ſine culpa omnium culparum Chirographa delerentur quibus debitores, qui D in eum credunt, à diabolo antea tenebantur, &cætera. Pſalm. 71. *Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum, &c.* Vſuræ peccata ſunt, vt ait Auguſt. eodem Pſalm. & quidem grauiſſima, quas pro tenui oblectatione dæmoni perſoluimus, ex his vſuris Chriſtus nos in cruce pretio perſoluto redemit. Gratis nos dæmoni vendidimus, ſed non gratis ab eius ſeruitute erepti ſumus. Gratis ille gemmam ven-E dit pretioſiſſimam, qui modico pretio illam vendit. Pretioſiſſima gemma anima eſt, hanc nos modico voluptatis pretio dæmoni tradimus, gratis igitur animam vendimus. At non eſt illa gratis à Chriſto empta, ſed pretio infinito, nempè Dei incarnati ſanguine. Iſaiæ, 52. *Gratis venundati eſtis, &*

Chirographū debitorū noſtrorū deleuit Chriſtus in cruce.

Vſuræ grauiſſima ſūt peccata.

Sine argento redempti ſumus, ſed nõ ſine pretio maximo

ſine argento redimemini, &c. ſine argẽto quidem redempti ſumus, ſed non ſine pretio maximo, vt monet D. Petrus epiſt. 1. cap. 1 *Scientes*, inquit, *quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, &c.*

Notatum à Deo lignũ crucis ab æterno.

Præcognitus fuit Agnus, præcognita crux, Agnique paſſio, ante mũdi cõſtitutionem, præcognitum fuit a Deo hoc ſingulare pretium. ac iudiciũ, iamq; olim propter illud, gratia antiquis data eſt patribus.

Quando pomi noxialis,
Morte morſu corruit Adam,
Deus ipſe lignum tunc notauit.
Dãna ligni vt ſolueret, canit Eccleſia.

Niſi enim iam tunc, imò ab æternitate crucis notaſſet lignum Deus, dæmonibus pares fuiſſent homines. Quemadmodum dæmones abſque remedio ceciderunt; ſic homines abſque remedio cecidiſſent. omneſque periiſſent. Notatum a Deo eſt lignum crucis, in menteque diuina veluti inſculptum, ab æternitate; quod intuẽs, etiam antequã carnem aſſumeret, hominibus peccata remittebat. Poſt tempus verò & orbẽ conditum, in diuinis Scripturis, multis eſt benedictio ligni adumbrata ſimilitudinibus.

Crux lignũ vitarum.

Gen. 2. *Produxit Dominus lignum vitæ:* Hebraicè, עץ החיים *hhets hachaiim* ideſt, *lignum vitarum, in medio paradiſi.* En tibi crucem lignum vitarum, infinitis enim hominibus vitam ſuo afferre fructu poteſt, iiſque affert omnibus qui ritè illo veſcũtur, qui dicitur etiã lignum vitarum crux, quoniam non vnam tantum, ſed duas vitas hominibus affert, vitam videlicet corporis. & animi. Nam ex cruce animi vita manat corporiſque reſurrectio. Interdicta hominibus eſt arbor illa vitæ, quæ in paradiſo erat. Vnde illud Gen. 3. *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeũ gladiũ, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ, &c.* At noſtra arbor vitarum, non eſt interdicta, ſed omnibus cõceſſa. Non cuſtodiunt Cherubini, flammeuſque gladius, viam huius ligni vitæ patet omnibus. Accede, fructum collige ſuauiſſimũ, cuius eſu duas repellas mortes, temporariam, atque æternã.

Crux Arca Noe ſimilis & naui.

Geneſ. 7. Per Arcæ lignũ, Noe diluuio ereptus eſt. En tibi ligneam Arcã crucẽ, per quam à peccatorum omnium, æternorumque tormentorum diluuio eripiaris. Nemo niſi ij, quos Arcæ lignum excepit, mortem euaſit, nemo præter eos, quos lignum crucis excipit, interitũ euadet ſempiternũ. Quos non vexit Arca, obruit vnda. Quos nõ vehit crux, obruet Orcus. Nemo abſq; nauis maris fluctus poteſt ſulcare; nemo abſque ligno crucis, ſæculi procellas poteſt pertrãſire. Inſtituit Chriſtus (ait Auguſt. tract. 2. in Ioannem) lignũ, quo mare tranſeamus. Nemo enim poteſt tranſire mare huius ſæculi niſi cruce Chiſti portatus, &c.

Crux Arcus ſeu iris nõ ſagittis vacuus ſed plenus.

Gen. 9. *Arcum meum* (ait Dominus) *ponam in nubibus; & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram, &c.* En crucem Arcum, & ſignum fęderis, quod Deus cum hominibus percuſſit. En Arcum non vacuum ſagittis, vt ille, qui in nubibus apparet, ſed amoris diuini ſagittis pleniſſimum: illis videlicet, de quibus vates Pſal, 44. canit: *Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corda inimicorum Regis, &c.* Acutæ ſunt amoris ſagittæ, quas arcus hic iaculatur, in corda inimicorũ, vt amicos faciat, & amicorum, vt amorẽ augeat. Cadunt crucis vulnerati ſagittis populi, ſed fęliciter cadunt, vt in ęternam cęli gloriã extollantur. *Vide Arcum* (ait Eccleſiaſticus, cap. 43.) *& benedic eum, qui fecit illũ: valde ſpecioſus eſt in decore ſuo, &c.* Intuere item diligenter crucis Arcũ, & ea omnia beneficia, quæ per illum in te Deus contulit, contemplare, & benedic, laudibuſque Deum extolle, *Valdè ſpecioſus eſt in decore ſuo:* hoc eſt pulcherrimus eſt crucis Arcus, pulchritudinem ex membris pulcherrimi IESV trahens. Arcus ſiue iris,

Mille trahit varios aduerſo ſole colores, — *Virg. 5. AEne.*

vt poeta dixit. Crux verò, mille trahit varios, ex crucifixo Chriſti decores, mille trahit pulchritudines.

Gen. 22. *Tulit Abraham ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filiũ ſuum, &c.*

Quem-

Digitized by Google

Iſaac ligna ferẽs typus Chriſti.

A Quemadmodum Iſaac ligna holocauſti humeris tulit, ſic maximi illius holocauſti lignum, quo hominum peccata expiata ſunt, humeris Chriſtus tulit. Iſaac ligna tulit holocauſti. ſed in holocauſtum non eſt oblatus. Prohibitus enim eſt pater filiũ cariſſimũ morte mulctare, conari fuit ſatis. At Chriſtus, & lignum tulit holocauſti, & in holocauſtum oblatus eſt. Cruci ſuffigitur, neque vllus adeſt Angelus, qui prohibeat; videlicet, nõ erat Iſaac mũdi holocauſtũ, ſed Chriſtus. B Ideò Iſaac morti eripitur, Chriſtus immolatur, vt alibi iam fuſius diximus. Iam verò celebrem illam Iacob ſcalam. Gen. 28. cũ video, Chriſti crucem videor, videre.

Crux ſcala cœli.

Quid enim crux eſt aliud, quàm ſcala è terra in cęlum homines ducens? Ante crucem, ſcala carebat celſiſſimũ cęlum, neq; Abraham aſcendere valebat, neque Iacob, neque Dauid, neque Patriarchæ, neq; Prophetę, neq; vllus hominum. Appoſita eſt ſcala, erecta crux C eſt: in cęlum, licèt celſiſſimum, iam patet aſcenſus. Aug. ſer. 79 de tempore, ſcala (inquit) vſq; ad cęlos attingens crucis figuram habuit. Dominus innixus ſcalæ, Chriſtus crucifixus oſtenditur, &c.

Crux baculus Chriſti.

Cũ baculo typicus Iacob Iordanem tranſiuit. Gen. 32. *In baculo* (inquit) *meo tranſiui* Iordanem *iſtum, &c.* Baculus veri Iacob, id eſt, Chriſti, crux fuit, vt placet Aug. eodẽ ſermone: hoc baculo ſerpentis Tartarei cõtriuit caput, iuxta illud Gen. 3. *Ipſa conteret ca-* D *put tuum*. Virgo. n. contriuiſſe dicitur ſerpentis caput, per Chriſtum Filium, qui crucis baculo illud confregit. Nõ potuit Eliſæi baculus puerum ſuſcitare. 4. Reg. oportuit ipſum aduenire Eliſæum. Non poſſet baculus, id eſt, crux ipſa ſola, ſuſcitare mortuum hominẽ, oportuit aduenire Chriſtum, illiq; affigi. Ex Chriſto vires, ex Chriſto pretium, ex Chriſto honorem, ex Chriſto habet, quidquid boni habet crux: illa Chriſtum exaltauit, ab illoque ſum- E mopere exaltata eſt.

Crux Terebinthus ſub qua idola defoſſa sũt.

Terebinthus quoque illa, ſub qua Iacob idola humo obruit, crucis Chriſti vmbra, fuit, ſub qua idola Gentes contempſerunt, ac ſepelierunt; noſq; idola noſtra, id eſt, inanes honores opes, ac voluptates deſpicimus, ac ſepelimus Gen. 35. *Dederunt ei*, i. Iacob, *oẽs Deos alienos, quos habebãt, & inaures, quę erãt in aurib. eorũ. At ille infodit ea ſubter terebinthũ, &c.* Is qui Chriſtum in ſacra Crucis terebintho pendentem contẽplatur; omnia ſua idola, hoc eſt, quæcumque extra Deum malè amat, & colit, obruit humo. Exod. 7. admirandam cernimus Virgam Moſis, in colubrum verſam, draconesque maleficorum deuorantem; eundem in modum Chriſti Virgam, id eſt, crucem, videmus Orci dracones, peccataque omnia deuaſtantem.

Virga Moyſis crux.

Vt virga illa Moſis Ægyptios flagellauit, defendit Hebræos, ſic Crux, dęmones percuſſit, defendit hoĩes, *Virgam* (ait Dñs Moſi Exo. 4.) *hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna, &c.* Admiranda ſigna fecit in cruce Chriſtus. In cruce cęlũ aperuit, orbem redemit, principẽ mundi foras expulit, omnia ad ſe traxit. Signa admirãdi amoris erga hoĩes, admirandĩ odij aduerſus peccatũ, admirandæ humilitatis, atq; patientiæ præbuit.

Crux colũna nubis & ignis.

Populum Iſraeliticum. Exo. 13. *præcedebat Deus, ad oſtendendam viam per diẽ in columna nubis, & per noctẽ in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tẽpore, &c.* Populum verò Chriſtianum multo ſublimiorem Iſraelitico, præcedit Deus incarnatus, ad oſtendẽdã viam die, noctùq; in columna crucis. Eſt. n. crux, vt ait D. Hieron. Pſ. 95. generis humani colũna. Illa veluti columna firmiſſima mundus innititur, in illa domus Dei Eccleſia erecta recumbit. Columna hæc amore ignea Chriſtianos præcedit ad oſtendendam viã.

Crux cœli viã oſtẽdet.

Cœli. n. viam crux oſtẽdit, Chriſti cruci ſuffixi exemplum, qua via in cęlum ſit eundũ indicat: nimirum per humilitatẽ, patiẽtiam carnis macerationem, caritatemq. cum fide copulatã. Iſraelitæ columnam terreſtris viæ ducẽ ſemper intuebantur, ac ſequebantur; ſic Chriſtiani crucem ducem cęleſtis viæ intueantur ſemper, ac ſequantur. Chriſtum crucifixum ſemper contemplentur, illius veſtigijs ſemper inhæreant. Errat omnino in hoc deſerto, qui cęleſtẽ columnam, id eſt, crucẽ, non ſequitur. Iſraelitarũ columna ignea erat noctu, tenebraſq; illuminabat, nubis erat

diurno tpe, vt ab æſtus ardore prote-
geret, iuxta illud Pſal. 104. *Expandit nu
bē in protectionem eorum, & ignem, vt luce
ret eis per noctem, &c.* Chriſtianorũ co-
lũna, id eſt, crux, ignea eſt, igneis amo-
ris Chriſti ſuccenſa flammis; ignea prę
terea eſt, Chriſti fide, & exẽplo, Eccle-
ſiam illuminans: nubea eſt, quia ab ęſtu
diuinæ iuſtitiæ illos protegit, qui ad
eius vmbrã confugiunt. Exo. 14. *Reſpi-
ciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorũ per
columnam ignis, & nubis, interfecit exerci-
tum eorum, & ſubuertit rotas curruum, fe-
rebanturq; in profundum, &c.* Per colum-
nam ignis, & nubis, reſpiciens Deus ſu
per exercitum Ægyptiorum, illum va
ſtauit: per columnam noſtrã, id eſt, cru
cem, reſpiciens ſuper exercitum caco-
dæmonum, eundem profligauit.

Exod. 17. Iſraeliticum populum cer
nimus aquæ penuria laborãtem, & his
verbis cum Moſe loquentẽ audimus;
*Cur exire feciſti nos de Ægypto, vt occide-
res nos, et liberos noſtros, ac iumẽta ſiti? &c.*
Deus largiter aquam ſuppeditat, atq;
Cur Virga petram percutiunt.
admirabiliter iubet, Moſem Virga Ru
pem percutere, è Rupe percuſſa, ema-
nãt aquæ, &c. *Percuties* (inquit) *petram,
& exibit aqua vt bibat populus, &c.* Non-
ne ex Paulo ſcimus, 1. Cor. 10. Petram
Chriſtũ adumbraſſe? *Petra* (inquit) *erat
Chriſtus.* Non Iſraeliticus ſolum popu-
lus, ſed totus ſitiebat mundus, ſitique
confectus peribat. Percuſſit Moſes pe-
tram Virga, id eſt, percuſſerunt Moſai-
cæ legis ſectatores, Chriſtum cruce;
aquæ, quæ totius mundi ſiti explendæ
Crux eſt pelagus infinitum.
ſufficiant, largiſſimè profluxerũt, ſem-
perque profluunt. Pſal. 77. *Adaquauit
eos velut in abiſſo multa, &c.* abyſſus mul
ta, pelaguſque infinitum eſt crux Chri
ſti, adaquando vniuerſo orbi ſatis ſu-
perque eſt. Exod. 15. *Non poterat populus
aquas potare Mara, quoniam amaræ erant.
Oſtendit Dominus Moyſi lignum, quòd cũ
miſiſſet in aquas, in dulcedinẽ verſæ ſunt.*
Crux lignũ, aquis dulcitudinẽ afferẽs.
En vmbram ligni noſtri beatiſſimi, ac
dulciſſimi: cuius dulcitudo omnes vitę
labores, cruciatus, mortemq; ipsã, dul
cem reddidit. Si quid amarum tibi in
via, hoc eſt, in vita, occurrit; lignũ cru
cis in amaritudinem cõſiderando mit-
tẽ; amaritudo in dulcedinem conuer-
tetur. Longum eſſet perſequi vmbras

A reliquas crucis; hæc nunc ſint ſatis, ad
iudicium mundi reuertamur.

In peccatũ cecidere plurimi Ange-
Iudiciũ Dei in Angelos, & hoies.
li; & hoies cuncti. Duplex iudicium fe
cit Deus Angelorũ, & hoium, ſtupen-
dum verumq; fuit. In Angelos ſenten-
tiam tulit. oẽs abſq. remedio vllo, ętet
nis flammis mancipauit. Quis nõ ſtu-
peſcat, ſibiq; caueat, cum videat nobi-
liſſimas creaturas, abſq; vllo remedio,
& redemptione, æterno igni traditas?
Animaduertãt hoc Dei iudiciũ hi, qui
B miſericordia Dei abutuntur, & peccãt
in ſpe veniæ, atq; in peccatis perſeue-
rant. Si Deus præſtantiſſimos Seraphi-
nos, alioſq; Angelos, ſic dãnauit, quid
mirum, ſi te damnet homunculũ, miſę-
ricordia ad peccandum abutentẽ? lon-
gè diuerſum fuit hoium iudicium. Sen
tentiã tulit benigniſſimus Deus; reme-
diũ, redemptoremq; illis dandum, ſta-
tuit. Redemptorem aũt reperire diffi-
cillimum erat. Nullus. n. ex hoibus re-
Nullus hominum & Angelorũ hoium redemptor eſſe potuit.
demptor eſſe poterat, nullus ex Ange-
C lis, quoniam nullus ex his diuinæ iuſti
tiæ facere ſatis valebat. Quamobrem
Dei Filius Redemptor eſſe voluit. Cũ
verò Deus mereri nõ poſſet, humani-
tatẽ aſſumpſit, in qua crucifigi, mori-
que, & Deo hominũ debitũ perſoluere
poſſet, qua de re diximꝰ to. 1. li 4. c. 13.

Angelis, qui peccatũ cõmiſerunt, re
Cur hoibus datus ſit redẽptor, non Angelis.
demptorem Deus non dedit; quia mul-
tò maior pars Angelorũ in gratia per-
ſtiterat. Hoibus dedit, quia oẽs in pri-
mo parente peccato originali, additis
D præterea multis actualibus corruerãt,
vnde ſequebat̃ oẽs penitus perituros
fuiſſe, ſi non redimerentur. Noluit aũt
Dominus perire oẽs hoies. Aug. in En-
chi. c 29. Placuit Deo; vt quoniam non
tota multitudo Angelorũ perierat, ea
quæ perierat, in perpetua perditione
remaneret. Creatura verò rõnalis, quę
in hoibus erat: quoniam peccatis, atq;
ſupplicijs, & originalib. & proprijs to
ta perierat, ex eius parte reparata ſup
pleret, qđ diabolica ruina minuerat,
E &c. Præterea datus eſt hoibus redem-
ptor, q̃a fraude dęmonis ceciderãt, car
niſq; fragilitate circundati erãt. Adde
tertiam cauſam, ſ. datum hominibus re
demptorẽ, ne diabolus gloriaretur ſe
omnes homines à Deo ſeparaſſe, ſibiq;
in

in ſceleribus, ſupplicijſque æternis, omnes ſocios effeciſſe. Lege D. Leonē ſerm. 2. de Natiuit. Quia, inquit, gloriabatur diabolus ſua fraude deceptum hominem in diuinis caruiſſe muneribus, ſeque malis ſuis quoddā de præuaricatoris conſortio inueniſſe ſolatium: opus fuit ſecreti diſpenſatione conſilii, vt Deus primam pietatis ſuæ diſpoſitionem Sacramento .i. myſterio occultiore compleret, & homo, diabolicæ iniquitatis verſutia actus in culpam, contra Dei propoſitum non periret, &c. Datus verò eſt talis, ac tantus redēptor, nēpè Deus, & homo: quia ille ſolus potuit nos redimere, debitūq; pretium perſoluere. Hoc mūdi, hominūque iudicium, in cruce executus eſt redēptor. *Nunc*, inquit, *iudiciū eſt mūdi.*

Iudiciū mūdi in cruce executum.

Aliud quoque fuit in cruce iudiciū mundi, ideſt, aduerſus mundum, aduerſus mundi vitia, atque voluptates, aduerſus illa mūdi elementa, quæ Ioannes epiſt. 1. cap. 3. enumerat. *Omne*, inquit, *quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, &c.* Hæc omnia damnauit Chriſtus in cruce exēplo ſuo. Carnis ſuæ cruciatu, noſtræ carnis cupiditates, atq; voluptates; paupertate ſua admiranda, oculorū concupiſcentiā: humilitate ſtupenda, ſuperbiam vitæ condemnauit. Hoc in cruce iudiciū mundi

Chriſtus dānauit ī cruce, quicq́d in mundo eſt.

Fuit præterea iudicium terribile, aduerſus peccatum, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *De peccato damnauit peccatum, &c.* De peccato, hoc eſt, de ſacrificio illo ſtupendo, pro peccatis oblato, (Hebræi n. ſacrificium pro peccato, peccatum appellabant) de morte Chriſti in cruce, damnauit hominum peccata. Damnata ſunt ſeueriſſimo hoc iudicio peccata, nemo ergo illa domo audeat recipere. Eſt etiam aliud iudiciū ꝙ ex cruce emanauit, videlicet iudiciū quod in Sacramento pœnitentiæ exiſtit: Nunc iudicium eſt mundi hoc ſuauiſſimum; in quo reus peccata confitens, ſententiam audit ſuauiſſimam; non damnantem, ſed abſoluentem, ſacerdotem iudicem audit, Chriſti poteſtate dicentem; *ego te abſoluo.* O mundi iudicium miſericordia pleniſſimum. Bern. ſerm. 6. Cant. Vniuerſaliter, inquit, de cunctis pęnitētibus dicit Chriſtus; *Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras*: quod ſcilicet, humiliter confitenti, remittat Deus peccatū, & diabolus eum, quem in hominis corde inuaſerat, amittat principatum, &c.

Iudiciū aduerſus peccatum.

Confeſſio.

CAPVT XVIII.

De ſecundo crucis fructu, qui eſt dæmonum expulſio.

Morale.

SEcundus fructus crucis fuit dæmonis expulſio. *Nunc*, ait Dominus, *princeps huius mundi eijcietur foras.* Vide, quem habeant principem impij: tenebrę ſunt, principem habent tenebrarū. *Rectores tenebrarum harum* dicuntur dæmones à Paulo ad Epheſ. 6. tenebroſi ſunt, ſic ſibus in tenebris peccatorū degētibus imperāt. Qualis princeps, talis eſt curia, tales aulici, tenebrarum princeps, tenebroſam habet curiā, tenebroſos aulicos, cęcos, claudos, vitiorū caligine oppletos, ſuo principi ſimiles. Ex hac tenebroſa ſeruitute, crux nos eripuit, & in curiā ſplendidiſſimā Chriſti principis noſtri tranſtulit. Ad Epheſ. 5. *Eratis aliquādo tenebræ, nūc autē lux in Domino. Vt filij lucis ambulate*: tenebræ eramus, cū principis tenebrarū iugo opprimebamur. Cum autē ad principem lucis, expulſo tenebrarum principe, ducti ſumus, lux iam ſumus in Domino. Vt Filij lucis ambulemus.

Princeps tenebrarū, i. eſt, impiorū dæmon.

Principem tenebrarum vicit Chriſtus, crucisq; gladio debellatū ex mūdo expulit. Expulit autē crux gladius acutiſſimus, quo Rex gloriæ in prælio fortis, aduerſus cōmunē hoſtē præliatus eſt. Vnde illud Iſa. 27. *Viſitauit Dominus in gladio ſuo duro, & grādi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentē vectem, & ſuper Leuiathan ſerpētem tortuoſum, &c.* Septuaginta interpretes vertunt, *inducet Deus gladiū, ſanctum, & magnū, & fortem, ſuper draconem, colubrum fugientem, &c.* Gladius durus, grandis, & fortis, gladius ſanctus, crux fuit, hoc Chrus viſitauit ſuper

Crux gladius fortis.

ſuper Leuiathan tartareum, ſuper tortuoſum ſerpentem. Qui vectis etiam appellatur, tum propter magnitudinem, tùm quòd vectis inſtar, animi noſtri fores Deo occludere conetur, vel quòd vectis inſtar domum peccati, in quã nos introducit, occludat, ne exeamus. Symmachus vertit, *concludentem*, concludit enim diabolus multos in criminibus. Vectem (ait Hieronymus) ſiue claudentem, puto appellati, quòd multos ſuo carcere clauſerit, & propriæ ſubiecerit poteſtati. Nihilq; in ſe rectũ habet, & idcirco dicitur tortuoſus. Sic Hieronymus. Septuaginta Interpretes, vertunt: *colubrum fugientem*, fugit enim Chriſti crucem, fugitque eos, qui cruce armati animo forti illi reſiſtunt. Iuxta illud Iacobi 4. *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis, &c.* D. Cyrillus Iſa. 27. Serpentem (inquit) nominat Satanam: acerbus enim eſt, & veneni iaculator, & ad hæc timidus, ſemper enim ei familiare eſt fugere, &c.

Diabolus vecti ſimilis.

Dæmon timidus ſerpens.

Pſal. 44. de Meſſia dicitur: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſſime, ſpecie tua, & pulchritudine tua, &c.* Gladius quo cœleſtis bellator accinctus eſt crux fuit: hoc verò tunc accinctus eſt, cũ in humeros illam ſuſtulit, cumq; illi affixus eſt. *Accingere* (inquit) *gladio tuo*, additur per appoſitionẽ: *ſpecie tua, & pulchritudine tua*, hoc eſt, qui gladius ſpecies eſt tua, decor tuus, & pulchritudo tua. Etenim crux pulchritudo eſt, & decor Chriſti. Pulcherrimũ.n. nobis Chriſtũ reddidit, maximeq; amabilẽ. Fulmina, ſuppliciaq; Deũ faciunt terribilẽ. At in manibus, pedibusq; claui, in corpore cruciatus, pro nobis ſũmo amore tolerati, pulcherrimũ faciũt, & amabilem. Hinc illud D. Bern. ſer. 20. in Cãt. ſuper oĩa reddit amabilẽ te mihi Ieſu bone, calix, quẽ bibiſti, opus redẽptionis noſtræ: hoc omnino amorẽ noſtrũ facilè vendicat totũ ſibi: hoc eſt, quod noſtrã deuotionẽ, & blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius. Hæc ille. Eſt etiã crux ſpecies noſtra, & pulchritudo noſtra, quia noſtræ pulchritudinis, noſtrique decoris tũ animæ, tũ in reſurrectione corporis, cauſa eſt. Sequitur in Pſal. 44. *intende*, videlicet arcum, *proſperè procede,*

Crux amabilẽ reddit Chriſtum.

Crux arcus.

A *& regna.* Intendit arcũ crucis Chriſtus aduerſus diabolũ, ſagittis cõfixumq; è mũdo eiecit, proſperè toto orbe victor proceſſit, deuictaq; idololatria regnauit, iuxta illud hymni Eccleſiaſtici: *Regnauit à ligno Deus. Viſitauit Dominus gladio ſuo*, id eſt, *cruce ſuper Leuiathan.*

Hymnus incipit, Vexilla Regis.

Præterea eundem Leuiathan è mari huius ſeculi extraxit, atque expulit. In mari hoc magno, id eſt mũdo, immanis hic Leuiathan, hiãti ore ferebatur, hominesq; veluti paruulos piſces deuorabat. B Nullis retibus, nulliſq; hamis capi poterat. *An extrahere poteris Leuiathan hamo* (ait Dominus Iob 40.) *& funẽ ligabis linguam eius? &c.* Extrahere illum, nec ſolũ linguam, ſed totũ ligare Chriſtus potuit. Quo illum cepit? Quo extraxit? Cruce cepit, cruce extraxit, ex qua Verbum diuinum, hami inſtar carne cooperti, pependit vt magnus Gregorius docet Iob 4. Hamo (inquit) captus eſt. Quia in redemptore noſtro, dum per ſatellites ſuos eſcã corporis C momordit, diuinitatis illũ aculeus perforauit, &c. Iob 26. *Obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus, &c.* In mundo, velut in ventre quodam latiſſimo, incluſus erat ſerpens hic Tartareus, erat quoq; in cordibus hominũ, velut in vteris abſconditus, mirabili quodam partu, obſtetricante Dei potentia, ex his vteris, i. hominum cordibus, ac viſceribus, extractus eſt. *Princeps* (inquit) *huius mundi eijcietur foras.* D. Gregorius, cauernæ (inquit) huius D colubri, corda fuerũt iniquorum. Obſtetricante manu Domini, coluber de cauernis repulſus eſt; quia dum nobis diuina gratia medeẽ, is, qui nos tenuerat, antiquus hoſtis à nobis eijcit, &c.

Cruce captus Leuiathan.

Iſaiæ 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius, ſuperaſti, ſicut in die Madian, &c.* Oneroſum diaboli iugũ, virgam, & ſceptrũ principis huius mũdi, qui ab ijs, quibus dominatur, tributa exigit grauiſſima, hoc E eſt peccata, in cruce ſuperauit Dominus, ſicut in die Madian. Admirabiliter Gedeon, paucis militibus, lagenis fractis, apparente lumine, ſonantibuſque tubis, Madianitarum vicit exercitum. Chriſtus paucis diſcipulis, corporibus fractis, atque occiſis, apparente diui-

Victoria Chriſti per crucem mirabilis.

diuinitatis Chriſti lumine, prædicationis tubis ſonantibus, dęmonum exercitum ſuperauit. Iamque parabolam illam ſumimus, de qua Iſaiæ 14. legitur: *Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo, & a concuſſione tua, & a ſeruitute dura, quam ante ſeruiſti, ſumes parabolam iſtam contra Regem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cadentem populos in indignatione plaga inſanabili. Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit, &c.*

Triumphus Chriſti de diabolo qualis fuerit.

Ad Col. 2. *Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo, &c.* Chriſtus (ait Paulus) ſpoliauit dæmones imperio, & principatu mundi, imperioque ſpoliatos, *traduxit*, Græcè, ἐδειγμάτισεν, *oſtentauit, ſpectandoſque omnib. propoſuit:* quemadmodum triumphator captiuos, ſpoliatoſque regnis Reges, in triũpho oſtentat, atque traducit. Triumphauit .n. Chriſtus, de tenebrarũ principibus, *in ſemetipſo*, hoc eſt non comitatus Angelorum exercitu, ſed ſolus ipſe in cruce, cruciatibus. quos in ſemetipſo pertulit triumphum aliquem egit, Queres, an Chriſtus triumphum aliquem egerit, inſtar antiquorum imperatorum, in quo vinctos ferret dæmones palam coram Angelis? Reſpondere poſſem Chiſtum illis diebus, quibus in limbo fuit, palam, ideſt, coram animabus Sanctis, & Angelis, de lucifero victo, dæmonibuſque triumphum aliquem egiſſe; luciferumque catenis in Tartaro obſtrinxiſſe, ad Antichriſti vſque aduentum, idque ſignificare videntur verba Pauli. *Expoliãs principatus, & poteſtates, traduxit*, i. oſtentauit, *confidenter, palam, triumphans illos in ſemetipſo.* Sed huius ſententiæ auctorem quia non reperio, illam ab alijs diiudicandã relinquo. Theodoretus ſpoliatos intelligit dæmones, & traductos confidẽter palam, quoniam effecit Chriſtus, vt eorum imbecillitas omnibus hominibus nota eſſet. Theophylactus, in cruce ait, palam Dominum triumphaſſe. In cruce, inquit trophæum ſtatuẽs Dominus, tamquam in publico theatro Græcorum, & Romanorum, Iudæorum, de dæmonibus triumphauit, &c. Illud vero *traduxit*, ſiue oſtentauit, *palam*, interpretatur, indecoros eſſe fecit ignominioſos reddidit, pudefecit dæmones. Similiter œcumenius, triumphauit, inquit, Chriſtus de dæmone, p crucem ideſt, vicit, ac contra illum intelligibilem peregit triumphum, &c. Eſt ſenſus Pauli, ſpoliauit dęmones Dominus in cruce, in ſemetipſo de illis triumphauit, victor velut in triũpho, traduxit victos, atque oſtentauit ſumma cum libertate, poteſtate, & confidẽtia, confidenter, palam, Gręcè ἐν παῤῥησίᾳ. Sunt autem traducti dæmones, & oſtentati per orbem, quia nouerunt homines illorum imbecillitatem, iniquitatem, ſuperbiam, æternamque dãnationem. Præterea traducta ſunt, & ludibrio habita idola dæmonũ, oſtentui habitus eſt Iupiter, Saturnus, Mars, Iuno, Venus. cæterique Gẽtium Dij. per quos in toto orbe obtinebat dæmon principatum.

Quomodo Chriſtus dæmones traduxerit palam.

Quomodo Chriſtus vicerit diabolum.

Ad Hæbræos. 2. *(Ipſe)* ideſt, Chriſtus) *participauit eiſdẽ* (ideſt carni, & ſanguini) *vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium*, (id eſt diabolum) *& liberaret eos, qui timore mortis, per totam vitam obnoxij erant ſeruituti, &c.* Incarnatum eſt Verbum diuinum (ait Paulus, carnem, & ſanguinem aſſumpſit, ut deſtrueret diabolum, mundoque pelleret, & homines liberaret.

Quomodo diabolũ habuerit mortis imperiũ.

Quomodo autem diabolus habuerit mortis imperium, dubium eſt. Etenim diabolus non ita habebat imperium mortis, vt quos vellet occideret, & quos vellet, a morte liberaret. Reſpondetur dici, diabolum habuiſſe mortis imperium, quia imperabat morti, ideſt, hominibus mortalibus corpore, & mortuis animo, imperabat enim his diabolus: ijs vero, qui animo per gratiam viuebant, qui quidem pauciſſimi erant, non imperabat. Secundò dicitur imperium mortis, ideſt, mortiferum, quemadmodum vir fortitudinis, vir fortis; habebat ergo diabolus mortis imperium, ideſt, mortiferum, vtramq; enim mortem mundo attulit eius imperium, animi; atq; corporis. Hoc mortis imperium, mortiſq; imperatorẽ, & prin-

A principē, vitę imperator, & princeps Chriſtus, per mortem in cruce vicit, mundoque expulit, & träſtulit nos ex imperio, mortis, in ſuum imperium vitæ, iuxta illud Pauli ad Coloſſ. 1. *Eripuit nos Deus de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum Filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, &c.*

Chriſtus expulit diabolum ex müdo ſufficienter, ſed non efficaciter noſtra culpa.

Expulit quidem Chriſtus, per crucē principem tenebrarum ex mundo, vt diximus, ſufficienter. Si in mundo eſt, B & in cordibus noſtris, culpa noſtra eſt; qui datis a Chriſto remedijs non vtimur. *Adimpleo ea* (ait Paulus ad Coloſſ. 1.) *quæ deſunt paſſionum Chriſti in Carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, &c.* Quod ad ſufficientiam attinet, nihil deerat paſſioni, & cruci Chriſti, vt tamen efficax eſſet crux, applicatio, & prædicatio laboribus plena, deerat. Ideo Paulus ait, ſe adimplere, quæ deſunt paſſionum Chriſti, quia per multos labores Euangelium gentibus prædicabat. C Theodoretus; Dixit Paulus ſe adimplere ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, vt qui quod reſtat, impleat, & pro ijs per paſſiones ſuſtineat. Reſtabat autem, vt prædicaret Gentibus, & munificum ſalutis ſuppeditatorē oſtēderet, &c. Deeſt etiam paſſioni & cruci Chriſti. ut efficax ſit in nobis, noſtra cooperatio. Tuncque adimplemus ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in nobis cum cooperamur Chriſto, & pro eo patimur peccato reſiſtentes. Si ergo crucem Chriſti, D per quam diabolum mundo expulit, in nobis efficacem eſſe volumus, Chriſto cooperemur, illius inſpirationib. minimè reſiſtamus, quod ille imperat, eo iuuante, præſtemus. Caueamus verò, ne diabolum a Chriſto explſum, rurſus in mundum, vel in animum noſtrum reuocemus. Quemadmodum ex cœlo expulſus, in cœlum nunquam reuerſus eſt, ſic ex animo noſtro pulſus, E in illum numquam reuertatur. Audiamus S. Gaudentium Epiſcopum Brixienſem, qui D. Ambroſij ætate vixit, tract. 12. Cauendum, ait, nobis eſt, ne victoriam Chriſti, qua diabolū triumphauit, de captiuitate eius nos redimens, ſuo ſanguine pretioſo, & auferens ei humani generis principatum noſtro vitio irritam faciamus. Illius tyrannidi per illecebras carnis, crudeli eius regno, nos iterum ſubijcientes, in contumeliam Redemptoris. Vnde merito conqueratur, increpans & exprobans: *Quæ vtilitas in ſanguine meo?* Pſal. 29. ſine cauſa meus pro vobis ſanguis effuſus eſt, ſi ita vos geritis. Ita conuerſemini, ne diabolus iterū principetur in vobis, & ſpolia ſe tanti detraxiſſe victoris, i. Chriſti, ſuperbus prædo inſultet. Hæc ille.

Quid deſit paſſionibus Domini.

Noſtra cooperatio neceſſaria eſt ad Chriſti paſſionem.

Diabolus expulſus, ne reuocet.

Quomodo diabolus nos circumeat, ut deuoret.

Dicet aliquis: Qui fieri poteſt, vt diabolus expulſus ex orbe ſit cum D. Petrus epiſt. 1. ca. 5. illum affirmet leonis inſtar rugientis circuire nos? *Aduerſarius*, ait, *veſter diabolus tamquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, &c.* Reſpondemus, expulſum eſſe a Chriſto diabolum ex mundo, ſed ita expulſum vt tētare permittatur. Gregorius Iob. 26 ad illa verba: *Obſtetricante manu eius, &c.* Sanctos, inquit, non tenendo poſſidet, ſed tentando perſequitur. Nam quia non in eis intrinſecus regnat, contra eos pugnat extrinſecus. Et quia intus dominium perdidit; bella molitur foris, &c. Quamuis ergo pulſus ſit, diabolus ex corde, non eſt prohibitus tentare, vt coronas fabricet. Non ſocordiam nobis expulſio hoſtis pariat, ſed vigilantiam. Circuit enim vt deuoret. Quamobrem D. Petrus: *Sobrij, eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit, &c.* Vigilare oportet pulſo diabolo, ne redeat: quemadmodum vigilant milites pulſo hoſte, ne reuertatur. Luc. 12. *Reuertar*, inquit diabolus, *in domum meam, vnde exiui*, caue ne reuertatur, & domum ingrediatur: fores, id eſt, voluntatem, per quam ingredi ſolet, fortiſſimis claude repagulis, ſunt autem repagula, fortiſſima animi decreta, quibus firmiſſimè ſtatuis omne fugere peccatum, peccandique occaſionem, & illecebram.

Diabolus expulſus tentat nos, vt reuertatur

Tertius fructus crucis, tractio.

Tertius crucis fructus fuit omnium tractio: *Omnia*, inquit, *traham ad meipſum, &c.* Traxit Chriſtus cruce, totam cœli, terræque monarchiam. Per crucem enim cœli terræque monarcha ſummus eſſe meruit, qua homo ea. Traxit per crucem cœlum, traxit terram, traxit Angelorum, hominumque omnium

nium

Chriſtus per crucem cæli terraq; monarcha factus eſt.

nium imperium, traxit ad ſe homines A per fidem. idolorum, dæmonumq; cultu euerſo traxit per caritatem ſummam, quam in cruce demonſtrauit iuxta illud Oſeæ 11. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis, &c.* Ex cruce mille caritatis funiculos, ad nos demittit, quibus nos obſtringat, obſtrictoſque trahat. Cant. 2. *Ordinauit in me caritatem*, Hebraicè, וגלו עלי אהבה B *vegillo bhals hahabah*; quod verti etiam poteſt, ut pagninus vertit, *uexillũ eius ſuper me amor.* Quod eſt Chriſti vexillum? nõne crux amore pleniſſima? hoc amoris vexillum ſuper nos extulit, ꝙ inſpiciamus: quod ſequamur, quo trahamur: inſpiciamus vexillum noſtrum ſemper, amorem ducis noſtri, in vexillo fulgentem complectamur, & cum C ſancta illa ſponſa Cant. 1. clamemus; *Trahe nos poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum, &c.* Qui crucis vexillo, & amore trahitur, non trahitur inuitus: ſiquidem curit. Is. n. qui trahitur inuitus, non currit. *Curremus*, inquit, *in odorem unguentorum tuorum.* Quibus nã

Amor Chriſti vexillũ & crux.

Qui currit non trahitũ.

vnguentis, perfuſus eſt in cruce, dux noſter? Nõne ſanguine, cuius odor, terram, cœlumq; compleuit? nonne amore, & caritate admiranda, qua impulſus ſanguinem effudit? Horum vnguentorum odor animas, quæ illũ percipiunt trahit, atque ita trahit, ut currãt. Nam pedibus, amor addit alas. Omnia crux traxit omnia vincit, & nos cedamus cruci. Iuxta illud Nazianzeni ad Vitalianum, cruci omnia cedere iuſſiſti, eique latronem mundum affixiſti, &c. Vexillum crux eſt, ſignumq; illud, de quo Iſaiæ 11. *Et leuabit ſignum in nationes, et congregabit profugos Iſrael, & diperſos Iuda colliget a quatuor plagis terræ &c.* hoc eſt Omnia, omnes homines diſperſos, trahet ad ſe, in cruce exaltatus. Naziãze. in carm. de Virginitate.

Quin etiam expandens ſacrati corporis artus,
In fines orbis, mortale ex finibus orbis,
Contraxit genus, &c.

Iſaiæ 11. *Qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, &c.* Videlicet quia, illas trahet ad ſe.

CAPVT XIX.

De excæcatione Iudæorum, &c.

IOANNES CAPITE XII. Verſ. 37.

CVM autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant
38 in eum. * Vt ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur, quem, dixit; Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium,
39 Domini cui reuelatum eſt? * Propterea non poterant credere,
40 quia iterum dixit Iſaias. * Excœcauit oculos eorum, indurauit cor eorum; ut non uideant oculis, & non intelli-
41 gant corde, & conuertãtur, & ſanem eos. * Hęc dixit Iſa-
42 ias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo. * Verumtamẽ & ex principibus multi crediderunt in eum: ſed pp Phariſæos non confitebãtur, ut e ſyna-
43 goga non eijcerẽtur. * Dilexerunt. n. gloriam hominum, magis quam gloriam
44 Dei * Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me ſed in
45 eum, qui miſit me. * Et qui uidet me, uidet eum, qui miſit me * Ego lux in mũ-
46 dum ueni, ut oĩs, qui credit in me, in tenebris non maneat. * Et ſi quis audierit
47 uerba mea et non cuſtodierit, ego non iudico eum: non. n. ueni ut iudicem mun
48 dum, ſed ut ſaluificem mundũ. * Qui ſpernit me, & nõ accipit uerba mea: hẽt

qui

qui iudicet eum, ſermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum, in nouiſſimo die.* Quia ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mãdatum dedit quid dicam, & quid loquat.* Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis non credebant in eum.

Iudæorum credulitas arguitur.

POſt commemorata Chriſti miracula, & ſermones, antequam de paſſione Chriſti ſcribat Euangeliſta, Iudæorum admiratur incredulitatẽ, & de eorum excœcatione agit. *Cum tanta*, inquit, *ſigna feciſſet coram eis, non, credebãt in eum, &c.* Cum tanta, Græcè, τοσαυ, ideſt; *cum tot, cum tam multa* miracula Dominus in oculis Iudæorum feciſſet, quæ ferrea corda, ad fidem poſſent flectere, non credebant in eum. Tanta ſigna dixit interpres, ꝑ tot ſigna, ſic Matthæi 15. aiunt diſcipuli; *Vnde nobis in deſerto panes tanto?* hoc eſt, vnde nobis tot panes? Ioan. 6. *Hæc quid ſunt inter tantos* ideſt, inter tot homines? Chryſoſtomus ſcribit Ioannem miracula præter miſiſſe, de quibus hic agit. Et Theophylact. Tanta, inquit, ſigna, quæ prætermiſit Euangeliſta, &c. Itẽ Euthymius. Quot autem, ait, ſigna Chriſtus ediderit prætermiſit hic Euangeliſta, propter eorum multitudinem, &c. Vnde videntur credere, Chriſtum tunc multa feciſſe miracula, quæ Ioãnes, vt alia multa prætermiſerit, ſed veriſimilius eſt Ioannem de miraculis omnib. Chriſti loqui, quæ edidit dum inter Iudęos verſatus eſt, illorum annorum ſpatio, quibus inter eos vixit.

Vt ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur, &c.

Iudæorũ incredulitas ab Iſaia ꝑdicta, c. 53.

HAnc Iudæorum incredulitatem, ab Iſaia, multò ante prædictam indicat Euangeliſta. Sic enim Iſaias, c. 53. vaticinatur. *Domine quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? &c.* paucos ex Iudæis, in Meſſiam credituros prædicit. *Quis credidit auditui*, i. ſermoni a nobis audito de Meſſia. Vel ſermoni, quem nos a te audiuimus, ſane pauci ex Iudæis. Præteritum, pro futuro ponitur, ob certitudi-

A nem prophetiæ. *Et brachium Domini, cui reuelatum eſt?* paucis eſt apertus, & cognitus Meſſias, Patris brachium. Appellatur verò Meſſias, vt Patres docent, *Patris Brachium*. Rationem reddit Auguſt. tract. 53. quia omnia per ipſum facta ſunt Adde, & quia per eundẽ, magna fortitudine, veluti per Dei brachium, diabolus ſuperatus eſt, homineſque ex illius tyrannide liberati. Hæc verba iam explicauimus tomo 1. lib. 3. cap. 20. & Iſaiæ caput 53. totum.

Brachium Dei cur Meſſias dicatur

B Euthymius in Ioannem: Brachium (inquit) Patris eſt Filius, vtpote potentia, ac robur eius. Ait enim Paulus 1. Cor. 1. *Chriſtus Dei potentia, &c.* Theophylactus brachium ſignificare putat. potentem miraculorum Chriſti virtutem. Poteſt etiam ſignificare fortitudinem, & potentiam Dei, per Meſſiam in mundo oſtenſum.

Quæritur, quomodo verũ ſit, quod Euangeliſta ait: Non credebant Iudæi in Chriſtũ, ut impleretur ſermo Iſaię?

C Si propterea non credebant, ut prophetia impleretur, prophetia incredulitatis cauſa fuit, quod falſum apertè eſt. Quemadmodum enim, Dei præſciẽtia, nõ eſt cauſa, cur res fiant, ſic prophetia. Quia res euenturæ ſunt, idcirco a Deo præſciuntur, & a prophetis prædicuntur, non ãt quia præſciuntur & a ꝓphetis ꝑdicũtur idcirco eueniũt. Reſpõdet, illud, ut, nõ ſignificare cãm. ſed euentũ, & conſecutionem, in hanc ſententiam non credebant Iudæi, & qa

Quomodo dicitur res facta, ut impleretur vaticinium.

Vt nõ ſignificat cauſã ſed conſecutionem.

D non crediderunt, ita euenit, & factum eſt, ut impleretur prophetia, quæ de illorum incredulitate extat apud Iſaiam. Non credebant Iudæi, & illorum incredulitatem, ſecuta eſt vaticinij impletio. Euthymius: Dictio (inquit) ut, non eſt cauſalis, ſed euentum dicit, ſiue eius quod futurum eſt completionem. Et vbicunque dicitur: *Vt ſermo prophetæ compleretur, ut prophetia cõpleretur.* dictio, ut, & Græcè dictiones, ἵνα, ὅπως, ac ſimiles, dictam eandem habent

habent ſignificationem. Neque enim quæ dixerũt Prophetæ, ideò facta ſunt, quę dixerant;ſed quia futurum erat vt fierent;propterea prędixerunt Prophetæ,&c. Caietanus ait, Deum ordinaſſe incredulitatem Iudæorum, ad implendum Iſaiæ vaticinium;quemadmodum ordinauit dæmonis iniquitatem aduerſus Iob, ad ipſius Iob commodum, & triumphum. Non credebant ergo Iudæi, vt impleretur vaticiniũ Iſaiæ.Ordinabatur enim eorum incredulitas,ad vaticinium implendum.

Loquitur Euãgeliſta ex hypotheſi. Crediderim Ioãnem loqui,ex hypotheſi præſciētię diuinę.Præſciuit Deus incredulitatem liberam Iudæorũ, quia liberè non erant credituri in Chriſtũ: & prædixit illã per prophetã Iſaiam: hac ſuppoſitione facta, loquitur Ioannes in hunc ſenſum: Non credebãt Iudæi, & liberè quidem non credebant; vt impleretur id, quod Deus per Prophetam prædixerat. Suppoſita enim prædictione, neceſſarium erat illã impleri.Igitur non credebant Iudęi,quia neceſſe erat impleri Dei prædictionẽ.

Prædictio & præſcientia non tollit liberum arbitrium. Prædictio autem Dei, & præſcientia, vt Theologi oſtendunt,liberũ non tollit arbitrium,ſed infallibilitatem quãdam affert ex hypotheſi,quę nullo modo repugnat libertati.Liberè peccauit Petrus,cùm Chriſtũ negauit,poſt Chriſti prædictionem, *ter me negabis*: quia *Matth.26.* Chriſti prædictio nullam ei attulit neceſſitatem. Erat tamen neceſſarium ex hypotheſi, Petrum negare,quæ hypotheſis in hominem nihil influit, nihilque libertatis tollit, vt docent Theologi,neq; eſt huius loci,fuſius id oſtendere. Itaque ex hypotheſi, ſuppoſito vaticinio Iſaiæ,neceſſe erat Iudæos nõ credere,vt impleretur prophetia Quæ neceſſitas nihil illis libertatis abſtulit, vt eſt compertum.Hanc interpretationem huius loci ſequitur Card. Bellar. lib.2. de Gratia,& lib.arbitr.c.6. Cauſam (inquit) reddidit Ioannes,cur non crederẽt Iudæi ex pdictione Iſaiæ, &c.

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias, &c.

ALio teſtimonio Iſaiæ vtitur Euangeliſta, quo Iudæorum incredulitas ſit manifeſta,& excœcatio. Ait Iudæos propterea non potuiſſe credere, quia Iſaias dixit, illos fore excœcandos.Eſt hic grauis difficultas.Iudæi credere non potuerunt; ergo auxilio Dei ſufficienti ad credendum carebant, ergo peccatum non commiſerunt. Præterea ſequitur,Iſaiæ vaticiniũ facultatem ad credendum illis abſtuliſſe,ſi qui *Quomodo Iudæi non poterãt credere.* dem Euangeliſta aſſerit,propterea non potuiſſe credere, quia Iſaias prædixit illorum excœcationem. Reſpõdemus, Deum excœcaſſe quidem Iudæos: ſed ſufficienti auxilio ad credendum, non priuaſſe. Quamobrem credere potuerunt, ſi voluiſſent, & peccarunt, quia non crediderunt. Euangeliſta verò verbo, *poſſum*, vtitur in communi ſignificatione,dicimus enim non poſſe id,quod magna cum difficultate poſſumus. Ait ægrotus, non poſſum cibum ſumere, ait alius,nõ poſſum Romam ire; alius, non poſſum potionem bibere; non quod non poſſint; ſed quia magna cum difficultate poſſunt.Gen.37.*Oderant eum,et non poterant* (fratres Ioſeph) *ei quidquã pacificè loqui*: ita hoc loco dicitur, *Non poterant Iudæi credere*:non quòd nõ poſſent omnino; ſed quia præ odio,atque inuidia, difficillimè poterant. Nam fides abſque volũtate,concipi animo nõ poteſt:qui ergo credere noluerit,quãdiu noluerit,credere nõ poterit.Vñ Chryſoſt.hom.67.in Ioã.Non potuerũt (inquit) Iudæi credere, hoc eſt,noluerũt. *Non poſſe pro nolle eſt in cõmuni ſermone.* Hoc & in communi ſermone vſurpatũ videmus,cùm quis dicit: Non poſsum talem quempiam hominẽ diligere,vehementiam voluntatis,poteſtatem appellans.Et iterum,Non poteſt ille fieri bonus. Et Ieremias 13. *Si mutabit Aethiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & populus hic poterit bene facere, qui didicit mala.* Non dicit,quòd impoſſibile ſit ei bene operari; ſed quia nolunt, ideo non poſsunt.Sic Chryſoſtomus.

Quid ſignificet, Non poſſe. Lege Greg Nazian.orat.4 de Theologia, in qua multos modos numerat, quibus poſse aliquid dicimur, vel non poſse.Eo loco ſic ſcribit:Quarta ſignificatione, hoc fieri non poſse dicitur, à quo noſtra voluntas abhorret. Cuiuſmodi eſt illud Matth.13. *Non poterat Dominus illic ſigna facere, propter incredulitatem*

A *litatem eorum*. Quo in ordine ponendũ eſt illud Ioan. 7. *Non poteſt mundus odiſſe vos:* & illud Matth. 12. *Quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali?* Quo enim pacto quidpiam horum impoſſibile eſt, niſi quia voluntas repugnat? &c. Item Theophylactus: Quod (inquit) dicit Ioannes? Non potuerunt credere Iudæi; ſignificat, Noluerunt, &c. D. Auguſtinus tract. 53. in Ioan. Sic (inquit) dictum eſt, *Non poterant credere*; Vbi intelligẽdum eſt, quòd nolebant. Quemadmodum dictum eſt de Deo, 2. ad Timot. ſecundo: *Negare ſeipſum non poteſt.* B De omnipotente dictum eſt, *Non poteſt:* ſicut ergo quod Dominus negare ſeipſum non poteſt, laus eſt voluntatis diuinæ; ita quòd Iudæi non poterant credere; culpa eſt voluntatis humanæ, &c.

Deus ſeipſum negare quomodo nõ poſſit.

Secundæ obiectioni reſpondet, Iſaiæ vaticinium non abſtuliſſe facultatem credendi Iudæis. Non enim propterea Iudæi non crediderunt, quia Iſaias id prædixit; C ſed propterea Iſaias id prædixit, quia Iudæi non crediderunt. Si non malũ, ſed bonum (ait Auguſtinus) Iudæi facere voluiſſent; non prohiberentur, & hoc facturi præuidereñt, &c. Et Chryſoſtomus: Impoſſibile (ait) erat Prophetam mentiri; non tamen propterea impoſſibile erat vt crederẽt Iudæi. Licebat enim etiam illis credentibus verum eſſe prophetam. Non enim prædixiſſet, ſi fuiſſent credituri, &c. D. Athanaſius tract. in Euangelium de D paſſione, & cruce: Propheta (inquit) ea quæ facturi eſſẽt Iudæi proſpiciẽs, futura eſſe denunciauit, illiq; poſtea idipſum opere executi, verum eſſe ſermonem prophetæ declararunt. Neque vt inſeruiẽtes propheticis verbis, iſta contra Chriſtum auſi ſunt, ſed ſpontè volenteſque illa perpetrauerunt. Vt non propheta iſtarum rerum auctor ſit, aut cauſa; ſed ipſorum voluntas. Quin potius ipſi in cauſa fuerunt, vt talia de ipſis prophetæ prædiuinarent. E Si quidem prophetæ proprium eſt, futura proſpicere, & in eo non allucinari: hominum autem proprium eſt, agere quod velint, &c. Euthymius, dictionem (*propterea*) ait non eſſe cauſalem, ſed futuri declaratiuam.

Iſaia vaticinium non abſtulit Iudæis credendi facultatem.

Aduerte duobus modis, Ioannis verba poſſe intelligi. Primò ſic: *Propterea credere non poterant Iudæi, quia id prædixit Iſaias* ita futurum, & neceſſe erat impleri Dei præſcientiam, & vatis prædictionem. Præſciuerat autem Deus, & prædixerat Iſaias, illos liberè nõ credituros. Sic .n. Deus res præſcit, & prędicit, vt fiunt. Cùm ergo peccatum fiat liberè; liberè faciendum & præſcit, & prædicit Deus. Vnde Auguſt. tract. 53. Quare (inquit) non poterant credere? Reſpondet, Quia nolebant. Malã quippe eorum voluntatem præuidit Deus, & per prophetam prænunciauit, &c. Reſpõdetur obiectioni, fuiſſe quidem cauſam incredulitatis, vaticinij impletionem; verũtamen non abſtuliſſe Iudæis, facultatẽ ad credendum. Siquidẽ, vt perſpicuum eſt, neque Dei præſcientia, neque prophetarum prædictio, facultatem tollit, aut libertatem, cõtrarium faciendi, niſi ſolùm extrinſecè, & ex hypotheſi, vt dictum eſt.

Duobus modis Ioannis verba exponuntur.

Secundo modo, ſic exponitur locus: *Propterea non poterant credere:* quia erant excæcati, vt prædixit Iſaias: hoc modo, nõ dicitur cauſa incredulitatis Iudæorũ, prædictio ipſa Iſaiæ; ſed excæcatio Iudæorum. Quia .n. erant excæcati; idcirco nõ poterant credere. Eſt ergo ſenſus probabilior, vt videtur Card. Bellarm. lib. 2. de ſtatu peccati cap. 14. & Card. Tolet. Ioan. 12. quibus aſſentior; propterea non poterãt credere Iudæi; quia dixit Iſaias, eſſe excæcatos; fuitq; cauſa incredulitatis excæcatio. Sed poterant illi cæcitatem illam moralem, Dei gratia, atq; auxilio pellere, & credere. Lege Bellarm. loco citato.

Quõ excæcatio Iudæorũ ſit cauſa incredulitatis.

Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.

HOc eſt Iſaiæ vaticiniũ, quo prædicit Iudæos excæcandos Hebraicè, השמן לב העם הזה *haſchmen leb hahham hazzeh, impingua cor populi huius.* Noſter vertit, *excæca cor.* Sequitur, *& aures eius aggraua. Et oculos eius claude. Ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & cõuertatur, et ſanem eum, &c.* Septuaginta interp. trãſferunt; *Incraſſatum eſt cor populi huius,* (quia

(quia verbum Hebræum vt diximus ſignificat impinguare, & incraſſare) & *auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos compreſſerunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant: & conuertant ſe, & ſanabo illos, &c.* D. Ioannes ſic recitat: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos, &c.* In noſtra ex Hebræo verſione dubium eſt, cuius nam verba hæc ſint? *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* D. Hieron. exiſtimat verba eſſe Iſaiæ precantis Deum, vt Iudæos excæcet: vt gẽtes credant. Vtraq; gloſſa ordin. & interl. Hieronymum ſequitur. Veriſimilius eſt, Dei eſſe verba hęc, vt Lyranus vult, & alij, ipſeque verborum contextus indicat. Hæc enim verba, cum verbis Dei præcedentibus, continuata ſunt; ergo Dei ſunt.

Cuius hæc verba ſint, Dei ne, an Iſaia.

Obijcies, ſi ſint Dei verba, præcipiet Deus prophetæ, vt excæcet populum; id quod Propheta nullo modo, poterat facere, nullo enim modo Propheta excæcare populum poteſt. Ergo Prophetæ ſunt verba, precantis Deum, vt populum luce priuet. Reſpondemus ex ſenſu verborũ, obiectionis colligi ſolutionem. Eſt autem ſenſus hic: *Excæca cor populi;* non tuo opere, ſed tuo vaticinio; excæca populum, hoc eſt, vaticinare, populum excæcandum eſſe: vt D. Thomas exponit. *Excæca cor populi;* dic eſſe excæcandum. *Et aures eius aggraua;* prædica eſſe aggrauandas eius aures humore malo, atq; obtundendas. *Oculos eius claude;* prædic oculos eius internos eſſe claudendos. *Ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum, &c.* hoc eſt, vt cæcus ſit, & non conuertatur. Excæcationem enim ſequitur obſtinatio in peccato. Præterea ait Deus prophetę: *Excæca cor populi, &c.* quia prophetia eſt certiſſima. Excæcatur ergo homo liberè prophetia; quia ſi Propheta vaticinetur hominem excæcandum, abſque vllo dubio excæcabitur; liberè tamen excæcabitur. Quia, vt ſuprà diximus, prophetia, & præſcientia, nullo modo libertatem tollit, cùm ſit externa omnino homini, & ab eo longiſſimè diſtet: neq; influat in illum quidpiam, ſeptuaginta interpretes alijs punctis legerunt, ideò aliter uerterunt. Ioãnes ſenſum ſecutus eſt verborum; ſignificant enim verba Iſaiæ, id quod Ioannes ait: *excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.*

Quomodo Iſaias populum excæcauerit.

Rogabis vbi nam ſit apud Iſaiam: *Indurauit cor eorum?* Reſpondeo Iſaiam dixiſſe: *excæca cor populi huius?* vel, *impingua, ſiue incraſſa cor;* id eſt, obdura, Ioannes dixit, *indurauit cor eorum.* Quod verò addit, *oculos eius claude;* dixit, *excæcauit oculos eorum.* Fortè alijs punctis legit, vt vult Leo, Caſtro quem lege.

An Deus efficiat excæcationẽ.

Quæres præterea, quomodo populus Iudæorũ ſit excæcatus, & obduratus? & an Deus efficiat excæcationẽ, & obdurationem. Reſpondeo, Deum efficere excæcationem, & obdurationem; id quod Ioannes hoc loco oſtẽdit, vt alia ſcripturæ loca omittam. *Excæcauit,* inquit, videlicet Deus, *oculos eorum, & obdurauit cor eorum.* Nullo autem modo peccatum efficit Deus; quãuis induret, & excæcet. Excæcatio oculorum eſt, i. intellectus; obduratio cordis eſt, id eſt, voluntatis, & affectus. Excæcatur homo, cùm oculis eius internis, lux diuina non datur; obduratur cor, cùm voluntas hominis, interna vnctione Dei caret, & affectus teneritudine quadã ſenſibili nõ donatur: Efficit ergo Deus excæcationem, cùm lucem non infundit, qua illuminatus cõuerteretur; cùm vnctionem, & cordis mollitudinẽ non donat, quam ſi donaret, pęnitentiam ageret. Non efficit peccatum; quia ad illud nullo modo concurrit. Gratuitis impiũ ſpoliat; ea ſpoliatione digniſſimũ. Peccati malitiã nulla ratione efficit, impij tota illa eſt. D. Auguſt. ep. 105. Deus (inquit) nõ indurat impertiendo malitiã; ſed non impertiendo gratiam, &c. Et tract. 53. in Ioan. ait, Iudæos hanc excęcationẽ meruiſſe. Etiam hoc, inquit, eorũ voluntatem meruiſſe reſpõdeo, &c. deinde adiungit: Sic excæcat, ſic obdurat Deus deſerendo; & non adiuuando, &c. & lib. 5. contra Iulianum cap. 3. Cæcitas, ait, mentis, eſt pœna peccati, qua cor ſuperbũ, digna animaduerſione punitur, &c. ſic Sol poteſt dici aerẽ excæcare, & obſcurare, cũ aeri radios ſuos nõ impertit; non quod aliquam in

Deus excæcat non infũdẽdo cæcitatem, ſed lumen non dando.

Quõ Deus efficiat excæcationẽ & indurationem.

aerem producat qualitatem; ſed quòd aerem deferat, radioſq; illi ſuos deneget. Vnde Theophylactus Ioan. 12. Sol (inquit) facit noctē occidens; ita Deus cæcos facit homines, cùm nō adeſt eis. Non adeſt autem, propter eorum malitiam, &c. Itaque, tunc dicitur Deus obcæcare hominem, vel obdurare; cùm propter culpam, nō dat auxilium, quo conuertatur, permittitq; illum in peccati tenebris iacere.

Iudæorum cæcitas, & velamen.

De Iudæorum cæcitate ſatis diximus tom. 1. lib. 2. cap. 1. Hanc Paulus ait 2. Cor. 3. velamen illud adumbraſſe, quo Moſes obtegebat vultū, & oculos: tecti ſunt Iudæorū oculi, cæcitatis velo ſunt velati. *Excæcauit illos malitia eorum:* vt legitur Sap. 2. *Obtuſi ſunt ſenſus eorum,* (ait Paulus) *vſque in hodiernum diem. Cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum, &c.* Eſt etiam velamen ſuper cor Ethnicorum, Mahomethanorum, & hæreticorum. Vt alios omittam, hæreticorum noſtri temporis, admirabilis eſt excæcatio. Excæcati ſunt eorū oculi, cor obduratum; conuerti ad veritatem nolunt ac ſanari. Cæci ſunt, & cæcitatē ſuam amant; velamen poſitum eſt ſuper cor illorum, & quidem craſſiſſimū. Apocal. 9. *Aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt Sol, & aer, de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuſtæ, &c.*

Excæcatio hæreticorū noſtri temporis mirabilis.

Ex profundo orci puteo fumus exijt, quo excæcati ſunt. Excæcatus eſt Sol eorū, hoc eſt intellectus, qui animi Sol eſt: excæcatus eſt aer, i. voluntas, quæ vt aer à Sole, ſic ab intellectu lumen recipit. Ex hac verò excæcatione, locuſtæ quædā tartareæ, i. hæreſes, exierunt; & ſcorpionū inſtar, per ſeptentrionem excæcata hominū corda vulnerarunt. O fumum horribilem. ò caliginem pluſquā Aegyptiam. ò tenebras palpabiles. Exod. 10. *ſint tenebræ ſuper terram Aegypti, tam denſæ, vt palpari queant, &c.* Quis non palpat, hæreticorum tenebras? quis non admiratur, homines ratione, & naturæ bonitate præditos, fidē antiquam, veramq; ſic deſeruiſſe, & ad noua quædam, falſiſſimaque dogmata deflexiſſe, quæ non ſancti homines, Deoque cari, ſed impij, Deoque exoſi, commenti ſunt? O viri quicumque his dogmatibus adhibuiſtis fidem,

Gal. 5.

A *quis vos faſcinauit* (vt cū Paulo dicam) *non obedire veritati?* quis vos excæcauit? quis vobis abſurdas adeò hæreſes non ſuaſit ſolùm, ſed perſuaſit? *Licet Angelus de cælo* (ait Paulus ad Gal. 1.) *Euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Angelo de cælo non eſt habenda fides, ſi per impoſſibile fidem mutare ſuadeat; vos autem impuris hominibus, arrogantibus, & philautia pleniſſimis, fidem vt mutaretis ſuadentibus, fidem adhibuiſtis, & fi-

Angelo de cælo non eſt habēda fides, ſi contraria veritati Catholica doceat.

B dem perdidiſtis. Vbi concionatorū ſanctimonia? vbi virtutum exempla? vbi miracula? quæ nam res tantum habuit robur, vt vos à fide tot miraculis confirmata, à ſanctiſſimis Apoſtolis, & Doctoribus tradita, à toto terrarum orbe recepta, diſtraheret? Anathema dicendum eſt peſtilentis doctrinæ auctoribus, vt Paulus ait: vos autem Aue dicitis, peſtemque pectore recipitis.

Multi antiquā mutauerunt fidē, ſed oēs diſperierunt.

Alieno exēplo, imò plurimis alienis exēplis, cautiores fieri potuiſſetis. Nō-
C ne ante vos ſuperioribus ſæculis, multi antiquā mutauerunt fidem? fecerunt hoc Marcioniſtę, Manichęi, Arriani, Neſtoriani, alijq; permulti. Fecerunt, ſed nihil profecerunt. Illorū hæreſes Deus euertit, peſſimoſq; homines, tartareis flāmis mancipauit. Hæc enim ſunt hæreſeos ſtipendia: facitis & vos idē; ſed nihil proficietis, eademq; ſupplicia ni ad caſtra reuertamini, perferetis. Atræ
D enim inſtar nubis eſt hæreſis, quæ Soli, id eſt, veræ opponitur fidei. Nec diu durat nubes, nec hæreſis. Vento flante diſpellitur nubes; Spiritu ſancto ſpirāte, diſparet hæreſis. Eccleſia verò, antiquaq; fides, permanet. Vnum eſt veſtræ perſuaſionis fundamentū; nempe Scriptura prauē intellecta. Hoc ipſum illorū hæreticorum, qui præceſſerunt, atq; euanuerunt, fundamentū fuit. Scripturæ illi innitebātur, in alienos ſenſus di-
E ſtortæ, idē & vos facitis. Corruit illorū fundamentū, atque ædificium, corruet & veſtrum: ſiquidē idem eſt. Stabit aūt ſuper Petram fundata antiquiſſima Eccleſia Romana, atque Catholica; cuius eſt de vero Scripturæ ſenſu iudicare; quæ falli, aut deficere non poteſt, Spiritus ſancti illuſtrata lumine. Summi momenti eſt, animā aut ſeruare, aut perdere, in

Fundamentum hæreticorum Scriptura malè intellecta.

re, in

rê, in ſempiternũ. Oẽs antiqui patres, oẽs viri ſanctitate conſpicui, vniuerſa antiqua Eccleſia, à tpibus Apoſtolorũ, totus orbis clamat, vos à veritate aberrare, aïaſq; perdere. Quid agatis diligẽter cõſiderate, lucem, qua caretis, à Deo implorate; excæcatiõnẽ palpabileſq; Ægypti tenebras, aïo pellite. Habetote fidẽ potiùs antiquis patribus, ac ſanctis, vniuerſæq; Eccleſiæ, à tpib. Apoſtorũ ad hæc vſq; tempora perpetuatæ; q̃ hoïbus impuris, atque inſolẽtibus, quib. non ſpiritus, ſed caro, & ſanguis, peſtilentiſſimas hæreſes reuelauit. Ne quæſo ex illis ſitis, de quibus Iudas Apoſtolus ſic ſcribit: *ſydera errantia, quib. procella tenebrarũ ſeruata eſt, in æternum, &c.* Sydera eſtote fixa, atq; affixa veræ fidei, vereq; religioni, nõ errãtia varias ꝑ hæreſes. Alioqui ſi ſydera errãtia eſſe ꝑgatis, in excæcatione obſtinatè perſeuerantes, alia vos æterna excipiet excæcatio. *Quibus* (vt inquit Apoſtolus) *ꝓcella tenebrarũ ſeruata eſt in æternũ.* Tenebroſa vos obruet tormentorum procella in Orco, quos tenebroſa obruit procella hæreſeos in mũdo.

Cap. 1.

CAPVT XX.

De viſione, Iſaia, &c.

Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo.

Viſio Iſaiæ qualis fuerit.

CAp. 6. Iſaias Dominum in templo ſe vidiſſe teſtatur, ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, & eleuatũ; Seraphinis circumdatum, qui ter ſanctũ inclamabãt; quorum clamore ipſa tẽpli ſuperliminaria cõmota ſunt, templumq; fumo eſt completum. Non vidit Iſaias Dei eſſentiã, ſed ſpeciem, & imaginem quamdam, quę Deum repræſentabat. Fuit aũt viſio, vt ait Lyranus, imaginaria, & intellectualis. Dubium eſt, an ſpecies illa, quam vidit Vates, Trinitatem perſonarum diuinarum repræſentarit, an vnam tãtummodo perſonam? Perſonarum Trinitatẽ indicaſſe, probatur ex Seraphinorum acclamatione, qui ter vocem, *Sanctus*, inclamabant,

An imago, quam vidit Iſaias repræſẽtarit Trinitatẽ perſonarum diuinarum.

A propter Trinitatem auguſtiſſimam, vt docet hoc loco D. Ambroſius lib. 2. de fide, c. 4. Cur, inquit, trina repetitio; niſi quia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſanctitate vnum ſunt? Non dixit ſemel, ne filium ſequeſtraret; non bis, ne ſpiritum præteriret; non quater, ne creaturas cõiungeret. Et vt oſtenderet Trinitatis vnam eſſe deitatem, cùm tertiò, dixiſſet. *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, addidit ſingulariter: *Dominus Deus Sabaoth.* Hæc Ambroſius. Et lib. 3. de ſpi- B ri. ſancto cap. 18. Non ſemel dicunt, ne ſingularitatem (ſcilicet perſonarum) credas; non bis dicunt, ne Spiritum excludas; non ſanctos dicunt, ne pluralitatem (ſcilicet eſſentiæ) æſtimes, ſed intelligas vnitatem, &c. Eodem loco ait, nihil pretioſius, atq; excellentius ſanctitate Deo poſſe attribui. Nos quoque (inquit) nihil pretioſius inuenimus, quo Deum prædicare poſſimus, niſi vt ſanctũ appellemus. Quodlibet aliud inferius Deo, inferius eſt Domi- C no. &c. Nihil ſanctitate præſtantius, ideoq; toto pectore inquirenda eſt, in qua vera laus eſt collocata. D. Cyrillus Iſaiæ 6. Cùm *Sanctus* (inquit) ter dicũt Seraphim; claudunt doxologiam in hoc, *Dominus Deus Sabaoth*; in vna deitatis natura, ſanctam conſtituentes Triadem &c. Athanaſius quoque in lib. de incarnatione Chriſti: Cùm (inquit) Seraphim laudib. venerãtur verbum Dei, tertio dicentes, *Sanctus, San-* D *ctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, laudibus venerantur, &c.

Nihil ſanctitate præſtantius.

Præterea Ioannes ait Iſaiam vidiſſe gloriam Chriſti, cùm hãc vidit ſpeciẽ; D Paulus Act. 28. Spiritui ſancto illam tribuit his verbis: *Bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam prophetam ad patres noſtros dicens: Vade ad populum iſtum, &c.* Ergo Iſaias vidit Chriſtum, & Spiritũ ſanctũ, per illã ſpeciẽ. Qđ ſi has duas perſonas, vidit, vidit etiam abſque dubio patrem, à quo producuntur. Itaq; E D. Ambroſ. l. 3. c. 22. de Spiritu ſancto arbitratur, Iſaiam hac viſione vidiſſe Spiritum ſanctum, & ab eo miſſum eſſe. Spiritus, inquit, eſt, qui miſit Iſaiam. Si ſpiritus miſit, ſpiritus eſt vtiq;, quẽ Iſaias vidit, quãdo dixit: *Vidi Dominum*

Iſaias vidit Chriſtũ & Spiritũ ſanctũ in hac viſione.

ſedentem ſuper thronum, &c. Et c. 23. A Plerique (ait) dicũt, patrẽ Deum ab Iſaia viſũ, Paulus ſpiritũ dixit, Ioãnes Euangeliſta ad Filiũ retulit, &c. D. Athanaſ. de cõi eſſentia Patris, Filij, & Spiritus sãcti. Neceſſe eſt, inquit, in Iſaia Patrẽ intelligi. Ioãnes verò ad Filiũ eadẽ refert. Paulus Spiritum dixiſſe ait, &c. In lib. de incarnatione Chriſti ait, verba illa, *Vade ad populũ iſtum, &c.* Patris eſſe, atq; adeò hunc viſum Iſaiæ, & propterea Paulum verba Patris tribuiſſe ſpiritui B ſancto, quod eiuſdem eſſentiæ ſit. Vna (inquit) deitas, & vnus Deus in tribus perſonis, ſiue ſubſiſtentijs. Atque ob hoc, quæ Pater loquitur in Iſaia; ea Paulus refert Spiritum ſanctum dixiſſe. Et D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto cap. 23. Licet (inquit) diuerſa dixerint, nullus errauit; quia Pater videtur in Filio, & Filius videtur in Spiritu ſancto, &c.

Vna eſt Deitas in trib. perſonis.

Reſpõdeo, prophetã hac viſione Chriſtũ vidiſſe, Deũ incarnatũ, Seraphinis C laudantib. cinctum Probatur ex Ioanne Euangeliſta hoc ca. 12. *Hæc (inquit) dixit Iſaias cùm vidit gloriam eius*, id eſt Chriſti; *& locutus eſt de eo*. Vidit gloriã Chriſti; qm̃ vidit illũ in excelſo, eleuatoq; throno, Seraphinis præcinctũ; & locutus eſt de eo; vaticinatuſq; viſũ à ſe magna in gloria. Ab Iſraelitico aũt populo, nõ fore cognoſcendum, aut in Meſſiam recipiẽdũ. *Vade* (inquit) *dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere; & videte viſionem, & nolite cogno D ſcere. Excæca cor populi huius, &c.* Probat præterea; quia Iſaias vidit ſpeciẽ vnã; q̃ hoĩem magna in maieſtate repræſentabat. Vnica aũt ſpecies, non rectè perſonas tres indicat. Ergo vel illa ſpecies & imago, vnicum Deũ repræſentabat, Deiq; vnitatẽ; vel aliq̃ ex trib. perſonis. Repræſentaſſe aũt vnã ex tribus perſonis, videlicet perſonã filij, docet E manifeſtè Ioannes. Patris perſonã repræſentaſſe nullibi ait Scriptura. De pſona S. ſancti, dubiũ eſt, pp verba Pauli Act. 28. *Benè Spiritus ſanctus locutus eſt, per Iſaiã Prophetã, ad patres noſtros, dices: Vade ad populũ iſtũ, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & nõ perſpicietis, &c.* At verò Paulus nõ dixit Spiritũ ſanctũ eſſe viſum,

Iſaias Chriſtum vidit incarnatũ.

An imago repræſentarit Spiritũ ſanctum.

A ſed eſſe locutum; qđ veriſſimum eſt. Etenim S. ſanctus per ora locutus eſt prophetarum; iuxta illud Symboli: *Qui locutus eſt per prophetas.* id ſignificat Paulus: *bene*, inquit, *locutus eſt Spiritus ſanctus per Iſaiam Prophetam, &c.* Non dixit Paulus; *bene Spiritus ſanctus locutus eſt ad Iſaiam Prophetam; Vade, &c.* Sed; *Bene locutus eſt Spiritus ſanctus per Iſaiã ad patres noſtros.* Chriſtus per imaginem illam locutus eſt cum Iſaia; miſitque Iſaiã. Spiritus ſanctus poſteà locutus B eſt per Iſaiã, ad patres, ſiue Iſraelitas. D. Hieronymus ait Filium cõſpectum Spiritũ ſanctũ locutum; quia eadẽ eſt vtriuſq; eſſentia Iſaiæ 6. Viſus (inquit Hieronymus) eſt filius, in regnantis habitu; & locutus eſt Spiritus, propter conſortium maieſtatis, vnitatemque ſubſtantiæ, &c. Aliter dici poteſt, Spiritum ſanctum locutum; quia Chriſtus Spiritu ſancto plenus loquebatur, & per os Chriſti ſpiritus ipſe verba proferebat.

Chriſtus locutus eſt cũ Iſaia, et miſit illũ. Spiritus ſanct' eſt locutus per Iſaiã.

C Seraphinorũ aũt triſagion, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth;* cõcedimus Trinitatem auguſtiſſimam ſignificaſſe. Etenim quamuis figura illa Chriſtum ſolùm adumbraret; tamen Trinitatem laudabant, à qua incarnatio efficienda erat. Laudabant Patrem, qui ad redimendum mundum, filium erat miſſurus, laudabant filium, qui incarnandus erat, laudabant Spiritum ſanctum, qui ipſe quoque mittendus erat ad ſanctificandos homines.

Angelorum triſagiõ ſanctiſſimã Trinitatem ſignificat.

D Dubitabit quiſpiam: Num duo tantùm Seraphini, cum Chriſto tunc apparuerint, an plures? Duos tantùm apparuiſſe, verba illa ſignificare videntur: *Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri; & clamabant alter ad alterum, &c.* duorum tãtùm mentio fit, ergo duo tm̃ erant. Quod D. Hieronymus ſignificat, in prologo lib. 3. in E Iſaiam, his verbis Duo Seraphim ſtantia in circuitu eius, atque clamantia, &c. Reſpondeo, nõ duos ſolùm, ſed quàm plurimos Seraphinos Dominũ circũſtetiſſe. Probatur, quia id poſtulat diuina Chriſti maieſtas; vt nõ duob. tm̃, ſed multis Angelorum millib. ſtipatus appareat. Vnde illud Dan. 7. *Millia millium miniſtrabãt ei; & decies millies centena millia*

An duo tãtũ Seraphini cũ Chriſto viſi ſint ab Iſaia?

millia aſſiſtebant ei, &c. Præterea, probatur ex verſione LXX interp. quę huiuſmodi eſt, *Seraphim ſtabãt, ἐν κύκλῳ αὐτοῦ,* id eſt, *in circuitu eius, &c.* Quæ verba ſignificant multos Seraphinos Chriſtum circũſtetiſſe. Verba illa: *ſex alæ vni, & ſex alæ alteri:* Hunc in modũ ſunt explicanda. *Seraphim ſtabant ſuper illud;* Seraphim (inquam) plurimi; & vnicuique ex illis ſex alæ erant: *Et clamabant alter* ex illis plurimis; *ad alterum* ſibi reſpondentem. Erant enim in choros diſtributi; & alternatim ad inuicem triſagium inclamabant. D. Cyrillus Iſaiæ 6. Seraphim (ait) gloriam decantant; idque alternis vicibus, & viciſſim laudationes cantant, &c. D. Hieronymo ipſemet reſpõdeat Iſaiæ 6. Multi (inquit) putant duos eſſe Seraphim, quia clamabat alter, ad alterum. Cùm & de pluribus poſſint ſinguli clamare ad ſingulos: & Septuaginta interpretum editio, magis ſignificet plurimos. Qui interpretati ſunt, *Seraphin ſtabant in circuitu eius.* Quòd ſi de duobus diceretur; non in circuitu, ſed ex vtraque parte dixiſſent. Et hoc conuenit Angelorum multitudini, quæ in Dei miniſterium præparata eſt. Sic Hieronymus à nobis ſtat.

Plures Seraphini Chriſtum circũſtabant.

Seraphinorum clamore *commota ſunt templi ſuperliminaria: & domus repleta eſt fumo;* ad indicandam in primis gloriam Dei. Nam ad indicandam Dei præſentiam, nebulæ fumus excitari ſolebat, eius maieſtatem indicans, Exod. 24. Nume. 16. lib. 3. Reg. 9. *Nebula impleuit domum,* id eſt, templum *Domini: & non poterant ſacerdotes ſtare, & miniſtrare, propter nebulam. Impleuerat enim gloria Domini domum Domini, &c.* Impleuiſſe dicitur gloria Domini templum; quia nebula illud compleuerat, Dei præſentiam, & gloriam indicans. Fumus (inquit Diuus Hieron. Iſaiæ 4.) gloriam ſignificat; iuxta illud, quod cap. 6. lecturi ſumus: *Et domus repleta eſt fumo, &c.* Non obſtat tamen ſignificatio altera. Poteſt enim fumus hic Iudæorum quoque excæcationem ſignificare, vt idem Hieron. putat Iſaiæ 6. *Clamabant Seraphim, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum, à voce clamantis: & domus repleta*

Fumus, & nubes maieſtatis Dei indices.

Fumus excæcationis indicium.

Cõmota ſuperliminaria euerſionis.

A *eſt fumo, &c.* Plena quidem eſt terra gloria ſanctiſſimæ Trinitatis, per Chriſti aduentum; illuminatæque ſunt gentes, Iudæi verò excæcati ſunt; domus illorum, id eſt, templum, repletum eſt fumo excæcante. Prætereà, *commota ſunt ſuperliminaria templi;* tùm propter Dei reuerentiam, veluti tremore tantę maieſtatis concuſſa; tùm vt indicaretur euerſio; quæ templo illata eſt, poſtquam terra gloria Dei, & fide S. Trinitatis cõpleta eſt. Audiamus D. Hieron. Iſaiæ 6.

Sanctiſſimæ Trinitatis gloria terra eſt plena poſt Chriſti paſſionem

Quid ſignificet ſupliminaris cõcuſſio.

B Poſtquam (ait) terra repleta eſt gloria Domini; Iudæorũ templum impletum eſt ignorantiæ tenebris, & caligine, & fumo, qui noxius eſt oculis. Vel certè per fumum templi monſtratur incendium, &c. Item; Clamantibus (inquit) Seraphim, & in tota terra Trinitatis myſterium prædicantibus; quam paſſionem Domini vniuerſa terra cognouit; ſtatim commotum eſt, ſiue ſublatum ſuperliminare templi, & omnes illius cardines conciderunt, &c. D. Cy-

C rillus Iſaiæ 6. Commotum eſſe ſuperliminare, ſignificat (vt opinor) diſſolui tẽplum; incenſum item eſſe, ex eo quòd impleri fumo dicat, perſpicuũ eſt, &c. Idem Cyrillus, eodem loco: Cùm Seruatoris noſtri gloria, omnis terra repleta eſſet, vocatis per fidem gentibus; tùm Iudæorum animi, de omni ſpiritali trãquillitate dimoti, ac deiecti ſunt; ac in morem fumi, nebula ignorationis in animum intromiſſa, miſeri homines cæci fuerunt intelligentia, &c. Vidit

D ergo Iſaias Chriſti gloriam; iuſſuſque eſt vaticinari excęcationem Iudęorum in Meſſiæ aduentu. Rogauit autem Dominum, vſquequo hæc excæcatio eſſet duratura: *Vſquequo* (inquit) *Domine?* Reſpondit Dominus, *donec deſolentur ciuitates, abſque habitatore, & domus ſine homine, & terra relinquetur deſerta, &c.* Significat Dominus excęcationem Iudæorum fore cauſam, euerſionis

E Reipublicæ. Non enim agnoſcere Meſſiam ſuum voluere; donec tota Reſpublica ſolo eſt æquata.

Verumtamen, & ex principibus multi crediderunt in eum.

Excæcatio Principum fuit nō plebis.

DE Iudæorum excæcatione locutus eſt Euangeliſta, præſertim Phariſæorum, & Principum. Plebs enim ad credendum difficilis non fuit. Sed principes excæcatos eſt ſecuta. *Cæcus autem* (vt ait Chriſtus Matth. 15. *ſi cæco ducatum præſtet; ambo in foueam cadunt.* Hoc loco docet multos ex principib. in Chriſtum crediďiſſe; ſed fidem animo conceptam, non eſſe palam profeſſos, quod metuerent fieri *ἀποσυνάγωγοι* id eſt, *excommunicati, & à ſynagoga eiecti, Propter Phariſæos,* inquit, *non confitebantur, vt è ſynagoga non eÿcerentur, &c.* Græcè, *ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται.* hoc eſt, *vt non apoſynagogi fierent.* Dicebantur apoſynagogi, qui ex ſynagoga pellebātur. Phariſæi autem, qui Chriſto maximè erant infeſti; hoc C curabant vt è ſynagoga illi pellerentur, qui Chriſtū confiterentur. Ioan. 9. *Iam conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum,* id eſt, Meſſiam, *extra ſynagogam fieret, &c.* Noluerunt principes, hāc pro Chriſto ſubire ignominiæ notam; ideoque fidem corde continebant; ore tacebant. At vt Paulus teſtatur ad Rom. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem, &c.* Illi vt ait Ioan. *Dilexerunt gloriam hominum, magis, quàm gloriam Dei.* D Honorem apud homines conſeruare voluerūt; honorem gloriamque apud Deum habere non curarunt. Gloriæ, id eſt honoris humani affectus, fidem horum continuit; ne in publicam prodiret confeſſionem. Habebant fidem, ſed mutam; quia ignominiam tolerare nolebant, honoremque perdere. Vnde illud Domini Ioan. 5. *Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis, &c.* E Cedat fidei confeſſioni, & hominum gloria & omnes cedant opes; cedat ipſa denique vita. Cùm opus eſt fidem confiteri, horum omnium iactura facienda eſt; vt animam, Deique gloriam lucremur.

Crediderūt multi principes ſed fidē nō ſunt confeſſi.

Confeſſioni fidei omnia cedere debent.

A Dicet aliquis, licet aliquando fidem tacere abſque peccato, vt D. Thomas docet 2. 2. quæſt. 3. art. 2. Confiteri (inquit) fidem, non ſemper, neque in quolibet loco, eſt de neceſſitate ſalutis. Sed in aliquo loco, & tempore; quando ſcilicet, per dimiſſionem huius confeſſionis, ſubtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda, &c. Ergo principes tacere potuerunt, neque fidem profiteri abſque peccato. Reſpondetur, ex circum- B ſtantijs iudicandum eſſe, ſit ne neceſſaria fidei confeſſio. Neceſſariam autem fuiſſe his principibus, ex Ioanne colligitur. Fuerunt igitur tunc tales circumſtantiæ, quæ illam exigerent; ideoque non confitendo peccarunt. Non erant Principes hi (ait Chryſoſtomus homil. 68.) ſed ſerui, &c. Etenim hominum gloriæ, ac honori ſeruiebant vt ſerui, non dominabantur vt Principes.

Quō ſit neceſſaria fidei confeſſio.

Ieſus autem clamauit, & dixit.

QVod die dicta ſint verba hæc, non liquet. Dixit enim ſuprà Ioannes, abijſſe Chriſtum, & abſcondiſſe ſe. Aliquo horum dierum, paulò ante crucem dicta, veriſimile eſt. Nouerat Chriſtus Iudæorum incredulitatem, & Principum metum, ne D apoſynagogi fierent, idcircò ad fidem Iudæos hortatus eſt, & quidem cum clamore, & vocis contentione. De re enim ſummi momenti agebatur, nempe de ſalute æterna. In primis fidem in ſeipſum extollit, atque indicat, non eſſe fidem in hominem merum, ſed in Deum. *Qui credit* (inquit) *in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me, &c.* Quaſi dicat: O Iſraelitæ, ne impediat fidem veſtram in me humanitas hæc; ne putetis, eos, qui in me credunt, in E merum aliquem hominem credere. Nam *qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me.* Videntur hæc repugnantia, *Qui credit in me,* &, *Non credit in me* Si credit in Chriſtum, quomodo nō credit in Chriſtum? Reſpondemus,

Quo die hæc dicta ſint.

Chriſtus ſuam fidē extollit.

Digitized by Google

demus, non repugnare: ſunt enim verba A non negantis fidem in ſe, ſed oſtendentis fidem, quæ in ſe habetur, fidem eſſe in Patrem, & Deum. Subintelligitur particula, *Tantùm*, vt Ianſenius vult, hoc ſenſu: *Qui credit in me, non credit in me* tantùm, ſed etiam in Deum Patrem. Quia eandem eſſentiam habeo cum Patre; atque adeò fides in me eſt fides in Deum. Quoniam quemadmodum qui credit in Patrem, credit in Deum; ita qui in me credit, in Deum credit. B Perſpicuè dicere poterat Dominus: Qui credit in me, credit in Deum. Sed noluit ſe manifeſtè Deum vocare. Similiter loquitur Ioann. 7. *Mea doctrina non eſt mea.* Et Marc. 9. *Quicumque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum, qui miſit me.* Item 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt, ſed me.* Et Paulus 1. Theſſalon. 4. *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, &c.* Abiecerant Iſraelitæ Samuelem; tamen ait Dominus: *Non te abiecerunt, ſed me:* quia non ſolùm Sa- C muelem abiecerant, ſed etiam Deum. Exaggerantis verba ſunt, non negantis Samuelem repulſum. Sic legatus loquitur, cùm ait: Qui audit me, non audit me, ſed eum, qui miſit me, Regem.

Chriſtus ſe Deum confitetur.

Aliter hic locus Ioannis exponi poteſt, hoc modo: *Qui credit in me, non credit in me:* hoc eſt, non in id credit ſolum, quod videt; non credit in me talem, qualem vobis eſſe videor, non credit in merum hominem, D ſed credit in Patrem cuius Filius ſum, cuius eſſentiam habeo; ac proinde credit in Deũ. Non eſt humana fides in me, ſed diuina; non hominem purum pro obiecto habet, ſed Deum, & hominem. D. Auguſtinus tract. 54 in Ioan. Qui (inquit) credit in me, non credit in me, id eſt, in hoc, quod videt, &c. Item: Propterea dixit Chriſtus; E *Qui credit in me, non credit in me,* nè totum, quod de Chriſto creditur, ſecundùm hominem crederetur, &c. Addit: Non à ſe abſtulit fidem credentis, ſed noluit in forma ſerui remanere credentem. Sic Auguſtinus.

Fides in Chriſtũ nõ eſt humana, ſed diuina.

Et qui videt me, videt eum, qui miſit me.

Poteſt intelligi locus, de viſione per fidem, hoc pacto: Qui per fidem me videt: Græcè, ὁ θεωρῶν, *contemplans me*: contemplatur, & videt etiam Patrem. Secundò de viſione clara in cœlo, hoc ſenſu; *Qui videt me* in cœlo clara viſione, is videt etiam Patrem. Qui enim vnam perſonam videt, reliquas etiam duas intuetur. Tertiò de viſione corporali in terra, hoc modo: Qui videt me viſione corporali, videt etiam per accidens Patrem, qui in me eſt, & diuinitatem. Quemadmodum qui videt hominem, videt animam. His verbis vult oſtendere Dominus, Patris ſe habere naturam; atque ideò eum, qui in ipſum credit, in Deum credere; eſſeque fidem in ipſum ſummi momenti, confeſſioneque manifeſtandam; incredulitatem verò in ipſum eſſe magno ſupplicio dignam.

Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.

Fidem in ſeipſum extulit, fidemque eſſe oſtendit in Deum. Hoc loco huius fidei viuæ fructum maximum indicat, nempe hominis illuminationem, tenebrarumque, id eſt, ignorantiæ, ac peccati exterminationem. *Ego* (inquit) *lux ſum mundi: in mundum veni*, vt mundum radijs illuminem meis, per fidem, eamque viuentem, *vt omnis, qui crediderit in me* hac fide, *non maneat in tenebris* ignorantiæ, ac peccati. Chriſtus lux eſt ſpiritalis per naturam. Iuxta illud Ioann. 1. epiſt. cap. 1. *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vlla.* Et cap. 1. Euangelij; *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, &c.* Hæc lux vera in mundum venit, vt per fidem viuam mundum illuminaret. Qui in illam credit, illuminatur, nec manet in tenebris. *Vt non maneat* (ait) *in tenebris*; quia homines abſque hac luce in tenebris ſunt. Manent

Fructus fidei illuminatio.

Chriſtus lux eſt ſpiritalis.

nent verò in illis, ſi lucem veram non recipiunt; abijciunt tenebras, & illuminantur, ſi recipiunt. Cùm dicit Chriſtus (ait Auguſtinus) *Et omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat:* ſatis manifeſtat, omnes ſe in tenebris inueniſſe; ſed ne in eis tenebris maneant, in quibus inuenti ſunt, debent credere in lucem, &c.

Et ſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, &c.

Incredulitatis horrẽdũ malũ.

FIdei propoſuit fructum; incredulitatis adijcit horrendum malũ. Qui crediderit in me viua fide, illuminabitur fide, gratia, & caritate. Qui vero incredulus fuerit, & verba mea audierit, *& non cuſtodierit*. Græcè nunc legitur, μὴ πιστεύσῃ, id eſt, *non crediderit*. Interpres legit, μὴ τηρήσῃ, id eſt, *non cuſtodierit*. Idem ſenſus eſt. Qui enim incredulus eſt, verba Chriſti neque au-

A dit, neque cuſtodit. *Hunc*, inquit, *ego non iudico* in hoc primo aduentu: *non enim veni nunc, vt mundum iudicem*, & condemnem, ſed vt ſeruem. *Verumtamen habet hic incredulus, qui iudicet eum*, ſcilicet ſermonem meum. Verbum *Iudico* aliter hic ſumitur: non enim ſignificat Iudicis perſonam agere, ſed materiam iudicandi, & damnandi præbere. Sermo Chriſti non cuſtoditus, & non creditus, iudicat hominem; quia iudicij materiam, & cauſam ſubmini-
B ſtrat damnationis. *Sermo meus* (ait Dominus) quem audiuit, quem non cuſtodiuit. cui nõ credidit, is *in nouiſſimo die illum iudicabit*, ac damnabit; quia illum non cuſtodiuit, incredulusque fuit: Nam ſermoni meo ſumma credulitas, ſummaque debetur fides; quoniam ſermo Dei eſt. *Nõ enim ego à meipſo aliquid loquutus*, quod à Deo Patre meo non acceperim; *ipſe mihi mandatum dedit, & ea, quæ loquor, præcepit loqui*. De mandato Patris alibi dicemus, Deo fauen-
C te.

Sermo Dei non cuſtoditus, iudicabit hominem.

LIBER

LIBER OCTAVVS

CAPVT I.

De diſceſſu ex ciuitate Ieruſalem in Bethaniam, & ficu areſacta.

MARCVS CAPITE XXI. Verſ.17.

ET relictis illis, abijt foras, extra ciuitatem, in Bethaniam, ibique
18 manſit. * Manè autem reuertens in ciuitatem, eſurijt. * Et vi-
19 dens fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam, & nihil inue-
nit in ea, niſi folia tantum; & ait illi: Nunquam ex te fructus na
20 ſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuo ficulnea. * Et
videntes Diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuo
21 aruit? * Reſpondens autem Ieſus ait eis: Amen dico vobis, ſi habueritis fi-
dem, & non heſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic
22 dixeritis: Tolle, & iacta te in mare: fiet. * Et omnia, quæcunque petieritis
in oratione credentes, accipietis.

MARCVS CAPITE XI. Verſ.11.

ET circumſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Betha-
12 niam cum duodecim. * Et alia die, cum exirent a Bethania, exurijt.
13 * Cumque vidiſſet a longe ficum habentem folia, venit, ſi quid fortè inue-
niret in ea, & cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia. Non enim
14 erat tempus ficorum. * Et reſpondens dixit ei: Iam non amplius in æter-
num ex te fructum quiſquam manducet. Et audiebant Diſcipuli eius.
19 * Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. * Et cum manè
20 tranſirent, viderunt ficum aridam factam a radicibus. * Et recordatus Pe-
21 trus, dixit ei; Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. * Et reſpon-
22 dens Ieſus, ait illis: Habete fidem Dei. * Amen dico vobis, quia quicum-
23 que dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare: & non hæſitauerit in
corde ſuo; ſed crediderit, quia quodcunque dixerit; Fiat: fiet ei. * Propte-
24 rea dico vobis; Omnia, quęcunque orantes petitis, credite quia accipietis,
& euenient vobis. * Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis
25 aduerſus aliquem, vt & Pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis pecca-
26 ta veſtra. * Quod ſi vos non dimiſeritis, nec Pater veſter, qui in cœlis eſt, di-
mittet vobis peccata veſtra.

IOANNES CAPITE XII. verſ. 36.

Hæc loquutus eſt Ieſus, & abijt, & abſcondit ſe ab eis.

Abijt in Bethaniam.

Chriſtus diſceſſit ex urbe Ieruſalẽ Bethaniã petijt die Dominica veſperi.

POſt triumphum, de quo ſupra egimus, abijt Chriſtus, vt ait Ioannes cap. 12. & abſcõdit ſe a Iudæis, quoniã necem illi machinabantur. Abſconſio autẽ hæc miraculoſa non fuit. Etenim abſcondiſſe ſe dicitur, quia a Phariſæorum, Sacerdotumque conſpectu diſceſſit illa die. *Abſcondit ſe ab eis*, ait Euangeliſta, Abſcondit ſe Sol, radijs ſuæ lucis impios, atque incredulos priuauit, atque ita deſerendo excæcauit. B Diſceſſit autẽ, vt Matthæus, & Marchus narrant, in Bethaniam. Obſerua autem, poſt tantum triumphum, neminem in tanta ciuitate triumphatorem hoſpitio excepiſſe; fortè quia Phariſæos formidabat populus, vel potius quia Dominus abſcõndere ſe voluit, ut ait Ioannes, & in Bethaniam abire. Hoc eſt intelligendum (ait D. Hieronymus Matth. 21.) quod tantæ paupertatis fuerit Dominus, & ita nulli adullatus ſit ut in vrbe maxima nullũ hoſpitem, nullam inuenerit manſionẽ, &c.

Chriſtus in tanto triũpho nullũ hoſpitem reperit.

C *Circumſpectis omnibus* (ait Marcus) *cũ iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim, &c.* Caietanus exiſtimat. Chriſtum omnes Iudæos circumpexiſſe, num ab aliquo ad hoſpitium, & cibum ſumendum inuitaretur. Eadem eſt ſententia Ianſenij. Lyranus quoque, & alij circumſpexiſſe putãt homines. In Gloſſa interlianeri ſic legĩt: Circũſpectis omnibus, ſi quis eum hoſpitio ſuſciperet. D Tantæ enim paupertatis fuit Chriſtus, & ita nulli adulatus, vt in tanta vrbe nullum hoſpitium inueniret, &c. At Græca obſtant, Græcè ita legimus, περιβλεψάμενος πάντα, id eſt, *circumſpiciens omnia*. Hunc in modum habent Biblia regia. Interpres quoque Euangelij Syriaci ſic habet, וחזא כל *wachaza cul*. Quod ſic vertit Interpres, *Et conſpexit omnia*. Et Pagninus etiam neutro genere vertit, *omnia*. Interpretatur Euthymius: Circumſpexit om-

A nia, quæ erant in templo, tamquam Dominus illius habitaculi, &c. Sic enim Marcus ſcribit: *Introiuit Ieroſolimam, in templum, & circumſpiciens omnia, &c.* Omnia (vt ait Euthymius) quæ erant in tẽplo, tamquam templi Dominus. Domini enim eſt circumſpicere omnia, quæ in domo ſua ſunt. In noſtra ergo editione illud, *omnibus*, neutrius eſt generis. *Circumſpectis omnibus*, hoc eſt, cum eiecisſet vendentes, atque emẽtes, omnia, quæ in templo erãt, & fiebant, circum B ſpexit, ne quid in templo Dei indecorum maneret. Magnum ſe diuinæ gloriæ, & templi curam habere demonſtrans. Fauet illud Marc. 11. *Non ſinebat, ut quiſquam transferret vas per tẽplum, &c.*

Chriſtus tãquam templi Dominus circumſpexit omnia, quæ erant in templo.

Abijt poſt hæc in Bethaniam, vbi hoſpitiũ habebat, ibiq; manſit (vt Matthæus ait) nocte illa, poſt diem Dominicam palmarum. Miſticè D. Hieronymus: Reliquit, inquit, incredulos Chriſtus, & iuit Bethaniam, quæ interpretatur, do C mus obedientiæ: iam tunc vocationem gentium præfigurãs. *Ibique manſit, quia in Iſrael permanere non potuit, &c.*

Mane reuertens in ciuitatem eſurijt.

DIe Lunæ manè reuerſus eſt Dominus in ciuitatem Ieruſalẽ. Etenim paucis illis diebus, qui ad crucem vſq; ſupererant, in templum manè veniebat, populumque docebat, veſperi diſcedebat in montem Oliueti. Vnde il D lud Luc. cap. 21. *Erat diebus docens in tẽplo, noctibus verò exiens, morabatur in mõte, qui uocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat*, id eſt, manè veniebat, *ad eũ, in templo, audire eum, &c.* Mirum eſt, quod ait Euangeliſta, manè eſurijſſe. Non enim ſolemus mane, poſt ſomnum eſurire. Tres ſunt de hac eſurie ſententiæ: Prima eſt, non verè eſuriiſſe Dominũ, ſed ſe eſurire finxiſſe, vt occaſionẽ haberet miraculi edendi. Hæc eſt Euthymij; Finxit, inquit, Chriſtus ſe eſurire, & ue-

Die Lunæ poſt Dominicam palmarum quid egerit Dominus.

De eſurie Domini matutino tempore.

& venit ad ficum, &c. An Chriſtus aliquid finxerit, dicemus, Deo volente, ad illa verba Luc. 24. *Finxit ſe longiùs ire, &c.* Secunda ſententia eſt, famem illam voluntariam fuiſſe, & ſponte à Chriſto excitatam. Ita Ianſenius opinatur. Et Lyranus ait, hanc famem non fuiſſe naturalem. Tertia eſt, fuiſſe veram eſuriem, & naturalem, non ſponte accerſitam. Hæc placet mihi. Simpliciter enim ſunt Scripturæ verba interpretanda, quantum fieri poteſt. Nihilquè obſtat, ſi credamus, fuiſſe famem naturalem. Obijcitur tempus matutinum, quo eſurire non ſolemus. At verò is, qui noctem orationi impendit, ac vigilat, cur non eſuriet? Chriſtus parum ceperat ſomni, multis horis illa nocte vigilauerat, parum quoque, vel nihil cibi poſt veſperam ſumpſerat: ideò naturaliter eſuriit. Huius ſententiæ eſt Montanus, Marc. 11. Intelligimus (ait) Chriſtum illam noctem incœnatum, imò ieiunum omninò peregiſſe precibus fundendis, &c.

Et videns fici arborem vnam, ſecus viam venit ad eam, &c.

CVm eſuriret Dominus, iuxta viam ficum vidit, acceſſitque ad eam, fructum quærens, nihilque fructus inuenit. Neque mirum, ſiquidem (vt Marcus obſeruat) nondum ficorum tempus aduenerat. Erat enim menſis Niſan, qui Martio, & Aprili reſpondet; cuius die decimaquinta, Paſcha Iudæorum agebatur. Dubitatur, cur Dominus, cùm ſciret ficum carere fructu, ficos in ea quæſiuerit. Reſpondetur, Dominum, ſicut parabolicè, & metaphoricè multa dixit, ſic & parabolicè hoc feciſſe, vt aliquid aliud ſignificaret. Quæſiuit fructum in ficu, quam ſciebat fructum non habere; quia quærit fructum ab homine, quem ſcit fructu carere, Beda Marc. 11. Quomodo (inquit) Dominus multa in parabolis dicebat, ita etiam nonnulla in parabolis facere ſolebat, &c. Cùm igitur fructum in ficu non reperiſſet, maledixit illi hiſce verbis: *Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum.* Talis ſententiæ fulmine percuſſa, ficus areſacta eſt.

Cur Chriſtus fructũ quæſiuerit in ficu.

A Dubitatur, an radices quoque ficus areſactæ ſint. D. Hieronymus Matth. 21. videtur ſignificare, non eſſe areſactas, vt indicaretur. Iudæos in fine mũdi conuertendos. Sic aruerunt folia (ait Hieronymus) vt truncus ipſe remaneret, & fractis ramis vireret radix. Quæ in nouiſſimo tempore, ſi credere voluerit, virgulta fidei pullulent, &c. Item Beda Matth. 21. Siccauerunt (ait) folia, & fractis ramis radix viuere, de qua in nouiſſimo tempore, ſi credere voluerint, virgulta fidei pullulent, &c.

An radices quoque ficus areſactæ ſint.

B Reſpondetur, etiam radices ficus areſactas. Ita enim Marcus ait: *Viderunt* (Diſcipuli) *ficum aridam factam à radicibus, &c.* Hieronymus, & Beda, de Iudæis verba faciunt, quos ficus indicabat. Iſidorus Peluſiota epiſt. 51. ad Theopompum ſcribit, vetitam primis parentibus arborem, ficum fuiſſe. Atque ideò, quia peccati cauſa illa fuit, à Domino hanc eſſe execratione percuſſam.

A radicibus areſacta ficus.

Arbor vetita dicitur fuiſſe ficus.

C In hac re (inquit ille) arcanus quidam ſermo adnexus eſt, à ſenibus ſapientibus ad nos graſſatus. Nẽpe hanc tranſgreſſionis arborem eſſe, cuius etiam folijs ad corpus tegendũ vſi ſunt ij, qui mandatum violarunt (id eſt, primi parentes.) Ac proinde Chriſtus humano, ac miſericordi animo, hoc ei imprecatus eſt, vt ne poſthac fructum ferret peccandi cauſam, &c. Vtinã areſiat in nobis omnis peccandi cauſa, à radicibus: nulla radice, id eſt; occaſione, relicta.

D

Videntes Diſcipuli admirati ſunt.

MAtthæus ait, ficum Chriſti execratione percuſſam, continuò aruiſſe; deinde addit; *Et videntes Diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuò aruit: Reſpondens autem Ieſus ait eis, &c.* Videtur ſignificare, Diſcipulos E tunc, cùm ficus areſacta eſt, id mox animaduertiſſe, & miratos, illa verba protuliſſe. *Quomodo continuò aruit:* Chriſtum verò illis reſpondiſſe: *Si habueritis fidem*, ſigna admiranda perpetrabitis. Marcus aliud indicat, nempe alia die Diſcipulos ficum areſactam eſſe animaduertiſſe, eſſeque admiratos, & reſponſum à Domino accepiſſe. *Cum*

Feria tertia Diſcipuli arboris ariditatem animaduerterunt.

mane

A mane, inquit, *tranſirent, viderũt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. Et reſpondens Ieſus, &c.* Reſpondetur, cõtinuo quidem areſactam fuiſſe ficum, ſed non continuo areſactam apparuiſſe, apparuiſſe autem ſequenti die, cum Diſcipuli tranſirent, ut Marcus ait. Id ergo, quod Matthæus ſcribit, videntes Diſcipulos, in admirationem eſſe raptos, & dixiſſe: *Quomodo continuò aruit*: Intelligendum eſt non B eodẽ eueniſſe die, ideſt, die Lunę, quo ficus virorem amiſit, ſed ſequenti, ideſt, die Martis. Sic Auguſtinus interpretatur lib. 3. de conſenſu Euangeliſtar. cap. 68. Matthæus, inquit, ei, quod ſecundo die geſtum erat, quo arbor maledicta eſt, adiunxit illud, quod tertio die geſtum eſt, eius ariditatem miratos eſſe diſcipulos, & de potentia fidei a Domino audiuiſſe, &c. Et Euthymyus: Videntes, ait, Diſcipuli, admirati ſunt, dicentes, &c. Videntes non ſtatim, C ſed ſequenti die, &c. Victor Antiochenus: Licet, inquit, ficus mox exaruerit, Diſcipuli rem hanc non ſtatim deprehenderunt, ſed poſtero die, &c. Obiicies, diſcipulos dicere: *Quomodo continuò aruit*: Ergo non die ſequenti ſed continuò, & ſine mora, vbi primũ aruit, animaduerterunt ficum eſſe areſactam. Reſpondetur, illud, *continuo*, non adeo eſſe premendum. Continuo enim aruiſſe dicitur, quia breui temporis ſpatio areſacta eſt. D

Concordia Euãgeliſtarum.

Reſponderi etiam poteſt, Diſcipulos, mox vbi ficus aruit, animaduertiſſe aridam eſſe; ſequenti vero die Petrum, quod Marcus ſcribit, vt erat feruidus, viſa iterum arida ficu, eſſe admiratum, & dixiſſe Chriſto: *Ecce ficus, cui maledixiſti, aruit* Tunc autem Dominũ reſpondiſſe Diſcipulis, Matthæum vero reſponſionem, non diem commemoraſſe. Illud etiam obſeruandum, E Matthæum dicere, ficum fuiſſe ſecus viam. Marcus autem ait fuiſſe a Domino conſpectam a longe. Quod minime repugnat. Nam ficus & iuxta viam erat, & a longè conſpecta a Domino eſt, antequam ad illum viæ locum perueniret.

Si habueritis fidem, & non hæſitaueritis, &c.

RESpondet Dominus Diſcipulis, eoſque ad fidem excitat. Miramini, inquit, quod ficus exaruerit: *Habete fidem Dei*, ideſt, a Deo datam, diuinam, uel *fidem Dei*, ideſt maximam, quem in modum dicuntur *Cedri Dei*, id eſt, altiſſimæ. Ianſenius *fidem Dei*, fiduciam in Deo interpretatur. Puto fidem pro fide accipiendam magna, cum fiducia rei impetrandæ cõiuncta. *Habete fidem Dei*, hoc eſt, fidem theologalem virtutem, magna cum fiducia copulatam. Hanc ſi habueritis, neque hęſitaueritis per incredulitatem, ſic ad Rom. 4 *Abraham non hæſitauit diffidentia*. Græcè, *ἀπιϛίᾳ*, id eſt, incredulitate non ſolum hoc miraculum, ſed maiora alia patrabitis non ſolum ficum areſacietis, ſed ſi mõti huic altiſſimo dicatis: *Tollere, & iactare in mare* Mediterraneũ, quod hinc valde diſtat: fiet. Montem aliquẽ, fortè Oliueti, oſtendit Dominus, qui prope Ieruſalem eſt. Mare autem Mediterraneum a Ieruſalem diſtat leucis nouẽ. Leucis enim nouem diſtat Ioppe, quæ iuxta mare ſita erat.

Fides Dei q̃ dicatur.

Pſal. 79.

Fides magna ad miracula.

Marcus adiungi: *Præterea dico vobis: Omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Credite*, inquit, hoc eſt, fidem habete, cum fiducia coniunctam magna, cum oratis, petitiſque a Deo aliquid, idque impetrabitis. Adiicit conditionem aliã, ad orationis efficacitatem attinentem: *Cum ſtatis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & Pater veſter dimittat vobis, &c.* Animaduertẽdum eſt, quanto pere Chriſtus a nobis expetat, ut proximo dimittamus. In ipſa Dominica, ac quotidiana oratione, orare nos iuſſit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Munus ante altare docuit dimittendum, Matt. 5. & prius cum fratre in gratiam redeundum. Parabolam de ſeruo, qui centum denarios dimittere noluit, propoſuit, Matth. 18. ac propterea grauiſſimo ſupplicio eſt affectus. Hoc loco nos docet, vt cum ad orandum accedimus, proximo oĩa remittamus, vt a Deo

Dimittenda proximo debita ſunt vt a Deo petita conſequamur. Matth. 5.

poſ-

Digitized by Google

remiſſionem cõſequamur. *Quòd ſi* (inquit) *non dimiſertis, nec Pater veſter, qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra, &c.* O ferrea hominum corda, quæ tot Chriſti admonitionibus, ad remittendum non flectuntur. De his ſuprà ſatis dictum to. 2. An ſtantes Iudæi orarent, vide lib. 4. cap. 13. Iam quid ſignificet arefacta ficus, videamus.

De ficu arefacta morale.

Die Lunæ illius hebdomadæ, quam extremam in vita mortali Chriſtus in terris egit, ex Bethania profectus eſt in Ieruſalem, Iudæorum ſalutem eſuriens. Spiritalem enim fidei eſuriem eſuries corporalis adumbrabat. Acceſſit ad ficum, ſignificans ſe ad Synagogam accedere Iſraelitarum, fructûque fidei viuæ quærere. Fructum in ficu quæſiuit, neque inuenit, videlicet indicans fructum ſe quærere in Synagoga, neque inuenire. Habebant enim Iudæi folia tantùm verborum, non habebant fructum operum. Erant Iudæi (ait Auguſtinus ſerm. 44. de verbis Domini) habentes verba legis, & facta non habentes, pleni folijs, & fructum non ferentes, &c. Iſa. 5. *Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas, &c.* Ficum puniuit ariditate, Synagogæ ſignificans ſupplicium. Arefacta eſt ficus arefactâ eſt Synagoga, euerſa, omni gratia priuata; æquatum ſolo templum, æquata ciuitas, tota Reſpublica Iudæorum diruta. Lex quoque vetus, ſacrificia, ritus arefacti ſunt. Illa verba: *Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternũ:* vident non conuenire Synagogæ; quoniam ex illa fructus oritur Iudæorum, qui ad Chriſtum conuertuntur, orienturquè in fine mundi, cùm Iudæi omnes ad Chriſtũ redibunt. Reſpondetur, hoc ſoli arbori conuenire, neq; dictũ in typo. Nã ex ficu illa nunquã ortus fructus eſt, in ſempiternũ. Typus aũt, fuit illius arefactio arefactionis Iudæorũ.

Ficus folia habens, & non fructũ. Iudæos indicat.

Iudæi conuertuntur & in fine ſæculi conuertentur omnes.

Aliter reſpondetur, etiã verba hæc Synagogæ conuenire, quod ad ritus, ceremoniasq;, & ſacrificia attinet: Nã lex vetus antiquata eſt, & arefacta penitus, ita vt nullum fructum in ſempiternum illius obſeruatio poſſit producere. Præterea arefacta eſt Iudæorum Reſpublica, & regnum Iudaicum, nullumquè fructum iam pariet; quia nul-

Aruit Reſpub. & lex Iudæorum.

A lo vnquam tempore inſtaurabitur. Gen. 32. *Aruit ſiue emarcuit Iacob neruus.* Adũbrat arefactio nerui Iacob, id, qđ arefactio ficus. Aruit neruus Iacob, & emarcuit. Aruit robur, fortitudoq. Reipubl. filiorũ Iacob, ſiue Iudæorum, arefacti ſunt illorũ nerui, vireſq; oẽs. Iſa. 5. idem habes. Venit Dñs ad vineam, i. Synagogam, non inuenit fructũ in ea: *Expectauit, vt faceret vuas fecit labruſcas.* Arefacit illã: *Auferã* (inquit) *ſepẽ eius, & erit in direptionẽ: ponam eã deſertã, non* B *putabitur, & non fodietur, & aſcendent vepres, & ſpinæ; & nubibus mãdabo, ne pluãt ſuper eam imbrem, &c.* Fuiſſe autem Synagogæ typũ ficum hanc, docet Orig. tract. 17. in Matth. D. Hiero. Matth. 21. Aug. ſer. 44 de verbis Dñi. D. Hila. Beda, D. Th. Anſel. & alij. D. Greg. li. 8. epiſto. 42 Quia (inquit) Euãgeliſta ſubiũgit: *Nondũ erat tps ficorũ:* apertè cognoſcitur, qđ per ficũ Dñs in Synagoga fructũ quæſierat, q̃ folia legis habuit, C ſed fructum operis non habuit, &c.

Eſt etiam ficus hæc illius Chriſtiani hoĩs imago, ex quo Dñs fructum, i. obſeruantiã mandatorũ quęrit, fructũ verò nõ inuenit, ſed folia tm̃ verborum. Hũc arefacit, æterniq; ignibus tradit. Nõ erat ficuũ tps; attamẽ in ficu fructũ Chriſtus quæſiuit. Qm̃ hoĩem indicabat arbor, qui oĩ tpe fructũ proferre pôt. Deſtinatũ tps eſt fructui arborũ: neq; n. oĩ tpe fruct⁹ producere valẽt. Hoĩs verò fructibus nullũ certum tps D eſt decretũ, ſemper, vbiq;, oĩ hora, oĩ quadrante, oĩ momento fructũ ꝓferre pôt boni operis, bonæ cogitationis, amoris erga Deũ, reuerentiæ, adorationis. Aug. ſer. 44. de verbis Dñi: Illorũ (ait) eſt culpa ſterilitas, quorũ fœcũditas eſt volũtas, &c. Arbor natura parit fructũ, idcircò oĩ tpe fructũ non pôt parere. Hõ volũtate fructũ affert, idcircò ſemper fructũ pôt afferre. Fœcunditas hominis (ait Aug.) eſt uoluntas, E quotieſcumque voluerit, Deo iuuante, fructum afferre bonum poteſt.

Ficus fructu carens, hominem ſignificat fructu carentem.

Hoĩes omni tempore, & hora fructum ferre debent.

Proh dolor: Venit Chriſtus ad ficũ, folia tm̃ reperit, fruct⁹ nihil. Venit malus dæmon, onuſtã fructu ſibi iucũdiſſimo ficũ ſuã, i. peccatis oneratũ hoĩem inuenit. Secus viã erat infœcũda ficus, quia iuxta viam ſumus. Quia à mũdo, mun-

Digitized by Google

mundanorumque hominum familiaritate non recedimus, idcircò ſteriles ſumus. Et ſi quid fructus apparet, à prætereuntibus mox auellitur. Similē habes ficum ſterilem Luc. 13. de qua egimus hoc tomo, lib. 3. cap. 8. Sed illa non ſtatim arefacta eſt, vel ſucciſa; expectauit Dominus illius fructum. Expectat etiam noſtrum, quem ſi minimè feramus, ſecurim radicibus admouet, & in ignem infœcundam ficum præcipitat. D. Chryſoſtomus homil. 68. in Matth putat, Chriſtum arefeciſſe ficū, vt Diſcipuli intelligerēt, poſſe Iudęos, à quib. erat cruci ſuffigēdus, facillimè ꝑdere, & inſtar ficus illius, arefacere.

Chriſt⁹ miracula fecit, hominibus vtilitatem, nō perniciem afferentia.

Pręterea, hactenus miracula fecerat Dominus hominibus ſalutifera, nullū, quod homini alicui nocumentum afferret. Nunc oſtendere voluit, poſſe ſe miracula etiam facere, quę hominibus perniciem afferrent; id verò non in homine, ſed in arbore reddidit manifeſtum. Quoniam ſemper (ait Chryſoſtomus) beneficia conferens, nullū vmquam puniuit. Conueniebat autē, A vt puniēdi virtutem aliquo exemplo demonſtraret, vt Diſcipuli ſibi perſuadeant, verbo ſolummodò poſſe ipſum crucifigentes exſiccare, ſed ſpōte omnia ſuſtinere. Puniendi virtutem non in hominem, ſed in arborem demonſtrauit, &c. Appellat eodē loco Chryſoſtomus hoc miraculum nouum, & inauditum, propterea quòd Chriſtus non fecerat miracula exitioſa hominibus, qualia multa Moſes fecit in Ægypto, quæ perniciem Ægyptijs attu- B lere. Etſi multa (ait ille) maioraque ſigna Diſcipuli viderunt, nouum tamen, atque inauditum hoc fuerat. Nūc quippe primò puniendi virtutem Chriſtus aperuit, &c. Præterea obſerua, factum miraculum in ficu arbore humidiſſima, vt mirabilior res videretur. Lege Iſidorum Peluſiotam epiſt. 51. ad Theopompum: Ficulneam (ait) non ſine cauſa Dominus execratione deuinxit, verùm vt Iudæis oſtēderet, ſe eam vim habere, quæ inferendo quoque ſupplicio par eſſet. Aruit arbor, vt hominibus terrorem inijciat, &c.

CAPVT II.

In qua poteſtate, hæc facis? &c.

MATTHAEVS CAPITE XI. Verſ. 23.

ET cum veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentē Prin-
cipes Sacerdotum, & ſeniores populi, dicentes: In qua poteſta-
te hæc facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem? * Reſpondens
24 Ieſus, dixit eis: Interrogabo & ego vos vnum ſermonem, quē ſi
dixeritis mihi, & ego uobis dicā, in qua poteſtate hæc facio. * Ba-
25 ptiſmus Ioannis unde erat? E cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant in-
26 ter ſe, dicentes: * Si dixerimus: E cęlo; dicet nobis: Quare ergo non credidi-
ſtis illi? Si autem dixerimus: Ex hominibus; timemus turbam. Omnes enim
27 habebant Ioannem ſicut Prophetam. * Et reſpondentes Ieſu, dixerūt. Neſci-
28 mus. Ait illis & ipſe: Nec ego dico uobis, in qua poteſtate hæc facio. * Quid
autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad pri-
29 mum, dixit: Fili, uade hodie operare in uinea mea. * Ille autem reſpondens,
30 ait: Nolo; poſteà autem pęnitentia motus abijt. * Accedens autem ad alte-
31 rum, dixit ſimiliter. At ille, reſpondens, ait: Eo, domine; & non iuit. * Quis
ex duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illi Ieſus: Amen
dico

Digitized by Google

31 dico uobis,quia Publicani,& meretrices præcedent uos in regnum Dei.* Ve-
nit enim ad uos Ioannes in uia iuſtitiæ,& non credidiſtis ei. Publicani autem,
& meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec pœnitentiam habuiſtis
poſtea,ut crederetis ei.

MARCVS CAPITE XI. Verſ. 27.

ET veniunt rurſus Ieroſolymam Et cum ambularet in templo, accedunt
28 ad eum ſummi Sacerdotes,& Scribæ,& ſeniores.* Et dicunt ei: In qua po
29 teſtate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem,ut iſta facias?* Ieſus autē
reſpondens, ait illis: Interogabo vos & ego vnum verbum, & reſpondete mi
30 hi, & dicam vobis,in qua poteſtate hæc faciam.* Baptiſmus Ioannis de cœlo
31 erat an ex hominibus? Reſpondete mihi.* At illi cogitabant ſecum,dicentes:
32 Si dixerimus. De cœlo,dicet: Quare ergo non crediditis ei. *Si dixerimus. Ex
hominibus;timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem, quia ve-
33 rè Propheta eſſet.* Et reſpondentes,dicunt Ieſu: Neſcimus: Et reſpondens Ie
ſus,ait illis; Neque ego dico vobis, in qua poteſtate hæc faciam.

LVCAS CAPITE XX. Verſ. 1.

ET factum eſt in una dierum,docente illo populum in templo,& euangeli-
zante, conuenerunt Principes Sacerdotum, & Scribæ, cum ſenioribus,
2 * & aiunt,dicentes ad illum: Dic nobis,in qua poteſtate hæc facis: Aut quis eſt
3 qui dedit tibi hanc poteſtatem? *Reſpondens autem Ieſus,dixit ad illos: Inte-
4 rogabo vos & ego vnum verbum, *reſpondete mihi: Baptiſmus Ioannis de cœ
5 lo erat,an ex hominib.* ? At illi cogitabant intra ſe,dicētes: Quia ſi dixerimus:
6 De cœlo: dicet: quare ergo non crediditis illi?* Si autem dixerimus: Ex ho-
7 minibus; plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſunt enim, Ioannem Prophetam
8 eſſe.* Et reſponderunt, ſe neſcire,unde eſſet.* Et Ieſus ait illis Neque ego dico
vobis,in qua poteſtate hæc facio.

Et cum veniſſent in templum, acceſſerunt ad eum docentem Principes Sacerdotum.

POſtquam areſactam ficum animaduerterunt Apoſtoli, reſponſumq; a Chriſto acceperunt, die Martis palmarum,hoc eſt,feria tertia, vt Marcus indicat, venit Dominus in templum, populumq; docuit. Cùm doceret,Sacerdotum Principes, & ſeniores ad illum acceſſerunt,atque interrogarunt; *In qua poteſtate hæc facis?* Græcè, *ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ*, ideſt, *in quali auctoritate*, ſiue *poteſtate*. Quænam referat particula, *hæc*, dubium eſt. Nonnulli apud Origenem tract. 17. in Matth. quos ille ſimpliciores vocat, aiunt, rogari Chriſtū, in qua poteſtate faciat miracula, poteſtatène Dei, an diaboli: Hac relicta ſe- tentia, poteſt particula, *hæc*, referre

Feria tertia poſt Dominicā palmarū quid fecerit Chriſtus.

A doctrinàm, hoc ſenſu: In qua poteſtate poſt te populum trahis, & doces in templo; quod fieri non poteſt abſque poteſtate? Rectius ad illa, quæ die palmarum Dominus fecerat, refertur hoc pacto; In qua poteſtate ex templo emētes, & vendentes expuliſti, vrbemque, & templum, tanto cum comitatu clamantium *Hoſanna*, ingreſſus es? Euthymius: De eiectione (inquit) conquerūtur eorum, qui in templo vendebant. Et Theophylactus: Quis, inquit, es tu B qui eiicis negotiātes? &c. Et Chriſoſtomus: Cauponantium, ait, in templo correctionem obiiciunt, &c. Non eſt improbabile, interrogare de omnib. quæ Chriſtus faciebat: In quanam poteſtate miracula facis, doces, ex tēplo emētes ſacrificia, & vendentes eiicis? &c. D. Hieronymus de miraculis interrogare cēſet, & Origenes. Erant hi interrogatores.

Interrogāt Iudæi Chriſtum de poteſtate.

Digitized by Google

rogatores, Sacerdotum Principes, & ſeniores (de quibus poſtea) & Reipublicæ erant gubernatores; ſed incredu li, atque excœcati ideo Chriſtum de re interrogant perſpicua: Tot enim miraculorum lux ſplendidiſſima, niſi cœci fuiſſent, oſtendebat manifeſtè, in quanam poteſtate Chriſtus doceret, & reliqua faceret. Idem quoque indicabat doctrina, videlicet diuina Meſſiæ poteſtate omnia fieri. Sed cœci in media luce quærebãt, in qua poteſtate Sol terras calefaceret. Propria poteſtate, radiiſque ſuis Sol calefacit orbem. Eũdem in modum, poteſtate propria, radiiſq; proprijs: ac diuinis, lux mundi Chriſtus, tot beneficijs calefaciebat mundum, atque illuminabat.

Chriſti miracula, & doctrina ſatis poteſtatẽ Chriſti oſtendebant.

A trem, & a Ioannis ipſius teſtimonio Meſſias ſim declaratus? præterea, quẽadmodum Ioannes a vobis facultatem baptizandi & docendi non poſtulauit, ſed a Deo habuit; ita ego facultatẽ faciendi hæc, quæ facio, a uobis non poſtulaui, ſed habeo a Patre. Ioã. 12. *Quæ ego, inquit, loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor, &c.* Idem de factis dicere poterat; Quæ ego facio, ſicut dixit mihi Pater, ſic facio. Deniq; potuiſſet reſpõdere. Si dicitis, Ioannis baptiſmum, &
B doctrinam è cœlo fuiſſe, ergo illius teſtimonium, quod de me tulit, è cœlo erat; ille veſtræ quæſtioni facit ſatis, ſiquidem me Meſſiam eſſe teſtatus eſt. Ergo Meſſiæ, ac Dei poteſtate, & auctoritate hæc facio.

Chriſtus, & Ioannes Dei poteſtate docebãt.

Baptiſmus Ioannis vnde erat?

NOluit Chriſtus apertè reſpondere, ſe Deum eſſe, & Meſſiam, Deique, & Meſſiæ poteſtate facere, quæcũque faceret. Nolebat enim illis iræ, at
C que odij, & calumniæ ſubminiſtrare fomitem, Non reſpondit, ſed rogauit, propoſuitque quæſtionem de baptiſmo Ioannis. Rogabit aliquis, quorſum tendat hæc de baptiſmo Ioannis interrogatio, aut quomodo cum interrogatione Sacerdotum, & ſeniorum cõueniat. Reſpondeo, Dominum conuenienter transferre ſermonem a poteſtate in poteſtatem, a poteſtate ſua, de qua rogabatur, in poteſtatem Ioannis, de qua ro
D gat. Rogabant illi: *In qua poteſtate hæc facis?* Rogat ille, in qua poteſtate faciebat Ioannes, quæ faciebat. Baptiſmi. n. nomine cætera intelliguntur, que Ioãnes faciebat. *Baptiſmus*, inquit, *Ioannis vnde erat e cælo, an ex hominibus.* Quaſi diceret: Rogatis, quanam poteſtate hæc ego facio, rogo ego vos, quanam poteſtate Ioãnes baptizauerit, ac docuerit populum, & ad ſe traxerit. Si reſpõdiſſent id, quod veriſſimum erat, Ioãnem poteſtate a Deo accepta, ea feciſſe, quę
E fecit; reſpondere Dominus poſſet: Si Ioannem creditis a Deo accepta poteſtate baptizaſſe. & docuiſſe, cum tamẽ nullum miraculum fecerit; cur nõ creditis, me ea, quæ facio, diuina poteſtate facere, cum mille miracula perpe-

Interrogat Chriſtus interrogãtes,

Dixerunt: Neſcimus.

MIrum eſt, homines opinione ſua ſapientes, neſcientiam profiteri; ſed illam profitentur commodi ſui gratia, neve in populi indignationem incidant, vel in Chriſti redargutionem. Turpis autem erat ea ignorantia in rectoribus populi: ſcire enim ad eos ſpectabat, quanam poteſtate docerent Doctores. Sic homines illi, rationis participes, ſunt ratiocinati: Si dixerimus, Ioannis baptiſmum, & doctrinam fuiſſe ex cœlo. ideſt, a Deo, & Dei poteſtate, ac miſſione Ioannem baptizaſſe, ac docuiſſe, dicet nobis: Quare ergo illi non habuiſtis fidem, neq. habetis? Mihi enim teſtimonium perhibuit, qđ vos repellitis. Si autem dixerimus, non fuiſſe Ioannem Prophetam a Deo miſſum, ſed ab hominibus poteſtatem accepiſſe, populum timemus, lapidib. nos obruet (ſic eſt apud Lucam) certi ſunt enim, ideſt, perſuaſi. Græcè, πεπεισμένος γάρ ἐστιν ὁ λαὸς Ἰωάννην προφήτην εἶναι ideſt, *perſuaſus enim eſt populus, Ioãnem Prophetam eſſe.* Sic ratiocinati, vt populi lapides effugerent, vel Chriſti redargutionem, reſpondetunt; *Neſcimus*, vnde fuerit Ioannis baptiſmus, & qua auctoritate baptizarit, & docuerit ea de re dubitamus. Reſdondit Dominus: Non vultis reſpondere meæ quæſtioni, neque ego veſtræ reſpondebo. Sic enim dixerat; *Interrogabo vos & ego*

Iudæorum ratiotinatio malitioſa.

ego vnum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi,& ego vobis dicam, in qua poteſtate hæc facio,&c. A Illi dixerant; *Neſcimus.* Chriſtus non reſpondet: Neque ego ſcio, in qua poteſtate hæc facio: ſed, *Neque ego vobis dico.* Sciebat .n. Dominus, in qua poteſtate opera faceret, nẽpe diuina.

An Sacerdotes, & ſeniores de hoc reſponſo ſint inter ſe colloquuti.

Quæritur, an hi Sacerdotes, & ſeniores inter ſeſe verbis contulerint, ac deliberauerint, quodnam reſponſum Chriſto daturi eſſent; an ſolùm cogitãdo ratiocinati ſint, neq; alij cum aliis colloquuti? Caietanus, & Ianſenius, B exiſtimant, non ſolùm cogitaſſe, ſed etiam verbis inter ſeſe contuliſſe, ac deliberaſſe. Probatur opinio ex illis verbis: *Si dixerimus, &c. timemus turbam, &c.* Plurali loquuntur numero, veluti conſultantes. Præterea, ſi non conſultarunt inter ſeſe, ergo omnes idem penitùs cogitarunt. Quod ſanè mirum eſt. Videntur ergo verbis deliberaſſe, & ſtatuiſſe, reſpondendum eſſe: *Neſcimus.* Obijcitur, ſi illi inter ſeſe deliberarunt, coram Chriſto verba hæc protulerunt: C *Si dixerimus, ex Deo fuiſſe Ioannis Baptiſmum, dicet nobis: Quare ergo non credidiſtis ei? Si dixerimus, fuiſſe ex hominibus, timemus plebem, quia lapidabit nos.*

De Iudæorũ deliberatione.

At verò manifeſtum eſt, illos, audiente Chriſto, hæc verba non protuliſſe. Ergo non deliberarunt verbis, ſed tantũ cogitatione. Præterea. Euangeliſtæ ſignificant, cogitatione tantum deliberationem habitam, non verbis. Matthæus: *At illi* (inquit) *cogitabant inter ſe* Græcè, διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, id eſt, D *differebant apud ſeipſos: dicentes: Si dixerimus, &c.* Marcus: *At illi cogitabant ſecum, dicentes, &c.* Lucas: *At illi cogitabant intra ſe, dicentes, &c.* Reſpondetur priori obiectioni, Sacerdotes à Chriſto aliquantulum ſeceſſiſſe, & ſubmiſſa voce de reſponſione reddenda conſultaſſe. Secundæ reſpondetur, non ſolùm cogitaſſe, ſed etiam ore cogitationes E protuliſſe: id, quod verba Euangeliſtarum indicant; *Cogitabant apud ſe,* vel *inter ſe, dicentes,* id eſt, loquentes. Græcè pro *cogitabant,* legitur, διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, id eſt, *ratiocinabantur apud ſeipſos.*

CAPVT III.

Homo quidam habebat duos filios.

PRopoſuit Dominus ſummis Sacerdotibus, & ſeniorib. parabolã duorum filiorum, quorum alter à patre in vineam ad operandũ ire iuſſus, reſpondit: *Nolo;* poſteà tamen pœnitentia ductus iuit Alter verò ſimile mandatũ accipiens, reſpondit: *Eo, domine.* Græcè nunc legitur, ἐγὼ κύριε Ita etiam legũt Syri, אנא מרי *ana mari,* id eſt, *ego, domine.* Quæ verba indicant voluntatem eundi, & idem, quod, *Eo, domine.* Sed in vineam minimè iuit. Propoſita parabola, rogauit, vter filiorum voluntatem patris feciſſet? Illi reſpõderunt, illum voluntatem feciſſe patris, qui, licèt iuſſus reſponderit: *Nolo:* tamen mutata voluntate in vineam profectus eſt, Tunc Chriſtus reſpondit: *Amen dico vobis, quia Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei, &c.*

Parabola duorũ filiorum quid ſignificet.

Quid ſignificet parabola duorum filiorum, quæritur. Prima ſententia eſt, ſignificare Ethnicos, atq; Iudæos. Quę eſt Origenis tract.18. in Matth. D. Hieronymi, D. Chryſoſtomi in Matth. Bedæ, Euthymij, Anſelmi, Gloſſæ interlinearis, Lyrani, & aliorum. Ethnicorũ populus ſimilis fuit illi filio, qui in vineam iuſſus ire noluit, poſteà pœnitẽtia ductus iuit. Ethnicorum populus operari iuſſus eſt in vinea, per legem naturalẽ. Gẽtiliũ populo (ait Hieronymus) per naturalis legis notitiam dicitur: *Vade, & operare in vinea mea, &c.* Reſpondit: *Nolo;* quoniam Deum dereliquit, & idola coluit. At poſt aduẽtum Chriſti, pœnitentia motus, in vineam, id eſt, Eccleſiam, venit. In aduentu Saluatoris (ait Hieronymus) acta pœnitẽtia, operatus eſt in vinea Dei, & ſermonis cõtumaciã labore correxit, &c. Populus verò Iudæorum alteri filio fuit ſimilis, qui reſpondit: *Eo, domine,* & non iuit. Secundus filius (ait idem Pater Hieronymus) populus Iudæorum eſt, qui reſpondit Moyſi Exod.24. *Omnia, quæcumque dixerit Dominus, faciemus;* & non iuit in vineam, &c.

Digitized by Google

A

Aliorum recentiorum, Caietani, Ianſenij, Gagnæi, opinio eſt veriſimilior, & verbis Chriſti conuenientior; altero ex duobus filijs Publicanos, ac meretrices; altero Sacerdotes, Phariſæos, ac ſeniores ſignificari. Nam quemadmodum primus filius primùm quidem reſpondit: *Nolo;* attamen pœnitentia ductus correxit ſe, & in vineam iuit. Sic Publicani, & meretrices primùm quidem Deo dixerunt: *Nolo;* hoc eſt, obedientiã diuinæ legi non præſtiterunt; poſteà verò, audito Ioanne, pœnitentiam egerunt, & baptizati ſunt. At Phariſæi, & Sacerdotes, quibus Chriſtus loquitur, ſecũdo filio fuere ſimiles, verbis, & externa ſpecie, & officio, qui dixerunt: Volumus: erant enim hypocritæ: ſed in vineam non iuerunt, & audito Ioanne, neque pœnitentiam egerunt, neque baptizati ſunt. Probant hunc ſenſum verba, quæ Chriſtus parabolæ adijcit, veluti explicationẽ: *Amen dico vobis, quia Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei, &c.* Cum meretricibus, & Publicanis pœnitentibus Sacerdotũ Principes, & ſeniores confert, inferioresq; fuiſſe ait. Publicanos, & meretrices ſignificat dixiſſe primùm: Nolumus; poſteà: Volumus. Sacerdotes verò, & ſeniores dixiſſe: Volumus; & poſteà: Nolumus. *Publicani,* inquit, *& meretrices crediderunt Ioannis: vos autem videntes, nec pænitentiam habuiſtis poſteà, vt crederetis ei, &c.*

Publicani, & meretrices, vnus filius: Sacerdotes, & Phariſæi alter.

Sacerdotes, & Phariſæi, Publicanis, & meretricibus conferuntur.

B

Verumtamen ſenſus prior antiquorum complectendus etiam eſt. Indicat enim parabola vtrumq; populum, Iudaicum, & Ethnicum, vt eſt explicatũ. Indicat præterea filius prior quemlibet hominem, qui primùm quidem dicit Deo: Nolo; id eſt, qui Deo obedientiam non præſtat, legemq; frangit; poſteà verò mores, vitamq; emendat. Sic Paulus primùm dixit: Nolo in vineam ire; Eccleſiamq; perſequutus eſt; poſteà verò iuit. Quamobrem dicitur: *Lupus rapax,* Geneſ. 49. *mane comedens prædam,* id eſt, primùm Eccleſiam perſequens, veſpere autem ad vineam iuit, & diuini Verbi ſpolia diuiſit. *Veſpere,* inquit Iacob, *diuidet ſpolia,* id eſt eloquia Dei, vt interpretatur Rupertus. Vel veſperè dicit diuiſiſſe ſpolia, inſtar ducis, victoriam de cacodæmone reportantis, multosque mortaliũ ex eius poteſtate eripientis. Fuit quoque priori filio ſimilis Magdalena, cùm mulier erat in ciuitate peccatrix, Deo dixit: Nolo: cùm ad Chriſti pedes proſtrata pœnitentiam egit, mutata voluntate, dixit: Volo; & in vineam profecta eſt. Poſteriori filio ſimilis, eſt is homo, qui bonum habet vitæ principium, exitum malum; primùm ait, Volo; poſteà, Nolo. Iudas talis fuit, primùm bonus Chriſti Diſcipulus, poſteà malus proditor. Talis fuit etiam Saul, 1. Reg. 9. *Non erat vir de filijs Iſrael melior illo;* poſteà verò mutatus, à Deoque eſt abiectus. Adde, ſimiles eſſe priori filio eos, qui officio; veſtibus, ſtatu ſanctitatem profitentur, neque verò vllam habent; quales ſunt, ſi qui ſunt, Sacerdotes, & Concionatores, & Religioſi, qui Dei legi minimè obſequuntur; ſtatu, officio, veſtibus dicunt: Volumus; operibus dicunt: Nolumus. Sunt hi ficus folia habentes, fructu carentes. Non ſatis ſunt folia, opus eſt fructu.

Vtraque parabola expoſitio bona eſt.

Paulus quis fuerit ex his duob. filijs.

Magdalena.

Iudas.

Saul.

C

Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

D

ANtefert Dominus Principibus Sacerdotum, & ſenioribus meretrices, & Publicanos, qui, audito Ioanne, baptizati ſunt, & pœnitentiam egerũt, Ducesque, & magiſtros Sacerdotibus, & ſenioribus ſe præbuerunt, antecedentes eos per viam pœnitentiæ in regnum Dei. *Amen* (inquit) *dico vobis, quia Publicani, & meretrices præcedent vos.* Ita correcta habet Biblia. Græcè nunc, προάγουσιν ὑμᾶς, id eſt, *præeunt vos, ante vos eunt,* in via pœnitentiæ, viam demonſtrantes in regnum Dei. Sed vos illos non ſequimini: verbis dicitis: *Volumus ire in vineam:* operibus dicitis; *Nolumus.* Noſter Interpres legit: *Præcedent vos in regnum Dei:* vel, verbum præſentis intellexit ſignificationem habere futuri, hoc ſenſu:

E

Meretrices, & Publicani ante vos ibunt in regnum Dei, viam vobis pœnitentiæ, & fidei indicantes; vos tamen eos non ſequemini.

Publicani, & meretrices Sacerdotibus, & ſenioribus præponuntur.

Venit

Venit ad vos Ioannes in via iuſtitiæ.

Publicani, & meretrices cur Sacerdotibus anteferantur.

OStendit, cur anteferat Publicanos, & meretrices ſenioribus, & Principibus Sacerdotum. *Venit* (inquit) *ad vos Ioannes*, miſſus à Deo, *in via iuſtitiæ* ambulans, per viam iuſtitiæ iter faciens, hoc eſt, iuſtiſſimè viuens, *& non credidiſtis ei*, teſti omni exceptione maiori. At meretrices, & Publicani præceſſerunt vos; quia illi crediderunt, & A pœnitentiam egerunt, baptizatiq́; ſunt. Vos autem vidẽtes meretricum, & Publicanorum exemplum, videntes fœminas, viroſque flagitioſiſſimos pœnitentiam agere, & ad Deum conuerti; nec pœnitẽtiam habuiſtis, poſteaquàm eorum exemplum vidiſtis, vt crederetis Ioanni. Græcè, non habuiſtis pœnitentiam, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ, id eſt, *ad credendum ei*, hoc eſt, non habuiſtis pœnitentiam, qua ducti Ioanni crederetis.

C A P V T IIII.

De parabola vineæ.

M A T T H Æ V S C A P I T E II. Verſ. 33

ALIAM parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plan-
tauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular,
& ædificauit turrim, & locauit eam agricolis; & peregrè profe-
34 ctus eſt. * Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet, mi-
35 ſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt aciperent fructus eius. * Et agri-
colæ, apprehenſis ſeruis eius, alium cęciderunt, alium occiderunt, alium verò
36 lapidauerunt. * Iterum miſit alios ſeruos, plures prioribus; & fecerunt illis ſi-
37 militer. * Nouiſſimè auẽ miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur fortè
38 filium meum. * Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt
39 hæres: venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. * Et appre-
40 henſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. * Cùm ergo venerit do-
41 minus vineæ, quid faciet agricolis illis? * Aiunt illi: Malos malè perdet, &
vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.
42 * Dixit illis Ieſus: Numquam legiſtis in Scripturis: Lapidem quem repro-
bauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt
43 iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. * Ideò dico vobis, quia auferetur à vo-
44 bis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. * Et qui ceciderit ſu-
per lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.
45 * Et cùm audiſſent Principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolas eius, cogno-
46 uerunt, quòd de ipſis diceret. * Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas;
quoniam ſicut Prophetam eum habebant.

M A R C V S C A P I T E XII. Verſ. 1.

ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam paſtinauit homo, & circum-
dedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis,
2 & peregrè profectus eſt. * Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, vt ab agri
3 colis acciperet de fructu vineæ. * Qui apprehenſum eum cæciderunt, & dimi-
4 ſerunt vacuum. * Et iterum miſit ad illos alium ſeruum, & illum in capite
5 vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. * Et rurſum alium miſit, & illum
6 occiderunt; & plures alios, quoſdam cædentes, alios verò occidentes. * Adhuc
ergo vnum habens filium cariſſimum, & illum miſit ad eos nouiſſimum, di-

7 cens: Quia reuerebuntur filium meum.* Coloni autem dixerunt ad inuicem:
8 Hic eſt hæres: venite, occidamus eum, & noſtra erit hæreditas.* Et apprehen
9 dentes eum occiderunt, & eiecerunt extra vineam.* Quid ergo faciet domi-
10 nus vineæ? Veniet, & perdet colonos, & dabit vineam alijs. * Nec Scripturam
hanc legiſtis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in ca-
11 put anguli.* A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? * Et
12 quærebant eum tenere, & timuerunt turbam: cognouerunt enim, quoniam
ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo, abierunt.

LVCAS CAPITE XX. Verſ. 9.

CÆpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: homo plantauit vineam,
10 & locauit eam colonis; & ipſe peregre fuit multis temporibus.* Et in tẽ-
pore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum di-
11 miſerunt eum inanem.* Et addidit alterum ſeruum mittere; illi autem hunc
12 quoque cædentes, & afficientes contumelia dimiſerunt inanem:* Et addidit
13 tertium mittere, qui & illum vulnerantes eiecerunt.* Dixit autem Dominus
vineæ; Quid faciam? Mittam filium meum dilectum; forſitam cùm hunc vi-
14 derint, verebuntur.* Quẽ cùm vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe dicẽtes:
15 hic eſt hæres, occidamus illum; vt noſtra fiat hæreditas.* Et eiectum illum
16 extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ?* Veniet, &
17 perdet colonos iſtos, & dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illi; Abſit.* Il-
le autem aſpiciẽs eos ait; Quid eſt ergo hoc, quod ſcriptum eſt; lapidem quem
18 reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? * Omnis qui ceci-
derit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur; ſuper quem autem ceciderit, com-
19 minuet illum.* Et quærebant principes ſacerdotum, & Scribæ, mittere in il-
lum manus illa hora; & timuerunt populum. Cognouerunt enim, quòd ad
ipſos dixerit ſimilitudinem hanc.

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam.

Ad quos dicta ſit hæc parabola.

PRopoſuit Dominus parabolã principibus ſacerdotum, Scribis, & ſenioribus; qua oſtendit illos à publicanis victos eſſe, & meretricibus, pœnitentiam agentibus. Alteram addit, qua demonſtrat, ſe à patre miſſum ad Iudæos; ab illis verò cruci eſſe ſuffigendum prædicit; grauiſſimaſque pœnas, de tanto ſcelere ſumendas. Lucas ait, Dominum ad plebem parabolam hanc dixiſſe. Matthæus, & Marcus ad ſacerdotes, Scribas, & ſeniores. Vtrumque verum; quia ad hos præcipuè, & ad plebem etiam dicta eſt. *Homo* (inquit) *paterfamilias, plantauit vineam*. Pater huius magnæ familiæ, id eſt, mundi, Deus

Paterfamilias magnus Deus eſt.

A eſt, qui patrisfamilias inſtar, totum orbem, velut domum ſuam adminiſtrat, omnibuſque creaturis prouidet. Is paterfamilias ſummus, vineam in orbe plantauit; apud Marcum eſt, *paſtinauit*; verbum Græcum idem eſt, apud Matthæũ, & Marcum, nimirũ, *ἐφύτευσε*, id eſt, *plantauit*. Paſtinare autem eſt, vineam fodere, repaſtinare refodere. Interpres videtur ſumpſiſſe, pro fodiendo plantare. Eſt autem vinea hæc, quam Deus plantauit, Synagoga, ſiue

Vinea quæ ſit.

B populus Iſraeliticus; qui confertur ſæpe in ſcriptura, cum vinea. Pſal. 79. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes*, id eſt, Chananæos, *& plantaſti eam.* Nam quemadmodum ſtudioſus plantator ſyluas excindit, vepreſque, & ſpinas, vt vineam plãtet; ſic Deus Chananæos, veluti vepres, ſpinaſq; excidit,

vt plan-

vt plãtaret Iſraelitas in Iudæa. Quemadmodum lapides ex vinea eijcit, qui vineam plantat. Sic Deus vineam plantans ſuam, Chananæos veluti lapides ex terra expulit. Hoc ſignificat illud Iſaiæ 5. *lapides elegit ex ea*, hoc eſt, expulit lapides, vt interpretatur Hieronymus, & alij. Hi verò lapides, quos è vinea expulit, fuere Chananæorũ populi. Plantauit autem Deus hanc vineam, ex Aegypto eductam in Iudæa. Quantum creuerit indicat Pſalmus verbis ſequentibus: *Dux itineris fuiſti in conſpectu eius; & impleuit terram*, ſcilicet Iudæam. *Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei*, id eſt celſiſſimas cedros. Noto Hebraiſmo, cedri Dei, dicuntur altiſſimi. *Extendit palmites ſuos vſque ad mare*, ſcilicet Mediterraneum; *& vſque ad flumen*, Euphratem, vt interpretatur Chaldæus, *propagines eius*, Ierem. 2. *Ego plantaui te vineam electam, omne ſemen verum, &c.* Iſaiæ 5. *Vinea facta eſt dilecto in cornu filio olei, &c.* Vinea igitur, quam Deus plantauit ſynagoga eſt: plantaſſe autẽ illam, ait Auguſt. ſerm. 59 de Verbis Domini, lege data, in cordibus Iudæorum. Vel potiùs plãtauit eam, cùm in terra repromiſſionis collocauit, vt probatur ex verbis Pſalmi 79. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti; eieciſti gentes, & plantaſti eam*; ſcilicet, in Iudæa, ſiue Paleſtina. Et in Cantico Moſis, Exo. 15. *Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ.* Itaque dicitur Deus plãtaſſe populũ Iſraeliticum: quia illũ ſibi aſſumpſit, & inſtar vineæ, in Paleſtina plantauit, eiq; inſtar vineæ culturã præbuit.

A B C D (margin letters)

Synagoga vinea fuit Domini.

Sepem circumdedit ei.

Plantator vineæ in ea tria præſtitit.

Plantatæ vineæ diligens paterfamilias, tria præſtitiſſe dicitur. Sepe illam cinxit; ne aut beſtiæ, aut fures, botros diriperẽt. Torcular extruxit, quo vindemia premeretur. Turrim ædificauit, in qua vel ipſe, ſi vellet, vel vinitor habitaret tutus, vineãq; veluti ex ſpecula inſpiceret, & vinũ uineæ aſſeruaret. Similiter Iſa. 5. legimus, *Sepiuit eam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular exſtruxit in ea.* Marcus ait, *fodit lacum*, illum ſcilicet, in quem vinum fluit expreſſis vuis: apud Matthæum Grecè dicitur ληνὸς, id eſt torcular: apud Marcũ, ὑπολήνιον, id eſt lacus.

Quid ſignificent ſepes vineæ, turris.

Quid hæc tria ſignificent inquiramus. In primis ſepem Synagogæ, ait D. Hieron. fuiſſe, vel murum vrbis, quo veluti ſepe cingebatur, vel Angelorũ auxilia. Euthymius, legem indicare putat, quæ non ſinebat Iſraelem commiſceri gentibus, vel Dei cuſtodiam: ſimiliter Theophylactus, Sepes (inquit) lex eſt, non ſinens eos gentibus miſceri. Vel Angeli cuſtodes, &c. Gloſſa interl. addit ſepem ſignificare cuſtodiam bellicoſorum virorum, vt Dauidis, & Machabæorum. Exiſtimo ſepem ſignificare cuſtodiam: idcirco enim ſepes fit, vt vinea cuſtodiatur. Ergo cuſtodiam populi Iſraelitici ſignificat ſepes vineæ. D. Ambroſius Luc. 20 ſepe (inquit) circumdedit, hoc eſt, diuinæ cuſtodiæ munitione vallauit, ne facile ſpiritalium pateret incurſibus beſtiarũ, &c. Victor Antiochenus in Marcum: Per ſepem, inquit, diuinam cuſtodiam, cæleſteque præſidium, ſignificat, &c.

Quid ſit torcular.

Torcular putant D. Hiero. Theophylactus, Euthymius, Victor Antioch. & alij, indicare altare holocauſtorum. Rationem reddit Hieron. Iſaiæ 5. Quidam (inquit) torcular altare ſignificare putant. Sicut enim ad torcular omnes vuæ comportantur, atque calcantur, vt ex eis exprimatur vinum; ſic altare omnis populi ſuſcipit fructus, & immolatas hoſtias deuorat, &c. Altera rō eſt; quoniam ad altare, ſanguis qui vino ſimilis eſt, fundebatur, iuxta illud Leuit. 7. *Sanguis eius*, id eſt, victimæ pro delicto, *per gyrum altaris fundetur, &c.* Et cap. 1. *ſanguinem illius fundent ſuper altare filij Aaron, &c.* Euthymius: torcular, inquit, altare eſt, in quo ſanguis effundebatur, &c. Poteſt etiam dici torcular lex, nam quemadmodum vineę botri torcularis prælo premuntur, vinumq; præbent; ſic homines legis iugo premuntur, Deoque iucundiſſimam obedientiam, & bonorum operum dulce vinum proferunt. Vnde Ianſenius, per torcular (inquit) ſignificatur lex, quæ purum ab impuro diſcerneret, malum à bono diſtinguens; & per quam è populo veluti exprimeretur, dulciſſimum bonorum operum vinum. D. Hilarius

E

Digitized by Google

torcularia Prophetas interpretatur, eo A quòd quemadmodū in torculari vinum fluit; ſic in prophetas muſti modo (vt ille ait) quædā vbertas Spiritus ſancti feruentis influxit. Et Auctor imperfecti; Torcular (inquit) prophetas, ex qui bus quaſi ex torcularibus, gratia Spiritus ſancti decurrebat, vt muſtum, &c.

Quid ſit turris. Turrim Hilarius legis eſſe eminentiam ait, quæ in cęlum ex ſolo egreſſa proueheret; & ex qua ſpeculari Chriſti poſſet aduentus. Item Auctor imperfecti; Aedificauit (inquit) turrim, id eſt B legis fiduciam, & altitudinem, ex qua ſacerdotes Chriſtum venturum ſpecularentur, &c. Hieron. Beda, Theophylactus, Euthymius, Victor Antioch. & alij, turri templum ſignificatum exiſtimant; idque eſt probabilius. Antiquiſſima ante tempora Origenis huiuſmodi interpretatio eſt. Ait enim Origenes tract. 19. in Ioannem alios ſic parabolam expoſuiſſe: Cuſtodia Dei fuit ſe C pes vineæ, turris templum, torcular locus libationum, &c.

Alia interpretatio. Aliter, cùm Chriſtus ait; *Homo quidam plantauit vineam, ſepem circumdedit ei; & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim*, ſignificat patremfamilias vineam plantaſſe, & quæcumque in vinea deſiderari poſſunt pręſtitiſſe, deſiderari autem in vinea poſſunt, ſepes, torcular, turris. Vnde apud Iſaiam cap. 5. *Quid (inquit) debui facere vineæ meæ, & non feci?* Plantauit Deus vineam ſynagogā, D omnia neceſſaria illi dedit, ad ferendos fructus vberrimos. Rectè Caietanus, Sepes (inquit) turris, & torcular, ſicut omnia, quæ oportet, & expedit habere vineam optimam ſignificant: ita omnia opportuna, & ſpectantia ad bonum populi Iſrael, ſignificant data à Deo. Munitiones ſcilicet ab extraneis, tam ſpirituales, quàm corporales, & ſecuram habitationem, velut in turri; & neceſſaria quæque inſtrumenta, ad omnia, velut torcular reſpectu vineæ. Sic ille.

Et locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt.

Agricolæ q dicantur. AGricolis paterfamilias vineam locauit; Deus ſuam ſynagogam locauit Sacerdotibus, Doctoribus, & Reipub. adminiſtratoribus; vt illam colerent, fructuſq; redderent Domino. In colonis (ait D. Hilarius) Principum ſacerdotum, & Phariſæorum, eſt ſpecies; quibus in plebem poteſtas eſt permiſſa doctrinæ, &c. Theophylactus; Agricolæ (inquit) ſunt Doctores populi, Phariſæi, & Scribę, &c. Obijcitur Chriſtus poſtea in fine ait: *Auferetur à vobis Regnum Dei, &c.* id eſt à Iudæis auferetur; ergo coloni vineæ erant Iudæi omnes. *Agricolæ ſunt Sacerdotes, & Scribæ.*

Reſpondetur, ſenſum verborū hunc eſſe, *auferetur à vobis*, Sacerdotibus, populique gubernatoribus, Regnum, &c. vt infra dicitur. Quòd autem agricolę, Sacerdotes, & ſimiles ſignificent, probatur; quia diſtinguere oportet, vineam ab agricolis, & colonis. Vinea indicat Iudæorum populum; ergo coloni, ſiue agricolæ, quibus uinea locata eſt, nō ſignificant populū, ſed populi gubernatores, qui vineæ curā gerebant; quāuis non deſit, qui aliud ſentiant. Hoc perſpicuū eſt; quod ſequitur, dubiū habet.

Peregrè dicitur profectus paterfamilias? Numquid Deus peregre proficiſcitur, qui cœlos terraſque omnes, omnia ſpatia, etiam extra cœlum vacua, ſua immenſitate complet? Non proficiſcitur Deus mutando loca; ſed perinde ſe habet, ac ſi peregre eſſet profectus. Quemadmodū paterfamilias, qui peregre proficiſcitur, oculis operantium ſeruorum, non apparet, donec redit; ſic Deus nobis non apparet, donec ad iudicium reuertatur. Eſt ſimilis patrifamilias peregrinanti; quia non cernitur à nobis. Quamobrem multi ex ſeruis otio vacant, vineamq; negligūt; qui ſi Dominum cernerent, diligenter operam uineę nauarent. Diuus Ambroſius Luc. 12. Peregre (inquit) profectus eſt Dominus; non quia ex loco ad locum profectus eſt; qui vbique ſemper præſens eſt. Sed quia eſt præſentior diligentibus; negligentibus abeſt, &c. *Deus quomodo dicatur peregrinari.* *Deus eſt præſentior diligentib. negligentibus abeſt.*

E Theophylactus, peregrinationem, Dei longanimitatē putat indicare. Peregrinatio Dei, inquit, lōganimitas eius eſt. Videtur enim Deus, & dormire, & peregre proficiſci; dū longanimis eſt, & nō è veſtigio peccatorū pęnas exigit, &c. Deus (ait Diuus Thomas) dicitur peregre proficiſci, quando non ad quamcumque

cumque culpam, pœnam infligit, &c. A
D.Hieronym. peregre profectum dici
exiſtimat Deum, vt libertas arbitrij
oſtendatur, peregre (inquit) profectus
Liberũ arbitrium.
eſt Deus, nõ loci mutatione. Sed abire
videtur à vinea, vt vinitoribus, liberũ
operandi arbitrium derelinquat, &c.
Idem habet Beda, D.Anſemus, D.Thomas,
Lyranus, & alij. Caietani interpre
tatio non placet, aientis peregrinatio-
ne indicari ſubtractionem auxilij gra-
tuiti ſeruantis Iſraelitas à malo. Loca-
uit enim illis vineam, auxiliumq; præ- B
ſtare paratus ſemper fuit.

Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet.

NOn fert fructum vinea omni tem
pore, ſuum habet, atque certum
tempus, fructus, id eſt, botros, vinum-
que producendi. Ideo ait Dominus, *cũ*
Serui miſſi quid ſignificent.
appropinquaſſet tempus fructuum miſiſſe
patrem familias ſeruos, qui à colonis
vineæ fructum acciperẽt. At homines C
fructum ferre debent omni tẽpore. Eſt
autem fructus hominum, fides, caritas,
& opera bona. Hos fructus à ſua vi-
nea id eſt, ſynagoga Deus petebat, per
ſeruos ſuos, quos mittebat. D.Marcus,
& Lucas, narrãt primùm quidem miſ-
ſum eſſe vnum ſeruum, deinde alium,
poſtea alium. Matthæus ait, miſſos mul
tos ſeruos, iterum miſſos alios plures
prioribus, quoniã illos, quos Marcus,
& Lucas aiunt miſſos, alij comitaban-
tur. Quamobrem Marcus ait, miſſos D
plures alios: *Et plures*, inquit, *alios, quoſ*
dam cadentes, alios verò occidentes, &c.
Adumbrant hi ſerui, quos coloni vul-
nerarunt, prophetas, quos Iudæi vita
priuarunt. Iuxta illud Domini. Luc. 13
Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas
eos, qui ad te miſſi ſunt, &c. Act. 7 Stepha
nus: *quem prophetarum*, inquit, *non ſunt*
perſecuti patres veſtri, & occiderunt eos, qui
prænuntiabant de aduentu iuſti: &c. Pau-
lus, id eſt, ad Theſſal. 2. *Iudæi Dominum*
occiderunt, & prophetas, &c. De prophe- E
phetis, qui à Iudæis occiſi ſunt, diximus,
tom. 1. libri 5. cap. 23.

Nouiſſimè autem miſit ad eos filium ſuum.

SIgnificat filius patrisfamilias, Chri
ſtum Dei Patris Filium: quem ille
Quid ſignificet filius patrisfamilias.
poſt ſeruos, id eſt, prophetas, ad culto
res vineæ miſit, vt fructum fidei viuæ,
ac bonorum operum peteret. At illi
pro fructu mortem attulerũt acerbiſ-
ſimam, crudeliuſque in filium, quàm
in ſeruos ſæuierunt. Illa verba pa-
trisfamilias, *Verebuntur filium meum.*
Vel, vt habet Lucas, *forſitan, cum eum vi*
derint, verebuntur: vidẽtur ad ornatum,
& compoſitionem, parabolæ, non ad
ſignificandum eſſe poſita. Nam hæſitan
tis vel etiam ignorantis verba ſunt.
Forſitan, inquit, *verebũtur*; ſciebat Deus
colonos ita filium, ſicut ſeruos vita
priuaturos, quomodo ergo, illi tribuẽ
tur hæc verba: *forſitan verebuntur filium*
meum? Ergo parerga eſſe, nec ad ſigni-
ficationem parabolæ pertinere viden-
tur. Nihilominus D. Hieronymus hoc
Liberũ hominis arbitriũ hic ſignificatur.
loquendi modo, & dubitatione, vult
ſignificari liberũ hominis arbitrium,
ita vt dubitatio non ſit propter Dei
ſcientiam, ſed propter liberum arbi-
trium, quòd & reuereri, & non reuere
ri filium poterat. Quod iungitur, ait
Hieronym. *verebuntur filium meum*: nõ
de ignorãtia venit. Quid enim neſciat
paterfamilias, qui hoc loco Deus pa-
ter intelligatur? ſed ſemper ambigere
dicitur Deus, vt libera voluntas homi
nis reſeruetur. Sequuntur hanc ſenten
tiam Beda, D.Anſelmus, D. Thomas,
Gloſſa interl. & alii. D. Chryſoſtomus
ait, hanc hæſitationem ſignificare tum
Deum, non cogere hominem, tùm
quòd Iudæi facere debuiſſent. Dicit,
(inquit) *fortaſſis, verecundabuntur*; quæ
debuiſſent fieri, enarrans, &c. Item: Nõ
quia ignorabat, ſed ne quidam ex amẽ
Theophylact.
tia dicerent, prædictione Dei coactos,
obtemperare non potuiſſe Idcirco hu-
iuſmodi vtitur orationis figura, &c. Si
militer Theophyl. Nõ ignorans dicit:
ſed ſignificare volẽs, quid facere debe
rent, &c. Sic etiam Lyranus interpre-
tatur, & Ianſenius. Caietanus: Non ſi-
gnificatur, ait, quod erit, ſed quod eſſe
debet, ex cõditione perſonæ, &c. Græ-

cum verbum *ἐντρέπω* ſignificat *pudore afficio*, *ἐντραπήσονται*, apud Matthęum, ſignificat *reuerebuntur, pudore afficientur.*

Hic eſt hæres; venite occidamus eum.

Chriſtus eſt hæres vineæ quã Iudæi occidere decreuerunt.

MIſit paterfamilias ſeruos, poſtremò filium miſit ad vineæ colonos: At illi quemadmodum in ſeruos, ſic in filium ſæuierunt; *Videntes* (inquit) *agricolæ filium, dixerunt, hic eſt hæres*, ſcilicet vineæ, *venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius*; hoc eſt poſſidebimus vineam, quæ hæreditario iure illius eſt. Indicant verba hæc concilium illud, in quo Caiphas, cæterique ſtatuerunt, *vnum hominem*, id eſt, Chriſtum, *occidendum pro populo, ne tota gens periret*; Ioan. 11. *Ab illo ergo* (inquit) *die cogitauerunt, vt interficerent eum, &c.* In parabola affingitur cauſa, cur coloni filium patris familias voluerint occidere, nimirum vt hæreditatem eius, id eſt, vineam poſſiderent. Dubium eſt; an ſit cauſa hæc parergon parabolæ; an verò conueniat principibus ſacerdotum, & aliis? Reſpondetur hanc cauſam ſignificare, principes ſacerdotum Phariſæos, & Scribas, Chriſtum occidiſſe, vt vineã, id eſt populum Iſraeliticũ Chriſto tollerent. Videbant totum populum, ſequi Dominum, iuxta illud Ioannis 12. *Dixerant Phariſæi ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus. Ecce mundus totus poſt eum abijt, &c.* Mũdus totus, hoc eſt populus, & vinea, poſt Chriſtum abibat. Occiderunt illum, vt vineam, id eſt populum, illi abſtraherent; ne in populo ſiue vinea princeps eſſet; eſſent vero ipſi. Ita tertio Regum 21. Iezabel Naboth occidit, vt vineam eius poſſideret.

Quomodo Phariſæi Chriſto tollere voluerint hæreditatem.

An Iudæi cognouerĩt Dominũ Ieſũ eſſe Meſſiam?

Ambigitur; An Iudæi cognouerint, Dominum eſſe Meſſiam? Etenim ex hoc loco colligi videtur affirmãs pars. *Hic* (inquiunt) *eſt hæres*, id eſt, Meſſias Rex Iſrael promiſſus, cuius eſt hæreditas, hoc eſt regnum Iſrael. Vnde Beda. Intellexerunt (inquit) Iudæorum principes, hunc eſſe, de quo dictum eſt Pſal. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, &c.* Eadẽ verba habet Anſelmus. Euthymius: Non occiderunt eum tanquam Dei filium. Sed tanquam vineæ hæredẽ, ſiue tanquam Regem Iſrael. Item: Cognouerunt hunc eſſe, quem prophetæ Regem Iſrael annunciauerãt, &c. Reſpondet D. Thomas 3. p. q. 47. art. 5. Principes Iudæorum & legis peritos, cognouiſſe Dominum Ieſum eſſe Meſſiam. Videbant enim miracula inaudita, & ſcripturas nouerant: Idem ſentit Burgenſis, Sixtus Senenſis lib. 6. Annot. 98. & Lyranus Matth. 21.

Phariſæi et ſcribæ Chriſtum Meſſiam nõ cognouerunt.

At Abulẽſ. Matth. 21. q. vlt. & Caiet. 3. p. q. 47. art. 5. in negantem ſententiã deſcẽdũt. Illos ego ſequor & Soarium 3 parte diſp. 31. Videntur. n. mihi inuidi legis periti, ac ſacerdotes, nõ cognouiſſe, ſaltẽ plena cognitione, ac firma, Chriſti dignitatẽ. Cùm viderent miraculorum multitudinem, eumq; audiebant, fortè hæſitabãt; ſed odio, & inuidia excæcabantur. Scripturas cæci in alios ſenſus diſtorquebant; quod nunc quoque Iudæi faciunt: Probatur hæc ſententia, quia illi Meſſiam expectabãt regio honore mundanaque dignitate fulgentem, bellatorem, gentiumque domitorem, & temporalis Reipublicæ liberatorem; vnde illud diſcipulorum Act. 1. *ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? &c.* Chriſtum autem pauperem videbant, honorumque contemptorẽ. Præterea habebant in ſcriptura Meſſiam fore in Bethleem naſciturum; Chriſtum verò in Bethleem natum ignorabant, in Nazareth ortum exiſtimabant. Vnde Ioannis ſeptimo, nonnulli aiebant; *Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonne Scriptura dicit: quia ex ſemine David & de Bethleem Caſtello, vbi erat David, venit Chriſtus? &c.* Probatur item opinio ex illis verbis Chriſti, in cruce pendentis; *Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, &c.* Et ex illis Ioannis 8. *ſi veritatem dico vobis; quare non creditis mihi?* Item, ex illis Petri Act. 3. *Scio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri, &c.* Ergo principes ignorauerunt Meſſiam, ſiquidem crucifixerunt illum per ignorantiam, vt Petrus ait. Adde Paulum fuiſſe Phariſæum, legis peritum; attamen ignoraſſe Chriſti dignitatem; ergo ſimiles alii ignorarunt, 1. ad Timoth. 1. *Prius* (inquit) *Blaſphemus fui, & perſecutor, & con-*

Digitized by Google

& contumelioſus. Sed miſericordiam Dei eſt ſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate, &c.

Quæres qualis nã fuerit horum hominum ignorantia. Reſpondetur, fuiſſe craſſam, ignorãtiam, iuxta illud Ioãnis 15. *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo, &c.* Quoniam Chriſti vita, & doctrina, miracula comparato a Deo auxilo, ſufficientia media erant, ad cognitionem. Obijcies, principes ſacerdotũ, & legis periti, Chriſtum regio honore fulgentem, ut diximus expectabãt. Ergo non erat in Synagoga, de Meſſia vera fides. Quod a veritate alienum eſt. Reſpondetur, Synagogam veram habuiſſe de Meſſia fidem, fore ſcilicet hominem, præcellentiſſimumq; Regẽ paſtorem, & prophetam ſanctiſſimum, qui magnis beneficijs Iſraelem eſſet effecturus cumque redempturus; Hæc uera erãt; his veris, legis periti alia falſa admiſcuerant.

Qualis fuerit ignorantia Iudæorum.

Synagoga de Christo fides vera fuit.

Ex dictis reſpondetur alteri quæſtioni, videlicet, An legis periti, nouerint Chriſtum fuiſſe Deum & filium Dei naturalem? Etenim ſi Meſſiam eſſe non cognouerunt; multo minus cognouerũt Deum eſſe, & filium Dei naturalem. Imo cum hæc cognitio, ſacroſanctæ Trinitatis myſterium includat; pauci etiam ex ijs, qui crediderunt Chiſtum Meſſiã eſſet, crediderũt diſtinctè illum Deum eſſe, & filium Dei naturalem, ante reſurrectionem. Poſt Spiritus ſancti aduentum, Auguſtiſſimę Trinitatis myſterium doceri, & agnoſci cæpit diſtinctè, noueruntque omnes Deum filium habere naturalem, eiuſdẽ eſſentiæ numericæ, eſſeque Deum unum perſonas vero tres, Patrem, Filium, atque Spiritum ſanctum. Quod autẽ Phariſæi ignorarent Meſſiam fore Deum, oſtenditur, ex abiectione illa Chriſti, Mat. 22. *Quomodo Dauid vocat eum*, i. Meſſiam, *Dominum*, Pſal. 109. *dicens, Dixit Dominus Domino meo? &c. Si Dauid vocat eum Dominum quomodo filius eius eſt? &c.* Facilè reſpondiſſent Phariſæi, (ſi non ignoraſſent) Meſſiam Deum fore, atq; ideo uocari Dominum a Dauide. Quia ignorabant, reſpondere neſcierunt. De diuinitate, Meſſiæ diximus tom. 1. lib. 1. c. 16. de uita atque morte ex prophetis, egimus eodem tomo lib. 3.

An legis periti nouerint Meſſiã fore Deum

Myſterium S. Trinitatis poſt reſurrectionẽ diſtinctè cognoſci is cæpit.

Et apprehenſum eiecerunt extra vineam & occiderunt.

PRædixit Dominus principib. ſacerdotum, & ſenioribus, id, quod paucis poſt diebus facturi erant; Videlicet comprehenſionem ſuam, ac necem. Agricolæ, inquit, qui uos ipſos ſacerdotes, & ſeniores, adombrant, qui reuereri, ac venerari filium patris familias debuerunt, eique vineæ fructus, magna voluntate offerre, cõprehenderunt illum, & extra vineam eiectum, miſerãdum in modum uita priuarunt. omnibuſque prius patratis ſeruorum cædibus coumulum hac immaniſſima filij cæde, addiderũt. Illud: *Eiecerunt eum extra vineam*: ex ſententia D. Hieronymi. ſignificat, eiectum Chriſtũ a Iudæis extra ciuitatem Ieruſalem, & in monte Caluariæ crucifixũ, iuxta illud Pauli ad Hebr. 13. *Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt, &c.* Similiter Auctor imperfecti: *Eiecerunt*, inquit, *eum extra vineam*. i. extra ciuitatem Ieruſalem, &c. Ita etiam Beda, Chriſoſtomus Theophilactus, Euthymius, & alij Sed obiicitur, Chriſtũ eiectum eſſe extra vineã, uineã ãt hic non ſignificare ciuitatem Ieruſalem, ſed totum Populum. Reſpondeo eiectum dici Dominum extra vineam, qa eiectus eſt extra populum, in montem Caluariæ, ſeparatus eſt a populo, eiuſque obſequio, atque concurſu. Præterea eiectus eſt extra vineam, & populum Iudæorum, quia Pilato, & Ethnicis traditus eſt, ut afficeretur morte. Marcus ſic ſcribit; *Occiderunt & eiecerunt extra vineam*, quaſi prius occiderint, poſteà cadauer extra vineam eiecerint. Matthęus; *eiecerunt extra vineam & occiderunt*, Lucas; & eiectum illum extra vineam, occiderunt. Marcus ergo ſic eſt exponendus, occiderunt, & eiecerunt extra vineam, antequam occiderent Eſt hyſteron proteron, cum quod prius eſt poſterius refertur.

Prædicit Dominus Iudæis mortem ſuam.

Quid ſignificet eiectio extra vineam.

Malcus

Digitized by Google

Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs.

Sententiã aduerſus ſe ferunt iudæi.

MAtthæus refert poſt parabolam propoſitam, Chriſtum illos quibuſcum loquebatur, rogaſſe. *Cum venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* Illos vero reſpondiſſe; *Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis, &c.* Suo ſe ore damnarunt coloni improbi, ſententiamque aduerſus ſemetipſos tulerunt. Malos, inquiunt, illos colonos, Dominus vineæ graui ſuplicio afficiet, ac diſperdet, vineamque ſuam alijs tradet, qui fructum debitum reddant. Mali autem coloni, ut diximus, ijdem ipſi erant, qui ſententiam ferebant. D. Marcus, verba hæc Chriſto tribuit. Sic enim ait Chriſtũ locutum; *Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineam alijs, &c.* Lucas quoque, clarius Chriſti verba ſic recitat. *Quid ergo faciet illis Dominus uineæ? Veniet, et pdet colonos iſtos, & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi; Abſit, &c.* Dicta ergo ſunt verba hæc a Iudæis, vt Matthæus refert: deinde vero repetita a Chriſto ſunt, ea quæ illi dixerant, confirmante & aliquo vocis ſono, vel verbo innuẽte, Dominum vineæ, ipſos qui coloni erant, perditurum, hoc pacto: Equidem rectè aduerſus voſmetipſos indicaſtis: *malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs, &c.* Quo audito, vt Lucas ait, reſponderunt; *Abſit*, non perdet nos Dominus. Euthymius, veriſimile, inquit, eſt, primum illos tuliſſe ſententiam, deinde Chriſtum dixiſſe, quod illi dixerant, cõfirmando dictum ipſum. Proprijſſimè autem dixit Lucas, quod cum audiſſent, dixerunt: *Abſit*. Antea enim ignorantes quod de ipſis eſſet parabola, condemnauerunt ſe ipſos. Poſtmodum vero ſententiam confirmante Chriſto, intellexerunt, & dixerunt; *Abſit*. Sic Euthymius; Aliter Auguſtinus, quem lege, lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. cap. 70.

Conciliantur Euangeliſtæ.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.

Chriſtus cum lapide confertur.

DIxerunt Iudæi *Abſit*. Supplicum parabola ſignificatum, a ſe repellebant; Chriſtus vero ſupplicium ipſum confirmat, & in Pſalmis prædictum eſſe teſtatur. Numquam legiſtis, ait, in Scripturis, Pſalm. 117. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*, i. factus eſt caput anguli, &c. Confertur Chriſtus Cum lapide, quem ædificij alicuius conſtructores, veluti inutilem, ſtructuræque minimè aptum, reprobarunt, ac reiecerũt. Qui tamen in alio multo pulchriore, celſioreque ædificio in capite anguli collocatur. Sic Chriſtum Iudæi, Synagogæ ſtructores, reprobarunt, ac reiecerunt. A Iudæis vero reprobatus, ac reiectus, multo præſtantioris ædificij, ſcilicet Eccleſiæ, factus eſt caput. Dicitur lapis angularis is, qui in angulo domus, vel turris collocatur, quique angulum efficit. Solent autem hi lapides eſſe maiores, pulchriores ac firmiores.

Quomodo Chriſtus dicatur lapis angularis.

Quæritur, quomodò dicitur lapis factus in caput anguli? Fit enim lapis caput anguli, qui in angulo fundamẽti primus ponitur, & tamquam caput, & initium totius ædificij, in fundamento ſtatuitur. Fit etiam lapis in caput anguli, is qui in ſupremo & celſiſſimo, totius ædificij angulo primus; tanquam caput, collocatus eminet. Quod vero dicatur Chriſtus lapis factus in caput anguli; hoc ſecũdo modo probatur, ex nomine Græco. Nam ad Epheſ. 2. Dicitur lapis Angularis, Græce ἀκρογωνιαῖος Item 1. Petri 2. & Iſaiæ 28. Nomen vero Græcum ſignificat lapidem ſummũ hoc eſt, in celſiore loco poſitum. Præterea caput Anguli, eſt pars ſuprema anguli, non infima, & fundamentalis quemadmodũ caput hominis eſt pars celſiſſima hominis, non ima. Ergo Chriſtus appellatur lapis, qui caput anguli eſt, quia in celſiſſimo loco eſt non quia in imò, & fundamentali. Reſpondetur Chriſtum dici lapidem, factum caput anguli, quia in fundamẽto Eccleſiæ prius lapis eſt Angularis, vnde Eccleſia in hymno cauit; *Angula-*

ris fundamentũ, lapis Chriſtus miſſus eſt, qui compage parietum in vtroque nectitur, &c. A Probatur ex Iſaia cap. 28. *Ecce* (inquit Dominus) *ego mitto in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, Angularem, pretioſum, in fundamento fundatum, &cæt.* Dicitur hoc loco Chriſtus lapis Angularis, & fundamentalis, ergo dicitur lapis, nõ in celſiſſima ædificij parte, ſed in ipſo fundamento collocatus. Similiter ad Aphes. 2. ait Paulus: *Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, &* B *Prophetarum, ipſo ſummo Angulari lapide Chriſto Ieſu, &c.* hoc eſt, ædificati eſtis tanquam viui lapides, ſuper alios lapides viuos, ideſt, Prophetas, & Apoſtolos, & ſuper primum, angularemque fundamenti lapidem Chriſtum. His autem duobus locis, lapis angularis, à Paulo, & à ſeptuaginta Interpr. vocatur Græcè, ἀκρογωνιαῖος, vnde fit, nomen Grecum minimè obſtare huic interpretationi. Eſt enim Chriſtus lapis ſummus, quia in ſummo, & celſiori lo- C co ędificij locatus eſt. Eſt aũt ædificij locus honore celſiſſimus, ac præſtãtiſſimus fundamentum: lapiſque ille eſt præſtantiſſimus, qui primus eſt angularis in fundamento. Fit igitur lapis in caput anguli, lapis ille, qui caput eſt, & initium ædificij totius, in fundamẽti angulo. Factus eſt Chriſtus in caput anguli fundamentalis; quia Eccleſiæ eſt fundamentum primum, ac præcipuum; quod ſequuntur Apoſtoli, reliquique Chriſtiani. Vnde Paulus 1. Co- D rinth. 3. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, &c.* Lege Auguſt. Pſalm. 86. Hieronymus, Zachariæ. 14. Hic (inquit) lapis angularis, id eſt, Chriſtus, & cæteros lapides angulares ſuperædificari ſibi voluit, &c. Vides Hieronymum, lapidem angularem fundamẽti, appellare Chriſtum. Prætereà appellatur lapis angularis, quia quemadmodum lapis angularis, duos cõnectit pa- E rietes, ſic Chriſtus duos populos, Iudaicum, & Ethnicum, in ſe, fideque ſua coniunxit Iuxta illud Pauli ad Eph. 2. *Qui fecit vtraque vnum, &c.* à D. Petro *lapis offenſionis, & petra ſcandali*, appellatur; non proptereà quòd ad angulares lapides, extra ędificium extantes, of- A fendunt minus cauti. Nam Chriſtus dicit *lapis angularis fundamenti*, in lapidẽ verò fundamenti, & quidẽ primũ, nemo impingit. Sed alia ratione, quia ſcilicet, in lapides in via iacentes, atque obuios, ſolent homines minus attenti impingere, & cadere. Ita Iudæi in Chriſtum impegere. Apud Lyranum inuenio lapidem fuiſſe quendam, qui ijs, qui Salomonis templum extruebant, ſæpius oblatus fuerit, atque reprobatus, & reiectus, quòd ædificio eſſet in- B eptus. Tandem verò in loco ſummo, & capite anguli conſtitutus. At parum auctoritatis habet hæc narratio.

Chriſtº eſt fundamentum Eccleſiæ.

1. Pet. 2.

Cur dicatur lapis offenſionis.

A Domino factum eſt iſtud.

LApis reprobatus, non hominum, ſed Dei potentia, in caput anguli, factus eſt. Dei potentia ſumma, effecit rem hanc ſtupendam; Chriſtum crucifixum, à Iudęis pro nihilo habitum, ac C repudiatum, totiùs orbis monarcham conſtituit, Græcè, παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, hoc eſt, *à Domino facta eſt hæc, & eſt mirabilis, in oculis noſtris*, id eſt, *à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile*. Hebraiſmus eſt: fœminino genere, Hebræi vtuntur, pro neutro. *Hæc facta eſt*, id eſt, hoc factum eſt. Pſal. 118. *Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui:* id eſt, hoc factum eſt mihi.

Dei potẽtia Chriſtus factus eſt ſũmus monarcha.

D

Auferetur à vobis regnum Dei.

EXplicat Dominus parabolam, vineam à Iudæis auferendam, eoſdẽque à lapide reprobato conterendos, prædicit D. Hieroymus, Regnum Dei Scripturas hic ait ſignificare, quas Deus Iudæis abſtulit, Chriſtianis tradidit Sed rectius *regnum Dei* ſignificat E idem quod ſiguificat, *vinea Dei*, nimirum populum Dei, Eccleſiam, Dei, in qua Deus regnat. Innuit autem, Deus, regnum Dei eſſe idem, quod vineam Dei, cùm ait *dabitur*, regnum, id eſt, vinea *genti facienti fructus eius*. Ablatum eſt Iudæis reguum Dei, quia iam non ſunt Eccleſia, & populus Dei, non

Explicatio parabolæ.

Vinea dicitur regnũ Dei.

ſunt

ſũt vinea Dei, nõ regnat in illis Deus. Datum eſt regnum Chriſtianis, qui fructus illius faciant, id eſt, opera bona, atque Chriſtiana, tali regno digna.

Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur, &c.

Diuus Hieronymus hæc verba ſic explanat: Qui peccator eſt, & tamen in Chriſtum credit, *cadit quidem ſuper lapidem, & confringitur*, ſed nõ animo conteritur, reſeruatur enim per B pœnitentiam ad ſalutem. *Super quem vero ille ceciderit*, hoc eſt cui lapis irruerit, & qui Chriſtum penitus negauerit, ſic conteret eum, vt nec teſta quidem remaneat, &c. Chriſtianum, qui peccat: ait cadere ſuper lapidem, & confringi; in eum verò vult lapidem cadere, qui Chriſtum negat. Exiſtimo loqui Chriſtum præcipuè de Iudæis, & prædicere pœnas quas daturi erant. Summi ſacerdotes, & reliqui, ceciderunt C in lapidem Chriſtum, & confracti sũt, ſed poſtea lapis cecidit ſuper eos, & contriuit eos. Fuit Chriſtus, vt prædictum ab Iſaia eſt *petra ſcandali, & lapis offenſionis*, impegerunt in hunc lapidẽ, & ceciderunt ſuper eum, & confracti ſunt per incredulitatem. Poſtea verò lapis hic angularis, cecidit ſuper eos, cùm ſupplicium ab eis ſumpſit per Romanos Imperatores, & contriuit eos, penituſq; deleuit. *Qui ceciderit* (inquit) *ſuper lapidem iſtum*, quod vos facitis, D impingitis enim in me, & caditis per incredulitatem confringetur; iam vos confracti eſtis animo, cõfractione ſpiritali. *At ſuper quem hic lapis ceciderit, cõteret eum*. Cadet ſuper vos, cùm ſupplicium per Romanos de vobis grauiſſimum ſumet. Tunc verò conteret vos omnino, vt figuli teſtaceum. Ipſe verò lapis, fiet caput anguli, id eſt, Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, fundamentum. D. Auguſt. ſerm. 234 de Tẽ- E pore, hæc verba de primo, & ſecundo Chriſti aduentu intellexit, hoc modo: *qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur* in primo aduentu, *ſuper quem autem ceciderit* in ſecundo aduentu, cõteret eum. Quando (inquit) in eum lapidem offenditur humilis iacet: Ia- A cendo humilis quaſſat offendẽtem, veniendo excelſus conterit ſuperbientem. Iam Iudæi illa offenſione quaſſati ſunt, reſtat, vt eius præclaro aduentu etiam conterantur, niſi fortè cum viuunt agnouerint, ne moriantur, &c.

Quid eſt cadere ſuper lapidem.

Iſa. c. 28.

Iudæorum incredulitas, & euerſio.

CAPVT V.

De Vinea.

Morale.

EXIMIAM parabolam proponit Dominus, in qua ſynagogam, vineam olim Dei fuiſſe indicat, ſed iam nunc areſactam, atque euerſam. Euerſa eſt ſterilis vinea, hoc eſt, ſynagoga; plantata eſt magno Dei dono, ac gratia, vinea altera fructifera, hoc eſt, Eccleſia *Auferetur* (inquit Dominus) *à vo-* C *bis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*. Donum Dei eſt, vineam eſſe Dei, & quidem maximum. Ideò ait, *Auferetur à vobis regnum*, id eſt, vinea Dei, donum hoc maximum tolletur à vobis. Non eritis regnum, in quo regnet Deus, non eritis vinea, quam colat Deus. *Dabitur genti facienti fructus eius*: Hoc ingens donum auferetur à vobis, donabitur Ethnicis. Ex illis regnum meum, uineamque faciam meã, quæ fœcunda ſit fructu, non ſterilis.

Donũ Dei eſt eſſe vineam Dei.

D In primis, eſt uinea hęc Domini, id eſt, Eccleſia, magno Dei dono, ac gratia plantata. *Homo* (ait Dominus) *paterfamilias, plantauit vineam*: Dei manus, potentia, ac gratia plantauit illã, & tranſplantauit, hoc eſt, ex ſterili ſolo, in uberrimam traduxit terram. Nã ex Ethniciſmo, ſiue gentiliſmo, penitus infœcundo, in fide, caritateque Chriſti fœcũdiſſima, tranſplantata eſt. Quid Ethniciſmo infœcundius? Quid E fide, caritateque fœcundius eſſe poteſt? Pſal. 79. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eiecisti gentes, & plantaſti eam, dux itineris fuiſti in conſpectu eius, &c.* Quemadmodum prioris uineæ uites, id eſt, ſynagogæ, Deus ex Ægypto tranſtulit in terram repromiſſionis, ita poſterioris uineæ propagines, ex uarijs nationibus,

De vinea Chriſti, id eſt, Eccleſia.

nibus, in Eccleſiæ ſolum vberrimum traducit. Eiecit Deus gentes, & plantauit ſynagogam. At nunc eiecit ſynagogam, & plantauit gentes. Nam licet Iudæorum multi fidem Chriſti cõplexi ſint; pauci tamen ſunt, ſi cum gẽtibus conferantur, quæ Chriſto dedere nomina. Eiecit Deus gentes, & plantauit Iudæos, in Iudæa, nũc per baptiſmũ peccata eijcit, & plantat Chriſtianos in Eccleſia. *Dux itineris fuit*, in conſpectu prioris vineæ, cùm eam ex Ægypto eduxit; dux quoque eſt poſterioris vineæ, cùm eam ex infidelitate, in fidem adducit. Nemo enim ad fidem abſque peculiari Dei auxilio, & ductu, poteſt peruenire.

Chriſtus dux eſt Eccleſiæ.

Secundo eſt vinea Dei latiſſima. De priori vinea dictum Pſal. illo 79. *Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & impleuit terram, operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei. Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius, &c.* Impleuit terram promiſſam ſynagoga, operuit montes Iudeæ vmbra eius, extendit palmites ſuos vſque ad mare Mediterraneum, & vſque ad flumẽ Euphratem propagines ſuas. At Eccleſia terrarum impleuit orbem. Vmbra eius non iudææ ſolum montes operuit, ſed totius orbis, extenditque palmites ſuos vſque ad mare, non tantùm Mediterraneum, ſed etiam Oceanum, & vſque ad flumina Euphratem, Gangem, Nilum, ſexcentaque alia propagines ſuas. Pſal. 71. de Chriſto legitur, *Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, &c.* A mari (inquam) Mediterraneo, vſque ad Oceanum, & à flumine Euphrate, vel Iordane, vſque ad terminos orbis. Zachar. 2. Vineę huius indicatur amplitudo: Cùm Angelus quidam funiculum ferret menſorum, vt Ieruſalem metiretur, dictum illi eſt: *Abſq; muro habitabitur Ieruſalẽ pra multitudine hominum, & iumentorum, in medio eius, &c.* hoc eſt, non eſt opus Eccelſiam metiri, non clauditur illa menſura, non cingitur muro, præ multitudine habitatorum, omnem muri menſuram ſuperat. Etenim per totum terrarum orbem vinea hæc ampliſſima propagatur, non eſt aliquo muro cõcluſa, aut regno, aut loco, aut natione. Omnia botrorum continet genera latiſſima hæc vinea, candidos, nigros, dulces, acres, Pſal. 86. *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic, &c.* Iſa. 60. *Dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi*, & multa alia in hanc ſententiam.

Latitudo vineæ.

Tertio habet hæc vinea ſepem; *ſepem* (ait) *circumdedit ei*. At dices repugnare hoc dictis. Nam diximus hãc vineam non concludi muro; non ergo habet ſepẽ. Reſpondemus, nullam dictis repugnantiam ineſſe: habet. n. ſepem, non habet ſepem, ſed ſenſu diuerſo. Non habet ſepem, aut murum aliquẽ, quo concludatur; quia per omnes nationes diffunditur. Habet ſepem, murumque altiſſimum; quia Dei habet altiſſimam tutelam. Illo eodem Zacha. c. 2. quo legitur: *Abſque muro habitabitur Ieruſalem*, id eſt, Eccleſia, &c. quis murus illius ſit oſtenditur, *& ego ero ei* (ait Dominus) *murus ignis in circuitu, &c.* Deus ipſe, ipſa Dei cuſtodia, vineæ ſuę eſt ſepes, muruſque celſiſſimus. D. Ambroſ. Luc. 20. ſepem circumdedit vineæ; hoc eſt, diuinæ cuſtodiæ munitione vallauit, &cæt & Victor Antiochenus in Marcum: Per ſepem (inquit) diuinam cuſtodiam, cœleſteque præſidium ſignificat, &c. Iſaiæ 26. *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion. Saluator ponetur in ea, murus, & antemurale, &c.* Vinea noſtra, & vrbs noſtra eſt fortitudinis vrbs, & vinea, hoc eſt, fortiſſima eſt, ac munitiſſima, Saluator Chriſtus Deus, ponetur in ea, ipſe murus eius erit, & antemurale fortiſſimum. Iob 1. de Iob ait Dæmon: *Nonne tu vallaſti eum, ac domũ eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum?* Sic vineam, Eccleſiamque ſuam vallat per circuitum.

Vinea Eccleſia ſepẽ non habet, & non habet.

Eccleſiæ cuſtodia & ſepes.

Quamuis autem Deus ipſe murus vineæ ſit, tamen per ſeruos etiam ſuos vineam cuſtodit, nimirum per Angelos, prælatos, & concionatores. Pſalm. 124. *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui, &c.* Non ſolùm Dominus in circuitu eſt populi, ſed etiam montes, id eſt, Angeli, prælati, concionatores, tuentur Eccleſiam Angeli, & ſepes eius ſunt, Baruch 6. *Angelus meus*

meus vobiſcum eſt, *&c.* Nobiſcum ſunt Angeli Dei, vt nos tueantur, & inſtar muri circumdẽt. Pſal. 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*, *&c.* Immittet (inquam) auxilium ſuum. Angelus in circuitu, erit veluti ſepes in circuitu vineæ, & murus. Hebraicè, חונה מלאך יהוה *choneh maleach* ADONAI, id eſt, *caſtrametans Angelus Domini*. Etenim veluti caſtrametantur in circuitu hominum Angeli. Gen. 32. *Fuerunt obuiam Iacob Angeli Dei, quos cùm vidiſſet, ait, caſtra Dei ſunt hæc. Et appellauit nomen loci illius*, מחנים *machanaiim*, id eſt, *caſtra*, *&c.* Caſtrametantur ergo Angeli in circuitu vineæ Domini. O fortiſſimos milites, vnus ex his vniuerſis mundi Regibus, ac ducibus profligãdis ſatis eſt. Tantùm enim habet Angelus vnus roboris, vt facili negotio omnes totius orbis homines, in vnum congregatos exercitum, vincere, vitaque priuare, valeat 4. Reg. 19. *In nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia.* Ad Hebræos 1. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatẽ capient ſalutis, &c.* Illi hæreditatem iam poſſident ſalutis: nos veluti minores fratres cuſtodiũt, vt eandem ſalutis hæreditatem conſequi poſſimus. Zachar 9. *Circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes, & reuertentes, &c.* Angeli Dei milites ſunt euntes, & in cœlum reuertentes, hi domum Dei, id eſt, Eccleſiã, circumdant, ac defendunt in Hebræo, ſic habetur וחניתי לביתי מצבה מעבר *vethannithi lebithi mitſabah mehkeber*, quod ſic verti poteſt, *caſtrametabor domui meæ ex militia tranſeunte*: cuſtodiunt ergo vineam Angeli.

Angelorũ cuſtodia.

Angeli sũt Dei milites eũtes, & redeuntes.

Cuſtodiunt etiam prælati, reliquique ſacerdotes. Tabernaculum illud antiquum per ſolitudinem afferebant Leuitę. Eundem in modum tabernaculum præſtantius, id eſt, Eccleſiã ferũt, & tuentur ſacerdotes, ac prælati. Nume. 1. *Ipſi* (id eſt, Leuitæ) *portabunt tabernaculum*, *&c.* Prætereà, cùm caſtra Iſraelitæ in deſerto metabantur, tabernaculum Leuitæ inſtar militum circũdabant. Eodem capite, *porrò Leuitæ per*

Cuſtodia prælatorum, & ſacerdotũ, Regum, & principũ.

A *gyrum tabernaculi figent tentoria, & excubabunt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij*, *&c.* Caſtrametantur Angeli in circuitu Eccleſiæ, caſtrametantur etiam ſacerdotes. Per gyrum tabernaculi, figebant olim tentoria Leuitæ, per gyrum tabernaculi præſtantioris, id eſt, Eccleſiæ, figunt nunc tentoria ſacerdotes. Excubabant olim, in cuſtodijs tabernaculi Leuitæ, excubant nunc in cuſtodijs Eccleſiæ boni ſacerdotes. Addere etiam poſſumus ſæculares Reges, du-

B ces, cæteróſque, qui armis tuentur fidem, atque Eccleſiam. Nam etiam ſæculares duces olim in circuitu tabernaculi caſtrametabantur. Vt intelligãt Reges, principes, ducéſque Chriſtiani, ad eos etiam vineæ cuſtodiam ſpectare. Num. 2. *Singuli per turmas, ſigna, atque vexilla, & domos cognationum ſuarum, caſtrametabuntur filij Iſrael, per gyrum tabernaculi fœderis, &c.* Faxit Deus, vt vigilent homines, Angeloſq; in cu-

Ad Regum cuſtodiam pertinet Eccleſia.

C ſtodia imitentur Eccleſię. *Vocaberis* (ait *ædificator ſepium, &c.*) Illi ſepium & murorum huius vineę ædificatores vocãtur, qui in Eccleſiæ cuſtodia excubãt, ac vigilant, vt boni Leuitæ, omnemque adhibent curam, & diligentiam, ne quid illa detrimenti capiat. Illi verò ſepium ſunt deſtructores, qui ea euertunt, ac deſtruunt, quæ Eccleſiam muniunt, qui viros religioſos, zeloq; ardentes prælatos, ac concionatores perſequuntur; qui decreta, ſanctio-

Sepium ædificatores qui ſint.

D neſque Eccleſiæ infirmant, qui oues Chriſti ineptis, ac ignauis paſtoribus tradunt.

Neceſſe eſt ſtare vineæ ſepem. Nam ſi diruatur ſepes, vinea diripitur, ac conculcatur. Iſa. 5 *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriem eius, & erit in conculcationem, &c.* Si boni prelati, zeloque feruentes, & concionatores tollantur; Eccleſię euertitur ſepes, vinea à Tartareis diripitur ho-

Prælati ſi tollãtur Eccleſia diripietur.

E ſtib. ab impijs hominibus cõculcatur. Si virtute, ſapientia, verboq; prẽſtantes prẽlati, concionatores Eccleſię prẽficiãtur, muro vinea cingitur forti, ab hoſtibuſq; protegitur. Nemo imperito, ebrioq; gubernatori Indicę nauis tradit clauum. Nemo igitur ſacerdoti imperito, mũdiq; cupiditatib. & curis

penè

penè ebrio, Eccleſiæ clauum tradat. Fęliciter Eccleſia nauigat, cum periti, ſanctique nauarchi, tractāt gubernacula. D. Greg. lib. 11. epiſt. 47. Tunc, inquit, inter fluctus nautæ ſecuri nauigant, quando gubernator doctus, atque artifex ad claui regimen ſedet, &c. Vis videre qualis ſit vinea, quæ ignauis agricolis, ac ineptis ad colendum traditur lege Prouerb. cap. 24. *Per agrum hominis pigri tranſiui.* (ait Salomon) *& per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrtica, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, &c.*

Qualis ſit vinea, quā non curant boni Agricolæ.

Anima ſepes & cuſtodia quæ ſit.

Vnuſquiſque vineam habet peculiarem, ſcilicet animam ſuam; huic ſepē adhibeat, ſi fructum vult Deo proferre. Eſt aut egregia ſepes, murusq; aiæ numq̄ peccandi firmiſſimū propoſitū ſæpiſſime repetitum, multis actib. corroboratum. Quamobrem D. Barnabas diſcipulos hortabatur Antiochenos Act. 11. *In propoſito cordis permanere in Domino, &c.* Eſt ſepes animæ oratio, rerum æternarum conſideratio, lectio cæteraque huiuſmodi Eſt ſepes animæ lex diuina obſeruata. Caue ne ruat hoc hoc ſepimentū. Eccleſiaſt. 10. *Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber, &c.* Si legis ſepem diſſipaueris, haud dubie mordebit te Tartareus ſerpēs, vulnuſque infliget peccati mortiferum Eccleſiaſ. 15. *Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te &c.* hoc eſt, ſepes tuę vineæ erit & murus, mandatorum obſeruatio. Eſto tu ipſe murus mandatorum Dei: ipſa mandata viciſſim tuus murus erūt Tunc autem murus eris mandatorum, cum omnes oppugnationes, omniaq; hoſtium tela, muri inſtar, repuleris, ne mandata lædant. Mādata verò tuus murus erunt, quoniam a diuina ira, æternoque ſupplicio te ſeruabunt, multiſque bonis afficient.

Eccleſia turres templa & alia multa.

Quarto habet hæc vinea turrim, imò turres. Turri ſuprà diximus ſignificari templum. Habuit ſynagoga vnicam turrim, quæ ſolo æquata iam eſt. Habet Eccleſia plurimas turres, hoc eſt, templa; in quib. ſummus dux Chriſtus in auguſtiſſima Euchariſtia adeſt, vineam protegens ſuam. Turres Eccleſiæ, telis plenæ, templa ſunt. Fortiſſimū aduerſus Tartareos duces telum eſt pę- A nitentia, ſiue confeſſio, fortiſſimum Euchariſtiæ præcellentiſſimum Sacramentum fortiſſimum, verbum Dei, ſiue cōcio, fortiſſimum oratio. Hæc tela omnia in turribus, i. templis habemus, quibus ſi fortiter vtamur, a nullis Orci copijs ſuperabimur. Qui ergo vineam ſuam tueri vult, turrim frequenter aliquam, i. templum, hæc ſumat tela: oret Deum frequenter, peccata confeſſione expiet aſſiduè, ad Euchariſtiam accedat purè, verbum Dei audiat attentè.

Ad turrim pro cuſtodia recurrendū eſt.

B Qui ab hoſtibus ſe obſideri vident, in turres munitas ſe recipiunt, qui hoſtes non vident, turres non curant. Eundem in modum, qui ab Orci ducibus, ſe circundatum mentis acie cernit, ad turres, id eſt, templa confugit. Qui leonem illum auernalem rugientem, & circumeuntem, quærentemque, quem deuoret, intuetur: tela ex turribus accipit. Qui vero captus mentis oculis eſt qui hoſtes non cernit; qui ſe Orci militibus cinctum non uidet, neq; in turres ſe recipit, C neque tela ſumit. Ludos, popinas, ganeas potius, quam turres frequentat imbellis. In turri illa antiqua iam euerſa, hoc eſt, Ieroſolymitano templo, altare erant Thymiamatis, panes propoſitionis, candelabrum lucernis fulgens, altare præterea holocauſtorum. Adumbrant hæc illa, quę in noſtris ſunt turribus. Eſt in noſtris templis altare Thymiamatis, odoris ſuauiſſimi, hoc eſt, oratio, quæ odoriferi inſtar Thymiamatis, ex corde, D veluti altari, effuſa, in cœlum fertur. Eſt altare holocauſtorum, id eſt, confeſſio, in quo non hirci, capreæ, vitulive, ſed peccata mactantur. Eſt panis ille propoſitionis, hoc eſt, ante oculos Dei, noſtroſque propoſitus, panis viuus de cælo deſcendens, ſanctiſſima ſcilicet Euchariſtia Denique, eſt fulgentiſſimum candelabrum, videlicet verbum Dei, quo concionatores auditorum mentes illuminant. Ergo turres, i. templa frequētemus, ad duo hæc altaria ſæpiſſi- E mè accedamus, ad altare videlicet Thymiamatis, i. orationis, ad altare itē holocauſtorum id eſt, confeſſionis. Panē viuum aſſiduè ſumamus, candelabri luce illuminemur.

In templo quæ ſint.

Antiqua illa turris, id eſt, templum. He-

Digitized by Google

Hebraicè, חיכל *hechal* dicebatur, id eſt, palatium. Nobilium virorum hæc eſt voluptas magna, in palatio coram Regis oculis aſſiſtere, cum Rege loqui, illius beneuolentiam aucupari. Palatiũ habemus, non terreni alicuius Regis, ſed Regis Regum Chriſti; q̃ igitur noſtra voluptas eſſe debet? nònne coram ſummo hoc Rege aſſiſtere, cum eo loqui, eius erga nos beneuolentiam oratione frequenti comparare? Nobiles, in palatio verſantur; ignobiles, ac ruſtici terram verſant, ſic ſpiritu nobiles Chriſtiani, verſantur in templo: moribus, ac vita ruſtici, terrena verſant negotia palatium non curant. Audi nobiliſſimum virum Pſalm. 83. Dei palatium ardenti corde ſuſpirantem: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* O Deus (inquit) quàm amabilia ſunt mihi tua tabernacula, quàm expetibile tuum palatium, quàm deſiderabile tuum templum? Flagrat anima mea deſiderio adeundi tuam domum. Cor meum, ipſaque caro exultant, cùm de adeundo templo tuo cogito. Heu me, *etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi ponat pullos ſuos, altaria tua Domine virtutum, Rex meus, & Deus meus.* Paſſeres, turtures, atque hirundines, in tabernaculo tuo iuxta altaria tua nidulantur; mihi autẽ exuli, non licet ad illa accedere. Vtinam liceret, inſtar auis, ex hoc exilio ad tabernaculum, altariaque euolare tua. O me infœlicem, ò illos beatos, qui in palatio tuo verſantur. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Numquam deerunt templa, nũquam deerunt, qui in illis te in ſæculorum ſæcula laudibus celebrent. O illos fœlices? *Melior eſt dies vna in atriis tuis Domine ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo, & templo Dei mei, magis, quam habitare in tabernaculis peccatorũ. Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus, gratiam, & gloriam dabit* Dominus. Hebraicè, בחרתי יסתופף בבית אלהי מדור באהלי רשע כי שמש ומגן יהוה אלאים וכבוד יחן יהוה *bacharthi iiſtopheh lebeth Elohai middor behachalai raſchahh chiſchemeſch vemagen* ADONAI *Elohim chen, vechabod iithen* ADONAI; hoc eſt; *Elegi eſſe in limine, in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis impietatis, quia ſol, & ſcutum Deus, gratiam, & gloriam dabit Dominus, &c.* Non ſunt in templis, contentioſè loca quęrenda nobiliora, vel in limine templi eſſe, & domus Dei, magnum eſt, pręſtantiùſque, quàm in aulis eſſe principum. Quia in templo Dominus eſt *ſol, & ſcutum*. inſtar ſolis nos illuminat, inſtar ſcuti nos tuetur. Vt ſol miſericordię radiis fulget, eàmque diligit, & impertitur hominibus, veritatem prȩterea diligit, eàque, vt ſcuto, homines tuetur, gratiàmque confert, & gloriam. Adiice illud Pſal. 26. *Vnã petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius, &c.* Hebraiſmus eſt, hoc eſt, vnum petij à Domino, & hoc requiram, vt inhabitem in domo Domini, vt videam voluptatem Dei In templo enim, & domo Domini, voluptas Dei videtur, & orando, meditando, auguſtiſſimam Euchariſtiã ſumendo, verbumque Dei audiendo percipitur.

Templum Dei eſt palatium Regis.

Quintò habet hęc vinea torcular, *fodit in ea torcular*. Torcular habet Eccleſia: hoc eſt, tentationum, laborumque, qui pro Deo tolerantur, preſſurã; iuxta illud Domini, Ioan. 16. *In mundo preſſuram habebitis.* Et illud Eccleſiaſtici 2. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & prapara animam tuam ad tẽtationem, deprime cor tuum, & ſuſtine. Suſtine ſuſtentationes Dei, &c.* Si nos Deus in torcular immiſerit, veluti vineæ ſuæ botros, ſuſtineamus preſſuram patienter, odoriferum, ac ſuaue gratiarum, diuinæ laudis, & patientiæ emittamus vinum, Dei mẽſa dignũ, non verò acetum impatientiæ, & maledictionis, dæmonum apponendum cõuiuis. Vide quàm ſuaue emiſerit vinũ egregius ille botrus Iob, in torcular immiſſus, prælo q; preſſus grauiſſimo. *Dominus* (inquit) *dedit, Domin⁹ abſtulit, ſit nomen Domini benedictũ, &c.* Accedẽs quiſq; ad ſeruitutem Dei (ait Aug. Pſ. 83.) ad torcularia ſe veniſſe cognoſcat. Cõprimetur, non vt in hoc ſęculo pereat,

Torcular Eccleſia, preſſura, dolores.

Accedẽs ad ſeruitutem Dei, ad torcularia ſe veniſſe credat.

A pereat, ſed vt in apothecas Dei deſluat, &cæt. Magnum fructum, vinum pretioſum, & oleum, torcularia proferunt; ſic laborum preſſuræ magnũ proferunt gratiæ, gloriæque lucrum. Auguſt. Pſal. 55. In torculari, inquit, fructuoſa preſſura eſt, &c. Nihil fructuoſius torculari Eccleſiæ. Huius prælum crux eſt, cuius pondere premuntur martyres, virgines, omneſque illi, qui Chriſtum crucis onere preſſum ſequuntur; iuxta illud, *ſi quis vult venire* B *poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.*. Ingreſſus eſt hoc torcular Chriſtus, nos ſequimur. Preſſus eſt crucis prælo botrus terræ repromiſſæ; eodem nos præmimur prælo. Preſſus ille vinum, oleumque effudit mirificum; videlicet, toti mundo gratiam, gloriamque ſempiternam. Nos quoque preſſi, eiuſdem vini, oleique participes erimus, iuxta illud Pauli 2. ad Timoth. 2. *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus, &cæt.* Dabitur C pro pondere pondus, pro pondere crucis, pondus gratiæ, gloriæque perpetuę. Vnde illud 2. Corinth. 4. *Quod in præſenti eſt momentaneum; & leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, &cæt.* Ne exhorreſcas torcularis pódus, pondus reſpice gloriæ. Quantò ponderoſius eſt prælum, tantò ponderoſior erit gloria.

Matth. 16.

Dabitur pro pondere pondus.

Torcular crucis.

Præterea, vineæ torcular eſt crux Chriſti. Poſuit ſummus paterfamilias in ſua vinea torcular crucis. In eo vinum, oleumque admirabile effuſuum D eſt, ſanguis nimirum Chriſti, quo per ſummam miſericordiam redempti ſumus, & abluti, iuxta illud Gen. 49. *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum, &c.* Stolam ſuam, id eſt, Eccleſiam, lauit Dominus vino præcellentiſſimo, id eſt, ſanguine ſuo, vt D. Ambr. interpretatur.

Apoc. 1. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, &c.*

CAPVT VI.

SEXTO vineam hanc à ſe plantatam, ſeptam, turribus munitã, torculari crucis adornatam, hominibus locat Dominus, quos non otioſos, & ignauos, ſed vineæ colendæ ſtudioſos, laboriſq; patientes eſſe oportet. *Locauit* (inquit) *eam Agricolis*: nõ otioſis hominibus, & nihil agẽtibus, ſed agricolis operoſis, & labor amantibus tradidit, qui eam labore colerent ſuo, neq; ſylueſcere paterẽtur. *Qui Epiſcopatum deſiderat* (ait Paulus) *bonum opus deſiderat.* 1 ad Tim 3. Hierony. Sophon. 2. Videte, inquit, quid dixerit Paulus: *bonũ opus deſiderat*, non dignitatem: ſi autem deſpecto opere ſolã aſpexerit dignitatẽ, citò corruit turris in Siloa, & excelſa cedri fulmine feriũtur, & erecta ceruix frangitur, & cygnus extento collo & in ſublime ſe tendens, inter immundas volucres computatur, &c. Item: Non dignitas, & nõia dignitatũ, ſed opus dignitatis, & principes, & iudices, & ſacerdotes ſaluare conſueuit, &c. Idẽ Hier. epiſt. 83. ad Oceanum: *Si quis* (inquit Apoſtolus) *Epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat.* Opus nõ dignitatem, laborem, non delicias. Opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio. Ita ille. Beneficiũ datur propter officium; nemo igitur beneficiũ accipiat, opus verò negligat, & officium. *Poſuit Deus*, Gen. 2. *Adam in paradiſo voluptatis vt operaretur, & cuſtodiret illud, &c.* Eũdem, ſacerdotem ponit Deus in Eccleſia, ponit in beneficio; numquid vt delicijs vacet, & otietur? minimè, ſed vt operetur, paradiſumque ſuum, id eſt, hortum, & vineam cuſtodiat, inſtarque agricolæ diligentis.

Coloni vineæ quales eſſe debeant.

Beneficium datur propter officiũ.

E At dices: Poſitus eſt Adam in paradiſo voluptatis; ita poſitus eſt ſacerdos in Eccleſia voluptatis, vt voluptate perfruatur. Fateor ſacerdotem in Eccleſia voluptatis eſſe poſitum; vt voluptate perfruatur. Sed ſancta, diuina, cœleſti: qualis ea eſt, quæ ex cœleſtium Sacramentorum adminiſtratione, ex verbi Dei me-

A meditatione, ac prædicatione, ex animarum conuerſione, ſanctiſque laboribus percipitur. Huius voluptatis paradiſus, ſiue hortus, eſt Eccleſię paradiſus, non autem illius, quæ ex honoribus, pecuniis, delicioſiſque actionibus, comparatur.

Eccleſia paradiſus qualis ſit.

Vos eſtis ſal terræ (ait Dominus) *vos eſtis lux mundi*. Meminerit ergo ſacerdos ſe ſalē eſſe, lūcem eſſe, agricolam eſſe. Sal, niſi liqueſiat, non ſalit, lucerna niſi cera, ſiue oleum abſumatur, lucem non præbet, agricola, niſi multū

B in colenda vinea operæ ponat, vinea fructum non profert. Eſt ſal terræ ſacerdos; ergo labore liqueſiat, vt populum ſaliat, cœleſtique ſapore condiat. Eſt lucerna Eccleſiæ ſuæ; ergo corporis obeſitatem operando abſumat, vt diuina luce plebem ſibi creditam illuminet. Eſt agricola; ergo omnem operam ſtudiùmque in vineæ culturam conferat, vt debitos Deo fructus producat. Denique paſtor eſt; ergo gregi

Prælati vineas ſuas colant diligenter.

C ſuo inuigilet, egregiumque illum paſtorem imitetur, cuius hæc Gen. 31. Verba extant: *Die noctùque æſtu vrebar & gelu, fugiebàtque ſomnus ab oculis meis*. Nònne præſtantiores ſunt Chriſti oues, quàm Laban? nònne præcellentius eſt à Chriſto propoſitum præmiū paſtoribus, quàm à Labano? Si ſic pro Labani laboratur ouibus pro ouibus Chriſti, quomodo laborandum erit? Quemadmodum ipſos opifices opificij opera cōmendant, atque ornant,

D ſic præſulem paſtorale opus, diligènſque, atque ardens commendat labor. Vnde egregiè D. Ambroſ. lib. de Dignitate ſacerdotali, cap. 3. Sicut (inquit) ſenatorem chlamys ornat, ſicut agricultura ruſticum, ſicut nautam nauigationis peritia, & ſingulos quoſque opifices operis ſui qualitas, ipſos demonſtrat auctores; ſic Epiſcopum non aliud, niſi Epiſcopalis opera deſignat; vt ex bono opere magis, quàm

E profeſſione noſcatur, plus meritis eſſe Epiſcopus, quàm quod nomine vocitetur, &c.

Caueat tamen ſacerdos, ne dum vineam, id eſt, Eccleſiam diligenter colit animam ſuam colat negligenter. Ne illud in illum quadret, quod Cāt.

A 1. ſcriptum eſt: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui &c.* Ponitur cuſtos in vineis, qui Eccleſiæ præficitur. Vineam ſuam non cuſtōdit, ſi animā ſuam negligit. Miror (ait Bern. ſer. 30. in Cāt.) audaciā plurimorūſquos videmus de ſuis vineis nō colligere niſi ſpinas, & tribulos, vineis tā dominicis ēt ſe ingerere non vereri, &c. *Si quis* (ait Apoſt. 1. ad Timo. 3.) *domui ſuæ præeſſe neſcit, qūo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? &c.* Domus noſtra cor

Sacerdos animam ſuā cuſtodiat.

B pus noſtrū, & cor noſtrum eſt; ſi corpori, cordique noſtro præeſſe neſcimus; qūo Eccleſiæ Dei gubernaculū tractabimus? D. Amb. in lib. de Dignit. ſacerdotali, c. 4 Qui cordis, inquit, ſui domū excolere non valet; qūo plurimorum adhibebit diligentiam? &c. Item: Domui ſuæ, hoc eſt, corpori ſuo, tali iure dominetur ſacerdos, vt non ſubdatur ipſius voluntati. Ne in deſiderio luxuriæ deditus, in præcipitiū, demergatur. Item: Domui ſuæ bene præeſſe

C pōt, qui corporis ſui ſeruauerit caſtitatem, &c. Aliter ēt D. Bern. illo ſerm. 30. in Cant: verba illa exponit: *Poſuerunt me cuſtodē in vineis, vineam meā non cuſtodiui:* hoc ſenſu, prælatum me crearunt; nō quæſiui meam vtilitatem, ſed ouium. Perfectus (ait Bern.) oīs erit, q dicere poterit: *Vineā meam non cuſtodiui*: illo videlicet ſenſu, quo Saluator loquitur Matth. 10. *Qui perdiderit animā ſuā propter me, inueniet eā*. Idoneus &

D dignus eſt q ponatur cuſtos in vineis, quē propria cura vineę à commiſſarū vinearū diligentia, & ſollicitudine nō impedit, dū non quærit quæ ſua ſunt, neque qđ ſibi vtile eſt, ſed qđ multis. Sic Bern. Cuſtodiat quidē agricola ſpiritalis vineā, i. animam, diligenter, ſed non cuſtodiat vineam ſuam, i. corpus, & opes. Pro ouib. tùm corpus labori, tù opes eleemoſynæ libenter offerat. Non ſe amet nimirum, pecuniā, pro-

Prælatus dēt corpus ſuū, & opes cōtemnere.

E priaque commoda. Nam vt cum Poeta loquar,

Hic amor exitium eſt pecori, pecoriſque magiſtro.

Virg. Eclo. 3.

Ego (ait eximius ille paſtor Paul. 1. ad Cor. 10.) *per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant, &c.*

Septi-

Paterfamilias peregre profectus eſt.

20 Septimò paterfamilias, poſt locatā vineā agricolis Peregrè profect⁹ eſt, ab eorumque diſceſſit oculis. Ideò vinea exſcinditur, atque perit, quia peregrè diſcedit paterfamilias, & ab oculis id eſt, mente ac memoria negligētium agricolarum longè abeſt. Nam in conſpectu diligentium, atque prudentium ſemper adeſt; vt Ambroſ. ait Luc. 20. Deus, inquit, eſt præſentior diligentibus, negligentibus abeſt, &c. Agricola negligens Deus veluti abſentem non cogitat, non intuetur mentis oculis, ideoque uineam ſylueſcere patitur. At diligens, ſapienſque colonus. Dominū ſuum, a quo colendam vineam accepit præ oculis ſemper habet: ideò operam vineæ impendit diligētiſſimè, ſi ſeruus operi intentus, ſciret videri ſe a Domino apertè, per feneſtram reſpiciente cancellatam, numquid deſidię, otioque vacaret, opuſque a Domino ſibi commiſſum negligeret? Minimè. En Dominus tuus, ò agricola, ò præſul, latet poſt parietem veluti reſpiciens te, per feneſtram cancellatā; iuxta illud Cāt. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtram, proſpiciens per cancellos, &c.* Ne ergo te ſocordiæ tradas, quin potius vineā ab illo tibi commiſſam, omni ſtudio, ac labore cole.

Præſentia Dei cogitāda ſemper.

Oculis quidem corporis, quia illis non cernitur, abeſt, ſed mentis oculis quia illis conſpicitur, adeſt. Hos oculos, in oculos eius ſemper conijce, cogita Dei circumſpectionem, ſi vineam ſtudiosè colere deſideras. *Beatus uir,* (ait Eccleſiaſticus capite 14.) *qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei, &c.* Circumſpicit Deus omnia, & clariſſimè intuetur, beatus colonus, qui hanc Dei circumſpectionē circumſpicit, non otio ille vacabit, ſed labori. Vt Plinius ſcribit lib. 18. capite 6. Oculum Domini maiores dixerunt fertiliſſimū eſſe in agro. Quia qui agrum ſuum ſepe inuiſit, fertilitatē illi affert. Vt oculus Domini fertiliſſimus, eſt in agro, ſic oculus Dei, intuitus, & circūſpectio, ſi ſemper cogitetur, fertiliſſima eſt in vinea. Ait item Plutarchus libro de Liberis educandis, eleganter dictum ab Equiſone, nihil perinde ſa-

A ginare equum, vt Regis oculum: ſimilem in modum dici poteſt, nihil perinde ſaginare animum, ut Dei ſummi Regis oculum, ſi ſemper illius intuitus, ac circumſpectio verſetur animo. Moſes (vt Paulus ait ad Hebræos 11. *Inuiſibilem Deum tamquā videns ſuſtinuit, &c.* vineæ quoque Dei, cultor inuiſibilem Deum, tamquam videns ſuſtineat. Eſt ille inuiſibilis, ut diximus, oculis carneis, ſed oculis fidei videtur. *Viuit Dominus* (ait Elias 3. Regum 17.) *in cuius*
B *conſpectu ſto, ſi erit annis his ros. &c.* Viuit Dominus. Deus enim eſt viuus, cernenſque omnia, dicat colonus vineę, *in cuius conſpectu ſto;* quem fidei oculis intueor. In conſpectu Dei uiui, otio indulgere non licet, ad laborem excitāt, ſed ſemper vigilantes, ſemperque me intuentes; Domini mei oculi. *Cuius oculi* (ait Gieremias capite 32. Deum alloquens) *aperti ſunt ſuper omnes vias filiorū Adam, ut reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum adinuentionum*
C *eius, &c.* Aperti ſunt Dei oculi ſuper omnes vias noſtras, noſtri ne ſint clauſi ſint etiam aperti. Vigilat Dominus nos quoq; vigilemus. Ille ſemper nos intuetur, nos pro modulo noſtro ſemper illum intueamur. Locauit nobis uineam, non proficiſcatur peregrè a nobis, in noſtra habitet memoria, ante oculos noſtros verſetur ſemper. Imago ſpeculi ſi illā is intuetur, cuius imago eſt, ab eo oculos minimè auertit, eū
D ſemper aſpicit, a quo aſpicitur. Imago Dei homo eſt, ſemper Deus hominem aſpicit ab eo oculos deflectit numquā. Aſpiciāt ergo illū imago ſemper, ideſt homo, ab eo oculos mentis nunquam amoueat, intuentem ſe ſemper, intueatur ſemper. Iuxta illud Pſal. 24. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos, &c.*

In cōſpectu Dei otio indulgere nō licet.

Homo imago Dei ſemper Deum aſpiciat.

Octauò, miſit paterfamilias ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperēt fructus
E vineę. Ideo vineā Deus plātauit, ut fructus ferat, ad fructū illam colit, ut ait Auguſtinus Pſal. 6. Vinea, inquit, Domini ſumus; quia colit nos ad fructū, &c. Ad fructum nos colit, ideo fructum expetit. Fructus autem noſter, ait idem Auguſt. ſerm. 59. de Verbis Domini, non facit illum ditiorem, ſed nos facit

Vinea colitur propter fructum.

beatiores, &c. Summa ergo cum diligentia enitendũ eſt, vt fœcunda ſit vitis noſtra, vberemq; patrifamilias fructum ferat, noſque beatos efficiat. Videbimus in Eccleſia vites multas, diuitijs, honoribus, dignitatibuſq; quas ꝑtulerunt, onuſtas. Nũquid hi ſunt vitiũ fructus, quos Deus poſtulat? Equidem ſic hoĩes pro his ferendis ſeſe excruciant, ſic labores exanthlant; perinde ac ſi hos fructus ab illis Deus expetat. Non hos Deus expetit: ſed viuã fidẽ ardentem caritatẽ, opera ſancta. Hi ſunt botri, vino cor hoĩs oblectãte pleni, hi ſunt racemi, quos ex vitib palmitibuſq; ſuis Deus colligit; hæ ſunt dulciſſimæ vuæ, quibus reficitur, oblectaturq; ſummus princeps. Vt delectatur vineæ cultor, cum palmites videt, pendentibus refertos botrionibus; ſic lætatur Chriſtus, cũ Chriſtianos cernit, bonis fœcundos operibus, illi Tabithæ ſimiles, de qua Act. 9. legitur: *Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat, &c. Diuitibus præcipe* (ait Apoſt. 1. ad Timo. 6.) *bene agere, diuites fieri in bonis operibus, &c.* Quaſi dicat, dicito diuitibus, diuitias non eſſe fructus vitis Chriſtianę; ſed bona opera: hortare illos vt vere diuites fiant, vt veras diuitias, i. opera bona comparent; hiſque opibus abundent. Non ſatiatur opibus diues, nec ſatietur bonis operib. Chriſtianus; hæc ſemper quærat, horũ opulentiſſimum theſaurũ efficiat, quo cęlorum emat regnũ. Quemadmodũ toto pectore, auari, argento, auroq; diuites fieri conantur: ſic Chriſtianus, toto pectore conari debet, vt diues fiat bonis operibus. Hac vna in re ſanctiſſima eſt auaritia. O fœlicem bonorum operum auarum hoĩem; qui nullam benefaciẽdi prætermittit occaſionẽ, ex qua diteſcere his opib. poſſit. Opifices die, noctuq; artis ſuę vacant operibus perficiendis: opifex eſt Chriſtianus, ſuis vacet operibus, i. ſanctis ac cœleſtib. hæc curet, hæc die noctuque perficiat? Hi ſunt fructus vineæ Dei.

Vinea fructus quos Deus expetit qui ſint.

Auaritia ſancta quæ ſit.

Nonò, nouiſſimè miſit paterfamilias filium ſuum, ad petẽdos fructus vineę: at agricolæ acerba illum morte affecerunt. Redibit rurſus hic idẽ filius; nouiſſimè mittet iterũ paterfamilias filium ſuum, vt exigat à cunctis hoĩbus fructus. Veniet nouiſſimè, i. in fine mũdi; ſed longè aliter veniet, non iudicãdus, ſed viuorũ, mortuorumq; iudex, non tormenta ſubiturus, ſed tormẽtis impios colonos affecturus, non in humilitate deſpiciẽdus, ſed ſumma in maieſtate verẽdus. Verebuntur Filiũ Dei tunc agricolæ, quẽ deſpexerunt. *Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes cernent factũ in caput anguli.* Petet tũc ab omnibus hoĩbus fructus. Qui non obtulerint, ſteriles, vt vites præcipitabuntur in flãmas, qui verò attulerint, ſumma beatitudine, gloriaque affecti in cęlos cõſcendent. Hoc illud eſt Matth. 25. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ. Eſuriui. n. & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & nõ dediſtis mihi potũ, hoſpes eram, & non collegiſtis me, nudus, & non operuiſtis me, infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me, &c.* Diſcedite (inquit) in ignẽ æternũ. Cur? quia bonorũ operum fructum non protuliſtis, quia ſteriles uites fuiſtis. Ezech. 15. *Quid fiet de ligno vitis? Ecce igni datum eſt in eſcã, &c.* Soli igni utilis eſt arida, infecundaq; uitis. Soli Tartaro utilis eſt ſterilis improbuſq; homo. Contra, qui bonorum operum fructibus fœcundi ſunt, ſuauiſſimam illam uocem lætiſſimis auribus accipient. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum, &c.* Cur? quia bonorum operũ fructu fœcundi eſtis. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram; & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me, infirmus, & viſitaſtis me, in carcere eram, & veniſtis ad me, &c.* En quomodo vineæ fructus filius exigat. Fructus, quos malè ſani homines totis uiribus cõgregant, hoc eſt, diuitias, reliquaq; fluxa bona, nõ exiget non efflagitabit opes, ſed eleemoſynas, bonaq; opera.

Chriſtus exiget fructũ vineæ.

Vitis arida ſoli igni utilis eſt.

Quicumque ergo huc, i. in iudicium Dei nauigas (nauigamus autẽ omnes) uide quibus mercibus nauem oneres. Stultus eſt, qui nauem mercibus onerat, quæ nullius pretij in ea ſunt regione, in quã tendit. Diuitiæ, honores, uoluptates, in regione, ad quã curſum dirigimus, nullius planè ſunt momenti. Quorſũ ergo in ijs cõquirendis oleũ, operamq; tanto cũ labore pdimus? opera bona merces sũt, quæ eã in regione pre-

Non debemus laborare in opibus congerẽdis.

pretium habent admirandum. Cur igitur in his comparandis totis virib. nõ incumbimus? *Dies mei*, ait Iob capite 9. *pertranſierunt quaſi naues poma portantes, &c.* Sic noſtri pertranſeunt dies, etenim merces, quibus noſtras oneramus naues, poma ſunt quæ momentaneum quemdam præbent odorem, & ſaporẽ. Quid enim aliud caduca sũt bona, quæ congregamus, quam momentaneæ cuiuſdam dulcitudinis poma, quæ antequam ad portũ perueniant, putreſcũt, ac pereunt? Si nauis ex India profecta, pomis onuſta nauigaret; quis non rideret, nauliq; onus irrideret? Heu quot Indicæ naues, pomis onuſtæ nauigant, quæ pretioſis aromatibus refertæ curſum in cælum tenere debuerant. O illum beatum, qui nauim ſuam non vilibus pomis hoc eſt, non caducis bonis, ſed auro; argẽto, gemmis, aromatibuſque pretioſis; hoc eſt bonis operib. cõplet. Proſperè hic nauigabit. cælorũq; portum fœliciter in vectus exultabit.

Omnia humana ſunt poma.

Decimo cum tempus fructuum appropinquaſſet, exegit fructus paterfamilias. Quod nam eſt tempus hoc fructum debitum exigendi? Vbi primum rationis ſplendor nobis incipit affulgere, tempus adeſt fructum perſoluẽdi. A pueris enim, ſtatim vbi ratione uti incipiũt, bona opera poſtulat Deus Quod ſi a pueris opera bona poſtulat, qui in aurora quadam rationis viuunt, mille nubibus obſcurata, quid ab adoleſcentibus, viris, & ſenib. exiget, qui in ipſo rationis meridie vitam ducũt? *Sicut mercenarij dies eius:* ideſt. hominis, ait Iob capite 7. Mercenarius Dei homo eſt. Quemadmodum a mercenario, ſic ab homine quocumque, bonũ opus ſemper exigitur, Arbores, & vineę, certo quodam anni tempore fructus pariunt, at homines omni tempore, oĩq; ætate fructus ſuos, id eſt, bona opera ferre debẽt Incipere a pueritia, in dies vero creſcere in iuuentute, vſq; ad ſenectutem, & mortem. Caueat vero, & vehementer caueat Chiſtianus, ne in extremam ætatem, vel mortẽ, fructũ differat. Finge hominem hoc apud ſe reputantem, uineam ego meam verno; æſtiuoque tempore, ſylueſcere patiar, in media hyeme, illam colam fructumque colligam. Finge & alium, parua ſcapha in fluuio nauigantem, qui cum aduerſus fluuij impetum, remos oporteat robuſto admouere pectore, hoc apud ſe cogitet, cum ad maris acceſſero fluctus tunc remos impellam. Nonne vtrumque iudicabis inſipientem? Similem in modum inſipiens ille iudicandus eſt, qui animum ſuũ verno, æſtiuòque tempore, ideſt, cum floret ætas, ac viget, ſylueſcere ſinit, in media verò, ſæuaque mortis hyeme, ait ſe pœnitentiæ fructum cœleſtem collecturum, quique ætatem ſuam veluti ſcapham abſque remorum ope a fluminis impetu duci patiť, hoc apud ſe reputans, cum ad amarum mortis pelagus peruenero, remos fortiter apprehendam, vndarumque ſuperabo molem.

Quando tẽpus eſt fructum perſoluendi.

Omni tẽpore bona opera facienda.

Qui male ribus futuris conſulũt arguũtur.

Ante mortẽ bona opera præparanda

Si ſapis, dum vigor ineſt brachijs, ac robur, remos impelle, aduerſus carnis mundi, dæmoniſque irruentes fluctus totis uirib. enitere. Vineæ tuæ fructus in ſæuam mortis hyemem ne differas, toto vitæ tempore, vires, i. intellectus voluntas, cæteræque animæ facultates corporiſque membra, bonorum operũ fructus proferant. Tempus hoc fructuum eſt, ad mortem vſque, poſt mortem operum fructus, quæ gratiã mereantur, & gloriam proferri nõ poteſt. Ideò Paulus ad Gal. 6. *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, &c.* Dum tempus, inquit, habemus; quia tempus non ſemper habebimus, operandi bonum meritorium. Quamuis enim in cęlo bonum beati operentur, bonum illud meritorium nõ eſt. In terra fructum meritorium fert vinea. In cœlo, aut Tartaro fructus huiuſmodi minimè producitur. *Bonum autem facientes* (ait Paulus eodem capite) *non deficiamus.* Græcè, *μὴ ἐκκακῶμεν, quod ne defatigemur* .vertit Pagninus, Regia Biblia, *non ſegneſcamus*. Ergo operemur ſemper bonum magno animi robore, non deficiamus, non defatigemur, non ſimus ſegnes, & in operando pigri.

Bonum meritoriũ operandi non ſemper tẽpus habebimus.

Piger, & ſegnis, opera bona in aliud tempus, vel in mortem differt, diligẽs, ac uelox. quidquid boni valet, mox efficit, illud mente voluẽs Magni Greg. hom.

Aduerſus pigros in bono opere.

hom.22. Quia adhuc hodie licet benè agere ſcimus; utrum cras liceat, ignoramus, &c. Exegit ab agricolis paterfamilias fructus vineæ, exiget etiã a nobis mortis tempore. Ne igitur in id tẽpus vineæ protrahamus culturam, cũ fructus eſt repetendus. *Sicut dies mercenarij dies hominis*, Iob 7. Mercenarius (ut Greg. ait eodem cap.) ſollicitè curat inſpicere, ne vnquam dies vacuus labatur ab opere, &c. Eundem in modum nos, ſiquidem Dei mercenarij atq; operarij ſumus, curare debemus ne vllus dies, ne vlla hora, ne ullum momẽtum, vacuum bono opere abeat. Electus quiſque (ait idem ſanctiſſimus Pontifex eodem loco) quis ſit decurſus præſentis temporis penſat, dies cũ operibus numerat, ne a labore vacua tranſeant vitæ momento formidat, &c. Denique (ait Auguſt. ſerm. 12. de verb. Domini ſecundum Matthæ.) quia neceſſe eſt, vt Dominus ueniat, agamus, ut nos fructuoſos inueniat, &c. Iuxta illud Pauli ad Coloſſ. 1. *In omni*, inquit, *opere bono fructificantes, &c.* ò fœlicem animam illam ſtrenuam, cui illud Prou. 31. concini poterit in fine vitæ: *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius, &c.* Laudant in porta, id eſt, morte, per quam ad cœleſtem vitam ingredimur, laudant, inquã, virum opera eius, laudibus dignam, manuum ſuarum fructus tunc accipit, labores tunc manuum ſuarum comedit, iuxta illud Pſal. 127. *Labores, manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, &c.* Nobis laboramus, nobis operamur, nobis æternum cibum comparamus, æternaque paramus horrea, cum bona facimus opera. Labores manuum noſtrarum manducabimus, ſi nunc labores operando ſubierimus, beati erimus, & bene nobis erit. Sin minus æterna torquebimur eſurie, maledicti erimus, maleq; nobis erit in ſempiternum. *Malos* enim *Dominus male perdet*.

Mercenarij quomodo eſſe debeamus.

A

CAPVT VII.

De eadem parabola.

Morale.

PRæter hæc, quatuor continet hęc parabola eximia vaticinia. Primum de morte Chriſti: *Apprehenſum eum* (ait Dominus) *eiecerunt extra vineam, & occiderunt, &c.* Comprehenderunt principes Iudæorum Chriſtum, cruci deinde ſuffixerunt, & eiecerunt extra vineam quoniam in cauſa ipſi fuere, cur Chriſtus ex ſynagoga eijceretur, hoc eſt cur Iudæi Chriſtum repudiarent. Væ populo, qui iniquos habet principes. Si probos habuiſſet principes plebs Iudaica, haud dubiè nõ eieciſſet Meſſiam ſuum extra vineam, ſed receptum adoraſſet: a principibus concitata Regem ſuum repudiauit, reiecit, cruceque ſuffixit. *Egreſſa eſt iniquitas* Dan. 13. *a ſenioribus iudicibus, qui videbãtur regere populum &c.* *Hic eſt hæres*, aiunt, *venite occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ eius.* Videor mihi audire fratres Ioſeph aiẽtes Gen. 37. *Ecce ſomniator venit veñite occidamus eũ, &c.* Et alios quoſdam Ier. 11. *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus, cũ de terra viuentiũ, &c.* Alios quoque Sap. 2. dicentes: *Circumueniamus iuſtum, morte turpiſſima condemnemus eum &c.* Quę cauſa cædis crudeliſſimæ? ambitio, & inuidia, *& habebimus hæreditatem eius.* Vel (vt Lucas ait) *occidamus eum, ut noſtra fiat hæreditas.* O homines cœcos non habebitis hæreditatem eius. Non fiet veſtra hæreditas illius: Nemo adeo potens eſt, ut hæreditatem illi præripere poſſit.

Quatuor hæc parabola continet vaticinia & primum de morte Chriſti.

B C D

Hæreditas huius filij, non eſt anguſta Iudæorum plebs, quam hæreditatẽ vos præripere vultis, & in ea dominari, ſed latiſſimus terrarũ orbis. *Poſtula a me*, ait Pater huic filio Pſal. 2. *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ &c.* Hanc hæreditatẽ ſibi promiſſam, ẽt a vobis occiſus obtinebit, imo quia occiſus a vobis eſt, illã cõſequetur. *Occidamus eum*, dicitis;

Hæreditas filij ampliſſima.

E

vt

Digitized by Google

vt noſtra fiat hæreditas occiſus.n.hæredi
tatem non poterit poſſidere: Itaque
nos illam poſſidebimus.Imò vos hęre-
ditatē non poſſidebitis: ille vero quia
occiſus eſt,illam poſſidebit.Per mortē
enim illatam à vobis,omnium gētium
imperium conſequetur, vos vero hæ-
reditatem veſtram, id eſt Iſraeliticam
Rempub.amittetis. Extra vineam an-
guſtam & ſterilem;illum eiecistis,aliā
vineam ampliorem, multòque fœcū-
diorem plantabit toto orbe, ex qua
fructus colligat vberrimos.

Hæreditatē Christi principes illi ſurripere voluerunt.

Reuocate in memoriam veſtrū Io-
ſeph à fratribus inuidis ex domo pa-
terna electum,ac venditum;poſteaque
in latiſſima Ægypti regione domi-
nantem. Vt Ioſephum fratres inuidi
ex domo eiecere paterna, ſic vos inui-
diæ furore perciti, ſummi patrisfami-
lias Filium,extra vineam Iſraeliticam
eieciſtis. Ioſeph ab anguſta patris do-
mo pulſus,in tota Ægypto dominatus
eſt,filius hic extra veſtrā ſterilē,& an-
guſtā vineam exturbatus, in toto ter-
rarum orbe dominabitur. Recordami-
ni Moſem à matre expoſitum, & à fi-
lia Pharaonis Regis exceptum.Expo-
ſitus eſt Moſes à paupere matre, ex-
poſitus eſt filius hic à paupere ſyna-
goga. At quemadmodum ab opulentiſ
ſima principe, Pharaonis filia, rece-
ptus eſt Moſes, ſic ab opulētiſſima Re-
gina Eccleſia,recipietur ſummi patriſ
familias filius.Ne dicite: *Occidamus eū,
& habebimus hæreditatem eius*:dicite po-
tius,occidamus eum,& nō habebimus
hæreditatem noſtram. Heu cœca ho-
minum pectora; ea via,qua ſua com-
moda quærunt, in incommoda maxi-
ma currūt.Quærit prædo,quęrit adul-
ter,quærit ambitioſus, quærunt impij
omnes commodi aliquid, dū peccant:
ſed per commoda, quæ quærunt in ma
xima ſeſe præcipitant incommoda.

Ioſeph Christi geſſit figuram.

Et Moſes.

Secundum vaticinium parabole eſt,
de Chriſti poſt mortem exaltatione.
Lapidem (inquit) *quem reprobauerunt
ædificantes,hic factus eſt in caput anguli. A
Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in
oculis noſtris, &c.* Lapis fuit Chriſtus
ſcandali,& lapis anguli.Lapis fuit ſcā-
dali Phariſæis, & principibus Iudæo-
rum, iuxta Iſaiæ vaticinium cap. 8.

2.Vaticiniū de Christi poſt mortē exaltatione

Christus lapis anguli & lapis ſcādali.

A *Erit in lapidem offenſionis, & in petram
ſcandali duabus domibus Iſrael, &c.* La-
pis humi iacēs, in quem impingimus,
ſcandalum eſt, in ſublimi loco collo-
catus ſcandalum non eſt,quia nemo in
illum impingit. Ita Chriſtus ſcandalū
fuit Iudæis, quia humi iacuit,hoc eſt,
quia in humilitate venit,non in maie-
ſtate. Quando in eum lapidem offen-
ditur(ait Aug. citatus in fin.capitis 4.)
humilis iacet. Iacēdo humilis quaſſat
offendentem, &c. *Prædicamus Chriſtum*
B *crucifixum* (ait Paulus 1.Cor.1.) *Iudæis
quidem ſcandalum,&c.* Meſſiam illi cogi
tabant maieſtate regia inclytum, diui-
tijs,gloriaque præpollentem, humilē
cernebāt,& pauperem,in lapidem hu-
mi iacentem impegerunt, grauiſſimò-
que caſu ceciderunt.

Lapis Chriſtus erat fundamento a-
ptiſſimus, ſed externa Regis maieſtate
carebat. Ideò ædificantes eum repro-
bauerunt,& in ſynagogæ ædifico col-
locare noluerunt. Cùm verò hic lapis
C eſſet fundamentalis,abſque fundamē-
to ædificantium culpa, ſynagoga reli-
cta eſt, abſque fundamento relicta pe-
nitus corruit. Fundamentum.n.totius
ſpiritalis ædificij Chriſtus eſt. Super
hunc lapidē ædificātes, ędificandi im-
peritiſſimi,ædificare noluerunt;igitur
ſuper arenā ędificarunt, non ædificiū,
ſed ruinam.Solo æquata eſt fundamen
tali lapide carens ſynagoga, ipſe verò
lapis,quem reprobauerunt ędificātes,
factus eſt in caput anguli.

Christus lapis erat fundamento aptiſſimus.

D Fuit princidibus Iudęorū lapis ſcan
dali;eſt Eccleſiæ caput anguli. Intuere
ampliſſimum Eccleſię ædificium, toto
orbe excitatū, in hoc ædificio ampliſ-
ſimo, caput anguli eſt hic lapis fortiſ-
ſimus, iuxta illud Iſa. 28. *Ecce ego mit-
tam in fundamentis Sion lapidem, lapidē
probatum,angularem,pretioſum,in funda-
mento fundatum,&c.* Chaldæus ſic inter
pretatur: *Ecce ego conſtituam in Sion Re-
gem fortem,potētem,& terribilem,&c.* Eſt
Chriſtus Rex fortis, potens,& aduer-
E ſus Tartareos hoſtes terribilis. Eſt la-
pis probatus: dicitur aūt lapis proba-
tus is,cuius multis percuſſionibus du-
ritia eſt probata, tales oportet eſſe la-
pides,qui in cęleſti ędificio ſunt collo
candi, vt Eccleſia canit his verbis:

Christus lapis eſt fundamēti Eccleſia.

Christus lapis reprobatus à Iudæis

Tunſionibus, preſſuris
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis
Per manus artificis.

Summus verò lapis Chriſtus, quot percuſſiones pertulerit, quis ignorat? lapis fuit probatus, & reprobatus; Probatus percuſſionibus, reprobatus honoribus. *Tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato*: ait Paul. ad Hebr. 4. Lapis fuit pcuſſionibus probatus. Ex percuſſionib. verò, gratiæ flumina largiter emanarunt, quibus totius orbis ſitis extinguitur, Pſ. 77. *Percuſſit petrã, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt, &c.* Item: *Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas, &c.* 1. Cor. 10. *Bibebant,* (ait Apoſtolus) *de ſpiritali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus.*

Chriſtus lapis angularis, pretioſus.

Angularis dicitur lapis, & in fundamento fundatus: quoniam in fundamẽto Eccleſiæ eſt locatus in ipſo anguli capite. Duos coniungit parietes lapis angularis; ſic Chriſtus duos coniunxit in vna lege noua populos Iudaicum, atque Ethnicum. Dicitur propterea *lapis pretioſus*, quia omnib. præcellit Smaragdis, omnibus topaſijs, carbunculis, cæteriſque gemmis. Quid pretioſius homine Deo excogitari poteſt? Vtinã reſpondeant reliqui lapides fundamẽto. Fundamentum lapis eſt pretioſiſſimus, oportet lapides ſuper impoſitos pretioſos eſſe illuſtres, tale dignos ędificio. Lapis eſt Chriſtus pretioſus, pretioſa margarita illa eſt, qua inuenta negotiator Euangelicus Matthęus 13, *Abijt, & vendidit omniaqua habuit, & emit eam, &c.*

Lapis eſt magnus, & ſtatuã euertit.

Hic ille eſt lapis, qui Dan. 2. abſque manibus, id eſt, abſq; viri opere, è mõte, virgineo ſcilicet vtero, abſciſſus eſt, ſtatuamque euertit. Addit Daniel: *Lapis qui percuſſerat ſtatuã, factus eſt mõs magnus, & impleuit vniuerſam terrã, &c.* Idem hoc eſt, ac illud Pſalmi: *Hic lapis factus eſt in caput anguli.* Fundamentum omnibus in locis iacitur, in quibus excitãdum eſt ædificium. Quia ergo Eccleſia, per vniuerſam terram excitatur, vniuerſam terram pretioſus lapis noſter complet, eſtque caput anguli in toto orbe terrarum. Item vt mons

A eſt lapideus, ac pretioſus: ſi lapis pretioſus adamas, totam compleret terram, montem efficeret lapideum, pretioſiſſimum, ac fulgentiſſimum; illi verò impoſita arx, nullis expugnari poſſet viribus. En tibi Eccleſiam, en Eccleſiæ fundamentum. Arx eſt fortiſſima Eccleſia, pretioſiſſimo Adamanti, montique Adamantino impoſita veluti fundamento. Quinam exercitus, quæ bellica tormenta, qui duces illam poterũt expugnare? *Portæ inferi, non praualebunt* (*Matth. 16.*)

B *aduerſus eam*, ait Dominus: Siquidẽ ſuper altiſſimum Adamantinumq; montem, id eſt, Chriſtum, fundata eſt. *Laudate habitatores petræ*, ait Iſaias cap. 42. Nos habitatores petræ ſumus, qui in Eccleſia ſuper Adamantinam petrã extructa habitamus. Beneficium tantum, imortales à nobis gratias exigit: Laudemus ergo Deum perpetuò habitatores petrę, laudemus ore, corde, tanto beneficio fructus dignos proferamus. *In bono opere fructificantes*, vt ait Paulus

Nos ſumus habitatores petræ.

C ad Coloſſ. 1. illudque à Deo poſtulantes, quod Eccleſia poſtulat Dominica 16. poſt Pentecoſt. *Tua nos quæſumus Domine, gratia ſemper præueniat, & ſequatur, ac bonis operibus iugiter præſtet eſſe intentos, &c.*

3. Vaticinium eſt de regno Dei à Iudæis ablato.

Tertium vaticinium eſt, de ablatione regni Dei à Iudæis. *Auferetur* (inqt) *à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, &c.* hoc eſt, auferetur à vobis vinea, auferetur Dei Reſpub.

D Deique populus. Non erit ſynagoga regnum Dei, id eſt, populus, nec Reſpublica, in qua Deus regnet. Aliud regnũ ſibi cõdet Deus, aliam Rempublicam, in qua in terris regnet. Plantabit aliã vineam, quę fœcunda ſit, & fructus debitos perſoluat. Non perijt vinea (ait Bern. ſerm. 30. in Cant.) ſed migrauit, etiam creuit, & dilatata eſt. In fide plãtata, in caritate mittit radices, defoſſa ſarcula diſciplinæ, ſtercorata pœnitentium lachrymis, rigata prædicantium

Vinea nõ perijt ſed migrauit.

E verbis. Et ſic ſanè exuberans vino, in quo eſt lætitia, vino totius ſuauitatis. Hoc certè vinũ lætificat cor hoĩs: hoc conſtat & Angelos bibere cũ lætitia. Denique gaudet in cõuerſione & pœnitentia peccatorũ. Lachrymæ pœnitentium, vinum ſunt Angelorum, &c.

Oſeæ

Oſeæ 1. *Voca* (ait Deus) *nomen eius, non populus meus, & ego ero non veſter, &c.* לא עמי *lehhami*, Hebraicè vocatus eſt filius Oſeæ prophetæ, hoc eſt, nō populus meus. Adumbrat. ſ. Iſraelitas, nō fore regnū Dei, i. populum in quo regnaret Deus. Malachiæ 1. *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum; & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, &c.* Non eſt voluntas Dei in Iudæis; quia populus illius non ſunt; ablatū eſt ab illis regnū Dei, & datum eſt genti facienti fructus eius. *Magnum*, inquit, *eſt nomen meum in gentibus; & in omni loco ſacrificatur, & offertur mihi oblatio munda; quia magnum eſt nomen meum in gentibus, &c.* Magnum eſt nomē Dei in gentibus, quia magnū eſt regnū Dei in gentibus. *Ab ortu* (inquit) *Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum.* Perijt paruum Iudæorum regnum; conditum eſt alterū magnum, quod ab ortu Solis, vſque ad occaſum protenditur, vt ipſis oculis intuemur.

Dei nomen eſt in gentibus.

Hoc regnum dicitur à Chriſto in parabolis *Regnum cælorum*, quia (vt alias omittam rationes) quantò cæli celſiores ſunt terra; tantò celſius eſt Regnū Eccleſiæ, regno Synagogæ. Corruit regnum Synagogæ, quia fundamentum reprobauit, lapidem angularem Chriſtum, ſine quo nullum ſtare poteſt ædificium. Reprobatus lapis, reprobauit regnum, reprobatum à Deo ſtare non potuit. Oſeæ 3. *Dies multos ſedebant filij Iſrael ſine Rege, ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Theraphin, & poſt hæc reuertentur, &c.* Non ne vides ablatum ab Iſraelitis Dei regnū? Humi modò ſedēt ſine Rege, ſine Principe, ſine Deo, ſine ſacrificio, ſine templo. Euerſa eſt vinea, diſperſi ſunt palmites, tandem verò ad ſæculi finem reuertentur, & in regnum Dei, id eſt Eccleſiam, introibunt. Ablatum eſt regnum, & vinea genti non facienti fructus eius, data eſt genti faciēti fructus eius. Quis fando fructus recenſere poterit, quos gens fecit, cui datum eſt regnum, & vinea? Huius regni, & vineæ fructus eſt ſtupenda Anachoritarū vita, eximia Cœnobitarum ſanctitas, admiranda Martyrum conſtantia, Virginum inclyta puritas, coniugum ſingularis caſtitas, Doctorum ſapientia, paſtorū vigilantia, Sanctorumq; omnium erga Deum ardens charitas. De ijs autem ſigillatim agere, propemodum eſſet infinitū. *Dominus dabit benignitatem* (canitur Pſal. 84.) *& terra noſtra dabit fructum ſuum.* Dedit Dominus benignitatem admirabilem; & terra dedit fructum ſuum admirabilem, Pſal. 64. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti; & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento, &c.* Annus benignitatis Dei, & benedictionis, annus cuius coronæ benedixit Dominus, tēpus eſt legis nouæ, in quo campi repleti ſunt vbertate, ſpecioſa deſerti fęcūda facta ſunt, exultatione colles, monteſq; accincti, arietes aureis velleribus amicti, valles frumēto, vineæ, atq; olíueta ſpiritalia, ſpiritali vino, oleoq; redundarunt. Coronam habet hic annus florum omnis generis, pomorū, ac fructuum, quos terra vberrimè produxit ſanguine irrigata Chriſti. Denique Pſal. 106. *poſuit flumina Deus in deſertum, & exitus aquarum in ſitim: terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea. Poſuit deſertum in ſtagna aquarū, terram ſine aqua in exitus aquarum, &c.* hoc eſt, flumina Synagogæ Deus exſiccauit, terrā illam, & vineā olim fructiferā poſuit in ſalſuginē, & ſterilis facta eſt, propter malitiam Iudæorum. At Eccleſiæ deſertum in ſtagna aquarum conuertit, terram aqua gratiæ, ac doctrinæ carentē, aquarū cōpleuit copia. D. Auguſt. eodem Pſal. Quæris (inquit) apud Iudæos fidem Chriſti, non inuenis, quæris ſacerdotē, non inuenis, quæris ſacrificiū, non inuenis, quæris templum, non inuenis, quæris prophetam, non inuenis. Quare hoc? *quia poſuit Deus flumina in deſertum, terram fructiferam in ſalinas.* Vbi erant omnia immunda ſacrificia, quando deſerta erant, quando ſqualebant, quādo ſalinæ erant omnes gētes; ibi nunc fontes, ibi nunc flumina, ibi nūc ſtagna aquarum, &c. Hæc Auguſt.

Eccleſia regnum Dei eſt, et illud ampliſſimum.

Iſraelitæ ſine regno ſunt.

Fructus vineæ, id eſt Eccleſiæ.

Iudæi rebus omnib. parent.

Quicumque igitur ad Dei regnū vocati ſumus, faciamus fructus eius, hoc eſt, producamus fructus, quos regnum

Chriſti

Chriſti expoſcit. Id Paulus obſecrat ad Epheſios 4. *Obſecro* (inquit) *vos, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, &c.* Regnum cœlorum, cœleſtes fructus poſtulat. Regna diuerſa, diuerſas habent linguas, diuerſas veſtes, diuerſam pecuniam, diuerſos mores; Chriſti Regnum cœleſtem habet linguam, cęleſtes virtutum veſtes, cęleſtem pecuniam, cęleſtes mores, cęleſtes fructus. Extollamus ergo manus noſtras ab infimis mundani regni operibus, ad opera ſancta, ac excelſa, iuxta illud Pſal. 133. *extollite, manus veſtras in ſancta, &c. In ſancta*, ideſt, ſancta templa, eleuemus manus orando, & in ſancta opera, ſanctè operando, vt docet D. Hilarius in eadem Pſalmi verba: Eleuanda (inquit) ſunt opera noſtra, in Dei ſancta, id eſt, in nudis veſtiendis, in eſurientibus cibandis, in ſitientibus potandis, in afflictis conſolandis, in oppreſſis adiuuandis, in omnibus diligendis. Sancta verò opera ſacrificia quędam, & hoſtias eſſe, Deo gratiſſimas, docet idē Hilarius eodē loco, his verbis Pſal. 140. *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Nunc enim in conſummationem ſæculi, quod eſt veſpertinum, non in tauris, & hircis, ſed in operibus bonis Deo hoſtia eſt, &c. His addit, manuum in opera bona eleuatione, dæmonem veluti alterū Amalech vinci. Moſes (ait Hilarius) nos docuit exemplo; qui cùm eleuatis conſtitiſſet manibus vincebat: ſubmiſſis verò in terram, vincendum populum ab hoſte præbebat. Oſtendens per hanc formā hoſtem noſtrum, ſi terrena opera noſtra ſint, vincere; ſi excelſa verò ſint, eſſe vincendum. Hæc D. Hilarius.

Regnum cælorum cæleſtes fructus poſtulat.

Opera eleuanda in Deum.

B C D

Ablatum eſt regnum à Iudæis, datū gentibus, vt facerent fructus eius; aufertur etiam nunc ab hæreticis, datur vtriuſque Indiæ Occidentalis, Orientaliſq; incolis, vt faciant fructus eius. Præuidit Chriſtus Lutheros, Caluinos, cæteraſque huiuſmodi peſtes; præuidit hæreſes, quas in Septemtrionalibus regionibus diſſeminarunt; iuſto iudicio ſuo Regnum ſuum à multis abſtulit, in quibus hæreſes regnant. Ideoque his temporibus nauigationē tam in Orientem, quàm in Occidentem mirabiliter aperuit, vt regnum Dei, quod hęreticis aufert, det Indis, & Aethiopibus, vt faciant fructus eius. Nos verò alieno nobis caueamus exemplo. Datum eſt nobis regnum Dei, vt faciamus fructus eius; ne igitur ſteriles ſimus, ſolaq; contenti fide, veluti foliorum vmbra, ac virore, vitam traducamus. Fructus faciamus, fidem operibus ſanctis tueamur, ne pereat. Quemadmodum enim flamma lucernæ, manu oppoſita à vento, ſic fidei lux bonis operibus, ab hæreſi defenditur, ne extinguatur. Caueant etiā præſules, qui ſegniter vineam colunt, & non faciunt fructus eius; ne ab illis morte præreptis vinea auferatur, & detur alijs paſtoribus, qui fructus debitos faciant.

Regnū Dei ab hæreticis ablatū datur Indis.

Ablatū regnū Iudæis datum gentibus.

Quartum vaticinium eſt, de euerſione Reip. Iudaicę propter incredulitatē. *Qui ceciderit* (ait Dominus) *ſuper lapidem iſtum confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum, &c.* Impegerunt Iudęi in lapidem humi iacētem, i. Chriſtum, qui vt diximus, lapis ſcandali illis fuit, & ceciderūt ſuper eum, occidentes eum, confractiq; animo ſunt per incredulitatem nimiam. Poſtea lapis cecidit ſuper eos, penituſq; contriuit, videlicet cùm Romanorum exercitū in Iudæam Deus immiſit, Iudæorumque Rempub. funditus diruit. *Malos malè perdidit, vineamq; ſuam locauit alijs agricolis.* Malos Deus male perdit, cùm ſupplicijs affecti, non mutant mores; benè tunc perdit, cùm caſtigatione admoniti, in viam redeunt. Benè perdit agricola frumentum, quod in terram ſpargit; benè perdit vineam, cuius palmites amputat. Sic benè malos perdit Deus, quos ſupplicijs lucratur. Malè malos tunc perdit, cùm in Tartareis perdit rogis. Malè pereunt illi, quia in æternum abſque vlla emendatione pereunt. Benè hîc pro Deo pereamus; ne malè pereamus in Orco. Sic benè periere Martyres, ne malè perirent. Huc ſpectat illud Themiſtoclis dictum, cuius meminit Plutarchus in eius vita: Perieramus, niſi perijſſemus, &c. Sic multi malè perierant, niſi benè à Deo perditi, benè perijſſent.

Quartum vaticinium de euerſione Reipub. Iudaicæ.

Ceciderunt Iudæi, & euerſi ſunt.

Deus malos malè pdit, & benè.

E

CAP.

CAPVT VIII.

De parabola Regis, qui fecit nuptias filio ſuo.

MATTHÆVS CAPITE XXII. Verſ.1

2 ET reſpondens Ieſus dixit iterum in parabolis eis, dicens: * ſimi-
le factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias
3 filio ſuo. * Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, &
4 nolebant venire. * Iterum miſit alios ſeruos, dicens, dicite inui-
tatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa
5 ſunt, & omnia parata; venite ad nuptias. * Illi autem neglexerunt: & abierunt,
6 alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam: * reliqui verò tenue-
7 runt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. * Rex autem cùm audiſ-
ſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem
8 illorum ſuccendit. * Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt; ſed qui
9 inuitati erant, non fuerunt digni. * Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque
10 inueneritis, vocate ad nuptias. * Et egreſſi ſerui eius in vias congregauerunt
omnes, quos inuenerunt, Malos, & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumben
11 tium. * Intrauit autem rex, vt videret diſcumbẽtes, & vidit ibi hominem non
12 veſtitum veſte nuptiali, * Et ait illi: Amice quomodo huc intraſti, non habẽs
13 veſtem nuptialem? At ille obmutuit. * Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis ma-
nibus, & pedib. eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtri-
14 dor dentium. * Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Et reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis dicens.

SImilis parabola extat Lucæ 14. de qua egimus hoc 3. tomo lib. 3. c. 14. non deeſt qui exiſtimet hanc Matthæi ab illa Lucæ non eſſe diuerſam, ſed eã-dem. Ego ſimilem eſſe fateor, eandem inficior. Idemque ſentient ii, qui rem expenderint recta trutina. Apud Luc. homo pater familias facit cœnã; apud Matthæum rex facit prandium, & nuptias filio ſuo. In parabola Lucæ vnus ſeruus mittitur; in parabola Matthæi plures. In illa inuitati ſe excuſarunt, primus dixit villam emi, alius vxorem duxi, alius iuga boum emi quinque, *habe me excuſatum, &c.* In hac nuptiale cõuiuium neglexerunt, ſeruoſque vocantes occiderunt. In illa indignatus eſt paterfamilias, hacque ſola pœna inuitatos affecit: *Nemo virorum illorum, qui*

An eadem ſit parabola Matth. 22. & Luca 14. & probatur eſſe diuerſa.

A *vocati ſunt, guſtabit cænam meam, &c.* In hac non ſolùm ira efferueſcit Rex, ſed exercitus etiam mittit, inuitatos morte afficit, ciuitatem illorum incendit. In illa de nullo fit mentio, qui veſte nuptiali careret; in hac veſte nuptiali minimè indutus deprehenditur, & in tenebras exteriores abiicitur. Præterea D. Lucas ait parabolam, quam deſcribit dictam à Domino in conuiuio cuiuſdam principis Phariſæorum. *Dixit illi quidam in conuiuio* (vt Lucas
B memorat) *beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipſe dixit: Homo quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos, &c.* Apertè ſignificat Lucas Chriſtum parabolam dixiſſe in conuiuio & occaſionem indicat cur dixerit, videlicet, quia dixerat illi quidam: *Beatus qui mãducabit panem in regno Dei.* Matthęus verò poſt ſuperiorem parabolam de vinea; *Reſpondens* (inquit) *Ieſus, dixit iterũ in pa-*

Digitized by Google

in parabolis eis, id eſt, principibus ſacerdotum, & ſeniorib. populi, quibus de vinea parabolam protulerat in templo; *ſimile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, &c.* Vnde colligitur hanc parabolam multò poſt illam Lucæ prolatam eſſe in templo Ieroſolymitano, non in conuiuio. Hæc eſt ſententia D. Auguſt. lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 71. Simile (inquit) quidam Lucas cap. 14. commemorat. Sed non eſt hoc: ſicut & ordo ipſe indicat. Quamuis & illud nonnullam huius ſimilitudinem gerat, &c. Idem ſentit D. Greg. aliique interpretes. Neq; verò ex D. Irenæo, aut Theophylacto rectè colligi poteſt, aliud exiſtimaſſe.

A gi perſonæ: in his non duæ perſonæ, ſed duæ naturæ in vna tantummodò perſona ſunt copulatæ. De his nuptijs latè egimus 1. tomo lib. 1. cap. 11. Alias præterea nuptias fecit pater filio, cùm ſponſam illi pulcherrimam, id eſt, Eccleſiam ſociauit. De his verò nuptijs parabolam interpetratur D. Hieron. Facit, (inquit) nuptias Deus Chriſto, & Eccleſiæ, quæ tam ex Iudæis, quàm ex gentibus congregata eſt, &c. D. etiam Greg. loco citato, Haymo, Euthymius, B & alij, perficientur autem hæ nuptiæ in die iudicii, cùm totam Eccleſiam, id eſt, homines iuſtos, animo, corporeque conſtantes è terra in cœleſtem thalamum Chriſtus inducet. De Eccleſiæ, & Chriſti nuptiis copioſè verba fecimus tomo 1. lib. 2. c. 15.

In nuptiis Chriſti non duæ perſonæ, ſed duæ naturæ copulatæ ſũt.

Fecit nuptias filio ſuo.

Eccleſia cur dicatur regnum cælorum.

ECcleſia Hebraiſmo Regnum cælorum dicitur, id eſt, regnum cœleſte, quemadmodũ vir fortitudinis, vir fortis. Cœleſte autem regnum eſt Eccleſia, quia cœleſtes habet leges, cæleſtem Regem, cœleſtem doctrinam, cæleſtes Scripturas, cœleſtes promiſſiones, omnia cœleſtia. Similis autem eſt Eccleſia *homini Regi, qui fecit nuptias, &c.* quoniam in Eccleſia ſimilitudo quædam huiuſmodi extat. Rex ſummus pater Regum omnium, terrarum, cœlorumque dominator fecit nuptias celeberrimas filio ſuo, vt placet D. Greg. homil. 38. in Euãgelia, cùm humanam naturam Verbum diuinum aſſumpſit: tunc (inquit Greg.) pater filio nuptias fecit, quando hunc in vtero Virginis humanæ naturæ coniunxit, &c. Auguſt. oratione contra Iudæos, Paganos, & Arianos, cap. 9. tom. 6. Chriſtus (ait) proceſſit ex vtero Virginali tanquam ſponſus de thalamo ſuo. In quo vtero ſpiritales nuptiæ celebratæ ſunt: Deus coniunctus eſt carni, & caro adhæſit Deo, &c. Item in libro quinquaginta homiliarum, homil. 32. cap. 5. Ipſe (inquit) qui tanquam ſponſus proceſſit de thalamo ſuo, de vtero ſcilicet, Virginali, vbi ſanctæ nuptiæ factæ ſunt, Verbum, & Caro attulit miraculum, &c. At in nuptijs hominum, vt aduertit D. Greg. duæ ſolent côiũn-

Deus filio ſuo nuptias fecit.

Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias.

C MIſit Rex ſeruos vocare inuitatos ad nuptias. D. Hieron. ſeruum legi poſſe indicat, & ita legit, *miſit ſeruũ ſuum vocare inuitatos*: ſed, Græca volumina, & Latina, Syriacumque Euangelium, *ſeruos* habent, biblia quoque Summi Pontificis auctoritate correcta. Bis ſeruos miſit Rex. Priores ſeruos, ait D. Hieron. prophetas ſignificare, poſteriores ſignificare Apoſtolos. Similiter D. Greg. Bis, inquit, ſeruos ad inuitandum miſit: quia incarnationem Vnigeniti, D & per prophetas dixit futurã, & per Apoſtolos nunciauit factam, &c. At nos diximus, has nuptias, ad quas Iudæi ſunt vocati, Chriſti eſſe, & Eccleſiæ. Hæ verò nuptiæ celebratę ſunt poſt Chriſti aduẽtũ, non ergo inuitati ſunt ad illas Iudæi per prophetas. Reſpondetur, Iudęos, qui poſt Chriſti aduentum fuerunt, per prophetas eſſe inuitatos ad Eccleſiæ nuptias, id eſt, vt Meſſiam reciperent, eique obſequium præſtarent, & obedientiam. Nam ipſis E prophetarum libris, ad has nuptias vocantur, maximè illi, qui poſt Chriſti aduentum, vitam traducunt. Poſſumus etiam interpretari ſeruos hos Apoſtolos eſſe, & Chriſti diſcipulos, per quos Iudæi ad fidem ſunt vocati. Bis autem miſſi dicũtur, quia primum miſit Apoſtolos,

Qui ſint ſerui miſſi à Rege.

Quõ Iudæi ad has nuptias inuitati ſint.

Digitized by Google

ſtolos, prætereà diſcipulos alios; Si- A
gnificat enim repetita miſſio, ſæpe, &
à multis Dei ſeruis vocatos eſſe Iu-
dæos, antequam Ieruſalem ſolo ęqua-
retur. Vocati ſunt à Baptiſta Ioanne,
ab Apoſtolis, ab Stephano, aliiſque di-
ſcipulis.

Iudæi à multis Dei ſeruis vocati ſunt.

Quæritur an Iudæi, qui ante Chriſti aduentum vixerunt, ad has nuptias ſint vocati? Reſpondemus eſſe quidem inuitatos aliquo modo, & vocatos per prophetas; quia aduentus Meſſiæ illis eſt nunciatus. Attamen in parabola B hac de Iudæis agitur, qui poſt Chriſti aduentum vitã duxerunt, & in nuptiale conuiuium ingredi potuerunt. Hi à prophetis ſunt inuitati, & ab Apoſtolis, aliiſque diſcipulis, parato iam conuiuio, vocati. Quod autem Iudæi, qui ante Chriſti aduentum vixerunt, ad nuptias non ſint vocati, probatur; quia illi non potuerunt huic conuiuio adeſſe, cùm functi iam eſſent vita. Præterea quia de iis qui vocati ſunt dicitur, *& nolebant venire*: illi vero, qui an- C te Chriſti nuptiale epulum vixerunt, omnes venire volebant, id eſt, omnes expectabant Meſſiam, illumque deſiderabant.

Non ſunt vocati ad nuptias, q ante incarnationẽ fuerunt.

Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt.

INdicant hæc verba, nuptiale conuiuium paratum iam eſſe, ſtratam menſam. Etenim pater per Chriſtum D ſplendidiſſimum parauit hominibus conuiuium. *Tauri* (inquit) *mei, & altilia occiſa ſunt*. Numquid tauros Deus, & altilia nobis edenda præbet? Minimè. Nõ eſt corporis hoc conuiuium, cibis conſtans iis, quibus corpus alitur; animi eſt epulum, epulis refertum, quib. anima reficitur. Parabolicus ſermo corporis cibo, animi ſignificat alimenta; quæ Deus nobis præbet, videlicet Euangelicam doctrinam, ſacramenta, cœleſteſque delicias. Tauri vitulos ſi- E gnificant; *Altilia* dicuntur à verbo, *alo*, animalia, & aues, quæ aluntur, ac ſaginãtur cibo. Græcè, *σιτιστὰ*, altilia, *σιτίω* nutriõ, paſco, *σῖτος*, *cibus*.

Epulũ ſpiritale cibi ſignificant corporis.

Altilia q̃ ſint.

Tenuerunt ſeruos, & contumelia affectos occiderunt.

DE Iudæis hęc intelligo, quos poſt Chriſti Aſcẽſionem, Spirituſque ſancti aduentum, Apoſtoli, aliique diſcipuli ad nuptiale conuiuium vocarunt. Hi enim ſeruos Domini tenuerunt, & occiderunt. Nimirum vtrumq; Iacobum, maiorem, & minorem, Stephanum, atque alios, de quibus Chriſtus Matthæi 23. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & Scribas & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, &c.* Quæ verba ſuo loco explicabimus.

Miſſis exercitibus ſuis.

SIgnificant hi exercitus, quos Rex iratus miſit, Romanorũ exercitus, quos Deus ad Iudæos miſit. Etenim quadraginta annorum ſpatio ad paratum Euangelii epulum illos vocauit. Quia verò venire recuſarunt, Euangelicamque doctrinam ſunt inſectati, idque poſt Meſſiã occiſum; duces miſit Veſpaſianum ac Titum, qui meritum de illis ſupplicium ſumerent, homicidaſque illos perderent. Quod parabolæ inuolucro tectum vaticinatur Dominus, euentus indicauit. Legat Ioſephum lib. 6. & 7. de bello Iudaico, qui quas pœnas Regi ſummo, Iudæi dederint, vult cognoſcere; de his infra dicemus. D. Chryſoſt. homilia 70. in Matth. Hæc (inquit) dicens Chriſtus Veſpaſiani, & Titi facta multò ante ſignificat, &c. Theophylactus; Mittit (inquit) Rex exercitus ſuos, hoc eſt, Romanos, qui inobedientes Iudæos perdiderunt, & ciuitatem illorum Ieruſalem ſuccenderunt, &c. Eadem eſt ſententia Euthymii, & aliorum interpretum.

Suppliciũ Iudæorum, vaticinatur Dominus.

Impleta ſunt nuptia diſcumbentium.

PAratum erat conuiuium Euangelicũ; vocati ſunt primùm Iudæi; indignos vero ſe præſtiterunt, & venire recuſarunt. Nõ defuerũt Regi conuiuæ;

Iudæos

Digitized by Google

Iudæos ſupplicio affecit, gẽtes ad epulum conuocauit. Dixit ſeruis ſuis Apoſtolis, aliiſque Euangelii promulgatoribus; *nuptiale conuiuium paratum eſt; ſed qui vocati ſunt Iudæi, illo digni non fuerunt. Ite ergo, vocate gentes omnes; abſque vllo diſcrimine*: nulla gens ſit tàm in orbe remota, ac barbara, quam non vocetis. Exite ad exitus viarum, & ad exitus orbis; vſque ad orbis extrema pergite, & quoſcumque inueneritis vocate ad nuptias.

Vocationẽ gentiũ, vaticinatur Chriſtus.

B

Impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

SErui à Rege miſſi, hoc eſt Euangelii, promulgatores, in exitus viarũ, & orbis quoque exitus, atq; fines profecti ſunt, oẽſq; vocarũt ad epulum nuptiale tàm bonos, quàm malos. Impleta eſt conuiuis diſcumbẽtibus domus, hoc eſt, impleta eſt Chriſtianis Eccleſia, per Apoſtolos, Chriſtique diſcipulos vocatis.

Quæritur cur iubentur ire ſerui ad exitus viarum? Nonnulli διεξόδους, vertunt *compita*, vt Regia Biblia. Sunt autẽ compita, loca quæ per diuerſas adeuntur vias, cuiuſmodi ſunt triuia, & quadriuia, in q̃ plures viæ exeunt. Ad hos igitur exitus viarũ, id eſt, triuia & quadriuia, mittuntur ſerui, vt multos iter facientes per multas vias vocẽt. Obijcitur; infra dicitur, *egreſſi ſerui in vias congregauerũt omnes, quos inuenerunt, &c.* Egreſſi ſunt ſerui, non exitus viarum, ſed in vias; ergo vel ſerui regi non paruerũt, vel rex in vias ire præcepit, non in exitus viarũ. Reſpondetur, nomen Græcum, διέξοδος, ſignificare tranſitum, decurſum, exitum, miſiſſeque regem ſeruos in exitus viarum, id eſt, in vias, per quas à ciuitate exeunt incolæ, vel in vijs, in quibus eſt exitus incolarum, tranſitus, & decurſus hominum tranſeuntium, & exeuntium.

Cur ad exitus viarũ Apoſtolis iubentur.

Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes.

OStendit parabola, non omnes ad Eccleſiam vocatos ſalutem æternam conſequi; ſed plurimos damnari.

A Rex ille, qui conuiuium parauit, ingreſſus eſt conuiuij domum; vidit autem inter conuiuas accũbentem menſæ hominem, qui veſte nuptiali carebat. Rogauit; *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?* ille quẽ admodum veſte, ſic etiam ratione, quã redderet; carebat; atque ideò obmutuit. Præcepit verò miniſtris ſuis Rex vt ligatis manibus, ac pedibus in tenebras exteriores illum mitterent. Exiſtunt hoc loco aliquot quæſtiones, prima, quid ſignificet homo hic veſte nuptiali minimè indutus? Secunda, quid ſignificent tenebrę exteriores, in quas miſſus eſt? tertia, quid indicet Regis ingreſſus ad videndos diſcumbentes conuiuas? Primæ breuiter reſpõdetur, hominem hunc ſignificare Chriſtianũ, in Eccleſia manet, fidemq; habet mortuam, & caritate caret, quæ veſtis nuptialis dicitur ex ſententia magni Greg. homil. 38. in Euang. & Auguſt. in lib. ad Donat. poſt collat. cap. 20.

Nõ oẽs qui ſanctã Eccleſiam intrant ſalutem conſequuntur.

Quid ſignificat homo veſte nuptiali carens.

C illi (inquit) non habent veſtem nuptialem, hoc eſt, fidiſſimam ſponſi caritatem, ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, &c. Solebant autem conuiuæ veſtibus indui cænatoris, quibus induti ſumebant cibum linteati. Huiuſmodi veſtis appellatur hoc loco veſtis nuptialis, quia in conuiuio nuptiali omnes ſindonibus amicti accumbebant. Quia igitur hic conuiua, cęnatorio ac linteo amictu carebat, foras expulſus, & in cuſtodiam eſt traditus. Dubium tamen

Veſtis nuptialis quæ ſit.

D mihi eſt an mos hic apud Iudæos extiterit. Nec .n. Romanos mores Iudæis tribuere oportet. Præterea Rex hîc iuſſit vocari ad nuptias omnes bonos, & malos, pauperes etiam & egenos; pauperes verò veſtes cænatorias habere non poterant. Non ergo cænatoriis veſtibus induti cibum ſumebant. Veriſimilius fortè eſt hominem hunc de-

Qui nam ſint boni, quos ſerui vocarũt in nuptias

E truſum in carcerem, quòd veſte ſordida indutus accubuerit, dicique veſtem nuptialem, veſtem mundam, & nuptijs dignam. Obiicio, Rex iuſſit vocari omnes, etiã pauperes, vt dictum eſt; quid igitur mirum ſi ex pauperibus aliquis ſordida veſte indutus accubuit? Reſpõdeo, Regem iuſſiſſe dari veſtes nuptiales conuiuis, qui illis carerent, ideoq;

homi-

hominem hunc in cuſtodiam traditum, quia veſtem non accepit.

Præterea ambigitur, qui nam ſint illi boni, quos ſerui vocarũt ad nuptias, cùm extra nuptiale conuiuium, id eſt, extra Eccleſiam, nemo ſit bonus? Reſpõdet Auguſt. tom. 4. lib. de fide & operibus, cap. 17. eos dici bonos, ſecundum quandam humanam conuerſationem; in qua etiã ij, qui non crediderunt, vel laudari, vel vituperari ſolent, & Diuus Hier. Matth. 22. hũc (ait) locũ plenius tractat Apoſt. ad Rom. 2. quòd gentes naturaliter faciẽtes ea, quæ legis ſunt, condemnet Iudæos, qui ſcriptã legem non fecerint: inter ipſos quoque ethnicos, eſt diuerſitas infinita; cùm ſciamus alios eſſe procliues ad vitia, & ruentes ad mala, alios ob honeſtatẽ morum virtutibus deditos, &c. Adde multos Iudæos bonos eſſe olim ab Apoſtolis vocatos, ethnicoſque aliquos ſimiles Cornelio centurioni, qui Act. 10. dicitur *Vir religioſus, ac timens dominum, cum omni domo ſua* Aliter dici poteſt loquendi eſſe modum vocarunt bonos, & malos, id eſt omnes ſine diſcrimine.

Tenebræ exteriores, q̃ dicantur.

De ſecunda quæſt. iam egimus to. 2. lib. 8. c. 4. Nunc addimus, dici tenebras exteriores, tenebras carceris. *Mittite,* inquit, *eum in tenebras exteriores:* hoc eſt, in carcerem tenebroſum, qui extra domũ eſt conuiuij, & extra hominũ conſortiũ; ibi propter vincula erit fletus, & ſtridor dentiũ propter frigus. Indicat aũt carcer hic tenebroſus, & exterior, extra domũ cõuiuij cæleſtis, & extra anni ſoliſq; vias, cõſtitutũ tartarũ. Regis verò ingreſſus ad vidẽdos cõuiuas Dei indicat circumſpectionem, qui Chriſtianorũ omniũ in cõuiuio Eccleſiæ recũbentiũ opera oĩa, virtutes, ac vitia nouit, p̃mio afficit, vel ſupplicio.

Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

VNus tantũ ex conuiuio in carcerẽ eiectus eſt. Videtur ergo potiùs fuiſſe cõcludenda parabola hoc pacto: Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi, quàm hoc modo: multi ſunt vocati, pauci verò electi. Profectò ſi oẽs conuiuæ præter vnũ electi fuerunt, multi ſunt electi; ſi vnus tantũmodò eſt eiectus, pauci, imò pauciſſimi ſunt eiecti.

A Sed animaduertẽda eſt illius vnius hominis parabolica ſignificatio, vnde cõſtabit parabolæ concluſionẽ eſſe aptiſſimam. Homo ille vnus, multitudinem ſignificat magnam; quod illi vni euenit, indicat Dominus maximè Chriſtianorum multitudini euenturum. Propoſitus eſt vnus exempli cauſa, in quo reliquorum ſimilium multitudinem contemplaremur. Vnus iſte (ait Hieron. Matt. 22.) omnes qui ſociati ſunt malitia intelliguntur, &c. & Auguſt. in lib.

Vnus eiectus in tenebras, multitudinem ſignificat improborum.

B ad Donatiſtas poſt collationẽ: Dominus (inquit) in eodẽ ipſo vno, quem ex cõuiuio proijci iuſſit, multã ſocietatẽ malorũ eſſe intelligendam, inter quos pauciores boni in conuiuio dominico viuunt, ſignificare non diſtulit. Nã poſteaquã dixit; *ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & ſtridor dentium:* cõtinuò ſubiunxit, *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.* Quomodo hoc verũ eſt, cùm potius vnus e multis fuerit proiectus in tene-

C bras exteriores; niſi quia in illo vno, grande corpus figurabatur omniũ malorũ, ante domini iudiciũ conuiuio dominico permixtorũ? ita Auguſt. Greg. quoque hom. 38. Repulſo, inquit, vno, in quo omne malorũ corpus exprimitur, &c. Item gloſſa ordin. generali ſententia infertur: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Quaſi dicat Dominus; etſi de vno dixi, de multis eſt intelligendũ.

D Sic ẽt Beda in Matth. Vnus (ait) omnes deſignat, q̃ in malitia ſunt ſociati &c.

Quæritur, de quibus nam vocatis, verba hæc intelligenda ſint; *Multi ſunt vocati, pauci verò electi:* an de ijs ſolùm vocatis ad nuptias, qui nuptiale epulũ ingreſſi ſunt, i. de Chriſtianis, qui vocati à Deo in Eccleſia vitã duxerunt; an de ijs etiam vocatis, qui venire ad nuptias noluerunt, ſ. de Iudæis? De Chri-

De quibus intelligatur hæc concluſio, an de Iudæis vel Gẽtilibus.

E ſtianis intelligit Origenes hom. 20. in Matth. Siquis, inquit, conſideraret multitudinẽ hominum, quæ in Eccleſijs congregatur, & diſcuſſerit quanti ſint, qui cõuerſantur diſciplinatè, & reformantur nouitate generis ſui, quanti autẽ negligentiſſimè cõuerſantes configurantur huic ſeculo, videbit, q̃ verus eſt ſermo Domini, dicens: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Et Haymo ita exponit:

Multi

Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Et
Haymo ita exponit: *Multi ſunt vocati*
per fidem, *ſed pauci ſunt electi*, qui ip-
ſam fidem bonis operibus adornant.
Item Druthmarus: *Multi*, inquit, *ſunt*
vocati, pauci verò electi, de Chriſtianis di
ctum eſt, qui per fidem, & baptiſmum
vocati ſunt. Lyranus: *Multi ſunt vocati*
ad fidem Catholicam, *pauci verò ſunt*
electi ad gloriam. Carthuſianus: *Multi*
ſunt vocati ad nuptias militantis Eccle-
ſiæ, *pauci verò ſunt electi* ad nuptias Ec-
B cleſię triumphantis. Montanus in ſcho
lijs: Hoc, inquit, loco agitur de illis,
qui verè venerunt ad cõuiuium, poſt-
quàm iam nuptiæ eſſent paratæ, hoc
eſt, de hominibus noui Teſtamẽti, &c.
Iuxta hanc ſententiam ſic parabola eſt
explicanda: Vocati ſunt multi, implete
ſunt nuptiæ diſcũbentibus: ex his mul-
tis eiectus eſt vnus, ſignificans multos
eijciendos. Ideò Chriſtus concludit:
C *Multi ſunt vocati* ad nuptias, venerunt-
que vocati, vt hic, qui eſt expulſus;
pauci verò electi ex his, qui venerunt,
id eſt, ex Chriſtianis.

Quinã dicantur vocati, & electi.

Obſerua, Chriſtum non dixiſſe: Mul-
ti enim ſunt, qui venerunt ad nuptias,
vel qui accubuerunt menſæ; ſed: *Mul-*
ti ſunt vocati. Vocati autem ſunt non
ſolùm illi, qui ad nuptias venerunt; ſed
etiam illi, qui venire noluerunt, quos
Rex affecit ſupplicio. Poteſt igitur lo-
cus explicari nõ ſolùm de Chriſtianis,
D qui vocati, & ad nuptias ingreſſi ſunt;
ſed etiam de Iudæis, & Ethnicis, quos
Deus vocauit, hodieque vocat, & ve-
nire recuſant, hoc pacto: Vocati ſunt
Iudæi, nenire renuerunt, ſumpſit de il-
lis pœnas Deus, qui venire noluerunt.
Vocari iuſſit Ethnicos, qui quidem ve-
nerunt, impletæque ſunt nuptiæ diſ-
cumbentibus. Quid igitur omnes hi
erunt electi? Nullus etiam improbus
pœnas flagitiorũ dabit, ſi Chriſtianus
ſit? Satiſne erit ad nuptias per fidẽ ve-
E nire? Satiſne erit credere? Id enim eſt
ad nuptias venire. Non eſſe ſatis oſten
dit Dominus, propoſito vno exemplo
illius, qui veſte carebat nuptiali, eie-
ctusq; ex nuptijs eſt, & in tenebroſum
coniectus carcerem. Itaq; pœnas dede
rũt tum ij, qui vocati venire renuerũt;
tum ij, qui venerũt, ſed veſte nuptiali,

Cur Chriſtus dixerit: Multi ſunt vocati.

Non eſt ſatis venire ad nuptias.

A id eſt, charitate, & operibus caruerũt.
Multi enim *ſunt vocati*, & ij, qui veniũt,
& qui nõ veniunt; *pauci verò ſunt electi*.
Etenim multi ſunt, qui vel venire no-
lunt vocati; vel, ſi veniunt, nuptiali ve
ſte carent: pauci, qui vocati veniũt, &
nuptiali charitatis indumẽto fulgent.
In hunc ſenſum Ianſenius interpre-
tatur de vocatis, qui veniunt, & de ijs
etiam, qui non veniunt. Et Emmanuel
Sa, Iſidorus quoque Clarius de ijs, qui
venerunt, locum intelligit, & de ijs,
B qui inuitati adeſſe recuſarunt. Tertio
ſenſu hæc verba de Iudæis exponũtur:
Multi ſunt vocati ex Iudæis, *pauci verò*
electi. Nam parabola aduerſus Iudæos
propoſita eſt. Deinde vocari iuſſi ſunt
Gentiles, oſtenditque Dominus, non
eſſe omnes electos, qui ad nuptias ve-
niunt. Tandem coucludit: Multi enim
ex Iudæis, quos dixi eſſe vocatos, qui-
que venire noluerunt, ſupplicioque
C graui affecti ſunt. *Multi* (inquam) ex
illis *ſunt vocati, pauci verò electi*. Theo-
phylactus: Oſtendit (inquit) Domi-
nus, quòd propter Iudæos dicta ſit pa-
rabola, qui vocati quidem fuere, non
autem electi, &c. Et Ioannes Maior:
Hoc (inquit) propter Iudæos dixerat,
qui omnes promiſcuè ad Euangelicam
lucem inuitabantur; at pauci inuitan-
tibus acquieuere. In eadem ſententia
eſt Maldonatus. Mihi videntur hęc ver
ba intelligenda de omnibus vocatis,
D de quibus in parabola mentio fit. Fit
autem in parabola mentio tam Iudæo-
rum vocatorum, qui ad nuptiale con-
uiuium venire noluerunt, quàm Gen-
tilium, qui venerunt. De vtriſque er-
go intelligo, multos eſſe vocatos, pau-
cos verò electos.

De Iudæis hæc concluſio intelligitur.

CAPVT IX.

E *De parabola Regis, qui fecit filio nuptias.*

Morale.

PRæclara eſt hæc parabola, ac regia.
Regẽ nobis ante oculos proponit
potentiſſimum, potentiſſimi filij patrẽ;
nuptias filij, nuptiale, ſplendidumque
epulum,

A epulum, inuitatos, ac vocatos, Regiſq; ſeruos vocantes. Totum, quod legimus (ait D. Hieronymus epiſt. 13. ad Paulinum) in diuinis literis nitet, & fulget, etiam in cortice: ſed dulcius in medulla eſt. Qui edere vult, nucleum, frangat nucem, &c. Nitet regia hæc parabola, fulget in cortice, frangamus nucē, dulcē deguſtemus interni ſenſus nucleū.

Totū quod legimus in Scripturis, fulget.

Potentiſſimus Rex Deus eſt.

Potentiſſimus Rex Deus Pater eſt, cuius imperium in totum terrarum orbem protenditur, omneſque cœlorum orbes complectitur. Reguli ſunt B omnes terræ Reges, ſi cum magno hoc Rege conferantur. Pſal. 94. *Deus magnus Dominus, & Rex magnus. In manu eius ſunt fines terræ, &c.* Regum regna anguſtiſſimis terminis continentur, huius ſummi Regis imperium ampliſſimum, quidquid conditum eſt, ſuo coercet ſinu. Illi paucis mortalibus imperant; Rex hic omnibus tum mortalib. tum immortalibus, tum viuentibus, tum vita functis dat iura. Pſal. 102. *Regnum ipſius omnibus dominabitur, &c.* Illi C breui temporis ſpatio imperant; hic Rex in totam imperat æternitatem. Pſal. 144. *Regnum tuum* (ait Pſalmographus) *regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem, &c.* Illi terrenos habent thronos, huius thronus cœlum eſt Pſalm. 102. *Dominus in cælo parauit ſedem*, id eſt, thronum ſuum. Iſai. 66. *Cælum ſedes mea* (ait Rex maximus) *terra autem ſcabellum pedum meorum, &c.* D Expendat intellectus, quantus ille ſit Rex, cuius thronus celſiſſimum cęlum eſt, quique pro ſcabello pedum totum terrarum orbem, omniaque terreſtriū Regum habet imperia. Quid ergo de illius potentia dicam? Quid de diuitijs, de ſapientia, gloria, maieſtate? Hęc tāta ſunt, ut nulla vel oratione, vel cogitatione comprehendi poſſint.

Regum omnium, ſi cū deo conferātur, imbecillitas.

Terreni Reges imitentur cæleſtē.

Hunc Regem cœleſtem, atq; ſupremum imitari terreſtes debent clementia, caritate erga ſubditos, liberalitate, beneficentia, atque iuſtitia. Vnde illud E Nazianzeni in orat. de affectata cathedra, de regibus loquentis: Superna, inquit, ſolius Dei ſunt, inferna, & Dei ſunt, & veſtra, ſubditis veſtris Deos vos prębete, &c. Tunc autem Deos ſe

A præbent ſubditis Reges, cum Dij quidam terreſtres non potentia ſolum ſed etiam caritate, iuſtitia, ac beneficentia eſſe videntur.

Filium habet Rex hic cariſſimum ſibi, atque æqualem natura, imperio, maieſtate, nempe Chriſtum Opt. Max. non enim

Diuiſum imperium cum Patre Chriſtus habet,

Non gloriam, non naturam. Huic Filio nuptias Pater celebrauit admirabiles B ſponſam illi tradidit Eccleſiam, cuius epithalamium Salomon Rex in Cantico Canticorum cecinit. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt* (ait harum nuptiarum paranymphus Baptiſta, Ioann. 3.) *amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudet propter vocē ſponſi, &c.* Sponſum vocat Chriſtum, ſponſam Eccleſiam, ſe verò amicum ſponſi. Marc. 2. *Nunquid poſſunt* (ait Dominus) *filij nuptiarum, quamdiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, nō poſſunt ieiunare.* C *Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt, &c.* His verbis ſponſum Eccleſiæ ſe ipſum ſæpe appellat Rex maximus, maximi Regis filius. *Hoc erit ius Regis* (ait Samuel 1. Reg. 8.) *qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis facietque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi Tribunos, & Centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum* D *ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias & panificas, &c.* Hoc ius eſt terreni Regis. At Regis cœleſtis ius longe aliud fuit. Hominum animas quibus imperabat, non panificas fecit, aut vnguentarias, aut focarias, ſed, quod ſtupendum eſt, ſponſas ſuas. Sponſa (inquit Bernardus ſerm. 2. de Dominica poſt octauam Epiphan.) nos ipſi ſumus, ſi nō vobis videtur incredibile. Et omnes ſimul vna ſponſa, & animæ ſingulorū, quaſi ſingulę ſponſæ, &c. Item: Multò eſt hæc ſponſa ſpō- E ſo ſuo inferior, genere, ſpecie, dignitate. Attamen propter Æthiopiſſam iſtā, de longinquo Filius æterni Regis aduenit. Fuit (vt Bernardus ait) typus Eccleſiæ ſponſæ ſponſa illa, & vxor Moſis Æthiopiſſa, cuius fit mentio Num.

Chriſti ſpōſa eſt Eccleſia.

Nos Chriſti ſponſa ſumus.

Moſis ſpōſa figura Eccleſiæ.

12 Non duxit ſponſam Moyſes fœmi- A
nam ex Iudæis,ſed ex Gentibus Aethio
piſſam Sephoram.Sic Chriſtus ex Gen
tibus præcipuè ſibi aſciuit ſponſamEc
cleſiam. Typus quoque fuit Eccleſiæ
Pharaonis filii,quam Rex Salomon nõ
ex Iudæis,ſed ex Gentibus matrimo-
nij vinculo ſibi copulauit, 3. Reg. 3.
Ideoq; ſpiritu afflatus diuino,Eccleſiæ
ſponſæ Chriſti epithalamium cecinit
in Canticis Canticorum, quo Chriſti
nuptias typum reſpiciens celebrauit.
Iacob Geneſ. 28. domum reliquit pa- B
ternam,Meſopotaniam petiuit,ibique
dilectam Rachelem ſponſam accepit,
pro qua ſeptem laboris anni pauci illi
dies præ amoris magnitudine viſi ſunt
Similem in modum Chriſtus cœleſtem
reliquit Patris domum, in terras ve-
nit,dilectam Eccleſiam ſponſam ſibi ſo
ſciauit,tãtopereq; illam dilexit, ut tri
ginta tres laboris anni,præ amoris ma
gnitudine,pauci dies illi viderentur. C
Propter hoc,ait Adam Geneſ. 2. *relinquet
homo patrem,& matrem,& adhærebit vxo-
ri ſuæ,&c. Sacramentum hoc magnum eſt*,
ait Paulus ad Epheſ. 5. *ego autem dico,in
Chriſto,& in Eccleſia,&c* Etenim Chri-
ſtus Patris reliquit domum, matrem
reliquit Synagogam, Eccleſiæ ſpon-
ſæ miro amore adhęſit, adhærebitq; in
ſempiternum Pſalm. 44. *Obliuiſcere popu
lum tuum*(ait ſponſus cœleſti ſponſæ
ſuæ Eccleſiæ)*& domum patris tui, &c.*
Videlicet, quia ex Gentibus venerat D
Denique nuptias has præclariſſimas,

Nuptiæ Chriſti,& Eccleſiæ.

oẽs Chriſtianorum nuptiæ ſignificant.
Indicat enim matrimonii Sacramentũ,
ac coniunctio,Chriſti cum Eccleſia cõ
iunctionẽ, vt diximus 2. tomo, lib. 3. c.
4. Propter quam ſignificationem *ma-
gnum Sacramentum* appellatur, ut ait D.

Matrimoniũ cur ſit magnum Sacramentum.

Thomas ad Epheſ. 8. Magnum eſt Sa-
cramentum,quia magnas has nuptias
ſignificat.

Solet in nuptiis conuiuium fieri, a
conuiuio incipiunt,in luctu deſinunt, E
& interitu. Hæ vero nuptiæ a conui-
uio exordium ſumunt, luctumque ne-
ſciunt,& interitum. Etenim immorta-
lis eſt ſponſus,atque æternus,æterna-
que ſponſa. Æternus eſt Chriſtus,æter
na Eccleſia,æternæ nuptiæ.In orbe ter
rarum celebrari incipiunt,in cœlis ce
lebrantur in ſempiternum Cũ ex cor-
porib. exeunt hominum animæ, abolẽ

Matrimonium cum Chriſto vbi celebrandum.

tur hominum nuptiæ. Cum ex corpo-
ribus egrediuntur animæ iuſtæ, om-
nium que criminum ſordibus expiatę,
tunc fœlicius cum Chriſto nuptias in
cœlo celebrant.quibus illud congruit
Cantic. 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte
Regem Salomonem in diademate, quo coro-
nauit illum mater ſua, in die deſponſatio-
nis illius,& in die lætitiæ cordis eius, &c.*
Egredimini,ait,ex corporibus,*filiæ Sion*,
i,animæ Chriſtianę,*& uidete* perſpicuè
lumine gloriæ illuſtratę,verum *Regem
Salomonem*, Chriſtum ſponſum veſtrũ
quem hactenus perſpicuè nõ uidiſtis,
videte illius infinitam diuinitatem,
diademate coronatam rutilãtiſſimo, hoc
eſt,humanitate qua veluti precioſiſſi-
ma corona Virgo *Mater illum coronauit.
Videte*,inquam,illum *in die deſponſatio-
nis illius,& in die lætitiæ cordis eius*. Vidi-
ſtis illum per fidem, in die temporali
deſponſationis eius; iam videte illum
apertè in ſempiterno æternitatis die,
quo ſumma cũ cordis lætitia, nuptias
vobiſcum,& cum Eccleſia triumphan
te celebrat. Etenim dies deſpõſationis
& lætitiæ cordis Chriſti, duo ſũt: alter

Dies deſpõſationis Chriſti duo ſunt.

dies æternitatis,quo Eccleſiæ triũphã
tis alter dies temporalis, quo Eccleſiæ
militãtis nuptiæ agũtur. Ex nuptiis er
go iuſtæ animæ in nuptias tranſmi-
grant, ex nuptijs terreſtribus in cœ-
leſtes; de quibus Ioannes Apocalypſ.
19. *Gaudeamus,& exultemus,& demus glo
riã ei,quia venerũt nuptiæ Agni.* Itẽ. *Beati,
qui ad cænã nuptiarũ Agni vocati ſũt,&c.*

In cœleſtibus Agni nuptijs admira
bilis exhibetur cœna,admirabile con-
uiuium;in terreſtribus prãdium admi
rabile *Prãdium*,inquit Rex, *meum pa
raui*. Quemadmodum poſt prandium

Admirabile cõuiuiũ nobis exhibendum.

cęna datur, ſic poſt terreſtria fercula
dantur cęleſtia. In cœleſti cœna,fercu
la ſunt viſio hominem beans,amor,ob
lectatioque,& uoluptas incredibilis,
corporis, ſenſuumque dotes maximæ
In terreſtri prandio nuptiali alia fer-
cula dulciſſima apponuntur,quibus be
ne paſti,ac nutriti,ad cœnam inducun
tur ſẽpiternã. De hoc prãdio ait: Rex
in parabola: *Prandium meum paraui,tau
ri mei,& altilia occiſa ſunt,& oĩa parata.*

Tau-

A Tauros Rex parabolicus, & ſaginatas volucres ſuis præbebat conuiuis. Rex verus Deus multo præcelentiores præbet epulas, nempe ſuauiſſimam doctrinam euangelicam, Sacramenta, peccatorum remiſſionem, gratiam, caritatẽ, reliquaſque virtutes, diuinarum rerũ contemplationem, & Spiritus ſancti dona, fercula dulciſſima. Spiritales nuptiæ ſunt, ſpiritales quoque dapes, ſpiritalis mentis dulcitudo. Vt vero ait Auguſtinus. 17. de verbis Domini, maior eſt refectio mentis, quàm ventris. B Quòd ſi ventris cibis tanta ineſt dulcitudo, mẽtis epulis quanta inerit? *Quã magna multitudo dulcedinis tua* (ait Vates Pſalm. 30.) *quam abſcondiſti timentibus te*. Quam dulce conuiuium

Epulæ conuiuij quam ſint dulces.

tuum, quàm dulces epulæ, omni ſunt dulciores nectare, & ambroſia. Ad has intromiſſus Auguſtinus, quam ſint dulces, nobis renunciat lib. 10. confeſſ. ca. 40. Aliquando, ait, intromittis me, Domine, in affectum multum inuſitatum C introrſus, at neſcio quam dulcedinẽ, quæ ſi perficiatur in me, neſcio quid erit, quod vita iſta non erit, &c.

Dulcedo Dei.

Sicut malus inter ligna ſyluarum (ait ſponſa Cantic. 2.) *ita dilectus meus inter filios*. Malus eſt dulciſſimis pomis onuſta Chriſtus; reliqui homines, hominũq; voluptates, arbores, fructuſque ſunt ſyluestres. Quemadmodum dulciſſima promiferæ mali poma, ſylueſtrium arborum fructus ſylueſtres, dulcedine ſuperant, ſic epulæ Chriſti, mundi ſuperant delicias. D Vnde Origenes homil. 2. Ad Chriſtum, inquit, ſaltus eſt, vel ſylua, oẽ; quod dixeris, &c. Sylueſtrib. fructibus ventrem implere cupiebat prodigus ille, filius, qui dulciſſimo deſerto patre, paſcebat porcos. Luc. 15. *Cupiebat implere ventrem de ſiliquis, quas porci mãducabat, &c.* At in ſe reuerſus, patris cibos, porcorum ſiliquis ſuauiores eſſe agnouit, porciſq; relictis, ad patrẽ E redit. Similem in modum, Auguſtinus ſylueſtres carpebat fructus, ſuaueſque illi videbantur, verum ſylueſtres ſuauitates, Chriſti vera ſuauitas vicit, atque eiecit. Lib 9. confeſſ. c. 1. Quã ſuaue, inquit, mihi ſubitò factum eſt, carere ſuauitatib. nugarum, eijciebas eas a me, vera tu, & ſumma ſuauitas, eijciebas, & intrabas pro eis, omni voluptate dulcior, &c.

Malus dulciſſimis pomis onuſta Chriſtus eſt.

Suauitates mundi vana, ſuauitas Chriſti vera ſuauis Deus.

A Vtinam intret in cor noſtrum ſuauiſſimus Deus, ſi intrauerit, corque penetrauerit, omnes nugarum ſylueſtres ſuauitates eijciet, omni voluptate dulcior.

Canticor. 1. *Exultabimus* (ait harum nuptiarum ſponſa, ſponſum alloquẽs) *& lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum, &c.* Nondum reuelata facie adeſt nuptijs his ſponſus, ſed ut alter Moyſes, velo tecta. At il- B lius per fidem conſpectus, & memoria vberum, & lactis dulciſſimi, quo ſuos paſcit, cũiuias, tãta eſt, ut mirificã aio lætitiam afferat, & exultationem, quæ omnem mundi vincat, pellatq; ex mẽte voluptatem, vini nomine ſignificatam. Exultat mens, & lætatur, memor vberum Chriſti, quæ, ut eodem legitur capite, meliora, & dulciora ſunt vino, omniq; terrena dulcedine. Quamobrẽ cum Pſalmographo exclamat Pſal. 72. *Quid mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſu-* C *per terram, Deus cordis mei, &c.* Quaſi dicat; Oẽm terrenam voluptatem a corde meo ſuauitas extruſit tua. Nihil in terra mihi dulce eſt, nihil in cęlo, præter vnum Deum meũ. D. Greg. Canti. 1. Sãcta, ait, anima in ſponſi ſui delicijs exultat, dum corporalia reſpuit, & in ſpiritalibus ſe occultat. Eundemq; ſpõſum delicias ſuas facit, in cuius reſpectu mundana omnia non curat, &c.

Tauri, & altilia in hoc conuiuio nõ deſunt, & q̃ ſint illa.

Neque uero in conuiuio Regis noſtri, tauri deſunt, & altilia ſaginata, vel D animalia occiſa. *Tauri*, inquit, *mei & altilia occiſa ſunt, &c.* Occiſi tauri aduerſus mundum, dæmonemque certantes Martyres ſunt, & pro vera, Catholicaque religione morte affecti. Altilia vero, ideſt, ſaginata, atque impinguata alia animantia, præclari viri, ac fœminæ, quos Deus virtutibus, Spiritusque ſancti donis ſaginauit. Hi tauri occiſi, hæc occiſa altilia nuptiali epulo infe- E rantur, ut ſaginata ſaginent nos exemplis ſuis. Pinguefacit enim animam maximè ſanctorum exemplorum. conſideratio, multumque illi ſucci, & roboris affert. Quamobrem, qui pinguẽ volet habere animam, pinguedine illa de qua Pſalm. 62 canitur: *Sicut adipe, & pinguedine, repleatur anima mea* Sanctorum

Sanctorum exempla cõſideranda aſſiduè.

ctorum virorum res geſtas, exẽplaque preclara aſſiduè legat, lecta pectore recondat, feratque ſemper ante oculos. Pontificem illum antiquum iuſſit Dominus, patrum nomina gemmis inſcripta ſupra pectus geſtare. Exod. 28. *Portabit Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, &c.* Ille Patrum antiquorum nomina pectore ferebat, nos Patrum, Sanctorumque exempla, patientiam, humilitatem, mũdi contemptum, caſtitatem, cæteraſq; virtutes admirabiles feramus in corde egregium videlicet aduerſus vitia omnia amuletum, & ad viam in cœleſtem patriam peragendam baculum, & firmamentum. Erigitur humana fragilitas (ait Patriarcha Iuſtinianus in libr. de regim. Prælatorum, c. 13.) & opportunè corroboratur in opere, exemplis maiorum, atque quotidie animatur ad melius, præteritorum Patrum rememoratione virtutis, &c.

Comes in via dulcis eſt.

Laborem vitæ, comites releuare ſolent. Si igitur Sanctos tibi optimos comites adiungas, vitæ laborem magnopere releuabis. Vt ait Publius: *Comes facundus in uia pro vehiculo eſt.* Tibi in via cœli pro vehiculis erunt, qui degunt in cœlo diui, tum præcibus, tum exemplis. Audi quid de ſe ſcribat prudentiſſimus ille Philoſophus Seneca epiſt. 63. Cum me, inquit, amicis dedi, non tñ mihi abduco: nec cum illis moror, quib. me tempus aliquod cõgregauit, aut cauſa ex officio nata. Sed cum optimo quoque ſum. Ad illos in quocumque loco, in quocũque ſæculo fuerint, animum meum mitto. Demetrium virorum optimum mihi circumfero, & relictis conchyliatis, cum illo ſeminudo loquor, illum admiror. Hæc ille Ne pudeat Ethnicum hac in re imitari. Ferebat ille in memoria viros quoſque optimos, ad illos mittebat animum, in quocumque fuiſſent ſæculo.

Sãcti in memoria ſemper ferendi.

Similiter nos Chriſtiani viros ſanctos in memoria ſemper feramus, ad illos, in quocũque vixerint ſæculo, animũ mittamus illorum ſemper geſta mentis oculis intueamur. Demetrium quemdam Philoſophum ſemiuudum ſecum Seneca memoria circumferebat, ſpretis conchyliatis, cum illo loquebatur, illumque

A admirabatur. Nihil nobis opus eſt Demetrio, habemus Petros, Paulos, Auguſtinos, Hieronymos, Antonios, Hilariones, Franciſcos. Bernardos, alioſque permultos viros præclariſſimos, quos nobiſcum memoria circumferamus, quorum geſta conſideremus, exempla imitemur, relictis conchyliatis, iiſque, qui mundi vanitati, obſequũtur, hos ſequamur, horũq; veſtigia; ut illis inſiſtamus, ſemper cõtẽplemur.

Chriſtus vitulus ſaginatus in Euchariſtia.

Ad hæc apponitur in hoc nuptiali B conuiuio vitulus ſaginatus, i. Chriſtus in auguſtiſſima Euchariſtia, quo ſaginati conuiuę admirabiliter exhilarãtur. Luc. 15. *Adducite* (ait pater prodigi filij) *vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Beda: Iſtæ, inquit, epulæ atque feſtiuitas nũc celebratur, per orbem terrarum Eccleſia dilatata, vitulus enim ille in corpore, & ſanguine Dominico & offertur Patri, & paſcit totam domum, &c.

Parata oĩa poſt Chriſti aduentum.

Omnia ſunt parata, ait Rex, *venite ad* C *nuptias*. Ante Chriſti aduentũ non erãt parata omnia, deerat enim Agni Dei aduentus, deerat illius in cruce immolatio, deerant illius merita. Poſtquam vero ille in orbem terrarũ venit, poſtquam in cruce eſt immolatus, meritiſque ſuis hominibus peccatorum remiſſionem, gratiam, gloriamque promeruit, tũc parata ſunt oĩa, quæ ad epulũ erant opus, iuſſiq; ſunt vocari cõuiuæ. *Parata*, inquit, *ſunt omnia venite ad nu-* D *ptias*. Quàmdiu pecunia deeſt, qua cibi emantur, non fit conuiuium, poſtquam pecunia ſuppetit, tunc exhibetur. Deerant ante ſponſi aduentum, epuli nuptialis, (ut ſic dicam) ſumptus, poſtquam ſponſus aduenit, ſumptus ſuppeditauit, paratumque epulum eſt.

Sũptus ad conuiuium neceſſarij qui ſint.

Nã huius conuiuij nuptialis ſumptus, merita fuere Chriſti. Propter illius merita, fides, ſpes, caritas, cæteraq; omnia, quæ hoc continẽtur epulo, donãtur nobis, nobis, inquam, liberè concurren- E tibus, & liberè ad nuptias venientib. ſi infantes, quibus libertas nondum ſuppetit, excipias.

Antequam adueniret Chriſtus, dixit Iſaias cap. 25. *Faciet Dominus exercituũ omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medul-*

Digitized by Google

medullatorum, vindemiæ, defæcatæ, &c. Faciet (dixit Iſaias) quoniam nondum parata erant omnia. Poſtquàm verò Chriſtus aduenit, dicitur in parabola: Rex iam fecit nuptias filio ſuo, & cõuiuium nuptiale. *Omnia ſunt parata, venite ad nuptias.* Iam Dominus in monte Iudææ *fecit conuiuium*, non Iudæis ſolum, ſed *omnibus populis; conuiuium* (inquam) *pinguium*, id eſt, altilium, & ſaginatorum animalium, *ac medullatorũ*, hoc eſt, quod ait Rex: *Tauri mei pingues & altilia*, id eſt, pinguia, & medullata animalia, occiſa sũt. Addit Iſaias, quod Rex prætermiſit, pretioſum vinum: *Conuiuium* (inquit) *vindemiæ defæcatæ* id eſt, vini defæcati, & pretioſi.

CAPVT IX.

De inuitatis ad nuptias.

Morale.

OMNIBVS paratis, vocari iuſſit Rex conuiuas ad nuptiale epulum, primum quidem Iudæos, qui à Prophetis iam erant inuitati. *Parata* (inquit) *ſunt omnia, venite ad nuptias:* hoc eſt, O viri Iudęi, iam Meſſias venit; omnia, quę opus ſunt hominibus, ad ſalutem, æternamque vitam conſequendam iam præparauit, nuptias cũ Eccleſia iã celębrat, venite ad nuptias venite ad Chriſti fidem. At illi *neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuã alius ad negotiationem ſuam; reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos acciderunt, &c.* Inuitauit Iudęos Deus per Prophetas, aduentum Filij ſui, nuptiaſque promiſit; per Apoſtolos vocauit ad Eccleſiam. Venerunt quidem multi. Vnde illud Acto. 21. Paulo dictum: *Vides, quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderunt, &c.* Verùm alij nuptiale epulum neglexerunt, alij ipſos, à quibus vocabantur, Chriſti Diſcipulos morte affecerunt, vt Stephanum, Iacobum, & alios. Luc. 15. Filius maior in conuiuiũ patris nolebat introire; ſimilem in modum filius maior, id eſt, Iudæorum populus, à ſeruis Dei vocatus, ad cœleſtes dapes noluit introire. Chryſo-

Iudæi vocati noluerũt venire ad nuptias.

A logus ſerm. 5. Venit (inquit) Iudæus ad domum patris, id eſt, Eccleſiam, & ſtat foris. Paternis bonis ſe eximit, paternis ſe excludit gaudiis, &c. Hinc illud Pauli, & Barnabæ, Actor. 13. *Vobis*, ſcilicet Iudæis, *oportebat primum loqui verbum Dei; ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes, &c.* Repellebant Iudæi illi verbum Dei, & indignos ſe iudicabant æterna vita, & Dei conuiuio. Iuxta illud, quod in parabola ait

B Rex: *Qui inuitati erant, nõ fuerunt digni:* nimirũ, quia ipſi ſe indignos fecerũt, & ſe indignos iudicarunt. Huc etiam illud pertinet Acto. 28. *Quidam ex Iudæis credebant ijs, quæ dicebantur à Paulo, quidam verò non credebant. Cumque inuicem non eſſent conſentientes, diſcedebant. Dicente Paulo vnum verbum; quia bene Spiritus ſanctus loquutus eſt per Iſaiam Prophetam ad Patres noſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic ad eos Aure audietis; & non intelligetis; & videntes

C videbitis, & nõ perſpicietis. Incraſſatũ eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt: Ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.* Ita Paulus. Pſalm. 17. *filij alieni*, ſcilicet, patris *mentiti ſunt mihi*, hoc eſt, Iudæi ſpiritu adulterini filij. Iuxta illud Ioann. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis.* Debitam mihi obedientiam, fidemquè, ac ſeruitutem denegarunt.

Iudæi non fuerunt digni venire ad nuptias.

D Itaque iuſſit Deus primum Iudæis Euangelicam prædicari, doctrinam. Acto. 1. Diſcipulis ait: *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, &c.* Repudiarunt illi Euangelium, inſuper ſeruos ſummi Regis inſectati ſunt, & occiderunt: Quamobrem *iratus eſt Rex, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, ciuitatem illorum ſuccendit, &c.* Iraſcitur Deus improbis hominib. ſumitque de ſceleribus ſupplicium. Ad

E naturalem enim iuſtitiæ ordinem pertinet (ait Auguſtinus lib. 26. contra Fauſtum, cap. 5.) vt aut peccata non fiant, aut impunita eſſe non valeant, & cætera. Non erunt peccata impunita. Aut nos puniemus, & illa punientes, iuſtitiæ Dei per Chriſti merita faciemus ſatis; aut Deus puniet.

Deus Iudæis præcepit primò doctrinam Euangelicã prædicari.

Dei iuſtitia peccata punit.

Malum impunitũ eſſe non poteſt.

Vnde Bernardus in ſerm. de verbis D.
Petri: *Ecce nos reliquimus omnia*: Malum
(inquit) impunitum eſſe non poteſt.
Non punitur hic propria voluntate,
punietur alibi ſine fine, &c. Puniamus
igitur hic peccata noſtra, ne poſteà
vel in purgante igne, vel in tartaro
grauiſſimè puniãtur. Mutatis (ait Ber
nardus eodem loco) nõ effugitis pœ-
nitentiam, &c. Quoniam qui hic pœ-
nitentiam agere nolunt, in tartaro pœ
nitentiam agent, ſed inutilem. Iuxta
illud Sapient. 5. *Pœnitentiam agentes, &
præ anguſtia ſpiritus gementes, &c.*

Neque verò, mox, vt peccata Iudæi
commiſerunt, diſtrinxit Deus gladiũ,
ſceleratoſque percuſſit; ſed priùs mul
tis annis exacuit. Vnde Chryſoſtomus
homil. 70. in Matth. Non ſtatim (in-
quit) interfecto Chriſto, ſed poſt qua-
draginta annos Deus Iudęos perdidit,
vt longanimitatem eius oẽs viderent,

Expectauit Iudæorum pœnitentiã Deus.

&cæt. Patienter expectauit per qua-
draginta annos Iudæorum pœniten-
tiam. Iuxta illud Pauli ad Rom. 2. *An
diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & lõ-
ganimitatis contemnis? Ignoras, quoniam
benignitas Dei ad pœnitentiam te addu-
cit? &c.* Pœnitentiam agere noluerũt,
iramque Dei duro, & impœnitenti
corde ſibi theſaurizarunt. *Secundum du
ritiam tuam, & impœnitens cor* (ait Pau-
lus) *theſaurizat tibi iram, &c.* In theſau
ro aſſeruatur pecunia, vt poſt multos
dies, vel annos inde proferatur. The-
ſaurum ſcelerum fecère Iudæi & the-
ſaurum iræ; aſſeruarunt iram Dei per
totos quadraginta annos; tandem ex
theſauro prolata Dei ira duros exci-

Theſaurus iræ Dei quis ſit.

dit, Quemadmodum repreſſæ fluminis
aquæ, obice ſublato, agros vaſtant; ita
repreſſa, atque aſſeruata per quadra-
ginta annos Dei ira, vaſtauit in perfi-
dia obſtinatos. Threnor. 1. *Vigilauit iu-
gum iniquitatum mearũ* (ait Ieruſalẽ)
in manu eius, id eſt, Dei, *conuoluta ſunt; &
impoſita collo meo, Infirmata eſt virtus
mea; dedit me in manu, de qua non potero
ſurgere &c* Dormiuit iugum iniquita-
tum Ieruſalẽ per annos quadraginta;
dormire quoque videbatur Deus, pœ
nitentiam expectans: ſed euigilauit iu
gum iniquitatum, euigilauit Deus. Iu-
dęorum ſcelera conuoluit; conuoluta,

A & in aceruum redacta; illorum collo,
ſupplicium grauiſſimum ſumens, im-
poſuit; deditque illos in manu Roma-
norum, de qua ſurgere non potuerũt.
Continuit in vagina gladium ſuũ per
longum tẽpus; tandem ex vagina edu

Longanimitas Dei.

xit, iuſteque percuſſit. Vaginam verò
gladij Dei, Theodoretus Dei longani-
mitatem eſſe ait, Ezechiel. 21. Perſpi-
cuum (inquit) eſt, gladium à Deo vo
cari ſupplicium, vaginam verò appel
lat longanimitatem, &c. In hac vagina
B gladium coercet Dominus, tandẽ verò
noſtra iniqtate veluti coactus diſtrin-
git, & vulnerat. Iratus tandẽ eſt Rex,
gladiumque aduerſus Iudæos ex va-
gina eduxit.

Duplex ira Dei, conſũmationis, & conſumptionis.

Eſt duplex ira Dei, Auguſtino au-
ctore, Pſalm. 58. conc. 2. Eſt ira conſũ-
mationis, & ira conſumptionis. Ira cõ
ſũmationis, id eſt perfectionis, illa eſt,
qua homo perficitur, & conſummatur
virtute, cùm à Deo flagellatur. Ira cõ
C ſumptionis illa dicitẽ, qua cõſumitur,
& damnatur, Eſt (ait Auguſtinus) ira
conſummationis, & eſt ira cõſumptio-
nis. Nã omnis vindicta Dei, ira dicitur.
Sed aliquãdo ad hoc vindicat, Deus, vt
perficiat; aliquãdo ad hoc, vt damnet.
Qũo ad hoc vindicat, vt perficiat? *Fla-
gellat oẽm filiũ, quem recipit*, ait Paul. ad
Heb. 12. Qũ dixerit impijs: *Ite in ignem
æternũ* Matth. 25. illa ira cõſumptionis
eſt, nõ conſumationis, &c. Demus ope
rã, cùm à Deo flagellis cędimur, vt ira
D illius in nos non conſumptionis ſit,
ſed conſummationis; non conſumant
nos flagella Dei, ſed conſumment, non
officiant, ſed proficiant, atque perfi-
ciant. Vas aureũ tunſionibus non con-
ſumitur, ſed conſũmatur; ita viri ſapiẽ
tis virtus, Dei flagellis nõ abolетur,
ſed perficitur Vas vero fictile percuſ-
ſione nõ conſummatur, ſed frangitur
atque conſumitur; ſic inſipientes viri,
Dei percuſſionibus nõ perficiũtur, ſed
E fragũtur. Fuit ira Dei in Iudęos, cõſũ-
ptionis, non conſummationis Cõſum-
pſit illos, non conſummauit, quia Meſ-
ſiam ſuum agnoſcere, eiuſq; fidem, ca-

Iudæi vas fictile per Romanos cõtriti sũt.

ritatem, & gratiam, qua homines con-
ſummantur, recipere noluerunt Inſtar
fuère vaſis fictilibus, Dei percuſſione
ſunt fracti. Iuxta illud Ieremias 19.

Hac

Hæc dicit Dominus: Sic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut, conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra inſtaurari, &c. Et Pſal. 2. *tamquam vas figuli confringes eos.*

Miſſis exercitibus ſuis perdidit Rex homicidas illos, & Deicidas, quia Chriſtum Deum, & hominem occiderunt. Exercitus ſuos vocat exercitus Romanorum. Per Romanos enim, veluti conductos milites, pęnas de Iudæis ſumpſit Iſai. *In die illa radet Dominus in nouacula cōducta, in iis, qui trans flumen ſunt, in Rege Aſſyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniuerſam, &c.* Raſit Deus Iudæos tanta facilitate, quanta nouacula pilos radit capitis, vel barbę, raſit per exercitus Ægyptiorum, & Aſſyriorũ, ante Incarnationem, poſt Incarnationem verò, per exercitus Romanorum. Appellat autem Vates exercitum nouaculam conductam, quaſi Deus milites conduxerit, quod facere Reges ſolẽt. Nouacula veluti cōducta fuit exercitus Romanorum, qua Iudæorum Rẽpublicam Deus raſit, & euertit Eodem cap. Aſſyrios cum apibus, Ægyptios cum muſcis confert, aitque, Deum ſibilo illos euocaſſe ad vaſtãdos Iſraelitas. Eundem in modum Romanorum veluti muſcarum, atque apum multitudinem, ſibilo accerſiuit, ad depopulandã Iudæam. *In die illa* (ait Iſai. 7.) *ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Aegypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur, & venient, &c.* Dicitur *Deus* צבאות *tſebaoth*, i. *exercituum*, Iſai. 1. *Propter hoc, ait Dominus Deus exercituũ, fortis Iſrael, & c.*

Per Romanos Deus punivit Iudæos.

Multos exercitus, multos hẽt milites. Etenim habet exercitus Angelorũ penè infinitorum, quorum vnus tantum 4. Reg. 19. nocte vna in caſtris Aſſyriorum, centum octoginta quinque millia virorum interemit. Dicuntur enim Angeli milites. Iuxta illud Luc. 2. *Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, &c.* Et 2. Paralip. 13. ait Michæas; *Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum eius aſſidentem ei, a dextris, & a ſiniſtris, &c.* Habet etiam Dominus exercitum ſtellarum, Iſai. 34. *Tabeſcet omnis militia cælorum, &c.* hoc eſt, aſtra caligine obtegentur. Pugnat exercitus aſtrorum contra impios, tempeſtatibus, fulminibus, tonitruis, pluuijs, uẽtis, ęſtu, frigore. Habet prætereà exercitus locuſtarum, quibus vaſtitatem terræ intulit Ægypti. Exod. 10. *Operuerunt locuſtæ uniuerſam ſuperficiem terræ, vaſtantes omnia, &c.* Habet exercitus muſcarum. Exod. 8. *Venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis, & ſeruorum eius, & in omnem terram Aegypti, corruptaque eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. &c.* Adde his ſciniphes, quorum exercitus eoſdem Ægyptios oppugnauit mirabiliter, eodem Exodi cap. 8. Adijce exercitus ranarũ, quæ, ut eodem ca narratur, Ægyptios valdè vexarunt. Habet exercitus veſparum, ſiue crabronum, quibus afflixit Chananæos, vt legitur Sapient. 12. *Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarẽt, &c.* Et Ioſue 24. *Miſi* (ait Dominus) *ante vos crabrones & eieci eos de locis ſuis, &c.* Adde exercitum grandinis, quo hoſtes populi ſui oppreſſit. Ioſue 10. *Mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuſſerunt filij Iſrael.* Et Eccleſ. 40. *Audiuit illum*, i. Ioſue, *Deus in ſaxis grandinis, virtutis valdè fortis. Impetum fecit cõtra gentem hoſtilẽ, & in deſcenſu perdidit contrarios. Vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non eſt facile, &c.* Denique habet exercitus hominum, quibus ad puniendos improbos vtitur. Nemo fortiſſimum Deum audeat offendere, multos habet exercitus. facillimum illi eſt ſumere de ſceleratis vltionem. Satis illi ſunt ranæ, veſpæ, ſciniphes, aliaq; animalcula viliſſima, ſatis morborum mille genera, ad domãdam, conterendàmque omnium hominum ſuperbiam. *Contra Deum pugnare* (ait Eccleſ.) *non eſt facile.* Vt eſt in parabola, miſſis exercitibus ſuis homicidas Iudæos occidit. Dicuntur Dei exercitus Romanorum copiæ. Sic Ioel. 2. exercitus Caldæorum dicuntur Dei exercitus. *Dominus*, inquit, *dedit vocem ante faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra eius, facientia verbũ eius, &c.* Iſai. 13. de exercitu Medorum, & Perſarũ: *Ego mandaui ſanctificatis meis, & uocaui fortes meos &c.*

Multos habet Deus exercitus.

Romanorũ copiæ dicuntur Dei exercitus.

CAPVT. XI.

Inuitantur alij ad conuiuium.

PArata omnia erant, paratæ nuptiæ, paratum nuptiale epulum. Imparati fuerunt inuitati côuiuæ Iudæi, adeo vt uenire noluerint. Quid igitur aget Rex? Numquid patietur conuiuium lautiſſimum fruſtra eſſe apparatum? Operam, & impenſam inutiliter perire feret? Minimè. Alios iuſſit vocari cõuiuas: *Nuptiæ*, inquit, *paratæ ſunt. Sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias*, hoc eſt Noluerunt Iudæi ad nuptiale venire conuiuium, uocate ſine diſcrimine omnes nationes, vocate omnes gentes. Dubitatur, num fuiſſent vocandi Gentiles ad nuptias, i. ad fidem, & Eccleſiam Chriſti, ſi Iudæi veniſſent ad nuptias, hoc eſt, ſi Chriſtum, & fidem recepiſſent. Quòd enim non fuiſſent vocandi Gentiles, probatur ex hac parabola Nã propterea vocari iuſſit Rex alios conuiuas; quia primi illi inuitati adeſſe recuſarunt. Probatur prætere ex Paulo ad Rom. 11. *Amiſſio*, inquit, *eorum*, i. Iudæorum, *reconciliatio eſt mundi*. Eſt autem amiſſio Iudæorum mundi, & gentium reconciliatio, quia propterea gentes vocatæ ſunt, quia illi ad nuptias venire noluerunt: ac perierunt. Ergo ſi nõ fuiſſet Iudæorum amiſſio, non fuiſſet gẽtium reconciliatio. Item eodem ca. ait Paulus. *Iſti*, id eſt, Iudæi, *non crediderunt in veſtram miſericordiam*. hoc eſt, ut vos Gentiles miſericordiam conſequeremini. Quaſi dicat: Non venerunt ad nuptias, vt uos vocaremini. Item; *Miſericordiam conſequuti eſtis propter incredulitatem eorum*. Item eodem loco; *Delictũ eorum diuitiæ ſunt mundi. Et Diminutio eorum diuitiæ gentium*. Adde & illud *Dicis ergo; Fracti ſunt rami, ut ego inſerar*. i. Fracti ſunt Iudæi, & a fide defecerũt, vt ego fidem conſequerer. Reſpondemus, vocandos fuiſſe ad fidem Gentiles, etſi Iudæi omnes fidem fuiſſent amplexi. Quod indicat Dominus Mat-

Alios conuiuas vocauit Deus id eſt, Gentes.

An fuiſſent vocandi Gẽtiles, ſi oẽs Iudæi crediſſent.

Gentiles fuiſſent vocati ad fidẽ etiamſi in

A th. 28. cum ſic præcipit Apoſtolis. *Euntes, docente omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti*. Neque vero credibile eſt, propter ſolos Iudæos Deum fuiſſe incarnandum ſoloſque, Iudæos fuiſſe ad fidem vocãdos. *An Iudaorum Deus tantum?* (ait Paulus ad Rom. 3.) *nonne & Gentium? &c.* Illa autem verba eiuſdem Apoſtoli allata non ſignificant, propter increduli tatem Iudæorum ita Gẽtiles fuiſſe uocatos, ut vocandi, non fuerint, ſi Iudæi

B fidem fuiſſent complexi. Sed indicant, incredulitatem Iudæorum occaſionem fuiſſe ſalutis, & miſericordiæ Gentiliũ Quoniam Gentilibus promulgatum eſt Euangelium, quod illi repulerunt. Per occaſionem amiſſio Iudæorum, incredulitas, & delictum fuit mundi reconciliatio, & Gentium diuitiæ, quia Euangelicam doctinam recipere noluerunt. Quomobrem. Apoſtoli Gentibus illam tradiderunt. Iuxta illud pauli, & Barnabæ, Act. 13. *Vobis*, ſcilicet Iu-

C dæis, *oportebat primum loqui verbum Dei ſed quoniam repellitis illud, indignos vos iudicatis æterna vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Poſui te in lucem Gentium, ut ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ. Audientes autẽ Gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbũ Domini &c.* Parabola verò huic ſententiæ non aduerſatur. Id enim indicat, quod non credentibus Iudæis, Deus fecit, quid fuiſſet facturus, ſi omnes crederent, non indicauit.

D Igitur cum Iudæi ad nuptias venire nollent, Gentiles vocari iuſſit. Quod factum eſt ab Apoſtolis, *Ecce* (inquiũt, Paulus, & Barnabas) *conuertimur ad Gentes: ſic enim præcepit nobis Dominus, &c.* Deinde adijciunt Iſaiæ vaticiniũ, quo oſtendunt Gentes eſſe vocandas. Iſai cap. 49. ſic Chriſtus loquitur: *Et nunc* (dicit Dominus) *formans me ex vtero ſer-*

E *uum ſibi, vt reducam Iacob ad eũ, & Iſrael non congregabitur, &c.* Formauit Deus ex utero ſibi ſeruum, & miniſtrum ſuũ Chriſtum, ut vocaret, & conuerteret filios Iacob Iudæos. At illi venire ad nuptias noluerunt. Quod ſignificant verba illa: *Et Iſrael nõ congregabitur*. Nõ enim eſt in Eccleſiæ ouili magna ex parte congregatus, nõ uenit ad nuptias,

Chriſtus Iudæi non crediſſent

Gentes vocatæ ad nuptias ſunt Hebræorum loco.

Digitized by Google

nuptias, nec congregatus eſt in congregatione cõuiuarum. Ideò queritur de illis eodem Iſaiæ loco Dominus: *Et dixi: In uacuum laboraui, ſine cauſa, & uanè fortitudinem meam conſumpſi, &c.* Fruſtrà (inquit) laboraui Iudęis prædicans Euangelium meum, non credunt, doctrinam meam repellunt. Fruſtrà illis conuiuium apparaui ſplendidiſſimum. Fruſtrà tauri, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata. Hæc faſtidiunt, venire nolunt. Reſpondet Pater: Alios conuiuas vocabo: *Parum*, inquit, *eſt, ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & faces Iſrael conuertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ, &c.* hoc eſt, Paratæ ſunt nuptiæ; parum eſt ex Iſraeliticis vocare inuitatos, ex toto terrarum orbe conuiuas adduci imperabo. Parum eſt, vt ſis mihi miniſter ad ſuſcitandas tribus Iacob mortuas. Dedi te in lucem omnium gentium, vt ſis omnium ſalus, & Saluator vſque ad fines orbis terrarum. Illę vocatæ ad dapes venient cęleſtes, quas Iudæi repudiarunt. Pſal. 21 *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum uniuerſi fines terræ.*

Spõſa Chriſti ex Gentibus uocata eſt. Ex Gentibus vocat ſponſam ſuam Dominus. Canticorum 4. *Veni* (inquit) *de Libano, ſponſa mea, ueni de Libano, ueni, coronaberis de capite Amana, de uertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, &c.* Quaſi dicat: Veni, ſponſa, ex montibus Gentilium, in quibus diuinus exhibetur cultus idolis; veni ex montibus pardorum, & leonum, dęmonum, & ſimulachrorum; veni, inquam, ad nuptias, coronaberis.

Nihil detrimenti, ſed plurimum incrementi epulum accepit, dum Gentes vocatæ ſunt pro Iudæis. *Impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium*, vt eſt in parabola; ſed qualium diſcumbentium? Nempe Regum, Principum, ſanctiſſimorumq; virorum. Adijcit Iſaias eodem cap. 49. *Hæc dicit Dominus Redemptor Iſrael, ſanctus eius ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ac ſeruum dominorum. Reges uidebunt, & conſurgent Principes, & adorabunt propter Dominum, & ſanctum Iſrael, qui elegit te, &c.* hoc eſt, O Iudæi, non exiſtimetis defuturum

A Chriſto populum. Si vos illum adorare non vultis, Regemq; agnoſcere; alij nobiliores agnoſcent populi. Agnoſcent Romani, Hiſpani, Galli, Germani, Angli, Græci, Indi, omniſq; terrarũ orbis. Reges illum videbunt fidei oculis, & conſurgent ante eum Principes orbis, eumq; adorabunt. *Hæc dicit Dominus ad contemptibilem animam*, hoc eſt, ad Diſcipulos, Chriſtianoſq; primitiuæ Eccleſiæ, à Iudæis, & Gentibus contemptui habitos, abominatos, & veluti
B ſeruos à multis dominis, & Tyrãnis vexatos. Ne deſpondeatis animum, Eccleſia hæc magnum accipiet incrementum. *Reges uidebunt, & conſurgent Principes*, qui fidem complectentur Chriſti, *& adorabunt propter Dominum, & ſanctum Iſrael, qui elegit uos.* Pſal. 71. *Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes ſeruient ei, &c.* Iſa. 35. *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium: germinans germinabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt*
C *ei, decor Carmeli, & Saron.* De Eccleſia Gentium loquitur Propheta, quæ, antequàm vocaretur ad nuptias, deſerta erat, & inuia, & ſolitudo ſpinis, vepribuſque horrens. Hanc ſolitudinem in hortum, ſiue vineam fœcundiſſimam Deus conuertit. Libano, & Carmelo, montibus amœniſſimis, amœniſſimæque regioni Iudææ, quæ Saron dicitur, ſimilem fecit. Indicant hæc loca Paleſtinæ Synagogam Iudęorum, cuius de-
D corem, & gloriam in Eccleſiam Deus tranſtulit. *Gloria Libani*, id eſt, populi Iudaici, *data eſt* Eccleſiæ. *Decor* item *Carmeli, & Saron*, id eſt, decor Synagogæ, omnis Iudęæ amęnitas, multoque etiam maior Eccleſiæ donata eſt. Solitudo in fęcundiſſimam vineam mutata eſt; vinea verò, id eſt, Synagoga, in ſterilem ſolitudinem eſt conuerſa. Iudęi, quia ad nuptias venire noluerunt, ab
E exercitibus Domini profligati ſunt; Ethnici, quia ad nuptias venerunt, ſuauiſſimis dapibus paſcuntur. *Solitudinẽ Deus cõuertit in hortum.*

Iuſſit Rex ſeruis: *Ite ad exitus uiarum.* Eos vocare iubentur, qui non erant in vijs, ſed extra vias. *Ite ad exitus uiarum.* Ite, vocate Ethnicos, qui nõ verſantur in vijs, ſed extra vias. *Non n. qui operantur iniquitatem* (vt eſt in Pſal. 118.) *in uijs*

eius

eius ambulauerunt,&c. Viæ Domini man- A data ſunt. Vnde illud eiuſdẽ Pſal. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* In his vijs, i. mandatis, non ambulant, qui operantur iniquitatem. In his vijs nõ ambulabant Ethnici. Extra has vias, id eſt, extra mãdata, erant. Ideò meritò iubentur ſerui ad exitus viarum ire, & eos vocare, qui extra vias erant. Vocarunt illi omnes abſque diſcrimine, quotquot repererunt.

Omnes vocãtur abſque diſcrimine.

Et impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium

B Quoniam totus orbis ad has nuptias vocatur Iſa. 2. *Fluent ad eũ omnes gentes, & ibunt populi multi.* Item Iſa. 60. *Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum; quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi, &c.* Item cap. 25. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, &c.* Faciet, inquit, conuiuiũ nuptiale non ſoli Iudæorum populo, ſed omnibus populis, omnib. nationibus. Quia omnes populos, omneſque nationes vocauit ad nuptias. C Hominum conuiuia breuiſſimi temporis, paucarum ſunt horarum. Olim (vt Auguſtinus ait lib. 1. Quæſt. in Geneſim, quæſt. 89.) nuptiæ ſeptem diebus celebrabantur: Septem (inquit) diebus ſolere nuptias celebrari, etiã liber Iudicũ oſtendit cap. 14. In Sanſone, quando fecit conuiuium ſeptem diebus, &c. *Rex Aſſuerus,* (Eſther 1.) *fecit grande conuiuium, centum octoginta diebus.* At conuiuium Dei, non ſeptem, non centum D octoginta dierum eſt, ſed perpetuum. Epulis referta, quamdiu ſtabit mundus, ſtabit Dei menſa, ad iudicij vſque diem. Tunc verò non accipiet conuiuium finem, ſed alijs præſtantioribus epulis extruetur in cęlo. Quemadmodum in cœlo nuptiæ Chriſti, & Eccleſiæ perficientur, ac conſummabuntur; ſic perficietur, conſummabiturq; conuiuium nuptiale. Interim in terris implentur per tempora nuptiæ diſcumbentibus. Noluerunt Iudæi venire, vo- E cati ab Apoſtolis, alijſque Chriſti Diſcipulis; venerunt tamen aliqui ex reliquijs Iſraël, alijs tẽporibus, veniuntque etiam nunc; venient tandem omnes ad nuptias ad finem orbis, vt Paulus apertè docet ad Roman. vndecimo.

Nuptiæ olim ſeptẽ diebus celebrabantur.

Nuptiæ Chriſti perpetuò durant.

A Qua de re egimus tomo primo, lib. ſecundo, cap 10. Nam, vt diximus, vſque ad finem orbis, conuiuium hoc nuptiale paratum eſt omnibus, qui illius nectare, & ambroſia paſci voluerint. Veniunt ad illud Itali, Hiſpani, Galli, Germani, Gręci, Indi, Iapones, Aethiopes; impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium ex nationibus Septẽtrionalibus, Auſtralibus, Occidentalibus, & Orientalibus.

B Sed multi ex diſcumbentibus deſerunt conuiuium, videlicet hæretici, qui fidem deſerunt: ſine fide enim nemo in his permanet nuptijs. Itaque infœlices hæretici ipſi ſe ex nuptijs excludunt. Iudæi venire noluerunt; hæretici verò venerunt, ſed poſtquàm venerunt, nuptiale epulũ, pro porcorum ſiliquis, id eſt, pro hæreſibus, dereliquerunt. Venit infœlix Lutherus ad nuptias, in ijſq; multis permanſit annis; poſteà verò exijt, ſecumque mul- C tos cauda traxit, ſerpẽtis inſtar illius, de quo Apocalyp. 12. dicitur: *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram, &c.* Non ſunt ex fixis ſtellis illi, quos Lutherus, alijque hæretici in ſuas trahunt hæreſes, & in terrã, Orcumq; mittunt; ex ſtellis ſunt errantibus. Stellæ, quæ in cęlorum regno, id eſt, Eccleſia, Catholicaque fide fixæ ſunt, conſtantes, atque ſtabiles, ab hæreticis trahi ſe non ſinunt, tartareæ cuiuſdam libertatis cauda. Plane- D tæ, errantiaque aſtra, hoc eſt, homines leues, atque inconſtantes, facilè ſe hæreticorum cauda duci, & ſeduci patiuntur. De his inconſtantibus hominibus ait Ioannes epiſt. 1. cap. 2. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcũ; ſed vt manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis, &c.* Exponit D. Auguſt. hæc verba: *Non erant ex nobis:* ſecundùm diuinam electionem, lib. de dono perſeuerantiæ, c. 9. Non erant, inquit, ex ijs; E quia non erant ſecundùm propoſitum vocati; non erant in Chriſto electi ante conſtitutionem mundi. Nam ſi hoc eſſent, ex illis eſſent, & cum illis manſiſſent, &c. Similiter Oecumenius: *Non erant* (inquit) *ex nobis;* hoc eſt, ex ſorte eorum, qui ſalui fiunt. Nam ſi inde fuiſ-

Hæretici nuptias Chriſti deſerunt.

Hæretici multos trahũt ſecum.

Leues homines rapit hæreſis, vt paleas ventus.

Digitized by Google

fuiſſent, permanſiſſent, &c. Etenim prædeſtinati non ſunt ii, qui in Eccleſia non perſeuerant, niſi fortè ad eam reuertantur, fidemque, & caritatem recuperent. Fugitiuos ſeruos appellat hæreticos Auguſtinus ſerm. 108. de diuerſis: Hæretici, ait, ſerui mali, & fugitiui, &c. D. Cyprianus inconſtantes, leueſque paleas vocat epiſt. 55. ad Cornel. & lib. de vnitate Eccleſiæ: Triticū (inquit) non rapit ventus, nec arborem ſolida radice fundatam procella ſubuertit. Inanes paleæ tempeſtate iactantur, inualidæ arbores turbinis incurſione euertuntur. Hos execratur, & percutit Ioannes, dicens: *Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis, &c.* Illi fugitiui ſerui ex nuptiis fugiūt, hę leues paleę hęreſeon vēto ab ripiūtur.

Qui in Eccleſia non perſeuerāt, nō ſunt prædeſtinati.

Manent in nuptiis quàm plurimi fideles populi. *Impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium.* Diſcumbentes autem nō ſunt omnes boni, ſed bonis mali permixti ſunt, vt D. Gregorius obſeruat homil. 38. Boni, inquit, ſoli nuſquam ſunt, niſi in cęlo; & mali ſoli nuſquam ſunt, niſi in inferno. Hæc autem vita, quæ inter cœlum, & infernum ſita eſt, ita vtrarumque partium ciues communiter recipit, quos tamen ſancta Eccleſia, & nunc indiſcretè ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernit, &c. Hinc fit, vt nō omnes, qui in nuptijs in terra diſcūbunt, diſcūbāt ēt in nuptiis cœleſtibus. Id, quod docet Dominus vnico exemplo hominis vnius, in quo (vt dictum eſt) omnes intelliguntur, qui ex fidelibus intartareum carcerem conijciuntur. *Vidit Rex ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.* Nuptialis veſtis non eſt fides, ſed caritas, & mandatorum obſeruatio. Nam per fidem ad nuptias venitur; qui verò fide caret, in nuptiis Eccleſiæ non eſt, quippe quæ congregatio eſt fidelium. Quia verò ſola fides nō eſt ſatis, ſed caritas quoque exigitur, & mandatorum obſeruatio; ideò ij, qui caritatem, & mandatorum obſeruationem, veluti nuptialem veſtem, non habent, à nuptijs pellūtur in carcerem. D. Hieronymus Matth. 22. Cùm, inquit, veniſſet Rex, vt videret diſcumbentes in conuiuio ſuo, hoc eſt, in ſua quaſi fide requieſcentes; inuenit vnum, qui veſte indutus non erat nuptiali. Veſtis autem nuptialis præcepta ſunt Domini, & opera, quæ complentur ex lege, & Euangelio, nouique hominis efficiunt veſtimentum, &c. Auctor imperfect. Homo (inquit) ſecundùm locum eligat veſtem, hoc eſt, ſecundùm profeſſionem faciat opera, &c. Horreamus (ait Theophylactus) cogitantes, quia niſi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides. Non ſolùm enim è nuptijs eijcitur, ſed & in ignem mittitur, &c. Euthymius: Hoc, inquit, trahendum hinc eſt, quòd neminem ſecurum eſſe oporteat, eo quòd ad nuptias intrauerit, ſola videlicet in Chriſtum fide. Sed poſtquā baptiſmate ablutus eſt, opus eſt veſte etiam nuptiali indui, hoc eſt, ornatum eſſe, ac dignū futuris nuptijs. Eſt autem hæc veſtis, & ornatus vita pura, ac ſplēdida, in modum veſtis virtutibus contexta, &c. Filium ſuum cariſſimum Ioſeph, induit pater Iacob veſte talari, & polymita, Gen. 37. hoc eſt, varia, & multorum colorum. Caritatem veſtis hęc adumbrat. Talaris eſt, longa, ac lata: pertingit enim caritas vſque ad inimicos, multis variatur coloribus, quoniam cum cæteris virtutibus eſt copulata. Hac filios ſibi cariſſimos induit Deus. Vir probus, Dei filius, hac fulget; improbus, vitiorum ſeruus hac caret, diciturque illi: *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem.*

Nō omnes, qui ad nuptias veniunt, ſalui fiunt.

Nuptialis veſtis q̃ ſit.

Sola fides non ſufficit ad ſalutē.

Veſtis Ioſeph talaris quæ ſit.

Sed cur amicum appellat reprobum hominem? Amicum appellat (ait Hieronymus) eo q̃ inuitatus ad nuptias eſt: Et D. Gregorius homi. 38. Amicum (ait) vocat, & reprobat, ac ſi ei apertiùs dicat: Amice, & non amice; amice per fidem, & non amice per operationem, &c. Item Euthymius: Amicum dixit, vtpote Chriſtianum, quamuis indignè tali appellatione cōuerſantem. Prætereà amicum appellat, quia multa in hominem beneficia confert, & ex ſe amicus eſt. Homo ipſe impius inimicum ſe facit. Prætereà, oſtendunt verba hæc animum Regis minimè percitum furore, iraque minimè excandeſcentem, tranquillo tum animo, tum ore amicum vocat. Etenim Deus, vt eſt in li-

Cur amicū appellet Rex reprobum.

Homo impius inimicum ſe Deo facit.

in libro: Sapientiæ, cap.12. cum tranquillitate iudicat: *Tu dominator virtutis* (ait Sapiens) *cum tranquillitate iudicas:* Græcè, ἐπιεικείᾳ, hoc eſt, *in epicaia; cum æquitate, clementia, & tranquillitate.* Excitantur in nobis, cùm iraſcimur, quidam veluti fluctus iracundiæ, qui rationem, corque iactant, & ad naufragium ſæpe impellunt. At in Deo puniẽte nulli huiuſmodi fluctus ſunt, nec tenuiſſima quidem eſt in ſereniſſima illa maieſtate commotio, magna cum quiete, & tranquillitate iudicat, ac punit. Eum, quem tartareis addicit flammis, amicum vocat: *Amice, quomodo huc intraſti, &c.* Eſt ira Dei (ait Auguſtinus lib.15. de ciuit. cap.25.) non perturbatio animi eius, ſed iudicium, quo irrogatur pœna peccato, &c. Diſce ex hoc loco de ſeruis, alijſve ſumere ſupplicium. Si quando ſumpſeris, animi cum tranquillitate ſume, atque ita, vt ſentiant ij, qui puniuntur, ab amore potiùs, quàm ab ira, & furore proficiſci pœnam. A verbis abſtine contumelioſis, ac furibundis, etſi ſeruus viliſſimus ſit cædendus. Regem hunc imitare, à cuius ore non contumelioſa verba prodiere, ſed amica. *Amice,* inquit, *quomodo huc intraſti? &c.*

Citra iracũdiam vllam Deus punit.

Quõ de ſeruis, vel alijs ſit ſumendum ſupplicium.

Quodnam reſponſum dedit ille, qui rogabatur? Obmutuit, vt eſt in parabola: *Vox faucibus hæſit.* Non reſpondit: Pauper eram, pecunia carebam, ideoq; veſte nuptiale careo. Vel: Quæſiui veſtem, non reperi. Non enim ſic verè reſpõdere poterat. Nam veſtis, de qua agebatur, videlicet caritas, neque pecunia emitur, neque ab amicis commodatò petitur; ſed pœnitentia comparatur. Vnde Euthymius Matth.22. In nuptijs, inquit, corruptibilibus reſpondere quiſpiam poſſet, quòd digna ſtola difficilis inuentu foret. In his autem incorruptibilibus nuptiis ablata eſt omnis excuſatio, in proximo namque eſt ornatus, ac inuentu facilis, ſi modò illum quæſierimus, &c. Obmutuit igitur. Nam (vt D. Gregorius homil. indicata ait) in illa diſtrictione vltimæ increpationis, omne argumentum ceſſat excuſationis. Quippe quia ille foris increpat, qui teſtis conſcientiæ, intùs animam accuſat, &c. Obmutuit ſceleratus, quia ad confitenda ſcelera mutus fuit. Qui ad confeſſionem ritè peragendam mutus eſt, ad reddendam Deo rationem mutus erit. Qui vero vera cum pœnitentia cordis, ad peccata confitenda os ritè aperuerit, is ad reddendam Deo os aperiret. Igitur coram Confeſſario peccata nunc aperto ore confiteamur, ne in iudicio coram Deo obmuteſcamus.

Cur obmutuerit veſte carens nuptiali.

Obmutuit infęlix homo, nec verbo, aut manu obſtitit; manibus, pedibuſque, inſtar hœdi, alligatis, in tenebroſum miſſus eſt carcerem. Nemo, etſi totius ſit orbis Dominus, obſiſtere Deo valet, ſi punire velit. Nonne orbis Monarcham Nabuchodonoſorem excelſiſſimo præcipitem egit throno, beſtiæque inſtar, in agros, deſertaſque ſolitudines expulit, tunc cùm maximè de imperio gloriabatur? Daniel.4. *Nonne hæc eſt Babylon magna* (ait ille) *quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? &c.* Audi, quid ſequatur eodem cap. *Cumque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur, Nabuchodonoſor Rex, regnum tuum trãſibit à te, & ab hominibus eycient te, & cum beſtiis, & feris erit habitatio tua, fœnum quaſi bos comedes, &c.* Potuitne reſiſtere Rex maxim⁹ puniẽti Deo? Minimè. *Eadem hora,* ait Daniel, *ſermo cõpletus eſt ſuper Nabuchodonoſor, &c.* Quid de reliquis Regibus dicam? Satis illud ſit Baruch.3. *Vbi ſunt,* rogat, *Principes gentium? &c.* Reſpondet: *Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, &c.* In perpetuum exilium, ligatis manibus, pedibuſque, miſſi ſunt in Orcum, obmutuerunt, neque vllo modo repugnare valuerunt. Eſther.13. *Dominus omnium es* (ait Mardochæus, Deum alloquens) *neque eſt, qui reſiſtat maieſtati tuæ, &c.* Et Iob.9. *Si repentè,* inquit, *Deus interroget, quis reſpondebit ei? Vel quis dicere poteſt: Cur ita facis? Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt: &c.* Et Deus ipſe Iſai.47. *Vltionem,* ait, *capiam, & non reſiſtet mihi homo, &c.*

Nemo Dei ſuppliciis poteſt reſiſtere, ſi punire velit.

Principes oẽs mundi coram Deo obmuteſcũt.

Prætereà, ligantur pedes hominis, vt indicetur, non poſſe tartareas pœnas vnquam effugere. Gregorius homil.38. Qui nunc, inquit, ligantur in vitio, tunc ligantur in ſupplicio, &c.

Ligati pedes, & manus quid ſignificent.

Ligantur manus, quia nullum opus bo- A
num facere in tartaro poterunt, quo
Deum placare valeant. Tũc, inquit Eu-
thymius, ceſſabit peccatorum opera-
tio, nec amplius vel vna actio ad Iudi-
cem placandum dabitur. Operationis
ſiquidem præſens tempus eſt, futurum
retributionis, &c. Denique mittitur
miſer in tenebras exteriores, vbi erit
fletus, & ſtridor dentium, hoc eſt, in
Orcum, vbi tenebrę, & ſummus dolor,
ſummumque eſt tormentum. A tene-
bris, & cum tenebris, tranſeunt impij
ad tenebras. A tenebris, & cum tene-
bris peccatorum, quas voluntarij fe-
runt, ad tenebras Orci, quas inuiti fe-
rent. Illic, ait D. Gregorius, damnatus
inuitus proijcitur in noctem damna-
tionis, qui hic ſponte cecidit in cæci-
tatem cordis, &c. Pellamus tenebras
peccati interiores, ſi tartari tenebras
horremus exteriores. Illud vero hor-
reamus, quod ſequitur: *Multi ſunt vo-
cati, pauci verò electi*.

CAPVT XII.

De tributo dando Cæſari.

MATTHÆVS CAPITE XXII. Verſ. 15

TVnc abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt, vt caperent eum
16 in ſermone. * Et mittunt ei diſcipulos ſuos, cum Herodianis,
dicentes: Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in
veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis
17 perſonam hominum. * Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet
18 cenſum dare Cæſari, an non? * Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait:
19 Quid me tentatis, hypocritæ? * Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi ob-
20 tulerunt ei denarium. * Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſuper-
21 ſcriptio? * Dicunt ei. Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt
22 Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. * Et audientes, mirati ſunt, &
relicto eo, abierunt.

MARCVS CAPITE XII. Verſ. 13.

ET mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis, & Herodianis, vt
14 eum caperent in verbo. * Qui venientes, dicunt ei: Magi-
ſter, ſcimus, quia verax es, & non curas quemquam. Nec
enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam Dei do-
15 ces; licet dari tributum Cæſari, an non dabimus? * Qui ſciens
verſutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, vt
16 videam. * At illi attulerunt ei. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc, & inſcri-
17 ptio? Dicunt ei: Cæſaris. * Reſpondens autem Ieſus, dixit illis: Reddite
igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. Et mirabantur
ſuper eo.

LVCAS CAPITE XX. Verſ. 20.

ET obſeruantes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperẽt
21 eum in ſermone, vt traderent illum principatui, & poteſtati Præſidis.* Et
interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, ſcimus quia rectè dicis, & doces,
22 & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate doces: * licet nobis tribu-
23 tum dare Cæſari, an non. * Conſiderans autem dolum illorum, dixit ad
24 eos: Quid me tentatis? * oſtendite mihi denarium: cuius habet imaginem,
25 & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt ei: Cæſaris. * Et ait illis: Reddite
26 ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. * Et non potuerunt
verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in reſponſo eius tacue-
runt.

Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone.

Phariſæi cõcilium ineũt cõtra Chriſtum.

POſtquã Dominus parabolas, quas explicauimus, principibus ſacerdotum, & Phariſæis propoſuit; in inuidia, odioque obſtinati abierunt; inieruntque conſilium inter ſe, ac decreuerunt Chriſtum eò adducere interrogatione captioſa, vt aliquid aduerſus Cæſarem proferret. Hoc eſt, quod ait Matthæus; *inierunt conſilium, vt caperent eum in ſermone*. Græcè, παγιδεύσωσιν λόγῳ; hoc eſt, *vt illaquearent eum ipſo ſermone tamquam laqueo*, ſi quidpiam diceret, quod Cæſarem offenderet. Nam ſi diceret; præſidi Cæſaris Pilato morte mulctandum tradere ſtatuerunt, quod Lucas adijcit; *Vt traderent*, inquit, *illum principatui, & poteſtati præſidis*; ſcilicet Pilati. Iam ſupra diximus conſilium habuiſſe hoſce homines, quo decreuerunt, oportere Chriſtum de medio tollere. *Expedit*, inquit Caiphas, *ut unus homo moriatur pro populo, &c.* Nunc in crimen conantur impellere læſæ maieſtatis, de quo accuſare illum poſſint. Vnde D. Hilarius; de malitiæ, inquit, affectu in omnem ſe inquiſitionem reperiundæ accuſationis extendunt, an violaret ſeculi poteſtatem, de propoſitæ interrogationis conditione pertentant, &c.

Mittunt ei diſcipulos ſuos, cum Herodianis, &c.

PArant laqueos, & inſidias; *mittũt ad Chriſtum inſidiatores*, vt Lucas ait, qui ſe iuſtos ſimularent. Simulabant autem ſe iuſtos, quia quæſtionem de iuſtitia tributi ſoluendi proponebant. Vulpes erant; ſimulabant oues. Erant autem, vt Matthæus ſcribit, diſcipuli Phariſæorum; & Herodiani. *Mittunt*, inquit, *ei diſcipulos ſuos, cum Herodianis*; hi erant inſidiatores, hi iuſtos ſe ſimulabant, Chriſtoque tendebant laqueos diſcipuli Phariſæorum, Phariſæi erãt, ideo ait Marcus; Miſſos quoſdam ex Phariſæis, & Herodianis. Qui verò fuerint Herodiani non ſatis conſtat. Prima opinio quorundam eſt, qui Herodianos dictos putant, quòd Herodem primũ Regem, Meſſiam eſſe putarint. Quam opinionẽ Hieronymus Matth. 22. ridiculam vocat, his verbis, quidã Latinorum ridiculè Herodianos putant, qui Herodem Chriſtum, id eſt, Meſſiam eſſe credebant, quod nuſquam omnino legimus. Hæc ille. In dialogo tamen aduerſus lucif. verſus finem; Herodiani, ait, Herodem Regem ſuſcepere pro Chriſto, &c. Autor grauiſſimus Diuus Epiphanius hæreſi 20. apertè aſſerit hæreſim quandam fuiſſe Herodianorum, qui Herodem Meſſiam fuiſſe ſibi ſtultè perſuaſerunt, ex illo loco Geneſ. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus eſt*. Tertullianus lib. de præſcriptionibus cap. 45. Herodiani, inquit, Chriſtum, id eſt, Meſſiam

Hi vulpes erant & ſe oues ſimulabant.

Herodiani qui nã fuerint.

Meſſiam Herodem eſſe dixerũt. Victor Antiochenus Marci 12. Herodiani ętate illa, vt fertur, erant, qui Herodem Chriſtum in lege promiſſum eſſe contendebant. Damaſcenus in lib. de hæreſibus: Herodiani (ait) omni ex parte erant Iudæi: Herodem autem, vt Chriſtum approbabant, eumque Chriſti, id eſt, Meſſiæ, & honore afficiebant, & appellabant nomine. Præterea Theophylactus Matth. 22. Herodianos ait credi poſſe eos, qui putabant Herodem eſſe Chriſtum, id eſt, Meſſiam: lege eundem Marc. 3. & 12. Item Euthymius Matth. 22. Herodiani (inquit) genere quidem erant Iudæi; vehementer autem Herodem colebant, & ipſum eſſe dicebant Chriſtum, à prophetis promiſſum. Nam quia prophetatum erat, tunc venturum eſſe Chriſtum, quãdo deficeret, qui ex Iudæis imperaret: defecerat autem in diebus Herodis, qui infantes necauerat (primus ſiquidem hic Alienigena, Iudæis imperauit) ideò hunc eſſe ſuſpicabantur, qui venturus expectabatur. Et coniuncti propriam fecerant ſectam. Sic Euthymius. Philaſtrius quoque in libro de hæreſibus; Herodiani (inquit) ſunt ab Herode Iudæorum Rege, ſic appellati. Reſurrectionem confitentur: legem & prophetas accipiunt: Herodem autem regem Iudæorum percuſſum ab angelo, ipſum vt Chriſtum ſperantes expectant, &c. Ait Philaſtrius, hos Herodianos Meſſiam exiſtimaſſe, non Herodem primum, ſed Herodem Agrippam illum, de quo Act. 12. mentio fit. At verò Herodes Agrippa nondum hoc tempore rex erat. Non ergo Meſſias ab Herodianis creditus eſt, ſed Herodes primus Infanticida.

Herodes exiſtimatus Meſſias.

Herodiani ut dicũtur Herodis milites.

Secũda opinio eſt Hieronymi, Chryſoſt. Theophylacti, Euthymij, & aliorum, qui Herodianos arbitrantur appellari Herodis milites. Obijcitur, Herodem qui tunc viuebat Tetrarcham fuiſſe Galilææ, militeſque in Galilæa habuiſſe, non Ieroſolymis, vbi hi laquei Chriſto parabantur. Reſpõdetur, Herodem illis diebus, qui paſchati proximi erant, Ieroſolymis fuiſſe, militeſque aliquot Ieroſolymis habuiſſe. Addit Hieronymus tertiam opinionem ſcilicet, vocatos Herodianos, per illuſionem à Phariſæis eos, qui tributa Cæſari ſoluebant. *Mittunt*, inquit, *Phariſæi diſcipulos ſuos, cum Herodianis*, id eſt, militibus Herodis; ſeu quos illudẽtes Phariſæi, quia Romanis tributa ſoluebant, & Herodianos vocabant, & non diuino cultui deditos. Quarta opinio eſt illius Auctoris, qui Euſebij Emiſſeni nomine inſcribitur; Herodianos ait appellari Herodis miniſtros, qui tributa colligebant.

Quæ ſententia verior ſit.

Quartam hanc non probo; quia non eſt veriſimile, Phariſæos tributi ipſos exactores, adduxiſſe ſecum ad rogandum Chriſtum. Tertia ſimiliter non placet, quoniam Cæſariani, vel Romani potiùs, quàm Herodiani appellari debuerunt, quòd tributum Cæſari Romanorum Imperatori ſoluerent. Adde omnes Iudæos tributa ſoluiſſe Romanis. Ergo omnes fuere Herodiani iuxta hanc ſententiam. Secunda quoque nõ placet, quoniam ſi milites fuiſſent: milites pro more appellaſſet Euangeliſta, non Herodianos. Prima magis placet, quia ex Epiphanio conſtat, fuiſſe ſectam Herodianorum. Fuiſſe igitur videntur ex ſecta illorum hominum, qui Herodem primum, Meſſiam fuiſſe imperitè aſſeuerabant.

Fuerũt Herodis Aulici.

Veriſimilius tamen mihi eſt, Herodianos dici nobiles aliquot viros, ex domo Herodis. Erat Herodes illis diebus Hieroſolymis, vt conſtat, quia ad eum miſſus eſt Chriſtus à Pilato. Erant cum illo aulici; hi ſermone conſueto Herodiani vocantur, id eſt, ex domo, & aula Herodis, etſi milites nõ eſſent. Cõfirmatur hæc interpretatio ex Euãgelio Syriaco, quod pro *Herodianis* habet [illegible] *'am debeth hirodis*, id eſt, *cum ijs qui erant de domo Herodis*, vel, *cum domeſticis Herodis*. Hos comites diſcipulis ſuis Phariſæi adiunxerunt, vt ſuſpicionẽ ſimulationis effugerent, teſteſque dictorum haberent, & apud Herodem accuſatores Chriſti, ſi diceret non eſſe ſoluendum tributum Cæſari. Præter hæc ex verbis Domini Marci 8. colligitur, Herodem aliquam peculiarem habuiſſe ſectam. Cauete (ait Dominus) à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis, &c. id eſt,

Phari-

Phariſæorum improbam doctrinam A
fugite,& Herodis. Habuiſſe etiam vi-
detur Herodes ſuę doctrinæ,ſiue ſectę,
ſectatores, qui Herodiani dicebantur,
de quibus hoc loco fit mentio. Quæ
fuerit doctrina, vel ſecta non conſtat,
niſi fortè iſta fuit de qua in prima opi-
nione egimus. Meſſiã fortè ſe eſſe affir-
mabat Herodes,ſequebantur Herodia-
ni. Theophylactus putat adductos He-
rodianos, qui comprehenderent Chri-
ſtum; Hieronymus opinatur idem; qui
milites putat fuiſſe Herodianos. At ve B
rò Phariſæi nolebant Chriſtum terre-
re militibus; imò blanditijs volebant
eò illum adducere, vt reſponderet non
deberi Cæſari tributa; vt ex ſequenti-
bus verbis colligitur.

Magiſter ſcimus, quia verax es, &c.

Phariſæi quærunt an liceat tributũ ſoluere.

ADulatorijs verbis Chriſtum ag-
grediuntur, vt blãditijs, fictaque
laude demulceant, atque illaqueent.
Adulantur (ait Theophylactus) vt la-
ctatus dicat, Cæſari non deberi tribu-
tum, &c. Magiſtrum imprimis appel-
lant; veracem eſſe affirmant, qui id ſit
prolaturus, quod animo ſentit; viam
Dei docere dicunt in veritate, fideliter
ac verè, nulla falſitate admixta. Addũt.

Iudas Galilæi ſecta au ctor qs fuerit.

*Et non eſt tibi cura de aliquo: non enim re-
ſpicis perſonam hominum,* hoc eſt, neminẽ
curas, neminem metuis; liberè, quòd
ſentis effaris, perſonarũ acceptor nõ es
non reſpicis hominum perſonam, ſiue
faciem (vt habet Marcus) quod idem
eſt. Ille autem perſonam hominis, vel
faciem reſpicit; qui acceptor eſt per-
ſonarum, quique propter diuitias, ho-
norem, vel alias huiuſmodi qualitates,
quæ ad ſtatum cauſæ non pertinent, a
recto iudicio, & veritate deflectit.
Aiunt verò hi adulatores, Chriſtum
non reſpicere perſonam hominum;
propterea que rectè de tributi ſolutio-
ne iudicaturum: oportebat enim in
hac cauſa, perſonam Cæſaris non re-
ſpicere, ſed reſpicere Deum. Blanda
(inquit Hieron.) & fraudulenta inter-
rogatio, illuc prouocat reſpõdentem,
vt magis Deũ, quàm Cæſarem timeat,
& dicat, non debere tributa ſolui, &c.

Licet cenſum dare Cæſari an non? &c.

CAptioſam proponũt quæſtionem;
poſt adulationem tẽdunt laqueos.
Rogant, an liceat tributum Cæſari Ti-
berio ſoluere? Hyrcani, & Ariſtobuli
fratrum cauſa ad Põpeium delata eſt, *Iudæi à Romanis capti ſunt*
vt diximus tom. 1. lib. 5. in fine ca. 28.
oppugnauit Pompeius templum, & vi
cepit: Iudęos verò Romanis fecit ſtipe *& in ſeruitutem redacti.*
B diarios. Tunc primùm (ait Ioſephus
lib. 14 Antiquitatum, ca. 8.) libertatem
amiſimus, ſubiecti Romanorum Impe-
rio, &c. Poſteà Archelao in exilium
miſſo, vt eodem capite leges; Iudæa
cui imperabat, in Prouinciam redacta,
& Romanorum imperio, tributoque
magis ſubiecta eſt.
Iniquo animo hanc ſubiectionem tulit,
Iudas quidam Galilæus. Itaq; vt Ioſe- *Perſonarũ acceptio quæ ſit.*
phus teſtatur, lib. 18. Antiquitatum,
cap. 1. quartæ inter Iudæos ſectæ Au-
C ctor fuit. Quartæ, ait Ioſephus, ſtudiũ
ſapientiæ ſectantium viæ, primus Au-
ctor fuit Iudas Galilæus. Hi cætera cũ
Phariſæis conſentiunt, niſi quod con-
ſtantiſſimo libertatis amore flagrant,
credentes ſolum Deum, Dominum ha-
bẽdum, ac Principem. Facilius vel ex-
quiſitiſſima pœnarum genera laturi,
vna cum cognatis ſuis, ac cariſſimis,
quàm mortalem aliquem appellaturi
Dominum. Hæc Ioſephus. Aiebat hic,
cenſum Romanorum, nihil aliud eſſe,
D quàm manifeſtam ſeruitutis profeſſio-
nem, & Iudęos ad tuendam libertatem
adhortabatur. Lege eundem Ioſephum
eodem libro capite primo. De hoc Iu-
da mentio fit Actorum quinto: *Extitit,*
inquit Gamaliel, *Iudas Galilæus, in die-
bus profeſſionis, & auertit populum poſt ſe.
Et ipſe perijt, & omnes quotquot conſenſe-
runt ei, diſperſi ſunt, &c.* Itaque ſoluebãt
Iudæi Cæſari tributum.
An liceat ſoluere, quærunt phariſæi *Chriſto blandiũtur inſimulatores.*
homines videlicet ſcrupuloſi, cõſcien-
E tiæ conſulere volentes ſuæ. Erat enim
Iudæorum populus, Dei populus quã-
obrem fas non eſſe videbatur, Roma-
norum Imperatori Ethnico, tributum
pendere, ſeruitutemque profiteri. Deu
teronomij 23. Septuaginta interpretũ
verſio,

Digitized by Google

verſio, ſic habet: *Non erit τελεσφόρος de filiabus Iſrael.* Tertullianus libro de pudicitia cap. 9. ſic legit: *Non erit vectigal pendens ex filijs Iſrael.* Vnde colligi poteſt non licuiſſe Iſraelitis pendere tributa Cæſari. Sed in editione Septuaginta interpretum legitur, *ἀπὸ θυγατέρων*, id eſt, à filiabus, nō à filijs Iſrael.

Quid ſit tributa pēdēs de filijs Iſrael.

Eſt ſenſus; Non erit vectigal pendens ex filiabus Iſrael, videlicet, ex impudicitia, & lupanaribus. Eodē enim loco præcepit Deus; *Non erit meretrix à filiabus Iſrael, &c.* In verſione latina correcta ſeptuaginta interpretum, ſic legitur: *Non erit ferens teletas, de filiabus Iſrael, &c.* Sumpſit autem interpres latinus teletas, pro impudicis ſacris, quibus ſe fœminæ obſtringerent, myſteria quædam portantes. Vtitur hoc nomine Auguſt. lib. 10. de ciuit. cap. 9. Theodoretus in Deuteronomium, quæſtione 28. Teleſphoron eum dici vult, qui ſacris Ethnicorum induebatur. Denique hæc verba ex verſione ſeptuaginta, non probant, non licuiſſe Iudæis tributa ſoluere.

Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus.

Corda interrogātium adulatorum intuebatur Dominus; quid vellēt, quid machinarentur, nouerat, laqueos, quos tendebant, cernebat, quò ſpectaret captioſa quæſtio intelligebat. Ideò hypocritas illos vocat, qui laruam aſſumpſerunt iuſtitiæ, & beneuolentiæ; ſub larua autem, animum gererent maleuolum, vulpinum, fraude, & tentandi, atque irretiendi auiditate plenum. *Quid,* inquit, *me tentatis Hypocritæ?* Noui quo animo me interrogetis, capere me vultis in ſermone. Non proderunt laquei veſtri quidquam. Neque enim illaqueant laquei, qui à volucre cernuntur. *Oſtendite mihi* nummum, quo tributū ſoluitis Cæſari; ex illo quid fieri liceat docebo. Oſtenderunt illi denarium. Ambigitur, an dixerit Dominus: *oſtendite mihi numiſma cenſus;* an, *oſtendite mihi denarium?* Nam Matth. ait dixiſſe, *oſtendite mihi numiſma cenſus:* Marcus ait dixiſſe; *afferte mihi denarium, vt videam.* Lucas verò;

Phariſæi cur Hypocritæ nominentur.

Quid dixerit Chriſt⁹ an oſtendite numiſma vel denarium.

A *oſtendite mihi denarium.* Reſpondemus, Chriſtum vtrumque dixiſſe; *oſtendite mihi numiſma cenſus,* ſiue *tributi denarium.* Matthæus ſolùm meminit numiſmatis, & ſubintellexit denarium, reliqui duo Euangeliſtæ, denarium poſtulaſſe ſcripſerunt. Aliter reſponderi poteſt, Chriſtum dixiſſe; oſtendite mihi numiſma cenſus; vt Matthæus ſcribit. Quia vero numiſma, ſiue nummus tributi, denarius erat, alii Euangeliſtæ dixerunt, denarium poſtulaſſe, B qui nummus erat tributi.

Quæritur cur denarius dicatur nūmus tributi? Nūquid Iudæi denarium tantummodò Cæſari ſoluebant? Reſpōdeo, ſoluiſſe duos denarios viritim, quod probatur ex capite 17. Matthæi; *Cùm veniſſet Chriſtus in ciuitatē Capharnaum, acceſſerunt qui didracham accipiebant,* ad Petrum, & dixerunt ei; *magiſter veſter non ſoluit didrachma? ait: etiā, &c.* Petebāt illi à Domino duas drachmas ſiue duos denarios, id eſt, tributum C ſiue cenſum: Dominus autem pro ſe, & Petro ſtaterem in ore piſcis repertum, id eſt, quatuor drachmas ſiue quatuor denarios reddi iuſſit. Ergo pro ſingulis viris, duæ drachmæ vel duo denarii ſoluebantur. Dicitur autem hoc loco denarius, numiſma tributi; eo quod pars tributi erat, non vero totum tributum. Hoc idem tributum Iudæis ab Imperatore Veſpaſiano indictum, ait Ioſephus lib. 7. de Bello. cap. 26. Tributum, inquit, vbi- D cumque degerent, Iudęi indixit; binaſque drachmas ſingulis annis deferre in capitolium iuſſit. Ita vt templo Hieroſolymitano pendebant, &c. Quæritur præterea, an certa eſſet, & peculiaris moneta, quam Rom. cuderent, ad ſoluendum tributum? Fuiſſe enim certam monetam huic rei deſtinatam videntur probare Chriſti verba, *oſtendite* E *mihi numiſma,* ſiue monetam *cenſus.* Reſpondetur neganter. Numiſma enim cenſus denarius dicitur, quia duo denarii ſoluebantur. Neque vero mihi perſuadent fuiſſe certam tributi monetam verba Lampridii in vita Alexandri Imper. quæ à nonnullis proferuntur.

Cur denarius dicatur numiſma cenſus.

Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.

Poſtulauit Dominus numiſma tributi; oſtenſus illi eſt denarius, cui Cæſaris imago erat inſculpta,& nomē inſcriptum. Rogauit, cuiuſnam imago illa eſſet,& ſuperſcriptio; quam denarius præferebat. Reſponderunt, Cæſaris eſſe imaginem,& nomen. Intulit; *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Quomodo hæc concluſio inferatur, dubium eſt; Reſpondetur, illatam ex imagine, & inſcriptione nominis Cæſaris, hoc pacto, Denarius hic imaginem, & inſcriptionem Cæſaris habet, indicatque imago hæc, & inſcriptio in veſtra pecunia, vos Cæſari Imperatori eſſe ſubiectos. Si ergo ſubiecti eſtis Cæſari, reddite illi tributum. Deo etiam reddite, quod debetis. Vel aliter, imago, & ſuperſcriptio hæc, oſtendit pecuniam hanc eſſe Cæſaris. Reddite ergo Cæſari, quod Cæſaris eſt. Obijcies, imaginem, & inſcriptionem, non oſtendiſſe denarium eſſe Cæſaris: non enim à Cæſare poſſidebatur. Reſpondeo dici Cæſaris denarium, non quòd à Cæſare poſſideretur; ſed quod Cæſaris haberet nomen, & imaginem. Voluit enim Chriſtus ſignificare tributum Cæſari eſſe reddendum; & in hanc ſententiam eſt locutus. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari;* id eſt, reddite Cæſari denarios, qui Cæſaris ſunt, id eſt, qui eius nomen, & imaginem habent. *Et quæ ſunt Dei, reddite Deo.* Ipſa vos imago, ipſa inſcriptio, quid faciendum ſit docet; ipſa pecunia clamat Regi cenſum pendendum. Reſpondit itaque Dominus quæſtioni affirmanter, reddendam eſſe Cæſari tributum. *Et audientes inſidiatores,* vt Matthæus ait, *mirati ſunt, & relicto eo abierunt, &c.* Admirati ſunt reſpōſum, diſruptiſque laqueis, quos tetenderant, diſceſſerunt.

De reſponſione Domini.

Dicet quiſpiam hi tentatores videntur id, quod volebant eſſe conſecuti. Nam volebant (vt nonnulli aiunt,) Chriſtum reſpondere, non eſſe ſoluendum tributum; eaque reſponſione

A Cæſarem offendere; vel reſpondere eſſe ſoluendum; eoque dicto, populi gratiam amittere. At Chriſtus reſpondit, tributum eſſe ſoluendum. Ergo tentatores, quod volebant, conſecuti ſunt. Reſpondeo, tentatores maximè, imò ſolùm voluiſſe, Chriſtum reſpondere, non eſſe ſoluendum tributum Cæſari, vt, quod Lucas ait, *traderent eum principatui, & poteſtati præſidis;* id verò minimè ſunt aſſecuti. Ideoque admirati abierunt; Paucis tamen poſt diebus apud Pilatum, Lucæ 23. *cæperunt illum accuſare dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari.* Chriſtus dixerat; *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Illi dicunt; *inuenimus hunc prohibentem tributa dari Cæſari.*

B

Quæritur præter hæc; cur Chriſtus deberi dicat tributum Romanis; ſiquidem Iudæorum regnum non poſſidebant iure. Reſpondetur, Iudæos non rogaſſe; an deberent tributum Cæſari? ſed an liceret dari tributum Cæſari? Chriſtus igitur non reſpondit, deberi tributum Cæſari; ſed licere tributum dare Cæſari. Neque repugnare Deo hanc ſolutionem; poſſeque ſimul reddi Deo, quæ Dei ſunt. Ideo dixit. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari; & quæ ſunt Dei Deo:* quaſi diceret, poteſtis & Cæſari, & Deo facere ſatis. Licet tributum Cæſari pendere; quamuis iure regnum non poſſideat; vt conſeruetis pacem, & vexationem effugiatis: Quòd ſi populus Dei eſtis, reddite Deo, quæ ſunt Dei, tributa, decimas, ſacrificia, vota, Hieronymus Matthæi 22. Quod ait Chriſtus; *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari:* id eſt nummum, tributum, & pecuniam; *Et quæ ſunt Dei, Deo:* decimas, primitias, & oblationes, & victimas ſentiamus. Quomodo & ipſe reddidit tributa pro ſe, & Petro; & Deo reddidit quæ Dei ſunt, patris faciens voluntatem, &c.

Chriſtus nō reſpōdet tributū deberi Cæſari, ſed licere ſoluere.

C

D

E

CA-

CAPVT XIII.

De tributo Cæſari dando.

Morale.

Conſilium prauũ Phariſæorum.

AVditis Chriſti parabolis, quibus de Iudæis ſupplicium ſumendum prędixit, conſilium Phariſæi inierunt. Equidem de ratione deliberare debuerunt, qua tantum ſupplicium effugerent; ſed de modo deliberarunt, quo Dei ſapientiam in ſermone caperent, accuſarent, ſeque ipſos in ſupplicium prædictum præcipitarent. O conſilium abſque conſilio initum. Nunquam cum conſilio ineunt hi homines conſilium. De miraculis Chriſti, de doctrina, de vitæ innocentia, de ſcripturis, de Meſſiæ aduentu, minimè conſultant. An Meſſias ſit is, qui vitæ admiranda puritate præcellit; miracula ſtupẽda edit, cum Scripturis conſonat, nõ indagant. Quis ſit is, qui tot opera admirabilia patrat; patremque ſuum Deum appellat, non diſquirũt. Tenebris oppleto corde, quas inuidia, odiumq; offudit, de tendendis laqueis deliberant; vt aliquod eliciant reſponſum incauto, quod accuſatione dignũ eſſe videatur. O tenebras pluſquam Cimmerias. ò odium inuidiamq; tartaream. Tu hoſce inuidos tendere docuiſti laqueos ſummæ ſapientiæ; Tu huic concilio præfuiſti; tu inſanum conſilium dediſti. Vt in aridam materiam incidens ignis, totam comprehendit; ſic in arida Phariſæorum, & principum corda, tu incidens, illa incendio corripuiſti, quod nec vita, nec doctrina Chriſti ſanctiſſima, nec inauditis miraculis potuit extingui. O inuidi Phariſæi, nihil in vita, nihil in ſanctiſſimis moribus, nihil in doctrina, nihil in operibus ſtupendis eſt, quod in accuſationem iure vocetis; omnia non accuſationem, ſed ſummam efflagitant laudationem. Inuidia concitati, aliquod verbum extorquere blandiendo vultis;

Conſiliarij Phariſæorũ odiũ & inuidia.

A quod accuſetis. At vt eſt in Prouerbio. capite 1. *fruſtra iacitur rete ante oculos pẽnatorum, &c.* Non incidunt volucres in retia, quæ ante oculos extenſa cernunt; auolant. Inſidiamini, inſidias veſtras occultas eſſe creditis; laqueos veſtros tectos, & blandiloquẽtia opertos eſſe exiſtimatis. At verò ante oculos illius, quem vultis capere, retia iactatis; ante cõſpectũ inſidias molimini veſtri laquei patẽt, patent illi inſidiæ, patent animorum penetralia. Fruſtra

Inſidiæ Phariſæorũ contra Chriſtũ tela ſunt aranearũ.

B vt veſter ait Salomon, retia ante oculos regiæ aquilæ iactatis; fruſtra diuinam ſapiẽtiam irretire conamini. Leo de tribu Iuda, tendiculis non capitur. Dei verbum, non capitur in verbo. De Sanſone Iudicum decimo ſexto dicitur; *Rũpit vincula quaſi fila telarum, &c.* Ecce pluſquam Sanſon hic veſtros rũpet laqueos, quaſi fila telarum, imò aranearum.

In ſermone laqueos parauerũt Chriſto Phariſæi; ſermone illum capere voluerunt. Eſt ſermo laqueus; quo non

Sermo eſt laqueus quo facilè capimur.

C Chriſtus, ſed nos facile capimur; & illaqueamur. Vnde Prouerb. 29 Salomon; *Homo* (inquit) *qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius, &c.* Diuus Ambroſius libro primo de officijs capite quarto, Laqueus (inquit) eſt ſermo noſter; loquimur plerumque quod excipiat inimicus, & quaſi noſtro gladio nos vulneret, &c. Periurijs proximi infamia, ac detractione, contumelijs, im-

D pijs iurgiis, dolis, ad flagitia ſuaſionibus, alijſque huiuſmodi ſermonibus, veluti laqueis illaqueat nos hoſtis, & noſtris veluti pugionibus transfigit. Datus eſt nobis ſermo, vt animum explicemus; ſæpe autem euenit, vt ſermone veluti retibus, animũ implicemus, quem ad explicandum accepimus. Hinc illud eiuſdem Ambroſij epiſtola decima nona ad Conſtantium Epiſco-

E pum deſignatum. Sæpe, inquit, vnuſquiſque ſermonibus ſuis non explicatur; ſed inuoluitur, &c. Caueamus diligenter, ne ex ſermonibus faciamus laqueos, quibus nos Satanas capiat. Id autem facile præſtabimus; ſi linguę adhibeamus frenum. Idem Ambroſius libro primo Officiorum, capite

Sermonib. ſuis quiſq; nõ explicatur, ſed inuoluitur.

Frenū linguæ adhibendum.

tertio. Reſtringatur (ait) lingua habenæ vinculis: frænos habeat ſuos, quibus reuocari poſſit. Ad menſuram ſermones proferat, libra examinatos iuſtitiæ; vt ſit grauitas in ſenſu in ſermone pondus, atque in verbis modus, &c.

Prauorum atque imprudentium hominum eſt effrænatè loqui; nullo fræno linguam premere. Vt in cogitando leues ſunt; ita in loquendo præcipites; neque in ſenſu grauitatem, neque in ſermone pondus habent, & modum. Praui, (ait) Diuus Gregorius, Iob. quarto, initio capitis) ſicut in ſenſu leues ſunt; ita in locutione præcipites. Et reticere pertractando negligunt, quæ loquantur. Sed quod leuis conſcientia concipit; leuior protinus lingua prodit, &c. At prudentes viri, ac cordati, habenis linguam coercent, & in cogitando conſiderati, in dicendo ſunt maturi; in ſenſu grauitatem, in verbis pondus, & modum habent. Eodem loco Gregorius. Boni (inquit) viri; fræno conſilij retinent præcipitationem verbi; & cautè conſiderant, ne relaxantes linguæ laſciuiam, auditorum conſcientiam incauta locutione transfigant, &c. Docet verò ſanctiſſimus pater arcto linguam fræno cohibendam, ita vt ab otioſis etiam verbis coerceatur. Quia otioſa verba, ad alia pernicioſam viam muniunt. Iob capite vndecimo, ad illa verba *Ipſe nouit hominum vanitatem*. Dum (inquit) moderari lingua otioſa verba negligit, more inolitæ remiſſionis capta; audax ad noxia prorumpit. Si curare parua negligimus; inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus, &c.

Qui parua deſpicit labitur in maior.

Eccleſiaſtici vigeſimo octauo, *Aurum & argentum tuum alliga*; ſic legit Diuus Ambroſius libro primo officiorum capite tertio. Nomine autem auri, cor ſignificari ait; nomine argenti ſermonem noſtrum. Aurum (inquit) tuum, cor tuum eſt; argentum tuum eloquium tuum eſt, &c. Alligamus aurum, & argentum, marſupijs diligenter cuſtodimus; eundem in modum alligandus ſermo eſt, alliganda

A verba, ac ſeruanda. Argentum non temerè effundimus; ſed cum magna conſideratione expendimus; ſic verba non temerè ſunt effundenda, ſed magna cum conſideratione expendenda. Alliga ſermonem tuum (ait Ambroſius loco citato) ne luxuriet, ne laſciuiat; & multiloquio peccata ſibi colligat. Sit reſtrictior, & ripis ſuis coerceatur. Citò lutum colligit, amnis exundans, &cęt. Quemadmodum exundans fluuius, lutum B colligit; ſic exundans lingua, ſermone, colligit peccata: iuxta illud Prouerb. 10. *in multiloquio non deerit peccatum, &c.* Ideo adiungit Salomon; *Qui autem moderatur linguam ſuam, prudentiſſimus eſt*.

Multiloquiū fugiēdum.

Tunc autem maximè oportet labia moderari, ac cohibere, ne à Dæmone capiamur in ſermone cùm aduerſus nos labijs ſuis alij habena laxant; cùm conuiciis impetunt, cùm vexant, C atque affligunt. Audi Ambroſium libro primo officiorum capite quinto. Et ſi, (inquit) ſeruus conuicium dicat; iuſtus tacet. Etſi infirmus contumeliam faciat; iuſtus tacet. Etſi pauper criminetur; iuſtus non reſpondet, &c. O miram iuſti taciturnitatem. linguæque moderationem. Non reddit iuſtus par pati, mordentem non remordet; ſed tacendo atque cedendo, rixaſque fugiendo, ſuperat aduerſarium. Ambroſius eodem D loco; Hæc ſunt arma iuſti; vt cedendo vincat. Sicut periti iaculandi, cedentes ſolent vincere; & fugientes grauioribus ſequentem ictibus vulnerare. Sic Ambroſius. Sequitur te conuicijs cacodæmon; ſi cedas, fugiaſque, fugiendo Parthorum inſtar, graui ictu ſequentem vulnerabis. Si pro contumelijs, reddas contumelias, tuorum verborum, laqueis, te ipſum illaqueabis. Xenocratis illud E eſt, quod Valerius refert, libro ſeptimo. Dixiſſe me aliquando pœnituit; tacuiſſe nunquam, Plurimùm tace. Modicum loquere cum alijs, tecum loquere ſemper, de ſæculi vanitate, de ęterna gloria, ęternię; ſupplicii æternitate, aliiſq; ſimilibus Nihil proderit ęquè (ait Seneca epiſt. 16.) Quam quieſce-

Moderāda lingua maximè eſt cū conuiciis impetimur.

Loqui pœnituit tacere numquam.

quieſcere, & minimum cum alijs loqui: & plurimum ſecum.

Blandiloquẽtia Phariſæorũ fallax.

Laqueos ſuos hi Phariſæorum diſcipuli, fallaci adulatione operuerunt. *Magiſter* (inquiunt) *ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c.* Adulabantur, & illaqueare volebant in ſermone, mulcebant verbis Chriſtum, vt caperent, Romanorumque præſidi traderẽt. Dicitur ceruus paſtorali fiſtula, vel ſuaui modulantium concentu, ita demulceri, vt ſui immemor facili negotio capiatur. Vt ceruum, ſic hi aſſentatores Dominum blandiloquẽtia, velut fiſtula, demulcere voluerunt; vt in ſermone caperent. Pſal. 11. *Labia doloſa, in corde, & corde locuti ſunt, &c.* Labia doloſa, ac fraudulenta, fuere labia horum inſidiatorum; Hebraicè dicitur, שפת חלקות *ſchephath chalaKoth*, id eſt, *labium blanditiarum*. Labia erant fraudulenta, & labia blanditiarum, blandis ſe verbis ad capiendũ inſinuarũt *in corde, & corde*, id eſt, duplici corde locuti ſunt: duplex ferebãt cor, alterum interius latens doloſum, alterũ verbis oſtẽſum, quod rectum apparebat. *Miſerunt inſidiatores* (ait Lucas) *qui ſe iuſtos ſimularent, &c.* Simulabant cor iuſtum, & gerebãt cor impium. Dolus duplicat cor, (ait Auguſtinus, hom. 20. in lib. 50. homiliarũ) adulatio duplicat linguã, &c. Pſalm. 34. *Mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant, &c.* Item Pſal. 54. *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula, &c.* Oleo blandiores erãt ſermones, ſed erant iacula, eò enim tendebant, vt Chriſtum occiderent. D. Hieronymus vertit: *Nitidius butyro os eius, pugnat autem cor illius, molliores ſermones eius oleo, cùm ſint lancea, &c.* Hebraicè, חלקו מחמאת פיו וקרב לבי *chaleKu machamaath piu veKrab libbi*, quod ſic reddunt regia Bibl. *Lenierunt præ butyro os ſuum, & conflictus cor eius.* Mollia fuerunt verba eius præ oleo, & ipſa gladij ſtricti, &c. Erat os horum hypocritarum nitidius butyro, præ butyro os ſuum lenierunt. Cor autem bellum gerebat; mollior oleo erat ſermo, ſed erat gladius ſtrictus, vel lancea.

Phariſæi cor duplex ferebant.

Adulatores repulit Chriſtus.

Repulit Dominus blandiloquentes adulatores, oleo, butyroque molliora guttura reiecit, iuxta illud Pſalmi 140. *Oleum peccatoris nõ impinguet caput meũ.* *Quid me* (inquit) *tentatis hypocritæ? &c.* Non impinguabit oleum veſtrum caput meum. D. Auguſtinus epiſt. 120. ad Honor. Adulatores, inquit, laudẽ ſuã, tanquam oleum vendicant ſtultis, &c. Et D. Gregor. hom. 12. in Euangelia, impinguat caput oleum peccatoris, cùm demulcet mentem fauor adulãtis, &c. Adulatitiones hominum caput impinguant, hoc eſt, pingue reddunt, & obtuſum ad cognitionem ſui, pingui, & hebeti intellectu, perſuadent illa ſibi homines, quæ ab aſſentatoribus audiunt. Ideò Antiſthenes coruos alebãt, non tàm hominibus obeſſe, quàm adulatores. Corui ſiquidẽ corporis oculos eruunt, adulatores verò oculos animi effodiunt, ſcilicet intellectum, ac iudicium, quo de nobiſmet ipſis ferimus ſententiã. Deut. 16. *Munera excæcant oculos ſapientum, &c.* Eſt munus à manu, & munus ab ore. D. Gregor. Mor. lib. 12. in fine: Aliquando (ait) munus à manu; aliquando verò ab ore porrigitur. Nã qui nummum tribuit, munus ex manu dedit, qui autem verbum laudis impẽdit, munus ab ore protulit, &c. Excœcat oculos munus à manu, id eſt, pecunia, cæteraque huiuſmodi, excœcat etiam munus ab ore, hoc eſt, laus, adulatio, blanditiæ. Laudes veluti puluerem in oculos inijciunt aſſentatores, quò laudatis tenebras offundunt, ne ſe agnoſcant. Solares radij in oculos immiſſi, lucẽ dũ afferunt, eripiũt: ſic aſſentatorũ laudes fictæ, mente hominũ receptæ, dum falſum quẽdam ſplendorẽ inferunt, mentem, propriæque cognitionis fulgorem abripiunt. Hinc illud Marci Tullij. Officiorum lib. 1. Cauendum, inquit, ne aſſentatoribus patefaciamus aures eſt: ne adulari nos ſinamus, in quo falli facilè eſt. Tales enim nos eẽ putamus, vt iure laudemur, &c. Seneca epiſt. 60. Citò nobis placemus. Si inuenimus, qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui ſanctos, agnoſcimus. Non ſumus modica laude contenti, quidquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit tanquam debitum pendimus, optimos nos eſſe, & ſapientiſſimos affirmantibus, aſſentimur: cùm

Munus à manus, & munus ab ore, quid ſint.

Cauendum ab aſſentatoribus.

ſciamus illos ſæpè multa mentiri, &c. A Iſaiç 3. *Populo meus qui dicunt te beatum, ipſi te decipiunt, &c.*

Adulatione quũm et quõ decipiamur.

Adulando capere voluerunt Phariſæi Chriſtum in ſermone. Adulatione demulcemur, oblectamur, capimur. Seneca in præfat. lib. 4. quæſt. natur. Habent, inquit, hoc in ſe naturale blanditiæ, etiam cùm reijciuntur, placent: ſçpè excluſæ, nouiſſimè recipiuntur. Ne adulatoribus latus præbeas: artifices ſunt ad captandos ſuperiores: capieris, ſi proditioni ipſe te trades, &c. Prouerb. 1. *Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis, &c.* Adulationis verba dulce lac ſunt, quod propinant aſſentatores, ſi igitur nos lactauerint, ſi lac propinauerint peccatores, ne acquieſcamus eis: ne id nobis contingat, quod cõtigit duci Siſaræ, propinauit illi lac Iahel, poſt potum verò dormientem clauo in caput adacto, vita priuauit. Iudic. 4. *Poſuit ſuprà tempus capitis eius clauum, percuſſumque malleo, defixit in cerebrum, vſque ad terram, &c.* C Iaheli ſimilis eſt adulator, lac prebet adulationis, & veluti clauo quodã, adulatorijs verbis, in terra, hoc eſt, terrenis cupiditatibus, & peccatis, noſtram defigit mentem. Vnde illud D. Proſperi in lib. ſentent. Auguſt. ſent. 137. Adulantiũ linguæ alligant animas, in peccatis delectat .n ea facere, in quibus non ſolùm non metuitur reprehenſor; ſed ẽt laudator auditur, &c. Pſal. 9 *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, &c.* D A quibuſnam laudatur peccator, in cupiditatib ſuis, iniquus à quibuſnam benedicitur? Nempè ab aſſentatoribus ipſi ſimilibus, & dum laudatur in prauis deſiderijs, defigitur adulationis clauo. Oſeæ 7. *In malitia ſua lætificauerunt regem, & in mendacijs ſuis principes, &c.*

Adulator ſimilis eſt Iaheli.

Væ (ait Dominus Ezechielis 13.) *quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ* E *ætatis, ad capiendas animas, &c.* Aduerſus Pſeudoprophetiſſas loquitur Dominus, quæ vaticinijs mendacibus, ac fictis, populum mulcebant, & quieſcere hortabantur, fœlicia promittentes. Similes ijs ſunt adulatores, qui mendaci laude improbis hominibus blandiuntur, in flagitijs eos quieſcere, ſomnũq; dulcem capere ſuadẽt, veluti puluillos laudis ſub cubito, ſub capite ceruicalia, collocantes D. Greg. lib. 18. Moral. cap. 4. Ad hoc, inquit, puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur, quiſquis ergò malè agẽtibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quieſcat, &c. Eodem Ezechielis capite aduerſus falſos prophetas, ait Dominus: *Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto, abſque paleis, &c.* B Ædificabat parietẽ populus prophetæ mendaces proſpera prædicentes, ac blanda, veluti luto illum liniebant: id ipſum adulatores faciunt improbi, homines parietem, ſeu murum, inter ſe, & Deum, exçdificant, cùm ſcelera patrant; illi verò ſuis laudibus eum liniunt. Ædificare parietem (ait D. Gregor eodem loco) eſt contra ſe quempiam, obſtacula peccati conſtruere; ſed parietem liniunt, qui pec- C cata perpetrantib. adulantur. Vt quod illi, peruersè agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant, &c. Nummis falſis, ſimilia ſunt adulatorum ficta verba; quibus fauorem, beneuolentiam, & munera aliqua, emere conantur. Imaginem, & inſcriptionem veritatis, pecuniæ inſculpunt falſæ; veritatis eſt imago, ſed mendacij metallum.

Adulatores ſub cubitis ceruicalia ponunt.

Fugiamus igitur adulationem fallacem, D veritatem ſectemur, viamq; Dei in veritate doceamus, nullius hominis accipientes perſonam, nulli palpum obtrudentes. Hoc enim animi flagitat integritas, vt ijdẽ adulatores ſuis verbis oſtẽdũt: *Magiſter* (inquiunt) *ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum, &c.* Hominẽ oportet eſſe non mendacem, ſed veracem. Verba oris, ſigna ſunt conceptuũ E mentis, vt Philoſophi docent. Id ergo quod mente voluimus, non aliud, verbis ſignificemus. Peſſimi ſanè pictores ſunt mendaces. Cùm ſermo ſit cordis imago quædã, ipſi diuerſam admodum à corde imaginem, dum mentiuntur, effingunt. Quemadmodum ſi quis pictor imperitiſſimus, hominis imaginẽ iuſſus

Mendaces peſſimi sũt pictores.

Fugienda mendacia.

iuſſus pingere, ſerpentis pingeret imaginem, ſic mendax, cordis imaginem cùm effugere ſermone iubeatur, diſſimilem admodum effingit. Qualis fontis aqua eſt, talis eſt & riuus qui manat è fonte. Fons mens eſt, ſermo riuus ex mente fluens: qualis ergo mentis eſt cōceptus, talis ſermo ſit. Vt leges apud Pierium Valerianum li.34. per cor ita concinnatum, vt loro, catenulave ſuſpenſum à gutture, propenderet in pectus, probi hominis ſermo indicabatur. Vt qui ea ore proferret, quæ concepiſſet corde. Primum mendacium prolatum à ſerpente legimus. Gen.3. *Eritis ſicut Dij, &c.* Serpentis eſt mentiri, humi repentis, & in multas ſpiras ſeſe complicantis: humi repentes homines, fallaceſque in multas ſe mendaciorum ſpiras complicant, antiquum illum ſerpentem imitantur, illiuſq; filios pectore nutriunt, hoc eſt, mendacia. Mendaciorum enim patrem diabolum eſſe, ait Dominus, Ioan 8. *Mendax*(inquit) *eſt, & pater eius*: id eſt, pater mendacij. Pater mendacij diabolus, pater veritatis Deus, & veritas ipſe Deus. Ioan 19 *Ego ſum Via, Veritas, & Vita, &c.* Veritas eſt Chriſtus, qui Chriſti ſumus, veritatem conſectemur. Ad Epheſ.4. *Deponentes mendacium* (ait Paulus) *loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra, &c.* Vnum membrum non fallit alterum, ſed iuuat, ſic Chriſtianus Chriſtianum iuuet, non decipiat mendacijs. Si verò mendacia ab omnibus fugienda ſunt, maximè à magiſtris: *Magiſter* (inquiunt) *ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c.*

Serpētis eſt mentiri.

Veracem imprimis oportet eſſe magiſtrum. Omnis enim magiſter veritatem ſe docturum profitetur. Seductor eſt, qui docet falſitatem: huiuſmodi hæretici ſunt, qui ſe orbis magiſtros eſſe putant, non magiſtri, ſed ſeductores ſunt, qui à veritate plebeculam indoctam ſeducunt, & in naufragium miſerandū inducūt. Iuxta illud Paul. 1. ad Tim. 1. *Circa fidem naufragauerunt.* Naucleri ſunt imperitiſſimi, à via cęli, toto aberrantes cœlo, in Tartarū cymba Charontis imperitos homines vehunt, non ſunt magiſtri veraces, ſed vt

Magiſtrum ſiue doctorē oportet veracem eſſe.

Hæretici ſunt magiſtri mendaces.

A Hieronymus ait, veritatis corruptores. Hieronymus Iſaiæ 1. ad illa verba. *Caupones tui miſcent vino aquam.* Hæretici (ait) Euangelicam veritatem corrūpunt, praua intelligentia, ſunt caupones peſſimi, faciētes de vino aqua, &c. De vino (inquam) veritatis ardenti, frigidiſſimā, ac venenatā mendacij aquā faciunt: dum hæreſes docent & corrupto Scripturæ ſenſu, ſtabiliter conantur. D. Epiphanius hæreſi 31. contra Valentinos: Multos (inquit) decipiunt

B per malè compoſitam Dominicorum verborū adaptatorū ſapientiā. Quēadmodum ſiquis regię imaginis pulchrę, ex pretioſis lapidibus fabricatæ à ſapiente artifice, ſubiectam hominis formam auferat, & lapillos transferat, & accommodet, aut faciat formā canis, aut vulpeculæ. Deinde dicat, hanc eſſe regis imaginem, & per lapillorum apparētiam ſeducat imperitiores, &c. Ita hæretici ſolēt gemmis fulgentiſſimis, id eſt, Scripturæ teſtimonijs abuti, ex

Hæretici docent mēdacia.

C quibus pulcherrima veritatis imago efformata eſt. Gemmas eaſdem ad fabricandam turpiſſimam mendacij, & hæreſeos effigiem, adhibent mendaces magiſtri; non Dei viam in veritate, ſed viam dæmonis in falſitate docentes. At magiſtri veraces, viam Dei in veritate docent veritatem amant, perpetuoq; inquirunt ſtudioſi ita vt veritatis venatores iure poſſint appellari, iuxta illud Clement. Alex. lib. 1. Strom. Quēadmodum qui ſtudio tenetur venatio-

D nis, poſtq̄ quæſiuit, inueſtigauit, indagauit, canes qui curſu perſequerentur emiſit, feram capit. Ita etiam apparet verum dulcedine quæſitum, & labore partum, &c. Hæc eſt pulcherrima Helena magiſtrorū veracium. Iuxta illud Auguſtini epiſt. 9. ad Hieronymum: Incomparabiliter (ait) pulchrior eſt veritas Chriſtianorū, quàm Helena Gre-

E corū, &c. Pro ſua hac Helena magiſtri veraces aduerſus falſitatem, hæreſimque, quemadmodum aduerſus Troiam Græci, non annis ſolùm decem, ſed tota vita dimicant, viam Dei ſemper docentes in veritate: Paulo ſimiles, cuius hæc ſunt verba 2. Corinth. 13. *Non poſſumus aliquid, aduerſus veritatem, ſed pro veritate, &c.* Item illa 2 Cor. 4. *Non am-*

Pulchra veritas & qua pugnadū eſt vſque ad mortem.

bulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis, cõmendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam coram Deo, &c. Et ſimiles ipſi magiſtro veritatis, qui cum Pilato loquens Ioan. 18. *Ego*, inquit, *in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam, &c.*

Addunt inſidiatores aliud, quod magiſtro veritatis egregiè conuenit: *Non accipis perſonam hominum.* Verus enim, & humilis veritatis magiſter, perſonas hominum non accipit, ſed caritate Chriſti inflammatus viam Dei in veritate docet, omnes hortatur, omnes inflammatus inflãmat. Docet diuites, & pauperes, docet nobiles pariter, & ignobiles, nõ diuitias, aut nobilitatem, caducaque alia bona, ſed Dei imaginẽ præcipuè in hominibus cõtemplatur. Hanc illuſtrare, & diuinæ gratiæ colorib. nititur adornare. D. Hieronymus Matth. 11. ad illa verba: *Pauperes Euangelizantur.* Vel pauperes, inquit, ſpiritu, vel certè opibus pauperes. Vt nulla inter nobiles, & ignobiles, inter diuites, & egenos in prędicatione ſit diſtantia. Hæc magiſtri rigorem, hæc præceptoris cõprobant veritatem, quando omnis apud Deũ, qui ſaluari poteſt, æqualis eſt, &c. Et Auguſt. lib. 8. conf. cap. 4. Abſit vt in tabernaculo tuo, præ pauperibus accipiantur perſonæ diuitum, aut præ ignobilibus nobiles. Quando potiùs *infirma mundi elegiſti, vt confunderes fortia, & ignobilia, & contemptibilia, & ea quæ non ſunt, tãquam ea quæ ſunt, vt ea quæ ſunt, euacuares, &c.* Contra verò ſuperbi arrogantesque doctores, perſonas hominum intuentur, & accipiunt, internis carentes oculis, quibus internam Dei imaginem acutè, atque exactè perſpiciant, in externo quodã ſplẽdore, lumina defigunt. Superbia noſtra (ait Magnus Greg. hom. 28. in Euang.) neſcit penſare homines, propter homines, ſola quæ circumſtant hominibus penſat. Naturam non aſpicit, honorem Dei in hominibus non agnoſcit, &c. Item eodem loco: In hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti ſunt, ſed honores, & diuitias veneramur. Cùmque penſemus, quæ circa eos ſunt, negligimus penſare ipſos: et profectò quòd interiora minimè prouidemus. Dum ea conſideramus, quæ in corporibus deſpecta ſunt, negligimus penſare quod ſunt. Sic Gregor.

In docendo nõ ſit acceptio perſonarum.

1. Cor. 1.

Non negauerim tamẽ principes viros, nobiles, & diuites, ſingulari ſtudio eſſe docendos, hortandos, à vitijſq; ad virtutes aduocãdos: quod illorum virtus, atque exemplum, Reipublicę, & familiæ toti magnam afferat vtilitatem. Lege Auguſt. lib 8 Conf. c. 2. de conuerſione Victorini rhetoris, & Chriſtianorum gaudio, ex illa percepto, tum c. 4. Multis, inquit, noti, multis ſunt auctoritati ad ſalutem, & multis pręeunt ſecuturis Ideoq; multùm de illis, & qui eos præceſſerunt, lætantur, quia non de ſolis lætantur, &c. Item: Plus hoſtis vincitur in eo, quem plus tenet, & de quo plures tenet, plus autem ſuperbos tenet nomine nobilitatis, & de ijs plures nomine auctoritatis, &c.

Nobiles & diuites ſingulari ſtudio docendi ſunt.

Non eſt tibi cura de aliquo, aiunt Phariſæi, hoc eſt, nec accipis perſonam hominum, nec curas quemquam, aut metuis; ita vt metu præditus veritatem ſubticeas. Non igitur Cæſarem timebis, ſed abſque timore vllo, quod ſentis eſſe verum, proloqueris. Hæc duo veritatis obſtant prædicatori, perſonarum acceptio, & timor. Veritatis igitur magiſter, cõſtantia, ac fortitudine velut thorace armatum gerat pectus; vt cùm oportuerit, & Dei honor proximiq; ſalus poſtulauerit, non coram plebe ſolũ, verùm et coram regibus, mundique principibus, veritati exhibeat teſtimonium. Baptiſtam ſibi imitandum proponat, qui Herodẽ magno animo, celeberrimis illis verbis arguit. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui, &c.* Teſtimonium veritati debitum præſtitum, præmium martyrij torquẽ reportauit. Eundem in modum Elias, cõſtanti animo arguit Achab, Nathan, Dauidem, Azarias pontifex Oziam Regem, inclytuſque Ambroſius Theodoſium Imperatorem. Ierem. 4. *Dedi* (inquit Dominus) *te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum, ſuper omnem terram.* Iſa. 56. Vocantur quidã *canes muti, non valentes latrare, &c.* Obmuteſcunt hi canes, vel metu,

Doctoris cõſtantia.

metu,

Digitized by Google

metu, vel mellita offa, id eſt; præmio, vt Cerberus ille, qui triſauci latratu, regna Tartarea à poeta dicitur perſonare. De quo ille.

Cui vates horrere vidẽs iã colla colubris,
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam,
Obijcit, &c.

CAPVT XIIII.

Quæ regibus debeantur.

Morale.

Reddenda eſt Regi obedientia.

AD hæc, docet nos Euãgeliũ Cæſari, hoc eſt, Regi reddere, q̃ Regis ſunt. Reddenda autẽ Regi eſt obedientia, reddenda tributa. De obedientia D. Paulus ad Tit. 3. *Admone*, inquit, *illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, &c.* Et ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &c.* Et D. Petrus epiſt. 1. cap. 1. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquã ab eo miſſis, ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei, &c.* De tributis Paulus ad Rom. 13. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorẽ, &c.* Omnia hæc Regibus debentur tributum, timor, amor, honor. 1. Petri 2. *Regem honorificate*, ad Rom. 13. *Si malum feceris time poteſtatem, non enim ſine cauſa gladium portat, &c.* Adde orationem iuxta illud Baruch. 1. *Orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Baltaſar filij eius, vt ſint dies eorum, ſicut dies cæli ſuper terram, &c.*

Reddenda Regi q̃ Regis ſunt.

Præterea docet Chriſtus, Deo reddere quæ ſunt Dei. *Reddite*, ait, *quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo, &c.* Non enim repugnant debita Dei, debitis Regis; imò propter Deum, debita ſoluenda ſunt Regi. Quòd ſi Deo iuſſa aduerſentur Regis, illud reſpondendum eſt, qđ martyr inclytus reſpõdit. 2. Machab. 7. *Non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis, &c.* Et illud qđ Apoſtoli, Iudęorum principib. reſponderunt. Actio. 4. *Si iuſtum eſt, in conſpectu Dei, vos potiùs audire, quàm Deum, iudicate, &c.* Item illud Act. 5. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus, &c.* Chryſoſtomus Matth. 17. Tu cùm audis reddenda eſſe Cęſaris quæ ſua ſunt, illa ſolùm dici non dubita, quæ pietati, & religioni, nihil officiũt. Nam quod fidei, & virtuti obeſt, non Cæſaris, ſed Diaboli tributum, & vectigal eſt, &c. Auguſt. ſerm. 6. de verbis Domini: Si aliquid, inquit, iubeat proconſul, & aliud iubeat imperator, numquid dubitatur illo contẽpto huic eſſe ſeruiẽdum? Ergo ſi aliud iubeat imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? &c. Quis nõ iudicet, maiori poteſtati obedientiam eſſe præſtandam? Deo nulla poteſtas maior eſſe valet. Omnes igitur, omnium imperatorum, Regumque leges, Dei cedant legibus. Pro his ſeruandis mors ẽt ipſa oppetatur. Probantur iuſti, cùm Deo contraria iubent homines. Vnde illud Auguſtini lib. 3. cõtra Creſcent. cap. 51. Legibus malis probantur, boni, &c. Sic probati ſunt martyres boni, legibus tyrannorum malis. *Reddite* (inquit Dominus) *Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei Deo.* Reddite Deo ſupremo Domino, obedientiam ſupremam. Omnes mundi Reges Dei ſerui ſunt, quod ſeruus aduerſus Dominum imperat, faciendum non eſt, quod Dominus aduerſum ſeruũ iubet eſt pręſtãdum. Obediẽtiam debemus Regi, multò maiorem Deo, maior Cæſare Deus eſt. Minori Cęſari propterea obediẽdũ, quia maior iubet Deus, Dei obediẽtia omnem hominib. debitam obedientiã complectitur. Deo in homine obſequimur, iuxta illud Pauli ad Epheſ. 6. *Serui obedite dominis carnalib. ſicut Chriſto, &c.*

Hoĩum iuſſa Dei legibus contraria, nõ ſunt exequẽda.

Leges Regũ Dei legib. cedant.

Reddenda Cæſari, quæ ſunt Cęſaris, & Deo quæ ſunt Dei; non autem reddenda ſunt Cæſari, quæ ſunt Dei. Antiqui illi Romani Cæſaribus ſuis reddebant quod Dei erant, id eſt, diuinitatem: in Deos enim illos referebãt, Deoſque inani apotheoſi faciebant. Impiè quidem: Populus quoque Herodi Regi id quod Dei eſt reddidit, Act. 12. *Herodes veſtitus veſte regia ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos, populus autem acclamabat, Dei voces non hominis, &c.* Non tulit impunè Rex.

Nõ ſũt reddẽda Cæſari, quæ ſunt Dei.

Conſe-

Confeſtim, vt eodem legitur capite, *percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus a vermibus, expirauit*. Illi etiam, quæ ſunt Dei Regi ſuo reddunt; qui illum Eccleſiæ caput eſſe affirmant, in quos hoc maxime quadrat. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*. Reddite Regi veſtro illa tantum, quæ illius ſunt, nõ autem quæ ſummi ſunt Pontificis. Eſt Rex veſter regni ſui moderator, ad illum ciuiles ſpectant cauſæ, Eccleſiaſticæ alterius ſunt. Reddite Regi, quod Regis eſt, redite Põtifici ſummo, quod Pontificis eſt, quod omnes Chriſtiani ab initio Eccleſiæ, illi reddiderunt, qđ Chriſtus dedit. Nulli Regi, capitis Eccleſiæ dignitas congruit. Qui illam vſurparit, grauiores Herode pœnas luet, ſi non conſumptus vermibus, certè æternis inflammatus ignibus. Idem ſubibunt ſupplicium, qui Regi reddũt quod Regis non eſt. Qui verro reddũt Regi, quod Regis eſt, atq; idcirco, vel bonis, vel etiam vita priuantur, quòd id reddere nolunt, quod Pontificis eſt maximi ſempiternam coronam conſequentur. Nam, ut ſcribit Auguſtinus epiſt 50. Quando imperatores pro falſitate, contra veritatem, conſtituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perſeuerantes. Quicumque ergo legibus imperatorum, quæ contra veritatem Dei ferũtur obtemperare non vult, acquirit grande prę mium. Sic Auguſtinus. Item epiſt. 48. Terror, ait, poteſtatum temporaliũ, quando veritatem oppugnat, iuſtis fortibus glorioſa probatio eſt, &c. Viderunt noſtra hæc tempora, in multis iuſtis fortiſſimis hanc glorioſam probationem viderunt, & martirij admirabiles coronas.

Pontifici ſummo ea reddenda ſunt, quæ Deus iubet

Deo quam plurima debemus, & quæ illa ſint.

Iam vero Deo quã plurima debemus Circumſpiciamus noſmetipſos, quidquid in nobis eſt, Deo debemus. *Quid habes* (ait Paulus 1. Cor. 4) *quod non accepiſti? &c.* a quonam accepiſti? Sanè a Deo. Reddamus ergo Deo, quod Dei eſt, Dei ſumus, Deo nos reddamus. Auguſtinus tract. 40 in Ioannem: Reddite, inquit, Cæſari numos, Deo vos ipſos, &c. Nummos reddimus regibus; Deo etiam nummos reddimus, cũ nos

Homo nummus Dei.

A ipſos reddimus. Eſt enim homo nummus Dei. Quęrit Deus (ait Auguſtinus eodem loco) nummum ſuum, ſicut Cæſar ſuum, &c. Nummus Cæſaris eſt argentum, imaginem habens Cæſaris, iuxta illud: *Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? dicunt ei Cæſaris.* Nummus Dei homo eſt, immaginem habens Dei, iuxta illud Gen. 1. *Creauit Deus hominem, ad imaginem ſuam ad imaginem Dei creauit illum, &c.* Denarius erat nummus Chriſto oſtenſus, imaginem gerens Cæ-

B ſaris, homo etiam denarius eſt, imaginem continens Dei. Nam vt denarius numerus perfectus eſt, ſic homo a Deo conditus eſt perfectus. Reddamus ergo Deo ſuum nummum, ſuum denarium, reddamus nos illi totos, qui nos totos condidit. At vero plures aliæ cauſæ ſunt, cur nos totos debemus Deo, vt D. Bernard. docet in ſermone de quadruplici debito. Debemus in primis Deo nos totos, totamq; vitam noſtrã, quia

C nos condidit. Creator tuus eſt, (ait Bernardus) tu creatura, tu ſeruus, ille Dominus, ille figulus, tu figmentum, totũ ergo quod es, illi debes, a quo totum habes, &c. Deinde Debemus hunc nũmum Deo reddere, quia peccatis Deũ offendimus. Bernardus: Exigũt, inquit, a me præterita peccata mea, futuram vitam meam, vt faciam fructus dignos pœnitentia, &c. Tertio, quia ęterna gloria hoc denario emenda eſt. Credo (ait idem Pater ſanctiſſimus) quod ve-

D lis eſſe ſimilis Deo, & videre eum ſicuti eſt. Nonne ad hoc emendum, totum te, & quæcumque & vndecunque contrahere poteris, dare oportebit, &c. Præterea totos nos Deo debemus, quia pro vita noſtra, vitã profudit ſuam. Pro Chriſto (ait Bernardus) debes omnem vitam tuam, quia ipſe vitã ſuam, poſuit pro vita tua, & cruciatus ama-

E ros ſuſtinuit, ne tu perpetuos ſuſtineres, &c. Quam verò uitam; pro nobis profuderit Dominus, dicat idem Pater; Sicut, inquit, exaltantur cœli a terra, ſic exaltata eſt vita Chriſti, a vita noſtra, quæ tamen poſita eſt pro noſtra. Sicut nihil ad aliquid, nullam habet cõparationem, ita & vita noſtra nullam habet ad vitã illius proportionẽ, &c. Reddite ergo, ò homines, quę ſunt Dei Deo,

Reddamus nos totos Deo, quia totos nos illi debemus

Multis de cauſis nos Deo debemus.

Digitized by Google

A Deo, quæ inquam, ſunt Dei, tot ex cauſis. Si mille haberetis vitas, omnes illi deberetis, hac vnam, eamque breuiſſimam, cur non redditis? Cur hunc denarium Deo non ſoluitis, qui ſi cum debitis conferatur, minimi eſt ponderis, ac pretij? Vnde illud eiuſdem Patris: Cũ Deo, inquit, donauero, quidquid ſum, quidquid poſſum, nonne iſtud eſt, ſicut ſtella ad Solem, gutta ad fluuium, lapis ad montem, granum ad aceruum? Non habeo niſi minuta duo, imò minutiſſima, B corpus, & animam, vel potius vnũ minutum, voluntatem meam. Et non dabo illam ad uoluntatem illius, qui tantus, tantillum, tantis beneficijs præuenit, qui toto ſe, totum me comparauit. Sic D. Bernardus.

Quæ ſint illa quæ Deo damus, præ illis quæ ei debemus.

Reddamus Deo numerum ſuum denarium, & monetam ſuam, ſed ſplendeſcentem imagineque diuina prælucentem. Eſt in anima naturalis imago, quã illius natura poſtulat, quaque ſimilis Deo eſt per naturam. Eſt alia etiam C imago Dei, ſupernaturalis in anima iuſti viri, videlicet gratia, quæ naturalẽ imaginem decorat, atque illuſtrat imago naturalis non amittitur, alienis tamen peccatorum imaginibus deturpatur, atque obſcuratur, Anima (ait Bernardus ſerm. 82. Cantic.) natiuam formam nõ exuit, ſed induit peregrinam. Quæ ſuperuenit, obſcurare ingenitam potuit, ſed nõ exterminare, &c. Deturpatur naturalis imago peregrina imaD ginẽ mundi, quam ſuperinduunt homines, ita ut mappæ quædam mundi, appelari rectè poſſint, deturpatur imaginibus brutarum animantium, vt docet, Clemens Alexand. in oratione exhortat. Chryſoſtomus hom. 4. in Matthæ. & hom. 23. in Geneſ. Iracundus leoni, verſipellis, ac doloſus vulpi, libidinoſus porco, obtrectator cani, ſimilem ſe reddit. Quid plura? deturpatur ipſius cacodœmonis imagine, iuxta illud Domini Ioan. 6. *Ex vobis vnus diabolus eſt,* E *&c.* Videlicet per imaginẽ diaboli, ſceleriſque, turpiſſimam. Imago autẽ animæ ſupernaturalis id eſt, gratia, non deturpatur manens, ſed per ſcelus quodvis amittitur mortiferum. Quotieſcũque is qui iuſtus eſt, mortifero ſcelere contaminat, naturalem imaginẽ

In anima imago eſt Dei duplex naturalis, & ſuper naturalis.

Homo Dæmonis induit imaginẽ. Imago ſupernaturalis nõ deturpatur, ſed amittitur.

obſcurat flagitio, atq; inquinat, ſupernaturalem perdit. Virum iuſtum vocat Diuus Ignatius monetam veram, imagine ſplendentem Dei, id eſt, fide, caritate, & gratia, virum impium monetam adulterinam imagine ſignatam Dæmonis, quæ Dei pellit ex anima imaginẽ. Epiſt. 6. ad Magneſianos: Duos (inquit) characteres dico in hominibus inueniri, unum quidem veræ monetæ ſignaculum, alterum vero adulterinæ. Pius enim homo, & religioſus, vera moneta eſt, quæ a Deo formata, vel expreſſa eſt. Impius vero, & irreligioſus, falſa moneta eſt, adulterina, praua, quæ a diabolo facta eſt. Infideles imaginem habent principis nequitiæ, fideles formam habent Dei Patris, & Chriſti filij eius. Hæc D. Ignatius. Deus monetas veras, id eſt, iuſtos, gratiæ ſignaculo ſignat, atque illuſtrat In cęlo autem moneta hæc probata habetur, recipiturq; ab omnibus cœli ciuibus. At Cacodæmon, monetas: adulterinas, id eſt, impios, ſceleris charactere defœdat, ideo quẽ dicitur a D. Ignatio has monetas, facere, metallum, id eſt, naturam minimè facit, ſed monetam cudit, & turpiſſimis ſignat imaginib. Adulterina, falſaque hæc moneta ex cœlo repellitur, a cœli ciuibus minimè recipitur. *Cuius eſt imago hæc?* Rogat Dominus. *Dicunt ei Cæſaris*, vel Dęmonis. Reſpõdit: Redite ergo Dæmoni imaginem ſuam. Imaginem igitur Dei, id eſt, gratiam toto conatu inquiramus, pœnitenti animo recipiamus perpetuoq; ſeruemus. Dæmonis imaginem, ſcelerumque omnium, tota pectoris vi repellamus; ne illi a Domino tradamur, ſi eius geramus ſimilitudinem. Ambroſius lib. 1. de Officiis, cap. 49. Deponis, inquit, imaginem æterni imperatoris, & erigis in te imaginem mortis. Eijce mãgis de ciuitate animæ tuę imaginem Diaboli, & attolle imaginem Chriſti, &c. Atolle & ſerua ne ſimilis ſis ſpeculo, quod imaginem recipit, ſed mox amittit, huiuſmodi vitrei quidam ſunt homines, qui facilè, & franguntur, & gratiæ quam recipiunt imaginem perdunt. Narrat Ioſephus lib. 2. de Bello, cap. 8. Iudæos ceruices obtuliſſe, militum ictibus: mortemque ſubire

Diabolus moneta nõ cudit, ſed turpiſſimis ſignat imagi.

Imago Dei ſollicitè ſeruanda eſt.

ſubire voluiſſe potius, quam Cæſaris imagines ſuſcipere. Illi ne magines ſuſciperent Cæſaris, ſeipſos morti ob-

A tulerunt, nos ne imagines ſuſcipiamus dæmonis, omnia pericula mortemque ipſam, libenti animo perferamus.

CAPVT XV.

De quæſtione propoſita à Sadducæis.

MATTHAEVS CAPITE XXII. Verſ. 23.

IN illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe
24 reſurrectionem, & interrogauerunt eum,* dicentes: Magi-
ſter, Moyſes dixit, ſi quis mortuus fuerit, non habens filiū,
vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri
25 ſuo. * Erant autem apud nos ſeptem fratres, & primus, vxo
re ducta, defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit vxorē
26 ſuam fratri ſuo. * Similiter ſecundus, & tertius, vſque ad
27 ſeptimum.* Nouiſſimè autem omnium, & mulier defuncta eſt. * In reſurre-
28 ctione ergo, cuius erit de ſeptem vxor? Omnes enim habuerunt eam. * Re-
29 ſpondens autem Ieſus ait illis. Erratis neſcientes Scripturas, neque virtutē
30 Dei. * In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut
31 Angeli Dei in cęlo.* De reſurrectione autem mortuorum, non legiſtis, quod
32 dictum eſt a Deo dicente vobis. * Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac,
33 & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.* Et audientes tur
bæ, mirabantur in doctrina eius.

MARCVS CAPITE XII. 18.

ET venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe, & in-
terrogabant eum dicentes.* Magiſter. Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius
19 frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat
20 frater eius vxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.* Septem ergo fratres
21 erant, & primus accepit vxorem, & mortuus eſt, non relicto ſemine. * Et ſe-
cundus accepit eam, & mortuus eſt. Nec iſte reliquit ſemen. Et tertius ſi-
22 militer.* Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem, & non reliquerunt ſemen. No-
23 uiſſima omnium defuncta eſt, & mulier. * In reſurrectione ergo, cum reſur-
24 rexerint, cuius de his erit vxor? Septem enim habuerunt eam vxorem. * Et
reſpondens Ieſus, ait illis: Nonne ideo erratis, non ſcientes Scripturas, neque
25 virtutem Dei? *Cum enim a mortuis reſurrexerint, neque nubent, neque nu
26 bentur: ſed ſunt ſicut Angeli in cœlis. * De mortuis autem, quod reſurgant,
non legiſtis in libro Moyſi, ſuper rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquiēs:
27 Ego ſum Deus Abraham & Deus Iſaac, & Deus Iacob? * Non eſt Deus mor
tuorum, ſed viuorum. Vos ergo multum erratis.

LVCAS CAPITE XX. 27.

ACceſſerunt autem quidam Sadducæorum, qui negant eſſe reſurrectio
28 nem, & interrogauerunt eum, * dicentes: Magiſter, Moyſes ſcripſit no-
bis

bis: ſi frater alicuius mortuus fuerit, habens vxorem, & hic ſine liberis fue-
29 rit, ut accipiat eam frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. * Septem
30 ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus eſt, ſine filijs. * Et ſe
31 quens accepit illam, & ipſe mortuus eſt ſine filio. * Et tertius accepit illam. Si
32 militer & omnes ſeptem, & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt. * Nouiſ-
33 ſimè omnium, mortua eſt & mulier. * In reſurrectione ergo, cuius eorum
34 erit vxor? Siquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. * Et ait illis Ieſus;
35 Filij huius ſæculi nubent, & traduntur ad nuptias, * illi vero qui digni ha-
bebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque du-
36 cent vxores. * Neque enim vltra mori poterunt; æquales enim Angelis ſunt,
37 & filij ſunt Dei: cum ſint filij reſurrectionis. * Quia vero reſurgant mortui,
& Moyſes oſtendit, ſecus rubum ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, &
38 Deum Iſaac, & Deum Iacob. * Deus autem non eſt mortuorum, ſed uiuorũ;
omnes enim viuunt ei.

In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi.

De tributo Cæſari reddendo, quæſtionem Chriſto Phariſæi propoſuerunt. ut in ſermone illum caperẽt ſed irrito conatu repulſi ſunt. Acceſſerunt Sadducæi poſt illos, eadem mente, vt diuinum Verbum verbo illaquerent. De fœmina a ſeptem viris ducta, quæſtionem excitarunt, ſed vt eſt, in Pſal. 2. *Meditati ſunt inania*. In illo die (ait Matthæus) acceſſerunt ad eum Sadducæi. In illo, inquam, eodem die; quo acceſſerunt Phariſæi. Eſt probabilior hæc interpretatio, quam altera, ſcilicet; *in illo die*: id eſt, quodam die, vel, in illo tempore.

Sadducæi eadem mẽte qua Phariſæi Chriſtum interrogant.

Magiſter Moyſes dixit.

Sadducæi reſurrectionem non eſſe affirmabant, vt teſtantur Euangeliſtæ. Hi ut hæreſim ſuam confirmarent, hãc Chriſto propoſuerunt quæſtionem. Septem apud nos fratres erant. Primus vxorem duxit, & abſque liberis è uita diſceſſit, duxit eandem ſecundus frater, iuxta legem Moſis ſemen ſuſcitaret fratri. Hic ut primus nulla ſuſcepta prole, vitam cum morte commutauit: quamobrem eandem tertius accepit, & alij ſimiliter, nulluſque liberos procreauit: omnes vero mortem obierunt, poſt omnes ipſa fœmina. Si concedis mortuorum fore reſurrectionem, tam fœmina, quam ſeptem hi fratres reſurgent. Rogamus igitur, cuius

Sadduceorũ hæreſis, non eſſe futurã reſurrectionem.

A nam horum ſeptem fratrum, futura ſit vxor, cũ reſurrexerint? Non erit vxor vnius tantum, quoniam æqualis eſt in omnibus ratio. Erit ergo vxor omnium. Itaque ſequitur ex reſurrectione mortuorum, abſurdiſſima, iurique naturæ contraria hæc concluſio. Vna fœmina, erit ſimul vxor ſeptem virorum. Cum igitur hæc concluſio, non ſit concedenda, planè neganda eſt mortuorum reſurrectio, ex qua illa infertur. Hic fuit Sadducæorum Achilles.

Sadducæorũ argumẽtum futile.

B Lex Moyſis cuius meminerunt, extat Deut. 25. *Quando*, inquit, *habitauerint fratres ſimul, & unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri. ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemem fratris ſui, &c.* Fieri potuit, ut ſeptem aliqui fratres, hac obſtricti lege, vnam, eandemque duxerint vxorẽ. Potuerunt etiam Sadducæi, id quod nũquam contigerat, exempli cauſa, comminiſci, & hypotheſi vti. De hac lege egimus tom. 1.

C

Erratis neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei.

Vna hac reſponſione indicat Dominus errorum, hæreſumque fontem. Ex Scripturarum enim, potentiæque diuinæ ignoratione, emanãt, Hinc noſtri temporis exortæ ſunt hæreſes, vt de antiquis temporibus ſileã. Hinc illud D. Auguſtini, tract. 18. in Ioannem Non ſunt natæ hæreſes, & quædam dogmata peruerſitatis, illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia,

Hæreſum fons Scripturarum, & diuinæ potẽtiæ ignorantia.

tantia, niſi dum Scripturæ bonæ, intelliguntur non benè, & quod in eis non benè intelligitur, etiam temere, & audacter aſſeritur, &c. Noſtri temporis hæreticis hæc verba veriſſimè congruunt, *Erratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei*, ideſt, potentiam Dei. Abſurdiſſimas hæreſes ſuas, ex Scripturis confirmant, Sripturarum ſcientiam iactant. At nihil minus, quam Scripturarum ſcientiam habent; quę diuino ſpiritu indiget, quo illi maximè carent. Potentiam Dei non nouerunt, ideoque realem, veramq; Chriſti in Euchariſtia præſentiam negant. Stupenda eſt Dei potentia, quæ in hoc auguſtiſſimo Sacramento ſplendeſcit, perſtringit hæreticorum oculos ſplendor tantus, argumentatiunculis neſcio quibus futilibus ducti, ab Eccleſię veritate, tot ſæculorum conſenſu probata, atque approbata, homines heri nati diſcedunt. Conſidera quæſo qua nam ratione ducti Sadducæi, reſurre-ctionem negabant, quam friuola, nulliuſque ponderis. Similes hæretici ſunt. Miror ſanè homines rationis participes, tam friuolis argumentis ductos, de rebus iudicare, atque ſtatuere, ex quibus æternæ animæ ſalus, aut æternum pendet ſupplicium. Heu quò non mortalia pectora ducit, libertatis amor falſæ: ſed ad Sadducæos reuertamur.

Hæretici potentiā Dei ignorant.

Errabant Sadducæi, & reſurrectionem fore inficiabãtur, quia Scripturas, & Dei potentiam ignorabant. Ignorabant Scripturas, tum quia libros Moſis dumtaxat recipiebant, tum quia illorum myſteria non intelligebant. Ignorabant Dei virtutem, ſiue potentiam; quia reſurrectionem, quæ diuina potentia facienda eſt, negabant Diuus Hieronymus Dei virtutem, ſiue potentiam, quam ignorabant, interpretatur Chriſtum; Quia, inquit, Scripturas ignorant, conſequenter neſciũt virtutem Dei, hoc eſt, Chriſtum, qui eſt Dei virtus, & Dei ſapientia, &c. Dubitatur, an ignorauerint Deum poſſe mortuos in vitam reuocare, mortuorumque generalem reſurectionem efficere? Ignoraſſe probant hęc Domini verba; *Erratis neſcientes virtutem Dei*, ideſt, potentiam Dei, ad reſurrectionem ſcilicet efficiendam. Non ignoraſſe ſuadetur, quia Saducei ſciebant ex libro Geneſis, Deum orbem condidiſſe: ergo ſciebant maximam habere potentiam, qua etiam poſſet mortuorum efficere reſurrectionem. Maius enim eſt orbem condere; quam mortuis vitam largiri. Reſpondendum videtur, Sadducæos cognouiſſe, Deum poſſe mortuos omnes vitæ reſtituere, neque negaſſe potentiam, ſed potentiæ huius actum, & effectũ, Poteſt quidem (aiebant illi) Deus mortuos in vitam reuocare, ſed non faciet, hãc potentiam in effectum non exeret. Sequitur enim vnam vxorem, poſt reſurrectionem, multos habituram viros, qđ naturæ ipſi aduerſatur. Verba vero Chriſti, de actu & effectu potentiæ Dei ſunt intelligenda, hoc ſenſu: Erratis neſcientes uirtutem, ſiue potentiã Dei, quam Deus exercebit in excitandis hominibus a morte. Vel, erratis neſcientes effectum potentiæ Dei maximæ. Erratis neſcientes mortuos, per Dei potentiam in actum productam, re ſurrecturos. Vel, erratis neſcientes, hoc eſt, non animaduertentes Dei potentiam, quæ efficere poteſt; & efficiet alium viuendi modũ, poſt reſurrectionem quam vos ignoratis. Theophylactus: Si virtutem, inquit, Dei ſciretis: cognoſceretis vtique Deo omnia eſſe poſſibilia, & poſſe facere, ut homines viuant ſicut Angeli, &c. Aliter reſponderi poteſt; Sadducæos putaſſe Deum mortuorum reſurrectionem efficere non poſſe, maiuſque eſſe hominem a mortuis excitare, & idem reproducere corpus, atq; animam eandem, quam orbem condere. Credebant enim illi, & corpus hominis, & animam morte omnino aboleri.

Sadducæi Scripturas ignorabant

Sadducæi non ignorabant maximam Dei potentiam. An Sadducæi potentiã Dei ignorantint ad efficiendam reſurrectionē.

In reſurrectione, neque nubent, neque nubentur.

QValis ſit futurus poſt reſurrectionem hominum ſtatus, docet Dominus, & reſpondet Sadducæorum interrogationi. Viri carnales, carnalem tantum viuendi modum animo verſabant, ſpiritalis in mentem minimè veniebat.

niebat. Ideoque arbitrabantur poſt reſurrectionem concedenda connubia, ſi reſurrectio concederetur.. At Dominus, erratis (inquit) Scripturas ignoratis, & Dei potentiã nõ animaduertitis, quæ hominum quendam ſpiritalem ſtatum poſt, reſurrectionem efficiet. Quæritis cuiuſnam ex ſeptem fratribus, fœmina illa ſit futura vxor, poſt reſurrectionem. Reſpondeo: Nullius erit vxor. Nam in fœliciſſimo illo ſtatu, neq; vxores erunt, ut cogitatis, neque mariti, neque nuptiæ, neq; hominum generatio Quemadmodum Angeli abſque connubijs, in cœlo vitam ducunt beatiſſimã, ſic homines beati poſt reſurrectionem, vitam in cœlo viuẽt, abſque nuptijs fœliciſſi ma. Apud Matthæum, Græcè legitur, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, eſt autem verbum γαμέω fœminis, virisque commune, vt conſtat ex epiſt. 1. ad Corinthios, c 7. Significatque nubere, quod eſt fœminæ, vel vxorem ducere, quod eſt viri. De viro ait Paulus γαμήσας de fœmina γαμήσασα. Verbum verò ἐκγαμίζω ſignificat matrimonio coniungere aliquem virum, vel fœminam, quod parentum eſt, qui filios, vel filias coniugibus tradunt. 1. Cor. 7. *Qui matrimonio iungit virginẽ ſuam.* Græcè, ἐκγαμίζων, ideſt, *matrimonio iungens*, Matth. 24. γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, vertit interpres *nubentes, & nuptui tradentes*; hoc loco uertit, *neque nubent, neque nubentur*. Quamuis autem verbum, nubere, propriè fœminis conueniat, hic de viris etiam dicitur: exemplum citat Nonius de viro nubente ex Pomponio: *Meus frater nupſit vetulæ &c.* Iuuen. Sat. 2. *Nubit amicus*. Senſus eſt in, ſtatu illo fœliciſſimo reſurrectionis, *neque nubent uiri*, aut fœminæ, id eſt, matrimonia nulla contrahent, *neque nubentur*, hoc eſt, non coniungentur matrimonio a parentibus, vel alijs quibus curæ erunt. D Hieronymus interpretatur ſic. Nos, inquit, ſimpliciter dictum intelligamus, quod nubere de viris, nubi de vxorib ſcriptum ſit, &c Eſt illius ſenſus, neq; nubent viri, neq; nubentur fœminæ vxores. Denique ſignificat Dominus his verbis, nuptias, nuptiarumque opus, nullum habiturum locum in homini-

In cælo non erũt nuptiæ

Verbi γαμέω ſignificatio.

In futuro ſtatu nullæ nuptiæ erũt

A B C D E

bus, poſt reſurrectionem. D. Hieronymus, ex hoc loco probat, ſexus diſtinctionem, in uiris fœminiſque poſt reſurrectionem permanſuram. Si in reſurrectione, inquit, non nubent, neque nubentur reſurgent ergo corpora, quę poſſunt nubere, & nubi. Nemo quippe dicit de lapide, & arbore, & his rebus, quæ non habent membra genitalia, quod non nubant, neque nubantur, ſed de ijs, qui cum poſſint nubere, tamen alia ratione non nubunt, &c. Lege. D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. cap. 27.

Diſtinctio ſexus in reſurrectione eſt.

Apud D. Lucam ſic Dominus loquitur: *Illi qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis neque nubent, neque ducent vxores.* οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται. *Neque enim ultra mori poterunt. Aequales enim Angelis ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis, &c.* Illi, inquit) qui digni fuerint fœliciſſimo illo in ſæculo reſurgere, glorioſa reſurrectione, nulla coniugia celebrabunt Reddit rationem, cur coniugia non ſint celebraturi, videlicet, quia poſt reſurrectionẽ homines immortales erũt; *neque enim*, inquit, *ultra mori poterunt*. Si verò mori non poterunt, non erit opus coniugijs, ad perpetuandos in cœlo homines. Nam in terris propterea neceſſaria ſunt, quia homines moriuntur, & per eos qui ex matrimonio naſcuntur, humanum genus perpetuatur. In hoc ſæculo (ait Auctor imperfecti hom. 42.) ideo vxores ducimus, vt quod moriendo minuitur: naſcendo ſuppleatur, tolle naſcendi vtilitatẽ, & nubendi cauſa ſoluta eſt, &c. Addit Dominus ſimilitudinem; *Aequales enim Angelis ſunt*: ideſt, erunt; Græcè uno vocabulo compoſito dicuntur ἰσάγγελοι. *Erunt*, inquit, *iſangeli*. Erunt ſimiles, & æquales Angelis, quod attinet ad nuptias. Quemadmodum inter Angelos, non ſunt nuptiæ, ſic nec erunt inter homines iſangelos. Præterea erunt æquales Angelis, quoniam erunt immortales, & inter ipſos Angelos collocabũtur Erunt etiam Filij Dei, iam donati hereditate paterna, cũ ſint filij reſurrectionis, ideſt, cum fuerint a mortuis excitati reſurrectione glorioſa. Filius enim reſurrectionis

Cauſa nuptiarum eſt mors hominum.

Poſt reſurrectionem homines erunt Iſangeli & quid hoc ſit.

nis

nis gloriæ dicitur,more Hebræo, homo glorioſa reſurrectione reſurgens, vel,homo habens,& poſſidens, reſurrectionem glorioſam.

Rogabit aliquis num fœmina illa, & uiri ſint in cælo? Quòd enim ſint, ꝓbatur, quia Dominus de reſurrectione Sanctorum verba facit. *Non nubent* (inquit) *neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo*. Et apud Lucam: *Aequales Angelis ſunt, & filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis, &c.* Vnde intelligi vult, nec fœminam poſt reſurrectionem,habituram virum aliquem,ex ſeptem fratribus, nec aliquem, ex ſeptem fratrib. habiturum vxorem. Reſpondemus,Sadduceos locutos ex hypotheſi.vt diximus. Quòd ſi vera fuit hiſtoria,potuerunt tã viri quam vxor æternam ſalutem conſequi,atque ideo Dominus, de glorioſa reſurrectione verba fecit. Forſitan vel omnes, vel aliqui ex illis Tartareis torquebantur flammis. Nihilominus, quia id ignotum Sadducæis erat, de reſurrectione Sanctorum locutus eſt: Nam quòd ad coniugia attinet,par eſt in damnatis reſurgentibus ratio. Neque enim nubent, neque nubentur. Comes eſt immortalitatis caſtitas; immortalem ſequitur. Immortales enim caſtitatem æternam ſeruant. Mortalitatis vero eſt corruptio, atque generatio.In hoc mortalitatis ſtatu, neceſſaria ſunt aliquorum coniugia. Quia moriuntur homines, alij ſunt generandi qui in locum ſufficiantur mortuorum, ſed carnales hæ generationes, in reſurrectione deſinent,carnaleſq; voluptates. Cũ reſurgent homines omnino morietur venus.Neq; in cœlo locum vllum habebit,neq; in Orco.Etenim neq; in cęlo,neq; in Orco carnalis veneris delectatio erit.In ſempiternum carebunt homines bruta hac,&infima carnis voluptate. Cur nunc exiguo huius vitę ſpatio,magno cum animæ emolumento,illa carere nolunt? *In reſurrectione* (ait Dominus) *neque nubent, neque nubẽtur,ſed erũt ſicut Angeli Dei in cælo*,beati homines. In Tartaro quoque neque nubent.neque nubentur, neque veneris delectatione vlla tangẽtur, immortalia damnatorum corpora.

In Tartaro non ſuntnuptia.

Caſtitas comes eſt immortalitatis.

Tum apud inferos quã in cælo nulla futura ſunt carnales voluptates.

A Immortalitatis ille ſtatus beatorũ, immortales alias, multoque maiores, & præſtantiores habet voluptates,pecudum voluptates non recipit. Erunt beati,ſicut Angeli Dei in cœlo,ab omnibus animi perturbationibus,& cupiditatibus liberi, B. Thom. Matth. 22. Vita,inquit,illa erit refulgentium intellectu. Erunt ſimiles Angelis, quia immunes erunt a paſſionibus,&c. Itẽ: Qui habent animum eleuatum a paſſionib. ſimiles ſunt Angelis. Paſſiones B autem, quæ magis faciunt homines beſtiales,ſunt paſſiones venereorũ, &c. Immortalitatis ſtatum caſti imitantur homines.Beatos imitantur illi, qui in terris caſtitatem ſeruant, omnique libidinis ſenſui nuncium remittũt. Poſt reſurrectionem, corpus habebunt beati,reſurgent fœminę, reſurgent viri, ſexum non mutabunt, ſed caſtiſſimam vitam ducent,inſtar Angelorum Eundem in modum qui hic a peccato reſurgunt, poſt reſurrectionem a pecca- C to, etſi corpus habeant,caſtiſſimam debent vitam agere, iuxta ſtatum ſuum. Si coniugio iuncti ſunt,coniugalẽ ſeruent caſtimoniam,ſi religioſi ſunt, religioſam,votoque ſacratam, ſimiliter & alij.Reſurgunt religioſi viri a peccatis,voluptatibuſque mundanis,in cęnobia veluti cęleſtes quaſdam domos recipiuntur. In hac reſurrectione,neque nubent, neq; nubentur, ſed erũt D ſicut Angeli Dei in cęlo. Perpetuam enim caſtitatem,religioſus flagitat ſtatus, Angelicamque vitam. Angeli abſque vlla carnis contagione viuunt; ſed mirum non eſt, ſiquidem carne carent At homines carne conſtantes, ita vitam agere, ac ſi Angeli eſſent carne carentes,hoc verò eſt admirandũ.Poſt reſurrectionem beati homines caſtitatem ſeruabunt ſempiternam, ſed corpora habebunt ſpiritalia. Iuxta illud E Pauli:1.Cor.15.*Seminatur corpus animale,ſurget corpus ſpiritale*, hoc eſt, ſurget corpus quidẽ carne cõſtãs,ſed quæ ſpirituũ Angelicorum inſtar, neq; cibos appetat,neque libidinis ſenſu tãgatur. At verò religioſi viri, corpora habẽt animalia, animantibus ſimilia brutis, quæ & cibis egẽt,& carnalibus ſtimulis,agitãtur.Mirũ ergo non eſt ſi beati

Caſtitas.

Quiſq; debet iuxta ſuum ſtatũ caſtitatem ſeruare.

poſt

Status continentia religioſus eſt mirabilis.

poſt reſurrectionem, corporum caſtitatem ſeruent. A Mirum ſanè eſt, quòd caſti viri, poſt reſurrectionem ſpiritus a peccato, caſtam totam vitam ducant. Hoc opus dexteræ Dei eſt, opem hominibus ferentis. Quamobrem D Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, cap. 12. rectè virginum appellat greges, Saluatoris auxilio coopertos, diuino enim clypeo, aduerſus hoſtium tela, cooperti pugnant.

Non placet hæreticis vita hæc, non placent monachi, & cœlibes religioſi. B Errant miſeri homines neſcientes Scripturas, & virtutem ſiue potentiã Dei. Scripturæ caſtam Cęlibemque vitam maximè probant, quas non intelligũt. Agitur vita hæc virtute potentiaque Dei quam neſciunt.

Caſtitatis religioſa cõtra hæreticos defenſio

Hanc Apoſtoli hãc innumerabiles monachi, hanc infiniti propemodum viri, fœmineque virgines, in Eccleſia Dei, Dei potentia opem ferente egerunt, hodieque agũt C agentque ad iudicij vſque diem. *Hi ſunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.* Matth. 19. de quibus Tertullianus lib. de cultu fęminarum, cap. 9. Spadonatui, inquit, ſe aſſignãt propter regnum Dei, tam fortem, & utiq; permiſſam voluptatem (ſcilicet coniugij) ſponte ponentes, &c. Et D. Epiphanius hæreſi 58. Quinam, inquit, hi fuerint: Eunuchi, q̃ generoſi Apoſtoli ac monaſticam vitã degẽtes, & deinceps, virgines? D Ioannes quidem, & Iacobus, qui manſerunt in virginitate, neq; nuptias cõtraxerunt, ſed proprio corde, decertarunt, & mirabiliter gloriam coronæ huius certaminis abſtulerunt. Poſt ipſos verò quot milia in mũdo, ſolitariam vitam degentes, & a monaſterijs, & a virgineis conuentib. huius certaminis, gloriã abſtulerunt? &c.

Caſtitas Apoſtolorum & aliorum

Hæc eſt Angelorũ familia illa Chriſti noua, quam in terra inſtituit, ut ſcribit D. Hieronymus. Epiſt. 22. ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitatis, cap. 9. Statim, E inquit, vt Filius Dei ingreſſus eſt ſup terram, nouam ſibi familiam inſtituit. Vt qui ab Angelis adorabatur in cęlo, haberet Angelos in terris, &c. Aug. lib. de ſancta Virginitate, cap 13. Virginalis, ait integritas Angelica portio eſt, & in carne corruptibili, incorruptionis perpetuæ meditatio, &c. Hæ ſunt gemmæ, quibus Eccleſiæ monile fulget, D. Hieron. ait, lib. 1. cont. Iouin. Virginib. (inquit) & continentibus, quaſi gemmis pulcherrimis Eccleſiæ monile decoratur, &c. Hi ſunt Chriſti martyres, ac teſtes, qui teſtimonium eximium exhibent, pro illius amore fortem voluptatem (vt Tertullian appellat) ſuperãtes. Iuxta ilud D. Ambroſij Pſal. 118 lit. 20 verſu 5. Tentatus es ſpũ fornicationis, ſed veritus Chriſti iudicium venturum, temerãdam mentis, & corporis caſtitatem non putaſti, martyres Chriſti, & quod amplius eſt, non ſermonis tantummodo, ſed etiam operis teſtimonium præbuiſti, &c.

Virgines ſunt martyres.

Hi ſunt agri opimi, qui ſemẽ Dei ſuſceperunt, vberemq; fructum protulerunt. In Reſp. 6. D Cæciliæ, dicitur ab Eccleſia Chriſtus ſeminator caſti cõſilij, hoc ſemen præclariſſimum caſti conſilij, Virgines, Cõtinenteſq; excipiunt corde, fructumq; producunt inclytũ. Chriſtus ſeminator eſt caſti conſilij, dæmon ſeminator conſilij libidinoſi, Heu plurimos inuenit agros, qui ſpurciſſimum excipiant ſemen, ferantque fructus fętidiſſimos. Heu quam plurimi initiantur Beelphegor, iuxta Illud Pſal. 105. *Intiati ſunt Beelphegor.* videlicet idolo libidinis, Vnde illud D. Hieronymi lib. 1. aduerſus Iouinianum, cap. 12 Contẽnimus phegor, & omnem ignominiam eius, ſcientes, quod qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, &c. Quid autem ſiguificat phegor Hieronymus eodem loco his verbis docet: Phegor, inquit, interpretatur ignominia, ꝓpriè quippe פעור *pehhor* vel phegor lingua Hebræa *priapus* appellatur, &c.

Phegor q̃d ſignificet.

Deniq; caſti hoſtiæ, & victimæ Deo ſunt gratiſſimæ Virginitas (ait Hieronymus Pſalm 95. holocauſtum Chriſti eſt uniuerſa caſtitas, ſiue in virginitate, ſiue in viduitate, ſiue incontinentia, hoſtia Chriſti eſt, &c. Hi ſunt Chriſti cæleſtes milites. Iuxta illud Ambroſij li. 1. de Virginib Hæc (inquit) eſt militia, illa cœleſtis, quam laudantium exercitus, Angelorum promittebat in terris. Lucæ 2. &c. De his militib. lege Chriſoſtom. hom. 71 Matth. Vide, ait, ſpirituales illos exercitus. In prælio

Sunt Chriſti milites.

quotidie ſunt;cum quotidie aduerſarios ſuos inſidiãtes nobis cupiditates mirabili victoria fundant,&c.Hi ſicut Angeli ſunt Dei in cœlo.Eſt enim Angelorum vita,vita eorum qui caſtitatem perfectè ſeruant, vt latè oſtendit Auctor imperfecti,hom. 42. in Matth. Quare,inquit,cũ Chriſtus de ieiunijs, aut eleemoſynis,cæteriſque virtutib. ſpiritualibus locutus fuiſſet, numquã Angelorum ſimilitudinem introduxit, niſi cum dicit, *Neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli in cælo?* Quoniam ſicut omnes actus carnales opera ſunt animalium; præcipuè tñ actus libidinis opus eſt animalium. Sic & omnes quidem virtutes ſpiritales res ſunt Angelicæ,præcipuè tamen caſtitas Angelica res eſt Per hoc enim ſingulariter homines Angelis aſſimilantur, & vincitur natura virtutibus. Ideò dicit Chriſtus: *Neque nubent,neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Deo in cælo.* Sicut.n. quando hoc agimus,quod animalia habent nobiſcum commune,animalia eſſe nos profitemur,ſic quando illud agimus,quod eſt extra naturam carnalem naturam carnis egredimur,& Angelis coæquamur,&c.D.Ambroſius lib.1.de Virginibus Reſurrectionis,inquit,præmium iam tenetis.In reſurrectione, *neque nubent,neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli in cælo.* Quod nobis promittitur vobis præſto eſt, uotorumque noſtrorum vſus apud vos eſt. De hoc mundo eſtis, & non eſtis in hoc mundo ſæculum vos habere potuit, tenere non potuit,&c.

Caſti Angeli.

Omnis ponderatio (ait Eccleſiaſticus, c.26.de fœmina cõiugio copulata verba faciens) *non eſt digna continentis anima,&c.*Si omnis ponderatio,non eſt digna vxoris continentis,quid de cœlibatu,quid de virginitate dicendũ erit? Superat cœlibatus omnem ponderationem,multo ponderoſior eſt nuptijs multò præcellentior. *Qui matrimonio iungit virginem ſuam* (inquit Paulus 1. Corinth.7.) *bene facit, & qui non iungit melius facit, &c.* Melius facit qui virginem ſuam matrimonio non iungit,nẽpe quia multò melior,præcellentiorq; eſt virginitas, quam matrimonium. Item de vidua. *Cui vult*,inquit, *nubat,*

Continẽtia nulli æquari poteſt virtuti.

A *beatior autem erit,ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium, &c.*Beatior eſt vidua ſi a coniugio abſtineat, cur? Quia cælibatus beatior, & præſtantior, eſt coniugio. Cõſilium hoc Pauli eſt;Chriſti eſt. Quemadmodum Paulus cùm de cælibatu conſilium dat: ſpiritum Dei habẽt. *Puto* (inquit) *quòd & ego ſpiritum Dei habeam.* Sic qui Virginitatem, ac cælibatum tollunt, ſpiritum habet dæmonis. Non cernunt fulgentiſſimæ gemmæ ſplendorem immundi oculi. B Eccleſiæ Dei propria eſt, pretioſa fulgensque Margarita virginitatis, & cælibatus propter Deum, tam corpore,quam mente cuſtodiri. Vnde illud D.Athanaſij, in Apologia ad imperatorem Conſtantinum: Nuſquam alibi (inquit) ſanctum illud, & cæleſte æternæ virginitatis mandatum, feliciter adimpletur,niſi dũtaxat apud nos Chriſtianos, &c. Et Ambroſius libro de viduis,illi,inquit, qui Deorum ſuorum adulteria, & probra venerantur C cælibatus, & viduitatis ſtatuere pœnas,vt æmuli criminum,mulctarẽt ſtudia virtutum,&c.Auguſtinus li.de ſancta virginit.cap. 12 Non eſt hæc proles carnis,& ſanguinis,Si virginũ quæritur mater, Eccleſia eſt.Non parit virgines ſacras,niſi virgo ſacra, virgo illa,quæ deſpõſata eſt vni viro,caſta exhiberi Chriſto.Ex illa non tota corpore,ſed tota virgine ſpiritu, naſcuntur ſacræ virgines,& corporæ;& ſpũ,&c. D Eſt autem adeò fulgens gemma uirginitas,teſte Athanaſio,vt veræ religionis ſit magnum argumentũ.In eo (ait Athanaſius loco citato)magnum documentum eſt planè, apud nos eſſe verã religionẽ,&c.Etenim ucra religio uirginitatem,cœlibatumque ſuadet,complectitur,extollit,hęreſis, ac perfidia, diſſuadet,abijcit,deprimit.Timent mũdi amici,ne mundus pereat, gignentiũ penuria.Sic enim arguũt,ſi omnes cõtinentiam ſeruent,peribit mundus.Ne E timeant,hactenus non perijt,experiẽtia docet non periturum.Non deerunt mundo gignentes, etſi plurimi cęlibatum amplectantur. Quamuis multi nobiles uiri ſint, non deſunt propterea fabri,non deſunt agricolæ, eundẽ in modum,quamuis multi uirgine ſint

Cælibatus præſtantior eſt cõiugio.

Eccleſia parit Virgines

Non eſt timẽdum ne omnes virgines fiãt.

multi

Digitized by Google

multi cælibes, non deerunt coniugati. D. Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum cap. 21. Noli, inquit, metuere ne omnes virgines fiant; difficilis res eſt virginitas; & ideo rata, quia difficilis, &c. Et Auguſtinus lib. de bono coniugal. cap. 10. Noui, inquit, quoſdam, qui murmurant. Quid ſi, inquiunt, omnes velint, ab omni concubitu abſtinere, vnde ſubſiſtet genus humanũ? Vtinam omnes hoc vellent, duntaxat in Caritate, de corde puro, & conſcientia bona, & fide nõ ficta. Multò citius Dei ciuitas compleretur, vt accelereretur terminus ſæculi. Quid enim aliud hortari apparet Apoſtolum 1. Cor. 7. vbi ait: *Vellem omnes eſſe ſicut me ipſum? &c.* Vtinam (ait Auguſtinus verus caſtitatis amator) omnes virgines, & cælibes eſſe vellent; citius mundi nequitia terminaretur, citiuſque cælum ſuis ciuibus compleretur. Paulus quoque, *volo omnes homines eſſe ſicut me ipſum*; id eſt, cælibes & virgines. Neque verò mundi timet ruinam. Lege eundẽ Auguſtinũ, libro de Bono viduitatis capite 23.

CAPVT XVI.

De Quæſtione à Sadducæis propoſita.

Non eſt Deus mortuorũ, ſed viuorum.

Fæmina hæc nullius fratrũ vxor erit

FEcit ſatis Dñs propoſitæ à Sadducæis qõni. Quæſierũt cuiuſnam ex ſeptẽ fratribus, vxor futura eſſet fœmina, poſt reſurrectionẽ. Reſpondit illos errare; neſcientes Scripturas, & potentiã Dei, qua fiet, vt poſt reſurrectionẽ nulla ſint cõiugia; ſed angelica quædã vita ſit; vnde efficitur, vt illa fœmina nullius ex ſeptem fratribus futura ſit vxor. Siquidẽ nullę poſt reſurrectionẽ erunt vxores, nulli mariti. Addit huic reſponſioni cõfutatiõnẽ erroris Sadducæorũ. Negabãt illi reſurrectionẽ, negabãt animæ immortalitatẽ, & ſpiritũ, vt docet Lucas Act. 23. *Sadducæi* (inquit) *dicũt non eſſe reſurrectionẽ, neque angelũ, neque ſpiritũ, &c.* Probat Dominus ex Scriptura, & animam eſſe immortalẽ, & fore reſurrectionem. Quia verò

Cur ſolius Moſis teſtimonio Chriſtus ſit vſus.

A quinque tantum libros Moſis recipiebant, ex Moſe ducit Dominus teſtimonium, nimirum ex libro Exodi cap. 3. Quãobrẽ D. Hieronymus Mat. 22. Ad cõprobandã (ait) reſurrectionis veritatẽ, multò alijs manifeſtioribus exemplis vti potuit; è quibus eſt illud Iſai. 26. *Suſcitabũtur mortui. & reſurgẽt, qui in ſepulchris ſunt.* Et Dan. 12. *Multi dormientiũ de terra puluere conſurgent.* Sadducæi quinq; tantũ libros Moſis recipiebãt, prophetarũ vaticinia reſpuẽtes. Stul-

B tũ ergo erat inde proferre teſtimonia, cuius auctoritatem non ſequebantur: hæc ille.

Probat Dominus mortuos reſurrecturos.

Apparuit Angelus Exod. 3. perſonã gerẽs Dei Moyſi in rubo, & dixit; *Ego ſum Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob, &c.* Ex his verbis admirabiliter argumẽtatur Chrs, & reſurrectionẽ confirmat. *De reſurrectione* (inquit) *mortuorũ non legiſtis quod dictũ eſt à Deo dicẽte vobis, Ego ſum Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Nõ eſt* Deus *mortuorum, ſed*

C *viuorũ, &c.* Addit D. Lucas: *Oẽs. n. viuunt ei, &c.* Cũ ſolo Moſe loquebatur Deus, vel Angelus, Dei perſonã, & nomẽ gerens; qua de re egimus tom. 1. libro 1. Apud Marcum ſic Dñs ait: *Nõ legiſtis in libro Moyſi ſuper rubum, quomodo dixerit illi Deus, &c.* Apud Matthæum verò ſic loquitur; *Non legiſtis quod dictũ eſt à Deo dicente vobis, &c.* Moſi ſoli dixit Deus, & per illum dixit Iſraelitis, in libro Exodi; ideo dicitur dixiſſe Moyſi, &

D Iudæis. Argumẽtatio verò Chriſti huiuſmodi eſt: Deus nõ eſt mortuorũ, ſed viuorũ. At qui dicitur Deus Abraham Deus Iſaac, Deus Iacob; ergo Abrahã, Iſaac, & Iacob viui ſunt, ſimiliterque alij omnes ei viuunt. Nõ ſunt viui corpore, ergo animo. Viuunt ergo animi hominum, & immortales ſunt. Quod ſi animi viuunt, neq; cum corpore extinguuntur, erit reſurrectio. Propterea. n.

Probat Chriſtus animi immortalitatem.

E vos reſurrectionem negatis; quia animos mori ſimul cum corpore putatis. Non moriuntur, ſed viuunt animi, vt verba Dei probant; ergo reſumẽt iterũ corpora, eritq; reſurrectio mortuorum. Neque. n. animi per æternitatem nudi erunt; ſed corporibus ſuis in reſurrectione conueſtientur. Propoſitio illa: *Non eſt Deus omnino mortuorũ, ſed viuorum;*

Quō Deus nō ſit mortuorum ſed viuorum Deus.

Probatur. Quia nemo dicitur Dominus rei, quæ omnino perijt, quęque nullibi exiſtit; ergo Deus nó dicitur Deus, & Dominus hominũ omninó mortuorum; tàm ſecũdum corpus, quam ſecundum animã. Non poterat fieri, (ait Hieronymus) vt eorum eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterét, &c. Præterea Deus dicitur Deus Abrahã, Iſaac, & Iacob, propter cultum; ergo colunt Deum, neque mortui ſunt omnino. D. Thomas: Deus (inquit) dicitur aliquorum, in colendo eum; iſti ergo colunt eum. Sed colere Deum non eſt mortuorũ, ſed viuentiũ, ergo Abrahã, Iſaac, & Iacob viuunt. Sed non ſecundum corpus, ergo ſecũdum animã, &c.

B

Aduerte ex animorum immortalitalitate rectè colligi reſurrectionẽ. Itaque Phariſæi, qui animos immortales eſſe credebant, reſurrectionem fatebãtur. Sadducæi verò qui animos mortales eſſe impiè putabant; reſurrectionẽ negabant. Eundem in modum Chriſtus

C

hoc loco, ex animorum immortalitatè reſurrectionem infert. Probat Abrahã, Iſaac, & Iacob viuere; hoc eſt, illorũ animas. Vnde infert reſurrecturos; Ad æternitatem animarum probandã (ait Hieronymus) Chriſtus de Moſe exemplum ponit. Vt cum probauerit animas permanere poſt mortem; conſequenter introduceretur & reſurrectio corporum, quæ cum animabus bona malave geſſerunt, &c. Eſt enim anima, vera corporis forma: & hominis

D

pars altera. Quamobrem ad Dei prouidentiã attinet, non ſinere animam abſque corpore in ſempiternum viuere; ſed illam cum corpore iterum per reſurrectionem copulare. Præterea corpora (vt Hieronymus ait,) cum animabus bona, malàve geſſerunt; ergo excitabuntur, & cum animabus coniungẽtur: vt vel propter bona præmio, vel propter mala, ſupplicio afficiantur.

Ex animarum immortalitate infertur reſurrectio.

Similiter Paulus 1. Cor. 15. *Quid*, inquit, *mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur, &c.* Obijci poteſt Apoſtolo; Etiã ſi mortui non reſurgant; multum opera bona proderunt. Animi enim ſunt immortales, & bonorum operum meritis perfruentur. Soluitur obiectio ex eo,

Ex reſurrectione rectè colligitur animæ immortalitas

A

quod ex animarum immortalitate, reſurrectionis affirmatio colligitur: & ex negatione reſurrectionis, colligitur animarum mortalitas. Senſus. n. eſt: Quid mihi prodeſt, ſi non reſurrectio? Nam ſi reſurrectio non eſt, neque eſt animæ immortalitas. Si reſurrectio non eſt, nihil penitus homo eſt. Etenim quemadmodum ex affirmatione immortalitatis animæ, infertur affirmatio reſurrectionis: ita ex negatione immortalitatis animæ infertur negatio reſurrectionis; & ex negatione

B

reſurrectionis colligitur negatio immortalitatis animæ. Huc ſpectat illud 2. Machabæorum 12. *Niſi eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret Iudas; ſuperfluũ videretur, et vanum orare pro mortuis, &c.* Opponet aliquis, etiam ſi non eſſent reſurrecturi homines; vtile eſſet pro animabus, quæ purgatorio igne expiãtur orare. Reſpondebitur ex dictis, reſurrectionem cum immortalitate animarum eſſe coniunctam. Vanum

Cur vanũ eſſet orare pro mortuis ſi mortui nõ reſurgerẽt.

C

igitur eſſet, & ſuperfluum orare pro mortuis; ſi non eſſent reſurrecturi. Quia animæ illorum, ſimul cum corporibus eſſent mortuæ. Sed præclarè fecit Iudas, cum iuſſit ſacrificia fieri, & orare pro mortuis: quorũ animæ immortales cum corporibus iterum erant per reſurrectionem copulandæ.

D. Thom. 4. ſent. diſtinct. 43. quæſt. 1. ad 2. ait Abraham, Iſaac, & Iacob dici viuentes, propterea quod reſurrecturi eſſent, in hanc ſententiam; dici-

D

tur *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Iacob;* ergo viuentes ſunt. Siquidem Deus nó eſt mortuorum, ſed viuorum. Viuentes (inquam) ſunt ipſi Deo, qui à mortuis eos eſt excitaturus. Anima Abraham (inquit D. Thomas) non eſt propriè loquẽdo ipſe Abrahã; ſed eſt pars eius, ſicque de alijs. Vnde vita animæ Abraham non ſufficeret ad hoc, quod Abraham ſit viuens, vel quod Deus Abraham ſit Deus viuentis, ſed exigitur vita totius cõiũcti, ſcilicet animæ, & corporis. Quæ quidem vita quamuis non eſſet actu, quando verba proponebantur, erat tamen, in ordine vtriuſq; partis, ad reſurrectionẽ. Hæc D. Thom. ſed Matt. 22. in noſtra eſt ſentẽtia. Abraham, inquit, Iſaac, & Iacob

viuunt

viuunt ſecundũ animam. Etſi anima remanet: ergo erit reſurrectio, quia naturaliter anima inclinatur ad corpus, &c. Viuos autem appellat Dominus ſecundum animam Abraham Iſaac, & Iacob. Neque verò opus eſt, vt modò dicantur viuere ſancti in cœlo, totius cõiuncti vita; ſatis eſt vita animæ.

Viui ſunt Abrahã & alij ſecũdũ animam.

Ex hoc Euangelio habemus, primò animã eſſe immortalẽ; ſiquidẽ non eſt Deus mortuorũ, ſed viuorũ. Secundò homines oẽs Deo viuere. *Et omnis* (ait Dñs apud Lucã) *Viuunt Deo*, ſaltẽ ſecũdũ animam. Tertiò futurã eſſe mortuorum reſurrectionẽ. Quartò rectè colligi ex animarum immortalitate, reſurrectionem. Quintò in reſurrectione nullas fore nuptias; *neque nubent, neque nubentur*. Sextò fore ſexus diſtinctionem in viris, & fœminis. Septimò angelos eſſe, & eſſe in cœlo; neque inter eos vllas eſſe nuptias, ſed eſſe incorporeos ſpiritus; id enim ſignificat Dominus. Octauò, fore beatos angelis ſimiles in cœlo; *erunt ſicut angeli Dei in cælo*. Quod infertur (ait Diuus Hieronymus) ſunt ſicut angeli Dei in cœlo; ſpiritualis repromittitur cõuerſatio, &c. Et in epitaphio Paulæ: Non ſubſtantiam (ait) nobis Angelorum; ſed cõuerſationem, & beatitudinem Dñs repromittit. &c. Peregrina hic eſt anima, nõ dominatur perfectè membris dum peregrinatur; at in patria perfectè dominabitur. Nã (vt ait Auctor imperfecti homil. 42.) Vnaquæque res in ſua patria fortior eſt, & dominatur, &c. *Caro, & ſanguis* (ait Paulus 1. Cor. 15.) *regnũ Dei poſſidere non poſſunt, &c.* Caro quidẽ, & ſanguis. i. carne, & ſanguine cõſtans homo, regnum poſſidebit Dei; verum non effrænata caro, non cupiditatibus obnoxia, non rebellis, ſed ſpiritui perfectè obtemperans.

Animã eſſe immortalẽ Chriſtus oſtendit.

Caro et ſanguis quomo do poſſidebit regnũ Dei.

CAPVT XVII.

De Phariſæis.

IN ſacro Euangelio mentio fit Phariſæorũ, Sadducæorum, Scribarum; quamobrem operæ erit pretium, de his

A hoc loco breuiter agere, vt quinam homines fuerint lectores noſcere valeãt. Addemus his Eſſenos.

Phariſæi, Hebraicè, פרישים *phariſim*, dicuntur: ideſt, *diuiſi*, vt D. Hieronymus interpretatur, Matt. 22. Phariſæi (inquit) diuiſi vocabantur a populo. Et in Dial. aduerſus Lucifer. capite 8. Phariſæi (inquit) à Iudæis diuiſi propter quaſdã obſeruationes ſuperfluas nomen quoque à diſſidio ſuſceperunt, &c. Tertullianus in libro de præſcrip.
B Phariſæi (ait) additamenta quædam legis aſtruendo, à Iudæis diuiſi ſunt, vnde etiam hoc accipere nomen digni fuerunt, &c. Verum פרש *paraſch* Hebræis ſignificat *diuidere*; dicebantur autem diuiſi à populo, ac diſtincti moribus, & ſecta Diuus Epiphanius hæreſi 16. Dicebantur, inquit, Phariſæi, eo quod ſeparati eſſent ab alijs, propter ſpontaneam ſuperfluam religionem, apud ipſos receptam. Phares, enim Hebraica lingua ſeparationem ſignifi-
C cat, &c. Alia eſt ſententia Phariſæos dictos à verbo פרש *paraſch* p שים *ſchim* in Euangelio quidem Syriaco per, שין *ſchin* ſcribitur nomen Phariſæi. Cum puncto autem in ſiniſtro cornu, ſignificat verbum, פרש *paraſch, diuidere, & ſeparare*, cum puncto in cornu dextro, ſignificat *explanare, & exponere*, à quo Phariſæi dici poſſunt, quaſi legis expoſitores: Iuxta illud Domini Mat. 23. *ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi*; adde quæ infra ex Ioſepho di-
D cemus.

De Phariſæorũ nomine

Horum ſectam non multis annis, ante Domini natiuitatem, in Iudæa ortam eſſe, docet Diuus Hieronymus Iſa. 8. In illa Prophetæ verba; *Erit in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali, duabus Domibus Iſrael, &c.* Duas domus (ait Hieronymus) Nazaræi, (qui ita Chriſtum recipiunt, vt obſeruationes legis veteris, non amittant) duas fa-
E milias interpretantur, Sammai, & Hillel; ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi. Quorum ſuſcepit ſcholam AKibas, quem magiſtrum Aquilę Proſelyti autumant, & poſt eum Meir, cui ſucceſſit Iohanan filius Zachai, & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon, & rurſum Ioſeph Galilæus, &

Phariſæorũ ſecta principium.

Nazarei Chriſtũ recipiunt, ſed Iudaizant.

vſque ad captiuitatem Hieruſalem Ioſue. Sammai igitur,& Hillel,non multo prius quam Dominus naſceretur , orti ſunt,in Iudæa. Hæc ille. Si igitur ab his Phariſæi orti ſunt, non multo prius quam Dominus naſceretur, ſunt orti. Ex Ioſepho oſtenditur iam tempore Machabæorum tres fuiſſe ſectas, apud Iudæos, Phariſeorum, Sadducæorum & Eſſenorum. lib.13. Antiq. cap. 9. de tempore ducis Ionathæ Machabæi agens.

Tres ſectæ Iudæorum.

Hoc, inquit tempore tres Iudæorum ſectæ erant, vna Phariſæorum dicta, altera Sadducæorum , tertia Eſſenorum , &c. Et lib.18.c.2.de tempore Archelai filij Herodis infanticidæ ſcribens, ſic ait; Iudæi patriæ ſapientiæ ſtudioſi iam inde a multis retro ſæculis,in tres ſectas erant diuiſi, Eſſenorum,Sadducæorum,& Phariſæorũ,&c. Genebrardus in Chronologia lib. 2. ſub Ionatha fratre Iudæ Machabæi, ortas ait ſectas Pariſæorum,& Sadducæorum, ſed ante Ionatham iam extitiſſe colligitur,ex verbis Ioſephi citatis.

Quale genus hominũ fuerint Phariſæi.

Quale hominum genus hoc fuerit, indicat idem Ioſephus Iudæus,lib 17. Antiquit.c.3.Phariſæi (inquit) genus hominum aſtutum,arrogans, & interdum regibus quoq; infeſtum,vt eos etc aperte impugnare non vereatur. Nam cum tota gens Iudæorum fidem ſuam iureiurando obligaſſet regi,& Cæſari; hi ſoli non iurauerunt excedentes ſex milium numerũ,&c. Sed quale genus hominum fuerunt Phariſæi Chriſtus infra ſatis indicat,qui eos intus , & in cute egregiè cognoſcebat. Eodem loco ait Ioſephus Phariſæos exactiorem legis cognitionem ſibi vendicaſſe. Et li. 1.de bello capite 7.Phariſæi,inquit,dicuntur,qui certiorem legalium rituũ notitiam profitẽtur,&c.libro 18.Antiquit.capite 2.Quidquid, inquit,ad ſolennes precationes , ac cultum diuinũ attinet: iuxta horum interpretationẽ, ac præſcriptum ſolet fieri,&c De eorum victu.lib.18.antiq.ca.2. Phariſæorũ,ait,victus ſimplex eſt, nullis mollitus delliciis,&c.D.Epiphanius hæreſi 16.Ieiunabant,inquit, Phariſæi, bis in Sabbato, i. in hebdomada; ſecunda,& quinta die,&c.Item . Quidam,inquit, Phariſæorum,cum ſe exercebant,præ-

Ieiunia Phariſ. & mores.

A ſcribebant decennium,aut octennium, aut quadriennium virginitatis,ſiue cõtinentiæ, & frequentius orantes crebrius certamẽ hoc aggrediebantur, vt ne videlicet corporale quid ipſis accideret,aut clandeſtinè per ſomnia triſtis corporis defluxio contingeret. Et alij ex ipſis,aſſeres ſibi ipſis parabant, dodrantis tantum latitudine, & in his ſe ad veſperam locabant,vt ſi quis dormiſſet in pauimentũ decideret, & rurſus excitaretur ad orationem per hoc B quod vigilantem vitam haberet quantum fieri poſſet Alii lapillos ex aquis collectos,ſibi ipſis ſubſternebãt,ut dũ his pũgerentur,non in profundũ ſomnum deferentur ſed vigilãtiam ſibi ipſis parare cogerentur. Alij ſpinas pro ſtratu habebant ob eandem cauſam.

Phariſ.placita.

Liberũ arbitrium cõfitentur

De placitis ſiue doctrina lib,18.Antiquit capite 2.Quicquid ei ratio dictauit,id ſequũtur pertinaciter. Fato quæcumque geruntur tribuunt, nec tñ homini voluntatis aſcenſum adimũt;hoc C temperamento Deum vti dicentes, vt cum omnia fiant ex ipſius conſilio, in homine tñ ſit uolũtas accedẽdi ad virtutem,aut uitiũ,&c. Animas credunt eſſe immortales & ſub terris earũ iudicia fieri. Tum premia quoq; contingere,ex uirtutis,aut malitiæ merito, & has perpetuis damnari carcerib.illis facilẽ eſſe ad vitam reditum,&c.Lege eũdem autorem lib 2.de bello c.7.Lucas Actor.23.docet Phariſæos reſurrectio D nem,angelos,& ſpiritus eſſe cõfeſſos. De Phariſæorum traditionib.lege Hieronymũ,Epiſt.ad Algaſiam,q.10.Quantæ,inquit,traditiones Phariſæorũ ſint quas hodie vocant δευτερώσεις, & quã aniles fabulæ euoluere nequeo,&c.

De Phariſæorũ autoritate Ioſephus lib.18 Antiquit c.2. Per hæc,ait,placita magnam ſibi auctoritatem parauerunt apud populum, & quidquid ad ſolennes precationes,ac cultum diuinũ attinet, iuxta horum interpretationẽ E ac præſcriptum ſolet fieri. Tantum habent a ciuitatibus ſapientiæ, temperãtię,& vitę honeſtioris teſtimoniũ,&c. At uerò hæc honeſtior vita, multũ habebat hypocriſis.Erant enim Phariſæi ſepulchra dealbata,vt Dominus in Euãgelio ait. De horum hypocritarũ au-

ctoritate

ctoritate lib. 13. Antiquit. c. 18. Tanta. ait: Phariſæorum auctoritas eſt apud populum, ut et ſi Regi obloquantur, aut pontifici, fidem tñ eis vulgus habeat, &c. Lege eundem lib. 13. Antiquitat. capite 23. Quo rex Alexander vicinus morti huiuſmodi conſilium vxori dedit. Conſuluit ei, (ait Ioſephus) ut Phariſæis, nonnihil licẽtiæ permittat. Poſſe plurimum apud Iudæos, ſiue exoſum aliquem cupiant lædere, ſiue amicum iuuare: Valde enim his fidem habere vulgus et ſi per inuidiam, de quopiam malè loquantur. Nec ſe ob aliam cauſam incurriſſe totius gẽtis odium ſ quam quia hoc genus offenderit. Polli cere nihil te, niſi ex illorum ſententia, geſturam, &c. Hæc Iudæus Ioſephus, de ſuis Phariſæis. Quorum ſectam amplexus eſt, vt ſcribit in libro de vita ſua, eamque proximè ait acceſſiſſe, ad ſectã Stoicorum, apud Græcos.

Auctoritas Phariſæorũ apud populum.

CAPVT XVIII.

De Sadducæis.

SAdducæi a iuſtitia nomen habent, viri maximè iniuſti, צדיק *tſaddik*. n. iuſtum ſignificat, צדק *tſedek* & ſedec, iuſtitiam. D. Epiphanius hæreſi 14. Cognominãt, inquit, ſe ipſos Sadduçęos, nimirum a iuſtitia cognomine proficiſcente, צדק *tſedek*, ſedec enim ſignificat iuſtitiam, &c. Addit, fuit & olim ſacerdos quidam nomine Saduc. Verum nõ perſeuerauerunt hi in præceptoris ſui doctrina, &c. Quibus verbis indicare videtur, a ſacerdote ſaduc dictos eſſe Sadducæos. Quam opinionem ſequitur Genebrardus Chronologiæ lib. 2. Sadducæi (inquit) de nomine auctoris ſui Sadoc. A Nathan. in Haruc: non a iuſtia, quaſi iuſtitiarij, aut iuſti, ut nõnuli putant, &c. D. Hieronymus, Matt. 22 Sadducæi, inquit, interpretãtur iuſti. Ipſi vendicabant ſibi quod non erant, &c. Lyranus Actor. 5. Dicuntur, ait Sadducæi a Sadoc. quod eſt iuſtitia. Nam Sadducæi inter alios Iudæos erãt in iudicijs, & punitionibus, acerrimi, vt dicitur in Scholaſtica hiſtoria. propter quod ſibi nomen iuſtitiæ vſurpabant, &c. Seu non eſt vera hæc opinio.

De nomine Sadducæorum.

Hi animas ſimul cum corporibus extingui, hominiſq; pecudis inſtar mori, impie putabant, atq; ſtultè. Spiritus, angelos, reſurrectionem negabant. Actorum 23 *Sadducei dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritum. Phariſæi autem vtraque confitentur, &c.* Ioſephus libro. 18. Antiquit. capite 2. Sadducæorum opinio, cum corpore extingui ſimul & animas. Nec quidquam præter legem ſeruandũ exiſtimãt, &c. Quinque tantum libros Moſis recipiebant: ut Hieronymus docet, Matth. 22. ideoq; ut ſupra diximus, Dominus ex libris Moſis, non ex prophetis teſtimonium ſumpſit, quo illorum de reſurrectione errorem refelleret.

De placitis Sadducæorum.

Quales fuerint indicat Ioſephus libro ſecundo de bello capite ſeptimo: Phariſæi, inquit, ſociales; & qui ſtudeant ſe mutua dilectione complecti: Sadducæi verò & inter ſe feris morib. diſcrepantes, & conuerſatio eorum circa cæteros inhumana, &c. Paucos fuiſſe Sadducæos, ſed in populo dignitate præcipuos, & inuitos geſſiſſe magiſtratus, ſcribit, lib. 18. Antiquit. capite 2. Huius, inquit, ſectæ pauci ſunt. Sed ferè dignitate præcipui. Ex horum tamẽ ſententia vix quidquam agitur. Nam quoties magiſtratus licet inuiti ſuſcipiũt, Phariſæorum decretis aſſentiuntur ni facerent, non ferendi a plebeiorum multitudine, &c. Mirum ſanè eſt hos a ſynagogis non fuiſſe eiectos, cũ reſurrectionem & ſpiritus negarent, libroſque prophetarum nõ reciperent Genebrard. lib. 2. Chron. ex Ioſepho Bengorion ſcribit, Phariſæis adhæſiſſe plebem, Sadducæis vero adhæſiſſe ditiores, & potentiores. Fauet illud Act. 5. *Exurgens princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hereſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo; & iniecerunt manus in Apoſtolos, &c.* Videlicet quia reſurexiſſe Chriſtum aiebant, & Sadduçęorum errorem oppugnabant: ſignificat Diuus Lucas omnes qui tunc erant cum ſummo ſacerdote, Sadducæos fuiſſe.

Quales fuerunt Sadducæi.

vſque ad captiuitatem Hieruſalem Io ſue. Sammai igitur, & Hillel, nón multo prius quam Dominus naſceretur, orti ſunt, in Iudæa. Hæc ille. Si igitur ab his Phariſæi orti ſunt, non multo prius quam Dominus naſceretur, ſunt orti. Ex Ioſepho oſtenditur iam tempore Machabæorum tres fuiſſe ſectas, apud Iudæos, Phariſeorum, Sadducæorum & Eſſenorum. lib. 13. Antiq. cap. 9. de tempore ducis Ionathæ Machabæi agens. Hoc, inquit tempore tres Iudæorum ſectæ erant, vna Phariſæorum dicta, altera Sadducæorum, tertia Eſſenorum, &c. Et lib. 18. c. 2. de tẽpore Archelai filij Herodis infanticidæ ſcribens, ſic ait; Iudæi patriæ ſapiẽtiæ ſtudioſi iam inde a multis retro ſæculis, in tres ſectas erant diuiſi, Eſſenorum, Sadducæorum, & Phariſæorũ, &c. Genebrardus in Chronologia lib. 2. ſub Ionatha fratre Iudæ Machabæi, ortas ait ſectas Pariſæorum, & Sadducæorum, ſed ante Ionatham iam extitiſſe colligitur, ex verbis Ioſephi citatis.

Tres ſectæ Iudæorum.

Quale hominum genus hoc fuerit, indicat idem Ioſephus Iudæus, lib 17. Antiquit. c. 3. Phariſæi (inquit) genus hominum aſtutum, arrogans, & interdum regibus quoq; infeſtum, vt eos ẽt aperte impugnare non vereatur. Nam cum tota gens Iudæorum fidem ſuam iureiurando obligaſſet regi, & Cæſari; hi ſoli non iurauerunt excedentes ſex milium numerũ, &c. Sed quale genus hominum fuerunt Phariſæi Chriſtus infra ſatis indicat, qui eos intus, & in cute egregie cognoſcebat. Eodem loco ait Ioſephus Phariſæos exactiorem legis cognitionem ſibi vendicaſſe. Et li. 1. de bello capite 7. Phariſæi, inquit, dicuntur, qui certiorem legalium rituũ notitiam profitẽtur, &c. libro 18. Antiquit. capite 2. Quidquid, inquit, ad ſolennes precationes, ac cultum diuinũ attinet: iuxta horum interpretationẽ, ac præſcriptum ſolet fieri, &c De eorum victu. lib. 18 antiq. ca. 2. Phariſæorũ, ait, victus ſimplex eſt, nullis mollitus delicijs, &c. D. Epiphanius hæreſ. 16. Ieiunabant, inquit, Phariſæi, bis in Sabbato, i. in hebdomada; ſecunda, & quinta die, &c. Item. Quidam, inquit, Phariſæorum, cum ſe exercebant, præ-

Quale genus hominũ fuerint Phariſæi.

Ieiunia Phariſ. & mores.

A ſcribebant decennium, aut octennium, aut quadriennium virginitatis, ſiue cõtinentiæ, & frequentius orantes crebrius certamẽ hoc aggrediebantur, vt ne videlicet corporale quid ipſis accideret, aut clandeſtinè per ſomnia triſtis corporis defluxio contingeret. Et alij ex ipſis, aſſeres ſibi ipſis parabant, dodrantis tantum latitudine, & in his ſe ad veſperam locabant, vt ſi quis dormiſſet in pauimentũ decideret, & rurſus excitaretur ad orationem per hoc B quod vigilantem vitam haberet quantum fieri poſſet Alii lapillos ex aquis collectos, ſibi ipſis ſubſternebãt, ut dũ his pũgerentur, non in profundũ ſomnum deferentur ſed vigilãtiam ſibi ipſis parare cogerentur. Alij ſpinas prõ ſtratu habebant ob eandem cauſam.

De placitis ſiue doctrina lib. 18. Antiquit capite 2. Quicquid ei ratio dictauit, id ſequũtur pertinaciter. Fato quæcumque geruntur tribuunt, nec tñ ho C mini voluntatis aſcenſum adimũt; hoc temperamento Deum vti dicentes, vt cum omnia fiant ex ipſius conſilio, in homine tñ ſit uolũtas accedẽdi ad virtutem, aut uitiũ, &c. Animas credunt eſſe immortales. & ſub terris earũ iudicia fieri. Tum premia quoq; contingere, ex uirtutis, aut malitiæ merito, & has perpetuis damnari carcerib. illis facilẽ eſſe ad vitam reditum, &c. Lege eũdem autorem lib 2. de bello c. 7. Lucas Actor. 23. docet Phariſæos reſurrectio D nem, angelos, & ſpiritus eſſe cõfeſſos. De Phariſæorum traditionib. lege Hieronymũ, Epiſt. ad Algaſiam, q. 10. Quantæ, inquit, traditiones Phariſæorũ ſint quas hodie vocant δευτερώσεις, & quã aniles fabulæ euoluere nequeo, &c.

Phariſ. placita.

Liberũ arbitrium cõfitentur.

De Phariſæorũ autoritate Ioſephus lib. 18 Antiquit. c 2. Per hæc, ait, placita magnam ſibi auctoritatem parauerunt apud populum, & quidquid ad ſolemnes precationes, ac cultum diuinũ attinet, iuxta horum interpretationẽ E ac præſcriptum ſolet fieri Tantum habent a ciuitatibus ſapientiæ, temperãtię, & vitę honeſtioris teſtimoniũ, &c. At uerò hæc honeſtior vita, multũ habebat hypocriſis. Erant enim Phariſæi ſepulchra dealbata, vt Dominus in Euãgelio ait. De horum hypocritarũ au-

auctoritate

ctoritate lib.13.Antiquit.c.18.Tanta.
Auctoritas Phariſæorũ apud populum. ait Phariſæorum auctoritas eſt apud
populum, ut ēt ſi Regi obloquantur,
aut pontifici, fidem tñ eis vulgus ha-
beat,&c.Lege eundem lib.13.Antiqui
tat.capite 23. Quo rex Alexander vici
nus morti huiuſmodi conſilium vxori
dedit.Conſuluit ei, (ait Ioſephus) ut
Phariſæis,nonnihil licētiæ permittat.
Poſſe plurimum apud Iudæos, ſiue exo
ſum aliquem cupiant lædere, ſiue ami-
cum iuuare:Valde enim his fidem ha-
bere vulgus ēt ſi per inuidiam,de quo-
piam malè loquantur.Nec ſe ob aliam
cauſam incurriſſe totius gētis odium;
quam quia hoc genus offenderit.Polli
cere nihil te,niſi ex illorum ſententia,
geſturam,&c. Hæc Iudæus Ioſephus,
de ſuis Phariſæis.Quorum ſectam am-
plexus eſt, ve ſcribit in libro de vita ſua,
eamque proximè ait acceſſiſſe,ad ſectā
Stoicorum,apud Græcos.

CAPVT XVIII.

De Sadducæis.

SAdducæi a iuſtitia nomen habent,
viri maximè iniuſti, צדיק *tſaddik*.n.
iuſtum ſignificat, צדק *tſedek* & ſedec,iu
De nomine Sadducæorum. ſtitiam. D. Epiphanius hæreſi 14. Co-
gnomināt, inquit, ſe ipſos Sadduceos;
nimirum a iuſtitia cognomine profici-
ſcente, צדק *tſedek*, ſedec enim ſignificat
iuſtitiam,&c.Addit, fuit & olim ſacer
dos quidam nomine Saduc. Verum nō
perſeuerauerunt hi in præceptoris ſui
doctrina, &c. Quibus verbis indicare
videtur, a ſacerdote ſaduc dictos eſſe
Sadducæos. Quam opinionem ſequi-
tur Genebrardus Chronologiæ lib.2.
Sadducæi(inquit)de nomine auctoris
ſui Sadoc. A Nathan. in Haruc:non a
iuſtia, quaſi iuſtitiarij,aut iuſti, ut nō-
nuli putant,&c.D.Hieronymus,Matt.
22 Sadducæi,inquit, interpretātur iu-
ſti. Ipſi vendicabant ſibi quod non
erant,&c.Lyranus Actor.5. Dicuntur,
ait Sadducæi a Sadoc.quod eſt iuſtitia.
Nam Sadducæi inter alios Iudæos erāt
in iudicijs, & punitionibus, acerrimi,
vt dicitur in Scholaſtica hiſtoria.pro-

A pter quod ſibi nomen iuſtitiæ vſurpa-
bant,&c.Seu non ſit vera hæc opinio.

Hi animas ſimul cum corporibus ex
De placitis Sadducæorum. tingui,hominēq; pecudis inſtar mori,
impie putabant,atq; ſtultè.Spiritus,an
gelos,reſurrectionem negabant.Acto-
rum 23 *Sadducæi dicunt non eſſe reſurre-
ctionem, neque Angelum, neque ſpiritum.
Phariſæi autem vtraque confitentur,&c.*
Ioſephus libro. 18. Antiquit.capite 2.
Sadducæorum opinio,cum corpore ex
tingui ſimul & animas. Nec quidquam
B præter legem ſeruandū exiſtimāt,&c.
Quinque tantum libros Moſis recipie
bant; ut Hieronymus docet, Matth.22.
ideoq; ut ſupra diximus, Dominus ex
libris Moſis,non ex prophetis teſtimo
nium ſumpſit,quo illorum de reſurre-
ctione errorem refelleret.

Quales fuerint indicat Ioſephus li-
Quales fuerunt Sadducæi. bro ſecundo de bello capite ſeptimo:
Phariſæi,inquit, ſociales; & qui ſtu-
deant ſe mutua dilectione complecti;
Sadducæi verò & inter ſe feris morib.
C diſcrepantes,& conuerſatio eorum cir
ca cæteros inhumana,&c.Paucos fuiſſe
Sadducæos, ſed in populo dignitate
præcipuos,& inuitos geſſiſſe magiſtra
tus, ſcribit,lib. 18. Antiquit. capite 2.
Huius,inquit,ſectæ pauci ſunt.Sed fe-
rè dignitate præcipui.Ex horum tamē
ſententia vix quidquam agitur. Nam
quoties magiſtratus licet inuiti ſuſci-
piūt,Phariſæorum decretis aſſentiun-
tur ni facerent, non ferendi a plebeio
rum multitudine,&c. Mirum ſanè eſt
D hos a ſynagogis non fuiſſe eiectos,cū
reſurrectionem & ſpiritus negarent,
libroſque prophetarum nō reciperent
Genebrard. lib. 2.Chron. ex Ioſepho
Bengorion ſcribit,Phariſæis adhæſiſſe
plebem, Sadducæis vero adhæſiſſe di-
tiores,& potentiores.Facit illud Act.
5.*Exurgens princeps ſacerdotum, & omnes
qui cum illo erant(quæ eſt hæreſis Saddu-
cæorum)repleti ſunt zelo; & iniecerunt ma
nus in Apoſtolos,&c.* Videlicet quia re-
ſurexiſſe Chriſtum aiebant, & Sad-
E ducæorum errorem oppugnabant: ſi-
gnificat Diuus Lucas omnes qui tunc
erant cum ſummo ſacerdote. Saddu-
cæos fuiſſe.

CAPVT XIX.

De ſcribis, & Eſſenis.

SCribæ Hebraicè ספרים *ſopherim*, dicũtur a verbo, ספר *ſaphar*, i. *numerare, narrare, referre*, inde, & ספר *ſepher*, ideſt *liber* appellatur; Græcè dicuntur *γραμματεῖς*, ideſt, *literati*: erant enim Rabbini ſapientes, & legis periti Iu- B dæorum, ijdẽ videntur dici, *νομικοὶ*, in Euangelio ſiue legis periti. Dicuntur autem ſcribæ, non quilibet, ſcribæ, ſed ſapientes ſcribæ. Nonnulli exiſtimarunt illis ſolis fuiſſe poteſtatem ſcribẽdi legis libros, ne deprauarẽtur. Iſa. 33. *Vbi eſt literatus?* Hebraicè סופר *ſopher, vbi uerba legis ponderans? vbi doctor* Hebraicè, סופר *ſopher, paruulorum, &c.* Paulus 1. Cor: 1. *Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi conquiſitor huius ſaculi? &c.* Vnde col- C ligi poteſt Scribas, literatos fuiſſe, ſapientes, & conquiſitores, verba legis ponderantes & explicantes, veritatẽque in lege conquirentes. D. Epiphanius hæreſi 15. ait fuiſſe legis expoſitores velut grammaticam quamdam ſciẽtiam exponentes. Augu. lib. 19. contra Fauſtum cap. 26. vt perhibent, inquit, apud Hebreos ſcribere literas Hebreas, nulli fas erat niſi Scribis ſolis. De Scribis ſic lib. citato ſcribit Genebrardus: Scribarũ munus erat, vt de le- D ge conſulti, ex ſanctis libris, & prophetarum oraculis reſponderent. In Euangelio videntur ẽt appellari legis periti; Et certè vt Phariſæi Theologis reſpondebãt, qui penitus myſteria ſcripturarũ ſcrutantur, ita ſcribæ canoniſtis, qa leges ciuiles, & Moſaicas ſecũdũ legis corticẽ curabãt, &c. Eodẽ loco ait ſcribas ferè fuiſſe ex paupere Simeonis tribu; in hanc ſñiam Rab Salomonẽ citat, & Cald. Alij putãt Scribas ſiue doctores, fuiſſe ex tribu Iſſachar. E Colligitur ex illis verbis 1. Paral. 12. *De filijs Iſſachar viri eruditi, qui nouerãt ſingula tẽpora, ad præcipiendũ quid facere deberet Iſrael, principes ducenti, &c.* Gloſſ. Ordi. Doctores legis ex tribu Iſſachar fuiſſe tradunt, qui ſingula tempora ce- A remoniarum; obſeruanda docebant, & quid facere deberet Iſrael præſcribebant, &c. Itẽ Lyranus: Erant (inquit) hi ſtudioſi in lege, &c. Abulenſ. Gen. 49.

Scribarum munus quale eſſet.

De Eſſenis.

De Eſſenis Ioſephus ita ſcribit lib. 18. Antiquit. ca. 2. Eſſenorum placitum vniuerſitatis regimen Deo aſſerit; immortalitatem animis. Neq; aliud quid quam, æquè ac iuſtitiam, omni contentione expetendum exiſtimat. Ad templum autem donaria mittentes, non faciunt ibi ſacra, quod ſanctioribus vtã- B tur ceremonijs. Quapropter excluſi à fano cõmuni, ſeorſum ſacrificant. Moribus alioqui ſunt probatiſſimis, agris colendis in totum dediti. Miranda eſt etiam eorum iuſtitia, qua omnes Græcos, ac barbaros longè ſuperant, multis iam ſæculis triti in eius continuis ſtudijs. Facultates in communi poſſident, neq; aliquis diues magis vtitur ſuis bonis, quam quiuis nihil poſſidẽs. Atq; hoc inſtituto viuunt, virorum, ſupra quatuor milia, neque vxores ha- C bentium, neque ſeruos, per ſe ipſi viuẽtes, ſibi inuicem miniſtrant, &c. Lege eundem copioſius, de his agentem libro 2. de bello, capite ſeptimo eo capite dictis hæc addit. Squalorem decorem putant, dummodo ſemper in veſte ſint candida, neque veſtitum ſiue calceos mutant, niſi aut omnino conciſſis prioribus; aut longi temporis vſu conſumptis. Omne quod dixerint, iureiurando fortius habent; ipſi autem iuſiu- D randum quaſi periurio deterius vitãt. Iam enim mendacij condemnatum arbitrantur, cui ſine Deo non creditur. Deprehenſos in peccatis, a ſua congregatione depellunt, &c. Lege ſi libet reliqua. Præter hos, erat aliud Eſſenorũ collegium, quod vt tradit idem auctor eodem cap. mores, legeſque ſimiles habebat, vxores tamen ducebat. Lege Philonis librum de vita cõtemplat. & Cardinalem Baronium tom. 1. Annaliũ Anno Chriſti 64. & Card. Bellar. to. 1. E in lib. de Monachis cap. 5. quibus locis oſtendunt, Therapeutas illos, de quibus Philo eo libro agit, fuiſſe Chriſtianos. Quo tempore cęperint Eſſeni dubium eſt. Plinius per milia ſæculorum ait extitiſſe, lib. 5. c. 17. de Eſſenis loquens: Gens, inquit, ſola, & in toto orbe

Mores Eſſenorum.

Iuramentũ Eſſenorum quantam vim haberet.

Eſſeni quo tempore orti ſint.

orbe præter cæteras mira. Sine vlla fœmina, ſine pecunia, ſocia palmarum, per ſæculorum milia, gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur, &c. Ioſephus vt ſupra diximus tempore Ionathæ Eſſenos iam fuiſſe ait, & tempore Archelai ſcribit, iam inde à multis ſæculis fuiſſe apud Iudæos tres ſectas Eſſenorum, Phariſæorum, & Sadducæorum. Forſiian hi Eſſeni à filijs prophetarum emanarunt, de quibus tomo primo egimus.

De Rechabitis.

His accedant Rechabitæ, quorum mores Ierem. 35. memoriæ proditi ſunt: *Poſui* (ait Ieremias) *coram filijs domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos: Bibite vinum. Qui reſponderunt: Non bibemus vinum, quia*

A *Ionadab filius Rechab, pater noſter præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſque in ſempiternum, & domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris noſtri, in omnibus, quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus*

B *noſtris, nos, & mulieres noſtræ, filij, & filiæ noſtræ, & non ædificaremus domos ad habitandum, & vineam, & agrum, & ſementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia, quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter, &c.*

C A P V T XX.

De magno mandato caritatis.

M A T T H Æ V S C A P I T E XXII. Verſ. 34

PHariſæi autem audientes, quòd ſilentium impoſuiſſet Saddu-
35 cæis, conuenerunt in vnum, * interrogauit eum vnus ex eis le-
36 gis Doctor, tentans eum: * Magiſter, quod eſt mandatum ma-
37 gnum in lege? * Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum
38 ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. *
39 Hoc eſt maximum, & primum mandatum. * Secundum autem ſimile eſt
40 huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. * In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.

M A R C V S C A P I T E XII. Verſ. 28

ET accesſit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & vi-
dens, quoniam bene illis reſponderit, interrogauit eum, quod
29 eſſet primum omnium mandatum. * Ieſus autem reſpondit ei:
Quia primum omnium mandatum eſt: Audi, Iſrael, Domi-
30 nus Deus tuus Deus vnus eſt: * Diliges Dominum Deũ tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute
31 tua. Hoc eſt primum mandatum. * Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges
proximum tuum tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatum non
32 eſt. * Et ait illi Scriba: Bene, magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt

Deus

33 Deus, & non eſt alius præter eum. * Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto
intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum
34 tanquam ſeipſum; maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs. * Ieſus
autem videns, quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à regno
Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.

Phariſæi autem audientes, quòd ſilentium impoſuiſſet Sadducæis. A

POſtquam Sadducæis Dominus admirabiliter reſpondit, ſubijcit D. Lucas: *Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magiſter, bene dixiſti. Et ampliùs non audebant eum interrogare, &c.* At verò poſt interrogationem Sadducæorum, ſcribit Matthæus, interrogaſſe vnum ex legis Doctoribus, quodnam eſſet mandatum magnum in lege. Quomodo igitur non audebant eum ampliùs interrogare? Reſpondetur, verba Lucæ de Sadducæis intelligi poſſe, quorum errorem Chriſtus coram populo confutauerat. Sadducæi enim non audebant eum amplius interrogare. Ille autem legis Doctor Sadducæus non erat. D. Matthæus, poſtquàm Chriſtus Doctori legis reſponſum reddidit, adiungit: *Nec auſus fuit quiſquam ex illa die eum ampliùs interrogare.* Quæ verba non de Sadducæis tantùm, ſed etiam de Phariſæis, & Scribis intelligenda ſunt. Lucas de Sadducæis, Matthæus, & Marcus de cæteris etiam omnibus loquuntur. Aliter reſpondetur, Lucam etiam de omnibus intelligendum. Quamuis enim verba illa poſt interrogationem Sadducæorum per anticipationem adiecerit; tamen ſic intelligenda ſunt, ac ſi poſt interrogationem Iuriſperiti, cuius ipſe non meminit, adiecta eſſent. Prætereà, verba Lucæ, vt verba Matthæi ſunt interpretanda: *Ampliùs non audebant eum quidquam interrogare, ex illa die*, vt ait Matthæus; id eſt, poſt illam diem. Illa die interrogarunt, poſteà non ſunt auſi ampliùs interrogare. Scribæ verò dixerunt, bene dixiſſe Chriſtum; quoniam Sadducæorum errorem confutauerat, quibus ipſi aduerſabantur.

Concordia Euangeliſtarum.

B

C

Quo Chriſtus ab illa die ampliùs non fuerit interrogatus.

D

Interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor.

PHariſæi audierunt, Chriſtum ſua reſponſione, & erroris confutatione, Sadducæis ſilentium impoſuiſſe; quoniam non auſi ſunt Sadducæi eum ampliùs interrogare: prætereà, quia non potuerunt Chriſti confutationi reſponſum reddere. Siluerunt Sadducæi, non ſiluerunt Phariſæi. Imò ex ſilentio Sadducæorum occaſionem accepere loquendi, vt doctiores viderentur. Conuenerunt in vnum multi, non in concilium aliquod, ſed conuenerunt ad Chriſtum. Vnus verò ex illis à cæteris electus, & iuſſus, percontatus eſt, quodnam eſſet mandatum magnum in lege. Erat is legis Doctor, vt Matthæus ait, Marcus Scribam vocat. Vnde probatur, Scribas fuiſſe legis Doctores, & Iuriſperitos, vt ſuprà diximus. Erat prætereà Phariſæus; dicitur enim à Matthæo: *Vnus ex eis*; id eſt, ex Phariſæis. Vnde colligitur, aliquos Scribas fuiſſe Phariſæos, & aliquos Phariſæos fuiſſe Scribas. Marcus de hoc Scriba, vel legis Doctore ſic ſcribit: *Acceſſit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes* (id eſt, Chriſtum, & Sadducæos) *& videns, quoniam bene illis* (id eſt, Sadducæis) *reſponderit, interrogauit eum, quod eſſet primum omnium mandatum, &c.* Adfuerat hic Scriba, cum Chriſtus reſpondit Sadducæis, nunciauit Phariſæis, Chriſtum illis ſilentium impoſuiſſe. Phariſæi ſimul cum illo ad Chriſtum conuenerunt, iuſſeruntque; vt quæſtionem de magno mandato excitaret.

Siluerunt Sadducæi, non Phariſæi.

Tentans eum.

VIdetur obſtare Marcus; ait enim, Chriſtum huic Scribæ dixiſſe: *Non longè es à regno Dei.* Non longè erat à regno Dei hic Scriba; ergo non tentabat

Chri-

Chriſtum. Chriſti enim tentatores longè erant à regno Dei. Reſpondet D. Auguſtinus libro 2. de conſenſu Euang. cap. 73. Fieri potuit (inquit) vt quamuis tentans acceſſerit, Domini tamen reſponſione correctus ſit. Aut certè ipſam tentationem non accipimus malam, tanquam decipere volentis inimicum; ſed cautam potius, tanquam experiri amplius volentis ignotum, &c. D. Chryſoſtomus homil. 72. in Matth. Tētando, inquit, incepit Scriba; ſed cum a reſponſione Chriſti nonnihil vtilitatis perceperit, iure laudatur, &c. Euthymius: Apud Matthæum (inquit) hic legis Doctor tentator dicitur; apud Marcum verò potius laude dignus habetur; quia primum certè tentauit, à Phariſæis directus; animaduerſa autem reſpōſione, ſuſcepit eam, & conuerſus, rem ita ſe habere cōfeſſus eſt, & deinde Dominus intuitus eum, quòd adhibita mentis ratione reſponderet, ait illi: *Non longè es à regno Dei, &c.* Item Theophylactus: Hic (inquit) legiſperitus principio venit tentans, deinde reſponſo Dei emendatior factus, laudatus eſt, &c. Credendum eſt, hunc legis Doctorem non fuiſſe Chriſto aduerſarium, neque animo infenſo, atque inimico tentaſſe, ſed tentaſſe, quia à cæteris impulſus eſt, vt tentando percontaretur de maximo mandato. Ideò Chriſtus illi dixit: *Non longè es à regno Dei.* Præterea illum infenſo animo non tentaſſe, illud indicat, quod Marcus ait: *Videns, quoniam bene illis*, id eſt, Sadducæis, Chriſtus *reſponderit, interrogauit eum, &c.* Placuit illi Chriſti reſponſio Sadducæis reddita: rogauit tentans, à cæteris Phariſæis excitatus: fuitque hæc tentatio cęterorum Phariſęorum potius, quàm huius Scribæ, quamuis ipſe miniſter tentationis fuerit, & tentarit. Hieronymus Matth. 22. Quod (inquit) de Herode, & Pilato legimus, in Domini necem eos feciſſe cōcordiam; hoc etiam nunc de Phariſæis cernimus, & Sadducæis, qui inter ſe contrarij ſunt; ſed ad tentandum Chriſtum pari mente conſentiunt, &c. Sic nunc Lutherani, Caluiniſtæ, aliique hæretici, quamuis inter ſe diſſentiant, tamen ad oppugnandam

Concordia.

Quo tētat, & tamen à Chriſto laudatur.

Doctor hic legis nō fuit Chriſto aduerſarius.

A Eccleſiam conſentiunt. Vulpes Sanſonis Iudic. 15. ad comburendas hæreſeon facibus cœleſtes ſegetes colligantur.

Quod eſt mandatum magnum in lege?

Rogat Phariſæus legis Doctor tentans. Dubium eſt, quidnam tentationis huic interrogationi inſit. Reſpondet D. Hieronymus: Interrogat B (inquit) legis Doctor Chriſtum non de mandatis, ſed quod ſit primum, magnumque mandatum. Vt cum omnia, quæ Deus mādauerit, magna ſint; quidquid Chriſtus reſponderit, occaſionem habeat calumniandi, aliud aſſerēs magnum eſſe mandatum de plurimis. Hæc ille. Aliter Theophylactus: Accedunt (inquit) Phariſæi tentantes, ſi apponat aliquid mandato primo, quaſi legem corrigens, vt inueniant contra ipſum anſam, &c. Item Euthymius: Opi- C nati (ait) ſunt, quod aliquid de ſeipſo additurus erat, &c. Reſpōdendum eſt, Phariſæos tum quæſtionem de tributo Cæſari dando, tum hanc etiam propoſuiſſe, vt Chriſtum in ſermone caperent. In hac autem capere tentabant, ſi aliquod præceptum maximum eſſe diceret, quod maximum non erat. Verbi cauſa, ſi diceret, præceptum de ſacrificijs offerendis, vel præceptum de miſericordia præſtanda, eſſe præſtantiſſimum, omniaque reliqua ſuperare, vel D aliud ſimile. Mandatū autem magnum dicitur per excellentiam, mandatum maximum; omnia enim Dei mandata magna ſunt, ſed κατ' ἐξοχὴν, mandatum magnum dicitur maximum. Vel magnum, pro ſuperlatiuo maximum, ponitur, carent enim Hebræi ſuperlatiuis. Senſus eſt: Quod eſt mandatum maximum in lege? Marcus refert, interrogaſſe Scribam, *quodnam eſſet* E *mandatum primum omnium*. Vtrumque rogauit, vt ex reſponſione Chriſti colligitur, ſic enim reſpondit: *Hoc eſt maximum, & primum mandatum.* Primum, inquam, dignitate, non enim cum reliquis præceptis numeratur Exod. 20. aut Deuteronom. 5.

Quanā interrogationi huic ſub ſit tētatio.

Diliges

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.

EXod. 20. præcepta decem numerantur, & Deuteronom. 5. ſed inter ea non numerantur præcepta duo diſtincta, de dilectione Dei, & proximi. Rationem, cur non numerentur, reddit D. Thomas 2. 2. quęſt 44. art. 1. Omnia (inquit) præcepta Decalogi ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi, & ideo præcepta caritatis non fuerunt B connumeranda inter præcepta Decalogi, ſed in omnibus includuntur, &c. Deutoronom. cap. 6. ſeparatim maximum mandatum de dilectione Dei traditur his verbis· *Audi, Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, &c.* In primis vnum tantum Deum eſſe docet Moſes. Hebraicè שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד *ſchemahh Iiſchrael Adonai elohenu Adonai* C *echad*, id eſt, *Adonai tetragrammaton Deus noſter, Adonai vnus*. Non ſunt plures Dij, vt Ethnici mentiuntur, ſed vnus tantum, tres vero perſonæ ſunt, Pater, Filius, Spiritus ſanctus (quæ literæ nominis יהוה *Adonai*, ſignificant, vt alibi diximus tom. 1. lib. 5. c. 6.) hunc vero vnum Deum diliges.

Præceptum de diligendo Deo ubi tradatur.

Si quæras, quonam modo diligere debeas. Reſpondeo, in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota fortitudine tua. Hebraicè, illud, *in tota fortitu-* D *dine tua*, dicitur, ובכל מארך *ubcol meodecha*, id eſt, *in toto valde tuo*, id eſt, in tota fortitudine, ſiue potentia tua. Biblia regia vertunt, *in tota vehementia tua*. Apud Matthæum ſic legitur, *ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου*, id eſt, *in tota cogitatione tua*, vel, *in omni mente tua*. Apud Marcum hoc pacto, *ex tota cogitatione*, vel, *mente tua, & ex tota fortitudine tua*. Apud Lucam cap. 10. *ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua*. Diligendus ergo Deus E eſt in toto corde, vel ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, ſiue potentia, ſiue cogitatione, & mente. Explicationes varias habent hæc verba. D. Auguſtinus lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 22. ita exponit: *Diliges*

Quo ſit diligendus Deus.

Explicationes horum verborum varia.

A (inquit) *Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente*, vt omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers, &c. Diligere *ex tota corde*, eſſe ait, dirigere, omnes cordis cogitationes in Deum conferendo; *ex tota anima*, id eſt, vita, conferendo in eum totam vitam, *ex tota mente*, conferendo totum intellectum. Auctor imperfect. Diligere, inquit, Deũ *ex toto corde*, eſt vt, cor tuum non ſit B inclinatum ad vllius rei dilectionem amplius, quàm ad Dei. Neque delecteris in aliqua ſpecie mundi amplius, quàm in Deo. *In tota anima* diligere, eſt certiſſimum animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. Cordis amor ſentitur in corde, quia quodammodo carnalis eſt. Amor animæ intelligitur, quia amor animi iudicium eius eſt, *In tota mente* diligere Deum, eſt, vt omnes ſenſus tui, qui pertinent ad te, Deo vacent. Cuius intellectus Deo C miniſtrat, cuius ſapientia circa Deum eſt, cuius cogitatio [e]a, quæ ſunt Dei, tractat, cuius memoria, quæ ſunt bona, recordatur, tota mẽte diligit Deũ. Hæc ille. Haymo ſic: *Diliges* (ait) *Deum in toto corde*, id eſt, in toto intellectu, *& in tota anima*, id eſt, in tota voluntate, *& in tota mente*, id eſt, in tota memoria, &c. Theophylactus: Tres in anima dicimus eſſe vires, plantatiuam, animalem, & rationalem. *Diliges Dominum in toto corde tuo:* hæc eſt plantatiua virtus, D animatæ enim ſunt plantæ. *Et in tota anima tua;* hæc eſt vis rationalis. Et ſic oportet Deũ diligere tota anima, hoc eſt, omnibus partibus, & virtutib. animæ, ei adhærere, &c. Eundem ferè in modum interpretatur Gregorius Nyſſenus in lib. de hominis opificio, ca. 8. D. Thomas 2. 2. q. 44. art. 5. mentis nomine intellectum ſignificari putat, corde voluntatem, animæ appellatione vim appetitiuam inferiorem, fortitudine, virtute, vel viribus vim executi- E uam exteriorem, hoc ſenſu: *Diliges Deum ex toto corde*, id eſt, ex tota voluntate, *ex tota anima*, hoc eſt, ex toto appetitu, *ex tota mente*, id eſt, ex toto intellectu, *ex tota fortitudine*, id eſt, ex omni vi executiua. Diuus Anſelmus

Quid ſignificet, diligere ex toto corde, ex tota anima, &c.

Matth.

Matth. 22. *Ex toto corde*, interpretatur, A ex intellectu toto, & perfecto, vt in confeſſione diuinitatis nullum relinquas errori locum. *Ex tota anima*, id eſt, ex tota voluntate, vt ſcilicet nihil Deo contrarium velis. *Ex tota mente*, id eſt, ex tota memoria. Nihil reminiſcens, quominùs de eo ſentias. Bernardum lege Cantic. ſerm. 20.

Explicatio huius præcepti alia.

Alij exiſtimant, non eſſe hæc ſubtiliter diſtinguenda, ſed vnum, idemque ſignificare *ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute, ex totis viribus, ex tota mente.* B Multis enim modis eadem res explicari ſolet, & exaggerari. Ita arbitratur Cardinalis Bellarminus tom. 1. lib. 2. de Monachis, cap. 13. Idem ergo eſt, vt ipſe quoque opinor, diligere Deum toto corde, & diligere tota anima, & diligere tota mente; & totis viribus, hoc eſt, diligere ſuper omnia, diligere valdè, ita vt Dei amorem corde, anima que, & mente, rebus omnibus anteponamus. Nam ſignificat hic loquendi modus, valdè, ſupra modum, magno C conatu. Geneſ. 31. ait Iacob. *Scitis, quòd totis virib. ſeruierim patri veſtro, &c.* 2. Reg. 15 *Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalon, &c.* & alijs locis infrà indicatis.

An mandatũ magnũ in hac vita poſſit impleri.

Poſſitne impleri in hac vita hoc præceptum, dubitatur. Auguſtinus lib. de ſpiritu, & litera, cap. vlt. videtur infiſciari. Ad illam, inquit, vitam iam immortalem pertinet, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Ad hanc au-

Rom. 6.

tem, *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, &c.* Et in lib. de perfectione D iuſtitiæ: In qua, inquit, plenitudine caritatis (nimirum in patria) præceptũ illud implebitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Nam cùm eſt adhuc aliquid carnalis cõcupiſcentiæ, quod vel cõtinendo frænetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus, &c. Item D. Bernardus ſerm. 5. Cantic. ait, hoc præceptum in vita iſta E minimè poſſe ab aliquo hominum impleri. Et D. Thomas 2 2. quæſt. 44. art. 6 ſentit, perfectè non impleri.

Contrà verò poſſe impleri haud difficilè, Deo opem ferente, confirmatur ex Deuteronom. 10. *Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & diligas eum, ac ſeruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua, &c.* Hoc petit Deus à nobis; ergo facere poſſumus. Non enim petit impoſſibilia. Deuteronom. 13. *Tentat vos Deus, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra, an non, &c.* Sanè ſi palàm facit tentatio, nos Deum diligere ex toto corde, & ex tota anima, diligere illum poſſumus; atque adeò ſi tentationem ſuperamus, diligimus ex toto corde, & ex tota anima. Præterea Luc. 10 reſpondit Iuriſperitus in lege ſcriptum eſſe, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Chriſtus verò ſubiecit: *Hoc fac, & viues, &c. Hoc* (inquit) *fac*, id eſt, Dilige Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota anima tua, & ex totis virib. tuis. Ergo facere poterat, & nos facere poſſumus. Item Deuteronom. 30. *Circumcidet Dominus cor tuum, & cor ſeminis tui; & diliges eum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſſis viuere, &c.* Ecce, Deus auxilium pollicetur, ad ſeruandum præceptum. Seruari ergo poteſt, eo auxiliante, in hac vita. Deuteronom. 30. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, &c.* Quo loco docet Moſes, Dei mandata impleri poſſe.

Poſſe ſeruari præceptũ magnũ probatur.

Adde, ex Scriptura diuina probari, hoc præceptum ab aliquibus eſſe impletum; ergo poteſt etiam ab alijs impleri. Eccleſ. 47. de Dauide: *De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit Deum, &c.* Ecce Dauid de omni corde laudauit, & dilexit Dominum. 3. Reg. 14. *Seruus meus Dauid* (ait Dominus) *qui cuſtodiuit mandata mea, & ſequutus eſt me in toto corde ſuo, &c.* Teſte ipſo Deo, Dauid cuſtodiuit mandata; ergo magnum mandatum de dilectione traditum cuſtodiuit. Toto corde ſequutus eſt Dominum; ergo toto corde amauit. Non enim ſequitur toto corde Deum, qui toto corde nõ amat Deum. De Ioſia Rege 4. Reg. 23. legitur: *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua, iuxta omnem legem Moyſi, &c.* Vides hic Ioſiam ad Dominum reuerſum in

toto corde, in tota anima, in tota fortitudine, ſiue totis viribus ſuis; ergo amauit Deum ex toto corde, anima,& viribus. Ierem.24. *Reuertentur* (inquit Dominus)*ad me in toto corde ſuo,&c.* Ergo amabunt in toto corde. Nam non reuertitur in toto corde, qui nō amat toto corde.Deuteronom.4.*Cùm quæſieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eũ, ſi tamē toto corde quæſieris,& tota tribulatione animæ tuæ,&c.*Hebraicæ,ומצאת כי תרשנו בכל לב בכ ובכל נפשכ בצר לך *vmatſatha chi thidaſcenu becol leb becha vbcol naphſchecha butſar lecha*, id eſt, *Et inuenies, ſi quæſieris eum in toto corde tuo, & in tota anima tua,in anguſtia tibi, &c.* Vt inueniatur Deus, neceſſe eſt, vt quæratur in toto corde, & in tota anima,& in tota animæ anguſtia,ac tribulatione,& contritione, ac dolore. Sed inuenitur à multis, vt compertum eſt; ergo multi quærunt Deum in toto corde, & anima, & amant in toto corde, anima,ac viribus.3.Paralipom.15. *Intrauit* (ſcilicet Rex Aſa) *ad corroborandum fœdus,vt quærerent Dominum in toto corde, & in tota anima.* Et infrà: *In omni corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum; quæſierunt eum, & inuenerunt,&c.*

Pugnant hæc duo: Præceptum eſt, & impleri non poteſt.

Denique pugnant duo hæc,atque repugnant: Eſt præceptum, &, Impleri non poteſt. Iuſtus enim Deus, & miſericors hominum vires ponderat; idq; iubet, quod præſtare queunt.Ideoque pœnas ſumit, quòd, cùm poſſint facere, non faciunt. Non iubet Deus impoſſibilia (teſtatur Auguſtinus lib. de natura, & gratia,cap.43.) ſed iubendo admonet & facere quod poſſis,& petere quod non poſſis, &c. Et cap.69. Eo ipſo, inquit, quò firmiſſimè creditur, Deum iuſtum, & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere; hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus, &c. Pſal. 56. de præcepto loquens dilectionis: Non imperaret,inquit,hoc Deus,vt faceremus,ſi impoſſibile iudicaret, vt ab homine fieret,&c.

In hac vita præceptũ dilectionis impleri poteſt.

Itaq; dubitationi reſpondetur, poſſe nos implere in vita hac præceptum dilectionis, & poſſe ex toto corde, anima, & viribus,hoc eſt,valdè, & ſuper

A omnia Deum amare, ita vt eius amorem rebus omnibus præferamus. Perfectiſſimè autem amabimus in patria; perpetuo actu, atque firmiſſimo omne peccatum excludente, in cœlo diligemus. Hoc Auguſtinus,Bernardus,& D. Thomas,ſentiunt.Quantùm præcepto explendo ſatis eſt, amare poſſe homines,non inficiantur.Perfectiſſimi, perpetui atque ardentiſſimi actus,dilectionem beatitudini referuant. Vnde D.

In cælo perfectiſſimè ſeruatur magnum mandatum.

B Thomas 2.2.quæſt.44. art. 4. ad 2. Dupliciter (inquit) contingit, ex toto corde Deum diligere. Vno quidem modo, in actu, id eſt, vt totum cor hominis ſemper actualiter in Deum feratur; & iſta eſt perfectio patriæ. Alio modo,vt habitualiter totum cor hominis in Deum feratur, ita quòd nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat; & hæc eſt perfectio viæ. Cui non contrariatur peccatum veniale; quia non tollit habitum caritatis; cùm non tendat in oppoſitum obiectum; ſed ſo-
C lùm impedit caritatis vſum. Hæc D. Thomas.

Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Præceptum de dilectione proximi cur ſecũdũ dicatur.

Secundum præceptum appellat Dominus illud,quod de proximi dilectione traditur; non quidem ſecũdum numero Decalogi, ſed ſecundum dignitate poſt primum, & maximum de
D dilectione Dei.Eſt enim eiuſdem virtutis maximæ,videlicet caritatis.Eodem enim caritatis habitu Deũ amamus,& proximum. Mandatum de diligendo Deo maximum eſt,ac primum dignitate;ſecundum præceptum eſt de diligen diligendo proximo, qui Deo multò inferior eſt. Extat hoc præceptum in veteri lege.Leuit.19.*Diliges* (ait Dominus)*amicum tuum ſicut teipſum.* Septuaginta Interpretes vertunt: *Diliges* τ πλήσιον, id eſt, *proximum, tuum ſicut*
E *teipſum*. Nomen enim Hebræum, רע *reahh*, amicum ſignificat, & proximum.Continetur his verbis diligendi ratio,& dilectionis modus. Ratio diligendi eſt proximitas, quia proximi ſunt homines & ſecundùm naturalem Dei imaginem, & ſecundum capacitatem

Quo diligẽdus proximus.

tem gloriæ, vt docet D. Thomas 2. 2. quæſt.44. artic.7. Modum autem dilectionis illa indicant verba: *Sicut teipſum*. Particula, *ſicut*, ſignificare poteſt, æqualiter, vel ſimiliter. Hoc loco non ſignificat æqualiter, ſed ſimiliter. Non eſt intelligendum (ait D. Thomas eodem articu.) *ſicut teipſum*, quantùm ad hoc, quod aliquis proximum ſibi æqualiter diligat; ſed ſimiliter ſibi, &c. Et Caietanus Matth. 22. ait: Non dicit: *Diliges proximum quantùm teipſum*; quia quadrat ordini naturę, moris, ac caritatis, vt plus diligam me, quàm proximum. Sed dicit: *Sicut*; id eſt, eo modo, quo diligis teipſum. Lege D.Thomam 2. 2. quæſtio. 26. artic.4 & 5.

Diligere debemus proximũ ſimiliter, non æqualiter.

Hæc autem ſimilitudo tribus in rebus ſita eſt. Prima, vt diligat homo proximum, ſicut ſe debet diligere ex parte finis, id eſt, propter Deum. Secunda, vt diligat ſicut ſeipſum iuſtè, nihil iniuſtè agens propter proximi dilectionem. Tertia, vt proximo bonum velit, ſicut ſibi debet velle. non amans proximum propter ſuam vtilitatem, aut oblectationem Hæc tria, vt ait D. Thomas, proximi dilectionem ſanctã, iuſtam, veramque efficiunt. Sancta eſt, cùm proximus diligitur ſanctè propter Deũ. Iuſta, cum nihil iniuſtè propter proximum agitur. Vera, cum propter diligentis vtilitatem, aut delectationem non diligitur. Vt enim D.Thomas ait: Cum quis diligit proximum propter ſuam vtilitatem, vel delectationem, non verè diligit proximum, ſed ſeipſum.

Proximi dilectio ſit ſãcta, iuſta, et uera.

D.Gregorius homil. 38. in Euangel. ait, hoc præceptum in duo, diuidi, videlicet: *Quod tibi vis fieri, proximo fac:* &, *Quod tibi non vis fieri, proximo ne feceris.* Sciendum eſt (inquit) quod dilectio proximi in duobus pręceptis ſubdiuiditur. Cum quidam ſapiens dicat, Tob.4. *Omne, quod tibi odiſti fieri, vide ne ipſe alteri facias*. Et Dominus Matth. 7. *Quæ*, inquit, *vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis, &c.* Item; ſi quod impendi nobis rectè volumus, hoc alijs impartimur; & quod nobis fieri nolumus, hoc alijs facere ipſi deuitamus; caritatis iura illæſa ſeruamus, &c. Noſter autem proximus omnis homo eſt. Proximus (inquit Auguſtinus epiſto.52. ad Macedonium) non ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate penſandus eſt, in qua ſocij ſunt omnes homines, &c. Lib. 1. de doctrina Chriſtiana, c.30. Angelos quoq; nomine proximi comprehendi aſſerit. Manifeſtum (inquit) eſt, hoc præcepto, quo iubemur diligere proximum, etiam ſanctos Angelos contineri, &c. D.Thomas Matth.22. Sub nomine (inquit) proximi continetur homo, & Angelus, &c. Idem docet 2. 2. quæſt. 26. art.10. Angeli ergo omnes, & omnes homines proximi ſunt, & caritate proſequendi. Excluduntur tamen ij homines, & Angeli, qui æternis ſunt flammis mancipati, vt docet D. Thomas 2. 2. quæſt.26. art.11.

Dilectio pximi in duo ſubdiuiditur.

Quis dicatur proximus.

Angeli ſũt proximi noſtri.

In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & Propheta.

QVomodo ex his duobus mandatis vniuerſa lex pendeat, & Prophetæ, dubitatur. Reſpondetur, idcircò pendere, quoniam qui Deum amat, & proximum, vniuerſam implet legem, & quidquid Prophetæ prædixerunt faciendum. Qui Deum amat, primę tabulę pręcepta complet, quæ Deum ſpectant. Qui vero proximum diligit, præcepta ſecundæ tabulæ præſtat, quæ ad proximum attinẽt. In hãc ſententiam ait Paulus ad Rom. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Probat: *Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio, &c.* Omnia mandata ait inſtaurari in hoc mandato, hoc eſt, ad hoc mandatum reduci, in illo ſummatim comprehendi. Græcè verbum eſt, ἀνακεφαλαιοῦται, id eſt, *recapitulatur*, vt legit Auguſtinus epiſt.29.

Quõ pendeãt præcepta omnia ex caritate.

Ad Galat. 5. *Omnis lex in uno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, &c.* Videtur Paulus à Chriſto diſcrepare. Ait. n. Dominus, ex duobus mandatis pẽdere legem. Paulus autem affirmat,

affirmat, pendere ex vno, videlicet ex A dilectione proximi. Reſpondetur, nullam eſſe diſcrepãtiam. Etenim Paulus de præceptis loquitur ſecundæ tabulæ, ad proximum pertinentibus, quæ omnia in illo vno præcepto inſtaurantur: *Diliges proximum ſicut teipſum*. Chriſtus verò verba facit de præceptis vtriuſque tabulæ, ad Deum, & proximum ſpectantibus, quæ à duobus præceptis pendent. D. Auguſtinus lib. 8. de Trinit. c. 7. Cùm duo, inquit, ſint præcepta, in quibus tota lex pendet, & B Prophetæ, dilectio Dei, & dilectio proximi, non immeritò plerumque Scriptura pro vtroque vnum ponit, &c. Vnde reſpõderi poteſt, poſitum à Paulo vnum præceptum de dilectione proximi pro vtroque. Quia qui proximũ diligit propter Deũ, plus diligit Deũ; & ipſum mandatum de diligendo Deo in mandato continetur de diligendo proximo.

Chriſtus, et Paulus, conciliantur.

Aliter D. Auguſtinus ait, ex his duobus præceptis pendere legem, & Pro- C phetas, nimirum tanquam ex fine, ad quem diriguntur. Lib. 1. de qu. Euang. cap. 33. Pendet (inquit) lex, & Prophetæ, id eſt, illo referuntur; ibi habet finem, &c. Omnia enim præcepta finem habent caritatem. Iuxta illud Pauli 1. ad Timot. 1. *Finis præcepti eſt caritas, &c.* hoc eſt, ad caritatem præcepta omnia referuntur, & tẽdunt, & veluti finem. Poſſent etiam verba hæc intelligi hoc pacto: Lex, & Prophetæ ex his duobus mandatis pendent, quoad intelli- D gentiam. Cùm enim caritas ſit finis legis, & Prohetarum; is legem, & Prophetas intelliget, qui duo hæc præcepta rectè nouerit, & præſtiterit. Sed primus ſenſus præſtat cæteris: Loquitur Dominus de obſeruatione legis. Lex, & Prophetæ a dilectione Dei, & proximi pendent, quoad obſeruationem. Si velis, adde & quoad intelligentiam. Non enim rectè legem, & Prophetas intelligit is, qui eorum ſcopum caritatem eſſe ignorat Lege Origen. homil. 23. in Matth.

Finis mandatorũ eſt caritas.

Bene, magiſter, in veritate dixiſti, &c.

SCriba etſi tentans rogauerit, non erat Chriſto aduerſarius; ideoq; reſpondit Domino rectè, vereque, ô magiſter, quæſtioni propoſitæ reſpondiſti; *quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum*, id eſt, quòd vnus eſt Deus, rectè reſpondiſti, verum eſſe Deum, & non eſſe alium præter vnum. Dixit .n. Chriſtus, vt Marcus ait: *Primũ omnium mandatum eſt, audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus eſt: & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Addit Scriba: *Et vt diligatur Deus ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquã ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs, &c.* Aſſerit idem, quod Dominus dixerat, mandatum caritatis maximum eſſe. Diligere, inquit, Deum ex toto corde, & diligere proximum ſicut ſeipſum, præſtantius eſt omnibus holocauſtis, cæteriſque ſacrificiis omnibus; quia maximum eſt dilectionis Dei, & proximi mãdatum. Antepoſuit dilectionem holocauſtis, reliquiſque ſacrificijs, quia magni faciebant Iudæi ſacrificia.

Caritas præſtantior omnibus ſacrificijs legis.

Ianſenius ex his Scribæ verbis colligit, fuiſſe inter Phariſæos aut Sacerdotes, aliquos, qui ſacrificia dilectioni Dei, & proximi malè prætulerint, cùm Scriptura contrarium doceat Pſal. 49. 50. & 59. Iſa. 1. Ierem. 7. & alijs locis. Vide D. Iren. lib. 4. c. 32. Attamen non eſt hæc firma collectio. Quamuis enim nulla eſſet quæſtio hac de re inter Iudæos, rectè potuit Scriba caritatem ſacrificijs omnib. anteferre. Beda Marc. 12. putat, grauem inter Scribas, & Phariſæos quæſtionem fuiſſe verſatam, quodnam eſſet mãdatũ legis primum, ſiue maximum. quibuſdã ſacrificia laudantibus, ac præponentibus, alijs verò fidei, & dilectionis opera præferenti- E bus. Hunc verò Scribam in hac fuiſſe ſententia. Sacrificiorum multa erant genera; quædam pro peccato dicebantur, alia ſacrificia pacifica, alia holocauſta. Tam holocauſtis, quæ præſtantiora erant, quàm cæteris omnibus ſacri-

Sacrificiorum erant multa genera.

A bus ſacrificijs dilectionem Scriba præferendam iudicat. Græcè ita legitur, *καλῶς διδάσκαλε ἐπ' ἀληθείας εἶπας, ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ. Pulchre, ſiue bene, magiſter, in veritate dixiſti, quòd vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum; & amare ipſum ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtis, & ſacrificijs*. Noſter Interpres illud, *& amare ipſum ex toto corde, &c.* vertit, *& vt diligatur ex toto corde, &c.* Sed idem eſt ſenſus.

Non es longè à regno Dei.

Sapienter Scriba reſpondit: *videnſque Chriſtus* (ait Marcus) *quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à regno Dei.* Regnũ Dei ſumitur hoc loco pro regno Chriſti. Non longè ille erat à regno Chriſti, hoc eſt, à Chriſti diſcipulatu, à fide in Chriſtum, quæ per dilectionem operatur. Euthymius: Non longè, inquit, es à regno Dei, hoc eſt, appropinquas fidei, qui veritatem confeſſus es. Hoc autem dixit, adhortans illum ad perfectam ſpem, &c. Cernebat Dominus illius animum non repugnãtem veritati, fidei illum propinquum eſſe videbat. Veriſimile eſt, ex ijs hunc fuiſſe, qui in Chriſtum poſteà crediderunt.

Regnũ Dei pro regno Chriſti ſumitur.

CAPVT XXI.

De magno mandato caritatis,
Morale.

MAximum mãdatum tradit Dominus, mandatum videlicet caritatis; cęteris enim omnibus præponderat, omnia ſuperat. Quamobrem Paulus 1. Cor. 13. *Nunc*, inquit, *manent fides, caritas, tria hæc, maior autem horum eſt caritas, &c.* Et c. 12. *Excellentiorem*, inquit, *viam vobis demonſtro, &c.* Græcè autem via dicitur καθ' ὑπερβολὴν, id eſt, *ſecundum hyperbolen, & excellentiam*. Hanc excellentiorem viam nobis demonſtrat hoc loco Chriſtus, qua nos in cœlum ducat. Etenim via eſt dilectio Dei, ac proximi in cœlum ducens, & via quidem excellentiſſima; hac itur ad aſtra, Reliquis omnibus vijs ſi facias iter, & ab hac deflectas, in cęlum minimè peruenies. Qui in cœlum tendunt viatores, hac incedunt via eminentiſſima; ab ea aberrãt omnes, quicumq; in Orcum iter habent. Ad Epheſ. 5. *Ambulate* (ait Apoſtolus) *in dilectione, &c.* Auguſtin. Pſal. 103. In omnibus (inquit) Scripturis ſupereminẽtiſſimam viam, ſupereminentiſſimum locum caritas obtinet. Non ad eam aſpirant, niſi boni; hanc nobiſcum non communicant mali, &c.

Caritas via Dei excellentiſſima.

B Item: ſupereminens via caritatis tenet eos, qui propriè pertinent ad regnum cęlorũ, &c. Supereminens eſt hæc via, & regia. Iacobi cap. 2. *Si tamen*, inquit, *legem perficitis regalem, ſecundùm Scripturas: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, bene facitis, &c.* Legem regalem caritatis legem vocat. Eſt ergo caritas lex regalis, eſt via regia, quæ ad ſummi Regis curiam, cęleſtemq; regiã viatores fert. Hac iuſti iter habent. Iuxta illud Numer. 21. *Via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos veſtros, &c.* Via

Caritas via regalis eſt.

C caritatis regia iuſti gradiuntur, donec mũdi huius tranſeant terminos. In hanc viam regiam reliquæ omnes virtutum viæ ducunt; in hoc mandatum magnũ reliqua minora mandata, veluti viæ minores diriguntur. Hæc eſt celſiſſima Iacob ſcala, cui Deus innititur. Geneſ. 28. quæ à terra in cœlum vſque pertingit, per quam Angeli, hominesque Angelis ſimiles aſcendunt, atque deſcendunt; aſcendunt ad Deum amandum, deſcendunt ad proximum iuuan-

Eſt ſcala Iacob.

D dum. Hac via excellentiore homines ad eum veniunt, hac Deus venit ad homines. Caritate enim impulſus Deus, in mundum homines redempturus deſcendit.

Itaq; via eſt excellẽtior caritas, vel vt Auguſtinus appellat, via ſupereminentiſſima; quia reliquis omnibus virtutibus, doniſque præſtãtior eſt. Inter metalla aurum, inter elementa ignis, inter cęlos empyreum cęlũ, inter pla-

E netas Sol, inter Angelos Seraphim prę cellũt; inter virtutes pręcellit dilectio Dei, & proximi. Ea aurũ eſt fulgentiſſimum, quo cœleſtia comparantur bona; ignis eſt cęleſtis, quo animus inflãmatur; empyreum cęlũ eſt, hoc eſt,

Caritas præcellit virtutibus omnibus.

igneum, in quo habitat Deus;Sol eſt, mentem ſplendore illuſtrans; admirabilis virtus eſt,& ſeraphica, ex hominibus Seraphinos ardentes efficiẽs. Maximũ,& primum mandatum(ait Dominus)eſt mandatum dilectionis, Maximum eſt mandatũ in Scripturis traditũ. Quamobrem Auguſtinus Pſal.103. verba illa: *Qui tegis aquis ſuperiora eius*, ideſt,cœli:de caritate exponens,cœlũ Scripturam ſacram celſiſſimam ait ſignificare,aquas verò caritatẽ *per Spiritum ſanctum diffuſam in cordibus noſtris*, vt Paulus ait ad Rom.5. Tegit caritas ſuperiora Scripturæ;quia illius mãdatum omnia Scripturę mãdata ſuperat. Quę ſunt ſuperiora Scripturæ diuinę? rogat Auguſtinus. Reſpondet:Præceptum caritatis, quo nihil eſt eminentius,&c. Itẽ: In omnibus Scripturis ſupereminentiſſimum locum caritas obtinet. Præceptum caritatis ſuper cęlos ſuper omnes libros; ei enim ſubduntur libri,ei militant oẽs linguæ Sanctorũ, & omnis motus diſpenſatorum Dei,& animæ, & curporis,&c. Cantic.2. *Ordinauit in me caritatem*. Ex Hebræo etiã, ודגלו עלי אהבה *vedaglo hhalai ahabah*, ſic vertitur: *Vexilium eius ſuper me amor,&c.* Quemadmodum vexillum toti exercitui eminet; ſic caritatis præceptum omnibus eminet præceptis. Vexillum præceptorum eſt, quod illa ſequuntur.

Præceptum caritatis eſt ſup omnes cælos.

Caritas magnos facit hoies, et Angelos.

Maximum eſt hoc præceptum,maximoſque facit homines,& Angelos. Maximi Angeli ſunt Seraphini,ideſt,ardẽtes,qui caritate reliquis præſtant: Maximi homines ſunt, qui maximè Deũ diligunt. Menſura magnitudinis Angelorũ,& hominũ,dilectio eſt; eò maior eſt Angelus,& homo, quo maiorẽ habet dilectionem,eo minor, quo minorẽ. Corporis magnitudinẽ efficit quãtitas;animæ magnitudinem efficit hæc diuina qualitas. Vnde Bernard. Cant. ſerm.27. Quantitas, inquit, cuiuſque animæ æſtimatur de mẽſura caritatis, quam habet. Vt v.g. quæ multũ habet caritatis,magna ſit;quę parum,parua, &c. Viſne ſcire,quam paruus homo ſit caritate carens, quamuis opulentiſſimus,doniſque multis exornatus? Lege Paul 1.Cor.13. Sit quiſpiã eloquentia

A maximus,linguis hominum,& Angelorum,magna cum auditorum admiratione loquatur; ſi caritate careat, paruus eſt; *æs ſonans, & cymbalũ tinniens* à Paulo appellatur. Sit alius maximus fide,prophetia,ſciẽtia, myſteriorũ omniũ cognitione;abeſt caritas, exiguus eſt, *nihil eſt*, vt docet Apoſtolus. Sit alius maximus largitate,laborũ,dolorũ,mortiſq; tolerantia, ſi caritate præditus nõ ſit,puſillus eſt, *nihil illi prodeſt*, ait Apoſtolus,ad gloriã æternã conſe-
B quẽdã. Viri oẽs diuitijs,nobilitate, honoribus,imperio maximi,ſi caritatem non habent,minimi ſunt. Cõtra verò, viri paupertate, generis obſcuritate, hominũque opinione minimi,caritatẽ ſi habent,maximi ſunt. Maximũ enim mãdatum maximos facit. Nihil eſt maximũ ſine mãdato maximo: ipſæ virtutes paruæ ſine i lo ſunt, imò mortuæ ſunt. Nam virtutum forma caritas eſt. Quẽadmodũ ſi forma priuetur animal, vitam amittit;ſic ſi forma ſua,ideſt, ca-
C ritate,fides,ſpes,patientia,reliquęque virtutes priuentur,mortuæ ſunt.

Caritas regina virtutum.

Virtutibus ſplendorem præbet caritas.

Caritas Regina eſt virtutum,omnes ornat,omnes regit,imperat omnibus, omnibus ſplendorẽ cõfert,ſi adeſt,dat pulchritudinem,ſi verò abeſt, ornatũ, ſplendoremque amittunt, quo oculos Dei alliciunt. Sol eſt caritas,ſtellę ſunt virtutes reliquæ. Vt Sol ſtellis; ſic caritas fulgorem præbet virtutibus. Stellæ omnes abſque Sole diem efficere nõ
D poſſunt; eundem in modum, virtutes omnes abſque caritate in anima diuinum fulgorem efficere nequeũt. Attamẽ ſolus Sol diẽ efficit; ſtellarũ lucem ſua luce obſcurat. Caritas verò diẽ in animo efficit, virtutibus veluti ſtellis fulgentibus comitata: nõn.n. luce ſua lucem reliquis virtutibus eripit, ſed lucem donat. Mater eſt virtutũ, vt Iuſtinian. ait in lib de ligno vitæ.ca.3. vt mater,virtutes alit,reficit,roborat, ſu-
E ſtinet. Si moriatur hæc mater, protinus filiæ,matre moriẽte,moriũtur. Manet fides infuſa,manet ſpes, manẽt quoq; virtutes aliæ acquiſitæ, ſed mortuæ manent. Orbitas.n. hæc mortẽ efficit. Radix eſt virtutũ caritas. Si viuit radix,viuũt rami,fructuſq; producũt; ſi viuit caritas in animo, viuũt virtutes,

Eſt mater virtutum.

fru-

A fructuſque pariunt. Si radix moritur, moriuntur rami, ſteriléſque fiunt; ſi caritas moritur moriūtur virtutes, viuoque fructu carent. Itaque maximum eſt caritatis præceptum; quia (vt Augu. ait ſerm. 42 de tempore) quomodo oleum omnibus humoribus ſuperius eſſe cognoſcimus, ita caritas omnibus virtutibus ſublimior comprobatur, &c.

Maximum mandatum caritatis, capacitate, opulentia, meritis.

Maximum eſt mandatum capacitate, vt D. Thomas ait Matth. 22. quia in ipſo omnia mandata continentur. Omnia enim caritatis latiſſimum manda- B tum complectitur, ex illa oĩa pēdēt.

Secundò, maximum eſt opulentia. Is enim opulentus eſt, qui caritatis theſaurum habet; inops, qui eo caret, quamuis totius orbis aurum cōgreget. Vnde illud Apocaly. 3. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias &c.* Ante hæc dixerat: *Dicis: Diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo; & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, &c.* Pauper erat ille Epiſcopus, C quamuis ſe diuitem crederet, vt diues fiat, caritatis aurū ignitū emere ſuadetur; quia caritas diuitem hominē efficit. Sine caritate (ait Iuſtinianus in lib. de ligno vitæ, ca. 4.) diues pauper eſt; & in caritate pauper eſt diues. Caritas enim theſaurus eſt abſconditus. Nullæ ſunt maiores diuitiæ, quam Deū poſſidere, & caritatem habere, &c. Diues dicitur ab hominibus, qui plenus eſt auro. Quantò ditior, qui plenus eſt Deo? Qui plenus eſt caritate (ait Auguſtin. D Pſal. 98) plenus eſt Deo, &c. Opulentiſſimus ergo eſt, qui caritatem habet, quia Deum habet.

Sine caritate diues pauper eſt.

Maximum mandatum nobilitate, diſtinctione vinculo.

Tertiò, maximum eſt caritatis mandatum meritis. Abſque caritate merita vel gratiæ, vel glòriæ eſſe nequeūt. Caritas minima quæque opera reddit meritoria, & meritorum radix eſt. Vnde Apoſtolus 1. Corinth. 13. *Si diſtribuero,* inquit, *in cibos pauperū omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meū, ita vt* E *ardeam; caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, &c.* Ad Galat. 3. *In Chriſto neque circūciſio aliquid valet, neq; præputiū, ſed fides, quæ p caritatē operatur, etc.* Et Auguſtinus lib. 16. de Trinit. ca. 18. Sine caritate, ait, poteſt fides eſſe, ſed non & prodeſſe, &c. Item Nullum, inquit, eſt donum excellentius iſto Dei dono. Dantur & alia Spiritus ſancti munera, ſed ſine caritate nihil proſūt, &c. Itē: Caritas perducit ad Deum, & ſine caritate quodlibet aliud donum Dei non perducit ad Deum, &c.

Quartò, maximum eſt mādatum nobilitate. Nobiliſſima enim omnium virtutum eſt caritas, regina virtutum eſt, nobiliſſimos illos reddit, qui illam habent. Quid enim nobilius Dei filijs? Filij autem Dei per caritatem cōſtituuntur. Hanc qui habet, filius Dei eſt, qui non habet, mancipium eſt dæmonis. 1. Ioan. 4. *Omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt. &c.* Auguſtinus tract. 7 in ep. eādē: Qui, inquit, non diligunt Deum, alieni ſunt. Et quamuis intrent baſilicas, ideſt, templa, non poſſunt numerari inter filios Dei, &c.

Quintò, maximum eſt diſtinctione. Nā diſtinguit caritas improbos à probis, hœdos ab ouibus. Hic eſt ouium Chriſti maximus character. Gratias gratis datas etiā improbi habere poſſunt, caritatem ſoli poſſidēt probi. Auguſtinus lib. 15 de Trin. c. 18. Solū, inquit, eſt caritatis donum, quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ, &c. In die illo iudicij extremo, hac nota oues ab hœdis diſtinguētur, & ad dexterā ſtatuētur. Auguſtinus eod. cap. Niſi, inquit, tantū impertiatur cuiq; Spiritus ſanctus, vt eū Dei, & proximi faciat amatorem, à ſiniſtra nō transfertur in dexteram, &c.

Caritas diſtinguit oues ab hœdis.

Sextò, maximum eſt, quia maximū eſt caritatis vinculum. Ad Coloſſ. 3. *Super omnia* (inquit Paulus) *caritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis,* hoc eſt, vinculum perfectum, & maximū, aureumque; quia hominem cū Deo arctiſſimè aſtringit, ita vt neque oēs homines, neque dæmones omnes illum à Deo queāt ſeparare, iuxta illud Pauli, hoc vinculo cū Deo maximè colligati. Ad Rom. 8. *Quis me ſeparabit à caritate Chriſti, tribulatio, an anguſtia: &c.* 1. Cor. 6. *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo, &c.* Quemadmodū matrimonij maximo vinculo cū viro colligatī vxor, ſic caritatis vinculo maximo cū Deo colligatur homo. D. Ber. ſer. 83. Cant. Cōformitas (inquit) cū Verbo in caritate,

Caritas maritat hominem Deo.

maritat aĩam Verbo. Cũ cui ſimilis eſt A
per naturã, ſimilẽ ipſi ſe exhibet pervo
lũtatẽ; diligẽs, ſicut dilecta eſt, &c. Ma-
gna ſunt alia vincula cognationis; ſed
maximũ eſt vinculũ nuptiarum. Nexus
hic (ait Ber. loco indic.) vincit ẽt, q̃ na
tura arctius vinxit, vinculũ parentũ ad
filios, &c Hinc illud Geneſ. 2. *Relinquet
homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & ad
harebit vxori ſuæ, &c.* Eundem in modum
caritatis vinculum maximum eſt; vin-
cit enim nexus hic omnes ſanguinis,
& cognationis nexus, etiam parentum B
ac filiorum. Iuxta illud Chriſti Mat. 10.
*Qui amat patrem, aut matrem pluſquam
me, non eſt me dignus. Et qui amat filium,
aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, &c.*

Maximum mãdatum eſt victoria ratione.

Septimò, caritatis mandatum maxi-
mũ eſt victoria; omnia enim caritas vin
cit. Quamobrem D. Bern. ſerm. 64. Can.
violentam ad victoriam amoris vim
appellat. Vincit ignis, domatque om-
nia, etiam duriſſimum ferrum, duriſſi-
mumque marmor; igni ſimilis caritas
eſt, omnia vincit. D. Augu tom. 1. lib. de C
morib. Eccleſ. cap. 22. Nihil (inquit) eſt
tam durum, & ferreum, quod non amo-
ris igne vincatur, &c. D. Chryſoſ. hom.
52. in Act. Apoſt. Qui (inquit) igne Chri
ſti captus fuerit, talis fit, qualis eſſet
homo ſolus ſuper terram habitans. A-
deo nihil curæ ei eſt gloria, & ignomi-
nia. Sed quemadmodum, ſi ſolus habita
ret, nihil curaret; ita & talis quoq; nõ
curaret Tentationes autem ſic cõtem-
nit, ac flagella, & carceres, quaſi in alie
no corpore pateretur; vel quemadmo- D
dũ ſi adamantinũ corpus poſſideret. Ea
aũt, q̃ ſuauia ſunt in hac vita, ita ridet,
& non ſentit; ſicut nos, vel ipſi mortui
corpora mortua. Et ſicut muſcæ in me
diũ flãmę nõ ĩcidũt, ſed fugiũt; ita & af
fectiones illis accedere non audẽt. Hæc
Chryſ. de maxima huius cœleſtis ignis
victoria. Cã. 8. *Aqua multæ nõ potuerũt ex
tiguerẽ caritatẽ, nec flumina obruẽt illã &c.*

Caritas eſt ignis inextinguibilis.

Ignis eſt caritas inextinguibilis, & ad-
mirãdus, quẽ neq; flumina obruere, ne
que aquæ multæ extinguere poſsũt. Di
lectionẽ firmi Chriſtiani (ait Ambro. in
ep. ad Ro. c. 8.) nulla vincunt tormẽta.
Amãtis n. plus ĩcitatur caritas; ſi eũ, cu
ius ſenſit beneficia, prohibeatur amare
&c. nauis eſt fortiſſima caritas, q̃ oẽs ſu
perat pelagi huius turbines, ac tẽpeſta A
tes. D. Ber. in ſer. de trib. ordinib. Eccl.
Quę (inqt) poterit nauis inueniri, q̃ tã
immanes ſuſtineat fluctus, & in tãto ſe
cura poſſit eſſe diſcrimine? Vtiq; fortis
dilectio, &c. O nauẽ fortiſſimã, ac tutiſ
ſimã. Hac q naugãt, ſi ex illa nõ exeãt,
procuIdubio ad optatum cœleſtis patriæ
portũ oĩb. ſupatis pcellis, peruenĩẽt. *For
tis dicitur, vt mors, dilectio.* Cã. 8. Vĩcit oĩa
mors, ſed vincẽs vitã aufert. At caritas
vincit oĩa, vincẽs vero, vitã nõ aufert,
ſed affert. Vincit mors, ſed triſti victo- B
ria vincit. Vincit caritas, læta victoria
ſuperat. Deniq; caritatis admirãda eſt
victoria, ſiquidem de Deo ſummo triũ-
phauit. Iuxta illud D. Ber. ſer. 64. Cant.
Quid (inquit) amore violentius? Trium
phat de Deo amor, &c. De Deo triũpha
uit caritas, de oĩb. quoque triũphat Sã-
ctis. O beatum illum, qui in triũpho du
citur caritatis. O fęlices captiuos quos
aureis vinctos vinculis in triũpho illa
ducit. O vtinã de nobis triumphet oĩb.

Triumphat de Deo amor.

Octauo, mãdatũ caritatis maximum C
eſt imperio. Caritas n. oĩb. affectib. to-
tiq; homini imperat, ac dominatur. D.
Ber. Can. ſer. 83. Amor vbi venerit, cęte
ros in ſe oẽs traducit, & captiuat affe-
ctus, &c. Imperat caritas odio, iracun-
diæ, timori, cupiditati, cæteriſq; animi
appetitionib. effrænatis. Oculis impe-
rat, aurib. manib. mẽbraq; oĩa, corpo-
ris, & animi facultates in Deũ dirigit.

Caritas omnibus affectibus imperat.

Nono, mãdatũ caritatis maxĩmũ eſt
volatu; in cęlũ vſq; volat caritas, Deũ-
que cõplectitur: oẽs ẽt virtutes in Deũ D
ueluti aquila pullos, uolare docet, So-
lẽq;. i. Deũ firma acie intueri. Per carita
tẽ ad Deũ fides uolat, uolat ſpes, miſeri
cordia, caſtitas, patiẽtia, & uirtutes re-
liquæ ſine caritate humi repũt. Ambr.
in lib. de Iſaac, & aĩa, c. 8. Alas (inquit)
ignis habet caritas, &c. Igneis alis in
cœlũ, oĩa, quæ volatui obſtãt, combu-
rens, volat. Curru igneo in paradiſum
terreſtrẽ raptus eſt Elias, 4 Reg. 2. Cur-
ru caritatis igneo rapitur aĩa in para-
diſũ cęleſtẽ. Alas duas habet auis; duas
quoq; alas habet caritas, amorẽ videli-
cet Dei, & proximi. Aug. Pſ. 121. Aĩa (in
quit) tãquam extenſis pennis, & duab.
alis reſolutis ab omni impedimento. i.
duobus præceptis dilectionis, Dei, &
proximi,

Maximum mãdatum volatu, ſalnatione.

Caritas duas habet alas.

Digitized by Google

proximi, volat. Quò niſi ad Deū aſcendens volãdo; quia aſcendit amãdo? &c. Et Pſ. 103. Noſtra, inquit, dilectio pennæ noſtræ ſunt, &c. Item: Quiſquis dilexerit Deum, & proximum, animam habet pennatam, liberis alijs ſancto amore volantem ad Dominum, &c.

Sine caritate ſeruari nemo poteſt.

Decimò, maximum eſt ſaluatione. Eum enim ſeruari oportet, qui caritatem ad finem vſque ſeruauerit, eum perire, qui caritatem perdiderit. Bernardus ſerm. 2. de S. Michaele: Perire (ait) neceſſe eſt hoiem, qui caritatẽ non habet, etiamſi tradiderit corpus ſuum, ita vt ardeat, &c. Qui igitur ſeruari optat, caritatem complectatur. Non ſeruant diuitiæ, honores, caducaq; alia bona; ſeruat caritas. Plerique, qui opibus, honoribuſque exundarunt perpetuæ ſalutis fecerunt iacturam. Qui caritatem ad mortem vſque complexi ſunt, omnes æternam ſalutem ſunt adepti. Auguſtinus lib. 50. homil. 50. Sola caritas ſufficit, ſi adſit. Cætera omnia nihil proſunt, ſi ſola caritas deſit, &c.

Maximũ mandatum fortitudine patiẽtia facilitate.

Vndecimò, maximum mandatum eſt fortitudine, maximum patientia. Satis hoc probarunt innumera Martyrum millia, qui vt maximũ caritatis ſeruarent mandatum, caritatis fortitudine confirmati, horrenda tomenta fortiter pertulerunt. Amoris igne (ait Auguſtinus lib. de moribus Eccleſ. cap. 22.) cùm ſe anima rapit in Deum, ſuper omnem carnificinam libera, & admiranda volitabit pennis pulcherrimis, & integerrimis, quibus ad Dei complexum amor caſtus innititur. Niſi verò amatores auri, laudis, fœminarum amatoribus ſuis Deus ſinat eſſe fortiores. Cùm ille non amor, ſed congruentiùs cupiditas, vel libido nominetur. In qua tamen apparet, quantus ſit impetus animi ad ea, quæ diliguntur, indefeſſo curſu, per immania quæque tendentis; argumentoque nobis eſt, quàm ſint omnia perferenda, ne deſeramus Deū; ſi tanta illi, vt deſerant, perferunt. Hæc ille. Eodem lib. cap. 15. fortitudinem ſic definit: Fortitudo eſt amor omnia propter Deum facilè perferens, &c. Adde illud Apoſtoli 1. Cor. 13. *Caritas patiens eſt, omnia ſuffert, &c.*

A Duodecimò, maximum eſt mandatum facilitate. Quid enim facilius eſt, quàm amare? Quid ſuauius? Quis eſt, qui non poſſit amare Deum, iuuante Deo? Non poterit ægrotus ieiunium ſeruare, flagris ſe cædere, longis precationibus inſiſtere; at poterit amare. Non poterit pauper amplas eleemoſynas largiri, at poterit Deum diligere. Omnium hominum eſt caritas, omnium temporum, omnium horarum, omnium locorum. Nullus homo eſt, B qui Deo iuuante, ſi velit, non poſſit Deum diligere. Nullum tempus eſt, nulla hora, nullus locus, nulla actio, in qua caritatis actus, veluti diuinas ſagittas, emittere ex corde non poſſimus. Lege D. Auguſtinum ſerm. 47. de Sanctis, qui tribuitur etiam D. Leoni. Facile eſt amare, faciliaque omnia reddit caritas. D. Auguſtinus in lib. de natura, & gratia, tom. 1. cap. 69. Omnia, inquit, fiunt facilia caritati, &c. Item: Quomodo, inquit, dicitur Pſal. 16. C *Propter verba labiorũ tuorum ego cuſtodiui vias duras:* niſi quia vtrumq; verum eſt? Duræ ſunt timori, leues amori, &c. Item Pſalm. 118. cõc. 22. Dilectio, inqt, eſt latitudo mandati, &c. Item: Sæpe monuimus laudabilem latitudinem, in qua nullas, cũ mandata Dei facimus, patimur anguſtias, intelligendã eſſe caritatem, &c.

Amore nihil eſt facilius.

Denique maximum eſt mandatum; quia finis eſt mandatorum. *Finis præcepti* (ait Paulus 1. ad Timoth. 1.) *eſt caritas de corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidã aberrantes, cõuerſi* D *ſunt in vaniloquiũ, volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, &c.* Præceptorum Dei finis eſt caritas, ex corde emanãs puro, omni ſceleris labe expurgato, & conſcientia bona, nullius ſibi conſcia criminis, & fide nõ ficta, Græ- E cè, ἀνυποκρίτῳ, id eſt, *non hypocritica*, non ſimulata, vera, ſincera. Ab hoc caritatis maximo mandato, à corde puro, conſciẽtia bona, & fide nõ ficta aberrãtes hæretici, *cõuerſi ſunt in vaniloquiũ, volentes eſſe legis Doctores, nõ intelligẽtes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Neſcio quã fidẽ ſibi finxerũt; ea ficta fide à fide nõ ficta toto cælo aberrantes, in vaniloquium conuerſi ſunt,

Finis mandatorũ eſt caritas.

Hæretici à fide aberrant.

vana loquẽtes, vana docentes, legis Doctores eſſe volunt, non intelligentes, neq; quę loquuntur, neque de quibus affirmant. Vt fidem tueantur fictam, oĩa fingunt. Nos verò fidem non fictã, ſed veriſſimã Eccleſiæ Catholicæ, ab Apoſtolis acceptam contemplamur, eamq; cum caritate, quæ legis finis eſt, coniungamus. Siquidem ſola per ſe fides ſalutem nemini afferre poteſt. Sine præcepti fine non peruenitur ad ſalutis, & gloriæ finem. Fides principium B eſt, ſalutis fundamentum eſt, non ergo ſola ſufficit, ſiquidem finis reſtat comparandus. Caritas finis eſt, hæc tectum edificij eſt. Hanc ſi comparemus, ſalutẽ comparabimus ædificiumque perficiemus. D. Ignatius epiſt. 14 ad Epheſ. Principium, inquit vitæ fides, finis eiuſdem caritas. Hęc autem duo quoties in vnũ coeunt, Dei hominem perficiunt, &c.

Fides eſt principiũ, & fundamentum ſalutis, ſed non ſufficit

Triplex finis eſt (ait Iuſtinianus lib. de ligno vitæ, cap. 2.) conſumptionis, conſummationis, & terminationis. Primo C modo, caritas eſt finis peccatorum quia peccata conſumit. Secundo modo eſt finis præceptorum, qnia præcepta perficit. Tertio mõ, vita ęterna, & Deus eſt finis noſtri laboris. Sed vita æterna eſt finis, quo quieſcitur: Deus eſt terminus, in quo quieſcitur. Hęc ille. Hoc loco dicimus, caritatem finem eſſe conſummationis, & perfectionis mandatorum. Omnia enim mandata tamquam ad finem in caritatem tendunt. Omnia finis hic cõplectitur: ac perficit. Hinc D illud Auguſt. 1 Ioann. 4. tract. 7. Semel, inquit, breue præceptum tibi pręcipitur. Dilectionis, & quod vis fac, &c. Nam qui mandatum dilectionis ſeruat oĩa ſeruat, nullum reliquorum frãgit. Radix ſit intus dilectionis (ait Auguſt. eodem loco) non poteſt de iſta radice, niſi bonum exiſtere, &c. Omnes virtutes caritatem comitantur, magnum caritatis mandatum oĩa mandata ſequuntur. Iuſtus non eſt is, qui ſolam fidem E habet; ſed qui habet caritatem fide, cæteriſque virtutibus comitatam. Auguſtinus in lib. de natura, & gratia, capi. 70. Caritas, inquit, inchoata, inchoata iuſtitia erit; caritas prouecta, prouecta iuſtitia eſt; caritas magna, magna, iuſtitia eſt; caritas peſecta,

Finis triplex & quo caritati hic conuenit.

Fides cum caritate cõiungenda.

A perfecta iuſtitia eſt. Sed caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, &c.

Non in fide ſola iuſtitiam collocat, ſed in caritate, comitantibus fide non ficta, cæteriſque virtutibus, quę cor, & conſcientiam puram reddunt. Non ex fide dixit Chriſtus legem pendere, & Prophetas, ſed ex caritate, quia caritas eſt, quę fidei, reliquarumq; omnia virtutum præcepta complectitur, & meritoriè exequitur. Iuxta illud Pauli 1. B Corinth. 13. *Caritas omnia ſuffert, &c.*

Ex fide, nõ pendet lex ſed ex caritate.

Præclarè D. Grego. hom. 27. in Euang. Omne, inquit, mandatum de ſola dilectione eſt, & omnia vnum præceptum ſunt quia quidquid pręcipitur, in ſola caritate ſolidatur. Vt enim multi arboribus rami ex una radice prodeunt; ſic multæ virtutes ex una caritate generantur, neque habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, ſi non manſerit in radice caritatis, &c. Item: Præcepta C Dominica, & multa ſunt, & unũ: multa, per diuerſitatem operis, vnum in radice dilectionis. Sic Gregorius. Eſt ergo caritas omnium præceptorũ radix. Si radicem exſcindas, rami areſiunt, ſi caritatem tollas, fides, cæterque virtutes ariditatem contrahunt. Denique duas alas habet anima, quib. in cœlum volat. ideſt, duo caritatis pcepta. In his duabus alis omnes ſunt animæ pennę, id eſt, omnia reliqua pręcepta. Auguſtinus Pſalm. 103. Pen- D nę; inquit, animarum ſunt virtutes, bona opera, rectè facta. In duabus aliis habent omnes penas animæ. Omnia enim pręcepta in duobus pręceptis ſunt &c.

Mandata oĩa complectitur caritas.

Maximum eſt mandatum de diligendo Deo. Diligendi modus illis verbis traditur: *Ex toto corde, ex tota anima, &c.* Cordis, ſiue uoluntatis eſt caritas, hoc illius ſubiectum eſt, ſedem enim in voluntate obtinet animi potentia pręſtãtiſſima, præſtantiſſimus amor, totum E vero cor vẽdicat. *Diliges,* ait dominus, *Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, &c.* D. Baſilius Pſalm. 44. *Diliges*, inquit, *Dominus Deum tuum ex toto corde tuo, & ex omni mente tua.* Quod *ex omni* dicit; diuiſionẽ in alia nullam admittit. Quãtum dilectionis in hæc inferiora inſumpſeris,

Diligẽdus Deus ex toto corde.

ſumpſeris, tantum neceſſe eſt, vt ei adimas, quod totum eſt, &c. Mille corda ſi homo haberet, eaque maxima, omnia Deo deberet, vnum tantummodo cor habet, idque minimum, hoc autem Deo nõ reddit ingratus. Creaturis cor tradit, Creatori aufert. Dũ malè amat creaturas, Creatorem non amat bene, amore à Deo auertit, & in creaturas conuertit, ex bonitate creaturarum offenſã elicit Creatoris. Hinc illa carmina, quorum meminit D. Auguſt. lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 22.

Creatura diligenda propter Deum

Hac tua ſunt, bona ſunt, quia tu bonus iſta creaſti.
Nil noſtrum eſt in eis; niſi quod peccamus, amantes
Ordine neglecto, pro te quod conditur abs te.

Cum bona ſit creatura (ait eodem loco Auguſtinus) & benè poteſt amari, & malè. Bene, ordine cuſtodito, malè, ordine perturbato, &c. Amoris ordinẽ perturbant homines, dum creaturis Deo deſerto amorẽ ſuum impendunt. Amoris ordinem cuſtodiunt, cùm Deo creaturis poſtpoſitis, cor totum tradũt. *Ordinauit in me caritatem* (ait illa dilecta Dei ſponſa) quæ amoris ordinem cuſtodit. Cant. 2. Poſtulat autem caritatis ordo, ut Deus primum toto corde diligatur.

Creatura bene & malè amari poteſt.

Obiiciet quiſpiam; Si toto diligatur Deus corde; creaturis, diligendis nihil reſtabit cordis, ergo proximum diligere nemo poteſt. Qua enim cordis parte diligetur, ſi nulla pars illi reſtat, totumque Deus flagitat? Reſpondemus totum cor eſſe tribuendum Deo; creaturas vero, & proximum diligendas eſſe propter Deum. Vnde efficitur, vt cor Deo non auferatur; etiam cum creatura diligitur. Non enim amorem patri aufert, qui filium amore propter patrem cõplectitur, imo in filio amat patrem. Sic nos ſi creaturas propter Deum amamus, amorem Deo non auferimus; ſed Deum in creaturis diligimus. Præterea diligitur Deus toto corde, cum creatis rebus omnibus anteponitur in corde. Non enim proximus a corde eſt excludendus, ſed ſimul cum Deo corde complectẽdus. Ita tamen, ut & propter Deum ametur, & lõgo infra Deum interuallo collocetur.

An creatura diligi poſſit ſi Deus ex toto corde diligatur.

A Non ſolus Rex in palatio habitat latiſſimo, ſed Regina etiam, multique famuli, ac pediſſequæ. At ſi roges, cuiuſnam palatium ſit, quiſnam in eo habitet? Reſpondebitur, regis eſſe palatiũ in eo habitare Regem, quoniam eſt in palatio primus, iiſq; omnibus, qui in eo habitant, longo interuallo antefertur. Eundem in modum palatium Dei cor eſt viri iuſti, caritate præditi. Habitat in eo Deus dilectus, neque ſolus

B Deus, ſed dilectus ẽt proximus, homines omnes, & Angeli. Quod ſi roges cuiuſnam ſit cor? quis in eo habitet? Reſponſum referes, cor eſſe Dei, in eo habitare Deum. Cur? quia princeps huiuſmodi cordis Deus eſt, iiſque omnib. creaturis, quæ in eo habitant infinito interuallo anteponitur. Habitat in corde amore incenſo Deus, habitant omnes Angeli, omneſq; homines, omnes capit caritate dilatatũ cor, ſed Deum tamquam Regem, reliquos veluti famulos Dei continet.

C Quem in modum totum eſt Dei, quia propter Deũ creaturis locum præſtat. Quemadmodum totum palatium eſt Regis, quod propter Regem illius vxori, & famulis domicilia præbet.

Deo totum cor debetur ſed capit & proximum.

Diligamus ergo Deum corde toto; amorem noſtrum, ſi in creaturas abſq; ordine fluit, in Deum reuocemus Stultus eſſet homo, qui argentei fontis aquas in cloacam infunderet, horti verò ſui arbores atque penuria paterentur

D areſcere. Sic ſtultus eſt, qui cordis ſui, quod inſtar habet argentei fontis, amorem in creaturas infundit, horti vero ſui arbores, i. mentis virtutes, omni ſpoliat amænitate, ac virore. Augu. Pſal. 31. Purga, inquit, amorem tuum, aquam fluentem in cloacam, conuerte ad hortum, &c. Amor fons eſt, quo animi omnes arbores ſunt irrigandæ, memoria, intellectus, voluntas, appetitus

E tam iraſcibilis, quam concupiſcibilis, vt fructus poſſint producere vberes. Væ illis, q fontis huius aquas, in cloacas auaritiæ, ambitionis, turpiſque libidinis immittunt, & ab animi horto auertunt. Demens ille eſſet, qui homines veſtigia humi extãtia diligeret, ipſum verò hominem non curaret. Quid

Fonte amoris irrigandus hortus non cloaca

creaturæ ſunt omnes? Nonne Dei veſtigia quædam, quæ in Deũ nos ducunt? Demens ergo eſt, qui veſtigia amat, Deum vero, qui veſtigia impreſſit, non curat. Hominis veſtigia in hominem ducunt, non in leonem; Dei igitur veſtigia, in Deum ducere debent, non in leonem ſtygium. At ſunt multi qui per ipſa Dei veſtigia, non in Deum, ſed tartareos pergunt lacus, amore tenaciſſimo creaturis agglutinati.

Creatura in Deũ ducunt, ut veſtigia.

Iudæis tradidit maximũ de dilectione præceptum Deus Deut. 6. Multas illi habebant, cur Deum diligerent, rõnes: ſed nos Chriſtiani habemus multò plures. Vtq; omittam alias, habemus p̃cepti maximi, rationẽ maximam, Chriſti mortem, ac cruciatus, caritatemq; maximam. Nondum pro Iudæis Deus homo fact⁹, crucis tolerauerat mortẽ, cum Iudæis dilectionem ex toto corde præcepit, nondum nimiam caritatẽ ſuã illis moriendo indicauerat. At nunc poſt hanc maximam exhibitam caritatem, maximam a nobis exigit dilectionem. Meritò ergo Paulus 1. ad Corint. capite 16. ſic ſcribit: *Si quis nõ amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema,* מרן אתא *Maran atha,* hoc eſt, is, qui Chriſtum non diligit ex toto corde, qui maximum mandatum non præſtat, ſit anathema, ſit excommunicatus vel pereat funditus. Etenim מרן אתא *Maran atha, i. Dominus noſter venit.* Venit Dñs in mundũ pro ſeruis, homo factus eſt, mille pro eis cruciatus pertulit, amorem hominum ex toto corde, tantus hic flagitat amor Dei. Qui ergo non redamant amantem, funditus peribunt, eruntq; in ſempiternum anathema in Orco a Deo, ſanctiſq; oib. ſeparati. Equidem totum cor noſtrum optimo iure is ſibi vendicat, vt in eo toto aureis amoris configatur clauis: qui p̃ nobis totus ferreis clauis confixus eſt in cruce. Iuxta illud Auguſtini in libro de Sancta Virginitate capite 55. Toto (inquit) vobis figatur in corde qui pro vobis fixus eſt in cruce, &c. Paruum eſt cor noſtrum, quæramus corda alia, quibus tantus infigatur amator. Non ſoli amemus, alios quoſcumque poterimus ad amorem tanti amatoris vo-

Caritas Chriſti, noſtrum flagitat.

Totus figatur in corde qui fixus eſt in cruce.

A cemus, ac rapiamus. Si amatis Deum (ait Auguſtinus Pſalm. 33. Conc. 2.) rapite omnes ad amorem Dei, qui uobis iunguntur, & omnes, qui ſunt in domo veſtra, &c. Habebant Iudæi Arcam teſtimonij ligneam, auroq; tectã; Nos Arcam aliam teſtimonij multò p̃ſtantiorem habemus, videlicet Chriſtum. Arca eſt amore plena, Arca plena teſtimonijs caritatis. Quot ignominias, dolores, cruciatus, vulnera, pro nobis tulit, tot habet amoris teſtimo-

Teſtimonia diuina charitatis.

B nia. Teſtantur admiranda opera, illius erga nos amorem, noſtra quoque opera, noſtrum erga tantum amatorem amorem teſtentur. Act. 14. aiunt Paulus, & barnabas: *Non ſine teſtimonio ſemetipſum Deus reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, et lætitia corda noſtra, &c.* Homines, qui ante Chriſti vixerunt aduentum: non ſine teſtimonio reliquit Deus, teſtimonium dedit ſuæ diuinitatis, pluuias, tempora fructifera, cibos,

C potumque. At nobis præter hoc, aliud longè maius præbuit amoris ſui teſtimonium; nempe ſanguinis ſui pluuiam admirabilem, tempora poſt aduentum fructifera, gratiæ, gloriæq; fructu inclyta, admirandæ Euchariſtiæ cibum, ſanguiniſque proprij ſtupendum potum. Amauit Deus. (ait Bernardus Epiſt. 107.) habes teſtem fidelẽ Ieſum Chriſtum, & hũc crucifixum. Chriſtus

Amoris Dei teſtis fidelis eſt Chriſtus.

D moritur, & meretur amari, &c. Amoris Dei teſtis fidelis eſt Chriſtus, cruci ſuffixus. Amorem noſtrum totum optimo iure flagitat. Luc. 19. *Quærebat Zacchæus videre Ieſum, quis eſſet;* Aſcendit in arborem, & uidit quis eſſet Ieſus. Eundem in modum, nos ſi in arborem, id eſt, crucem, mente, ac meditatione aſcendamus, videbimus quis ſit Ieſus; quam bonus ſit, quam iuſtus, quanto amore proſequatur ho-

E mines, quantoque amore ſit proſequendus ab hominibus. Marmoreum cor eſt, quod ſic amantem non redamat. *Diligamus Deum,* (ait Dei dilectus diſcipulus epiſt. 1. cap. 4.) *quoniam Deus prior dilexit nos, &c.* & Auguſt. lin lib, de Catechizandis rudibus, cap. 4. Nulla, inquit, maior ad amorem inuitatio, quam præuenire amando. Et nimis durus

rus eſt animus, qui dilectionem, ſi nolebat impendere, nolit rependere, &c. Venit in orbem Chriſtus, vt igne caritatis homines inflammaret, Luc. 12. *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?* Ignê inflammat ignes: amorem incendit amore: noſtrum ſuo. Ideoque quâtum nos amet, indicat, vt amor inflamet amorem. Maximè propterà Chriſtus aduenit (ait Aug. loco citato) vt cognoſceret homo, quâtum eum diligat Deus. Et ideo cognoſceret, vt in eius dilectionem à quo eſt dilectus, inardeſceret, &c. O cor beatum, qui beatam concipit flammam.

CAPVT XXII.

De caritate proximi.

SEcundum mandatum (ait Dominus) *ſimile eſt primo & maximo*. Eſt enim caritatis eiuſdem mandatum. Nã quêadmodum vna eſt fides, & vna ſpes: ita vna eſt caritas Dei, & proximi, nô duplex. Vno habitu Deus amatur, & proximus, non duobus, ſiquidem proximus amatur propter Deum. Vna, eademque caritas, duo habet præcepta, duo brachia, alterum dextrû quo Deû, alterum ſiniſtrum, quo proximum infra Deum complectitur. Duos habet pedes, quibus ad Deum currit, vt Auguſtin. docet Pſal. 33. Pedes, inquit, tui, caritas tua eſt. Duos habeto pedes, noli eſſe claudus. Qui ſunt duo pedes? Duo præcepta dilectionis, Dei, & proximi. Iſtis pedibus curre ad Deum, &c. Deum amat caritas ex toto corde: proximum, non ex toto corde diligit, nec ex parte cordis, ita vt partem cordis illi tribuens Deo detrahat. Sed corde diligit, propter Deum, cuius totû cor eſt, quique habitatorem eſſe vult palatij ſui, hoc eſt, cord is noſtri, etiã proximum. Antiquus Pontifex Iſraelitarum nomina, cum in pectore tû in humeris ferebat. Nomen verò Dei ferebat in capite. Multò ſuperius erat Dei nomen, nominibus Iſraelitarum. Eundé in modum multò ſuperior eſſe debet amor Dei, amore hominum. Ferantur in corde homines affectu, ferantur in humeris effectu: feratur quoque Deus, ſed multò altiori feratur in loco.

Vna caritas duo habet brachia, & duos pedes.

Pôtifex gerebat Iſraelitarû nomina in pectore, Dei in capite.

Mandatum eſt hoc maximum, quod debemus Deo; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: Mandatum minus eſt, quod debemus proximo, *Diliges proximum*, non ex toto corde, ſed, *ſicut te ipſum*. *Nemini quidquam debeatis*, (ait Paulus ad Rom. 13.) ab omnibus debitis vult nos eſſe liberos. Vnum tamen excipit debitum à quo liberari non poſſumus, videlicet debitum caritatis. *Nemini*, inquit, *quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis, &c.* Infelix homo ille eſt, qui hoc ſe debito putat liberum: Nemini quidquã debere ſe exiſtimat, nemini beneficium, nemini miſericordiam, nemini amorem præſtat. Debito amoris fraterni, nolo vos eſſe liberos (ait Apoſtolus) hoc debitum debere ſemper. Perpetuum enim debitum eſt; numquam ſic ſolui poteſt, vt omnino liberum relinquat Chriſtianum. Sunt debita, quæ ſemel exoluere poſſumus, verbi gratia, ſi debeas centû aureos, ſemel hoc debito ſoluis, centum aureis liberare te quiueris. Sunt alia debita, quæ etſi ſæpe ſoluantur, numquam tamen omnino ſoluuntur. Vt ſiquis quotidie centum reddere debeat alicui, quotidie ſoluit, neque tamen debito ſe omnino exſoluit. Huius generis caritatis debitum eſt, ſemper debetur, ſemper ſoluitur, ſemperque manet, quoniam perpetuû eſt. Si præſenti tempore ſoluam, reſtat futurum tempus, quo illud ſoluere debeo. Aug. epiſt. 62 ad Cæleſtinum Semper, inquit, debeo caritatem, quæ ſola etiam reddita ſemper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur, debetur autê etiam ſi reddita fuerit, quia nullum eſt tempus, quando impendenda iam non ſit, &c. Fælix eſt caritatis debitum, cum ſoluitur hæc diuina pecunia, nô amittitur, ſed multiplicatur. Ditior fit qui ſoluit ſoluêdo, pauperior nô reddêdo. Quò pluribus ſoluitur, eò amplius creſcit. Aug. eadê epiſtola, caritas, inqt, cum redditur, non amittitur, ſed multipli-

Debitû caritatis proximi perpetuum.

Caritatis debitû fælix eſt.

Digitized by Google

tiplicatur. Cum redditur ab homine, creſcit in homine, & tanto maior acquiritur, quãto pluribus redditur, &c. Caritas, enim amando augetur, quo plures amamus, eo plura merita cõgregamus. Præterea cum ſoluimus hoc debitum, ſimile nobis debitum ab ijs, quibus ſoluimus, recipimus. Qui enim alterum amat, ab altero redamatur. Caritas caritatem exigit, ac recipit. Augu. eodem loco ad Cæleſtinum ſcribens: Mutuam tibi caritatem libens reddo; gaudenſq; recipio, quã recipio, adhuc repeto; quã reddo, adhuc debeo, &c. *Græcis, ac barbaris* (ait Paulus de Rom. 1.) *ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum &c.* Videlicet caritas Paulum omnium fecerat debitorem, quia latiſſimè hoc debitum patet, in barbaros vſq; extenditur: Sapientib. & inſipientibus debetur caritas, cuius vinculum lõgiſſimum eſt, ad cælos vſq; penetrat, totum terrarum ambit orbem, Orientem complectitur, & Occidentem, Septemtrionem, atque Auſtrum. Hinc illud D. Auguſt. ſerm. 42. de tempore: Duo, inquit, qui ſe ſancto amore diligunt, etiamſi vnus in Oriente alius in Occidente, ita in caritate conglutinante iunguntur, ut numquam ab inuicem ſeparentur, &c.

Caritas omnium debitorem Paulum fecerat

Cælo ſimilis eſt anima caritate flagrãs. Quemadmodum cælum ampliſſimum totam complectitur terram, ſole accẽdit, pluuijſque etiam ſpinis horrẽtia locca irrigat, ſic huiuſmodi anima, totius terræ incolas, caritate amplectitur, & quib. valet beneficijs, non fratres ſolum, notos, atque amicos, beneficiorum floribus, fructuque abundantes, ſed ignotos etiam, ſpiniſque horrentes inimicos afficit. Huius cæli, ideſt, animæ ampla caritate præditæ latitudinem indicat D. Bernard. Serm. 27. Cant. Si, inquit, grandeſcat, & proficiat anima: ita vt tranſiens limites anguſti, obnoxijq; amoris, latos fines bonitatis gratuitæ, libertate ſpiritus apprehendat, quatenus largo quodam gremio bonæ voluntatis, ad omnem ſeipſam curet extendere proximum diligendo vnumquemq; tamquam ſeipſum. Numquid iam illi rectè dicetur, quid amplius facis? (quod Chriſtus di-

Anima cælo ſimilis omnes homines caritate complectens.

A xit Matth. 5. *Si ſalutaueritis fratres veſtros tantum quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt: &c.* quippe ſe ipſam tam amplam facit. Amplum gerit caritatis ſinum, quæ complectitur vniuerſos, &c. Eodem loco tam latum cœlum hoc eſſe vult, vt, inimicos etiam complectatur. Si adijcias, inquit, vſquequaque vim facere regno caritatis vt uſque ad vltimos eius terminos occupare illud præualeas; dum ne inimicis quidem claudenda viſcera pietatis B exiſtimes, benefacias ijs quoque, qui te oderunt, ores & pro perſequentib. ac calumniantib. te, nec non & cũ ijs, qui oderunt pacem, eſſe pacificus ſtudeas. Tunc prorſus latitudo cæli eſt, latitudo tuæ animæ, & altitudo, non diſpar, nec diſſimilis pulchritudo. Impleturque in ea, quod dicitur Pſalm. 103. *Extendens cælum ſicut pellem.* In quo miræ latitudinis cælo Deus ſpatiosè deãbulat. Hactenus D Bernardus.

Caritas inimicos et cõplectitur.

C Ex his uides caritatis proximi mandatum, ampliſſimum eſſe, ac latiſſimũ, quippe quod totum complectatur orbem. Præcipuè tamen Chriſtianos debet complecti. Sumus enim Chriſtiani omnes vnius præcellentiſſimi corporis, ideſt, Eccleſiæ membra, cuius caput Chriſtus eſt: Quis corpus non admiretur, quis ſummoperè non ueneretur, cuius caput eſt Deus homo, cuius ſpiritus eſt Spiritus ſanctus? Quis viuum illius membrum eſſe, non cu- D piat vehementer? Habet corpus hoc admirabile, membra quædam viua, diuino ſpũ viuificata, alia vero mortua. Viua facit caritas, mortua facit peccatum, mortem animæ afferens. Ardeat caritate Chriſti mẽbrum, uiuum fit, reliqua membra omnia diligat magnopere. Si quis ignotus Chriſtianus ab altero beneficium petat, ne dixerit, vnde me noſti? Quæ tibi mecum eſt familiaritas? quid tibi debeo? Etenim E Chriſtianus debet noſſe Chriſtianum, corporis Chriſti membrum eſſe, magnaque cum Chriſtianis omnibus coniunctum familiaritate, membri, ad mẽbrum, cognoſcere præterea debet, debere ſe illi magnum caritatis debitum. Audiamus D. Chryſoſtomum homil. 14. in Ioannem ad finem. Quæ

Caritas erga Chriſtianos.

Caritas membrorũ inter ſe quanta eſſe debeat.

(inquit)

(inquit) amicitia, quæ familiaritas, tan tam contrahere vnionem poſſet, quan tam fidei cognatio? Non enim quãtam amicus amico debet propinquitatem; tantam nos habere inuicem oportet; ſed quanta eſt membri ad membrum. Hac amicitia, & cura, & aliam maiorem nemo vnquam inuenire poſſet. Quemadmodum ergo is ſanè ridiculus foret, qui vnde ſibi ſecum familiaritas ſit, vnde propinquitas, percontaretur; ita is, qui vnde ſibi cũ fratre, & proximo. Sic Chryſoſtomus. *Multi* (ait Apoſtolus ad Rom. 12.) *vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, &c.* Et 1. Cor. 12. *Si quid patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.*

Procul eſt à membris inuidia; quæ alienis gaudet malis, mæſtitiam verò ex bonis concipit. Membrorum eſt caritas, quæ proximi compatitur malis; gloriatur, & congaudet bonis; iuxta illud Pauli ad Rom. 12. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, &c.* & illud Saræ. Gen. 21. *Riſum fecit mihi Deus. Quicumque audierit, corridebit mihi, &c.* Tunc riſum, id eſt, gaudium proximo Deus facit, cùm illum beneficio afficit.

Inuidia caritatis inimica.

Cum Deus proximo riſum facit, corridet caritas, lętatur, gratias agit Deo. Plorat inuidia cum proximus ridet; cum ille plorat, illa ridet. Vnde illud Poetæ de inuidia.

Ouid. lib. 2 Metamor.

Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere labores,
Vixque tenet lachrymas, quia nil lachrymabile cernit.

Horat. li. 1. epiſt. 1.

Inuidus alterius rebus macreſcit opimis;

dixit alius poeta. Macreſcit proximi pinguedine inuidia; pingueſcit caritas. Ita enim alienis bonis dulciter alitur, ac ſi propria eſſent. Inuidia alienis malis, veluti ſerpentibus, nutritur, ſed macreſcit. Quamobrem à poeta viperea dicitur edere carnes.

Ouid. libro Metamor.

---uidet intus edentem.
Vipereas carnes, vitiorũ alimenta ſuorũ.
Inuidiã, &c.

At caritas fęlicitate proximi, dulciſſima veluti ambroſia, ac nectare paſcitur; nunquam illam faſtidit, ſemper illa gaudet, ſemper illam bona voluntate deſiderat. De hac caritatis erga proximum bona voluntate D.

Caritas proximi fælicitate lætatur.

A Gregor. hom. 5. in Euang. ſic ait: Voluntas bona eſt, ſic aduerſa alterius, ſicut noſtra pertimeſcere; ſic de proſperitate proximi, ſicut de noſtro profectu gratulari. Aliena damna noſtra credere aliena lucra noſtra putare, &c. *Caritas* (ait Apoſtolus 1. Cor. 13.) *non quærit quæ ſua ſunt*; ideoque quærit, quæ ſunt proximi. Cupiditas quæ ſua ſunt quærit; idcirco quæ proximi ſunt, non curat, proximoque inuidet. Quidquid (ait D Greg. eadem hom.) in hoc mun B do concupiſcimus, hoc proximis inuidemus. Videtur enim quia nobis deſit, quod alter aſſequitur, &c. Hãc ob cauſam caritas friget; quia cupiditas viget. Tunc caritas fraterna regnat; cum cupiditas exulat. Iuxta illud Auguſtini lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 10. Quanto magis regnum cupiditatis deſtruitur; tanto caritatis augetur, &c.

In orat. de S. Philogonio to. 3. Chryſoſtomus, duo poſſeſſiua pronomina, *meum, & tuum*, frigida vocat. Sũt enim C frigoris cauſa; quod ardori caritatis aduerſantur. Meum, inquit, & tuum, frigidum illud verbum, & quidquid eſt malorum in vitam noſtram inuehens, innumeraque gignens bella, &c. Quia noſtra quęrimus, idcirco frigeſcimus. Caritas quæ igneſcit, non ſua quærit frigidum pronomẽ, *meum*, non curat, Duo hæc pronomina, *meum, & tuum*, omnia excitant bella, omnes lites omnia iurgia, ac rixas. Amicorum vero, vt eſt in Prouerbio *omnia ſunt* D *communia*. Communia omnia facit caritas, quãtum fas eſt, proximique ſalus, debituſque amor poſtulat. Propria quiſque, ac ſua poſſideat; ſed cum flagitat caritas, non propria, ſuaque, ſed communia eſſe reputet indigentibus, alacriterque ſuccurrat.

Caritate præditus Chriſtianus, tripliciter diligit, corde, verbo opere. Corde diligit cum proximum corde amat, cum bonis alius congaudet, malis indolet, cum magni proximum in corde E facit, bonaque illi ſi dare nequit, ſaltẽ deſiderat. Caritas (vt ait Auguſtinus Pſalm. 103. Concil. 1. in fine, non de ſaccello erogatur; ſed ex corde præcipuè, & voluntate, in qua ſedem habet. Si non habet ſaccus, vel arca, quid donet;

Diligendus pximus corde, ore, opere.

net; habet cor,& voluntas. Coronat Deus (ait Auguſtinus) intus voluntatem; vbi nõ inuenit facultatem. Nemo dicat; Non habeo; caritas non de ſacello erogatur,&c.& D.Greg.hom.5 in Euang. Ante Dei, inquit, oculos, nũquam eſt vacua manus à munere; ſi fuerit arca cordis repleta bona voluntate, &c. *In caritate non ficta*, ait Apoſtolus 2. Cor. 6. Caritas illa ficta non eſt, quę prodit ex corde, quę quod verbis, indicat, corde continet. Eodem capite; *Cor noſtrum*, inquit, *dilatatum eſt, non anguſtiamini in nobis, &c.* Corde diligebat Paulus, latiſſimo corde cunctos capiebat, non habebat cor anguſtum, quod ſolos capit conſanguineos. *Non anguſtiamini*, inquit, *in nobis*; hoc eſt, Chriſtianum cor, cor latum, quod cunctos capit homines ac diligit.

Ore diligit Chriſtianus, cum proximum ore laudat, cum affabilem ſe illi præbet, ac ſuauem. *In ſuauitate* (inquit Paulus 2.Cor.6.) In ſuauitate enim, benignitate, ac lenitate cum proximo agendum eſt, verbis lenibus, ſuauibus ac dulcibus. De quibus Eccleſiaſticus cap.6. *Verbum*, inquit, *dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, &c.* Verba caritatis dulcia, ac ſuauia amicitiam pariunt, inimicitias extingunt. *Lingua Eucharis*, (ait eodem loco Eccleſiaſticus, *in bono homine abundat, &c.* In homine probo, & caritate proximi ornato, lingua Eucharis, id eſt, lingua gratioſa, & blandiloquentia abundat, quia ſemper ſuauiter, & dulciter loquitur, nemineque verbis lædit Ex Græco poteſt verti, *Guttur dulce multiplicabit amicos ſuos; & lingua beneloqu.. s multiplicabit bonas loquelas*, Guttur dulce habet caritas, non aſperum, dulcia fundit verba gutture mellifluo. Linguã habet, εὔλαλον, id eſt, *beneloquentem*; non ſcurrilem, nõ offendentem ſermone proximum, ſed bona, ſuauiaque verba multiplicãtem. Cant.4. *Vitta coccinia labia tua, & eloquium tuum dulce.* Ad caritatem quæ in verbis cernitur, etiam illud ſpectat Eccl. 18. *In omni date non des triſtitiam verbi mali, &c.* hoc eſt, in beneficijs, & eleemoſynis verbis vtere mellifluis, ex caritatis fauo effluentibus, non des ſimul cum dono triſtitiam verbi mali,

Ore diligendus proximus.

Guttur dulce habet caritas.

aſperi, vel contumelioſi, ex quo proximus mæſtitiam animo concipere poſſit. Item: *Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quàm datum, &c.* hoc eſt verbum dulce caritatis, melius eſt, quàm ipſum donum. Caritatem enim cordis indicat, & roris inſtar ardorem refrigerantis, hominem conſolatur, ac recreat. Caritas ſuauibus verbis proximum alloquitur, inuidia ab omni verborum ſuauitate aliena eſt. Fratres inuidebant fratri Ioſeph, oderantque eum. Quamobrem vt legitur Geneſ.37. *Non poterant ei quidquam pacificè loqui, &c.*

Dicet aliquis: Nonne caritas corripit, non ne flagellat aliquando? fateor quidem, aliquando corripit caritas, verbis tamen corripit, & flagellis, non furore, ſed amore plenis. Sæuit amor (ait Auguſt.1.Ioan.tract 7.) caritas ſæuit, ſæuit quodammodo ſine felle, modo columbino, non coruino, &c. Ad Gal. 6. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in Spiritu lenitatis, &c.* Spiritus lenitatis eſt ſpiritus caritatis.

Caritas etſi corripit, et flagellat, non deſinit eſſe caritas.

Ad hæc diligit Chriſtianus probus opere, cordis affectum, & oris dulcem ſermonem ad effectum, opuſque adducit. *Filioli mei* (inquit Ioan.1.epiſt.c.3.) *non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate, &c.* Non docet dilectus diſcipulus in verbo, & lingua, caritatem non verſari, ſed docet non ſolum in verbo, & lingua verſari, ſed ad opera vſque progredi. Quaſi dicat: Non diligamus verbis ſolum, & lingua, ſed diligamus opere in veritate, hoc eſt, verè. Veritas enim amoris, operibus maximè probatur, iuxta illud D. Gregorij hom. 10. in Euang. Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis, &c. *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi* (ait Ioannes eodem capite tertio) *& viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo? &c.* Cur ita? quia caritas opere probatur. Qui in viſceribus caritatem habet, viſcera proximo non claudit, ſed aperit. Aperta autem viſcera, os. vt blande, ſuauiterque loquatur proximumque conſoletur, arcam, ſiue crumenam, vt eleemoſynam, beneficium-

Opere diligendus proximus.

ciumque præbeat, aperiunt. *Nonne* (ait Eccleſiaſticus cap. 18.) *Ecce verbum, ſuper datum optimum? Sed vtraque cum homine iuſtificato, &c.* Hoc eſt, hæc duo, verbum, & datum, ab homine probo emanant; in cuius viſceribus fons ſcaturit caritatis; a quo verba demulcentia cor, & dona in proximum, beneficiaque effluunt. Antiquus Pōtifex Iſraelitarum nomina humeris ferebat, & pectore, Exod. 28. Eundem in modum portandi ſunt proximi, tum in pectore, tum in humeris. In pectore portantur, cum amantur; in humeris, cum illorum onera feruntur iuxta illud ad Galat. 6. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti, &c.* Lex Chriſti dicitur hoc loco caritas, vt ait Theodor. lex vero caritatis impletur; cum proximi onera portamus, & ſubleuamus. Gemit ſub onere paupertatis proximus; onus eius eleemoſynis porta. Sub onere ægritudinis ſi decumbit, ſubleua. Sub faſce peccati iacet; manum porrigi adiutricem; & ſic caritatis legem à Chriſto latam implebis.

Pro caritate proximi etiam vitā debemus exponere.

Progreditur caritas proximi, ad opus maximum. Pro proximo enim, vitam ipſam homini cariſſimam, mortis diſcrimini offert. 1. Io. 3. *In hoc* (inquit) *cognouimus caritatem Dei. Quoniam ille animā ſuam*, ideſt, vitam, *pro nobis poſuit. Et nos debemus pro fratribus animas ponere, &c.* Hic caritatis eſt apex iuxta illud Domini, Ioann. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, &c.* Pudeat nos ſi pecunias, ſolatium, aliaque huiuſmodi fratri nō præbemus; cum caritas eouſque ſeſe protendat, vt etiam vitæ ipſius, pro proximo iacturam faciat. Sunt inhumano homines Caino ſimiles, quem Dominus Geneſ. 4. rogat; *Vbi eſt Abel frater tuus?* at ille reſpondet; *Neſcio: Nū cuſtos fratris mei ſum ego? &c.* Sic homines a caritate, & miſericordia alieni, fratres ſuos neſciunt, illorum dolores non curant, paupertati minime ſuccurrunt, proximos non tuentur, non cuſtodiunt. Numquid (inquiunt) cuſtodes ſumus pauperum, vel nutritores? O vocē Caininam, & ſtultam. 1. Reg. 25. *Tollam* (ait Nabal) *Panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis:* A *& dabo viris, quos neſcio, vnde ſint? &c.* Nomen, *Nabal* ſtultum ſignificat. Nabalis, & ſtulti, vox hæc eſt: Tollam mea bona & dabo pauperibus, quos neſcio vnde ſint. Non tolles tibi bona tua ſtulte, ſed ſeruabis, ac recondes. Quod enim manus erogat, caritas ſeruat. Vnde ſint pauperes ſcis, vel ſcire debes. Ex Chriſto ſunt; Chriſti nomine a te eleemoſynam poſtulant; quod illis dederis, Chriſto dabis. Scis quis ſit Chriſtus? Credo ſcis. Ne ergo dixeris; Neſcio unde ſint B pauperes cum Chriſti manibus tradas, quod tradis pauperibus.

Aduerſus inhumanos in pauperes conqueſtio.

Denique Cant. 2. ait Eccleſia, *Ordinauit in me caritatem*, Ex Hebræo uerti poteſt, ut alibi diximus. *Vexillum eius ſuper me amor.* Exercitus ſimilitudinem gerit Eccleſia, aduerſus tartareos hoſtes præliantis. Eſt in exercitu uexillum; In Eccleſia quoq; uexillum eſt Dei, nimirū, amor, & caritas. O felices milites, qui C hoc ſequuntur uexillū Dei. Quiq; aduerſus hoſtes caritate ita copulati dimicāt; ut nulla diſcordia, nulla rixa, nulla odii diuiſio, inter illos, ſed caritas ordinata cernatur, quæ ſic Chriſtianos inter ſe coniungit, quemadmodū milites in acie bene ordinata coniungūtur; ita vt nullū hoſti locū præbeant. *Terribilis* dicitur Eccleſia Cāt. 6. *Vt caſtrorum acies ordinata.* Vt in acie caſtrorum ordinata miles militi adhæret. Sic in Eccleſia, Chriſtianus Chriſtiano, per caritatem D dēt adhærere; ut terribiles ſint ſtygijs hoſtib. D. Greg. hom. 8. in Ezec. Conſtat (inquit) quia caſtrorū acies tūc hoſtib. terribilis oſtenditur; qñ ita fuerit conſtipata, atque denſata, ut in nullo loco interrupta uideatur. Nam ſi ita diſponitur, ut locus uacuus, per quē hoſtis poſſit ingredi, dimittatur; profecto iā ſuis hoſtib. terribilis non eſt. Et nos ergo cū cōtra malignos ſpiritus, ſpiritualis certaminis aciem ponimus; ſummopere neceſſe eſt, ut per caritatem ſemper uniti E atque conſtricti nunquā interrupti per diſcordiam, inueniamur, &c. Item ſi caritas deſit, ꝑ malū diſcordiæ, locus aperit in acie; unde ad feriendos nos hoſtis ualeat intrare. Hæc Greg. Terribilis eſt acies caſtrorū ordinata. Terribilis quoque dæmoni, Chriſtianorū ſocietas eſt, caritate copulata. Valde timet hoſtis in

Caritas vexillum Eccleſiæ.

Caritas exercitū conſtipat, & terribilem reddit.

Caritas bene ordinata est terribilis hoſtis.

nobis

nobis (ait Greg. eadem hom. caritatem ve ram id eſt, amorem humilem, quem nobis viciſſim impendimus, & nimis concordiæ noſtræ inuidit, quia, hanc nos tenemus in terra, quam ipſe tenere nolens amiſit in cœlo, &c. Item: Benedicitur; *terribilis ut caſtrorum acies ordinata*, quia electorum multitudinem, eo maligni ſpiritus pertimeſcunt quo, eos per caritatis concordiam mu nitos contra ſe, & conglobatos aſpiciunt, &c.

Tunc verò acies conſtipatur, & agglutinatur, cum Deus valde diligitur. Proximi.n. caritas ex caritate Dei emanat. Centrum Deus eſt. Chriſtiani uelu ti lineæ ſunt, ex circumferētia ad hoc centrum tendentes. Iam vero lineæ, quanto propius ad centrum accedunt, tātò ſibi inuicem propinquiores ſunt quanto longius a centro diſtant, tantò a ſe inuicem longius remouentur. Ita Chriſtiani quantò ad Deum magis per caritatem accedunt, tantò inuicem ſibi per caritatem viciniores ſunt, quantò longius à Deo recedunt, tantò a ſe inuicem lōgius ſeparantur. B Dorotheus doctrina 6. Studeat, inquit, vnuſquiſq; p uirili parte, cohærere proximo ſuo. Quò enim magis proximo in amore, & bene uolētia cohæſerit, eo amplius & Deo cohærebit. Exponam vobis exē plum: olim a patrib. datum, Circulum fingite mundum eſſe, centrum autem circuli Deum, lineas autem a circulo in mediū deductas, vias credite varias, negotiationeſq; mortaliū. Quo magis penetrant ſancti viri ad interiora, vt Deo appropient, per rationem ingreſſus, eo magis appropiant Deo, & ſibi ipſis, quantoque ſibi ipſis, tātò, & Deo. Et quantò viciniores fiunt Deo, tanto, & ſibi ipſis, quantoq; ſibi ipſis, tantò & Deo. Conſiderate item receſſum, & ablongationem, cum ſ. recedūt a Deo, & ad exteriora ſeſe effundunt. Quantò enim magis a Deo recedunt, tantò & a ſe ipſis, & quantò a ſe ipſis, tanto a Deo. Hæc eſt enim caritatis vis & natura. Quò enim magis a Dij dilectione recedimus, eo & a proximi amore diſtamus. quātò Dei caritati adhære mus, tantò & proximi. quantòq; proximo, tantò & Deo. Hæc Dorotheus.

Centrum Deus eſt Chriſtiani velut circūferentia.

Vnio Chriſtianorum quanta eſſe debeat.

A Conſidera, quæſo, quā conſtipatos velit eſſe ſuos milites Chriſtus, Ioan. 17. *Vt ſint*, inquit, *vnum, ſicut & vos vnum ſumus, &c.* Stupendam illam, quæ in ſacroſancta Trinitate eſt unitatem, uult nos imitari per caritatem, ſicut de primis illis Chriſtianis ſcriptum eſt, Act. 4. *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima vna, &c.*

Hoc ipſum nomen indicat, *Proximi*. Proximus dicitur, qui propinquus eſt, qui nobis hæret. Omnes Chriſtiani p B ximi ſunt: hæ eant ergò viſceribus noſtris, alij alijs inuicem propinqui, proximique ſimus, ut ſit exercitus mi litum Chriſti, aduerſus hoſtem ordinatus, & conſtipatus, neq; aliqua ex par te diuiſus, diuiſionem enim peroptat hoſtis, vt vincat, & occidat. Auguſ. lib. 3. contra epiſt. Parmeniani: Satanas, in quit, per imaginem quaſi iuſtæ ſeueritatis, crudelem ſæuitiam perſuadet. Nihil aliud appetens venenoſiſſima verſutia ſua, niſi ut corrumpat, atque diſ- C rumpat uinculum pacis, & caritatis: quo conſeruato. inter Chriſtianos vires eius omnes inualidæ fiunt ad nocē dum & muſcipulæ inſidiarum comminuuntur, & conſilia euerſionis euaneſcunt. Sic ille.

Proximi nomen quid indicet.

Diliges (ait Dominus) *proximum tuū ſicut teipſum.* Tam tibi ſit proximus, ac propinquus, quam tu tibi ipſi es. Cur non præcipit Dominus: ut diligamus noſmetipſos, ſed ut diligamus proximos? Reſpondetur, quia non eſt opus D præcipere homini, ut ſe diligat. Omnes enim ſeipſos diligunt, ſibique benè faciunt Auguſt, hom. 37. in lib. 50. hom. Nemo, ait, monetur, vt ſe diligat, &c. Eadem ho. docet, amare etiam ſeipſa rationis expertia animalia. Omnia, inquit, animalia mortem fugiunt; ergo diligunt ſe cuſtodire ſe volunt, alia velocitate, alia latebris, alia reſiſtendo, & puguando, &c. Itaque li. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 23. Cum quatuor (inquit) ſint diligendi: vnum quod E ſupra nos eſt, ideſt, Deus alterum quod nos ſumus, tertium quod iuxta nos eſt ideſt, proximus; quartum quod infra nos eſt, ideſt, corpus, De ſecundo & quarto, nulla præcepta danda erant. Quantumlibet enim homo excidat a veritate,

Cur non p̄cipiat Dominus, vt diligamus noſmetipſos.

Quatuor ſunt ex caritate diligenda.

A veritate, manet illi dilectio ſui, & dilectio corporis ſui, &c. Item c. 26. Quoniam, inquit. præcepto non eſt opus, ut ſe quiſque, & corpus ſuum diligat, ideſt, quoniā id quod ſumus, & id, quod infra nos eſt, ad nos tamen pertinet, inconcuſſa naturæ lege diligimus, quę in beſtias etiam promulgata eſt, reſtabat, ut & de illo, quod ſupra nos eſt, & de illo quod iuxta nos eſt, præceptum ſumeremus: *Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum tamquam teipſum*. Hæc Auguſt. Reſpondetur præterea non eſſe in præcepto tradito, prętermiſſam dilectionem hominis erga ſeipſum. Cum enim dicitur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, etiam de teipſo diligendo præceptum datur. Si enim diligere proximum, ſicut teipſum debes, teipſum quoque debes amare. Auguſt. lib. 1. Ciuitatis, cap. 26. Cum, inquit, dictum eſt; *Diliges proximum tuum, tamquam teipſum*, ſimul & tui abs te dilectio non prætermiſſa eſt, &c.

De ſeipſo diligenda præceptum datum.

Eſt bona dilectio, & praua.

Illud tamen animaduertendum, bonam eſſe, & prauam dilectionem: illumque peſſimè ſe diligere, qui carni indulgens, libidini, auaritiæ, turpiq; voluptati ſe tradit. Etenim odium hoc eſt, nō dilectio, iuxta illud Pſalm. 10. *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. &c.* Praua hac dilectioue, neq; proximum, neque ſeipſum proſequi quiſquam debet; imo illam execrari: De dilectione hic agitur recta, cum de caritate agitur. Diligat quiſq; ſeipſum

B iuſtè, ac rectè, eādem dilectionem proximo impertiatur. Primum diſce amare Deum (ait Auguſt. lib. 50. homil. homil. 37.) deinde teipſum, poſt hæc dilige proximum, ſicut teipſum Nam ſi teip ſum, non noſti amare; quomodo proximum poteris in veritate diligere? Putant enim homines nonnulli, legitimo ordine ſe amare, quando res alienas rapiunt, quando ſe inebriant,

C quando libidini ſeruiunt, quando per diuerſas calumnias iniuſta lucra conquirunt. Iſti tales audiant Scripturam dicentem: Qui diligit iniquitatatem, odit animam ſuam, &c. Sic ille.

C A P V T   X X I I I.

De interogatione Domini: Chriſtus cuius filius eſt?

M A T T H Æ V S   C A P I T E   X X I I.   Verſ. 41.

CONGREGATIS autem Phariſæis, interogauit eos
Ieſus; dicens: * quid vobis videtur de Chriſto? Cuius fi-
42 lius eſt? Dicunt ei; Dauid. * Ait illis: Quomodo ergo Da-
43 uid in Spiritu vocat eum Dominum, dicens; * Dixi Do-
44 minus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam ini-
micos tuos, ſcabellum pedum tuorum? * Si ergo Dauid vo-
45 cat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? * Et nemo
46 poterat ei reſpondere verbum neque; auſus fuit quiſquam, ex illa die, eum
amplius interrogare.

M A R C V S   C A P I T E   X I I.   Verſ. 35.

ET reſpondens Ieſus, dicebat docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ
36 Chriſtum filium eſſe Dauid? * Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſancto;
Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos
tuos,

37 tuos, ſcabellum pedum tuorum ? * Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum,
& unde eſt filius eius ? & multa turba eum libenter audiuit.

LVCAS CAPITE XX. 27.

DIxit autem ad illos; Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid?
* & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum; Dixit Dominus Domino
42 meo, ſede a dextris meis, * donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum
43 tuorum ? * Dauid ergo Dominum illum uocat; Et quomodo filius eius eſt.
44

Congregatis autem Phariſæis, interrogabat eos.

COngregatis in templo Phariſæis, quæſtionem arduam, ac Theologicam propoſuit ſummus Theologiæ magiſter, *Quid* (inquit) *vobis videtur de Chriſto*, id eſt, de Meſſia, quem ex ſpectatis *; cuius filius eſt ?* Quæſtioni facile, atque alacriter reſponderunt, filium fore Dauidis. Id enim Iudæis notum erat, ac perſpicuum. Reſponſioni obiecit Dominus *: Quomodo ergo Dauid in Spiritu uocat eum Dominum? &c.* Obiectio huiuſmodi eſt; filius præſertim nō dum natus, non ſolet vocari Dominus a patre præſertim Rege: Meſſias nondum natus vocatur Dominus a Dauide Rege Pſaml. 109. ergo vel non eſt eius filius vel aliquam habet naturam, multo præſtantiorem natura Dauidis Regis, propter quam Dom. nus ab illo nominatur. Alacriter Phariſæi quæſtioni & facile reſponderunt; at obiectioni reſpondere neſciuerūt, videlicet quia Meſſiæ ignorabant diuinitatem. Si illis nota fuiſſet Meſſiæ diuinitas, de qua tomo 1. ſatis egimus, facilè argumenti nodum ſoluiſſent, ac reſpondiſſent, Meſſiam hominem ſimul fore, ac Deū, eaque de cauſa meritò vocari a patre Rege Dominum. Obmutuerunt, quia hominem tātummodo eſſe putauerūt.

Proponit Dominus Phariſæis quæſtionē.

Phariſæi Chriſti obiectioni reſpondere neſciunt.

Nemo (inquit Matthæus 22) *poterat ei reſpondere verbum*: poterant tamen interrogare verbum, ſed non interogauerunt verbum, quod maxime debuiſſent interrogarre videlicet argumenti expeditionem. Adeo fuere vel inertes, ac ſegnes, vel arrogantes, ac ſuperbi, ut ignorare maluerint, quam interrogando diſcere. Vnde Auguſtinus

Phariſæi qd ignorabant rogare noluerūt

A ſerm. 234. de temp. Miſeri, inquit; ſuperbi, cum reſpondere non poſſent, vtique debuerunt reſpondere: Neſcimus, Magiſter dic nobis. Obmutuerunt in propoſitione, nec os aperuerunt ad inquiſitionem. Sic Auguſt. Ignorantiam experiebantur ſuam, imperitiæ laqueis ſe irretitos eſſe cernebant, neque tamen laqueis ſe expedire conabantur, rogantes Dominum, vt doceret, quam ob cauſam, filius Meſſias a patre Dauide Dominus diceretur. Si B humiliter rogaſſent, & ad diſcendum, & credendum parati eſſent, Dominus illos docuiſſet. Sed doctrinæ tradendæ idonei non erant, ideo Dominus Pſalmi verba noluit enucleare, diuinitatiſque dulciſſimum nucleum illis indicare. Præterea diuinitatis propalandæ nondum tempus aduenerat, idcirco de diuinitate nunc noluit diſſerere.

C

Quid uobis uidetur de Chriſto: &c.

MEſſiam exſtirpe familiaq; Dauid ortum eſſe, idque Iudæis fuiſſe notum tomo primo oſtendimus. Circa Euangeliſtarum concordiam obſeruandum, aliter Mattheum, aliter Marcum, & Lucam, de hac Chriſti obiectione locutos. Matthæus ait Chriſtum rogaſſe Phariſæos congregatos: *Quid vobis uidetur de Chriſto ? cuius filius eſt ?* Deinde illis obieciſſe *: Si Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? &c.* D At Marcus indicat obiectionem populo eſſe propoſitam. Sic enim ſcribit; *Et reſpondens Ieſus dicebat docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid? Ipſe .n. Dauid dicit in Spiritu ſancto Dixit Dominus Domino meo, &c.* Et Lucas

Euangeliſta concordantur.

Lucas: *Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid? Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum: Dixit Dominus Domino meo, &c.* Reſpondetur, nihil eſſe inter Euangeliſtas diſcrepantiæ. Marcus, & Lucas interrogationē illam Chriſti: *Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt?* Phariſæorumque reſponſionem, præterierunt ſilentio, ſoliuſque meminerunt obiectionis. Multa enim ſilet vnus Euangeliſta, quæ alter memoriæ prodit, abſque veritatis, & concordiæ vllo detrimento. Obiectionem ſignificat Marcus omnibus auditoribus eſſe propoſitam; quoniam concionando, tam Phariſæis, quā populo Dominus dixit: *Quomodo dicunt ſcribæ Chriſtum filium eſſe Dauid, & ipſe Dauid vocat eum Dominum in libro Pſalmorum?* Poſtea vt Matth. ait, congregatis in templo Phariſæis quæſtionem propoſuit: *Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt?* cumque reſpondiſſent, filium eſſe Dauidis, addidit obiectionem: *Quomodo Dauid vocat eum Dominum, cum filius eius ſit? &c.*

D. Auguſt. Quomodo Chriſtus voluerit oſtendere ſe Deū eſſe.

Aliter dici poteſt ſemel tātum Phariſæis in templo congregatis audiente populo, verba Pſalmi 109. poſt interrogationem oppoſuiſſe Chriſtum, vt Matthæus narrat; Marcum verò, & Lucam, idipſum ſignificare voluiſſe, hoc pacto: dicebat docens in templo Dominus, dicebat, inquam, Phariſæis & Scribis audiente populo: *Quomodo dicunt ſcribæ Chriſtum filium eſſe Dauid, cum à Dauide Dominus appelletur?* Similiter Lucas: *Dixit ad illos*, ſcilicet Scribas, & Phariſæos, audiente populo. *Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid? &c.* Interrogationem: *Quomodo vobis videtur de Chriſto? &c.* Et reſponſionem omiſerunt Marcus, & Lucas; iddirco non dixerunt; *Quomodo vos dicitis Chriſtum filium eſſe Dauid?* ſed, *Quomodo dicunt, &c.*

D. Auguſt. lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. c. 74. arbitratur Chriſtum Phariſæis Pſalmi obieciſſe verba, vt populum doceret Meſſiam non eſſe tātummodò hominem; atque ideo Marcum, & Lucam, ita obiectionis meminiſſe, ac ſi populo propoſita fuiſſet: ſiquidē in gratiam, & doctrinam populi fuit propoſita. Ideò (inquit Auguſt.) de Phariſæis orantibus Dominus ad populum ſermonem faciens, quem volebat ab eorum errore liberari, ſecundum duos Euangeliſtas commemoratur. Vt quod illis dictum eſt: *Quomodo dicitis*, ſicut Matthæus narrat, ſic accipiatur, non tanquam ad Phariſæos, ſed tāquam de illis ad eos potius dictum ſit, quos volebat inſtruere, id eſt, ad populum. Ita Auguſt.

Quomodo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum?

Apud Matthæum ait Dominus Dauidem in ſpiritu vocaſſe Meſſiā Dominum, apud Marcum ait vocaſſe in Spiritu ſancto; id eſt, per Spiritum ſanctum. Prophetæ enim ſpiritu ſancto afflati loquebantur. Vnde illud Symboli Conſtantinopolitani quem Eccleſia toties decantat: *Qui locutus eſt per Prophetas*. Et D. Petrus 2. epiſt. c. 1. *Non voluntate* (inquit) *humana allata eſt aliquando prophetia. Sed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines, &c.* 2. Reg 23. *Spiritus Domini locutus eſt per me* (ait Dauid) *et ſermo eius per linguam meā, &c.* Et Pſal. 44 *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis; &c.* id eſt, Spiritus ſanctus vtitur lingua mea, velut ſcriba ſapientiſſimus velociter ſcribens Pſalmos, lingua mea (exponit Theodoretus) calamum imitatur, gratia verò ſpiritus velocem ſcribam, per hāc quę vult ſcribens, &c. Actor. 4. *Qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes, &c.* 2. ad Timoth. 3. Scriptura *diuinitus inſpirata*. Zacharias in Cantico Luc. 1. *Locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius, &c.* Auguſt. conc. 2. Pſal. 90. De illa ciuitate (inquit) vnde peregrinamur literę nobis venerunt. Ipſæ ſunt Scripturæ, &c. De cœlo Scripturas veniſſe ait, quia à Deo ſunt inſpiratæ. Philo Hebræus in lib. cui titulus, *quis rerum diuinarum ſit heres*: Propheta nihil ex ſe proloquitur, ſed omnia ſubmouente alio (ſcilicet Deo) &c. Et lib. de præmijs & pęnis: Propheta (inquit) interpres eſt Dei, dictantis intus oracula, &c.

Dauid, & Prophetæ per Spiritū ſanctum locuti ſunt.

Dixit Dominus Domino meo.

HEbraicè diuerſa ſunt nomina: priori loco nomen eſt Dei tetragrámaton יהוה poſteriori ארון *Adon*, quod ſignificat Dominũ, נאם יהוה לארני שב לימיני *meum ADONAI tetragrammaton ladoni ſcheb limini, Dixit Dominus tetragrammaton Domino meo Meſſiæ, ſede à dextris meis.* Itaque Meſſiam Dominum ſuum vocat Dauid Rex. Vnde efficitur non hominem tantummodò eſſe, ſed aliam etiam præter humanam, habere naturam, propter quam à progenitore ſuo Rege, Dominus appellatus eſt, ante quam naſceretur ex Deipara Virgine. Hæc autem natura diuina eſt. Neque verò Dominum appellauit propter diuinam naturam ſolum, ſed etiam propter humanam cũ diuina copulatam. Eſt enim Chriſtus tum Dauidis, tum omnium hominũ, atque Angelorum Dominus, etiam ſecundum humanitatem, quia eſt cum diuinitate coniuncta. Chriſtus homo Deus, Rex & Dominus, & iudex eſt, Pontifexq; ſummus omnium hominum.

Chriſtus ē ſecundū humanam naturā Dauidis eſt Dominus, & omnium hominum, & Angelorū.

Has verò dignitates præclariſſimas præclariſſimo Pſalm. 109. Canit egregius pſaltes. Meſſiam canit in cęlum aſcendentem, Regem, orbi dominantem Dei Filium, Pontificem maximũ, ſecũdùm ordinem Melchiſedec, mortuorum viuorumq; iudicem. Quemadmodum admirabilis illa Arca Noe, ex qua humanum genus per totũ terrarum orbem diſſeminatum eſt, poſt aquarum immenſam eluuioné, ſuper montes Armeniæ requieuit Geneſ. 8. Sic Chriſtus hominum in diluuio peccati Arca, ex qua per omnes mundi regiones Chriſtianorũ inclytum genus eſt deſſeminatum, poſt paſſionis diluuium, ſuper altiſſimos cęli montes ad dexteram Patris ſedit. Hoc Pſalmi initio vaticinatur Dauid, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*. Sicut Rex filium cariſſimum, difficillimo ex prælio, cũ triumpho, hoſtiumque ſpolijs redeuntem, magna cum lætitia excipere ſolet, alloqui, & prope ſe in ſede digna triumpho collocare, ſic æternus Pater incarnatum Fi-

Meſſias Deus homo, Rex, Pontifex, Iudex.

Aſſeſſio Chriſti in cælũ.

A lium cruento ex prælio cum victoria omnium maxima, opimiſque ſpolijs venientem, magno cum amore atque hilaritate excipit, alloquitur, cumque ſublimi in throno ad dexteram ſuam collocat. *Sede* [inquit] *à dextris meis*: Metaphoricè, humanoque more loquitur David. Nam Deus ſpiritus eſt, caretque dextera Quia tamen præſtantior hominis manus dextera eſt, præſtantior quoque dexteræ locus; ideo hoc B loquendi modo ſignificat Patrẽ Chriſto in cœlos aſcendenti, præſtantiſſimum cœli locum tribuiſſe. *Sedo* (ait) *à dextris meis*, hoc eſt, præſtantiſſimum cęli thronum obtine. Ad Epheſ. 1. *Conſtituens illum* [inquit Paulus] *ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, &c.*

Chriſtus [illegible] gio in thr[illegible] no ſedet [illegible] dexterã [illegible] tris.

C His Dauid verbis regiam decantat Meſſiæ dignitatem: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Hoc eſt, vt Rex ſede in regio ſolio, ad dexteram meam & regna, ad iudicij vſque diem, in quo ſic ſubijciam tuæ poteſtati omnes inimicos, quemadmodum ſcabellum, ſiue ſuppedaneum ſolet pedibus ſubijci. 1. Cor. 15. *Oportet* [ait Apoſtolus] *illum*, id eſt, Chriſtum, *regnare, donec ponat om-* D *nes inimicos ſub pedibus eius, &c. eius*, ponitur pro, *ſuis* ad Hebr. 2. *Nunc necdum vidimus omnia ſubiecta ei, &c* Subijcientur ergo Chriſto omnes inimici in die iudicij. Regnat nunc in cęlo, & in Eccleſia, à qua colitur, & vt Rex, atque verus Deus adoratur. Hoſtes tamen habet multos, Iudæos, Mahometanos, Ethnicos, Hæreticos, impios Chriſtianos, & dæmones. Hos omnes in diẽ iudicij ſub pedibus, veluti ſcabellum E habebit, perfectiſſimeque ſibi ſubijciet, medicabit, æterniſque mancipabit flammis.

Chriſtus [illegible] cælo, & Eccleſia [illegible] gnat.

Regiam quoque dignitatem Chriſti ſequentia demonſtrant verba Pſalmi: *Virgam virtutis tuæ, emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum, &c.* Hoc eſt, ante quam iudicij dies aduenia, in quo inimicos conculcabis, virgam fortitudinis tuæ, id eſt, regium ſceptrum tuum fortiſſimum,

Sceptru[illegible] Chriſti [illegible] [illegible]ſſimum

emittet

Digitized by Google

emittet Pater, & tu ſimul cum Patre emittes, & Spiritu ſancto, ex Ieruſalem. Lex namque Chriſti, & ſceptrũ, ex Ieruſalem in mundum exijt Apoſtolis premulgantibus Euangelium, iuxta illud Iſai. 2. *De Sion exibit lex, & Verbum Domini de Ieruſalẽ, etc.* Exiuit fortiſſimum Chriſti ſceptrum ex Ieruſalem, dominaturque. *Dominare* [inquit] *in medio inimicorum tuorum, &c.* Cinctũ eſt Chriſti regnum Eccleſia hoſtibus, illud oppugnantibus: ſed ſceptrum Domini eſt *virga fortitudinis*, id eſt, ſceptrum forte, cui nullus valet hoſtis obſiſtere in medio ipſorum hoſtium dominatur, dominabitur vſque ad iudicium, nulli hoſtes regnum Eccleſiæ extinguere valebunt, iuxta illud Matthæi 16. *Portæ inferi aduerſus eam non prævalebunt.* Aliter: *Dominare in medio inimicorum tuorum*: id eſt, dominare exiſtẽs, atque imperans inter inimicos, *dominare* inquam ipſis inimicis tuis. Eſto in medio eorum Dominus, atque imperator. Chriſtus enim Dominus eſt et inimicorum ſuorum. Aliter: *Dominare inter inimicos tuos*, ex inimicos per fidem & caritatem, amicos faciens.

Lex Chriſti ex Sion incepit.

Sequitur de eadem poteſtate regia, *tecum principium in die virtutis*, id eſt, fortitudinis, *tua in ſplendoribus ſanctorũ*, Hebraicè, נדבות *nedaboth*, id eſt, *Principatus*, poteſt principium pro principatu ſumi, & regno Chriſti hoc ſenſu, tecum, ò Meſſia, eſt principium, & apex omnium dignitatum, tecum eſt dignitas, quæ omnium caput eſt, nempe regia, tecũ eſt totius orbis monarchia, *in die fortitudinis tuæ*, quo per Euangelium homines tibi ſubijcies, *cum ſplendoribus ſanctorum* Apoſtolorum exeuntium ex Ieruſalem, & reliquorum cõcionatorum, quibus mirabiles virtutum, miraculorumque conferes ſplendores, ad promulgandam legem ex Sione exeuntem. Dies fortitudinis hoc ſenſu dies dicitur, ſiue tempus promulgandi Euangelij, quia vt Paulus ait ad Roman. 1. *Euangelium eſt virtus*, id eſt, fortitudo, *Dei in ſalutem omni credenti.*

Chriſti principatus.

Alio ſenſu de die iudicij loquitur vates, *tecum principium*: ſiue principatus, *in die fortitudinis tuæ*, id eſt, in die iudicij, quo fortitudinem tuam aduerſus hoſtes toti orbi palam facies, eoſque omnes debellabis. *In ſplendoribus ſanctorum*, id eſt, inter ſplendores Sanctorum tuorum, qui tunc admirabiliter fulgebunt, vt Sol tecum erit monarchia mundi in die iudicij omnibus conſpicua, inter Sanctos inſtar Solis fulgentes, & Angelorum infinitas penè myriadas Rex tunc apparebis, poſt hæc Filium Dei naturalem Meſſiam eſſe docet, *ex vtero ante luciferum genui te.* Cur autem Pater ex vtero Filium gignere dicatur, indicauimus tom. 1. lib. 2. c. 16. Genuit autem *ante luciferum*, ſtellam, id eſt, ante aſtra omnia, ante tempus, ab æterno.

Principatus Chriſti in iudicio illucebit.

Sequitur ſummi Pontificis æterna dignitas: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Pœnituit quodammodo Deum Iudaici ſacerdotij, dum illud antiquauit: Pontificatus verò tui nunquam pœnitebit, abrogabitur numquam, æternus eris Pontifex. Pontificis ſummo honori, adijcitur honor iudicis cunctorum hominum. *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.* Aderit (inquit) tibi Pater in iudicio, ſimulque iudicabit, ſed inuiſibiliter, ſimiliter Spiritus ſanctus. In die illa extrema, quæ dies iræ erit, confringet Meſſias omnes impios Reges, quicumque in orbe viuunt, vel vixere, vel viuent. *Iudicabit omnes nationes, implebit ruinas*, dæmones, atque homines in Tartarum aget præcipites, facietq; ruere; *conquaſſabit capita in terra multorum*: omnium videlicet impiorũ. Denique omnes inimicos ponet ſcabellum pedum ſuorum.

Chriſtus ſummus Pontifex, eiuſdẽ vt ſummi iudicis dignitas.

Has autem dignitates, Regis, Pontificis, iudicisque meritus, conſecutuſque eſt Meſſias, quia crucem pro Dei honore, hominumque ſalute ſubijt. *De torrente paſſionis* turbido, atque amaro *bibet, propterea exaltabit caput factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.* Arnobius ſic, *exaltabit caput* hominis, à confuſione proximæ præuaricationis. Vtrumque verum, caput ſuum Chriſtus exaltauit, & caput noſtrum, ſibi corporis gloriam, prædictosq; ho-

Chriſtus per paſſionẽ dignitatem regiam, & alias meritus eſt.

nores, nobis verò gloriam tum animi, tum corporis, miraſque in cœlo dignitates promeritus eſt. Torrentem ſanguinis nonnulli intellexerunt, ita vt ſignificet Propheta metaphorico ſermone, ſanguinis effundendam copiam maximam, de torrente ſanguinis hoſtilis in via bibet, hoſtilis ſanguinis flumina, ſiue torrentes gladio effundet, hoſtium ſanguine explebit ſitim, magnaque edita ſtrage *exaltabit caput* magno cum triumpho. Non placet ſenſus; quia nulla fit ſanguinis mentio, ſicut fit Pſalm. 67. & Pſal. 57. & Num. 23. & præterea, non dicitur, de torrente in campo bibet, ſed *in via bibet*. Dicerem potius, torrentem (ſi ſanguinem ſignificat) ſanguinem non hoſtium, ſed ipſius Chriſti indicare, hoc pacto, *de torrente* ſanguinis ſui *in via bibet*, hoc eſt, multum ſanguinis emittet, torrentem ſanguinis ſui, pro hominibus in cruce profundet, ex

A quo poſſit bibere, ſitimque ſalutis humanæ ſatiare: ſimulq; innuitur Chriſti ſanguinem eſſe potabilem in Sacramento. Primus ſenſus Auguſtini eſt, Euſebij, Theodoreti, & aliorum multorum. Verum hæc copioſius explanare alterius eſt loci, ad alia tranſeamus. Illud conſtat ex hoc loco antiquos Iudæos de Meſſia hunc Pſalmum 109. interpretatos eſſe. ſi enim de alio intellexiſſent, facilè Chriſto reB ſpondiſſent, Dauidem non loqui de Meſſia, ſed de aliquo alio. Quam parum verò ſacrarum Literarum ſcrutatores illi Phariſæi eſſent, ſilentium oſtendit. Pſalmum de Meſſia intelligendum nouerant, neque tamen difficultatem animaduerterant; & quæſtionem illam, cur à Dauide, dicitur Meſſias Dominus, cum ſit eius Filius? Si animaduertiſſent, ad reſpondendum parati non ſiluiſſent.

Hic Pſalm. de Chriſto totus intelligitur.

CAPVT XXIIII.

De vitijs Phariſæorum, & Scribarum.

MATTHAEVS CAPITE XXIII. Verſ. 1.

TVNC Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos, ſuos
* dicens: Super cathedram Moyſi ſederũt Scribę, & Pha 2
riſæi. * Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, 3
& facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere, dicũt
enim, & non faciunt.* Alligant enim onera grauia, & im 4
portabilia, & imponunt in humero hominum, digito au-
tem ſuo nolunt ea mouere. * Omnia verò opera ſua fa- 5
ciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnifi-
cant fimbrias. * Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas 6
cathedras in ſynagogis, * & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus 7
Rabbi.* Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: 8
Omnes autem vos fratres eſtis.* Et patrem nolite vocare vobis ſuper ter- 9
ram, vnus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt. * Nec vocemini magi- 10
ſtri, quia Magiſter veſter unus eſt Chriſtus.* Qui maior eſt veſtrum, erit mi- 11
niſter veſter, *qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, 12
exaltabitur.

De Phari-

De Phariſaorum, & Scribarum vitijs.

Chriſtus cur grauiter Phariſaos arguerit.

AD extremum in vitijs obſtinatos Scribas, & Phariſæos Dominus ſuis depingit coloribus, aperteque arguit, infundens oleum plagis illorum, nunc vinum infundit, ſed neq; oleo, neque vino ſanatæ ſunt plagæ. *Tunc* (ait Matthæus) poſt ea quæ ſuprà explanata ſunt, B *loquutus eſt Chriſtus ad turbas, et diſcipulos ſuos*, tàm Apoſtolos, quã alios; in primiſque omnes admonuit, vt doctrinam è cathedra Moſis traditam complecterentur; doctores verò non imitarentur. Deinde quales doctores eſſent Scribæ, & Phariſæi, demonſtrat, acriterq; in eos inuehitur, quorum vitia omnia habebat ante oculos. Obſeruat autem D. Cyprianus lib. 4. epiſt. 9. numquam Chriſtum, C aut Apoſtolos, Pontifices Iudæorum, & ſacerdotes reprehendiſſe ſub his nominibus.

Super cathedram Moyſi ſederunt Scriba, & Phariſai.

Doctrina doctorũ Eccleſia ſequẽda nõ vita.

MOnet auditores, vt Phariſæorũ, & Scribarum veram doctrinam complectãtur, vitia fugiant, documentum tradit, ſequendam doctrinam bo D nam, nihil obſtante doctorum vita mala. An in cathedra ſedentes docerent Phariſæi, & Scribæ ambigitur, ſtantes enim docuiſſe, non ex cathedra exiſtimat Ianſenius tum hoc loco, tum cap. 54. Concordiæ: Probatur ex Eſdr. 8. *Stetit Eſdras Scriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, &c.* & Actor. cap. 13. Lucas narrat, Paulum, & Barnabam Antiochiam Piſidiæ veniſſe, E tum hæc addit: *Et ingreſſi ſynagogam die*

An ex cathedra docuerint Scriba, & Phariſai.

Sabbatorum ſederunt … *em autem*
legis, & Prophetaru … *ncipes Sy*
nagoga … *ſi quis*
eſt in … *lebem,*
dicite … *anu ſi-*
lenti … s non
ex ſ … iona-
tur … ex lo-
co, … modũ
de … *ui die*

A *Sabbati in ſinagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaia, &c.* Vnde Ianſenius: Ex facto [inquit] Chriſti Luc. 4. Satis patet eos, qui in ſynagogis Scripturas populo recitabant, ſolitos id facere ſtando, & ex ſuo quemque loco, quo ſederat, &c. Reſpondetur, Phariſæos, & Scribas docuiſſe ex cathedra ſedentes. Probatur hoc ex loco: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scriba, & Phariſai, &c.* Probatur etiam, quia B Chriſtus ſedens docebat in templo Ioan. 8. *Diluculo venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos, &c.* Matth. 26. *Quotidie* [inquit] *apud vos ſedebam loquens in templo, &c.* Loco etiam citato Luc. 4. Sedens docuit, vt Lucas ſcribit: *Surrexit quidem legere, ſed poſtea ſedit*: traditus enim eſt illi liber Iſaiæ; & legit illa verba Iſai. 61. *Spiritus Domini ſuper me, &c.* veluti concionis prothema. *Et cùm plicuiſſet li-* C *brum* [ait Lucas] *reddidit miniſtro, & ſedit, &c.* Propoſito prothemate ſedit, habuitque concionem ſedens, videlicet, quia id in more poſitum erat. Docebant ergo Phariſæi, & Scribæ, ſedentes ex cathedra.

In templo Chriſtus ſedens docuit.

Aliquando tamẽ ſtantes loquebantur concionatores, quod Eſdras fecit, & Paulus locis indicatis. Ex Chriſti autem facto colligimus ſolitos Doctores, concionis prothema ſtantes lege- D re ex libro Scripturæ ſacræ. Poſtea verò tradebant librum miniſtro, ac ſedebant, ſedenteſq; docebant.

Aliquando concionatores ſtabant concionãdo.

Idem Ianſenius cap. 54. Concor. arbitratur apud Iudæos hunc fuiſſe morem, vt in ſynagoga, non vnus tãtum faceret verba ad populum; ſed liberũ eſſet diuerſis ſucceſſiuè concionari. Hoc colligitur ex verbis Pauli 1. Cor. 14. *Propheta* [inquit] *duo aut tres dicant, & cateri di* … *Quòd ſi alij reuelatum* E *fuerit ſe* … *aceat, &c.* Quaſi dicat, ta … ui ſtans prophetabat, & … bat, cuique reuelatum … tet.

R … atur cathedra Moyſis … r, dici Moſis Cathedr … tunc aliqua eſſet ap … ea Cathedra, ex qua M … ; ſed propterea quòd … Scribæ Moſis ſucceſſo- … dris ſedebant, & do-

Cathedra Moyſi qua dicatur.

 cebant

Dixit Dominus Domino meo.

HEbraicè diuerſa ſunt nomina: priori loco nomen eſt Dei tetragrámaton יהוה poſteriori ארון *Adon*, quod ſignificat Dominũ, נאם יהוה לארני שב לימיני *meum ADONAI tetragrammaton ladoni ſcheb limini, Dixit Dominus tetragrammaton Domino meo Meſſiæ, ſede à dextris meis.* Itaque Meſſiam Dominum ſuum vocat Dauid Rex. Vnde efficitur non hominem tantummodò eſſe, ſed aliam etiam præter humanam, habere naturam, propter quam à progenitore ſuo Rege, Dominus appellatus eſt, ante quam naſceretur ex Deipara Virgine. Hæc autem natura diuina eſt. Neque verò Dominum appellauit propter diuinam naturam ſolum, ſed etiam propter humanam cũ diuina copulatam. Eſt enim Chriſtus tum Dauidis, tum omnium hominũ, atque Angelorum Dominus, etiam ſecundum humanitatem, quia eſt cum diuinitate coniuncta. Chriſtus homo Deus, Rex & Dominus, & iudex eſt, Pontifexq; ſummus omnium hominum.

Chriſtus ēt ſecundū humanam naturā Dauidis eſt Dominus, & omnium hominum, & Angelorũ.

Meſſias Deus homo, Rex, Pontifex, Index.

Has verò dignitates præclariſſimas præclariſſimo Pſalm. 109. Canit egregius pſaltes. Meſſiam canit in cęlum aſcendentem, Regem, orbi dominantem Dei Filium, Pontificem maximũ, ſecũdùm ordinem Melchiſedec, mortuorum viuorumq; iudicem. Quemadmodum admirabilis illa Arca Noe, ex qua humanum genus per totũ terrarum orbem diſſeminatum eſt, poſt aquarum immenſam eluuionẽ, ſuper montes Armeniæ requieuit Geneſ. 8. Sic Chriſtus hominum in diluuio peccati Arca, ex qua per omnes mundi regiones Chriſtianorũ inclytum genus eſt deſſeminatum, poſt paſſionis diluuium, ſuper altiſſimos cęli montes ad dexteram Patris ſedit. Hoc Pſalmi mirio vaticinatur Dauid, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*: Sicut Rex filium cariſſimum, difficillimo ex prælio, cũ triumpho, hoſtiumque ſpolijs redeuntem, magna cum lætitia excipere ſolet, alloqui, & prope ſe in ſede digna triumpho collocare, ſic æternus Pater incarnatum Filium cruento ex prælio cum victoria omnium maxima, opimiſque ſpolijs venientem, magno cum amore atque hilaritate excipit, alloquitur, cumque ſublimi in throno ad dexteram ſuam collocat. *Sede* [inquit] *à dextris meis*: Metaphoricè, humanoque more loquitur David. Nam Deus ſpiritus eſt, caretque dextera Quia tamen præſtantior hominis manus dextera eſt, præſtantior quoque dexteræ locus; ideo hoc loquendi modo ſignificat Patrẽ Chriſto in cœlos aſcendenti, præſtantiſſimum cœli locum tribuiſſe. *Sedo* (ait) *à dextris meis*, hoc eſt, præſtantiſſimum cęli thronum obtine. Ad Epheſ. 1. *Conſtituens illum* [inquit Paulus] *ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, &c.*

Aſſeſſio Chriſti in cœlū.

Chriſtus regio in throno ſedet ad dexterā Patris.

His Dauid verbis regiam decantat Meſſiæ dignitatem: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Hoc eſt, vt Rex ſede in regio ſolio, ad dexteram meam & regna, ad iudicij vſque diem, in quo ſic ſubijciam tuæ poteſtati omnes inimicos, quemadmodum ſcabellum, ſiue ſuppedaneum ſolet pedibus ſubijci. 1. Cor. 15. *Oportet* [ait Apoſtolus] *illum*, id eſt, Chriſtum, *regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, &c. eius*, ponitur pro, *ſuis* ad Hebr. 2. *Nunc necdum videmus omnia ſubiecta ei, &c* Subijcientur ergo Chriſto omnes inimici in die iudicij. Regnat nunc in cęlo, & in Eccleſia, à qua colitur, & vt Rex, atque verus Deus adoratur. Hoſtes tamen habet multos, Iudæos, Mahometanos, Ethnicos, Hæreticos, impios Chriſtianos, & dæmones. Hos omnes in diẽ iudicij ſub pedibus, veluti ſcabellum habebit, perfectiſſimeque ſibi ſubijciet, medicabit, æterniſque mancipabit flammis.

Chriſtus in cęlo, & in Eccleſia regnat.

Regiam quoque dignitatem Chriſti ſequentia demonſtrant verba Pſalmi: *Virgam virtutis tuæ, emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum, &c.* Hoc eſt, ante quam iudicij dies adueniat, in quo inimicos conculcabis, virgam fortitudinis tuæ, id eſt, regium ſceptrum tuum fortiſſimum, emittet

Sceptrum Chriſti fortiſſimum.

Digitized by Google

emittet Pater, & tu ſimul cum Patre emittes, & Spiritu ſancto, ex Ieruſalem. Lex namque Chriſti, & ſceptrũ, ex Ieruſalem in mundum exijt Apoſtolis premulgantibus Euangelium, iuxta illud Iſai. 2. *De Sion exibit lex, & Verbum Domini de Ieruſalẽ, etc.* Exiuit fortiſſimum Chriſti ſceptrum ex Ieruſalem, dominaturque. *Dominare* [inquit] *in medio inimicorum tuorum, &c.* Cinctũ eſt Chriſti regnum Eccleſia hoſtibus, illud oppugnantibus: ſed ſceptrum Domini eſt *virga fortitudinis*, id eſt, ſceptrum forte, cui nullus valet hoſtis obſiſtere in medio ipſorum hoſtium dominatur, dominabitur vſque ad iudicium, nulli hoſtes regnum Eccleſiæ extinguere valebunt, iuxta illud Matthæi 16. *Portæ inferi aduerſus eam non prævalebunt.* Aliter: *Dominare in medio inimicorum tuorum*: id eſt, dominare exiſtẽs, atque imperans inter inimicos, *dominare* inquam ipſis inimicis tuis. Eſto in medio eorum Dominus, atque imperator. Chriſtus enim Dominus eſt & inimicorum ſuorum. Aliter: *Dominare inter inimicos tuos*, ex inimicos per fidem & caritatem, amicos faciens.

Lex Chriſti ex Sion incepit.

Sequitur de eadem poteſtate regia, *tecum principium in die virtutis*, id eſt, fortitudinis, *tuæ in ſplendoribus ſanctorũ*, Hebraicè, נדבות *nedaboth*, id eſt, *Principatus*, poteſt principium pro principatu ſumi, & regno Chriſti hoc ſenſu, tecum, ô Meſſia, eſt principium, & apex omnium dignitatum, tecum eſt dignitas, quæ omnium caput eſt, nempe regia, tecũ eſt totius orbis monarchia, *in die fortitudinis tuæ*, quo per Euangelium homines tibi ſubijcies, *cum ſplendoribus ſanctorum* Apoſtolorum exeuntium ex Ieruſalem, & reliquorum cõcionatorum, quibus mirabiles virtutum, miraculorumque conferes ſplendores, ad promulgandam legem ex Sione exeuntem. Dies fortitudinis hoc ſenſu dies dicitur, ſiue tempus promulgandi Euangelij, quia vt Paulus ait ad Roman. 1. *Euangelium eſt virtus*, id eſt, fortitudo, *Dei in ſalutem omni credenti*.

Chriſti principatus.

Alio ſenſu de die iudicij loquitur vates, *tecum principium*: ſiue principatus, *in die fortitudinis tuæ*, id eſt, in die iudicij, quo fortitudinem tuam aduerſus hoſtes toti orbi palam facies, eoſque omnes debellabis. *In ſplendoribus ſanctorum*, id eſt, inter ſplendores Sanctorum tuorum, qui tunc admirabiliter fulgebunt, vt Sol tecum erit monarchia mundi in die iudicij omnibus conſpicua, inter Sanctos inſtar Solis fulgentes, & Angelorum infinitas penè myriadas Rex tunc apparebis, poſt hæc Filium Dei naturalem Meſſiam eſſe docet, *ex vtero ante luciferum genui te.* Cur autem Pater ex vtero Filium gignere dicatur, indicauimus tom. 1. lib. 2. c. 16. Genuit autem *ante luciferum*, ſtellam, id eſt, ante aſtra omnia, ante tempus, ab ęterno.

Principatus Chriſti in iudicio eluцebit.

A

B

Sequitur ſummi Pontificis æterna dignitas: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Pęnituit quodammodo Deum Iudaici ſacerdotij, dum illud antiquauit: Pontificatus verò tui nunquam pœnitebit, abrogabitur numquam, æternus eris Pontifex. Pontificis ſummo honori, adijcitur honor iudicis cunctorum hominum. *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.* Aderit (inquit) tibi Pater in iudicio, ſimulque iudicabit, ſed inuiſibiliter, ſimiliter Spiritus ſanctus. In die illa extrema, quæ dies iræ erit, confringet Meſſias omnes impios Reges, quicumque in orbe viuunt, vel vixere, vel viuent. *Iudicabit omnes nationes, implebit ruinas*, dæmones, atque homines in Tartarum aget præcipites, facietq; ruere; *conquaſſabit capita in terra multorum*: omnium videlicet impiorũ. Denique omnes inimicos ponet ſcabellum pedum ſuorum.

C

Chriſtus ſũmus Pontifex, eiuſdẽ vt ſummi iudicis dignitas.

D

Has autem dignitates, Regis, Pontificis, iudiciſque meritus, conſecutuſque eſt Meſſias, quia crucem pro Dei honore, hominumque ſalute ſubijt. *De torrente paſſionis* turbido, atque amaro *bibet, propterea exaltabit caput factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.* Arnobius ſic, *exaltabit caput* hominis, à confuſione proximæ præuaricationis. Vtrumque verum, caput ſuum Chriſtus exaltauit, & caput noſtrum, ſibi corporis gloriam, prædictoſq; ho-

E

Chriſtus per paſſionẽ dignitatem regiam, & alias meritus eſt.

nores; nobis verò gloriam tum animi, tum corporis, miraſque in cœlo dignitates promeritus eſt. Torrentem ſanguinis nónulli intellexerunt, ita vt ſignificet Propheta metaphorico ſermone, ſanguinis effundendam copiam maximam, de torrente ſanguinis hoſtilis in via bibet, hoſtilis ſanguinis flumina, ſiue torrentes gladio effundet, hoſtium ſanguine explebit ſitim, magnaque edita ſtrage *exaltabit caput* magno cum triumpho. Non placet ſenſus; quia nulla fit ſanguinis mentio, ſicut fit Pſalm. 67. & Pſal. 57. & Num. 23. & prӕterea, non dicitur, de torrente in campo bibet, ſed *in via bibet*. Dicerem potius, torrentem (ſi ſanguinem ſignificat) ſanguinem non hoſtium, ſed ipſius Chriſti indicare, hoc pacto, *de torrente* ſanguinis ſui *in via bibet*, hoc eſt, multum ſanguinis emittet, torrentem ſanguinis ſui, pro hominibus in cruce profundet, ex quo poſſit bibere, ſitimque ſalutis humanæ ſatiare: ſimulque innuitur Chriſti ſanguinem eſſe potabilem in Sacramento. Primus ſenſus Auguſtini eſt, Euſebij, Theodoreti, & aliorum multorum. Verum hæc copioſius explanare alterius eſt loci, ad alia tranſeamus. Illud conſtat ex hoc loco antiquos Iudæos de Meſſia hunc Pſalmum 109. interpretatos eſſe. ſi enim de alio intellexiſſent, facile Chriſto reſpondiſſent, Dauidem non loqui de Meſſia, ſed de aliquo alio. Quam parum verò ſacrarum Literarum ſcrutatores illi Phariſæi eſſent, ſilentium oſtendit. Pſalmum de Meſſia intelligendum nouerant, neque tamen difficultatem animaduerterant; & quæſtionem illam, cur à Dauide, dicitur Meſſias Dominus, cum ſit eius Filius? Si animaduertiſſent, ad reſpondendum parati non ſiluiſſent.

Hic Pſalm. de Chriſto totus intelligitur.

CAPVT XXIIII.

De vitijs Phariſæorum, & Scribarum.

MATTHAEVS CAPITE XXIII. Verſ. 1.

TVNC Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos, ſuos
* dicens: Super cathedram Moyſi ſederũt Scribę, & Pha 2
riſæi. * Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, 3
& facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere, dicũt
enim, & non faciunt. * Alligant enim onera grauia, & im 4
portabilia, & imponunt in humero hominum, digito au-
tem ſuo nolunt ea mouere. * Omnia verò opera ſua fa- 5
ciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnifi-
cant fimbrias. * Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas 6
cathedras in ſynagogis, * & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus 7
Rabbi. * Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: 8
Omnes autem vos fratres eſtis. * Et patrem nolite vocare vobis ſuper ter- 9
ram, vnus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt. * Nec vocemini magi- 10
ſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. * Qui maior eſt veſtrum, erit mi- 11
niſter veſter, * qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit 12
exaltabitur.

De Phariſæorum, & Scribarum vitijs.

Chriſtus cur grauiter Phariſæos arguerit.

AD extremum in vitijs obſtinatos Scribas, & Phariſæos Dominus ſuis depingit coloribus, aperteque arguit, infundens oleum plagis illorum, nunc vinum infundit, ſed neq; oleo, neque vino ſanatæ ſunt plagæ. *Tunc* (ait Matthæus) poſt ea quæ ſuprà explanata ſunt, *loquutus eſt Chriſtus ad turbas, et diſcipulos ſuos*, tàm Apoſtolos, quã alios; in primiſque omnes admonuit, vt doctrinam è cathedra Moſis traditam complecterentur, doctores verò non imitarentur. Deinde quales doctores eſſent Scribæ, & Phariſæi, demonſtrat, acriterq; in eos inuehitur, quorum vitia omnia habebat ante oculos. Obſeruat autem D. Cyprianus lib. 4. epiſt. 9. numquam Chriſtum, aut Apoſtolos, Pontifices Iudæorum, & ſacerdotes reprehendiſſe ſub his nominibus.

Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi.

Doctrina doctorũ Eccleſiæ ſequẽda nõ vita.

MOnet auditores, vt Phariſæorũ, & Scribarum veram doctrinam complectãtur, vitia fugiant, documentum tradit, ſequendam doctrinam bonam, nihil obſtante doctorum vita mala. An in cathedra ſedentes docerent Phariſæi, & Scribæ ambigitur, ſtantes enim docuiſſe, non ex cathedra exiſtimat Ianſenius tum hoc loco, tum cap. 54. Concordiæ: Probatur ex Eſdr. 8. *Stetit Eſdras Scriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, &c.* & Actor. cap. 13. Lucas narrat, Paulum, & Barnabam Antiochiam Piſidiæ veniſſe, tum hæc addit: *Et ingreſſi ſynagogam die Sabbatorum ſederunt, poſt lectionem autem legis, & Prophetarum, miſerunt principes Synagogæ ad eos dicentes: viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens ait, &c.* En Paulus non ex ſuggeſto, aut cathedra concionatur, ſed ſurgens, & ſtans eo ipſo ex loco, in quo ſedebat. Eundem in modũ de Chriſto Luc. 4. legitur: *Intraui die*

An ex cathedra docuerint Scribæ, & Phariſæi.

A *Sabbati in ſinagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ, &c.* Vnde Ianſenius: Ex facto [inquit] Chriſti Luc. 4. Satis patet eos, qui in ſynagogis Scripturas populo recitabant, ſolitos id facere ſtando, & ex ſuo quemque loco, quo ſederat, &c. Reſpondetur, Phariſæos, & Scribas docuiſſe ex cathedra ſedentes. Probatur hoc ex loco: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, &c.* Probatur etiam, quia

In templo Chriſtus ſedens docuit.

B Chriſtus ſedens docebat in templo Ioan. 8. *Diluculo venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos, &c.* Matth. 26. *Quotidie* [inquit] *apud vos ſedebam loquens in templo, &c.* Loco etiam citato Luc. 4. Sedens docuit, vt Lucas ſcribit: *Surrexit quidem legere, ſed poſtea ſedit:* traditus enim eſt illi liber Iſaiæ, & legit illa verba Iſai. 61. *Spiritus Domini ſuper me, &c.* veluti concionis prothema. *Et cùm plicuiſſet li-*

C *brum* [ait Lucas] *reddidit miniſtro, & ſedit, &c.* Propoſito prothemate ſedit, habuitque concionem ſedens, videlicet, quia id in more poſitum erat. Docebant ergo Phariſæi, & Scribę, ſedentes ex cathedra.

Aliquando concionatores ſtabant concionãdo.

Aliquando tamẽ ſtantes loquebantur concionatores, quod Eſdras fecit, & Paulus locis indicatis. Ex Chriſti autem facto colligimus ſolitos Doctores, concionis prothema ſtantes lege-

D re ex libro Scripturæ ſacræ. Poſtea verò tradebant librum miniſtro, ac ſedebant, ſedenteſq; docebant.

Idem Ianſenius cap. 54. Concor. arbitratur apud Iudęos hunc fuiſſe morem, vt in ſynagoga, non vnus tãtum faceret verba ad populum; ſed liberũ eſſet diuerſis ſucceſſiuè concionari. Hoc colligitur ex verbis Pauli 1. Cor. 14. *Prophetæ* [inquit] *duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quòd ſi alij reuelatum*

E *fuerit ſedenti, prior taceat, &c.* Quaſi dicat, taceat prior, qui ſtans prophetabat, & is, qui ſedebat, cuique reuelatum eſt, & prophetet.

Cathedra Moyſis quæ dicatur.

Rogabis cur dicatur cathedra Moyſis? Reſpondetur, dici Moſis Cathedram, non quòd tunc aliqua eſſet apud Iudæos lignea Cathedra, ex qua Moſes docuiſſet; ſed propterea quòd Phariſæi, & Scribæ Moſis ſucceſſores in Cathedris ſedebant, & do-

Digitized by Google

cebant, quemadmodum Moſes docuerat; & Moſis legem, doctrinamq; tradebant. D. Hierony. & alij, Cathedrã Moyſi, doctrinam legis interpretantur; ſed non eſt propria hæc interpretatio: *ſuper cathedram Moyſi ſederunt*; id eſt, ſederunt ſuper doctrinam Moſis, niſi ſic intelligas: Super cathedram Moyſi ſederunt: id eſt, Moſis docendi auctoritatem obtinuerunt. Quæritur præterea, an Scribæ & Phariſæi, non ſolum docerẽt ex cathedra Moſis, ſed etiam populum gubernarent. Reſpondetur, ex Scribis, & Phariſæis multos fuiſſe ſacerdotes, potuiſſeque proinde non ſolum docere, verum etiã Remp. ex cathedra adminiſtrare.

Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite.

OBedientiam docẽtibus magiſtris, præſtandam docet Dominus, & ſi illi corruptæ vitæ ſint. At verò quæritur, quomodo iubeat Phariſæorum ſeruari doctrinam, quam incuſat, & fermentum appellat, Matth. 16. *Cauete* (inquit) *à fermento Phariſæorum*, id eſt, doctrina D. Auguſt. lib. 4. de Doctr. Chriſt. cap. 27. reſpondet, Phariſæos, & Scribas, ex cathedra Moſis falſam non tradidiſſe doctrinam, cogente eos cathedra tradere veram, atq; amplectendam. Illa (inquit) cathedra, non eorum; ſed Moyſi, cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes. Itẽ, docere ſua, cathedra illos non permittebat aliena. Hæc ille. Et lib. 16. contra Fauſtum cap. 29. In his verbis (ait) Chriſti, debetis aduertere quantus honor delatus ſit doctrinæ Moſis, in cuius cathedra etiam mali ſedentes, bona docere cogebantur, &c. Verumtamen, quemadmodum modo concionatores, ſuggeſtum verum dicere nõ cogit: ſic & tunc cathedra, Phariſæos, & Scribas non cogebat. Cogit tamen ſuggeſtum, ſiue cathedra, vera dicere modo aliquo, nimirum, quia veritatem, locus ille flagitat. Reſpondemus, verba Domini ſic explananda: *Omnia quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite*: hoc eſt, omnia quæ legi Dei, ac mandatis non repugnauerint. Sic etiam ſunt intelligenda illa Pauli ver-

Obedientia præſtãda ſuperioribus, etiam improbis.

A ba ad Coloſſ. 3. *Filij, obedite parentibus per omnia, &c.* & illa: *Serui obedite per omnia dominis carnalibus, &c.* Nunquid filios, & ſeruos vult Apoſtolus obedire in omnibus rebus, etiam ijs, quę mandatis Dei non ſunt conſentaneæ? Minimè. Obedientiam exigit per omnia, quę facere fas eſt. Sic etiam Chriſtus hoc loco. Cauendum ergo fermentum Phariſæorum, id eſt, praua doctrina, ſed doctrina ſana opere exe-B quenda.

Secundum operam eorum nolite facere.

DOctrinæ veræ parendum docuit, Phariſęorum, & Scribarum opera minimè imitanda docet, propterea quòd opera cum doctrina, non conſentiebant. *Dicunt* (inquit) *non faciunt*, docent, opere non præſtant. *Alligant* (inquit) *onera grauia, & importabi-* C *lia*, Græcè, δυσβάστακτα, id eſt, *difficilia portatu, quæ portari vix poſſunt, & imponunt in humeros hominum*. Primus ſenſus horum verborum eſſe poteſt de lege Moſis, de qua D. Petrus Actor. 15. *Quid (inquit) tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? &c.* Alligabant onera grauia, id eſt, mandata legis, Phariſæi, & Scribæ, veluti faſces oneroſos imponebant in D humeros hominũ; ipſi verò ea non ſeruabant. Auctor imperfect. Onera [inquit] grauia, & importabilia, dicit Dominus legis mandata, &c. Et Haymo: Per onera [ait] grauia, deſignantur maiora præcepta legis, difficilia ad implendum, &c. Theophyl. Onera [inquit] imponunt, cogentes homines, vt impleant mandata legis, quamuis ſint tenuia, & difficilia obſeruatu, &c. Secundus ſenſus proba-E bilior, de legis præceptis & alijs extra legem, quæ hominibus imponebant Phariſæi, & Scribæ, qui imperandi habebant poteſtatem. *Imponunt in humeros hominum*, onera grauia, tum legis, tum aliorum præceptorum, & traditionũ extra legem; Theophylact. Legis [inquit] mandata aggrauarunt, traditiones quaſdam vltra leges tradentes, &c. D. Anſelmus: Legis [inquit] mandata vocat onera importabilia,

Onera grauia Phariſæorũ qualia fuerint.

bilia, quæ Scribæ, & Phariſæi docebant, mixtis traditionibus ſuis, &c.

Metaphora autem vtitur Dominus ſumpta ex ſarcina, vel faſce. Sarcina enim, vel faſcis, vt in humerum impo natur, alligari ſolet. Imponebant Phariſæi, & Scribæ graue mandatorum onus hominum humeris, voluti grauiſſimum faſcem, & ſarcinam; ipſi verò digito ſuo ſarcinam, vel faſcem nō mouebant. Quod duobus modis explanari poteſt: Vel, non mouebant ſarcinam digito ſuo, id eſt, vt eam in humeros ſuos tollerent, nec digito tangebant. Manibus enim tollitur in humeros ſarcina, hi verò ne digito quidem eam tangebant: hoc eſt, non faciebant, quod docebant, non ſeruabant præcepta, quę alijs imponebant. Vel: Non mouebant ſarcinam digito, hoc eſt, non iuuabant homines ad ſuſcipiendam ſarcinam. Solent enim qui ſarcinam imponunt, eos, quibus imponitur, iuuare manibus. Phariſæi verò, & Scribæ ſarcinam præceptorum, & traditionum hominum impo nebant humeris dicendo, atq; imperando. Neque verò iuuabant exemplo, dicebant enim, & non faciebant. Exemplum ad ferendam ſarcinā grauem maximè iuuat.

Exemplum iuuat, ad ferendam ſarcinam.

Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.

LArvam Phariſæis, & Scribis detrahit Dominus, quales ſint aperit. Nouerat enim illos intus, & in cute. In primis inanis, fugaciſq; gloriæ cupidos fuiſſe demonſtrat. Omnia que opera ſua ad eum direxiſſe ſcopum, vt ab hominibus laudarentur, haberenturque in pretio. *Omnia* (inquit) *opera ſua faciunt, vt videātur ab hominibus*; operibus ſuis, quaſi hamis, inanem ex piſcantur gloriam, non diuinam. Ad diuinā gloriam dirigenda opera ſunt, iuxta illud Matth. 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, &c.* At Phariſæi, & Scribæ, non ad diuinam, ſed ad ſuam gloriam opera referebant. Sic lucebat eorum lux (ſi lux dici poteſt) coram hominibus, vt viderent opera eorum, non vt glorifi-

Phariſæi inanis gloriæ cupidi erāt.

Opera bona facienda ſunt ad diuinam gloriam.

A carent cęleſtem Patrem, ſed vt ipſos met glorificarent operum factores. Hos imitantur vanæ gloriæ auidi. Vnde illud D. Hieronymi Matth. 23. Quicumque ita facit quod libet, vt videatur ab hominibus Scriba, & Phariſæus eſt, &c.

Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.

B HÆc ad inanem pertinent gloriā, quam Phariſæi, & Scribæ phylacteriorum dilatatione & fimbriarum magnificentia aucupabantur. Phylacteria Græcum nomen eſt, φυλακτήρια, id eſt, *cuſtoditoria*, ſiue *conſeruatoria*. Nam φυλάττω, ſignificat *cuſtodio*. Neque verò illa probanda eſt Lyrani, Matth. 23. & aliorum Etymologia, qua nomen hoc deduci dicitur à *phylaxe*, quod eſt ſeruare, & תורה *thera*,
C nomine Hebræo, quod ſignificat legem. Non enim ex Græco, & Hebræo compoſitum eſt nomen, vt liquet. Erant autem membranæ, quæ inſcripta legis præcepta habebant, & cuſtodiebant. De his ſcribit Matth. 23. Hieronymus: Dominus cùm dediſſet mandata per Moſem, ad extremum intulit. Deuter. 6. *Legabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos.* Et eſt ſenſus: Præcepta mea ſint in manu tua,
D vt opere compleantur, ſint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Phariſæi male interpretantes ſcribebant in membranis decalogum Moſis, id eſt, decem verba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes; vt ſemper ante oculos mouerentur, quod vſque hodie Indi, & Perſæ, & Babylonij faciunt, & qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis iu-
E dicatur. Hæc ille. Deuter. 6. ſic legitur. *Ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntq;, & mouebūtur inter oculos tuos, &c.* Hebraicè עיניך לטטפות בין על ידך והיו וקשרתם לאות *vekſcharthem leoth hhal ia-decha vehaiu letotaphoth ben hhanecha*, quod verbum verbo ſic redditur, *ligatis ea in ſignum in manu tua, & erunt, in frontalia ante oculos tuos.* Frontalia, ſiue, totaphoth, dicuntur phylacteria, quia in fronte collocabantur. Chaldæus

De phylacterijs.

totaphot, Deuter. 6. & Exod. 13. vocat תפילין *tephilin*, Deut. 11. *Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate, &c.* Hebraicè, ſint לטטפות *letotaphoth*, id eſt, *ſint in frontalia inter oculos veſtros, &c.* Chaldęus, ſint in תפילין *tephilin*. A

De phylacterijs D. Epiphanij ſententia.

Diui Epiphanij alia eſt, de phylacterijs ſententia, hæreſi 15. contra Scribas arbitratur phylacteria latas purpuræ fuiſſe notas, veſtibus attextas. B Hebebant (inquit) ſcribæ fimbrias quaſdam ſignificatiuas politię ipſorũ, ad oſtentationem elationis & laudem ſpectantium. Et phylacteria apud ſeipſos pallijs addebant, hoc eſt, latas notas purpuræ. Poſſet autem aliquis putare, quandoquidem etiam in Euangelio hęc vox habetur, de amuletis ſermonem fieri. Nam & amuleta, aliqui phylacterię nominare ſolent. Verum ſermo in totum nihil de his habet, ſed C quoniã ſtolas, ſiue pallia, tales induebant, & dalmaticas, ſiue amicula ex latis notis, ſiue ſignis purpuræ paratas, ac prętextas. Notas autem purpuræ, phylacteria trans nominare ſolent ij, qui exactè loqui volunt, qua de cauſa etiam Dominus phylacteria ſecũdum illos dixit. Hęc Epiphanius. Hieronymi ſententia eſt recepta.

Phylacteria pro amuletis quomodo vſurpentur.

Significat nomen, phylacterium etiam amuletum, & aduerſus venena antidotum fortè D ſic membranas illas legem continentes Iudæi, Gręco nomine, appellarũt quaſi antidota, & apotropęa, atque amuleta aduerſus mala. Vnde D. Hierony. Matth. 22. Pictatiola (inquit) illa decalogi, phylacteria vocabant, quod quicumq; habuiſſet ea, quaſi ob cuſtodiam ſui haberet, &c. Euthymius ait, dicta phylacteria, ſiue cuſtoditoria, eo quòd ab obliuione ſeruarẽt: dici quoque potuere phylacteria, quia ij, à quibus geſtabantur, legem traditam ſeruabant Deut. 6. & 11. E Theophy. putat non ſolum in fronte, verum ét ſuper dexteram manũ phylacteria geſtaſſe.

De loco phylacteriorũ.

Scribebant (ait) in duabus chartulis decalogum legis, & ponebant vnã ſuper frontem, & alteram ſuper dexteram ſuſpendebant, &c. Veriſimilius eſt, phylacteria geſtaſſe ſuper frontẽ, & brachium, ſiquidẽ in lege dicitur, Deut. 6. *Ligabis ea in manu tua, eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos, &c.* D. Chryſ. de phylacterijs manuum ſolùm mentionem fecit: videturq; exiſtimare, ſolum in manibus ea geſtaſſe Phariſęos, & Scribas, atque ita mandata ſemper in manibus ante oculos habuiſſe.

An præceptum de geſtandis phylacterijs dederit Deus.

Quæritur, an Deus de phylacterijs huiuſmodi geſtandis Iudæis præceptum dederit? D. Chryſoſt. hom. 37. in Matth. præceptum datum arbitratur: Deus (inquit) ſigna ſua in libellis breuiſſimè conſcribi, & manibus eorum appendi iuſſit. Vnde dictum eſt: *Non remouebuntur ab oculis tuis:* hæc phylacteria vocabant, &c. Item Euthym. Quia (inquit) beneficiorum Dei obliuiſcebantur, iuſſit ea Deus libellis inſcribi, & magiſtrorum appendi manibus, &c. Probatur hæc ſententia, quia Deuter. 11. poſt verba citata additur: *Scribes ea ſuper poſtes, & ianuas domus tuæ, &c.* Et Deuter 6 *Scribes ea in limine, & oſtijs domus tuæ, &c.* Hæc verba præceptum ſignificant, de ſcribendis præceptis ſuper poſtes, & ianuas domus [neque enim metaphorica videntur] ergo ſimiliter illa alia ſignificant pręceptum, de ligandis in manu ſignis, & geſtandis frontalibus, ſiue phylacterijs. Adde Deum iuſſiſſe Iudæos ferre fimbrias; nõ igitur mirum ſi iuſſerit ferre phylacteria. Chriſtus verò phylacteriorum vſum minimè reprehendit, ſed inanis gloriæ captãdæ cauſa illorum amplificationem.

Hæc dicta de phylacterijs ſunt metaphorica.

D. Hierony. & alij datum de phylacterijs pręceptum negant, metaphoricaq; eſſe legis verba putant. Illos ſequor; illa quoq; verba: *Scribes ea ſuper poſtes, & ianuas domus tuæ:* metaphorica, & hyperbolica eſſe cum Auguſt. ait, queſt. 17. ſuper Deuter. Auguſt. Quid (inquit) *Scribetis ea ſuper limina domorum, & ianuarum veſtrarum:* cum hoc ſecundum proprietatem nemo feciſſe Iſraelitarum commemoretur, vel legatur? An hyperbolica commendatio eſt, ſicut multa dicuntur? Hęc ille. Simile illud eſt Iſai. 49. *In manibus meis deſcripſi te, &c.* Hoc eſt, ſemper memor tui ſum; perinde ac ſi in manibus meis te deſcripſiſſem. Eundem in modum *ſcribes ea in poſtibus, &c.* hoc eſt: memor eris mandatorum, perinde ac ſi

in po-

in poſtibus ea ſcripta haberes, & in manibus ligata, & ante oculos veluti frontalia collocata.

Quid Iphylacterijs ſcribi ſoleret.

Præterea quid in philacterijs ſcribi ſoleret, dubium eſt. Hieronymus Beda, Haymo, Theophylactus decalogum illis inſcriptum cenſent. Caietanus mandatum de dilectione Dei: *Diliges Dominum ex toto corde tuo &c.* Phylacterium [inquit] erat pro memoria ſpecialiter mandati de dilectione vnius Dei ex toto corde, fimbria pro generali memoria mandatorum Dei, vt textus ipſi ſonant, &c.

Iudæi (vt refert Lyranus Deuters. 6.) dixerunt in phylacterijs verba illa Deuteron. 6. ſcribenda eſſe: *Audi Iſrael Dominus Deus noſter. Dominus vnus eſt. Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo,* & cętera conſequentia vſque ad verſum illum. *Et ligabis ea, quaſi ſignum in manu tua, runtque, & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in limine, & oſtijs domus tua.* Similiter verba illa Deuteron. 11. *Si obedieritis mandatis meis, qua ego hodie præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum veſtrum, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro,* Et alia quæ ſequuntur vſque ad verſum *ſcribes ea ſuper poſtes, & ianuas domus tua, &c.*

Magnificant fimbrias.

Iudæorum fimbriæ quales eſſent.

DE fimbrijs agitur Num. 15. *Loquere filijs Iſrael* [ait Dominus Moſi] *& dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias,* Hebraice, ציצת *ſiſith, per angelos* [vel per alia] *palliorum ponentes in eis vittas hyacinthinas, &c.* Et Deut. 22. *Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos palij tui, &c.* Hebraicè, גדלים תעשה לך *gedilim taabhaſche lecha, funiculos facie tibi*, hoc autem nomen ſignificat funes, ſeu funiculos Sanctes ait, ſignificare etiam fimbrias panni, aut veſtis, quæ non ſunt textæ hoc eſt, fila, quæ remanent, cum pannus eſt textus. Verba Deuter. 22. in Lexico ſic interpretatur; *fimbrias, aut fila facies tibi, in quatuor alis operimenti tui, &c.* Erant igitur fimbriæ fila ſuſpēſa in alis palliorum, ſiue angulis, ſimilia illis, quæ remanent cum pannus eſt textus; vel extremitates erant veſtis fimbriatæ, hoc eſt, inciſæ veluti in

A fila. Habebant Iudæorum pallia angulos, ſiue alas, in alis fimbrias à lateribus, & retrò. Nam fœmina hęmorrhouſa, Matth. 9. *Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti.* Chriſti. Pallia Iudæorum quatuor angulos habuerūt, vt colliges ex illis verbis Deut. 22. *Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, &c.* In fimbrijs ponebā tur vittæ coloris hyacinthini, ſiue cœleſtis. Hebraicè vitta hæc Num. 15. dicitur, פתיל *petil*, quod nomen ſignificat

De fimbris Iudæorum.

B filum duplicatum, tortūmq. vt ait Sanctes. & vittam, vt certit Hier.

Quorſum hoc præceptum de fimbrijs, ſit traditum docetur eodem c. 15. Num. *Quas cum viderint* (ait Dominus) *recordentur omnium mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes ſed magis memores præceptorum Domini, faciant ea, ſintque ſancti Deo ſuo, &c.* Erant ergo fimbriæ

C ſigna quædam, & monumenta, quæ Iudæis in memoriam. Dei mandata reuocabant, vt ea exequerentur opere. Neque cogitationes ſuas prauas, & oculos ſequerentur, & per res huius mundi varias fornicarentur, id eſt, in idolorum cultum declinarent, vel ne amore reb. caducis veluti ſcortatores adhærerent. Hebraicè ſic habetur, ולא תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם אשראתם זונים אחריהם

D *velo thathuru acare lebabchē vaachare hhenchem aſcheratthem zonim achare hem* q̄d ad verbum ſic vertitur *& non perueſtigabitis poſt cor veſtrum, & poſt oculos veſtros quos vos fornicantes poſt eos*, fornicantur autem homines poſt oculos, cum ſequentes oculos, caducarum rerū pulchitudinem, veluti Deum colunt, & amant. Paulus Burg. Num. 15. Additione. Hoc (inquit) præceptum ordinabatur ad hoc, vt cùm Iſraelitæ vi-

Fimbriarū cauſa.

E diſſent fimbrias hyacinthinas, recordarentur mandatorum Dei. Sicut cū homo aliquis amicum rogat, vt aliquid pro amore ſuo faciat; pro cuius memoria ligat illi digitum filo aliquo, vt cum hoc viderit memoriæ tradat id, quod eſt ipſi iniunctum, &c. Diuus Hieron. aliam reddit cauſam fimbriarum, nimirum, vt populus Iſraeliticus à cæteris diſtingueretur Matth. 23. Iuſſerat [inquit] Moſes vt fim-

A fimbrias facerent,ad Iſraelis populũ
dignoſcendum vt quomodo in corpo
ribus,circumciſio ſignum Iudaicæ gẽ
tis daret;ita & veſtis haberet aliquã
differentiam , &c. Addit eodem lib.
Phariſæos fimbrijs ſpinas alligaſſe,vt
ijs puncti Dei recordarentur. Captan
tes(ait)auream popularem, ſuperſti-
tioſi magiſtri faciebant grandes fim-
brias,& acutiſſimas in eis ſpinas liga
bant vt videlicet ambulantes,& ſedẽ
B tes,interdum pungerentur , & quaſi
hac admonitione retraherentur ad
officia Domini,& miniſteria ſeruitu-
tis eius,&c.

Amant primes recubitus in cœnis.

Phariſæorũ ambitio & cupiditas honoris.

SCribarum,& Phariſæorum arrogã
tiam, & honoris cupiditatẽ taxat
Dominus,quod in cęnis,& conuiuijs
primos aecubitus , in ſynagogis pri-
C mas amarent cathedras,ſalutationes
quoq.honorificas in foro,& honorifi-
cas appellationes. *Amant* [inquit] *pri-
mos recubitus in cœnis.* In cœnis,dixit po
tiùs,quam in prãdijs,cũ prandia prio
ra ſint,quia cœnę potiores videntur
fuiſſe. Cathedras verò in ſynagogis
amabãt,hoc eſt,priora,ac præcellen
tiora loca , vel præcellentiores cathe-
dras,aut ſuggeſtu⁹ ad docẽdum, ſiue
conciònãdũ. Græcè vocabula ſunt cõ
D poſita, *φιλῦσι τλὼ πρωτοκλισίαν , καὶ
τὰς πρωτοκαθεδρίας.* Honorifica etiã
doctoris appellatione oblectabantur.
Amant (inquit) *vocari ad hominib.* Rabbi
Græcè geminat,Rabbi,Rabbi,ſignifi
cat autem Rabbi,magiſtrum meũ. Su
perbiæ affectum damnat Dominus,
qđ indicat verbum(*amant*) *Amant vo-
cari ab hominib. Rabbi, amant primos recu-
bitus,&c.* Auguſt,ſer.234.de Tempore
Cauete[inquit]à Scribis,qui amãt p̃-
E ſidere in ſynagogis,& diligunt. Pri-
mum locum in conuiuijs. Non q̃a ac
cipiunt,ſed quia diligunt.Hinc.n.eo-
rum cor accuſauit. Accuſator autem
cordis eſſe nõ poſſet,niſi cordis inſpe
ctor Oportet.n.vt ſeruo Dei habenti
aliquem honorem in Eccleſia deſera-
tur primus locus,quia ſi nõ deſeratur
malum eſt illi,qui non defert,non tñ
bonum eſt illi,cui defertur. Oportet
ergo,vt in congregatione Chriſtiano

Prim⁹ in Eccleſia ſedes quomodo ſint deſerenda.

A rum præpoſiti plebis eminentiùs ſe-
deãt,vt in ipſa ſede diſtinguãt,& eo-
rum officium ſatis appareat. Non tñ
vt inflentur de ſede,ſed vt cogitẽt ſar
cinam,vnde reddituri ſunt rationem
Quis autem nouit,vtrum hoc ament,
an non ament?Res iſta cordis eſt,iu-
dicem habere non poteſt,niſi Deum.
Hæc Auguſt.

Vos autem nolite vocari Rabbi.

B

REprehendit Scribas;& Phariſęos
quod nomen Rabbi,affectarent:
Diſcipulos nunc monet,ne huiuſmo-
di honorificas affectent appellationes
Vos [inquit] *nolite vocari magiſtri.* Græce
χληθῆτε, id eſt, *ne vocemini Rabbi.* Rèd-
dit rationem: *Vnus eſt enim magiſter ve-
ſter, omnes autẽ vos fratres eſtis, &c.* hoc eſt
ne vocemini magiſtri,vnus.n.eſt ma
giſter veſter,videlicet Chriſt⁹,vt Grę
C cè legitur . Vos verò omnes fratres
eſtis,eiuſdem Patris Dei Filij,ne veli
tis his honorificis appellationib.alij a-
lijs anteferri. Quia vèrò omnes fra-
tres eſſe dixerat,adiecit; *& patrem noli
te vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim
Pater veſter qui in cœlis eſt.* Oſtendit om
nes fratres eſſe , quia vnius Dei filij
ſunt. Poſt hæc humilitatis documẽtũ
tradit;Ne(inquit)honorem affectetis
ſed humilitati potius ſtudete. Qui ma
D ior eſt veſtrum ita ſe gerat, ac ſi mi-
nimus eſſet miniſter. Etenim q̃ ſe ef
fert,deprimetur,qui ſe deprimit,ef-
feretur.

Quæſtio exoritur;num Chriſt⁹ ma
giſtri,doctoriſve appellationẽ ab Ec-
cleſia expulerit? Reſpõdetur,minimè
expuliſſe appellationes,ſed ſuperbiã,
ambitionem,& honoris cupiditatem
Non vult,nos vocari magiſtros.ac do
ctores,ſicut Phariſæi & Scribæ voca-
E bantur;de quib.dixit: *Amant vocari ab
hominibus Rabbi.* Hunc amorem vetat
Dominus,hanc affectionem honoris,
ac cupiditatem. In viilitatem autem
Eccleſiæ has appellationes , magna
cum humilitate vſurpare , minimè
prohibet. Quamobrem Paulus 1. ad
Tim.2. *doctorem Gentium* ſe appellat Et
Act.13. *Erant in Eccleſia, quæ erat Antio-
chiæ, Prophetæ, & doctores, &c.* & 1. Cor.
12. *Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccle-
ſia,*

An Chriſt⁹ magiſtri, et doctoris appellationẽ prohibuerit.

Digitized by Google

A *ſia, primum Apoſtolos; ſecundo Prophetas, tertiò doctores, &c.* D. Hieron. Putat Chriſtum cum ait: *nolite vocari Rabbi, ſiue magiſter*, de magiſtro, qui natura magiſter eſt, intellectū. Nā Deus ſolus natura magiſter eſt, homines, indulgentia, & abuſiuè magiſtri dici poſſunt. Haymo: Si hominem vocamus magiſtrum, honorē ei deferimus, per quē Deus nos docet, tamen non eum oſtēdimus auctorem noſtræ ſcientiæ, &c.
B D. Thomas, Matth 23 Ille propriè dicitur magiſter, qui doctrinam habet à ſe: & ſic ſolus Deus eſt magiſter. Sed miniſterio multi ſunt magiſtri, &c. Quemadmodum Mat. 19. ait Dominus. *Vnus eſt bonus Deus*, & Luc. 18. *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, cùm tamen bonitate participata, multi boni ſint: Ita hoc loco ait: *Vnus eſt magiſter veſter*, cùm tamen multi ſint magiſtri, doctrina à Deo accepta.

Rurſus quæritur, an prohibeat Dominus patrem vocare ſuper terram? Reſpondet D. Hieron. prohibere patrem vocare, vel magiſtrum natura, non indulgentia. Aliud [inquit] eſt natura pater, vel magiſter, aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri magiſtri, &c. Item; Vnus pater, & magiſter, non præiudicat alijs, vt abuſiue appellentur patres, & magiſtri, &c. Eadem habet Beda. Et apud Auguſt. in Breuiculo collat. cum Donatiſtis, in collat diei 3. cap. 7. in illa verba Apoſtoli. 1. Cor. 4 *In Chriſto per Euangelium, Ego vos genui*, Reſponſum (inquit) eſt à Catholicis, hoc honorificentiæ cauſa dictum propter Euangelicum miniſterium, quod diſpenſabat Apoſtolus. Nam patrem ad fidem ſalutemq; æternam, non eſſe niſi Deū
E Neque. n. poſſet contrarium Chriſto Apoſtolus loqui; niſi eſſet vtrique diſtinguendum, quid diuinæ gratiæ, q d humanæ honorificentiæ cauſa diceretur, &c. Sentiunt Catholici, vetitū eſſe patrem gratiæ, & ſalutis æternæ vocare ſuper terram; quia pater gratiæ, & ſalutis æternæ, Deus eſt. Non eſſe autem vetitum, patrem vocare hominem honorificentiæ cauſa D. Chryſoſt. exiſtimat, Chriſtum oſtendere Deum eſſe patrem præcipuum, non tñ prohibere vocari homines Patres. Sic enim ſcribit in illa verba; *Non vocetis patrem*; Non (inquit) vt neminē patrem vocare oporteat. Nam quemadmodum, nemo principaliter Magiſter eſt: ſic nec præter illum, qui tam magiſtrorum, quàm patrum omniū cauſa eſt, &c. Arbitror Chriſtum hoc loco conſilium dare ijs, qui perfectionem affectant; quiq; tùm diuitijs, & honoribus, tum parentib. nuncium remiſerunt; *Nolite* [inquit] *vocari Rabbi*; honorum titulos fugite, niſi aliud proximi poſtularit vtilitas Deniq. honor *Patrem nolite vocare ſuper terram*, neque matrem; ſiquidem illis iam dixiſtis vale extremum, patremq. habetis in cœlis Deum. Præterea illis verbis. *Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*, obſerua, non excludi Patrem, & Spiritum ſan-
D ctum. Eſt. n. vnus magiſter Deus, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Vnde Chryſo. ho. 73. in Matt. Cùm [inquit] vnus eſſe Chriſtus dicatur, non expellitur pater, ne doctor ſit; ſic cùm vnus Dominus, & vnus Deus Pater aſſeratur, non expellitur filius, quo minus vna cum Patre Dominus, & Deus ſit. Vnus enim ad diſtinctionem hominum, aliarumque creaturarum dicitur. C

Pater gratiæ & ſalutis Deus eſt.

Vnus eſt Magiſter Chriſtus cū Patre & Spiritu ſancto.

CAPVT XXV.

De vitijs Phariſæorum & Scribarum.

Morale.

PHariſæos, & Scribas carpit Dominus, quòd ea non facerent, quæ populum docebant. *Dicunt* [inquit] *& nō faciunt*. Etenim magna dignus eſt reprehenſione doctor, ac concionator, cuius vita à doctrina diſſentit, cuique verè dici poteſt. Dicis, & non facis, & illud ad Rom. 2. *Qui alium doces, te ipſum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? &c.* Et illud Pſal. 49. *Quare tu enarras*

Ore & opere, docēdū.

Digitized by Google

fimbrias facerent,ad Iſraelis populũ dignoſcendum vt quomodo in corpo ribus,circumciſio ſignum Iudaicæ gẽtis daret;ita & veſtis haberet aliquã differentiam , &c. Addit eodem lib. Phariſæos fimbrijs ſpinas alligaſſe,vt iſs puncti Dei recordarentur. Captantes(ait)auream popularem, ſuperſtitioſi magiſtri faciebant grandes fimbrias,& acutiſſimas in eis ſpinas ligabant vt videlicet ambulantes,& ſedẽtes,interdum pungerentur , & quaſi hac admonitione retraherentur ad officia Domini,& miniſteria ſeruitutis eius,&c.

Amant primos recubitus in cœnis.

Phariſæorũ ambitio & cupiditas honoris.

SCribarum,& Phariſæorum arrogãtiam, & honoris cupiditatẽ taxat Dominus,quod in cœnis,& conuiuijs primos accubitus , in ſynagogis primas amarent cathedras,ſalutationes quoq. honorificas in foro,& honorificas appellationes. *Amant* [inquit] *primos recubitus in cœnis.* In cœnis,dixit potiùs,quam in prãdijs,cũ prandia priora ſint,quia cœnę potiores videntur fuiſſe. Cathedras verò in ſynagogis amabãnt,hoc eſt,priora,ac præcellentiora loca , vel præcellentiores cathedras,aut ſuggeſtu' ad docẽdum, ſiue conciõnãdũ. Græcè vocabula ſunt cõpoſita, φιλοῦσι τὴν πρωτοκλισίαν, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας. Honorifica etiã doctoris appellatione oblectabantur. *Amant*(inquit)*vocari ad hominib.* Rabbi Græcè geminat.Rabbi.Rabbi.ſignificat autem Rabbi,magiſtrum meũ.Superbiæ affectum damnat Dominus, qd indicat verbum(*amant*)*Amant vocari ab hominib.Rabbi,amant primos recubitus,&c.* Auguſt.ſer.234.de Tempore Cauete[inquit]à Scribis,qui amãt ꝓſidere in ſynagogis,& diligunt. Primum locum in conuiuijs. Non qa accipiunt,ſed quia diligunt.Hinc.n.eorum cor accuſauit. Accuſator autem cordis eſſe nõ poſſet,niſi cordis inſpector Oportet.n.vt ſeruo Dei habenti aliquem honorem in Eccleſia deferatur primus locus,quia ſi nõ deferatur malum eſt illi,qui non defert,non tñ bonum eſt illi,cui defertur. Oportet ergo,vt in congregatione Chriſtiano

Primi in Eccleſia ſedes quomodo ſint deferendæ.

A rum præpoſiti plebis eminentiùs ſedeât,vt in ipſa ſede diſtinguat,& eorum officium ſatis appareat : Non tñ vt inflentur de ſede,ſed vt cogitẽt ſarcinam,vnde reddituri ſunt rationem Quis autem nouit,vtrum hoc ament, an non ament?Res iſta cordis eſt,iudicem habere non poteſt,niſi Deum. Hæc Auguſt.

Vos autem nolite vocari Rabbi.

B

REprehendit Scribas;& Phariſęos quod nomen Rabbi,affectarent: Diſcipulos nunc monet,ne huiuſmodi honorificas affectent appellationes *Vos*[inquit]*nolite vocari magiſtri.* Græce χληθῆτε, id eſt,*ne vocemini Rabbi.* Reddit rationem:*Vnus eſt enim magiſter veſter,omnes autẽ vos fratres eſtis,&c.* hoc eſt ne vocemini magiſtri,vnus.n. eſt magiſter veſter,videlicet Chriſt',vt Græ C cè legitur . Vos verò omnes fratres eſtis,eiuſdem Patris Dei Filij,ne velitis his honorificis appellationib. alij alijs anteferri. Quia verò omnes fratres eſſe dixerat,adiecit;*& patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim Pater veſter qui in cœlis eſt.* Oſtendit omnes fratres eſſe , quia vnius Dei filij ſunt. Poſt hæc humilitatis documẽtũ tradit;Ne(inquit)honorem affectetis ſed humilitati potiùs ſtudete. Qui ma D ior eſt veſtrum ita ſe gerat, ac ſi minimus eſſet miniſter. Etenim q ſe effert,deprimetur,qui ſe deprimit,efferetur.

Quæſtio exoritur;num Chriſt' magiſtri,doctoriſve appellationẽ ab Eccleſia expulerit?Reſpõdetur,minimè expuliſſe appellationes,ſed ſuperbiã, ambitionem,& honoris cupiditatem Non vult,nos vocari magiſtros.ac doctores,ſicut Phariſæi & Scribæ voca E bantur;de quib. dixit: *Amant vocari ab hominibus Rabbi.* Hunc amorem vetat Dominus,hanc affectionem honoris, ac cupiditatem. In vtilitatem autem Eccleſiæ has appellationes , magna cum humilitate vſurpare , minimè prohibet. Quamobrem Paulus 1. ad Tim.2. *doctorem Gentium* ſe appellat. Et Act.13. *Erant in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ,Prophetæ,& doctores,&c.* & 1. Cor. 12. *Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia,*

An Chriſt' magiſtri,et doctoris appellationẽ prohibuerit.

A *ſia, primum Apoſtolos; ſecundo Prophetas, tertiò doctores, &c.* D.Hieron. Putat Chriſtum cum ait: *nolite vocari Rabbi, ſiue magiſter*, de magiſtro, qui natura magiſter eſt, intellectũ. Nã Deus ſolus natura magiſter eſt, homines, indulgentia, & abuſiuè magiſtri dici poſſunt. Haymo: Si hominem vocamus magiſtrum, honorẽ ei deferimus, per quẽ Deus nos docet, tamen non eum oſtẽdimus auctorem noſtræ ſcientiæ, &c. B D.Thomas, Matth 23 Ille propriè dicitur magiſter, qui doctrinam habet à ſe: & ſic ſolus Deus eſt magiſter. Sed miniſterio multi ſunt magiſtri, &c. Quemadmodum Mat. 19. ait Dominus. *Vnus eſt bonus Deus*, & Luc. 18. *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, cùm tamen bonitate participata, multi boni ſint: Ita hoc loco ait: *Vnus eſt magiſter veſter*, cùm tamen multi ſint magiſtri, doctrinà à Deo accepta.

Rurſus quæritur, an prohibeat Dominus patrem vocare ſuper terram? Reſpondet D.Hieron. prohibere patrem vocare, vel magiſtrum natura, non indulgentia. Aliud [inquit] eſt natura pater, vel magiſter, aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri magiſtri, &c. Item; Vnus pater, & magiſter, non præiudicat alijs, C vt abuſiue appellentur patres, & magiſtri, &c. Eadem habet Beda, Et apud Auguſt. in Breuiculo collat. cum Donatiſtis, in collat diei 3. cap. 7. in illa verba Apoſtoli. 1. Cor. 4 *In Chriſto per Euangelium, Ego vos genui*. Reſponſum (inquit) eſt à Catholicis, hoc honorificentiæ cauſa dictum propter Euangelicum miniſterium, quod diſpenſabat Apoſtolus. Nam patrem ad fidem E ſalutemq; æternam, non eſſe niſi Deũ Neque. n. poſſet contrarium Chriſto Apoſtolus loqui; niſi eſſet vtrique diſtinguendum, quid diuinæ gratiæ, q d humanæ honorificentiæ cauſa diceretur, &c. Sentiunt Catholici, vetitũ eſſe patrem gratiæ, & ſalutis æternæ vocare ſuper terram; quia pater gratiæ, & ſalutis æternæ, Deus eſt. Non eſſe autem vetitum, patrem vocare hominem honorificentiæ cauſa D. Chryſoſt. exiſtimat, Chriſtum oſtendere Deum eſſe patrem præcipuum, non tñ prohibere vocari homines Patres. Sic enim ſcribit in illa verba; *Non vocetis patrem*; Non (inquit) vt nemine patrem vocare oporteat. Nam quemadmodum, nemo principaliter Magiſter eſt: ſic nec præter illum, qui tam magiſtrorum, quàm patrum omniũ cauſa eſt, &c. Arbitror Chriſtum hoc loco conſilium dare ijs, qui perfectionem affectant; quiq; tùm diuitijs, & honoribus, tum parentib. nuncium remiſerunt; *Nolite* [inquit] *vocari Rabbi*; honorum titulos fugite, niſi aliud proximi poſtularit vtilitas Deniq. honor *Patrem nolite vocare ſuper terram*, neque matrem; ſiquidem illis iam dixiſtis vale extremum, patremq. habetis in cœlis Deum. Præterea illis verbis. *Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*, obſerua, non excludi Patrem, & Spiritum ſan- D ctum. Eſt. n. vnus magiſter Deus, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Vnde Chryſo. ho. 73. in Matt. Cùm [inquit] vnus eſſe Chriſtus dicatur, non expellitur pater, ne doctor ſit; ſic cùm vnus Dominus, & vnus Deus Pater aſſeratur, non expellitur filius, quo minus vna cum Patre Dominus, & Deus ſit. Vnus enim ad diſtinctionem hominum, aliarumque creaturarum dicitur.

Pater gratiæ & ſalutis Deꝰ eſt.

Vnus eſt Magiſter Chriſtus cũ Patre & Spiritu ſancto.

CAPVT XXV.

De vitijs Phariſæorum & Scribatum.

Morale.

PHariſæos, & Scribas carpit Dominus, quòd ea non facerent, quæ populum docebant. *Dicunt* [inquit] *& nõ faciunt*. Etenim magna dignus eſt reprehenſione doctor, ac concionator, cuius vita à doctrina diſſentit, cuique verè dici poteſt. Dicis, & non facis, & illud ad Rom. 2. *Qui alium doces, te ipſum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? &c.* Et illud Pſal. 49. *Quare tu enarras*

Ore & opere, docẽdũ.

A *ras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum. Tu verò odiſti diſciplinã, & proiecisti ſermones meos retrorsũ, &c.* Improbus cõcionator ſermones Dei & ante ſe fert, & poſt ſe retrorſum proijcit; Ante ſe fert in libris, & ore: *Aſſumis* [inquit] *teſtamentum meum per os tuum.* Poſt ſe verò retrorſum proijcit moribus, atque opere. *Proiecisti* [inquit] *ſermones meos retrorſum.* At probus concionator, & ante ſe fert Dei ſermones, cùm illos legit, ac proloquitur

Probi et improbi concionatoris differentia.

B & ſuper ſe; quia id, quod docet humeris ſuſtinet, & auditores ad ſuſtinendum exemplo prouocat. Neque ſolũ ante ſe ſermones Dei fert, & ſuper ſe ſed etiam intra ſe; quod dicit, an exequatur opere recogitat; labiumque ſuum in ſeipſum reflectit; vt menſæ illæ quas vidit Ezec. c. 40. *labia* [inquit] *earum palmi vnius, reflexa intrinſecus per circuitum, &c.* Nonne concionator mẽ

C ſa templi eſt, in qua Deus cæleſtis verbi cibum populo apponit ſuo? Habeat menſa hæc labia intrinſecus reflexa, hoc eſt, reflectat in ſe labia ſua, ſermones quos labijs profert, in ſeipſum cõcionator conuertat; an opere illos præſtet animaduertat; an ſit aliquid in vita, quod a ſermone diſcrepet, attẽdat D. Gregor. ho. 21. in Ezech. Tunc [inquit] menſarum labia intrinſecus reflectuntur, quando doctores ad conſcientiam reuocant, tacita cogitatio-

Cõcionator mẽſa templi eſt.

Labia doctoris reflexa.

D ne, quod dicunt, quando ſemetipſos ſubtiliter perſcrutantur ſi faciũt qđ loquuntur, &c. Compellat deinde doctorem his verbis. O doctor (inquit) intus reflecte labium, id eſt, ad cor reuoca ſermonem. Audi quod dicis; operare quod prædicas, &c.

Si Fabius, oratorem, non niſi virũ bonum eſſe aſſerit, quid nos de concionatore dicemus? in Proœmio lib.

Orator non niſi vir bonus eſſe poteſt.

E 1. Oratorem (inquit) inſtituimus illũ perfectum, qui eſſe niſi vir bonus non poteſt, ideoq. omnes in eo animi virtutes exigimus, &c. Ab oratore Ethnico, qui in foro, cauſiſque ciuilibus verſabatur, omnes ille animi virtutes exigit; Quid igitur mirum ſi nos à cõcionatore Chriſtiano, qui ex ſuggeſtu Chriſti docet; quique cauſas cæleſtes agit, omnes animi virtutes exigã mus? Ergo quemadmodum M. Cato,

A vt teſtatur idem Auctor lib. 12. cap. 1. oratorem definit virum bonum eſſe, dicendi peritum, ſic concionatorem nos defintamus: Concionator eſt vir bonus; dicendi, ac concionandi peritus. Quòd ſi bonus non ſit, concionatoris menſuram minimè complet, præcipuaq. illi pars deeſt. Si concionatoris finis eſt, dicendo diuina perſuadere; quonam modo is perſuadebit, qui dicit, & non facit; qui aliud vita,

Concionator quis ſit.

B aliud verbo ſuadet? Verbis, & factis ſuadeat, qui volet perſuadere. Hęc. n. eſt ratiocinatio (ait Chyſoſt. 1. Cor. ho. 3) aduerſus quam contradici non poteſt, quæ ſit per facta, &c. Quamobrem 2. ad Theſſal. ho. 5. Magis (inqt) non tam à verbis, quàm à factis, animæ ſolent intromitti, &c. Hinc illud Pauli 1 ad Tim. 4. *Exemplum eſto fidelium in verbe, in conuerſatione, &c.* & de ſe ipſo ad Philipp. 3. *imitatores mei eſtote*

Doctor magis eſſe debet vitæ, quam ſermonis.

C *& obſeruate eos, qui ita ambulant. ſicut habetis firmam noſtram* Græcè, ἔχετε τὸν τύπον ἡμᾶς, *ſicut habetis typum nos vel typum noſtrum.* Erat enim Paulus typus diſcipulorum, atq. exemplar Ad Philip. 4. *Quæ* [inquit] *audiſtis, & audiſtis in me, hæc agite, &c.*

O beatum concionatorem, cuius ea eſt fama, ea vita vt hæc Apoſtoli verba verè vſurpare poſſit. *Quæ audiſtis, & vidiſtis me, hæc agite; & imitatores*

D *mei eſtote, ambulate ſicut habetis typum meũ* Huiuſmodi eligendos doctores docet Seneca epiſt. 53. Eligamus [inquit] nõ eos, qui verba magna velocitate præcipitant, &c. ſed eos; qui vitam docẽt qui cum dixerint quid faciendum ſit probant faciendo, qui docent, quid vitandum ſit; neque vmquã in eo, quod fugiendum dixerint, deprehendũtur Eum elige doctorem, quem magis admireris cùm videris, quam cum

E audieris, &c. Obſerua verba illa, cum dixerint; quid faciendum ſit, probãt faciendo, &c.

Nam verba egregiè probantur factis. Eximium eſt argumentum, eximia demonſtratio, quę ex operibus depromitur, cui contradici non poteſt, vt Chryſoſtouius iam citatus ait Hæc [inquit] eſt ratiocinatio, aduerſus quam contradici non poteſt, quæ ſit per facta, &c. Et Theophylactus,

Luc.

Luc. 24. Nullus (inquit) ſermo doctoris firmus eſt, niſi prius docens ſe factorem declaret, &c.

Diſcamus à ſummo magiſtro Chriſto. *Vnus (inquit) eſt magiſter veſter Chriſtus*; docuit verbis, & maximè factis; Sic etiam doceat, quicumq. ad populum docendum vocatur. Luc. 24. De Chriſto aiunt diſcipuli illi duo, qui Emmaus pergebant, *fuit vir propheta, potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo, &c.* Hæc eſt concionatoris definitio; vir potens in opere & ſermone Chriſtus vnicus magiſter Deus erat, & vir potens in opere, hoc eſt, miraculis, & præclaris factis. Magiſter à Chriſto vocatus, vir ſit potens virtutibus, boniſque operib. Hæc enim ſunt miracula, quibus doctrinã probare debet, ac perſuadere. Potens eſto primum in opere (ait Theophyl. Luc. 24.) deinde & verbi ſolicitudinẽ habeto. Sic & Deus cooperabitur tibi. Olim Apoſtoli, miraculis doctrinã comprobabant; nunc poſtquam fides robur accepit, miracula non ſunt opus. Miracula quibus doctrina probanda eſt, opera præclara ſunt, his egregiè doctrina confirmatur. Baptiſta, vt legitur Ioan. 10. *Miraculum nullum fecit*, verumtamen vita admirabili, quod docebat ita confirmauit, vt totum populum ad ſe pertraxerit. Sacerdos doceat (ait Auctor Imperf. in Prologo) & quia miraculorum faciẽdorum, non eſt ſemper neceſſitas, doctrinam ſuam bonæ vitæ quaſi miraculis, factis commendet, &c. Lege Chryſoſt. in matth hom. 47. hom. 72. ad pop. Antioch. Nihil (inquit) ſic in veritatis viam inducit, vt conuerſationis integritas, &c. Auguſt. lib. 4. de doctr. Chriſt. c. 27. Vt obedienter (inquit) audiatur concionator, quantacumq. granditate dictionis, maius pondus habet, vita dicentis, &c. Qualem à concionatore vitam Chryſoſt. exigat, attende ho. 73. in Matt. Quemadmodum (inquit) homo vbicumque fuerit, cæteris animantib. præſtat, ita doctorem decet, ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue in conuiuijs, ſiue alibi ſit, cæteris hominib. excellere, Adeò vt inceſſu, & aſpectu & habitu omnibuſq. ſimpliciter alijs in reb. præſtantior eſ-

Orator non niſi vir bonus eſſe poteſt.

Cõcionator menſa templi eſt. Labia doctoris reflexa.

A ſe videatur, &c. Lege Auct. Imperf. in Matt. hom. 17. ad illa verba, *Quid vides feſtucam, &c.* Hæc de concionatoribus ſint ſatis.

Auditores verò eandem ſubeant legem. Concionatorum eſt dicere, & quæ dixerint facere; auditorum eſt audire, & quę audierint opere præſtare. Quemadmodum reprehenſione dignus eſt concionator, qui dicit, & non facit, ſic & auditor, qui audit, & B opere audita non exequitur. Similis hic eſt cribro. Vt cribo exceptus imber effluit, ſic huiuſmodi auditoris auribus excepta concio effunditur. Vt eũ, qui docet, non ſolùm doctorem eſſe oportet; ſed etiam operatorem, ſic eũ qui audit, non ſolum auditorem eſſe conuenit, ſed etiam factorem. Inde Iacobus cap. 1. *eſtote* (inquit) *factores verbi, non auditores tantum, &c.* Matt. 25. ait Dominus ſeruo: *Oportuit te committere* C *pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepiſſem vtique, quod meum eſt, cum vſura, &c.* Concionator verba Dei, veluti pecuniam Dei, auditoribus committit, vt ſoluant cum vſura, cum vſura, inquam, operum. Solue ergo ò auditor ſanctam bonorum factorum vſuram Deo. Chryſoſt. ho. 5. contra Iudæos in fine Cum (inquit) dixiſſet Dominus, *ego veniens cum vſura repetiſſem eam*; oſtendit quod poſteaquam au- D dierit, qui accepit doctrinam, vſuram facere oporteat, tamquam Domino repetituro. Vſura autem doctrinæ nihil aliud eſt, quam operum exhibitio &c. Hanc diuinam pecuniam, id eſt, verba Dei, Chryſoſtomus auditoribus committebat, ideoque eodem loco vſuram ab illis repetebat. Nos (inquit) deponimus pecuniam in aures veſtras, neceſſe eſt vt vos reddatis vſuram Domino, &c. ſic etiam om- E nes concionatores Dei pecuniam in aures auditorum deponunt, vt ex auribus in cor & manus transferant operumque fœnus debitum reddant.

Idem Chryſoſt. 2. Ad Theſſalonicẽſes homilia ſecunda. Vento ait ſimile eſſe ſermonem. Quod (inquit) nauigijs ſunt ſpirantes venti, hoc animis ſunt verba, &c. Ex concionatoris ore cæleſtis ventus ſpirat, vt veluti naues auditores à peccati charybdi auellat,

Auditores cum vſura reddere debent doctrinam auditam. Chryſoſt.

ſolum docet, ſed & operatur; Videtur ſimul cum ijs, qui docentur laborare & operari. Cùm verò ille me oneret, ipſe autem ocioſus viuit, magis me grauat, &c. Item Luc. 11. Quando (inquit) doces facit, quod docet, alleuiat onera, exemploq; ſuo conſolationem affert diſcipulis. Quando autem nihil horum facit quæ docet, tunc quæ docet grauia onera videntur diſcipulis, ita vt à Doctore nullam recte faciendi vim accipiant, &c. Iſai. 9. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Chaldæ ſic interpretatur: וקביל אוריתא עלוהי למטרח *vekabil oraietha bhelchai lemitrah*, id eſt, *ſuſcepit ſup ſe legẽ, vt ſeruaret eã &c.* Qui legũ onera alligat, ſuper ſe illa recipiat, principatum ſuum; atq; mandata non ſolùm alijs imponat, ſed ipſe ſuper ſe ferat; ita vt de eo merito dici poſſit, Principatus eius, imperium eius, mandata legeſq; eius, ſuper humerum eius. Simile illud eſt Iſai. 22. *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, &c.* Non ex cingulo pendeat ad gubernandum data clauis, & poteſtas ſed feratur in humeris. *Non veni ſoluere legem* (ait Summus imperator Matt. 5.) *ſed adimplere, &c.* Potuiſſet quidem legem ſoluere, quia illi ſubiectus minimè erat, ſed implere voluit, non ſoluere, vt præiret exemplo.

Chriſtus nõ venit ſolue de legẽ, ſed adimplere.

Onera grauia, & importabilia Phariſæi, & Scribæ in humeros hominũ imponebant. At bonus, & benignus præſul, hominum metitur vires, ſtatuit par humeris onus nemini imponit. Pharonis eſt oneribus populum affligere; Exod. 1. *Præpoſuit* (Pharao Iſraelitis) *Magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus, &c.* Idipſum Roboami eſt imprudentis Regis, de quo Eccl. cap. 47. *Dereliquit Salomõ poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem conſilio ſuo &c.* Auertiſſe autem dicitur gentem Hebræorum à ſe, imprudenti cõſilio ſuo, quia imperij graue onus noluit imminuere. Orat Regem populus 3. Reg. 12. *imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, quod impoſuit nobis & ſeruiemus tibi, &c.* Conſuluit ille ſeniores, hi prudens dedere conſilium, ea vt in re gereret morem populo, onuſque graue imminue- A ret. Huic prudenti conſilio minimè acquieuit; Iuuenum imprudentium ſententiam ſecutus, onus grauius ſe impoſiturum reſpondit, hunc in modum. *Pater meus aggrauauit iugum veſtrũ ego autem addam iugo veſtro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedã vos ſcorpionibus, &c.* Offenſus Regis reſponſo populus, ab illo defecit, regemq; creauit Ieroboamum. Prudentis ergo, ſapientiſque præſidis eſt, onera grauia B & importabilia hominibus minimè imponere, ſed humeris æqualia, quæ ſuauiter ferre queant.

Non imponẽda onera grauia, & importabilia.

Diſponit Deus omnia ſuauiter, vt legitur Sapientię 8. ſic prudens præſes, onera diſponit cum ſuauitate. Vnde optimus paſtor Matth. 11. *Iugum* [inquit] *meum ſuaue eſt, & onus meum leue, &c.* Efficiat igitur præſul, vt iugum quod imponit, ſuaue ſit, & onus leue. Suaue iugum, leueque onus Adamo C Deus impoſuit. Geneſis 2. *Ex omni* [inquit] *ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, &c.* Omnes paradiſi arbores ſuauiter conceſſit, vnam tantummodo prohibuit. Lege D. Gregor. lib. 35. Moral. c. 10. Notandum (inquit) quod dicitur; *Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Qui enim ab vno quolibet bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat; ne obe D dientis mens, funditus intereat, ſi ab omnibus bonis penitus repulſa ieiunet. Omnes autem arbores ad Ieſum Dominus conceſſit, cùm ab vna prohibuit; vt creaturam ſuam, quam nolebat extingui, ſed prouehi, tanto facilius ab vna reſtringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. Hæc Gregorius.

Suaue ſunt onera Chriſti.

At verò quæ ſubditis concedenda quæve neganda ſint, ipſa docebit pru E dentia. Nihil autem, quod in perniciẽ verti poſſit, concedendum, auxilia verò ſuppeditanda, quib. ſubditi onera poſſint ſuauiter portare. Numer. 7. *Moſes plauſtra Leuitis dedit ad ferenda onera.* Eõdem in modum prudens præſul auxilia veluti plauſtra ſubditis præbet, maximè verò exemplum 4. Reg. 2. Elias ab Eliſæo dicitur *Currus Iſrael, & auriga eius*: Non ſolum auriga eſt bonus paſtor, ſed currus etiam. Quemadmo-

Quæ ſubditis concedẽda & negãda ſint.

mo-

modum enim currus onera portat. ſic bonus paſtor leges, mandataq; inſtar currus fert. Auriga eſt iubendo, viáque cœli iudicando; Currus eſt, præcepta, quæ cæteris imponit, portádo. *Porta eos in ſinu tuo* (Dixit Dominus Moſi Numerorum 11) *Sicut portare ſolet nutrix infantulũ, &c.* Deu. 35. *Nõ habebis in ſeculo tuo diuerſa põdera*: & Prouerb. 20. *Pondus & pondus, menſura, & mẽſura, vtrũq; abominabile eſt apud Dñm.* Hoc eſt, vt ait D. Bonauent. Lucæ 11. Cũ homo ſibi miſericors eſt, & proximo, vel ſubdito durus, cũ nihil portat, ſed totũ alijs portandũ imponit, &c. Auctor imperf. ho. 43. Audiát [inquit] te homines parua mandantẽ, & grandia videant facientem, &c.

Pondus & pondus quę dicãtur moraliter.

Non eſt ſilentio prætereunda inanis glorię, vanique honoris auiditas, qua Phariſæi, & Scribę capti, nõ Deo, ſed hominum oculis ſeruiebát: *Omnia* [inquit Dominus] *opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus Dilatant phylacteria, magnificant fimbrias, amant primos recubitus, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, &c.* Faxit Deus vt Phariſæos, & Scribas non habeamus multos, noſtris temporibus. Etenim, vt Hieronym. ait Matth. 23. Quicumque ita facit quodlibet, vt videatur, ab hominib. Scriba, & Phariſæus, eſt, &c. Inanes ſunt huiuſmodi Phariſæi, & vani, inanib. ſpicis ſimiles, quę ob leuitatem ſurſum tendunt, ac veluti ſuperbiunt, humiles ſpicę demittunt caput granis plenæ. Eundem in modũ homines, qui per ſuperbiam, inadisq; glorię cupiditatem, ſeſe efferunt, vani ſunt atq; inanes; qui verò caput per humilitatem demittunt, virtutis fructu abundant. Plutarch. in lib. de profectu morum. Spicę (ait) quæ ob leuitatem ſurſum tendunt, inanes eſſe creduntur; ita Philoſophaſtri quidam vani, nihil habentes ponderis, aut grauitatis, elato ſunt animo, & in habitu, inceſſu, vultuq;, nihil pręter merũ faſtum, aliorumque præ ſe contemptum prodũt, &c Idem Plutarch. eodem loco. Agricolis iucundum eſt, (inquit) videre ſpicas inclinatas ad terram, & nutantes, &c. videlicet quia fructum indicat ſpicarum inclinatio; ſic periucun-

Inanis gloria fugienda & humilitas ſequenda.

Iucunda Deo & hominib. humilitas.

A dum eſt, ſpiritualib. agricolis, ſubditos videre non elato incedentes capite, ſed per humilitatem inclinato. Fructum mentis humilitatis inclinatio oſtendit; ſuperbia atq; elatio inanitatem. Præterea quemadmodum agricolis periucundum eſt ſpicarum capita videre inclinata; ſic Deo eſt periucundum hominũ capita cernere per humilitatem ac pęnitentiam depreſſa. 3. Reg. 21. Rex Achab pœnitentiã
B egit: *& ambulauit demiſſo capite, & factus eſt ſermo Domini ad Eliã dicens: Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? &c.* videlicet placuerat ſpica demiſſo capite. Inane caput, & vana cogitans elatum eſt; at caput ſanctis cogitationibus plenum, demittit ſe atque humiliat, omnemq; faſtum pellit. Hinc eſt illud Philoſophi citati eodẽ libro. Quemadmodum [ait] ex vaſis liquorem aliquem recipientibus, aer ina-
C nis expellitur; ſic qui in philoſophiæ ſtudio veris implentur bonis, faſtum exuunt, &c. Etenim ij, qui virtutib. præclariſque de diuina iuſtitia, deq; morte, & ſupplicio æterno, ac gloriæ meditationib. veluti odorifero balſamo complentur; faſtum, ac ſuperbiã longè abigunt; primos recubitus, cathedraſq; primas, ſalutationeſve in foro non amant, ab hominib. Rabbi vocari minimè concupiſcunt, hono-
D res non ambiunt, phylacteria minimè dilatant, fimbrias non magnificant. Alios recubitus, cathedras alias, meditantur, ſalutationes alias, nempe cœleſtes; alios honores, titulosq; quibus cum terreſtres honores comparati omnes, vileſcunt, flocciq; fiunt, iuxta illud Greg. Magni homil. 37. in Euang. Si conſideramus quę, & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cęlis, vileſcunt animo omnia, quę ha-
E bentur in terris, &c.

Honores mundani quib. vileſcant.

Quòd ſi opponat quiſpiam viros etiam probos, & ſanctitate illuſtres, honores accipere. Reſpondeo, aliud eſſe honores accipere, aliud honores ambire, atq; affectare. Fateor quidẽ ſanctos viros honores accipere, & ſæpe quidẽ inuitos, ac reluctantes, Ambire atq; affectare inficio. Libera eſt. n. ſãctimonia ab oĩ honoris terreni ambitione; Qđ ſi honores accipit, idcirco

ſolum docet, ſed & operatur; Videtur ſimul cum ijs, qui docentur laborare & operari. Cùm verò ille me onerat, ipſe autem ocioſus viuit, magis me grauat, &c. Item Luc. 11. Quando (inquit) doces facit, quod docet, alleuiat onera, exemploq. ſuo conſolationem affert diſcipulis. Quando autem nihil horum facit quæ docet, tunc quæ docet grauia onera videntur diſcipulis, ita vt à Doctore nullam rectè faciendi vim accipiant, &c. Iſai. 9. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Chaldæus ſic interpretatur: וקביל אוריתא עלוהי למטרח *vekabil oraietha bhblohai lemitrah*, id eſt, *ſuſcepit ſup. ſe legẽ, vt ſeruaret eã &c.* Qui legũ onera alligat, ſuper ſe illa recipiat, principatum ſuum; atq; mandata non ſolùm alijs imponat, ſed ipſe ſuper ſe ferat; ita vt de eo meritò dici poſſit; Principatus eius, imperium eius, mandata legeſq. eius, ſuper humerum eius. Simile illud eſt Iſai. 22. *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, &c.* Non ex cingulo pendeat ad gubernandum data clauis, & poteſtas ſed feratur in humeris. *Non veni ſoluere legem* (ait Summus imperator Matt. 5.) *ſed adimplere, &c.* Potuiſſet quidem legem ſoluere, quia illi ſubiectus minimè erat; ſed implere voluit, non ſoluere, vt præiret exemplo.

Chriſtus nõ venit ſolue de legẽ, ſed adimplere.

Onera grauia, & importabilia Phariſæi, & Scribæ in humeros hominũ imponebant. At bonus, benignuſq; præſul, hominum metitur vires, & ſuis par humeris onus nemini imponit. Pharonis eſt oneribus nimijs populum affligere; Exod. 1. *Præpoſuit* (Pharao Iſraelitis) *Magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus, &c.* Idipſum Roboami eſt imprudentis Regis, de quo Eccl. cap. 47. *Dereliquit Salomõ poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem conſilio ſuo &c.* Auertiſſe autem dicitur gentem Hebræorum à ſe, imprudenti cõſilio ſuo, quia imperij graue onus noluit imminuere. Orat Regem populus 3. Reg. 12. *imminue paululùm de imperio patris tui duriſſimo, & de iuge grauiſſimo, quod impoſuit nobis & ſeruiemus tibi, &c.* Conſuluit ille ſeniores, hi prudens dedere conſilium, ea vt in re gereret morem populo, onuſque graue imminueret. Huic prudenti conſilio minimè acquieuit, Iuuenum imprudentium ſententiam ſecutus, onus grauius ſe impoſiturum reſpondit, hunc in modum. *Pater meus aggrauauit iugum veſtrũ ego autem addam iugo veſtro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadã vos ſcorpionibus, &c.* Offenſus Regis reſponſo populus, ab illo defecit, regemq. creauit Ierobo amum. Prudentis ergo, ſapientiſque præſidis eſt, onera grauia & importabilia hominibus minimè imponere, ſed humeris æqualia, quæ ſuauiter ferre queant.

Non imponẽda onera grauia, & importabilia.

Diſponit Deus omnia ſuauiter, vt legitur Sapientiæ 8. ſic prudens præſes, onera diſponit cum ſuauitate. Vnde optimus paſtor Matth. 11. *Iugum* [inquit] *meum ſuaue eſt, & onus meum leue, &c.* Efficiat igitur præſul, vt iugum quod imponit, ſuaue ſit, & onus leue. Suaue iugum, leueque onus Adamo Deus impoſuit. Geneſis 2. *Ex omni* [inquit] *ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, &c.* Omnes paradiſi arbores ſuauiter conceſſit vnam tantummodo prohibuit. Lege D. Gregor. lib. 35. Moral. c. 10. Notandum (inquit) quod dicitur; *Ex omni ligno paradiſi comedite, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedatis.* Qui enim ab vno quolibet bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat; ne obedientis mens, funditus intereat, ſi ab omnibus bonis penitus repulſa ieiunet omnes autem arbores ad eſum Dominus conceſſit, cùm ab vna prohibuit, vt creaturam ſuam, quam nolebat extingui, ſed prouehi, tanto facilius ab vna reſtringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. Hæc Gregorius.

Suaue ſint onera Chriſti.

At verò quæ ſubditis concedenda quæve neganda ſint, ipſa docebit prudentia. Nihil autem, quod in perniciem verti poſſit concedendum; auxilia verò ſuppeditanda, quib. ſua onera poſſint ſuauiter portare. Numer. 7. *Moſes plauſtra Leuitis dedit ad ferenda onera.* Eũdem in modum prudens præſul auxilia veluti plauſtra ſubditis præbet, maximè verò exemplum. 4. Reg. 2. Elias ab Eliſæo dicitur *Currus Iſrael, & auriga eius.* Non ſolùm auriga eſt bonus paſtor, ſed currus etiam. Quemad-

Quæ ſubditis concedẽda & negãda ſint.

mo-

modum enim currus onera portat, ſic bonus paſtor leges, mandataq; inſtar currus fert. Auriga eſt iubendo, viãque cœli iudicando; Currus eſt, præcepta, quæ cæteris imponit, portãdo. *Porta eos in ſinu tuo* (Dixit Dominus Moſi Numerorum 11) *Sicut portare ſolet nutrix infantulũ, &c.* Deu. 35. *Nõ habebis in ſeculo tuo diuerſa põdera*: & Prouerb. 20. *Pondus & pondus, menſura, & mẽſura, vtrũq; abominabile eſt apud Dñm.* Hoc eſt, vt ait D. Bonauent. Lucæ 11. Cũ homo ſibi miſericors eſt, & proximo, vel ſubdito durus, cũ nihil portat, ſed totũ alijs portandũ imponit, &c. Auctor imperf. ho. 43. Audiãt [ĩquit] te homines parua mandantẽ, & grandia videant facientem, &c.

Pondus & pondus quę dicãtur moraliter.

Non eſt ſilentio prætereunda inanis glorię, vanique honoris auiditas, qua Phariſæi, & Scribę capti, nõ Deo, ſed hominum oculis ſeruiebãt: *Omnia* [inquit Dominus] *opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus Dilatant phylacteria, magnificant fimbrias, amant primos recubitus, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, &c.* Faxit Deus vt Phariſæos, & Scribas non habeamus multos, noſtris temporibus. Etenim, vt Hieronym. ait Matth. 23. Quicumque ita facit quodlibet, vt videatur, ab hominib. Scriba, & Phariſæus, eſt, &c. Inanes ſunt huiuſmodi Phariſæi, & vani, inanib. ſpicis ſimiles, quę ob leuitatem ſurſum tendunt, ac veluti ſuperbiunt, humiles ſpicę demittunt caput granis plenæ. Eundem in modũ homines, qui per ſuperbiam, inadisq; glorię cupiditatem, ſeſe efferunt, vani ſunt atq; inanes; qui verò caput per humilitatem demittunt, virtutis fructu abundant. Plutarch. in lib. de profectu morum. Spicę (ait) quæ ob leuitatem ſurſum tendunt, inanes eſſe creduntur; ita Philoſophaſtri quidam vani, nihil habentes ponderis, aut grauitatis, elato ſunt animo, & in habitu, inceſſu, vultuq;, nihil pręter merũ faſtum, aliorumque præ ſe contemptum prodũt, &c. Idem Plutarch. eodem loco. Agricolis iucundum eſt, (inquit) videre ſpicas inclinatas ad terram, & nutantes, &c. videlicet quia fructum indicat ſpicarum inclinatio; ſic periucundum eſt, ſpiritualib. agricolis, ſubditos videre non elato incedentes capite, ſed per humilitatem inclinato. Fructum mentis humilitatis inclinatio oſtendit; ſuperbia atq; elatio inanitatem. Præterea quemadmodum agricolis periucundum eſt ſpicarum capita videre inclinata; ſic Deo eſt periucundum hominũ capita cernere per humilitatem ac pęnitentiam depreſſa. 3. Reg. 21. Rex Achab pœnitentiã egit: *& ambulauit demiſſo capite, & factus eſt ſermo Domini ad Eliã dicens: Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? &c.* videlicet placuerat ſpica demiſſo capite. Inane caput, & vana cogitans elatum eſt; at caput ſanctis cogitationibus plenum, demittit ſe atque humiliat, omnemq; faſtum pellit. Hinc eſt illud Philoſophi citati eodẽ libro. Quemadmodum [ait] ex vaſis liquorem aliquem recipientibus, aer inanis expellitur; ſic qui in philoſophiæ ſtudio veris implentur bonis, faſtum exuunt, &c. Etenim ij, qui virtutib. præclariſque de diuina iuſtitia, deq; morte, & ſupplicio æterno, ac gloriæ meditationib. veluti odorifero balſamo complentur; faſtum, ac ſuperbiã longe abigunt; primos recubitus, cathedraſq; primas, ſalutationeſve in foro non amant, ab hominib. Rabbi vocari minimè concupiſcunt, honores non ambiunt, phylacteria minimè dilatant, fimbrias non magnificant. Alios recubitus, cathedras alias, meditantur, ſalutationes alias, nempe cœleſtes; alios honores, titulosq; quibus cum terreſtres honores comparati omnes, vileſcunt, flocciq; fiunt, iuxta illud Greg. Magni homil. 37. in Euang. Si conſideramus quę, & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cęlis, vileſcunt animo omnia, quę habentur in terris, &c.

Inanis gloria fugienda & humilitas ſequenda.

Iucunda Deo & hominib humilitas.

Honores mundani quib. vileſcant.

Quòd ſi opponat quiſpiam vires etiam probos, & ſanctitate illuſtres, honores accipere. Reſpondeo, aliud eſſe honores accipere, aliud honores ambire, atq; affectare. Fateor quidẽ ſanctos viros honores accipere, & ſæpe quidẽ inuitos, ac reluctantes. Ambire atq; affectare inficio. Libera eſt.n. ſãctimonia ab oĩ honoris terreni ambitione; Qđ ſi honores accipit, idcirco

ſolum docet, ſed & operatur; Videtur ſimul cum ijs, qui docentur laborare & operari. Cùm verò ille me onerat, ipſe autem ocioſus viuit, magis me grauat, &c. Item Luc. 11. Quando (inquit) doces facit, quod docet, alleuiat onera, exemploq; ſuo conſolationem affert diſcipulis. Quando autem nihil horum facit quæ docet, tunc quæ docet grauia onera videntur diſcipulis, ita vt à Doctore nullam rectè faciendi vim accipiant, &c. Iſai. 9. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Chaldæus ſic interpretatur: וְקַבִּיל אוֹרָיְתָא עֲלוֹהִי לְמִיטְרַהּ *vikabil oraietha hhblohai lemitrah*, id eſt, *ſuſcepit ſup ſe legẽ, vt ſeruaret eã &c.* Qui legũ onera alligat, ſuper ſe illa recipiat, principatum ſuum; atq; mandata non ſolùm alijs imponat, ſed ipſe ſuper ſe ferat; ita vt de eo merito dici poſſit; Principatus eius, imperium eius, mandata legeſq; eius, ſuper humerum eius. Simile illud eſt Iſai. 22. *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, &c.* Non ex cingulo pendeat ad gubernandum data clauis, & poteſtas ſed feratur in humeris. *Non veni ſoluere legem* (ait Summus imperator Matt. 5.) *ſed adimplere, &c.* Potuiſſet quidem legem ſoluere, quia illi ſubiectus minimè erat; ſed implere voluit, non ſoluere, vt præiret exemplo.

Chriſtus nõ venit ſoluere legẽ, ſed adimplere.

Onera grauia, & importabilia Phariſæi, & Scribæ in humeros hominũ imponebant. At bonus, benignuſq; præſul, hominum metitur vires, & impar humeris onus nemini imponit. Pharonis eſt oneribus nimijs populum affligere; Exod. 1. *Præpoſuit* (Pharao Iſraelitis) *Magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus, &c.* Idipſum Roboami eſt imprudentis Regis, de quo Eccl. cap. 47. *Dereliquit Salomõ poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem conſilio ſuo &c.* Auertiſſe autem dicitur gentem Hebræorum à ſe, imprudenti cõſilio ſuo, quia imperij graue onus noluit imminuere. Orat Regem populus 3. Reg. 12. *imminue paululùm de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi, &c.* Conſuluit ille ſeniores, hi prudens dedere conſilium, ea vt in re gereret morem populo, onuſque graue imminueret. Huic prudenti conſilio minimè acquieuit, iuuenum imprudentium ſententiam ſecutus, onus grauius ſe impoſiturum reſpondit, hunc in modum. *Pater meus aggrauauit iugum veſtrũ ego autem addam iugo veſtro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædã vos ſcorpionibus, &c.* Offenſus Regis reſponſo populus, ab illo defecit, regemq; creauit Ieroboamum. Prudentis ergo, ſapientiſque præſidis eſt, onera grauia & importabilia hominibus minimè imponere, ſed humeris æqualia, quæ ſuauiter ferre queant.

Non imponẽda onera grauia, & importabilia.

Diſponit Deus omnia ſuauiter, vt legitur Sapientiæ 8. ſic prudens præſes, onera diſponit cum ſuauitate. Vnde optimus paſtor Matth. 11. *Iugum* [inquit] *meum ſuaue eſt, & onus meum leue, &c.* Efficiat igitur præſul, vt iugum quod imponit, ſuaue ſit, & onus leue. Suaue iugum, leueque onus Adamo Deus impoſuit. Geneſis 2. *Ex omni* [inquit] *ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, &c.* Omnes paradiſi arbores ſuauiter conceſſit vnam tantummodò prohibuit. Lege D. Gregor. lib. 35. Moral. c. 10. Notandum (inquit) quod dicitur; *Ex omni ligno paradiſi comedes, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Qui enim ab vno quolibet bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat; ne obedientis mens, funditus intereat, ſi ab omnibus bonis penitus repulſa [illegible] omnes autem arbores ad Ieſum Dominus conceſſit, cùm ab vna prohibuit, vt creaturam ſuam, quam nolebat extingui, ſed prouehi, tanto facilius ab vna reſtingeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. Hæc Gregorius.

Suauia ſint onera Chriſti.

At verò quæ ſubditis concedenda quæve neganda ſint, ipſa docebit prudentia. Nihil autem, quod in perniciẽ verti poſſit concedendum; auxilia verò ſuppeditanda, quib. filij onera poſſint ſuauiter portare. Numer. 7. *Moſes plauſtra Leuitis dedit ad ferenda onera*, Eũdem in modum prudens præſul, auxilia veluti plauſtra ſubditis præbet, maximè verò exemplum. 4. Reg. 2. Elias ab Eliſæo dicitur *Currus Iſrael, & auriga eius.* Non ſolùm auriga eſt bonus paſtor, ſed currus etiam. Quemad-

Quæ ſubditis concedẽda & negãda ſint.

modum enim currus onera portat, ſic bonus paſtor leges, mandataq; inſtar currus fert. Auriga eſt iubendo, viaque cœli iudicando; Currus eſt, præcepta, quæ cæteris imponit, portãdo. *Porta eos in ſinu tuo* (Dixit Dominus Moſi Numerorum 11) *Sicut portare ſolet nutrix infantulũ, &c.* Deu. 35. *Nõ habebis in ſeculo tuo diuerſa põdera:* & Prouerb. 20. *Pondus & pondus, menſura, & mẽſura, vtrũq; abominabile eſt apud Dñm.* Hoc eſt, vt ait D. Bonauent. Lucæ 11. Cũ homo ſibi miſericors eſt, & proximo, vel ſubdito durus, cũ nihil portat, ſed totũ alijs portandũ imponit, &c. Auctor imperf. ho. 43. Audiãt [iqiit] te homines parua mandantẽ, & grandia videant facientem, &c.

Pondus & pondus quę dicãtur moraliter.

Non eſt ſilentio prætereunda inanis glorię, vanique honoris auiditas, qua Phariſæi, & Scribę capti, nõ Deo, ſed hominum oculis ſeruiebãt: *Omnia* [inquit Dominus] *opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus Dilatant phylaſteria, magnificant fimbrias, amant primos recubitus, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, &c.* Faxit Deus vt Phariſæos, & Scribas non habeamus multos, noſtris temporibus. Etenim, vt Hieronym. ait Matth. 23. Quicumque ita facit quodlibet, vt videatur, ab hominib. Scriba, & Phariſæus, eſt, &c. Inanes ſunt huiuſmodi Phariſæi, & vani, inanib. ſpicis ſimiles, quę ob leuitatem ſurſum tendunt, ac veluti ſuperbiunt, humiles ſpicę demittunt caput granis plenæ. Eundem in modũ homines, qui per ſuperbiam, inadisq; glorię cupiditatem, ſeſe efferunt, vani ſunt atq; inanes; qui verò caput per humilitatem demittunt, virtutis fructu abundant. Plutarch. in lib. de profectu morum. Spicę (ait) quæ ob leuitatem ſurſum tendunt, inanes eſſe creduntur, ita Philoſophaſtri quidam vani, nihil habentes ponderis, aut grauitatis, elato ſunt animo, & in habitu, inceſſu, vultuq;, nihil prętet merũ faſtum, aliorumque præ ſe contemptum prodũt, &c. Idem Plurach. eodem loco. Agricolis iucundum eſt, (inquit) videre ſpicas inclinatas ad terram, & nutantes, &c. videlicet quia fructum indicat ſpicarum inclinatio; ſic periucun-

Inanis gloria fugienda & humilitas ſequenda.

Iucunda Deo & hominib humilitas.

A dum eſt, ſpiritualib. agricolis, ſubditos videre non elato incedentes capite, ſed per humilitatem inclinato. Fructum mentis humilitatis inclinatio oſtendit; ſuperbia atq; elatio inanitatem. Præterea quemadmodum agricolis periucundum eſt ſpicarum capita videre inclinata; ſic Deo eſt periucundum hominũ capita cernere per humilitatem ac pęnitentiam depreſſa. 3. Reg. 21. Rex Achab pœnitentiã
B egit: *& ambulauit demiſſo capite, & factus eſt ſermo Domini ad Eliã dicens: Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? &c.* videlicet placuerat ſpica demiſſo capite. Inane caput, & vana cogitans elatum eſt; at caput ſanctis cogitationibus plenum, demittit ſe atque humiliat, omnemq; faſtum pellit. Hinc eſt illud Philoſophi citati eodẽ libro. Quemadmodum [ait] ex vaſis liquorem aliquem recipientibus, aer ina-
C nis expellitur; ſic qui in philoſophiæ ſtudio veris implentur bonis, faſtum exuunt, &c. Etenim ij, qui virtutib. præclariſque de diuina iuſtitia, deq; morte, & ſupplicio æterno, ac gloriæ meditationib. veluti odorifero balſamo complentur; faſtum, ac ſuperbiã longè abigunt; primos recubitus, cathedraſq; primas, ſalutationesve in foro non amant, ab hominib. Rabbi vocari minimè concupiſcunt, hono-
D res non ambiunt, phylacteria minimè dilatant, fimbrias non magnificant. Alios recubitus, cathedras alias, meditantur, ſalutationes alias, nempe cœleſtes; alios honores, tituloſq; quibus cum terreſtres honores comparati omnes, vileſcunt, flocciq; fiunt, iuxta illud Greg. Magni homil. 37. in Euang. Si conſideramus quę, & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cęlis, vileſcunt animo omnia, quę ha-
E bentur in terris, &c.

Honores mundani quib. vileſcant.

Quòd ſi opponat quiſpiam vires etiam probos, & ſanctitate illuſtres, honores accipere. Reſpondeo, aliud eſſe honores accipere, aliud honores ambire, atq; affectare. Fateor quidẽ ſanctos viros honores accipere, & ſæpe quidẽ innitos, ac reluctantes. Ambire atq; affectare inficio. Libera eſt.n. iãſtimonia ab oĩ honoris terreni ambitione; Qđ ſi honores accipit, idcirco acci-

ſolum docet,ſed & operatur; Videtur
ſimul cum ijs,qui docentur laborare
& operari. Cùm verò ille me onerat,
ipſe autem ocioſus viuit, magis me
grauat,&c. Item Luc. 11. Quando (in
quit) doces facit,quod docet,alleuiat
onera, exemploq. ſuo conſolationem
affert diſcipulis. Quando autem nihil
horum facit quæ docet,tunc quæ do-
cet grauia onera videntur diſcipulis,
ita vt à Doctore nullam rectè facien
di vim accipiant,&c. Iſai. 9. *Factus eſt
principatus ſuper humerum eius.* Chaldæ⁹
ſic interpretat: וקביל אוריתא עלוהי
למטרה *vikabil oraietha hhilohai lemi-
trah*, id eſt, *ſuſcepit ſup ſe legē, vt ſeruaret
eā &c.* Qui legũ onera alligat, ſuper ſe
illa recipiat, principatum ſuum; atq;
mandata non ſolùm alijs imponat,
ſed ipſe ſuper ſe ferat; ita vt de eo me
ritò dici poſſit; Principatus eius, im-
perium eius, mandata legeſq eius, ſu
per humerum eius. Simile illud eſt
Iſai. 22. *Dabo clauem domus Dauid ſuper
humerum eius, &c.* Non ex cingulo pen
deat ad gubernandum data clauis, &
poteſtas ſed feratur in humeris. *Non ve
ni ſoluere legem* (ait Summus imperator
Matt. 5.) *ſed adimplere, &c.* Potuiſſet q.
deni legem ſoluere, quia illi ſubie-
ctus minimè erat; ſed implere voluit,
non ſoluere, vt præiret exemplo.

Chriſtus nõ venit ſolue de legē, ſed adimplere.

Onera grauia, & importabilia Pha
riſæi, & Scribæ in humeros hominũ
imponebant; At bonus, benignuſq;
præſul, hominum metitur vires; im-
par humeris onus nemini imponit.
Pharo. is eſt oneribus nimijs populum
affligere; Exod. 1. *Præpoſuit* (Pharao
Iſraelitis) *Magiſtros operum, vt affligerent
eos oneribus, &c.* Idipſum Roboami eſt
imprudentis Regis, de quo Eccl. cap.
47. *Dereliquit Salomō poſt ſe de ſemine ſuo
gentis ſtultitiam, & imminutum à pruden
tia Roboam, qui auertit gentem conſilio ſuo
&c.* Auertiſſe autem dicitur gentem
Hebræorum à ſe, imprudenti cõſilio
ſuo, quia imperij graue onus noluit
imminuere. Orat Regem populus 3.
Reg. 12. *imminue paululùm de imperio pa
tris tui duriſſimo, & de iuge grauiſſimo, quod
impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi, &c.* Con-
ſuluit ille ſeniores, hi prudens dede-
re conſilium, ea vt in re gereret mo-
rem populo, onuſque graue imminue

Non imponēda onera grauia, & importabilia.

A ret. Huic prudenti conſilio minimè
acquieuit, Iuuenum imprudentium
ſententiam ſecutus, onus grauius ſe
impoſiturum reſpondit, hunc in mo
dum. *Pater meus aggrauauit iugum veſtrū
ego autem addam iugo veſtro. Pater meus ce
cidit vos flagellis, ego autem cædā vos ſcorpio-
nibus, &c.* Offenſus Regis reſponſo
populus, ab illo defecit, regemq crea
uit Ieroboamum. Prudentis ergo, ſa-
pientiſque præſidis eſt, onera grauia
B & importabilia hominibus minimè
imponere; ſed humeris æqualia, quæ
ſuauiter ferre queant.

Diſponit Deus omnia ſuauiter, vt legi-
tur Sapientię 8. ſic prudens præſes,
onera diſponit cum ſuauitate. Vnde
optimus paſtor Matth. 11. *Iugum* [in-
quit] *meum ſuaue eſt, & onus meum leue,
&c.* Efficiat igitur præſul, vt iugum
quod imponit, ſuaue ſit, & onus leue
Suaue iugum, leueque onus Adamo
C Deus impoſuit. Geneſis 2. *Ex omni* [in
quit] *ligno paradiſi comede, de ligno autem
ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, &c.* Om
nes paradiſi arbores ſuauiter conceſ
ſit, vnam tantummodo prohibuit. Le
ge D. Gregor. lib. 35. Moral. c. 10. No-
tandum (inquit) quod dicitur; *Ex om-
ni ligno paradiſi comedes, de ligno autem ſcie
tiæ boni, & mali ne comedas.* Qui enim ab
vno quolibet bono ſubiectos vetat,
neceſſe eſt, vt multa concedat; ne obe
D dientis mens, funditus intereat, ſi ab
omnibus bonis penitus repulſa ieiu-
net omnes autem arbores ad eſum
Dominus conceſſit, cùm ab vna pro
hibuit, vt creaturam ſuam, quam no-
lebat extingui, ſed prouehi, tanto fa-
cilius ab vna reſtingeret, quanto ad
cunctas latius relaxaret. Hæc Gre
gorius.

Suaues ſunt onera Chriſti.

At verò quæ ſubditis concedenda
quæve neganda ſint, ipſa docebit pru
E dentia. Nihil autem, quod in pernicie
verti poſſit concedendum, auxilia ve
rò ſuppeditanda, quib. ſubditi onera poſ
ſint ſuauiter portare. Numer. 7. *Moſes
plauſtra Leuitis dedit ad ferenda onera.* Eũ
dem in modum prudens præſul auxi
lia veluti plauſtra ſubditis præbet, ma
ximè verò exemplum. 4. Reg. 2. Elias
ab Eliſæo dicitur *Currus Iſrael, & auri-
ga eius.* Non ſolùm auriga eſt bonus
paſtor, ſed currus etiam. Quemad-
mo-

Quæ ſubditis concedēda & negā da ſint.

modum enim currus onera portat, ſic bonus paſtor leges, mandataq; inſtar currus fert. Auriga eſt iubendo, viãque cœli iudicando; Currus eſt, præcepta, quæ cæteris imponit, portãdo. *Porta eos in ſinu tuo* (Dixit Dominus Moſi Numerorum 11) *Sicut portare ſolet nutrix infantulũ, &c.* Deu. 35. *Nõ habebis in ſeculo tuo diverſa põdera*: & Prouerb. 20. *Pondus & pondus, menſura, & mẽſura, vtrũq; abominabile eſt apud Dñm.* Hoc eſt, vt ait D. Bonauent. Lucæ 11. Cũ homo ſibi miſericors eſt, & proximo, vel ſubdito durus, cũ nihil portat, ſed totũ alijs portandũ imponit, &c. Auctor imperſ. ho. 43. Audiat [iquit] te homines parua mandantẽ, & grandia videant facientem, &c.

Pondus & pondus quę dicãtur moraliter.

Non eſt ſilentio prætereunda inanis glorię, vanique honoris auiditas, qua Phariſæi, & Scribę capti, nõ Deo, ſed hominum oculis ſeruiebãt: *Omnia* [inquit Dominus] *opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus Dilatant phylacteria, magnificant fimbrias, amant primos recubitus, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, &c.* Faxit Deus vt Phariſæos, & Scribas non habeamus multos, noſtris temporibus. Etenim, vt Hieronym. ait Matth. 23. Quicumque ita facit quodlibet, vt videatur, ab hominib. Scriba, & Phariſæus, eſt, &c. Inanes ſunt huiuſmodi Phariſæi, & vani, inanib. ſpicis ſimiles, quę ob leuitatem ſurſum tendunt, ac veluti ſuperbiunt, humiles ſpicę demittunt caput granis plenæ. Eundem in modũ homines, qui per ſuperbiam, inadiſq; glorię cupiditatem, ſeſe efferunt, vani ſunt atq; inanes; qui verò caput per humilitatem demittunt, virtutis fructu abundant. Plutarch. in lib. de profectu morum. Spicę (ait) quæ ob leuitatem ſurſum tendunt, inanes eſſe creduntur; ita Philoſophaſtri quidam vani, nihil habentes ponderis, aut grauitatis, elato ſunt animo, & in habitu, inceſſu, vultuq;, nihil prçter merũ faſtum, aliorumque præ ſe contemptum produt, &c. Idem Plutarch. eodem loco. Agricolis iucundum eſt, (inquit) videre ſpicas inclinatas ad terram, & nutantes, &c. videlicet quia fructum indicat ſpicarum inclinatio; ſic periucun-

Inanis gloria fugienda & humilitas ſequenda.

Iucunda Deo & hominib. humilitas.

A dum eſt, ſpiritualib. agricolis, ſubditos videre non elato incedentes capite, ſed per humilitatem inclinato. Fructum mentis humilitatis inclinatio oſtendit; ſuperbia atq; elatio inanitatem. Præterea quemadmodum agricolis periucundum eſt ſpicarum capita videre inclinata; ſic Deo eſt periucundum hominũ capita cernere per humilitatem ac pęnitentiam depreſſa. 3. Reg. 21. Rex Achab pœnitentiã

B egit: *& ambulauit demiſſo capite, & factus eſt ſermo Domini ad Eliã dicens: Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? &c.* videlicet placuerat ſpica demiſſo capite. Inane caput, & vana cogitans elatum eſt; at caput ſanctis cogitationibus plenum, demittit ſe atque humiliat, omnemq; faſtum pellit. Hinc eſt illud Philoſophi citati eodẽ libro. Quemadmodum [ait] ex vaſis liquorem aliquem recipientibus, aer ina-

C nis expellitur; ſic qui in philoſophiæ ſtudio veris implentur bonis, faſtum exuunt, &c. Etenim ij, qui virtutib. præclariſque de diuina iuſtitia, deq; morte, & ſupplicio æterno, ac gloriæ meditationib. veluti odorifero balſamo complentur; faſtum, ac ſuperbiã longè abigunt; primos recubitus, cathedraſq; primas, ſalutationeſve in foro non amant, ab hominib. Rabbi vocari minimè concupiſcunt, hono-

D res non ambiunt, phylacteria minimè dilatant, fimbrias non magnificant. Alios recubitus, cathedras alias, meditantur, ſalutationes alias, nempe cœleſtes; alios honores, titulosq; quibus cum terreſtres honores comparati omnes, vileſcunt, flocciq; fiunt, iuxta illud Greg. Magni homil. 37. in Euang. Si conſideramus quę, & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cęlis, vileſcunt animo omnia, quę ha-

E bentur in terris, &c.

Honores mundani quib. vileſcant.

Quòd ſi opponat quiſpiam vires etiam probos, & ſanctitate illuſtres, honores accipere. Reſpondeo, aliud eſſe honores accipere, aliud honores ambire, atq; affectare. Fateor quidẽ ſanctos viros honores accipere, & ſæpè quidẽ innitos, ac reluctantes. Ambire atq; affectare inficio. Libera eſt. n. ſãctimonia ab oĩ honoris terreni ambitione; Qđ ſi honores accipit, idcirco

accipit, non vt videatur ab hominib. ſed vt proſit hominib. Id quod D. Auguſt. epiſt. 64. docet, huic (ait) id eſt, ſuperbiæ & laudis cupiditati, non reſiſtitur, niſi crebris diuinorum librorum teſtimonijs incutiatur timor, & caritas Dei. Si tamẽ ille; qui hoc agit, ſeipſum præbeat patientiæ, atq; humilitatis exemplũ, minus ſibi aſſumẽdo, quàm offertur. Sed tamen ab eis, qui ſe honorant, nec totum, nec nihil accipiendo; & id, quod accipitur, laudis aut honoris, non propter ſe, qui totus coram Deo eſſe debet, & humana contemnere; ſed propter illos accipiatur, quib. conſulere non poteſt, ſi nimia deiectione vileſcat. &c. Itẽ; Magnum (inquit) eſt de honorib. & laudibus hominum non lætari. Sed & omnem pompam inanem præcidere, & ſi quid inde neceſſarium retinetur, id totum ad vtilitatem honorantium, ſalutemque conferre, &c. Hoc ſanctorum virorum eſt, honores non quærere, non quæſitos verò, ſed oblatos, vel repudiare, vel ad proximi vtilitatem penitus conferre. Non quærunt ſancti laudes, aut honores, ſed ab honoribus quærurtur; Honor te quærere debet (ait Aug. homil. 13. ex 50.) non illum tu. D. Hieron. in vita D. Paulæ; Fugiendo [inquit] gloriam, gloriam Paula merebatur, quæ virtutem quaſi vmbram ſequitur, & appetitores ſui fugiens, appetit contemptores, &c. Chryſoſtomus homi. 5. in Geneſim; Gloria [inquit] humana tunc multò vberius fruimur; quando eam deſpicimus, &c.

Sancti honores non ambiunt, acceptoſq; in vtilitatem proximi conferunt. D. Auguſt.

Honor nos debet quærere, nõ nos honorem. D. Hieron. Chryſoſto.

Non ſolum inanem gloriam, ac laudem deſpiciebat ſanctus Auguſtinus, verum etiam maximè formidabat; adeò, vt aſſereret, ſe inter laudes tremere, ſermone quinto de Verbis Domini: Laudes [inquit] iſtæ veſtræ, grauant nos potiùs & in periculum mittunt. Toleramus illas, & tremimus inter illas, &c. Phariſæis verò ſimiles minimè inter laudes tremunt, imò primas laudes affectant, primos recubitus, primas cathedras, primas veſtes, primas quærunt ſalutationes, primos honores. Etenim opera ſua faciunt, vt videantũ ab hominibus. Tolle hominũ oculos, ex quib. pendent hi

Auguſtin. tremebat inter laudes.

A Phariſæi, honorum hæc auiditas tolletur; tolle ventum, inflata vela languēſcent, ac demittentur. Ambitio enim (vt Seneca ait lib. 14. epiſt. 95.) ſcenã deſiderat. Item: Vbi ſpectator abſceſſit, vitia ſubſidunt, quorum monſtrari, & conſpici fructus eſt, &c. Amoue ſcenam, nulla erit ambitio. Scenam amouent ab oculis viri prudẽtes, theatrum hominum, atq; oculos non curant, oculos curant Dei, ſic fugãt ambitionẽ. B *Opera ſua faciunt, vt videantur, non ab hominib. ſed à Deo.* Ampliſſima eſt ſcena Dei, ampliſſimum theatrũ, in hoc oculos intendunt, huic placere cupiunt. In hoc Dei theatro primi recubitus, primæ cathedræ, primi honores affectati, extremi ſunt. Extremi autem recubitus, extremę cathedrę, extremaque loca pp Deum quæſita, ſunt prima, atq; ſuprema. Corã Dei oculis, primi ſunt nouiſſimi, & nouiſ- C ſimi primi. *Qui ſe exaltauerit* [ait Matth. c. 23.] *humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur* h[oc] eſt, primus erit nouiſſimus, & nouiſſimus primus.

Ambitio ſcenã, inanis gloria hominum oculos deſiderat.

Theatrum Dei, & oculi.

In oculos igitur Dei oculos conijciamus noſtros, vt hominum oculos penitùs deſpiciamus. Lege Chryſoſt. homil. 5. in Geneſim, in fine homiliæ: Non vides [inquit] in equorum iugis, quomodo hi, qui equos agitant, non aduertunt plauſum populi aſſidẽ- D tis, & celebrantis, neq; ex eo plauſu voluptatem capiunt, ſed ad vnum ſolùm aſpectant Regem, in medio ſedẽtem, & ad nutum illius attendentes, totã multitudinem deſpiciunt, & tũc ſolùm omninò extolluntur, cùm ille eos coronauerit. Hos igitur & tu imitaberis, non magni momenti facito hominũ famã, neq; propter eã exerceas virtutem, ſed a iuſto Iudice ſen- E tentiam expecta, & ad illius nutum intentus eſto. Sic Chryſoſ. Eodem loco docet, inanis glorię venatores, qui omnia faciunt, vt videantur ab hominibus, operam & oleum perdere; eos vero, qui opera faciunt, vt videantur, non ab hominibus, ſed à Deo, magnũ ab illo conſequi premium, cuius oculis placere deſiderant. Is [inquit] qui vt ab hominibus gloriam venetur, quid boni operatur, ſatis hic retributionis accipit, & alibi nihil accipiet

D. Chryſoſ.

prę-

Bona intẽtio placendi Deo eſt procurãda.

præmiorum. Contrà, ſi propter hoc ſolùm operemur ſpiritale aliquod bonum, vt placeamus oculo illi ſoli, qui ſopiri neſcit, & cui nuda, & aperta ſunt omnia, theſaurus noſter indeprędabilis, & incorruptæ retributiones, ſuauis expectatio manebunt, &c. Nõ in facto laus eſt [ait Seneca epiſt. 96.] ſed in eo, quemadmodum fiat. Amico ægro aliquis aſſidet, probam*. At hoc ſi hæreditatis cauſa facit, vultur eſt, cadauer expectat, &c. Non eſt in facto prẽmium, ſi malè fiat inanis gloriæ intentione. Orat quis, ieiunat, operaq; ſimilia facit, vt videat ab hominibus, Phariſaica intentione, Phariſæus eſt, vultur eſt, cadauer expectat. Quemadmodũ.n. vultur propter cadauer volat, & cadauera expectat; ſic huiuſmodi homo in ſuis operib. nihil aliud, q̃ inanem laudem ſpectat; Laniet vultur fędum cadauer, diuino carebit præmio. Lege etiam D. Greg. homil. 21. in Ezech.

Seneca.

Inanis gloria opera diſperdit.

Oliua viua, fructiferaq; eſt Chriſtianus qui operum bonorum fructũ, vt Dei placeat oculis, producit. Quòd ſi inanis gloriæ igne, hoc eſt, ardenti laudum amore corripiatur, incenditur fructus, ac deperit. Iuxta illud Ierem. 11. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum. Ad uocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, & cõbuſta ſunt fruteta eius, &c. Ad vocem loquelæ grandis*, hoc eſt, laudũ, fauoriſq; humani *exardeſcit ignis*, oliuęque pulchæ fructus redigit in cinerem. Diuus. Gregorius loco indicato: *Ad uocem* [inquit] *loquelæ grandis, exarſit ignis* in oliua pulchra; quia cùm laudari quis cœperit, erubeſcit forſitan minor videri, quàm dicitur, & ſtudet eſſe, quod dicatur. Vox enim grandis loquelæ, eſt fauor adulantis *Ad uocem loquelæ grandis, exarſit ignis in ea*; quia in magnitudine fauoris, flãma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia oliuæ fruteta comburuntur; quia ante Dei oculos, vel quæ bene geſta, vel quę ſciẽter ſunt dicta depereuntcũ iam non amore Domini, ſed intentione tranſitoriæ laudis fiunt Sic ille. Idem Greg. fauorem adulãtis ait eſſe vocem illam grandem, de qua dicitur Prouerb. 7. *Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, ſimilis eſt maledicenti, &c.* Etenim ſimilis eſt maledictioni laus illa, atq; benedictio, quę vanam parit homini laudã dato gloriam. Intempeſtiua benedictio eſt, atque nocturna laus in hac vita, quę nox eſt. De nocte conſurgens benedicit, & laudat adulator intempeſtiuè. In æterna illa æternitatis die tempeſtiua laus erit; in nocte hac nõ opus eſt laude, ſed humilitate, q̃ laudi repudij libellũ dedit. Huiuſmodi intempeſtiuo laudatori cõgruit illud Pſal. 54. *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula, &c.* Configũt enim inanis glorię ſagitta homines imprudentes, quæ [vt Bernardus ait Pſalm. 90. ſerm. 6.] leuiter volat, leuiter penetrat, ſed non leue vulnus infligit, &c.

Quid ſit vox grandis loquelę.

Adulatio eſt maledictio.

Magna ſũt inanis gloria vires in homine carnali.

Quantas vires habeat gloria vana, indicat Auctor imperfect. Matth. 7. homil. 19. Multam [inquit] dat virtutem homini ad laborandum vanę gloriæ concupiſcentia. Etſi cum indulgentia poſſum dicere: Maiorem dat virtutem homini hypocritæ concupiſcentia vanę glorię, quàm fidelib. ſpes regni cęleſtis. Et hæc eſt ratio; contra ſpem regni cęleſtis aduerſatur natura carnis, concupiſcentia autem vanę glorię ex carne eſt. Hęc ille. Proficiſcitur vanæ gloriæ auiditas à carne, cuius validus eſt impulſus. Pręterea, gloria humana res eſt ſub oculos cadens; ideoq; acutiſſima addit calcaria, etiam ad vitã, ſanguinemq; profundendum. Æterna verò gloria carne, oculiſq; carnis minimè percipit; iddircò minùs eos vrget, qui aeri illã animi contentione non contemplantur. Qui verò contemplantur, hos ad contemnendam inanem gloriam, tolerandoſq; labores vehementer ſtimulat. Impatiens.n. gloriæ ſempiternę deſiderium, ad ferendos labores quoſuis, homines efficit patientes. Deſideramus Ieruſalẽ futuram [ait Aug epiſt. 32. ad Paulinum] & quantò impatientiùs deſideramus ipſam, tantò patientiùs ſuſtinemus omnia propter ipsã, &c. Carnales homines, qui carnis ſequuntur oculos, inanis ſtimulat gloria; nos gloria cœleſtis ſtimulet. Si gloria vana puncto tẽporis

Gloria ſempiterna vis magna.

in nihilum abiens inſtar fumi euaneſcens, & vt fœnum areſcẽs, tam acres habet ſtimulos, quales habere par eſt ſolidam gloriam, ac ſempiternam? Tertullianus in lib. ad Martyres, c. 4.

Tertullia.

Si tantũ (inquit) terrenæ gloriæ licet de corporis, & animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, beſtias, tormẽta contemnant ſub præmio laudis humanæ; poſſum dicere: Modicæ ſunt iſtæ paſſiones, ad cõſequutionem gloriæ cœleſtis. Tanti vitrum, quanti verum margaritum? Quis ergo non libentiſſime tantùm pro vero habeat erogare, quantùm alij pro falſo, &c.

Exhortatio ad fugiendã vanam gloriam.

Deſpiciamus ergo Phariſæorũ primos accubitus, primas cathedras, primos titulos, primos honores, bracteatam huius mundi gloriam contemnamus, cœleſtes accubitus, cœleſtes cathedras, titulos honores, veramq; gloriam toto pectore affectemus. Phariſæos (vt cum Marone loquar lib. 6.)

Vincat amor mundi, laudumq́; immenſa cupido.

At nos

Vincat amor Chriſti, cœlique immenſa cupido.

Pugnãdum eſt. Non bene pugnatur, ſi aduerſus Solis ſplendor in oculos militum incurrat. Sic non bene pugnatur, ſi inanis gloriæ falſus ſplendor oculos perſtringat. Poſt tergum ſolares radios pugnantes relinquunt milites; ita nos poſt tergum fucatos vanæ gloriæ radios relinquamus, ne ab illis oculi noſtri perſtringantur. Aggæi 1. *Qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum, &c.* Pertuſus ſacculus, inanis gloria eſt; quidquid operis in illũ immiſeris, amittes. Humilitas, ſaccul⁹ eſt minimè pertuſus, qui, quidquid immittitur, ſeruat, atq; auget. Nunc ergo ſtudeamus humilitati, cum Chriſto vitam abſcondamus, gloriam in ſuum differamus tẽpus. Iuxta illud Pauli ad Coloſ. 3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria, &c.*

Inanis gloria ſacculus pertuſus eſt.

Chriſtus vult magnos fieri paruos.

Humilitatem, non gloriam vanam ſectari docet Dominus hoc loco: *Qui maior* (inquit) *eſt veſtrum, erit miniſter veſter, &c.* Magnos vult per humilitatem fieri paruos. Contra, ſuperbia ex paruis magnos efficere conatur. Vt Plinius ſcribit lib. 34. c. 5 Actius Poeta in æde Camœnarum maxima forma ſtatuam ſibi poſuit, cùm ſtaturæ admodùm puſillæ ipſe eſſet. Sic arrogantes, cũ puſilli admodùm ſint, magnos ſe, velut ſtatuas, fingunt. Dilatant phylacteria ſua, inſtar Phariſæorum, & magnificant fimbrias. Taurus auicula parua, vt idem Plinius ait lib. 10. c. 42. magnorum boum mugitus imitatur. Ita inſolentes, parui cũ ſint, magnos arroganter imitari conãtur. At humiles verè magni, paruos ſe efficere nituntur, gemmis ſimiles, quæ pretio maximæ, mole minimę ſunt. Terræ magnitudinem longe ſuperãt ſtellæ, at hominib. minimæ apparent, terra vr̃ maxima. Eundem in modũ, humiles viri ſtellis ſimiles, maximi cũ ſint, parui videntur. Inſolentes verò, terræ inſtar, cũ ſint parui, magni exiſtimantur. Phariſæi, & Scribæ phylacteria ſua dilatabant, magnificabant fimbrias. Sic arrogãtes illa omnia, ex quib. laudem venari queunt, dilatãt, & magnificant, nimirum nobilitatem, vires, ingenium, pulchritudinẽ, opes, ſcientiam, maiorum geſta, hiſq; alia ſimilia. At humiles alia dilatant phylacteria, hoc eſt, legis conſeruatoria, legem Dei in memoria, cordeq́; cuſtodiunt, hæc dilatant phylacteria, has fimbrias magnificant, legem Dei iuſtiſſimo in corde, & memoria perpetuò gerentes, atque conſeruantes.

Arrogãtia dilatat phylacteria.

CAPVT

CAPVT XXVI.

De vitijs Phariſæorum, & Scribarum.

MATTHAEVS CAPITE XXIII. Verſ.13.

VAE autem vobis Scribæ,& Phariſæi hypocritæ;quia claudi-
tis regnū cœlorum ante homines. Vos.n. non intratis,nec
introeuntes ſinitis intrare. * Væ vobis , Scribæ, & Phariſæi 14
hypocritæ:quia comeditis domos viduarum,orationes lon-
gas orantes : propter hoc,amplius accipietis iudicium.* Væ 15
vobis,Scribæ, & Phariſæi hypocritæ:quia circuitis mare, &
aridam,vt faciatis vnum proſelytum,& cùm fuerit factus,facitis eum filium
gehennę duplò,quàm vos.* Væ vobis,duces cæci,qui dicitis: Quicumq; iura- 16
uerit per templū,nihil eſt:qui autem iurauerit in auro tēpli,debitor eſt.* Stul 17
ti,& cæci.Quod.n.maius eſt,aurum,an templum,quod ſanctificat aurum ? * Et 18
quicumque iurauerit in altari, nihil eſt : quicumq; autem iurauerit in dono ,
quod eſt ſuper illud,debet.* Cæci.Quod.n.maius eſt,donum,an altare,quod ſan 19
ctificat donum? * Qui ergo iurat in altari,iurat in eo, & in omnibus, quæ ſu- 20
pra illud ſunt.* Et quicumq; iurauerit in templo,iurat in illo,& in eo qui ha 21
bitat in ipſo.* Et qui iurat in cœlo,iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſu- 22
per eum.* Væ vobis,Scribæ,& Phariſæi hypocritæ;quia decimatis mentam, 23
& anethum,& cyminum,& reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis,iudicium , &
miſericordiam,& fidem; hæc oportuit facere, & illa non omittere. * Duces 24
cœci,excolantes culicem,camelū autē glutientes.* Vę vobis, Scribæ,& Pha- 25
riſæi hypocritæ;quia mundatis quod deforis eſt calicis,& paropſidis,intùs au
tem pleni eſtis rapina,& immunditia. * Phariſæe cœce, mūda priùs quod in- 26
tùs eſt calicis, & paropſidis, vt fiat & id,quod deforis eſt, mundum.* Væ vo- 27
bis,Scribæ,& Phariſæi hypocritæ; quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis , quæ
foris parent hominib. ſpecioſa,intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum , &
omni ſpurcitia.* Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intùs au- 28
tem pleni eſtis hypocriſi,& iniquitate.

* Væ vobis,Scribæ,& Phariſæi hypocritæ;quia ędificatis ſepulchra Prophe 29
tarum,& ornatis monumenta iuſtorum,& dicitis : * Si fuiſſemus in diebus 30
Patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarum.* 31
Itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis,quia filij eſtis eorum,qui Prophetas occi
derunt.* Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. * Serpentes,genimi 32
na viperarum,quomodo fugietis à iud cio gehennæ ?

* Ideò,ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & Scribas, & ex illis 33
occidetis,& crucifigetis , & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris , & perſe-
quemini de ciuitate in ciuitatem,* vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus , 34
qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinē Zacha-
riæ filij Barachiæ,quē occidiſtis inter templū,& altare.* Amen dico vobis,ve 35
nient hæc oīa ſuper generationē iſtā.* Ieruſalē, Ieruſalē,quę occidis Prophe- 36
tas , & lapidas eos , qui ad te miſſi ſunt , quoties volui congregare filios tuos , 37
quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti.* Ecce re- 38
linquetur vobis domus veſtra deſerta. * Dico enim vobis , non me videbitis 39
amodò,donec dicatis: Benedictus,qui venit in nomine Domini.

MARCVS CAPITE XII. Verſ. 38.

ET dicebat eis in doctrina ſua: Cauete a Scribis, qui volũt in ſtolis
39 ambulare, & ſalutari in foro, * & in primis cathedris ſedere in
40 Synagogis, & primos diſcubitus in cœnis, * qui deuorant domos
viduarum, ſub obtentu prolixæ orationis, hi accipient pro-
lixius iudicium.

LVCAS CAPITE XI. Verſ. 42.

SED væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentam, & rutam,
& omne olus, & præteritis iudicium, & caritatem Dei; hæc
43 autem oportuit facere, & illa non omittere. * Vę vobis Pha-
riſæis; quia diligitis primas cathedras in Synagogis, & saluta-
tiones in foro. * Væ vobis, quia eſtis vt monumenta, quæ nõ
44 apparent, & homines ambulantes ſuprà, neſciunt.
* Reſpondens autem quidam ex legiſperitis, ait illi; Magiſter, hæc dicens,
45 etiam contumeliam nobis facis. * At ille ait: Et vobis legiſperitis væ, quia o-
46 neratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro
47 non tangitis ſarcinas. * Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum,
48 patres autem veſtri occiderunt illos. * Profectò teſtificamini, quòd conſenti-
tis operibus patrum veſtrorum; quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos au-
49 tem ædificatis eorum ſepulchra. * Propterea & Sapientia Dei dixit: Mittam
50 ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur; * vt in-
quiratur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mũ-
51 di, à generatione iſta, * à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ, qui
52 perijt inter altare, & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. *
Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos,
qui introibant, prohibuiſtis.
53 * Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi, & legiſperiti grauiter
54 ter inſiſtere, & os eius opprimere de multis, * inſidiantes ei, & quærentes ali-
quid capere de ore eius, vt accuſarent eum.

Clauditis regnum cęlorum ante homines.

Octies Christus vę fulminat in impios Phariſæos.

ACriter Phariſæos, & Scribas arguit Domin⁹; octies verò væ horrendum in illos fulminat. Primum vę hoc eſt: *Væ vobis, Scribæ, & Phariſęi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines*, quod aperire debetis, non claudere, cum Doctores ſitis populi. Quomodo clauderent regnum cęlorum, dubitatũ. D. Chryſoſtomus clauſiſſe ait doctrina, vel exemplo, populum corrumpendo, & multitudine præceptorum onerando, de quib. ſuprà dictũ: *Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere, &c.* Cùm alijs (inquit Chryſoſtomus) præcepta dare oportebat, intolerabilia eis onera iniungebant. E contrario autem, cùm ipſos aliquid boni facere oportebat, non modò nihil agebant, ſed quod multo peius eſt, alios corrumpebant, &c. Similiter D. Thomas: Claudebant (inquit) iſti regnũ cęlorum per malam doctrinã, & malam vitam, &c. Exiſtimo, Phariſæos,

Quomodo Phariſęi, et Scribæ regnum cœlorum clauſerint.

B & Scribas clauſiſſe regnum cęlorum ante homines intrare volentes; quia illos a fide in Chriſtum deterrebant, & excõicabant, i. à Synagogis expellebant. Iuxta illud Io. 9. *Iam conſpirauerant Iudęi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe*

Digitized by Google

eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret. Sic A ergo verba hęc: *Vę vobis, Phariſęi, & Scribæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines*, impedientes, ne in me credant. nã ſine viua fide in me, regnum cęlorũ ingredi nequeunt. *Neq; vos intratis*, quia in me non creditis; *neq; introeũtes*, i. in me credere volentes, *ſinitis intrare*, quia illos credere prohibetis, meq; Meſſiã non eſſe prædicatis. Theophy. Non ſolũ (inquit) vos increduli eſtis, & vitã habetis corruptã; ſed B & alios docetis, ne mihi credant, & per veſtræ vitæ exemplũ corrũpitis. Solet. n. populus Principib fieri ſimilis, & magis, ſi illos in malũ videt ꝓpenſos, &c. Euthy. Clauditis (inquit) rẽgnũ ante hĩes, vt neq; ipſi ingrediantur p fidẽ, quæ eſt in me: neq; alios ſinatis ingredi. Introeuntes aũt dicit eos qui parati ſunt, ac poſſent ingredi, &c Introibant multi in regnũ cęlorũ, quia multi credebant in Chri- C ſtũ Ante hos, & alios, qui, niſi obſtarẽt impij Doctores, credidiſſent, Phariſæi, & Scribæ regni cęlorũ ianuam claudebant, credere prohibentes.

Primũ væ.

Phariſæi quo clauderent regnum cęlorum.

Apud D. Lucã, c. 11. alio loco, idẽ dixit Dñs alijs verbis: *Vę [iquit] vobis legiſperitis: quia tuliſtis clauẽ ſciẽtię, ipſi nõ introiſtis: & eos, q introibãt, ꝓhibuiſtis, &c.*

Clauis ſcientiæ dr̃, qua Scripturarũ oſtia aperiunt, & legis, ac verę do- D ctrinæ fores hominib. reſerant. Hanc clauẽ tulerant, i. acceperant legiſperiti. vt Scripturarũ, legis, rectæq; doctrinæ, & veritatis ianuas populo aperirent. Sed ipſi claudebant potiùs, neq; introibant, in Chriſtũ credentes: & eos prohibebant, qui introire, & in Chriſtũ credere volebant Theophyl. in Lucã: Legis (inquit) periti ſcientię clauem tenebant, & non aperiebant ianuas legis, per quas intrarent ipſi, & populus ad Chriſtũ. Quandoquidẽ E lex ianua eſt ad Chriſtũ, &c. Idẽ Auctor clauẽ ſciẽtiæ, fidem eſſe ait: fides n. oſtiũ aperit Scripturarũ, & doctrinæ veræ ianuam. Abſq; fide clauſa eſt Scriptura, clauſa vera doctrina, clauſus eſt aditus ad Chriſtũ. Iuxta illud Iſai 7. ex verſione Septuaginta: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Hanc clauẽ, i. fidem, in Chriſtum legiſperiti tulerunt, i. ẽ medio abſtulerunt, vt interA pretatur Theophyl. à fide. n. in Chriſtum populum auocabant. Euthym. quoq; clauem ſcientiæ, fidem in Chriſtũ eſſe cenſet, Matth. 23. Vocat (inquit) Chriſtus clauem ſcientię fidem, quæ in ſe eſt, vtpote introducentem ad ſciẽtiam rectorum dogmatum, ac ineffabilis ſapientiæ. Quam clauem tulerunt, ſiue abſtulerunt à populo legiſperiti, &c. Græcè, ἤρατε, a verbo αἴρω, id eſt, *tuliſtis, accepiſtis*, vel *abſtuli-* B *ſtis*. Prior ſenſus verior eſt, quo clauis ſcientiæ poteſtatem indicat legiſperitorum, quam ad docendum populũ tulerant, i. acceperant. Illud Gloſſæ ordinariæ morale eſt: Clauis eſt humilitas Chriſti, quam qui habent, Scripturas intelligunt. Hanc legiſperiti neq; ipſi in lege, & Prophetis intelligũt, neq; ab alijs intelligi volũt. Clauem intrare eſt, non eſſe contentum ſuperficie literæ, ſed vſque ad ar- C cana penetrare. Hæc Gloſſa. Lege Auguſtinum lib. 2. quæſt. Euang. c. 23.

Clauis ſciẽtiæ quæ ſit, quam Phariſęi tulerunt.

Lex ianua eſt ad Chriſtum.

Similes his Phariſæis, & legiſperitis ſunt hæretici, qui clauem ſcientiæ ſibi arrogant, cùm clauem habeãt inſcitiæ, qua hæreſeon, tartariq; fores aperiunt, vnde errorũ fumus exiens, terræ offundit tenebras. Iuxta illud Apocalypſ. 9. *Data eſt ei clauis abyſſi, & aperuit puteum abyſſi, & aſcẽdit fumus putei, &c.* In veram ſcientiam, & fidem D ipſi minimè intrant, & eos, qui intrare volunt, prohibent. Væ illis æternũ. Ierem. 50. *Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, &c.* Grex perditus eſt populus, qui hęreticos paſtores ſequitur, a quib. ſeducitur. Threnor. 2. *Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pęnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, &c.* Vę vobis, hæretici, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, E neq; vos intratis, neq; introeuntes ſinitis intrare. O fœlices illos, qui regnum cœlorum aperiunt ante homines; ipſi intrant, & auditores ſuos ſecum ducunt Origenes tract. 25. Qui mala [inquit] conuerſatione ſua dant exemplum peccãdi in populo, & qui faciunt iniuriam, ſcandalizantes puſillos, claudere vident ante homines regnum cęlorũ. Bene aũt viuentes, &

Hęretici clauem habent inſcitię, qua tartarũ ſe ſequentibus aperiunt.

Origenes.

Exemplũ clauis, malum tartari, bonum cæli.

Digitized by Google

bene docentes aperiunt hominibus regnum cœlorum; & dũ ipſi intrant, alios prouocãt introire, &c. Et D. Hieronymus Matth 23 Omnis (inquit) magiſter, qui ſcandalizat malis operibus diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnum cœlorum, &c.

D. Hieron.

Comediſtis domos viduarum.

Secũdũ væ.

HOc eſt væ ſecundum aduerſus aliud vitium: *Væ vobis, quia comediſtis domos viduarum, orationes longas orãtes.* Græcè, *κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι*, id eſt, *comediſtis domos viduarum, & prætextu longa, ſiue prolixa orantes, &c.* Apud Marcum 12. dicitur: *Deuorant domos viduarum, ſub obtentu* (id eſt, prætextu) *prolixæ orationis, &c.* Idẽ verbũ Græcum, *κατεσθίω*, eſt apud Matth. Marcum, & Lucã. In Matthæo vertit Interpres, *comediſtis*; in Marco, & Luca, *deuorant.* Comedebãt hi domos viduarum, hoc eſt, earum opes conſumebant, obtendentes, & prætexentes longas orationes, vel ſub prætextu prolixarum orationũ. Apud Lucã 20. Græcè legitur, *οἱ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν*, id eſt, *deuorant, ſiue comedunt domus viduarũ, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται*, id eſt, *qui deuorant domos viduarũ, & ſpecie longa orant* Noſter Interpres vertit: *Deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem.* Prætexebant. n. & ſimulabant longas orationes, hocq; prætextu, ac ſimulatione, & hypocriſi, ac fictione, viduarum facultates conſumebant. Significat ẽt, *πρόφασις, occaſionẽ* 1. Theſſal. 2. *Neq; fuimus in occaſione auaritiæ.* Græcè, *προφάσει πλεονεξίας*. Occaſione ergo orationis longæ, hypocritæ viduarum deuorabãt facultates. Theophy. in Lucã putat deuoraſſe bona viduarum, quòd à viduis exciperentur magno ſumptu. Domos (inquit) viduarũ ingredientes, quaſi per longas preces benedicantur. Interim viduæ in præſentia illorum, multos coguntur ſumptus facere: quo fit, vt exhauriantur illarum diuitiæ, &c. Et Marc. 12. Clã (inquit) accedunt ad mulieres præſidio deſtitutas, quaſi illarum futuri tutores, & patroni, &c. Similiter Chryſ. in Matth. arbitratũ deuoraſſe hos hypocritas, domos viduarum conuiuijs. Propter ventris (inquit) voraginem in eos inuehit, qui non à diuitib. ſed à viduis ventres ſuos implebant, &c. Veriſimilius eſt, dona, & pecunias à viduis, pro longis illis, ac ſimulatis orationib. accepiſſe, & quò longiores erãt orõnes, eò accepiſſe plura dona, ideò ꝙ prolixè ſe orare ſimulabant.

Quomodo Phariſæi domos comederint viduarum.

Theophyl.

Propter hoc, amplius accipietis iudicium.

IVdicium damnationem ſignificat, quę iudicij effectus eſt. Ideò apud Lucã 20. vertit Interpres, *damnationem maiorem.* Eſt ſenſus: Ampliorẽ dãnationẽ accipietis, vel grauiori iudicio iudicabimini, & dãnabimini. *Amplius iudicium* dr̃ apud Matthæum 23. *prolixius iudicium* apud Marcum 12. apud Lucã 20. dicitur *damnatio maior.* Gręcè eodem modo apud omnes, *περισσότερον κρίμα*, id eſt, *abũdantius iudicium.* Amplius iudiciũ ſignificat maius iudiciũ, & grauius. Auctor imperfect. cenſet, hos duplici de cauſa damnatos. Dupliciter (inquit) rei, primũ quidem, pro eo ꝙ eſtis iniqui; alterũ, pro eo quòd figmentum aſſumitis ſanctitatis, &c Item Theophylact. in Lucam: Propterea [inquit] accipient ampliorem condemnationem; quia non ſolùm faciunt malum, ſed prætexunt preces, & virtutem faciunt pretextum peccati, &c. Aliter rectiùs idẽ Auctor in Marcum 12. ſic exponit: Grauiorẽ accipietis damnationem, q̃ alij Iudæi peccantes. Crediderim, amplius, vel abundantius iudicium dici iudiciũ amplũ, abundans, graue, ſumpto cõparatiuo pro poſitiuo. Eſt ergo ſenſus: Propterea accipietis amplum, & graue iudiciũ, grauiter propterea puniemini, ꝙ ſub prætextu lõgæ orationis viduarũ domos deuoratis. Cor. 11. *abundantius*, ſumitũ pro abũdanter. In laborib plurimis, ait Paulus. Gręcè, in laborib. *περισσοτέρως*, id eſt, *abundantius.* Item: *In carceribus abundantius*, id eſt, abundanter. Deuorabant autem hi hypocritæ domos viduarũ; quia mulieres erãt viris orbatæ, q̃ bona ſua habebant in poteſtate.

Iudicium dicitur condemnatio.

Amplius iudicium quare dicatur.

Et

Viduę ſunt protegendæ nō ſpoliādæ.

Et facilè ſpecie deceptæ religionis lar A giebantur. Non ſunt ſpoliandę viduę, ſed protegendæ.

Circuitis mare, & aridam.

Tertiū væ. Proſelytus quid ſit.

HOc eſt tertiū væ. Proſelytus illū ſignificat, qui ex gentib. circū-ciſionem, religionemq́; Iudęorū amplectebātur, à verbo Gręco, προσελεύθω, id eſt, *aduenio*, inde προσήλυτος, id eſt, *aduena*. Hebraicè, גרים *gerim*, appellan B tur, 1. Paralip. 22. & 2. Paral. 2. 1. *peregrini*, non natione, ſed adoptione, & lege Iudæi. Act. 2. *Iudæi quoque, & proſelyti.*

Proſelyti q̄ dicantur.

Dicuntur etiam aduenę Act. 13. *Secuti ſunt multi Iudæorum, & colentium aduenarum Paulum, & Barnabam, &c.* Gręcè pro *colentium aduenarum*, legitur, σεβομένων προσηλύτων, id eſt, *colentium proſelytorum*, qui. ſ. ad Iudaiſmum conuerſi erant, & Deum colebant. Act. 6. *Et Nicolaum aduenā Antiochenum*. Græcè, C προσήλυτον, *proſelytum*. Pſalm. 93 *Viduam, & aduenam interfecerunt*. Græcè, προσήλυτον, *proſelytum interfecerunt*. 2. Paralip. 2 *Numerauit Salomon omnes viros proſelytos, qui erant in terra Iſrael, & inuenti ſunt centum quinquaginta millia, & tria millia ſexcenti, &c.* Tot erant tūc, qui ex gentib. circumciſionem, Iudaicoſque ritus erant amplexi.

Phariſæi, & Scribę vt vel vnum proſelytum facerent, operam dabant, ſed D factum non curabant, filiumque gehennæ faciebant; ideò vę illis Dominus dicit: *Væ vobis* (ait) *quia circuitis mare, & aridam*, i. terram, *vt faciatis vnum proſelytum, at poſtquàm fuerit factus, gehennæ filium facitis.* D. Chryſoſtom. putat, illis verbis, *Circuitis mare, & aridam* ſignificare Dominum, maximo cum labore vix vnum proſelytum à Phariſæis, & Scribis factum.

Chryſoſt.

Phariſæi duob. vitijs laborabāt.

In duob. (ait) Phariſæos, & Scribas criminatur E Dominus: vnum eſt, quia inutiles ad ſalutem multorum exiſtentes, vix magno ſudore quemquam poſſunt attrahere. Alterum, quia deſides ſunt ad cuſtodiendos attractos, &c. Et Euthymius: Infinitis (inquit) laboribus vix tandē vnū efficitis proſelytum; & nec ideò illi parcitis, &c. Studium potiùs, & diligentiam Phariſęorum, & Scribarū ſignificant verba Domini, eoſq; car-A punt, quòd cùm tam diligentes ſint in conuertendis Ethnicis ad Iudaiſmum, illos iam conuerſos perdant, & in tartarum præcipitent.

Qūo Phariſæi, & Scribæ circuierint mare, & terram, vt facerent vnum proſelytum.

D. Hieron.

Quęrit, an reuera Phariſęi, & Scribæ, vt ex gentibus proſelytos facerēt, mare nauigarent, aut terras alienas peragrarent. Hoc ſignificant verba Dn̄i in proprio ſignificato retēta. Vnde D. Hieronym. Scribæ (inquit) & Phariſæi totum luſtrantes orbem pro B pter negotiationes, vel diuerſa lucra à diſcipulis captanda, quaſi per imaginem ſanctitatis, ſtudium habebant de gentib. facere proſelytum, &c. Et Lyranus: Diſcurrebant [inquit] aliq Doctores Hebręi per diuerſas ciuitates, & caſtra, vt poſſent cōuertere aliquos ad Iudaiſmū de gentilitate, &c. Eiuſdem ſententię eſt Carthuſianus Similiter & Titelmanus: Vt viderentū [inquit] erga cultum Dei zeloti, varia lo-C ca, terra, mariq́; perluſtrabant, ad faciendos proſelytos, &c. Poſſent verba illa ſumi prouerbij loco, & hyperbolicè, hoc ſenſu: *Circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum*, i. nihil nō faciatis, omnē lapidē moueatis, vt vnum Ethnicū ad Iudaiſmū cōuertatis. Vnde P. Salmeron: Hyperbole [inquit] eſt, nec eſt ad literam intelligendum, &c. Rectiùs verba in propria ſignificatione retinentur.

D

Facitis eū filiū gehennæ duplo, quam vos.

Qūo facerēt Phariſæi proſelytum filium gehennæ.

Chryſoſt.

Euthym.

GRæcè, διπλότερον ὑμῶν, i. *dupliciorem uobis*. Dubium eſt, quomodo facerent Phariſæi, & Scribæ, proſelytū gehennę filiū, hoc eſt, tartareo igni obnoxium. Chryſoſt. ait, malo feciſſe exemplo. Magiſtris. n. (inquit) peiores diſcipuli fiunt. Improbos. n. Doctores, quoniam ad mala faciliores ſumus, ēt E ſuperamus, &c. Itē Euthym. Qui (ait) pręceptorem habet prauum, non in illius ſiſtit malitia, ſed illius vtens exēplo, ſolet vlterius procedere, &c. Vide, quàm ſint mali pręceptores fugiēdi. D. Auguſtinus lib. 16. contra Fauſtum, cap. 29. Quia [inquit] proſelytus in non cuſtodienda lege Phariſæos imitabatur, fiebat filius gehennæ. Propterea, quantùm arbitror, duplò quàm illi; quia hoc negligebat

Mali præceptores fugiendi.

Auguſt.

gebat implere, quod propria voluntate ſuſceperat, nō ex Iudęis natus, ſed ſpontè Iudæus factus. Sic Aug. D. Hieronymus addit, Phariſęos, & Scribas ſuo exemplo ſic proſelytos ſcandalizaſſe, vt ad Ethnicismum redirēt. Verùm obijci poteſt, Phariſæos, & Scribas fuiſſe hypocritas, vt ſatis conſtat. Hypocritæ verò vitia ſua maximè ſolent tegere. Ergo tegebant vitia hypocritæ; quòd ſi vitia tegebant, proſelytis ſcandalum minimè pariebant. Reſpondeo, nō omninò vitia occultaſſe, præterea prohibuiſſe proſelytos in Chriſtum credere, oneribus importabilibus illos oppreſſiſſe, neque geſſiſſe illorum curam. Quas ob res filij gehēnæ efficiebantur, pluſquàm ipſi Phariſæi, & Scribæ, quos pudor, & hypocriſis à peccatis aliquib. arcebat. Diuus Hieronymus arbitratur, proſelytos, propter prauum magiſtrorum exemplum, ad vomitum, & idola rediſſe, itaque duplò gehennæ filios eſſe factos. Videns (inquit) proſelytus magiſtrorum vitia, & intelligens deſtruere eos opere, quod verbo docebant, reuertitur ad vomitum ſuum. Et gentilis factus quaſi præuaricator, pęna maiori dignus erit, &c.

Hieronym.

Non reprehendit Dominus Phariſæos, & Scribas, quòd mare circuirēt, aridam, vt facerent vnum proſelytū; ſed quod factum proſelytum filium gehennæ facerent. Conſideranda ſanè eſt hæc maris, terræque circuitio. Si illi, vt vnum proſelytum facerent, mare, aridamq; circuibant; quid agere nos debemus, præſertim viri Religioſi, vt faciamus vnum non proſelytum, ſed Chriſtianum? O illos beatos, de quibus verè dici poteſt: *Circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum Chriſtianum, & cùm fuerit factus, faciatis eum filium regni cœlorum*; tamquam vos. Non enim ſolùm oportet diligentem nauare operam, vt Ethnici ad fidem conuertantur, verum etiam vt Chriſtianis moribus exornentur. Circumeūt mare, & aridam mercatores, vt aurū, gemmas, ſimileſque merces conquirant. O fœlices mercatores, non terreſtres, ſed cœleſtes, qui terram, mareq; percurrunt, non vt aurum, aut terreſtres gemmas, merceſve comparent;

Conuerſio Ethnicorū ad fidē procurāda eſt.

Predicatores gētium fœlices ſunt mercatores

A ſed vt hominum animas in cœleſtem beatitudinem conditas conquirant. O fœlices negotiatores, qui terram perambulant, mare pernauigant, has quærentes bonas margaritas; inuentas autem, doctrina, moribuſque ſanctis expoliunt, & in theſauro cœleſti recondunt. O beatas nubes diuinę doctrinæ, cœleſtibus pluentes aquis, quę diuini Spiritus vento impulſæ, totum permeant orbem. O amœniſſimos
B paradiſi fluuios, qui è paradiſo emanātes cœleſti, aridas mundi regiones, vitiorumque ignibus exuſtas irrigant, amœnaſque reddunt.

Geneſ. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phiſon, ipſe eſt, qui circuit omnem terram Heuilath. Et nomen fluuij ſecūdi Geon, ipſe eſt, qui circuit omnem terram Æthiopię. Nomen verò fluminis tertij Tygris, ipſe va-*
C *dit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates, &c.* Nonne vides flumina quatuor vberrima ex paradiſo exorientia, terramque irrigantia? Phiſon Ganges eſſe dicitur à Patribus, Geon Nilus; ille Indiam, hic alluit Æthiopiam, atque Ægyptum. Tygris, & Euphrates Meſopotamiam efficiunt, quæ idcircò hoc nomine nuncupatur, quia inter hos duos fluuios media eſt: μέσος enim Græcè *medium* ſignificat,
D & ποταμὸς fluuium. His ſimiles ſunt Chriſti operarij, qui mare, & aridam circumeunt, vt gentium arida irrigēt pectora. O ſacra Ieſu Societas (filio liceat matrem alloqui, cuius ſacris vberibus eſt nutritus, diuino plenis nectare) vt Ganges alter è paradiſi fontib. effluens, Orientem diuinis fidei Chriſti aquis irrigas, totamque circuis terram Heuilah, id eſt, Indiæ, & ad Sinas vſq; Mogores, Iaponaſque, permeas.
E Vt Nilus Æthiopiam perluis; vt Tygris vadis contra Aſſyrios, hoc eſt, cōtra hæreticos, ſtrenue, Deo opitulante, dimicans, cœleſtibuſque vndis nefarias demergens hæreſes. Vt Euphrates, Chriſtianum populum oblimas, fęcundumque reddis. Tu circuis mare, & aridam, non vt vnum facias proſelytum, ſed vt innumeros facias Chriſtianos; & poſtquam facti ſunt, toto incumbis pectore, ne in priſtinos mores rela-

Flumina paradiſi quatuor quæ ſint.

Societas Ieſu laudatur.

relabantur. ſed filij regni æterni efficiantur. Perge quò pergis, age fortiter quod agis, *intende, proſperè procede, & regna* tandem in regno Chriſti ſempiterno.

O boni Eccleſię Chriſti piſcatores, audite ſummi Imperatoris vocem, Luc. 5. *Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam, &c.* Ducite in altum mundi pelagus retia, circuite mare hoc magnum, & ſpatioſum manibus, in quo piſces ſunt, ſiue potius homines, quorum non eſt numerus, quib. Euangelica lex eſt ignota. *Laxate retia veſtra in capturam* beatam, pretijq; maximi, ducite Petri nauem in altum pelagus, altum, inquam, non tam fluctibus, quàm fructibus. Illud Pauli reuocate in memoriam ad Rom. 1. *Græcis, ac Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum, &c.* Non ſolùm Chriſtianis, ac ſapientibus, Barbaris etiam, atque inſipiētibus, quod debetis ſoluite. In typico illo templi candelabro Exod. 25. ſphærulæ erant. Indicant autem ſphærulæ huius magnæ ſphæræ, id eſt, orbis, varias ſphærulas, id eſt, regiones, quib. Chriſtianus Doctor candelabri inſtar lucem inferre debet. *Vos eſtis lux mundi*, ait Diſcipulis Dominus Matth. 5. Sol mundi, Doctores ſunt. Quemadmodum non vnam tantùm regionem Sol illuminat, ſed omnes; ſic non vnam tantùm, ſed vniuerſas orbis plagas Chriſtiani Doctores illuminare debent. De nobili aquila legitur Iob 39. *Vbicumque cadauer fuerit, ſtatim adeſt, &c.* Quidnam aliud ſunt Ethnici fide diuina carentes, quam cadauera? quàm mortui homines animi carentes vita? Ad hæc cadauera nobiles aquilæ aduolant, non vt illa lanient, ſed vt vita compleant. Quamuis verò cadauera longiſſimè diſtent, aquilæ ea vident, quoniam vident acutiſſimè. Iob. 39. *Inde contemplatur eſcam, & de longè oculi eius proſpiciunt, &c.* Eundem in modum, quamuis in regionibus longè remotis Ethnici ſint, ab ijs cernuntur viris, qui zelo diuino ardent. Ex Europa cōtemplantur eſcam ſibi dulciſſimam, oculi eorum de longè proſpiciunt, extenſiſque alis aduolant.

Euangelij concionatores orbē peruolent.

Sol mundi Doctores ſunt.

Ethnici sūt cadauera.

Circuiui terram, & perambulaui eam, ait Satanas Iob. 1. Quorſum, quæſo, ho-

A ſtis noſter terram circuit, & perambulat? Sanè vt gehennæ filios faciat. Nos circumeamus mare, & aridam, vt regni, & Dei filios faciamus. Illum ducit inuidia, abſque vllo pręmio; nos ducat Dei, proximique amor, ſumma mercede propoſita. Ille 1. Petri 5. *tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret*, ac perdat, nos veluti agni mites, circumeamus mare, & aridam, quærentes, quos ab illius faucibus eripia-
B mus, ac ſeruemus. Procul abſit ignauia illa, quam carpit Chryſoſtomus homil. 47. in Matth. gnauiter, ac ſtrenuè præclariſſimum hoc negotium geramus. Si duodecim homines, id eſt, Apoſtoli (ait Chryſoſtomus) totam penè farinam orbis fermentarunt; animo verſa, quanta ſit noſtra malignitas, atque ignauia, qui cùm iam innumeri ſimus (ſcilicet Chriſtiani) has gētium reliquias conuertere non poſſu-
C mus, qui vel mille mundis ſatisfacere deberemus, &c.

Quantum nobis laborandum ſit vt trahamus ad Chriſtum animas.

Illud non eſt ſilentio prætereundū, propter quod Chriſtus Iudæos accuſat, videlicet, quòd proſelytos filios gehennæ faciant. Non eſt ſatis, Chriſtianos multos facere ex Ethnicis; ne gehennæ filij fiant, curandum maximè eſt doctrina, atque exēplo. Acto. 1. *Eritis mihi teſtes* (ait Dominus *in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq;*
D *ad vltimum terræ, &c.* Teſtes vult eſſe fidei promulgatores, teſtari verò non ſolùm verbis, ſed etiam exemplis. Olim Martyres teſtes erant fidei, moriendo; nos fidei eiuſdem teſtes ſimus, ſaltem ſanctè viuendo. Pſalm. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.* Quæ verba de promulgatoribus legis nouæ Paulus ad Rom. 10. interpretatur: Exeat vox concionatorum in omnem terram; ſed non ſola vox exeat
E doctrinæ, exeat etiam fulgor exempli. Ex cœlis enim ſplendor erit maximus. *Cœli enarrant gloriam Dei*, admirabili ſtructura, atque ſplendore. Euangelij promulgatores enarrent legem Dei, vita admirabili, exemplique fulgore. Daniel. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, &c.* Peculiari fulgebunt gloriæ ſplendore in cœlo, qui

Ethnici exēplo, & verbo docēdi.

ad

Exemplum pdicatorũ ad conuertẽdos Gentiles quale eſſe debeat.

ad iuſtitiam erudiunt multos;in terris A
verò, peculiari inter omnes homines
fulgeant neceſſe eſt exempli, gratieq;
nitore Horologium alta in turri col-
locatum non ſolùm ſono, ſed manu
etiam horas indicat;ſic Euangelij pro
mulgator alto in vitæ ſtatu poſitus,nõ
ſono ſolùm verborum,ſed manu etiã,
hoc eſt;factis pręclaris,fidem oſtẽdat.
Non ſunt loquela, Pſalm. 18. *neque ſermo-
nes, quorum non audiantur voces eorum*;
hoc eſt,omnib.hominib.notæ ſunt cę B
lorum voces, Dei gloriam enarrãtes.
Non ſunt ſermones, non ſunt in orbe
linguæ vllæ, quib.loquens cęlum non
audiatur. Omnes homines cœli lin-
guam,& voces intelligũt; eundem in
modum,omnes homines,cuiuſcumq;
illi ſint nationis, exempli intelligunt
linguam,ac vocem. Factis pręclaris in
ſignes viri cœli ſunt fulgentiſſimi, le-
gem,gloriamque Dei enarrantes;non
ſunt loquelæ hominum,neque ſermo- C
nes,quorum non audiantur voces eo
rum. Audiuntur hę voces cordis auri-
bus,trahuntque pectora ſuauiter. Cir
cumeunt cœli terras, mariaque; cir-
cumeunt quoque viri hi cęlis ſimiles
mare,& aridam,vt faciant non vnum
proſelytum, ſed multa Chriſtianorũ
millia. Mouentur ab Oriente cœli, &
ab Angelo mouentur. Ita noſtri cęli à
cœleſti luce,cęleſtique intentione du
cuntur,& ab Angelorum Domino cir D
cumferuntur.

Multi ſunt cęli, qui terras circum-
eunt,nullum verò cęlum alij eſt impe
dimento. Eundem in modum multi
ſunt vineæ Domini operarij;caueant,
ne per inuidiam alij alios impediant.
Sap. 7. *Sine fictione didici ſine inuidia com-
munico, &c.* Verè,non ſimulatè,ac fictè
Chriſtianam fidem,legemque didici-
mus,ac ſeruamus;eandem ſine inui-
dia omnib.gentibus communicemus. E
Si Deus aliquibus operarijs fauet ma
gis,ne inuideant alij,fiantque præcla-
ræ nauigationis remoræ. Propheta-
bant in caſtris, Eldad,& Meldad, Nu.
11. Ioſue verò pro Moſe ęmulans; *Do-
mine*, (inquit) *mi, prohibe eos*. At Moſes
illam tanto viro dignam vocem pro-
tulit: *Quid æmularis pro me? Quis tribuat,
vt omnis populus prophetet, & det eis Domi
nus ſpiritum ſuum?* Hæc vox eſt caritate

Inuidia cauẽda eſt ab operarijs vineæ.

A pręditi operarij. Quis mihi tribuat,vt
omnes mare, & aridam circumeant,
vt Ethnicos ad nuptias vocent;omni-
bus adiumento eſſe enitar,nemini im
pedimento Egregiè Magnus Grego-
gorius Iob. cap. 31. ad illa verba: *Et ani
mam agricolarum eius afflixi* Fidelis (ait)
prædicator optat,ſi fieri valeat, vt ve-
ritatem,quam ſolus loqui non ſufficit,
ora cunctorum ſonent,&c. Agricolæ
ſunt magni huius agri,id eſt, mundi,
B promulgatores fidei. *Animam agricola-
rum* [ait Iob 31.] *non afflixi*. Is horum
agricolarum animam affligit, qui in-
uidia permotus diuinæ agriculturæ
obſiſtit,vt Gregorius docet eodem lo
co. Agricolas (inquit) hoc eſt, non af-
fligere,eorum laboribus non inuide-
re. Ne Rector Eccleſiæ, dum ſoli ſibi
ius prędicationis vendicat,etiam alijs
rectè prędicantibus inuidia ſe mordẽ-
te contradicat. Pia etenim Paſtorum
C mens,quia nõ propriam gloriam, ſed
auctoris quærit;ab omnibus vult ad-
iuuari,quod agit Sic ille. Inuidẽt, qui
Phariſæis, & Scribis ſimiles gloriam
quærunt propriam. Gloriam quęrant
Dei operarij Dei,euaneſcet inuidia.

Agricolæ huius mundi ſunt prædicatores.

CAPVT XXVII.

D De vitijs Phariſæorum,& Scribarũ.

Quicumque iurauerit per templum.

HOc eſt quartum væ. Arguit Pha-
riſæos,& Scribas inſipientiæ, ac
cœcitatis,circa iuramenti materiam.
Vę vobis (ait) *duces cœci*,indoctique Do-
ctores;dicitis enim; *Quicumque per tem-
plum,vel per altare iurauerit,nihil eſt*. hoc
eſt, Nullam vim habet huiuſmodi iu-
E ramentum,iurantem non obſtringit.
Qui autem iurauerit in auro templi, id eſt,
per aurum templi, *& quicumque iura-
uerit in dono*, id eſt, per donum, quod
eſt ſuper altare, *debet*, hoc eſt, vim ha-
bet huiuſmodi iuramentum, iurantẽ
obſtringit, debitor eſt rei faciendæ,
quam ſe facturum iurauit Stulti,& cę
ci Doctores eſtis,nonne maius eſt tẽ-
plum, quàm aurum, quod in templo
eſt;& maius eſt altare,quam donum,
quod

Quartum væ.

quod eſt in altari? Ergo iuramentum, A quod per templum, vel altare ſuſcipiſ, vim habet; imò maius eſt, quàm id, quod per aurum templi, vel donum altariſſuſcipitur. Quòd autem maius ſit templum, quã aurum templi; maiuſq; & præſtantius altare, quàm altaris donũ, probat ex illo axiomate vulgato: *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Templum aurum ſanctificat, & altare donum. Nã quia eſt in templo aurum, & quia offertur in altari douũ B eſt ſanctificatum. Ergo templo auro, & altare dono ſanctius eſt. Per ſanctiorem ergò rem iurat is, qui per tẽplum iurat, vel per altare, quàm is, qui per aurum templi, vel donum altaris iurat. Præterea templum continet aurum, & altare continet dona. Qui verò iurat per rem continentem, iurat etiam per ea, quæ continentur; ergo q iurat per templum, iurat etiã per aurum, quod templo continetur; & qui C iurat per altare, iurat etiam per dona, quæ in altari ſunt. Vnde ſequitur, iuramentum per templum, vel altare nuncupatum, prǣſtantius, ſanctiuſq; eſſe iuramento illo, quod per aurum templi, vel donum altaris efferitur. Ad hęc, qui iurat per templum, iurat per Deũ qui in templo habitat; ergo iuramentum huiuſmodi magnam vim habet; quemadmodum iuramentum, quod per cœlum ſuſcipitur: quoniam qui p D cœlum iurat, iurat per thronum Dei, quod eſt cęlum, & per Deum, qui in cœlo ſedet. *Qui ergo iurat in altari* (ait Dominus) *iurat in eo, & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt. Et quicumq; iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum, &c.* Iuramenta enim propterea per creaturas ſuſcipiuntur, quoniam in eis Deus eſt, & ſplendet; aliter enim per creaturam E iurare nefas eſt.

Iuramentũ per templũ conceptum, & maius illud, quod per aurum templi.

Iuramenta per creaturas ſuſcipiũtur, quia in eis Deus ẽ.

De quo templi auro Dominus loquatur, dubium eſt. Reſpondet Theophylactus, & Euthymius, aurum templi hoc loco ſignificare vaſa templi. Lyranus ſignificare aurum, quo parietes templi tecti erant. Sed parietes tẽpli ſecundi, & Herodiani templi non videntur fuiſſe tecti auro. D. Hieron. ait ſignificare aurum, & pecuniã, quæ in templo offerebatur Sacerdotibus. Exiſtimo, omne aurum ſignificare, quodcumq; erat in templo, ſiue vaſa eſſent aurea, ſiue aurum in templo oblatum, ſiue aurum, quo aliqua ex parte parietes eſſent exornati. Dubium etiam eſt, de quoniam altari ſint verba hæc intelligenda. Duo.n altaria erant in templo, vt diximus tom. 2. alterum thymiamatis, alterum holocauſtorum. Reſpondeo, de altari holocauſtorum verba eſſe intelligenda; quoniam in illo dona offerebantur, ſiue ſacrificia; in altari verò thymiamatis ſolùm thymiama, ſiue ſuffimentum offerebatur. Si quęras, vnde in hunc errorem Phariſęi, & Scribę ducti fuerint. Reſpondeo, quoniam fortè exiſtimarunt, templum, & altare eſſe à Deo remotiora, quàm aurum, pecuniam, dona, & ſacrificia, quæ in templo Deo offerebantur, & tradebantur.

Aurũ tẽpli quale nam ſit hoc loco.

Decimatis mentam, & anethum.

Quintum væ.

HOc eſt quintum vę. Non obiurgat Dñs Phariſęos, & Scribas, quòd decimas ſoluerent ẽt rerum minimarum, vt mentæ, & anethi; ſed ꝙ cùm in his ſoluendis eſſent admodum diligentes, pręcepta tñ legis maximè negligerent. *Væ* (inquit) *vobis*, qui decimas datis rerum minimarum, vt mentæ, anethi, & cymini, pręcepta vero legis grauiora de iudicio, miſericordia, & fide tradita pręteremittitis. Menta dicitur Luſitanè *ortelam.* anethũ *endro.* cyminũ *cominhos.* Grauiora legis præcepta reliquiſſe, & pro nihilo duxiſſe Phariſęos, & Scribas exponit Dñs; quia iudicij, & fidei, & miſericordiæ præcepta non ſeruabant. *Reliquiſtis* (inquit) *quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem.* Iudicium reliquerant, quia iniuſtè iudicabant; cùm populo ius dicebant, aut conſilium dabant. Vel iudicium ſumitur pro iuſtitia, quam minimè ſeruabant, ſuum cuique minimè reddentes. Miſericordiam præterea neglexerant, quia proximo opem non ferebant. Fides verò ex ſententia Theophylacti, & Euthymij, fidem in Deum ſignificat. Et Auctor imperfect. In iudicijs (inqt) erãt iniuſti, in fratres ſine miſericordia, in Deum

Reprehẽdũtur Phariſæi, non q̃ decimas ſoluerent, ſed quod legis pręcepta maiora præterirent.

Deum ſemper increduli,&c. Similiter D. Hieronymus: Arguit(ait)eos, quòd iudicium in diſceptatione negotiorũ, miſericordiamque in pauperes, pupillos,& viduas,& fidem in Deum, quæ magna ſunt, prætermittant,&c. Caietanus, Vatablus,& alij fidem pro fidelitate, & veracitate in factis, & promiſſis accipiunt, quæ fraudi contraria eſt, hoc ſenſu: Reliquiſtis fidem, id eſt, fidelitatem erga proximum,& veritatem in promiſſis. A B

Quid ſignificet verbũ Decimatis.

Verbum, *Decimare*, Latinum, Græcum, *ἀποδεκατόω*, & Hebræum, עשר *hhaſcar*, ſignificat & decimas ſoluere Geneſ.28.& decimas exigere 1. Reg. 8. Vnde Auctor imperfect. Qui (inquit) accipit decimas, rectè decimare videtur,& qui dat,&c. Dubium ergo eſt hoc loco, quid ſignificet. D. Hieronymus arbitratur ſignificare idem, qđ decimas exigere. Arguit[inquit] eos Dominus auaritiæ, quòd ſtudioſè etiam vilium olerum decimas exigât, & iudicium, miſericordiam, & fidem prætermittant,&c. Hunc ſenſum ſequitur Gloſſa interlinearis, Auctor imperfect. ait, ex Phariſæis,& Scribis, ad quos Chriſtus loquebatur, fuiſſe quoſdam Sacerdotes, alios populares, duplicique ſenſu verba hæc exponit. De popularibus hoc modo: Decimatis minima, id eſt, decimas de minimis etiam rebus offertis. De Sacerdotibus hoc pacto: Decimatis minima, hoc eſt decimas de minimis exigitis. Veriſimilius eſt, verbum, *decimatis*, ſignificare, decimas ſoluitis, vt expoſuimus. Quia Dominus ea opera Phariſæorũ, & Scribarum commemorat, quæ illis ſanctitatis opinionem conciliabant, quale erat decimarum vſque ad minima ſolutio. Præterea, quia Sacerdotum,& Leuitarum erat decimas exigere, non Phariſæorum, aut Scribarum, niſi Sacerdotes eſſent, vel Leuitæ. Vnde ille apud Lucam 18. Phariſæus: *Decimas* [ait *do omnium, quę poſſideo, &c.* Hunc ſenſum ſequitur diuus Auguſtinus in Enchirid. ad Laurentium, cap. 76. ſequitur quoque Beda, Theophylactus, & alij.

D. Hieron. C D E

Has oportuit facere, & illa non omittere.

INdicat Dominus, ſe Phariſæos, & Scribas non propterea arguere, quòd ex minimis rebus ſoluerent decimas; ſed quòd ea legis pręcepta non obſeruarent, quę maius momentum habebant. Etenim non ſolùm minora, verùmetiam maiora legis præcepta ſeruanda diligenter erant. *Hęc*(inquit) *oportuit facere*, hoc eſt, Oportuit iudicium, miſericordiam, fidemque ſeruare; *& illa* ſcilicet decimas mentæ, &c. *oportuit non omittere*, ſed ſoluere. Oportuit tam minora, quàm maiora legis pręcepta ſeruare.

An de minimis decimę ſoluerentur.

Dubitatur, an obſtringerentur lege Phariſęi, ad ſoluendas decimas ex his minimis rebus? Nonnulli exiſtimant, non fuiſſe adſtrictos. Cuius ſententiæ eſt Salmeron, & Lyranus Deuteron. 26 eius verba aſcribam. Dicit Rabbi Salomon (ait Lyranus) quòd primitię, quantùm ad terræ naſcentia de ſeptẽ rebus tantùm dabantur, ſcilicet frumento, hordeo, vinea, oliua, malogranato, ficu, & palma. De alijs autem fructibus, ſeu terrę naſcentibus non tenebãtur dare. Vnde Saluator Matth.23. improperat Phariſæis, quòd ſub oſtentatione maioris iuſtitię decimabant mentam,& alia minima, ad quę non tenebantur. Secundùm aliquos Doctores noſtros, grauiora legis, ad quæ neceſſariò aſtringebantur relinquentes. Hęc Lyranus, & alia. Idem ſentit Ianſenius concord. cap. 84. Veriſimile[inquit]eſt de menta, ruta, &c. decimas ſecundùm legem non fuiſſe omninò neceſſarias, ſed Phariſęos earum ſolutionem veluti neceſſariam obſeruaſſe, volentes videri exacti legis obſeruatores,&c. Item: Veriſimilius eſt, quòd videatur Dominus ſignificare decimationem mentę, & omnis oleris, eſſe Phariſaicum inſtitutum, nõ legis præceptum, ſicut ablutionem calicum,& manuum,&c.

Verius videtur Cardinali Toleto, has rerum minutarum decimas lege antiqua cõtineri; ait enim Dominns: *Hæc oportuit facere*, id eſt, Oportuit iudicium, miſericordiam, & fidem ſeruare, *& illa*, id eſt, decimas rerum minutarum

A carum *oportuit non omittere.* Pręcereà Le
uitic.27.legitur: *omnes decimę terrę, ſiue
de pomis arborum, ſiue de frugibus, Domi-
ni ſunt, &c.* Hebraicè, וכל מעשר הארץ
מזרע הארץ מפרי העץ ליהוה *vecol
mahhſchar haareth mizzera haareth mip-
pheri habheh l'Adonai*, quod verbum è
verbo ſic redditur: *Omnis decima terrę
de ſemine terrę, de fructu ligni Domino, &c.*
Hæc verò minuta, ſunt terræ ſemina;
ergo de illis ſoluendæ erant decimæ.
B Neque Phariſæi ſoluerent, niſi lege
obſtringi ſe putarent. Adde illud 2.
Paralip.31. *Omnium, quę gignit humus, fi
lij Iſrael decimas obtulerunt, &c.* Non ca
ret tamen probabilitate Lyrani, & a-
liorum opinio. Poſſunt enim verba
Scripturę de alijs decimis maioris mo
menti exponi. Illud verò Domini: *Oppo
rtuit illa*, id eſt, decimas, *non omittere.*
Iuxta ſententiam Phariſæorum di-
ctum erit.

Iudęi decimas omnes ſoluebant Leuitis.

C Decimas omnes ſoluebant Iudæi
Leuitis, quibus in terra repromiſſio-
nis ſors, ſiue poſſeſſio data non eſt. Nu
mer.18. *Filijs Leui* (ait Dominus] *dedi
omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro
miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo
fœderis, &c.* Eodem loco addit Domi-
nus: *Nihil aliud poſſidebunt Leuitę, decima
rum oblatione contenti, quas in vſus eorū,
& neceſſaria ſeparaui, &c.* Pręterea, Leui
tæ decimas a populo acceptas decima
D bant. Exod.cap.18. *Pręcipe Leuitis* (ait
Dominus Moyſi) *atque denuncia: Cùm
acceperitis à filijs Iſrael decimas, quas dedi
uobis, primitias earum offerre Domino, id
eſt, decimam partem decimę, & cæt. & date
Aaron Sacerdoti, &c.* Dubium eſt, an de-
cima hæc pars decimarum, quam Le-
nitæ ſummo Sacerdoti ſoluebant, ſoli
illi cederet, an omnibus Sacerdotib.
Reſpondeo, datam hanc partem ſum
mo Sacerdoti, diſtributamque inter
E omnes Sacerdotes; ita vt ſumma
pars contingeret. D. Hieronymus

D. Hieron.

Ezechiel.45. Δεκάδα [inquit) id eſt,
decimam partem omnium frugum
Leuiticæ tribui populus ex lege debe-
bat. Rurſum ex ipſis decimis Leuitæ,
hoc eſt, inferior miniſtrorum gradus,
decimas dabat Sacerdotibus. Et hæc
eſt quæ appellatū δευτεροδεκάδη, &c.
Et epiſt.128. ad Fabiolam: Æditui [ait)
& ianitores accipiunt decimas; & rur

Leuitę dabant Sacerdotib. decimas decimarum.

A ſus decimas decimarum offerunt Sa-
cerdotibus, &c. Item Ioſephus lib. 4.
antiq.cap.4. Iuſſit [inquit] Moſes, vt
Leuitæ decimarum a populo quotan-
nis acceptarum Sacerdotibus deci-
mas penderent, &c.

Alię decimę, q̃ à populo ſeruabantur.

Pręter has, alias quoque decimas
fuiſſe ait D. Hieronymus loco citato,
his verbis: Erant quoque & aliæ deci-
mæ, quas vnuſquiſq; de populo Iſrael
in ſuis horreis ſeparabat, vt comede-
B ret eas, cùm iret ad templum in vrbe
Ieruſalem, & in veſtibulo templi, &
Sacerdotes, ac Leuitas inuitaret ad cō
uiuia. Hæc Hieronymus Et Magiſter
hiſtor.in Deuteron.cap.5. Verior (in-
quit) eſt hæc traditio Hebræorum; ſin
gulis annis Hebræi faciunt duas deci
mationes. Primam ſeparabant Leui-
tis, iterum nouem reliquas partes de-
cimabant. Et hanc ſecundam deci-
mam ſibi reſeruabant, & ex ea ter in
C anno, cùm aſcendebāt in Ieruſalem,
oblationes, & epulas ſibi, & domui
ſuæ faciebant, & Leuitam conterra-
neum, qui etiam cum eis aſcenderet,
inuitabant. In eoſdem vſus reſeruabāt
ſibi ſecundum animal poſt Primoge-
nitum, quaſi ſecundum primogeni-
tum. Et ſimiliter poſt primitias tan-
tundem ſibi reponebant, quaſi ſecun
das primitias. Qui autem ampliora
his, illis tribus feſtis expendere vole-
D bat, aliqua de bonis ſuis adhuc ſepara
bat, & cum prædictis reſeruabat, vo-
uens illa Domino. Prętereà, etiam
quidam in illis ſolennitatibus, præter
ea, quæ diximus, ſpontè quędam ex-
pendebant in honorem Dei. Et hęc ſe
cundaria pręcep t Moyſes ferri ad lo
cum ſanctum, & comedi coram Do-
mino. Tamen remotioribus licebat
iſta vendere, & ferre pretium ſecum,
& emere in Ieruſalem, &c.

Alię decimę ſeparāda.

E Peres, quodnam ſit harum decima-
rum fundamentum. Reſpondeo eſſe
Verba Domini Deuter. 14. *Decimam
partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis,
qui naſcuntur in terra per annos ſingulos, &
comedes in conſpectu Domini Dei tui, in lo-
co, quem elegerit, vt in eo nomen illius inuo-
cetur; decimam frumēti tui, & vini, & olei,
primogenita de armentis, & ouibus tuis, vt
diſcas timere Dominum Deum tuum omni
tempore, Cùm autem longior fuerit via, &*

locus

locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, tibiq́; benedixerit, neque potueris ad eum hęc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium redig[e]s, portabisq́; manu tua, & proficiſceris ad locum, quē elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, ſiue ex armentis, ſiue ex ouibus, vinum quoque, & ſiceram, & omne quod deſiderat anima tua, & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu, & domus tua, & Leuites, qui intra portas tuas eſt, caue, ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in poſſeſſione tua, &c. Lege etiam ca. 12. Deuteronom. **B**

Sententia Lyrani reijcitur.

Lyranus Deuteron. 12. exiſtimat, apud Hebræos duas tantùm fuiſſe decimas, ſcilicet Leuitarum, & pauperum. Solùm [inquit) vna decima quolibet anno fiebat alia quolibet tertio anno quæ erat pro pauperibus, &c. has de quibus nunc agimus explodit. Ego communem ſequor opinionem, quæ probatur prętereà ex Ioſepho, lib. 4. Antiq, cap. 8. ſic Moſes ſtatuit: ſint prætereà decimæ fructuum ſeorſum ab illis, quæ ſacerdotibus ac Leuitis debentur. Quibus in patria venditis, pecunia inde redacta in ſacra vrbe inſumatur in ſacrificia, & conuiuia, &c. Si obijcias, primogenita animalia fuiſſe ſacerdotibus offerenda; non ergo ad ſecundas has decimas pertinere. Reſpondetur primogenita appellari illa, quæ primogenita erant, inter illa animalia, quæ facta prima decimatione remanebant, Hæc.n. primogenita ad ſecundam hanc decimationem pertinebant. Prætereà de primogenitis etiam, quæ ſacerdotibus tradebantur verba explicari poſſunt; ſiquidem ex illis pars cedebat offerentibùs, vt colligitur ex cap. 15. Deut. *in conſpectu Domini Dei tui comedes ea,* id eſt primogenita, *per annos ſingulos, in loco, quem elegerit Dominus, tu, & domus tua, &c.* Illa etiam opponet quiſpiam verba: *Ne derelinquas eum* [id eſt, Leuitam] *quia non habet aliam partem in poſſeſſione tua, &c.* Nam Leuitæ hàbebant aliam partem, videlicet primas decimas; ergo non ſunt intelligenda verba Deuteronomij de ſecundis, ſed de primis decimis. Reſpondeo illis verbis ſignificari Leuitas non habuiſſe aliam partem in poſſeſſione Iſraelitarum, præter decimas primas, & ſecundas. Nam ſecundarum erant quoque participes, imò & tertiarum. Qui Lyranum ſequi volet explicare poteſt verba Deuter. 14. de primis decimis, hoc pacto: *ſeparabis decimam partem frumenti, vini, & olei, & primogenita. Si autem longior fueris via in templum vendere poteris omnia.* Ieroſolymis verò ex pecunia emes alia, quæ offeras, & ex quibus epuleris, coram Domino. *Caue ne Leuitam fraudes decimis; quoniam aliam partē non habet, &c.* iuxta hanc ſententiam dicendum ex decimis primis, fas fuiſſe epulari coram Domino. Nam Leuitæ & ſacerdotes aliquid offerentibus in has epulas donabant. *Decimam partem* [ait Dominus) *ſeparabis de fructibus, & comedes in conſpectu Domini, &c.*

Primogenita dicebantur quę facta prima decimatione remanebant.

Decimę alia pauperibus dandę.

Præter has erant tertię decimę quę pauperibus recondebantur; vt docet Diuus Hieronymus loco citato; Græcè dicuntur πτωχοδεκάδας, id eſt, *pauperum decimæ.* **C** De ijs illud intelligendum Tob. 1. *Adorabat Dominum Deum Iſrael, omnia primitiua ſua, & decimas ſuas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtraret omnem decimationem, &c.* Etenim tertio quoque anno; hæ decimæ pauperibus donandæ, domi reponebantur. Deuter. 14. *Anno tertio ſeparabis aliam decimam, ex omnibus quę naſcuntur tibi eo tempore, &* **D** *repones intra ianuas tuas. Venietq́; Leuites, qui aliam non habet partem, nec poſſeſſionē tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas ſunt,* (ſcilicet ciuitatis) *& comedent, & ſaturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus, in cunctis operib. inanuum tuarum, quæ feceris, &c.* Has tres decimas in vſu fuiſſe apud Iſraelitas docet D. Hieron. loco citato, & Magiſt. hiſt. D. Thomas 2. 2. q. 87. art. 1. & alij Lyranus ſecundas explodit, vt diximus. **E**

Eleemoſynæ pauperibus ſeparanda.

Habes eleemoſynæ dandę egregiū exemplum. Iuſſit Deus pauperibus decimas ſeparari. Idem par eſt facere Chriſtianos, nimirum ex bonis ſuis aliquam partem reponere ex qua pauperes reficiant. *Comedent pauperes* (ait Dominus) *& ſaturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, quę feceris, &c.*
Hic fructus eleemoſynæ pauperibus ſegre-

Digitized by Google

ſegregatæ: ſi eleemoſynam largiter ef fuderis, largiter Deus effundet in te benedictionem ſuam. Benedicet tibi in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris. Benedicet agris tuis, opibus, &c. Qui decimas non ſoluebant Deum dicuntur configere, hoc eſt, dolore afficere, ac moleſtia Malachiæ 3. ijs verò, qui ſoluebant, pollicetur copioſam benedictionem. *Vos* (inquit Dominus) *configitis me in decimis, & in primitijs* [quas ſcilicet non ſoluitis] *inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc. Si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem* [id eſt locuſtam & bruchum] *& non corrumpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro. &c.* Prouerb. 3. *Honora Deum de tua ſubſtantia* (ait Salomon) *& de primitijs omnium frugum tuarum da ei, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt, &c.* Ille Deum honorat de ſua ſubſtantia, & opibus, qui decimas ſoluit Deo, id eſt, Dei miniſtris. Præmium huius honoris, eſt abundantia fructuum.

Soluentium decimas benedictio à Deo.

Hilari autem & læto animo ſoluendas eſſe decimas ac primitias docet Eccleſiaſtic. capite 35. *bono* (ait) *animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Da altiſſimo ſecundum datum eius, & in bono oculo* (id eſt liberali) *ad inuentionem facito manuum tuarum*: id eſt facito & offerto iuxta inuentionem manuum tuarum, iuxta quod manus tuæ inuenerint fructũ. Da Deo ſecundum datum eius, & ſecundum innuentionem tuam. Si fructum abundantem ille donat & tu inuenis, decimas redde abundantes ſi fructum Deus dat, & tu inuenis exiguum, ex fructu exiguo, offer decimas exiguas. Subijcitur retributio copioſa. *Quoniam* (inquit) *Dominus retribuens, & ſepties tantùm reddet tibi: &c.*

Solutio decimarum animo hilari fieri debet.

A

Excolantes culicem, camelum autem glutientes.

CAietanus, tàm Latinum, quam Græcum textum, corruptum eſſe ait in nomine Cameli. Sed manifeſtè fallitur opinione ſua. Græce legitur τὴν κάμηλον καταπίνοντες, id eſt, *camelum bibendo deglutientes*; de potu enim eſt ſermo. Phariſæos & Scri-
B bas parabolicè obiurgat Dominus, quòd minimos culices in vinum cadentes, excolarent, magnos camelos non excolarent, ſed potantes deglutirent. Hoc eſt, quòd cùm minima obſeruarent, magna præcepta negligerent. Culices excolabant, cùm mentam, anethum, & cyminum decimabant; neqne verò dignum id erat reprehenſione, ſed laude. At camelos glutiebant; cùm magna legis præcep-
C ta de Iudicio, miſericordia, & fide tradita, ſeruabant, magnaque peccata, camelis ſimilia, veluti vinum dulce potabant. Excolare oportuit culices, id eſt, minima ſeruare, camelos quoque oportuit non deglutire; id eſt, peccata aduerſus magna præcepta, non committere. Hæc oportuit facere, & illa non omittere, &c.

Quid ſit, calamũ deglutire: & culicem excolare.

Peccata maiora, minoraque, & minima fugienda.

Peccata venialia parua, ſimilia
D ſunt culicibus; ſi in vinum culices cadunt, colo expurgatur vinum, culices pelluntur. Eundem in modum, expurgandus eſt animus; pellenda peccata etiam minima veluti culices; pellenda eſt omnis ſcoria, iuxta illud Malach. 3. *Purgabit filios Leui; & colabit eos, quaſi aurum, & quaſi argentum, &c.* Filios Leui præcipuè, hoc eſt, ſacerdotes, altariſque diuini miniſtros hæc decet percolatio peccato-
E rum venialium, etiam minimorum. Eximiam enim animi puritatem altare flagitat. Digitorum extremas partes, ac minimas, abluit ſacerdotes ſacram hoſtiã immolaturus. Externa ablutio internam adumbrat animi, cuius extremæ etiam, minimęq; partes àbluendæ ſunt.

Expurgatio ſacerdotum fouenda.

Iam verò camelus, magnum & tortuoſum anima peccatum indicat magnum ac mortiferum. Qui

Qqq mor-

quam ęternum. Vę perpeti poſt vitã Complectamur ergo hic lamentationes pœnitentiæ, ne poſtquàm è vita, exceſſerimus, horrendum experiamur, Vę ſupplicij; ſed canamus carmina. Deuorauit Ezechiel librum, in quo erant lamentationes, carmen, & Vę; deuoremus & nos mentis conſideratione beatorum carmina, pœnitentium fœlicem luctum, damnatorum Vę ſempiternum. Eximia eſt hec animi eſca; eximium illi parit incrementum. Quid agendum eſt nobis[ait D. Gregor. homil. citata] niſi vt euigilemus ad huius verba voluminis, & mala, quę nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus Vt per lamenta pœnitentię perueniamus ad carmen vitę? Ne ſi affligi modo pœnitendo nolumus, Vę poſtmodum, ſine fine ſentiamus, &c.

A bus Phariſæorum, Mar. 7. *Phariſæi* [inquit] *& omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. Et à foro niſi baptizentur;* id eſt, abluantur, *non comedunt; & alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata*, id eſt ablutiones *calicum, & vrceorum, & æramentorum & lectorũ, &c.* Exterioremq; verò partem, id eſt: animum impurum, rapina iniuſtitiã que contaminatum gerebant. Horta- (*Phariſæorũ ablutiones.*)

B tur Dominus, *Phariſæe cæce*, qui ſordes veras animi non cernis, *munda prius quod intus eſt calicis*, id eſt animum, *vt fiat quod deforis eſt*, id eſt, corpus *mundũ* perfectè. Si enim animus immundus eſt, non eſt corpus perfectè mundum animi enim ſordib. inquinatur. Aliter; ordo munditiæ docetur. Munda prius internum animum, vt poſtea externum corpus fiat mundum.

C

Mundatis quod deforis eſt calicis.

Sextum væ Phariſæi animo ſordidi, corpore lauti erant.

Hoc eſt ſextum Vę. Phariſæorum & Scribarum Dominus carpit, aperitque hypocriſim, & ſordes internas animi. Cùm vaſe illos confert, paropſide, id eſt, patina, ſiue calice, id eſt, poculo, foris quidem abluto, atque mundo, intus ſordido. Sic illi extrinſecus corpore erant lauti; intrinſecus animo ſordidi. *Væ* [inquit] *vobis quia mundatis, quod deforis eſt calicis, et paropſidis*, hoc eſt, quod in vobis veluti in vaſe deforis apparet, hoc eluitis, quod autem intus occultum deliteſcit, id eſt, animus plenus eſt rapina, & immunditia, Græcè, *ἀδικίας*, id eſt, *iniuſtitia* ſordibus. Phariſæe cæce internis carens oculis, *prius munda, quod intus eſt populi*; hoc eſt, prius animum elue, atque excurga, *vt id quod deforis eſt fiat mundum.* Si enim animus mundus eſt, ac purus externa bona opera mũda ſunt ac pura, ſi animus inquinatus eſt, hypocriſique ſordidus, externa bona opera, praua intentione contaminat.

Mũdãdus animus,

Aliter de corpore & animo ſic hęc explanantur. *Mundatis quod deforis eſt calicis*, id eſt, corpus abluitis, animi puritatem minimè curatis. De ablutioni-

Similes eſtis ſepulchris dealbatis.

Septimum væ.

Hoc eſt ſeptimum Væ. Alia ſimilitudine internas Phariſæorum Scribarumque ſordes, hypocriſimq; aperit. *Væ* [inquit] *vobis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis.* Extrinſecus quidem ſpecioſa, ac pulchra videntur, intrinſecus verò fœda ſunt, & mortuorum

D oſſib. plena. Vos externa ſpecie iuſti hominibus videmini, intus autem animum geritis hypocryſi, & iniquitate plenum. Sepulchra erant dealbata Phariſæi & Scribę, hoc loco, hæc ſepulchra per hypocriſim clauſa, aperuit Dominus exhalãtque odorem teterrimum. Nullus enim tetrior odor, odore vitiorum eſt.

Animos hi mortuus, hoc eſt, gratię vita priuatos, veluti fœtida ca-

E dauera, in corporibus nitidis, ac dealbatis ferebant.

Ablutioni corporum ſtudebant, animorum vitam, & ablutionem negligebant. Hypocriſis vitio maximè laborabant, cuius eſt, extima quę hominum oculis cernuntur egregiè comere, ac fucare; internas, ſolidaſque animi virtutes pro nihilo ducere. Simulare ſanctitatem, & ſectari iniquitatem. Vnde illud Poetæ,

Digitized by Google

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt. Iun. Sat. 2.

D. Bern. Hypocritæ (ait Bern. ſer. 66. in Cã.) boni videri, non eſſe, mali non videri ſed eſſe, volunt, &c. Hinc illud Auctoris imperfecti homil. 45. Dicito mihi hypocrita, ſi bonum eſt eſſe bonum, vt quid non vis eſſe, quod vis apparere? Si verò malum eſt eſſe malum, vt quid vis eſſe, quod non vis apparere? Nam quod turpe eſt apparere, turpius eſt eſſe; quod autem formoſum eſt apparere, formoſius eſt eſſe, &c.

Auctor imperfect. *Hypocrita nõ vult eſſe quod vult videri.*

Hypocrita ὑποκριτὴς, Græcè, Latinè *hiſtrio* dicitur. Suetonius in Nerone capitè 13. Non aliter (inquit) confirmatus eſt, quam adiuuante hypocrita, &c. id eſt, hiſtrione. Demoſthenes itemrogatus, quid in eloquentia eſſet præcipuum, reſpondit; hypocriſis, id eſt, actio. Quemadmodum hiſtrio in ſcæna perſonam fert alienam regis, vel diuitis, cùm ipſe ignobilis, & inops ſit; hypocritæ perſonam gerit alienam iuſti, ac ſancti, cùm improbus ſit, atque iniquus. Alius eſt foris hiſtrio, alius intus. Sic hypocrita intus impius, foris optimus. Auguſt. libro 2. de ſerm. Domini in monte capite 2. Sunt [inquit] hypocritæ ſimulatores, tamquam pronunciatores perſonarum alienarum ſicut in theatricis fabulis. Non enim; qui agit partes Agammenonis in tragœdia, verbi gratia, ſiue alicuius alterius, verè ipſe eſt ſed ſimulatũ, & hypocrita dicitur. Sic in Eccleſia, vel in omni vita humana, quiſquis ſe vult videri, quod non eſt; hypocrita eſt, &c. Struthionibus ſimiles eſſe ait hypocritas D. Grego. Iob. 39. ad illa verba. *Penna ſtruthionis, ſimilis eſt pennis herodiis, & accipitris, &c.* Similes ſunt alæ ſtruthionis, & herodij, atque accipitris, ſed non ſimilis volatis. Struthio namque terram volatu non deſerit, herodius, & accipiter altè volant. Eundem in modum, ſimilia ſunt opera, ſimilis habitus, & ſermo hypocritæ, & ſancti viri, ſed hic altè volat, terræ ille adhæret. Hypocritæ. [ait Gregorius] volandi pennas habent per ſpeciem, ſed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram ſanctitatis extendunt, ſed curarum ſæcularium pondere prægrauati, nullatenus a terra ſubleuantur, &c.

Hypocrita eſt hiſtrio. *Auguſt.* *De hypocritis.* *Hypocritæ ſimiles ſtruthioni, & cygno.*

Dicuntur cygni carnes habere coloris nigri, cùm tamen pennas habeãt candidas. Itaquè intus atri, foris ſunt candidi. En tibi hypocritæ cygni ſunt, animo tetri, externa ſpecie albi Non tamen cygneum melos fundent in morte huiuſmodi cygni, ſed mæſtas fundent lacrymas; quia mors, quæ quærebant, auferet omnia. Candidas auferet pennas, atrum colorem quid latebat, deteget.

Epiſt. 2. ad Cor. cap 11. ait Apoſtolus, *Satanam in Angelum lucis ſeſe transfigurare.* Similis eſt hypocritarum lux, luci ſatanæ transfigurati, quę mox diſparet, & in craſſiſſimam commutatur caliginem. Transfigurat ſe cacodæmon in angelum lucis; tranſfigurat quoque ſe hypocrita in virum lucis, id eſt, iuſtitiæ, neque veram lucem habet dæmon, ſed veras tenebras, neq; veram iuſtitiam habet hypocrita, ſed veram iniuſtitiam, decipit dæmon in Angelum transfiguratus, decipit hypocrita in virum iuſtum transformatus. Ille Angelum ſanctum, hic virum ſanctum ſimulat, omnia ſimulata ſunt in vtroque, atque adumbrata, ſolidũ nihil. Virtutum tantummodo color quidam in hypocrita eſt, virtus abeſt, iuxta illud Bern. ſerm. 60. Cant. Non eſt apud hypocritas virtutes colere, ſed colorare vitia, quodam quaſi virtutum minio, &c.

Trãſfigurat ſe vt dæmon hypocrita.

Inſani ſeminatores hi ſunt. Nonne inſanus eſſet ſeminator, qui vento vehementiſſimo flante, ſemenque in propinquum flumen abripiente ſeminaret? Hic hipocrita eſt, inanis enim gloriæ ſpirante vento, ſementem facit: à quo ſemen penitus abripitur nihilq; fructus parit. Adeò autem inſanus eſt, vt ſeminare nolit niſi ſemen abripiens ventus ſpiret; quoque vehemẽtius ſpirat, eò illi iucundior eſt. Equidem nihil hi metent, quia vento, id eſt, inani gloriæ commiſere ſemẽ. At verò hi, qui non in vento, ſed in lacrymis ſemina ſpargunt, magna cũ exultatione fructum colligent. Iuxta illud Pſal. 125. *Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent, &c.* Hypocritis vero illud occinetur Pſal. 128. *Fiant ſicut fœnum*

Seminat in vẽto telas araneæ texit hypocrita, &c.

A *ſenum tectorum, quod prius quã euellatur exaruit, de quo non impleuit manum ſuam, qui metit, & ſinum ſuum, qui manipulos colligit, & non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini ſuper vos, &c.* Non eſt dignus benedictione Dei hypocrita impius, ſed maledictione, id quod ſatis locus hic oſtendit, quo impij hypocritæ Phariſæi, atq. Scribę, octies Vę, id eſt, maleditione percutiũtur. Sicut fænum ſunt tectorum celſorum, ſuper- B bia elati, & abſq. fructu areſcunt. Telæ areanearum ſunt illorum opera, ex quibus nullum illis veſtimentum efficietur, cum opera iuſti telę ſint bombycinę, ex quibus pręclaræ illis veſtes in cœlo adaptantur. Iſai. 59. *Telas araneæ texuerunt telæ eorum non erunt in veſtimentum, neq; operientur operibus ſuis: opera eorum, opera inutilia, & cætera.*

Hypocita eſt ſcopus prauus.

Quemadmodum abſq. vento na- C uis minimè nauigat, ſic hypocrita abſque inanis gloriæ vento, minimè operatur. Egregie illi congruit illud Iob. 7. *Ventus eſt vita mea*, inanis enim glorię ventus, illi vita eſt; hoc paſcitur, hoc viuit. Pſal. 77. [Conuerſi ſunt in arcum prauum.] In arcum prauum conuertuntur hypocritę, quoniam ab ſcopo toto cœlo aberrant. Prauus arcus ab ſcopo aberrat, ſcopum non ferit; ſic hypocrita ab ſcopo, id eſt, Dei D gloria, ad quam opera debent dirigi, intentionem deflectit, propriam, vanamque gloriam petit. Eccleſiaſtici. 2. *Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs, &c.* Vę hypocritę terram is duabus ingreditur vijs, Cœli via iter habet, hominum opinione, reuera Orci via, in flammas ſempiternas tendit, Hypocriſim appellat Bernard. ſerm. 33. in cant. *negotium perambulans in tenebris.* Etenim in tenebris hypocrita ne- E gotiatur; quia ſeſe abſcondere nititur, Illius vero negotiatio inanis eſt glorię, & honoris ambitioſa comparatio. Hypocriſis (ait Bern.) eſt negotium perambulans in tenebris, Etenim iſta de ambitione deſcendit, & in tenebris habitatio eius. Quippe abſcondit quod eſt, & quod non eſt mẽtitur. Negotiatur autem omni tempore formam retinens pietatis, ad ſeſe occultandum, virtutem autem eius

A vendicans, & emens honores. &c.

Eſt explicatio hypocriſis. Vt piſcator hamum tegit eſca, ſic hyprocrita vitia, virtutis tegit ſpecie, piſciculumque viliſſimum, id eſt, glorioſam vanam expiſcatur. Ex ambitione deſcẽdit (vt Ben. ait) hypocriſis; ex ambitione illa deſcendit in Phariſæorum Scribarumque pectora. Honoris erant cupidi ideo in tenebris perãbulãtes, negotium hypocriſis exercebant, hono- B resq; virtutis ſimilitudine mercabantur, & gloriam inanem. At illi cæleſtẽ ignorabant gloriam, de regno cælorum verba non intelligebant. Nos verò quibus cæleſtis gloria notiſſima eſt, quibus cœlorum regnum toties prædicatur, turpius eſt aliam quærere gloriam, alia regna affectare alios honores ambire. Valeat igitur gloria terrena, quæratur cęleſtis,

C

CAPVT. XXVIII.

De vitijs Phariſæorum, & Scribarum, & ſupplicio.

D

Aedificatis ſepulchra prophetarum.

Morale.

HOC eſt væ octauum, atque extremum quo ſupplicium Iudæis grauiſſimum, extremumque Dominus prænunciat; propter cædem Meſſiæ, & diſcipulorum perſecutionem E *Væ* [inquit] *vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui* vetuſtate collapſa *ſepulchra prophetarum ædificatis, & exornatis iuſtorum monumenta*, eorundem ſcilicet iuſtorum prophetarum. *Dicitis verò, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum.* Hoc eſt non occideremus prophetas, quemadmodum occiderunt patres noſtri. Ex his verbis conſtat vos filios eſſe eorum, qui prophe-

Væ octauũ.

Camelus peccatum mortiferũ indicat.

mortifera perpetrant crimina, camelos deglutiunt. O portenta. Non poteſt deglutiri camelus, niſi gutture latiſſimo; neq. verò poteſt deglutiri mortiferum ſcelus; niſi latiſſima conſcientia. Stricta, arctaque conſcientia colũ eſt, quod ne culices quidem, id eſt, pleraque peccata venialia pertrãſeũt. At

Conſciẽtia arcta, & lata quæ ſint.

conſcientia lata guttur eſt latiſſimum quo etiam magni cameli, hoc eſt flagitia deglutiuntur. Qui deglutit ſolum aut deuorat amarum cibum, neque terit dentibus, amaritudinem non perſentit; quamobrem catapotia deglutiuntur, ne amaritudine offendãt fauces Camelos impij deglutiunt, ſcelera deuorant amariſſima, non mandũt, id eſt, conſideratione veluti dentibus non terunt. Id ſi facerent, amarore offenſi, ex ipſis animi faucibus illa pellerent. Camelum deglutiuerunt Iudæi, etiam tunc cùm Chriſtum cruci ſuffixerunt, ingenſque ſcelus deuorarunt; Culicem excolarunt, cùm Io. 18. *Non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha.* In prætorium introire verebantur; Chriſtum autem occidere non verebantur.

Rebus ea cura tribuenda eſt, quã quælibet ſuo iure poſcit; magnis magna paruis minor. At ſunt nõnulli qui

Rebus magnis magna cura tribuẽda paruis parua.

rebus paruis, id eſt, caducis, magnam tribuunt curam, rebus autem magnis, id eſt, æternis, paruam. Hi excolant culices, camelos glutiunt. Lege D. Bernardum libro quarto de conſideratione; Quotidianas (inquit) expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & innumera dominici gregis detrimenta neſcimus; de pretio eſcarum, & numero panum, cùm miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum celebratur collatio cum preſbyteris de peccatis populorum. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo eſt qui reputet. Sic optimi æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam vel nullam, de maximis curam gerant. Ita Bernardus. De maximis cura gerenda eſt maxima; ſcilicet de iudicio, miſericordia, fide, & caritate. Decimanda menta; anethum, & cuminum: non tamen relinquenda ſunt

A grauiora legis, ne quẽmadmodum Phariſæi, ſic nos à Domino audiamus; *Væ vobis.*

Horrendum eſt ex Chriſti ore audire, *Væ.* Octies autem vt diximus in Phariſæos, & Scribas, fulminat *væ vobis.* Quoties peccamus, toties formidando, *Væ* nũc profert. Beatitudines

Horrẽdum eſt ex Chriſti ore audire væ.

complectamur, *Væ* fugiamus. Duplus *Væ*; alterum præſentis ſæculi, alterũ futuri. D. Hieronymus docet Amos

B 5. ad illa verba. *In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris ſunt, dicitur, Væ, Væ,* Incurrunt (inquit) in duplex *Væ*, carnis, & ſpiritus, præſentis ſæculi, atque futuri, &c. Hoc duplex

Væ impijs horrendum

Væ, illis contingit, qui præcepta Dei grauiora, vt Scribæ, & Phariſæi perfringunt Væ carnis, & Væ ſpiritus, Væ præſentis ſæculi, & Væ futuri. Iſaię 3 *Væ impio in malum; retributio enim manuum eius fiet ei, &c.* Iob. 10. *ſi im-*

D *pius fuero Væ mihi, &c. In omnibus plateis erit planctus* [ait Amos c. 5.] *& in cunctis quæ foris ſunt, dicitur, Væ, Væ,* In omnibus enim vijs latis quę in orcum tendunt, & in omnibus quę foris extra cœleſtem Ieruſalem ſunt, erit *Væ.*

In libro, qui Ezechieli deuorãdus offertur, in fine capitis 2. *Scripta erant lamentationes, carmen, & Vę.* Vt Grego-

C rius interpretat̃; lamentationes ſunt pœnitentium, carmina ſunt beatorum, Vę, ſupplicium indicat damnatorum. In ſacro volumine (id eſt ſcriptura) ait Gregorius, tria ſcripta ſunt, lamentationes, carmen, & Vę. Lamentationes, quia in eo ſcripta eſt pœnitentia peccatorum; Carmen verò, quia ibi prænunciantur gaudia iuſtorum. Vę autem, quia illic expreſſa eſt damnatio reproborum, &c.

E Et Diuus Hieronym. in Ezechielem: Scripturę erant lamentationes (inquit) de his qui ad pœnitentiam prouocantur. Carmen ſuper his, qui Dei digni ſunt teſtimonio, & quibus pſalmiſta pręcipit Pſalm. 94. *Cantate Domino canticum nouum.* Porrò Vę ſuper illis, qui pœnitus deſperantur, & cùm venerint in profundum peccatorum contemnunt, &c. ſatius eſt lamentationes complecti in vita,

quam

quam æternum. Væ perpeti poſt vitã Complectamur ergo hic lamentationes pœnitentiæ, ne poſtquam è vita, exceſſerimus, horrendum experiamur. Væ ſupplicij; ſed canamus carmina. Deuorauit Ezechiel librum, in quo erant lamentationes, carmen, & Væ; deuoremus & nos mentis conſideratione beatorum carmina, pœnitentium fœlicem luctum, damnatorum Væ ſempiternum. Eximia eſt hec animi eſca; eximium illi parit incrementum. Quid agendum eſt nobis [ait D. Gregor. homil. citata] niſi vt euigilemus ad huius verba voluminis, & mala, quæ nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus Vt per lamenta pœnitentiæ perueniamus ad carmen vitæ? Ne ſi affligi modo pœnitendo nolumus, Væ poſtmodum, ſine fine ſentiamus, &c.

Mundatis quod deforis eſt calicis.

Sextum væ Phariſæi animo ſordidi, corpore lauti erant.

HOc eſt ſextum Væ. Phariſæorum & Scribarum Dominus carpit, aperitque hypocriſim, & ſordes internas animi. Cùm vaſe illos confert, paropſide, id eſt, patina, ſiue calice, id eſt, poculo, foris quidem abluto, atque mundo, intus ſordido. Sic illi extrinſecus corpore erant lauti; intrinſecus animo ſordidi. *Væ* [inquit] *vobis quia mundatis, quod deforis eſt calicis, et paropſidis*, hoc eſt, quod in vobis veluti in vaſe deforis apparet, hoc eluitis, quod autem intus occultum deliteſcit, id eſt, animus plenus eſt rapina, & immunditia, Græcè, ἀδικίας, id eſt, *iniuſtitia* ſordibus. Phariſæe cæce internis carens oculis, *prius munda, quod intus eſt populi*; hoc eſt, prius animum elue, atque excurga, *vt id quod deforis eſt fiat mundum*. Si enim animus mundus eſt, ac purus externa bona opera mũda ſunt ac pura, ſi animus inquinatus eſt, hypocriſique ſordidus, externa bona opera, praua intentione contaminat.

Mũdãdus animus,

Aliter de corpore & animo ſic hæc explanantur. *Mundatis quod deforis eſt calicis*, id eſt, corpus abluitis, animi puritatem minimè curatis. De ablutionibus Phariſæorum, Mar. 7. *Phariſæi* [inquit] *& omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. Et à foro niſi baptizentur*; id eſt, abluantur, *non comedunt; & alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata*, id eſt ablutiones *calicum, & vrceorum, & aramentorum & lectorũ, &c.* Exterioremq; verò, partem, id eſt: animum impurum, rapina iniuſtitiãque contaminatum gerebant. Hortatur Dominus, *Phariſæe cæce*, qui ſordes veras animi non cernis, *munda prius quod intus eſt calicis*, id eſt animum, *vt fiat quod de foris eſt*, id eſt, corpus *mundũ* perfectè. Si enim animus immundus eſt, non eſt corpus perfecte mundum animi enim ſordib. inquinatur. Aliter; ordo munditiæ docetur. Munda prius internum animum, vt poſtea externum corpus fiat mundum.

Phariſæorũ ablutiones.

Similes eſtis ſepulchris dealbatis.

HOc eſt ſeptimum Væ. Alia ſimilitudine internas Phariſæorum Scribarumque ſordes, hypocriſimq. aperit. *Væ* [inquit] *vobis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis*. Extrinſecus quidem ſpecioſa, ac pulchra videntur, intrinſecus verò fœda ſunt, & mortuorum oſſib. plena. Vos externa ſpecie iuſti hominibus videmini, itus autem animum geritis hypocryſi, & iniquitate plenum. Sepulchra erant dealbata Phariſæi & Scribæ, hoc loco, hæc ſepulchra per hypocriſim clauſa, aperuit Dominus exhalãtque odorem teterrimum. Nullus enim tetrior odor, odore vitiorum eſt.

Septimum væ.

Animos hi mortuus, hoc eſt, gratiæ vita priuatos, veluti fœtida cadauera, in corporibus nitidis, ac dealbatis ferebant.

Ablutioni corporum ſtudebant, animorum vitam, & ablutionem negligebant. Hypocriſis vitio maximè laborabant, cuius eſt, extima quæ hominum oculis cernuntur egregiè comere, ac fucare; internas; ſolidaſque animi virtutes pro nihilo ducere. Simulare ſanctitatem, & ſectari iniquitatem. Vnde illud Poetæ,

mortifera perpetrant crimina, camelos deglutiunt. O portenta. Non poteſt deglutiri camelus, niſi gutture latiſſimo; neq. verò poteſt deglutiri mortiferum ſcelus; niſi latiſſima conſcientia. Stricta, arctaque conſcientia colũ eſt, quod ne culices quidem, id eſt, pleraque peccata venialia pertrãſeũt. At conſcientia lata guttur eſt latiſſimum quo etiam magni cameli, hoc eſt flagitia deglutiuntur. Qui deglutit ſolum aut deuorat amarum cibum, neque terit dentibus, amaritudinem non perſentit; quamobrem catapotia degluriuntur, ne amaritudine offendãt fauces. Camelos impij deglutiunt, ſcelera deuorant amariſſima, non mandũt, id eſt, conſideratione veluti dentibus non terunt. Id ſi facerent, amarore offenſi, ex ipſis animi faucibus illa pellerent. Camelum deglutiuerunt Iudæi, etiam tunc cùm Chriſtum cruci ſuffixerunt, ingenſque ſcelus deuorarunt; Culicem excolarunt, cùm Io. 18. *Non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha.* In prætorium introire verebantur; Chriſtum autem occidere non verebantur.

Camelus peccatum mortiferũ indicat.

Conſciẽtia arcta, & lata quæ ſint.

Rebus ea cura tribuenda eſt, quã quælibet ſuo iure poſcit; magnis magna paruis minor. At ſunt nõnulli qui rebus paruis, id eſt, caducis, magnam tribuunt curam, rebus autem magnis, id eſt, æternis, paruam. Hi excolant culices, camelos glutiunt. Lege D. Bernardum libro quarto de conſideratione; Quotidianas (inquit) expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & innumera dominici gregis detrimenta neſcimus; de pretio eſcarum, & numero panum, cùm miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum celebratur collatio cum preſbyteris de peccatis populorum. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo eſt qui reputet. Sic optimi æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam vel nullam, de maximis curam gerant. Ita Bernardus. De maximis cura gerenda eſt maxima; ſcilicet de iudicio, miſericordia, fide, & caritate. Decimanda menta; anethum, & cuminum: non tamen relinquenda ſunt

Rebus magnis magna cura tribuẽda paruis parua.

A grauiora legis, nequemadmodum Phariſæi, ſic nos à Domino audiamus; *Væ vobis.*

Horrendum eſt ex Chriſti ore audire, *Væ.* Octies autem vt diximus in Phariſæos, & Scribas, fulminat *væ vobis.* Quoties peccamus, toties formidando, *Væ* nũc profert. Beatitudines complectamur, *Væ* fugiamus. Duplus *Væ*; alterum præſentis ſæculi, alterũ futuri, D. Hieronymus docet Amos

Horrẽdum eſt ex Chriſti ore audire væ.

B 5. ad illa verba. *In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris ſunt, dicitur, Væ, Væ,* Incurrunt (inquit) in duplex *Væ*, carnis, & ſpiritus, præſentis ſæculi, atque futuri, &c. Hoc duplex Væ, illis contingit, qui præcepta Dei grauiora, vt Scribæ, & Phariſæi perfringunt Væ carnis, & Væ ſpiritus, Væ præſentis ſæculi, & Væ futuri. Iſaiæ 3. *Væ impio in malum; retributio enim manuũ eius fiet ei, &c.* Iob. 10. *ſi impius fuero Væ mihi, &c. In omnibus plateis erit planctus* [ait Amos c. 5.] *& in cunctis quæ foris ſunt, dicetur, Væ, Væ,* In omnibus enim vijs latis quæ in orcum tendunt, & in omnibus quæ foris extra cœleſtem Ieruſalem ſunt, erit *Væ.*

Væ impijs horrendum

C In libro, qui Ezechieli deuorãdus offertur, in fine capitis 2. *Scripta erant lamentationes, carmen, & Væ.* Vt Gregorius interpretatur; lamentationes ſunt pœnitentium, carmina ſunt beatorum, Væ, ſupplicium indicat damnatorum. In ſacro volumine (id eſt ſcriptura) ait Gregorius, tria ſcripta ſunt, lamentationes, carmen, & Væ. Lamentationes, quia in eo ſcripta eſt pœnitentia peccatorum; Carmen verò, quia ibi prænunciantur gaudia iuſtorum. Væ autem, quia illic expreſſa eſt damnatio reproborum, &c.

E Et Diuus Hieronym. in Ezechielem: Scripturæ erant lamentationes (inquit) de his qui ad pœnitentiam prouocantur. Carmen ſuper his, qui Dei digni ſunt teſtimonio, & quibus pſalmiſta præcipit Pſalm. 94. *Cantate Domino canticum nouum.* Porrò Væ ſuper illis, qui pœnitus deſperantur, & cùm venerint in profundum peccatorum contemnunt, &c. ſatius eſt lamentationes complecti in vita,

quam

quam ęternum. Vę perpeti poſt vitã. Complectamur ergo hic lamentationes pœnitentiæ, ne poſtquam è vita, exceſſerimus, horrendum experiamur. Vę ſupplicij; ſed canamus carmina. Deuorauit Ezechiel librum, in quo erant lamentationes, carmen, & Vę; deuoremus & nos mentis conſideratione beatorum carmina, pœnitentium fœlicem luctum, damnatorum Vę ſempiternum. Eximia eſt hęc animi eſca; eximium illi parit incrementum. Quid agendum eſt nobis [ait D. Gregor. homil. citata] niſi vt euigilemus ad huius verba voluminis, & mala, quę nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus. Vt per lamenta pœnitentię perueniamus ad carmen vitę? Ne ſi affligi modo pœnitendo nolumus, Vę poſtmodum, ſine fine ſentiamus, &c.

A bus Phariſæorum, Mar. 7. *Phariſæi* [inquit] *& omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. Et à foro niſi baptizentur;* id eſt, abluantur, *non comedunt; & alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata*, id eſt ablutiones *calicum, & vrceorum, & æramentorum & lectorũ, &c.*

Phariſæorũ ablutiones.

Exterioremq; verò partem, id eſt: animum impurum, rapina iniuſtitiàque contaminatum gerebant. Horta-B tur Dominus, *Phariſæe cæce*, qui ſordes veras animi non cernis, *munda prius quod intus eſt calicis*, id eſt animum, *vt fiat quod de foris eſt*, id eſt, corpus *mundũ* perfectè. Si enim animus immundus eſt, non eſt corpus perfecte mundum animi enim ſordib. inquinatur. Aliter; ordo munditiæ docetur. Munda prius internum animum, vt poſtea externum corpus fiat mundum.

C

Mundatis quod deforis eſt calicis.

Sextum væ Phariſæi animo ſordidi, corpore lauti erant.

HOc eſt ſextum Vę. Phariſæorum & Scribarum Dominus carpit, aperitque hypocriſim, & ſordes internas animi. Cùm vaſe illos confert, paropſide, id eſt, patina, ſiue calice, id eſt, poculo, foris quidem abluto, atque mundo, intus ſordido. Sic illi extrinſecus corpore erant lauti; intrin- D ſecus animo ſordidi. *Væ* [inquit] *vobis quia mundatis, quod deforis eſt calicis, et paropſidis*, hoc eſt, quod in vobis veluti in vaſe deforis apparet, hoc eluitis, quod autem intus occultum deliteſcit, id eſt, animus plenus eſt rapina, & immunditia, Græcè, *ἀδικίας*, id eſt, *iniuſtitia* ſordibus. Phariſæe cæce internis carens oculis, *prius munda, quod intus eſt populi*; hoc eſt, prius animum elue, atque excurga, *vt id quod deforis eſt* E *fiat mundum*. Si enim animus mundus eſt, ac purus externa bona opera mũda ſunt ac pura, ſi animus inquinatus eſt, hypocriſique ſordidus, externa bona opera, praua intentione contaminat.

Mũdãdus animus,

Aliter de corpore & animo ſic hęc explanantur. *Mundatis quod deforis eſt calicis*, id eſt, corpus abluitis, animi puritatem minimè curatis. De ablutioni-

Similes eſtis ſepulchris dealbatis.

HOc eſt ſeptimum Væ. Alia ſimilitudine internas Phariſæorum Scribarumque ſordes, hypocriſimq. aperit. *Væ* [inquit] *vobis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis*. Extrinſecus quidem ſpecioſa, ac pulchra videntur, intrinſecus verò fœda ſunt, & mortuorum oſſib. plena. Vos externa ſpecie iuſti hominibus videmini, ĩtus autem animum geritis hypocryſi, & iniquitate plenum. Sepulchra erant dealbata Phariſæi & Scribę, hoc loco, hæc ſepulchra per hypocriſim clauſa, aperuit Dominus exhalátque odorem teterrimum. Nullus enim tetrior odor, odore vitiorum eſt.

Septimum væ.

Animos hi mortuus, hoc eſt, gratię vita priuatos, veluti fœtida cadauera, in corporibus nitidis, ac dealbatis ferebant.

Ablutioni corporum ſtudebant, animorum vitam, & ablutionem negligebant. Hypocriſis vitio maximè laborabant, cuius eſt, extima quę hominum oculis cernuntur egregiè comere, ac fucare; internas; ſolidaſque animi virtutes pro nihilo ducere. Simulare ſanctitatem, & ſectari iniquitatem. Vnde illud Poetæ,

mortifera perpetrant crimina, camelos deglutiunt. O portenta. Non poteſt deglutiri camelus, niſi gutture latiſſimo; neq. verò poteſt deglutiri mortiferum ſcelus; niſi latiſſima conſcientia. Stricta, arctaque conſcientia colũ eſt, quod ne culices quidem, id eſt, pleraque peccata venialia pertrãſeũt. At conſcientia lata guttur eſt latiſſimum quo etiam magni cameli, hoc eſt flagitia degluiiuntur. Qui deglutit ſolum

Camelus peccatum mortiferũ indicat.

Conſciẽtia arcta, & lata quæ ſint.

B aut deuorat amarum cibum, neque terit dentibus, amaritudinem non perſentit; quamobrem catapotia degluttiuntur, ne amaritudine offendãt fauces. Camelos impij deglutiunt, ſcelera deuorant amariſſima, non mandũt, id eſt, conſideratione veluti dentibus non terunt. Id ſi facerent, amarore offenſi, ex ipſis animi faucibus illa pellerent. Camelum deglutierunt Iudæi, etiam tunc cùm Chriſtum cruci ſuffixerunt, ingenſque ſcelus deuorarunt;

D Culicem excolarunt, cùm Io. 18. *Non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha.* In prætorium introire verebantur; Chriſtum autem occidere non verebantur.

Rebus ea cura tribuenda eſt, quã quælibet ſuo iure poſcit; magnis magna paruis minor. At ſunt nõnulli qui rebus paruis, id eſt, caducis, magnam

Rebus magnis magna cura tribuẽda paruis parua.

C tribuunt curam, rebus autem magnis, id eſt, æternis, paruam. Hi excolant culices, camelos glutiunt. Lege D. Bernardum libro quarto de conſideratione; Quotidianas (inquit) expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & innumera dominici gregis detrimenta neſcimus; de pretio eſcarum, & numero panum, cùm miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum celebratur collatio cum preſ

E byteris de peccatis populorum. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo eſt qui reputet. Sic optimi æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam vel nullam, de maximis curam gerant. Ita Bernardus. De maximis cura gerenda eſt maxima; ſcilicet de iudicio, miſericordia, fide, & caritate. Decimanda menta; anethum, & cuminum: non tamen relinquenda ſunt

A grauiora legis, ne quemadmodum Phariſæi, ſic nos à Domino audiamus; *Væ vobis.*

Horrendum eſt ex Chriſti ore audire, *Væ*. Octies autem vt diximus in Phariſæos, & Scribas, fulminat *væ vobis.* Quoties peccamus, toties formidando, *Væ* nũc profert. Beatitudines complectamur, *Væ* fugiamus. Duplus *Væ*; alterum preſentis ſæculi, alterũ futuri. D. Hieronymus docet Amos

Horrẽdum eſt ex Chriſti ore audire væ.

B 5. ad illa verba. *In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris ſunt, dicitur, Væ, Væ,* Incurrunt (inquit) in duplex *Væ*, carnis, & ſpiritus, preſentis ſæculi, atque futuri, &c. Hoc duplex Væ, illis contingit, qui præcepta Dei grauiora, vt Scribæ, & Phariſæi perfringunt Væ carnis, & Vę ſpiritus, Væ preſentis ſæculi, & Væ futuri. Iſaię 3. *Væ impio in malum; retributio enim manuũ eius fiet ei, &c.* Iob. 10. *ſi impius fuero Væ mihi, &c. In omnibus plateis erit planctus* [ait Amos c. 5.] *& in cunctis quæ foris ſunt, dicitur, Væ, Væ,* In omnibus enim vijs latis quę in orcum tendunt, & in omnibus quę foris extra cœleſtem Ieruſalem ſunt, erit *Væ*.

Væ impijs horrendum

In libro, qui Ezechieli deuorãdus offertur, in fine capitis 2. *Scripta erant lamentationes, carmen, & Vę.* Vt Gregorius interpretatꝰ; lamentationes ſunt

C pœnitentium, carmina ſunt beatorum, Vę, ſupplicium indicat damnatorum. In ſacro volumine (id eſt ſcriptura) ait Gregorius, tria ſcripta ſunt, lamentationes, carmen, & Vę. Lamentationes, quia in eo ſcripta eſt pœnitentia peccatorum; Carmen verò, quia ibi prænunciantur gaudia iuſtorum. Vę autem, quia illic expreſſa eſt damnatio reproborum, &c.

E Et Diuus Hieronym. in Ezechielem: Scripturę erant lamentationes (inquit) de his qui ad pœnitentiam prouocantur. Carmen ſuper his, qui Dei digni ſunt teſtimonio, & quibus pſalmiſta pręcipit Pſalm. 94. *Cantate Domino canticum nouum.* Porrò Vę ſuper illis, qui pœnitus deſperantur, & cùm venerint in profundum peccatorum contemnunt, &c. ſatius eſt lamentationes complecti in vita, quam

Digitized by Google

quam æternum. Vę perpeti poſt vitā Complectamur ergo hic lamentationes pœnitentiæ, ne poſtquam è vita, exceſſerimus, horrendum experiamur. Vę ſupplicij; ſed canamus carmina. Deuorauit Ezechiel librum, in quo erant lamentationes, carmen, & Vę; deuoremus & nos mentis conſideratione beatorum carmina, pœnitentium fœlicem luctum, damnatorum Vę ſempiternum. Eximia eſt hec animi eſca; eximium illi parit incrementum. Quid agendum eſt nobis[ait D. Gregor. homil. citata] niſi vt euigilemus ad huius verba voluminis, & mala, quę nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus Vt per lamenta pœnitentię perueniamus ad carmen vitę? Ne ſi affligi modo pœnitendo nolumus, Vę poſtmodum, ſine fine ſentiamus, &c.

Mundatis quod deforis eſt calicis.

Sextum væ Phariſæi animo ſordidi, corpore lauti erant.

HOc eſt ſextum Vę. Phariſæorum & Scribarum Dominus carpit, aperitque hypocriſim, & ſordes internas animi. Cùm vaſe illos confert, paropſide, id eſt, patina, ſiue calice, id eſt, poculo, foris quidem abluto, atque mundo, intus ſordido. Sic illi extrinſecus corpore erant lauti; intrinſecus animo ſordidi. *Væ*[inquit] *vobis quia mundatis, quod deforis eſt calicis, et paropſidis*, hoc eſt, quod in vobis veluti in vaſe deforis apparet, hoc eluitis, quod autem intus occultum deliteſcit, id eſt, animus plenus eſt rapina, & immunditia, Græcè, *ἀδικίας*, id eſt, *iniuſtitia* ſordibus. Phariſæe cæce internis carens oculis, *prius munda, quod intus eſt populi*; hoc eſt, prius animum elue, atque excurga, *vt id quod deforis eſt fiat mundum*. Si enim animus mundus eſt, ac purus externa bona opera mūda ſunt ac pura, ſi animus inquinatus eſt, hypocriſique ſordidus, externa bona opera, praua intentione contaminat.

Mūdādus animus,

Aliter de corpore & animo ſic hęc explanantur. *Mundatis quod deforis eſt calicis*, id eſt, corpus abluitis, animi puritatem minimè curatis. De ablutionibus Phariſæorum, Mar. 7. *Phariſæi*[inquit]*& omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. Et à foro niſi baptizentur*; id eſt, abluantur, *non comedunt; & alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata*, id eſt ablutiones *calicum, & vrceorum, & æramentorum & lectorū, &c.* Exterioremq; verò, partem, id eſt: animum impurum, rapina iniuſtitiā que contaminatum gerebant. Hortatur Dominus, *Phariſæe cæce*, qui ſordes veras animi non cernis, *munda prius quod intus eſt calicis*, id eſt animum, *vt fiat quod deforis eſt*, id eſt, corpus *mundū* perfectè. Si enim animus immundus eſt, non eſt corpus perfectè mundum animi enim ſordib. inquinatur. Aliter; ordo munditiæ docetur. Munda prius internum animum, vt poſtea externum corpus fiat mundum.

Phariſæorū ablutiones.

Similes eſtis ſepulchris dealbatis.

Septimum væ.

HOc eſt ſeptimum Væ. Alia ſimilitudine internas Phariſæorum Scribarumque ſordes, hypocriſimq; aperit. *Væ*[inquit]*vobis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis.* Extrinſecus quidem ſpecioſa, ac pulchra videntur, intrinſecus verò fœda ſunt, & mortuorum oſſib. plena. Vos externa ſpecie iuſti hominibus videmini, intus autem animum geritis hypocryſi, & iniquitate plenum. Sepulchra erant dealbata Phariſæi & Scribę, hoc loco, hæc ſepulchra per hypocriſim clauſa, aperuit Dominus exhalâtque odorem teterrimum. Nullus enim tetrior odor, odore vitiorum eſt.

Animos hi mortuus, hoc eſt, gratię vita priuatos, veluti fœtida cadauera, in corporibus nitidis, ac dealbatis ferebant.

Ablutioni corporum ſtudebant, animorum vitam, & ablutionem negligebant. Hypocriſis vitio maximè laborabant, cuius eſt, extima quę hominum oculis cernuntur egregiè comere, ac fucare; internas; ſolidaſque animi virtutes pro nihilo ducere. Simulare ſanctitatem, & ſectari iniquitatem. Vnde illud Poetæ,

Qqq 2 Qui

quam ęternum. Vę perpeti poſt vitã Complectamur ergo hic lamentationes pœnitentiæ, ne poſtquam è vita, exceſſerimus, horrendum experiamur. Vę ſupplicij; ſed canamus carmina. Deuorauit Ezechiel librum, in quo erant lamentationes, carmen, & Vę; deuoremus & nos mentis conſideratione beatorum carmina, pœnitentium fœlicem luctum, damnatorum Vę ſempiternum. Eximia eſt hec animi eſca; eximium illi parit incrementum. Quid agendum eſt nobis[ait D.Gregor. homil. citata] niſi vt euigilemus ad huius verba voluminis, & mala, quę nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus Vt per lamenta pœnitentię perueniamus ad carmen vitę? Ne ſi affligi modo pœnitendo nolumus, Vę poſtmodum, ſine fine ſentiamus, &c.

A bus Phariſæorum, Mar. 7. *Phariſæi*[inquit]*& omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. Et à foro niſi baptizentur*; id eſt, abluantur, *non comedunt; & alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata*, id eſt ablutiones *calicum, & vrceorum, & æramentorum & lectorũ, &c.* Exteriorem q; verò, partem, id eſt: animum impurum, rapina iniuſtitiã que contaminatum gerebant. Horta-

Phariſæorũ ablutiones.

B tur Dominus, *Phariſæe cæce*, qui ſordes veras animi non cernis, *munda prius quod intus eſt calicis*, id eſt animum, *vt fiat quod de foris eſt*, id eſt, corpus *mundũ* perfectè. Si enim animus immundus eſt, non eſt corpus perfecte mundum animi enim ſordib. inquinatur. Aliter; ordo munditiæ docetur. Munda prius internum animum, vt poſtea externum corpus fiat mundum.

C

Mundatis quod deforis eſt calicis.

Sextum væ Phariſæi animo ſordidi, corpore lauti erant.

HOc eſt ſextum Vę. Phariſæorum & Scribarum Dominus carpit, aperitque hypocriſim, & ſordes internas animi. Cùm vaſe illos confert, paropſide, id eſt, patina, ſiue calice, id eſt, poculo, foris quidem abluto, atque mundo, intus ſordido. Sic illi extrinſecus corpore erant lauti; intrinſecus animo ſordidi. *Væ*[inquit] *vobis quia mundatis, quod deforis eſt calicis, et paropſidis*, hoc eſt, quod in vobis veluti in vaſe deforis apparet, hoc eluitis, quod autem intus occultum deliteſcit, id eſt, animus plenus eſt rapina, & immunditia, Græcè, ἀδικίας, id eſt, *iniuſtitia* ſordibus. Phariſæe cæce internis carens oculis, *prius munda, quod intus eſt populi*; hoc eſt, prius animum elue, atque excurga, *vt id quod deforis eſt fiat mundum*. Si enim animus mundus eſt, ac purus externa bona opera mũda ſunt ac pura, ſi animus inquinatus eſt, hypocriſique ſordidus, externa bona opera, praua intentione contaminat.

Mũdãdus animus,

Aliter de corpore & animo ſic hęc explanantur. *Mundatis quod deforis eſt calicis*, id eſt, corpus abluitis, animi puritatem minimè curatis. De ablutioni-

Similes eſtis ſepulchris dealbatis.

Septimum væ.

HOc eſt ſeptimum Væ. Alia ſimilitudine internas Phariſæorum Scribarumque ſordes, hypocriſimq, aperit. *Væ*[inquit]*vobis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis*. Extrinſecus quidem ſpecioſa, ac pulchra videntur, intrinſecus verò fœda ſunt, & mortuorum

D oſſib. plena. Vos externa ſpecie iuſti hominibus videmini, itus autem animum geritis hypocryſi, & iniquitate plenum. Sepulchra erant dealbata Phariſæi & Scribę, hoc loco, hæc ſepulchra per hypocriſim clauſa, aperuit Dominus exhalâitque odorem teterrimum. Nullus enim tetrior odor, odore vitiorum eſt.

Animos hi mortuos, hoc eſt, gratię vita priuatos, veluti fœtida ca-

E dauera, in corporibus nitidis, ac dealbatis ferebant.

Ablutioni corporum ſtudebant, animorum vitam, & ablutionem negligebant. Hypocriſis vitio maximè laborabant, cuius eſt, extima quę hominum oculis cernuntur egregiè comere, ac fucare; internas; ſolidaſque animi virtutes pro nihilo ducere. Simulare ſanctitatem, & ſectari iniquitatem. Vnde illud Poetæ,

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt. A

Iuu. Sat. 2.
D. Bern.

Hypocritæ (ait Bern. ſer. 66. in Cā.)
boni videri, non eſſe, mali non videri
ſed eſſe, volunt, &c. Hinc illud Aucto
ris imperfecti homil. 45. Dicito mihi
hypocrita, ſi bonum eſt eſſe bonum,
vt quid non vis eſſe, quod vis appa
rere? Si verò malum eſt eſſe malum,
vt quid vis eſſe, quod non vis appa-
rere? Nam quod turpe eſt appare-
re, turpius eſt eſſe; quod autem for- B
moſum eſt apparere, formoſius eſt
eſſe, &c.

Auctor imperfect.
Hypocrita nō vult eſſe quod vult videri.

Hypocrita *ὑποκριτὴς*, Græcè, Lati-
nè *hiſtrio* dicitur. Suetonius in Nerone
capitè 13. Non aliter (inquit) confir-
matus eſt, quam adiurante hypocri-
ta, &c. id eſt, hiſtrione. Demoſthe-
nes item rogatus, quid in eloquentia
eſſet præcipuum, reſpondit; hypocri-
ſis, id eſt, actio. Quemadmodum hi-
ſtrio in ſcæna perſonam fert alienam C
regis, vel diuitis, cùm ipſe ignobilis,
& inops ſit; hypocritæ perſonam ge
rit alienam iuſti, ac ſancti, cùm impro
bus ſit, atque iniquus. Alius eſt foris
hiſtrio, alius intus. Sic hypocrita in-
tus impius, foris optimus. Auguſt. li-
bro 2. de ſerm. Domini in monte capi
te 2. Sunt [inquit] hypocritæ ſimula-
tores, tamquam pronunciatores per-
ſonarum alienarum ſicut in theatricis
fabulis. Non enim; qui agit partes A- D
gammenonis in tragœdia, verbi gra
tia, ſiue alicuius alterius, verè ipſe eſt
ſed ſimulatū, & hypocrita dicitur. Sic
in Eccleſia, vel in omni vita humana,
quiſquis ſe vult videri, quod non eſt;
hypocrita eſt, &c. Struthionibus ſi-
miles eſſe ait hypocritas D. Grego.
Iob. 39 ad illa verba. *Penna ſtruthionis, ſi
milis eſt pennis herodiis, & accipitris, &c.*
Similes ſunt alæ ſtruthionis, & hero-
dij, atque accipitris, ſed non ſimilis B
volatus. Struthio namque terram
volatu non deſerit, herodius, & acci-
piter altè volant. Eundem in modum,
ſimilia ſunt opera, ſimilis habitus, &
ſermo hypocritæ, & ſancti viri, ſed hic
altè volat, terræ ille adhæret. Hypo-
critæ. [ait Gregorius] volandi pen-
nas habent per ſpeciem, ſed in terra
repunt per actionem, quia alas per fi-
guram ſanctitatis extendunt, ſed cu-

Hypocrita eſt hiſtrio.

Auguſt.

De hypocritis.

Hypocritæ ſimiles ſtruthioni, & cygno.

rarum ſæcularium pondere prægraua
ti, nullatenus a terra ſubleuantur, &c.
Dicuntur cygni carnes habere colo-
ris nigri, cùm tamen pennas habeāt
candidas. Itaquè intus atri, foris
ſunt candidi. En tibi hypocritæ cygni
ſunt, animo tetri, externa ſpecie albi
Non tamen cygneum melos fundent
in morte huiuſmodi cygni, ſed mæſtas
fundent lacrymas; quia mors, quæ
quærebant, auferet omnia. Candi-
das auferet pennas, atrum colorem
quid latebat, deteget.

Epiſt. 2. ad Cor. cap 11. ait Apoſto-
lus, *Satanam in Angelum lucis ſeſe transfi-
gurare*. Similis eſt hypocritarum lux,
luci ſatanæ transfigurati, quæ mox di
ſparet, & in craſſiſſimam commuta-
tur caliginem. Transfigurat ſe caco-
dæmon in angelum lucis; transfigurat
quoque ſe hypocrita in virum lucis,
id eſt, iuſtitiæ, neque veram lucem ha
bet dæmon, ſed veras tenebras, neq;
veram iuſtitiam habet hypocrita, ſed
veram iniuſtitiam, decipit dæmon in
Angelum transfiguratus, decipit hy-
pocrita in virum iuſtum transforma-
tus. Ille Angelum ſanctum, hic virum
ſanctum ſimulat, omnia ſimulata ſunt
in vtroque, atque adumbrata, ſolidū
nihil. Virtutum tantummodo color
quidam in hypocrita eſt, virtus abeſt,
iuxta illud Bern. ſerm. 60. Cant. Non
eſt apud hypocritas virtutes colere,
ſed colorare vitia, quodam quaſi vir-
tutum minio, &c.

Trāsfigurat ſe vt dæmon hypocrita.

Inſani ſeminatores hi ſunt. Nonne
inſanus eſſet ſeminator, qui vento ve
hementiſſimo flante, ſemenque in pro
pinquum flumen abripiente ſemina-
ret? Hic hipocrita eſt, inanis enim glo
riæ ſpirante vento, ſementem facit: à
quo ſemen penitus abripitur nihilq;
fructus parit. Adeò autem inſanus
eſt, vt ſeminare nolit niſi ſemen abri
piens ventus ſpiret; quoque vehemē
tius ſpirat, eò illi iucundior eſt. Equi-
dem nihil hi metent, quia vento, id
eſt, inani gloriæ commiſere ſemē. At
vero hi, qui non in vento, ſed in lacry
mis ſemina ſpargunt, magna cū exul
tatione fructum colligent. Iuxta illud
Pſal. 125. *Qui ſeminant in lacrymis, in e-
xultatione metent, &c.* Hypocritis ve-
ro illud occinetur Pſal. 128. *Fiant ſicut
fœnum*

Seminat in vēto telas araneæ te-xit hypocrita, &c.

A *ſenum tectorum, quod prius quã euellatur*
exaruit, de quo non impleuit manum ſuam,
qui metit, & ſinum ſuum, qui manipulos col
ligit, & non dixerunt, qui præteribant, bene-
dictio Domini ſuper vos, &c. Non eſt di-
gnus benedictione Dei hypocrita im
pius, ſed maledictione, id quod ſatis
locus hic oſtendit, quo impij hypocri
tæ Phariſæi, atq. Scribę, octies Vę, id
eſt, maledictione percutiũtur. Sicut fæ
num ſunt tectorum celſorum, ſuper-
B bia elati, & abſq. fructu areſcunt. Te-
læ areanearum ſunt illorum opera, ex
quibus nullum illis veſtimentum ef-
ficietur, cum opera iuſti telę ſint
bombycinę, ex quibus pręclaræ il-
lis veſtes in cœlo adaptantur. Iſai.
59. *Telas aranea texuerunt tela eorum*
non erunt in veſtimentum, neq; operientur
operibus ſuis: opera eorum, opera inutilia,
& catera.

Quemadmodum abſq. vento na-
C uis minimè nauigat, ſic hypocrita abſ
que inanis gloriæ vento, minimè ope *Hypocita est ſcopus prauus.*
ratur. Egregie illi congruit illud Iob.
7. *Ventus eſt vita mea*, inanis enim glo-
rię ventus, illi vita eſt; hoc paſcitur,
hoc viuit. Pſal. 77. [Conuerſi ſunt in
arcum prauum.] In arcum prauum
conuertuntur hypocritę, quoniam ab
ſcopo toto cœlo aberrant, Prauus ar-
cus ab ſcopo aberrat, ſcopum non fe
rit; ſic hypocrita ab ſcopo, id eſt, Dei
D gloria, ad quam opera debent dirigi,
intentionem deflectit, propriam, va-
namque gloriam petit. Eccleſiaſtici.
2. *Va peccatori terram ingredienti duabus*
vijs, &c. Vę hypocritę terram is dua-
bus ingreditur vijs, Cœli via iter ha-
bet, hominum opinione, reuera Orci
via, in flammas ſempiternas tendit,
Hypocriſim appellat Bernard. ſerm.
33. in cant. *negotium perambulans in tene*
bris.. Etenim in tenebris hypocrita ne
E gotiatur; quia ſeſe abſcondere niti-
tur, Illius vero negotiatio inanis eſt
glorię, & honoris ambitioſa compa
ratio. Hypocriſis (ait Bern.) eſt nego-
tium perambulans in tenebris, Ete-
nim iſta deambitione deſcendit, &
in tenebris habitatio eius. Quippe ab
ſcondit quod eſt, & quod non eſt mẽ
titur. Negotiatur autem omni tempo
re formam retinens pietatis, ad ſeſe
occultandum, virtutem autem eius

vendicans, & emens honores. &c.

Eſt explicatio hypocriſis. Vt piſca-
tor hamum tegit eſca, ſic hyprocrita
vitia, virtutis tegit ſpecie, piſciculum-
que viliſſimum, id eſt, glorioſam va-
nam expiſcatur. Ex ambitione deſcẽ
dit (vt Ben. ait) hypocriſis; ex ambitio
ne illa deſcendit in Phariſæorum Scri
barumque pectora. Honoris erant cu
pidi ideo in tenebris perãbulãtes, ne
gotium hypocriſis exercebant, hono
reſq; virtutis ſimilitudine mercaban
tur, & gloriam inanem. At illi cæleſtẽ
ignorabant gloriam, de regno cælo-
rum verba non intelligebant. Nos
verò quibus cæleſtis gloria notiſſima
eſt, quibus cœlorum regnum toties
prædicatur, turpius eſt aliam quæ-
rere gloriam, alia regna affectare
alios honores ambire. Valeat igi-
tur gloria terrena, quæratur cę-
leſtis,

CAPVT. XXVIII.

De vitijs Phariſeorum, & Scribarum, & ſupplicio.

Aedificatis ſepulchra prophetarum.

Morale.

HOC eſt væ octauum, atque ex-
tremum quo ſupplicium Iudæis
grauiſſimum, extremumque Domi-
nus prænunciat; propter cædem Meſ *Va octauũ.*
ſiæ, & diſcipulorum perſecutionem
Va [inquit] *vobis Scriba, & Phariſai hypo-*
crita, qui vetuſtate collapſa *ſepulchra*
prophetarum adificatis, & exornatis iu-
ſtorum monumenta, eorundem ſcilicet
iuſtorum prophetarum. *Dicitis verò, ſi*
fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non
eſſemus ſocij eorum in ſanguine propheta-
rum. Hoc eſt non occideremus pro-
phetas, quemadmodum occiderunt
patres noſtri. Ex his verbis con-
ſtat vos filios eſſe eorum, qui prophe

tas occiderunt. Nam appellatis patres prophetarum interfectores, cum sic loquimini: *Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum.* Itaque patres veſtri prophetas ſanctiſſimos vita priuarunt, homicidarum vos filios eſſe fatemini; pergite, imitamini filij patres, *implete menſuram.* cędium, quam illi non impleuerunt cędibus quas perpetrarunt patres veſtri, cędes addite, meam, tum meorum diſcipulorum. Ego enim mittam ad vos diſcipulos meos prophetas, ſapientes, legiſque peritos. Mea & illorum perſecutione, ac cędibus menſuram patrum veſtrorum implebitis. *Ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.* Non facit mentionem apertè Domini ſuæ crucifixionis, ſed ſubintelligi potest illis verbis. *Implete menſuram patrum veſtrorum.* Tunc enim maximè peſſimi filij patrum ſuorum menſuram impleuerunt, cumulumque ingentem menſuræ addiderunt, cùm Meſſiam ſuum, egerunt in crucē. D. Hieron. hîc (inquit) *implete menſuram patrum veſtrorum*; quod illis defuit, vos adimplete. Illi interfecerunt ſeruos, vos Dominum crucifigite; illi prophetas vos eum, qui à prophetis prædicatus eſt &c. Item: Hoc quòd dixeram *implete menſuram patrum veſtrorum*, ad perſonam Domini pertinere; eo quod occidendus eſſet ab eis, poteſt & ad diſcipulos eius referri, de quib. dicit. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, ſapientes, & Scribas & ex illis occidetis;* Sic ille. Pertinent ergo verba hæc. *Implete menſuram patrum veſtrorum*, tum vel maximè ad Chriſtum, tum ad diſcipulos quos Iudæi perſequuti ſunt, morteque affecerunt. Quamuis autem imperatiuè loquatur, non imperat, ſed quod futurum erat prædicit, & permittit. Permiſſiuè loquitur, cum loquitur, imperatiuè.

Qua nam intentione Phariſei ſepulchra prophetarum ædificauerint.

Quæritur qua intentione Phariſæi & Scribæ ſepulchra prophetarum ædificarent, atque exornarent. Ex dictis Domini colligitur ideirco ea extruxiſſe, atque exornaſſe, vt iuſti, & prophetarum quaſi ſtudioſi viderentur hominibus, iuxta illud: *omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Deinde ob cam[illegible]

A adiungebant verba illa *Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum, &c.* Patribus ſuis ſe anteponebant, patres damnabant homicidas, illos, ſe iuſtos & à cęde prophetarum alienos prædicabant, &c. Cùm tamen Chriſto maximo prophetarum necem afferre decernerent. Nam (vt ait auctor imperfect. homilia 45.) Alter alterius culpam cito intelligit, ſuam autem difficilem. Quia homo in cauſa alterius tranquillum cor habet, in ſua autem turbatum. Item, Non eſt ille bonus, qui quod malum eſt reprehendere poteſt, & bonum laudare. Sed qui reprehenſus in malo bono animo ſuſcipit reprehenſionem. In alterius cauſa facile poſſumus omnes iuſti iudices eſſe. Ille autem verè bonus, & iuſtus, & ſapiens eſt, qui ſibi ipſi iudex fieri poteſt. Hæc ille. D. Hiero. Matth. 23. Phariſæi (inquit) & Scribæ opinione bonitatis, & gloriæ in populos, ſepulchra ædificant prophetarum, &c. D. Chryſoſt. ho. 77. ait illos propterea ſepulchra prophetarum extruxiſſe, vt patrum ſuorum vires oſtenderent, & audaciam, qui prophetas & tales, & tantos potuerunt occidere. Non vt honorarent occiſos prophetas (ait Chryſoſt.) ædificabant ſepulchra, ſed vt ſcelerum illorum vires ſuorum oſtenderent timentes ne ſi vetuſtate ſepulchra caderent, tanti facinoris atque audaciæ memoria caderet. Sic igitur ſepulchra prophetarum quaſi trophæum conſtituentes, præclaris conſtructionibus ædificabant, audaciam patrum oſtentantes, &c. Ex Luca hoc probat apud quem cap. 11. Sic Chriſtus loquitur. *Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem veſtri occiderunt eos. Profectò teſtificamini, quod conſentitis operibus patrum veſtrorum, quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra, &c.* Hoc eſt, ex ſententia Chryſoſtomi, conſentitis operibus patrum veſtrorum, ædificando ſepulchra prophetarum; quoniam illi occiderunt Dei prophetas, vos autem vel vel prophetæ ſanctæ audaciæ ſepulchra occiſis extruitis, vt patrum veſtrorum vires oſtendatis, Simulatque dicitis: *Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum non eſſemus*

Auctor imperf.

Alter alterius culpā cito intelligit ſuā difficile.

D. Hieron.

Chryſoſt.

[illegible] in ſanguine prophetarum.

Card. Tolet. Lucæ 11 ædificaſſe ait, Phariſæos, & Scribas ſepulchra vatum, vt dum viderentur zelum habere iuſtitiæ, ac deteſtari perſecutionem, & cædes prophetarum, iuſte exiſtimarentur perſequi Chriſtũ. Itaque extruebant ſepulchra, vt à prophetarum, atq. iuſtorum cæde abhorrere crederentur, cumq. Chriſtum perſequerentur & occiderent, Chriſt⁹ nec iuſtus, nec propheta haberetur, ſiquidem ab hominib. illis occidebatur, qui cæde iuſtorum, & prophetarum maxime abhorrebant, illiſque ſepulchra ædificabant. Tam Chryſoſt. quam Toleti ſententia verbis illis, ex D. Lucæ citatis innititur, quæ alio tempore & loco dicta ſunt; ea nos iam expoſuimus ſupra lib. c.

Illud aduertendum aduerſus hæreticos Chriſtum non obiurgare Iudæos, quod ſepulchra extruerent prophetarum, atque ornarent: Id enim opus erat præclarum, ſi inani gloria non fuiſſet contaminatum. Sed obiurgare & væ in illos iactare, quod patres imitari vellent, Meſſiam prophetarũ maximum occidendo, vt conſtat ex ipſo verborum contextu Ambroſius Luc. 11. Non ædificatio [inquit] ſed æmulatio, id eſt, imitatio loco criminis æſtimatur, &c. Et Chriſoſto. ho. 75. in Matth. Non quia ædificant nec quia patres ſuos accuſant, væ illis dixit, ſed quoniam ita facientes, & ita dicẽtes, patres ſuos ſe damnare ſimulabant, cum ipſi peiora committerent, &c.

Cur Prophetarum monumentorum extructionẽ Chriſtus reprehendat.

Serpentes genimina viperarum.

ACriter inuehitur in impios impiorum patrum imitatores gehenneque minatur ignem, ac prædicit. Serpentes appellat ſerpentium filios, ita patrib. ſimiles nequitia, quemadmodum ſerpentes ſimiles ſunt veneno ſerpentib. ex quib. oriuntur. Viperæ venenatæ fuerant patres, qui nequitiæ ſuæ veneno prophetas occiderant, ipſi quoq. filij viperæ erant, qui Meſſiæ necem afferre ſtatuebant. O ſerpentes [inquit] *genimina*, id eſt, filij ſerpentium, *viperarum*, imitatores patrum peſſimorum. Cum tales ſitis, quales [illegible] niſi, & ad meliorem frugem redire nolitis, quemodo *fugietis à iudicio gehennæ*, id eſt quomodo fugietis damnationem æternæ gehennæ? Iudicium n. damnationem ſignificat. Aut quemodo fugietis iudicium Dei, quo Tartareis ſupplicijs tradendi eſtis? Prædicit illis æternum gehennæ ſupplicium.

Acriter arguit Phariſæos Dominus.

Mirum autem eſt, quã acriter hoc c. 23. Matt. Phariſæos, & Scribas Dominus arguat, quos Iudæi magni faciebant. Sed mirari deſinet, qui conſiderarit Deum homines reprehendere. Pſal. 49. ait Deus peccatori; *Arguã te, & ſtatuam contra faciem tuam*, hoc fecit nunc Dominus, arguit Phariſæos, & Scribas, & ſtatuit illos contra ipſorum met faciem, vt viderent, quã eſſent facie turpi. Propoſuit illis ante oculos velut in ſpeculo vitia quib. inquinati erant, hypocriſim, inanis gloriæ cupiditatem, & cætera, quę notiſſima habebat, diuinaq. & humana etiam ſcientia cognoſcebat, ſerpentes appellat hos hypocritas. Geneſ. 3. de ſerpente dicitur: *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*: ecce tibi hypocritarũ effigiem: ſerpentes ſunt terram comedunt cunctis dieb. vitæ ſuę. Quid. n. aliud quam terram, id eſt, terrenam gloriam illi deſiderant? Quid aliud quærunt? Nonne hoc eſt terram comedere, ad terrenam inanemque gloriam opera omnia veluti ad ſcopum collineare?

Cur Chriſtus Phariſæos adeo acriter arguerit.

Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas.

QVam cauſam reddat particula, *ideo* dubium eſt, Græce, διὰ τοῦτο id eſt, *propter hoc*. Euthym. Propter hoc [inquit] quia impleturi eſtis menſurã Patrum veſtrorũ, &c. Caiet. *ideo*, id eſt, ad conuincendum vos eſſe ſimiles patrib. qui occiderũt Prophetas. Maldonatus, *ideo*, quia ſerpentes eſtis, & viperæ, quarũ eſt occidere. Saa, *ideo*, vt conuertamini. Aliter potius, quia ſerpentes eſtis, & viperæ, *ecce ego mitto ad vos* diſcipulos meos, vt vos conuertãt in homines. *Vos autem ex illis occidetis, &c.* Vel, dixerat: *Quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Addit, *propter hoc*, vel, *ideo*, vt fu-

fugiatis à iudicio gehennæ, *ecce mitto ad vos* diſcipulos meos. Miſit Chriſtus diſcipulos ad Phariſæos, & Scribas, vt à gehenna illos eriperent; illi verò liberatores ſuos perſecuti ſunt, patreſque ſuos imitati vita priuarunt. Dicũtur autem diſcipuli *prophetæ, & ſapientes* quia donum acceperunt à Deo prophetiæ, & ſapientiæ, dicuntur *Scribæ*, id eſt, legiſperiti, ſiue Grecè *γραμματεῖς*, id eſt, *literati*; quia legis ſcientia præditi erant. De perſecutione Apoſtolorum Chriſti à Iudæis legendi ſunt Actus Apoſtolorum. Admonet Euthym. rectè illud *ecce mitto*, oſtendere Chriſti diuinitatem; Dei enim eſt prophetas mittere, &c.

Apoſtoli cur dicantur Prophetæ, & ſapiẽtes.

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus.

D. Matthæus 23. ſic habet: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c.* Lucas 11. ita: *Vt inquiratur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta, à ſanguine Abel; vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c.* Difficultatis plurimum locus hic habet. Quæritur cur dicat Dominus venturum ſuper Iudæos omnẽm ſanguinem, id eſt, omnem pœnam debitam ſanguini effuſo à conſtitutione mundi, ſiue à ſanguine Abel iuſti, vſq. ad ſanguinem Zachariæ? Numquid Iudæi pœnas dederunt ſanguinis, quem effudit Cain, quèmve effuderunt multi alij à creatione & initio mundi? Id concedere non videtur æquum. Quis dicat propter cædes, quas perpetrarunt Cain, aliiq. ſimiles Iudæos eſſe punitos? Difficilis loci plures ſunt explanationes.

Quonã modo ſuper Iudæos venerit omnis ſanguis qui effuſus eſt ab initio mundi.

Prima eſt D. Hieron. Duas eſſe generationes in mundo, idque ex Scripturis probat, alteram bonorum, alteram malorum hominum, tum addit: Ergo & iſti, qui ſimilia Cain, & Ioas, contra Apoſtolos geſſerint, de vna generatione eſſe referuntur, &c. D. Hiero. ſequitur Beda, & Haymo in Matth. Non autem explicat Hieronymus quomodo omnis ſanguis venerit ſuper generationem Iudæorum. Poteſt ex eius verbis hic ſenſus elici,

D. Hiero.

A Occideris me, & Apoſtolos (ò Iudæi) *vt veniat ſuper vos malos*, id eſt, ſuper generationem malorum, ex qua vos eſtis, *omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi, &c.* Nam omnis pœna debita cædib. iuſtorum à creatione mundi vſque ad Iudæos, ſuper generationem malorum venit, non ſuper generationem bonorum. Verùm de Iudæis loquitur Dominus; non de tota malorum generatione. Similem

Prima interpr.

B in modum D. Auguſtinus lib. 2. contra aduerſarium legis, & Prophetarũ, cap. 5. Iudæos filios dici ait impiorum homicidarum, imitatione, vnamque eſſe omnium impiorum generationem. Conſtat [inquit] imitandos eſſe iſtos filios malorum, à quibus Prophetę ſancti perſecutiones pertulerunt. Nam quomodo ſuper iſtos venit illorum ſanguis, qui longè antè vixerunt, quàm iſti naſcerentur, niſi qa

C vnum genus, vna maſſa eſt impiorum imitatione ſibimet connexorum.

Vnũ genus eſt & vna maſſa impiorum omnium.

Ex dictis D. Chryſoſtomi ho. 75. Explanatio ſecunda, poteſt educi, perſequemini diſcipulos meos, & me interficietis, *vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt à conſtitione mundi.* Veniet autem ſuper vos omnis ſanguis effuſus, quoniam grauiora efficiet homicidia veſtra. Grauius. n. & peius eſt poſt exempla peccare, quàm ante

Secunda interpr.

D exempla Iuxta hanc interpretationẽ venit omnis ſanguis iuſtus effuſus, à creatione mundi ſuper Iudæos quoniam audiſtis [inquit Chryſ. Lamech dicentem Gen. 4. *Vindicatum eſt ex Cain ſepties, ex Lamech verò ſeptuagies ſapties:* hoc eſt, pluribus ego quam Cain ſupplicijs dignus ſum. Quia, neque exẽplo quidem commonitus, prudentior Lamech factus eſt, punitur. Idipſum quod Exodi 20. Deut. dicit. *Reddens pec*

Grauius eſt poſt exẽpla peccare, quam ante

E *catum parentum in filios, in tertiam & quartam generationem, his qui me odio habent.* Non quoniam alieni peccati quiſquam ſupplicia luat, ſed quoniam qui multos propter peccata ſua vexatos eſſe non ignorat, neque idcirco factus eſt melior, ſed eadem committens nõ curat, illorum quoque pœnas iuſtè ſuſtinebit, &c. Item: quemadmodum præcipuam laudem cõſequutus eſſet, ſi aliorum exemplis factus eſſet

melior; ſic quoniam emendare ſe noluit, maiori pœna obnoxius eſt. Efficaciorem namque admonitionem, per mulctam præcedentium habuit, &c. Theophylactus, ſuper Iudæos (inquit) veniet omnis ſanguis iniuſtè effuſus; plus enim punietur, quàm patres ſui. Nam neque poſt tanta exempla emẽdati fuerunt. Sic enim Lamech. Geneſis quarto. Poſt Cain plùs punitus fuit, eo quòd non fuiſſet ad exemplum Cain emendatus, & cætera. Item Euthymius. Qui peccatorum (inquit) nouit pœnas, & nihilominùs eos imitatur, reus eſt, vt ab eo exigantur omnium ſupplicia; hoc eſt, pro vnoquoque pœnam luat, eo quòd exemplo eius ſeſe non refrænarit. &c.

Tertia interpret. & quarta.

Tertia explanatio eſt Auctoris imperfect. Sicut (inquit) omnia bona, quæ in ſingulis generationibus à conſtitutione mundi omnes Sancti merebãtur, illis nouiſſimè ſunt donata, qui receperunt Chriſtum, ſic omnia mala, quæ in ſingulis generationib. à conſtitutione mundi, pati meruerunt omnes iniqui, & ſanctorum interfectores ſuper nouiſſimos Iudæos venerunt, qui Chriſtum repulerunt, &c. Quarta eſt eiuſdem Auctoris: Omnis (inquit) gens, vel ciuitas nõ cùm peccauerint, ſtatim punit eas Deus, ſed expectat per multas generationes, & modò mãdat, modò minatur, interdum ex parte caſtigat. Vt quantò diutiùs eos expectauerit, tanto ampliùs & Dei iudicium iuſtius ſit, & illorum dignior pęna. Quando autem placuerit Deo perdere ciuitatem illam, aut gentem, videtur omnium generationum præcedentium peccata reddere illis, quoniã quæ illę omnes generationes merebãtur, hæc ſola paſſa eſt, &c.

Quinta interpret. & ſexta.

Quinta eſt Card. Caietani: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis*, hoc eſt, pęna omnis ſanguinis effuſi *à conſtitutione mundi*. Non quod iſti dabunt pœnas pro Cain, & pro alijs homicidijs; ſed quod luent pœnam æquiualentem pœnis omnium homicidarum, qui iuſtos occiderunt. Sic ille. Sexta Ianſenij: *Vt veniat ſuper vos ſanguis omnis effuſus à patribus veſtris*. Nam Deus punit peccata patrum in filijs, idque maximè, cùm filij peccata patrum non

A ſolùm imitantur, ſed etiam exuperãt, & conſummant; quòd fecere Iudæi Chriſtum occidendo.

Septima interpret.

Septima Maldonati. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus*: hoc eſt, tam graues pro veſtris homicidijs pęnas dabitis, vt patrum etiam veſtrorum homicidia in vobis puniri videantur; quia ſeueriſſimè puniemini. Itaque exiſtimat Chriſtum his verbis ſignificaſſe Iudæos tam graues dediſſe pęnas pro

Qui puniuntur pro homicidio perpetrato poſt alia, de alijs ſimul puniri dñr.

B ſuis homicidijs, vt patrum etiam ſuorum homicidia portare viderentur, non quòd portauerint, ſed quod ſeueriùs puniti fuerint. Sic enim loqui ſolemus de homine, qui cùm multas feciſſet cædes, & punitus non fuiſſet, ad extremum nouo homicidio perpetrato ſuſpenſus eſt, hic omnia ſimul exſoluit. Non quòd maiores pœnas dederit, quàm quas pro vltima cæde merebatur. Hæc interpretatio eſt etiam

C Titelmanni. Pſalm. 108. ſic enim ille interpretatur. Tam grauis (inquam) vltio ventura eſt ſuper generationem hanc, vt videatur vltio fieri ſuper iſtos pro effuſione ſanguinis omnium Prophetarum, qui fuerunt à principio interfecti, tam grauiter Iudæi punientur, ac ſi pro omnibus illis ſuorum peccatis punirentur. &c.

Octaua interpret. Toleti.

Octaua Card. Toleti. Luc. 11. Duobus modis ait vnius peccatum in alte

D ro vindicari poſſe. Primo modo, quando pęna debita committenti peccatum, transfertur, & infertur alteri. Secundo modo, quando propter peccatum ab vno cõmiſſum, exigitur pęna proprij criminis ab altero, q̃ aut nulla, aut nõ tãta exigeret, niſi ille alius peccaſſet. Verbi gratia; multa in ciuitate aliqua homicidia ꝑpetrant; princeps diſſimulat, vel leuiorẽ infert pœnã homicidis. Poſt hęc, cędẽ quidã fe

E cit: facilè princeps pęnã remiſiſſet, vel ſuppliciũ nõ admodũ graue ſumpſiſſet. At tot pręcedentib. cędib. irritatus, condonare nõ vult, ſed grauiſſimo ſupplicio homicidã afficit. Nẽne diceť verè, aliorũ homicidia ſuper hunc veniſſe? Nõ ꝙ pro eis dederit, ſed quod pro patrata cęde ſupplicio affectus ſit, quo nõ fuiſſet affectus, ſi aliorũ cædes nõ præceſſiſſent. Simile quid Iudæis accidit. Non ſoluerunt pœnas debitas præce-

præcedentibus [illegible]; ſed quia non [illegible] præceſſerant Iudæis Dominus cædes aliorum, & diſcipulorum [illegible] voluit, [illegible] magis pœnas ſumpſit.

Nona interpret. decima, & vndecima.

Nona Pſalmeronis ex Abulenſi: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis, qui effuſus eſt, &c.* Id eſt, vt veniat ſuper populum hunc omnis pœna debita cædibus iuſtorum. Nam etſi ſinguli homicidæ pœnas dederunt, quatenus priuati quidam homines erant, pœnas tamen non dederunt, quatenus pars populi erant; dederunt verò pœnas, cùm Iudæorum Reſp. funditus deleta eſt, omnes homicidæ populi, ſiue generationis Iudaicæ, à conſtitutione mundi, quatenus omnes vnum effeciſſe populum, ſiue vnam generationem: hoc eſt, populus ille, & generatio illa homicidarum penitus euerſa eſt, priuata regno, republica, ſacerdotio, &c. Decima Palatij: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c.* Hoc eſt, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis, à ſanguine, id eſt, præter ſanguinem Abel, & Zachariæ; quia horum duorum interfectores pœnas dediſſe legimus, reliquorum non legimus. Vndecima Lyrani. *A ſanguine* (inquit) *Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ*, id eſt, à ſanguine minimi iuſti, vſque ad ſanguinem maximi iuſti, &c. Abele putat ſignificatos iuſtos minores, quia fuit paſtor, & literis minimè excultus; Zacharia maiores, quia ſacerdos fuit, & legiſperitus. Et hæc interpretatio Gloſſæ interl. *A ſanguine* (inquit) *Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ*, id eſt, à ſanguine cuiuslibet laici, vſque ad ſanguinem Zachariæ ſacerdotis, &c. Et Gloſſ. Ordin. Quia Abel paſtor ouium fuit, necatuſque in agro; Zacharias ſacerdos necatus eſt in atrio templi, vtriuſque gradus martyres, & laicos, & officio altaris mancipatos, ſub eorum voluit Dominus imitare vocabulis, &c. Eadem reperies in catena aurea, ſub nomine Remigij.

Decima, & vndecima interpret.

Non carent difficultatibus hæ ſententiæ, quas refutare longum eſſet. Aduertendum eſt tunc ſanguinem alicuius venire ſuper occiſorem, cùm propter ſanguinem effuſum pœnas dare. Occidit (verbi cauſa) homines homicida, propterea ſuſpenditur; ſanguis occiſi hominis ſuper eum dicitur veniſſe. Matth. 27. clamant Iudæi: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, id eſt, ſanguinis pœna ſuper nos fiat aut veniat; hoc eſt, nos dabimus pœnas pro ſanguine, perinde ac ſi cædem feciſſemus. Contra verò dicitur amoueri ſanguis ab aliquo, cùm pœna ſanguinis ab illo amouetur. 3. Reg. 2. *Præcipiens Salomon Banaiæ, vt Ioab interficeret, ſic ait; interfice eum, & ſepeli, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effuſus à Ioab eſt, à me, & à domo patris mei, &c.* hoc eſt, amouebis à me, & domo patris mei pœnam, & vltionem ſanguinis, quem effudit Ioab. Eſt ergo ſenſus verborum Domini: *Mittam ad vos diſcipulos meos, & ex illis occidetis, & flagellabitis, & perſequemini, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis, qui effuſus eſt*: hoc eſt, vt veniat ſuper vos pœna ſanguinis effuſi. Illa autem particula, *vt*, euentum ſignificat, & cauſam etiam. Nam propterea venit ſuper Iudæos ſanguis effuſus, quia ſanguinem Chriſti, & diſcipulorum effuderunt. Lucæ 11. *Vt inquiratur ſanguis omnium Prophetarum à generatione iſta, &c.* Inquirere ſanguinem, requirere, vel quærere, eſt de interfectore ſupplicium ſumere. Gen. 42. *En ſanguis eius*, id eſt, Ioſeph, *exquiritur*. 2. Reg. 4. *Quæram ſanguinem de manu veſtra, &c.*

Quid ſit alicuius ſanguinem venire ſuper aliquem.

Sanguinem alicuius inquiri quid ſit.

Præterea obſeruandum eſt Deum ſcelera parentum in filijs punire. Deut. 5. *Ego Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum ſuper filios, in tertiam, & quartam generationem, his qui oderunt me, &c.* Idem legitur Exod. 20. & Exod. 34. ait Moyſes Deo: *Reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus, in tertiam, & quartam progeniem, &c.* Et Ierem. 32. *Reddis* (ait) *iniquitates patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos, &c.* 2. Reg. 12. *Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini propter verbum hoc filius, qui natus eſt tibi morte morietur, &c.* Item; *Dominus tranſtulit peccatum tuum, non morieris, &c.* Tranſtulit verò Dominus peccati pœnam ex Dauide in filium. Iſaiæ 65. *Retribuam in ſinum eorum iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum ſimul, &c.* Et cap. 14. *Præparate filios eius occiſioni, in iniquitate patrum ſuorum, &c.* Et Gen. 15. Pro-

Deus parentum ſcelera punit in filijs.

pter

Homo non poteſt puniri filios pro patrib. ſed Deus ſic.

pter patrē Cham, maledictum à Noe filius eius Chanaan. Opponi poteſt illud Deuter. 24. *Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur, &c.* Reſpondent ea legis verbis de iudicio hominum, nō de iudicio Dei. Homines non poſſunt filios pro patribus occidere, Deus poteſt. Hanc legem in iudicio ſuo ſeruaſſe dicitur Amaſias. 4. Reg. 14. *Percuſſit ſeruos ſuos, qui interfecerant Regem patrem ſuum. Filios autem eorum qui occiderant, non occidit: iuxta quod ſcriptum eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus dicens: Non morientur patres pro filijs, neque filij morientur pro patribus, &c.* Lege Auguſtinum in quæſt. ſuper Ioſue, quæſt. 8.

Vrgebit quiſpiam etiam in iudicio Dei, non interfici filios pro patribus. Etenim Deus ſic ſtatuit: Ezech. 18. *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij, &c.* Reſpondetur apud Ezechielem, loqui Dominum de filijs, qui iuſti ſunt, & patrum iniquitatem non imitantur. Hi enim non portant iniquitatem patrum. Illi vero portant, qui impij ſunt, impiorum patrum imitatores. Auguſt. 108. Hoc (inquit) dictum eſt de ijs, qui conuertuntur ad Deum, & nō imitantur mala parentum ſuorum: quod ipſe propheta Ezechiel euidenter oſtendit, dicit enim parentum iniquitates eis non obeſſe, qui iuſtitiam faciendo diſſimiles fuerint. Ad illud autem, quod dictum eſt, *reddam peccata patrum in filios*, additum eſt, *qui oderunt me*, hoc eſt, ſicut me oderunt parentes eorum, &c. Idem docet lib. contra Adimantum, cap. 7. Et co (inquit) quod addit, *qui me oderunt*, intelligitur eos puniri peccatis parentum, qui in eadem peruerſitate parentum perſeuerare voluerunt. Sic D. etiam Hieronymus in Ezechiel. cap. 18. Non puniuntur (ait) filij in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate in ſemetipſoque de radice creſcente. Hæc Hieronymus. Addit D. Gregor. Iob [illegible] verba, *Dominus auferet filijs [illegible]*

Filij qui portant iniquitatem patrum, & qui non.

Alia lectio ſcripturæ.

Puniuntur pro peccatis parentū filij improbi, patrum imitatores.

Non ſatis aperte peccatum ſuum, &c.

D. Hieron.

D. Gregor.

A dolorem patris. Cū (inquit) non paruuli, ſed iam prouectiores, filij ex parentum culpa feriuntur, quid aliud aperte datur intelligi, niſi quod illorum etiam pœnas luunt, quorum facta ſecuti ſunt? Vnde & rectè dicitur, *vſque ad tertiam, & quartam progeniem*, quia enim vſque ad tertiam, & quartam progeniem, eam, quam imitantur vitam parentum, filij poſſunt videre, vſque ad eos vindicta extenditur, qui viderunt,

B quod male ſequerentur. Ita Gregor. lege Chryſoſt. homil. 29. in Geneſim.

Obijcies paruuli filij pro peccatis patrum puniuntur, vt conſtat ex filio Dauidis, at illi patres non imitantur. Reſpondemus, hos puniri, vt in filijs puniantur patres potius, quàm filij. quid eſt (ait D. Gregor. loco indicato) quod paruuli filij plerumque à dæmonio arripiuntur, niſi quod caro filij ex pa-

C tris pœna mulctatur? & ſemetipſo animo percuſſus pater iniquus, & percuſſionis vim ſentire contemnit, plerumque percutitur in filijs, vt acrius ardeat, & dolor patris carni filiorum redditur, quatenus per filiorum pœnas, mens patris iniqua puniatur, &c. Vrgeo: Filij Achan occiſi ſunt pro peccato patris, quorum aliqui videntur fuiſſe maiores natu. Ioſue 7. *Tollens Ioſue Achan filios quoque & filias eius,*

D *duxerunt ad vallem Achor, &c.* At vero filij & filiæ Achan, non ſunt imitati patrem. Reſpondemus plerumque puniri peccata patrum in filijs, patrū imitatoribus, aliquando tamē ad deterrendum à peccato populum, cos etiam vita priuari, qui patrum exempla non ſunt ſecuti. Habet autem huiuſmodi pœna rationem medicinæ, vt docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 87. art. 8. Si loquamur (inquit) de pœna pro pecca-

E to inflicta, in quantum habet rationem pœnæ, ſic ſolum vnuſquiſque pro peccato ſuo punitur, quia actus peccati aliquid perſonale eſt. Si autem loquamur de pœna, quæ habet rationem medicinæ, contingit, quod vnus puniatur pro peccato alterius, &c. Iterū, ſi filius, vel ſubditus, eſt quaſi res quædam patris, pœnalis defectus habet rationem pœnæ, quantum ad eum, qui punitur, & etiam pro quo punitur. Si vero non ſit

An filij pro peccatis [illegible] puniantur.

Infātes cur puniantur pro peccatis parentum.

An filij pro peccatis [illegible] Filij Achan occiſi pro peccato patris.

ſit particeps culpę, habet rationem pęnæ, quantum ad eum pro quo punitur, quantum verò ad eum qui punitur, rationem medicinæ tantum, niſi per accidens, in quantum peccato alterius conſentit, ordinatur enim ei ad bonum animæ, ſi patienter ſuſtineat, &c.

An filij pro peccatis parentũ acerbius puniantur.

Quæritur, an filij impij pro peccatis parentum acerbius puniantur, quam punirentur, ſi parentes nõ peccaſſent? Reſpondetur, Deum eas tantum pęnas de illis ſumere quæ peccatis debentur, neque acerbius punire, quàm merentur. Cum igitur dicuntur puniri propter patres? Reſpondetur, quia propterea ſupplicia non differt Deus, pęnaſq; ſumit, quas meriti ſunt filij, quod peccata præceſſere patrum quæ illi ſecuti ſunt.

Dubitatur, an hæc punitio ſit miſericordiæ, an iuſtitiæ, & ſeueritatis diuinæ? D. Hieronymus miſericordiæ illam tribuit, Ezechiel. 18. Non ſeueritatis [inquit] eſt iram tenere vſque ad tertiam, & quartam generationem, ſed ſignum miſericordiæ, pęnam diſſerre peccati. Quando enim Moyſes dicit: Exod. 34. *Domine Deus miſerator, & miſericors patiens, & multa miſerationis,* & infert, *reddens iniquitatem patrum ſuper filios, & filios filiorum*: hoc indicat, quod tantę miſericordię ſit, vt non ſtatim puniat, ſed ſententiam differat puniendi, &c. Tribuenda potius videtur iuſtitiæ, eſt enim punitio filiorum propter patres, quamobrem Dominus ait, Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generaionem eorum, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt precepta mea, &c.* In hos ait ſe facere miſericordiam, in alios verò iuſtitiam indicat. Præterea zelotem ſe vocat, cum de punitione agit, quod eſt iuſtitiæ. D. Hierony. miſericordiæ eſſe ait hoc ſupplicium, ſi cum parentibus conferatur, à quibus Dominus transfert punitionem in filios. Sed fortè Dominus & de patribus, & de filiis quoque propter patres pęnas expetit, neque ſolum ſupplicium differt a patribus in filios.

An filiorũ pro peccatis parentũ punitio ſit miſericordia.

Obſeruandum tertiò pęnas quaſ- A dam eſſe corporales, alias ſpiritales; quaſdam temporarias, alias æternas; æternis, & ſpiritalibus pœnis filij pro peccatis patrum minimè afficiuntur, corporales, & temporales ſubeunt.

Obſeruandum quartò, Deum impios non ſemper omnino delere mox vt peccatum committunt; ſed menſuram peccatorum expectare, qua completa Reſpublicas delet. Hoc indicant verba Domini illa; *implete menſuram pa-* B *trum veſtrorum:* videlicet, quam expecto, vt vos deleam penitus. Item illa Gen. 15. *Nondum completa ſunt iniquitates Amorrhaorum vſque ad praſens tempus, &c.* Nondum completa erat menſura iniquitatum, quam Dominus expectabat, idcirco Amorrhæos penitus non delebat. Similem in modum Amalechitæ tum ex Aegypto promiſſam terram petentibus Iſraelitis reſtiterũt, Exod. 17. nondum expectatam com- C pleuerant menſuram, compleuerunt poſteà Saule regnante, ideoq; 1. Reg. 15. ait Dominus Sauli: *Recenſui quacunque fecit Amalech Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via cùm aſcenderet de Aegypto Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius, &c.* Iudæi verò menſuram peccatorum vt publico, & extremo ſupplicio afficerentur, tunc impleuerunt, cùm Chriſtum, eiuſque diſcipulos vita priuarunt. Quia verò menſu- D ram illam, etiam maiorum peccata efficiebant: idcirco dicitur maiorum ſanguis ſuper poſteros vẽturus. Nam cum Iudæorum Reſpublica omnino euerſa eſt, non ſolum poſterorum, ſed etiam maiorum peccata punita ſunt, qui ad Rempublicã illam attinebant. Impleuerunt ad menſuram peccatorum, Deus impleuit menſuram ſuppliciorum. Orig. homil. 26 in Matth. Non ſtatim [inquit] vt factum eſt pec- E catum, punitur peccantium generatio, ſed cũm ſubſequens generatio, debens emendare in ſe peccatum patrum ſuorum, adhuc adiecerit peccatis patrum peiora. Et ſic ſi multæ generationes peccauerint in gente aliqua, vel ciuitate; punitur gens, vel deſtruitur ciuitas. Sic ergo & gens Iudæorum multa inferens mala prophetis, non vt cępit homicidium contra eos, ſtatim fuerat punienda; ſed poſt

Menſuram peccatorum expectat Dominus, vt Rempublicam deleat.

Alia loci interpretationes.

Non ſtatim atque peccatum factum, eſt, punitur.

patien-

Digitized by Google

patientiam Dei, poſtquam addiderunt ſuper ſanguinem Chriſti, & impleuerunt menſuram patrum ſuorum, tunc dignius ſunt puniti, &c.

A

Sed quid attinuit ad hanc menſuram peccatum Cain, cuius pœnam ſuper Iudęos Dominus venturum ait? Neque enim erat Cain Iudæus: neque ad Rempublicam Iudęorum ſpectabat.

Prætereà quid attinuere ad hanc menſuram peccata aliorum homicidarum, qui poſt Cain ante Rempublicam Iudæorum vixere, quorum omnium ſanguinem ſuper Iudęos venturum Dominus aſſerit? Reſpondetur etiam illos ad menſuram implendam peccata conſuliſſe. Quoniam Deus non ſolum Iudæorum, verùm etiam illorum homicidijs prouocatus, Iſraeliticum populum propter ſua homicidia funditus extirpauit, iuxta illa quæ in reſponſione octaua ſuprà dicta ſunt.

B

Secundò reſpondetur, vnum fuiſſe populum conflatum ex progenitoribus Iudæorum qui ab Abele, vſque ad Iudæos fuere, ex ipſiſque Iudæis, atque idcirco veluti de vno populo Dominum loqui.

C

Vnde Auguſt. tom. 6. lib. 2. contra aduerſarium legis, cap. 5. Quomodo [inquit] ſuper iſtos venit illorum ſanguis, qui longe antè vixerunt quam iſti vel naſcerentur; niſi quia vnum genus vna maſſa eſt impiorum imitatione ſibimet connexorum? &c. Et Pſalm. 108. Malorum imitatio facit, vt non ſolùm ſua, ſed etiam eorum quos imitati ſunt, merita ſortiantur, &c.

D

Tertiò reſpondetur, verba Domini ſic explicanda eſſe: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus? &c.* Id eſt, vt tam graue ſupplicium ſuper vos veniat, quam graui affici poteratis, etiam ſi omnia iuſtorum homicidia perpetraſſetis, quæ ab Abel vſque ad Zachariam perpetrata ſunt. Nam etiam ſi Iudæi omnia iuſtorum homicidia perpetraſſent, non poterant grauiori affici ſupplicio, quã totius Reip. excidio, fideique priuatione, & captiuitate; hoc enim extremum & maximum eſt in hac vita ſupplicium.

E

Aliter; *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus*, hoc eſt, vt veniat ſuper vos omnis pęna ſanguinis iuſti Prophetarum, i. debita occiſorib. Prophetarum omnibus; quam Deus propter ſuam miſericordiam, & patientiam hactenus continuit, ſuper vos autem illam offundet. Erat autem pęna debita occiſoribus Prophetarum, Reipub. Iudaicæ euerſio. Hanc Deus noluit inferre maiorib. Iudęorum, donec menſura eſſet completa; intulit poſteris. Peccatum, quod peccauit Cain (ait Origenes citato loco) aut peccatum eorum, qui occiderunt Prophetas, non ſuſcepit generatio Iudęorum, quę fuit tempore Chriſti. Sed oportebat patientiã Dei, quę fuit in gente Iudęorum finiri menſuris; vt poſt mul as effuſiones ſanguinis Prophetarum, & iuſtorum, nõ deſolata prius Ieruſalem, & Iudęa, hoc pateretur poſtea in sãguine Chriſti, &c. Incertus auctor ſub nomine Euſebij Emiſſeni ſic interpretatur. His (ait) verbis Saluator dicere videtur, quòd hęc generatio tantam pęnã pro ſuo ſcelere patiatur, quantam pateretur ſi omnium iuſtorum ſanguinem fudiſſet, qui ab Abel fuſus eſt, vſque ad Zachariam. Maius enim fuit Chriſtum occidere, & Eccleſiam perſequi quàm ſi omnium iuſtorum præcedentium ſanguinem fudiſſent, &c.

Quo completa fuerit mẽſura Iudaicę euerſionis.

Interpretatio auctoris.

Poſſunt etiam verba ita exponi, vt loquatur myſticè Dñs hoc pacto: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus*, hoc eſt, Occidetis me ipſũ, & diſcipulos meos, indeq; eueniet, vt pœnas detis omnis ſanguinis iuſti effuſi, à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ; quoniam pœnas dabitis ſanguinis mei effuſi grauiſſimas, cuius typus & imago fuit omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt. Veniet ergo ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui typicè effuſus eſt, quoniã veniet ſuper vos ſanguis meus quem omnis ſanguis iuſtus Prophetarum adumbrauit. Hinc illud Matth. 27. *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, &c.* Hilarius Matth. 23. Idcirco (inquit) Abel ſanguis, & Zachariæ, in hanc eorũ poſteritatẽ venturus oſtẽditur; quia iam in his habitãs Chriſtus, & prędicãs erat paſſus. Aduerte Chriſtũ vt ex Luc. 11. colligiẽ de ſanguine Propheta-

Sanguis iuſtus eſt ſanguis Prophetarum iuſtorum.

pheiarum loqui, *vt inquiratur* (inquit) A
*ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus
eſt à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ*, quamobrem apud Matthæum
ſanguis iuſtus dicitur omnis ſanguis iuſtorum Prophetarum Poteſtq;
eſſe ſenſus, vt veniat ſuper vos omnis
ſanguis Prophetarum, qui effuſus eſt
à veſtris progenitoribus; à ſanguine
Abel, vſque ad Zachariam. Puniti autem fuerunt homicidæ ab Abel, vſque ad Zachariam, vt priuati quidam B
homines, in excidio verò Reipubl.
Iudaicæ, puniti ſunt vt populus vnus
conflatus.

Quis fuerit Zacharias, de quo Dominus loquitur.

Quæritur, quiſnam ſit hic Zacharias de quo Dominus loquitur. Origenes homil.26. in Matthæum, ex traditione quadam, Zachariam eſſe cenſet
patrem Baptiſtæ, quem filium Barachiæ fuiſſe arbitratur, & a Iudæis occiſum, quòd Deiparam Virginem in
loco Virginum in templo manere per C
miſerit. Venit (ait) ad nos quædam

Zacharias occiſus inter templũ, & altare pater Ioann. Baptiſtæ.

traditio talis, quaſi ſit aliquis locus in
templo, vbi Virginibus quidem conſiſtere licet, & orare Deum, expertæ autem thorum virilem, non permittebantur in eo conſiſtere. Maria autem
poſtquam genuit Saluatorem, ingrediens adorare, ſtetit in illo Virginum
loco. Prohibentibus autem eis, qui
nouerant eam iam filium genuiſſe; Zacharias ſtetit, atque dixit prohibenti- D
bus eam; quòd digna eſt virginum loco, cùm ſit adhuc virgo. Ergo quaſi
manifeſtiſſimè Zachariam aduerſus
legem agentem, & in loco virginum
permittentem ſtare mulierem, occiderunt inter templum, & altare viri
generationis illius. Hæc Origenes.
Et Euthymius: Plures (inquit) dicunt
Zachariam patrem fuiſſe Baptiſtæ.
Scribunt enim ſe accepiſſe à patrum
traditione, &c. Eiuſdem traditionis E
meminit Theophylactus: Diuus Gregorius Nyſſenus hom. de natiuitate,
& Diuus Baſilius hom 25. de humana
Chriſti generatione. Ex ea virginitatem confirmant Deiparæ Virginis.
Quòd (inquit Baſilius) Maria perpetuò virgo permanſerit, etiam Zachariæ declarat hiſtoria quædam, quę ex
traditione ad nos vſque peruenit. Zacharias enim Mariã poſt Domini con-

A ceptionem in Virginum loco conſtituens, à Iudæis inter templum, & altare interfectus eſt, &c. D. Hieronymus
aliam reddi cauſam ait, interfectionis
Zacharię, patris Baptiſtę: apocryphãq;
vult eſſe huiuſmodi interpretationẽ.
Alij (inquit) patrem Ioannis intelligi
volunt ex quibuſdam apocryphorum
ſomnijs approbantes, quòd propterea
occiſus ſit, quia Saluatoris prædicarit
aduentum, &c. Obſtat priori cauſæ
B Virginis Deiparæ modeſtia, quã non
videtur verò ſimile in loco virginum
in templo poſt Chriſti conceptionem
cõſediſſe, quamuis virgo eſſet integerrima. Ignorantibus enim incarnationis myſterium, ſcandalum præbuiſſet, ſi cùm virum haberet Ioſeph in
locum virginum ſe recepiſſet. Prudentia etiã Zachariæ patris Baptiſtæ cauſam hanc refellit. Nec enim prudentis viri erat, virginem Deiparam cu-
C ius virginitas ſub matrimonij velo tecta erat, inter virgines collocare populoq; ſcandalum exhibere.

Refutatur ſententia.

Aliam huius cædis cauſam reddit
Diuus Petrus martyr, Alexand. Epiſcopus in ſuis canonibus, can.11. Cum
(inquit) interfecturum quæſiuiſſet
Herodes alium prius natum infantẽ,
id eſt, Ioannem Baptiſtam, & non inueniſſet; patrem eius Zachariam interfecit, inter templum, & altare, cũ
D effugiſſet filius cum matre Eliſabetha, &c. Hæc cauſa probabilis eſt, illa
etiam quæ apud Hieronymum extat,
occiſum videlicet, quia Domini prædicauit aduentum. D. etiam Epiphan.
in libro de vita Prophetarum, ſcribit
Zachariam Baptiſtæ patrem ab Herode fuiſſe interemptum. Cauſam tacuit. At vero ſi Zacharias non à Iudæis, ſed ab Herode fuiſſet in vita priuatus; non dixiſſet Dominus: *Quem oc-*
E *cidiſtis inter templum, & altare:* dici poſſet, occiſum à Iudæis iuſſu Herodis.

Alia cauſa necis Zachariæ.

Adde etiam D. Gregor. Nyſſenum in
homil. de natiuitate Domini. Reddit
ille duas cædis cauſas, alteram, quòd
Deiparam à loco virginum non ſegregarit Zacharias, alteram quod Regis
ſummi aduentum prædicarit. Quoniam audiebant (ait Nyſſenus) Regem naturę ad natiuitem humanam
prodijſſe, metu ne Regi ſubditi fierent,

rent,

rent, Zachariam, qui hæc teſtificabatur interficiunt, iuxta altare ſacerdotem ſacrificantem, &c. Si roges, vbi nam locus ille virginū ſeparatus in tēplo fuerit? reſpondet idem Nyſſenus: Hic [ait] locus erat interuallum, quod inter templum, & altare intercedebat, &c. Sed ex his, quæ de atrio ſacerdotum diximus tomo ſecundo, conſtat, in loco illo fœminas conſiſtere non potuiſſe.

Secunda ſententia etiam antiquorum eſt ante Hieronymum, Zachariam illum eſſe, qui inter Prophetas minores penultimus numeratur, & filius Zachariæ dicitur. Obijcit Hieronymus, non potuiſſe occidi inter templum, & altare, quia eius temporibus vix fuerunt ruinæ templi. Id verò negatur. Nam templum ſexto anno Darij abſolutum eſt. 1. Eſdr. 6. quo Zachariam in vita permanſiſſe conijci poteſt, quoniam anno quarto Darij, vaticinia edebat, vt conſtat ex capite ſeptimo ipſius Zachariæ. Potuit igitur ſuperſtes eſſe duobus ſequentibus annis vſque ad templi abſolutionem, atque etiam pluribus, & occidi inter templum, & altare: quamuis nihil de his Scriptura tradiderit: habetq; probabilitatem opinio hæc, eam ſequitur Ribera Zachariæ primo. At mihi non videntur Iudæi eo tempore, quo ex captiuitate Babylonica, veluti igne probati redierunt, ita fuiſſe ſcelerati, vt prophetā interimerent. D. Epiph. lib. indicato, hūc Zachariam occiſum non fuiſſe refert.

Zacharias propheta occiſus.

Tertia ſententia Hieronymi, eſt vulgatior, hunc Zachariam illum eſſe, de quo 2. Paralipom. 24. ſcriptum extat: *Congregati aduerſus eum,* id eſt, Zachariam, *miſerunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini. Qui cum moreretur ait, videat Dominus, & requirat, &c.* Hic occiſus dicitur in atrio templi, addidit Dominus *inter templum, & altare,* qui locus in atrio erat ſacerdotum, inter templi porticum, ſiue veſtibulū, & altare holocauſtorum. Ioelis 2. *Inter templum, & altare plorabunt ſacerdotes, &c.* Vide tomum primum libri quinti, capite duodecimo. Fecit autem Dominus Abelis mentionem, & Zachariæ, quamuis poſt illum alij fuerunt

Zacharias Ioiadæ ſiue Barachię fuit occiſus.

A interfecti, quoniam ex ſcripturis notiterant. Præterea quia de ſupplicio agebat Iudæorum quibus ait: *vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus.* Sanguis autem Abelis in Scriptura venit ſuper Cain; diciturque clamare, & vindictam petere Geneſ. 4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, &c.* Sanguis quoque Zachariæ venit ſuper interfectores, & ille moriens dixit: *Videat Dominus, & requirat, &c.* Requiſiuit Domi-
B nus ſanguinem Abelis, & Zachariæ; ſic etiam requiſiuit ſanguinem Prophetarū à Iudæis. Obijciet quiſpiam, Zachariam 2. Paralip. 24. occiſum, non fuiſſe filium Barachiæ, ſed Ioiadę ſummi ſacerdotis. Reſpondetur Ioiadam dictum quoque Barachiam.

C

CAPVT XXIX.

De vitijs, & ſupplicio Iudæorum.

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidit Prophetas.

D A Poſtrophe eſt ad Ieruſalem, cum conduplicatione nominis, & cōmiſeratione. Quid ſibi vult hęc conduplicatio? [ait Chryſoſtomus] miſerantis, valdeque diligentis huiuſmodi orationis figura eſt, &c. *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt.* Græcè ſunt participia ἡ ἀποκτείνουσα, καὶ λιθοβολοῦσα, id eſt, *occidens, & lapidans Prophetas, & Dei nuncios. Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina,* ὄρνις, *congregat pullos*
E *ſuos ſub alas, &c.* ὄρνις, *autem* ſignificat, & gallinam, in Matthæo verſis interpres: *ſicut gallina congregat pullos ſuos:* in Luca, *ſicut auis nidum ſuum,* id eſt, pullos in nido exiſtentes. Adhibet ſimilitudinem, quæ oſtendit Domini miſericordiam, & amorem erga homines. Multoties volui congregare Iſraelitas per Prophetas, & nuncios meos; congregare, inquam, ad me, in vnum Dei cultum, in vnam fidem, & cari-

Quid ſibi velit conduplicatio.

A & caritatem, congregare item ſub alas meas, ſub meam protectionem, & tutelam; quemadmodum auis, ſiue gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, quibus & confouentur, & proteguntur. Hinc illud Ioan. 11. *Prophetauit quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum, &c.* Diuinitatem Chriſti indicat verba hæc, qui tum ante incarnationem per Prophetas congregare voluit Iſraelitas, B à dæmone diſperſos, atq; à Deo diuulſos, tum poſt incarnationem in Iudęa concionando, & miracula faciendo. Vnde Diuus Hieronymus: In eo (inquit) quòd Dominus dicit: *Quoties volui congregare filios tuos:* omnes retro Prophetas a ſe miſſos eſſe teſtatur, &c. Hanc Chriſti voluntatem indicant parabolæ ſupra explicatæ, de patrefamilias, qui ſeruos ſuos miſit ad repetendos vineę fructus. Matth. 21. & de Re- C ge qui miſit famulos vocare inuitatos ad nuptias, Matth. 22.

Diuinitatem Chriſtus ſuam oſtendit.

Et noluiſti.

VOluit Dominus Iſraelitas ad ſe adducere, & in nido ſuo, ſub ſuis habere alis, & protectione. At illi noluere, ideoque congregati non ſunt. Deus enim neminem ad ſe ad- D ducit inuitum. Vult autem omnes congregare voluntate antecedente, & voluntate ſigni, iuxta illud Pauli 1. ad Timotheum 2. *Omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, &c.* Non tamen hoc vult voluntate conſequente, & beneplaciti. De qua illud intelligendum eſt. Pſal. 113. *Omnia quæcumque voluit fecit, &c.* Noluiſſe autem Iudęos vocatos congregari, indicant Diui Stephani illa verba Acto- E rum 7. *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri, & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui pranunciabant de aduentu iuſti,* id eſt, Chriſti, *cuius vos nunc proditores, & homicida fuiſtis, &c.* Iſaiæ 65. *Vocaui, & non reſpondiſtis, locutus ſum, & non audiſtis, &c.* Et capite 66. *Vocaui, & non erat qui reſponderet, locutus ſum, & non audierunt, &c.* Ieremiæ 7. *Locutus ſum*

Vult Dominus omnes ſaluos fieri.

Nolunt homines ad Chriſti venire alas.

A *ad vos mane conſurgens* (ait Dominus) *& loquens, & non audiſtis. Et vocaui vos, & non reſpondiſtis, &c.*

Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

PRædicit Iudæis ſupplicium grauiſſimum, quod congregari noluerint, & Prophetas, Meſſiam ſuum, e- B iuſque diſcipulos perſecuti fuerint, atque occiderint. *Ecce domus veſtra,* hoc eſt, templi domus, in qua maximè cõfiditis, *relinquetur vobis deſerta* à Deo, diuinaque habitatione, & angelica. De templo interpretatur Diuus Hieronymus. Deſertam [inquit] Iudæorum domum, id eſt, templum illud, quod fulgebat auguſtius, oculis comprobamus, quia habitatorem Chriſtum perdidit, &c. Ita & Auctor im- C perfect. Theophylactus, Euthymius. Loquitur autem Dominus de templo, quoniam templum columna erat Iudaicæ religionis, & ceremoniarum, in eoque Iudæi confidebant, iuxta illud Ierem. 7. *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt, &c.* Verba ſunt impiorum in templo confidentium. At verò peccati oportebat remittere nuncium, vt à templo D defenderentur. Addit Dominus eodem capite, *faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, ſicut feci Silo, &c.* Hoc eſt, euertam templum in quo confiditis. Refert Ioſephus lib. 7. de bello, cap. 12. Sacerdotes ante templi excidiũ, vocem in eo audiuiſſe, videlicet Angelorum, aientium: *Migremus hinc.* Migrauit Deus, & Angeli, relicta eſt domus deſerta. Poteſt etiam domus non ſo- E lum templum, ſed ciuitatem Ieruſalem ſignificare, de qua Dominus loquebatur, eſtque ſenſus etiam probabilis, domus veſtra, hoc eſt, ciuitas hæc Ieruſalem, in qua velut in domo habitatis, deſerta relinquetur à Deo habitatore, & Dei protectione, deſerta quoq; ab habitatoribus ſuis. Nam Deus cum Iudæis legem ſeruantibus habitabat, iuxta illud Ierem. 7. *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & ha-*

Templum & Ieruſalẽ, deſerit Dominus.

bitabo

bitabo vobiſcum in loco iſto,&c. Deſeruit impiorum habitationem, relictaque eſt domus deſerta à Deo, Deique pro tectione,& auxilio. Atque ideò à Romanis euerſa eſt,& impij habitatores eiecti,quod prædicitur Pſal.78.*Fiat habitatio eorum deſerta,& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet, &c.* Quemadmodum deſerta à gubernatore nauis in tempeſtate mergitur, ſic deſerta à Deo Reſpubl. Iudæorum, belli tempeſtate inſurgente demerſa eſt. Aliter: Relinquetur domus veſtra Ieruſalem deſerta à me vero Meſſia veſtro, &c. Sequitur enim: *non me videbitis amodò,&c.*

A

Non me videbitis amodò.

Triplicem ſenſum recipiunt verba hæc. Primus eſt, *relinquetur vobis domus veſtra Ieruſalem deſerta* à me Meſſia veſtro & Deo, vſque ad iudicium. Nam, amodò, Græcè, ἀπ' ἄρτι, id eſt, *ex nunc*, ex hoc tempore, *non me videbitis*, donec in iudicio iterum videntes dicatis: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Dicent autem tunc Iudęi, dānati, *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, rei euidentia coacti, flectentęq; Christo genu, reliqui etiam damnati omnes, iuxta illud Paul. ad Philip.3. *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtrium,& infernorum,&c.* Chryſoſt. hom. 75. Videbūt[inquit]Iudęi Chriſtum (ſcilicet in iudicio] atque ipſum eſſe Chriſtum, ſiue Meſſiam, neceſſitate rerum facti certiores, negare non poterunt Ac planè tunc ſe ſubmittēt; ſed nihil inde vtilitatis accipient,&c. Diuus Hilarius., vſque in id (inquit] tempus Iudæi Chriſtum non videbunt, quo reuertentem in nomine Domini, etiam inuita infidelitatis cōfeſſione benedicent,&c.

Primus ſenſus.

C

D

In iudicio videbunt Chriſtum Iudæi.

E

Idem docent Theophylactus, & Euthymius. *Amodò* autem ſignificat tempus illud, quod vſque ad paſſionem protendebatur, vt idem Chryſoſtomus docet. Nam vſque ad paſſionem viderunt impij Iudæi Chriſtum, poſtea non viderunt ampliùs, videbunt rurſus in iudicio. Eſt ſenſus, *amodò*, id eſt, poſt hoc tempus, quod vſque ad paſſionem reſtat, *non videbitis, &c.* Hunc ſenſum probant verba illa Domini. Matth.26. tempore paſſionis prolata. *Veruntamen dico vobis, amodò videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cęli,&c.*

Vſus eſt autem Dominus verbis. Pſalm.117. quibus vſa fuerat turba in die Palmarum, qui paulò antè prætierat, quaſi diceret; turba videns me venientem Ieroſolymam dixit; *Benedictus, qui venit in nomine Domini, oſanna in altiſſimis.* Illa voluntate in me pro cenſiſſima hoc dixit, vos autem non dixiſtis. At dicetis aliquando eadem ipſa verba, ſed inuiti in iudicio. Neque addetis, *oſanna in altiſſimis*, id eſt, ſerua, quia nulla vobis ſalus poterit tunc contingere iam damnatis.

B

Secundus ſenſus eſt: *Dico vobis non me videbitis amodò donec* credentes in me pœnitentiam agatis, & *dicatis: Benedictus veniens in nomine Domini.* Non, inquam, videbitis me, in cęleſti beatitudine, niſi fides, & pœnitentia veſtros aperiat oculos. Hieronymus in Matth. Niſi pœnitentiam[inquit) egeritis,& confeſſi fueritis ipſum eſſe me, de quo prophetæ cecinerunt filium omnipotentis Patris, faciem meam non videbitis.

Secundus ſenſus.

Habent ergo Iudæi datum ſibi tempus pœnitentię. Confiteantur benedictum, qui venit in nomine Domini, & Chriſti ora conſpicient,&c. De viſione per fidem interpretatur Orig. Donec(inquit]intelligentes deſertionem propriam, Iudæi dixerint pœnitentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, non videbunt Filium Dei, nec verbum eius, nec conſiderabunt pulchritudinem ſapientię Dei, &c.

Chriſti fidē niſi Iudæi habent non poterūt ſaluari.

Tertius ſenſus eſt amodò non videbitis me oculis fidei, donec extremo mundi tempore ad me conuerſi dicatis: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Vaticinatur Dominus Iudęorum conuerſionem, de qua primo tomo actum eſt.

Tertius ſenſus.

Iudęorū cōuerſionem] Chriſtus vaticinatur.

Nunc cœci Meſſiam ſuum non cernunt fidei oculis, cernent extremo tempore, benedictumque appellabunt, & venientem in nomine

Domini;in hunc modum interpreta- A
tur Auctor imperfect. Probabiles ſūt
hi ſenſus;primus antecellit. Eſt alius
huiuſmodi:*Non me videbitis,amodò donec*
in die,quo ingreſſurus ſum Ieruſalem
veluti triumphans *dicatis: Benedictus qui*
venit in nomine Domini. At tam ille præ-
terierat triumphus, quo tempore hæc
verba Dominus fecit. Non ergo de il-
lo intelligi poſſunt.

Cōſiderāda Chriſti miſericordia, & amor.

Cōſideranda eſt miſericordia Chri-
ſti,& amor erga homines,quos ſic ad B
alas ſuas vocat, vt gallina pullos vo-
cat ſuos *Quoties*[inquit]*volui congrega-*
re filios tuos, ſicut gallina congregat pullos
ſuos,&c. Quid blandius? Quid ſuauius
dici poterat? Ab imagine (ait Chryſo-
ſtomus hom. 75.] amorem Dominus
ſignificauit, &c. Imago verò amoris
gallina eſt.de qua Auguſt.lib.1.quæſt.
Euang. quæſt. 36. Hoc[inquit) genus
animantis magnum affectum in filios
habet, &c. Dignus eſt impius homo C
Tartareis pœnis;ſed Chriſtus non ad
pœnas nunc vocat;ſed ad pennas, id
eſt,alas. Si ad pennas venire recuſarit,
ibit ad pœnas. Ierem.31. *In caritate per-*
petua dilexit te,ideo atraxi te miſerans,&c.
Ecce vocationis fontem; dilectio eſt,
& miſericordia. Dilexi (inquit) te o a-
nima,ideò miſerans per ſummam mi-
ſericordiam vocaui, attraxi te, abſ-
que vlla vi,ſuauiter liberi arbitrij li-
bertate conſeruata

Neque verò ſemel tātùm vocat, ſed D
ſæpius. *Quoties* (inquit] *volui congregare*
Multoties Deus peccatorem vocat,
ille verò diuinæ inſpirationi aſſentiri
non vult. *Volui congregare*(ait Domi-
nus]*& noluiſti*. Dominus vult;ſeruus
impius non vult. Non enim cogit ſer-
uum Deus, ſed liberè patitur agere,
& diuinæ reſiſtere voluntati, non ſe-
mel tantùm,ſed iterum, atque iterū.
Vnde illud D. Stephani Actor. 7. *Vos* E
ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres
veſtri,& vos,&c. Sæpè vocauit Iſraeli-
tas Deus, at illi ſemper reſtiterunt.
Voluit congregare,& noluerunt. Ie-
rem.15.*Laboraui rogans,&c.* Laborauit
Dominus rogans populum ante in-
carnationem per Prophetas, poſtea
per ſeipſum, congregare ſub alas vo-
luit, ille verò noluit. Laborat etiam
nunc peccatorem iteratis inſpiratio-

A nibus,concionibus, & admonitioni-
bus rogans. At ille ad alas minime fe-
ſtinat. Cùm autem ſupplicium graue
mereantur illi,qui ad alas redire no-
lunt;Dominus ſupplicium differt mi-
ſericordiaq; plenam obiurgationem,
& quærelam adhibet. *Quoties volui con*
gregare filios tuos ſub alas,& noluiſti, &c.
Inter multa obiurgationum genera
(ait Diuus Hilarius in Matthæum)ſem
per miſericordiæ ſuæ Deus proteſta-
B tur affectum:cuius hinc omnis quere-
la eſt,quòd regredi in ſalutem, quam
præſtabat, Iudæi abnuerent, &c. O
querelam miſericordiæ plenam? Con
queritur de peccatore Deus, quòd ob
latam ſalutem non amplectatur, &
perire malit, quàm ad alas Dei veni-
re. Euertere mox poteſt populum,
grauiſſimeque punire,& omiſſo nunc
ſupplicio, querelam adhibet, quòd
ad oblatas alas venire noluerit. Vide-
C licet,congregare vult, & ſeruare po-
tius,quam euertere; ideoque punitu-
rus flet. Luc.19. *Videns ciuitatem fleuit*
ſuper illam, &c. Et hoc etiam loco,vt
Euthymius cenſet veluti deflens ciui
tatis excidium,ait,*Ieruſalem Ieruſalem,*
quæ occidis Prophetas,&c. Ad ciuitatem
conuertens ſermonem(ait Euthym.)
hanc deplorat. Reduplicatio autem
appellationis, demonſtratio eſt miſe-
rationis,&c.

Vocat Deus impiū ſæpè ille reſiſtit.

Quærela Dei plena miſericordia.

Deus ſaluare vult non euertere.

Euthym.

D Diſperſionis noſtræ à Deo,& auer-
ſionis, voluntas cauſa eſt. *Volui* (in-
quit]*congregare,& noluiſti, &c.* Chriſti
eſt homines congregare; diaboli di-
ſpergere. Vult Chriſtus nos congre-
gare;nolumus. Vult diabolus diſper-
gere, volumus; Deo reſiſtimus,hoſti
aſſentimur. *Dura ceruice,& incircumci-*
ſis cordibus[ait Diuus Stephanus Acto-
rum 7.) *vos ſemper Spiritui ſancto reſtiti-*
ſtis, &c. Dura ceruix, incircumciſum
E cor,ſiue voluntas, Deo reſiſtit,hæc ca-
tena ferrea eſt,qua cacodæmon homi
nes vinctos tenet & ad alas Dei veni-
re prohibet,iuxta illud Diui Auguſti-
ni libro octauo, Confeſſion. capite
quinto. Suſpirabam ligatus, non alie-
no ferro, ſed mea ferrea voluntate,
velle meum tenebat inimicus, & in-
de mihi catenam fecerat, &c. Nonne
vides duram voluntatem catenam eſ-
ſe ferream, qua hoſtis impium alliga-
tum

Voluntas à Deo nō ſeparat, vel Deo coniungit.

Volūtas dura in peccante catena eſt.

Digitized by Google

tum tenet? Non poteſt hoſtis alia nos catena obſtringere, niſi voluntate noſtra; tolle voluntatem; peccatum non erit; tolle peccatum, non erit catena. Peccati mater voluntas eſt; tolle matrem, filius non gignetur. Ambroſius libro de Iacob, & vita beata, capite tertio. Non eſt (inquit) quod cuiquam noſtram aſcribamus ærumnam, niſi noſtræ voluntati. Nemo noſtrum teneatur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quę inferuntur reluctantibus, &c. Non habet diabolus coactos, & inuitos ſeruos, ſed voluntarios. Voluntas ſeruos facit, vel Chriſti, vel diaboli. Voluntarium ſibi militem eligit Chriſtus, (ait Ambroſius eodem loco) voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur, neminem iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet, niſi ſe ei prius peccator ære vendiderit, &c. *Auctionatur*, inquit; quia cacodæmon modica voluptate, veluti ære, voluntatem hominis illicit, quo ęre illecta, non inuita, ſe, hominemq; tradit. *Trahit ſua quemq; voluptas*, dixit poeta. & trahit magis ſua quemq; voluntas, trahit, inquam, ſiue ad Deum, ſiue ad diabolum. Neque verò voluptas traheret, niſi traheret voluntas. Voluptas veluti eſca trahit voluptatẽ inuitando, voluntas trahit hominem diaboli ſeruituti mancipando. Quantumuis inuitet voluptas turpis, illiciat, blandiatur, ſi renuat voluntas, nõ trahitur homo; ſi aſſentiatur, trahitur. Cuſtodienda ergo voluntas diligenter, ne illecta capiatur, fugienda voluptas, ne illiciens capiat. Quod Chriſtus vult illud nos quoque velimus, vult ille nos ſub alas congregare, huic voluntati nobis vtiliſſimæ, & amore redundanti, voluntate noſtra obſequamur.

Peccati mater voluntas eſt.

Virg. 2. Ecl.

Quid vtilius nobis eſſe poteſt, quã ſub alis Chriſti vitam agere? O fœlicem illum qui, ſub tantis continetur alis congregatus, ò infœlicem qui extra illas vagatur, per caducas res diſperſus. Multi nos circumuolant milui, multi Tartarei accipitres, tutiſſimus locus eſt ſub alis Chriſti. Quemadmodum miluus aberrantem abalis, & matre pullum; ſic cacodæmon aberrantem à Chriſti alis hominem

Ad alas Chriſti confugiendum.

A rapit. Sub alis Chriſti tutus eſt homo, idcirco Dauid orat. Pſal. 60. *Protegar in velamento alarum tuarum*. Et Bernard. in Pſalm. 90. ſerm. 4. Sub alis (inquit) Dei in occurſu accipitrum, & miluorum protegimur, quæ ſunt aereæ poteſtates &c. Similiter Auguſt. Pſal. 90. Si gallina (inquit) protegit pullos ſuos ſub alis, quanto magis tu tutus eris ſub alis Dei, aduerſus diabolum, & Angelos eius? &c. Ad alas ergo Domini

B confugiamus, ne nos Tartareus rapiat miluus, non clauſas reperiemus, ſed apertas. Qui enim ſub alas congregare vult, alas non claudit, ſed expandit. Deuter. 32. *Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis, &c.* Attolle in crucem oculos, cerne expanſas Chriſti in ligno alas, ad illas confuge. D. Bernard. ſerm. indicato. Sicut (inquit) videns venientem accipitrem mater expandit alas

C ſuas, vt pulli ſubeant, & habeant tutum refugium, ſic nobis parata, & quodammodo dilatato ſinu extenſa eſt ſumma, & ineffabilis pietas Domini, &c.

Dicitur perdix aliena furari oua, pulloſq; excludere; excluſi verò pulli ferũtur falſam poſtea deſerere matrem, & ſub alas veræ matris congregari. Furatur homines diabolus, vt perdix oua. Vera mater Chriſtus eoſ-

De alis Chriſti.

D dem vocat, deſerant falſam, ad alas veræ matris conuolent. Iuxta illud Diui Ambroſij Ieremiæ 17. Clamauit Ieſus, perdix, id eſt, diabolus a congregatis derelictus eſt, &c. Clamat Ieſus, volo vos congregare ſub alas; quicunque ergo ſub Tartareæ perdicis, quæ omnes perdit, alis congrati eſtis, relinquite illam, ne vos mala perdix perdat, ad veræ matris Ieſu alas currite, quæ vos alant, protegant, ac foueant,

E confoueant, & calefaciant. Nam alæ Domini alunt nos, ſeruant nos, confouent, ac calefaciunt, quemadmodum alæ gallinæ pullos. Confouent, inquam, & calefaciunt caritate in Deum, & proximum. Qui ſub alis Chriſti ſunt, caritate in Deum calefiunt, caritate in proximum congregati ſunt velut pulli, odio minimè diſperſi. Qui extra alas vagantur, caritatis calore priuati pereunt. Hoc ſait

Alæ Dei quantũ nobis boni conferant.

Rrr 2 Bern.

Digitized by Google

Bern. loco citato]ſub ſcapulis Chriſti nobis præſtatur, vt tanquam pulli in calore materni corporis foueamur, ne foris vagantes moriamur refrigeſcente nimirum caritate, &c. Meritò ſanè Dauid ſub alis Dei exultabat. Pſal. 62. *In velamento alarum tuarum*(ait)*exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua, &c.* Exultat iuſtus in velamento alarum Chriſti, caritatis ardore calefactus; adhæret amore anima illius poſt Dominum, à quo in tentationibus, rebuſque aduerſis potentiſſima dextera ſuſcipitur. At verò is, qui ſæpius ad alas vocatus, renuit congregari, à velamento, protectioneque alarum deſertus, veluti pullus extra matris alas vagans, rapitur. Auguſt. Pſal. 62. Si me[inquit]non protegas, *Domine*; quia pullus ſum, miluus me rapiet, &c. *Ecce* [inquit Dominus] *relinquetur vobis domus veſtra deſerta, &c.*

Iudæi quia ad alas Chriſti noluerunt cõfugere perierunt.

Vocati ſunt Iudæi ad Domini alas; venire recuſarunt: deſerti à protectione alarum, veluti vagantes pulli, à miluis tùm Tartareis, tùm Romanis rapti ſunt, vt Auctor docet imperfect. hom. 46. Sicut pulli (inquit) frequẽter à matre vocati, cùm non obaudierint, neque ſecuti fuerint matrem, matre longius abeunte, aut venit accipiter, & diſpergit eos, aut longius euagantur, vt pereant; ſic & Domino frequẽter Iudæos vocante, quoniam non audierunt, neq; ſecuti ſunt eum, ad gentes illo recedẽte, venit quaſi accipiter Rex Romanorum, & partem quidem eorum comedit fames & gladius, alij autem per ſingulas prouincias diſperſi ſunt, vt perirent.

Zachar. 5. Vidit Vates amphoram, Hebraicè, האיפה *ephah*, quæ trium modiorũ menſura eſt. In hanc verò menſuram fęmina quędã proiecta eſt, quæ iniquitas appellatur, plumbeaq; maſſa os menſurę clauſum. Tum fœminę duæ alas habentes quaſi milui aduolarunt; mẽſuramq; in qua iniquitas erat rapientes Babylonem deportarunt. Quemadmodum fęmina, quę iniquitas nominatur, in menſuram, Ephah, proiecta eſt, ſic iniquitas, ſiue iniqua anima noſtra, in menſuram à Deo proijcitur. Metitur.n. peccata noſtra, iuxta illud ſuprà dictum Phariſęis, *implete menſuram patrum veſtrorum*. Expectat autem donec impleatur, Ephah, ſiue menſura iniquitate. Cùm illa impleta eſt, Tartareis miluis traditur anima iniqua, & Babylonem deducitur, hoc eſt, in terram confuſione plenam, ſ. Tartarũ; Babylon.n. ſiue Babel confuſionẽ ſonat. Caueat igitur ſibi impius, diligenterq; conſideret peccata à Deo numerari, videat, ne peccatum illud, quod perpetrare parat, vltimũ ſit, quod Deus expectat, vt iniquitate plenam animam Tartareis miluis tradat.

Cũ mẽſura peccatorum impleta eſt, rapitur in Tartarum impius.

C A P V T XXX.

De vidua quæ duo minuta miſit in Gazophylacium.

M A R C V S C A P I T E XII. Verſ. 41.

ET ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo tur
ba iactaret æs in gazophylacium. Et multi diuites iactabant
multa. * Cùm veniſſet autem vidua vna pauper, miſit duo mi-
42 nuta, quod eſt quadrans. * Et conuocans diſcipulos ſuos ait il-
43 lis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus
44 miſit, qui miſerunt in gazophylacium. * Omnes enim ex eo
quod abundabat illis miſerunt; hæc verò de penuria ſua, omnia quæ habuit
miſit, totum victum ſuum.

LVCAS CAPIET XXI. Verſ.1.

R Eſpiciens autem vidit eos, qui mittebant munera ſua in gazophyla-
cium diuites. * Vidit autem & quamdam viduam pauperculam, 2
mittentem æra minuta duo. * Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua 3
hæc pauper pluſquam omnes miſit. * Nam omnes hi ex abundanti ſub miſe 4
runt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum,
quem habuit, miſit.

Aſpiciebat, quomodo turba iactaret æs in gazophylacium.

POſtquam Dominus in Phariſæos octies væ fulminauit, acriterque illos reprehendit; contra, i. è regione gazophylacij, quod erat in templo ſedit, vt Marcus ait; & aſpiciebat quomodo turba iactaret æs, i. mitteret pecuniam in gazophylacium. Græcè idem eſt verbum βάλλω, id eſt, *mitto conijcio*, tum hoc loco, tum infra, cùm de vidua dicitur; *Miſit duo minuta*, potuiſſet etiam vertere interpres, *iactauit duo minuta*; & ſupra potuiſſet transferre; *aſpiciebat quomodo turba mitteret æs in gazophylacium*, Sed non ſine conſilio turbam dixit iactaſſe æs, viduam miſiſſe duo minuta æra; quoniam turbæ congruit illa pecuniæ iactatio præſertim diuitibus, viduæ verò pauperi, atque humili, verbum, *miſit*, magis conuenit. Quodnam eſſet gazophylaciũ hoc, in quod pecunia conijciebatur dubium eſt. Dictio hæc à gaza componitur & à verbo Græco, φυλάττω, id eſt, *cuſtodio*, diciturque gazophylacium, quaſi gazæ, id eſt, opum ſiue diuitiarum cuſtoditorium. Vocantur autem gazophylacia in diuinis literis domus, in quibus primitiæ, decimæ, & alia templi bona, reponebantur 2. Eſd. 10. *Primitias ciborum noſtrorum, & libaminum noſtrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei, afferemus ſacerdotibus ad gazophylacium Dei noſtri. Et decimam partem terræ Leuitis, &c. Item. Leuitę offerent decimam partem decimę ſuę in domo Dei noſtri ad gazophylacium in domo theſauri. Ad gazophylacium enim deportabunt filij Iſrael, & fi-* A *lij Leui primitias frumenti, vini, & olei, &cæt.*

Quid ſit gazophylaciũ

Vocatur quoque gazophylacium Arca, in qua pecuniæ in templo aſſeruabantur 4. Reg. 12. *Tulit Ioiadas Pontifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen deſuper, & poſuit illud iuxta altare, ad dexteram ingredientium domum Domini. Mittebantque in eo ſacerdotes omnem pecuniam, quæ deferebatur in templum Domini, &c.* Erat hoc gazophylacium, B Arca iuxta altare holocauſtorum, in atrio ſacerdotum collocata; in quod atrium populus minimè ingrediebatur, ideoque non conijciebat pecuniam in gazophylacium, ſed ſacerdotibus tradebat; illi in gazophylacium mittebant. *Mittebant* (inquit) *in eo ſacerdotes omnem pecuniam, quæ deferebatur in templum Domini, &c.* 2. Par. 24. de hoc gazophylacio ſic ſcribitur. *Præcepit Rex, & fecerunt Arcam, poſueruntque eam* C *iuxta portam domus Domini forinſecus, &cæt.*

Gazophylacium Arca vbi fuerit.

Si iuxta portam Domini forinſecus erat Arca quomodo dicitur 4. Reg. 12. Fuiſſ. collocatã iuxta altare holocauſtorum, quod erat in atrio ſacerdotum? Reſpondet Abulenſis. 4. Reg. 12. portam Domini appellari portam ipſam templi, ante quod erat atrium ſacerdotum, & altare holocauſtorum. Itaque ſenſus eſt: *Poſue*- D *runt Arcam iuxta portam Domini*, hoc eſt, iuxta portam templi forinſecus, in atrio ſacerdotum iuxta altare holocauſtorum. Vel forſitan primum quidem collocatum eſt gazophylacium iuxta altare, vt dicitur 4. Reg. 12. in quem locum non patebat aditus populo. Poſtea mutata ſententia poſitum eſt iuxta portam atrij fo-

forinſecus, vt poſſet populus in illud pecuniam mittere, quod refertur 2. Par. 24. Ioſephus lib. 7. de bello ca. 11. gazophylacia Arcas fuiſſe docet, in quibus non ſolùm pecuniæ, ſed alia quoq; aſſeruabantur. Romani [inquit] Arculas, quę gazophylacia vocantur, incendunt, in quibus magna vis erat pecuniæ, ac plurimùm veſtium aliaque bona, & [vt breuiter dicam) omnes Iudæorum congeſtæ diuitiæ, quòd opulentiſſimus quiſque illùc totas domos exhauſerant, &c. Arca igitur fuit magna gazophylacium, de quo Lucas loquitur, habens foramen, ſiue foramina, per quæ pecunia immitti poſſet, in templo collocata. Iuxta illam ſedens Dominus, reſpiciebat eos qui pecuniam mittebant.

Vidit autem & quandam viduam pauperculam.

VT Marcus ait, multi diuites iactabant multa in gazophylacium; acceſſit verò paupercula quędam vidua, & minimum quid miſit, videlicet ęra minuta duo, quod eſt quadrãs, vt docet Marcus, Gręcè *κοδράντης*. Eſt autem quadrans, quarta pars aſſis, i. *hum real em ceytis*, ſi de quadrante Latino loquamur. At Beda de quadrante Hebręo intellexit, qui quarta pars ſicli eſt. Cùm ergo ſiclus denarios contineat quatuor quarta pars ſicli vnus erit denarius. Veriſimiliùs eſt Marcum de quadrante latino loqui; ſiquidem Romanis ſcripſit Euangeliũ, qui latini erant, quamobrem addidit illa verba, *quod eſt quadrans*. Pręterea quia duo minuta, non ſignificant denariũ, ſed minorem pecuniam. Conuocauit Dominus diſcipulos, viduam pauperculam laudauit, illiuſque minus diuitum muneribus antepoſuit. *Verè* [inquit) *dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquam omnes miſit*. Cur verò plus miſerit docet; *quoniam diuites ex abundantia ſua miſerunt in gazophylacium; hæc autem ex maxima penuria ſua miſſit* Illi non miſerunt totum quod poſſident, multa retinent; hæc autem, quidquid habebat, obtulit. Vnde colligitur viduã hanc, duo tantummodo æra minuta

Quadrans quem miſit vidua qꝫ eſſet.

Cur vidua plus omnibus miſerit

A habuiſſe, ait .n. Dominus apud Marcum: *Vidua hæc de penuria ſua, omnia quæ habuit, miſit, totum victum ſuum, &c.* Poſtea verò vel mendicauit victum, vel ex labore manuum comparauit. Ergo vidua pauperrima plus obtulit quã diuites proportione quadam; quia viduæ plus, & multo difficilius erat offerre quadrantem, quàm diuitib. offerre magnam pecunię copiam.

Reſpiciens Dominus ait D. Lucas, B *Vidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites, &c.* Egregium Deo ſpectaculum ſunt, diuites mittentes opes ſuas in gazophylacium Dei. Tũc autem opes ſuas diuites in gazophylacium Dei mittunt; cùm vel templis, vel pauperibus, vel pijs operibus eas impendunt. Hoc verò eſt opes mittere in gazophylacium, etenim gazophylacium, vt dictum eſt, ſignificat locum, in quo opes non pereunt, ſed cu- C ſtodiuntur. Diuites verò, qui diuitias eleemoſynis, pijſque operibus impertiuntur, in loco illas reponunt, in quo minimè pereunt, ſed perpetuo aſſeruantur; nempe in cęlo, iuxta illud Domini Matth. 6. *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur, &c.* Eximium gazophylacium eſt cęlum, vt Dñs ait, incorruptibile eſt, æternum perire nequit. Quidquid D in hoc diuitiarum conſeruatorium cõ ieceris, minimè peribit. Ideo Dominus; *theſaurizate* [inquit] *theſauros in cœlo*; quaſi dicat, mittite ò diuites in hoc æternum gazophylaciũ veſtras opes, ſi per æternitatem poſſidere illas cupitis. Et Pſal. 111. *Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi*; dedit pauperibus pecuniam, iuſtitiam æternam comparauit. Chryſoſt. hom. 34. ad populum: Breui [inquit) tempo- E re diſtributionem fecit, & perenniter permanet eius iuſtitia, &c. Item; poſtquam dixit, *diſperſit*, ne putares, quòd diſperſa perijſſent, propterea ſtatim intulit, *iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi*; ex illis, inquit, diſperſis inconſumpta manet iuſtitia, cum omnibus pariter ſæculis extenſa, &c. Ergo ſeruat Dei gazophylacium, quidquid diſperſeris in ſæculum ſæculi. Cyprianus in lib de opere, & eleemoſynis: in tuto

Opes mittere in gazophylacium quid ſit.

De eleemoſyna.

Cęlum e eximiũ gazophylaci

(inquit]

(inquit]hæreditas ponitur, quæ Deo
cuſtode ſeruaretur,&c.

Terra gazophylacia multa habent foramina.

At terrę gazophylacia multa habēt
foramina,per quę opes dilabuntur,ac
pereunt,iuxta illud Aggæi.1.*Qui mercedes congregauit,miſit eas in ſacculum pertuſum,&c.*Sacculus pertuſus ſunt omnia mundi gazophylacia,& theſauri;
pecuniam, quæ mittitur retinere nequeũt; veluti per ſacculum pertuſum
effunditur,qui extremo Lazari digito
in aquam immiſſo,linguam ſuam refrigerari petit Luc.16.Cur ita? Quia
in gazophylacia & ſacculos pertuſos
illam immiſit. Obtulit illi Dominus
ante foras gazophylacium, in quo illam conſeruaret in ſempiternum.Sed
immittere in illud noluit; itaque periijt.Nonne Lazarus ante fores diuitis
gazophylacium erat æternum, in qđ
quidquid pecuniæ conijceret, in ſempiternum aſſeruaret? At miſer maluit
in corpus ſuum,& ventrem,veluti ſacculum pertuſum mittere,quam in gazophylacium Domini.*Induebatur* (inquit)*purpura & biſſo,& epulabatur quotidie ſplendidè,&c.* Corpus, & ventrem
gazophylacium fecerat ſuum,ſed pertuſum,& foraminibus plenum erat;
ideoque quidquid in illud coniecit,
euanuit, ſimili modo ventrem gazophylacium ſuum fecerat Aſſyriorum
Rex Sardanapalus,qui incidi iuſſit in
ſepulchro;*Hac habeo, qua edi queque exaturata libido,hauſit.Etſi, at illa manent magna & praclara relicta.*Quaſi dicat, meũ
gazophylaciũ venter fuit meus;illa habeo quę in illo recondidi. Quid aliud
(inquit Ariſtoteles)in bouis,non in regis ſepulchro inſcriberes? hæc habere
ſe mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habebat, quam fruebat.
Lege M.Tul. Tuſcul.5. Gaudet Chriſtus,cùm diuites videt mittentes opes
ſuas in gazophylacium cęli ſempiternum;gaudet diabolus,cùm illos videt
mittentes illas in gazophylacia mundi,in menſam ludi,in ventrem, cæteraque huiuſmodi, neque verò ſolum
diuites videt Dominus mittentes munera in gazophylacium,ſed pauperes
etiam. *Vidit* (inquit Lucas)*& quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo,&c.* Vidit diuites,qui Marcus ait iactabant multa. Vidit etiam

Sardanapali epitaphiũ boue non rege dignum.

Cicero hæc habet.

A pauperculam viduam, quæ duo tantùm æra minuta miſit. Quod verò mirum eſt,viduæ pauperculæ pauperculam oblationem diuitum copioſis oblationibus prępoſuit. *Vidua* (inquit] *hæc pauper pluſquam omnes miſit,&c.*

Difficultas operis opus extollit.

Nam difficultas operis,cæteris paribus, opus extollit multo vero difficilius copioſam pecuniam donare. Extulit igitur difficultas operis ipſum opus. Vberior eſt nummus ex paruo
B (ait Ambroſ. in lib. de viduis] quam
theſaurus ex maximo,&c.Extulit prę
terea voluntatis alacritas,ac deuotio;
etenim vidua hæc magna voluntate,
atque affectu duo minuta in gazophylacium miſit,vt D.Chryſoſt.docet homil.3.in 2.epiſt.ad Timoth. in morali.Vidua(inquit)illa,quæ duo minuta
miſerat;pro alacritate voluntatis, nihil minus diuitibus intulit,&c. Et D.
Cyprianus in tract. de opere & elee-
C moſynis viduam(inquit]cùm videret
Dominus non de patrimonio, ſed de
animo opus eius examinans,& conſiderans,non quantùm, ſed ex quanto
dediſſet;dixit,*vidua iſta plus omnib. miſit in dona Dei,&c.* Magna fuit alacritas
fœminæ quæ vt Dominus ait Luc 21.
omnem victum ſuum quem habuit, miſit.

Alacritas, & deuotio vidua.

Rarò eò voluntatis vehementia peruenit,vt omnem victum pro Deo donet;formidamus ne victus deſit, non
D omnino confidimus Deo, vidua hæc
omnem victum in gazophylaciũ miſit
Deo confidens, neque formidauit ne
deeſſet victus. Fœminam legis veteris
imitetur Chriſtianus, confidens Deo
largitur eleemoſynam,victum defuturum ne formidet,iuxta illud Paul. ad
Heb.13.*Contenti pręſentibus; ipſe enim dixit,non te deſeram,neque derelinquam, ita vt confidenter dicamus Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo,*
E *&cæt.*

Confidēdū in Deo eſt.

Pſal. 29.

1 Præterea docet locus hic Chriſtianos non ſolùm diuites, ſed etiam pauperes eleemoſynam largiri. Largiatur
diues ex abundantia ſua,vt diuites illi,qui munera mittebant in gazophylacium;donet pauper ex penuria ſua,
vt vidua hęc pauperrima. *Diuites*, vt
ait Marcus,*iactabant multa, vidua paupercula duo miſit æra minuta:* Sic diuites
largiantur multa, inopes pauca.

Pauperes quoq; eleemoſynam poſſunt donare.

Tob.4. *quomodo potueris* (ait bonus ille ſenex filium alloquens iuuenem) *ita eſto miſericors. Si multùm tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude, &cæt.* Quod ſi nihil habeamus, quod eleemoſynæ impendamus, voluntatis affectu magno, eleemoſynam largiri cupiamus; ita vt affectui ſola obſtet penuria ne perueniat ad effectum. O Domine dicat inops, ſi opes mihi ſupperent, ſanè pauperes multos paſcerē, Orphanis, & viduis opem ferrem, & alia ſimilia præſtarem: huiuſmodi deſideria Deus veluti facta remunerabit; Iuxta illud magni Greg. hom 5. in Euang. Ante oculos Dei nunquam eſt vacua manus à munere, ſi fuerit arca cordis repleta bona volūtate, &c. Habet pauper ſuam arcam, ex qua eleemoſynas depromat, nimirum cor plenum bona voluntate, vt ait Greg. nō poteſt inde argentum depromere, depromit tamen bonam voluntatem, ardentiaque deſideria largiendi. Quòd ſi affectus non peruenit ad effectum, non eſt cauſa voluntas, ſed penuria. Ad eleemoſynam igitur donandā nemo inops eſt; ſiquidem omnes voluntatem Deo adiuuante omnes habere valemus. Nihil Deo offertur ditius (ait D. Greg. loco citato] bona voluntate, &c. Si ergo argentum nō habes, quod in gazophylacium Dei mittas, mitte bonam voluntatem.

D. Greg. Volūtas & deſiderium largiēdi eleemoſynā eſt remuneranda. Arca Cor.

Nihil diti⁹ Deo offertur bona voluntate.

Ne dixeris inops ſum, nihil habeo quod in gazophylacium Domini iniiciam; ditiſſimam habes voluntatem, hanc iniice. Qui verò diuites ſunt, præcipuè quidem bonam iniiciant voluntatem; ſed argentum, quod habēt, voluntatem committetur. Vtinam multos inueniremus diuites illi Zachariæ ſimiles, de quo Leontius in vita D. Ioannis eleemoſynarij, Alexandrini Patriarchæ, hæc memoriæ prodidit. Multas (inquit) benedictiones mittit ei Deus ſed non dimittit quidquam, quod non ſtatim det pauperibus. Multoties in exultatione inuenerunt eū quidam dicentem Deo; ſic, ſic, aut tu mittendo, aut ego diſpergendo, videbimus, quis vincat. Inquit enim, quoniam tu diues Domine, & vita noſtræ miſerator es, &c. Multas benedictiones, id eſt, munera, & beneficia, atque opes mittit Deus diuitibus. Certent ergo cum Deo, Deus diuitias mittit, illi pauperibus diſpergant. Videamus quiſnam vincat, Deus ne diuiti donando, an diues pauperibus magno affectu largiendo. O glorioſum certamen.

Zacharia diuitis certamen cum Deo.

Denique duo minuta habet omnis pauper, omniſq; diues, Deo acceptiſſima, videlicet corpus, & animam, vt Theophylactus docet. Hęc in gazophylacium Domini mittat, non in gazophylacium dęmonis. Offeramus Deo corpus, offeramus & animam; hæc Deo oblatio gratiſſima eſt, qua pauper vincere valet diuitem. Quò enim vehemētiori voluntate hęc duo minuta obtulerit, eò maior erit victoria. D. Greg. Nazian. in oratione de ſancto baptiſmate; Nihil (inquit] magni æſtimatur apud Deum, quod nōn pauper quoque donare poſſit, &c. æſtimatur magni apud Deum duo minuta noſtra, nempe pudicum corpus, & anima caritate feruens; hæc ſicut diues, ita pauper donare poteſt, largiuſque donabit ille, qui maiori caritate ſemetipſum Deo donarit. Audiamus D. Bernard. ſermone tertio de purificatione, Duo (ait) minuta habeo Domine, corpus, & animam dico. Vtinam hæc tibi perfectè poſſim in ſacrificium laudis offerre; bonum enim mihi, longeque glorioſius, atque vtilius eſt, vt tibi magis offerar, quàm deſerar mihi, &c. Addam & Theophylactum Marci, 11. Gloria (inquit) tibi Chriſte, qui & parua gratiora ſæpe habes, quam magna. Quęſo vt & mea anima vidua talis ſit, quæ abiiciat ſatanam, cui vt viro adhęſit, & mittat in theſaurum ſacrum duo minuta, carnem, & mentem, &cæt.

Duo minuta Deo offerenda, corpus, & anima.

Pauper donare poteſt ſicut diues quod Deo eſt acceptiſſimum.

CAPVT.

LIBER NONVS.

CAPVT I.

De excidio Reipubl. Iudaicæ, & fine Mundi.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Verſ. 1.

ET egreſſus Ieſus de templo ibat. Et acceſſerunt diſci
puli eius, vt oſtenderent ei ædificationes tēpli. * Ip-
ſe autem reſpondens, dixit illis: videtis hæc omnia? 2
Amen dico vobis non relinquetur hic lapis ſuper
lapidem, qui non deſtruatur. * Sedente autē eo ſu-
per mōtem oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſe- 3
cretò dicentes; Dic nobis, quando hæc erunt? & quod
ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? *
Et reſpondēs Ieſus dixit eis. Videte ne quis vos ſe- 4
ducat: * multi enim venient in nomine meo dicen 5
tes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. * Audituri .n. eſtis prælia, & opi- 6
niones præliorū. Videte ne turbemini: oportet .n. hæc fieri, ſed nondum eſt fi-
nis; * conſurget .n. gens in gentem & regnum in regnum; & erunt peſtilen- 7
tiæ, & fames, & terræmotus per loca: * Hæc autem omnia initia ſunt dolo- 8
rum. * Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio om 9
nibus gentib. propter nomen meum. * Et tunc ſcandalizabuntur multi, & 10
inuicem tradent, & odio habebunt inuicem; * Et multi pſeudoprophetæ ſur 11
gent, & ſeducēt multos. * Et qm̄ abundauit iniquitas, refrigeſcet caritas mul- 12
torum. * Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. * Et prædi- 13
cabitur hoc Euangelium Regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus 14
gentibus, & tunc veniet conſummatio.

MARCVS CAPITE XIII. Verſ. 1.

ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Ma
giſter aſpice quales ſtructuræ. * Et rn̄dens Ieſus ait illi: Vides has 2
omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis ſuper lapi-
dē, qui non deſtruatur. * Et cùm ſederet in monte oliuarū con- 3
tra templum interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus,
& Ioannes, & Andreas: * Dic nobis; qn̄ iſta fient? & quod ſignum erit, qn̄ hæc 4
omnia incipient conſummari? * Et rn̄dens Ieſus cœpit dicere illis: Videte ne 5
quis vos ſeducat: * Multi enim venient in nomine meo, dicētes, quia ego ſum: 6
& multos ſeducent. * Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne 7
timueritis: oportet enim hæc fieri: ſed nondum finis. * Exurget enim gens 8
contra gentem: & regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per loca, &
fames. Initium dolorum hæc. * Videte autem vos metipſos. Tradent e- 9
nim vos in conciliis, & in Synagogis vapulabitis, & ante præſides, &

Reges,

Tob. 4. *quomodo potueris* (ait bonus ille ſenex filium alloquens iuuenem) *ita eſto miſericors. Si multùm tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude, &cæt.* Quod ſi nihil habeamus, quod eleemoſynæ impendamus, voluntatis affectu magno, eleemoſynam largiri cupiamus; ita vt affectui ſola obſtet penuria ne perueniat ad effectum. O Domine dicat inops, ſi opes mihi ſuppeterent, ſanè pauperes multos paſcerē, Orphanis, & viduis opem ferrem, & alia ſimilia præſtarem: huiuſmodi deſideria Deus veluti facta remunerabit; Iuxta illud magni Greg. hom 5. in Euang. Ante oculos Dei nunquam eſt vacua manus à munere, ſi fuerit arca cordis repleta bona volūtate, &c. Habet pauper ſuam arcam, ex qua eleemoſynas depromat, nimirum cor plenum bona voluntate, vt ait Greg. nō poteſt inde argentum depromere, depromit tamen bonam voluntatem; ardentiaque deſideria largiendi. Quòd ſi affectus non peruenit ad effectum, non eſt cauſa voluntas, ſed penuria. Ad eleemoſynam igitur donandā nemo inops eſt; ſiquidem omnes voluntatem Deo adiuuante omnes habere valemus. Nihil Deo offertur ditius (ait D. Greg. loco citato] bona voluntate, &c. Si ergo argentum nō habes, quod in gazophylacium Dei mittas, mitte bonam voluntatem.

D. Greg.

Volūtas, & deſiderium largiēdi eleemoſynā eſt remuneranda.

Arca Cor.

Nihil ditius Deo offertur bona voluntate.

Ne dixeris inops ſum, nihil habeo quod in gazophylacium Domini iniiciam; ditiſſimam habes voluntatem, hanc iniice. Qui verò diuites ſunt, præcipuè quidem bonam iniiciant voluntatem; ſed argentum, quod habēt, voluntatem comitetur. Vtinam multos inueniremus diuites illi Zachariæ ſimiles, de quo Leontius in vita D. Ioannis eleemoſynarij, Alexandrini Patriarchæ, hæc memoriæ prodidit. Multas (inquit) benedictiones mittit ei Deus ſed non dimittit quidquam, quod non ſtatim det pauperibus. Multoties in exultatione inuenerunt eū quidam dicentem Deo, ſic, ſic, aut tu mittendo, aut ego diſpergendo, videbimus, quis vincat aliquando; quoniam tu diues Domine, & vita noſtræ miſerator es, &c. Multas benedictiones, id eſt, munera, & beneficia, atque opes mittit Deus diuitibus. Certent ergo cum Deo, Deus diuitias mittit, illi pauperibus diſpergant. Videamus quiſnam vincat, Deus ne diuiti donando, an diues pauperibus magno affectu largiendo. O glorioſum certamen.

Zacharia diuitis certamen cum Deo.

Denique duo minuta habet omnis pauper, omniſq; diues, Deo acceptiſſima, videlicet corpus, & animam, vt Theophylactus docet. Hęc in gazophylacium Domini mittat, non in gazophylacium dęmonis. Offeramus Deo corpus, offeramus & animam; hæc Deo oblatio gratiſſima eſt, qua pauper vincere valet diuitem. Quò enim vehemētiori voluntate hęc duo minuta obtulerit, eò maior erit victoria. D. Greg. Nazian. in oratione de lauacro baptiſmate; Nihil (inquit] magni æſtimatur apud Deum, quod non pauper quoque donare poſſit, &c. æſtimantur magni apud Deum duo minuta noſtra, nempe pudicum corpus, & anima caritate feruens; hæc ſicut diues, ita pauper donare poteſt, largiuſque donabit ille, qui maiori caritate ſemetipſum Deo donarit. Audiamus D. Bernard. ſermone tertio de purificatione, Duo (ait) minuta habeo Domine, corpus, & animam dico. Vtinam hæc tibi perfectè poſſim in ſacrificium laudis offerre; bonum enim mihi, longeque glorioſius, atque vtilius eſt, vt tibi magis offerar, quàm deſerar mihi, &c. Addam & Theophylactum Marci, 11. Gloria (inquit) tibi Chriſte, qui & parua gratiora ſæpe habes, quam magna. Quęſo vt & mea anima vidua talis ſit, quæ abiiciat ſatanam, cui vt viro adhęſit, & mittat in theſaurum ſacrum duo minuta, carnem, & mentem, &cæt.

Duo minuta Deo offerenda, corpus, & anima.

Pauper donare poteſt ſicut diues quod Deo eſt acceptiſſimum.

* * *

CAPVT.

LIBER NONVS.

CAPVT I.

De excidio Reipubl. Iudaicæ, & fine Mundi.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Verſ. 1.

ET egreſſus Ieſus de templo ibat. Et acceſſerunt diſci
puli eius, vt oſtenderent ei ædificationes tẽpli. * Ip- 2
ſe autem reſpondens, dixit illis; videtis hæc omnia?
Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper
lapidem, qui non deſtruatur. * Sedente autẽ eo ſu-
per mõtem oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſe- 3
cretò dicentes; Dic nobis, quando hæc erunt? & q̃d
ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? *
Et reſpondẽs Ieſus dixit eis. Videte ne quis vos ſe- 4
ducat: * multi enim venient in nomine meo dicen 5
tes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. * Audituri .n. eſtis prælia, & opi- 6
niones præliorũ. Videte ne turbemini: oportet.n. hæc fieri, ſed nondum eſt fi-
nis; * conſurget.n. gens in gentem & regnum in regnum; & erunt peſtilen- 7
tiæ, & fames, & terræmotus per loca: * Hæc autem omnia initia ſunt dolo- 8
rum. * Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio om 9
nibus gentib. propter nomen meum. * Et tunc ſcandalizabuntur multi, & 10
inuicem tradent, & odio habebunt inuicem; * Et multi pſeudoprophetæ ſur 11
gent, & ſeducẽt multos. * Et qm̃ abundauit iniquitas, refrigeſcet caritas mul- 12
torum. * Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. * Et prædi- 13
cabitur hoc Euangelium Regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus 14
gentibus, & tunc veniet conſummatio.

MARCVS CAPITE XIII. Verſ. 1.

ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Ma
giſter aſpice quales ſtructuræ. * Et rñdens Ieſus ait illi: Vides has 2
omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis ſuper lapi-
dẽ, qui non deſtruatur. * Et cùm ſederet in monte oliuarũ con- 3
tra templum interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus,
& Ioannes, & Andreas: * Dic nobis; qñ iſta fient? & q̃ ſignum erit, qñ hæc 4
omnia incipient conſummari? * Et rñdens Ieſus cœpit dicere illis: Videte ne 5
quis vos ſeducat: * Multi enim venient in nomine meo, dicẽtes, quia ego ſum: 6
& multos ſeducent. * Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne 7
timueritis: oportet enim hæc fieri: ſed nondum finis. * Exurget enim gens 8
contra gentem: & regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per loca, &
fames. Initium dolorum hæc. * Videte autem vos metipſos. Tradent e- 9
nim vos in concilijs, & in Synagogis vapulabitis, & ante præſides, &

Reges,

Digitized by Google

10 Reges ſtabiris propter me, in teſtimonium illis, * & in omnes gentes pri-
11 mùm oportet prædicari Euangelium.* Et cùm duxerint vos tradentes, noli-
te præcogitare quid loquamini. Sed quod datum vobis fuerit in illa hora id
12 loquimini. Non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus. * Tradet au-
13 tem fratrem in mortem; & pater filium: & conſurgent filij in parentes, &
morte afficient eos,* & eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui au-
tem ſuſtinuerit in finem, hic ſaluus erit.

LVCAS CAPITE XXI. Verſ. 5.

ET quibuſdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus,
6 & donis ornatum eſſet, dixit: * Hæc quæ videtis, venient
dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui nõ
7 deſtruatur. * Interrogauerunt autem illum dicentes: Præ-
ceptor, quando hæc erunt, & quod ſignum cùm fieri inci-
8 pient? * qui dixit. Videte ne ſeducamini; multi enim ve-
nient in nomine meo, dicentes. Quia ego ſum. Et tempus appropinquauit.
9 Nolite ergo ire poſt eos.* Cùm autem audieritis prælia, & ſeditiones, nolite
10 terreri: oportet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. * Tunc dicebat
11 illis; Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum.* Et terræmo
tus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames, terroreſque de cœlo, & ſi-
12 gna magna erunt.* Sed ante hæc omnia, inijcient vobis manus ſuas, & per-
ſequentur, tradentes in Synagogas, & cuſtodias, trahentes ad Reges, & Præ-
13 ſides propter nomen meum. * Continget autẽ vobis in teſtimonium. * Po-
14 nite ergo in cordibus veſtris non præmeditari, quemadmodum reſpondea-
15 tis;* Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, &
16 contradicere omnes aduerſarij veſtri. * Trademini autem à parentib. & fra-
17 tribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis.* Et eritis odio om-
18 nib. propter nomen meum. * Et capillus de capite veſtro non peribit.* In
19 patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Et cùm egrederetur de templo.

POſtquam Dominus Phariſæos reprehendit, viduamque laudauit, diſceſſit ex templo. Græce apud Matthæum legitur, ἐξελθὼν, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, id eſt, *egreſſus ibat à templo.* Vnde conſtat, particulam, *de templo,* non eſſe coniungendam cum verbo, *egreſſus,* ſed cum verbo, *ibat,* hoc modo: *Egreſſus ibat,* ſiue *diſcedebat de templo. Et acceſſerunt* [ait Mattheus] *Diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi.* Marcus ſic: *Et cùm egrederetur de templo, ait illi vnus de Diſcipulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ.* Lucas verò ita: *Quibuſdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, dixit, &c.* Primò quidem vnus ex

Concordia Euangeliſ.

A Diſcipulis [Vt Marcus ait] *acceſſit, & dixit: Magiſter, aſpice, quales lapides, & quales ſtructuræ.* Poſt illum alij *acceſſerunt* [vt ait Matthæus] *vt oſtenderent ei ædificationes templi.* Vel forſitan omnes acceſſerunt [vt ait Matthæus] vnus tamen omnium nomine loquutus eſt. Lucas refert, non ſolùm dixiſſe quoſdam, videlicet Diſcipulos, templum bonis. Græcè, *καλοῖς,* id eſt, *pulchris,* & bonis lapidibus ornatum eſſe, ſed e-
B tiã pulchris donis, quæ dona in Græco Euangelio dicuntur *ἀναθήματα,* à verbo Græco, *ἀναθῆναι,* id eſt, *ſuſpendere, & ſeponere.* Sunt enim anathemata dona, quæ in templis dicata ſuſpẽduntur, qualia multa, eaq; pulchra in antiquo illo templo. Templum autẽ, de quo Diſcipuli loquuntur, ab Hærode fuit extructum magno ſumptu,

Anathemata dona q̃ fuerint.

exi-

eximiaque ſtructura, atque admirabili; idcirco illam admirantur, & magiſtro oſtendunt. Lege, quæ diximus de templo Herodis to. 2. lib. 3. c.

Cur Diſcipuli nunc Chriſto templi oſtenderint ſtructuram.

Dubitatur quorſum lapides & ſtructuram nunc Diſcipuli magiſtro oſtẽderint, veluti peregrino, qui templũ numquam vidiſſet. Illud dignum eſt peruidere (ait Origenes tract. 24. in Matthæum) quomodo Diſcipuli ſic loquuntur, & oſtendunt Chriſto ſtructuras lapidum, quaſi qui numquam viderit ipſum templum, ſed aliunde in primis peregrinis aduenerit, &c. Reſpondet idem Origenes, Diſcipulos eo ſpectaculo Chriſtum voluiſſe ad miſericordiam flectere. Quoniam (inquit) ſic ſuperius Chriſtus comminatus eſt: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*, c. 23. Audientes Diſcipuli mirati ſunt talem, & tantam templi ſtructuram ad nihilum redigendam; propterea dicunt: *Magiſter, vides quales lapides, & quales ſtructuræ*, videlicet vt flecterent eum ad miſericordiam loci illius, ne faceret, quod fuerat comminatus. Hæc ille. Sed Diſcipulos verba Chriſti: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*; de templi euerſione tũc intellexiſſe incertum eſt. Præterea, Chriſti reſponſum refutat hanc ſententiam; reſpondet enim, templum ſolo æquandum, nimirum quia id nõdum intellexerant Diſcipuli. Reſpondendum reor hoc pacto: Recedebat ex templo Chriſtus, oculos ad illius decorem, ſtructuramque intuendam minimè conuertebat. Conuerterunt tamen Diſcipuli, admiratique pulchritudinem, & lapidum magnitudinem, magiſtro id, quod admirabantur, indicarunt, non quod numquam ille templum vidiſſet, ſed quòd numquam illius decorem curioſus fuiſſet contemplatus.

Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem.

ADmirabantur Diſcipuli templi decorem, & ſtructuram. ſed in finem illius, atq; euerſionem oculos minimè intendebant. Chriſtus finem indicat, & euerſionẽ quam illi minimè conſiderabant; docetq; nos, cum res

A cernimus decoras, quæ cor noſtrum decore ſuo poſſunt rapere, non pulchritudinem illarum, ſed finem, & excidium conſiderare. Cernis pulchrã faciem quæ te trahit; illius finem cogita; cernis pulchra palatia, pulchra prædia, pulchrum denique mundum, illius finem volue animo, dicens: Videtis hęc omnia, oculi; Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. *Omnis conſummationis vidi*
B *finem*, ait regius Vates Pſalm. 118. hoc eſt, omnis perfectionis omnium rerum, etſi, conſummatiſſimæ ſint, ac perfectiſſimæ, finem cõſideraui. Pereunt omnia, & euaneſcunt. *At latum mandatum tuum nimis*, id eſt, mandata tua fine carent, per omnia ſæcula ſtãt & æternitatem obſeruatores ducunt. Alius ſenſus ineſſe his verbis poteſt; Omnis conſummatæ rei vidi finem; quamobrem lata mihi viſa fuere mã
C data tua. Ei enim, qui mundum conſiderat finem, lata ſunt Dei mandata; ei, qui non conſiderat, arcta. Ingreſſus Ionas Niniuem, eius conſummationem, & finem adeſſe inclamauit. *Adhuc* [inquit] *quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*. Permouit cõſummationis conſideratio Niniuitas adeò, vt tam Rex, quàm populus miram egerint pœnitentiam. Potẽtiſſima enim eſt conſideratio hæc, ad contemnen-
D das res humanas. Iuxta illud D. Petri epiſt. 2. cap. 3. *Cùm hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus, &c.* Neque ſolùm cæterarum rerum, ſed corporis etiam tui, etſi pulcherimum illud ſit, velut templi deſtructionem contemplare. Amen dico tibi, non relinquetur in eo lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur; non relinquetur os ſuper os, quod non diſſoluatur.

Finis rerũ & mũdi, cõſiderãdus.

E Pulchritudinem templi Diſcipuli intuebantur; at Dominus finem ante oculos illis proponit: *Videtis* [inquit] *hæc omnia? Videtis hos ingentes lapides, hanc ſtructuram admirabilem, hoc templum ab Herode magna impenſa exædificatum?* Totum ſolo æquabitur, ita vt ingentes hi lapides omnes diſpergantur, parteſque omnes concidant. Theophylactus: Sapiebant [inquit] Diſcipuli terrena, & ſtupebant ædificiorum pulchri-

Cur Dominus ſic reſponderit Diſcipul

critudinem, & quaſi Chriſto monſtrabant. Vnde abducit illos, ne adhęreant terrenis, &c. Epiſcopus Abulenſis: Ex ſimplicitate (inquit) aliqui admirabantur ædificia illa. Hoc autem valdè repugnabat intentioni Chriſti, qui volebat homines totaliter trahere ad ſpiritualia, & illa ſola magna, & bona iudicare; & ideo, vt oſtenderet illud nihil eſſe coram Deo, dixit penitùs eſſe deſtruendum. Sic ille. Vaticinium hoc a Domino prolatum eſt multò antè templi excidium, veriſſimum fuiſſe exitus comprobauit. Ipſis oculis cernunt homines templum illud admirabile æquatum ſolo. De eius euerſione ſatis dictum eſt tom. 1. lib. 2. cap 20. Eo capite, inuito Tito Romanorum duce, ſed non inuito Deo, igne conflagraſſe leges, die Auguſti decima, qua etiam die priùs à Rege Babyloniorum fuerat incenſum. Leges præterea, Iuliano Imperatore, conatos eſſe Iudæos ſolo æquatum excitare; ſed diuina potentia exiliente, igne prohibitos.

Templum, inuito Tito, combuſtum.

Sedente autem eo ſuper montem Oliueti.

VT Lucas ca. 21. teſtatur, Chriſtus *erat diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte Oliueti.* Poſtquàm ergo ex templo exijt, & ſolo illud æquandum prædixit, in montem Oliueti venit. Cùm vero (vt Marcus ait) in monte ſederet contra templum, id eſt, è regione templi, ſeparatim, ac ſecretò rogarunt illum Diſcipuli quatuor, Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas: *Dic nobis, quando iſta fient, & quod ſignum erit, quando hæc omnia incipient conſummari?* Matthæus quatuor Diſcipulorum non meminit: *Acceſſerunt* (inquit) *ad eum Diſcipuli ſecretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi, &c.* Similiter Lucas: *Interrogauerunt* (ait) *illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod ſignum, cùm fieri incipient?*

Diſcipuli Dominũ rogant de tẽpli euerſione, & mundi conſummatione.

Dubitat, an omnes Diſcipuli Chriſtum audierint, an quatuor duntaxat à Marco nominati. Euthy. omnes vult audiuiſſe magiſtrum; Omnes (inquit)

An omnes Diſcipuli Chriſtum audierint.

A Diſcipuli acceſſerunt, vt diſcerent; quatuor autẽ, id eſt, Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas interrogauerũt, vtpote maiorem habentes fiduciam, &c. Veriſimile eſt, cum quatuor Diſcipulis loquutum fuiſſe Chriſtum ſolùmmodò, vt opinatur Abulenſis Matth. 24. quæſt. 16. Id enim ſignificat illud, *ſeparatim*, quo vtitur Marcus: *Interrogabant* (inquit) *eum ſeparatim, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas, &c.*

B Græcè, *κατ' ἰδίαν*, id eſt, *priuatim.* Soli Diſcipuli erant in monte Oliueti, interrogauerunt quatuor Chriſtũ ſeparatim a reliquis Diſcipulis. Chriſtus verò illis, qui interrogauerunt, reſpondit ſeparatim, vel ſecretò, vt eſt apud Matthæum. Græcè tã apud Matthæum, quàm apud Marcum legitur, *κατ' ἰδίαν*, i. *priuatim.* Ergo reliqui non audierunt. Neq; verò ad audiendum acceſſere; quoniam illi quatuor inter illos erant præſtantiores,

An ſolùm quatuor Diſcipuli hũc Domini ſermonem audierint.

C & Chriſto magis familiares. Separatim rogarunt, vt Chryſoſtomus docet, quia de reb. magnis, & occultioribus interrogabant. Veriſimile quoque eſt, Chriſtum omnes Diſcipulos ſermonis huius participes eſſe voluiſſe; erat enim magni momenti. Fatentur verò, quatuor Diſcipulos interrogaſſe, ſed reliquis præſentibus. Dictio autem, *ſeparatim*, non eſt ad Di-

D ſcipulos referẽda, ſed ad turbas, hoc ſenſu: Interrogabant eum, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas, ſeparatim à turbis, & hominum illa multitudine, quæ Chriſtum ſequi ſolebat. In monte enim Oliueti nemo tunc præter Dominum, & Diſcipulos aderat. Idem ſignificãt verba Matthæi: *Acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò.* Gręcè, *κατ' ἰδίαν*, id eſt, ſeorſum a turbis. Acceſſerunt ſoli Diſcipuli, & ſoli ſer-

E monem audierunt.

De interrogationibus quoq; ambigitur, an duæ fuerint, an tres. Apud Lucam enim duas tantùm proponũt Diſcipuli: *Præceptor, dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum, quando fieri incipient?* Simili modo apud Marcum: *Dic nobis, quando iſta fient, & quod ſignũ erit, quando hæc omnia incipient cõſummari:* hoc eſt, Dic nobis, quando templũ ſolo æquandum eſt, prætereà quodnã

Quot fuerint Diſcipulorũ interrogationes.

ſignum

ſignum erit huius ſolo æquationis. At apud Matthæum tres interrogationes extant: *Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi.* hoc eſt, Dic nobis, quando templum deſtruendum eſt, præterea quod ſignum erit tui aduentus ſecundi, item quod ſignum erit finis mundi? Reſpondetur, tres quæſtiones propoſuiſſe Diſcipulos, quas Matthæus apertè proponit, Lucas verò, & Marcus, ſub illis verbis illas intellexerũt. Hieronymus: Tria (inquit) Diſcipuli interrogant, quo tempore Ieruſalem deſtruenda ſit, quo venturus Chriſtus, quo conſummatio ſæculi futura ſit, &c.

Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui. & conſummationis ſæculi.

TRia, vt diximus, interrogarunt Diſcipuli: *Dic* (inquiunt) *nobis, quando hæc erunt*, quæ dixiſti, dic, quando euertendum ſit templum. Hæc interrogatio aperta eſt. Secunda difficultatem continet: *Quod ſignum aduentus tui?* Numquid Diſcipuli hoc tempore ſciebant, Chriſtum aſcenſurum in cælum, indeq; venturum ad iudicandos homines? Nondum magiſter aliquid apertè illis tradiderat de ſecũdo aduentu. Quo ergo modo rogant de illo? Abulenſis, & Salmeron arbitrantur, illos hoc tempore exiſtimaſſe, regnum Chriſti fore temporale in terra, inſtar regni Salomonis, vel Dauidis, atq; adeò non de ſecundo aduentu, ſed de hoc regno interrogationẽ propoſuiſſe in hunc ſenſum: *Quod ſignum erit aduentus tui* ad regnandum temporaliter? Quod autem Diſcipuli exiſtimarint fore temporale regnum magiſtri, illa alia illorum interrogatio confirmat Actor. 1. *Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?* videlicet temporale. Quaſi dicerent: Domine, numquid hoc tempore poſt reſurrectionem, regnum Iſrael Romanorum iugo preſſum liberabis, regnabiſque glorioſè in Ieruſalem? Confirmat etiam duorum fratrum petitio Marc. 10. *Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam, ſedeamus in gloria tua, &c.* i. in regno tuo temporali. Item illa duorum Diſcipulorum verba parentium Emmaus: *Nos ſperabamus, quòd ipſe redempturus eſſet Iſrael, &c.* hoc eſt, Sperabamus, quòd ipſe eſſet liberaturus ex poteſtate Romanorum Iudæos, temporalium Regum more, & regnaturus. Obijcies, Diſcipulos non loqui de regno, ſed de aduentu; non enim aiunt: Quod ſignum erit regni tui? ſed *Quod ſignum erit aduentus tui?* Aduentus autem nõ ſignificat regnum. Reſpondetur, ſenſum eſſe huiuſmodi: Quod erit ſignũ aduentus tui ad regnandum temporaliter. Aduentum autem appellant regnum; quoniam Dominus dixerat Iudæis Matth. 23. *Non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Et Matth. 16. *Sunt quidã de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortẽ, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo, &c.* Quæ verba videntur Diſcipuli intellexiſſe de regno temporali. Vſus eſt Dominus verbo *venio*, ideò Diſcipuli aduentũ appellarũt regnũ.

De quo aduentu Chriſti loquantur Diſcipuli.

Diſcipuli regnũ Chriſti fore temporale aliquãdo exiſtimarunt.

Veriſimilius Hugo Cardinalis, Dionyſius Carthuſianus, Caietanus, Baronius tom. 1. & alij opinantur, Diſcipulos de aduentu ad iudicium rogaſſe, intelligebant enim Chriſtum fore Iudicẽ, tum ex alijs, tũ ex verbis forſitan illis, quæ extant Io. 5. *Pater omne iudiciũ dedit Filio.* Item ex illis: *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocẽ Filij Dei; & procedẽt, qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vitæ; qui verò mala egerunt, in reſurrectionẽ iudicij, &c.* Et ex illis Matth. 19. *In regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, &c.* Item ex illis Luc. 17. *Sicut fulgur coruſcans de ſub cælo, in ea, quæ ſub cælo ſunt, fulget: ita erit filius hominis in die ſua, &c.* Item: *Non venit regnum Dei cum obſeruatione, &c.* Rogãt ergo; Qđ ſignũ erit aduẽtus tui ad iudiciũ? Illa prior interpretatio refutatur, quoniam ſi de regno Diſcipuli quærerent, regnũ appellarent, vel aduentũ ad regnandum, nõ aduentum abſolutè. Præterea, qui cũ aduentu coniungunt conſummationem, id eſt, finem mundi: *Quod erit ſignum aduentus tui & conſummationis ſæculi?* At illi non credebant Chriſtum temporaliter regnaturum poſt conſummationem mundi. D. Auguſtinus epiſt.

Diſcipuli de aduentu ad iudiciũ rogant.

D. Auguſtini ſententia.

eiſt. 80. etiam de aduentu Chriſti in Eccleſia, interpretatur hunc locum: Cùm ſigna (inquit) dicat Chriſtus, quæ ad excidium ciuitatis pertinent, aduentum eius in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, ad aduentum eius in capite Eccleſiæ, quod eſt ipſe; diligenti conſideratione cernendum eſt, quod eorum ſignorum, ad quod horum trium referendum ſit, &c.

A

Et conſummationis ſeculi.

B

Vnde intellexerint Diſcipuli ſeculum conſũmandum.

SÆculum conſummandum intellexere Diſcipuli ex verbis Chriſti Matth. 13. *Sic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol, in regno Patris eorum, &c.* Ex his verbis intellexere mundi finem, & Chriſtum poſt conſummationẽ mundi regnaturum, non quidem temporalium Regum modo, ſed alio ſubli miori. Quæ autem Dominus dixerat intellexiſſe, confirmatur ex illis verbis: *Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam, &c.* Igitur cum interrogatione prima de euerſione templi hanc cõiunxerunt de conſummatione ſeculi. Cur verò has interrogationes coniunxerint, quæritur? Reſpondetur, putaſſe, templum non ante ſæculi conſummationem deſtruendum; ideoq; cum templi euerſione, ſeculi cõſummationem copulaſſe. Hanc verò opinionem credit Chryſoſtomus homil. 76. ex illis Domini hauſiſſe Matth. 23. *Non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Vnde (inquit Chryſoſtomus) Diſcipuli putabant vnà cum Ieroſolymorum euerſione conſummationem omniũ futuram, &c. Potiùs dicerem, Diſcipulos ſibi perſuaſiſſe templum vſque ad finem mundi permanſurum ſtabile; quia legem veterem non ſciebant abrogandam; putabantq;, ſacrificia legis, & ceremonias fore perpetuas. Potuerunt etiam exiſtimare, non in fine mundi templum diruendum, ſed aliquo bello ante finem mundi, quẽadmodum Chaldæorum bello fuerat dirutum. Coniunxerunt autem quæſtionem de euerſione templi, etſi diuerſam, tamen ſimilem, cũ quæſtione de conſummatione ſeculi; quoniã noſſe optabant tempus aduentus Domini, & finis mundi.

C D E

Cur coniũxerint Diſcipuli interrogationẽ de euerſione templi, cũ interrogatione de fine mũdi.

CAPVT II.

De excidio Iaruſalem, & fine mundi.

Multi venient in nomine meo.

REſpondet Dominus Diſcipulorum tribus interrogationib. ſed ita reſpondet, vt difficile ſit intelligere, quæ verba ad primam, quæ verò ad reliquas duas pertineant. Hæc verba ad tempus excidium templi, & Ieruſalem præcedens, pertinere putant, Chryſoſto. Matth 25. Theopyl. Euthym. Auctor imperfect. & alij. In primis (ait Dominus) quòd attinet ad aduentum meum, videte, & cauete, ne ab aliquo ſeductore decipiamini. Nam multi antequàm Ieruſalẽ euertatur, venient ſeductores in nomine meo, hoc eſt, vſurpantes nomen meũ, ſcilicet nomen Meſſiæ, dicentes: *Ego ſum Chriſtus.* Quilibet enim illorum dicet: Ego ſum Meſſias. Et à multis recipientur. D. Lucas ſic ſcribit: *Multi venient in nomine meo, dicentes: Quia ego ſum, & tempus appropinquauit, &c.* hoc eſt, Venient vſurpantes nomen meũ Meſſiæ, dicentes: Ego ſum Meſſias. Et dicent præterea: Aduentum Meſſiæ propinquum eſt. Vel vt Beda exponit: Tempus libertatis iam adeſt. Aliter: Verba ſunt Chriſti; Venient illi. Dicetq; vnuſquiſq; eorum: Ego ſum Meſſias. Et tempus excidij Ieroſolymitani propinquum erit, cùm illi venerint, & hæc dicent. Venient (inquit Auctor imperfect.) in nomine ſponſi, vt ſponſæ, id eſt, Eccleſiæ, caſtitas tentata probetur. Item: Eccleſiæ fides non bene cognoſcitur, niſi Antichriſti venerint ad eam, &c.

Reſpondet Dominus queſtionib. propoſitis.

Tempus appropinquauit, qd ſignificet apud Lucam.

Auctor imperfect.

Quinam hi fuerint, ignoratur; nõ enim ſcriptum extat, aliquem hoc tẽpore aperte ſe Meſſiã appellaſſe. Sed non omnia ſcripta ſunt, vt ait Abulẽ-

ſis

De impoſtoribus, & Pſeudoprophetis.

ſis Matth 24. quæſt.8. Beda Marc.13.
Multi [inquit] imminente Ieroſoly-
morum excidio, Principes extitere,
qui ſe eſſe Chriſtos,id eſt,Meſſias,di-
cerent,&c. Quę verba etiam extant
in Gloſſa ordinaria. D.Hilarius: Ven
turi[inquit] erant Apoſtolorum tem
pore, qui ſe Chriſtum eſſent nuncu-
paturi, &c. Si hæc verba ad tèmpus,
quod excidium Ieruſalem præceſſit,
referantur,hoc neceſſariò conceden-
dum eſt, multos Meſſiæ titulum ſibi
vſurpaſſe; ſiquidem id Chriſtus prædi
xit. Quidam Barchozbas, vt Gene-
brardus ſcribit in Chronologia, lib.
2. Rex eſt appellatus. ſed poſt Excidiũ
Ieruſa'em, Domitiano Imperatore.
Lege Euſebium lib.4.c 6. a quo Bar-
chochebas vocatur. Theodas autem,
cuius Ioſephus mentionem facit; &
Iudas Galilæus, quo tempore hęc Do
minus vaticinabatur, iam vita functi
erant, vt oſtendit Cardinalis Baro-
nius tom. 1. Salmeron tamen alium
vult fuiſſe Theodã,de quo Ioſephus,
alium,de quo Gamaliel Act.5. loqui-
tur. Ioſephus lib.7.cap.11. multos in
excidio vrbis ait ſubornatos Pſeudo-
prophetas,qui populo denunciarent,
vt Dei auxilium expectarent. Et lib.
20 antiquit c.11. Tota[inquit] Iudęa
referta erat latronum receptaculis,
& magicis præſtigiatoribus, imperi-
tiq; populi ſeductoribus, &c. Item:
Impoſtores, & Magi turbas illectas
poſt ſe trahebant in ſolitudines, polli
centes ſe diuinitùs oſtenſuros eis cla
riſſima ſigna,& prodigia. Perſuaſaq;
turba pœnas mox luit dementiæ; re-
tractos enim eos Fœlix Præſes neci
dedit,&c. Et lib.2.de bello, ca.12. Se-
ductores[inquit]homines, & circum
uentores ſub ſpecie religionis, nouis
rebus ſtudentes, vulgus inſanire fe-
cerunt. Nam in ſolitudines ingredie-
bantur,promittentes Deum ſigna eis
oſtenſurum libertatis. Itẽ: Ægyptius
quidam Pſeudopropheta, magus cũ
eſſet, Prophetę opinionem ſibi arro-
gans, triginta ferè millia hominum
congregauit,& de monte Oliueti Ie-
roſolymam nitebatur aſcendere, de-
pulſoq; Romanorum pręſidio, in po-
pulares, exercere dominationẽ, &c.
De hoc Ægyptio illa intelligunt ver-

Barchozbas, Theodas, Iudas Galilæus ſe Chriſtos falsò aſſerũt. Ioſephus.

Pſeudoprophetæ, præſtigiatores, magi, impoſtores in Iudæa frequẽtiſſimi.

A ba Tribuni ad Paulũ Act.21. *Nonne tu
es Ægyptius, qui ante hos dies tumultũ cõ-
citaſti? &c.* Lib.2 de bello,c.17. Mane-
hemus [inquit] filius Iudę Galilæi,
velut Rex Ieroſolymum reuertitur,
factuſq; Princeps ſeditionis, &c. Sed
nullum ex his ait Meſſiam ſe appellaſ
ſe. De Tyrannis quoq; ſeditioſis ver-
ba facit; neminem tamen illorum ait
Meſſię ſibi nomen arrogaſſe. Simoni
cuidam Giorę filio, tamquam Regi
B multos paruiſſe ſcribit lib.5 c.7. & c.
9. Simon [inquit] ſuperbè ſe dominũ
fore pollicitus, veluti ciuitatem Ieru
ſalem liberaturus ingreditur, cùm
ſalutis eum latorem, ac defenſo-
rem ſui populi clamor deſignaret,
&cæt. Fortè is ſe Meſſiam vocauit.
Idem ſimiles alij fecerunt, vt Simon
Magus. Meſſię verò nomen ſibi arro-
gabant,quoniam illo tempore Meſſiã
venturum fama erat. *Tempus*[inquiũt]
C *appropinquauit.*

Pſeudoprophetę Ægyptius.

Manehemus.

Id Ioſephus docet lib.7.de bello,c.
12. Quod [inquit] Iudęos ad bellum
maximè incitauerat, reſponſum erat
ambiguum in ſacris libris inuẽtum,
quòd eo tempore quidam eſſet ex
eorum finibus orbis terræ habiturus
imperium, &c. Item Tacitus lib. 5.
Perſuaſio pluribus inerat, antiquis
Sacerdotum libris contineri, eo ipſo
tempore fore, vt valeſceret Oriens,
D profectiq; Iudæa rerum potirentur,
&c. Et Suetonius in vita Veſpaſiani,
cap.5. Percrebuerat Oriente toto ve-
tus,& conſtans opinio, eſſe in fatis, vt
eo tempore Iudęa profecti regno po-
tirentur, &c. Hoc vaticinium, quod
Chriſtum Dominũ indicabat, dece-
pti multi tribuerunt Veſpaſiano. Vn-
de Tacitus; Hę[inquit]ambages Ve-
ſpaſianum,& Titum prędixerãt,&c.
Et Ioſephus: Hoc reſponſo Veſpaſia-
E ni deſignabatur imperium, qui apud
Iudęam creatus eſt Imperator, &c.
Veriſimile ergo eſt, Veſpaſianum v-
num ex illis eſſe, qui Meſſiæ ſibi no-
men,& vaticinium tribuerunt. Vt ve
rò nullus poſteà Meſſias, ſiue Rex ori
retur ex familia Dauid, Iudęos ex
Dauidis ſtirpe ortos aboleri iuſſit, vt
Euſebius refert lib. 3. hiſtor. cap.11.
Fertur[inquit] Veſpaſianum poſt va-
ſtationem Ieroſolymorum mandaſ-

Fama aduentus Meſſię, & vaticinium tẽpore Veſpaſiani.

Vaticiniũ de Chriſto impij Veſpaſiano tribuunt.

Veſpaſianus Dauidis poſteros delet.

te.

Digitized by Google

ſe, vt omnes ex Dauidis genere prognati diligenter conquirentur, quò nemo ex illa ſtirpe regia in poſterum apud Iudæos ſupereſſet. Indeq; in Iudæos maximam cladem, & perſecutionem fuiſſe concitatam, &c.

Audituri enim eſtis prælia.

HÆc etiam verba ad tempus attinẽt, quod excidium ciuitatis Ieruſalem anteceſſit, ex ſententia Chryſoſtomi, Hilarij, Euthymij, Theophylacti, Gloſſæ interlinearis, & ordinariæ, Abulenſis, Ianſenij, & aliorum. Neque verò de prælijs orbis totius, ſed de prælijs Iudææ ſunt intelligenda, hoc pacto: Audituri eſtis prælia in Iudæa, & opiniones præliorum. Græcè, ἀκοὰς πολέμων. id eſt, *auditiones bellorum*, ſiue *prœliorum rumores, & famam.* Eodem ſenſu Matth. 4. dicitur. *Abijt opinio eius in totam Syriam, &c.* Græcè, ἀκοή, id eſt, *auditio*, & *fama.* Lege Ioſephum de his prælijs in lib. de bello Iudaico. Apud Marcum ſic legitur: *Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, &c.* Apud Lucam hoc modo: *Cùm autẽ audieritis prælia, & ſeditiones, &c.* Apud Matthæum eſt *enim*; apud reliquos eſt *autem*. Apud Matthæum cauſa redditur eius, quod ſequitur: *Videte ne turbemini, Videte* (ait Dominus) *ne perturbemini, & terreamini: audituri enim eſtis prœlia, &c.* Deinde adiungit: *Oportet enim hæc fieri.* Non abſolutè ſed ex hypotheſi, ſicut dicitur Matth. 18. *Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala.* Et 1. Corinth. 11. *Oportet hæreſes eſſe, &c.* Oportet igitur hæc fieri, ſuppoſitis Iudæorum peccatis, & diuino decreto ea puniendi. *Sed nondum eſt finis.* Finis, inquam, & euerſio Ieruſalem, & templi. Præcedunt enim hæc prælia, & rumores prœliorum, euerſionem; ſigna ſunt, non finis. Nam antequàm Ieruſalem dirueretur, Romani cœteris Iudææ, & Galilææ oppidis bellum intulerunt, eaq; expugnarunt. Vel ex ſententia Theophylacti: *Nondum eſt finis*, & conſummatio ſæculi, vt vos putatis. Erunt prælia Romanorum aduerſus Iudæos, & diruent templum, & ciuitatem; ſed nondum erit finis, & conſummatio ſæculi.

A Sequitur: *Conſurget enim gens contra gentem, & regnum in regnũ.* hoc eſt, Gẽs, & regnum Romanorum bellum inferet genti, & regno Iudæorum. *Et erunt peſtilentia, & fames, & terræmotus per loca* hoc eſt, Peſtilentia, fames, & terræmotus Ieroſolymorum excidium in Paleſtina præcedent. *Hæc autem omnia initia ſunt dolorũ.* Græcè, ἀρχὴ ὠδίνων. Significat autem, ὠδὶν, ὠδῖνος, *dolorem partus.* Eſt ſenſus: Hæc ſunt initia dolorum parturientis Ieruſalem;
B ſunt dolores prænuncij magni doloris, quem in euerſione tolerabit. Nã cùm dolore parturientis Scriptura dolores magnos confert. Pſal. 47. *Ibi dolores vt parturientis.* Iſai. 13. *Quaſi parturientes dolebunt.* Et alijs locis. Ideò D. Hieronym. Matth. 24. vertit: *Hæc autem ſunt initia parturitionum.*

Prælia præcedentia euerſionẽ Ieruſalem, peſtis, fames terræmotus.

Dolores parturiẽtis in Ieruſalem.

C *Terroreſq; de cœlo, & ſigna magna erunt.*

HÆc addit D. Lucas. Terrores autem de cœlo, & ſigna magna extitiſſe ante excidium Ieruſalem, refert Ioſephus lib. 7. de bello, cap. 12. primum ſignum. Supra ciuitatẽ [inquit] ſydus ſtetit ſimile gladio, & per annum perſeuerauit cometes. Secundum ſignum ante defectionem, primiq; belli motus ad diem feſtum azymorum populo conueniente (octauus
D autem erat dies Aprilis menſis) nona hora nocturna, circum aram, itẽq; templum, tantum lumen effulſit, vt clariſſimus dies putaretur, & hoc vſque ad mediam permanſit horam. Tertium, eodem feſto die, etiam bos cùm ad hoſtiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Quartũ, Oriẽtalis porta interioris templi, cùm eſſet ænea, atque grauiſſima, & ſub ve-
E ſperum, vix a viginti viris clauderet, ſeriſque ferro vinctis obſeraretur, peſſulosq; altos haberet, in ſaxeum limẽ demiſſos, vno perpetuo lapide fabricatum, viſa eſt noctis hora ſexta ſponte pateſcere. Quintum: Poſt dies feſtos, diebus paucis, viceſimo primo die menſis Maij, viſio quædam apparuit fidem excedens. Pro fabula autem fortaſsè, quod dicturus ſum, haberet, niſi qui viderũt, ſupereſſent, et clades digne

Euerſionis Ieruſalem ſigna. Cometa.

Lux.

Bos peperit agnum.

Porta templi ſponte pateſcit.

dignæ præſagijs ſequutæ fuiſſent. Namque ante Solis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies, tranantes nubila, & ciuitati circumfuſæ. Sextum ſignum: Feſto die, quam Pentecoſten vocant, nocte Sacerdotes intimum templum, more ſuo ad diuinitas res celebrādas ingreſſi, primum quidem motum, quendamq; ſtrepitum ſenſerunt; poſtea verò ſubitam vocem audiere, quæ diceret: *Migremus hinc*. Angeli hi erant, qui templum, & Ieruſalem deſerebant. Iuxta illud ſupra explicatum: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*.

Per aerem currus, & armata acies.

Angelorū vox: Migremus hinc.

Septimum ſignum maximè horribile, & multorū annorum: Homo quidam plebeius, & ruſticus, quadriennio prius, quàm bellum gereretur, in ſumma ciuitatis pace, atq; opulentia, cùm ad feſtum diem veniſſet, quo attegias (id eſt, tabernacula) componi in templo ab hominibus mos eſt, repente exclamare cœpit: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox a quatuor ventis, vox in Ieroſolymam, & templum, vox in maritos nouos, nouaſque nuptas, vox in omnem hunc populum. Atq; hæc interdiu, noctuq; clamitās, omnes ciuitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum inſignium, aduerſum omen indignè ferentes, corripiunt hominem, multiſq; verberibus afficiunt. Ille autem eadem, quę prius, vociferans perſeuerabat. Ducūt eum magiſtratus ad Romanorum Præfectum, vbi plagis vſque ad oſſa laceratus, neq; ſupplex cuiquam fuit, neque lacrymauit; ſed, vt poterat, inclinans maximè flebiliter vocem, ad ſingulos ictus, reſpondebat: Væ, væ Ieroſolymis. Ad belli vſq; tempus, neque adibat quemquam ciuium, neque loqui viſus eſt; ſed quotidie Væ, væ Ieroſolymis querebatur. Maximè autem diebus feſtis vociferabatur; idq; per annos ſeptem, & quinque menſes continuos faciens, neque voce raucior fuit, neq; delaſſatus eſt, donec obſidionis tempore, ipſa re perſpectis ſignis, ipſe quieuit. Supra murum enim circumiens, iterum Væ, væ ciuitati, templo, ac populo, maxima voce clamitabat. Cum autem ad extremum addi-

Homo ruſticus prædicit excidiū admirabiliter.

A dit: Væ etiam mihi: lapis tormento miſſus eum ſtatim peremit. Hæc eſt Ioſepho. Fuerunt fortè plura, quę ille ignorauit. Satis ergo conſtat, terrores de cęlo, & ſigna magna fuiſſe ante Ieroſolymorum excidium, quibus populum admonebat Deus, vt fugeret a facie arcus, ſiue, vt ait Euthy. Matth. 24. vt intelligeret ea, quæ euentura erāt, diuinæ eſſe iræ, & quòd propter Meſſiæ veri necem ſupplicio meritò affi-
B ciebatur.

Tunc tradent vos in tribulationem.

HÆc etiam verba ad tempus ante excidium referenda ſunt. Prædicit Dominus Diſcipulorum, & Chriſtianorum perſecutionem, à Iudęis, & gentibus illo tempore excitatam. Prædicit autem euentura mala [ait Theophylactus] animans Diſcipulos
C per hoc, quod prædicit. Nam inexpectata terrere, & turbare conſueuerunt, &c. Et D. Gregor. hom. 35. Præcurrentia [inquit mala denunciat Dominus, vt eo minus perturbēt venientia, quò fuerint præſcita. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur, &c. *Tunc* [ait Matthæus] *tradent vos in tribulationem.* Lucas: *Ante hæc omnia* [id eſt, ante bella, peſtes, ſignaque de cœlo] *injicient vobis manus ſuas, & perſequentur,*
D *tradentes in Synagogas, & cuſtodias, trahentes ad Reges, & Præſides propter nomen meū; cōtinget autem hoc vobis in teſtimonium.* Marcus: *In teſtimonium illis*, hoc eſt, Continget vobis perſecutio, vt teſtes ſitis nominis mei, Euangelicæq; veritatis, vt teſtemini Iudæis, & gentibus, me verum eſſe Meſſiam. D. Greg. hom. 35. exponit, in teſtimoniū damnationis illorum perſecutionem patiemini. Ait
E autem Dominus: *Propter nomen meum*: quæ magna erat conſolatio, & gaudiū patientibus. Euthym. Conſolationem ſubiunxit Chriſtus, dicens: Propter me: nā id ſignificat, *Propter nomē meum.* Et verè magna Diſcipulus erat conſolatio, pati propter ipſum, &c. Act. 5. *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, &c.*

Deinde ſollicitudinem cogitandi, quid reſpondeant, & loquantur, illis adimit,

Prædicit Dominus perſecutionem Diſcipulorum.

Patiuntur perſecutionem Diſcipuli in teſtimonium, et propter nomē Chriſti. *D. Gregor.* *Euthym.* *Act. 5.*

Sollicitudinem adimit

Dominus cogitãdi, quid loquantur.

adimit, Spiritum ſanctum ſuppedita-
turum ſe loquentibus ſpondet. Lucas:
*Ponite ergo in cordibus veſtris non præmedita-
ri, quemadmodum reſpondeatis.* Græcè
*ἀπολογηθῆναι. Ego enim dabo vobis os, &
ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & con-
tradicere omnes aduerſarij veſtri.* Marcus:
*Et cum duxerint vos, tradentes, nolite præco-
gitare quid loquamini; ſed quod datum vobis
fuerit in illa hora, id loquimini. Non enim vos
eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus, &c.* Quę
verba explicauimus tom. 2. lib. 9. c. 13.
Theophylactus: Quia (inquit) priua-
ti, & imperiti erant, ne turbaren-
tur, reddituri rationem apud viros ſa
pientes, *Accipietis* (inquit) *à me ſapien-
tiam, &c.*

Magnitudo perſecutionis.

Indicat præterea, tantam fore per-
ſecutionem, vt ipſi fratres perſecutu-
ri ſint fratres ſuos, filij parentes ſuos,
parentes filios, ad necem vſque. Mar-
cus: *Tradet autem frater fratrem in mor-
tem, & pater filium, & conſurgent filij in pa-
rentes, & morte afficient eos; & eritis odio om-
nibus propter nomen meum, &c.* Huic illud
ſpectat D. Gregorij homil. 35. in Euan
gel. Minorem dolorem mala ingerũt,
quæ inferuntur ab extraneis. Plus in
nobis ea tormenta ſæuiunt, quæ ab il
lis patimur, de quorum mentibus prę
ſumebamus. Quia cum damno corpo
ris, mala nos cruciant amiſſæ carita-
tis, &c. Theophylactus in Lucam: Gra
uiter (inquit) hoc cruciat. Sicut & Da-
uid dicit Pſalm. 54 *Si inimicus meus ma-
ledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu verò
homo vnanimis, &c.* Item Pſalm. 40. *Qui
edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſup
plantationem, &c.* Matthæus addit: *Tunc
ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent
& odio habebunt inuicem, & multi Pſeudo-
prophetæ ſurgent, & ſeducent multos; & quo-
niam abundauit iniquitas, refrigeſcet cari-
tas multorum, &c.* Scandalizabuntur
(inquit) multi in perſecutione, multi
quoque à falſis Prophetis decipiẽtur;
& quoniam abundauit iniquitas, hoc eſt,
quia perſecutorum impietas abun-
dans erit, Græcè, *διὰ τὸ πληθυνθῆναι*,
id eſt, *propter multiplicari*. vel *quia multi-
plicabitur iniquitas, refrigeſcet*, & peribit
multorum Chriſtianorum *caritas*. De
Pſeudoprophetis, id eſt, falſis Prophe-
tis Ioſephum lege lib. 7. de bello, c. 11.
Multi [inquit] tunc à Tyrannis ſub-

A ornati Prophetæ populo denuncia-
bant, vt expectarent Dei auxiliũ, &c.
Item: In porticum, quæ erat extra tē-
plum, confugerant mulierculæ, item-
que pueri, & promiſcua multitudo
propè ad ſe hominum millia. Porticũ
milites incenderunt, nemo ſeruatus
eſt. His cauſa interitus quidam Pſeu-
dopropheta fuerat, qui eo die prædica
uerat in ciuitate, quod eos Deus in
templum aſcendere iuberet acceptu-
B ros ſigna ſalutis, &c.

Perſeuerantia neceſſaria eſſe oſtẽditur.

Tandem perſeuerantiam, & patien
tiam in auxilium aduocandas monet
Dominus. Matthæus: *Qui autem perſeue
rauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, &c.*
Marcus: *Qui autem ſuſtinuerit in finem,
hic ſaluus erit.* Apud Lucam, nihil detri
menti ex perſecutione eos, qui patien
ter perſeuerauerint, percepturos pol-
licetur: *Et capillus* [ait] *de capite veſtro
non peribit. In patientia veſtra poſſidebitis a-*
C *nimas veſtras, &c.* Nihil detrimenti ca-
pietis, ſi patienter ſuſtinueritis, nec ca
pillus quidem vnus ex capite veſtro
peribit. Prouerbialis locutio eſt, qua
oſtenditur, nihil incõmodi eos ex per
ſecutionibus percepturos, ſed æter-
nam gloriam conſecuturos. 1. Reg.
cap. 14. ait populus: *Viuit Dominus, ſi ce-
ciderit capillus de capite eius in terram, &c.*
hoc eſt, Nihil detrimenti Ionathæ in-
feretur. Et 2. Reg. 14. Dauid ad The-
D cuitidem: *Viuit Dominus, quia non cadet
de capillis filij tui ſuper terram.* 3. Reg. 1.
Salomon de Adonia: *Si fuerit vir bonus,
non cadet ne vnus quidem capillus eius in
terram, &c.*

Capillus nõ peribit quid ſignificet.

Significat quoque Dominus Diſci-
pulorum reſurrectionem, in qua etiã
capillos ſunt recepturi. Gregorius
homil. 35. in Euangel. Conſolatio (in-
quit) ſubditur de gaudio reſurrectio-
nis, cùm dicitur: *Et capillus de capite ve-*
E *ſtro non peribit.* Quaſi dicat Martyribus
ſuis: Cur timetis, ne pereat, quod in-
ciſum dolet, quando & illud in vobis
perire non poteſt, quod inciſum non
dolet? id eſt, capilli, &c. Beda: Capil-
lus (inquit) non peribit, quia & tenuiſ
ſima Sanctorum cogitatio, digna mer
cede donabitur, &c. Capillis enim ex
capite exeuntibus, cogitationes indi-
cantur, ex capite emanantes, capillo-
rum mentis inſtar.

D. Gregor.

Nihil peribit Martyribus.

D. Gre-

Digitized by Google

Verba prædicta de ſine mũdi ab aliquib. intelligũtur.

D. Gregorij homil. 35. in Euangel. huc uſque explicata verba non ad vrbis, ſed ad orbis excidium refert. Origenes quoque tract. 28 in Matth. Caietanus Matth. 24. & alij.

[*Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum.*

Varij ſẽſus.

VArij ſunt huius loci ſenſus. Lyranus ſic: Quoniam iniquitas in falſis Chriſtianis abundabit, refrigeſcet caritas in multis alijs. Nam iniqui Chriſtiani, & á fide deficientes, exemplo ſuo caritatem aliorum multorũ frigefacient, licet non extinguãt omninò. Euthy. ita: Quoniam abundauit iniquitas in hominibus, refrigeſcet caritas in amicis Chriſtianis; ita vt cauentes ſibi, alijs non ſuccurrant. Ait (inquit) quòd neq; ab amicorum dilectione conſolationẽ habituri ſint, &c. Grecè, caritas dicitur ἀγάπη. Quidam verò (vt idẽ refert Auctor) ἀγάπην nominari dixerunt hoſpitalitatem, alij compaſſionem. Quaſi dicat Dominus: Quoniam multiplicabitur iniquitas, & ſæuitia, ac pſecutio Chriſtianos, refrigeſcet hoſpitalitas, agape & compaſſio; pauci erunt, qui illos iuuare velint, & hoſpitio excipere, ne periculum incurrant. Vnde illud Pauli 2. ad Timoth 4. *In prima* [inquit] *mea defenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, &c.* Theophyl. hoc pacto: Quia multiplicabitur iniquitas, homines neque cum familiariſſimis vllum ſeruabunt caritatis vinculum. Eſt & alius ſenſus Remigij: Quoniam abundauit iniquitas in hominibus refrigeſcet caritas, & peribit in ijſdem, in quibus iniquitas abundabit. Nam (vt ille ait) quantò magis ab vnoquoq; iniquitas ſuſcipitur, tãtò magis in corde ipſius ardor caritatis extinguitur, &c.

Hoſpitalitas.

Quomodo perſecutionum tempore caritas refrigeſcet.

Veriſimilior cæteris ſenſus eſt huiuſmodi: Quoniam perſecutorum iniquitas, & crudelitas multiplicabitur, & abundabit, caritas multorum refrigeſcet omninò, & peribit, illorum videlicet, qui perſecutione territi, á caritate, & fide, vel a ſola caritate, retenta in corde fide, cadent. D. Hieronymus Matth. 24. Non [inquit] omnium negauit Chriſtus fidem, cum dicit: *Refrigeſcet caritas multorum:* ſed multorum. *Multi enim vocati, pauci electi.* Nam in Apoſtolis, & ſimilibus eorum permanſura eſt caritas, &c. Et ad Epheſ. 2. *Calida* [inquit] *eſt caritas in ijs, qui feruent ſpiritu; frigens autem, & glacialis, & gelida in his, qui flatus Aquilonis duriſſimos ſuſcepere, &c.* Verbum, *refrigeſcere*, non ſignificat caritatem permanẽtem frigeſcere, ſed caritatem aboleri omnino, peccati frigore, ac perire. Quod indicant verba ſequentia: *Qui aut. m perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Opponit caritatis refrigerationem perſeuerantiæ. Quaſi dicat Dominus: Quia perſecutorum abundabit iniquitas, multorum caritas refrigeſcet, ipſique peribunt, pereunte caritate. Qui autem perſeuerauerit, neque caritatem amiſerit, hic ſaluus erit.

Calida caritas, & frigida quæ ſit

In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

APud Lucam nomen eſt, ὑπομονῇ, pro patientia; apud Matthæum, & Marcum verbum eſt, ὑπομείνας. *Qui perſeuerauerit*, vel *ſuſtinuerit*, ὑπομείνας, *perſeuerans*, *ſuſtinens*. Significat autem ὑπομένω, hoc loco, *permaneo cum patientia*, & ὑπομονὴ, *permanentiam cum patientia*, ſiue *patientiam permanentem*. Ait ergo Dominus: *In patientia veſtra* permanente, ac perſeuerante *poſſidebitis animas veſtras*, hoc eſt, Animas veſtras ſeruabitis, non amittetis, non perdetis. Iuxta illud Ioan. 12. *Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eã.* Quod eſt apud Lucam: *In patientia veſtra*, id eſt, in perſeuerantia veſtra patiente, *animas veſtras poſſidebitis* in æternum, & cuſtodietis. Idem eſt atque illud apud Matthæum, & Marcum; *Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.* hoc eſt. Qui perſeuerantiam patientem vſque in finem vitæ retinebit, animam ſuam ſeruabit, & poſſidebit in æternum, qui verò non perſeuerauerit, animam non poſſidebit, ſed perdet, & non erit ſaluus.

Patientia perſeuerãs.

Itaq; patientia emitur anima, & empta in ſempiternum poſſidetur, vt Theophyl. ait, Luc. 21. Date [inquit] pro pecunia patientiam, & poſſidebitis animam veſtram hac compenſatione,

Patientia emitur anima.

De patientia.

tione, & nihil vobis damni erit, &c. Neq; ſolum poſſidebimus animas noſtras propter patientiam in cęlo, ſed in terra etiã. Illi enim animam in terra agens poſſidet, qui ira precipito appetiui per patientiam dominatur. D. Gregor. homil. 35. Euang. Per patientiam [inquit] poſſidemus animas noſtras, quia dum nobis ipſis dominari diſcimus, hoc ipſum incipimus poſſidere, quod ſumus, &c. Ille verò animã non poſſidet, qui iracundiæ, & furori obſequitur. Iuxta illud Balchad Iob. 18. *Qui perdis animam tuam in furore tuo, &c.* Theodotio vertit: *Diſcerpens animã tuam in furore tuo.* Animam non poſſidet, ſed perdit, diſcerpit, & occidit furioſus homo, in furore, & ira ſua ſeipſum, alioſq; perdit. Vnde Seneca lib. 1. de ira, c. 1. ait, ſimilem eſſe iram ruinis, quæ ſuper id, quod oppreſſere, frãguntur. Opprimit homo ira percitus hoſtem, & opprimitur, ſuper hoſtem ruit, & frangitur. Lxx. vertunt: *Vſa eſt te ira, &c.* hoc eſt, Iræ te tradidiſti, illa vſa eſt te, tanquam ſeruo, etiam tanquam ſeruis, vtitur ira furioſis. Non vtatur ira nobis vt ſeruis, ſed nos irã vtamur vt ancilla, ſecundum rationis, & patientiæ leges. Olympiodorus ſic explicat: Tuam iracundiam quaſi machinam contra te comparaſti, &c. Furentium, hoc eſt, impatientium hominum, ira ipſa homines aduerſus ſe pugnant, illa vtũtur veluti machina, qua rationem expugnant, & veluti telo, quo ſe, caritatemq; perimunt. Patientia veſtis egregia, qua frigus repellitur illud, quo caritas refrigeſcit, ac perit. Iuxta illud Domini: *Refrigeſcet caritas multorum, quoniam abundauit iniquitas.* Quaſi dicat: Quoniam frigida erit hyems perſecutionis, caritas refrigeſcet. Hanc hyemem, hoc frigus patientia repellit, neque patitur refrigeſcere caritatem.

Per patientiam animam poſſidemus.

Patientia veſtis eſt egregia.

Nec poſſidet homo impatiens animam, nec poſſidet appetitũ iraſcentẽ, quia illi non dominatur: nec poſſidet os, quod in contumelias ſoluit, nec manus, quib. proximo nocet, nec pedes, neq; reliqua corporis mẽbra: omnia poſſidet furor, & iracundia. Flagrant, & micant oculi [ait Seneca li. 1. de ira, cap. 1.] labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac ſubriguntur capilli, comploſæ ſæpius manus, pulſata humus pedibus, totum concitum corpus, magnaſque minas agens, &c. Numquid hominis ſunt hæc ſeipſum poſſidentis? Equidem iracundiæ ſerui ſigna ſunt, quo pro libito domina vtitur. At vir patiens omnia poſſidet, poſſidet animam, ſerenos oculos, os, manus, pedes, reliquaq; membra omnia recte compoſita, quæ omnia patientia regit, cohibet, rationiſq; mentis cõtinet. Amittet ille agros, pecunias, ſalutem, ipſam deniq; vitã, ſed poſſidet animã, poſſidet ipſum Deum. Hic ille eſt, de quo Prou 16. legimus: *Melior eſt*, id eſt, præſtantior, *vir patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium, &c.* Dominatur animo ſuo poſſidet animam ſuã vir patiens, forteſq; ipſos vincit duces, vrbiumque ſuperat expugnatores. Magni faciunt homines, magniſq; concelebrant laudibus fortes duces, vrbium, regnorumque expugnatores, at præſtantiores ijs patientes ſunt. Maiori ergo ſunt laude digni, quam duces inclyti, qui ſub iugum ſuum multas miſerũt vrbes; præſtãtiorem enim reportant victoriam. Vnde D. Gregor. hom. 35. Minor [ait] victoria eſt, vrbes expugnare, quia extra ſunt, quæ vincuntur. Maius eſt autem, quod per patientiam vincitur, quia ipſe à ſe animus ſeparatur. Expugnatores vrbiũ ipſas, quas expugnãt, vrbes, poſſident; patiens verò poſſidet animam ſuam. Multò verò excellentius eſt animam, quam vrbes poſſidere, orbemq; totum. Iuxta illud Domini: *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur, &c.*

Ira percitus ſeipſum non poſſidet.

Seneca.

Vir patiens præſtantior eſt vrbium expugnatore.

Stulti hominis eſt, animam per impatientiam perdere; *ſtultum enim interficit iracũdia*, Iob. 5. Stultus eſt, qui incidentem in ſinum flammã neq; excutit, neq; extinguit, ſed incendi ſe patitur. Eundem in modũ ſtultus eſt, qui flammę ſimilem iracundiam cor inuadentem, neque repellit, neq; abſumit, ſed comburi ſe tolerat, ignem inflammat magis, rixiſque miſcet. Iuxta illud Prouer. 18. *Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat, &c.* Et illud Prou. 17. *Semper iurgia quærit malus, &c.*

Stultum interficit iracundia.

Sapien-

A Sapientis eſt, per patientiam animã ſuam poſſidere. Prouer. 18. *Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua præteregredi, &c.* hoc eſt, per patientiã oſtenditur ſapiẽtia viri. Sapiens enim animam ſuam poſſidet, nihilq; impatienter vel dicit, vel agit. *Gloria eius eſt iniqua*, id eſt, factas ſibi iniurias, *prætergredi*, præterire, minimè vlciſci. Hinc infert D. Greg. hom. 35. Tantò ergo quiſq; minus oſtenditur doctus, quanto conuincitur minus patiens, &c. Beda aliũ ſenſum affert, qui egregiè Apoſtolis, Euangeliciſq; Doctoribus congruit. *Doctrina viri*, hoc eſt, quam vir docet, ac prædicat, *per patientiam noſcitur*, quam ille exhibet in tolerãda perſecutione pro doctrina. Nam qui pro doctrina mortem ſubit, doctrinam ſuam veriſſimam eſſe teſtatur. Quod fecerunt Apoſtoli, Chriſtiq; Martyres, vnde Martyres, id eſt, teſtes dicuntur doctrinæ Euangelicæ, pro qua mortẽ perpeſſi ſunt. Beda: *Doctrina (inquit) Eccleſiaſtica, per patientiam Doctorum, quam ſit perfecta monſtratur.* Quia dum magis afflictionib. ac morti corpus ſubdere, quam à docendi ſtudio ceſſare voluerunt, oſtendebant, quantum eſſet ſalutaris, quam tanta inſtantia defenſare curarunt. Hæc ille. Patientia Petri, Pauli, Stephani, innumerabiliumq; Martyrum, id eſt, teſtium, oſtendit, teſtificataq; eſt doctrinam Euangelicam eſſe veriſſimam, ſiquidem pro illa ad mortem vſq; decertarunt, in vita verò neq; honores, neque voluptates, neque diuitias ex illius prædicatione quæſierunt. Patientia oſtendit doctrinam, & oſtendit & caritatem, cæteraſq; virtutes. Duro enim in lapide aurum, dura in patientia virtus exploratur.

Per patientiã quomodo oſtendatur doctrina.

Martyres vnde dicantur.

Beda.

Patientia virtutes oſtendit.

Oportet autem patiẽtiam eſſe conſtantem, ac perſeuerantem. Iuxta illud: *Qui perſeuerauerit, vel ſuſtinuerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.* Hinc illud Iacobi 1. *Patientia opus perfectum habet, &c.* id eſt, habere debet. Grecè, ἐχέτω *habeat*. Opus autem perfectum habet patientiã, quia ad finem vſque perſeuerat. Quod ſi minimè perſeueret, opus imperfectum eſt. Aliter eodem loco Iacobus: *Omne* (inquit) *gaudium exiſtimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Cur ita? Addit: *Scientes, quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur, &c.* Tanta eſt virtus, vt omne gaudiũ exiſtimare debeamus, cum in varias tentationes inciderimus, quia materia ſunt patientiæ, & patientiam efficiunt in nobis, quæ patiẽtia opus habet perfectum, & omnibus numeris abſolutum. Nam pati pro Deo præſtantiſſimum, perfectiſſimumq; opus eſt. Addit: *Vt ſitis perfecti, & integri, in nullo deficientes.* B Nam ei, qui nihil pro Deo patitur, præſtantiſſimum opus deeſt. Itaq; non eſt omnino integer, & perfectus, quia deeſt illi maximum patientiæ opus. Patientiæ opera duplex Martyrũ genus faciunt; alios, impiorum tormenta vſque ad mortem patiendo; alios, cupiditatibus reſiſtendo, & morbos, ſimiliaq; mala ſuſtinendo. Vnde D. Greg. hom. 35. Sine ferro (inquit) Martyres eſſe poſſumus, ſi patiẽtiam C veraciter in animo cuſtodimus, &c. Hi ſunt lilia, illi roſæ. Eccleſia (ait idẽ Pontifex) electorum floribus plena, habet in pace lilia, in bello roſas.

Patientia conſtans debet eſſe.

Perſeuerantia patienti eſt neceſſaria.

Opus præſtantiſſimũ eſt pati pro Deo.

Patiẽtia facit Martyres ſine ferro.

Denique, *In patientia veſtra* [ait Dominus] *poſſidebitis animas veſtras* in cęlo, in ſempiternum, & qui patienter perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Nam vt legitur Eccl. 1. *Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis, &c.* Impatiens in tartaro, quia pauca hic torD mẽta ſuſtinere noluit, æterna tormenta ſemper ſuſtinebit. At patiens non ſemper, ſed ad breue ſuſtinebit tempus. Poſtea redditio iucunditatis æternæ. Biblia regia vertunt: *Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea ei pullulabit lætitia, &c.* Græcè, ἀναδώσει εὐφροσύνη. Quemadmodum arbores poſtquam hyemis frigora, pluuiaſq; patiuntur, reuireſcunt, lætiſq; floribus, & fructibus complentur, ſic patiẽtes, poſtquã E huius hyemis, id eſt, vitæ, imbres, & gelu, id eſt, labores, cruciatuſq; pertulerunt, in cęlo lætiſſimè gloriæ floribus, fructibuſque complebuntur. Iuxta illud Pſal. 125. *Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant, & flebant; mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione, &c.* Et illud Iacobi 1. *Cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, &c.* Coronam enim vitæ auream patientia fabricat.

Patientiæ præmium.

Et prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio.

HÆc quoque verba ad tempus pertinent præcedens excidium Ieroſolymorum. Prædixerat Dominus grauem in Diſcipulos perſecutionē, ea verò nō obſtante, nunc docet. Euangelium toto orbe ab illis prædicandum; poſt prædicationē autem Euangelij, cōſummationem, Græcè, τέλ☉, B id eſt, *finem*, fore, & euerſionem Ieroſolymorum. Hæc ſententia eſt Chryſoſtomi homil. 76. Theophylacti, Euthymij, & Hilarij. Probat autē Chryſoſtomus, Euangelium ante excidium Ieruſalem toto orbe fuiſſe prædicatū, his verbis: Quòd ante vrbis euerſionem, per mundum, Euangelium eſſuſum eſſet, Paulum audi ad Rom. 10. *In omnem terram exiuit ſonus eorum*. Et C rurſus ad Coloſſ. 1. *Prædicatum eſt Euangelium vniuerſæ creaturæ, quæ ſub cęlo eſt*. Et videas Paulum à Ieroſolymis ad Hiſpaniam vſque currentem. Quòd ſi vnus in tanta parte orbis prædicauit; cogita, quid à reliquis factum fuerit. Sed & alibi ad Coloſſ. 1. de Euangelio ſcripſit, quòd fructum ferat, & creſcat in omni creatura, quæ ſub cęlo eſt. Sic Chryſoſt. D. quoque Hilarius can. 25. Per omnes (inquit) orbis par- D tes viris Apoſtolicis diſperſis Euangelij veritas prædicabitur. Et cùm vniuerſis fuerit cognitio Sacramenti cęleſtis innecta, tunc Ieruſalem occaſus, & finis incumbet. Vt prædicationis fidem, & infidelium pęna, & metus erutæ ciuitatis conſequatur, &c. Addit Chryſoſt. hanc velocem per totum orbem Euangelij promulgationem, maximum eſſe argumentum omnipotentiæ Chriſti. Vt enim tam breui tem- E pore legem difficillimam orbis reciperet, Dei omnipotētia indigebat: quod 1. tomo oſtendimus. Chryſoſtomi interpretationem ſequuntur, Abulēſis, Lyranus, Ianſenius, Salmeron. Ea mihi videtur veriſimilior, vt ex ſequentibus colligetur. Eſt ergo ſenſus: Etſi perſecutiones exoriantur, quas commemoraui, ne turbemini; prædicabitis enim Euagelium in toto orbe, *in teſtimonium omnibus gentibus*, hoc eſt, vt te-

Euangeliū ante euerſionem Ieruſalem toto orbe prædicatum.

In teſtimonium omnibus gētibus quid ſignificat.

A ſtimonium de me, meaq; lege omnes gentes audiant. Iuxta illud Actor. 1. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ, &c.* D. Chryſoſtomus aliter: *In teſtimonium* [inquit] hoc eſt, redargutionem [non credentium] & reprehenſionem. Nam qui crediderunt, aduerſus incredulos teſtabuntur, & cōdemnabunt eos, &c. Item Euthy. Prædica- B bitur [inquit] Euangelium in teſtimonium omnibus gentibus, id eſt, ad redargutionem, & accuſationem eorū, qui non crediderint, ne dicere poſſint in die iudicij: Prædicationem non audiuimus, &c. Sic etiam Theophyl. D. Hierony. Prædicabitur [inquit] Euangelium in toto orbe, vt nullus ſit excuſabilis. &c.

Et tunc veniet conſummatio; Græcè, τέλ☉, id eſt, *finis*, Ieruſalem, & euerſio. Voluit autem Dominus prædicari to- C to orbe Euangelium, priuſquàm ęquaret ſolo Ieruſalem; primò, quia Iudęorum pœnitentiam expectare voluit. Secundò, quia voluit nouum ſibi populum toto orbe conſtituere, priuſquàm veterem omnino aboleret. Tertiò, priùs voluit Chriſtianum populū ex omnibus creare gentibus, ante euerſionem antiqui populi, vt ipſi Chriſtiani pœnas de Iudæis ob perfidiam ſumptas conſiderarent, magisq; con- D firmarentur in fide. Quartò, vt inexcuſabiles eſſent Iudæi, Euangelij cernentes potentiam. Vnde Chryſoſt. Qui [inquit] potentiam Chriſti in breuiſſimo ſpatio temporis, per totū orbem quaſi fulgur rutilaſſe viderunt quam veniam habebunt in duritie permanentes, &c.

Cur Dominus voluerit gentib. prædicari Euāgeliū, ante euerſionem Ieruſalem.

Si quis obijciat, ante excidium Ieruſalem non fuiſſe Euangelium toto orbe promulgatum, ſiquidem multæ E illud regiones ignorabant. Reſpondetur, Chriſtum ita loquutum, vt loquitur Paulus locis citatis, & Lucas c. 2. cùm ait: *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, &c.* Multarum regionum incolæ Cæſari minimè parebant, dicitur tamen deſcriptus vniuerſus orbis per ſynecdochē, vel hyperbolem, quia maxima pars orbis Cæſari obtemperabat. Ita dicitur prædicatum Euangelium in vni-

Obiectio, & reſponſio.

uerſo orbe per ſynecdochen, vel hyperbolen, quia in maxima parte orbis, & in toto orbe tunc reperto prædicatum erat.

D. Auguſt. & aliorum de his verbis ſententia.

D. Auguſtinus epiſt. 80. & alijs locis aliter arbitratur, ſcilicet Euangelium non fuiſſe toto orbe promulgatum ante excidium Ieruſalem. Itaq; hæc verba de fine mũdi intelligit, hoc pacto: *Prædicabitur Euangelium in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio orbis.* Hũc eundem ſenſum ſequitur D Hieronymus D. Damaſcenus lib. 4. fidei, cap. 27. D. Proſper de prædict. part. 3. cap. 40. Origenes tract. 28. in Matth.

A Theodoretus 2. Theſſal. 2. Caietanus Matth. 24. & alij. Probatur interpretatio, quia Diſcipuli, vt ait Matthæus, interrogarunt: *Quando hæc erunt, et quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi?* At Chriſtus nunc reſpondet: *Et tunc veniet conſummatio.* Ergo de conſummatione ſæculi intelligendus eſt, de qua Diſcipuli rogabant. Reſpondetur, Diſcipulos non de ſola conſummatione, ſiue fine ſæculi rogaſſe, ſed
B etiam de conſummatione templi, vt conſtat, Chriſtumque hoc loco de illius, & vrbis Ieruſalem conſummatione reſpnodere.

C A P V T III.

De excidio Ieruſalem.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Verſ. 15.

CVM ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui le-
16 git, intelligat. * Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad mon-
17 tes, * & qui in teſto, non deſcendat tollere aliquid de domo
18 ſua; * & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.
19 * Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.
20 * Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sab-
21 bato. * Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vſ-
22 que modo, neque fiet. * Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis
caro; ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

MARCVS CAPITE XIII. Verſ. 14.

CVm autem videtis abominationem deſolationis, ſtantem vbi
non debet; qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt, fu-
15 giant in montes, * & qui ſuper tectum, ne deſcendat in do-
16 mum, neque introeat, vt tollat quid de domo ſua; * & qui in
17 agro erit, non reuertatur retrò tollere veſtimentum ſuum.
18 * Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.
19 * Orate verò, vt hyeme non fiant. * Erunt enim dies illi tribulationes tales,
quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, vſque nunc, neq;
20 fiant. * Et niſi breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro; ſed pro-
pter electos, quos elegit, breuiauit dies.

LVCAS CAPITE XIII. Verſ. 20.

CVm autem videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſci-
21 tote, quia appropinquauit deſolatio eius. * Tunc qui in Iudæa
ſunt, fugiant ad montes; & qui medio eius, diſcedant; & qui in
22 regionibus, non intrent in eam: * quia dies vltionis hi ſunt.
Vt impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt. Væ autem prægnan-
23 tibus, & nutrientibus in illis diebus. * Erit enim preſſura magna ſuper ter-
24 ram, & ira populo huic. * Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in om-
nes gentes, & Ieruſalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora
nationum.

Cùm videritis abominationem deſolationis.

Loquitur Dominus de deſolatione Ieruſalem.

HÆc quoque verba ad excidium Ieruſalem pertinent, ex ſententia Origenis tract. 29. in Matth. D. Auguſtini epiſt. 80. ad Heſychium, Chryſoſtomi, Theophylacti, Euthymij, Abuleoſis, Cardinalis Baronij tom. 1. Maldonati, Salmeronis, Ianſenij, & aliorum. Idque probat D. Auguſtinus ex Luca: Lucas [inquit] pateſcit non ad ſæculi finem, ſed ad expugnationem Ieruſalem pertinere id, quod dictum eſt de abominatione deſolationis, & quod dictum eſt de dierum breuiatione propter electos. Quia etſi ea ipſe non dixit, dixit tamen apertius cętera de hoc ipſo, quò & iſta pertinere monſtrauit, &c. Ex Luca enim conſtat verba illa: *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant, ad montes:* & ſequentia ad vrbis euerſionem referenda. Sic enim ſcribit: *Cum videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote, quia appropinquat deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, &c.* Ergo hæc etiam verba: *Cùm videritis abominationem, &c.* quæ antecedunt, de eadem euerſione ſunt explananda, hoc ſenſu: *Cùm videritis abominationem deſolationis* Ieruſalem, *ſtantem in loco ſancto*, id eſt, in templo, fugite. De hac abominatione (ait Dominus) vaticinatum Danielem: [*Quæ dicta eſt à Daniele Propheta, qui legit, intelligat.*] Extat verò vaticinium Daniel. 9. *Et erit* (inquit) *in templo abominatio deſolationis; & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio, &c.*

Dan. 9. vaticinium.

De deſolatione Ieruſalem loquitur Daniel, quæ vſque ad finem mundi perſeuerabit. Nunquam enim Ieruſalem cū ſtatu illo Iudaico, & Republica, cuius caput Ieruſalem erat, inſtaurabitur. Vnde efficitur, de eadem loqui Dominum citantem Danielem.

Quæ dicatur deſolationis abominatio, ſtans in loco ſancto. D. Hieron. ſententia.

Dubium eſt, quænam appellatur abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto D. Hieronymus ait, dici abominationem deſolationis imaginem Cæſaris, quam Pilatus in templo poſuit. Aut Adriani Imperatoris equeſtrem ſtatuam, quæ in ſanctis ſanctorum locata eſt. Sed imaginem Cæſaris in templo à Pilato poſitam nullibi ſcribit Ioſephus, imò ſcribit, iuſſiſſe auferri ſtatuas illius, lib. 2. de bello, c. 8. Pilatus nocte intempeſta opertas Cæſaris imagines intulit Ieroſolymam. Quæ res poſt triduum ingentem inter Iudęos ſuſcitauit tumultum. Et deprecabātur Pilatum, vt imagines auferrentur. Pilato autem abnuente, circa domum eius proni corruerunt & immobiles quinq; diebus, noctibuſq; continuis manſere. Poſt, Pilatus tribunal aſcendens cōuocit multitudinem Iudæorū, quaſi qui velit dare eis reſpōſum. Cum ſubitò milites armati, dato ſigno, circumſteterunt Iudæos. Tunc Pilatus denuncians trucidaturum ſe omnes, niſi imagines Cæſaris ſuſciperent, annuit militibus, vt educerent gladios. Iudæi autem omnes ſubitò corruerunt, & ceruices nudatas excipiendis ictibus pararunt, vociferantes, vniuerſos ſe interfici magis velle, quàm legem prophanari. Tunc Pilatus, circa religionem ſtudium populi demiratus, confeſtim de Ieroſolymis

Imagines Cæſaris Iudæis nolunt recipere.

ſtatuas

ſtatuas iuſſit auferri. Hæc Ioſephus. Philo in libro de legatione ad Caium ait, Pilatum clypeos auratos intra vrbem dedicaſſe, in Herodis regia; Iudæos verò repugnaſſe, effeciſſeq. vt iuſſu Tiberij Imperatoris auferrentur. Imaginum Cæſaris nõ meminit. Ex his veriſimile fit, Pilatum non poſuiſſe in templo imaginem Cæſaris. Nullo enim modo id Iudęi tuliſſent. Statua autem Adriani Cæſaris multo poſt templi euerſionem in eo fuit locata. Non ergo potuit ſignum eſſe euerſionis templi, & fugæ. Similiter D. Chryſoſtomus Matt. 24. Abominationem (inquit) appellat Dominus eius ſtatuam (id eſt, Titi, aut Veſpaſiani) qui vrbem expugnauit, quam, deſolata vrbe, atque ſubuerſo templo, intus ſtatuit. Quocirca & deſolationis ipſam appellauit: &c. Idem ſentiunt, Theophlactus, & Euthymius. Refellitur hęc interpretatio, ſicut ſuperior; quoniam ſi poſita eſt ſtatua illa in tẽplo ſolo æquato, ſignum eſſe non poterat fugæ. Poſitam autem fuiſſe nulla memoriæ prodit hiſtoria.

Sententia Chryſoſtomi.

Origenes tract. 29. abominationẽ deſolationis Imperatorem, & exercitum Romanum eſſe cenſet. Diximus (inquit) ſtare quidem in loco ſancto abominationem deſolationis, Principem eſſe, qui Ieruſalem circumdedit exercitu, &c. Et Auctor imperfec. ho. 49. Quidam [inquit] dicunt, abominationem deſolationis eſſe imaginẽ Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo. Verius autem quid ſit Lucas interpretatur; fuit enim exercitus Romani Imperatoris, ſtans circa Ieruſalem, &c. Idem videtur ſentire Chryſoſtomus ho 77 cùm ait: *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Illud, *tunc*, quando ſignificat. Quando hæc ſcilicet fient, quando deſolationis abominatio in loco ſancto ſteterit. Tunc ergo [inquit Dominus] cùm armati hoſtium exercitus omnia repleuerint, quoniam nulla ſpes vobis relinquitur, ad montes feſtini fugiatis. Hæc ille. Huic ſententię ſubſcribunt, Caietanus, Salmeron, & Emanuel Sà. Probatur hæc ſententia, quia quód apud Matthæum legitur: *Cum videritis abominationem deſolationis, tunc qui in Iudæa sũt* A *fugiant in montes.* Apud Lucam ſic habetur: *Cùm videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote, quia appropinquauit deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiãt in montes, &c* Videtur Lucas Matthæũ explicaſſe, ac docuiſſe, abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, fuiſſe Romanum exercitũ, qui ideò dicitur abominatio, quòd idola coleret abominabilia, & deſolationis, quia Ieruſalem deſola- B uit. Verùtamen refutatur hic ſenſus, quoniam abominatio deſolationis ſtetit in templo, vt conſtat ex Daniele, capite nono. *Erit* (inquit) *in templo abominatio deſolationis.* Et Dominus Matth. 24. *Cùm videritis abominationem deſolationis, ſtãtem in loco ſancto*; id eſt, in templo. Et apud Marcum 13. *Cùm videritis abominationem deſolationis ſtantem vbi nõ debet, &c* id eſt, in templo. At verò exercitus Romanorum, quando circunde- C dit Ieruſalem, non fuit in templo, ſed extra vrbem. Non ergo fuit abominatio deſolationis, de qua loquitur Dominus, & Daniel nono. Probationi reſpondetur ex Euthymio; aliud Matthæum, aliud dixiſſe Lucã. Apud Matthæum, abominationem deſolationis ait Dominus in templo futurã. Apud Lucam aliud ait, nimirum exercitum Romanorum vrbem Ieruſalem circumdaturum. Quod ſignũ eſt D deſolationis.

Sententia Origenis, & aliorũ.

Abominatio deſolationis eſt Romanus exercitus.

Refutatio.

Hiſtoriæ ſcholaſticæ Auctor in hiſtoria Danielis, c. 10. abominationem deſolationis, cenſet appellari ſacrificia. Erit (inquit) in templo abominatio deſolationis, id eſt, abominanda; & deſolanda erunt ſacificia poſt mortem Chriſti, &c. Eadem eſt ſententia Carthuſiani, Daniel. 9. In ſacrificijs, & ritibus templi (ait ille) erit abominabilis deſolatio, & ſacrificiorũ obla- E tio erit abominata Deo, &c. At Matth. 24. Vterque ſtatuam dici putat abominationem deſolationis. Caret probabilitate interpretatio. Nõ enim de ſacrificiorum deſolatione, vel abominatione loquitur Dominus, vt perſpicuum eſt.

Alia ſententia Magiſtri hiſtoria.

Sententia aliorum eſt, abominationem deſolationis appellari, templi ꝓphanationem, quæ à zelotis hominib. ſeditioſiſſimis facta eſt, teſte Ioſepho.

Eunt

Digitized by Google

ententia Abulenſis, Ianſenij, Baronij, & aliorum.

Eunt in hanc ſententiam, Abulenſis Matth. 24. q. 98. Heſſelius Matt. 24. Iãſenius, & Cardinalis Baronius to. 1. Eam pre cæteris probo, quia abominationem oſtendit, quæ deſolationis fuit ſignum, & cã, & in templo ſtantem. Siquidem zelotæ in templo ſtetere runt, illudque prophanarunt. Fuerũt autem zelotæ homines ſeditioſiſſimi, qui Ieroſolymæ, & templo deſolationem attulere. Nam ſi ſe Iudæi Romanis tradidiſſent, neque vrbs, neq. templum euerſum eſſet; ſed Deo permittente, Iudæorumque peccatis poſcentib. zelotæ extitere, qui deditionẽ prohiberent, vt templum, & ciuitas æquarent ſolo. Lege Ioſephum lib. 7. c. 7 & lib 6 c. 1. De his agere incipit lib. 4. de bello, cap. 5.

Zelotæ templum violarunt.

Nomen hoc zelotarum à zelo ſibi vſurparunt, atq. ita ſevocabant (ait Ioſephus eodem c.) vt bonarum profeſſionum ęmuli, ſiue zelatores, &c. Erãt autem omnib. flagitijs cooperti. Tẽplum hi occuparunt, atq. violarũt. Ioſphus eodem c. Illi [inquit] templum Dei, caſtellum, ac profugium ſibi fecerunt, quod pro domicilio habebant tyrannis, &c. Et lib. 7. cap. 4. Cadauerum [inquit] non ciuitas tantum, ſed etiam omne templum repletum eſt, &c. Item: Supra ſacras portas, iacula & balliſtas & ſaxorum diſpoſuere tormenta, vt omne quidem circum fanum ſpatium multitudine mortuorũ ſepulchro, tẽplũ verò ipſum caſtello ſimile videret. In loca verò ſancta & inacceſſa, cum armis adhuc, & manib. gentili cæde calentib. inſiliebãt, &c. Denique Titus ipſe dux ob violatum templum ſeditioſos arguit eodem capite, his, & alijs verbis: Quid in templo etiam mortuos conculcatis ò nocentiſſimi? Aut cur templum externi, & gentilis ſanguinis confuſione polluiſtis? Teſtor Deos patrios, nõ ego vos violare hæc compellam. Seruabo autem vobis etiam templum, ſi locum acies veſtra mutauerit, &c. Lege librum ſextum de bello, capite primo, quo Ioſephus ſcribit, ſeditioſos zelotas trifariam diuiſos eſſe, totũque cædib. pollutum templum. Miſſilia (inquit) machinarum vi, ad aram vſque, templumque peruenientia, in

A Sacerdotes ſacra celebrantes cadebant; ac multi, qui ad templum ab vltimis finib. terræ veniſſent, ante ipſas hoſtias procubuerunt, aramq. ſuo ſanguine imbuerunt. Indigenis autẽ mortuis, alienigenæ, ac Sacerdotibus prophani miſcebantur. Perque atria diuina ſtagnum fecerat diuerſorum cadauerum ſanguis, &c. Eodem loco ait, templum hoc ciuili bello factum tumulum.

Signũ euerſionis Ieruſalem fuere zelotæ.

B Fuiſſe autem ſignum deſolationis hos zelotas, templiq. violationem, idẽ Ioſephus teſtatur libro quinto, capite ſecundo, his verbis: Vetus quidam ſermo ferebatur, tunc demum ciuitatem captum iri, ſancta quoq. flammis exurenda eſſe lege belli; cùm ſeditio fuiſſet exorta, fanumque Dei propriæ manus antè violaſſent. Quibus zelotæ miniſtros ſe præbuerunt. Ita illc. Iudæi hoc videntur collegiſſe

C ex his verbis Danielis, nono. *Erit in templo abominatio deſolationis, &c.* Et libro ſexto, capite decimo ſexto. Puto (inquit) quod ſi Romani contra tã noxios noſtræ gentis homines venire tardaſſent, aut hiatu terræ deuorandam fuiſſe ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulminum, ſimilitudinem Sodomæ, incendia paſſuram.

Multo enim magis impiam progeniem tulit, quam ea fuit, quæ illa ſup-

D plicia pertulerat.

Eſt ergo ſenſus, iuxta hanc ſententiam. *Cùm videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto*, id eſt, Cùm videritis templum occupatum, ac prophanatum à zelotis Rempublicã deſolantibus, quod Iudæis valdè abominandum videbitur. Cùm videritis illam zelotarum abominationem, deſolantem Ieruſalem, & ſtantem in loco ſancto templi, tunc fugite. Dicitur

E abominatio deſolationis, id eſt, deſolans, & euertens vt vir fortitudinis vir fortis.

Abominatio deſolationis quid.

Illud non tacendum, abominationem appellari in Scriptura idolum. Deuteron. 32. *Prouocauerunt eum in Deis alienis, & in abominationibus ſuis*, id eſt, idolis, *ad iracundiam prouocauerunt.* 4. Reg. 23. legitur de Ioſia: *Excelſa, quæ ædificauerat Salomon, Aſtaroth idolo Sidoniorũ, & Chamos, offenſioni Moab, & Melchon abo*

mi-

Digitized by Google

minationi filiorum Ammon, polluit Rex. A Vides idolum Ammonitarum; abominationem appellari. Hebraicè ſic legitur, חמבות אשר בנה שלומה לעשתרת שקץ צידנים ול כמוש שקץ מאב *Hammaboth aſcher banath Schalamoh lebbaſchtoreth ſchiKKuts ſſidonim, vlebemaſch ſchiKKuts Moab*. Quæ Pagninus ſic vertit. *Et excelſa, quæ ædificauerat Salomon Haſtaroth abominationi Sidoniorum & Chamos abominationi Moab.* Vtrobiq. enim eſt nomen Hebræũ, שקץ *ſcKKuts* B quod abominationem ſignificat, vt conſtat ex cap 9. Danielis Hoc enim nomen Hebræum, quod extat. 4. Re. 23. ץ ש *ſchiKKuts*, quodque vertit Interpres, *idolum, & offenſionem*, Extat Daniel. 9. *Erit in templo abominatio.* Chaldaicè, שקושים *ſchiKKuſchim*, id eſt, *Abominationes erunt in templo.* D. Hieronymus Matth. 24. *Abominatio* (inquit) ſecundùm veterum ſcripturam, idolum nũcupatur. Et idcirco additur, *deſolationis* C quod in templo deſolato, atq. deſtructo poſitum ſit. Et Chryſoſtomus homil. 2. aduerſus Iudæos, tom. 3. Omne (ait) ſimulachrum, & hominis effigies apud Iudæos appellatur abominatio, &c Si idolum aliquod in templo conſtitutum reperire poſſemus, illud abominationem fuiſſe fateremur; ſed cũ nullum ex hiſtorijs reperiamus, opinionem ſuprà ſcriptam veluti probabiliorem ſequimur. Addemus infrà D aliam.

Abominatio ſignificat idolum.

Sed cur dicitur templum à Chriſto locus ſanctus, cùm eo tẽpore, quo abominatio in eo ſteterit, lex Moſis, templi Iudaicus cultus, & ſacrificia iam eſſent abrogata? Reſpondetur, dici locum ſanctum, quia Deo fuerat dicatum; quia in eo Chriſtiani etiam Deum colebant, quia vſque ad ſufficientem Euangegelij promulgationem, cultũ Deus permittebat. E

Templũ Ieroſolymitanum cur Chriſtus locũ ſanctum appellet, poſt abrogatum cultum Iudaicum.

Præterea, aliqui Patres abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, ſiue templo, Antichriſtum eſſe cenſuerunt, qui in templo veluti Deus ſedebit, vt Paulus teſtatur 2. ad Theſſalonicenſ. 2. *Ita* (inquit) *vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamquã ſit Deus.* Huius ſententiæ eſt D. Irenæus libro quinto, capite vigeſimo quinto. D. Hieronymus Matth. 24. Gloſſa inter- A linearis, D. Hilarius canon, vigeſimo quinto. Antichriſtus (inquit) abominatio dictus eſt, ex eo, quòd aduerſus Deum veniens, honorem ſibi Dei vẽdicet. Deſolationis autem abominatio; quia bellis, & cædibus terram deſolaturus ſit, &c D. Ambroſius Luc. 20. Abominatio deſolationis execrabilis Antichriſti aduentus eſt, &c. Eſt hic ſenſus myſticus: Antichriſtus abominatio erit deſolationis, id eſt, de- B ſolans; & euertens Chriſtianum populum; ſed quantumcumque conetur, ſeipſum euertet, non Eccleſiam Chriſti. In templo ſtabit, vt poſteà dicemus, cùm de illo agemus.

Antichriſt⁹ eſt abominatio deſolationis.

Quæ dicta eſt à Daniele propheta.

DVobus in locis Daniel de abominatione deſolationis fecit verba. C cap. 9. *Erit* (inquit) *in templo abominatio deſolationis & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio, &c.* c. item 11. *pollucnt ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium, & dabunt abominationem in deſolationem, &c.* hoc eſt. Antiochi milites polluent templum Dei, & auferent iuge ac perpetuum ſacrificium, ponentque in eo abominãdum idolum, in deſolationem. Auctor libro 1. Machab. cap. 1. Hunc ſecũdum D Danielis locum indicauit his verbis, *ædificauit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, &c.* Loquitur enim Daniel. ca. 11. apertè de Antiocho. At Chriſtus locum demonſtrauit Danielis, cap. 9 *Erit in templo abominatio deſolationis, &c.* tom. 1. lib 3. c. 5. Hæc Danielis verba explicauimus, & de hebdomadis ſeptuaginta, egimus.

Daniel duobus in locis meminit abominationis deſolationis.

E *Qui legit, intelligat.*

HÆc verba? *Qui legit, intelligat*, ambigitur an ſint Chriſto, an Euangeliſtæ Matthæo tribuenda. Quod. n. non Chriſto, ſed Matthæo ſint tribuẽda, putat Ianſenius. Probatur, quoniã Marcus ſic ſcribit: *Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem vbi non debet, qui legit, intelligat tunc, qui in Iudæa ſunt*

An ſint hæc verba tribuẽda Euãgeliſtæ.

ſunt fugiant in montes, Danielis nullã fecit Marcus mentionem,tamen ſcripſit:*qui legit intelligat,*quaſi diceret, qui legit hæc verba Chriſti de abominatione ſtante in loco ſancto, intelligat illa,quia difficilia ſunt intellectu. Similem ergo in modum Matthæi verba ſunt explicanda: Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta,ſtantem in loco ſancto(qui legit,intelligat)tūc qui in Iudęa,&c.hoc eſt,cùm videritis abominationem illam,de qua vaticinatus eſt,Daniel c.9.ſtantem in templo, tunc qui Iudęa ſunt fugiāt in mōtes. Interponit Euangeliſta parentheſim, qui legit, ſcilicet hæc verba Domini de abominatione prędicta a Daniele, intelligat illa. Reſpondendum; eſt ex communi ſententia verba tribuenda Chriſto,non Euangeliſtæ, hoc ſenſu; *Cùm videritis abominationem, quæ dicta eſt à Daniele propheta ſtantem in loco ſancto; qui legit* Danielem,*intelligat* illū,& ſciat prophetam de abominatione loqui, quæ ſignum erit euerſionis templi, & vrbis. Marcus verò quamuis Danielis non meminerit,tamen ſubintellexit Chriſtum de abominatione deſolationis ſtante in templo agere,quæ à Daniele fuerat prædicta,hoc ſenſu; *cum videritis abominationem deſolationis, ſtantem vbi non debet,qui legit intelligat,* vaticinium hoc,quod extat apud Danielem,eſſe completum.

Dupliciter locus hic diſpungi pōt, primo modo ſic. *Cum videritis abominationem deſolationis,quæ dicta eſt à Daniele propheta;qui legit,intelligat:* Affigitur pūctum verbo *intelligat,*neque ſuſpenditur ſenſus. Secundo modo ita: *Cum videritis abominationem deſolationis, ſtantem in loco ſancto,qui legit,intelligat,tunc qui in Iudæa ſunt fugienda ad montes,* Protrahitur ſenſus ad fugam. Prioris diſpunctionis ſenſus hic eſt,*Cum videritis abominationem à Daniele prædictam.* qui legit Danielem,intelligat illius vaticinium completum eſſe,intelligat Ieruſalem templum,& Rempublicam Iudaicā, penitus euertendam. Si hęc diſpunctio placuerit,abominatio deſolationis ſignificare poterit non zelotarum abominanda facta, vt ſuprà diximus, ſed deſolationem,& euerſionem tem-

Duplex diſpunctio,& explicatio.

A pli abominabilem hoc ſenſu. *Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto;* hoc eſt,cum videritis deſolationem abominabilem ſtantem in templo, qui legit Danielem, intelligat de illa fuiſſe locutum. Sed non rectè dicitur deſolatio ſtare, ideòque rectius interpretabimur de Romano exercitu,eiúſque vexillis, in quibus imagines erant,quas Iudæi abominabantur,quæque in templo ſteterunt

B hoc ſenſu.

Cùm videritis abominationem deſolantem,quæ dicta eſt a Daniele, hoc eſt milites Ethicos, & Romanos, & vexilla in templo ſtantia,qui legit Danielem,intelligat de hac abominatione fuiſſe vaticinatum. Quod autem Romani milites in templo vexilla ſtatuerint,Ioſephus narrat lib.7.de bello,capite 13. Romani (ait) poſtquam ſeditioſi ad ciuitatē confugere, tem-

D plo, itemque omnibus circum locis ardentibus, ſigna in fano repoſuere contra partem Orientalem. Hique ibi ſacrificio celebrato maximis cum clamoribus declarabant Titum imperatorem,&c.

Cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem.

C LVcas ſcribit hæc verba protuliſſe Dominum; *cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem,tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius, tunc qui in Iudæa ſunt,fugiant ad montes.* Quæritur,an verba hæc Lucæ, explicent verba illa Chriſti apud Matthæum: *Cùm videritis abominationem,&c.* Ita vt abominatio deſolationis ſit ipſe exercitus Romanorum? Reſpondimus ſupra,exercitum Romanorum, cùm Ieruſalem circumdedit,non poſſe dici abominationem deſolationis, quoniam abo-

E minatio deſolationis ſtetit in templo, at verò exercitus Romanorum, cùm circumdedit Ieruſalem, non ſtetit in templo,ſed extra Ieruſalem. Prætereà Chriſtus tamquam ſignum fugæ exhibuit abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto,exercitus verò circumdans Ieruſalem non potuit eſſe ſignum fugę. Poſtquam enim vrbs ab exercitu eſt circumdata,tem-

An exercitus Rom. dicatur abominatio deſolationis.

pus

Digitized by Google

pus fugæ commodum non erat. Si quis tamen velit, abominationem nõ fuiſſe exhibitam in ſignum fugæ, vt paulò antè dicebamus, iuxta priorem diſputationem, hæc ratio vi caret. Altera verò vim habet, nimirum nõ poſſe dici abominationem deſolationis cùm vrbem obſedit, quoniam abominatio in templo ſtetit, exercitus ſtetit extra vrbem, cùm eam obſedit. Poſtea quàm vrbem cepit, ſteterunt in templo milites cum vexillorum imaginibus, ideòque tunc abominatio deſolationis dici poterunt, vt ſupra diximus. Eſt autem hoc ſignum non fugæ, ſed appropinquantis deſolationis, & conſummationis Ieruſalem, & templi; ideò ait Dominus. *Cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius;* hoc eſt, propinquam eſſe euerſionem Ieruſalem cognoſcetis ex obſidione, cùm illam exercitus Romanus obſidione cinxerit, euerſio vicina erit.

Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in montes.

HOc, *tunc*, quoniam referendum ſit, dubium eſt. Quidam referũt, ad verba proxima. *Cùm videritis abominationem deſolationis, &c.* quaſi dicat Dominus, hoc vobis ſignum præbeo, vt fugiatis, *cum videritis abominationem deſolationis, tunc qui in Iudæa fuerint fugiant in montes.* Signum enim fugæ erit abominatio deſolationis. Si abominationem deſolationis ſtantem in templo ſeditioſos zelotas fuiſſe dicamus poteſt particula, *tunc*, ad abominationem referri, nam ſignum fugę commodum eſſe potuere Zelotę, quia templum violarunt, antequam Romani Ieruſalem obſiderent. Quòd ſi quis velit abominationem deſolationem, & ſtantem in loco ſancto fuiſſe milites Romanos, cum vexillis ſtantes in templo, poſt expugnatam vrbem particula, *tunc*, non poſſe videtur referri ad abominationem. Erit enim ſenſus, *tunc*, id eſt, cùm milites videritis, capta vrbe ſtantes cum vexillis in templo. *fugite in montes.* At verò fugę ineptiſſimum erat illud tẽpus, capta iam vrbe. Dici tamẽ poteſt etiam, *tunc*, fuiſſe fugiendi tempus

De fuga imminente euerſione Ieruſalem.

A ea velocitate, quam Chriſtus depingit. Nam capta vrbe fuga erat capeſſẽda velociſſimè Iudæis, ne vita priuarentur à Romanis.

Circa verba D. Lucæ ẽt ambigitur an particula, *tunc*, indicet id, quod pręcedit eſſe ſignũ fugę, nimirũ obſidionem Romanorum, hoc ſenſu, *Cùm videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius*, & *tunc* cùm hanc videritis obſidio B nem, *qui in Iudæa ſunt, fugiant, &c.* Non eſſe hunc germanum ſenſum probãt quia odioſi non erat aptum fugæ capeſſendæ ſignum. Quis. n. tunc in fugam conijcere ſe homines horretur, cùm vndique cincti ſunt obſidione? Reſpondent nonnulli, duplicem fuiſſe illis temporib. obſidionem Ieruſalem, alteram, quę vulgo ſatis eſt cognita, Romanorum duce Tito, qui vrbẽ expugnauit. Alteram eorundem Ro- D manorum duce Ceſtio pręſide, quę Titi obſidionem præceſſit, de illa Ioſephus ſcribit lib. 2. de bello, ca. 24 poſt hanc liberum fuit fuga cõſulere vitę. Vnde Ioſephus eodem lib. ca. 25. Poſt Ceſtij [inquit] caſus aduerſos, nobilium Iudęorum multi, tamquam è naui peſſum itura, ex ciuitate enatabãt, &c. At obſcurũ fuit ſignũ hoc, & ambiguum. Prętere a ſi tẽporis ſatis ad fugam ineundam ſuppetebat; quorſum C Dominus ita accelerãdum ait, vt qui in tecto eſſet, nõ deſcẽderet tollere aliquid de domo ſua? Puto Dominũ de obſidione Titi locutũ, ſignumq; dediſſe propinquũ euerſionis Ieruſalẽ hoc pacto. Cũ videritis circũdari ab exercitu Ieruſalem, tũc ex hoc ſigno ſcitote, quia appropinquauit deſolatio, & coſũmatio eius. Nõ. n. Romanorũ effugiet oppugnationẽ, ſed ab illis expugnabiť, & euertetur. Tunc autẽ, cum E hęc ſunt euentura, qui in Iudęa ſunt, fugiãt in mõtes, tẽpore cõmodo. Gloſſa interlin *tunc*, id eſt, tẽpore proximo ante obſidionẽ adhuc fugere licebit, &c. Vel aliter, *tunc*, cũ exercitus Romanus Ieruſalem cœperit circumdare, *fugiant in montes*, qui ſunt in Ieruſalẽ & in Iudęa, ne capta vrbe occidantur. Chryſoſt. homil. 77. *Tunc* (inquit) cùm armati hoſtium exercitus omnia repleuerint, quoniam nulla vobis ſpes ſalu-

Duplex obſidio Ieruſalẽ, à Ceſtio, & Tito.

ſalutis relinquitur, ad montes fugite, &c.

Fugiſſe autem Chriſtianos, cum Ieruſalem obſeſſa eſt a Romanis, ait D. Epiphan. hæreſi 29. in fine: Illinc [inquit] initium hæreſeos Nazaræorum factum eſt, poſt diſceſſum ab Ieroſolymis, omnib. diſcipulis in Pella habitantibus, cùm Chriſtus iuſſiſſet relinquere Ieroſolymam, ac ſecedere, quoniam paſſura erat obſidionem, &c. Eſt autem Pella (vt ait eodem loco, & hæreſi ſequenti 30.) ciuitas Decapoleos vltra Iordanem. Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 5. monitos oraculo Chriſtianos diſceſſiſſe narrant. Cùm (inquit) populus Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis, per oraculum, viris illic virtute, & pietate ſpectatis in viſione editum, iuſſus eſſet, vt antequam bellum exardeſceret è ciuitate egrederetur atque adeò vrbem quamdam trans Iordanem, quæ Pella nominata eſt incoleret, inque eam Chriſtiani migraſſent, relicta Ieruſalem; ita vt ſancti viri non ſolùm vrbem illam regiã, ſed etiam vniuerſam Iudæorum terram omnino deſeruiſſent, Dei vltio Iudæos acerbè exagitauit, &c. Epiphanius in libro de menſuris Cùm [inquit] Ieroſolyma capienda eſſet, præmoniti fuerunt diſcipuli ab Angelo, vt migrarent ab vrbe. Beda Marci 13. Appropinquante [inquit] bello admoniti oraculo omnes Chriſtiani, qui erant in prouincia, longius diſceſſerũt vt Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, & trãs Iordanem manebant in ciuitate Pella, ſub tutela Aggrippæ, qui Romanorum imperio ſubditus agebat. Idem narrat Niceph. lib. 3. c. 3.

Chriſtiani in vrbem Pellam fugerunt monite oraculo.

Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.

CElerem, & inopinatam deſcribit fugam Dominus, quaſi dicat; *fugiant in montes*, loca ſcilicet tutiſſima quo Romani non ſequantur, & fugiant velociſſimè, rebus omnibus poſt habitis. Qui in tecto ſunt, non deſcẽdant ex tecto, vt cibum, pecuniã, vel aliud quidpiam è domo exportent.

A Nam tecta Iudææ (vt alibi diximus) plana erant, in iiſque Iudæi verſari conſueuerant. Qui verò fuerint in agro, domum non reuertantur, vt veſtes accipiant, quibus ſe induant ſed celerrima fuga tot ſe malis eripiant. Ait Dominus, qui in tecto eſt, non deſcendat, cùm fugere ſuadeat. Atq; is, qui in tecto domus erat, fugere nequiebat, niſi ad oſtium vſque ædium deſcẽderet. Non enim ex vno tecto in

Velociſſimè præcipit Dominus fugere.

B aliud tranſilire poterat. Reſpondetur Dominum non ſuadere, ne is deſcendat, qui in tecto eſt; ſed ne deſcendat ad tollendam tunicam, vel aliquam aliam rem, quæ illum remoretur; atq; implicet. Oſtendit autem fuga hæc, malum ingens, atque ineuitabile, vt docet Chryſoſtomus. Idcirco (inquit) eos, qui in tectis inueniuntur, domũ ad tollendum inde aliquid, deſcendere non permittit, vt ineuitabilem, &

Ex tecto quomodonõ deſcendendum ad fugam Chriſtus præcipiat.

C ſummam calamitatem oſtendat, &c. Loquitur autem Dominus per exaggerationem, quemadmodum cùm ait Matth. 5. *Erue eum, & proijce abs te*, id eſt, oculum. Inde Abulenſis Epiſcopus quæſt. 113. Iſta (inquit) accipienda ſunt magis ad modum loquendi q̃ ad corticem verborum, &c. Et Ianſenius: His (inquit) voluit Dominus exaggerare atrocitatem malorum.

Exaggeratio rei eſt hoc loco.

Lucas ſic habet: *Qui in iudæa ſunt fu-*
D *giant ad montes, & qui in medio eius diſcedant, & qui in regionibus non intrent in eam quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt.* Hoc eſt, qui in Iudæa fuerint, in loca tuta, quales montes ſunt, ſe recipiant, diſcedantq. omnes ex Iudæa, Qui autem extra Iudæam in alijs regionibus fuerint, in Iudæam nõ veniant. Etenim tempus illud vltioni diuinæ deſtinatum eſt, ſumet enim Deus de Iudæis ſuppli-
E cium grauiſſimum, vt prophetarum impleantur vaticinia, qui de eo ſunt vaticinati. Aliter cum Caietano; *Qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes. Et qui in medio eius*, id eſt, qui in medio Ieruſalem fuerint, *diſcedant, & qui fuerint in regionibus* extra Ieruſalem, *non intrent in Ieruſalem.*

Quia dies diuinæ vindictæ hi erunt in Iudæos, & deſolationis à prophetis prænunciatæ. Nimirum à Daniele loco

eo citatō capite, 9. *Erit in tēplo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationē & finem perſeuerabit deſolatio.* Item: *Et ciuitatem, & ſanctuarium, diſſipabit populus eam duce venturo* (id eſt, Tito) *& finis eius vaſtitas, & poſt belli finem, ſtatuta deſolatio.*

Verumtamen exiſtit difficultas huiuſmodi non contemnenda. Chriſtiani oraculo moniti, in fugam ſe contulerunt, vt paulò ante diximus ex Euſebio, & Beda. Non ergo opus illis fuit ea celeritate fugere, quam Chriſtus ſignificat. Etenim oraculum, tempus fugæ aptum ſuppeditauit, quo cōmodè, & diſcedere ex Iudæa, ſiue Ieruſalem poſſent, & bona ſua expertare, ne mendicare in aliena regione cogerentur. Hæc ratio perſuadet Chriſtum non loqui de fuga Chriſtianorū vt aliqui volunt, ſed de fuga Iudęorū. Chriſtianos namque non ita oppreſſit calamitas illa, vt tam veloci fuga eſſet illis opus. Iudęos verò ſic innaſit. Quòd autem de Iudæorum fuga ſit locus intelligendus, opinatur Chryſoſt ex illis verbis. *Orate ne fiat fuga veſtra hyme, vel ſabbato.* Perſpicis (inquit) de Iudæis factum hunc ſermonem fuiſſe, & de afflictionibus, quæ illis incumbebant? Nec enim Apoſtoli diem ſabbati obſeruabant, &c. Item Theophyl. in eadem verba, *Orate vt non fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato.* In perſona (ait) Apoſtolorum ad Iudęos hæc dicit, &c. Idem habet Euthymius.

De fuga Iudæorum videtur Dominus loqui.

Væ autem prægnantibus, & nutrientibus.

FVgæ impedimenta, vel ſunt res domeſticæ exportandę, vel filij, vel incommodum tempus. Res domeſticas dixit Dominus eſſe penitus relinquendas, ne fugam remorentur; *Ne deſcendatis* [inquit] *ex tecto* ad tollendas res domeſticas, & exportandas; ne reuertamini ex agrò ad ſummendas, veſtes. Nunc de filiorum impedimentis verba facit, per commiſerationem quamdam; *Væ prægnantibus* fœminis, quę natos vtero gerent, væ etiam *nutrientibus*, Græcè θηλαζούσαις, id eſt, *lactantibus*, quę lactę infantes alent, & ſinu geſtabunt; non enim celeri fuga tantis ſe potuerunt malis eripere, à filijs, quos vel vtero, vel ſinu ferent impedientur.

Fugæ impedimēta, res domeſtica, filij, tēpus incommodum.

Orate, ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato.

DE tempore agit ad fugam capeſſendam incommodo, atque inepto, eſt autem huiuſmodi fugę ineptū tempus hyemale. & Iudæis erat ſabbatum, in quo iter longum facere fas illis non fuit, quale fuga poſtulat. Orare monet Deum, vt tempus fugę commodum, atque aptum præbeat; quod neque lutulentas efficiat vias, neque ſabbatum ſit, quo iter longum conficere non licebat, vnde breue iter ſabbati iter dicebatur Act. 1. neque licebat ignem accendere, & alia huiuſmodi opera facere. Ex hoc loco probatur loqui Chriſtum cum Iudęis obſeruatoribus ſabbati, non cum Chriſtianis, qui ſabbati religione minimè tenebantur. Quàmuis enim ſabbatum ſeruarent; vſque ad ſufficientem promulgationem Euangelij, & templi vrbiſque excidium, vt ſynagoga cum honore ſepeliretur, tamen ſciebant hac ſe lege non ligari, nihilque obſtare ſabbatum fugę. Dicet aliquis, Iudęi ſciebant licere in ſabbato fugere, vt vitam morti eripere, ergo ſabbatum fugę impedimentum non erat, etiam Iudęis. Reſpondetur, Iudęos pleroſque hoc ignoraſſe; vel putaſſe fugere quidem fas eſſe hoſtibus inſequentibus; ſi non inſequerentur, eſſe nefas.

Sabbatum quo modo impedimētum.

Erit enim tunc tribulatio magna.

EVſebius lib. 3. hiſt. cap. 7. Origen. Auguſtin. epiſt. 80. Chryſoſt. Euthym. Theophyl. & alij, de Iudęorum maxima tribulatione, & Ieruſalem oppugnatione interpretantur hęc verba. *Erit* (ait Dominus) *tunc* cùm Iudęi à Romanis expugnabuntur, *tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo neque fiet, &c.* Numquid non fuere maiores

Tribulatio Iudæorum maxima.

aliæ

A aliæ in mundo tribulationes? Numquid nulla maior futura eſt? nonne maior erit ſub Antichriſto Eccleſiæ tribulatio? Reſpondetur, intelligenda verba Domini de Iudæis, de quibus loquebatur hoc ſenſu *Erit tribulatio magna* in populo Iudaico, *qualis in illo non fuit ab initio mundi vſq; modo ſiue neq; fiat*, aut erit, in eodem Iudæorum populo, vſque in finem mundi. Verùm quia Dominus ait: *Qualis non fuit ab initio mundi*, B populus autem Iudæorum non fuit ab initio mundi, ſed in Ægypto cœpit conflari, ſatiùs eſt intelligere nullam fuiſſe vbique terrarum tribulationem illi æqualem ab initio mundi, neque futuram. Sic Chryſoſt. intellexit: tam intolerabilis (inquit) ira in Iudæos effuſa eſt, vt omnes ærumnas præteritas non dico in Iudæa ſolùm, ſed vbique terrarum factas exceſſerit, &c.

Antichriſti tempore tribulatio maxima futura eſt.

C De Iudæorum quidem afflictione, verba hæc eſſe interpretanda reor; ſed tamen de Antichriſti quoque tribulatione illa intelligo, propter illa Chriſti verba infrà explananda; *ſtatim autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, &c.* Statim poſt tribulationem Iudæorum, non eſt obſcuratus Sol, neque reliqua euenerunt, quę Dominus addijcit, ſed poſt tribulationem D Eccleſiæ tempore Antichriſti Sol obſcurabitur, ergo de tribulatione illa extrema, locus hic intelligendus eſt. Intelligendum quoque de tribulatione Iudæorum probat particula, *enim: Erit enim tunc tribulatio magna*, qua redditur cauſa, cur Iudæi velociſſimè debeant fugere, ſi velint impendentia mala effugere. Itaque duplex ſenſus his verbis ineſt, à Chriſto intellectus. De Antichriſti tribulatione, hæc verba intellexit Diuus Irenæus lib. 5. cap. 29 D. Ambroſius in Lucam D. Grego. libro 32. Moralium cap. 12. Et Diuus Hilarius in Matthæum. Auctor imperf. homilia 49. Aptius (inquit) eſt, hæc de conſummatione mundi ſuſcipere, cuius figura fuit tribulatio illa, &c.

Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro.

MAgnam fore tribulationem Iudæorum prædicit Dominus, ſed Dei miſericordia abbreuiandam: *Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro:* hoc eſt, nulla caro, nulli homines Iudæi, fierent ſalui, omnes perirent. Non omnis ſignificat nullum Pſal. 118. *Non dominetur mei omnis iniuſtitia*, id eſt, nulla iniuſtitia. Pſal. 48. *Diues cùm interierint, non ſumet omnia*, id eſt, nulla ſumet. Nihil ſecum ex bonis caducis deferet. Caro hominem ſignificat, per Synedochen pars ponitur pro toto. *Non fieret ſalua omnis caro*, id eſt, Iudæi omnes interirent. Omnem carnem (ait Chyſoſt.) Iudaicam appellauit, &c. At verò Iudæi plurimi, alijs in ciuitatibus, & regionibus habitabant. Hi etiam, ſi dies nō fuiſſent breuiati, ſalui remanſiſſent. Quomodo ergo non fieret ſalua omnis caro, id eſt, Iudæi? Reſpondeo, verba Domini intelligenda de Iudęis, qui in ciuitate Ieruſalem obſeſſi erant hoc pacto. Nulli Iudęi ex obſeſſis euaderent omnes vel gladio, vel fame, vel peſte, perirent. De tempore Antichriſti ſenſus eſt, *Niſi breuiati fuiſſent dies* perſecutionis, omnes Chriſtiani abolerent.

Non omnis idē eſt quod nullus.

Perijſſēt omnes Iudæi, ſi Dominus non abbreuiaſſet tempus.

Sed propter electos breuiabuntur.

ELectos vocat Dominus prædeſtinatos ex Iudæis, propter electos (ait) fuiſſe breuiatos dies tribulationis, ne ſi diutius illa duraret, perirent illi cum reliquis. Suprà dictum eſt Chriſtianos oraculo accepto ex Iudæa, & E Ieroſolymis fugiſſe. Qui nam igitur iſti ſunt electi, propter quos dies breuiabuntur? Reſpondetur, eſſe Iudæos prædeſtinatos, qui ex illis, qui tunc Ieroſolymis, & in Iudæa erant, poſtea orti, fidem Chriſti amplexi ſunt, vel etiam illos, qui ex periculo illo euaſerunt, & Chriſto nomina dederūt. Propter hos prædeſtinatos abbreuiati ſunt dies tribulationis. Auguſtinꝰ epiſtola 80. Non debemus (inquit) ambigere

gere

Qui nã fuerint electi, ꝓpter quos dies sũt abbreuiati.

A gere, quando euerſa eſt Ieruſalem, fuiſſe in illo populo electos Dei, qui ex circũciſione crediderant, ſiue fuerãt credituri, electi ante cõſtitutionẽ mundi, ꝓꝓ quos breuiarenẽ dies illi.

D. Auguſt. *Quonã modo fuerint abbreuiati dies illi.*

Sed quona modo abbreuiati ſunt huiuſmodi dies? Vt refert Aug. eadẽ epiſt. 80. Nonnulli arbitrati ſunt abbreuiatos, quia Solis curſus celerior tunc fuit. Nam breuiores dies erunt, ſi Sol celeriori curſu occidat. At nihil habet hæc arbitratio probabilitatis. B Abbreuiati autem dicuntur, dies qñ noluit Dñs, diutius durare bellũ Romanorum, & obſidionem Ieruſalem. Si.n. multò diutiùs duraſſet, omnes Iudæi fame, morbis, gladioue interijſſent. Antichriſti autem tempore ſimilem in modum dies abbreuiabũtur; ꝓꝓ electos. Qm̃ per annos tres cum dimidio tm̃ perſecutio durabit. Põt ẽt illud, *propter electos*, de orationib. electorũ exponi, hoc pacto; *propter electos breuiabuntur*, hoc eſt, propter electos, qui Deum orabunt, ne totum diſperdat populum, ſed conuertat.

Erit preſſura magna, & ira populo huic, &c.

Apud D. Lucã hæc Dominus addit: *Erit preſſura magna ſuper terrã, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum, &c.* Magna fuit preſſura, & afflictio Iudæorũ populo, ceciderunt in ore gladij, quàm plurimi, vt infra dicemus, captiui ducti ſunt alij, & per omnes Gentes diſperſi. Aciẽ gladij appellant Hebræi פאח־ב *pe chareb*, i. os gladij. Exod. 17. *fugauit Ioſue Amalech in ore gladij.* Iud. 30 *fecit ſibi gladium ancipitem.* Hebraicè ויעשׂ לו אהוד חרב ולה שני פיות *vaiahaſch le Ahud chereb, velahh ſchene peioth*, id eſt, *fecit ſibi Ahod gladium, & ei duo ora*: habebat duo ora gladius. Idcirco dicitur gladius comedere Ieremiæ 2. *Deuorauit gladius ueſter prophetas veſtros.* Hebr אכלה חרבכם נביאיכם *achslah cherbechem nebiechem*, quod ſic verti poteſt, *comedit gladius veſter, Prophetas* Nahum 2. *Leunculos tuos comedet gladius, &c.* Dicitur etiam inebriari ſanguine, quia ore, id eſt, acie acuta ſanguinem vino ſimilem ebibit, Iſai. 34. *Inebriatus eſt i cęlo gladius meus, &c.* & Ierem. 46. *Deuorabit gladius, & ſaturabitur, & inebriabitur ſanguine eorum, &c.* Pro preſſura Græcè eſt ἀνάγκη, id eſt, *neceſſitas: erit neceſſitas magna ſuper terram.* Neceſſitas verò dicitur preſſura, & afflictio, & anguſtiæ. Inde illud Pſalm. 24. *de neceſſitatibus meis erue me, &c.* id eſt, de preſſuris, & anguſtijs. Et Pſal. 30. *Saluaſti de neceſſitatibus animam meam.* Pſalm. 106. *Clamauerunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos, &c.*

Neceſſitas ſignificat afflictionem.

Et Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.

Prædicit Dominus Ieruſalem nullo vnquam tempore ſub Iudæorum dominatu futuram, ſed à Gentibus conculcandam, hoc ſenſu: C *Ieruſalem ſub pedibus*, hoc eſt, ſub imperio Gentium erit, & non Iudæorum: donec Gentiũ tempora impleantur. Illa videlicet tempora, quæ Gentibus data ſunt ad fidem Chriſti recipiendam, Gentibus verò data ſunt tẽpora huiuſmodi, ad intrandum in Eccleſiam, vſq; ad iudiciũ iuxta illud Pauli ad Ro. 11. *Cæcitas ex parte contigit in* D *Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret, &c.* Fiet autem omnis Iſrael ſaluus, id eſt, Iudæi, poſtquam plenitudo Gentiũ Eccleſiam intrauerit, & poſtquam impleta fuerint tempora nationũ, prope diem iudicij, vt diximus to. 1. Interim Ieruſalem calcabitur Grçcè ἔσται πατουμένη, id eſt, *erit calcata*, non à Iudæis, ſed à Gentibus.

Ieruſalem nunquã à Iudæis incolenda.

Dicet aliquis, nonne Chriſtiani calcarunt Ieruſalem, hoc eſt, ſub imperio tenuerunt? Reſpondetur hoc loco, E Gentes ſignificare nationes reliquas, præter Iudæos, ſiue Chriſtianas, ſiue Ethnicas. Nam calcata eſt Ieruſalem à nationibus Ethnicis ſub imperatoribus Ethnicis: poſtea calcata eſt à Chriſtianis nationib. ſub imperatorib. & principib. Chriſtianis; nunc calcatur à Saracenis.

Ieruſalem quomodo à Gentibus cõculcetur.

Aliter exponi poteſt locus, hoc pacto:

pacto: *Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora*, poſſeſſionis ipſarum nationum infideliũ, venietque Ieruſalem in poteſtatem fideliũ imperatorum, vt Conſtantini, & reliquorum. At poſtea iterum calcata eſt à Gentibus, & nũc calcatur. Aliud ergo ſignificat Dominus. Beda arbitratur ad finem mundi, cùm Iudæi ad Chriſtum conuertentur, & omnis Iſrael ſaluus fiet à Iudæis calcandam. Lucæ 21. Cùm Iſrael (inquit) promiſſa ſalute fuerit potitus, patrium quoque rediturus ad ſolum, & Metropolis quondam ſuæ profeſſione, atq; inhabitatione, gauiſurus eſſe forſitan non temerè ſperatur. Quia non in perpetuum, ſed donec tẽpora nationum impleantur ira præmendus eſſe narratur, &c. Forſitan Iudæi ad fidẽ conuerſi in Ieruſalẽ habitabunt, qua de re infrà dicemus. Erit ſenſus Ieruſalem calcabitur à nationibus, donec impleantur tempora fidei nationum conceſſa, & veniant tempora fidei Iudæorum. Dici etiam poſſet, loqui Dominum de tẽpore, quo ſub Antichriſto Ieruſalem Iudæi poſſidebunt, ſimul cum Gentibus. Sed tempus illud erit breuiſſimũ. Præterea tunc à Gentib. etiam calcabitur, quæ apud Antichriſtum magna valebunt gratia.

Beda ſententia.

CAPVT IIII.

De excidio Ieruſalem à Domino prædicto, & templi, ex Ioſepho.

HActenus prædixit Dominus excidium, tùm templi, tùm vrbis Ieruſalem, quam prędictionem exitus, veriſſimam fuiſſe oſtendit. Erit operę pretiũ, ex Ioſepho oculato teſte nonnulla apponere, quæ mirabilem Iudæorum ſtragem indicent. Poſt aſcẽſionem Domini, & Spiritus ſancti aduentem, prædicatum eſt Iudęis Euangelium. Eorum verò pœnitentiam Deus expectauit quadraginta ferè annorum ſpatio, vt Euſeb. docet li. 3. hiſtor. cap. 8. Benigna (inquit) Dei, erga Iudæos prouidentia, quadraginta annos continuos poſt illud facinus contra Chriſtum admiſſum, perniciẽ, & interitum in illis futurum diſtulit &c. Sic etiam Nicephorus lib. 3. ca. 3. Annis [ait] quadraginta poſt aſcenſionem Seruatoris, Iudæi aperto bello oppugnati non ſunt; quòd Deus illis pęnitentię tempus prębere, eoſq; ad reſipiſcendum vita, doctrina, admirandiſque operibus Apoſtolorum inuitaret. Cùm autem minimè vt conuerterentur, curarent, inter necionẽ in ſeipſos pertraxerunt, &c. D. Hieronymus cap. 1. Sophoniæ 42. annos numerat. Et Abacuc 3. prope finem: Poſt paſſionem [inquit] datis ad pœnitentiã quadraginta quatuor annis, quia non fecerunt fructum Iudæi ſubuerſi ſunt, &c. Nam poſt quadraginta à paſſione annos duces miſit Dominus Veſpaſianum, ac Titum, qui meritũ ſumerent ſupplicium, templumq; Iudaicæ legis aſylum, atque arcem, & vrbem ſolo æquarent.

Deus quadraginta annis Iudæorum pœnitentiam expectauit.

Prope Ieruſalem Titus caſtra poſuit, vt Ioſephus ait lib. 6 de bello, c. 6 die Aprilis 14. In monte Oliueti legionem vnam videlicet decimã collocauit. Eo (inquam) in monte, in quo Lucæ 19. Dominus *videns ciuitatem fleuit ſuper illam*, euerſionemque vaticinatus eſt. Legiones alias alijs in locis li. 6. c. 5. Decima [ait idem Auctor] legio in oliuarum monte manebat, &c. Poſt aliquot conflictus cùm iam fame Iudæi conficerentur, totam vrbẽ Titus cinxit muro admirabiliter, de quo ſic ſcribit idem Ioſephus, lib. 6. capite 13. Murus quidem vno minus quadraginta ſtadiorum erat. Ad hoc autem foris, caſtella tredecim ædificata ſunt: eorum gyrus denis ſtadijs numerabatur, totum autem opus triduo conſtructũ eſt, vt id quidem menſib. dignum videretur, celeritas vero, fide careret. Muro autem circumcluſa ciuitate, per caſtella cuſtodib. collocatis, primam quidẽ vigiliam noctis Titus circumiens explorabat, ſecundam verò Alexandro permiſerat, tertia obtigit legionum ducibus. Somnos autem vigiles inter ſe ſortiebantur, totaq; nocte per caſtellorum ſpatia circuibant, &c. Videſne vallum, quo Ieruſalẽ circũuallata eſt? Omne niſe-

Caſtra Romanorũ in monte Oliueti ſita.

Titus Ieruſalẽ muro cinxit.

miſeris effugium eſt ſublatũ. *Circumdabunt te inimici tui vallo* (ait Dominus Lucæ 19. flẽs) *& circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, &c.*

Foris circumdabat Iudæos Romani, intus fames incredibilis deuaſtabat: hanc vero famem ipſi ſibi compararunt iuſto Dei iudicio, cum frumentum, quod in ciuitate erat congregatum, ſeditioſi exuſſerunt. Ioannes (ait Ioſephus lib. 6 c. 1.) liberiùs in Simonem, eiuſq; ſocios cum pluribus irruebat. Semper autem, quantũ in ciuitate pepuliſſet in fugã verſos, ædes frumenti plenas, omniũq; vien ſilium inceudebat. Idemq; illo regrediente, Simon inſecutus agebat, veluti conſulto pro Romanis omnia corrumperent, quæ ad obſidionem ciuitatis erant preparata. Contigit autẽ concremari paulò minùs omne frumentum, quod non paucis annis ſufficere potuiſſet obſeſſis. Deniq; fame capti ſunt, qua minimè quiuiſſent, niſi eam ſibimet comparauiſſet, &c. Aliã huius famis rationem reddit lib. 4. c. 5. Iners [inquit] & inutilis multitudo, quæ ſufficere pugnacib. poſſent alimenta, conſumpſit, &c. Itẽ de hac fame ſic ſcribit lib. 6. c. 11. Multi, qui ditiores eſſent vniuerſa bona ſua vno frumenti modio, pauperes vno hordei permutarunt, vxores viris, & filij parentibus, matres cibum infantib. ex ipſo ore rapiebant. Edentes nõ latebant; ſed vbiq; aderant, qui iſta diriperent. Nam ſicubi, clauſam domũ vidiſſent, eos qui intuſerant cibũ capere, hoc indicio ſuſpicabantur; ſtatimq. ruptis forib. irruebãt, victumque iam contuſum dentib. ex gutture penè reuocabant, ipſos faucib. ſtrãgulantes. Pulſabantur ſenes, ne cibũ defenderent, lacerabantur mulieres occultantes ea, quæ in manib. haberent, nullaq; miſeratio, vel cani erat capitis, vel infantiæ; ſed abſtractos pueros, & ex buccella pendentes humo allidebant. Horrenda etiam audiru quis patiebatur in vnius panis confeſſionem, & vt vnum pugnum farinæ abditum indicaret.

Fames Iudæorũ à ſibi ipſis comparata.

Iudæi frumentum paratũ ad obſidionẽ combuſſerunt.

Fames Iudæos oppreſſit.

Item eodẽ lib. ca. 14 Aucta fames, totas domos, ac familias depaſcebãt, & tecta quidem plena erant mulieri-

A bus exanimatis, atq; infantibus; viarum autem angusta ſenibus mortuis. Adoleſcentes autem, ac iuuenes, turgidi velut vmbræ mortuorum per fora verſabantur, & vbi, quem caſus occupauerat, decidebant, &c. Item lib. 7. capite 7. Nec cingulis, nec calceamentis abſtinuere, coriaq; ſcutis detracta mandebant: omnia dentibus neceſſitas ſubigebat, & ea colligẽtes, quæ nullum, quamuis ſordidiſſimum

B mutorum animalium non horreret comedere patiebantur, &c. capite octauo ſequenti, narrat fœminam filium occidiſſe, coctumq; comediſſe. Capite decimoſexto. Vbi muro circumdata ciuitate, nec herbas quidẽ colligere iam liceret, ad hoc neceſſitatis quidam ſunt compulſi, vt cloacas rimarentur, boumq; veterem fimũ, alimentum haberent; ſtercuſq; collectum, quod ne viſui quidem tolera-

C bile fuerat, cibus erat, &c. Libro ſeptimo, capite decimo ſexto, Romani multas domos vaſtantes, quas prædæ cauſa penetraſſent, integras mortuorum familias, & plena mortuis tecta, quos fames confecerat offendebant. Ipſum deinde horrentes aſpectũ vacuis manib. egrediebantur, &c.

Cibi, quib. Iudæi in ea fame veſcebantur.

Transfugerunt Iudæi multi ad Romanos, illis tamẽ mira euenit clades; idem Auctor libro ſexto, capite vn-

D decimo, ſic ſcribit; populus ad profugiendum commotus eſt, & alij poſſeſſionibus ſuis, alij rebus chariſſimis exiguo precio venundatis, aureos ne latrones eos deprehenderet, tranſglutiebant. Cùm verò ad Romanos elapſi fuiſsẽt exonerati ventre, habebãt vſui neceſſaria, &c. Capite autẽ decimoquinto addit; Quidam apud Syros ex transfugis deprehenditur, ex fimo ventris aureos colligens; hac ar-

E te per vnum detecta, totis caſtris fama precrebuit, quòd transfugæ auro pleni venirent. Hac clade nullam credo ſæuiorem contigiſſe Iudæis. Vna nocte duorum millium patefacta sũt viſcera, &c. Vetuit quidem hoc fieri Titus. At occultè fiebat. Id (inquit) quod cũ pęna interdixerat, occultè in profugos admittebatur, & ſi quis transfugiſſet circũſpectantes antè, ne quis Romanorum videret, eos ſcindebãt,

Transfugæ aurũ ventre gerẽtes occidãtur.

Titus viſcera Iudæorũ rimari prohibuit.

& ex viſceribus quæſtum nefarium trahebant, & in paucis autem reperiebatur, & pleroſque ſola ſpes conſumebat, &c.

Virg. 3. Æn.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames?

Multos Iudæorum Romani affixere crucib.

Non ſolùm terræ, ſed etiam hominũ rimaris viſcera

Præterea multos ex Iudæis capere Romani, quos crucibus fixere. Libro B ſexto, capite duodecimo. Propter multitudinem Iudæorum, quam cepiſſent iam ſpatium crucibus deerat; & corporibus cruces, &c. Videlicet crucifixerunt Dominum ſerui, cruxi fixi ſunt. Ante hos Florus præſes Iudææ, eodé teſte Ioſepho lib. ſecundo, capite decimo quarto multos Iudæos nobiles verberibus laniatos, pro tribunali in crucem ſuſtulit.

Multi toto obſidionis tempore, in C ciuitate mortui ſunt, quos primum quidem ſepeliebant, deinde in valles eos ex muro præcipitabant. Quas circumiens Titus (ait citatus Auctor lib. ſexto, capite decimoquarto.) Vbi plenas cadaueribus vidit, altamque ſaniem tabefactis corporibus defluentem, ingemuit, & extenſis manibus Deum teſtabatur; factum illud ſuum non eſſe. Mortuorum numerum memorat eodem libro ſexto, capite 16. D his verbis: Quid opus eſt ſigillatim

Mortuorũ in ciuitate numerus.

narrare clades? Mânæus Lazari filius, tránſgreſſus ad Titum per vnam portam, quæ ſibi credita fuerat, centum, & quindecim millia & octoginta, dixit elata cadauera; ex quo die caſtra prope ciuitatem poſita ſunt, ex die quarta decima menſis Aprilis, vſque ad calendas Iulij. Hæc autẽ immenſa eſt multitudo. Nec tñ ipſe fuit E appoſitus portæ; ſed publicam mercedem diuidens, mortuos ex neceſſitate numerabat. Cæteros. n. propinqui ſepeliebant. Sepultura autem fuit, elatos oppido proiicere. Poſt hunc autẽ nobiles profugi, omnia mortuorum egenorum ſexcenta millia, portis eiecta nunciabant. Aliorũ verò numerũ, minimè poſſe comprehendi! Rurſùs libro ſeptimo, capi decimoſeptimo. Mortuorum, captiuorumque nume-

Captiuorũ & mortuorum numerus ad mirabilis.

A rum, recenſet his verbis. Captiuorũ omnium, qui toto bello comprehenſi ſunt, nonaginta, & ſeptem millium comprehenſi eſt numerus. Mortuorum verò per omne tempus obſidionis vndecies centum millia, &c.

Iudæi Paſchalis feſto tempore à Romanis ſubito bello circumfuſ.

Confluxerant Iudæi Ieroſolymam ex omnibus, in quibus erant regionibus, vt Paſcha celebrarent; ideoq; tanta hominum multitudo tunc reperta eſt. Ab omnibus regionib. (ait B ibidem Ioſephus) ad azymorum diẽ feſtum cõgregati, bello ſubitò circũfuſi ſunt. Ibi primo quidem peſtifera lues ex loci anguſtia naſceretur, deinde citiùs fames. Tota gẽs velut in carcerem concluſa eſt, & referta hominib. ciuitas, bello obſidebat. In dieb. azymorũ Chriſtũ cruci ſuffixerũt, ad eoſdem dies celebrandos cùm confluxiſſent, bello circumfuſi ſunt.

De captiuis quid actũ.

Ex captiuis, ait libro ſeptimo, capi C te decimoſexto, electi qui procero, atque formoſo erant corpore, triũpho ſeruati ſunt. Ex reſidua multitudine ſeptem, & decem maiores annis, vincti in Ægyptum miſſi, operib. deputandi. Plurimi per prouincias diſtributi, in ſpectaculis ferro, & beſtijs cõſumendi. Qui verò infrà decimum ſeptimum annum ætatis agerent, vẽditi ſunt. Item libro ſeptimo, capite decimo quinto, ſola relicta plebe, a- D liud vulgus cum coniugibus, ac liberis, paruo quemque pretio venundabant. Cùm multi autem diſtraherentur, emptores pauci erant, & infinita quidem multitudino vendita eſt. Ex populo verò ſeruati ſunt plus quam quadraginta millia, quos imperator quò cuiq; gratum erat, dimiſit, &c.

Capta Ieruſalẽ à Ro. 8. die Sept.

Capta eſt Ieruſalem à Romanis, vt idem teſtatur Auctor libro ſeptimo, capite decimo octauo, octauo die mẽ- E ſis Septembris. Altera verò præclariſſima Ieruſalem in lucem edita iam fuerat à Deo, eadem die, videlicet virgo Deipara, quæ octauo die Septembris orta eſt. Capta ciuitas, æquata ſolo eſt, libro ſeptimo, capite decimo octauo: Poſtquam (inquit) quos occideret, quidve raperet, nõ habebat exercitus, iubet eos Cæſar, totam funditùs iã eruere ciuitatẽ, ac templum, relictis quidem tribus turribus, quæ

Solo æquata Ieruſalem.

præter

A præter alias eminebat, muriq; tantò, quantò ciuitatem ab occidente cingebat. Id quidem, vt eſſet caſtrum cuſtodiæ cauſa, illic relinquendis turres autem, vt poſteris indicarent, qualẽ ciuitatem, quámve munitam, Romanorum virtus obtinuiſſet. Alium verò totum ambitum ciuitatis, ita complanauerunt diruentes, vt qui ad eam acceſſiſſent habitatam aliquando eſſe vix crederent, &c.

B Nec ſolùm ciuitas eſt euerſa, ſed horti etiam, luci, & arbores omnes; quæcumque propè ciuitatem erant ad aggeres fabricandos. Ioſephus libro ſeptimo, capite 1. Erat miſerabilis terræ facies. Nam quæ antea arboribus, & paradiſis ornata fuerat, ea tunc deſerta, exciſis vndique arboribus cernebatur. Nec vllus, qui pridẽ Iudæam viderat alienigena, & ſuburbana pulcherrima ciuitatis, cùm eius ſolitudinẽ tunc videret, C continere lachrymas poterat, vel nõ gemere mutationem, quantùm priſtinis derogaſſet. Oĩa namq; inſignia pulchritudinis bellũ deleuerat, nec ſiquis ſubitò aduenіſſet, qui locũ prius ſcierat, ſed præſens quæreret ciuitatem, &c.

Horti nemoráque vaſtata.

Breuiati ſunt dies tribulationis Ieruſalem, propter electos, vt Dominus ait. Nã à Nabuchodonoſor & Chaldæis, obſeſſa eſt 4. Regum 25. anno nono regni Sedeciæ, menſe decimo, die D decimo menſis; expugnata verò, & capta eſt anno vndecimo, menſe quarto, Ieremiæ 52. At verò à Tito, & Romanis obſeſſa eſt, vt diximus ſupra ex Ioſepho, decimo quarto die Aprilis, eodẽ verò anno capta eſt, octauo die Septẽbris. Nonne vides temporis breuitatem à Chriſto prædictam? Pugnauit cum Romanis Deus; idque ſatis cognouit Titus, (vt Ioſephus ait libro ſeptimo, capite decimo ſexto.) E Intrò (inquit) ingreſſus Titus, & alia, & ciuitatis muniiones, ac turrium cautes miratus eſt, quas tyranni per dementiam deſeruerãt. Conſpecta quidem earum ſolida altitudine, itemq; magnitudine, ſubtiliq; lapidum ſingulorum compagine, quantumq; paterent, vel quãtum erigerentur. Deo [inquit] planè adiuuante pugnauimus; & Deus erat, q. detraxit ab iſtis

Breuitati obſidionis dies quomodo fuerint.

Deus de Iudæis per Titũ ſupplicium ſumpſit

munimentis Iudæos. Nam quæ hominũ manus, aut quæ machinæ ad iſtas valerent? &c. Item Philoſtratus libro ſexto. Finitimæ (inquit) gentes ob victoriam coronare ipſum voluerunt, ille verò tali honore indignum ſe eſſe reſpondit. Non enim ſe talium operum auctorem, ſed Deo iracundiam contra Iudæos demonſtranti, manus ſuas præbuiſſe, &c.

Tota poſt hæc diuendita eſt Iudæorum terra Cæſaris iuſſu. Libro ſeptimo, capite vigeſimo ſexto. Cæſar ad Liberium Maximum ſcripſit, (erat autem procurator) vt omnem terrã venderet Iudæorum. Nec enim ciuitatem in ea condidit, proprium ſeruãs ſibi eorum agrum. Solis autem octingentis militib. illic relictis locum dedit, quem incolerent, qui vocat Ammaus, diſtat autem ab Ieroſolymis triginta ſtadijs. Stipẽdium vero vbicumq; degerent Iudæis indixit, binaſq; drachmas ſingulis annis deferre in capitolium iuſſit, ita vt ante hac Ieroſolymorũ templo pẽdebant, &c.

Vendita eſt omnis Iudæorum terra, ga Dominum trigeſimũ argenteis emerunt.

Tributum indictũ Iudæis, 2. drachma, vbicumque eſſent.

Obſtrua Veſpaſianum, cùm aduerſus Iudæos dimicaret, imperatorem eſſe creatum, cui filius Titus ſucceſſit. Videtur Deus hoc illis præmiũ dediſſe, ob nauatam in bello hoc operam. Si enim Nabuchodonoſori Ægyptum, pro expugnata Tyro largitus eſt, vt Ezechiel ſcribit capite vigeſimo nono: veriſimile fit, Veſpaſiano ac Tito Romanorum imperium pro expugnata Iudæa donaſſe. *Erit merces exercitui illius*, id eſt, Nabuchodonoſoris [ait Dominus Ezech. 29.] *& operi, quo ſeruiuit aduerſus eã*: id eſt, Tyrum, *dedi ei terram Ægypti pro eo, quòd laborauerit mihi, &c.* Eundem in modum dedit Veſpaſiano & Tito Romanorum imperium, pro eo, quòd laborauerũt illi. Huius opinionis eſt Galatin. libro quarto, capite vigeſimo primo. Voluit [inquit] Deus, vt pro labore, quo Veſpaſianus ſibi ſeruierat, Iudæos deuaſtando imperium illi præmium redderetur.

Imperium Rom. Veſp. & Tito cur datum.

multos annos, venit Titus imperator,

Ieremiæ 52. *In menſe quinto decima menſis venit Nabuzardan princeps militiæ, & incendit domum Dñi.* Et eodem menſo quinto, & eadem die decima poſt

Quo menſe, & die incenſum ſit templum à Chaldæis, eodem etiã à Romanis

& incendit eandem domum Domi-
ni, rurſus exædificatam, vt Ioſephus
narrat lib. 7. cap. 9. Templum (ait) pla
nè Dei ſententia iam dudum igne dã
nauerat, euolutiſque temporibus ad-
erat dies, qui erat decimus menſis
Auguſti, quo etiam prius à Rege Ba-
byloniorum fuerat cõcrematum, &c.
Menſis quintus Lunaris Hebræis di-
citur, Ab, reſpondetque noſtro Iulio,
& Auguſto. Si Ioſepho credimus de-
cima dies menſis quinti Ab, tempo-
re Nabuchodonoſoris fuit dies deci-
ma Auguſti, fuitq; tunc menſis Ab
dies prima, Auguſti prima dies. Simi
liter D. Hierony. *Zachar*. 9. In quin-
to (inquit) mẽſe, qui apud Latinos ap-
pellatur Auguſtus, & à Nabuchodo-
noſor, & multa poſt ſæcula à Tito, &
Veſpaſiano tẽplum Ieroſolymis in-
cenſum eſt, atque deſtructum. Iudæi
in Calendario, quod reperies apud
Genebrardum in commẽtarijs Pſal-
morum, putant templum à Chaldęis
incenſum, & a Romanis poſtea die
nona mẽſis quinti Ab. Verba Calen-
darij, hæc ſunt: nona die ieiuniũ quin
ti ob incẽſam eodem die Ieruſalem,
& templum primò à Chaldęis, ſecun
do a Romanis, &c.

Incenſum templum inuito Tito, ſed uolente Deo.

Incenſum autem eſt templum, in-
uito Tito, Deo tamen volente ob cau
ſas, quas commemorauimus tom. 1.
lib. 2. c. 20. Conuocatis procerib. Ti-
tus de templo conſilium propoſuit, vt
Ioſephus narrat lib. 7. ca. 9. Nonnulli
euertendum cẽſuerunt. Ipſe verò Ti-
tus tantum opus, ſe nullo modo incẽ-
ſurum eſſe aſſeruit; iam enim Roma-
norum fore hoc damnum, ſicut orna-
mentum quoq; fore imperij, ſi mane
ret. Veruntamen militum quidam
(ait Ioſephus capite decimo ſequen-
ti) non expectato cuiuſquam edicto,
neque tantum facinus veritus; ſed di
uino quodam motus impetu, á contu
bernali ſuo ſublatum ex materia ar-
dente raptum ignem, in feneſtrã in-
ſeruit auream. Flammam verò exci-
tatam Tito quidã nunciauit: ille exi-
liuit, templumque petiuit curriculo,
prohibiturus incendium, ſed prohi-
bere nequiuit. Incenſum ergo tem-
plum eſt, & euerſum, iacet per tot ſæ-
cula, æternumq; iacebit, Meſſiam iam

A veniſſe ſua euerſione clamans, ob cu-
ius necem eſt æquatũ ſolo; clamanſq;
Iudaicam legem cuius nodus tem-
plum erat, iam eſſe abrogatam.

Iudæi templum adificare conati ſũt ſed fruſtra.

Conati ſunt Iudæi deſtructum ex-
ædificare Iuliani Apoſtatæ tempore,
ipſo imperatore fauente: Ad eorum
conatus Deus reddidit irritos, qua de
re egimus to. 1. lib. 2. ca. 8. & cap. 20.
Ipſum templum ait D. Hieronymus
Iſaiæ 64. in ſterquiliniũ vrbis nouæ,
B id eſt, rurſus exædificatæ, & in habi-
taculum tranſiſſe noctuarum. Et Za-
chariæ 8. ſcribit in ignominiam gen-
tis aratum à Tito Annio Ruffo.

Euerſa eſt Ieruſalem à Tito poſtea
videtur rurſus aliquo modo exædifi-
cata & habitata. Nam vt D. Hierony.
ait ab Adriano Cæſare rurſus eſt in-
cenſa Ezechielis 14. Poſt quinquagin
ta (inquit) annos ſub Adriano ciuitas
æterno igne conſumpta eſt. Item Eze
C chiel. ca. 5. Poſt quinquaginta annos
ſub Ælio Adriano vſque ad ſolum in-
cenſa ciuitas, atque deleta eſt, ita vt
priſtinum quoque nomen amiſerit,
&c. Incendit illam Ælius Adrianus
imperator, rurſuſq; exædificauit, & à
ſuo nomine Æliam nominauit, teſte
eodem Hieronymo in Epitaphio Pau
læ cap. 3. Hieruſalem (inquit) ab Ælio
Adriano de ruinis & cineribus ciui-
tatis in Æliam ſuſcitata eſt. Itẽ Dio;
D Ieroſolymam (inquit) pridẽ euerſam,
rurſus iuſſit habitari Adrianus, atq;
vrbem Æliam capitolinam appella-
uit. Diuus Epiphanius, in libro de mẽ
ſuris: Reperit [inquit] Adrianus ciui
tatem Ieruſalem totam ſolo æquatã,
& tẽplum conculcatum, exceptis pau
cis domib. &c. Et infra, itaq; animo
verſat extruere vrbem, non tñ tem-
plum, & adeptus Aquilam, conſtituit
ipſum illic operarum extruendæ vr-
E bis præfectum. Impoſuit autem vrbi
proprium ſuum nomen, & Æliã no-
minauit; &c. Caluariæ mons extra ci
ui atẽ erat, Adrianus verò vrbis mu-
ro illum concluſit, vt auctor ille teſta-
tur, qui de locis Actorum Apoſtolorũ
ſcripſit, cuius opus inter opera D. Hie
rony. fertur: Ieruſalem [inquit] nunc
ab Ælio Adriano Cæſare, ꝗ eam à Ti
to deſtructã latiore ſitu inſtauraui,
Ælia cognominata eſt. Cuius ope fa-

Ieruſalem ab Ælio Adriano adificata, & appellata Ælia.

Caluariæ montem Adrianus muro urbis incluſit.

ctum

A ctum eſt, vt loca ſancta, id eſt, dominicę paſſionis & reſurrectionis, ſed & inuentionis ſanctæ Crucis, quondam extra vrbem iacentia, nunc eiuſdem vrbis muro circundentur. Hæc ille.

Iudæi in arma verſi.

Poſt cladem à Tito illatam, Iudæi ab hoc Cæſare, cladem aliam accepere Iudæi ait Euſeb. in Chronico in arma verſi; Paleſtinam depopulari ſunt tenente prouinciam Tito Annio Ruffo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus miſit exercitum, &c. Galatinus refert li. 4 c. 21. Iudæos duos falſos B Meſſias ſibi aſſumpſiſſe nominis eiuſdem, vterq; enim appellabatur Barcozba, id eſt, filius mendacij Bar enim filium ſignificat, cazab mendacium, Sub priore Barcozba, ait à Romano imperio defeciſſe Iudęos, eſſeq. euerſos à Veſpaſiano, ac Tito, ipſum verò Barcozbam à Iudęis occiſum. Sed mirum eſt nullam huius Barcozbæ mētionem apud Ioſephum teſtem oculatum reperiri. Illud quoque falſum eſt C quod apud Galatin. Iudæi aiunt in lamentatione Ieremiæ ad illa verba, c. 1. *Facti ſunt hoſtes eius in capite.* Trib. annis cum dimidio obſedit Veſpaſianus Ieruſalem, &c. Conſtat enim ex Ioſepho Ieruſalem obſeſſam à Tito eſſe decimo quarto die Aprilis; captam eodem anno, octaua die Septembris. Anno 40. ab excidio Ieruſalē, ait Galatin. eodem loco, Iudæos ciuitatem D nomine Bitter ſibi Metropolim feciſſe, ibiq; aliū Meſſiam conſtituiſſe nominis eiuſdem Barcozba, de quo R. Axiba, illud interpretabatur, *orietur ſtella ex Iacob,* vt autem legitur in ecarabethi Rab. hic aiebat non eſſe legēdum orietur cocab, id eſt, *ſtella*, ſed *cozab*, i. mendacium, quod Meſſiæ mendacis nomen erat. Sub hoc ſuo Pſeudomeſſia cum Romanis Iudęi geſſere bellum, de quo in bereſith rabba, E vbi legitur; *vox quidem vox Iacob eſt*, Iudæi ſic ſcribūt: dixit Rabbi Iohanan, octoginta millia parium canentium tuba erant in Bitter, & vnuſquiſque eorum præerat multis exercitib. qui ibi cum Barcozba erant, &c. Mitto alias Iudæi huius nugas. Lege Galat. in eca rabbeti legitur, Tribus annis cū dimidio obſedit Adrianus Bitter. Itē: Capta aūt ciuitate iterfectus eſt

Duo falſi Meſſiæ Iudæis imponunt.

Barchozba Pſeudomeſſias.

Adrianus Bitter obſedit tribus annis & cepit.

Barcozba. Et in Calēdario Hebræorum menſe quinto Ab, die nono Ieiunium quinti menſis ob incenſam eo die Ieruſalem, & templum primò à Chaldæis, ſecundò à Romanis. Item quòd illo capta ab iiſdem Romanis ſit Bethera; & vrbs exciſa, &c. Bethera eſt Bitter.

Huius Pſeudomeſſiæ, & ciuitatis Betherę meminit Euſebius lib. quarto, hiſtor. capite ſexto. *Barcochebam* vocat, id eſt, *filium ſtellę*, *Bar* enim *filium* ſonat, &, *cochab, ſtellam*. Iudęorū [inquit] dux erat Barchochebas [quidem nomen aſtrum ſignificat] vir quamquā prędo nefarius; ipſa tamen appellatione tamquam ſydus aliquod è cęlo delapſum, ſe Iudęis, qui velut homines ex mancipiorum numero, graui ſeruitutis iugo oppreſſi, atque miſerijs ærumnoſis afflicti, affectique erant, lucem ac ſpem ſalutis allaturū, falsò cōmentus eſt, &c. His adiungit hæc; cū decimo octauo anno imperij Adriani, & bellum iuxta vrbem Rethera nuncupatam, quę erat omnium vrbium præſidijs munitiſſima, neque adeò longè à ciuitate Ieroſolymorum ſita, vehementius accenderetur; cum que longiquiore temporis ſpatio continuaretur obſidio, & rerū nouandarum auctores, fama, ac ſiti eſſent ad extremam perniciem detruſi, & caput illius temeritati pœnas debitas perſoluiſſet, Ariſto Pellæus, narrat vniuerſæ gēti, ex illo tempore prorſus interdictum, ne pedem in agrum Ieroſolymitanum aliquādo inferrent, &c. Lege Dionem in Adriano, & Nicephorum lib. 3. c. 24.

Barchochebas dux Iudæorū qualis fuerit.

Decimo octauo anno Adriani hæc euenere, vt Euſebius ſcribit, videlicet annis ſexaginta quatuor poſt euerſionem à Tito illatam, poſt paſſionem verò Domini quatuor & centum. Profligati ſunt ab Adriano Iudæi, in porta verò Ieruſalē porcus inſculptus, vt Euſebius i Chronico ſcribit his verbis; Ælia ab Ælio Adriano condita, & in fronte eius portę, qua Bethlehem egredimur, ſus ſculptus in marmore, ſignificans Romanæ poteſtati ſubiacere Iudæos. Nonnulli à Tito Ælio filio Veſpaſiani extructam arbitrātur. Hæc ille. Porcus autem ſculptus in

Porcus in porta Ieruſalē inſculptus.

Prohibiti Iudæi Ieruſalem ingredi, uel uidere.

A porta ſignificaſſe videtur, Iudęis vetitum eſſe ingredi ciuitatem, quemadmodum vetitũ illis erat edere porcinas carnes. Vetitum autem Iudæis fuiſſe ab Adriano Ieruſalem, vel ingredi, vel oculis cernere, Euſebius ſcribit libro quarto hiſtor. capite ſexto. Ariſto [inquit] Pellæus narrat, vniuerſæ genti ex illo tempore prorſus interdictum, ne pedem in agrum Ieroſolymitanum inferret. Et legis decreto, inſtitutisq; Adriani vetitum [ille planè ſic in mandatis dederat] ne vel ex edito loco paternum ſolum aliquando aſpicerent, &c. Extabat hoc interdictum Diui Hierony. tempore, ſic enim ille ſcribit in commentarijs Sophoniæ capite primo. Vſq; ad pręſentem [inquit] diem, Iudæi prohibētur ingredi Ieruſalem, &c. Ex eodem Hieronymi loco conſtat ſingulis annis eo die, quo Ieruſalem eſt diruta, conſueuiſſe conuenire Iudæos ad celebrandũ cum lacrymis eius funus, Diuus Hieronymus eodem capite. Vt ruinam [inquit] ſuæ ciuitatis eis flere liceat, Iudæi pretio redimunt. Vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lachrymas ſuas. & ne fletus quidem eis gratuitus ſit. Videas in die quo capta eſt, & diruta à Romanis ciuitas Ieruſalem, venire populũ lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis, annisq; obſitos, in corporibus, & in habitu ſuo iram Domini demonſtrantes. Congregatur turba miſerorum, & patibulo Domini coruſcante, ac radiante ἀναστάσει eius, de Oliueti mõte quoque crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi ſui populum miſerum. Adhuc fletus in genis, & liuida brachia, & ſparſi crines, & miles mercedem poſtulat, vt illis flere plùs liceat. Vlulant ſuper cineres ſanctuarij, & ſuper altare deſtructum, & ſuper ciuitates quondam munitas, &c. Deniq; meritas luit pœnas Iudęorum populus vrbe euerſa, perq; orbē, vt Cain alter, profugus, ac vagus, Meſſiam iã veniſſe clamans, ob cuius necem tot ſęculorũ ſupplicio mulctetur. Vade Prudentius in Apotheſi Iudęſ albuquęs;

Iudæi pretio redimũt eis lacere, flere Ieroſolymam.

Iudæi deflebant excidium Ieruſalem.

Quid mereare [inquit] Titus docuit.

Titus enim ciuitatis excidio mundũ docuit, meruiſſe Iudæos ſupplicium cęteris omnibus grauius. Addit.

Supplicium Iudęorum.

Extirpata per omnes
Terrarum, pelagique plagas, tua membra feruntur.
Exilijs vagus, huc illuc fluctuantibus, errat.
Iudæus, poſtquã patria de ſede reuulſus
Supplicium pro cæde luit, Chriſtique negati
Sanguine reſperſus, commiſſa piacula ſoluit,

B *En quo priſcorũ virtus defluxit auorũ!*

CAPVT V.

De Antichriſto.

Diximus, verba illa. *Cùm videritis abominationem deſolationis, &c.* non ſolùm de excidio Ieruſalem exponi; ſed etiam de Antichriſto. Hanc ob cauſam, non erit abs re, de hac abo-

C minatione, & deſolatione breuiter hoc loco verba facere. Naui ſimilis eſt Dei Eccleſia per medias procellas in cœlum nauiganti. Multi, procelloſiq; in eam irruere venti. Ab Oriente cũ nauigare incipiebat, ſubſolanus à Iudæis excitatus illam inuaſit; poſtea inuaſit Auſter rapidus, à tyrannorũ regionibus ſpirans, martyriũ, & ſanguinem veluti pluuiam ferens; inuaſit quoque à frigido Septemtrione, id

Eccleſia naui ſimilis eſt procellis concuſſa.

D eſt, à frigidis hæreticis, Boreas vehemens. Turbulentas hi venti commouerunt tempeſtates: nulla tamen potentiſſimam demerſit nauem. Supereſt furibundus ab Occidente flatus, hoc eſt, à fine mundi, abominanda Antichriſti deſolatio, ac perſecutio. Quis hic erit abominandus homo dicantus, & qualis illius futura ſit perſecutio, & deſolatio.

De nomine Antichriſti

Nõ eſt nomē propriũ Antichriſtus.

E Aliud non nomen propriũ habebit hęc abominatio deſolationis; ſed nũc antequã veniat, hoc nominatur, vt indicet, Chriſto illũ fore maximè aduerſariũ. Etenim propoſitio Græca ἀντὶ, ſignificat, Latinè contra, & nomē Antichriſtus ſignificat cõtrariũ Chriſto. Cõtrarius enim ille Chriſto, cogitatio, nibus, verbis, factis, Chri cogitationes ad hoium tēdebãt ſalutē; Antichriſti verò ad hoium perniciem ſpectabũt.

Antichriſtus propriè ſic non nominabitur.

Chriſti

Chriſti verba, atque doctrina veriſſima erat; viam, qua ad aſtra tenditur, demonſtrans; Antichriſti falſiſſima erit, in Orcum miſeros homines deturbans. Chriſti facta hominum generi gratiam, æternamq́; peperere gloriã; opera Antichriſti, flagitia, æternoſque cruciatus parient. Chriſtus humilis erat, miſericors, patiens, temperans, caſtiſſimus, omnibuſq; virtutib. adornatiſſimus. Antichriſtus ſuperbus erit crudelis, impatiens, intemperans, libidini mancipatus, ex omnium ſcelerũ colluuione natus. Chriſtus, fidẽ Chriſtianam, ac religionem in orbem attulit, Antichriſtus hanc penitus euertere conabitur. Meritò ergo Antichriſtus, i. contrarius Chriſto appellatur à Ioanne Euangeliſta epiſtola 1. cap. 2. *Sicut audiſtis* [inquit] *quia Antichriſtus venit; &c.* Græcè ἔρχεται, in præſenti, pro futuro, id eſt, *venturus eſt*: hoc ille nomen, improbis alijs ſeductoribus, Chriſto contrarijs communicat eodẽ loco. *Multi* [inquit] *Antichriſti facti ſunt, &c.* Item; *Quis eſt mendax, niſi is, qui negat*, quoniam IESVS eſt Chriſtus (id eſt, Meſſias) *hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem, & Filium, &c.* Et epiſtola 2. *Qui non confitetur* IESVM *Chriſtum veniſſe in carne, hic eſt ſeductor, & Antichriſtus, &c.*

Antichriſtus contrarius Chriſto in omnibus erit.

Poteſt etiam nomen ijs accommodari Chriſtianis, qui mores habent Chriſto contrarios, qui ſuperbi, iracundi, libidini dediti, inuidi, auariq́; ſunt, & vitijs alijs inquinati. Antichriſti quoque Mahometani ſunt, hæretici, & quotquot Chriſti fidei aduerſantur. Hinc illud D. Greg. in Iob c. 34. Quãuis plerique & principatum Antichriſti non viderunt, tamen eius principatui peccatorum ſuorum conditione deſeruiunt, quia & quem dominantẽ ſibi minimè conſpiciunt, eum procul dubio peruersè viuendo, venerantur, &c. 2. Theſſ. 2. *Myſterium* [ait Paulus) *iam operatur iniquitatis, &c.*

Antichriſti qui dicantur.

Proprium beſtiæ huius nomen indicauit ænigmaticè Diuus Ioannes Apocal. 13. *Qui* [inquit) *habet intellectum computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt, & numerus eius, 666.* De numero nominis Antichriſti verba hæc explanantur; habebit enim literas Græcas continentes numerum 666.

Nomẽ propriũ Antichriſti cõtinebit numerum 666.

A Vt enim iam diximus tomo primo, libro nono, capite tertio. Græci literis alphabeticis vtuntur pro numerorum notis. Nomen IESVS literas habet Græcas ſignificantes numerum 888. nomen Antichriſti proprium, literas habebit continentes *666*. Numerus autem octonarius, vt loco citato oſtendimus gloriæ eſt; numerus vero ſenarius, rerum caducarum. Excogitauere antiqui Auctores nonnulla nomi-
B na, quę numerum nominis Antichriſti continent; ſed in re tam dubia, hęrere opus non eſt: Ex quo nam nemore fera hęc ſęuiſſima proditura ſit, videamus.

Aper hic, qui vineam Domini vaſtabit iuxta illud Pſalmi. 79. *Exterminauit eam aper de ſyluæ*: Ex Iudęorum prodibit nemore. Iudęus enim erit, vt ait Diuus Hieronymus Danielis 11. & Oecumenius 2. Theſſal. 2. hominẽ
C Hebræum appellat. Probatur, quoniam a Iudæis pro Meſſia recipietur; non recipient autem illi pro Meſſia hominem, qui ratione Iudęus nõ ſit, & circumciſus.

Antichriſtus Hebręus erit ex tribu Dan.

Ex tribu Dan proditurum volunt Patres. Idcirco Apocal. 7. tribum hãc, cum reliquas numeret, Ioannem omiſiſſe aiunt Beda, Aretas, Haymo, Anſelmus, Rupertus, Diuus Irenæus libro quinto, capite trigeſimo. Dama-
D ſcenus, Theodoretus quæſtione 109. in Geneſim, Diuus Gregorius 31. Moralium, capite decimoctauo. Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum, capite ſeptimo, Auguſtinus de quæſtionibus in Exodum, quæſtione 22 & alij.

Ex tribu Dan fore, & diabolum fore incarnatum phantaſticè, exiſtimat D. Hippoly. in oratione de conſummatione ſæculi: Antichriſtus [inquit]
E certe naſciturus eſt ex tribu Dan, &c. Item: diabolus ex impura muliere prodibit ſuper terram, &c. Item: diabolus licet carnem aſſumat; hoc opinione tantùm, &c. Item: diabolus falſo naſcitur ex Virgine, &c. Item: Diabolus hanc carnis ſuę ſubſtãtiam phantaſticam aſſumit organicè. Propterea edetur ex Virgine velut Spiritus, qui tunc reliquis apparebit caro, &c. D. Bernar. ſerm. 3. de verbis Iſaiæ,

An Antichriſtus ſit futurus diabolus?

Vide

Vide dominum, & Theodoretus, videntur ſentire diabolum aſſumpturũ naturam humanam. Sed explicari facilè poterũt eorum verba; Fruſtra (inquit Bernardus] paras ô Lucifer, venturũ in fine ſæculorum Dominum, in damnato illo quem aſſumpturus es homine præuenire, &c. Et Theodoretus libro quinto diuinorum Decretorum capite de Antichriſto: Ante aduentũ Domini veniet humanam naturam ſubiens, hominibus pernicioſus, Deiq; aduerſarius dæmon, &c. Apocaly. 13. *Dedit illi draco virtutem, δύναμιν, ſuam, &c.* id eſt, dæmon dedit Antichriſto ſuam potentiam ad fallendos homines, & ſeparandos à Deo. Vide Ambroſium 2. Theſſal. 2. Bedam Apocal. 13. Hieronymum Danielis 7. Verùm hæ opiniones falſæ ſunt, quoniam Antichriſtus homo verus appellatur, ſecunda Theſſal. 2. non phantaſticus.

An diabolus ſit aſſũpturus humanam naturam.

Erit verus homo.

Præterea, quia non poteſt diabolus naturam aſſumere humanam in ſuo ſuppoſito. Quorſum ille aſſumeret naturam humanam? Numquid vt æternas & grauiores, in ea det pœnas? ſcit enim damnandum Antichriſtum. Non erit diabolus Antichriſtus, ſed homo erit diabolicus, id eſt, diabolo plenus, diaboli ſedes, atque domicilium. Damaſcenus libro quarto, fidei, capite vigeſimo ſeptimo. Neque verò [inquit] quemadmodum Dominus humanitatem aſſumpſit; ita diabolus homo efficietur. Verum ex fornicatione parietur, atque omnem Satanæ afflatum ſuſcipiet, &c. Item: Deus in eo diabolum domicilium ſibi conſtituere ſinet, &c. D. Hieronym. Dan. 7. Ne putemus [ait] iuxta quorundam opinionem Antichriſtum diabolum eſſe; ſed vnum de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus ſit corporaliter, &c. D. Gregor. 33. Moral. cap. 15. Tota diaboli virtus in vno illo damnato homine, congeſta denſatur, &c.

Antichriſtus diaboli habitaculum erit.

Ex fornicatione oriturum vult Damaſch. verbis citatis. Ex Babylone venturum ait Diuus Hieronymus Dan. 11. Antichriſtus [inquit] naſciturus eſt de populo Iudæorum, & de Babylone venturus, &c. Is, qui confundet omnia, rectè ex Babel, id eſt, confuſione, veniet. *Hic abominatio erit deſolationis*,

Ex Babylone Antichriſtus.

A hoc eſt, deſolans, & deuaſtans. Abominabilis erit, quia moribus erit vita, & doctrina abominandus, Chriſtiq; Eccleſiæ, & veritatis hoſtis acerrimus. Quid ni talis ſit is, qui animi, corporiſque habenas diabolo tradet, eoque, quò diabolus volet, abſque tergiuerſatione ducetur. Oecumenius 2. Theſſal. 2. Per medium (inquit] eius omnia operabitur diabolus, &c. Et Diuus Paulus: *Cuius* (inquit) *aduentus eſt ſecun-*

Antichriſtus magus ſceleratiſſimus.

B *dum operationem Satanæ, &c.* Magnus erit, vt ait Cyrillus Ieroſol. catecheſi decima quinta veneficijs, incantationibus, & malis artibus inſtructiſſimus. Oecum. 2. Theſſal. 2. hominem Hebræum vocat, in cuiuſuis magię, ac veneficij ſcientia prouectum. Impudens erit facie, Danielis 8. *Conſurget* [in quit] *Rex impudens facie, &c.* Homo peccati appellatur à Paulo 2. Theſſalon. 2. id eſt, homo peccator, peccatis to-

Erit magus.

C tus inquinatus; dicitur quoque eodem loco: *Filius perditionis*, dicitur, *ſeductor. Cuius* [inquit] *aduentus eſt in omni ſeductione iniquitatis, &c.* Denique totius iniquitatis epilogus; ſumma plenitudo, & recapitulatio erit. Diuus Irenæus libro 5. capite vigeſimo nono. In beſtia [inquit] veniente, id eſt, Antichriſto recapitulatio fit vniuerſæ iniquitatis, & omnis doli, &c. Gloſſa ordin. 2. Theſſal. 2. Sicut in Chriſto omnis

D plenitudo diuinitatis habitauit; ita in Antichriſto plenitudo malitiæ, & omnis iniquitas habitabit. Quia in ipſo erit caput omnium malorum diabolus, &c. Hanc ob cauſam Antichriſtus caput appellatur omnium impiorum, quoniã iniquitatis inter impios palmam feret. Vnde D. Thomas tertia parte, quæſtione octaua, articulo octauo. Antichriſtus [inquit] dicitur caput omnium malorum propter malitiæ perfectionem, &c. Abacuc 3. *Per-*

Antichriſtus caput omnium impiorum.

E *cuſſiſti caput de domo impij*, id eſt, percuſſiſti Antichriſtum, qui caput erit ex domo impij diaboli.

Dicitur etiam ab eodem angelico doctore Antichriſtus, à reliquis omnibus impijs hominibus præfigurari. Omnes [inquit eodem articulo] alij mali, qui præceſſerunt, ſunt quaſi quædam figuræ Antichriſti, &c. Illius typi & imagines fuere Pharao, Nabu-

Chriſti verba, atque doctrina veriſſima erat; viam, qua ad aſtra tenditur, demonſtrans; Antichriſti falſiſſima erit, in Orcum miſeros homines deturbans. Chriſti facta hominum generi gratiam, æternamq́; peperere gloriã; opera Antichriſti, flagitia, æternoſque cruciatus parient. Chriſtus humilis erat, miſericors, patiens, temperans, caſtiſſimus, omnibuſq; virtutib. adornatiſſimus. Antichriſtus ſuperbus erit crudelis, impatiens, intemperans, libidini mancipatus, ex omnium ſcelerũ colluuione natus. Chriſtus, fidẽ Chriſtianam, ac religionem in orbem attulit, Antichriſtus hanc penitus euertere conabitur. Meritò ergo Antichriſtus.i. contrarius Chriſto appellatur à Ioanne Euangeliſta epiſtola 1. cap. 2. *Sicut audiſtis* [inquit] *quia Antichriſtus venit, &c.* Græcè ἔρχεται, in præſenti, pro futuro, id eſt, *venturus eſt*: hoc ille nomen, improbis alijs ſeductoribus, Chriſto contrarijs communicat eodẽ loco. *Multi* [inquit] *Antichriſti facti ſunt, &c.* Item; *Quis eſt mendax niſi is, qui negat*, quoniam IESVS eſt Chriſtus (id eſt, Meſſias) *hic eſt Antichriſtus qui negat Patrem, & Filium, &c.* Et epiſtola 2. *Qui non confitetur* IESVM *Chriſtum veniſſe in carne, hic eſt ſeductor, & Antichriſtus, &c.* Poteſt etiam nomen ijs accommodari Chriſtianis, qui mores habent Chriſto contrarios, qui ſuperbi, iracundi, libidini dediti, inuidi, auariq́; ſunt, & vitijs alijs inquinati. Antichriſti quoque Mahometani ſunt, hæretici, & quotquot Chriſti fidei aduerſantur. Hinc illud D. Greg. in Iob c. 34. Quãuis plerique & principatum Antichriſti non viderint, tamen eius principatui peccatorum ſ[uorum] conditione deſeruiunt, quia & quem dominantẽ ſibi minimè conſpiciunt, eum procul dubio peruersè viuendo, venerantur, &c. 2. Theſſ. 2. *Myſterium* [ait Paulus] *iam operatur iniquitatis, &c.*

Antichriſtus contrarius Chriſto in omnibus erit.

Antichriſti qui dicantur.

A

B

C

D

E

Proprium beſtiæ huius nomen indicauit ænigmaticè Diu. Ioannes Apocal. 13. *Qui* [inquit] *habet intellectum computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt, & numerus eius, 666.* De numero nominis Antichriſti verba hæc explanantur; habebit enim literas Græcas continentes numerum 666.

Nomẽ proprium Antichriſti cõtinebit numerum 666.

Vt enim iam diximus tomo primo, libro nono, capite tertio. Græci literis alphabeticis viuntur pro numerorum notis. Nomen IESVS literas habet Græcas ſignificantes numerum 888. nomen Antichriſti proprium, literas habebit continentes 666. Numerus autem octonarius, vt loco citato oſtendimus gloriæ eſt; numerus vero ſenarius, rerum caducarum. Excogitauere antiqui Auctores nonnulla nomina, quę numerum nominis Antichriſti continent; ſed in re tam dubia, hęrere opus non eſt: Ex quonam nemore fera hęc ſæuiſſima proditura ſit, videamus.

Aper hic, qui vineam Domini vaſtabit iuxta illud Pſalmi. 79. *Extreminauit eam aper de ſylua*: Ex Iudęorum prodibit nemore. Iudęus enim erit, vt ait Diuus Hieronymus Daniel. 11. & Oecumenius 2. Theſſal. 2. hominẽ Hebræum appellat. Probatur, quoniam a Iudæis pro Meſſia recipietur; non recipient autem illi pro Meſſia hominem, qui natione Iudęus nõ ſit, & circumciſus. Ex tribu Dan proditurum volunt Patres. Idcirco Apocal. 7. tribum hãc, cum reliquas numeret, Ioannem omiſiſſe aiunt Beda, Aretas, Haymo, Anſelmus, Rupertus, Diuus Irenæus libro quinto, capite trigeſimo. Damaſcenus, Theodoretus quæſtione 109. in Geneſim, Diuus Gregorius 31. Moralium, capite decimoctauo. Ambroſius de benedictionib. s Patriarcharum, capite ſeptimo, Auguſtinus de quæſtionibus in Exodum, quæſtione 22 & alij.

Antichriſtus Hebręus erit ex tribu Dan.

Ex tribu Dan fore, & diabolum fore incarnatum phantaſticè, exiſtimat D. Hippoly. in oratione de conſummatione ſæculi: Antichriſtus [inquit] certe naſciturus eſt ex tribu Dan, &c. Item: diabolus ex impura muliere prodibit ſuper terram, &c. Item: diabolus licèt carnem aſſumat; hoc opinione tantùm, &c. Item: diabolus falſo naſcitur ex Virgine, &c. Item: Diabolus hanc carnis ſuę ſubſtãtiam phantaſticam aſſumit organicè. Propterea edetur ex Virgine veluti Spiritus, qui tunc reliquis apparebit caro, &c. D. Bernar. ſerm. 3. de verbis Iſaiæ,

An Antichriſtus ſit futurus diabolus?

Vide

Antichriſti præcurſores, & typi, tyranni, & hæreſiarchæ

A Nabuchodonoſor, Salmanſar, Antiochus, Nero, Diocletianus, reliquique tyranus, atque Hæreſiarchæ, iuxta illud Pauli 2. Theſſ. 2. *Myſterium iam operatur iniquitatis*: hoc eſt, iam myſtici, & typici, & iniqui quidam Antichriſti operantur opera Antichriſti. *Myſterium iniquitatis*, iniquos tyrannos vocat, & myſticos quoſdam, atque arcanos Antichriſtos. Ex his vnus fuit Nero. Hunc autem non ſolùm Antichriſti B effigiem quamdam fuiſſe; ſed ipſummet fore Antichriſtum nonnulli falſò arbitrati ſunt, vt Auguſtinus indicat lib. 20. de Ciuitate, capite 19. Nõ nulli (inquit) Neronem reſurrecturũ, & futurum Antichriſtum ſuſpicãtur. Alij nec eum occiſum putant, ſed ſub tractum potius, vt putaretur occiſus, & viuum occultari in vigore ipſius ętatis, in qua fuit, donec reueletur. Sed multum mihi mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio.

D. Auguſt. Nero falsò exiſtimatus Antichriſtus.

Hæc Auguſtinus. Seuerus Sulpitius libro ſecundo hiſtoriarum, Neronem ſub finem mundi mittendum ait, eamque opinionem tribuit Diuo Martino in Dialog. libro ſecundo legẽdus Cardinalis Baronius primo tomo. Adeò abſurda eſt hæc opinio, vt refutatione nulla indigeat. Ex loco citato Pauli 2. Theſſal. 2. hauſta eſt. Ait Paulus; *myſterium iam operatur iniquitatis*, id eſt, Ne D ro velut occultus quidam Antichriſtus erit. Nihil haberet hæc conſecutio momenti etiam ſi Nero tunc imperator fuiſſet, cùm Paulus epiſtolam illam ſcripſit, ſignificaſſet enim Neronem Antichriſti fuiſſe imaginem, & typum, non ipſum Antichriſtum. Verumtamen vt Cardinalis Baronius loco citato indicat, quo tempore Paulus ſecundam ad Theſſal. epiſtolam ſcripſit, Claudius nõ Nero imperator erat.

Habebit multos præcurſores.

E Multos præcurſores habet, habebitque Antichriſtus; omnium ſceleratiſſimus poſt omnes ipſe veniet, prope finem mundi. Soluetur tunc vinctus Lucifer; Apocal. 20. *Soluetur Satanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, &c.* Antichriſtum ſibi ducem ex omnibus eliget, omnibus ad nocendum armis inſtruet, diuitijs, imperioq; Deo permittente extollet. Daniel. 11. *Dominabitur theſaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretioſis Ægypti, &c.* Et Diuus Anſelmus in Elucidario ait, dęmonum induſtria omnem occultam pecuniam illi populandam, tam ex profundo maris, quam ex terræ viſceribus, opes illi dæmones ſubminiſtrabũt, quibus ad ſeducendos cupidos abutatur. Regnũ ille quidem nullum hæreditario iure poſſidebit, rex tamen erit, imò orbis extremos Monarcha. Heu miſerandum terrarum orbem, quem tam ſceleratus peſſundabit Monarcha? Vnde nam huic monſtro obueniet orbis Monarchia? Diaboli ſoluti arte, Deo conniuente illam occupabit. Quamobrẽ Cyrillus Ieroſolymitanus catecheſ. 15. ait, per magicum maleficium gentes decepturum, & Romanum imperium vſurpaturum.

Diabolus ſoluetur.

Antichriſtum ſibi ducem eliget, & Regem, & locupletabit ualde

Antichriſtus monarcha orbis diaboli opera.

Daniel. 11. *Deſpectus* (inquit) *& non tribuetur ei honor regius, & ueniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia, &cæt.* C In que verba ſic Hieronymus ſcribit; Antichriſtus conſurgere habet, de modica gente, id eſt, de populo Iudęorũ, & tam humilis erit, & deſpectus, vt non ei detur honor regius, & per inſidias, & fraudulentiam obtineat principatum, &c. Daniel. 7. *Ecce cornu paruulum ortum eſt, &c.* Cornu hoc paruulum, Antiochum ſignificat, & Antichriſtum. Paruulum erit cornu, i. regnum Antichriſti, cùm cęperit regnare Babylone. Ibi enim veriſimile eſt Iudæos, tum Meſſiæ nomen, tum regnum illi diaboli opera delaturos. Facillimum verò erit homini dæmonis arte ditiſſimo, calidiſſimoque hypocritę falſis ſignis id pſuadere Iudęis, Meſſiam expectando feſſis. Erit enim ille initio hypocrita, virtutem, legiſq; Moſaicæ obſeruationem, & zelum ſimulabit, falſa præterea edet dęmonis arte miracula: Sicque Meſſiæ dignitatem conſequetur.

Antichriſtus initio deſpectus.

Antichriſtus erit hypocrita.

Primùm quidem (ait Cyrillus Ieroſolymitanus catecheſi 15.) tamquam prudens aliquis, & intelligens temperantiam, atque humanitatem ſimulabit, ſigniſque, & portentis, magica impoſtura decipiet Iudæos, tamquam is eſſet Meſſias ab illis expectatus, &c. Diuus Hieronymus, Danielis 7. per inſidias, & fraudulentiam obtinebit principatum; & hoc faciet, qua ſimulabit

labit ſe ducem fœderis, hoc eſt, legis, & teſtamenti Dei, &c. Damaſcenus libro quarto, capite vigeſimo ſeptimo. In præludijs regni, bonitatis ſpeciem præ ſe feret; cùm vero rerum potitus fuerit, tunc peruerſitatem omnẽ ſuam deponet, & cæt.

Antichriſti electio pena incredulitatis Iudęorum.

Hæc electio abominandi Meſſiæ, pęna erit incredulitatis Iudęorũ. Quia enim non crediderunt vero Meſſiæ, permittet Deus ira illos excæcari, vt Antichriſtum recipiant pro Meſſia. B *Ego veni* (ait Dominus veriſſimus Meſſias, Ioannis 5.] *in nomine Patris mei, & non accepiſtis me. Si alius*, id eſt, Antichriſtus, *venerit in nomine ſuo, illum accipietis, &c.* 2. Theſſalonic. 2. *Cuius* (id eſt, Antichriſti] *eſt aduentus in omni ſeductione iniquitatis, ijs, qui pereunt: eo quòd caritatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent: ideò mittet* [id eſt, venire permittet) *illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, &c.* C Diuus Hieronymus quæſtione 11. ad Algaſiam: Iudæi (inquit) qui caritatem, & veritatem non receperunt, vt Saluatore ſuſcepto ſalui fierent, mittet illis Deus ipſam operationem, id eſt, fontem erroris, vt credant mendacio, &c. Quemadmodum olim vitulum aureum, ſic aureum taurum colent, id eſt, auro affluentem Antichriſtum, cuius cornibus ventilati, in æternas flammas præcipitentur.

Decẽ reges erũt Antichriſti tempore.

D Erunt autem Antichriſti temporib. decẽ Reges, quos capite ſeptimo Danielis, decem ſignificant cornua. Cornibus enim robur, potentia, regnaq; indicantur, quia in animantibus cornutis cornua robuſtiſſima ſunt potentiſſimá, & celſiſſimo in loco animantis collocata. Vidit eodem capite Danielis beſtias quatuor è mari aſcendentes, quatuorque orbis monarchias adumbrantes.

Quatuor monarchię à Daniele premiſſa.

E Prima leæna, Babylonicum, ſecunda vrſus, Perſicum, tertia pardus alatus, Græcum; quarta beſtia terribilis, mirabilis & fortis, dentibus armata ferreis, Romanum ſignificat imperiũ. Habebat quarta hęc beſtia cornua decem (ait Daniel] hoc eſt, decem Reges, vt Angelus eodem capite exponit. Nam in fine orbis decem Reges erunt, qui Romanum imperium inter ſe diuident, vt antiqui cenſuerunt.

A Dicamus (inquit Hieronymus) quod omnes Scriptores Eccleſiaſtici tradiderunt. In conſummatione ſæculi, quando regnum deſtruendum eſt Romanorum: decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter ſe diuidant, &c. Hos decem Reges Antichriſtus; atque in primis tres ſuperabit, vt D. Hieronymus ait Dan. 7. *Conſiderabam* (ait Daniel) *cornua* (ſcilicet illa decem) *& ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de* B *medio eorũ, & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius, &c.* Cornu hoc paruulum Antichriſtus eſt, qui tria cornua euellet, id eſt, tres Reges ſuperabit, Ægypti, ſcilicet, Regem, Africæ, & Æthiopiæ, vt D. Hieronym. docet: quibus ſuperatis reliqui illi ſe tradẽt. Verbis ſupra citatis adiungit Hieron. Scriptores Eccleſiaſticos tradidiſſe vndecimum fore Regem Antichriſtum, qui tres Reges de his decem ſuperaturus C ſit, id eſt, Ægypti, Africæ, & Æthiopiæ Reges; ſeptem alij victori colla ſubmittent. Lege Diuum Hippolytum in orat. de conſummatione mundi. De his regibus illud exponitur Apocal. 17. *Decem cornua, quæ vidiſti, decem Reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tamquam Reges vna hora accipient poſt beſtiam. Hi vnum conſilium habent, & virtutem, & poteſtatem ſuam beſtiæ*, id eſt, Antichriſto, *tra-* D *dent, &c.*

Antichriſtus decem ſuperabit reges.

Dicuntur hi Reges accepturi poteſtatem vna hora, id eſt, breui tempore, poſt beſtiam, id eſt, poſt Antichriſtum, quia illum vt famuli ſequentur.

Monarchia Antichriſti

Deniq; ad ſummam monarchiam perueniet Antichriſtus Apoc. 13. *Data eſt illi poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, &c.* De cornu illo paruo ait Dan. cap. 8. *Egreſſum eſt cornu vnũ modicum, & factũ eſt grande* E *contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem, &c.* Metropolis autem peſtiferæ huius monarchiæ Ieruſalem erit, idque colligitur ex illis verbis Pauli 2. Theſſ. 2. *Ita vt in templo Dei ſedeat.* In templo, inquam, Ieroſolymitano], & ex cap. 11. Apocal. quo vaticinatur Apoſtolus Eliam, & Enoch in Ieruſalem ab Antichriſto interficiendos.

Ieruſalem Antichriſti erit regia.

Si obijciat quiſpiam templum non

eſſe

Antichriſtus in temple Dei ſedebit.

eſſe vſque in finem exædificandum; Reſpondebitur, verum eſſe, non eſſe exædificandum vſque ad finem mundi. Nam in fine mundi, Antichriſti tẽporibus, ædificabitur non Deo, ſed Antichriſto, coletur enim in eo non Deus, ſed fœdiſſimum hoc monſtrum pro Deo. Patrum eſt hæc ſententia, nimirũ in templo Ieroſolymitano ſeſſurum Antichriſtum, D. Hippolyti in oratione de conſummatione mundi, D. Irenæi libro quinto capite 25. & 30. D. Ambroſij Lucæ 21. D. Auguſt. libro 20. de Ciuitate capite 19. D. Hilarij Can. 25. Damaſc. & aliorũ, Diuus Hieronymus ad Algaſiam quæſtione 11. vel in tẽplo Ieroſolymis, vel quod putat veriùs in Eccleſia ſeſſurum ait. D. etiam Chryſoſtom. Theodor. Theophylactus, & Oecumenius in Paulum templi nomine, Chriſtianorum templa intelligi malunt.

Monarchia Antichriſti extinguet imperium Rom.

Extinguet hęc extrema monarchia Romanum Imperium quod Chryſoſtom. indicat 2. Theſſal. homil. 4. Quemadmodum [inquit] regna illa deſtructa ſunt quæ ante Romanum Imperium fuerunt, vt pote regnum Medorum à Babylonijs, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis; ita & regnum Romanorum ab Antichriſto, &c. Et Cyrill. Ieroſolymitanus catec. 15. Veniet Antichriſtus cũ impleta fuerint tempora Romani Imperij, &c. Hoc Paulus tradit 2. Theſſalon. 2. his verbis: *Nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur* [ſcilicet Antichriſtus) *in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis. Tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuellabitur ille iniquus.* Hoc eſt, quid detineat, & prohibeat Antichriſti aduentum ſcitis. Nam in Imperio Romano myſterium iniquitatis Antichriſti iam operatur. Tantum, vt Imperator Romanus, quicumque ſit, qui nunc imperium tenet, illud teneat, donec de medio fiat, id eſt, donec de medio tollatur Imperator. Et tunc reuelabitur Antichriſtus, cùm Imperium Romanorum euertetur, omninoque deſinet. Item *Ne quis* [inquit Paulus in eadem epiſtola] *vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo*

2. Theſſ. 2.

Diſceſſio à Rom. Imperio.

A *peccati, & filius perditionis, &c.* id eſt, non veniet dies iudicij, niſi primum venerit diſceſſio, Græcè, *ἀποστασία, Apoſtaſia* & defectio omnium hominum ab Imperio Romano, & niſi prius ipſum Imperium aboleatur. De Romano Imperio interpretantur hęc verba Chryſoſtom. Theophyl. Oecumenius, Cyrillus Ieroſolymitanus, Hieronymus ad Algaſiam Auguſt. lib. 20. de Ciuitate, & alij. D. Hieronymus epiſtola ad Al-
B gaſiam quæſtione 11. Niſi [inquit) venerit diſceſſio primùm, vt omnes gentes quæ Romano Imperio ſubiacent, recedant ab eis, &c.

Diſceſſio à Rom. Imperio iã facta quæ nã ſit.

Aduertendum hoc loco, à Romano Imperio iam his temporib. diſceſſiſſe Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Ægyptum, Syriam, Græciam, Aſiam Minorem; Africam, Angliam, quæ non Romano Imperatori, ſed alijs regibus parent. Iam ergo a Romano Imperio fa-
C cta eſt maxima diſceſſio, & apoſtaſia, ſed id quod ex Imperio reſtabit, ipſumque Romanum Imperium, quod tunc erit, delebit fœdum monſtrum Antichriſtus, atque adeo ad finem vſque mundi Romanorum permanebit principatus.

De quanã apoſtaſia loquatur Paulus.

Non prætermittam alias explenationes. Poteſt locus ſic explanari. Niſi prius venerit diſceſſio, vel apoſtaſia à Chriſto, & niſi prius reuelatus fue-
D rit homo peccati, & perditionis filius, Antichriſtus, qui huius apoſtaſiæ erit cauſa, non veniet dies iudicij. Hæc autem temporis Antichriſti à Chriſto defectio, apoſtaſia dicit̃ per antonomaſiã, tunc.n. multi ex Chriſtianis fient apoſtatę, ſequenturq; Antichriſtũ, D. Aug. li. 20. de Ciui. c. 19. verba hęc de ipſo Antichriſto exponit, apoſtaſiãq; ipſum Antichriſtũ appellari exiſtimat: non.n. Gręcum *ἀποστασίαν* vertit in La-
E tinũ, refugam, hoc pacto, *niſi venerit refuga primum.* Diẽ Dñi [ait Aug.] appellat Paulus diẽ iudicij, & nõ eſſe venturũ dicit, niſi Antichriſtus prior veniat quem refugã vocat, viiq; à Dño Deo.

Reliqua quoque verba Pauli: *Nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore Nam myſterium iam operatur iniquitati. Tantùm, vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, &c.* In aliam ſententiam ab alijs

ex-

Explicatio Pauli 2. Theſſ. 2.

A explicantur, cuius explicationis meminit Auguſt. loco citato. Alij [inquit) quod ait Apoſtolus Paulus. *Quid detineat ſcitis, & myſterium iam operatur iniquitatis*; non putant dictum, niſi de malis & fictis, qui ſunt in Eccleſia, donec perueniant ad tantum numerum, qui Antichriſto magnum populum faciat.

Et hoc eſſe myſterium iniquitatis, quia videtur occultum. Hortari autem Apoſtolum fideles; vt in fide, quã tenent tenaciter perſeuerent, dicen- B do; *tantùm qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat*. Hoc eſt, donec exeat de medio Eccleſiæ myſterium iniquitatis, quod nunc occultum eſt, &c. Horum ſenſus huiuſmodi eſt. Quid detineat nè Antichriſtus veniat, iam ſcitis. *Docui enim iam vos*. Nam myſterium iniquitatis, hoc eſt, impij, & ficti, qui ſunt in Eccleſia, Antichriſti occultus populus, iam operantur. Hoc vnum moneo, vt qui fidem viuam tenet, il- C lam tenaciter teneat, *donec myſterium iniquitatis de medio fiat*, hoc eſt, donec omnes mali, & ficti, qui ad Antichriſtum pertinent, de medio Eccleſię exeant, iuxta illud 1. Ioan. 2. *Antichriſti multi facti ſunt. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis, &c.* Chryſoſtomus quoque verba illa; *Niſi venerit diſceſſio primùm*; de Antichriſto exponit. Quid (inquit) eſt diſceſſio? Eum (id eſt Antichriſtum,) vocat diſceſſionem, vt qui D multos ſit perditurus, & vt deficiant inducturus, &c. Et Theophylactus Apóſtaſiam, ſiue defectionẽ (inquit] Antichriſtum vocat Paulus. *Niſi venerit diſceſſio primùm*, id eſt, Antichriſtus, &c. Theodoretus eodem modo interpretatur, itemque Oecumenius.

Antichriſt⁹ dicitur apoſtaſia, & diſceſſio.

CAPVT VI.

De perſecutione, ſiue deſolatione abominationis, id eſt, Antichriſti.

Perſecutio Antichriſti erit maxima.

MVltæ fuerunt Eccleſiæ, atroceſque perſecutiones, quas Aug. numerat lib. 18. de Ciuit. cap 52. Sed extrema Antichriſti cæteris erit atrocior. *Erit* [ait Dominus) *tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſq; modo neque fiet, &c.* Et Dan. 12. *Veniet* A *tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud, &c.* Auguſt. Pſalm 9. Prima (inquit] perſecutio Eccleſiæ, violenta fuit. (Tyrannorum ſecunda fraudulenta.) Hæreticorum; & falſorum fratrum; tertia ſupereſt, qua nihil perículoſius. Quoniam & violenta & fraudulenta erit. Huiuſmodi autem tribulationem Eccleſiam inuadere permittet Dominus vt electos ſuos veluti aurum in forna- B ce excoquat, vt in extremo illo mundi actu, ac bello eximios milites ſuos oſtendat, vt coronas illis opulentiſſimas præparet. Daniel 12. de tempore Antichriſti; *Eligentur* [ait] *& dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi*. D. Auguſt. 20. de Ciuitate capite 28, ad illos [inquit] ſanctos, & fideles qui tunc futuri ſunt, probandos, tantus ſoluetur inimicus; cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. D. Ire- C næus lib. 5 cap. 29. Cùm in fine repente hinc aſſumetur Eccleſia, *Erit* (inquit Dominus) *tribulatio, qualis non eſt facta ab initio neque fiet*. Nouiſſimus enim agon (id eſt nouiſſimum certamen) iuſtorum, in quo vincentes coronantur incorruptela [id eſt incorruptione] & propter hoc in beſtia veniente, id eſt Antichriſto, recapitulatio fit vniuerſæ iniquitatis, & omnis doli, vt in ea confluens, & concluſa omnis virtus D apoſtatica, in caminũ mittatur ignis, &c. Item cap. 28. Tribulatio neceſſaria eſt ijs qui ſaluantur. Vt quodammodo contriti, & attenuati, & cõſparſi per patientiam verbo Dei, vt igniti apti ſint ad conuiuiũ Regis. Quemadmodũ quidam de noſtris, [id eſt D. Ignatius] dixit propter martyrium in Deum, adiudicatus ad beſtias; *Quoniam frumentum ſum Chriſti, & per dentes beſtiarum, molar, vt mundus panis Dei* E *inueniar*. Hæc Irenæus. Vt D. Ignatius, ſic extremi temporis inclyti martyres, frumentum Chriſti erunt, & per dentes beſtiæ immaniſſimæ, id eſt, Antichriſti veluti per molam contererentur, vt mundi Dei panes inueniantur.

Cur permittat Deus Antichriſti perſecutionem.

Tribulatio neceſſaria ẽ ijs qui ſaluantur.

Ignatij dictum.

Lactantius lib. de Opificio Dei cap. 20. Noluit Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem, delicato itinere peruenire, &c. Maximè verò, cùm ſęculis finem imponet non delicato,

Eccleſię perſecutiones cur Deus immittat.

cato,ſed aſpero,& accliui itinere,ſuos ducet in cœlum;& quanti fidem, Deũque faciant, orbi patefaciet, libro 4. naturalium quæſtionum ſic Seneca; Egi gratias fortunæ, quòd experiri voluiſſet, quanti æſtimarem fidem. Non debebat mihi paruo res tanta conſtare,&c. Nos verò quoties vexamur, & affligimur, gratias Deo agamus,quòd[vt noſtro loquamur more] experiri velit,quanti fidem,caritatemque æſtimemus. Non debet enim nobis paruo res tanta conſtare. Pſ. 128. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea; Etenim non potuerunt mihi,&c.* A iuuentute Eccleſiæ,& ab initio, perſecutiones hoſtiumque oppugnationes incepere; ſed expugnare illam, & extinguere nequiuerunt. Iſraelitas noluit Deus cùm ex terra Ægypti exierunt oppugnari;ne redirent in Ægyptum. Exod. 13. *Cum emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philiſtijm,quæ vicina eſt,reputans,ne fortè pœniteret eum,ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere,& reuerteretur in Ægyptum. Sed circumduxit eum per viam deſerti,&c.* Ad Eccleſiam ſuam cùm ex terra Ægypti,id eſt,infidelitatis exijt, oppugnari permiſit à Iudæis, atque Ethnicis, vt illius probaret fortitudinem, & toto mundo notam faceret Neque verò in terram Ægypti reuerſa eſt, ot aduerſum ſe bella videns conſurgere, quin potius ex prælijs præclara trophæa,opimaque retulit ſpolia, & per vulnera creuit. Cruor namque ille cæſorum corporum[ait Theodoretus li. 9. de curationibus Græc.affect.irrigatio erat,nouis in Eccleſia emergentibus plantis,&c. D. Hieron. in vita Malchi;Eccleſia[ait]perſecutionibus creuit,martyrijs coronata eſt, &c. Clemens ſtromat.lib 6. philoſophiam ſiquis magiſtratus prohibuerit ea ſtatim perit; noſtram autem doctrinam à prima vſque prædicatione prohibēt ſimul Reges,& Tyranni,& ſinguli duces,& Magiſtratus, cum vniuerſis ſatellitibus,in nos belligerantes & exſcindere conantes. Illa autem magis etiam floret;&c.Chryſoſt. de martyribus Iuuentio & Maximo; fides [inquit]noſtra oppugnata, magis floret, &c. Ambroſ. Pſalm. 36. Oct. 3 Eccle-

Perſecutionib. creuit Eccleſia,& illuſtrata eſt.

A ſia cùm vritur,ſicut aurum detrimenta non ſentit;magis fulgor eius augetur,&c.

Quemadmodum Rubus, in quo Deus Moſi apparuit,igne erat inflammatus,ſed ab igne non abſumebatur, quin potius illuminabatur; ſic Eccleſia igne perſecutionum inflammata eſt,nec tamen abſumpta,ſed illuminata. Theodoretus loco citato: Veluti(inquit]quondam rubus,quem vidit Mo-

B ſes ardore ignis non eſt abſumptus; ita nec Chriſtianos tela hoſtilia conſumpſerunt,&c. Idem extremis Antichriſti temporibus eueniet in quibus præcellentiſſimi martyres cum immani monſtro decertabunt; nõ abſumet illos ignis,ſed illuſtrabit.

Naui ſimilis eſt Eccleſia,vt diximus ſuprà. Nauis in principio,& fine anguſtior eſt,in medio latior. Eundem in modum Eccleſia, initio cùm cæpit, in

C magnas anguſtias à Iudæis,& Tyrannis impulſa eſt;poſtea ſub Imperatoribus,Regibuſque Chriſtianis,opibus numero,& Regnis, eſt prolata; tandem in fine orbis rurſus,in anguſtias, doloreſque maximos ab Antichriſto redigetur. Auctor imperf. homil. 49. Sicut fumus ante ignem præcedit; & ante victoriam pugna, ſic ante gloriā Chriſti,tentatio Antichriſti,&c Erit illius temporis fides,ſicut granum Si-

D napis,quod nihili fit;ſed ſi teritur ardorem præbet. Nihil tunc fieret. Chriſtiani ab impijs hominibus, honores minimè curabunt,aut diuitias: perſecutionibus verò attriti, fidei, caritatiſque ardorem ſummum exhibebũt.

Eccl ſia ſimilis nauis in fine & principio anguſtior.

Prætereà immane illud monſtrum Deus extremo tempore orbis imperium obtinere permittet,propter mõſtra hominum,id eſt,peccata D. Gregorius. Iob 34. ad illa verba; *Regnare fa-*

E *cit hominem hypocritam propter peccata populo.* Poteſt[inquit] Antichriſtus regnari. Seductor enim ille tunc ſanctitatem ſimulat,vt ad iniquitatem trahat. Sed propter peccata populi regnare permittitur; quia tunc ipſi ſub illius regimine præordinatur,qui eius dominio digni ante ſæcula præſciuntur, qui peccatis ſubſequentibus exigunt,vt ſub illo Iudicijs præcurrentibus diſponantur. Quòd ergo tunc Antichri-

Propter hominum peccata regnabit Antichriſtus.

A Antichriſtus regnat ſuper impios, nō eſt ex iniuſtitia iudicantis, ſed ex culpa patientis. Hæc ille. Dan. 8. *Cum creuerint iniquitates, conſurget Rex impudens facie*, id eſt, Antichriſtus, &c. eodem ca. *Robur datum eſt ei contra iuge ſacrificium, propter peccata, &c.* & Paul. 1. Theſſal. 2. *Cuius*, id eſt, Antichriſti, *eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute*[id eſt potentia) *& ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt: eò quod caritatem veritatis*, id eſt caritatem veram, *non receperunt vt ſalui fierent*. B Vel, eo quòd caritatem & dilectionem veritatis Euangelicæ, *non receperunt*, eo quòd non dilexerunt veritatem Euangelicam; iuxta illud Ioan. 3. *Dilexerunt magis tenebras quàm lucem. Ideo mittet*; (id eſt venire permittet] *illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio vt iudicentur* (id eſt damnentur) *omnes qui non crediderent veritati, ſed conſenſerunt iniquitati, &c.*

Cur ſoluetur in fine diabolus.

C Adde his illud Auguſt. 20. de Ciuitate cap. 8. Soluetur [inquit] diabolus in fine, vt quàm fortem aduerſarium Dei Ciuitas ſuperauerit, cum ingenti gloria ſui redemptoris, adiutoris, liberatoris Chriſti, aſpicita, &c. Item; ſi numquam [ait] diabolus ſolueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus ſanctæ Ciuitatis fideliſſima patientia probaretur, &c.

Magna Dei auxilia in magna Antichriſti tribulatione.

D Magna quidem erit tunc tribulatio, qualis neque fuit, neque erit, vt Dominus ait: Sed magna etiam erunt Dei auxilia. In primis magnum, extremi illius tēporis, Chriſtianis, Chriſtus auxilium ad confirmandam fidē dedit. Cùm Antichriſti aduentum in ſcripturis multò ante prædictum eſſe voluit. Etenim cùm Chriſtiani abominationem deſolationis & Monarcham qualem Paulus 2. Theſſal. 2. & E Ioan. in Apocalypſi depingit viderint hic [dicent) eſt prædictus Antichriſtus, hic qui fidem noſtram cupit euertere, ſuo aduentu fidem noſtram confirmat. Vera fides eſt, quæ hunc fore tot ante prædixit ſæculis, illumq; ſuis depinxit coloribus.

Antichriſt⁹ ipſe magnū erit fidei argumentum.

Itaque ipſe Antichriſti aduentus, fidei Chriſtianæ magnum erit argumentum. Non inſperatus veniet, ſed prædictus à Prophetis, & a toto Chriſtiano populo ſperatus. Secundum auxilium, idque admirandum, Eliæ erit aduentus, & Enoch. Quis Antichriſtum timebit ſub tantis ducibus, tot ſæculis à Deo ad hoc bellum difficillimum reſeruatis? Si Antichriſtus mēdacibus ſignis decipere velit, veriſſimis miraculis duo hi præſtantiſſimi duces occurrent deceptori, ſi ille mendaci doctrina, veluti tartareo telo vtetur, hi veram doctrinam veluti cœleſtem gladium vibrabunt. O admirandam diuinam bonitatem (ait Aretas Apocal. 11.) quæ ex aduerſo erroris, ordinauit remedium veritatis; per poteſtatem verorum ſignorum, & prodigiorum ſanctos iſtos obarmans, vt doctrinæ ſermonibus, homines conuertant, &c.

Elias & Enoch veritatis duces tēpore Antichriſti erūt.

Occidentur Elias, & Enoch, reſurgent, aſcendentque in cœlum.

Iam verò occidentur hi duces ab Antichriſto; occidentur quidem, at illorum reſurrectio ſummum erit fidei Chriſtianæ argumentum, & aduerſus eundem hoſtem iaculum acerrimum. Nam vt Ioannes Apocal. 11. vaticinatur, reſurgent Elias, atque Enoch, & audient vocem magnam de cœlo dicentem eis, *Aſcendite huc. Et aſcenderunt* [ait] *in cęlum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus, & decima pars Ciuitatis cecidit, &cæt.* Quis Chriſtianus hæc videns Antichriſtum ſequetur? quis inſtar leonis magno, excellentique animo pro Chriſto ad mortem vſque non dimicabit? 2. Machab. 11. *Apparuit præcedens eos, eques in veſte candida, armis aureis, haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt animis, non ſolùm homines, ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare, &cæt.* Eundem in modum extremo illo tempore præcedent Chriſtianos, duo duces, duo cœleſtes equites, ex paradiſo aducti, non in armis aureis, ſed in ſaccis, hæc enim arma bellum illud flagitabit, vibrabunt aduerſus Antichriſtum cœleſtes haſtas veræ doctrinæ, verorumque miraculum, quib. Chriſtianam fidem maximè confirmabūt. Chriſtiani autem benedicent miſericordem Deū, cōualeſcent animis, nō ſolū hoīes, ſed & beſtias ferociſſimas & muros ferreos parati penetrare.

Ter-

Tertiũ auxiliũ erit pſecutionis breuitas, breuiabunt.n. dies illi, vt infra dicemus. Quartũ auxiliũ arca erit teſtamẽti, tunc.n. appariturã colligit ex li.2. Mac.c.2. *Veniẽs* (inquit) *Ieremias ibi inuenit locũ ſpeluncæ. Et tabernaculũ, & arcã altare incenſi intulit illuc, & oſtiũ obſtruxit, &c.* & infrà. *Dixit Ieremias, quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationẽ populi, & propitius fiat Et tũc Dñs oſtẽdet hæc, &c.* Tunc congregabit De⁹ populũ Iudæorũ, & propitius illi erit cũ in fine mundi ad Chriſtũ cõuertetur. Tunc ergo apparebit arca. neq n. hactenus apparuit. Lege Epiphaniũ in vita Ieremiæ, & Dorotheũ in ſynopſi, Canũ li.2. de locis c.11. Riberã Aggæi, 1. Bellar. li.1. de Verbo Dei c.15. Apparebit autẽ Arca, vt teſtimonium ferat Deu. Enochi, & Eliç prædicationi, ipſi.n. illã faciẽt apparere, & Iudæos illius cõſpectu demulcebũt, & ad fidẽ Chriſti adducent; cùm viderint, non apud Antichriſtum, ſed apud Chriſtianos Arcam eſſe a Deo illis manifeſtatam, non Iudæis. Quintũ auxiliũ erit, Angelorũ, iuxta illud Apoc.12. *Michael et Angeli eius prœliabũtur cũ dracone, &c.* & illud Daniel.12. *in tempore illo conſurget Michael Princeps magnus, qui ſtat pro filijs tuis & veniet tẽpus quale non fuit, &c.* Antichriſti.n. tpe Michael Eccleſiæ princeps conſurget, & pliabĩt cũ tartareo dracone diabolo. Diabolus Antichriſtũ iuuabit. Michael Eccleſiæ opẽ feret Michaelis autẽ prœliũ Apoc. 12. ad Antichriſti tẽpora attinere ait D. Greg. ho.34. in Euãgelia & alij. Ad de his interna, pcipuaq. Dei auxilia, q̃ maxima electis tunc ſuppeditabit. Iã ad ipſam accedamus perſecutionem.

Arca teſtamenti apparebit tẽpore Antichriſti.

Michael prœliabitur pro Eccleſia.

Cum ad monarchiam peruenerit hominum ſceleratiſſimus Antichriſtus, tunc perpentinum euomet vir⁹ nequitiamque eatenus non ſatis cognitam patefaciet, vt Damaſcenus ait lib.4. cap.27. Cùm rerum (inquit) potitus fuerit, tunc peruerſitatem omnem ſuam depromet, &c. Ad id verò perueniet impietatis faſtigium, vt Deum, ſe faciat, & vt Deus adorari, colique velit i tẽplo. Quod Paulus 2. Th.2. apertè pdixit his verbis; *Niſi venerit diſceſſio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati,* [id eſt Antichriſtus] *filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne q dĩ Deus, aut qđ colitur: ita vt in tẽplo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamq̃ ſit Deus, &c.* Aduerſabĩt ille tũ idolis falſorũ, Deorũ, tũ Deo verò extollet ſeipſum ſuper oẽs falſos Deos, & ſuper ipſum Deũ verum in tẽplo Ieroſolymitano ſedebit, & Dei inſtar coletur & adorabiĩt. O ſuperbiã admirabilẽ & pluſq̃ Luciferinam Dan.11. *Faciet iuxta voluntatem ſuam Rex*, id eſt, Antichriſtus, *& eleuabitur, et magnificabitur, aduerſus omnẽ Deum. Et aduerſus Deũ Deorũ loquetur magnifica*, id eſt ſuperba verba, *& Deũ Patrũ ſuorum nõ reputabit, nec quemquã Deorum curabit, quia aduerſum vniuerſa conſurget, &c.* Addit tamen Daniel illum adoraturum Deum Maozim; *Deum* (inquit) *Maozim in loco ſuo venerabitur, & Deum quẽ ignorauerunt Patres eius, &c.*

Antichriſtus poſt adeptã monarchiam omnẽ ſuã depromet malitiam.

Deũ ſe faciet Antichriſtus.

Significat Maozim fortitudines numero multitudinis. Videtur autem ſignificare munitas aliquas turres ſiue arces, in quibus Antichriſtus dæmonem colet, ideo dicitur Deus Maozim id eſt, quem collocabit & colet in mũnitis turribus; ſignificare autem Maozim munita loca, in quib. Antichriſt⁹ dæmonẽ, à quo gubernabĩt, colet, verba ſequentia apud Danielẽ cõfirmãt eodẽ c.11. *faciet* (inquit) *vt muniat Maozim cũ Deo alieno, quẽ cognouit, &c.* Muniet ergo Maozim .i. turres & arces in q̃b. Deũ habebit alienũ, & venerãbĩt ſcilicet dæmonẽ clã, palã verò diuinũ ſibi honorẽ arrogabit. Aliter poti⁹, *Deus Maozim*, id eſt, *fortitudinũ*, dici põt diabol⁹, ſi.n. ab Antichriſto appellabĩt *Deũ Maozim*, ait Daniel, id eſt, *fortitudinũ, in loco ſuo venerabĩt*.ſ. diabolũ, à quo fortitudinẽ ſe putabit accipere. Itẽ; *faciet* Antichriſt⁹, *vt muniat Maozim*.i. *fortitudines*, videlicet turres, & arces ſuas, & oppida, cũ Deo ſuo alieno Maozim, fortitudinũ; illi⁹ auxilio. Nõ deſũt, q̃ iterpretẽt Deũ Maozim fore ipsũ Antichriſtũ hoc pacto: Deũ Maozim i loco ſuo veberabĩt, id eſt, loco ſui. Diſplicet explanatio, q̃a valde ẽ impprĩũ dicere, *in loco ſuo, p loco ſui*, & noſtræ verſioni ſacroſãctæ minimẽ cõgruit. Præterea, q̃s vmq̃ ſe ipsũ, vt Deũ venerat⁹ ẽ & adorauiĩ? At Antichriſt⁹ dĩ veneratur⁹, & adoratur⁹ DeũMaozim. Alias ſimiles interpret omitto ex Hebrço, oportet. n. breuitati conſulere. Itaq. aduerſabitur falſis dijs & Deo verò

Deus Maozim quis.

Deus Maozin nõ eſt ipſe Antichriſtus.

vero Chriſto maximè; quamobrem illius cultoribus Chriſtianis atrox inferet bellum, de quo Ioan. 13. *Datũ eſt illi bellum facere cum ſanctis, & vincere eos &c.* Numquid ſanctos vincet Antichriſtus? Vincet quidem, ſua opinione, quoniam occidet eos; ſed re ipſa occiſi, illi vincent, ac triumphabunt. Hũc in modum vincet Eliam & Enoch Apocal. 11. *Beſtia* (ait Ioannes) *vincet illos, & occidet eos*, id eſt, Eliam, & Enoch &c. Vincet ne Antichriſtus viros fortiſſimos? Vincet, quia occidet; ſed hęc victoria potius eorum erit qui vincentur, quàm victoris. Pro Chriſto enim occidi, vincere eſt atque triumphare. De eodem bello agitur Apocal. 20 *Soluitur* [ait Ioan.] *Satanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog; & congregabit eos in prælium quorum numerus eſt ſicut arena maris. Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierunt caſtra ſanctorum, & ciuitatem dilectam, &c.* Hic exercitus erit Antichriſti ex omnib. gentibus conflatus, quo bellum inferet ſanctis, id eſt, Chriſtianis, & ciuitati dilectæ Deo, id eſt, Eccleſiæ. Daniel. 7. *Aſpiciebam* [inquit] *& ecce cornu illorum*, id eſt Antichriſtus, *faciebat bellum aduerſus ſanctos, & præualebat eis, &c.* & cap 8. de eadem cornu ait; *Magnificatum eſt vſque ad fortitudinem.* Hæbraicè צבא *tſeba*, id eſt, *militiam cœli, & deiecit de fortitudine*, id eſt militiæ cæli, *& de ſtellis*, id eſt, Chriſtianis, *& conculcauit eos, & vſque ad Principem fortitudinis* [id eſt militiæ Deum] *magnificatum eſt, & ab eo abſtulit iuge ſacrificium & deiecit locum ſanctificationis eius, etc.* Deiiciet Antichriſtus *loca ſãctificationis*, id eſt templa, ritus omnes Chriſtianaſque ceremonias, iuge quoque auguſtiſſimæ Euchariſtiæ ſacrificium auferet. Attamen clam ſacrificabunt ſacerdotes, paſcentque cæleſti pane & munient Chriſtianos.

Antichriſti bellum aduerſus Chriſtianos.

Pro Chriſto occidi eſt uĩcere.

Antichriſti auferet iuge ſacrificiũ id eſt, miſſam.

Præterea omnes coget honorem ſibi diuinum exhibere, & per Pricipẽ quemdam pſeudoprophetam caracterem, id eſt, ſignum quoddam ſuſcipere, in dexteraque manu, vel fronte ferre, quo Antichriſti cultum profiteãtur Io. Apoc. 13. *Et faciet* (ſcilicet pſeudopropheta Antichriſti) *omnes puſillos et magnos, & diuites, et pauperes, liberos, ſeruos*

A *habere characterem in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis, et nequis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habet characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius, etc.* Videtur autem hic character nota eſſe nominis Antichriſti, vel numerus ille nominis 666. Sic.n. Angelus ait Apoca. 14 *Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam*, id eſt, Antichriſtum, *et imaginem eius, et ſiquis acceperit characterem nominis eius, etc* hoc eſt, cha-
B racterem, qui nota eſt nominis eius. Illa autem verba cap. 13. *Nequis poſſit emere, aut vendere niſi qui habet charact. rẽ, aut nomen, aut numerum nominis eius, etc.* non ſignificant diſtinctum eſſe characterem à nomine, vel numero nominis: quin potiùs indicant idem eſſe, hoc ſenſu; *Niſi qui habet characterem*, deinde explicat, quis ſit character, aut nomen erit aut numerus nominis. Diſiunctio.n. non indicat hoc loco diſtin-
C ctionem, ſed explicat characterem.

De charactere Antichriſtiſ quo ſuos cõſignabit.

Idem pſeudopropheta, quem Ioannes beſtiam appellat, faciet ſigna magna, ſed ſophiſtica, & præcipiet habitantib. in terra, vt faciant imaginem Antichriſti, eamq. colant, atque adorent. Quicumque vero illam non adorauerint, occidentur. Imagini verò, opera ſatanæ ſpiritus, voxque dabitur Cogentur Chriſtiani characterẽ beſtiæ ſuſcipere, & imaginem adora-
D re, ſed multi, excelſo animo, diuinaq; virtute præditi, ſanguinem vitamque profundent, ne tantum ſcelus committant, de quibus Ioan. Apoca. 20. *Vidi* (inquit) *animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, et qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius, in frontibus, aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnauerunt cum Chriſto, etc.* Item ca. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, etc.*
E Sed hominum plerique characterem accipient, adorabuntque imaginẽ. De horum cruciatu Apo 14. Ait Angelus *Siquis adorauerit beſtiam, et imaginem eius, et acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua, et hic bibet de vino iræ Dei, et cruciabitur igne et Sulphure, etc.* Hos ait Ioannes trahendos à cauda draconis, id eſt ab Antichriſto qui extrema pars erit corporis draconis, id eſt, diaboli, & veluti cauſa illius. *Cauda eius* (ait Ioannes

Imago Antichriſti coletur.

Draconis cauda id eſt Antichriſt. trahet ſtellas ex cœlo.

A annes c. 12. *Trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram, &c.* id eſt, tertiam partem Chriſtianorum, qui veluti ſtellæ, in Eccleſia veluti cœlo, & in cœlorum regno erant. Gregor. 32. Moral. cap. 14. Draconis (inquit) cauda in terram ſtellas deijcit, quia illa ſatanæ extremitas, per audaciam (Antichriſti,) erectâ, quoſdam, quos velut electos Dei in Eccleſia inuenit, obtinendo reprobos oſtendit, &c.

Quib. modu Chriſtianos ad ſuã ſectam pertrahet.

Martyres Antichriſti tempore.

B Adigentur autem ad Antichriſti cultum Chriſtiani trib. maximè rebus ampliſſimis donis, falſis miraculis, & tormentis. Ampliſſimas ille opes pollicebitur, atque offeret ſibi obſequentibus, miracula mendaciſſima edet dęmonum opera, quæ tamen miracula non erunt, quia naturæ vires, non ſuperabunt, & a dæmone efficientur. Tormentis non obſequentes cruciabit, qualia illa futura ſint neſcimus. C Ioannes loco indicato Apocal. 20. martyres illius temporis decollatos appellat. *Vidi* (ait) *animas decolatorum, &c.* Nũquid omnes Antichriſtus decollabit? Non erunt igitur terribiles cruciatus. Decollabit ille Martyres; ſed poſt dira præcedentia tormenta, Augu. Pſal. 9. Antichriſti [inquit] perſecutio violenta erit. Et fraudulenta; vim habebit, in Imperio, dolum in miraculis, &c. Gregor. lib. 33. Moral cap. 12. Quæ e- D rit humanæ mentis illa tentatio, quãdo pius martyr, & corpus tormentis ſubijcit, & tamen ante oculos eius tortor miracula facit? &c. At verò ſciet Martyr prædictum eſſe illum, qui miracula faciet, eſſe Antichriſtum; ſciet miracula illa eſſe dæmonis fallaci arte ad decipiendum patrata; ideoque à Deo adiutus, pro nihilo illa ducet. Erunt extremi illi Matyres Illuſtriſſimi Vnde Augu. lib. 20. de Ciuit. c. 8. in eo- E rum [inquit] qui tunc futuri ſunt ſanctorum, atque fidelium comparatione quid ſumus? Quandoquidem ad illos probandos tantus ſoluetur inimicus, cum quo nos ligato dimicamus. Quãuis & hoc temporis interuallo, quoſdã milites Chriſti, tam fortes fuiſſe, atq. eſſe, non dubium eſt, vt etiamſi tunc viuerent, quando ille ſoluetur, omnes eius inſidias, atque impetus, & cauerent, & ſuſtinerent, &c.

Illuſtriſſimi marty. extremi temporis erunt.

A D. Hippolytus in oratione de cõſũmatione ſęculi: O beatos [inquit] qui tunc Tyrãnum illum deuicerint quippe prioribus Martyribus illuſtriores, & ſublimiores declarandi ſunt. Propterea quòd ſuperiores Martyres Diaboli ſatellites ſuperarunt; hi verò ipſum filium perditionis expugnarint, ac victoriam reportarint. Quibus encomijs, & coronis non ornabuntur a Rege noſtro Ie- B ſu Chriſto, &c.

CAPVT VII.

De perſecutione Antichriſti.

C NOn diu hæc permanebit tempore. *Niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro* (ait Dominus) *ſed propter electos breuiabuntur, &c.* Breuiabit Deus dies perſecutionis, tribus tantum annis cum dimidio durabit Daniel. 7.

Perſecutio Antichriſti trib. tantum annis cũ dimidio durabit.

Tradentur in manus eius, vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis, &c. Id eſt, *Vſque ad tempus* vnius anni, & D *tempora* duorum annorum, & *dimidium temporis* vnius anni. Apocal. 11. *Et ciuitatem ſanctam*, id eſt, Eccleſiam *ſinabunt menſibus quadraginta duobus, &c.* Item Apocalyp. 13. *Data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos*, qui tres annos efficiunt cum dimidio. Apocalypſ. 20. *Oportet illum*, id eſt Satanam, *ſolui modico tempore, &c.* ſcilicet tempore Antichriſti Pſal. 36.

Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum E *ſicut cedros Libani; & tranſiui, & ecce non erat, et quæſiui eum, et non eſt inuentus locus eius, etc.*

Vidimus impium Antichriſtum ſuperexaltatum, & eleuatum non ſolum ſuper cedros Libani, ſed arrogantia ſua ſuper omnes falſos Deos, ipſumque Deum verum. At modici temporis ſuperexaltatio hæc erit. Si poſt tres annos perſecutoinis illũ quæſiueris, non inuenies in terra lo-

A cum eius, inueniens tamen in tartareis ignibus. Vt Ruffinus narrat li. 1. cap. 34. Cùm Athanaſium mœſtus, & flens populus circumſtaret, dixit: Nolite, o filij, conturbari; quia nubecula eſt, & citò pertranſit, &c. Iuliani Apoſtatæ imperium D. Athanaſinus nubeculam citò pertranſeuntem eſſe affirmauit. Simile erit imperium Antichriſti, nubecula erit, ſiue nubes tempeſtatibus, fulminibuſq grauida, ſed citò pertranſibit.

Iuliani Apoſtatæ imperiū fuit nubecula.

B Hoc modico tempore fortiſſimos duces Deus mittet, Enoch, & Eliam, qui ferè toto perſecutionis ſpatio contra Antichriſtum præliabuntur. Apocalypſ. 11. *Prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis, &c.* Qui dies trium annorum cum dimidio tempus ſignificant non expletum. Ipſis ergo diebus, quibus aper de ſylua Eccleſiam vaſtabit, Elias, & Enoch, teſtes erunt Euangelicæ doctrinæ. C De illorum potentia eodem Apocalypſ. ca. *Si quis* (inquit) *voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Et ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi. Hi habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum, & poteſtatem habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga, quotieſcumque voluerint, &c.* Videſne eximiam pro Chriſtianis aduerſus Antichriſtianos potentiam? D Quis attingere audebit duces, qui ex ore flammas in hoſtes iaculari queũt omniq. plaga illos afficere.

Elias, & Enoch, ſuccurrent populo Dei.

Rogabit aliquis quonam modo ex paradiſo venturi ſint. Reſpondetur, forſitan admirabiliter venturos, eo modo, quo Elias in paradiſum dictus eſt 4. Re. 2. nempe igneo curru, igneiſque equis vehentur. Etenim omnia hæc mirabilia calamitoſum illud tem E pus efflagitabit.

Quonã modo ex paradiſo venturi ſint.

Eo tempore, quo Elias venerit, & Enoch, Iudæi omnes Antichriſtum velut Meſſiam ſuum ſequentur, at aperiet eorum aures, & corda Deus, Elia concionante, Antichriſti mendacia propalante, miraculaque faciente. Itaque ad Chriſtum conuertentur, & immani belluę Antichriſto terga vertent. Ioel. 3. *In tempore illo cùm conuertero captiuitatem Iuda, & Ieru*

Conuerſio Iudæorum ad Chriſtum tempore Antichriſti.

A *ſalem.* id eſt, Cùm ex captiuitate Satanæ Iudæos eduxero ait (Dominus) ſub finem mundi, *congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat*, id eſt, ad iudicium. Daniel. 12. *Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud, & in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro, &c.* Eccleſ. 38. de Elia: *Scriptus eſt in iudicijs tẽporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus* B *Iacob, &c.* Reſtituet igitur Elias tribus Iacob in fidem Chriſti. Id quoq. Chriſtus ſignificauit Matth. 17. illis verbis: *Elias cùm venerit, reſtituet omnia, &c.* Malach. 4. *Ecce mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis* (id eſt dies iudicij) *& conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum, &c.* hoc eſt, corda Pontificum, & Sacerdotum, qui C Patres ſunt in Eccleſia, conciliabit per baptiſmum, & fidem Iudæis cum filijs Eccleſiæ. *Et corda filiorum*, id eſt, Iudæorum, conciliabit Patribus Pontificib. Sacerdotibus, reliquiſque proinde Chriſtianis. Eccleſ. 44. *Enoch tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitẽtiam, &c* Amicti enim ſaccis, Enoch, & Elias, pœnitentiam, & fidem prædicabunt. *Hi ſunt duæ oliuæ* (ait Ioannes Apocalypſ. 11.) *& duo candelabra in cõ*D*ſpectu Domini terra ſtantes, &c* Erunt oliuæ, quia oleum diuinæ doctrinæ Chriſtianis inſtillabunt, ne diuinus ignis flatu Antichriſti extinguatur. Erunt candelabra, quia tum Chriſtianos, tũ Iudæos ſuo fulgore illuminabunt. Cãtic. 6. *Reuertere Sulamitis* (id eſt Ieroſolymitana, Ieruſalem incola) *reuertere, reuertere, reuertere, vt intueamur te, &c.* Ex ſententia Gregorij, his verbis Synagoga extremo vocatur tempore.

Elias, & Enoch, sũt duæ oliuæ.

E Quater (ait) reuerti admonetur Synagoga, quia in quatuor mundi partes modò Iudæi diſperſi ſunt, qui vbicumque fuerint, in fine conuertentur, ſicut prædictum eſt Iſai. 10. *Si fuerit numerus filiorum Iſrael velut arena maris, reliquiæ ſaluæ fient, &c.* Vocabitur tunc Synagoga, & efficaciter vocabitur à Deo, & vocata reuertetur; ideoque quater repetitur vocatio: *Reuertere, reuertere, reuertere, reuertere,*

tere, &c. Indicat hæc iteratio vocationis efficacitatem. Lege, ſi libet, quæ de hàc Iudæorum extrema, ac generali conuerſione diximus to. 1. lib. 2. cap. 10. & cap. 19.

Eximium ſanè ſolatium, & gaudiũ Chriſtianis illo tempore triſtiſſimo conferet hæc Iudæorum ad Chriſtum generalis conuerſio, mirum in modũ exultabunt. Iuxta illud Pauli ad Ro. 11. *Si amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi, quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis? &c. Conuertentur ad veſperam* Iudæi Pſalm. 58. *& famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem, &c.* Conuertentur ſerò Iudæi ad veſperam mundi, conuerſi verò famem fidei, & ſanctitatis patientur, vt venatici quidam canes; famē quoque patientur conuertendi Ethnicos Antichriſti ſectatores ad Chriſtum; *& circuibunt ciuitatem*, Ieruſalem, & alia oppida, & Chriſti fidem prædicabunt, & ſanguine effuſo, morteq. fortiter toleratã, teſtabuntur. Quo ſeriùs, eò conuertentur ardentiùs Vinum bonum illius vineæ, quam in Iudæa plantauit, vſque adhuc Deus ſeruabit, & in fine propinabit. Quis dubitet, Antichriſti furorem aduerſus Iudæos, qui Chriſtum ſequuti fuerint fore grauiſſimum, tormentaque, ſæuiſſima? Sæuiet ille, diuina affluente gratia, tolerabunt hi libentiſſimè, Chriſtique Euangelicam doctrinam ſuo ſanguine obſignabunt. Hoc indicat D Gregorius ad illa verba Cantic. 7. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? &c.* Caſtra (inquit) militantium ſunt. Caſtra ergo in Sulamite videbũtur; quia pro fide, quam modò impugnat Synagoga, tunc robuſtè contra infideles præliabitur, &c. Videlicet diuturni temporis incredulitatē præſtanti tunc fide, & martyrijs compenſabit.

Iudæi cõuerſi Chriſtũ prædicabũt & martyrio afficientur.

Elias, & Enoch, ſunt in paradiſo terreſtri.

Interim in paradiſo terreſtri degunt, Elias, & Enoch, vt D Irenæus tradit lib. 5. Dicunt (inquit) Preſbyteri, qui ſunt Apoſtolorũ diſcipuli, Eliã, & Enoch. q. tranſlati ſunt illuc (id eſt, in paradiſum terreſtrem) trãſlatos eſſe, & ibi manere vſq. ad conſummationem, &c. D. Hieronymus in epiſt. ad Pammachium: Enoch (ait) tranſlatus eſt in carne, Elias carneus raptus eſt A in cœlum, necdum mortui, & paradiſi iam coloni, &c. Epiphanius in anchorato; Hi duo permanet in corpore & anima propter ſpem, &c.

De martyrio Eliæ, & Enoch.

Volet autem Deus ducibus tantis martyrij palmam tradere, ideò ab Antichriſto occidentur in ipſa vrbe Ieruſalem. Apocalypſ. 11. *Cum finierint teſtimonium ſuum beſtia, quæ aſcendit de abyſſo* [id eſt Antichriſtus] *facit aduerſus eos bellum, & vincet illos, & occidat eos,* B *& corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritaliter Sodoma, & Aegyptus, vbi eorum Dominus crucifixus eſt* [id eſt, in plateis Ieruſalem] *& inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos, & iucundabuntur, & munera mittent inuicem; quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habitant ſuper terram. &c.* Sic truculenta beſtia inclytos interficiet duces. At Chriſtus admirando illos honore afficiet, ſtupendoque miraculo, D militum ſuorum Chriſtianorum corroborabit corda. Eodem c. Apocalypſ. 11. *Et poſt dies tres, & dimidium ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos* (id eſt, in vitam reuocati ſunt, Elias, & Enoch) *& ſteterunt ſuper pedes ſuos; & timor magnus cecidit ſuper eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo dicẽtem eis: Aſcendite huic. Et aſcenderunt in cælum in nube. Et viderunt eos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terramotus magnus,* C *& decima pars ciuitatis* (Ieruſalem) *cecidit, & occiſa ſunt in terramotis nomina hominum ſeptem millia, & reliqui in timorē ſunt miſſi, & dederunt gloriam Deo cæli, &c.* Opinor ſanè, hoc ſtupendo miraculo multos ex ſectatoribus Antichriſtum repudiaturos, Chriſtoq. daturos nomina. Id innuunt verba illa: *Cæteri in timorem ſunt miſſi, & dederunt gloriam Deo cæli, &c.* Deficient ergo ab Antichriſto, antequam interficiatur; non E Iudæi ſolum, verùm ex Ethnicis, & Chriſtianis illum ſequentib. plurimi Eliæ, atq. Enoch doctrina, & miraculis adducti. Hoc indicant illa verba Malach. 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequã veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres eorum, nè fortè veniam, & percutiam terram anathemate, &c.* id eſt, Ne ad iudicium veniens iniquos omnes reperiam, omneſque

Stupẽdum miraculũ.

anathemmate perpetuo feriam, mittam Eliam, à quo multi conuertẽtur. Eadem ratio cernitur in Enoch.

Denique, poſtquam tribus annis cum dimidio ſæuiſſimus leo Eccleſiã Dei vaſtarit, à Chriſto mortis ſupplicio mulctabitur. Quod Paulus vaticinatur 2. Theſſalonic. 2. *Reuelabitur* (inquit) *ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione* (Græcè, τῇ ἐπιφανείᾳ, id eſt, *manifeſtatione*) *aduentus ſui eum, &c.* hoc eſt. Veniet Antichriſtus, quem Chriſtus occidet, ſolo flatu oris ſui in eum inflãs, & deſtruet apparitione aduentus ſui, vel præſentiæ ſuæ. Græcè, παρουσίας, quod nomen ſignificat etiam præſentiam. Vnde Auguſtinus lib. 18. de ciuit. ca. 54. Perſecutionem [inquit] Antichriſti, præſentia ſua ipſe extinguet Ieſus. Sic enim ſcriptum eſt 2. Theſſalonic. 2. *quod eum interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit* (Græcè, καταργήσει, *illuminatione præſentia ſua, &c.* Damaſcenus lib 4 c. 27. Dominus (inquit) quemadmodum Apoſtoli in cœlum euntem viderunt, id eſt, Deus perfectus, & homo perfectus. cum gloria, & potentia veniet, ac peccati hominem oris ſui ſpiritu interficiet, &c. Quemadmodum ad conuertendum Paulum e cœlo Chriſtus deſcendit, ſic ad occidendum Antichriſtum deſcendet Arrogãtiſſimum ergo hominem, & ſuper Deũ ſeſe extollentem deſcendens e cœlo Chriſtus leni flatu ex ore emiſſo vita priuabit; qua in re diuinam potentiam oſtendet, dum re imbecillima, id eſt, flatu, potentiſſimum hoſtem occidet, terræq. hiatu obruet. Etenim flante Chriſto dehiſcet terra, & Antichriſtum ſimul cum Pſeudopropheta illo ſibi cariſſimo vſque in rogos tartareos abſorbebit. Hanc Chriſti potentiam ſignificat Daniel. cap. 8. his verbis: *Sine manu conteretur, &c.* id eſt, Antichriſtus à potentiſſimo Chriſto ſine manu, ſine gladio, aut iaculo profligabitur.

Chriſtus interficiet Antichriſtum.

Chriſtus deſcendet de cœlo, vt Antichriſtum interficiat.

Aduentum Chriſti ad occidendum Antichriſtum deſcribit Ioannes Apocalyp. 19 quando, *cœlo aperto, egredi cernit Chriſtum albo equo vectum, ſanguine intinctã veſte amiſſam, ex illius ore gladius vtraque acutus parte emicabat, oculi, vt ignis flãmam, ſplendebant, caput multa adornabant diademata, in veſtimento, & femore habebat ſcriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium.* Sequebatur eum Angelorum exercitus, qui candidis byſſinis pro veſtib erant induti, & equis albis inſidebant. Tum contenta voce ex Angelis vnus volucres vocauit, & ad deuoranda Antichriſtianorum cadauera inuitauit. Deniq. victus eſt Antichriſtus, *& apprehenſa eſt beſtia* (ait Ioannes) id eſt, Antichriſtus, *& cum ea Pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentes ſulphure, & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius* [id eſt Chriſti ſententia] *& omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum, &c.* Antichriſtus, & Pſeudopropheta, terra dehiſcente, in tartarum præcipitabuntur, exercitus verò Antichriſti peribit, milites occidentur, & volucrum cibus erunt. Lege c. 38. & 39. Ezechielis.

Aduentus Chriſti ad occidẽdum Antichriſtum deſcribitur.

At videntur hæc Pauli verbis repugnare. Paulus ait, Antichriſtum interficiendum; nos dicimus, viuum in ſtagnum ignis, id eſt, Orcum, præcipitãdum. Si viuus in Orcum deturbãdus eſt, non occidetur, vt paulus ait. Reſpondemus, Græcè Paulum vti verbo ἀναλώσει quod ſignificat, *conſumet*, vel *perdet*. Pagninus vertit, *conſumet*. Non ergo ſignificat Paulus, Antichriſtum eſſe re ipſa occidendum, ſed à Chriſto diſperdendum, & conſumendum. Egregiè verò diſpendetur, & conſumetur, cùm viuus in tartarum deturbabitur. In noſtra verſione verbum *interficiet*, idem ſignificat. Interficiet Dominus Antichriſtum, quia ex hac vita migrare coget in locum mortuorũ, ſcilicet in Orcum. Quænam, quæſo, terribilior interfectio eſſe poteſt? Aliter reſponderi poteſt, Antichriſtum re ipſa à Chriſto interficiendum, poſt reſurrectionem verò, & iudicium, cũ ſuo Pſeudopropheta, & alijs impijs in tartarum viuum præcipitandũ. In Apocalypſi verò anticipatione vſum Ioannem; idque, quod poſt reſurrectionem continget, priùs commemorare. Opponet: Cur ergo idẽ de exercitu Antichriſti Ioannes non dixit,

Quomodo Antichriſtus ſit in orcum viuus præcipitandus.

cùm

cùm verum ſit, eius etiam milites poſt reſurrectionẽ in ſtagnum ignis mittẽdos? Reſpondetur, quia maius Antichriſto, & Pſeudoprophetæ tormẽtũ voluit indicare; & quia metaphoram belli voluit ſeruare, in quo milites occidi ſolent, & auium fieri eſca, non autem in ſtagna ignis mitti. Tertio reſpondetur, ſenſum horum verborum, *Viui miſſi ſunt hi in ſtagnum ignis*; huiuſmodi eſſe: Viui miſſi ſunt in ſtagnum; quia viuentes animæ in tartarum mittentur, poſteà corpora. Quartò reſpõdent nonnulli, Antichriſtum in ipſo ad tartarum deſcẽſu eſſe moriturum, quemadmodum mortui ſunt, Dathan & Abiron, de quibus Numer. 16. legitur: *Deſcenderunt viui in infernum operi humo, & perierunt de medio multitudinis, &c.* Deſcenderunt viui, ſed in ipſo deſcenſu interierunt, vt volũt, Abulenſis Numer. quæ. 10. Lyranus, & alij. Sic Antichriſtus.

Cur idem dictum nõ ſit de exercitu Antichriſti, quod de eo dictũ eſt.

Supereſt alia obiectio ex Ezechiele cap. 39 ex quo colligitur, ſepeliẽdum, & habiturum ſepulchrum in loco nominato. *Dabo* (ait Dominus) *Gog locum nominatum ſepulchrum in Iſrael, vallem viatorum ad Orientem maris, quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes, & ſepeliẽt ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog, & ſepeliẽt eos domus Iſrael, &c.* Item: *Sepeliet autem eum omnis populus terræ, &c.* Gog Antichriſtum ſignificat, ſepeliendus verò dicitur, ergo non deuorabit eum terra ſubitò dehiſcens Non enim is ſepulchro indiget, quem terra deuorat. Reſpondetur, Gog fore Principem maximum, & exercitus Antichriſti præcipuum ductorem. Non ergo eſt Gog Antichriſtus: quod ipſa obiectio probat; quia Antichriſtus à terra deuorabitur, at Gog ſepelietur cum ſuo exercitu, qui erit exercitus Antichriſti. Sepelietur (inquam) vt ait Ezechiel, in valle viatorum, quæ eſt ad Orientem maris mortui, quę vallis, & ſepulchra obſtupefacere facient prætereuntes, tum propter admirandum modum, quo Chriſtus exercitum diſperdet, tũ propter infinitam multitudinem. Probatur præterea, Gog non eſſe Antichriſtum, quoniam cap. 20. in quo agit de Gog, Ioannes Antichriſtum appellat beſtiam, non autem appellat Gog. Lege Riberam Apocalypſ. 20. qui oppinatur, Gog, & Magog duos eſſe Reges Antichriſti ſectatores. At credi poteſt, Gog eſſe Regem, Magog verò regionem Aquilonarem, cui Gog imperet; Gogque ſignificare Regem, & Magog regnum Aquilonare, vt conſtat ex Ezechiele, & exercitum Scytharum, ſimiliumque nationum. Quo autem modo Chriſtus exercitum Antichriſti diſperdet, indicatur Ezechiel. 38. *Gladius* (ait Dominus) *vniuſcuiuſque in fratrem ſuum dirigetur, & iudicabo cum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis. Ignem, & ſulphur pluam ſuper eum* [id eſt, ſuper Gog] *& ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo, &c.* Et Apocalypſ. 20. *Deſcendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos, &c.*

An ſit ſepeliendus Antichriſtus.

Gog non eſt Antichriſtus

Gog. & Magog quid ſint.

Exercitus Antichriſti quomodo ſit diſperdendus.

Quem in locum ſit Antichriſtus, terra dehiſcente, deducendus in Orco, indicat Daniel c. 11. *Veniet* (inquit) *in multitudine magna, vt conterat, & interficiat plurimos, & figet tabernaculum ſuum Apadno, inter maria, ſuper montem inclytũ, & ſanctum, & veniet vſque ad ſummitatẽ eius, & nemo auxiliabitur ei, &c.* D. Hieronymus ait, Apadno locum eſſe iuxta Nicopolim, quæ priùs Emaijs vocabatur, vbi incipiunt Iudææ montana cõſurgere. Nomen verò ipſum ſignificare ſolium ſuum, atque ita explicat. Figet tabernaculum ſuum, & thronum ſuum inter maria, ſuper montem inclytum, & ſanctum. Theodotio, & Aquila, Apadano legunt. Septuaginta Interpretes, Ephadano, ita vt Apadã nomen ſit, & o Hebræum affixum. Pagninus vertit: Plantabit tabernacula palatij ſui inter maria. Figet itaq. Antichriſti *tabernaculum ſuum Apadno*, id eſt, throni ſui, ſiue palatij ſui, *inter duo maria*, id eſt, vt interpretatur Hieronymus, inter mare mortuum, & mare mediterraneũ, *ſuper montem inclytum & ſanctum*, id eſt, ſuper montem Oliueti, qui inclytus vocatur, vt ait Hieronymus, quia ex eo Dominus aſcendit in cœlum *Et veniet vſque ad ſummitatẽ eius*. Verti quoque poteſt: *Veniet ad finem ſuum*, ſcilicet Antichriſtus. Septuaginta, vt Hieronymus refert, vertũt: *Et veniet hora conſummationis eius, &c.* Et

De loco, in quo Antichriſtus in Orcum eſt præcipitandus.

Antichriſtus vbi ſit ſuum tabernaculũ.

nemo auxiliabitur ei, id eſt, nemo poterit eum defēdere, ne ibi pereat, vt idē Hieronymus exponit. Aſſerunt [inquit] ibi Antichriſtum eſſe periturū, vnde Dominus aſcēdit ad cœlos, &c. Aliter: Figet tabernaculum ſuum in Apadno locō iuxta Nicopolim: ſiue Emmanus, iter duo maria. Deinde aſcendet in verticem montis Oliueti, ibiq. a Chriſto ex cœlo apparente, in Orcū præceps dabitur. Profligabitur, & peribit immanis hoſtis, deſcendetque in tartarū eo ex loco, ex quo Chriſtus aſcendit in cœlum, nimirum ex monte Oliueti. Gloſſa ordinaria 2. Theſſalonic 2. Occidetur Antichriſt⁹ vt Doctores tradunt, in monte Oliueti, in papilione, & ſolio ſuo, &c.

Antichriſtus interficietur ī mōte Oliueti.

In eadem Gloſſa habetur, occidendum, vel à Chriſto, vel à D. Michaele, iuſſu Chriſti. Interpretatur verò Gloſſa verba Pauli 2. Theſſalonicen. 2. *Quē Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui*, id eſt, potentia iuſſionis ſuæ. Eundem in modum interpretauit Chryſoſtomus *ſpiritu oris*, id eſt, iuſſu. Et Theophylactus, ſolo imperio, ſiue afflatu Spiritus ſancti pleno. Et Oecumenius: Spiritum (ait) oris vocat. Paulus, iuſſum, ac præceptum, & veluti flatum, aut Spiritum ſanctum, &c. Item D. Thomas, *ſpiritus oris ſui*, id eſt mandato ſuo Sic & Gloſſa interlinearis, iuxta hanc interpretationem dici pōt, Antichriſtum non à Chriſto, flatu interimendum, ſed à D. Michaele militiæ cœleſtis Principe. Quæ eſt ſentētia D. Thomæ 2. Theſſalonicenſ. 2. Michael (inquit) interfecturus eſt Antichriſtū in monte Oliueti, &c. Et Lyranus: De mandato Chriſti fulminabitur p̄ Michaelem, &c. Similiter Carthuſianus interficiet (inquit) Antichriſtū Chriſtus *ſpiritu oris ſui*, id eſt, ſuo præcepto, iubens eū occidi à Michaele, &c Addit, vel per ſeipſum, eū occidens, ſuo aſpectu, &c. Eadem eſt aliquorum ſententia.

Antichriſtus occidēdus à D. Michaele Chriſti iuſſu.

Obijcies illud Daniel. 8. *Et ſine manu conteretur, &c.* Si. n. Michaelis manu ſiue fulmine cōterendus eſt, cum manu conteretur, nō ſine manu. Reſpondet, Danielem de manu loqui, & opera hominū, non Angelorū. Quāuis autem dicamus, à Chriſto occidendum Antichriſtum, tñ dicendum eſt, eius exercitum à Michaele profligandum. Videntur hoc indicare verba Dan. 12. *In tempore illo conſurget Michael Princeps magnus, &c.*

Quorſum conſurget? Vt Eccleſiam tueatur, hoſteſq. illius diſperdat. Orcoq; demittat. Nonnulli ipſum Michaelē aiunt appellari a Paulo, ſpiritū oris Chriſti. Poſſet eſſe ſenſus. *Quē Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui*, id eſt, p̄ Michaelem ſpiritū, & Angelū oris ſui, q̄ tunc in illa truculenta perſecutione, erit ſpiritus oris Domini, id eſt, cui Dominus imperabit, vt Eccleſiæ ferat opem, eiuſq. hoſtib. vaſtitatem inferat. Vel appellari poteſt Michael ſpiritus oris Chriſti, quia illi familiariſſimus eſt, eſtq. illi ab arcanis oris ſui.

Michael ſpiritus orū Chriſti.

In Gloſſa ordinaria, Daniel. 11 hęc habentur: Veniet Antichriſtus vſque ad ſummitatem montis Oliueti, vnde aſcendit Chriſtus in cœlum, tamquā inde aſcenſurus in altum, virtute dęmonis ipſum portantis, &c. Ex his verbis colligitur, Antichriſtum vi dæmonis in cœlum aſcenſurum. Tum affuturum Chriſtum, qui ſpiritu oris ſui illum aſcendētem interficiat, deijciat & *deſtruat illuſtratione aduentus ſui.* Sed videtur hæc ſententia cum Daniele pugnare, ſic enim vaticinatur: *Fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone; & veniet in multitudine magna, vt conterat, & interficiat plurimos; & figet tabernaculum ſuum in Apadno inter maria, ſuper montem inclytum, &c.* Ait Daniel, Antichriſtum ad bellum gerendum profecturum cum exercitu magno, vt cōterat, & interficiat hoſtes plurimos: tabernaculum verò ſuum in monte Oliueti collocaturum, ibique caſtrametaturum. Non igitur tunc volet in cœlum aſcendere, cùm ad hoſtes delendos proficiſcetur, exercitumq; & opulentiſſimum, potentiſſimumq; Imperium relinquere. Quòd ſi dicas: Volet in cœlum aſcendere, a dæmone purſuaſus, mox reuerſurus, vt ab exercitu maiori in opinione ſanctitatis, & potentiæ habeatur. Non erit reſponſio improbabilis.

Voletne Antichriſtus ī cœlum euolare.

Reſtat inquirendum, quantum inter necem Antichriſti, & iudiciū interfluet

Dan. 12. De tẽpore, quod inter Antichriſti necẽ, & iudicij diẽ interfluet.

terfluet tempus. Ex c. Dan. 12 colligitur, quadraginta quinq; dierum fore illud ſpatium. *A tempore* [inquit Angelus] *cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſitu fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta* [id eſt, anni tres cum dimidio.] Deinde addit Angelus: *Beatus, qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque, &c.* Duobus modis poſſunt hæc verba explanari: Altero ſic: Cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti & nonaginta [id eſt, tres erunt anni cum dimidio] *Beatus, qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque*, id eſt, poſt Antichriſtum, qui Eccleſiam mille ducentis, & nonaginta diebus, id eſt, tribus annis cum dimidio inſectabitur; beatus erit, qui ſuperſtes fuerit adhuc quadraginta quinque diebus, quibus hæc poſterior ſumma priorem ſuperat.

Ita hæc verba explanant Interpretes, miror que non adiungere ſenſum alterum, qui hanc poſteriorem ſummam integram ab altera priore ſeparat, hoc modo: Beatus, qui poſt Antichriſtum vixerit mille trecentos triginta quinque dies; quia illo tempore magna erit Eccleſiæ fęlicitas. Cur ſic non ſint interpretati, cauſa eſt, quia putarunt, poſt Antichriſti necem ſtatim iudicium affuturum, darique hominibus dies illos quadraginta quinque ad pœnitentiam agendam.

Ezech. 39.

Obſtant huic ſententiæ verba Domini, Ezech. cap. 39. *Sepelient eos domus Iſrael ſeptem menſibus, &c.* Item: *Egredientur* [ait Dominus] *habitatores de ciuitatibus Iſrael, & ſuccedent, & comburent arma, clypeum, & haſtas, arcum, & ſagittas, & baculos manuum, & contos, & ſuccendent ea igni ſeptem annis, & non portabunt ligna de regionibus, neque ſuccident de ſaltibus, quoniam arma ſuccendent igni, &c.* Agitur hoc loco, iuxta communem interpretationem, de exercitu Antichriſti, eiuſque armis. Septem menſium ſpatio cadauera ſepelienda, ſeptem vero annorum ſpatio arma comburenda eſſe dicuntur.

Vnde ſequitur poſt ſtragem exercitus, & poſt cædem Antichriſti, non ſolum dies quadraginta quinque, ſed ſeptem menſes, imò & ſeptem annos, vel multos annos ſuperfuturos vſque ad iudicium. Reſpondetur, hoc loquendi modo infinitam militũ multitudinem indicari; ſenſumque verborum eſſe, tot fore exercitus arma, vt ſeptem annis domeſticis focis poſſint ſufficere, tot fore oſſa, vt ſeptem menſium ſpatio opus ſit, ſi omnia ſint ſepelienda.

Poſt necem Antichriſti plura tempora ſupererunt, quam quæ dicta ſunt.

Veruntamen, qui attentè Ezechielis capit. 39. perlegerit, hanc interpretationem minimè probabit; de re enim gerenda vaticinatur. Quod indicant verba illa: *Et ſepelient eos domus Iſrael, vt mundent terram, ſepeliet autem eum omnis populus terræ, & viros iugiter conſtituent luſtrantes terram, qui ſepeliant, & requirant eos, qui remanſerint ſuper faciem terræ, &c. Poſt menſes autem ſeptem quærere incipient, &c.* Hæc & alia, rem gerendam ſonant, non autem loquendi modum.

Poſt Antichriſtũ forſitã aliquot annorũ ſpatium ſupererit, vſque ad iudiciũ.

Non eſt à probabilitate alienum, poſt Antichriſti necem vſque ad iudicium, aliquos annos ſuperfuturos. Angeli verò apud Danielem verba illa: *Beatus, qui expectat, & peruenit vſq; ad dies mille trecentos triginta quinque*: ſic interpretor: Beatus, qui poſt Antichriſti necem vixerit quadraginta quinque diebus; quia illis diebus omnes Antichriſti ſectatores cernet occiſos, & totum ferè orbem ad Chriſtum conuerſum.

Nam poſt Antichriſti necem, Chriſtiani, & Iudæi ad Chriſtum, vt diximus, conuerſi, omnibus gentibus Euangelium prædicabunt. Gentes verò Antichriſti cæde, & exercitus ſtrage permotæ, Deoque corda illuminante, Chriſti fidem turmatim recipient, maximaque orbis pars Chriſtum colet. Quòd ſi velis poſteriorem hanc ſummam à priore omninò diſiungere, ita vt priore non comprehendatur, habes poſt Antichriſti necem mundum duraturum mille trecentos triginta quinque dies. *Beatus* [inquit] *qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque*: non comprehenſos ſumma ſuperiori. Beatus inquam, quia illo

forſitan

forſitan tempore aliqua magna fęlicitas Eccleſiæ continget. Plures autem, quam quadraginta quinque dies poſt Antichriſtum ad iudicium vſque interfluxuros, probatur. Quia alioqui occiſo Antichriſto, imo poſtquam ille Eccleſiam perſequi incipiet, ſcient Chriſtiani diem iudicij affuturũ, poſt tres annos cum dimidio perſecutionis, & illos quadraginta quinq; dies. Quòd repugnat dicto Chriſti, Matth. 24 *De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, &c.* Ianſenius Matthæus 24. aliud ait videri illorum quadragintaquinque dierum ſignificatũ, quod non facilè quis explicauit. Abulenſis quoq; Matth. 24. q. 151. eiuſdem eſt ſententiæ. Secundò probatur, quia veriſimile eſt, Deum Iudæis in fine conuerſis tempus longius daturum, quo poſſint Chriſtum ſerò cognitum diutius colere, ſuumq; in illum amorem mundo patefacere, & terrã promiſſionis inhabitare. Nam Ieruſalem Chriſtianam, & terrã promiſſam, Iudæos iam Chriſti cultores inhabitaturos Carthuſian. opinatur, Ezech. 47. Conuertentur (inquit) omnes Iudæi in fine ſæculi ad Dñm Ieſum Chriſtũ, & terram promiſſionis inhabitabunt. Sed quamdiu tunc vitæ præſentis curſus durabit (videlicet ab Antichriſto vſq; ad iudicium) non conſtat, &c. Beda conſentit: Cùm Iſrael (inquit Luc. 21.) promiſſa ſalute fuerit potitus, patrium quoq; rediturus ad ſolũ, & metropolis quondã ſuæ, id eſt, Ieruſalẽ, poſſeſſione, atque habitatione gauiſurus eſſe, forſitan nõ temerè ſperatur, &c. Lege Pannonium Apocalip. 20. & Cardinalem Nicolaum Cuſanum in coniectura de nouiſſimis diebus.

Iudæi ad Chriſtũ conuerſi terrã promiſſionis inhabitabunt.

Quòd autem tunc maxima ex parte orbis Chriſti fidem ſit recepturus, Lyranus docet 1. Theſſal. 5. Doctores (inquit) & Sancti cõmuniter dicunt, quòd mortuo Antichriſto, & falſitate eius manifeſtè detecta, omnes gentes conuertentur ad Chriſtum, &c. Qui tñ Doctores, & Sancti hoc dicant, non aperit. Ratum habet hoc Lyrani dictum Carthuſianus eodem cap. Verũ (inquit) eſt, quod Sancti affirmant, totum mundum cõuertendum ad Chriſtum, Antichriſto occiſo: Quod non

Poſt Antichriſtum, orbis conuertetur ad Chriſtum.

A eſt intelligendum tam abſolutè, quòd ſinguli conuertentur, ſed quia tam multi conuertendi ſũt, quòd comparatione eorum, alij erunt pauciſſimi. Hæc ille. Videntur dictis obſtare Chriſti verba illa Luc. 18. *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? &c.* Si maxima pars orbis, & Iudæi omnes Chriſto in fine dabunt nomina; magnam ſanè fidelium multitudinẽ inueniet, cùm ad iudicandum venerit.

Obiectio.

B At verba hæc indicant magnam inuenturum penuriam. Reſpondetur, loqui Chriſtum de fide non ſolum fidelium extremi temporis, ſed omnium temporum Eccleſiæ, hoc ſenſu: *Filius hominis cum venerit ad iudicandum, inueniet ne fidem in terra?* hoc eſt, in hominibus, qui in terra toto tempore Eccleſiæ vixerunt? Quaſi dicat: Inueniet magnam fidei perfectę penuriam in hominibus. Loquitur enim (vt vult

C Auguſtinus ſerm. 36. de verbis Domini) de fide perfecta. Quod ait Dominus (inquit Auguſtinus) *Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* de fide dixit, quæ perfecta eſt, &c. Et in lib. de vnitate Eccleſiæ, cap. 13. Intelligimus [inquit] dictum propter fidei perfectionem, quæ ita difficilis eſt in hominibus, vt in ipſis quoque admirabilibus ſanctis, ſicut in ipſo Moyſe, inueniatur aliquid, vbi trepi-

Filius hominis inueniet fidem in terra, explicatur.

D dauerint, vel trepidare potuerint &c. Similem modum interpretatur D. Hieronymus in dialogo aduerſus Luciferianos, cap. 6. Loquitur etiam de fide cum fiducia ad petendum; ſiquidem illo c. 18. Lucæ, de oratione verba fecit Dominus, poſtea hæc verba ſubiecit: *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Fidem, inquam, clamantem ad Deum, confidentem, & ardentem.

E Poſſent etiam verba hæc de tempore illo intelligi, quo Dominus ad occidendum Antichriſtum venturus eſt, quo magnam fidei inopiam in terra inueniet. *Deus* [inquit] *non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die, ac nocte, & patientiam habebit in illis. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Sic Dominus loquitur quaſi dicat: *Non faciet*

Deus vindictam electorum ſuorum, maximè tempore Antichriſti; *clamantium ad ſe die, ac nocte, & patientiam habebit in illis*, patieturque illos vexari ab immani leone? *Dico vobis, quia citò* poſt três annos, ac menſes ſex, *faciet vindictam illorum*, & Antichriſtum, eiuſque exercitum neci dabit. *Veruntamen*, cùm ego venero ad occidendum Antichriſtum, *numquid in terra fidem inueniam?* Equidem paucos inueniam fideles. Sed illo occiſo, pleriq; fidem complectentur.

CAPVT VIII.

De abominatione deſolationis.

Morale.

Abominationes deſolationis ſũt hæreſes.

ABominatio *deſolationis* eſt hæreſis, *ſtans in loco ſancto*, id eſt, in vrbe; vel oppido, in quo ante hæreſim fides florebat, & ſanctitas. Vnde D. Hieronymus Matth 24. Abominatio (inquit) deſolationis intelligi poteſt omne dogma peruerſum; quod cùm viderimus ſtare in loco ſancto, id eſt, in Eccleſia, debemus fugere ad montes, &c. Multas huiuſmodi abominationes deſolationis vidit Eccleſia, videtque noſtris temporibus. Quis enim ignoret, hæreſum abominanda idola, quæ ab inferis excitauit diabolus? *Iuxta numerum ciuitatum tuarum facti ſunt tibi Dij tui Iuda*, id eſt, idola, ait Ieremias cap. 2. ſic iuxta numerum capitum factę ſunt hereſeon ſimulachra, ac phantaſmata. Nam, vt ait D. Auguſt. lib. de vera religione, cap. 38. eſt alius ſimulachrorum cultus, quo phãtaſmata ſua homines colunt, & quidquid animo errante, cum ſuperbia cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obſeruant. Et D. Hieronymus Ezech 18. Idola [inquit] id eſt, ſimulachra, quæ de ſuo corde finxerunt, omnes hæretici faciunt, &c. Et cap. 16. de hæreticis ſcriptum eſt: *Dedi eis argentum, & aurum; ipſi verò ex argento, & auro fecerunt Baal, &c.* Aurum ſapientiam, argentum eloquentiam indicat. Hæretici verò ſi quid ſapientiæ habent, aut eloquentiæ, ſi quid huiuſmodi auri poſſident, aut argenti, ex eo idolum Baal fabricant.

Hæreſes ſũt idola, quæ colunt hæretici.

Deorum falſorum idola olim multa diabolus in orbe ſtatuerat, ſteteruntque abominationes huiuſmodi, vſque ad Chriſtum, qui ſacro in orbem aduentu ſuo illas euertit, ac peſſumdedit; illis euerſis, alias abominationes, abominanda alia idola, nempe hæreſes, tartareus hoſtis ſtatuit. Videns [inquit D Cyprianus in lib. de vnitate Eccleſiæ] idola derelicta diabolus, & ſedes ſuas, ac templa deſerta, hæreſes inuenit, & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem, &c. Idem Auguſtinus docet lib. 18. de ciuit. c. 51.

Poſt euerſam idololatriam, diabolus hæreſes diſſeminauit.

Vtitur autem diabolus ad fabricanda idola hæc hominibus, qui ſui capitis deliramẽta ſequi malunt, quàm ab Spiritu ſancto edoctam Eccleſiã. Itaque falſa idola in ſuperbia, capitiſque ſui elatione, velut in fornace conflant, eaque adorant; quia cœcos ſequuntur duces, à veritate toto aberrant cęlo. Totius mundi inquiſitio (ait D. Proſper contra collat. 26.) circa inueniẽdum ſummum bonum nihil egit; quia ad noſcendam veritatem, ſemetipſis ducibus vtebantur, &c. Quibuſnam, quæſo, ducibus vtuntur ſectarij? Nonne ſeipſis? Nam, vt D. Cyrillus ait lib. 1. de Trinitate, relicta via regia, in alteram deflectuntur, prout ſibi ſolis videtur, &c. Item eodem loco: Sicut [inquit] vituli abarmentati, & diſperſi eunt ad id, quod ſibi arridet, & prætercurſis optimis, ac pulcherrimis paſcuis, ad tribulos, & ſpinas feſtinant, &c.

Hæretici ſuũ ſequuntur caput, peſſimũ ducem.

Non ſeipſo duce, ſed Spiritu ſancto, & Eccleſia debet vti, quicumque ad veritatem fidei vult peruenire. 2. Corinth. 10. *In captiuitatem* [ait Paulus] *redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, &c.* In captiuitatem redigendus eſt intellectus in rebus fidei, non igitur vt dux ſequendus. Ijs, qui ſeipſis ducibus vtuntur, illud contigit D. Hilarij in lib. ad Conſtantium: Innouadæ (ait) fidei vſus inoleuit. Qui poſtquam noua potiùs cœpit condere, quam accepta retinere, nec vetera defendere; nec innouata firmauit. Et

Redigẽdus intellectus in ſanctam captiuitatem.

facta eſt fides temporum potius, quã Euangeliorum. Periculoſum nobis ad modum, atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates, & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores, &c. Qui non videat hoc hæreticis contingere, vt tot penè apud illos fides exiſtant, quot voluntates. Vnde illud Fruſij:

Tot hæreſes quot capita, & voluntates.

Vna fides cùm ſit, quam nos docuere parẽtes;
Cur nunc tot fidibus luditur vna fides.

Non tamen fides ſunt, ſed abſurdiſſimæ hęreſes, & errores. Nam iudicium Eccleſiæ hæretici non ſubijciunt, & intellectum in obſequium fidei non captiuant; ideoque effrænati velut equi, in mille ſe errores pręcipitant. Sciant pij (ait D. Epiphanius hæreſ. 77. in fine) quòd quiſquis voluerit tranſgredi terminos ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſeptem traditionis propheticæ, & Apoſtolicæ fidei, ac doctrinæ; ab vno argumento exigui, ac breuis ſermonis, vel exiguo temporis momento, in ſapientiæ tranſgreſſione conſtitutus, ei de cætero ad multa vaniloquia, & periculoſas opiniones, & ad inconuenientes, & peregrinas quæſtiones, & numquam finiendas genealogias, iuxta Apoſtoli dicta 1. ad Timoth. capit. 1. ratiocinatio conuertetur, &c.

Fugiant in montes [ait Dominus] *qui in Iudæa ſunt. Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto.* Fugiant, qui hæreſum vident tot abominationes, quæ deſolationem, & vaſtitatem omnibus vrbibus afferunt, atque oppidis, quibus recipiuntur; fugiant Satanæ ſedes, errorum colluuionẽ, diſcordiæ ſeminaria, malorum omnium lernam, fugiant totius Reipublicæ peſtem; fugiant Antichriſtos. *Audiuiſtis* [ait Ioannes 1. epiſt. cap. 2.] *quia Antichriſtus venit. Nunc Antichriſti multi ſunt, &c.* Quinam ſunt hi Antichriſti? Hi ſunt [vt ait D. Cyprianus li. 1. epiſt. 6. ad Magnum] quos conſtat à caritate, atque ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ receſſiſſe. Et Tertullianus lib. de præſcriptionib. cap. 4. Qui ſunt [inquit] Antichriſti interim, & ſemper, niſi Chriſti rebelles? Hoc erunt hæreſes, non minus doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quam tunc Antichriſtus perſecutionum atrocitate perſequetur. Niſi quòd perſecutio Martyres facit, hæreſis apoſtatas tantũ, &c. Antichriſti ſunt ſectarij, Chriſti aduerſarij, qui *myſterium iam operantur iniquitatis*, vt Paulus ait 2. Theſſal. 2. qui viam terribili beſtiæ muniunt, qui illius extremi Antichriſti præcurſores, & anteambulones ſunt, qui Eccleſiæ Catholicæ vaſtitatem conantur inferre, eius ritus, ac cæremonias abolere, iuge ſacrificium tollere, ſanctiſſimos mores euertere, Mahometiſmum quendam in populum deceptum inducere. O abominationes deſolationis: Zachariæ 2. *O fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, &c.* Ieremiæ 1. *Ab Aquilone pandetur malum, &c.* A frigore, à gelu, à frigidis hominibus, in quibus caritas refrixit, hæreſeon panditur malum. Fugiamus ergo hunc Aquilonem, hoc gelu, hanc procellam, ne nos fluctibus ęterni ſupplicij obruat.

Fugienda hæreſes.

Hæretici ſunt Antichriſti.

Perſecutio Martyres facit, hæreſis apoſtatas.

Fugiant [ait Dominus] *in montes.* Montes viri ſunt ſanctitate præditi, qui inter alios ſic eminent, vt inter valles eminent montes. Ad hos mõtes fugiat, qui has abominationes cernit. Enumeret viros ſanctiſſimos, qui ab Apoſtolorum temporibus vſque ad noſtrã ætatem vixerunt, eorum vitam, geſta, mores, dicta, ſcripta expendat, Eccleſię Catholicę mores, ritusq; omnes in eorum vita, & ſcriptis exaratos cernet. Tunc hæreſes omnes, quæ heri neſcio quò ex gurguſtio prodierunt, facilè ſpernet, flocciique faciet. Fugiat ad *montem Dei, montem coagulatum, montem pinguem*, Pſal. 67. montem vberem, ac fertilem, cuius paſcuis oues Chriſti oblectantur, hœdi Satanæ occiduntur. Romanam dico Eccleſiam, montem montium, Eccleſiarum caput, veritatis magiſtram. *Vt quid ſuſpicamini* [ait Pſalmographus] *montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo; etenim Dominus habitabit in finem, &c.* id eſt, O vos ſectarij, vt quid veſtris inanibus ſuſpicionibus, & figmentis, ſuſpiciamini, & mente fingitis alios montes vberes? No ſunt montes Synagogæ veſtræ, ſed abiectiſſimæ, ſterileſque valles, quæ nihil niſi venena proferunt. Eccleſia Romana

Fugiendum in montes, id eſt, Patres, & viros ſanctos.

Eccleſia Romana mons Dei.

mons

mons eſt Dei, in quo beneplacitum eſt Deo habitare. Etenim ſedes Dei eſt, vſq; in perpetuum, in ea Chriſtus per ſe inuiſibili modo, per Vicarium ſuum ſummum Pontificem viſibile habitabit. Extirpabuntur veſtræ ſectæ, vt extirpatæ ſunt aliæ ſimiles, quæ fortiores egerant radices. Habitatio ſtabit Chriſti, ſedes ſtabit Petri, vſque ad iudicium. Audiamus D. Irenæum lib. 5. cap. 20. Fugere (inquit) oportet ſententias hæreticorum, & intenſius obſeruare, vt ne vexemur ab ipſis. Confugere autem ad Eccleſiam, & eius ſinu educari, & dominicis Scripturis enutriri, &c. Item lib. 3. cap. 3. Maximæ, & antiquiſſimę, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis, Petro, & Paulo Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ, eam, quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenièntem vſque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cęcitatem, & malam ſententiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiã, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab iis, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Hæc Irenæus. Origenes Matth. 24. tract. 29. Hæreticis (inquit) credere non debemus, neque exire à prima, & Eccleſiaſtica traditione, neque aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſſionem, Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis, &c.

Ad Romanam Eccleſiam conuenire oportet omnes, qui vbiq; ſunt, fideles.

Fugiat præterea in montes, id eſt, ad Scripturas ſacras. Sic interpretatur Auctor imperf. Montes (inquit) ſunt Scripturæ Apoſtolorum, aut Prophetarum, &c. Sed in his montibus, hæreticorum cauendæ ſunt inſidię In ipſis enim fontibus venenum ſolent inijcere, id eſt, in ipſas ſacras Scripturas, interpretationes falſas. Diuus Auguſtinus lib. de vnitate Eccleſiæ, cap. 13. Iſta [inquit] eſt hæreticorum cauenda calliditas, volentium conuertere verba Dei à veritate, propter quam dicta ſunt, ad peruerſitatem, in qua ipſi ſunt, &c. Maiorum noſtrorum Patrum, & Eccleſiæ interpretatio ea vera eſt, ea conſulenda, ea ſequenda; hæreticorum nugæ, falſæque expoſitiones fugiendæ. Hinc illud Lirinenſis: Cum primum [inquit] mali cuiuſque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defenſionem ſui ſacræ legis verba furari, ea que fallaciter, & fraudulenter exponere, ſtatim interpretando canoni maiorum ſententiæ congregandę ſunt, quibus illud, quod cumque exurgat nouitium, ideoque prophanum, & abſque vlla ambage prodatur & ſine vlla retractione damnetur, &c.

Scriptura montes.

Denique, qui abominationes deſolationis videt, fugiat in fidei arcem. *Reſiſtite* [ait Petrus 1. epiſt. 5.] *fortes in fide*. Hæreſes enim [ait Tertullianus in lib. de præſcriptionibus, c. 3.] apud eos multum valent, qui in fide non valent, &c. Item: Hæreſes [inquit] de quorundam infirmitatibus habent, quod valent; nihil valentes, ſi in bene valentem fidem incurrant, &c. Auolent, quantum volent paleæ leuis fidei [ait idem Tertullianus eodem loco] quocumque afflatu tentationum, &c. Auolant paleæ, auolant à fide homines leues, carnales, ventriſque voluptatibus mancipati. Non auolat triticum graue; non deficiunt a fidei conſideratione ponderoſi homines, ſpiritus, non carnis ſectatores, virtutis, non ventris cultores. Auolent ergo paleæ, vt ait Tertullianus, maneat in area Domini triticum prudentia diuina ponderoſum. Auolant paleæ, quia intellectum ſuum, vanamque prudentiam ducem ſequuntur, vt ſupra diximus, & fœlicem captiuitatem, qua fidei intellectus fœliciſſimè ſubijcitur, ſubire nolunt. Fugiat homo Dei huiuſmodi prudentiam, ſiue protinus inſaniam, fugiat ad montem fidei, & Eccleſiæ, intellectum illi toto animi affectu ſubſternat. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, ait Salomon Prouerbior. 3. Cades in hæreſim, ſi inani aſtutiæ tuæ innitaris. Eſt enim arundineus baculus. Item eodem cap. *Ne ſis* [inquit] *ſapiens apud ſemetipſum, &c.* Qui ſapiens apud ſemetipſum eſſe vult, veramq;

Leues homines fiunt hæretici.

Eccleſiæ

Sequēdi Eccleſiæ fides, non figmenta hæreticorum.

Hæreſis vnde dicatur.

Eccleſiæ ſapientiam repudiat, is inſipientiſſimus eſt, tum apud Deum, & Angelos, tum apud homines. Græca vox eſt, *hæreſis, αἵρεσις*, quæ electionem ſignificat. Eligitur ergo hæreſis, per propriam electionem fabricatur, à Deo, & Eccleſia non accipitur. Nam hęretici ipſi ſibi quid credant, eligũt, quod arridet, quodq; libet, credunt, quod non placet, non credunt. Vnde Tertullianus libro indicato, cap. 6. Hęreſes [ait] dictæ ex interpretatione electionis, qua quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur. Ideo Paulus ſibi damnatum dixit hęreticum; quia & in quo damnatur, ſibi elegit, &c. Ad Titum 3. *Hæreticum hominem* [ait Paulus] *poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus, &c.* Exponit Tertullianus: Cum ſit damnatus propria electione, quia proprio iudicio, & voluntate hæreſim elegit. Græce, *ὢν αὐτοκατάκριτος*. Pagninus vertit: *Per ſe damnatus*. Regia: *Sponte damnatus*.

Balæna piſculum ſequitur gubernatorē.

Plutarchus in lib. de prudentia animalium, de balæna ſic ſcribit: Is piſciculus, quem gubernatorem vocant, grandiorum balænarum cuipiam ſemper hæret, præitque curſum dirigens, ne vel in breuia, cœnum ve impingat, vel in anguſtias ſeſe penetret, vnde exitus non detur. Hunc balæna veluti temonem nauis ſequitur, ducique ſe fert non inuita. Eo quieſcente, quieſcit, progrediente, progreditur. Hoc niſi faciat, errare, impingereque certum eſt. Periere multæ, dum velut gubernatore carens nauigium, delatæ ad terram ſunt. Hæc ille. Exemplum nobis Deus in maximo piſce propoſuit obedientię, quam fidei, Eccleſięq; debemus. Etſi maximus quiſpiam ſit ingenio, prudentia, doctrina, imperiove, etſi inter homines tantus ſit, quanta eſt balæna inter piſces; tamen non ſeipſum ſequatur ducem, ſed Eccleſiam, & fidem, ne in hæreſeon breuia, milleque errorum cœnum impingat. Heu: quot, qui ſibi balænę videntur, perire, & velut nauigium gubernatore carens, in hæreſes turpiſſimas ſunt delati, quia ſeipſos pro ducibus habuere. *Qui in tecto eſt* (ait Dominus) *non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, &c* Eundem in modum, qui in altitudine fidei, & veritatis eſt, veluti in celſo tecto, ſiue ſolatio, ex quo diuina, humanaque proſpicit, ex hac altitudine, veritatiſque celſitudine non deſcendat, neque tollat aliquid, hoc eſt, non eligat errorem, hæreſimque aliquam, de domo, & voluntate ſua. *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in his diebus*. Væ hæreſes ex diabolo concipientibus, væ illas nutrientibus. Concipiũt quidam de diabolo, vt ait Auguſtinus ſerm. 20. ex Matthæo. De ijs dicitur Pſalm. 7. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, &c.* Concipiunt hæretici hæreſes ex diabolo, veluti pręgnantes tument, illaſque nutriunt pectore, & præbent alijs. Sed væ illis, quia dolorem æternum, æternumque incendium conceperunt.

Væ hæreticis.

Hæretici cōceperunt hæreſim ex diabolo.

Peccatum mortiferum eſt abominatio deſolationis.

Præterea, abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto, peccatum eſt mortiferum, ſtans in anima. Abominatio eſt peccatum. Nihil enim illo eſt abominabilius, nihil in toto orbe deteſtabilius. Quidnam deteſtaris? Numquid contumelias, ignominiam, inopiam, dolores, ipſum dęmonem, tartareoſque rogos? Multò eſt deteſtabilius peccatum. Curnam dicitur Antichriſtus abominatio? Sanè propter peccata; illa enim abominabilem illum efficient. Tolle peccata, nulla erit in mundo abominatio. Ipſa contritio indicat, quam ſit abominandum peccatum. Eſt enim contritio (vt omittam alia) peccati deteſtatio ſuper omnia, propter Deum. Malum etenim culpæ abominabilius eſt, quàm omne malum pœnæ, vt docet D. Thomas 1. part. quęſt. 19. art. 6. Abominandum ergo eſt peccatum, quod malum culpæ eſt, ſuper omnia mala pœnæ. Mala pœnæ facit Deus, malum culpæ facere nequit. Homo Dei cultor, & amator mala pœnę tolerat, mala culpæ ſuper omnia abominatur. Pſalm. 118. *Iniquitatem hodio habui* [ait vir ſecundum cor Dei] *& abominatus ſum, legem autem tuam dilexi, &c* Hinc illud D. Anſelmi in lib. de ſimilitud. cap. 190. Si hinc (inquit) peccati pudorem, & illinc

Contritio quid ſit.

Peccatū ſuper omnia abominandum.

Digitized by Google

illinc cernerem inferni horrorem, & vni eorum neceſſario haberē immergi, potius me in gehennam immergerem, quàm peccatum in me immitterem: mallem enim a peccato purus infernum intrare, quam peccati ſorde pollutus cœlorum regna tenere. Hæc D. Anſelmus, qui abominationem peccati verè ſuper omnia abominabatur.

Mirā affert deſolationē peccatum.

Prætcrea, eſt peccatum abominatio deſolationis; miram enim in homine efficit deſolationem, miram illi affert vaſtitatem. Abominatio ſuper omnia, deſolationem, & vaſtitatem affert ſuper omnia. Nulla maior deſolatio illa eſt, quam quę peccatū homini parit. Totius orbis conſidera deſolationes, omnes ex peccato ortas reperies. Vndenam orta eſt cęli deſolatio, cum ex illo tot Angelorum corruere millia? Ex peccato. Vnde ortum eſt diluuiū, quod totum terrarum orbe deſolauit? Ex peccato. Vnde ignis, quo Sodomia, atq; Gomorrha, abſumptę ſunt? Ex peccato. Vnde bella? Vnde morbi? Vnde peſtilentiæ? Vnde reliquæ hominum ſtrages? Ex peccato. Denique, vnde nata eſt mors, quę omnia deſolat, atq; vaſtat? Ex peccato. Quis ergo hanc abominationem deſolationis non abominabitur, quæ omnes efficit deſolationes.

Gratia, & caritate ipſa praſtantius, qua peccatū nos priuat.

Has oculis conſpicimus; aliæ ſunt deſolationes maiores, ad quas carnei non pertingunt oculi. Quid pręſtantius gratia, Deique caritate excogitari poteſt? Quid locupletius? Quid optabilius? Hac peccatum miſerum hominem priuat, fœdiſſimaque macula contaminat. Quę locupletior hęreditas mente concipi poteſt, quam ęterna gloria? Hac peccatum ſuum patratorem ſpoliat. Quid horribilius ęterni Orci flammis? In has peccatum iniquos pręcipites agit.

Cadat abominatio, nō ſtet in loco ſancto.

Caue igitur peccatum, ne ſtet abominatio hæc in corde tuo, ne cernant oculi mentis tuę abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, id eſt, in animo tuo, qui Dei templum ſanctum eſſe debet. Cadentem, non ſtantem cerne abominationem, cadat peccatum, euertatur, conculcetur. Arcam Dei 1. Reg. 5. ſtatuerunt Philiſthæi iuxta Dagon idolum, *cumq; ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra, etc.* Quemadmodū ante Arcam Dei corruit abominatio Philiſtinorum, id eſt, idolum abominandū, quod colebant; ita coram gratia Dei cadat abominatio peccati. Philiſthæi impij humi proſtratum idolum extulerunt, rurſuſq; in loco, ex quo ceciderat, ſtatuerūt. Id nobis cauendum maximè. Quæ ſemel cecidit abominatio, id eſt, peccatum, iaceat, peſſundetur, non reſurgat amplius.

Abominatio abominationē deturbat.

Sed quiſnam ſtantem abominationem deijciet? Reſpondetur: Abominatio abominationem deturbabit. Abominatio (inquam) hoc eſt, animi actus ſuper omnia abominans peccatum, deteſtans, fugere, ac confiteri decernens, ex animo præcipitabit abominationem, id eſt, abominandum peccatum. Eſt enim peccatum abominatio; eſt etiam contritio abominatio. Sed ratione diuerſa, peccatum abominatio eſt obiectiuè, quia obiectum eſt totius abominationis ſuper omnia.

Contritio ac abominandū deijciet peccatum.

Contritio verò, & peccati confeſſio maximè expetenda, ac deſideranda abominatio eſt; quia actus ſunt, quibus peccatum ipſum abominamur, deteſtamur, abominandoque, ac deteſtando euertimus. Per contritionem abominamur corde; per confeſſionem, & ſadisfationem ore, atque opere. Quemadmodum bōbardæ impetu domus ruit, ita contritionis, ac confeſſionis impulſu peccatum cadit. Non nocet peccata, ſi cadunt; nocent homini, ſi ſtans. Ezech. 33. *Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua, &c.* Item eodem loco: *Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit, &c.* Peccata cum cadunt, ſurget gratia, caritas, virtuteſque reliquæ. Peccata cùm ſurgunt, cadit gratia, caritas, cæteræq; virtutes. Non paſſus eſt Moſes abominationē, id eſt, idolum, ſtare in loco excelſo, id eſt, aureum vitulū; ſed deiecit, in pulnerem redegit, potandumq; Iſraelitis exhibuit. Exod. 32. *Arripiens vitulū combuſſit, & contriuit vſq; ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael, &c.* Eundem in modum, nemo patiatur ſtare abominationem, id eſt,

pecca-

Digitized by Google

peccatum, in loco celſiſſimo, id eſt, animo; ex corde illud ſuo velut altari deturbet, côterat, ebibat. Conteritur autem peccatum per contritionem, ac confeſſionem. Contritio, ac confeſſio hanc abominationem conterit, & veluti in puluerem redigit. Potatur peccatum, & ebibitur per conſiderationem, cùm illius abominatio ſumma expenditur, cùm quanta illius ſit amaritudo, côſideratur. Iuxta illud Ier. 2. *Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum purum, &c.*

Propone, quæſo, ante oculos Niniuem ciuitatem, multæ in ea ſtabant abominationes; quamobrem miſſus eſt Ionas ciuitatis ruinam incolis prædicare: *Adhuc* (inquit) *quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, &c.* Stantes abominationes ciuitati ruinam minabantur; at cadentes ciuitati ſalutem attulerunt. Correpti enim timore Niniuitæ ſtantes euerterunt abominationes; illis corruentibus, ciuitas ruitura ſtetit. Quamobrem vult D. Auguſt. Ionæ vaticinium: *Niniue ſubuertetur:* impletum fuiſſe. Videlicet quia euerſæ ſunt abominationes Niniues, & ſtetit ipſa ciuitas, cui illæ caſum afferebant. Auguſtinus lib. 21. de ciuitate Dei, c. 24. Factum eſt (inquit) quod prædixit Deus. Euerſa eſt Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata eſt, quæ nô erat. Stantibus mœnibus, atque domibus, euerſa ciuitas in perditis morib. &c.

Niniue quomodo euerſa eſt, & ſtetit.

Ibidem Auguſtinus: Duobus (ait) modis euertuntur peccatores: Aut ſicut Sodomitæ, vt pro peccatis ipſi homines puniantur. Aut ſicut Niniuitæ, vt ipſa hominum peccata pęnitendo deſtruantur, &c. Primo modo male deſtruuntur, qui abominationes ſtantes non deſtruunt. Secundo bene euertuntur, qui illas euertunt.

Duobus modis euertuntur peccatores.

Qui verò abominationes ſtantes deiecerunt, *fugiant in montes*, ne abominationes reſurgant, iterumque ſtent. *Fugiant* (ait Dominus) *in montes.* Geneſ. 19. *Salua animam tuam* (aiunt Angeli Loth) *noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, &c.* Qui vult animam ſuam ſeruare, ne reſpiciat poſt tergum, hoc eſt, ne reuertatur oculis, & affectu ad peccatum relictum, nec ſtet in omni regione, & occaſione, quæ circa peccatum eſt. Omnes occaſiones, & mundum fugiat, in monte, id eſt, vitæ celſitudine, ſaluum ſe faciat. D. Ambroſ. cap. 7. de fuga ſæculi: Hoc (inquit) eſt fugere hinc, mori elementis iſtius mundi, abſcondere vitam in Deo, declinare corruptiones, neſcire quę sũt mundi iſtius, &c.

Quanta verò celeritate fugiẽdum ſit peccatum, illa verba indicant: *Qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua; & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam, &c.* Summam in fugiendo velocitatem hæc verba ſignificant. Non corporis, ſed animi pedibus hæc ſit fuga; ſi ergo in tecto domus es, & recordaris te peccato eſſe inquinatũ, ne inde deſcendas ad tollendum aliquid de domo tua, priuſquàm peccatum animi pedibus effugias, & abominatione peſſundes. Si in agro fueris, venerítq; in mentem commiſſum crimen, ne domum repetes ad tollendam tunicam, priuſquam criminis te vinculo exoluas. Fuge peccatum, fuge procraſtinationem. Eccleſiaſt. 5. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdat te, &c.* Si differs côuerſionem, time, ne Deus non differat punitionem. Subito (inquit) cum minimè cogitaueris, veniet ira illius, & diſperdet te. Tempus hoc tibi donat Deus, vt fugere imminentem iram poſſis, vtere illo, velociter arripere, forſè craſtina die tibi non ſuppetet, quia vita, & cum vita tempus tibi deſinet. Velociter effluit tempus, velociter illud ad agendum pęnitentiam arripe, certa cum tempore celeritate, vt Seneca monet lib. de breuitate vitæ, c. 9. Cum celeritate (inquit) temporis, vtendi velocitate certandũ eſt. Velut ex torrente rapido, nec ſemper caſuro citò hauriendum eſt, &c. Simile eſt tempus torrenti pluuiæ aquis inundanti, & paulò poſt euaneſcenti. Inundat nunc veluti torrens tempus, dies, menſes, anni tibi ſuppetunt, euaneſcet paulò poſt inundatio hæc temporis, guttam vnam, toto mũdi auro emere non potens. Citò ergo hauri ex torrente, vt Philoſophus monet, antequàm penitus effluat.

Fugienda peccata magna cum velocitate.

Pœnitentia velociter agenda.

Tempore vtẽdum magna cum celeritate.

Inunda-

Chryſorio petenti non datur tempus.

Inundauit temporis torrens Chry-
ſorio illi,de quo ſcribit Magnus Greg.
li 4.dialog.ca.38. multos habuit dies,
multos menſes,multos annos;hac ille
inundatione ad flagitia perpetranda
vſus eſt.Tantùm plenus vitijs fuit[ait
Gregorius]quãtũ reb.ſuperbia tumi-
dus, carnis ſuę voluptatib. ſubditus,
auaritię facib.accenſus,&c Non hau-
ſit ex torrente,cùm inundabat;eua-
nuit torrens , aquam magno clamore
poſtulauit,neq; adeptus eſt. D. Greg.
Ad extremum[ait)veniens apertis o-
culis vidit teterrimos viros,& nigerri
mos ſpiritus coram ſe aſſiſtere; & ve-
hemẽter imminere,vt ad inferni clau
ſtra eum raperent.Cępit tremere, pal
leſcere,ſudare,& magnis vocib indu-
cias pe ere.Item:Cępit magnis voci-
bus clamare:Inducias, vel vſq; manè,
inducias,vel vſq; manè. Sed cùm hæc
clamaret,in ipſis vocibus,de habitacu
lo carnis euulſus eſt,&c. Petijt indu-
cias Chryſorius,'petijt ex torrente tẽ
poris diem vnũ;ſed datus nõ eſt. Vte-
re nunc temporis,q habes,inundatio
ne,hauri ex torrente ſalutẽ animę,an
tequàm elabatur. Ne differas in mor-
tem fugam. *Orate* (inquit Dominus]
vt non fiat fuga veſtra hyeme,vel Sabbato,
&c. Proceloſę hyemi ſimile eſt tẽpus
mortis,nubibus, imbribuſq; plenum.
Sabbatum eſt.Significat enim nomen
Sabbatum Hebræis ceſſationem,& re
quiem.Mortis autem tempus ceſſatio
nis eſt,ac requiei.Oremus ergo,ne fu
ga noſtra à peccato hyeme fiat , vel
Sabbato ; hoc eſt , Flagitemus à Deo
gratiam,'auxiliumq; vt ſtatim,cũ pec
camus, pęnitentia peccatũ deleamus,
neque fugam peccati in procelloſam
mortem differamus.

Hyems tpš mortis ſignificat.

Væ'enim *prægnantibus,& nutrientibus*
in illis diebus. Prægnantes ſunt;'qui au-
dacem ad peccandum præſumptio-
nem corde conceperunt ; nutrientes
ſunt,qui hac audaci præſumptione ve
luti lacte nutriunt crimina. Væ huiuſ-
modi hominibus , quos vana,audaciq́ue præſumptione prægnantes,id eſt,
plenos,peccataque nutrientes, veluti
hyems,imbribus,procellis, tonitruis,
fulminibuſque horribilis mors op-
preſſerit . Exod. 14. In medio Mari
Ægyptij,dixerunt';*fugiamus Iſraelem;*

Prægnantes qui nã ſint.

Sera pœnitentia.

A at effugere non potuerunt. *deſcende-*
runt in profundum (ait Moſes in cantico
Exod.14.]*quaſi lapis*.Serò illi dixerũt;
fugiamus ; Caue ne tu ſerò quoque di-
cas;fugiam ; ſupplicijq; fluctibus ob-
rutus non effugias.Lege Auguſt.in li.
50.homil.41.D.Hilarius ſic hæc verba
interpretatur;orare(inquit] admone-
mur , ne vel hyeme fuga noſtra , vel
Sabbato ſit;id eſt, ne aut in peccato-
rum frigore, aut in otio bonorum ope
B rum reperiamur,&c.

D.Aug.epiſt.80 illa verba;*Qui in te*
cto eſt,non deſcendat tollere aliquid de domo
ſua;moraliter ita exponit : Qui in ſpi-
ritalis vitæ ſublimitate eſt,velut in te-
cto,ne deſcendat ad carnalem vitam.
Sequentia;*Et qui in agro eſt,non reuerta-*
tur tollere tunicam ſuam: ſic ; Qui profe-
cerat [inquit) in anteriora ſe exten-
dens;ne deficiendo in poſteriora reſpi
ciat,&c.Manere oportet in ſublimi te
C cto,id eſt,in ſublimitate vitæ ſpiritua-
lis;manere quoque, atque perſeuera-
re in agro,in ſolitudine , extra mun-
dum; proficere quoque oportet , non
deficere,non deſcendere ex tecto, non
reuerti ex agro ne ſimilis ſimus Vincę
illi,de qua Iſai.5.legitur ; *Expectaui,vt*
faceret vuas,& fecit labruſcas,&c. Expe-
ctat Dominus,vt creſcat , ac proficiat
religioſus , dulceſque proferat vuas;
ac nonnulli decreſcunt, amaraſq; pro
D ferunt labruſcas,ne ſpinas dicam. Ex
tecto deſcendunt ad tollendum ali-
quid de domo ſua,id eſt,de mundo,in
quo habitant,velut in domo. Ex agro
reuertuntur ad tollendam tunicam
ſuam ; hoc eſt , ad repetendos mores
priſtinos quos veluti tunicam exue-
rant. Communis viuentium domus
mundus eſt, omnes in hoc mun-
do velut in domo ampla ha-
bitamus. Sed nonnulli
E in ędibus habitant
inferioribus
terræ
proximis, ij ſcilicet, qui terrenis
rebus adhærent;alij in tectis
habitant,hoc eſt,in ſupe-
rioribus , celſiſq; locis;
illi nimirum quorum
conuerſatio in
cœlis eſt.

Perſeuerare, & proficere oportet,non decreſcere.

* * *

CAPVT IX.

De cauendis Pſeudochriſtis.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Verſ. 23.

TVnc ſiquis vobis dixerit , Ecce hic eſt Chriſtus , aut illic:
24 nolite credere. * Surgent enim Pſeudochriſti, & Pſeudo-
prophetæ ; & dabunt ſigna magna , & prodigia, ita vt in er-
25 rorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. * Ecce
26 prædixi vobis: * Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt,
27 nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. * Sicut
enim fulgur exit ab Oriente,& paret vſque in Occidentem,
28 ita erit, & aduentus filij hominis. * Vbicumque fuerit corpus, illic congre-
gabuntur & aquilæ.

MARCVS CAPITE XIII. Verſ. 21.

ET tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic; ne
22 credideritis. * Exurgent enim Pſeudochriſti, & Pſeudoprophe-
tæ; & dabunt ſigna atque portenta ad ſeducendos, ſi fieri po-
23 teſt, etiam electos; * Vos ergo videte ; Ecce prædixi vobis
omnia.

LVCAS CAPITE XVII. Verſ. 23.

24 ET dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque ſectemini. *
Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt ful-
25 get; ita erit filius hominis in die ſua. * Primùm autem oportet illum
multa pati,& reprobari à generatione hac.

Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus.

An hæc Chriſti verba pertineāt ad excidium Ieruſalem.

HÆc verba Origenes ad excidiũ Ieruſalem refert; refert etiam Abulenſis , & Salmeron. Sed veriſimilius eſt , ad Antichriſti tempora pertinere . Nam tempore illo, quo euerſa eſt Ieruſalem , a nullo ſcriptore , memoriæ proditum eſt , Pſeudochriſtos , aut Pſeudoprophetas , de quibus diximus cap. 2. miracula patraſſe talia , ac prodigia , quæ poſſent A in errorem ducere etiam electos. Imò nulla prodigia ediderunt. At Dominus ait: *Surgent Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ , & dabunt ſigna magna , & prodigia , ita vt in errorem inducantur [ſi fieri poteſt] etiam electi, & cætera.* Tanta vis falſorum miraculorum,& tam mira permiſſio ad illa edenda dæmoni conceſſa, illi extremo tempori congruit, quo Antichriſtus veniet, *cuius eſt aduentus* , vt Apoſtolus ſcribit 2. B Theſſal. 2. *ſecundum operationem ſatanæ in omni virtute* [id eſt potentiæ] *& ſignis & prodigijs mendacibus , & in omni ſeductione iniquitatis, &c.* De Antichriſti tẽpore

Digitized by Google

pore interpretat hæc verba D. Chryſoſtomus, cùm ea [inquit] quæ ad Ieroſolymam pertinent, Dominus abſoluiſſet; ad aduentum tranſitu facto, ſigna eis, &c. & Theophylactus; Quę [inquit] ad Antichriſtum pertinent hoc loco incipiunt: *tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, &c.* Eiuſdem ſententiæ eſt Euthymius, & D. Hilarius D. Hieronymus: Melius (inquit) de conſummatione mundi intelligitur, &c. Idem alij ſentiunt.

An particula tũc indicet conſequentiam.

Tunc (inquit) *ſi quis vobis dixerit, &c.* particula, *tunc*, vt obſeruat Chryſoſtomus, non ſignificat temporis conſequentiam, aut præcedentium connexionem. Idem obſeruat Theophylactus, & Euthymius: *Tunc* (inquit) interdum non ſignificat conſequentiã prædictorum; ſed initium tantùm eorum, quæ dicenda ſunt; ſicut etiam, *in diebus illis, &c.* Hactenus de excidio Ieruſalem verba fecit, ad tẽpora nũc tranſit Antichriſti. & ait: *Tunc ſi quis vobis dixerit*, hoc eſt, tunc extremis illis temporibus, cùm Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ ſurgent, &c. Poteſt nihilominus particula, *tunc*, conſequentiam indicare temporis. Nam vt ſuprà oſtendimus, verba illa; *Erit tũc tribulatio magna, &c.* non ſolùm de tribulatione Iudæorũ intelligenda ſunt; Verùm & de tribulatione temporis extremi. Dixit ergo Dominus; *Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi uſque modò, neque fiet; & niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Adijcit, *Tunc ſi quis uobis dixerit, &c.* Tunc (inquam) id eſt, in dieb. illis extremis, tribulationis huius magnæ, de qua loquor, ſi quis vobis oſtẽdere volet Meſſiam, & dixerit, *ecce in hoc loco eſt Chriſtus, ſiue Meſſias*, vel *ecce in illo alio loco eſt*, fidem nolite adhibere. Cauete, ne pro vero Meſſia falſum recipiatis. Nam extremo illo tempore (Deo propter hominum iniquitatem, & ad Eccleſię probationem permittente) ſurgent Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, id eſt, falſi Chriſti & falſi prophetæ: ψεῦδο enim Græcè *mendacium* ſignificat.

Ecce hic, aut ecce illic quid ſignificent.

Hi ſigna edent magna, ac prodigia ita admiranda, vt in errorem inducere poſſint [niſi ferat opem Deus] etiã electos. Ideoque maxima opus erit tunc fide, ne perfidia inuadat, ac ſuperet. Hæc ſigna & prodigia appellat Apoſtolus *ſigna mendacia* 2. Theſſal. 2. & Auguſt. lib. 20. de Ciuitate cap. 19. per Antichriſtum (inquit) Satanas in omni virtute ſua, mirabiliter quidẽ, ſed mẽdaciter operabitur, &c. Quęrit Auguſt. eodem loco, An dicantur mendacia prodigia, quòd per phãtaſmata ſenſus ſit decepturus diabolus, vt quod non facit, facere videatur; an quia ad mendacium pertrahent homines? Reſpondemus breuiter dicta ſigna mendacia, quia vera non erunt miracula. Non enim ſuperabunt vires totius naturæ; ſiquidem ſicut à dęmone. Miracula autem vera, vires totius naturæ ſupererant: ideoque a ſolo Deo effici poſſunt. Mira erunt; ſed miracula non erunt. Itaque erunt ſigna, & prodigia mendacia.

Signa Antichriſti cur dicantur mendacia.

Non tacenda ſe offert huiuſmodi obiectio. Extremo illo tempore, vnus tantùm erit falſus Chriſtus, nimirũ Antichriſtus, qui ſe eſſe Chriſtũ prædicabit. Atqui Dominus ait venturos multos falſos Chriſtos, ſiue Pſeudochriſtos; ergo non facit verba de tp̃e extremo, ſed de tempore excidij Ieroſolymitani. Reſpondetur, fore vnũ præcipum Pſeudochriſtum. Euthym. inter Pſeudochriſtos [inquit] vnus eſt Antichriſtus, poſtremus eorum venturus, &c. Exiſtimat ante Antichriſtum venturos aliquos Pſeudochriſtos, poſtremum fore Antichriſtum. At verò cùm hi Pſeudochriſti dicantur miracula patraturi magna, videt potiùs dicendum tempore Antichriſti multos alios ſibi hoc nomen arrogaturos ſub Antichriſto; ita vt ille ſit maximus Pſeudochriſtus, alij minores.

Obiectio. An futuri ſunt multi Pſeudochriſti.

Ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi.

FAlſorum miraculorum magnitudinem oſtendit Dominus, quæ permiſſus diabolus operabitur Antichriſti temporib. Erunt. n. talia, (vt ſi fieri poteſt) etiam electos decipiant. Parentheſis illa (*ſi fieri poteſt*) indicat fieri non poſſe, vt electi miraculis illis

ita decipiantur, vt cęleſtem amittant gloriam. Eſt.n. certiſſima prędeſtinatio. Si quēpiā Deus prędeſtinat, ſeruato libero arbitrio, ſuauiter illū, ac certiſſimè adducit in ſempiternā beatitudinē: Fieri quidem poteſt, vt homo pereat. Sed ſi ponas prędeſtinatum eſſe, ex hac hypotheſi fieri nequit. Ideo Dominus addidit; *ſi fieri poteſt*; quia abſolutè fieri poteſt, ex hypotheſi fieri nō poteſt, hypotheſis verò libertati arbitrij non obſiſtit. Seducentur quidē multi ab Antichriſto; ſed nullus ſeducetur prædeſtinatus. Hinc illud Apoc. 13. *Adorauerunt eum* [id eſt beſtiam Antichriſtum] *omnes qui inhabitant terrā, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni, &c.* Et illud Pauli 2. Theſſ. 2. *Cuius* [ait] Antichriſti, *eſt aduentus ſecundum operationē ſatanę in omni virtute, & ſignis, & prodigijs, mendacib. & in omni ſeductione iniquitatis, ijs qui pereunt, &c.* Explicat Paulus [ait Cardinalis Caietanus] in quib. fructū habebūt. Antichriſti ſeductiones, dicēdo; *in ijs q pereūt*; ad differētiā electorū. Ac ſi apertè diceret; Non in electis fructificabit; ſed in reprobis, qui ſuapte volūtate pereunt, &c. Aug. lib. 20 de Ciuit. Dei c. 19. Seducentur (inquit) eis ſignis, atq; prodigijs, qui ſeduci merebunt, pro eo ꝙ dilectionē veritatis non receperunt, &c. Itē; Nō prius veniet ad viuos & mortuos iudicãdos Xps; niſi prius venerit ad ſeducēdos in aīa mortuos Antichriſt⁹, &c.

Prædeſtinati quō non poſſint damnari.

Ecce prædixi vobis.

ECce (inquit Dñs] *prædixi vobis*; venturos multos Pſeudochriſtos, & Pſeudoprophetas, multaq; Pſeudoſigna edituros. Prędixit aūt hęc, ne ab antichriſto decipiamini. Euthymius; teſtatur Dñs, quòd manifeſtè prędicendo munierit, &c. Theophylactus ecce (inquit) prędixi vobis; non habetis excuſationem. Poteſtis.n. nō decipi, &c. Et Auctor Imperfecti. Vt excuſationē ignorantiæ tollat ab hominibus, prædicit dominus; & vt pręcedens conteſtatio iuſtam faciat ſequentem pęnā. Miſericordia enim eſt mandatis præuenire periculum. Non.n. vult quempiam perire, qui omnib. monſtrat perditionis aduentum, &c. Denique vt

Cur hæc ꝑdicat Dominus.

A Gregorius ait homil. 35. in Euangelia; Iacula, quæ pręuidentur, minùs feriunt. Et nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi cōtra hęc per pręſciētię clypeum munimur, &c. Ideò Dominus prędictionis ſiue pręſcientiæ clypeo, nos armat; ne iaculis extremi temporis ſauciemur. Lupos indicat ouibus, ne in eorum vngues incidant incautè.

B *Ecce in deſerto eſt nolite exire, Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, &c.*

PRædixi [inquit] vobis venturos falſos Chriſtos, falſoſq; Prophetas; ne illis vllam fidem habeatis. Si ergo dixerint vobis aliqui; *Ecce hic eſt Chriſtus, Ecce illic*, ſi dixerint. Ecce Chriſtus, ſiue Meſſias in deſerto eſt; ſcitote dicere mēdacium, n pedem quidem moueatis, in deſertum ne proficiſcamini, vt illū cernatis. C Si dixerint alij; *Ecce Chriſtus in penetralibus eſt*; Græcè ἐν τοῖς ταμείοις, id eſt, *in penetralibus*, in reconditis & interioribus ędium partibus, in cubiculo eſt; ne credite. Siue affirmarint eſſe in locis publicis, quale eſt deſertum; ſiue in locis abditis, & occultis, qualia ſunt domus penetralia huiuſmodi mendacia ne audiatis. Nā Chriſtus ſiue Meſſias in ſecundo aduētu ſuo, neq; veniet in deſertum, aut in D penetralia ędium; neq; aliquo indigebit demonſtratore, qui venientē illum hominibus indicet. Erit enim ſimilis aduentus ſecundus fulguri. Non indiget fulgur demonſtratore, neq; Chriſtus indigebit. In primo aduentu à Baptiſta indicatus eſt, dicente; *Ecce Agnus Dei.* In ſecundo nullus erit iudex, qui dicat; *ecce leo Dei.* Quemadmodum fulgur in Oriente exoritur, & omnib. hominibus, etiam ijs qui in Occidente E ſunt eſt conſpicuum; ſic Meſſias cū ad iudicandū cęleſti ſplendore coruſcans venerit, omnib. hominib. erit manifeſtus. Euthymius ſic: Sicut fulgur egreditur, & omnib. in conſpicuo eſt, nullo egens præcone, aut prænunciante, ſed exceſſiuo ſuo ſplendore minimo temporis momento vniuerſo apparet orbi; Ita quoque erit aduentus Chriſti, propter magnitudinem ſui ſplendoris, omnibus ſimul apparens, & fa-

Nō indigebit Chriſtus in ſecundo aduentu demonſtratore.

ctus

ctus hominibus ipſe nuncius, &c. Le-
A ge Aug. ſerm. 130. de tempore.

Secundus aduentus ſimilis fulguri quatuor in rebus.

Quatuor in rebus ſimilis erit aduẽ-
tus Domini fulguri. Primò, quia ve
fulgur ſubitò omnib. apparet, ſic Chri
ſtus repente apparebit omnib. homi-
nibus. Secundò, quia quemadmodum
fulgur ſplendet; ſic Chriſtus rutilabit:
Tertiò, quia quemadmodum fulgur
non in terra cernitur, ſed in excelſo
aere; ſic Chriſtus non in terra, ſed in
B nubibus cęli conſpicietur, iuxta illud
1. Theſſal. 4. *Rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera, &c.* Quartò quia quẽad
modum fulgur, exiguo temporis ſpa-
cio apparet; ſic Chriſtus cum ad iudi-
candum venerit, breui temporis mo-
ra apparebit. Adde ſecundum aduen-
tum fore ſimilem fulguri, quia horri-
bilis erit, tamquam fulgur.

Primus & ſecundus aduentus Chriſti in quo differunt.

Erit ſecundus aduentus primo diſ-
ſimilis. Primus fuit occultus, ſecũdus
C erit manifeſtus; primus in terra, ſecũ-
dus in aere; Primus multorum anno-
rum, ſecundus temporis exigui; Pri-
mus in cruce, & in humilitate, ſecun-
dus in ſplendore, & maieſtate. Auctor
imperf. hom. 49. In primo (inquit) ad-
uentu, ideò Dominus occultus venit
corpore, vt probaret fideles; in ſecun-
do autem veniet manifeſtus in gloria
vt remuneret fidem illorũ. Ideò tunc
neceſſarium erat, vt quęreretur, nũc
D autem, id eſt, in ſecundo aduentu, nõ
eſt quærendus vt credatur, ſed quærit
ipſe à quibus creditus ſit, &c.

Apud D. Lucam cap 17 alio loco
protulit Dominus ſimilia verba. *Ve-
nient dies quando deſideretis vnum diem fi-
lij hominis, & non videbitis. Et dicent vobis;
Ecce hic & ecce illic. Nolite ire, neque ſecte-
mini. Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cæ-
lo, in ea quę ſub cęlo ſunt fulget, ita erit fi-
lius hominis in die ſua, &c.* Hæc autem
E verba omnia iam explicata ſunt hoc
tom. 3. li. 4. c. 10. Gręcè apud Lucã ſic
habet ὥσπερ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα, ἐκ
τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει.
Hoc eſt, *quemadmodum fulgur fulgu-
rans ex regione ſubcæleſti, in regione ſub-
cæleſtem fulget: ita erit, & cætera.* Ful-
gurat autem fulgur, & apparet. ex
vna regione ſubcęleſti, id eſt, ex Oriẽ
tali; in regionem alterã ſubcęleſtem,
id eſt, in Occidentalem; ita Chriſtus

A in die ſua, id eſt, in die iudicij coru-
ſcans ſubitò fulgebit, atque appare-
bit; ex Orientali regione, vſque ad Oc
cidentalem: neque opus erit demon-
ſtratore, qui dicat, *ecce hic, ecce illic eſt
Chriſtus.*

*Vbicumque fuerit corpus, illic congrega-
buntur & Aquilæ.*

Aquilę & vultures ad cadauera congregantur.

Similitudo hęc indicat, fore ita ma-
B nifeſtũ aduentũ Chriſti vt ad illũ
homines inſtar aquilarum, nullo mon
ſtrante ſint conuolaturi. Quemadmo
dum (inquit) aquilæ nemine oſtẽden-
te, ad cadauer conuolant; ſic homines
ad me in ſecundo aduentu, nemine in-
dicante conuolabunt. Aquilę ex diſtã
ti loco cadaueris odorẽ percipiunt, &
ad eſcã congregantur. Iob 39. *Vbicum-
que cadauer fuerit, ſtatim adeſt, &c.* Sic ad
Chriſtũ in iudicio hoĩes congregabun
C tur. Aquilę, & vultures [ait Hierony.
Matth. 24.] et trans maria, dicuntur
ſentire cadauera, & ad eſcã eiuſmodi
cõgregari, &c. Corpus hoc loco cada-
uer ſignificat; hoc ſenſu; vbicumq; fue
rit cadauer, illic congregabunt, & aq-
lę. Subaudi, ſic ad me cõgregabuntur
homines. Gręcè eſt, πτῶμα, i. *cadauer,*
apud Lucam c. 17. eſt σῶμα, i. corpus.

An ſoli iuſti appellentur Aquilę.

Dubium eſt, appellentur ne oẽs ho-
mines hoc loco aquilę, an ſoli iuſti? D.
D Hilarius ſentit iuſtos aquilas appella-
ri. Sanctos [inquit] de volatu ſpiritalis
corporis aquilas nuncupauit Domi-
nus, &c. Idem putat Hieronymus.
Chryſoſtomo, Angelos, Martyres, cæ-
terorumq; ſanctorum multitudinem,
Aquilarũ nomen ſignificat. Auctor im
perfecti, ideò ſanctos Aquilas vocari
ait, vt in aquilis regalib. regalis ſancto
rũ dignitas oſtendat. Euthymius ſcri-
bit viũ Chriſtũ hac ſimilitudine, vt
E indicaret ſatellites, quib. in iudicio ſti
pabitur: Et ſtipantes (inquit) aſſimila-
uit Aquilis tamquã alatos, ac Regios.
Seipſum cadaueri tanquã congregan-
tem huiuſmodi aquilas, & quaſi cibũ
ſpiritualem eorum, vitamque ſempi-
ternã, &c. Similiter Theophylactus; Si
cut [ait] apud cadauer congregantur
Aquilę. Sic & oẽs ſancti veniẽt eo, vbi
Chriſtus fuerit, &c. Eadem eſt alio-
rum ſententia. Confirmatur ex cap.

17. Lucæ *Duæ* [inquit Dominus) *erunt molentes in vnum, vna aſſumetur & altera relinquetur. Duo in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Reſpondentes dicunt illi; Vbi Domine? Qui dixit illis: vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & Aquilæ, &c.* In iudicio quoſdam relinquendos ait Dominus, alios aſſumendos, nempe iuſtos. Rogant diſcipuli, *Vbi*, id eſt, quo nam aſſumendi ſint iuſti; reſpondet Dominus aſſumendos eum in locum vbi ipſe fuerit, & ad ſe inſtar aquilarum conuolaturos; ergo de ſolis iuſtis verba hæc intelligenda ſunt. Verus eſt hic ſenſus. Tñ ex loco Lucæ non omnino probat

Diuerſus apud Lucã & Matth. verborum ſenſus.

Verba enim hæc; *Vbi fuerit corpus illuc congregabuntur, & aquilæ*: poſſunt habere alium ſenſum apud Lucam, aliũ apud Matthęum. Sunt enim bis a Chriſto dicta; apud Lucam de ſolis iuſtis aſſumendis ad Chriſtum intelligi poſſunt; apud Matthæũ de omnib. hominib. Pręterea ẽt apud Lucã de omnib. hominib. exponi poſſunt hoc pacto: Rogãt diſcipuli, nõ quo aſſumẽdi ſint iuſti; ſed vbi ſint aſſumendi iuſti, & relinquendi reprobi. Quamuis enim particula Græca, ποῦ ſignificet, *quò* & *vbi*, in noſtra verſione approbatiſſima non rogant, *quò Domine?* ſed, *Vbi Domine ſunt relinquendi, & aſſumendi homines?* Reſpondet Dominus, in iudicij loco, relinquendos impios, & aſſumendos probos, in quem omnes homines ſunt conuolaturi, quemadmodum aquilæ conuolant ad eſcam cadaueris. Quamobrem veriſimilis etiam eſt ſenſus alter, quem ſequuntur Abulenſis, & Maldonatus, videlicet, cum aquilis hoc loco conferri omnes homines, non ſolùm iuſtos, ſed etiam impios. Eſt ergo ſenſus: Manifeſtus erit omnibus aduentus ſecundus, ſicut fulgur; quoniam omnes ex toto orbe homines, in iudicij loco velociſſimè congregabuntur; quemadmodum aquilę ad cadauer congregari ſolent. Conferuntur autem etiam homines impij cum aquilis, propterea quod poſt reſurrectionem mox in loco iudicij aderunt. Vt aquilæ celeri volatu ad cadauer conuolant, etiam ex locis valdè diſtantibus; ſic omnes homines etiam impij, ad locum iudicij velociſſimè

Omnes homines inſtar Aquilarũ ad locũ iudicij conuolabunt.

A etiam ex locis maximè longinquis confluent.

D. Hilarius hic indicari etiam putat, locum iudicij fore illum locum, in quo Chriſti corpus in Cruce pependit, quaſi dicat Dominus; Vbi fuerit paucis poſt diebus corpus meum in Cruce pendens; eo in loco congregabuntur Iudicij tempore Aquilæ, id eſt, iuſti viri Aquilis ſimiles, nimirũ iuxta Ieruſalem in valle Ioſaphat, lociſque

Locus Iudicij Ieruſalẽ vbi paſſus eſt Dñs, ibi iudicabit.

B circumſtantibus. Sanctorum conuentum (ait Hilarius] futurum in loco paſſionis oſtendit Dominus. Et dignè illic claritatis aduentus expectabitur; vbi nobis gloriam æternitatis, paſſione corporeæ humilitatis operatus eſt, &c. D. Chryſoſt. 1. Corinth homil. 24. hæc verba de illis interpretatur, qui ad tremenda accedunt myſteria; *Vbi* [inquit) *fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ* (ait Dominus] oſtendens,

Euchariſtię Hęc verba accommodantur.

C quòd oportet eum, qui ad hoc corpus accedit, eſſe ſublimem, & cum terra nihil habere commune, aſſiduè volare, & ad ſolem iuſtitiæ aſpicere, &c. lege epiſtolam 282. Iſidori Peluſiotæ.

Verba illa; *Si quis vobis dixerit, ecce hìc eſt Chriſtus, aut illic nolite credere*: aduerſus hereticos obſeruanda ſunt. Quemadmodum enim Antichriſti tẽpore ſurgent Pſeudoprophetę, & impoſtores, qui mendaciter dicent; *Ec-*

Aduerſus hæreticos hęc verba deſeruiũt.

D *ce hic eſt Chriſtus, Ecce illic.* Ita nunc ſurgunt hæretici, qui mendaciſſimè dicunt, *Ecce hìc*, id eſt, in noſtro conuentu, *eſt Chriſtus*. Alij dicunt; *Non hìc ſed illic*, id eſt, in noſtra ſecta eſt. Ne credamus huiuſmodi Pſeudoprophetis. Etenim Chriſtus non in Synagogis hæreticorum; ſed in Eccleſia inuenitur, quæ vt fulgur ab Oriente vſque in Occidentem apparet omnibus. Vbicumque Chriſti corpus my-

E ſticum eſt, id eſt, Eccleſia ab Oriente, vſque in Occidentem diffuſa; ibi Aquilæ congregantur, id eſt, fideles aquilinis fidei oculis præditi, quibus diuinam veritatem cõtuentur. ibi Chriſtus eſt. Vbi verò eſt corpus Satanæ, id eſt, Synagoga hæreticorum, veſpertiliones, noctuæ, & corui tetro hæreſeos colore infecti conueniunt. Ibi Satanas eſt. Audiamus Origenem Matthæi 24. tractat. 30. Non debemus [ait]

attende-

Eccleſia eſt columna et firmamētū veritatis.

attendere eis, qui dicunt; *Ecce hic eſt* A *Chriſtus*; non autem oſtendunt eum in Eccleſia, quæ plena eſt fulgore ab Oriente, vſque ad Occidentem, quæ plena eſt lumine vero, *quæ eſt columna, & firmamentum veritatis*, in qua totus eſt aduentus filij hominis dicentis omnibus, qui vbique ſunt; *Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi.* Sic Origenes. Item D. Auguſtinus lib. 2. quæſt. Euangelicarum cap. 38. Orientis (inquit) & Occidentis no B mine, totum orbem voluit Chriſtus ſignificare, per quem futura erat Eccleſia. Eccleſiam fulgur nominauit. Cō-

A ſtituta ergo auctoritate Eccleſiæ per orbem terrarum clara, ac manifeſta; conſequenter diſcipulos admonet, atque omnes fideles, & qui in eum credere voluerint, ne ſchiſmaticis, atque hæreticis credant. Vnumquodque enim ſchiſma, & vnaquæque hæreſis, aut locum ſuum habet in orbe terrarum, partem aliquam tenens, aut obſcuris, atque occultis conuenticulis curioſitatem hominū decipit. Ad quod B pertinet quod ait Dominus; *Si quis vobis dixerit; Ecce hic eſt Chriſtus aut illic*: quod ſignificat terrarum partes, & Prouinciarum ſic ille.

C A P V T X.

De ſignis iudicij.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Verſ. 29.

STatim autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, &
virtutes cœlorum commouebuntur: * Et tunc parebit ſignum fi-
30 lij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & ma-
ieſtate. * Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congrega-
31 bunt electos eius, à quatuor ventis, à ſummis cœlorum, vſque ad terminos eorum.

MARCVS CAPITE XIII. Verſ. 24.

SEd in illis diebus poſt tribulationem illam, Sol contenebrabitur, &
25 Luna non dabit ſplendorem ſuum, * & ſtellæ cœli erunt deciden-
26 tes, & virtutes, quæ in cęlis ſunt, mouebuntur. * Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa, & glo-
ria. * Et tunc mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos, à quatuor
27 ventis, à ſummo terræ, vſque ad ſummum cœli.

LVCAS CAPITE XXI. Verſ. 25.

ET erunt ſigna in Sole & Luna, & Stellis, & in terris preſſura gentium,
26 præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum, * areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo Orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.

Statim autem poſt tribulationem dierum illorum.

HActenus de excidio Ieroſolymę, & Antichriſto actum: nunc de ſignis agitur iudicij. Rogarunt enim Apoſtoli Dominum; *Quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſaculi? &c.* Dixerat Dominus, *erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet, &c.* Nunc ait iudicij ſigna ſtatim poſt tribulationem illam apparitura. Tribulationem verò ſuprà cap. 3. oſtendimus indicare, tùm tribulationem quæ Iudęos oppreſſit, cùm ciuitas ſolo ęquata eſt; tùm illam quę, Antichriſto regnante Eccleſiam vexabit. Poſt tribulationem ergo illã ab Antichriſto excitatam, iudicij ſigna apparebunt ſtatim. *Statim*, inquã, id eſt, poſt aliquos menſes, vel annos, ſupra enim capite 7. coniecimus poſt Antichriſti necem, aliquot mẽſes, vel annos, ſuperfuturos. Non ſignificat ergo dictio, *ſtatim*, mox, abſque vllo temporis interuallo iudicij ad futura ſigna, ſed ad futura, non poſt multos annos Ianſenius interpretatur dicta Domino Solem obſcurandum & Lunam ſtatim poſt tribulationem, quę Iudęos vaſtauit, i. poſt excidium Ięruſalem; quia Dei menſura hoc totum temporis ſpacium minimum quid eſt, iuxta illud Pſal. 89. *Mille anni in conſpectu tuo, tamquam dies heſterna quę pręterijt.* Sed cùm Dominus humano more, & humana temporis menſura loqui videatur, ſatiùs eſt intelligere tribulationẽ, cuius fit mentio, non ſolùm Iudęorũ ſignificare tribulationem, ſed etiam Eccleſiæ afflictionem Antichriſto imperium orbis obtinente, vt diximus, poſtquam ſtatim iudicium adueniet, quia poſt Antichriſti necem vſque ad iudicium non multi fluent anni.

Quid indicet particula ſtatim.

Signum verò iudicij erit ſolis, lunęque obſcuratio. Qua de re non eſt eadem omnium opinio. Nam D. Hieronymus obſcurandum ſolem ait ad Chriſti comparationem, eo temporeq; quo e cœlo deſcenderit. Sol (ait) & Luna obſcurabuntur, non diminutione luminis.

Alioquin legimus Iſaiæ 30. Solem ſeptuplum habiturum luminis, ſed ad comparationem veræ lucis; omnia viſui tenebroſa ſunt. Item: Sol, & Luna, & Stellæ, in aduentu Chriſti in tenebras reputabuntur. Chryſoſtomus quoque: Sol (inquit) obſcurabitur, non quia deſtruetur; ſed quia luce aduentus Chriſti ſuperabitur, &c. Idem opinatur Euthymius, & Theophyla. Sol (ait) obſcurabitur, non diſparens ſed ſuperatos lumine aduentus Chriſti: cùm non erit nox, ſed apparebit Sol iuſtitiæ, &c. Beda quoque Luc. 21. Apparente (inquit) verę lucis gloria, omnia mundi lumina tenebris, vmbriſque comparantur, &c. Item Auguſtinus ſermone 130. de tempore: Tanta (ait) erit eminentia ſplendoris in Chriſto, vt etiam clariſſima cęli luminaria, præ fulgore luminis diuini abſcondantur, &c.

Quo nam modo ſit obſcurandus Sol.

Similis ſecunda interpretatio eſt: Non eſſe ſcilicet, re ipſa obſcurandum Solem; ſed hoc loquendi modo mœſtitiam indicari temporis illius, & calamitates. Solet enim mœſtitia, angor, & calamitas, nomine caliginis, ac tenebrarum, ſignificari, vt docet Greg. Iob 18. Eſt ſenſus: *Sol obſcurabitur, & Luna, & ſtella*, hoc eſt, in ſummis dolorum, mœſtitięq; tenebris, verſabũtur homines, perinde ac ſi Sol illis, Luna, & ſtellę nihil luminis pręberent. Iſa. 13. de Babylonis euerſione loquens: *Stellæ cœli* [ait] *& ſplendor earum non expãdent lumen ſuum, obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo, &c.* In quæ verba Hieronymus hæc ſcribit: Eſt [inquit] ſenſus, quòd cùm dies Domini aduenerit, & furor eius vniuerſa vaſtauerit, præ timoris magnitudine mortalib. cuncta tenebreſcant. Vt Sol ipſe, Luna, aſtraq; rutilantia, ſuũ videatur negare fulgorẽ. Vnde & cœlũ ſacco induitur, quòd ſ. tenebrę cuncta operiant, & prementibus malis, nihil aliud ſentiant homines, niſi quod mens videre compellit. Sic ille. Similiter Amos 8. de captiuitate Iſraelitarum verba faciens, ita ait: *Et erit in die illa* (dicit Dominus) *occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terrã in die luminis, & conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & cantica veſtra*

Tenebrę mœſtitiam ſignificant, et dolorem.

Sol obſcuratus mœrorẽ indicat.

m

in planctum, &c. Occidit Sol hominib. in meridie, cum illorum ſplendor lætitiaque extinguitur, c. 5. idem vates: *Numquid* [inquit] *non tenebræ dies Domini, & non lux? & caligo & non ſplendor in eo? &c.* Lege Ezechiel. 32. & Iere 15.

D. Chryſo.

Afferent his, quæ dicimus, lucem D. Chryſoſtomi verba, hom. 2. ad populum Antiochenū in mœſtitia magna ciuitatis. Ipſa (inquit) aeris natura, & ſolarium radiorum circulas, nūc mihi quodammodo mœrere, & obtuſior lucere videtur. Non elementis naturam mutantibus; ſed noſtris oculis, qui triſtitiæ nube turbati ſunt, nō valentibus purè, neque cum eadem virtute, radiorum lumen ſuſcipere. Hoc eſt, quod olim propheta lugebat dicens: *Occidet ipſis Sol in meridie, & obtenebrabitur dies*; hoc autem dicebat, i. nō quòd planeta abſconderetur, neque quòd dies euaneſceret, ſed quòd mœrentes, neque in meridie propter doloris caliginem, lucem cernere poſſint. Quod & nunc factum eſt, & quocumque quis reſpexerit, ſiue in terrā, ſiue in parietes, ſiue in vrbis columnas, ſiue in proximos; noctem, & obſcuritatem profundam cernere videtur. Sic omnia mulctæ plena ſunt triſtitiæ, &c. Contrà quia lux lætitiam ſignificat; Sol ſplendens, & Luna, lætitiam indicat. Quamobrem nonnulli de lætitia populi illud interpretantur Iſaiæ 30. *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, &c.* hoc eſt, omnia lætiſſima erunt, & ſplendidiſſima, perinde ac ſi Luna in Solem conuertatur, & Sol multò maiori ſplendore fulgeat.

Reijciūtur ante dicti ſenſus.

At verò hi duo ſēſus hactenus propoſiti, non probantur, primus, quia Sol & Luna lumine carebunt, anteq̄ Chriſtus è cęlo deſcendat, vt ſignum iudicij præbeant; non ergo dicuntur obſcurari, ad Chriſti comparationē. Secundus, quia ſi verus ſit, nullum in Sole ſignum erit iudicij, ſplendorem enim habebit ſuum, Lunaque ſimiliter, & ſtellæ, ſolùm verò obſcurabuntur, quia hominibus omnia tenebroſa, & mœſta videbuntur. At Chriſtus ait: *Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis*: Quænam quæſo ſigna hæc erunt, ſi nihil mutationis illis accidet? Diuus Auguſ. epiſ. 80. Solem & Lunam ait dici Eccleſiam, quæ obſcurabitur Antichriſti tempore, ſed hoc myſticum eſt, quemadmodum & ſenſus ſimilis Diui Ambroſij Lucæ 21. & ille qui apud Origenem extat, Solem obſcurandum eſſe, id eſt, diabolum. Lunam verò congregationem improborum.

Sol reipſa obſcurandus.

Dicendum eſt, Solem obſcurandū reipſa, ſimiliterq; Lunam. Origenes ait poſſe aliquem opinari, nubes fumi ex mundi extremo incendio excitas, hanc caliginem effecturas. Dicet [inquit] aliquis; Quemadmodum in magnis ignibus ſuccendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, ſic in conſummatione mundi, ab igne, qui accēdendus eſt, obſcurabuntur etiam luminaria magna. Vt ſole obſcurato, conſequenter obſcuratione Solis etiam Luna impedita, neque à Sole percipere lumen, neque proprium lumen dare ſinatur, &c. Refutatur opinio, quoniam prius Sol eſt priuandus lumine, itemq; Luna, quàm ignis orbem incendat. Nā ſi ignis priùs orbem incenderet, omnes homines combureret, nulluſque Lunam, aut Solem cerneret obſcuratum, quod falſum eſſe oſtendunt verba illa apud Lucam; *Erunt ſigna in Sole, & Luna, &c. Areſcentibus hominibus præ timore, &c.*

Poterit autem tunc Sol obſcurari, velut in paſſione factum refert Areopagita, quod ſuo loco Deo duce explicabimus, nempè ſubiecta miraculosè Luna, vel multis, denſiſq; nubibus interpoſitis, vel luce penitus à Deo dempta. Hos modos recenſet Carthuſianus Matth 24 Obſcurabitur (inquit) Sol, & Luna, vel quia diuina virtute ſuo lumine priuabūtur; vel quod probabiliùs ſonat, quia aliqua corpora opaca interponentur inter ea, & terram; & fortè Luna ſupponetur Soli, ſicut in paſſione factum fuit ſecundùm Dionyſium Areopagitam. Sic & Abulenſis quoq; Matth. 24. quæſ. 155. quatuor modis ait fieri poſſe Lunæ, & Solis obſcurationē. Primò per ſubtractionē productionis radio-

Quibus modis poterit Sol obſcurari.

Digitized by Google

radiorum; ita vt non mittant ad nos radios. Secundò per interpoſitionẽ corporis alicuius opaci, tertiò ꝑ ſubtractionem lucis, ita vt eo tempore nõ ſint corpora luminoſa, quartò per eclipſim. Ipſi verò auctori ſecundus modus magis placet, videlicet, vt interiectis nubibus, vel alijs corporib. denſis, Sol & Luna tenebreſcant. Placuit hic modus etiam Carthuſiano, & Lyrano, mihiq; non diſplicet. Caietanus Marci 13. arbitratur Solem obſcurandum, abſq; eclipſi, & nubibus. Et de Luna ad illa verba: *Luna nõ dabit lumen ſuum.* Non dicit (inquit) non habebit lumẽ, quia ſimiliter abſque eclipſi, & nubib. ſubtrahetur ſplẽdor eius, &c. Et Matthæi 24. *Luna* (inquit) *non dabit lumen ſuum*: hinc ſignificatur, quòd Luna habens lumen ſuũ, nõ dabit illud, vt intelligamus, quòd non loquitur de eclipſi, ſed de miraculo; quia in eclipſi Luna non habet lumen, &c. Item de Sole: Non intelligo (ait) per interpoſitionẽ Lunæ obſcurandum, ſed miraculoſa obſcuratione, &c. Exiſtimare videtur Solem ſplendorem habiturum, ſed non daturum, itemq; Lunam habiturã tunc lucem, ſed non exhibituram, nullo opaco obſtante corpore, eo quòd Deus impediat lucis fluxum, videlicet ſublato concurſu ad emittendum ſplendorem. Quemadmodum enim in Babylonica fornace concurſum ſuum igni abſtulit Deus, ne ſanctos adureret; ſic extremo tempore Soli, ac Lunæ concurſum auferet, ne lucem in terras emittant. Dies nox erit, Solis luce aerem minimè illuſtrante; nox erit obſcuriſſima, ſtellarum, Luneque carens lumine. Nam interdiu Sol obſcurabitur, noctu Luna, atque ſtellæ.

Luna habebit lumen ſuum, ſed non dabit.

Dies tunc nullus erit, & nox obſcuriſſima.

Ambigitur quanto temporis ſpatio ſint hæ tenebræ duraturæ? Reſpõdet Abulenſis quæſtione 161. Dicendum (inquit) quod non eſt credendũ, quòd durent per duos, aut tres dies, probat: Nam hoc induceret periculũ omnibus viuentibus, & alterarentur diſpoſitione peſſima, & nõ vitali, oĩa quæ viuunt, & ex quib. viuimus, &c. Concludit: erit tanti temporis duratio, vt credat veriſimiliter eſſe ſignũ rei maximæ: Et tamen non deſtruat

De duratione harum tenebrarũ.

A viuentia, hoc tempus ſatis eſt trium, aut quatuor horarum, quia tunc per omnes terras poterit manifeſtè videri. Hæc ille. Confirmatur opinio, ex eclipſi Solis, quæ Domino cruci ſuffixo facta eſt. Quemadmodũ tunc Sol obſcuratus eſt à ſexta hora vſque ad nonam, hoc eſt, per horas tres, ſic in iudicio tot horis ſatis erit obſcurri. Iuxta hanc ſententiam, Sol, & Luna, per tres vel quatuor horas carebunt

B lumine; poſtea radios in terras effundent. Fortè veriſimilius eſt, per plures horas caliginem duraturam, imò per plures dies. Nonne par eſt credere, tenebras illas extremi horrendiq; temporis diutiùs duraturas, quàm tenebras, quib. oppreſſa eſt Ægyptus? Atqui Exod. 10. legitur: *Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum, neq; mouit ſe de loco, in quo erat, &c.* Opi-

Durabunt hæ tenebræ per plures dies.

C nemur ergo duraturas illas tenebras per aliquot dies, fortè vſq; ad ignis incendiũ. Quod obijcitur; ſi tot diebus durent, periculum viuentib. allaturas, & alterationem peſſimam Concedimus. Nihil.n. mirum eſt, ſi caligo illa hominibus, cæteriſque viuentib. perniciem afferat; cùm omnia viuentia tunc ſint peritura. Exiſtimarim tamen non fore tenebras palpabiles, tamq; craſſas, quàm illæ fuerunt Æ-

D gyptij, quæ & motu, & aſpectu priuabant homines.

Stellæ cadent de cœlo.

IN Sole, & Luna, ſignum fore prædixit Dominus, obſcurationem; in ſtellis ait fore caſum. *Cadent* (inquit) *ſtellæ de cœlo.* Abſque metaphora intelligit hæc verba Chryſoſtomus hoc pacto; ſtellæ reuera ex cœlo cadent;

E quia poſt iudicium nulla erit nox, in qua luceant. Stellæ (inquit) cadent. Quis.n. vſus ipſarum erit, nulla exiſtente nocte? &c. Et Euthymius; Stellæ [ait] cadent, tamquã nulli amplius vſui futuræ. Nulla.n. tũc erit nox, &c. Aduerte Chryſoſto. & Euthym. his verbis ſignificare caſuras ſtellas, ita vt eſſe deſinant, atque aboleantur penitus, quia poſt iudicium nulli erunt vſui in mundo. Et quidem non leue

An ſtellæ cœli ſint caſuræ & perituræ.

eſt

eſt hoc argumentum, ſtellæ nulli vſui erunt poſt iudicium; ergo è cœlo cadent, eſſeque deſinent. Nam poſt iudicium non erit nox; ergo non ſeruient noctis illuminandæ ſtellę. Neque verò ſeruient diei illuminando, quoniam Solis, Lunæque, quæ tunc inſtar Solis fulgebit ſplendore, obſcurabuntur, & diſparebunt. Non igitur erunt opus poſt iudicium; ideoque ante iudicium cadent, & peribunt.

Stellæ in iudicio peritura ſunt omnes.

Hoc ſignificare videntur verba Iſaiæ 34. Iuxta verſionem Septuag. *Tabeſcent omnes virtutes cœlorum, & complicabitur cęlum ſicut liber, & omnes ſtellæ cadent ſicut folia ex vite, & ſicut cadunt folia de ficu, &c.* & verba Apocal. 6. *Stellæ de cęlo ceciderũt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos,* [id eſt, ficus immaturas] *cùm à vento magno mouetur, &c.* Chryſoſtomus hom. ad Neophytos tomo 5. Quid (inquit) ſibi vult, *ſicut cadunt folia de vite cadent ſtellæ de cęlo?* Sicut.n. vites, cùm vuarum fructibus prægrauantur, foliorum exposcunt auxilium neceſſarium, vt protegantur; cùm autem depoſuerint fructum, neceſſe eſt, vt folijs nudentur. Sic ſe habet hoc ſæculum, quamdiu habuerit in ſe humanum genus, tenebit & cœlum ſtellas, ſicut & vitis folia. Nam nocte pereunte, ſine dubio ſtellarum vtilitas ſimul cum nocte deficiet, &c.

Stellas rẽſuras nõ eſſe Auct. r probat.

At conſentaneum rationi eſt, Aſtrologis hac in re credere, qui tantæ magnitudinis eſſe ſentiunt ſtellas, vt ne duas quidem, aut vnam capere terra poſſit. Quòd ſi terra illas non poteſt capere, ſi cęlo infixæ corruptionis expertes ſunt, in terram nõ cadent. Argumento reſpondetur, aſtra poſt iudicium fore fulgida adeò, vt nec Lunæ, nec Solis ſplendore poſſint deficere, vſuiq; futura maximo, videlicet ornamento cęlorũ. Non cadent ergo aſtra, ſed cadet aſtrorum lux; quia non fulgebit. Idque ſignificat metaphoricus ille dicendi modus: *ſtellæ cadent de cęlo*, hoc eſt, non micabunt in cęlo, perinde ac ſi cecidiſſent. Vnde Ioelis 3. dicit: *ſtellę retraxerunt ſplendorem ſuum, &c.* Retrahent ſplendorem ſuum ſtellæ; non cadent è cęlo reipſa. Adde, tot fulgura totque inflammatas exhalationes ſtellarum formã referentes, tũc temporis è cęlo in terram ab Angelis eiaculandas, vt ſtellæ ipſę tuere videantur. Id quod ſignificant verba Iſaiæ 34. & Apocal. 6. Indicant enim aliquas ſtellarum ſimilitudines reuera è cœlo, id eſt, aere, caſuras inſtar foliorum, ac groſſorum. Auguſtinus libro vigeſimo de Ciuitate, capite vigeſimoquarto. Illud [inquit] quod ſcriptum eſt, *ſtellas de cęlo eſſe caſuras*, præter quod poteſt multò probabilius, & aliter intelligi, magis oſtendit manſuros cœlos, ſi tamen ſtellæ inde caſuræ ſunt. Vel cùm tropica ſit locutio, quod eſt credibilius; vel in iſto imo cœlo (id eſt, aere) futurum ſit vtiq; mirabilius, quam nunc fit. Vnde & illa Virgiliana *ſtella* Æn. 2. *facem ducens multa cum luce cucurrit, & Idæa ſe condidit ſylua*. Hæc Auguſtinus. Non iudicat Auguſtinus improbabilem eſſe opinionem, ſtellas è cœlo reuera caſuras, ſed probabilius arbitratur, metaphoricã eſſe locutionem, qua ſignificantur inflammatas exhalationes, ſtellis ſimiles, & fulgura, ex aere demittenda.

Aug. iudicat probabiliũ opinionẽ ſtellas de cęlo caſuras.

Et virtutes cęlorum commouebuntur.

Quęnã ſint cęlorum virtutes.

DIuus Hieronymus *virtutes cęlorũ* putat Angelos dici, hoc ſenſu: Angeli cœlorum, Chriſti iudicis comparatione, in tenebras reputabuntur. Diuus Chryſoſtomus ſimiliter Angelos interpretatur, qui iudicij tempore admirationis motu commouebuntur. Mirabuntur (inquit) videntes vniuerſa commutari, conſeruos rationem vitæ referre, orbem totum terribili aſſiſtentem tribunali, atque omnes, qui ab Adam, ad aduentum vſque illum facti ſunt, rationes operum reddẽtes, &c. Eadem eſt ſententia Euthymij, ac Theophylacti. Auguſtinus ſerm. 130. de tempore, commouendos ait timore quodam reuerentiali; imò Chryſoſtomus, cuius ille ſermo eſt tomo tertio, de cruce & latrone. De Angelis [inquit] dicit Dominus, tremor enim illos apprehendet, & timor magnus. Quia tunc iam terribile erit iudicium illud, vt ab Angelis timeatur. Quemadmodum enim principe iudicante, non ſolùm rei, ſed & officia, quæ nihil ſibi conſcia ſunt, timore comprehenduntur.

Angeli commouebũtur timore reuerentiali, & mirabũtur in iudicio.

Digitized by Google

A tur, propter iudicis terrorem; ita &
cùm genus humanum iudicabitur,
etiam cœleſtes miniſtri pauebunt;&
terribili apparatu, de iudicis intuen-
tis horrenda formidine cõtremiſcẽt,
&c. Non placet opinio; quoniam hæc
commotio virtutum, aduentum Do-
mini ad iudicium præcedere debet.
Chryſoſt. vero, & alij ſentiunt Ange-
los commouendos in ipſo iudicio. Ve-
riſimilius eſt commouendos ad faciẽ-
B da inſolita opera, vt cadentes ſtellas,
fulgura, tonitrua, ventos, tempeſta-
tes, & ſimilia ante iudicium. Dici prę-
terea poteſt, *Angelos commouendos*, quia
illi, qui cœlos mouent, propè iudiciũ
aliter cęlos mouebunt, ratoſque ſy-
derum curſus perturbabunt.

Angeli quomodo commouendi ſint in iudicio.

Græcè legitur, *καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται*, nomen *δυνά-
μεις potentias; & exercitus* ſignificat, &
verbum, *σαλεύομαι fluctuo, iactor, com-
moueor*, & *σάλος. fluctum, & tumultum*
C *maris*, atque vndarum, & fluctuatio-
nem, Pſal. 54. *Non dabit in æternum flu-
ctuationem iuſto*: Græce dicitur *οὐ δώσει
εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ*. Eſt ſen-
ſus; Potentiæ ſiue exercitus cœlorũ,
[qui in cœlo ſunt, & eſt apud Marcũ]
iactabũtur, vt veluti fluctuabunt. Vir-
tutes ſiue potentias cœlorum Caie-
tanus putat ſignificare ipſas cœlorũ
vires, ſiue poteſtates corporum cœle-
D ſtium, quæ illo extremo tempore mo-
uebuntur. Mutabuntur enim (inquit)
potentiæ actiuæ cœleſtium corporũ,
a ſolitis actionibus, &c. Ianſenius ar-
bitratur virtutes ſignificare ſydera
omnia, & aſtra, quæ in ſacris literis
militia cęli, & virtutes, hoc eſt, exer-
citus cœlorum appellantur, vt Pſal.
32. *Verbo Domini cęli firmati ſunt, & ſpiri-
tu oris eius omnis virtus eorum*: quæ ſunt
ſydera.

Virtutes ſiue potentia cœlorum quæ.

E Verùm de ſtellis iam dixerat Do-
minus caſuras è cęlo: quorſum igitur
addit: *Et virtutes cęlorum commouebun-
tur*, id eſt, ſtellę commouebuntur?
maius eſt. n. cadere, quàm cõmoueri.

Reijcitur hæc ſententia.

Aduertendum eſt vt ex Diuo Lu-
ca, & Diuo Matthæo colligitur, ordi-
nem verborum Chriſti hunc fuiſſe;
*Erunt ſigna in Sole, & Luna & ſtellis, Sol
obſcurabitur, & Luna non dabit lumen
ſuum, & ſtella cadent de cœlo: & in terris*

Ordo verborũ Chriſti.

A *preſſura gentium præ confuſione ſonitus ma-
ris, & fluctuum, areſcentibus hominib. præ
timore, & expectatione quæ ſuperuenient
vniuerſo orbi. Nam virtutes cęlorum moue-
buntur*. His verbis: *Nam virtutes cęlorũ
mouebuntur*: redditur ratio trepidatio-
nis, & preſſuræ hominũ, in hanc ſen-
tentiam: Erit hominum anguſtia, &
horror, adeò vt areſcant præ timore,
& expectatione impendentium ma-
lorum quoniam tunc cœlorum exer-
B citus á ſolito ſtatu commouebuntur.
Quod ſpeciatim dictum eſt, *Sol obſcu-
rabitur, & Luna non dabit lumen ſuum,
& ſtella cadent de cœlo*: hiſce verbis iux-
ta hunc ſenſum Ianſenij, dicitur ge-
neratim. Nam virtutes cœlorum, id
eſt, exercitus, & militia ſyderum, a ſta-
tu ſuo mouebitur.

Po eſt etiam locus de ſyderibus ita
exponi: exercitus, ſiue virtutes cœlo-
rum mouebuntur, motu receſſus, hoc
C eſt, recedent, & ex cœlo receſſiſſe vi-
debuntur, quia penitus diſparebunt:
hoc idem ſignificant verba Apocal.
6. *Cęlum receſſit, ſicut liber inuolutus, &c.*
hoc eſt, cęlum præ tenebris hominib.
diſparuit, & lumen abſcondit, quod
continet, quemadmodum liber inuo-
lutus abſcõdit literas, quas habet Iſa.
34. *Tabeſcet omnis militia cęlorum, & cõ-
plicabuntur ſicut liber cæli, & omnis mili-
tia eorum defluet ſicut defluet folium de vi-
D nea, & de ficu, &c.* Tabeſcet omnis mili-
tia, ſiue virtus, ſiue exercitus cęlorũ,
fulgore ſuo priuatus. Cœli complica-
buntur, vel inuoluentur, ſicut liber,
vt Ioannes loquitur. Apocal. 6. quia
ſplendorem contegent, ac velut inuo-
luent, & complicabunt. Adde & aliũ
ſenſum; *virtutes*, id eſt, vires *cœlorum
mouebuntur*, & fluctuabũt; ita vt amiſ-
ſa priſtina virtute, ipſi cœli deficere
videantur. Quis ſenſus mihi pla-
E ceat magis mox aperiam verba Lu-
cæ explanans.

Stella recedere videbuntur, & non apparebunt.

In terris preſſura gentium.

Erunt iudicij extremi tempore
ſigna in cęlo, quæ hactenus expli-
cata ſunt: Neque ſolùm erunt in cę-
lo, & aere; ſed etiam in terris, & ma-
ri. *In terris* [ait Dominus Luc. 21] *preſſu-
ra erit gentium*. Beda Luc. 21 putat hãc
preſſu-

Digitized by Google

preſſuram ſignificare tribulationem illam magnam, quæ tempore Antichriſti futura eſt; ꝙ ſumpſit ex Aug. epiſt. 80. Sed ad tempus pertinere, quo poſt Antichriſti necem Sol obſcurabitur, & Luna, & ſtellæ, ipſe contextus Lucæ ſatis indicat: *Erunt* [inquit] *ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium*. Græcè, συνοχὴ ἐθνῶν, id eſt, *coarctatio*, vt vertit Pagninus, vel *animi anguſtia*, & anxietas maxima hominum, erit in terris: *præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum*. Confuſionem ad mare & fluctus referunt nonnulli, hoc ſenſu: præ confuſo ſonitu maris & fluctuũ; Ad homines potiùs referenda eſt, non ad mare, & fluctus: Græcè, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου Verbum verbo ſic redditur: *In dubitatione ſiue perplexitate, ſiue in conſilij inopia ſonantis maris, & fluctus, vel ſonante mari, & fluctu* Erunt enim homines tunc confuſi, perplexi, conſilij inopes, quò ſe vertant, neſcient, aut quid agant; tùm propter obſcuritatem ſyderum, & propter fulgura, ſtellaſque cadentes, tùm propter horrendum maris fluctuumque ſonitũ, & procellam. Erit preſſura gentium, & anxietas propter confuſionem, id eſt, perplexitatem, quam efficiet procelloſi maris, formidandus ſonitus. Alia eſt interpretatio minus probabilis: *Erit preſſura gentium in terris*, ſimilis illi preſſuræ, & anxietati, quam in pelago ij, qui procella iactantur, patiuntur, præ confuſione, & perplexitate, quam efficit in tempeſtate ſonitus maris & fluctuum. Non eſt hic cõparatio vlla, ſed ſignum iudicij in mari, nimirũ fluctuũ tumultus, inſolita agitatio, & ſonitus ſtupendus, qui preſſuram efficiet gentium, quæ illũ audient. Mare [ait Theoph.] maximis ſonis reſonabit, & erit commotio, ac turbatio, ita vt homines extabeſcant a ſolo timore, & expectatione eorum, quæ venient ſuper orbem, &c.

De preſſura gentiũ, mariſque ſonitu.

Qualis erit hominũ anguſtiæ et perplexitas.

Sequitur: *Areſcentibus hominibus, præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi*. Græcè, ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων ἐν τῇ οἰκουμένῃ hoc eſt, *exanimatis hominibus, ſiue extabeſcentibus, atque areſcentibus, à timore, ſiue propter timorem, & expectationem ſuperuenientium* [ſcilicet malorum] *in orbem*. Vel, *exanimatis propter timorem, & expectationem eorum, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi* Timebunt enim, & timore magno perculſi, expectabunt mala ingẽtia, quæ orbi impendere ex ſignis intelligẽt. Noſter interpres vertit: *Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi, &c.* Poteſtque eſſe ſenſus: præ timore, & expectatione, quæ duo ſcilicet timor magnus, & expectatio, ſuperuenient tunc orbi. Vel propter timorem, & expectationem eorum ſcilicet malorum, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi; qui ſenſus Græcis conſonat], eſtque certior.

Grauis hominũ perturbatio.

Additur cauſa: *Nam virtutes cœlorum mouebuntur*, hoc eſt, magno tunc timore afficientur homines, & exanimati areſcent, quia cœlorũ virtutes, δυνάμεις, id eſt, *exercitus*, Sol, Luna, & aſtra, mouebuntur ex cælo, & veluti cadẽt: hoc eſt, areſcent homines, præ timore, quia videbunt Solem, Lunam, & aſtra priuata lumine. Vel aliter; extabeſcent homines, & examinabũtur. Neq; mirum ſi homines exanimentur; ſiquidem horribilia adeò erunt temporis illius ſigna, vt etiam ipſas cœlorum, virtutes, id eſt, Angelos, terrere poſſe videantur. Cælorum virtutes Angelos appellari nemini dubiũ eſt, & ex patribus citatis liquet. Eſt igitur ſenſus: *Nam cælorum virtutes*, id eſt, Angeli, *mouebuntur*: id eſt, veluti contremiſcent vt Chryſoſtomus loco ſuprà citato exponit. Sed ille in ipſo iudicio, hunc timorem Angelis tribuit; nos ante iudicium tribuimus, eo tempore quo ſigna fient horribilia, & homines areſcent præ timore, etiam ipſi Angeli ea videntes commouebuntur; motu timoris reuerentialis Dei ſigna præbentis contremiſcent. Verbum autem, σαλεύομαι, & verbum, *commoueor*, timorem ſignificare conſtat ex Pſal. 32. *Timeat Dominum omnis terra ab eo autem commoueantur*, Græcè, ἀπ' αὐτοῦ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν σαλευθήτωσαν, *omnes habitantes orbem, &c.* Heb. eſt, ממנו יגורו כל ישבי תבל *mimmenu iaguru col ieſchebe thebel*, ꝙ Hieronymus

Quomodo virtutes cælorum mouebuntur.

nymus vertit, *formidcnt ipſum vniuerſi habitatores orbis*. Hoc ergo ſenſu dicit hoc loco; virtutes cęlorũ σαλευθήσονται, vel *commouebuntur*, aut mouebuntur. Simile illud eſt; *per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, tremunt poteſtates, &c.* Vel etiam mouebuntur timore admirationis, iuxta illud Diui Gregorij ad illa verba Iob 26. *Columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius.* Ipſe(inquit) virtutes cœleſtium, quæ Deum conſpiciunt, in ipſa ſua contemplatione contremiſcunt. Sed idẽ tremor, ne eis pœnalis ſit, non timoris eſt, ſed admirationis, &c. Adijce etiam motum iræ, & odij. Mouebuntur enim motu iræ, atque odij aduerſus peccata mundi. Theophylac. Luc. 21. Quid dico (inquit Dominus) quod homines turbabuntur, cùm creatura omnis alteretur? Nam & ipſi Angeli, & primæ virtutes turbabuntur, terrebunturq; in terribilibus immutationibus vniuerſi, &c. Lege etiã Auguſtinum, & Chyſoſt. ſuprà citatos. Epiſcopi Abulẽſis huiuſmodi eſt ſenſus etiã veriſimilius: Dixit Chriſtus: *Erunt ſigna in Sole, & Luna & ſtellis, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuũ, ſtellę de cęlo cadent, &c.* Rogaret aliqs, quomodo fiunt hæc inſolita? Reſpondet Dominus, quia virtutes, i. Angeli cœlorum mouebuntur, admiranda opera, & inſolita facienda.

CAPVT XI.

De igne conflagrationis.

Quindecim ſigna uenturi iudicij parum ueriſimilia.

PRæter hæc alia quindecim ſigna referuntur, ex neſcio quibus annalibus Hebræorum ſumpta, quæ enumerat Diuus Thomas in Add. quæſt. 73. articulo primo, parumque veriſimilitudinis habere ait, quamobrem omittenda cenſui. Vide Abulenſem Matth. 25. quęſt. 312. De igne nonnihil dicendum. Per ignem enim Chriſtum iudicaturum mundum conſtat. Vnde illud Eccleſiæ in officio defunctorum: *Quando cœli mouendi ſunt, & terra, dum ueneris iudicare ſęculum per ignem, &c.* & ſecunda Theſſalonic. 1. *In reuelatione* [ait Paulus] *Domini Ieſu de cœlo, cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam, &c.* & ſecunda Petr. 3. *Cœli qui nunc ſunt, & terra eodẽ uerbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij, &c.* Malachiæ 4. *Ecce dies ueniet ſuccenſa quaſi caminus, &c.*

An ignis præcessuri iudicium.

Ambigitur, ſit ne ignis hic præceſſurus aduentum Domini ad iudiciũ, an ſecuturus? Diuus Auguſt. lib. vigeſimo de Ciuitate, capite trigeſimo ſentire videtur ſecuturum. In illo [inquit] iudicio, vel circa illud, has res didicimus futuras, Eliam, fidem Iudęorum, Antichriſtum, Chriſtũ iudicaturum, mortuorum reſurrectionẽ, bonorum malorumq; direptionem, mundi conflagrationem, eiuſdemq; renouationem, &c. Extremo loco cõflagrationem, & mundi renouationẽ collocat: Addit; Quo ordine hęc veniant magis tunc docebit experientia. Exiſtimo tamen eo quo à me commemorata ſunt ordine eſſe ventura, &c. Capite 18. Poſt factum (ait) iudicium mundus ardebit, &c. & ca. 16. Iudicatis impijs, figura mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit, &c. Reſpondemus cũ D. Thoma Add. quæſt. 74. ar. 7. & alijs Theologis, ignem præceſſurum iudicium. Probatur ex verbis Eccleſiæ citatis: *cùm veneris iudicare ſęculum per ignẽ, &c.* Iudicabit Dominus per ignẽ mundum; ergo in ipſo iudicio erit ignis, qui ante Chriſti faciem ſuccendetur. Idem indicant verba Iſa. 66. *Dominus in igne veniet*. Item; *in igne Dominus diiudicabit, &c.* Pſal. 49. *Ignis in cõſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tẽpeſtas valida* Pſal. 96. *Ignis ante ipſum precedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, &c.*

Ignis prima actio exuret terram, hominesq; , &

Dubitatur præterea, quænam ſint futuræ huius ignis actiones. Prima illius actio erit, terræ cõbuſtio. 2. Pet. 3. *terra & quę in ipſa ſunt opera exurentur, &c.* Exuret igitur terram, arbores, herbas, flores, animantia omnia, domos, metalla; deniq; vt D. Petrus ait: Omnia quæ in terra ſunt opera redi get in cineres: Quæres nũquid ignis ille comburet homines, quos viuos reperiet? Reſponderi poteſt, ignem poſt mortem omnium hominum ſuccendendum. Sed veſimilius eſt, ante mor-

An ignis cõflagrationis homines ſic combusturus

mortem hominum inflammandum paulatim, vt terrorem illis incutiat. Itaque flumina ignis fluere incipiēt, quæ paulatim magno cum hominū terrore totam terram occupabunt, omneſque homines priuabunt vita. Hinc illud D. Ephrem in libro de Pœnitentia, c.4. Cùm viderimus igneum fluuium, ab ortu ſolis vſque ad occaſum emanantem, & veluti ſæuiens fluctibus mare, montes, ac valles, deuorantem, terramq; omnem, & quæcumque ſunt in illa exurentem, &c. Diuus Thomas Opuſcul. 60. art. 25. Effectus[inquit] huius ignis ſecundū doctores eſt, quòd tam bonorum, quàm malorum corpora incinerabit, &c.

Redigetne in cineres corpora eorum Sanctorum, de quibus Paulus 1. Theſſal. 4. loquitur? *Nos*[inquit] *qui uiuimus qui reſidui ſumus in aduentum Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & in uoce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Christo ſunt reſurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubib. obuiam Christo in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus, &c.* Videtur ſignificare Paulus aliquot viros ſanctos, in diem vſque iudicij victuros: nullaque affectos morte, Chriſto ituros obuiam. Non afficiendos morte exiſtimat Hieronymus epiſ. 148. ad Marcellā. Hoc [inquit]ex ipſius loci continentia ſciri poteſt, quòd ſancti, qui in aduentu Saluatoris deprehenſi fuerint in corpore, in iiſdem corporibus occurrāt ei. Ita tamen vt inglorium, & corruptiuum, & mortale, gloria, & incorruptione, & immortalitate mutetur. Vt qualia corpora mortuorum ſurrectura ſunt; in talem ſubſtantiam, etiam viuorum corpora transformentur, &c. Eiuſdem ſententiæ eſt Theodorus Heracleotes, cuius verba Hieronymus refert, epiſ. 152. ad Mineriū, & Alexandrum. Sācti[inquit]qui in die iudicij in corporibus reperiendi ſunt, cum alijs ſanctis, qui ex mortuis reſurrecturi ſunt, rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & non guſtabunt mortem. Erūtque ſemper cum Domino, grauiſſima mortis neceſſitate caſcata, &c. Adde & Apollinarium: Apollinarius[ait Hierony.], eadem, quæ Theodorus aſſeruit, quoſdam non eſſe morituros, & de præſenti vita rapiendos in futuram, &c. Ad verba illa Apoſtoli 1. Corinth. 5. *In hoc ingemiſcimus, habitationem noſtrā, quę de cœlo eſt ſuperindui cupientes. Si tamen ueſtiti, & non nudi inueniamur.* Sic ait Tertullianus lib. de reſurrect. carnis, c. 41. id eſt, ante volumus ſuperinduere virtutem cęleſtem æternitatis, quàm carne exuamur: huius enim gratiæ priuilegium illos manet, qui ab aduentu Domini deprehendētur in carne, & propter duritias temporum Antichriſti, merebuntur compēdio mortis per demutationem expūctæ, concurrere cum reſurgentibus. Sicut Theſſalonicenſibus ſcribit Paulus, &c. Iuſtinus martyr quæſt. 109. Iudicabit[inquit]viuos Dominus, id eſt, eos qui tunc viuent, &c.

An ſint morituri ſancti, qui ad iudicij uſq; tempus uixerint.

Qui ſentiūt non omnes hōies morituros.

Idem ſentit Chryſoſ. 1. Corint. 15. & Theophy. *Non omnes*[inquit] *morientur, omnes tamen mutabuntur, etiam qui non moriuntur, &c.* Oecumenius eodē capite, nōnulli tunc reperientur, qui ne moriantur quidem, &c. Similiter Theodoretus. Ij [inquit] qui adhuc ſuperſunt, induentur incorruptione, &c. Sequuntur hi patres Græci Græcam quorundam exemplarium lectionem. πάντες μὲν ὀ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, id eſt, *Omnes quidem nō dormiemus* [id eſt, non moriemur omnes] *omnes uerò immutabimur, &c.* Immutabimur [inq̄] ad incorruptionem, omnes enim in incorruptibili corpore reſurgent. Editionis vulgatæ lectio eſt: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, &c.* Scilicet ad gloriam. Lege Oecumenium 1. Cor. 15. & Hierony. epiſt. 152. citata. Adde Epiphanium hæreſi 64. præter hos Aug. in lib. de 8. quęſt. Dulcij, videtur[ait) Apoſtolus aſſerere, quoſdam in fine ſæculi viuos repertos, in illam immortalitatē, quæ ſanctis etiam cęteris datur, repente mutandos; & ſimul cum illis rapiendos in nubibus. Nec aliquid aliud mihi viſum eſt, quoties de his verbis volui cogitare. Sed vellem hinc potiùs audire doctores, &c. & lib. 2. de Peccat. merit.

merit.& remiſſ cap.31. Hoc (inquit) quibuſdam Deus in fine largietur, vt mortem iſtam repentina commutatione non ſentiant, ſed ſimul cum reſurgentibus rapiantur in nubib. obuiam Chriſto in aere,&c. Si opponas, ſcripturam aſſerere omnes homines morituros. Reſpondetur ex lege quidem ordinaria morituros omnes, ex priuilegeo verò illos extremi temporis homines non morituros, eo quòd reſurrectio inſtet.

Ignis conflagrationis omnes homines, q tunc erunt conſumet.

Reſpondemus quæſtioni ignem illum omnes homines, qui tunc viuēt, cùm ille exardeſcet, interfecturum, vt ſuprà dictum eſt: illos verò ſanctos, de quibus Paulus loquitur, mortem etiam obituros. D. Aug. quamuis dixerit locis citatis viuos rapiendos, tamen li.20. de Ciuit c 20. mortem ait perpeſſuros. Idq; probatur, quia Scriptura prædicat omnes homines morituros, ad Hebr.9. *Statutum eſt hominibus ſemel mori, &c.* ad Rom.5. *In omnes homines mors pertranſijt, &c.* Pſal.88. *Quis eſt homo, qui viuet, & nō videbit mortem, &c.* 1 Cor.15. *In Adam omnes moriuntur, &c.* Ergo etiam illi ſancti morientur. Præterea omnes homines reſurgēt. 1. Cor.15. *Omnes quidē* (ait Paulus) *reſurgemus, &c.* Item; *in Chriſto oēs viuificabuntur, &c.* Ergo etiam illi reſurgent, quòd ſi reſurgent, priùs morientur, etenim reſurrectio mortuorū eſt, non viuorum. D.Thomas Add. q. 78.art.1. Securior(inquit)& communior eſt opinio, quod omnes morientur,&c. D. Aug. loco citato; Si crediderimus (ait) ſanctos, qui reperiētur viuentes, in raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox corpora immortalia redituros, nullas in verbis Apoſtoli patiemur anguſtias, ſiue vbi dicit 1. Corint.15. *Tu quod ſeminas non viuificatur niſi moriatur,* ſiue vbi dicit, *omnes reſurgemus, aut omnes dormiemus, &c.* Lib.2. Retract.c. 33. vtramq; opinionem proponit, vt probabilem: Aut(ait)non moriētur, aut de vita iſta in mortem,& de morte in æternam vitam, celerrima commutatione, tamquam ictu oculi tranſeundo, mortē nō ſentient, &c. Oecumenius quoq; v.Cor.15. vtramq; opinionē complectit. Verba illa: *Non omnes dormiemus,* i. moriemur, ſic exponit. Nō dormiemus(inquit) diuturna dormitione, vt opus ſit ſepulchro, ac ſoſone ad corruptionē. Sd breuē mortē ſuſtinebūt, qui tūc reperient, quib. nō erit op⁹ diuturna dormitione, pp factā ſubitò reſurrectionē. *Omnes tñ immutabant:* hoc eſt, induēt incorruptionē &c. Et paulò pòſt: In ijs [iquit] nō erit ſuſcitatio; ſed tm̄ immutatio, &c.

Morientur omnes homines.

Quomodo omnes non morientur, locus Apoſtoli explicatus.

An ſint morituri in raptu.

Si qras an ſint morituri in raptu? B Aug. affirmanter rńdet: Ambr. quoq; 1.Theſſ.4. In ipſo [inquit] raptu mors proueniet, & quaſi per ſoporem; vt egreſſa aīa in momēto reddat. Cū.n. tollentur, morient, &c. Idē putat Anſelmus. In gloſſa quoq; Ordinaria,& interl. hæc extat opinio, vt alios omittā. Veriſimilius vr morituros ante raptum, igne id agēte, vt ſentit D.Tho. Add q.74 ar.7 & 8. Carthuſ. 1. Theſ. 4. Côius(inquit) tenet, q igne confla- C grationis morient, &c. Et Abul Matth.24.q.187. Non eſt[inquit]verum, q in die iudicij inuenient aliqui viui. Sed oēs iā erunt mortui, præcedente igne conflagrationis. Sic tenet ob oībus, &c. Verba Apoſtoli non repugnant huic ſnīæ, ſic.n. explanari poſſunt. Aſſumit Apoſtolus perſonā eorū, quos extremum illud tps viuos reperiet: vel ponitur tempus præſens p futuro. *Nos*(inquit) *qui relinquimur,* D *& qui reſidui ſumus,* i. qui reſidui erimus, & ſuperſtites extremo tpe, *non præueniemus eos,* qui ante nos e vita diſcedent. *Mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi,* i.ante damnatos, vt exponit Theoph. *Mortui in Chriſto* [inquit] tamq̄ in nubes ſubleuandi *reſurgent primi.* Cæteri poſtremi reſurgent, vt qui neq; rapiendi ſint in aera, neque Chriſto occurſuri, &c. Eodem modo interpretatur. Oecumenius. *Deinde,* i. E poſtq̄ illi rerrexerint; *nos qui extremo illo tempore viuemus*[ſubintellige, à mortuis cū illis excitati] *ſimul cum illis rapiemur obuiam Chriſto, in aera.* Aliter, oſtendit Apoſtolus ſimul oēs Sanctos reſurrecturos, obuiamq; Dño preceſſuros. Loquiturq; de ſe, & alijs, qui ſuo tpe ſuperſtites erāt in hāc ſnīam. Non reſurgēt ex iuſtis alij prius, alij poſterius, *nos* qui modo viuimus, *non præueniemus eos, qui ante nos obierunt.* Veniet

Quomodo exponenda Apoſtoli verba.

Digitized by Google

hlet enim Dominus, & qui ante nos A mortui iam ſunt iuſti reſurgent primis, ante damnatos. Deinde nos qui modo viuimus, poſt mortem ſimul cum illis exſcitati, obuiam Chriſto rapiemur. Non meminit autem mortis quoniam perſpicuum erat omnes è vita exceſſuros.

Secunda ignis actio, hominũ iuſtorum purgatio.

Secunda ignis operatio erit iuſtorum purgatio illi enim, qui aliquibus peccati fecibus inquinati fuerint, hoc igne explabuntur. Gloſ. Ord. 1. Theſ. B 1. Ignis erit in mundo, qui præcedet Chriſtum, qui exuret terram, & purgabit electos, &c. Audiamus D. Tho. Add. q. 74. art. 8. Ignis (inquit) quantum pertinet ad virtutem naturalem ipſius, ſimiliter aget in malos, & bonos, qui viui reperientur, vtrorumq; corpora in cinerem reſoluendo. In quantum verò aget, vt inſtrumẽtum diuinæ iuſtitiæ, diuerſimodè aget in diuerſos, quantum ad pœnam ſenſuũ. C Mali enim per actionem ignis cruciabuntur. Boni verò, in quibus nihil purgandum inuenietur, omnino nullum dolorem ex igne ſentient; & diuina virtute fieri poterit, vt ſine doloris cruciatu, reſolutionem corporum patiantur. Boni verò in quibus aliquid purgandum reperietur, ſentient cruciatum doloris ex igne illo, plus vel minus, pro meritorum diuerſitate. Hæc D. Tho. verba ſecundam ignis opera- D tionem oſtendunt.

Antiquorũ ſententia.

Ex antiquis nonnulli aiunt per hũc ignem omnes homines tranſituros, in eoq; probandos. Lactant. lib. 7. c. 21. Iuſtos (inquit) cùm iudicauerit Deus, etiam igne eos examinabit, &c. Deinde addit eos, qui plena iuſtitia prȩditi fuerint, nullo modo igne cruciandos. Orig. ho. 3. Pſal. 36. Omnes (inquit) venire neceſſe eſt ad illud ignem, etiã ſi Paulus ſit aliquis, vel Petrus veniet E tñ ad illum ignem. Sed illi tales audient, etiamſi per ignē tranſeas flãma non aduret te, &c. Lege eundem li. 8. epiſt. ad Rom. homil. 14. in Lucam, & hom. 13. in Ierem. Ambroſ. eod. Pſal. 36. Igne purgabuntur filij Leui igne Ezech. & Dan. &c. & Pſal. 118. Octon. 3. Etſi aliquis (inquit) vt Petrus ſit, vt Ioannes, baptizatur hoc igne, &c.

At verò iuſtos, qui peccato nullo fuerint contaminati, quiq; nullã peccati pœnam exoluendã habuerint, illũ ignem pertranſituros falſum eſſe conſtat. Cruciabũtur ergo his flammis illi ſolũ, qui tunc in vita manebunt, nõdum plenè expiati, ab illoq; igne occidentur. Nã mortuos alios expiatione indigentes ignis expurgabit Purgatorij. D. Auguſt. in li. 50 hom. 16. de hoc igne ſic ſcribit: Hi qui tēporalibus pœnis digna geſſerunt, de quibus Apoſt. dicit 1. Cor. 3. *Si cuius opus arſerit, detrimẽtũ patietur, ipſe aũt ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignem:* per fluuium igneum de quo propheticus ſermo cõmemorat Dan. 7. *Et fluuius igneus currebat ante eum:* per fluuium inquã igneũ, & vada feruentibus globis horrēda trãſibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & per tranſeundi mora. Quantum exegerit culpa, tm̃ ſibi ex hoīe vindicabit, quędam flãmæ rationabili diſciplina, &c.

Iuſti conflagrationis ignis non ſentient.

Tertia actio ignis, mũdi expurgatio.

Tertia ignis operatio erit mundi expurgatio. Expurgabit enim cœlos, & elementa, iuxta illud 2. Pet. 3. *Cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent, &c.* Expurgabuntur igni cœli, & elementa igne. Habent enim quaſdã veluti ſordes, quas ex peccatis hominum, & dæmonum contraxerunt. Nam quemadmodum violatum ſcelere homicidij templum, ſordes contrahit quaſdam morales, indigetq; expiatione, ſic violatus infinitis hominum flagitijs mundus, ſordes contrahit, à quibus eſt expurgandus. Admiſcentur præterea elementis extraneæ affectiones, & ſubſtantiæ, quæ illa quodammodo contaminant, ideoq; decoquenda ſunt, vt omnino pura, ac ſyncera reddantur. Vnde D. Tho. Add. q. 74. art. 2. Illa (inquit) mundi purgatio remouebit à mundo infectionem ex culpa relictam, & impuritatē commixtionis, &c. Lege Auguſt. lib. 20. de Ciuit. c. 16.

Sed quoſnam cęlos ignis expurgabit? numquid eos, in quibus fulgent ſydera? Minimè. Cęlos expurgabit aereos, id eſt, ipſum aerem, qui in Scriptura ſępè cęlum appellatur. Probatur ex eadem Diui Petri epiſtola, & capite: *Latet (inquit) eos hoc volentes, quòd cęli erant prius, & terra, de aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo, per quæ ille tunc*

Digitized by Google

mundus aqua inundatus perijt,&c. Ait D. Petrus cœlos, & terram, per aquam, & de aqua conſiſtere non igitur loquitur de cęlis,qui neque de aqua conſiſtunt,neque per aquam; ſed de aere, qui & de aqua cōſiſtit,& per aquam. Verum aer quamuis dici poſſit ex aqua conſiſtere, quòd ex materia aquæ effectus ſit, dici non poteſt conſiſtere per aquam,quoniam abſque conſiſtere poteſt. Neque enim aqua, quæ in eo gignitur, conſiſtentiam aliquam illi tribuit, neque placet, quod Caiet. ait, dici aerem conſiſtere per aquam, quia volucres aeris ex aqua ortæ ſunt. Ad conſiſtentiam aeris volucres non pertinent. Præterea Petrus ſolam terram ait conſiſtere ex aqua, & per aquam: *Cęli* [inquit] *& terra de aqua, & per aquam conſiſtens*: non dixit, *conſiſtentes.* Conſiſtit autem terra de aqua, quoniam de aqua emerſit in mundi initio,iuxta illud Gen. 1. *Congregentur aquæ in locum vnum,et appareat arida,&c.* Conſiſtit per aquam, quia ſi aqua careat inutilis puluis erit.

De cœlis, quot ignis expugnabit

Terra quomodo ex aqua conſiſtit.

Aliter ergo ex verbis Petri probatur cęlos aerem ſignificare,videlicet, quia adiungit: *Per quæ ille tunc mundus, aqua inundatus perijt,&c.* Per quæ id eſt, per quos cęlos,& terram,mundus diluuio oppreſſus eſt. Iam verò per quoſnam cęlos mundus inundatus perijt? Non equidem per ſuperiores, ex illis enim ne gutta quidem effluxit aquæ; ſed per inferiorem aerem, cuius cataractæ apertæ ſunt, aquarumq; copiā infinitam in terras effuderunt. Per terram autem inundatus mundus perijt, quia per aquas quæ ſuper terram ſunt, id eſt, per aquas maris, & reliquas,quæ terræ viſceribus concluduntur,obrutus eſt diluuio mundus. De aere ergo intelligenda ſunt verba illa D. Petri: *Cęli ardentes ſoluentur, &c.* vt intelligit præter cæteros Auguſt. lib. 20. de Ciuitate cap.18. & Beda Marci 14. Docet [inquit] Petrus quod non alij cęli ſunt igne perituri, quàm qui aqua perditi ſunt: hoc eſt, inania hæc & nebuloſa ventoſi aeris ſpatia, &c. Eodem modo intelligenda ſunt illa: *Cœli qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum, &c.* illa

A quoque: *Cęli magno impetu tranſient,&c.* id eſt,aer magno tonitruorum,fulgurumque, ſtellarum inſtar cadentium, ſtridore ac procella, concuſſus tranſibit. Græcè, καὶ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, id eſt, *cum magno impetu, & ſtridore, in morem procellæ tranſibunt cęli aerei.* Illa tamen verba: *Nouos cœlos, & nouam terram, ſecundum promiſſum ipſius expectamus,in quibus iuſtitia habitabat,etc.* non de aere ſolum, ſed etiam de cęlis

B ſuperioribus explananda ſunt. Græcè legitur, καινοὺς δὲ οὐρανοὺς, καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ αὐτοῦ ἐπάγγελμα προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ. hoc eſt, *nouos vero cęlos, & terram nouam, ſecundum promiſſum ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitabat.* Non in promiſſis, ſed in cœlis dicitur habitare iuſtitia: quia iuſtorum habitatio tūc totus hic erit mundus, maximè verò cœli ſuperiores. Itaque cum ait: *nouos cęlos expectamus,*

C in quibus iuſti habitant, vel habitabunt, præcipuè de ſuperioribus cœlis loquitur.

Quæritur quouſque ignis ſit aſcenſurus? Reſpondet Gloſſa interli. 2. Pet.3.his verbis: Tantum aſcendet ignis iudicij, quantum aſcendit aqua diluuij,&c. Aſcendit autem aqua diluuij quindecim cubitis ſuper mōtes. Gen.17. *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes,quos operuerat,&c.* Totidem

Quouſque aſcenſurus ſit ignis.

D aſcendet ignis. Gloſſ.ordina.2.Theſſ. 1. Ignis erit in mundo, qui præcedet Chriſtum, tantum ſpatium aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuio,&c. Idem docet Beda Marci 14. Auguſt.lib.20. de Ciuitate c.18. Qui [inquit] cœli,& quæ terra, id eſt, qui mundus, pro eo mundo qui diluuio perijt, ex eadem aqua repoſitus eſt, ipſe igni nouiſſimo reſeruatur,

E &c. Eadem eſt Magiſtri, & ſcholaſticorum Theologorum ſententia. De mundi renouatione, & ignis in Tartarum deſcenſione poſt iudicium dicemus.

CAPVT

GAPVT XII.

De cruce quæ in iudicio apparebit.

Tunc parebit ſignum filij hominis :

T*Vnc parebit ſignum filij hominis in cœlo*, ait Dominus hoc autem ſignũ vult Auctor imperfecti fore ipſum Chriſti corpus vulneribus conſignatum, quæ in iudicio oſtendet. D. Hieronymus ait fore vexillum aliquod victoriæ triumphantis. Sed crucem fore communis ac recepta fert opinio, tum patrum Chryſoſtomi, Hierony. Hilarij, Auguſtini, Theophylacti, Euthymij, & aliorum; tum etiam Eccleſiæ, quæ ſic canit, in officio crucis: *Hoc ſignum crucis erit in cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit, &c.* inter carmina Sybillina lib. 6. in fine hæc extant hac de re carmina;

Crux in iudicio apparebit.

O lignum felix, in quo Deus ipſe pependit:
Nec te terra capit, ſed cœli tecta videbis,
Cùm renouata Dei facies ignita micabit.

Rogabis, num diſcipuli intellexerint Chriſti ſignum crucem appellari? Reſpondetur tunc nõ intellexiſſe, ſed poſtea exiſtimabãt autem dum hæc verba audiebant loqui Dominum de vexillo aliquo regio, ac triumphali.

An crux ipſa lignea ſit conſpicienda.

Dubium primum eſt: An ipſamet crux lignea ſit in cœlo conſpicienda, an illius effigies ex ſplendido efformata aere? Vvaldenſis tom.3. de Sacramentalibus tit.20.c.158. exiſtimat ipſammet ligneam crucem, diuina redintegrandam potentia, & in die iudicij in cęlo omnibus hominib. oſtendendam. Palatius Matth.24. putat crucis effigiem cęlo ſemper infixam fore, vt beatos ſuo recreet aſpectu, neque deeſt, qui dicat crucis ſignum in frontibus omnium iuſtorum tunc appariturum. Piæ quidem opinationes ſunt, vt illa etiam, in cœlo empyreo collocandum crucis ſignum incorruptibilitate donatum. Chryſoſtomus citatur ab Vvaldenſe pro ſua opinione, hom. de cruce & latrone: Crucem [inquit] ſolam non reliquit Dominus in terra, ſed ſecum eam leuauit in cœlum, & ideo audi quod cum ipſa veniet, &c.

A Sed crucem appellare videtur crucis ſignum non verò ipſam ligneam crucem, cui Dominus eſt ſuffixus: eundẽ in modum alia huiuſmodi verba explananda ſunt. Certius eſt crucem ex aere, vel nube ſplendidiſſima effectã; in cęlo apparituram ſupra locum iudicij, magnitudinis tantæ, vt ab omnibus poſſit cerni.

Crux ex aere formabitur.

Dubium ſecundum eſt de tempore quo in cęlo crux rutilabit, num ante B Chriſti aduentum, an ipſo aduentu? Abulen. Matth.24.q.171.172. arbitratur rutilantẽ crucem appariturã; cũ Sol fuerit obtenebratus, & Luna, antequam Chriſtus è cœlo deſcendat. Itaque ex illius ſententia, obſcurato Sole, ac Luna, & ſtellis, mundus craſſis tenebris obtegetur; tunc in medijs illis tenebris fulgentiſſima apparebit crux, quæ illas illuminet. Adiungit ille hæc; Poteſt dici, quòd tunc appareat C crux in cęlo & duret per aliquos dies & noctes, & deſinat apparere, & poſtea rurſus adueniente Chriſto ad iudicandum appareat, quaſi vexillum eius. Vel fortè poſt quàm ſemel cęperit crux apparere, nunquam deſinet eſſe, & videri, quoſque Chriſtus veniat. Quia paruum tempus inter hæc eueniet. Sic ille. Item Clemens Romanus lib.7 conſtitutionum c.33. exiſtimat, crucem ante hominum reſurre- D ctionem, & aduentum iudicis conſpiciendam. Tunc (inquit) prodibit deceptor orbis (id eſt, Antichriſtus) quem Dominus interficiet, ac multi in eo ſcandalum incurrent: Qui verò perſeuerauerint vſq; in finẽ, hi ſalui erunt, & tunc apparebit ſignum filij hominis in cęlo. Deinde vox tubæ inſtante Archangelo, & interea mortuorum ſuſcitatio, ac tunc veniet Dominus, &c. Veriſimilius videtur crucem tunc E in cęlo conſpiciendam, cùm Chriſtus ad iudicandum deſcenderit. Inſtar vexilli enim Regij ante ſummum Regem rutilabit.

Quo tempore apparebit crux.

Chryſoſtomus ab Angelis portandam cenſet in homil. de cruce, & latrone, tom.3. quæ Auguſtino tribuitur, & eſt ſerm.130. de tempore: Sicut (inquit) Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare conſueue

Crux & reliqua paſſionis monimẽta ab Angelis portãda.

runt,& his eius declaratur aduentus: ſic Domino de cœlo veniente, Angelorum cœtus, & Archangelorum multitudo, illud ſignum portant humeris excelſis, & regalem nobis aduentum nunciat,&c. Sed crucis ſigno portando ante Dominum, videtur eſſe ſatis D. Michael, quem Eccleſia ſigniferum appellat.

Alia quoque paſſionis monimenta, vt columnam, clauos, verberum funes, coronam, ab Angelis tunc ferenda exiſtimat Diuus Thomas, opuſc. 2. cap. 244. Veniente (inquit) Domino ad iudicium, ſignum crucis,& alia paſſionis inſignia demonſtrabuntur,&c. item Viguerius cap. 21. §. 2. verſu 6. Dicunt (inquit) contemplatiui, quòd inferiores Angelorum ordines Chriſtum præcedent,& alij ſequentur, ſecundum dignitatem ſuam. Primus infimi ordinis portabit crucem in hac proceſſione. Primus angelus ſecundi ordinis portabit funes, quibus ligatus fuit Dominus. Primus tertij ordinis feret flagella, & virgas. Primus quarti feret columnam. Primus quinti ordinis veſtem, qua illuſus eſt. Primus ſexti clauos. Primus ſeptimi ſpōgiam. Primus octaui haſtam. Primus noni coronam ſpineam, &c. Pia eſt hæc meditatio.

De ſplendore crucis. De crucis ſplendore Methodius in orat. de conſummatione mundi ſic ſcribit: Orietur ab Oriente vſque ad Occidentem, ſignum crucis ſuperantis ſplendorem Solis, denuncians aduentum,& apparitionem iudicis,&c. Chryſoſt. homil. 77. in Matth. Sol (inquit) obſcurabitur, crux autem apparebit; quod fieri non poſſet, niſi ſolares radios ſplendore ſuperaret, &c. Exiſtimat crucis fulgore, lucem Solis obſcurandam, ſed ſupra iam diximus, Solem verè obſcurandum ante aduentum Chriſti. D. Ephrem, in ſerm. de ijs, quæ poſt crucē reuelanda ſunt, in aduentu Domini: Apparebit (ait) ſignum Filij hominis in cœlo, cum multitudine exercitus Angelorum, vniuerſam terram illuminans, à finibus vſque ad fines, ſuper claritatem Solis, aduentumque Domini annuncians,&c. Theophylactus: Crux apparebit ſupra Solem fulgens, &c. Euthymius: Crux longè clarius Sole fulgebit,&c.

Cur in iudicio ſit conſpicienda crux, Cur crux in iudicio ſit conſpicienda, primam cauſam reddit D. Thom. Add. quæſt. 90. art. 2. ad 2. Apparebit (inquit) ſignum crucis, vt per hoc iuſtior condemnatio eorum appareat, qui tantam miſericordiam neglexerunt, & eorū præcipuè qui Chriſtum perſecuti ſunt,& c. Secunda cauſa redditur, ab eodē Angelico doctore Matthæi 24. vt ſignificetur, iudiciariam poteſtatem per crucem comparatam. Tertia eſt, vt dolores, mortemque, & opprobria, quæ tātus rex pro hominibus pertulit, ante oculos eorum ponat, & increpet ingratitudinem. Auctor imperf. homil. 49. hæc verba Domino affingit: ego propter vos alligatus,& deluſus,& cæſus, & crucifixus ſum, vbi eſt tātarum mearum iniuriarum fructus? & alia breuitatis gratia omitto. Quarta, vt indicetur, Chriſtū iudicem eum eſſe, qui à Iudæis eſt crucifixus; Chryſoſtomus homil. citata de cruce,& latrone. *Chriſtus in iudicio ſua vulnera demonſtrabit.* Cum cruce (inquit) Chriſtus veniet, vt hi qui eum crucifixerunt, ſuæ ſentiant dementiæ cœcitatem. Et quid mirum eſt, ſi crucem portans adueniet, quando & vulnera corporis ipſa demonſtrat? ſicut Thomæ poſt reſurrectionem vulnera monſtrauit, ſic & tunc oſtendet vulnera, crucemque demonſtrabit, vt iſtum oſtendat illum eſſe, qui fuerat crucifixus, &c. Euthym. Apparebit crux, vt exterreat præcipue Iudæos, deinde gentiles, qui Chriſto improperabant crucem: & vt ſciant, quòd hic ipſe tanquam Deus deſcendit, &c. Theophylactus: Veniet Chriſtus contra Iudæos habens crucem, vt magnam iuſtificandi materiam, & teſtimonium. Veluti ſi quis lapide percuſſus, oſtendat lapidem,&c. Quinta cauſa: Apparebit crux, vt fons, & origo totius gratiæ hominum & gloriæ. Nam omnis gratia, & gloria, qua illo die fulgebunt, ex Chriſti tormentis emanarunt. Sexta: Apparebit, vt exaltetur. Quemadmodum enim illa Chriſtum exaltauit, ita ab illo eſt exaltata, vt alibi diximus.

Et tunc plangent omnes tribus terræ.

HÆc verba ad homines vitæ immortali reſtitutos pertinent, omnes enim poſt reſurrectionem, in locum iudicij venient. Cum vero crux apparebit, magnum damnati planctū edent, crucis aſpectu exulcerati. Euthymius: Tunc(inquit)lugebunt infideles, hi quidem, id eſt, Iudæi, quòd Deum crucifixerint, alij quòd Chriſtianos puniuerint, rurſus alij quod nō crediderint, &c. Adde ijs improbos Chriſtianos, plangent.n. valdè, quòd cùm domi fontem haberent gratiæ, id eſt, in Eccleſia crucem, de fonte Saluatoris aquā haurire noluerint. Tunc (ait Theophyl.) plangent omnes tribus terræ Iudaicæ, lugentes ſuorum inobedientiam, & incredulitatem, & omnes qui terrena ſapiunt, etiamſi Chriſtiani ſint, &c.

Planctus impiorum in iudicio.

Abulenſis Matth. 24. q. 173. putat hæc verba de planctu intelligenda, quem edent homines, antequam moriantur, ſignis iudicij horrendis terrefacti. Nam vt Lucas ait *areſcent*, ſi areſcent, etiam lugebunt. De planctu potius illa intelligo, quem excitabunt damnati plangore, atq; eiulatu iudicij locum complentes: cōfirmatur ex c. 1. Apoc. *Ecce* (ait Ioannes) *venit* Chriſtus) *cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt* (id eſt, Iudæi qui eum vulnerarunt) *& plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ, &c.* Ex his verbis liquet in iudicio cum crucem, & Chriſtum viderint, plāctum edituros impios, ſed ſerò edent.

CAPVT XIII.

De reſurrectione mortuorum.

Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna.

Matthæus vtitur anticipatione.

VTitur Matthæus anticipatione cū ait: *videbunt filium hominis venientem in nubibus*, deinde ſubijcit: *& mittet Angelos, &c.* Nam prius mittet An-

A gelos ad congregandos electos; poſtea veniet ad iudicandum. Indicat autem Dominus ſe Deum eſſe his verbis: Nam Angelos habere ſuos, & mittere Dei eſt. Angelorum opera vtetur in reſurrectione, mittet eos in vniuerſum terrarum orbem, ad colligendos omnium hominum cineres. Hac in collectione quatuor reperientur actiones, vt obſeruat Abulenſis Matthæi 24. quæſt. 185. Prima eſt, pulue- **B** ris diſperſi congregatio in locum eundem; ſecunda eſt, corporis efformatio, & organizatio, tertia animæ in corpus ad illam ſuſcipiendam diſpoſitum introductio. Quarta hominum deductio in locum iudicij. Prima actio Angelorum erit: ipſi puluerem congregabunt, in locum reſurrectionis. Locus verò reſurrectionis, id eſt, in quo reſurget homo, ſepulchrū erit; vel alius, in quo potior pars cor- **C** poris fuerit, vel is, qui angelo magis placuerit. Secunda actio Deo tribuenda eſt. Tertia quoq; Deo aſcribenda, videlicet animæ in corpus ad illam excipiendam præparatum introductio. Quarta angelorum eſt, nimirum hominum reſurgentium deductio in locum iudicij.

Chriſtus ſe Deum iudicat.

Angeli miniſtri in reſurrectione quatuor actiones exercebunt.

Fore Angelos cuſtodes cinerum collectores ſentit D. Tho. Add. q. 76. ar. 3. ad 2. Inferiores [inquit] angeli coope- **D** rabuntur Michaeli, circa reſurrectionem ſingulorum, quorum cuſtodiæ deputati fuerunt &c.

Angeli cuſtodes erunt cinerum collectores.

De tuba & voce dicamus. *Mittet* [inquit Dominus] *angelos ſuos cum tuba, & voce magna.* Sit ne ſermo hic metaphoricus ambigitur. Puto non eſſe metaphoricum ſermonem, ſed proprium. Verè enim ante hominum reſurrectionem tuba canet, voxq; inſonabit magna. Olim vtebātur Hebræi **E** tubis, in bello, in templo, in feſtis, & ad populum conuocandum. Num. 10. *fac tibi duas tubas argenteas* [ait Dominus Moyſi] *quibus conuocare poſſis multitudinem, quando mouenda ſunt caſtra. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi fœderis, &c.* eodem capite: *Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes, qui dimicant aduerſum vos clangetis vlulantibus tubis.* Item: *ſi quando habebitis epulum,*

De tuba iudicij.

Tubis Hebræi conuocabāt multitudinem.

Digitized by Google

runt,& his eius declaratur aduentus: ſic Dominò de cœlo veniente, Angelorum cœtus, & Archangelorum multitudo, illud ſignum portant humeris excelſis, & regalem nobis aduentum nunciat,&c. Sed crucis ſigno portando ante Dominum, videtur eſſe ſatis D. Michael, quem Eccleſia ſigniferum appellat.

A

Alia quoque paſſionis monimenta, vt columnam, clauos, verberum funes, coronam, ab Angelis tunc ferenda exiſtimat Diuus Thomas, opuſc. 2. cap. 244. Veniente (inquit) Domino ad iudicium, ſignum crucis, & alia paſſionis inſignia demonſtrabuntur,&c. item Viguerius cap. 21. §. 2. verſu 6. Dicunt (inquit) contemplatiui, quòd inferiores Angelorum ordines Chriſtum præcedent,& alij ſequentur, ſecundum dignitatem ſuam. Primus infimi ordinis portabit crucem in hac proceſſione. Primus angelus ſecundi ordinis portabit funes, quibus ligatus fuit Dominus. Primus tertij ordinis feret flagella, & virgas. Primus quarti feret columnam. Primus quinti ordinis veſtem, qua illuſus eſt. Primus ſexti clauos. Primus ſeptimi ſpõgiam. Primus octaui haſtam. Primus noni coronam ſpineam, &c. Pia eſt hæc meditatio.

B

De ſplendore crucis.

De crucis ſplendore Methodius in orat. de conſummatione mundi ſic ſcribit: Orietur ab Oriente vſque ad Occidentem, ſignum crucis ſuperantis ſplendorem Solis, denuncians aduentum, & apparitionem iudicis,&c. Chryſoſt. homil. 77. in Matth. Sol (inquit) obſcurabitur, crux autem apparebit; quod fieri non poſſet, niſi ſolares radios ſplendore ſuperaret, &c. Exiſtimat crucis fulgore, lucem Solis obſcurandam, ſed ſupra iam diximus, Solem verè obſcurandum ante aduentum Chriſti. D. Ephrem, in ſerm. de ijs, quæ poſt crucẽ reuelanda ſunt, in aduentu Domini: Apparebit (ait) ſignum Filij hominis in cœlo, cum multitudine exercitus Angelorum, vniuerſam terram illuminans, à finibus vſque ad fines, ſuper claritatem Solis, aduentumque Domini annuncians,&c. Theophylactus: Crux apparebit ſupra Solem fulgens, &c. Euthymius: Crux longè clarius Sole fulgebit,&c.

Cur in iudicio ſit conſpicienda crux.

Cur crux in iudicio ſit conſpicienda, primam cauſam reddit D. Thom. Add. quæſt. 90. art. 2. ad 2. Apparebit (inquit) ſignum crucis, vt per hoc iuſtior condemnatio eorum appareat, qui tantam miſericordiam neglexerunt, & eorũ præcipuè qui Chriſtum perſecuti ſunt, &c. Secunda cauſa redditur, ab eodẽ Angelico doctore Matthæi 24. vt ſignificetur, iudiciariam poteſtatem per crucem comparatam. Tertia eſt, vt dolores, mortemque, & opprobria, quæ tãtus rex pro hominibus pertulit, ante oculos eorum ponat, & increpet ingratitudinem. Auctor imperf. homil. 49. hæc verba Domino aſſingit: ego propter vos alligatus, & deluſus, & cæſus, & crucifixus ſum, vbi eſt tãtarum mearum iniuriarum fructus? & alia breuitatis gratia omitto. Quarta, vt indicetur, Chriſtũ iudicem eum eſſe, qui à Iudæis eſt crucifixus; Chryſoſtomus homil. citata de cruce, & latrone. Cum cruce (inquit) Chriſtus veniet, vt hi qui eum crucifixerunt, ſuæ ſentiant dementiæ cœcitatem. Et quid mirum eſt, ſi crucem portans adueniet, quando & vulnera corporis ipſa demonſtrat? ſicut Thomæ poſt reſurrectionem vulnera monſtrauit, ſic & tunc oſtender vulnera, crucemque demonſtrabit, vt iſtum oſtendat illum eſſe, qui fuerat crucifixus, &c. Euthym. Apparebit crux, vt exterreat præcipue Iudæos, deinde gentiles, qui Chriſto improperabant crucem: & vt ſciant, quòd hic ipſe tanquam Deus deſcendit, &c. Theophylactus: Veniet Chriſtus contra Iudæos habens crucem, vt magnam iuſtificandi materiam, & teſtimonium. Veluti ſi quis lapide percuſſus, oſtendat lapidem,&c. Quinta cauſa: Apparebit crux, vt fons, & origo totius gratiæ hominum & gloriæ. Nam omnis gratia, & gloria, qua illo die fulgebunt, ex Chriſti tormentis emanarunt. Sexta: Apparebit, vt exaltetur. Quemadmodum enim illa Chriſtum exaltauit, ita ab illo eſt exaltata, vt alibi diximus.

C

Chriſtus in iudicio ſua vulnera demonſtrabit.

D

E

Et tunc plangent omnes tribus terræ.

HÆc verba ad homines vitæ immortali reſtitutos pertinent, omnes enim poſt reſurrectionem, in locum iudicij venient. Cum vero crux apparebit, magnum damnati planctũ edent, crucis aſpectu exulcerati. Euthymius: Tunc (inquit) lugebunt infideles, hi quidem, id eſt, Iudæi, quòd Deum crucifixerint, alij quòd Chriſtianos puniuerint, rurſus iſti quod nõ crediderint, &c. Adde ijs improbos Chriſtianos, plangent.n. valdè, quòd cùm domi fontem haberent gratiæ, id eſt, in Eccleſia crucem, de fonte Saluatoris aquã haurire noluerint. Tunc (ait Theophyl.) plangent omnes tribus terræ Iudaicæ, lugentes ſuorum inobedientiam, & incredulitatem, & omnes qui terrena ſapiunt, etiamſi Chriſtiani ſint, &c.

Plãctus impiorum in iudicio.

Abulenſis Matth. 24. q. 173. putat hæc verba de planctu intelligenda, quem edent homines, antequam moriantur, ſignis iudicij horrendis terrefacti. Nam vt Lucas ait *areſcent*, ſi areſcent, etiam lugebunt. De planctu potius illa intelligo, quem excitabunt damnati plangore, atq; eiulatu iudicij locum complentes: cõfirmatur ex c. 1. Apoc. *Ecce* (ait Ioannes) *venit* Chriſtus) *cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt* (id eſt, Iudæi qui eum vulnerarunt) *& plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ, &c.* Ex his verbis liquet in iudicio cum crucem, & Chriſtum viderint, plãctum edituros impios, ſed ſerò edent.

CAPVT XIII.

De reſurrectione mortuorum.

Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna.

VTitur Matthæus anticipatione cũ ait: *videbunt filium hominis venientem in nubibus,* deinde ſubijcit: *& mittet Angelos, &c.* Nam prius mittet Angelos ad congregandos electos; poſtea veniet ad iudicandum. Indicat autem Dominus ſe Deum eſſe his verbis: Nam Angelos habere ſuos, & mittere Dei eſt. Angelorum opera vtetur in reſurrectione, mittet eos in vniuerſum terrarum orbem, ad colligendos omnium hominum cineres. Hac in collectione quatuor reperientur actiones, vt obſeruat Abulenſis Matthæi 24. quæſt 185. Prima eſt, pulueris diſperſi congregatio in locum eundem; ſecunda eſt, corporis efformatio, & organizatio, tertia animæ in corpus ad illam ſuſcipiendam diſpoſitum introductio. Quarta hominum deductio in locum iudicij. Prima actio Angelorum erit: ipſi puluerem congregabunt, in locum reſurrectiocţionis. Locus verò reſurrectionis, id eſt, in quo reſurget homo, ſepulchrũ erit; vel alius, in quo potior pars corporis fuerit, vel is, qui angelo magis placuerit. Secunda actio Deo tribuenda eſt. Tertia quoq; Deo aſcribenda, videlicet animæ in corpus ad illam excipiendam præparatum introductio. Quarta angelorum eſt, nimirum hominum reſurgentium deductio in locum iudicij.

Matthæus vtitur anticipatione.

Chriſtus ſe Deum indicat.

Angeli miniſtri in reſurrectione quatuor actiones exercebunt.

Fore Angelos cuſtodes cinerum collectores ſentit D. Tho. Add. q. 76. ar. 3. ad 2. Inferiores [inquit] angeli cooperabuntur Michaeli, circa reſurrectionem ſingulorum, quorum cuſtodiæ deputati fuerunt &c.

Angeli cuſtodes erunt cinerum collectores.

De tuba & voce dicamus. *Mittet* [inquit Dominus] *angelos ſuos cum tuba, & voce magna.* Sit ne ſermo hic metaphoricus ambigitur. Puto non eſſe metaphoricum ſermonem, ſed proprium. Verè enim ante hominum reſurrectionem tuba canet, voxq; inſonabit magna. Olim vtebãtur Hebræi tubis, in bello, in templo, in feſtis, & ad populum conuocandum. Num. 10. *fac tibi duas tubas argenteas* [ait Dominus Moyſi] *quibus conuocare poſſis multitudinem, quando mouenda ſunt caſtra. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi fœderis, &c.* eodem capite: *Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes, qui dimicant aduerſum vos clangetis vlulantibus tubis.* Item: *ſi quando habebitis epulum,*

De tuba iudicij.

Tubis Hebræi conuocabãt multitudinem.

Digitized by Google

Iudicij tuba erit bellica.

& dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, &c. Iudicij tuba illi dici poteſt bellica; quoniam iudicium veluti bellum ſonitu metuendo ſignificabit; poteſt quoque indicare feſtum illud æternum, quod iuſti celebrabunt. Sed præcipuè conuocationem ſignificabit hominum, ad iudicium. Seruabit enim Dominus Hebræorum morem tuba homines conuocabit. Præterea Dei ad iudicium deſcendentis maieſtatem oſtendet, quemadmodum olim tuba, in Sina deſcendentis Dei maieſtatem ſonitu oſtendit, Exod. 19. *Cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorq; buccinæ vehementius perſtrepebat, &c.* Theophylactus 1. Theſſalonic. 4. Vt patet in monte Sinai tubas habebat, & Angelos miniſtrantes; ita filius veluti Rex, aut Imperator eadem habiturus eſt, &c. Itaque ab Angelo in corpore aereo ingens tuba ex aere efficietur, ingenſq; tubæ ſonitus emittetur. Quod ſi velis tubæ figuram opus non eſſe, dicito ſonitum tubæ ab angelo efficiendum, abſq; tubæ aereæ imagine. Siue tamen tuba fiat ex aere, ſiue non fiat; ſonitus effundetur talis, qualis ex ingenti tuba redditur. Verba quidem Chriſti tubæ formam indicant. *Mittet* [inquit] *Angelos ſuos cum tuba.* Addit, *Et voce magna.*

Tuba iudicij bellū indicabit, feſtū & maieſtatē Dei.

An præter tubam, vox ſit audienda articulata.

Quæritur, an vox hæc magna, ſit vox aliqua diſtincta à ſonitu tubæ? Reſpondetur, vocem eſſe aliam articulatā; qua mortui iudicio adeſſe iubeantur. Qualis illa eſt; *ſurgite mortui, & venite ad iudicium.* Idq; ſonant verba Chriſti, quæ ſi propriè explicari poſſunt, cauſa non eſt, cur ſenſus improprios ſequamur. Caietanus credit, vnum tantum fore ſonum, & legit; *in tuba vocis magnæ.* Non ſignificant [inquit] duo ſoni, alter tubæ, & alter vocis, ſed vnius; vel vocis magnæ quaſi tubæ, vel tubæ magnæ vocis, &c. In Græcis nonnullis codicibus legitur, μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, id eſt, *in tuba vocis magnæ*; vt legit Caietan. Sed in alijs Græcis, & in noſtra verſione Latina, legitur μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, id eſt; *Cum tuba, & voce magna.* Ianſenius quoque ait idem

A ſignificare tubam, & vocem magnā. Noſtram verſionem ſic exponit. Mittet angelos cū tuba; id eſt, cum voce magna, ita vt particula, &, expoſitiua ſit, & ſignificet, *id eſt*, verius tamen eſt quod diximus, & cum verbis Chriſti magis congruens.

Quomodo audietur tuba, & vox.

Dicet aliquis, quorſum tubæ ſonitus, fruſtra fundendus eſt per aerem? quorſum vox hæc emittenda fruſtra? Neque enim, vel vocem, vel tubæ ſonitum mortui audire poterunt. B Reſpondet Diuus Thomas add. queſt. 76. art. 2. Vocem illam efficaciam habituram, quod proferatur, non quod audiatur. Atque ideo non erit fruſtra. Abulenſis Matth. 24. quæſt. 226. ait mortuos audituros vocem. Nam reſurrectio [inquit] fiet in inſtanti; & vox ſucceſſiua eſt. Ideoque audietur pars vocis, ſequens reſurrectionem. Arbitror totam vocem audiendam. C Nam ſonitus tubæ non deſinet, ſed poſt reſurrectionem permanebit Audietur ergo ab omnibus hominibus. Ipſa etiam vox ab Angelo repetetur, & durabit, vt audiri poſſit Antequam reſurgant mortui, per reuelationem vocem percipient, eiq; obedient, poſt reſurrectionem verò eam percipient auribus inſonantem.

De tuba hac, & voce loquitur Paulus 1. Theſſal. 4. *ipſe* [inquit] *Dominus in* *1. Theſſ. 4.*
D *iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo; & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, &c.* Deſcendet Chriſtus Dominus cum iuſſu, quia homines iubebit reſurgere; deſcendet cum voce Archēgeli, quia ab Archangelo Michaele vox efformabitur articulata, de qua verba fecimus. Deſcendet cum tuba Dei, id eſt, cum tuba diuina, Dei aduentum demonſtrante, & homines diuinitus conuocante;
E quia toto perſonabit orbe. De hac tuba loquitur idem Apoſtolus 1. Corint. 11. *In nouiſſima* [inquit] *tuba; canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, &c.* In nouiſſima, & extrema tuba, ait mortuos excitandos. Vnde colliget aliquis, multas fore tubas iudicij tempore. Si enim erit nouiſſima, aliæ erūt priores. Quod etiam confirmari poteſt illis verbis Domini; *Mittet angelos ſuos cum tuba, &c.* id eſt, ſingulos cum ſingulis

An plures tubæ ſint in iudicio audiendæ.

Digitized by Google

ſingulis tubis. Non enim omnes mittet cum vna tuba. Satis vnus erit ad vnam tubam inflãdam. D. Anſelmus in Elucidario, multas fore tubas exiſtimat; & Chryſoſtomus 1. Theſſal. 4. Tunc [inquit] erit & vox Archangeli præcipientis angelis, & clamantis, & tubæ, vel potius tubarum ſonitus, &c. At Scriptura vnam tantum memorat. Nouiſſima autem dicitur tuba, vt quidam volunt, quia extrema erit earum ſeptem, quę vt in Apocalypſi legitur, extremo canent tempore. Lege Theophylactum, & Oecumenium. Veriſimilius tuba nouiſſima, id eſt, extrema appellatur, quia extremo, & nouiſſimo tempore ſonabit in reſurrectionem; Chriſti verò verba; *Mittet angelos ſuos cum tuba*; non ſignificant ſingulos angelos, cum ſingulis mittendos tubis; ſed ſenſus eſt: Mittet Angelos ſuos, ad congregandos electos, cũ tuba illa vna nouiſſima, qua vnus illorum clanget.

Nouiſſima tuba quæ.

Probabile etiam eſt, fore vnam tantum tubam ad cõuocandos homines. Multas verò poſtea ad indicandam iudicis maieſtatem. Quid ſibi vult tubarum ſonus? rogat Diuus Chryſoſtomus, homil. 77. in Math. Reſpondet: Ad exulcerationem, ad gaudium, ad exprimendum rerum ſtuporem; ad dolorem eorum, qui relinquuntur, &c. Oecumenius 1. Theſſal. 4. harum [inquit] tubarum typus erant, quæ fuerunt in monte Sinai. Etenim tanquam appropinquante Rege merito tubæ ſonant, &c. Id verò non placet, quod eodem loco ait, tubas vocari Angelos.

Vna erit tuba ad conuocandos homines, multæ iudicij tempore.

Et congregabunt electos eius à quatuor ventis.

Mittentur Angeli, & congregabunt electos. Prius quidem cineres colligent: poſtea Deus corpora ex cineribus collectis efformabit; animas diuina potentia in illa immittet, omneſque homines in vitam reuocabit. In vitam reuocatos Angeli in valle Ioſaphat congregabunt. D. Chryſ. ſolam hanc congregandi actionem angelis tribuit; cætera à Deo efficit ait 1. Theſſ. 4. Homines [inquit] vbiq; reſurA gunt. Congregantur autem ab angelis. Atque illud quidem eſt Dei potentiæ, iubentis terræ, vt dimittat depoſitum, neque eſt vllus, qui ſeruiat. Sicut tunc vocauit Lazarum, *Lazare veni foras*. Adducere autem & congregare, eſt miniſtrorum, &c. item: Quando viderit terram moueri, puluerem miſceri, ex ęquo vndique excitari corpora, nemine ad hoc inſeruiẽte; tunc ſciet, &c. & Theophylactus; Iuſſio ait Dei B faciet reddere terram corpora, ad immortalitatem transformata. Vt verò omnes in vnum colligantur agmen, vox Archangeli efficiet, Angelis miniſtrantibus, &c. Verum communis opinio eſt, ab angelis colligendos cineres. Quoniam Deus per cauſas operatur ſecundas, cum fieri commodè poteſt. Legendus Auguſtinus lib. 3. de trinitate cap. 4. Colligendos cineres dicimus, non oſſa, vel corporum partes; C quia ignis iudicium pręcedens totum incendet orbem, omniumq; hominũ cadauera conuertet in cinerem, vt ſupra dictum eſt.

Ordo reſurrectionis.

Meminit autem Dominus electorum tantum. *Congregabunt* [inquit] *electos*. Quamobrem quæritur: Num angeli ſint congregaturi etiã reprobos? Reſpondebit aliquis, reproborum pulueres, non ab angelis, ſed a dæmonib. colligendos, ipſoſq; reprobos in val- D lem Ioſaphat a dæmonibus portandos. Ideoque dixiſſe Dominum, angelos mittendos ad congregandos electos. Non caret hæc reſponſio probabilitate. Verum probabilius videtur, angelorum ſanctorum hæc fore opera. Etenim reſurrectio tam electorũ, quàm reproborum, opus erit Chriſti. Operi verò Chriſti pręclaro, angeli ſolum ſancti, & cuſtodes hominum miniſtrabunt, neq; permiſcebuntur an- E gelis dæmones. Loquitur verò Dominus de electis tantum, honoris cauſa; nullam de reprobis faciens mentionem. Vel loquitur de congregatione honorifica & glorioſa; ideo electos tantum dixit congregandos.

An angeli ſint congregaturi etiã improborũ cineres?

Reſurrectio tam proborum quam improborũ opus eſt Chriſti.

Numquid electos in vitam reuocatos angeli deducent in locum iudicij? Nonne illi dote agilitatis prędit reſurgent? Non ergo angelorum deductione, & congregatione indigebant.

An ſint portandi ab angelis homines in locũ iudicij.

Digitized by Google

anima, corpus verò ſpiritale dici πνευματικὸν, à πνεῦμα, quod ſpiritũ ſignificat. Dicitur verò corpus animale id quod animales actus, generandi edendi, cibum in carnem conuertendi, incrementum afferendi, & dormiendi, exercet; quod craſſum eſt, ponderoſum, corruptibile, vt corpus animalis. Spirituale verò, quod ſpiritui obtemperat, quod ſubtile eſt, agile, incorruptibile, cibis minimè egens, aut ſomno. Nihil ergo efficit obiectio Idẽ enim erit corpus, ſed excellentiſſimis dotibus exornatum.

De reditu eiuſdẽ materia in corpora.

Numquid omnis materia, quæ per totam vitam in homine fuit, atq; effluxit reddetur homini? Si tota reddetur extra modum magnus fiet homo ſi non reddetur tota, non vnus capillus, ſed magna materiæ pars peribit. Præterea per totam vitam capilli, vngueſque præſcinduntur; illa tot capillorum reſectorum, & vnguium materia non videtur reſtituenda. Ergo aliquid deerit homini reſurgenti, quod in vita habuit. Auguſtinus in Enchirid. cap. 89. cenſet materiam vnguiũ, & capillorum, non reddendam vnguibus & capillis; ſed per alias partes reſtituendam Similiterque exiſtimat non opus eſſe, vt materia ijs membris reddatur in quibus præfuerat, dummodò reddatur eidem corpori. Ipſe (inquit) terrena materies, non ita reparabitur; vt ea quæ dilabũtur, & in alias, atque alias aliarum rerũ ſpecies, formaſque, vertuntur, quamuis ad corpus redeant, vnde dilapſa ſunt, ad eaſdem quoque corporis partes, vbi fuerint redire neceſſe ſit. Alioqui ſi capillis capitis redit, quod tã crebra tonſura detraxit, ſi vnguibus, quod toties dempſit exectio: immoderata, & indecens cogitantib. & ideo reſurrectionem carnis non credentibus, occurrit deformitas, &c. Rem explicat exemplo ſtatuæ; Quemadmodum (ait) ſi ſtatuam vellet artifex rurſus ex materiæ quantitate reparare; nihil intereſſet ad eius integritatem, quæ particula materiæ, cui membro ſtatuę redderetur, dum tamen totum, ex quo conſtituta fuerat, reſtituta reſumeret. Ita Deus mirabiliter & ineffabiliter artifex de toto, quo ca

D. Auguſ.

An materia ad eaſdem partes reditura ſit.

A ro noſtra conſtiterat, eam mirabili, & ineffabili celeritate reſtituet. Neque aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeãt, & vngues ad vngues: an quidquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur. Curãte artificis prouidẽtia, ne quid indecens fiat. Hæc ille.

Materia ad eaſdem partes redibit inde ſumta eſt.

Probabilius eſt, materiam ad eaſdem partes redituram, in quibus antea erat. B Quod ſentit D. Thomas Add. q. 79. art. 3. Nam identitas partis pendet ab identitate eiuſdem materiæ. Abulenſis Matthæi 22. q. 239. Hoc (inquit) tenẽdum videtur, quòd maneãt omnes partes conſtantes ex eadẽ materia, ex qua prius: & ſecundũ eundem ſitum. Et hoc verum eſt, de partib. eſſentialib. De accidentalib. verò ẽt ſi non redeat eadem materia, neque idem ſitus, & pęcipuè de ſitu) ni C hil refert. Hæc ille. Vocat autem partes corporis accidentales quę nõ ſunt de omnimoda neceſſitate, vt capilli & vngues. Quia (inquit) illis variatis nõ variatur totum; ſicut fieret variatis alijs partib. vt capite, aut tibijs. Et ideo iſtæ vocantur eſſentiales. Et ob hoc licet id, quod non fuit in capillis & vnguib. ponatur ibi in reſurrectione, non variabitur identitas reſurgẽtis. Quod tamen fieret, facta variatio D ne in alijs partibus, &c. Veriſimilius quoque eſt in partibus accidentalib. id eſt, vnguibus, & capillis, eandem fore materiam, & eundem ſitum partium materiæ. Cur enim id nõ faciet Deus, quod ad perfectiſſimam identitatem pertinet, cùm illi nihil ſit difficile?

An omnis materia ſit homini reddenda, quã in tota vita habuit.

Quæſtioni, qua quæritur; An omnis materia, quam in vita homo habuit, ſit illi ĩ reſurrectione reddẽda? E reſpondetur, minimè reddendam. Nã ſi homo, qui centum, vel ducẽtos, aut plures annos vixit, totam, quæ effluxit materiam recipiat, immoderatam habebit vel denſitatem, vel magnitudinem. Opinio eſt D. Thomæ Add. q. 80. ar. 5. & aliorum, Ergo aliquid peribit ex homine? Reſpondeo periturũ aliquid non neceſſarium ad perfectionem, & identitatem reſurrectionis: quod potius officeret reſurrectioni,

qua m

Digitized by Google

omines reſurgent. Tempore quoque exiguo, in ualle Ioſaphat, ab Angelis velociſſimo motu cõgregabuntur D. Thomas Ad.q.77.ar.4. Illud (inquit) quod fiet miniſterio angelorum, non erit in inſtanti, ſed tẽpore imperceptibili. Illud autem quod fiet virtute diuina, fiet ſubito, &c.

De loco reſurrectionis.

Dubitatur etiam de loco reſurrectionis Abulenſis Matth.c.22.q.233. & cap.25.q.302. opinatur, omnes hominum cineres, ab Angelis in vallẽ Ioſaphat deducendos, atque in eadẽ valle omnes homines reſurrecturos. Idem opinatur Sotus 4.d.43.& alij q.2.ar.5.ad 2. Sed probabilius eſt, homines, vt ſupra diximus, in tumulis ſuis reſurrecturos, ad quos Angeli cineres afferent. Id enim indicat Chriſtus Ioan.5 *Omnes* [inquit] *qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & procedent, &c.* Procedent (inquam) ex monumentis. Quòd ſi extra monumenta erunt, ibi reſurgẽt, vbi potior fuerit pars; ne minutiſſima quæque perſequamur. Matt.24. *Congregabunt,* (ait Dominus) *Angeli electos à quatuor ventis;* Ergo non congregabunt pulueres in vallem Ioſaphat, ſed homines in vitã reuocatos ducent in vallem. Chryſoſtomus 1 Theſſ.4 Vbique (inquit) reſurgunt. Congregantur autem ab Angelis, &c.

Alia octo quæſtiones proponũtur

Alia multa hic quæri poſſunt. Primò, An idem reſurrecturus ſit homo? Secundò, An eadem facie? Tertiò, An eadem ætate qua obijt? Quartò, An in eadem ſtatura? Quintò, An cum eodem colore candido, vel atro? Sexto, An cum eiſdem accidentibus? Septimò, An clauus, claudus gibboſus, vel cæcus, aut aliquo alio membro carens quo in morte carebat? Octauò, An futura ſit ſexus diuerſitas? Paucis reſpondebo, vt habeat lector breuem in promptu, his de reb. doctrinam.

Prima q. reſpõdetur Idem homo reſurget.

Primæ respondeõ, eundem hominẽ reſurrecturum, iuxta illud Iob.19. *In nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum; & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ meum. Quem viſurus ſũ ego ipſe, & non alius, &c.* In quẽ locũ D. Gre. Non rectè (inq.) reſurrectio dici poteſt, vbi non reſurgit, quod cecidit &c. Et D. Damaſ. lib.4. fidei, cap 28.

A Reſurrectio nihil aliud eſt, quam ſecunda eius quod cecidit ſurrectio. Ex quo fit, vt illud ipſummet corpus, qđ interit, & diſſoluitur, ad vitam ſit redditurum, &c. Reſurget ergo idem homo, eadem immortali anima conſtans, eodem ſanguine, iiſdem humorib. oſſibus, & carne, eademque materia. Quæ omnia reſtituet Deus, etiam ſi ſub alijs multis formis latuerint, vt D. Augustinus docet in Enchiridio
B c.88. Non perit (ait) Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro. Sed in quemlibet puluerem, cineremve ſoluatur, in quoſlibet halitus, horaſque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum ſubſtantiam, vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, etiam hominum cibum cedat, carnemq. mutet: Illi animæ humanæ puncto tpis redit, quæ illam primitus, vt homo fieret, creſce-
C ret, viueret, animauit, &c. Idẽ docet li.22. de ciui.c.20. Lucæ.21, ait Dominus; *Capillus de capite veſtro non peribit, &c.* ſi capillus non peribit; neque equidem peribunt aliæ nobiliores partes; ſed omnes vſque ad capillos homini reſtituentur. Obijcitur illud Pauli j. Cor.15. *Caro ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.* Non ergo caro, ſanguiſq. hominum reſurget. Reſpondeo Apoſtoli ſenſum eſſe, carnem corruptioni,
D & peccato obnoxiam, itemq. ſanguinem huiuſmodi, non poſſidetur in reſurrectione, neque corruptioni, neq; peccato erit obnoxia; ſimiliterq. ſanguis. Quantùm attinet ad ſubſtantiam (ait Augu. in Enchirid. cap.91.) etiam tunc erit caro. Quantùm attinet ad corruptionem, quæ nunc aggrauat animam, & ad vita, quib. caro aduerſus ſpiritum concupiſcit? tunc non erit caro, ſed corpus; quia & cæ-
E leſtia corpora perhibentur. Propter quod dictum eſt.

Idem homo reſurget.

Caro & ſanguis quomodo Dei regnum non poſſideant.

Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, neque corruptio incorruptionem, &c. Vrgebit ſic quiſpiam. Eodem cap. ait Paulus *ſeminatur, corpus animale, ſurget corpus ſpiritale, &c.* Atqui corpus ſpiritale, non eſt idem corpus, quod ſeminatur; ergo non reſurget idem homo. Obſerua Græcè corpus animale dici ψυχικὸν à ψυχῆ, id eſt, ani-

Digitized by Google

anima, corpus verò ſpiritale dici πνευματικὸν, à πνεῦμα, quod ſpiritũ ſignificat. Dicitur verò corpus animale id quod animales actus, generandi edendi, cibum in carnem conuertendi, incrementum afferendi, & dormiendi, exercet; quod craſſum eſt, pōderoſum, corruptibile, vt corpus animalis. Spirituale verò, quod ſpirtui obtemperat, quod ſubtile eſt, agile, incorruptibile, cibis minimè egens, aut ſomno. Nihil ergo efficit obiectio Idē enim erit corpus, ſed excellentiſſimis dotibus exornatum.

De reditu eiuſdē materia in corpora.

Numquid omnis materia, quæ per totam vitam in homine fuit, atq. effluxit reddetur homini? Si tota reddetur extra modum magnus fiet homo ſi non reddetur tota, non vnus capillus, ſed magna materia pars peribit. Præterea per totam vitam capilli, vngueſque præſcinduntur; illa tot capillorum reſectorum, & vnguium materia non videtur reſtituenda. Ergo aliquid deerit homini reſurgenti, quod in vita habuit.

D. Auguſ.

Auguſtinus in Enchirid. cap. 89. cenſet materiam vnguiũ, & capillorum, non reddendam vnguibus & capillis; ſed per alias partes reſtituendam Similiterque exiſtimat non opus eſſe, vt materia ijs membris reddatur in quibus præfuerat, dummodò reddatur eidem corpori. Ipſe (inquit) terrena materies, non ita reparabitur; vt ea quæ dilabũtur, & in alias, atque alias aliarum rerũ ſpecies, formaſque, vertuntur, quamuis ad corpus redeant, vnde dilapſa ſunt, ad eaſdem quoque corporis partes, vbi fuerint redire neceſſe ſit. Alioqui ſi capillis capitis redit, quod tã crebra tonſura detraxit, ſi vnguibus, quod toties dempſit exectio: immoderata, & indecens cogitantib. & ideo reſurrectionem carnis non credentibus, occurrit deformitas, &c.

An materia ad eaſdem partes reditura ſit.

Rem explicat exemplo ſtatuæ; Quemadmodum (ait) ſi ſtatuam vellet artifex rurſus ex materiæ quantitate reparare; nihil intereſſet ad eius integritatem, quæ particula materiæ, cui membro ſtatuę redderetur, dummodo tamen totum, ex quo conſtituta fuerat, reſtituta reſumeret. Ita Deus mirabiliter & ineffabiliter artifex de toto, quo ca- A ro noſtra conſtiterat, eam mirabili, & ineffabili celeritate reſtituet. Neque aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeãt, & vngues ad vngues: an quidquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur. Curãte artificis prouidẽtia, ne quid indecens fiat. Hæc ille.

Materia ad eaſdem partes redibit inde um ta eſt.

Probabilius eſt, materiam ad eaſdem partes redituram, in quibus an- B tea erat. Quod ſentit D. Thomas Add. q. 79. art. 3. Nam identitas partis pendet ab identitate eiuſdem materiæ. Abulenſis Matthæi 22. q. 239. Hoc (inquit) tenẽdum videtur, quòd maneãt omnes partes conſtantes ex eadẽ materia, ex qua prius: & ſecundum eundem ſitum. Et hoc verum eſt, de partib. eſſentialib. De accidentalib. verò ẽt ſi non redeat eadem materia, neque idem ſitus, & p̄cipuè de ſitu) ni- C hil refert. Hæc ille. Vocat autem partes corporis accidentales quę nõ ſunt de omnimoda neceſſitate, vt capilli & vngues. Quia (inquit) illis variatis nõ variatur totum; ſicut fieret variatis alijs partib. vt capite, aut tibijs. Et ideo iſtæ vocantur eſſentiales. Et ob hoc licet id, quod non fuit in capillis & vnguib. ponatur ibi in reſurrectione, non variabitur identitas reſurgẽtis. Quod tamen fieret, facta variatio- D ne in alijs partibus, &c. Veriſimilius quoque eſt in partibus accidentalib. id eſt, vnguibus, & capillis, eandem fore materiam, & eundem ſitum partium materiæ. Cur enim id nõ faciet Deus, quod ad perfectiſſimam identitatem pertinet, cùm illi nihil ſit difficile?

An omnis materia ſit homini reddenda, quã in tota vita habuit.

Quæſtioni, qua quæritur; An omnis materia, quam in vita homo habuit, ſit illi i reſurrectione reddẽda? E reſpondetur, minimè reddendam. Nã ſi homo, qui centum, vel ducẽtos, aut plures annos vixit, totam, quæ effluxit materiam recipiat, immoderatam habebit vel denſitatem, vel magnitudinem. Opinio eſt D. Thomæ Add. q. 80. ar. 5. & aliorum. Ergo aliquid peribit ex homine? Reſpondeo perituũ aliquid non neceſſarium ad perfectionem, & identitatem reſurrectionis: quod potius officeret reſurrectioni,

qua m

Digitized by Google

quam prodeſſe. A

Quanam materia reddenda reſurgentibus.

Rogabis; ſi non eſt reddenda homi
ni tota materia, quam in tota vita ha
buit, quæ nam recidenda eſt? Num-
quid ea tantum, quam habuit in mor
te? Reſpondet Abulenſis Matt 22.q.
244. tres eſſe hac de re opiniones. Qui
dam [inquit] dicunt, quod reſurgent
partes illæ, quę prius fuerunt in corpo
re. i. illæ quæ aliquãdo fuerunt in cor
pore ſiue maneant tempore mortis,
ſiue non. Ita quòd accipiantur om- B
nes partes, quæ materialiter fuerunt
in aliquo, tam in formatione, quam in
nutritione; & de iſtis reformabitur
corpus, & accipientur de illis quæ fue
rint neceſſariæ. Vnde ſi omnes, quæ
fuerint à principio nutritionis, vſque
ad annum quintum ſuffecerit? nõ re
ſumentur aliquæ, quæ poſtea aduene
runt per nutritionem, etiam ſi ſint a-
ctu in corpore morientis. Alij dicunt
quòd illæ partes aſſumentur, quæ ad C
magnitudinem pertinebant, & man-
ſerunt in eo, vſque ad mortem. vel
quas habuit, dum moreretur. Alij a-
iunt, quòd illæ partes, quæ nouiter ef-
fecerunt augmentum, in homine, re-
ſurgent cum partib. quæ fuerunt in
formatione hominis; quia illæ etiam
pertinuerunt ad magnitudinem: &c.
Abulenſ. primam opinionem cæteris
ànteponit, eamque ſequitur Matt. 22.
q. 245. in fine Mihi placet ſecunda, qa D
materia, quæ eſt in homine, cùm mo-
ritur. videtur magis pertinere ad cor
pus, quàm materia quæ iam effluxit.
Præterea reſurrectio eſt eius, quod ce
cidit ſurrectio, ergo id corpus quod
cecidit, cum ea materia, in qua ceci-
dit, & forma, reſurgẽt. Si materia dee
rit, ex ea quę effluxit aſſumetur.

Secundæ quæſtioni ſic reſpõdetur?

An eadem faciei lineamenta ſint permãſura

Quemadmodum facies puerilis, &
iuuenilis mutatur in viro, & in ſene; E
eſtque nihilominus homo idem. Ita
in reſurgente beato, facies in multò
maiorem pulchritudinem transfigu-
rabitur, idemq; permanebit homo.
Permanebuntne eadem faciei linea-
menta, ita vt poſſit beatus agnoſci
propter faciei lineamenta, & compo-
ſitionem ab ijs qui eum nouerant
in hoc terrarum orbe?

Reſpondeo permanſura eadem fa-
A ciei lineamenta; eandemque compoſi
tionem, maxima pulchritudine perfi
ciendam, ita vt poſſit aliquo modo a-
gnoſci, eo modo, quo agnoſcimus ex
lineamentis faciei ſenem, quem iuue
nili in ætate agnouimus.

An reſurrecturi ſint homines, in ea ætat qua obierunt.

Tertiæ quæſtioni reſpondebit forſi
tan quiſpiã, fore in beatitudine iuue-
nes, viros, atque ſenes, ſed ſingulos in
ætate ſua venuſtiſſimos. Si quidem æ-
tatum varietas ad decorem pertinet

D. Anſelmus.

B Reipub: Vnde D. Anſelmus in eluci-
dario. Cùm ſit [inquit] hic delectabi-
le pueros ſenibus mixtos, viris mu-
lieres. longis breues iunctos cernere;
credibile eſt, multò delectabilius eſſe
ibi ſingulis ætatibus, ſingulis menſu-
ris, vtrumque ſexum, virorum, & mu
lierum conſpicere. Sicut hic delecta-
bile eſt diuerſas voces in organis, vel
fidibus: audire. Vnde magis creden-
dum eſt, omnes in illa ætate, & in il-
C la menſura conſurgere, & ibi appare
re; qua contingit eos hinc migrare.
Hæc Anſelmus. At communis Augu-
ſtini, & Theologorum ſententia eſt,

Omnes reſurgent in ætate perfecta.

omnes in ætate iuuenili ſurrecturos,
Quoniã *Dei perfecta ſunt opera*, Deu. 32.
perfectum ergo hominem, in perfe-
cta ętate excitabit, qualis ea fuit, in
qua Dominus reſurrexit. Adamum
non puerum, non ſenem, ſed virili in
ętate, ſiue iuuenili creauit, ſimiliter &
D Euam. In eadem homines in vitam re
ducẽt; ſi quidem reſurrectio hanc ę-
tatem roboris, pulchritudiniſque ple
nam, magis exigit, quàm creatio; Nul
los in reſurrectione defectus erit. Æ-
tas autem deficit, ſiue quia nondum
ad perfectionem peruenit, vt in pue-
ris; ſiue quia iam a perfectione receſ-
ſit, vt in ſenibus. Neque ergo erunt
pueri in reſurrectione, neque ſenes,
quorum ætas à perfectione deficit,
E ſed omnes in ętate excitabuntur per
fecta ac virili.

D. Auguſ. Aetas plenitudinis Chriſti.

Aug. lib. 22. de Ciuit. c 15, illud (in-
quit) quod commemorauit Apoſt. ad
Epheſ. 4. de menſura ętatis plenitudi
nis Chriſti, ſi de reſurrectione corpo-
rum dictum eſt, ſic accipiamus dictũ,
vt nec vltrà, nec infrà iuuenilem for-
mam reſurgant corpora mortuorum
ſed in ea ętate & robore, vſq. ad quã
Chriſtũ hic perueniſſe cognouimus,
&c.

&c. Addit Auguſt cap. 16. Nihil oberit, etiamſi erit infantilis, vel ſenilis corporis forma, vbi nec mentis, nec ipſius corporis vlla remanebit infirmitas. Vnde etiam ſi quis in eo corporis modo, in quo defectus eſt, reſurrecturum vnumquemq. contendit, non eſt cum illo laborioſa contradictione pugnandum, &c. Illud Apo. ad Ephe. 4. *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, &c.* metaphoricum eſt, de perfectione, & ætate ſpirituali. Hunc locum iam explicauimus to. 2. li. 7. c. 15.

De ſtatura reſurgentium.

Quartæ quæſtioni reſpondetur nõ omnes in ea excitandos ſtatura, in qua obierunt. Reſurgent [inquit Auguſtinus li. 22. c. 16.] Omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in iuuenili ætate, &c. Itaq. erit eadem omnium ætas, ſed non erit eadem omnium ſtatura; alij maiores, alij minores erunt. Vnuſquiſq. in ea reſurget ſtatura, ad quam natura illius indiuidua, nec errans; nec impedita eum perduxiſſet, in iuuenili ætate. Vnumquodque enim indiuiduum, certam: ac definitam exigit quantitatem; hanc habebit. Objicitur illud Apoc. 20. *Vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, &c.* ergo mortui pueri reſurgẽt puſilli, id eſt paruæ ſtaturæ, in ætate puerili. Reſpondetur, ſenſum eſſe, vidi mortuos, qui fuerant magni, & puſilli, dum viuerent ſtantes ante thronum, vel vidi omnes mortuos, diuites, & potentes, pauperes quoque, & ignobiles ſtantes, &c. De pueris Auguſt. lib. 22. de Ciuit. cap. 14. Quod [inquit] eis tardius acceſſurus erat tempore, hoc sũt recepturi. Hunc perfectionis modum ſic habent omnes, vt cum illo concipiantur, atque naſcantur. Sed habẽt in ratione, non in molẽ. Sicut ipſa iã membra omnia ſunt latenter in ſemine, &c. Ijs quibus aliquid addendum eſt, addetur ex materia, quæ in illis aliquando fuit, ſed effluxit. Hæc ſi non ſufficiat, ex alia reddetur. Aug. lib 22. de Ciuit c. 19 Quod minus eſt quam decet, inde ſupplebitur, vnde creator nouit; & quod plus eſt, quam decet materiæ, ſeruata integritate detrahetur, &c.

De Gigantũ ſtatura.

De Gigantibus dubium, An vaſtã illam moſem ſint habituri? Reſpondetur, habituros eandem magnitudinẽ, ſi per errorem, & vitium naturæ, ad illam non peruenerunt. Quæ ſententia eſt Abulenſis Matth 22. q. 246. & Soti 4. diſtinct. 44. ar. 4.

De colore reſurgẽtiũ.

Quintæ reſpendetur colorem atrũ indecorum eſſe ſtatui glorioſo. Etenim pulchritudini corporis repugnat quæ, vt Auguſt. ait lib. 22. de ciuitate. c. 19. eſt partium congruentia, cum quadam coloris ſuauitate, &c. Color autem ater ſuauitatem non habet, repugnat etiam claritati, quæ corporib. Sanctorum inerit. Neq. ergo erit in homine color, qui non deceat, neque macies, aut pinguedo nimia, neque aliquid aliud, quod partium congruentiæ, & coloris ſuauitati aduerſetur. Nõ eſt macris, pinguibuſve metuendum (ait Auguſt. loco citato) ne ibi etiam tales ſint, quales, ſi poſſent, neque hic eſſe voluiſſent. Nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, vbi quæ praua ſunt, corrigentur, &c. Et in Enchiridio, ca. 90. Hoc [inquit] fiet cuique de materia corporis ſui, quod & hominem reddat æqualem Angelicis cœtibus, & nihil inconueniens eorum ingerat ſenſibus. Indecorum quippe aliquid nõ erit ibi, ſed quidquid futurum eſt, hoc decebit. Quia nec futurum eſt, ſi non decebit, &c.

Quod non decet, ĩ beatis nõ reſurget.

De accidentibus.

Sextæ quæſtioni reſpondetur, eadem numero accidentia in reſurrectione reditura, quæ indecorum, aut ſtatui repugnans nihil habuerint. Eadem redibit quantitas, eædem qualitates, eædem potentiæ, eademq. perſonalitas, &c.

Omnia mẽbra reſtituẽtur reſurgenti.

Septimæ reſpondetur, omnes naturę, & indiuidui defectus ab illo ſtatu eſſe alienos. Omnia igitur membra hominum reſtituentur, non reſurget homo claudus, non gibboſus, non oculis, aut manib. aut alio mẽbro carẽs. Perfectionem, n. membrorum omniũ flagitat ille ſtatus. Quæres, num ſit hoc verum etiam in damnatis hominibus Reſpondeo cum D. Thoma, Addit. q. 86. ar. 1. verum eſſe. Nam non reſurgent claudi, aut aliquo membro

cap-

Digitized by Google

capti, ſed ex manu ſummi artificis reſurgent integri. Omnia corpora (ait D.Thomas) tam bonorum, quàm malorum integra reſurgent, &c. Item: Rationabiliùs (inquit) alij dicunt, qđ Auctor, qui naturam condidit, naturam corporis integrè reparabit. Vnde quidquid defectus, vel turpitudinis ex corruptione, vel debilitate nàturæ, ſiue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in reſurrectione remouebitur, ſicut febris, lippitudo, & ſimilia, &c.

Sexus diſtinctio in reſurgentib.

Octauæ. reſpondetur, fore abſque dubio ſexus diſtinctionem, ne diſtincta ſit fœmina à ſemetipſa, ſi in ſexu virili vir facta reſurrexerit. Id Auguſtinus, & omnes Doctores ſentiũt. Auguſtinus lib. 22. de ciuitate, cap. 17. Nonnulli (ait) non in ſexu fœmineo reſurrecturas fœminas credunt, ſed in virili omnes aiunt. Sed mihi meliùs ſapere videntur, qui vtrumq; ſexum reſurrecturum eſſe non dubitant. Non enim libido ibi erit, quę confuſionis (id eſt, verecũdiæ) eſt cauſa, &c. Matth. 22. rogarunt Sadducæi reſurrectionis aduerſarij Dominum, cuiuſnã vxor in reſurrectione futura

A eſſet fœmina illa, quæ ſeptem fratribus nupſerat. Non reſpondit, in reſurrectione fœminam non fore fœminam, ſed fore virum, atque adeò nullius fore vxorem; qua reſponſione celeriùs, & compendioſiùs quæſtionẽ diſſoluiſſet; ſed; *In reſurrectione* (ait) *neque nubent, neque nubentur*. Supponens fore ſexuum differentiam, non tamen vſui veteri, ſed decori nouo accommodatã (vt ait Auguſtinus) quo non alliciatur concupiſcentia, quæ B nulla erit; ſed Dei laudetur ſapiẽtia, atque clementia, qui & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptio, ne quod fecit, &c. Nuptias Domini futuras in reſurrectione negauit Matth. 22. (ait ſapientiſſimus Pater) non fœminas, & ibi negauit, vbi talis quæſtio vertebatur, vt eam, negato ſexu muliebri, celeriore facilitate diſſolueret, ſi eum ibi prænoſceret non futurum. Imò etiã futurum eſſe firmauit, dicendo: *Non nubent*, quòd ad fęminas C pertinet; *neque vxores ducent*, quod ad viros. Erunt ergo, quæ vel nubere hic ſolent, vel qui ducere vxores. Sed ibi hoc non facient. Hæc Auguſtinus.

CAPVT XV.

De aduentu Iudicis, & iudicio.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Verſ.30.

VVIDEBVNT filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & maieſtate.

MATTHAEVS CAPITE XXV. Veſ.31.

CVM autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes
32 Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ; * &
congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab
33 inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. * Et ſtatuet oues
quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.

MARCVS

Digitized by Google

MARCVS CAPITE XIII. Verſ.27.

TVNC videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa, & gloria.

LVCAS CAPITE XXI. Verſ.27.

ET tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum poteſtate magna, & maieſtate.

Videbunt filium hominis venientem in nubibus.

Omnes homines videbunt Chriſtum.

VIDEBVNT omnes homines Chriſtum, tum probi, tum improbi. Apocalypſ.c.1. *Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugnerũt, &c.* id eſt, omnes homines, et Iudæi, qui eum vulnerarunt, Chriſtum in iudicio intuebuntur. Erit tamen magnum inter iuſtos & impios diſcrimen. Nam iuſti non ſolùm humanitatem cernent, ſed etiã diuinitatem; impij verò ſolùm humanam videbunt naturam, non diuinã. Intelligent tũ, Chriſtum verè Deum eſſe, atque hominem, & genu autem eum flectent. Iuxta illud Apoſtoli ad Philippenſ.2. *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris, &c.* Flectent illi genua Angeli, homines, dæmones, & confitebuntur omnes Chriſtum in gloria eſſe æquali gloriæ Dei Patris. Videbunt eum, qui eũ pupugerunt, Iudæi. Qui viderunt ſpinis coronatum, clauis confixum, verberib. laniatum, ſputis conſperſum; gloria fulgẽtẽ cernent, totius terræ, cœlique ſceptro admirandum, Angelorum omnium, Sanctorumque choris ſtipatum. Hoc illis prædixit Matth. 26. *Verumtamen* [inquit] *dico vobis, amodò videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli, &c.* Et Matth. 23. *Non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini, &c.* Coacti enim tunc benedictum Chriſtum dicent,

Quomodo iuſti, et impij Chriſtũ cernent in iudicio.

A & in nomine Domini venire affirmabunt. Hinc illud pertinet ad Ro. 14. *Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti: ſcriptum eſt enim Iſai 45. Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo, &c.* ſcilicet in iudicio.

In nubibus deſcendet Dominus.

Deſcendet autem è cœlo empyreo venietq. in locum iudicij, *in nubibus cœli*, ait apud Matthæum. Apud Lucam *in nube*; fortè Lucas numero ſingulari pro numero multitudinis vſus eſt. B Vel potius dicendum, Dominum in nube vna deſcenſurum, ſed multis alijs nubibus circumdantibus, diuinæ maieſtatis oſtendendæ cauſa. Nam Deus in nube ſolet apparere Exod. 16. *Ecce gloria Domini apparuit in nube.* Et cap.19. *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis.*. Et cap.34. *Cùm diſcendiſſet Dominus per nubem. &c.* Iſai.19. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, &c* Nubem ſedem Dei appellat Chryſoſtomus ſermone de Aſcenſione, to.3. Elias [inquit) in curru igneo aſcendit, Chriſt⁹ C in nube: & quando ſeruus vocabatur currus mittebatur, vt veniret, & quãdo Filius aſcendebat, dominica ſedes occurrebat [id eſt, nubes] nec tantum dominica, ſed & paterna, &c. Act.1. aiunt Apoſtolis Angeli: *Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, &c.* Cùm in cœlum aſcendit, *nubes ſuſcepit eum*: ſic etiam nubes eum ſuſcipiet, cum deſcenderit.

Nubes ſedes Dei.

Erunt autem hæ nubes ſplendidiſ- D ſimæ, quales decet eſſe nubes, quib. Deus vehetur; nubes gloriæ appellare poſſumus, id eſt, glorioſas. Sic illas nubes appellat Eccleſiaſticus, inter quas ſplendet Iris, cap.50. *Quaſi arcus*

(in-

(inquit) *refulgens inter nebulas gloria*, id eſt, glorioſas & ſplendentes. Rupertus exiſtimat fore nubes procelloſas, ignem, fulminaque iaculantes. Apocalypſ. 1. Non erunt (inquit) nubes pluuijs rorantes, terramque refrigerantes, ſed nubes tempeſtuoſæ, ignẽ ſpirantes, fulmina iacientes, &c. Vera eſt ſententia, ſi ex parte ſuperiore fulgidas nubes fore concedamus, ex inferiore procelloſas. Pſalm. 49. *Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida, &c.* Circuibunt ergo Dominum nubes tempeſtate plenæ, fulminibus, igneiſque iaculis. Obijcitur: Ignis extremus vapores omnes conſumet, atque halitus terræ, ex quibus nubes, tempeſtates, & fulmina fiunt. Non ergo tunc nubes erunt. Reſpondet Abulenſis, Matt. 25. q. 332 Deum per miraculum nubes conſeruaturum, vel ſi conſummantur ab igne, miraculoſas nubes producturum.

Nubes per miraculũ conſeruabuntur.

Cum virtute multa, & maieſtate.

APud Marcum: *Cum virtute multa, & gloria.* Aud Lucam: *Cum poteſtate magna, & maieſtate*. Verba Latina ſunt diuerſa apud Euangeliſtas, Græca apud omnes eadem ſunt; μετὰ δυνάμεως, καὶ δόξης πολλῆς, id eſt, *cum potentia, & gloria multa*, vel *maieſtate multa*. Deſcenſurum ſe ait Dominus magna cum potentia, prætereà deſcẽſurum magna cum gloria, ſiue maieſtate. Magna quippe cum potentia deſcendet, quia opera magnæ potentiæ, nempe diuinæ & infinitę efficiet. Omnes homines vitę reſtituet immortali, quid potentius? Omnes iudicabit, in omnes imperium exercebit, iuſtis merita pręmia, impijs merita ſupplicia reddet. Magna verò cum maieſtate veniet, & gloria, quia in corpore veniet ſplendidiſſimo, in nubibus fulgidis, procelloſis, ac fulminantib omnibus Anelgorum nouem choris ſtipatus, velun ſeruis. Sunt autem Angeli omnes penè infiniti. Riſus, & vmbra Regnum omnium gloria, & maieſtas eſt; ſi cum hac Chriſti Iudicis gloria conferatur, & maieſtate. Dicet aliquis: Impij non cernent Angelorum choros Chriſtum comitantes; ergo magna gloriæ Chriſti pars illos latebit. Reſpondetur impios non corporis oculis, ſed id tectu viſuros dęmones, & Angelos corpore carentes. Dici etiam poteſt, Angelos, & dęmones tunc in corporibus aſſumptis conſpiciendos.

Deſcendet Chriſtus cũ maieſtate, & poteſtia.

Impij cernent Angelos.

De hac maieſtate, & gloria ſcribit Ioannes Apocalypſ. 20 *Vidi thronũ magnum candidum, & ſedenetm ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra, & cælum, & locus non eſt inuentus eis, &c.* Hyperbolicè maieſtatem Chriſti ſignificat Ioannes. Ab eius conſpectu dicitur fugere terra, & cœlum, prę reuerentia, & timore. Hyperbolicè quoque Iſaias 24 ait: *Erubeſcet Luna, & confundetur Sol cum regnauerit Dominus exercituum, &c.* id eſt, Erubeſcent Sol & Luna, propter Chriſti maieſtatẽ, & ſplendorẽ, cum regnauerit in die iudicij.

Deſcriptio maieſtatis Chriſti.

Daniel. ca. 7. Deus iudicans magna cum maieſtate oſtenditur. *Aſpiciebam* (iquit) *donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit, veſtimentum eius candidum, quaſi nix, & capilli capitis eius, quaſi lana munda. Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accenſus. Fluuius igneus, rapiduſq. egrediebatur a facie eius. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebam ei. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt, &c.* Antiquus dierum dicitur Deus, propter antiquitatis ęternitatem, omni principio carentẽ proptereaq. ſenis cernitur imagine, cano capite. Candido induitur veſtimento, vt iudicij indicetur puritas, ſynceritas, ac candor. Senes oportet eſſe iudices, non corpore, ſed mente; *Cani enim ſunt ſenſus hominis*, Sapient. 4. ſeruareque in iudicando ſynceritatem, & cauſę veritatem, iuſtitię etiam feruere zelo, quem ignis adumbrat. Thronus Iudicis Dei totus igneus eſt fluuius igneus à facie eius effluit, quo ſignificatur Dei poteſtas, qua ignis inſtar impios facillimè poteſt conſumere, Iuxta illud Deutero. 4. *Deus tuus ignis conſumens eſt, &c.* Vt fluuius igneus paleas; ſic Deus impios tartareo comburet igne. Iuxta illud Baptiſtę Matt. 3 *Paleas comburet igni inextinguibili, &c.* Poſt hæc Daniel ſubijcit: *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi*

Danielis viſio.

Iudices quales

A *quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad*
Antiquum dierum peruenit, & in conſpectu
eius obtulerunt eum; & dedit ei poteſtatem,
& honorem. & regnum, & omnes populi tri-
bus. & linguæ ipſi ſeruient: poteſtas eius pote-
ſtas æterna, &c.

An Chriſtus iudicaturus ſit ſecundū diuinam naturam.

Oppones, ex hoc Danielis loco col
ligi, Chriſtum non iudicaturum ſecū
dum humanam naturam, ſed Deum
trinum, atq. vnum. Nam Deus vt Iu-
dex videtur a Daniele, Filius verò
B non vt Iudex cernitur, ſed iudicanti
offertur, accipit que ab illo ſecundum
humanam naturam poteſtatem, hono
rem, & regnum. De iudicio Filij nul-
lum verbum fit. Deinde videtur Da-
niel de iudicio extremo non loqui.
Primo, quia extremum iudicium Fi-
lio tribuitur, non Patri; quamuis Pa-
ter, etiam & Spiritus ſanctus iudica-
turi ſint inuiſibili modo. At Danielis
hoc iudicium Patri tribuitur, non Fi-
C lio. Præterea, in hoc iudicio nulla mē
tio fit reſurrectionis mortuorum, ſo-
lùm fit mentio damnationis beſtiarū,
quæ Antichriſtum, & quatuor orbis
monarchias adumbrant. *Vidi* [inquit]

Iudiciū videtur fieri quaſi particulare.

quòd interfecta eſſet beſtia, aliarum quo-
que beſtiarum ablata eſſet poteſtas, &c.
Ecce quid in illo iudicio factum. Er-
go particulare quoddam iudicium o-
ſtenſum eſt Danieli, quo Deus ſta ue
bat quatuor orbis monarchias delere
D Antichriſtumque perdere, terræ ve-
rò, & cœli principatum Chriſto tra-
dere. Atq. ideò ſequitur; *Ecce cum nubi-*
bus cœli quaſi filius hominis veniebat. Hoc
videtur indicare Angeli illa verba: *Iu-*
dicium ſedebit, vt auferatur potentia (ſcili-
cet Antichriſti) *& conteratur, & diſpe-*
reat vſque in finem. Regnum autem, & pote
ſtas, & magnitudo regni detur populo Altiſ-
ſimi, &c Quaſi dicat. Iudicium ad hāc
rem fiet, nimirum vt Antichriſto au
E feratur potentia, & regnum, deturq;
Chriſto, & Chriſti populo ſancto. Iu-
diciū verò extremum ad hanc rē mi-
nimè fiet: ſiquidem iam Antichriſtus
erit occiſus, & in tartarum præcipita-
tus. Adde, per paſſionis merita datam
poteſtatē Chriſto. Iuxta illud Mat. 28.
Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & ī ter
ra. Ergo nō dabit in iudicio extremo.

Reſponſio Chriſtus quia homo, eſt iudex viuorum, & mortuorū.

Reſpondetur, Chriſto tribui iudi-
ciū. Iuxta illud Io. 5. *Poteſtatē dedit ei iu-*
A *dicium facere; quia filius hominis eſt, &c.*
Item. *Pater omne iudiciū dedit Filio, &c.*
Verborum vero Danielis duplicē eſſe
ſenſum dicim⁹. Primo, de iudicio par
ticulari intelligenda ſunt, quo decre-
tū ē, vt Antichriſti euerteret imperiū,
Chriſtoq. & Sanctis regnum æternū
daretur in iudicio extremo, corā toto
orbe. Simile illud, ē Pſa. 9. *Feciſti iudiciū*
meum, & cauſam meam, ſediſti ſuper thro-
num, qui iudicas iuſtitiam, &c. Et illud
B Pſal. 118. *Quando facies de perſequentib. me*
iudicium? Vtroq. n. loco de particulari
quodā iudicio ſermo eſt. Secundo mo
do, verba Danielis intelligenda ſunt
de iudicio generali. De particulari il
lo iudicio intelligenda probatū eſt,
quo ēt modo intelligenda explicatū.

Verba Danielis ſunt de generali iudicio intelligenda.

De generali autem iudicio, de quo ex
plicari ſolent, ſic illa explicamus. Ad-
uertendum, Deū trinum, atq. vnū iu-
dicaturum; ſanctiſſimæ. n. Trinitati
C hoc opus eſt. Sed iudicabit inuiſibili-
ter; quia ab impijs nō cernetur, neq.
etiam cernetur a iuſtis, oculis corpo-
reis, quamuis mente cernatur. Iudi-
cabit igitur ſanctiſſima Trinitas ina-
ſpectabiliter; ſecūda autem perſona,
id eſt, Filius, aſpectabiliter iudicabit.

Sāctiſſima Trinitas iudicabit inaſpectabiliter, Chriſt⁹ aſpectabiliter.

Ab omnib. n. hominib. iudicandis, ip-
ſis oculis corporeis conſpicietur. Hęc
indicat Danielis viſio, iuxta hunc ſen
ſum. Nam Antiquus dierum Deū adū
D brat trinum, atq. vnum, æternum, ſa-
pientiæq; venerādis exornatū canis.
Throni poſiti ſunt duo, aliter Anti-
quo dierū, alter filio hominis. Vt indi
ceē, Deū trinū, atq; vnū inuiſibiliter
iudicaturū; ſecūdā vero pſonā iudica
turā viſibiliter. De ſecūda perſona ait
Daniel: *Ecce in nubibus cęli quaſi filius ho-*
minis veniebat, etc. Venire videbaē Chri
ſtus, in nubib cœli, vſq. ad Deū, & in
altero throno parato ſedere ad iudicā
E dū viſibiliter, cū Patre, & Spiritu ſan
cto, q iudicabūt inuiſibiliter. Sequiē:
Et dedit ei poteſtatē, & honorē, & regnum,
&c. Indicatur, Deū trinū, & vnū dediſ
ſe pſonæ Chriſti, ſecūdū humanā na-
turā, poteſtatem iudicandi, & ſummū
illū honorē, quē ī die iudicij cōſequeē
regnūq. cœli, & terræ, qđ tūc pfectiſ-
ſimè poſſidere īcipiet, oībus inimicis
ſub ſcabello pedū poſitis Ex his facilè
oppoſitæ obiectiones diſſolui poſſunt.

CA-

CAPVT XVI.

De iudicio.

Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo.

PRæceſſit aduentus primus Chriſti in ſumma humilitate, ſequetur ſecundus in ſumma maieſtate. Filius hominis, qui humilis aduenit; *Cuiuſq; iudicium in humilitate ſublatum eſt*, Iſai 53. gloria admirabili prædıtus adueniet, omne habens iudiciū. Prope diem paſſionis, & abiectionis ſummæ de ſumma gloria, maieſtateq; ſua facit mentionem, & meritò quidem; quia per paſſionem aſcendit ad gloriam, per abiectionem peruenit ad maieſtatem. D. Hieron. exiſtimat, idcircò prope diem paſſionis de gloria, & maieſtate egiſſe, vt Diſcipulis oſfendicula tolleret crucis. Poſt biduū (inquit) Paſcha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominib. & aceto, & felle potandus, rectè præmittit gloriam triumphantis, vt ſequutura ſcandala pollicitationis præmio compenſaret, &c. Chryſoſtomus: Crebrò (inquit) gloriæ meminit; quoniam crucis tempus iam aderat; quæ res maximo opprobrio habebatur. Quocirca auditorem erigit, & ante oculos ipſum iudicinm ponit, &c. Obſerua autem, nomē Græcum, δόξα, quod *gloriam* ſignificat, conuerti ab Interprete in *maieſtatem*. Eſt ergo hoc loco maieſtas idem, quod gloria. *Cùm venerit* (inquit) *filius hominis in maieſtate ſua*. Græcè, ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, id eſt, *in gloria ſua*.

Cur Dominus prope paſſionis diē de gloria, & maieſtate iudicij agat.

Gloria, & maieſtas idem.

Petet aliquis, an venturus ſit Dominus ex cęlo empyreo ad locum vſque iudicij, tempore breuiſſimo, celerique greſſu; an potiùs magnifica cum pompa, greſſuque tardiore ſit deſcenſurus. Reſpondetur, ad conſpectum vſque hominum, tempore quàm breuiſſimo venturum. Vbi verò in conſpectum hominum ſe dede- A rit, magnifica cum pompa, egreſſuq; minimè incitato deſcenſurum. Hoc enim regiæ maieſtati congruit, atque dignitati. Addit Dominus: *Et omnes Angeli eius cum eo.* Quibus verbis indicat, omnes Angelos iudicio affuturos. Vnde Chryſoſtomus ait, cœlum tunc euacuandum, videlicet, quia omnes Angeli, Sanctorumq; animæ ex cœlo cum Chriſto deſcendent. Euacuari cœlos oſtendit Dominus [ait B Chryſoſtomus omnes enim Angeli erunt cum ipſo, &c.

An Dominus cū pōpa ex cœlo ſit deſcenſurus.

Cœlum in die iudicij euacuandum.

Appellat autem ſe filium hominis; quoniam in natura humana omnib. conſpicuus eſt iudicaturus. Hinc illud Ioan. 5. *Poteſtatem dedit ei iudicium facere; quia filius homini. eſt, &c.* hoc eſt, Dedit Pater Chriſto iudicium facere, quia æquum eſt Iudicem hominū eſſe hominem, qui ab hominib. iudicandis corporeis oculis videatur. Au- C guſt. ſer. 64. de verbis Domini: Hoc (inquit) rectum erat, vt iudicandi iudicem viderent, &c. Secūdò æquum eſt, vt qui redemit, ipſe etiam iudicet, qui legem dedit, ipſe rationem repoſcat. Tertiò æquum eſt, vt qui iudicatus eſt, iudicium exerceat. Aug. tract. 19. in Ioannem; Forma illa erit Iudex, quæ ſtetit ſub Iudice illa iudicabit, quæ iudicata eſt, &c. Quartò iudicabit, quia iudiciariam poteſtatē per D paſſionem meritus eſt. Lege quæ diximus tom 2. lib. 6. c. 6. ad illa verba; *Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt, &c.* Filius quidem hominis, id eſt, homo, eſt Chriſtus, ſed Deus etiam eſt. Iudicabit, quia filius hominis eſt, & quia Deus eſt. Nam ſupremam, ac diuinam poſtulat auctoritatem, ac poteſtatem. ad Rom. 14. ait Paulus; *Tu qui es, qui iudicas alienum ſeruum? &c.* Vnde colligitur, Domini E poteſtatem habere oportere eum, qui ſeruos iudicaturus eſt.

Cur Chriſto iudicandi poteſtas data eſt, vt homo eſt.

Non iudicabit Chriſtus alienos ſeruos, ſed ſuos; ſuos, inquam; duplici iure; iure creationis, iure redemptionis. Iuxta illud ad Rom. 14. *In hoc Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur, &c.* Obijciet aliquis: Nonne poſſet Deus Iudicem conſtituere Michaelem Archangelum, qui de omnibus hominibus iudi-

Chriſtus iudicabit ſuos ſeruos duplici nomine.

iudicaret? Non ergo opus eſt diuina auctoritate, & poteſtate ad iudicium exercendum. Reſpōdetur, poſſe quidem Deum id facere, ſed ſi faceret, longè diuerſo modo foret Iudex Michael. Foret enim Iudex aliena auctoritate, & poteſtate, ſeruoſq; iudicaret alienos, auctoritate aliena. At Chriſtus Iudex erit auctoritate propria, diuina poteſtate, ſuoſque iudicabit ſeruos. Aliter populum iudicat Rex, aliter Iudex, qui à Rege iudicandi mutuatur poteſtatem. Rex propria iudicat auctoritate, Iudex aliena. Rex Chriſtus eſt, indita ſibi poteſtate iudicabit. Si Michael Iudex crearetur, poteſtate iudicaret aliena.

Chriſt' iudicabit propria auctoritate.

Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes.

GRæcè, καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, hoc eſt, *ſedebit ſuper thronum gloriæ ſuæ.* Quid autē ſit thronus hic, dubitatur. Beda, Gloſſa interl. & Auctor imperf. eſſe aiunt Eccleſiam glorioſam, quæ ſedes Dei eſt. Origenes perfectiores Sanctorum dici vult ſedem, ſiue thronum, vel Angelos, qui throni appellantur. Reſpondetur, allegoricam eſſe hanc interpretationē: fore autem nubem admirando ſplendore fulgentem, in que throni regij, ſiue tribunalis figuram efformatam, ſuper quam in aere ſedebit Rex, iudexque viuorum, & mortuorū. Tunc verò regnum Chriſti toti apparebit orbi, tunc Regem illum eſſe cęli, terræque, cunctis hominib. compertum erit. Tunc regnū illius adueniet, iuxtà illud, quod oratione poſtulatur dominica: *Adueniat regnum tuum, &c.* Lege huius petitionis explanationem tom. 2. lib. 7. c. 24. Congregabuntur autē ante Iudicem ſupremum omnes gentes, id eſt, omnes nationes, omneſque homines. Numquid infantes quoque congregabuntur? Reſpōdetur, infantes quoque congregandos, non in fantili, ſed virili præditos ætate, eos etiā, qui Baptiſmi ſalutari aqua non ſunt abluti. O tribunal, ò iudicem admirandum, ante quem omnium ſæculorum homines, ignobiles, atque nobi-

Quid ſit thronus, in quo Chriſtus ſedebit.

Tribunal Chriſti nubes.

Matth. 6.

Infantes in iudicio intererunt.

A les, pauperes, & opulenti, Reges, populique omnes iudicandi comparebunt. *Omnes* [inquit Paulus ad Rom. 14. *ſtabimus ante tribunal Chriſti, &c.*

Quæritur, ſintne iuſti congregandi in terra permixti impijs. Reſpondet Magiſter ſententiarum 4. diſtinc. 48. & alij, iuſtos non eſſe congregandos in terra permixtos impijs, ſed congregandos in aere ab impijs ſeiunctos. Probatur ex Paulo, 1. ad Theſſal.

B 4. *Mortui* (inquit) *qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, & qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, &c.* Omnes iuſtos ait Paulus rapiendos in aurem obuiam Chriſto deſcendēti ad iudicandum; ergo in terra minimè congregabuntur, ſed in aere ab impijs ſeiuncti. Impij verò in terra congregabuntur, virtutum enim alis carebunt, quibus ſubleuentur. Quo

C verò modo ſeparandi ſint, ſicut oues ab hœdis, mox dicemus.

Iuſti an congregandi ſint permixti impijs.

Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor, &c.

DIfficile eſt explicatu, quonam modo iuſti ab impijs ſint ſeparandi, illiq; ad dexteram, hi ad ſiniſtram ſtatuendi. Negotium faceſſunt verba Pauli, ex quibus collegimus, iu

D ſtos in aere congregandos, ab impijs ſeparatos, qui congregandi ſunt in terra. Cùm Iudex aduenerit, ſeparatiſſimi ab impijs iuſti erunt, nempe illi in terra, hi in aere. Quo igitur modo illos iudex ſeparabit? Numquid iterum permiſcebuntur, vt ſeparatione indigeant? Et quidem non defuit, qui exiſtimarit, iuſtos humilitatis ductos pondere, ex aere deſcenſuros in terram, ſeq; permixturos impijs, à

E Chriſto verò ſeiungendos; impios ad ſiniſtram in terra, iuſtos ad dextram in aere collocandos. Illa etiam Chriſti verba difficultatem pariunt, Matth. 13. *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminū ignis, &c.* Separabunt Angeli malos de medio iuſtorum; ergo mali in medio erunt iuſtorum, illis permixti, non igitur in aere ſeparati. Præterea, ait Dominus: *Separabit eos ab inuicem, ſicut*

Quonā modo ſeparandi iuſti ab impijs.

ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, &c. O- A
ues ſunt permixtę hœdis, cũ ſegregantur; ergo & iuſti permixti erunt impijs. Segregatio enim mixtioné ſupponit.

Quõ ſeparabũtur iuſti ab improbis.

Reſponderi poteſt, primò Angelos ex cęlo exituros, collecturos hominum cineres, & homines ipſos poſt reſurrectionem in locum iudicij adducturos; tunc autem cùm homines adducent; malos de medio iuſtorum ſeparaturos. Non enim permixtos ducent malos bonis, ſed ſeparatos ſtatuentq; B ſeparatos in loco iudicij. Sic verò ſeparati iudicem expectabunt, tum iuſti, tum impij in terra conſtituti. Cùm verò Chriſtus aduenerit, & in ſede maieſtatis ſuę ſederit cum aſſeſſoribus, iuſtos ad dexteram ſuam conſtituet in terra, impios ad ſiniſtrã, exercebitq; iudicium. Interim verò dum iudicabuntur iuſti, in terra humiliter erunt, quouſq; feratur ſentẽtia. Cùm verò ſententiam iudex proferet, dixe C ritque: *Venite benedicti, &c.* Vocati iuſti, omnes rapientur Chriſto obuiam in aerem, impij in terra permanebũt.

De raptu iuſtorum in aera.

Verba Apoſtoli non obſtant huic ſententiæ; ſic enim ſunt exponéda: *Mortui qui ſunt in Chriſto, reſurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, &c.* i. poſt reſurrectionẽ, cùm Chriſtus dixerit: *Venite benedicti, &c.* Nos ſimul cum cęteris iuſtis rapie D mur in nubibus obuiam Chriſto, in aera. Obuiam autem Chriſto ire, vel, vt Græcè habetur, *εἰς ἀπάντησιν*, id eſt, *in occurſum ire*, iuxta hanc ſententiam, eſt, ex terra aſcendere, & Chriſto in aere ſedenti occurrere.

Secundò aliter reſponderi pōt, omnes iuſtos rapiendos in aerem obuiã Chriſto deſcendenti, a Chriſto autẽ ad dexteram in aere collocandos, impios in terra conſtituendos ad ſini- E ſtram; atque hanc dici ſeparationem. *Separabit* (inquit) *eos ab inuicem, ſicut paſtor ſeparat oues ab hœdis*; quia impios in terra ſtatuet ad ſiniſtram, iuſtos in aere ad dexteram. Verba verò illa: *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum*; non ſignificant, fore permixtos iuſtis impios in terra; ſed indicant Angelos, cùm homines in iudicium adducẽt, adducturos iuſtos ab impijs A ſegregatos; atque ita ſegregatos, illos in aere collocaturos, hos in terra. Videlicet: Exibunt Angeli è cęlo, & ſeparabunt malos ſepultos in medio iuſtorum, & ſeparatos de medio iuſtorum adducent in iudicij locum, ſeparatoſque à iuſtis in terra collocabunt. Illud: *Separabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, &c.* Nō indicat malorũ, iuſtorumque permixtionem in loco iudicij, ſed ante iudicium, dum B viuerent. Dum in vita manent, iiſdem vtuntur paſcuis permixtim hędi, atq; oues; impij, & iuſti iiſdem vtuntur ciuitatibus, ędibus, officijs, permixti vitam traducunt. At in loco iudicij non erunt permixti, ſed ſeparati, quemadmodum oues ab hœdis ſeparari ſolẽt. Nunc (ait Chryſoſtomus) non ſegregati, ſed mixti ſunt vniuerſi; tunc verò exquiſitiſſimè ſeparatio fiet, &cęt. Nunc paleæ permixtæ ſunt tritico, & C zizania; tunc ſeparabuntur. Statuent oues ad dexteram, hœdi ad ſiniſtram corporis Chriſti. Abſq; metaphora n. hæc verba ſunt intelligenda, ſiquidem nullum incommodũ efficiunt ſenſum, ſi abſque metaphora intelligãtur. Metaphoricè aliqui intelligunt: Statuẽt ad dexteram iuſtos; id eſt, in gloria; impios ad ſiniſtram; id eſt, in pœna.

Oues ab hędis ſeparanda.

Appellantur impij hœdi, quia ſteriles, bonis carentes operibus; oues ap- D pellantur iuſti, quia manſueti, innocẽtes, fructuoſi ſunt. Chryſoſtomus: Mores (inquit) vtriuſque partis aperiunt, cùm alij hœdorum, alij ouium nuncupatione nominantur. Vt aliorum ſterilitas (quia nihil ab hœdis producitur) aliorum fertilitas oſtendatur. Vberes enim, & multi ab ouibus fructus proficiſcuntur, &c. Item Euthymius: Ouibus (inquit) comparantur iuſti, propter manſuetudinem, modeſtiam, ac E fructificationem in virtutibus; ſicut oues in lacte, & lana. Hœdis verò peccatores, propter inclementiam, & immodeſtiam, ac infructuoſitatem. Poteris quoque addere, quòd etiam propter grauem peccati odorem, & quòd non rectè gradiantur, ſed à recto diſcedant itinere, quodque per præcipitia incedant, &c.

Cur impellentur impij hędi, iuſti oues.

iudicio mala omnia, & bona opera, A cogitata, & dicta omnibus patefient, vt iudicis integritas, Chriſtique miſericordia, gratia, & iuſtitia agnoſcātur. Ergo erit in Sanctis diſcuſſio maior, vel minor, iuxta maiorem, vel minorem malorum cum bonis permixtionem. Quid enim erit aliud diſcuſſio, quàm patefactio illa bonorū, malorumq; operum, cogitationum, & verborum, eorumq; inter ſe collocatio? Vnde Heſſelius Matth. 25. Omnium (inquit) facta æque diſcutietur, B dum omnibus inuoteſcent, &c. Quòd ſi dicas, Iudicem Chriſtum hæc non diſcutere, falſum id erit. Sūma enim ſapientia quamcumque bonorum, malorumq; permixtionem tunc intuebitur, ac diſcutiet, vt certo præmio bona diſcuſſa remuneret.

Diſcuſſio bonorum, & malorū operum etiā in hominibus ſāctis futura eſt.

Quæſtio eſt de nomine.

Quæſtio videtur de nomine, vtrū illa manifeſtatio cogitationum, operum, verborumque bonorum, & malorum, ſit appellāda diſcuſſio, necne. Forſitan modus eſt loquendi. Dicuntur enim iuſti præcellentiores, nō iudicādi iudicio diſcuſſionis; quia apud homines ij non diſcutiuntur, quorū aperta eſt innocentia, cognitaq; merita eximia. Cùm ergo Sancti quidā maximè præcellant, quorum merita ex Chriſti meritis orta, Chriſtianis omnibus cognita ſunt, dicuntur non iudicandi iudicio diſcuſſionis. Quamobrem Heſſelius: Auguſtinus (inquit), D & Gregorius, dum dicunt perfectos, & infideles non iudicandos, magis ad præſens tempus, quàm ad extremum iudicium ſunt referendi. Quia hoc tempore præſenti, toti Eccleſiæ innoteſcit beatitudo fidelium perfectorum, & damnatio infidelium. Sed fidelium imperfectorum damnatio, vel ſalus occulta manet, ante diem iudicij nō reuelanda. Hæc ille. D. Ephrē E in interrogationibus, & reſponſionibus, omnes diſcutiēdos ait: Tunc (inquit) cùm diſcuſſi, examinatique fuerint vniuerſi, vniuerſorumq; opera coram Angelis, & hominibus publicata, &c.

Quæ obiecimus, facilè diluuntur. Verba illa Io. 3. *Qui credit in eum, non iudicatur.* hunc continent ſenſum: Qui credit in eum fide viua, non damnatur, vel non iudicatur ſententia damnatoria. Iudicare enim ſignificat dānare, & iudicium damnationē. Quāobrem Io. 5. dicuntur impij *proceſſuri in reſurrectionem iudicij*, id eſt, damnationis; *iuſti verò in reſurrectionem vitæ.* Item eodem c. dicuntur iuſti non vēturi in iudicium, id eſt, in damnationem. To. 2. lib. 4. c. 2. & lib. 6. c. 6. hæc verba ſunt explicata. Ad illud, quod opponitur, nihil eſſe, quod agat in iuſtis iam beatis iudicium. Reſpondetur, plurimum eſſe, quod agat; oſtendit enim vniuerſo orbi Dei iuſtitiam, miſericordiam, gratiam, iuſtorum merita ex Chriſti meritis nata, propter quæ ſumma gloria donabuntur. Hæc de iuſtis.

Iudicare damnare ſignificat.

De impijs ſimiliter dubitatur, an omnes ſint iudicandi. Iudicādos omnes iudicio reprobationis, ſententiaque damnatoria, non eſt ambiguum. C Iudicio autem diſcuſſionis non eſſe iudicandos infideles, qui fide caruerunt, ſentit D. Thomas, Addit. quæſt. 89. ar. 7. & alij Doctores, 4. diſtin. 47. Reddit rationem D. Thomas; quia non erit in illis permixtio bonorum operum, & malorum, quæ diſcuſſionē poſtulet. Nullum enim opus infidelis meritorium eſt gloriæ. D. Gregorius loco indicato in eadem eſt ſententia, binoſque ordines electorum facit, & binos reproborum. Duæ (inquit) ſunt partes, electorum ſcilicet, & reproborum. Sed bini ordines eiuſdem ſingulis partibus continentur. Alij namq; iudicantur, & pereunt; alij non iudicantur, & regnant, &c. Deinde addit, ex reprobis iudicari, & perire fideles improbos, quib. dicet Dominus: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c.* Non iudicari, & perire infideles. Nō .n. (inquit) eorum tunc cauſa diſcutitur; quia ad conſpectum Iudicis, iam cum damnatione infidelitatis ſuæ accedunt. Profeſſionem verò fidei retinentes, ſed profeſſionis opera non habētes redarguunt, vt pereant. Qui verò neque fidei Sacramenta tenuerūt, increpationem Iudicis in extrema examinatione non audient, &c. Ex electis verò ait iudicari, & regnare eos, quibus dicet Dominus: *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.* Nō iudicari, &

An infideles ſint iudicandi iudicio diſcuſſionis.

D. Greg. Duo ſunt ordines reproborum, alij iudicādi ſunt, alij non.

A regnare eos, qui nō præcepta ſolùm, ſed etiam conſilia ſeruarunt, vt paulò antè explicauimus. Similitudinem adiungit, qua oſtendit iudicandos, & redarguendos reprobos fideles; non iudicandos, aut increpandos reprobos infideles. Princeps (inquit) aliter punit ciuem, aliter hoſtem exteriùs rebellantem. In ciue iura ſua conſulit, eumque ſub verbis dignæ inuectionis addicit. Contra hoſtem bella mouet, dignaque eius militiæ tormē- B ta retribuit. De malo verò eius, quid lex habeat, non requirit. Ita in iudicio extremo, legalis illum inuectio perimit, qui ab eo, quod profeſſione tenuit, declinauit actione. Et iſte ſine iudicij inuectione perimitur, qui lege fidei non tenetur, &c.

D. Iſidor. Similem in modum D. Iſidorus li. 1. ſentent. c. 30. In iudicio [inquit] perfectorum ordo vnus eſt, qui cum C Domino iudicet; & alius, qui iudicat. Vtrique tñ cum Chriſto regnabunt, &c. Item: Hi, qui intra Eccleſiam ſunt mali, iudicandi ſunt, & damnandi. Qui verò extra Eccleſiam inueniendi ſunt, non ſunt iudicandi, ſed tantùm damnandi, &c. Idem docet Iulianus lib. 3. Prognoſticon, c. 33. Beda in homil. in Euangelium, *Ecce nos reliquimus omnia.* Itemq; Haymo, & Anſelmus in Elucidario, & D. Auguſ. D ſerm. 38. de Sanctis: Ad iudicium [inquit] non veniunt nec Pagani, nec hęretici, nec Iudæi; quia de ipſis ſcriptū eſt Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus eſt*, &c. D. quoque Hilarius in commentar. Pſal. 1. fide carentes non iudicandos ait; quoſdam verò ſolùm iudicandos, qui inter impios, pioſq; medij ſunt. Iudicium (inquit) ex ambiguis rebus exiſtit, & ambiguitate adempta, iudicij non deſideratur ex- E amen. Ex quo, ne infideles quidē neceſſe eſt iudicari; quia ambiguitas, cū infideles ſint, non recedit, &c. Itē: Hi iudicabunt, qui neq; vt pij nō iudicabunt, neq; iam fuerint vt impij iudicati, in quos ex prælata dilectione iudicium eſt, &c. Confirmatur hæc ſnīa ex ipſa forma iudicij, quam Chriſtus proponit Matth. 25. Nulla.n. in ea infidelium mētio fit, ſed tm̄ eorum, qui fide fuerūt præditi, quib. dicitur: *Eſu-* A *riui, & dediſtis mihi manducare.* vel: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare.* & reliqua, quę non infidelib. ſed fidelib. tantùm congruunt. Ergo infideles non iudicabuntur.

Rñdendum eſt, omnium reproborum cogitationes, verba, opera in iudicio omnib. manifeſtanda, vt cōſtet iudicij diuini integritas, omnibusq; pateat, rñdere peccatis ſupplicium, cui adiudicabunt, atq; hoc iudicio B iudicandos reprobos omnes, ēt infideles, ſiue iudicium diſcuſſionis id appelletur, ſiue alio nomine afficiatur. Heſſelius Matth. 25. infidelib. tribuit iudiciū diſcuſſionis. Iudicabunt (ait) infideles omnes, ēt iudicio diſcuſſionis, &c. Et Card. Tolet. Io. 3. Iudicio (ait) diſcuſſionis ēt impij ſunt iudicandi, vt quāto vnuſquiſq; ſit dignus ſupplicio, appareat omnib. ſicut & merita piorum indigent diſcuſſione. Ta- C men impij non indigent diſcuſſione in hoc, an damnandi ſint; quia eo ipſo, q̄ non credunt, cauſam damnationis habent, &c. Lege Gabrielem in ſupplement. diſtin. 47 quęſ. 1. dub. 5. & Suarez 2. tom. in 3. par. diſput. 57. ſect. 7. Præter hæc, etiam liquet omnes reprobos ſententiæ damnatoriæ fulmine percutiendos, ac iudicandos.

Omnia opera, cogitationes, et verba manifeſtanda ſunt in iudicio.

Iudicio diſcuſſionis etiam impij iudicandi ſunt.

Neq; verò Scripturæ teſtimonia a- D liud probant. Nam illud, quod D. Auguſtinus citat ex Ioan 3. *Qui non credit, iam iudicatus eſt.* non ſignificat, infideles, & hæreticos non iudicandos; ſed ſignificat cauſam in ſe habere dānationis, ſcilicet incredulitatem; vel vt ipſe Auguſtinus explicat tract. 12. in Ioannē, ſignificat incredulum in diuina præſcientia eſſe damnatū; Pręterea ſic exponi poteſt: Qui non credit, iam iudicatus, & damnatus eſt le- E ge diuina, ac ſtatuto, quo decreuit omnes incredulos damnare. To. 2 lib. 4. c. 2 hæc verba ſumus interpretati. Illud quoque Pſal. 1. *Non reſurgent impij in iudicio.* explicauimus eodem lib. 4. c. 2. Reſurgent.n. impij, & in iudiciū iudicandi venient; ſed non reſurgent reſurrectione vitę, ſed reſurrectione iudicij .i. damnationis, vt loquitur Dominus Io 5. Pręterea, nō reſurgent in iudicio, hoc eſt, non ſtabunt; quod ſigni-

Quomodo dicātur impij non reſurrecturi in iudicio.

gnificat verbum Hebræum,& vertit Pagninus; ſed cadent. Adde tertium ſenſum; *Non reſurgent impij in iudicio,* iuſtorum, *neque peccatores in conſilio iuſtorum*; repetendum enim eſt nomen, *iuſtorum*, ex verbis ſequentib. Nam impij non reſurgent inter iuſtos, vt cū iuſtis iudicentur; quemadmodū peccatores non reſurgent in concilio, & cōgregatione iuſtorum. D. Anſelmus in Elucidario ita elucidat: *Non reſurgent impij in iudicio,* non continget illis, vt ibi iudicent, ſicut in mundo fecerunt, &c. Non erunt Iudices cum Chriſto, ſicut fuerunt cum Regibus mundi. Rationi, quæ allata eſt de forma iudicij, in qua de ſolis fidelibus fit mentio, reſpōdetur, illo loco Matth. 25. Chriſtum ſolam iudicij formam deſcribere, qua Chriſtiani iudicabuntur, qui illius fuere grex. Nihilominùs infideles quoque iudicandi ſunt, vt infrà dicemus.

An ſint iudicādi infantes non baptizati.

In quæſtionem quoq; vocatur, an infantes, qui Baptiſmi ſalutari vnda non ſunt expiati, iudicium ſint ſubituri? Paucis reſpondetur affirmāter. Iudicabūtur enim illi à Chriſto, prolataq; ſententia, damni pęna, qua digni ſunt, afficientur, vt conſtet omnibus Dei iuſtitia. Nihilominùs D. Thomas, Addit. quæſt. 89. art. 5. ad 3. Pueri (inquit) ante perfectam ętatem deſcendentes, in iudicio comparebunt, non vt iudicentur, ſed vt videant gloriam Iudicis, &c. Sed loquitē D. Thomas de iudicio diſcuſſionis; eos pueros iudicādos non eſſe ait, quia actualia peccata nulla habent, nullaq; bona opera; iudicio reprobationis iudicandos forſitan concederet.

An ſint iudicādi Angeli.

Angeli reſtant. Quæritur, an Angeli boni, & reprobi ſint iudicandi? Reſpondet D. Thomas, Addit. quæſt. 89. art. 8. Angelos non eſſe iudicandos iudicio diſcuſſionis; quia in bonis nihil mali, in reprobis nihil boni poteſt inueniri, ad iudicium pertinens. Addit, neque iudicio retributionis iudicandos, niſi ſolùm indirectè; quia boni cuſtodierūt homines, reprobi tentarūt. Nam retributio directa, & meritoria initio facta eſt, cùm Angeli boni gloria donati ſunt, improbi pœnæ ſempiternæ traditi. Retributio verò in-

A directa, quæ reſpondet cuſtodiæ bonorum, vel tentationib. improborum Angelorum, in iudicio fiet; quia illi ampliori gaudio afficientur, ex gloria eorum, quibus ad ſalutem auxilium attulerunt; hi ampliori cruciatu torquebuntur, ex conſortio eorum, quos in ſcelera impulerūt. Quæres, an Angeli boni mereantur gloriam ob cuſtodiam, reprobi pęnam ob tentationes. Reſpondetur, Angelos ad viæ

An Angeli ob cuſtodiā gloriā mereātur.

B terminum iam perueniſſe, atq; adeò non mereri nouum præmium, vel pęnam eſſentialem. Habent tamen boni accidentale quoddam gaudium ex gloria eorum, quos cuſtodiunt; reprobi accidentalem mœrorem, qui ex conſortio damnatorum oritur. Abulen. Matth. 25. q. 326. Neq; [inquit] Angeli boni merentur in bona ſuggeſtione, neq; dæmones peccant in peccatorum tentatione. Quia ſunt in

An dęmones ob tētationes mereantur pęnam.

C termino meriti, & demeriti, & conſequenter, quidquid faciant, non addit in gloriam eorum, vel pęnam. Et tñ indirectè quædam retributio fiet de his. Nam Angeli boni extenſiùs gaudebunt, cùm viderint in beatitudine eos, qui illuc peruenerunt, illis agentibus. Et dæmones magis torquebuntur, multiplicata ruina malorum, quam ſi nullos ſecum ad inferos deduxiſſent. Hæc ille.

D Præcipuæ quæſtioni reſpondetur, videri veriſimilius, Angelos iudicandos. Ait enim Paulus 1. Corinth. 6. *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus? Quantò magis ſęcularia?* &c. Et D. Petrus 2. epiſt. cap. 2. *Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari,* &c. Ecce Petrus ait, dæmones in iudicium reſeruari, ergo iudicabuntur. Quod ſi dæmones iu-

Angeli iudicādi sūt, tū boni, tū mali.

E dicabuntur, cur non etiam Angeli boni? Equidem gloria Chriſti poſtulat, vt non ſolùm omnes homines, ſed etiam omnes Angelos iudicet. Poſtulat iuſtitia Dei, gratia, & miſericordia, vt omnibus hominibus bonorum Angelorum merita, & præmia, reproborum iniquitates, & ſupplicia pateſiant. Fatemur, initio iam iudicatos eſſe, & accepiſſe promeritis retributionem. At illud iudicium coram

hominibus non eſt factum, eosq; latuit. Æquum ergo eſt, vt coram illis à Chriſto iudicentur. Itaq; omnium Angelorum bonorum merita hominibus omnibus, & Angelis fient conſpicua, propter quæ æternam gloriã ſunt conſequuti. Omnium quoque reproborũ iniquitas apparebit, propter quam ſupplicio ſunt mancipati. Præterea, bonos ſententia ſua commendabit, præmioque afficiet Dominus; reprobos pęnis addicet ſempiternis. Manet ergo, omnes Angelos, homines, & dæmones in iudicio congregandos, atque iudicandos.

CAPVT XVIII.

De iudicio.

An cogitationes, verba, opera omniũ ſint patefacienda in iudicio.

INueſtigandum eſt, an omnium cogitationes, verba, opera in iudicio ſint manifeſtanda. Reſpondetur, omnia manifeſtanda. Confirmatur verbis Chriſti Matth. 12. *Omne verbum otioſum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij, &c.* Si verba otioſa in iudicio ſunt patefaciẽda, ſanè reliqua peccata non latebunt. Eccleſiaſtæ extremo capite: *Cuncta, quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malũ ſit, &c.* 1. Corinth. 4. *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo, &c.* Apocalypſ. 20. *Vidi mortuos magnos, & puſillos, ſtantes in conſpectu throni; & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. Et iudicati ſunt mortui ex ijs, quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ipſorum &c.* Item: *Qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis, &c.* Libri in iudicio aperiendi conſcientię ſunt hominum, ac corda, vt eorum cogitationes, verba, facta omnia legantur. Liber quoque vitæ tunc aperietur, qui nunc clauſus eſt; quoniam tunc ſciẽt omnes, quinam ſint prædeſtinati, quive præſciti. Nã qui in eo ſcriptus non fuerit, in tartareos rogos præcipitabitur. D. Thomas, Addit. q. 87.

Conſcientię libri.

A art. 1. Conſcientiæ (inquit) ſingulorũ erunt quaſi quidam libri, continentes res geſtas, ex quibus iudiciũ procedet, &c. D. Hiero. ad illa verba Daniel. 7. *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt, &c.* Conſcientiæ (inquit) & opera ſingulorum, in vtramque partem, vel bona, vel mala oib. reuelabunt, &c.

B Intuebuntur autem mente omnia opera propria ſinguli homines, omnia verba, omnes quoque cogitationes, vt intelligant iuſtè ſe iudicari, teſtimonium ferente ipſa conſcientia, ſiue accuſante, ſiue defendente. Vnde illud Pauli ad Rom. 2. *Qui oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum, &c.* In quæ verba Theophyl. Tunc [inquit] ſtabunt noſtræ cogitationes, aliæ quidem accuſantes, aliæ defendentes.

Conſcientia in iudicio patrona, vel accuſatrix.

C Nec opus habet accuſatore, vel patrono homo, apud illud iudicij forũ, &c. Neque vero ſinguli ſuas tantùm cogitationes, facta, ac dicta, verum etiam aliorum omnium intuebuntur; ita vt oia ſint conſpicua, atq; aperta oib. Hoc. n. flagitat iudicij integritas. Qũo namq; iudicium iuſtum eſſe cũctis conſtabit, ſi ea omnia, quæ præmio, vel ſupplicio afficienda ſunt, nõ

D comparuerint? D Anſelmus in Elucidano: Sicut nũc Sol ab omnib. vſ, ita omnium hominum conſcientiæ tunc ab omnibus in propatulo videbunt, &c. Quo pacto id fiet, Paulus indicat 1. Corinth 4. *Nolite* (inquiens) *ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abſcõdita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, &c.* Lumine diuino, & reuelatione id fiet, vique diuina, vt Auguſ. docet lib. 20. de

Vi diuina omnia in iudicio patebunt.

E ciuitate, cap. 14. Quędam [inquit] vis eſt intelligenda diuina, qua fiet, vt cuique opera ſua, vel bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernãtur, vt accuſet, vel excuſet ſcientia conſcientiam, &c.

An peccata per pœnitẽtiã deleta, ſint patefacienda in iudicio.

Magiſter ſententiarum 4 diſt. 43. arbitratur, peccata, quæ pœnitentia deleuit, in iudicio non fore manifeſtãda. Nõ irrationabiliter (inquit) putari poteſt,

poteſt, peccata hic per pęnitentiam tecta. & deleta, illic etiam tegi alijs; alia verò cunctis propalari, &c. Probatur ex Pſalm. 50. *Omnes iniquitates meas dele.* Delentur per pęnitentiam iniquitates; ergo non manifeſtabuntur in iudicio. Pſalm 31. *Beati, quorum tecta ſunt peccata, &c.* Peccata tecta quis dicat retegenda? Michęæ 7. *Proijciet in profundũ maris oĩa peccata noſtra, &c.* Non igitũ in iudicio ex profundo emergent. Pudeſient ſanè iuſti, ſi ſua toti orbi crimina patere cognouerint. Veriſimilius ſentit D. Thomas, Addit. q. 87. art. 2. & alij, peccata etiam per pęnitentiam obliterata, in iudicio patefacienda omnibus. Alioqui ipſa pęnitentia [ait D. Thomas] per quam obliterata ſunt, nõ patefiet; quod falſum eſt. Pręterea, latebunt maxima Dei beneficia, nimirum auxilia, quibus lapſos iuſtos in gratiam extulit, neque conſtabit iudicij integritas, ſiquidem non venient in iudicium peccata multa, quæ ſupplicio digna erant, niſi pœnitentia abolerentur.

Oĩa peccata per pęnitentiã deleta, ſunt patefaciẽda.

Reſpõdetur argumẽtis.

Obiectiones parum habent momẽti; delentur enim peccata, & tegunt̃, in profundum maris proijciunt̃, quia omninò remittuntur à Deo; id autem hanc manifeſtationem non prohibet, quam iudicij integritas, Dei, iuſtorumque honor poſcit. Procul verò à Sanctis tunc pudor erit, quos ęterna gloria beabit. Lege Anſelmũ, li. de ſimil. c. 60. Quęritur, an Chriſti iudicantis facta in iudicio ſint manifeſtãda. Manifeſtanda eſſe D. Anſelmus exiſtimat in Elucidano. Siquidem librum vitę, qui Apoc. 20. aperiendus dicitur in iudicio, Chriſti vitã eſſe arbitratur aperiendam. Liber [inquit] vitę eſt vita Ieſu, in qua omnes quaſi in libro legunt, quid de præceptis eius vel fecerunt, vel neglexerunt, &c.

De iudicandis diximus, de Iudicib. aliquid dicendum. Dubitatur, an aliqui cum Chriſto ſint iudicaturi. Iudicaturos Sanctos Scriptura prædicat. Sapient. 3. *Iudicabunt iuſti nationes, & dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum, &c.* 1. Corinth. 6. *An neſcitis, quòd Sancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus? Quantò magis ſecularia, &c.* Pręterea, iudicaturos Apoſtolos conſtat ex Matthæo, cap. 19. *Sedebitis* [inquit Dominus] *ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael, &c.* Quo autem modo iudicaturi ſint, difficile eſt explicatu. Id vt inueſtigemus, animaduertere opus eſt, tribus modis poſſe Sanctos cum Chriſto iudicare. Primo modo, per comparationẽ quandã, de quo modo loquitũ Dominus Matth. 12. cùm Iudæis ait: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas, &c.* Item: *Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, &c.* Secundo modo, per aſſiſtentiam, conſenſum, ſententiæque comparationem. Tertio, per quandam aſſiſtentiam, & ſimilitudinem nonnullam cum ipſo Iudice Chriſto in iudicio. Aſſiſtent enim illi Sancti, in thronis aſſidentes celſiori loco, quàm alij.

Q̃uo Sancti in iudicio iudicaturi ſint. Triplex iudicãdi modus.

Primo modo iudicaturos Apoſtolos exiſtimat D. Chryſoſtomus homil. 65. in Matthęum. Quemadmodum (inquit] Reginam Auſtri, & Niniuitas condemnaturos generationem iſtam aſſeruit Dñs; ſimili quodam modo Diſcipuli non gentes non vniuerſum orbem, ſed tribus Iſrael condemnabũt. Nam cùm Iudęi dicturi ſint, idcircò ſe credere non potuiſſe, quia mandata legis ſeruare iubebantur; Diſcipulis in medium productis, a quibus & lex ſuſcipiebatur, & fides Chriſto adhibita eſt, omnes Iudęos condemnabit, &c. Idem docet Euthymius, & Diuus Hieronymus: *Sedebitis* [inquit *& vos in ſolio iudicantium*, condemnantes duodecim trib. Iſrael; quia vobis credentib. illi credere noluerunt, &c. In eadem eſt in ſententia Theod. 1. Corinth. 6. Item verba illa Pauli: *An neſcitis, quod Sancti de hoc mundo iudicabunt?* Idemq; *Neſcitis, quoniam Angelos*, id eſt, dęmones, *iudicabimus.* Similiter interpretatũ idem Theodoretus de iudicio, per cõparationem; Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecumenius. Itaque iuxta hanc ſententiam, tam Apoſtoli, quam cęteri Sancti iudicabunt, per comparationẽ vitę ſuæ, cum vita improborũ

Apoſtoli quomodo iudicabũt.

dam-

damnabuntque comparatione ſua im probos. Hoc eodem iudicio iudicabunt etiam iniqui iniquiores, vt liquet ex verbis Domini citatis, de Regina Auſtri, & Niniuitis. Attamen diſcrimen erit inter Sanctorum iudicium huiuſmodi,& iniquorum.

Diſcrimen inter Sanctos iudicantes, & alios.

Siquidem Sancti in ſublimi aere in nubibus, veluti tribunalibus ſedebunt inſtar Iudicum. Iniqui humi abiecti erunt, igneque flagrantes. Sed parum hoc eſt. Apoſtolus 1. Corinth.6. plus aliquid Sanctis tribuit, cùm ſic argumentatur: *Si in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis?* Non enim rectè ſequitur: Si per vos iudicabitur, & damnabitur mundus per comparationem vitæ veſtrę cum vita iniquorum; indignine eſtis, qui de ſęcularibus iudicetis per auctoritatem, & iuriſdictionem? Nam iudicare per comparationem, multò minus eſt, quam per iuriſdictionem, & alteriusgeneris iudicium.

Dicẽdum ergo ſanctos omnes cum Chriſto iudicaturos ſecundo modo ſupra memorato, videlicet per aſſiſtentiam, conſenſum, ſententiæque comprobationem: & quia inſtar iudicum, in ſublimi aere in nubibus veluti tribunalibus, ſedebunt, damnabuntque ſuo conſenſu, verbis, & vita reprobos omnes. At Apoſtoli tertio modo iucabunt. Aſſiſtent enim proximi Chriſto, in thronis celſioribus illi aſſidebũt inſtar Iudicum, & ex cõmiſſione damnabunt non ſolùm conſenſu, verbis, vitæ, ſententiæque approbatione reprobos, & iuſtos præmio afficient, verùm etiam ſententiarum prolatione. Cuique enim hominum ſua ſententia ferenda tunc eſt. D. Thom. 1. Corinth. 6. Iudicare (inquit) approbando ſententiam Chriſti iudicis, erit proprium iuſtorum, Vnde Sap.3. dicitur; *iudicabunt iuſti nationes.* Iudicare per ſententiæ prolationem erit Apoſtolorum, &c. Quomodo autem ſit proferenda ab Apoſtolis ſententia docet his verbis; Intelligitur iſta prolatio ſententię, non vocalis, ſed ſpiritualis, inquantùm per ſuperiores ſanctos, inferiores, vel etiam peccatores, ſpirituali quadam illuminatione, illuminabantur, quales pœnę, & qualia præmia eis

Q̃uo iudicabũt ſancti, & Apoſtoli.

Q̃uo ſit ab Apoſtolis proferenda ſententia.

A debeantur. Sicut etiam nunc homines illuminantur ab Angelis, vel etiam inferiores Angeli a ſuperioribus. Hæc ille. Quamuis autem pleræque ſententiæ mente ſint ferendæ, nõ eſt abſurdum credere, multas quoque ferendas ab Apoſtolis voce, fortè inſignium reproborum; vt hęreſiarcharum, Mahometi, & ſimilium, ſiquidem iudicium illud, non erit ſolùm mentale, ſed etiam ſenſibile. Quæritur an ſoli Apoſtoli hoc tertio modo

Iudiciũ nõ erit mentale, ſed ſenſibile.

B ſint iudicaturi? Reſpondetur alios quoque iudicaturos, qua de re diximus; hoc eodem tomo lib. 5. cap. 10.

Ad extremum ambigitur, quonam in loco ſint homines iudicandi, & cur dicantur iudicandi viui & mortui? Credimus enim Chriſtum iudicaturum viuos, & mortuos, & Petrus Actorum 10. ait; *ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Iudex viuorum & mortuorum, &c.*

C Numquid aliqui in iudicio erunt mortui? quos iudicabit Dominus; nonne tunc omnes viui aderunt? Reſpondetur locum iudicij fore vallem Ioſaphat, quæ iuxta Ieruſalem eſt, & iuxta montem Oliueti, ex quo Dominus in cœlum aſcendit. Id innuere videntur Angeli, Actorum primo, illis verbis; *ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cęlum, &c.* quaſi dicant; ſic veniet in hunc eundem lo-

De loco iudicij.

D cum, ad iudicandum.

Cùm tamen vallis, & mons Oliueti, tot hominum capax non ſit, intellige iudicem Chriſtum in aere, ſupra vallem, & montem in medio ſanctorum conſeſſurum; iuſtos in ipſo aere toto iudicij tempore permanſuros; reprobos verò occupaturos tum vallem, tum montem, & loca alia. Communis receptaque opinio hæc eſt, ex

E Ioelis 3 cap. deſumpta, quo Dominus ait; *Congregabo omnes gentes in valle Ioſaphat. Et diſceptabo cum eis, &c* Item; *Conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu, &c.* Significat verbum שפט *ſaphat*, iudicare, & ponitur יו *io*, pro vallis Ioſaphat, eſtque Ioſaphat idem quod יהוה ADONAI *Dominus, vel Deus iudicauit.* Iudicium verò dicitur, משפט *Miſphat*; poteſt nomen ſignificare quemcumque locum, in

quo

quo *Dominus iudicabit*, verùm recepta fert ſententia vallem ipſam Ioſaphar, quæ Ieruſalem vrbi vicina eſt, hoc nomine ſignificare.

Quo ſenſu dicatur Dominus iudicaturus viuos, & mortuos.

Nullus autem hominum mortuus erit, cùm Dominus iudicabit: in vitā enim omnes reuocabuntur. Dicitur tamen Chriſtus iudicaturus viuos & mortuos, hoc eſt, omnes omnium ętatum, ſæculorumque homines, tùm illos, qui vita iam functi ſunt, tum illos qui in vita manent. Cùm enim dico; *Chriſtus venturus eſt iudicare viuos & mortuos*; ſignifico Chriſtum venturum, vt iudicet omnes homines, quicumque aliquo tempore vixerunt, omnes etiā quicumque aliquo tempore mortui ſunt. Nam ſi ſolùm dixero, *Chriſtus iudicaturus eſt viuos*; inferet hęreticus; ergo non eſt iudicaturus eos, qui iam mortui ſunt. Si dixero; *Chriſtus iudicaturus eſt mortuos*; inferet, ergo non eſt iudicaturus viuos. Ideò vt omnes cōplectamur omnium temporum homines, dicimus Chriſtum iudicaturum viuos, & mortuos. Vt nulla poſſit eſſe cauillatio, nullum effugium. Præterea innuitur his verbis, mortuorum reſurrectio, iudicaturus enim eſt Dominus viuos, ſed iam mortuos, & rurſus in vitam reuocatos. Dicuntur etiam hæc verba, reſpicere illud tempus, in quo ſymbolum recitamus, quomodo viui appellantur ij qui tunc viuunt; Mortui, qui è vita migrarunt, hoc ſenſu; *venturus eſt iudicare viuos*, id eſt, eos qui nunc viuimus, & *Mortuos*, id eſt, eos qui iam mortui ſunt. Sed anguſtus eſt hic ſenſus, neque comprehendit oēs hoīes iudicādos, pręteritos, pręſentes, & futuros. Solùm præteriti, ac præſentis temporis homines complectitur, futuri temporis homines, nec viuos, nec mortuos includit. Alius ſenſus eſt. *Venturus eſt iudicare viuos*, hoc eſt, viuos extremi illius temporis, qui tamen tunc morientur, *& mortuos*, id eſt, reliquos ante vita functos. Qui putant ſanctos illos, qui obuiam Chriſto rapientur, non morituros, ſic exponent; *Venturus eſt iudicare viuos*, id eſt, eos qui nō morientur, & cęteros mortuos. Sic Caiet. Actor. 10. Auguſt. tom. 9. lib. 1. de Symbolo ad Catechum. ita interpretatur: Viuos [inquit] qui ſuperfuerint; mortuos qui præceſſerint. Vel viuos iuſtos, mortuos iniuſtos, &c. ſimiliter tom. 3. lib. de fide & ſymbolo ca. 8. Siue [inquit) iſtis nominibus [ſcilicet viuorum & mortuorum] iuſti, & peccatores ſignificentur; ſiue quos tunc ante mortem noſtram, in terris inuenturus eſt, appellati ſunt viui: Mortui verò, qui in eius aduentu reſurrecturi ſunt, &c. Ruffinus in ſuo ſymbolo viuos animas interpretatur, mortuos corpora, hoc ſenſu, *Venturus eſt iudicare viuos & mortuos*; hoc eſt animas ſimul & corpora.

C A P V T XIX.

De ſententia iudicis ferenda pro iuſtis.

MATTHAEVS CAPITE XXV. Verſ. 34.

TVnc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedi-
cti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutio
35 ne mundi. * Eſuriui enim; & dediſtis mihi manducare.
Sitiui; & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis
36 me. * Nudus; & operuiſtis me. Infirmus & viſitaſtis me.
37 In carcere eram; & veniſtis ad me. * Tunc reſpondebunt
ei iuſti dicentes; Domine, quando te vidimus eſurientem,
38 & pauimus te, ſitientem, & dedimus tibi potum? * quando autem te vidi-
39 mus hoſpitem, & collegimus te; aut nudum & cooperuimus te? * aut quā-

do te

Digitized by Google

40 do te vidimus infirmum aut in carcere; & venimus ad te? * Et reſpondens
Rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis
41 minimis, mihi feciſtis. * Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt. Diſcedi-
te à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis
42 eius, * Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dedi-
43 ſtis mihi potum. * Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus, & non
44 cooperuiſtis me, infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. * Tunc re-
ſpondebunt ei, & ipſi dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem, aut
ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere; &
45 non miniſtrauimus tibi? * Tunc reſpondebit illis dicens; Amen dico vo-
46 bis; quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. * Et ibunt
hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.

Tunc dicit Rex ijs, qui à dextris eius erunt.

Duę Chriſti ſummi iudicis ſententiæ.

DVÆ extant hoc loco ſententię à Chriſto ſummo Rege, ac iudice, ferendæ. Prior ad iuſtos ſpectat, altera ad impios. *Tunc*, inquit, poſt ſeparationem iuſtorum ab impijs, & poſt cętera omnia, quę in iudicio illo agentur, placidos lætosque oculos ad dexterã, in qua iuſti erunt, conuertet iudex, feretque huiuſmodi ſententiam: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, &c.* Vocat eos in cœleſtem Ieruſalem; Venite mecum in cęlum cœleſtes penetrare plagas, in perpetuas venite manſiones. Benedictos appellat Hębreorum more. Ruth 3. *Benedicta es à Domino filia*; ait Boos 1. Reg. 25. *Benedictus tu fili mi Dauid. &c.* Iudith. 13. *Benedicta es tu filia à Domino, &c.* Pſalm. 113. *Benedicti vos à Domino.* Luc. 1. *Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui, &c.* Deut. 28. *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, &c.* Geneſ 23. Labam ad ſeruũ Abraham; *ingredere* (inquit) *benedicte Domini, &c.* Benedicti autem Patris ſunt, quia a Patre multis affecti beneficijs, ad Epheſ. 1. *Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, &c. Poſſidete* Gręcè, κληρονομήσατε, id eſt, *hereditate acquirite*, κληρονομία, *hereditas*, dicitur, &. κληρόνομος, *heres*; beati autem filij & hæredes ſunt regni cœleſtis, ad Rom. 8. *ſi filij & heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, &c.* Adiungit Paulus; *ſi tamen compatimur vt & conglorificemur, &c.*

Vocat Chriſtus in regnũ iuſtos.

Beati ſunt heredes, et beatitudo hereditas.

Quia non ſatis eſt fides ad cernẽdam
A hęreditatem, oportet caritatem, & operatum patientiæ, tum aliarum virtutum addere. Hæredes filij ſunt dilecti, non impij; ideòque operibus, & caritate præditos eſſe neceſſe eſt. Ad Hæbreos 1. *hereditatem capient ſalutis, &c.* Hanc hæreditatem Petrus Epiſt. 1. cap. 1. vocat *incorruptibilem, & incontaminatam & immarceſſibilem, conſeruatam in cęli*; quo loco ait *ſalutem iuſtorum paratam reuelari in tempore nouiſſimo.* Re-
B uelabitur enim in iudicio cunctis Angelis, & hominibus, ęterna ſanctorũ ſalus, æternumque regnum. *Poſſidete* (inquit) *regnum* Tunc tradetur beatis regni poſſeſſio perfecta. Etenim ante iudicium, etſi animæ in cęlo degant, beatitudineque perfruantur; corporibus tamen carent in die illa nouiſſima, perfectè regnum poſſidebunt in ſempiternum, tùm anima, tùm cor-
C pore.

Cur dicatur regnum cęleſte *beatis paratum, à conſtitutione mundi* ambigitur. Reſpondet Lyranus à conſtitutione mundi dici paratum ſanctorum regnum, quia à creatione mundi conditum eſt cœlum Empireum, & paratum in quo ſanctorum eſt regnum. Eodem modo reſpondet Abulenſis. Alio quoque ſenſu aiunt idem Epiſcopus Abulenſ. & alij, dici regnum para-
D tum ſanctis à creatione mundi; nimirum, per prædeſtinationem paratum eſt; hoc eſt decretum per prædeſtinationem. Obijcitur, prædeſtinationem eſſe æternam; ergo ab ęterno paratum eſt regnum ſanctis; at Dominus ait, paratum eſſe à conſtitutione mundi. Reſpondetur, Chriſtum aſſerere paratum eſſe regnum à creatione mundi, quod

Cur dicatur regnũ paratũ ſanctis à cõſtitutione mũdi.

Paratū eſt regnum ab æterno.

quod eſt verum. Neq; inficiari paratū eſſe ab æterno; quod etiam verum eſt. Cū diſcipulis adhuc imperitis loquebatur; ideo ſatis fuit dicere, paratum a conſtitutione mundi, pretermiſſa ęternitate. Similem in modum Matth. 20. ait; *Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtrā non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo, &c.* Tribus modis (ait Carthuſianus) paratum eſſe ſanctis regnū Matth 25. cęleſtis (inquit) patria, ante mundi conſtitutionē parata eſt ſanctis, ſecundum prædeſtinationem.

A principio mundi parata eſt, per creationem. In Chriſti paſſione, & aſcenſione parata eſt, quantùm ad meritum introeundi, & ianuę apertionem. &c. Ioan. 14. *In domo Patris mei manſiones multę ſunt, &c.* Nempe ab æterno erant paratæ hę manſiones ſecūdum prædeſtinationem; ab initio mūdi paratæ erant, ſi de cœlo Empireo loquamur, à Chriſti paſſione, & aſcenſione, ſi de patefactione cęleſtis ianuę, & viæ, pretijq; ſolutione ſit ſermo, de qua eodem capite, ait Dominus, *Vado parare vobis locum*: ſcilicet mea paſſione, & aſcenſione.

Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, &c.

QVæritur, An verba hæc, & ſequētia ſit dicturus Chriſtus beatis? Præterea, an beati reſponſuri ſint; *Domine quando te vidimus eſurientem? &c.*

An hęc ſint parabolicè dicta.

Lyranus putat, hanc eſſe parabolam: propoſuit enim Dominus Matth. 25. duas parabolas ad iudicium ſpectantes, alteram de Virginibus fatuis, & prudentibus, alteram de talentis, quæ Dominus ſeruis diſtribuit; Tertiam hanc adiunxit de Rege iudicāte. *Tunc* (inquit) dicet *Rex ijs qui à dextris eius erunt. &c.* Et quidem Salmeron, inter parabolas interpretatur. Verùm parabola non eſt: habet tamen aliquid parabolæ. Ideoque non mirum, ſi non omnia hic commemorata, in iudicio non dicantur. Dicet quidem Dominus beatis verba illa: *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c* Et reprobis; *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c* Dubium tū eſt, An ſancti ſint reſponſuri,

A *Domine quando te vidimus eſurientem, & pauimus te? &c.* & reprobi; *Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, &c. & non miniſtrauimus tibi, &c.* Nā in iudicio ante oculos habebunt iuſti eleemoſynas, quas pauperibus erogarunt; Compertumq; illis erit, ſe Chriſto feciſſe, quod pauperibus fecerunt, intelligent quoque, quid Chriſti verba ſignificent. Quorſum ergo indicabunt ſe hoc ignoraſſe, neque Chriſtū

Beati in iudicio ante oculos habebunt, eleemoſynas, quas fecerunt.

B. in pauperibus cognouiſſe, quod ipſis vetulis eſt exploratum? Pręterea numquid omnis illa multitudo Chriſto reſpondebit ſimul, an ſinguli? Si ſimul reſpondeant, perturbata quędam erit vociferatio; ſi ſigillatim, longo opus erit tempore. Video poſſe reſponderi, reſponſuros mente, non voce, tempore breuiſſimo. Sed cùm Chriſtus voce ſit ſententiam prolaturus, voce etiam videtur reddenda reſponſio.

De reſpōſione iuſtorū & impiorū quādo te uidimus eſuriētē, &c.

C Quidam interpres ait, ſic reſponſuros beatos, quòd Chriſti verba non ſint intellecturi. Chriſtus enim dicet; *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare*: & ſcient ſe numquam dediſſe ipſi Chriſto cibum. Ideo rogabunt; Quando te metipſum vidimus eſurientem, & tibi ipſi, non, pauperibus, cibum tribuimus? Sed perſpicuum eſt beatos intellecturos egregie Chriſtum de ſuamet perſona non loqui, ſed de pauperibus,

D quorſum ergo id interrogabūt, quod intelligent? Prætereà nonne ſatis erit interrogare ſanctos? quorſum poſt datum reſponſum idem interrogaturi dicuntur etiam reprobi? Numquid nō intelligent ex dato ſanctis reſponſo ſe non feciſſe Chriſto, quod non facere pauperibus?

Chriſtus hic parabolice ſermone uſus eſt.

Reſponderi ergo poteſt Chriſtum hoc loquendi modo parabolico vſum eſſe; tribuiſſeque hanc interrogatio-

E nem beatis, & reprobis, vt reddita reſponſione, nobis oſtenderet, ſe miſericordiæ opera, quaſi ſibi facta, remunerare.

Reſpondit enim ſanctis. *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Reprobis; *Quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis, & cætera.* Reſponderi quoque poteſt a iuſtis, & improbis dicenda verba cōmemorata, non voce,

Digitized by Google

ſed mente tantùm. A iuſtis dicentur etiam, ſi verba Chriſti intelligant, ſciantque ſe in pauperibus opera miſericordiæ impendiſſe Chriſto. Sciebat quidem Petrus Chriſtum eſſe, qui pedes lauabat. Attamen dixit; *tu mihi lauas pedes?* Ioa. 13. Sciebat Elizabeth Virginem eſſe matrem Dei, & ait; *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Luc. 1. Sic beati ſcient ſe in pauperib. paviſſe Chriſtum, tamen dicent; *Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te, &c.* quaſi dicant, O nos fœlices; qui te potuimus paſcere, quandonam tanta nobis obtigit fœlicitas, vt tanto Domino cibum præberemus? &c. Admirationi quoque tribui poſſunt hæc verba; cernentes. n. Chriſti maieſtatem admirabuntur q̃ dicat; *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, nudus eram, &c.* admiranteſque rogabunt; *Quando te vidimus eſurientem, &c.* Incertus auctor ſub nomine Euſebij Emiſſeni; ſtupeſcunt [inquit] admiratione dum Chriſtum eſurientẽ, vel ſitientem, dum hoſpitem, infirmũ, aut in carcere fuiſſe aliquãdo audiũt, quem in tãta gloria conſpiciũt. Vnde interrogãt; &c. Reprobi verò dicẽt; *Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, &c. & non miniſtrauimus tibi?* dicent, inquam, ſe excuſantes.

Verba iuſtorũ ſunt admirationis.

Origenes ait, iuſtos humilitatis gratia ſic reſponſuros, indignos ſe proclamantes laude benefactorum ſuorum. Similiter, & auctor imperfecti, humilitati iuſtorum verba tribuit. Beda; Sancti [inquit] dicunt hęc, ſiue per gloriam Chriſti mirantes; ſiue quòd parum eis tunc videtur, omne bonum, quod fecerunt, pro magnitudine terroris, & abundãtia retributionis, &c. Sed reſponſio iuſtorum non videtur humilitati tribuenda. Nec enim negant ſe feciſſe miſericordię opera; nec parua ea fuiſſe affirmãt; nec indignos ſe præmio, aut laude proclamant. Sed tantùm quærunt; *Quando te vidimus eſurientem? &c.* Theophylactus ait, illos negare ſe opera feciſſe miſericordiæ; Vide [ait] iuſtorum æquitatem, quomodo negẽt ſe Chriſtum paviſſe, &c. Idem videtur dicere Origenes. Sed falſum videtur. Dici tamen poteſt, Dominum hoc dicendi modo; humilita-

Dñs hoc loquendi mõ humilitatẽ iuſtorũ ĩdicare uoluit.

A tem ſanctorum voluiſſe indicare; qui eleemoſynas ſuas, operaque bona, nõ iactent, ſed veluti neſciant. Non enim negant vt diximus.

Quæritur, An Chriſtus ſit dicturus etiam infidelibus; *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c.* Pars affirmans probatur, quoniam Chriſtus dicet hæc ijs, qui à ſiniſtris erunt, vt teſtatur Matthæus, & ijs quibus dicet; *diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* A ſiniſtris B autem non ſolùm erunt reprobi Chriſtiani, ſed etiam infideles; nec ſolùm reprobis Chriſtianis, ſed etiam infidelibus dicet Dominus; *diſcedite à me in ignem, &c.* ergo dicentur verba hæc, etiam infidelibus, fide carentib. Pars negans confirmatur ſic; ijs qui fide caruerunt ignotus eſt Chriſtus; ergo nõ dicet illis Dominus; *eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c.* Quo enim modo poſſunt cibum dare Chriſto, id eſt, C pauperib. propter Chriſtum; ſi Chriſtum non agnoſcunt. Præterea illa verba; *Quamdiu non feciſtis vni de minoribus ijs, nec mihi feciſtis, &c.* non videntur infidelibus congruere; qui cum Chriſti ſeruis commercium non habent. D. Greg. Iob. 36. ad illa verba; *Iudicium pauperibus tribuit;* exiſtimat verba hæc reprobis fidelibus dicenda, non infidelibus; infideles enim; ait non eſſe in iudicio redarguendos, aut increpandos D à Chriſto. Et Euthymius manifeſtum (inquit) eſt, quòd ad ſolos Chriſtianos verba fecit Chriſtus. Nam ad infideles nullus tunc erit ſermo, &c. Idem mihi videtur, non quòd arbitrer infideles non eſſe propter magna ſcelera redarguendos; ſed quia in illos non bene quadrant verba. Origenes idẽ videtur ſentire his verbis: Iniuſtis dicit Chriſtus; *diſcedite à me*, Cùm fuiſſent vtique fideles, &c. & Auguſt. in q. ad E Dulcitium, q. 1. Ne ſibi quiſquam de fide, quæ ſine operibus mortua eſt, vitã promittat æternam; propterea omnes gentes ſegregaturum ſe dixit Dominus, quæ permixtæ eiuſdem paſcuis vtebantur. Vt appareat eos illi dicturos, *Domine quando te vidimus illa & illa patientem, & non miniſtrauimus tibi;* qui in eum crediderant, ſed bona operari non curauerunt, &c. Dicentur ergo fidelibus. Infideles aliter increpabunt.

An Dñs ſit infidelib. dicturus: Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, &c.

Solis Chriſtianis hæc verba dicenda ſunt, nõ Ethnicis.

Nam

Nam hoc loco forma iudicij proponitur, qua ij iudicabuntur, qui in Eccleſia ſunt, nec forma deſcribitur, qua iudicabuntur infideles. Obijcies, ergo infidelibus non dicet Dominus; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*; ſiquidem ſtatim redditur ratio; *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare*. Reſpondetur, infideles quoque ſententia hac percutiendos; *Diſcedite à me in ignem æternum*. Sed aliam cauſam reddet Dominus, cur illos damnet. Dicet autem, *eſuriui & non dediſtis mihi manducare?* Ijs qui à ſiniſtris erant; verũ non omnibus, ſed ſolis fidelibus reprobis. Infidelibus aliam cauſam referet.

An ſolam eleemoſynã beatitudinis cauſam redditurus ſit Dñs.

Vnde oritur quæſtio; An ſolam hãc cauſam ęternæ beatitudinis æternęq; damnationis, ſit Chriſtus in iudicio redditurus? Reſpondetur non ſolum hanc ſed alias etiam multas redditurum iuſtis; vt caritatem, caſtitatem, martyrium, toleratos labores, & ſimiles. Alias quoque multas redditurum reprobis, vt furta, rapinas, adulteria, fornicationes, nefanda ſcelera, incredulitatem, hæreſes, & ſimilia. Cur igitur operum miſericordię ſolùm meminit, cùm tot aliæ ſint beatitudinis cauſæ, & damnationis? Reſpondetur, quia opera miſericordiæ, atque caritatis, hominibus maximè voluit commendare. D. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. cap. 27. Ideo (inquit) & dextris eleemoſynas ab eis factas, & ſiniſtris non factas ſe imputaturum eſſe prædixit; vt hic oſtenderet, quantùm valeant eleemoſynæ, ad priora delenda peccata, non ad perpetua impunè committenda, &c. Euthymius; Vide (inquit) quomodo de ſola humanitate, ſiue amore erga proximos diſſerat; & ab hac ſola iuſtos honore dignos iudicat, peccatores ſupplicio. Non quòd cætera, vel iuſtorum opera bona, vel peccatorum delicta, ſine examinatione, & diſcuſſione relinquenda ſint; ſed nũc de ſola hac virtute diſſerit, confirmare volens, quòd hanc maximè requirit, & hanc præ omnibus expetit; vtpote Chriſtianis maximè neceſſariã. Cuiuſque enim Chriſtiani inſigne, quo dignoſci poteſt, eſt dilectio, &c.

Cur non alias vel beatitudinis, vel dãnationis cauſſas efferat quã opera miſericordia.

Cur omiſerit Dñs ſepulturam.

Ideo omnia miſericordiæ opera ſigillatim enumerat Dominus, & inculcat, A vno tantum prætermiſſo, ſcilicet ſepultura, quam in alijs operibus intellexit. Prætermiſiſſe ſepulturam ait Abulenſis, quia nomine ſuo loquebatur, & loquutio hæc, *mortuus fui, & non ſepeliſtis me*, non congruebat loquenti. Verùm ſi ita congruebat hęc, quemadmodum & aliæ. Nam Chriſtus, vt compertum eſt, de operibus loquitur, quæ non propriæ ipſius perſonæ, ſed pauperibus propter ipſum præſtantur. B Cur igitur indecorum erit dicere; *mortuus fui*; ſcilicet in pauperibus; *& ſepeliſtis me*? Denique cùm Chriſtus beatitudinem conferet propter opera miſericordiæ; ſatis oſtendit, alia opera ſimilia, & excellentiora afficienda præmio. Nimirum Virginitatem, martyrium, voluntariam paupertatem, obedientiam & reliqua. Cùm in ignẽ reprobos mittit, quia opera miſericordiæ non præſtiterunt, cùm præſta- C re debebant: manifeſtè indicat cætera quoque peccata maiora, eodẽ igne punienda. Greg. 3. p. Paſtor. cap. 21. Hinc (inquit) colligendum, quanta damnatione plectendi ſunt, qui rapiunt aliena, ſi tanta animaduerſione feriuntur, qui ſua indiſcretè tenuerunt, &c. & Auguſtinus ſermone 38. de ſanctis; ſi in ignem mittitur, qui eſurienti non dedit panem ſuum, putas vbi mittendus eſt, qui tulit alie- D num? Si in ignem mittetur, qui nudum non veſtit, vbi mittendus eſt, qui veſtitum ſpoliauit? &c.

Bona opera oĩa cauſa beatitudinis mala damnationis.

Dubium præterea eſt, an Chriſtus fratres ſuos minimos appellet hic omnes pauperes? Reſpondet D. Hieron. Matthæi 25. Non (inquit) mihi videtur dixiſſe Chriſtus generaliter de pauperibus; ſed de ijs, qui pauperes ſpiritu ſunt, &c. Hieronymum ſequitur Beda, & interlin. gloſſ. Reſpondeo E Chriſtum fratres minimos appellare pauperes beatos, nam manifeſtè oſtendet eos, quos fratres vocat. *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis*, &c. Ex his (inquit) quos indico; At non videtur tunc temporis oſtenſurus reprobos, appellaturuſque eos fratres; ergo oſtendet ſanctos. Ergo pauperes beatos appellat fratres minimos. Fratres inquam beatos vocat pauperes, qui in via pauperes fuere; etiamſi non fue-

Quos nam appellet Dominus fratres ſuos minimos.

Digitized by Google

fuerint ſpiritu pauperes, & quamuis peccato fortè fuerint inquinati, cùm eleemoſynas acceperunt. Nam eleemoſyna cuicunque propter Deum data, non caret mercede. Minimos verò appellat fratres, non quòd minimi ſint in patria; ſed quòd pauperes minimi ſunt in via.

Opera neceſſaria sũt ad ſalutẽ. Colligitur perſpicuè ex hoc loco opera neceſſaria eſſe ad vitam æternã conſequendam; & propter opera in gratia, & caritate facta, mereri hominem æternam beatitudinem. Quòd cęci quidam hæretici videre nolunt. Pro quibus rebus (ait Chryſ. in hæc verba) pro quib. inquam, rebus, hæc retribuuntur? [ſcilicet regnum & beatitudo] pro tecto, pro veſte, pro aqua frigida, pro viſitatione, &c. Lege Auguſt. ſerm. 38. de ſanctis, & Auctorem imperfecti hom. 54.

CAPVT XX.

De ſententia ferenda in impios.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c.

Snt͂a in impios duplicem pęnam continet dãni & ſẽſus. IVſtis dicetur ſententia prior; in impios proferet͂ hæc poſterior. Pęnã continet duplicẽ; damni alterã, alteram ſenſus, vt vocant Theologi. Damni pœna illis continetur verbis; *Diſcedite à me*; eſt enim priuatio viſionis beatificę. Senſus pœnam ſequentia verba indicant; *In ignem æternum, &c.* In priori ſententia *beati benedicti* dicuntur, *Patris*; in poſteriori reprobi dicuntur *maledicti*, neq; additur, *Patris*, quia Deus cauſa eſt benedictionis beatorum, nimirum bonorum operum, meritorum, & gloriæ. Non eſt autem cauſa maledictionis reproborum, videlicet peccatorum, propter quæ ſupplicio ęterno mancipãntur. Origenes; Benedictionis (inquit) miniſtrator eſt Pater: maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor, qui maledictione digna eſt operatus, &c. Chryſoſtom. *Cur impij nõ dicãtur maledicti Patris.* Impijs (inquit) dicet Dominus; *ite maledicti*; non quidem a Patre. Non enim ipſe, ſed opera eis propria maledixerunt, &c.

A Ad hæc; Regnum ait Dominus paratum iuſtis, ignem verò paratum diabolo, & Angelis eius; de hominib. ſilet. Quamobrem ambigitur. An Deus parauerit ignem non ſolùm diabolo, ſed etiam impijs hominibus? Origenes paratum negat hominibus; ignem (inquit) ęternum, non illis quibus dicitur, *diſcedite à me* [id eſt impijs] paratum oſtenditur, ſed diabolo, & Angelis eius, &c. Deinde reddit rationem; B quia quantùm ad ſe, homines non ad perditionẽ creauit Dominus, ſed ad vitam, & gaudium, peccatores autem coniungunt ſe diabolo, &c. Itẽ Chryſoſtom. verba Chriſti ſic interpretat; *An Deus parauerit ignẽ nõ ſolũ diabolo, ſed ẽt hoĩb. impijs.* Ego Regnum vobis, ignem autem nõ vobis, ſed diabolo, & Angelis eius pręparaui; in quem quoniam vos ſponte inieciſtis, vobis ipſis id reputate, &c. Et Theophyl. Vide [ait] quòd Deus ignem non præparauit hominibus. C Supplicium enim non fecit propter nos, ſed propter diabolum, &c.

Contrà verò impijs paratum eſſe ignis ſupplicium probatur, quoniam Deus ab ęterno impiorum ſcelera pręuidit, ergo vel eis ſupplicium decreuit, vel non: ſi decreuit, parauit illis ignem, non decreuiſſe nemo dicet: ꝙ enim Deus facit, ab ęterno decreuit. Punit autem igne reprobos; ergo ab ęterno illis decreuit, & parauit ignẽ. D Pręterea Deus parauit ignẽ diabolo, & angelis eius, ergo etiam impijs hominibus. Nam par eſt ratio, parauit enim dęmonib. ignem, quia peccatũ commiſerunt; homines quoq; in peccata multa inciderunt, ergo illis quoque, quemadmodũ diabolo, & angelis eius, ignem parauit. Neq; Origenis ratio habet pondus, videlicet nõ paraſſe Deum hominib. ignem, quia quantũ ad ſe homines non ad perditionẽ crea E uit, ſed ad vitam, & gaudium. Etenim *Dęmones nõ creauit Deus ad pditionẽ ſed ad vitam.* dęmones quoque non creauit ad perditionem, ſed ad vitam, & gaudium. Attamen dęmonibus ait paratũ ignẽ. Similiter vim non habet ratio, quam Abulenſ. reddit Matthæi 25. q. 409. ideo non dici paratum hominib. ignẽ, ſed Dęmonibus, quia hominib. dedit Deus remedium, vt à peccato liberentur, videlicet Chriſtum redemptorem, & pœnitentiam Chriſti meritis inni-

innitentem: Dæmonibus non dedit. Nam Deus quamuis dederit remedium hominibus, multos non vſuros remedio præcognouit; ergo illis ſupplicium deſtinauit.

Ignis paratus eſt dæmoniaus, et hominibus. Reſponderi poteſt ignem paratũ dæmonibus, & hominibus, Chriſtum verò de hominibus tacuiſſe, dæmonibus paratum eſſe dixiſſe; vt indicaret impijs comites ſupplicij, & quali igni ſint comburendi, nempè eodē, quo torquentur dæmones. Præterea, non dixit Chriſtus, ignem paratum hominibus, ſed dæmonibus, quia primò dæmonibus accenſus eſt ignis Tartareus, antequàm peccaſſet primus homo. Dæmones enim ante hominem peccauerunt.

Cur dicatur paratus dæmonibus, non hominibus. Vbi primum peccauerunt clibanum Tartareum ſuccendit, illiſque tunc parauit Deus; non hominibus qui nondum peccauerant. Verumtamen præuidebat Deus homines peccaturos; ideòque etiam illis ſupplicium deſtinauit, ſed poſt dæmones. Dæmones enim multo tempore ante homines igni ſunt mancipati, nimirum mox poſt peccatum, homines verò primæ ætatis longiſſimā ducebant vitam, quamobrem qui primus in Orcum deſcendit, poſt multos annos deſcendit. Ad hæc dici poteſt paratus ignis dæmonib. quia abſque remedio in illum ſunt mox præcipitati, neque potuerunt illũ per pœnitentiam effugere. At hominibus paratus eſt redemptor, parata pœnitentia, qua ignem, ſi velint effugere poſſint. Dicitur verò ignis paratus diabolo, & angelis eius, hoc eſt, Lucifero, & dæmonibus, qui illum ſuperbiētem ſequuti ſunt, eique obtemperāt, veluti principi. Similem in modum Apoc. 12. legitur; *Draco pugnabat, & angeli eius.* De igne Tartareo eiuſq. æternitate, paulò poſt dicetur.

Quot & quales proferētur ſententia. Quæritur; An ſolùm duę, hæ ſententiæ ſint ferendæ in iudicio? Reſpōdetur, ferendas eſſe has duas, alterā pro Chriſtianis iuſtis proferendam, alteram in Chriſtianos impios pronūciandam. Præter has tertia hæreticos, atque infideles Orco dabit, quarta quoque in pueros baptiſmi lauacro carentes dicetur.

A Adde duas alias Angelorum, & dæmonum. Hæ omnes voces pronunciabuntur. Adijce ſingulis tam iuſtis, q̃ iniuſtis ſingulas ſententias dicendas, omnib. manifeſtas, quibus gloriæ, ſiue ſupplicij gradus pateat, quo digni erunt ob merita; vel ſcelera; vt toti orbi appareat iuſtitia diuina, hæ mentalli dicentur modo. Vel dicendùm potius, ſanctos iudices ex illis multas voce pronunciaturos Chriſti vice, in Lutherum, Arium, Mahometum, alioſq. ſimiles, Non. n. illud iudicium tā breui fiet tempore, vt huius moræ non ſit capax. Per quot dies tendatur ait Aug. lib. 20. de Ciui. c. 1. incertum eſſe. Mihi ſpatium ſaltem vnius diei illi tribuendum videtur. Nam cùm Dominus pro magna gloria, diſcipulis ī die iudicij tribunalia duodecim polliceatur: *Sedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicantes, &c.* Sanè videtur ea ſedendi gloria ad vnum ſaltem diem protendenda Neque verò illa Domini ſimilitudo aduerſatur huic opinioni: *Sicut fulgur exit ab oriente, &c.* vt ex illius interpretatione compertum eſt.

De numero ſentētiarū. *De duratione iudicij.* *Matth. 19.* *Matt. 24.*

Poſt latas ſententias iuſti cū Chriſto, Emphyreum petent cœlum, reprobi in Tartarum deturbabūtur ab angelis, iuxta illud Matthæi 13. *Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius, omnia ſcandala, & eos, qui faciūt iniquitatem, & mittent eos in caminū ignis, &c.* ibunt (ait Dominus) *hi in ſuppliciū æternum, iuſti autem in vitam æternā, &c.* Obijcitur, in ipſo iudicio iuſti vitam æternam iam poſſidebunt; reprobi verò ſupplicio æterno iam erunt addicti, non ergo ibunt ad hæc. Siquidē non erunt in vita, ſed in termino. Reſpondetur, iuſtos iudicandos in terra, ituros verò in cœlum empyreum, in quo vita fruētur æterna; reprobos audituros damnationis ſententiā in valle Ioſaphat, inde deſcenſuros in Orcum, in quo ſupplicio mulctabūtur ꝑpetuo. Eſt ſenſus: non manebūt eo in loco beati, & reprobi, ſed illi ibunt in cœlum, vitæ æternæ ſedem; hi ibūt in Tartareum ſupplicij æterni locū, ſed quonam modo ibunt reprobi? Duos modos proponit Abulen. Matt. 25. q. 521. Primus eſt vulgatus: Diuina potentia aperietur terra; fiet q. vſque ad

Iuſti cœlū petēt, impij Tartarum

B, C, D, E

Orcum hiatus magnus, per quem ibunt. Poſtea claudetur: Simile illud Pſalm. 105. *Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron.* &c. Alter modus mihi nõ probatur: concedetur (inquit) omnib. dãnatis, vt tranſire poſſint per terræ ſoliditatem, &c. & paradoxio 5 c. 187. Satis (inquit conſentaneum eſt, quod Deus malorum corpora, terræ ſoliditatem, nulla facta ruptione, aut voragine, tranſire faciat: aut ea nullo medio pertranſito, ſubitò eſſe faciat in gehenna, &c. Eodem paradoxo, cap. 184. ait, beatos diuina vi, poſt iudiciũ conſcenſuros ex aere, non pertranſito medio in cœlum emphyreum, ſed ne quid nimis. Beatos exiſtimo conſcenſuros per dotem agilitatis pertrãſito medio maga celeritate.

Quomodo inferũt pene tralia reprobi petent.

A

LIBER DECIMVS.

CAPVT I.

De renouatione Mundi.

Mũdus renouãdus eſt poſt iudi-

HOMINVM ſors, tum iuſtorum, tum impiorũ & finis, is erit, quem ſuperiori vidimus libro. Mundo quid ſit euentu rum quæritur? Reſpondetur, mundum renouandum, idque probatur ex capite 21. Apocal. *Vidi* (ait Ioannes) *cœlum nouum, & terram nouam: primum enim cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non eſt, &c.* 2. Petri 3. *Nouos cœlos, & nouam terram, ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat, &c.* ad Roma. 8. *Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei, &c.* Item: *Expectatio creatura reuelationem filiorum Dei expectat*, &c. Expectant enim creaturæ manifeſtationem gloriæ filiorum Dei, quę in iudicio patefiet toti orbi, vt tunc ipſe renouentur. Iſai. 65. *Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam*, & ca. 66. *Sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me*, &c.

B

Ambigitur, Num cęli, & elementa ſint omnino abolenda ac peritura, aliaq. noua, àc præſtantiora creanda? Hoc Scriptura videt ſignificare Pſal. 101. *Ipſi*, id eſt, *cœli peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut operatorium mutabis, eos, et mutabuntur, &c.* Quid dici poſſet clarius? Cœli (inquit) peribunt, tu Deus permanes, ipſi non permanebunt. Cœli omnes velut veſtimẽtum veteraſcẽt, vſq. vetus indumentum mutat homo

An cœli & elementa ſint abolenda.

C

alterumq. nouum induit, ſic tu Domine, cœlos velut amictum mutabis, alioſq. cõdes nouos. Deinde Scriptura nouos appellat cęlos, nouam terram, at noua terra, & noui cœli, ij dici videntur; qui nouiter creantur, non autem qui renouantur. Nam quemadmodum noua veſtis, non dicitur illa, quæ renouatur, ſed quæ ex nouo ſerico, vel panno cõficitur, ſic noui cœli. & noua elementa, non dicuntur, quę renouationem accipiunt, ſed quæ de nouo creantur. Prætereà Lucæ 21. ait

Do-

Digitized by Google

Dominus. *Cęli, & terra tranſibunt*, &c. 2. Petri 3. *Cùm hac omnia diſſoluenda ſunt, quales oportet nos eſſe*, &c. Iſai. 34. *Tabeſcet omnis militia cęlorum, omnis militia eorum defluet*, &c. & cap. 1. *Cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores eius ſicut hac interibunt, ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet*, &c. hoc eſt, cœli, & terra eſſe definent, terræq. habitatores periſiunt, ſicut cęli, & terra. At mea ſalus, & iuſtitia nõ peribit; ęterna erit. Aquila & Symmonachas vertunt: *Cœli comminuentur in nihil, & in ſalis modum conteratur, & euaneſcent*, &c.

Videtur hęc opinio martyris Iuſtini q. 94. Neceſſe [inquit] eſt præſtantioris cęli, quod nouum fit inductione tolli firmamentum, vt quod illi ſtatui non ſit accommodatum, &c Lege eundem q. 93. & 95. Chryſo hom. 14. ad Ro. Cęlum [inquit] vna cum terra veteraſcens, in melius deſinens mutabitur, &c. & epi. 5. ad Theodorũ Lapſum, iſtud cęlum è medio ſubducet, non aliter quam pelles ſcęnæ, ac velũ contrahitur è medio, vt commutet in melius, &c. Item videtur ſentire Amb. li 1. hexameron c. 6. & D. Hila. Pſal 117. litera lamed. Non ait Dauid in ſęculum ſęculi, neq. in ſęcula ſæculorum, ſed in ſęculum, verbum tuum permanet, ſcit poſt hoc ſæculum cœlum, & terram præterire, Domino dicente Matthæi 24. *cœlum, & terra trãſibunt*, &c. Placuit ſententia Valeſio in ſacra Philoſophia, c. 89. exiſtimatque Scripturæ teſtimonia, quæ ternos fore cęlos, & terram aſſerunt, de impropria quadam æternitate, quæ vſq. ad finem mundi duret, intelligenda. Catharinus verò ad Heb. 1. Sic ſcribit: Ex Scripturam teſtimonijs cogimur fateri, futuram verè aliquam magnã cęlorum alterationem per ignem, & non tantnm ſolam motus ceſſationẽ. Per quam alterationem, noui quodãmodo fundẽtur cęli, & longè fiet pulchriores, quam nunc exiſtant, &c. Aug. Pſ. 101. rem reliquit in dubio, neutramq. opinionem damnat. Sunt (inquit) & cęli cęlorum ſuperiores in firmamento; ſed vtrum & ipſi perituri ſint igne, an ij ſoli cęli, qui etiã diluuio periere, diſceptatio eſt aliquanto ſcrupuloſior inter doctor, nec facilè, maximè in anguſtia temporis, explicari poteſt, &c.

Exiſtimandum eſt cęlos, & elemẽta, non eſſe corrumpenda, vel peritura, quod ad ſubſtantiam attinet, ſed quod ad accidentia ſpectat. Nã quorſum Dominus alios nouos cęlos, nouaque creabit elementa, cum hæc ita pficere poſſit, ac decorare, vt alia, quæ creare põt ex æquo? Probatur ſentẽtia ex ipſa Scriptura Eccleſ. 3. *Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus perſeuerẽt in perpetuum*, &c. & c. 1. *Terra* [inquit] *in æternum ſtat*. Pſal. 148. *ſtatuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi*, &c. Pręterea ad Ro. 8. ait Paul. *Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat*, &c. Hæ creaturæ, hi cœli, & hæc elementa, expectant manifeſtationem gloriæ filiorum Dei in iudicio, vt renouentur; ergo hi ijdem cęli, hæc eadem elemẽta ſunt renouanda, non alia creanda. Item; *Ipſa* [ait] *creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis*, &c. Non ergo alia creatura condenda eſt; ſed quæ iã condita eſt, ipſa à ſeruitute eſt liberãda.

Cœli, & elemẽta nõ corrumpẽtur, quoad ſubſtantiã, ſed quoad accidentia.

Quamobrem 1. Corin. 7. ait idem Apoſtolus; *Præterit figura huius mundi*, &c. Quemadmodum enim corpora beatorum, eadem erunt poſt iudiciũ, ſed gloriæ dotib. renouata, ſic cœli, atque elemẽtorum, orbes, idem erunt, qui nunc extant, qualitatib. verò innouabuntur. D. Anſel. in Elucidario: Sicut [inquit] præſens figura noſtrorum corporum trãſibit, & longè aliũ habebunt; ita præſens mundi figura interibit, & longè alia forma erit, &c. De elementis loquens Aug. lib. 20. de Ciui capite 16. Ipſa [inquit] ſubſtantia elementorum, eas qualitates habebit, quæ corporib. immortalitatib. mirabili mutatione conueniant. Vt ſcilicer, mundus in melius innouatus aptè accommodetur hominib. etiã carne in melius innouatis, &c. & ca. 14. Peracto [inquit] iudicio, deſinet hoc cęlum, & hęc terra, quando incipiet eſſe cęlum nouum, & terra noua. Mutatione namq. rerum; non omnimodo interitu tranſibit hic mundus. Vnde & Apoſtolus ait: *Præterea figura huius mundi*. Figura præterit, nõ natura, &c. Et D. Hieron. Iſai. 65. Conſideremus

Quomodo erit cęlũ nouum, et terra noua, & mũdi figura quomodo præteribit.

Digitized by Google

(inquit) quid dixerit Apoſtolus, *figura præterit*, non ſubſtantia, &c. Item, Proclus apud D. Epiphanium hæreſi 64. *Præterit* (inquit) *figura huius mundi*, & non mundus, dictum eſt, &c Idē Proclus, exardeſcet ad purgationē, renouationemq. deſcenſione facta, totus mundus, igne dilutus. Non in ad perfectum interitum, ac corruptionē deueniet, &c. D Hie. Iſaiç 65. Nouos (inquit) cęlos, & nouam terrā videbim⁹ & non dixit Petrus, alios cœlos, & aliā terrā ſed veteres, & antiquos, ī melius cōmutatos, &c. Oecumē 2. Pe. 3. Nō penitus ad corruptionē tēdet mūdus, ſed ad renouationē, &c. Iulianus Tol. Archie. prognoſticō li. 3. c. 46. Mutatione (ait) rerū, nō omnimodo interitu trāſibit hic mūdus, &c. D. Gre. li. 17. Moral. c. 5. Terra [inquit] & cęlū, p eā, q̄ nūc habēt imaginē trāſeunt, ſed tn̄ p eſſentiā ſiue fine ſubſiſtūt. Hinc per Paulū dicit: *Præterit figura huius mūdi, &c.* Ibidē: Apud Ioannem Apo. 21. perhibetur, *Erit cœlū nouū, et terra noua*. Quæ quidē non alia cōdēda ſunt, ſed hæc ipſa renouanda, &c. Anſel. lib. de ſimili. c. 43. In conſummatione iuſtorū, cōmutabitur in melius, quidquid eſt omniū creaturarū. Sol ſeptempliciter lucebit, & Luna erit ſicut Sol: aliæ creaturæ mutabūt in meli⁹, &c.

Doctores q mūdi renouationē aſſerant.

Scripturæ teſtimonia quib. pars aduerſa cōprobatur, explicari poſſunt. Primum teſtimoniū ſic, *cęli ipſi peribūt*, non quoad ſubſtātiam, ſed quoad motum, & ſtatum. Quamobrem D. Hie. Iſai 51 ait perditionem cœlorum in Scriptura, non interitum ſonare, ſed mutationem in melius. Et Proclus apud Epiphaniū hæreſi 64. Hic (ait) eſt mos Scripturæ, vt hāc mundi trāſmutationē, in meliorē, ac magis glorioſā reſtitutionē, interitū, ac perditionē dicat: tāq̄ videlicet, prior figura pereat, &c. Aliter, ſic verba illa exponūtur, *cęli peribunt*: hoc eſt, perire poſſunt, ſi velis, *omnes ſicut veſtimentū veteraſcent*. i. veteraſcere poterūt cœli, & ſicut amictus mutatur. poteris eos in alios cœlos mutare. Tu verò ſemper pmanes, nō potes perire, vel mutari. Eūdem ī modū teſtimoniū Iſai. 51. explicatur: Cœli liqueſcere, & perire poterūnt, terraq. & eius habitatores, ſi ego ve-

Explicātur Scripturæ de mūdi perditione loquētes.

A lim. at mea ſalus nō peribit. Vel facilius eſt perire cęlos incorruptibiles, q̄ meā ſalutē. Ita ēt illud Lucæ 21. *Cœli et terra trāſibūt*, vt poſtea explicabim⁹. Quod ex Iſaiæ 34. obiecimus, iā ſupra explicatū eſt. li. 9. c. 10. locū quoq. 1 Petri 3. explicabimus li. 9. c. 11. & infrā hoc lib. c. 10 Noui verò dicuntur cęli, non quemadmodū noua veſtis, ſed q͞a renouati erunt, ac in ſtatum nouum, & multò præſtantiorem mutati.

B Quomodo facienda ſit hæc renouatio cęlorū explicādū. Proculus citat⁹, per igne faciēdā ſētit: Exardeſcet (inquit) ad renouationē totus mundus, igne dilutus, &c. Et D. Gre. Cęlū (ait) & terra, trāſit, & erit, q͞a & ab ea, q̄ nūc habet, ſpecie, p ignē tergitur, & tn̄ in ſua ſemp natura ſeruat, &c. & Aug. ſuprà citatus ait, īter doctos fuiſſe diſceptationē, an ſint cœli ſuperiores igne perituri. Reſpōdetur, cęlū ac reū igne inflāmādū. vt diximus cū de C igne conflagrationis actū eſt, cœlos verò ſuperiores igne minimè exurēdos. Neq. n. capaces ſunt caloris, aut ardoris. D. Th. Ad. q. 91. ar. 3. Quāuis corpora cœleſtia p ignē nō ſint purgāda, ſunt tn̄ diuinitus innouāda, &c. Renouabūtur ergo cęli ſuperiores à Deo, abſq. ignis vlla actione. In primis ſtabūt, ac quieſcēt poſt iudiciū: q͞d probatur ex capite 10. Apo. *Tēpus n on erit amplius, &c.* Itaq. nec cęli mot⁹, ad D Ro. 8. *Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, &c.* Liberabūtur igitur cœli à motu p quē gn̄tionib. & corruptionibus ſeruiūt. Pręterea cęlorū mot⁹ poſt iudiciū op⁹ nō erit quoniā nullę gn̄tiones erūt, aut corruptiones; ergo deſinet. Nō igit erit noctis, deiq. viciſſitudo, ſed ppetua q̄dā pulcherrimaq. dies mūdo in die iudicij exorieē, q̄ fine careat, nullaq. vnq̄ caligine terminet.

Quomodo fiet renouatio mundi.

Cœli quieſcent.

Dies perpetua in mūdo, poſt iudicium erit.

E Præter hāc cęlorū qētē, nouo ſplēdore, tā cęli, Sol, Luna, Aſtraq; Elemēta, illuſtrabunē a potētiſſima Dei manu. De hac illuſtratione admirabili illud Iſaię 30. ab Hie. & alijs exponiē *erit lux Lunæ, ſicut lux Solis, et lux Solis erit ſep tēpliciter ſicut lux ſeptē dierū, etc.* Vnde D. Th. Ad. q 91 ar. 3 1. Non erit [inquit] nox alicubi ſuper terram, ſed ſolùm in centro vbi erit infernus. Quia tūc, vt dicitur, Luna lucebit quantū lucet

Nulla nox erit ſuper terram.

nunc

nunc Sol, Sol autem in ſeptuplũ quã nunc; corpora autem beatorum ſepties magis, quam Sol; quamuis hoc nõ ſit aliqua auctoritate aut ratione probatum. Sic D. Thomas. D. Anſelmus, in Elucidario: Cœlum (ait) Sol Luna, fixa ſtabiliter manebunt, & quieta, & mirabili glorificatione immutata. Nã cœlum Solis gloriam induet, Sol ſeptemplicieter plus quàm nunc fulgebit: Luna & ſtellæ veſtientur ſi ineffabili ſplendore, &c. De elementis D. Tho. eadem q. ar. 4. Elementa (inquit) omnia claritate quadam veſtientur, non tamen æqualiter, ſed ſecundùm ſuum modum. Dicitur enim quod terra erit in ſuperficie peruia, ſicut vitrum: Aqua ſicut cryſtallus: Aer, vt cœlum, ignis vt luminaria cœli, &c. Quæres an elementa habitura ſint ex ſeipſis ſplendorem? Nam ſatis eſſe videtur, cœlorum, Solis, Lunæ, & ſyderũ magnus, auctuſque ſplendor, vt inferiora elementa maximè illuminet, quemadmodum nũc Sol, eadem illuminat. Reſpondetur, ſingula elementa ſplendore nouo illuſtranda, quod ſentit D. Th. cùm ait, elementa omnia claritate quadam veſtiẽtur; nõ tñ ęqualiter, ſed ſecundùm ſuum modum, &c. Itẽ eodem articulo: Aer (inquit) non erit clarus, ſicut radios proijciens, ſed ſicut Diaphanum illuminatum, terra verò in ſuperficie gloria claritatis veſtietur, &c. Eodem ar. docet, hunc ſplẽdorem non efficere calorem in elemẽtis, ſiquidem poſt iudicium alteratio ab illis aberit.

Qualia futura ſunt elemẽta poſt iudicium.

Dubitatur, an totus tunc mundus erit diaphanus. Cœli quidem diaphani erũt, vt compertum eſt, ignis, aer, aqua, terram etiam fore diaphanã illud probat, quod ſupra dictum eſt ex D. Thoma, dicitur quod terra erit in ſuperficie peruia, ſicut vitrũ, & c. Nũquid in ſuperficie tantum peruia erit ſicut vitrum, oculòſq. tranſmittet? Reſpondetur, totam fore diaphanã, præter tartarea cauernas, vt totus mũdus beatorũ oculis conſpicuus ſit, nihilq; lateat. Eas ẽt terræ ſpeluncas forſitan illuminandas cenſet Paludanus, in 4. d. 48 q. j. in quib. poſt iudiciũ pueri baptiſmi aquis minimè expurgati recludẽtur: habebunt. n. ĩ.c corporeos ocu-

An mũdus poſt iudiciũ futurus ſit diaphanus.

Infantes ſine baptiſmo mortui luminens pri uabuntur.

A los, quibus tenebræ perpetuę mæſtitiam, pœnamq. aſſerunt magnam, illi verò pœna ſenſus vbicumq. fuerint, carebunt.

Numquid terra arborib. floribùſq. conueſtita, beatorum oblectabit oculos? an peribunt plantæ, flores, animalia, mixtaq. alia? Reſpondet Anſelm⁹ in Elucidario his verbis: terra, quæ in gremio ſuo corpus Domini confouit, tota erit, vt paradiſus, & q̃a Sancto-B rum ſanguine eſt irrigata; odoriferis florib. lilijs, roſis, violis, immarceſcibiliter erit perpetuò decorata, &c. Itẽ Guillelmus Pariſienſis apud Carthuſianum 4. d. 48. De terra [inquit] quidam ex ſapientiſſimis Chriſtianorum dixerunt, quòd graminib. ſemper virentib. & immarceſcibilib. florisb. ac perpetua amœnitate inſtar paradiſi terreſtris ſit decoranda, &c. Aduerſãtur huic ſententiæ verba illa D. Petri C 2. epiſtola, c. 3. *terra, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur, &c.* Si terra exurenda eſt, ergo & flores, & arbores, cæteraq. mixta omnia. Itaq. D. Tho. reliquiq. Theologi, arbitrantur mixta omnia abolenda: ſunt. n. corruptibilia. Ille verò nouus ſtatus, rerum eſt incorruptibilium) D. Th. Add. q. 91. ar. 5. Plantæ [inquit] & animalia ſunt de perfectione Vniuerſi. Secundùm ſtatum iuſtum mutabilitatis, non ſecundùm D ſtatum nouitatis, &c.

An ſit terra florib. ornanda.

An ſint mixta peritura.

Omnes plãta et ſimilia peritura ſunt.

Dicet aliquis, cur Deus mundum hunc tot ſpecierum pulchritudine nudabit, quæ beatis oblectationem magnam, Deoque gloriam afferre potuerunt? Reſpondetur, quia ſpecies ſunt corruptibiles in Deo autem perfectius a beatis cum multis alijs cernentur.

Ecce quomodo liberabitur creatura a ſeruitute corruptionis, vt oculis E ſeruiat filiorum Dei. Nam in beato illo ſtatu poſt iudicium, creaturæ beatis inſeruient, vt in illis veluti in ſpeculo Deum videant, iuxta illud D. Thom Addit. quæſt. 91. arti. 3. Ad hoc innouatio mundi ordinatur, vt mundo innouato, manifeſtis indicijs, quaſi ſenſibiliter Deus ab homine videatur. Creatura autem præcipuè in Dei cognitionem ducit ſua ſpecie, & decore &c. Quemadmo-

Creatura quomodo liberabitur, vt à ſeruitute filiorũ Dei.

ſic Deus cùm noua, ſempiternaq. di- A
gnitas homini in cęlo tribuetur, crea
turam, quæ illi inſeruit, illuſtriore ve
ſte decorabit. Chyſoſtomus ad Rom.
8. Quemadmodum (inquit) nutrix, quę
infantem alit Regium, illo ad Re-
gium principatum euecto, & ipſa quo
quę bonorum fructum percipit, ita
& creatura, &c. Ibidem; Veluti homi
nes, dum filius dignitate aliqua adep
ta, proditurus eſt, & ſeruos quoq. ſplẽ
didiore veſte, ad filij gloriã exornant, B
ita & Deus creaturam incorruptio-
nę veſtit, in libertatẽ gloriæ filiorum
Dei. &c.

Ait autem Chryſoſt. Deum creatu
ram veſtire incorruptione, quia exi-
ſtimat cœlos à Deo corruptibiles eſſe
creatos propter hominem corrupti-
bilem: Quemadmodum (inquit) ho-
minem corruptibili effecto, creatura
quoq; corruptibilis eſt effecta, ſic ho-
mine effecto icorruptibili, & ipſa quo- C
que ſubſequetur, & comes erit, &c.
& ho. 10. ad Popul. Deus mirabilem
fecit hunc mũdum, ſed corruptibilẽ.
Vanitati creatura ſubiecta eſt: hoc eſt, cor
ruptibilis facta eſt Deo iubente. Iuſſit
autem Deus ſic propter hominem.
Quoniam enim hominem creatura
nutrire debebat corruptibilem, & ip
ſa corruptibilis eſſe debebat. Non e-
nim decebat, corruptibilia hominũ
corpora, incorruptibili creatura vti, D
&c. Theodore. ſimiliter ad Ro. 8. *Vani
tati creatura ſubiecta eſt.* ſic exponit, cor
ruptioni ſubiecta eſt. Vanitatem [in-
quit] appellat Apoſtolus corruptionẽ,
& interitum. Docet quod omnis, quę
videtur creatura, mortalem naturam
ſortita eſt. Quoniã præuidebat Deus
mortis ſententiam ferendam in Adã.
Neq. n. erat conſentaneum, nec iuſtũ
vt, quæ propter ipſum facta erant, in-
corruptionem acciperent, ipſe verò E
eſſet mortalis, & patibilis, &c. Theo-
phylact. eodem modo interpretatur:
Vanitati creatura ſubiecta eſt, id eſt, corru
ptioni. Hoc eſt, (ait) corruptibilis red
dita propter te, ò homo, & Oecume
nius: *creatura vanitati ſubiecta eſt*, hoc
eſt, corruptioni. Ad hoc. n. condemna
ta eſt propter noſtra peccata, &c. Si-
mile eſt illud Gloſſæ interli. Iſaiæ 30.
propter hominem facta, in eius lapſu

An cæli ſint corruptibiles.

Rom. 8.

A peiorata ſunt Sol, & Luna ſuo lumi-
ne minorata. &c.

Aduerſatur ſententia Chryſoſt. re-
ceptæ ſententiæ Philoſophorum, &
Theologorum, ſtatuentium cœlos eſ
ſe incorruptibiles, quod vel ipſe ſen-
ſus renunciat, cum tot annorum mil
libus, nihil quod corruptionem oleat
in illis ſit conſpectum. Illud quoq. Gloſ
ſæ minimò probatur; peccatum enim
hominis, nihil luminis Soli detraxit,
B aut Lunæ. Quod autem ait Apoſtolus
creaturam vanitati ſubiectam eſſe, & in-
ſeruire corruptioni, non ſignificat cę
los eſſe corruptibiles, ſed ſubiectos eſ
ſe, & inſeruire rerum generationib.
corruptioniq. & mutationib. Mutatio
enim eſt vanitas: id ſolidũ, quod nec
deſinit, nec corruptione mutatur. Va
nitati etiam ſeruit creatura, quia ſer-
uit homini, qui vanitas eſt, iuxta illud
Pſal. 38. *Vniuerſa vanitas omnis homo vi-*
C *uens*, &c. Seruit etiam corruptioni, quia
ſeruit hominib. corruptibilib. Ne la-
teat te, verba Pauli de homine expo-
ni ab Au. qui creatura dicitur, iuxta il
lud Marci 16. *Prædicate Euangelium om-
ni creaturæ.* Erit ſenſus; *Expectatio cre tu
ra reuelationem expectat*, &c. hoc eſt, ma-
nifeſtationem illam, qua in iudicio Fi
lij Dei toti orbi apparebunt, vehemẽ
ter expectant homines, qui nouę quæ
dam creaturæ per baptiſmum effecti
D ſunt, iuxta illud ad Gal. 6. *In Chriſto Ie
ſu, neque circumciſio aliquid valet, neq. præ
putium, ſed noua creatura.* Nam nũc hæc
noua creatura vanitati, id eſt, mutabi
litati, & mortalitati, ſubiecta eſt, mo-
dò ijs, modò illis animi perturbatio-
nibus, corporiſque morbis obnoxia.
Non volens, ſed propter Deũ, qui propter
peccatum eam ſubiecit, *in ſpe*, id eſt,
cum ſpe tamen immortalitatis, & re
nouationis. *Nam & ipſa creatura*, ipſe
E homo, *liberabitur, à ſeruitute corruptionis*,
fietque incorruptibilis, *in libertatem glo
riæ filiorum Dei*, id eſt, per libertatẽ glo
rioſam, qualis decet filios Dei. *Scimus
enim quod omnis creatura* huiuſmo-
di, *ingemiſcit & veluti inge-
miſcens, parturit* vſque
adhuc, *expectans im
mortalitatem Dei*
&c.

Cęli ſunt incorruptibiles.

Homo eſt vanitas qui ſeruit homini.

CA-

CAPVT II.

De beatorum corporum renouatione, & dotibus.

RENOVABVNTVR cœlorũ,ele-
mentorùmque corpora,propter
beatos,quorum corpora eadem qui
dem,ſed admirabili nouitate prædita
reſurgent,Etenim quatuor nouis do
tibus a Deo afficientur,ſplendore,im
paſſibilitate,agilitate,ſubtilitate,ſplẽ
dida fore beatorum corpora docet Do
minus Matth.13.*Iuſti*(ait) *fulgebunt ſi-
cut Sol in regno Patris eorum*,&c.& Paul.
1.Corin.15.*Alia claritas Solis,alia clari-
tas Lunæ,alia claritas ſtellarum; ſtella enim
differt ab ſtella in claritate:ſic & reſurrectio
mortuorum,&c.* Videtis(ait Auguſt.ſer.
143.de tempore in hæc verba) quia
promiſſa eſt ſanctorum corporib.cla-
ritas,& diuerſa ſpecies claritatis,quia
diuerſa ſunt merita caritatis, &c. &
Theodoretus:ex iuſtis[inquit]alij re
ſplendent: ſicut ſol:alij verò ſicut Lu
na,alij clariſſimarum ſtellarum ſplen
dorem imitabuntur,&c. Dominus q
dem *fulgebunt*(inquit) *iuſti ſicut Sol,etc.*
Apoſtolus autem de ſtellis loquitur,
vt oſtendat varium fore in beatis ful
gorẽ. Sed obijcitur illud Sapient. 3.
*Fulgebunt iuſti,& tamquam ſcintilla in arũ
dineto diſcurrent: iudicabunt nationes, &c.*
En conferuntur Sancti cum ſcintillis,
quarum modicus ſplẽdor eſt. Reſpõ
detur, beatos conferri cum ſcintillis
propter ſubtilitatem, agilitatem, &
ſplendorem, neque tamen ſignifica-
ri æqualitatem ſplendoris, qui multò
maior in beatis eſt.Non.n.ſimilitudo
rem adæquat,eſt vmbra quædam. Da
niel.12.*Qui docti fuerint fulgebunt, tam-
quam ſplendor firmamenti, &c.* Præterea
de hoc ſanctorum corporum ſplendo
re illud Pſal.109. *ſplendoribus ſanctorũ:*
interpretatur Diuus Fulgentius in li.
quem edidit aduerſus decem obiectio
nes Arianorum. Splendor(inquit)ſan
ctorum in reſurrectionis claritate cõ-
ſiſtit Hic ſplendor,tunc ſanctis à Do-

Corpora beatorum quatuor do tib. ornata reſurgent.

Corpora iuſtorum ſplẽdida erunt

A mino tribuetur,quando *reformabit cor-
pus humilitatis noſtræ, configuratum corpori
claritatis ſuæ,&c.* Sunt hæc verba Apo
ſtoli ad Philip 3.quæ etiam confirmãt
corpora beatorum habitura fulgorẽ,
& gloriam illi ſimilem,quam Chriſti
corpus habet. Græcè pro *claritate*,
eſt δόξα.id eſt,*gloria* D.Ephræm in ora
tione de iudicio:Iuſtorum(ait) corpa
ſeptuplo Solis radios ſuperabũt,&c.
Anſelm in Elucidario : Erunt inquit
B corpora ſanctorum ſepties quàm Sol
ſplendidiora,&c.

Quæritur an beatorum corpora
ſplendida ſint,& diaphana, ac trãſpa
rentia,ita vt pateant venæ,omnes hu
mores,viſcera,nerui,totàque illa ad-
miranda partium harmonia? Reſpon
detur,non ſolum fulgida fore, ſed o-
culis peruia,vt ſunt lapides pretioſi,
& chriſtallus. D.Greg.Iob.28.ad illa
verba. *Non adæquabitur ei aurũ,aut vitrũ.*
C Patebit(inquit)corporalibus oculis,
ipſa etiam corporis harmonia,ſicque
vnuſquiſque tunc erit conſpicabilis
alteri,ſicut nunc eſſe non poteſt con
ſpicabilis ſibi;&c. Aug li.22. de Ciu.
c.30.Omnes(inquit)qui nunc latent
harmoniæ corporalis numeri.non la-
tebunt,&c.D.An.in Elucidario.Bea-
ti[inquit]ſuos oculos,ſuas facies,om-
nia membra ſua interius,exteriùs cer
nunt,&c.& Iuſtin.lib. de diſciplina,
D & perfectione monaſticæ conuer. ca.
23.Erit tota corporis ſubſtantia,cor-
poris oculis viſibilis,adeò, vt viſcerũ,
cæterorumq.membrorum harmonia
conditoris declaret,magiſterium ad-
mirandum,&c.D.Tho.Add.q.85.ar.
1.ad 2.Denſitas corporis glorioſi,per
uietatem nõ tollit ab eo ſicut nec dẽ
ſitas vitri à vitro, &c. Idem ſentiunt
alij Thèologi.D.Bonauent.4. diſt.49.
q.1.de dote claritatis, vult corpora
E beatorum fulgida quidem eſſe, ſed
minimè peruia viſui.Ego D. Tho.ſen
tentiam ſequor. Etenim in corporis
harmonia,& vt ita dicã,anatome,ma
ximè ſplendet creatoris ſapientia. Par
ergo eſt credere fore cõſpicuas oculis
beatorum omniũ corporũ partes, et
minimas,atq.intimas,admirabilẽque
illam,perpetuiſque laudib.celebran-
dã,magni creatoris ſtructuram. Ideo
Aug.22.de Ciu.c.30 Omnia[inquit]

Corpora glorioſa ſeptuplici Sole ſplendidiora.

Corpora iuſtorum oculum peruia

Digitized by Google

membra; & viſcera incorruptibilis corporis, proficiet in laudib. Dei. Omnes harmoniæ corporalis numeri nõ latebunt, intrinſecus, & extrinſecus, per corporis cuncta diſpoſiti, & cũ cęteris reb. quæ ibi magnæ, atq; mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem, rationalis pulchritudinis delectatione ſuccendent, &c. Neq. ſolũ corporis totius harmonia, ſed mens etiam, & cor beati, reliqs omnib. erit conſpicuũ, vt D. Greg. loco citato affirmat his verbis: Io. Apo. 21. ait: *Ipſa ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo*. Quia. n. ſancti omnes, ſumma in ea beatitudinis claritate fulgebũt, inſtructa auro dicitur. Et quoniã ipſa eorum claritas viciſſim ſibi in alternis cordib. patet, & cùm vniuſcuiuſq. vultus attenditur, ſimul & cõſcientia penetratur, hoc aurum vitro mundo ſimile memoratur. Ibi qppe vniuſcuiuſq. mentem, ab alterius oculis mẽbrorum corpulentia non abſcondet; ſed patebit animus, &c. Item: Illa ciuitas, ſua viciſſim ſingulis corda manifeſtat, &c. D. Anſelmus in Elucidario. Beati [inquit] cogitationes ſingulorum intuentur, &c.

Beati omnes omniũ beatorũ intima oculis penetrabũt

An lux corporũ beatorũ, & ſolis lux ſint eiuſdem ſpeciei.

Dubitatur præterea, an lux beatorum corporum, & lux Solis, cæterorumq. corporũ eiuſdem ſint ſpeciei? D. Th. in 3. d. 16. a. 1. ad 4. videtur ſentire alterius ſpeciei eſſe, his verbis. gloriosi corporis claritas, viſum non corrumpit, ſed demulcet, & hoc cõtigit, q̃a eſt alterius generis, q̃ iſta claritas naturalis. Itẽ: Claritas huius vitæ, nõ eſt proportionabilis claritati patriæ, ſed alterius generis exiſtens, &c. At in Ad. q. 85. a. 2. ad 1. ſe explicat. Gloriæ (inquit) claritas erit alterius generis, q̃ claritas naturæ, quãtũ ad ſpeciei cãm, ſed nõ quãtũ ad ſpeciẽ. Vnde ſicut claritas naturæ, ratione ſpeciei ſuæ, eſt proportionata viſui; ita claritas glorioſa, &c. Arbitratur ergo eiuſdẽ ſpeciei eſſe vtrãq. lucẽ, & viſui proportionatã ratione ſpeciei. Et qdẽ difficile eſt excogitare lucẽ corporeã, diuerſam ſpeciei ab hac luce, q̃ cernimus, quẽadmodũ difficile eſt excogitare candorẽ aliquem corporeũ diuerſum ſpecie, ab eo quẽ videmus. Non deſunt tñ, qui probabile eſſe opinentur, differre ſpecie lucem corporum beatorũ ab ea, quæ alijs ineſt corporib. nec malè opinantur. Sed probabilius eſt, quod diximus.

A

Dubitatur, tertiò, an ſplendor beati corporis, occulis offendat? Reſpondet D. Tho. verbis citatis paulò antè ex 3. ſen. d. 16. & Add. q. 85. ar. 2. ad 2. Claritas [inquit] corporis glorioſi q̃uis excedat claritatẽ Solis, tñ de ſua natura, nõ offẽdit viſum, ſed demulcet, &c. Iuſtinianus in li. de diſciplina & pfectione ſpirituali, cap. 23. Nimia (iquit) claritate fulgebit caro. ita vt Solis ſepties trãſcẽdat ſplẽdorẽ. Non autẽ lumine ſuo intuẽtiũ ſe reuerberabit aſpectũ, ſed ineffabili quodã modo cõfortabit clarificabitq. &c. Videt repugnare Aug. li. 22. de Ciui. cap. 19. his verbis: Claritas in Chriſti corpore cùm reſurrexit ab oculis diſcipulorũ potiùs abſcondita fuiſſe, q̃ defuiſſe credẽda eſt. Non. n. eam ferret humanus; atq infirmus aſpectus, &c. Reſpõdetur, oculos mortales lucẽ beati corporis nimiam ferre non poſſe, quę immortales demulcet, ac delectat.

An lux corporum beatorũ offendat oculos.

B

Lux corporũ beatorũ nõ poteſt cõſpici, ſed à beatis.

C

Producit ne lux beati, in oculis beati alterius ſpeciẽ materialẽ? Reſpondetur, nõ cõgruere beato corpori materialis ſpeciei receptionẽ, ſed intentionalis tantũ, D. Th. Ad. q. 82. a. 4. In corporib. (ait) glorioſis, a quib impaſſibilitas excludit naturalẽ immutationẽ; erit immutatio à qualitatib tãgibilib. ſpiritualis tantum, &c. & q. 85. ar. 2. ad 2 Sicut corpus glorioſum, nõ põt pati aliquid paſſione naturæ, ſed paſſione animæ: ita ex proprietate glorię, nõ agit niſi actione animæ, &c. Aduerte autẽ ex eodẽ Angelico doctore Ad. q 85. q. 1. ar. 1. ad 4. Non fulgere eodem modo omnes corporis partes: itaq. aliter facies, aliter fulgebit caro, aliter oſſa, aliter nerui, aliter ſanguis; afferetque corpori pulchritudinem maiorem ipſa varietas ſplendorem.

An lux producat in oculos beati ſpeciẽ materialem

D

Non fulgẽt eodẽ modo corporis beati partes.

E

Dubitat quartò: An poſſit corpus glorioſum in tenebris latere? Si enim fulget, tenebras illuminabit, neque poterit latere. Item dubitatur; An poterit ſuum ſplendorem occultare? Reſpondet D. Thomas Addi. quæſtione 85 articulo 2. ad 3. fulgorem ſub po-

An corpus glorioſũ poſſit latere in tenebris.

poteſtate eſſe beati; atque adeo poterit illum occultare ſiue in tenebris ſit, ſiue extra tenebras. Sed quænam eſt, hæc beati poteſtas? Ait D. Thom. fulgorem voluntati beatæ eſſe ſubiectum, ita vt ſecũdum eius imperium, vel cernatur, vel minimè. At fieri non poſſe videtur, vt qualitas, quæ ex naturæ agit neceſſitate, per ſolum voluntatis imperium occultetur. Ideo aliquid aliud addere oportet. Scotus 4. diſt. 49. q. 15. addit Dei aſſiſtentiam. Cùm enim beatus occultare vult ſplẽdorem, & colorem tantum oſtendere, denegat Deus ſplendori concurſum. Dici poteſt fieri hoc, per aliquam poteſtatem ſupernaturalem à Deo donatam beato.

Beatorũ corpora erunt impaſſibilia.

Erunt præterea beatorum corpora impaſſibilia, atq; incorruptibilia, vt docet Paulus 1. Cor. 15. *Seminatur* (inquit) *in corruptione, ſurget in incorruptione, &c.* hoc eſt, ſepelitur corpus corruptibile, ſurget incorruptibile, &c. Item: *Caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt:* Corruptibilis ſcilicet caro, & vitijs ſubiecta, & ſanguis. Vnde ſequitur: *Neque corruptio incorruptelam poſſidebit, etc.* D. Greg. Iob c. 19. ad illa verba: *Rurſum circundabor pelle mea:* Carnem [ait] vult Apoſtolus ſecundum culpam intelligi, non ſecundum naturam. Vnde ſubdit: *Neque corruptio incorruptelam poſſidebit.* In illa ergo cęleſtis regni gloria, caro ſecundum naturam erit; ſed ſecundum deſideria paſſionum nõ erit, &c. & Auguſt. in Enchirido. cap. 91. Quantum attinet ad corruptionem, & ad vitia quibus caro aduerſus animum concupiſcit, tunc non erit caro. Quantum attinet ad ſubſtantiam, et tunc erit caro, &c. Non enim excluditur à poſſeſſione regni cęleſti, caro & ſanguis; ſed carnis ſanguinitq; corruptibilitas, quæ regno ęterno minime congruit. Item eodem loco Paulus: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, &c.* Eodem loco ait mortem hominis inimicam, quia humana corpora corrumpit, deſtruẽdam: *Nouiſſima* [inquit] *inimica deſtruetur mors, &c.* Item: *Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt*: Oſeæ. 13. *Abſorpta eſt mors in victoria, vbi eſt mors*

Caro non excluditur à regno cęlorum ſed corruptibilis.

A *victoria tua? &c.* Apoc. 21. *Mors vltra non erit, neque luctus, neque dolor erit vltra, &c.* Apocal. 7. *Non eſurient, nec ſitient, amplius, &c.* Nullum ergo dolorem, nullam mœſtitiam, beati patientur; ſed omnino impaſſibiles erunt; multò aliter quàm Adam in ſtatu innocentiæ. Vnde illud Auguſt. lib. 22. de Ciuitate cap. vlt. Prima immortalitatis fuit, quam peccando Adam perdidit, poſſe non mori. Nouiſſima erit non

B poſſe mori, &c. Poterat non mori Adam, ſi non peccaret, ſed ſimpliciter immortalis non erat. At beati non poterunt mori, omninoque erunt immortales.

Primus homo potuit non mori, beati nõ poterũt mori.

Dubitatur quonam modo hęc immortalitas, & impaſſibilitas fiat? D. Tho. ait exiſtere in anima, propter plenum, perfectumq; dominatum, quem habet in corpus. Sic enim habet Add. q. 82. ar. 1. Omnis [ait] paſſio fit per vi-

Quonã modo immortalitas, et impaſſibilitas fiat.

C ctoriã agentis ſuper patiens. Impoſſibile eſt autem, quòd aliquid dominetur ſuper patiens, niſi in quantũm debilitatur dominium formæ propriæ, ſuper materiam patientis. Corpus autem humanum, & quidquid in eo eſt, erit perfectè ſubiectum animæ rationali, ſicut anima perfectè ſubiecta erit Deo. Et ideò in corpore glorioſo, nõ poterit eſſe aliqua mutatio, contra diſpoſitionem illam, qua perficitur ab

D anima; & ita corpora erunt impaſſibilia, &c. Sed reſtat dubium: Vndenam proficiſcatur imperium hoc animæ in paſſiones corruptiuas corporis? Reſpondetur, proficiſci a qualitate ſupernaturali, quæ perfectiſſimam corpori ſanitatem tribuet, de qua ſanitate Auguſt. epiſtol. 56. ad Dioſcorum. Sanitas [inquit] perfecta corporis, illa extrema totius hominis immortalitas erit. Tam potenti enim natura Deus

Vnde proficiſcatur imperium animæ in corpus.

E fecit animam, vt ex eius pleniſſima beatitudine, redundet etiam in corpus plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis vigor, &c. Sunt in hoc orbe medicamenta multa, quæ ſanitatem ſeruant corporis per tempus aliquod; qualitas verò illa à Deo ſupernaturaliter donata, corporis ſeruabit ſanitatem in ſempiternum.

Quòd ſi roges, ſi gladio percutiatur beatũ corpus, numquid qualitas illa à vul-

An gladio poſſit vulnerari corpus beatum.

vulnere liberabit? Reſpondetur nullos fore poſt iudicium gladios, nullum frigus, nullum æſtum, qui beatis nocere poſſit. Attamen quamuis eſſent gladij, ſubtilitatis dos diuiſionem carnis prohiberet. Siquidem corpus beatum cum corpore gladij eodem in loco eſſe poterit. Reſpondetur prætcrea, vim qualitatis ſufficere, vt gladios, omneque externum repellat nocumentum. Qui cęlo dedit vim, qua gladios, nocumentaque repellat omnia, id dare poterit corpori beato, per qualitatem.

Aliæ quæſtiones.

Quæritur an in corpore beato, ſint qualitates quatuor elementorum? Præterea, an calor natiuus in humidum agat radicale? Reſpondetur, fore contrarias qualitates in corpore beato, non tamen ita vt pugnent, interitumq; ſubiecto moliantur. Natiuum vero calorem non habiturum actionem in humidum radicale: eſſet enim cibo opus. Habetnè materia beati corporis potentiam ad alias formas? habet quidem: ſed ligatam ita, vt actum ſortiri numquam queat, id docet D. Thom. Addit. q. 82. art. 1. ad 2. Reſpirant ne beati, vt nos in terra reſpiramus? ſi reſpirant aerem vnde trahũt? nullus enim aer eſt in cęlo: ſi non reſpirant, non viuent. Vt refert D Tho. 2. diſt. 2. q. 2. artic. 2. ad 5. dixerunt aliqui non fore in cęlo vocalem Dei laudem, ſed ſolum mentalem. Quia nec erit ibi reſpiratio: ſolum verò in reſpirantibus eſt vox. Reſpondetur beatis non eſſe neceſſariam reſpirationem, aut expirationem ad vitam conſeruandam. Siquidem impaſſibiles ſunt, neque alterationem corrumpentem ferre poſſunt. Itaque viuent in ſempiternum, etſi non reſpirent. Verumtamen, ad efformandas voces neceſſarius erit aer quidem æternus, & incorruptibilis, pulmonibus, arteriæque vocali, & gutturi inſitus, quo poterũt reſpirare.

De reſpiratione beatorum.

Splendida, & impaſſibilia erunt beata corpora, adde & agilia. Inſeruit autem agilitatis duos motus. Nam per hanc dotem beata corpora velociſſimè moueri poſſunt, tum progreſſiuo motu, tùm motu, qui volatui ſimiles erit: hanc agilitatem indicant verba illa 1. Corint. 15. *Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute, ſeminatur corpus animale ſurget ſpirituale, &c.* Surget enim corpus beatum cum virtute, ἐν δυνάμει, id eſt, cum potentia, & robore magno ad motum *ſurget etiam ſpirituale*, inſtar ſpiritus agile. Sap. 3. *Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, &c.* Sanctorum quoque agilitatis, a D. Thom. q. 84. art. 2. & alijs tribuuntur verba Iſaiæ 40 *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient, &c.* Quanta velocitate (ſi velint) moueri poſſint, oſtendit D. Bernard. in ſerm. 4 omnium Sanctorum: Tãta (inquit) futura credẽda eſt corporum leuitas, & agilitas beatorum, vt poſſint, ſi velint abſq; omni mora, ſeu difficultate, ipſam quoque cogitationum noſtrarum ſequi ad omnia velocitatem, &c. Item Auctor libri de cognitione veræ vitæ, cap. 45. inter opera Auguſt. to. 9. Erunt [inquit] illa corpora, vt animus agilia. Quam citò enim nunc animus ab Oriente, in Occidentem cogitatione peruenit, tam citò tunc illud corpus illuc peruenire poterit, &c. D. Anſelmus, lib. de Similitudinibus cap. 51. Velocitas [inquit] tanta nos comitabitur, vt ipſis Angelis Dei, æquè celeres ſimus, qui à cęlo ad terras, & è conuerſo, citius dicto dilabuntur, &c. & in Elucidario. Sancti [inquit] ita veloces ſunt, vt quàm cito Oriens Sol in Occidentem venire poſſit, & quàm citò oculus ſe eleuans viſum ad cęlum dirigit, tam citò ad terram de cęlo, & de terra ad cęlum relabi poterunt, &c. Iuſtinianus libro de diſciplina ſpirituale cap. 23. Tanta agilitate prædita erit caro, vt in momento in omnibus obtemperet imperio ſpiritus præſidentis. Abſque retardatione, & ſine vlla grauedine eo ſe diuertet, quo impetus ſpiritus dirigit ſe, &c. Aug. lib. 13. de Ciuit. c. 18. Poteſt Deus animis præſtare, vt corpora, vbi volunt, ponant, & quò volunt, agant, ſitu, motuque facillimo, &c. Agilitas verò non eſt intenſio virtutis naturalis ad motum, vt putauit Scotus in 4. diſt. 49. q. 14. art. 2. Neque exiſtit in beato corpore, quòd ab eo

De dote agilitatis.

De velocitate motus beatorum.

pondus

pondus auferatur, vt alij exiſtimarũt. Qualitas eſt ſupernaturalis, quia corpus ad motum fit agile, D. Bonauent. & alij Theologi arbitratur.

An tollatur grauitas à corpore beato.

Dubitatur an à corpore beato pondus ſiue grauitas auferatur à Deo? Vtraque pars habet veriſimilitudinẽ. Carthuſianus vult tolli pondus. Scotus, & Palud. aiunt non tolli. Opinioni priori fauet Auguſt. li. 22. de Ciuit. cap. 11. his verbis. Itanè Deus terreno corpori graue pondus auferre non poterit, vt in eodem elemento habitet viuificatum corpus, in quo voluerit viuificans ſpiritus? &c. Et in Enchiridio c. 91. Reſurgent ait ſanctorum corpora, ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate, ſicut ſine vlla corruptione, onere, difficultate, in quibus tanta facilitas, quanta fęlicitas erit. &c. Pauet Apoſtolus 1. Cor. 15. cùm ait *corpus beatum eſſe ſpirituale*, quaſi pondere careat. Concedendum videtur, ſi non totum pondus, ſaltem magnam põderis partem eſſe adimendam. Non enim videtur vero ſimile, beatum corpus tàm eſſe ponderoſum in cęlo, quàm in terra. Quòd ſi aliquid põderis maneat, quia corpori humano naturale eſt, eſſe ponderoſum: potentiæ magnæ mouenti parùm, vel nihil reſiſtet.

An moueat ſe beatus in inſtanti.

Dubitatur præterea, an beati poſſint in inſtanti ſe mouere, medio minimè pertranſito. Reſpondetur cum D. Thom. q. 84. art. 3. non poſſe. Concedit tamen velociſſimè poſſe ſe mouere, tẽpore breuiſſimo. Alij (inquit) probabilius dicunt, quod corpus glorioſum mouetur in tempore, ſed imperceptibili, propter breuitatẽ, &c. Si roges, quinam erunt beatorum motus? Reſpondet Auguſt. lib. 22. de Ciuitate cap. 30. his verbis: Qui motus talium corporum ſint futuri, temerè definire non audeo, quod excogitare non valeo. Tamen & motus, & ſtatus, ſicut & ipſa ſpecies decens erit, quicumque erit, vbi quod non decebit, non erit, &c.

De dote ſubtilitatis.

Reſtat ſubtilitas, cuius effectus eſt corpora penetrare. Nam ſubtile id dicitur, quod penetrat, vt acus ſubtilis, viſus ſubtilis, intellectus ſubtilis, qui obiecta penetrant. Sic corpus ſubtile, quod penetrat appellatur. Erit autem A ſubtile beatum corpus, quia cęlum ipſum incorruptibile, cæteraq; omnia corpora non beata penetrabit, beata penetrari non det. Iuſtinianus lib. de diſciplina ſpiritu. c. 23. Caro (inquit) ita efficitur ſpiritualis, vt omne ſolidũ ei ſit pretium, non clauſtris teneri poterit incluſa, non vinculis religata, ſed liberam ingredi, & egrediendi vbiq; recipiet facultatem, &c. D. Anſelm. lib. de ſimilitudin. cap. 53 Sicut Angelis B nihil obſiſtit, quin cuncta penetrent, ita nõ erit aliquod obſtaculum, quod nos retardet, nulla clauſula, quę nobis obſtet, &c. Ibidem: Dominicũ corpus, clauſo ſepulchro a mortuis ſurrexit: ad diſcipulos obſeratis ianuis introiuit, nobiſque in hoc futuræ libertatis documentum præbuit, &c.

Penetratio corporũ eſt communis omnib. beatis.

Hic autem effectus tribuitur ſubtilitati non quòd ſubtilitas, qualitas aliqua ſit, à qua efficiatur [excogitari C enim nequit huiuſmodi qualitas] ſed quòd corpori beato vis ad penetrandum, concurſuſque Dei ſemper, & ordinaria lege præbeatur. Vnde D. Thom. Addit. quæſt. 83. artic. 2. ad 3. Corpus [ait] glorioſum tranſibit ſphæras cœlorum, ſine eorum diuiſione; non ex vi ſubtilitatis, ſed ex diuina virtute, quę eis ad nutum in omnibus ſubueniet, &c.

Exiſtimat D. Thomas, per dotem D ſubtilitatis fieri corpora ſubtilia, id eſt, perfectiſſimè ſubiecta informationi animæ, art. 1. q. 83. Prima [inquit] ſubiectio, qua corpus animæ ſubijcitur, eſt ad participandum eſſe ſpecificum, pro vt ſubijcitur ſibi, vt materia formæ, & deinde ſubijcitur ei ad alia opera animæ, pro vt anima eſt motor. Et ita prima ratio ſpiritualis in corpore eſt ex ſubtilitate, & deinde ex agilitate, & alijs proprietatibus corporis E glorioſi. Hæc Diuus Thomas. Alij dotem ſubtilitatis, ſenſibus, & appetitui aiunt inſeruire. Quod diximus veriſimilius eſt, ſubtilia dici corpora, quia penetrant corpora non glorioſa. Glorioſa etiam penetrare poſſent eodem diuino concurſu, ſed non fiet, quia non decet.

Cur dicantur quatuor dotes ab anima emanaire.

Dicuntur hæ quatuor dotes ab anima effluere. Intellige autem, non ita effluere, vt ab anima, vel animæ bea-

titudine

Digitized by Google

titudine efficiantur, ſed dici effluere, quia animæ beatitudo illas poſtulat, ideoq; à Deo efficiuntur.

CAPVT III.

De ſanctiſſimis voluptatibus corporum beatorum.

HAbent in terra corpora peccati fomitem, habent & ſenſus. In cęlo peccati fomite omnino carebunt, ſenſus verò retinebunt. Cum Paulus, ait, 1. Corint. 15. *Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere, non poſſunt*, fomitem a cęlo excludit, non corpus ſenſibus præditum. Grægor. Iob. 19. ad illa verba; *rurſus circumdabor pelle mea.* In illa (inquit) cęleſtis regni gloria, caro ſecundum naturam erit, ſed ſecundum deſideria paſſionum non erit, &c. Erit corpus, ſed ſpirituale, ſed fomite carens, non animale. Auguſt. in Enchir. c. 91. Ideò dixit Apoſtolus 1. Cor. 15. *Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale:* quoniam tanta erit concordia carnis, & ſpiritus, viuificante ſpiritu carnē ſubditam, ſine ſuſtentaculi alicuius indigentia, vt nihil nobis repugnet ex nobis. Sed ſicut foris neminem, ita neq; intus noſmetipſos patiamur inimicos, &c. Non igitur habebit beatum corpus fomitem, ſed erit caro, & appetitus rationi, Deoque obtemperatiſſimus, abſque vlla pugna.

Fomes peccati aberit à corporib. beatis.

Habebit quoque beatus quinque ſenſus, eiſque magna cum voluptate vtetur, vt Iuſtinianus libro, & capitė indicato docet. Caro (inquit) per omnes ſenſus ſuos multimodis exuberabit delicijs. Delectabitur oculus in amabili redemptionis aſpectu, & cum cęlum, Solis, Luna, & ſtellarum ſplendore rutilans, intuebitur. Auditum harmonia cęlorum, melodica cantica ciuium ſupernorum, nō mediocriter demulcebunt. Fragrans ſuauitas cęleſtium odoramentorum, mira liquefactione reſperget odoratum. Indicibilis dulcedo omnium delectabilium, melliflua quadam, & iucunda ſatietate, oris ſaginabit palatum. Nam exultationes Dei in gutture eorum erunt.

Senſus beatorum mira voluptate perfundentur.

A Ipſe demum tactus ſibi cōgruis abundabit delicijs, quas experti notunt, &c. D. Anſelm lib. de ſimil. cap. 57. Delectatio (inquit) quædam ineffabilis bonos inebriabit. Oculi, aures, nares, os, manus, guttur, cor, iecur, pulmo, oſſa, medullæ, exta etiam ipſa, & cuncta ſigillatim, ſingulaq; membra corū in communi, tam admirabili delectationis, & dulcedinis ſenſus replebuntur; vt verè totus homo, torrente vo-
B luptatis Dei potetur, & ab vbertate domus eius inebrietur, &c. Lege eundem Anſelm. in Elucidario, vbi ait, beatos ita clauſis, vt apertis oculis videre: ſunt enim palpebræ tranſparentes.

Sed ambigitur, quonam modo ſenſibiles ſpecies in oculos ferantur beatorum, cum in cœlo aer medius non ſit, per quem ferantur? Reſpondetur, per cęlum ipſum diaphanum ferri, ve-
C luti per aerem. Nam quemadmodum nos intra aerem verſamur, ſic beati verſabuntur intra cœlum empyreū, quod ipſo aere ſubtilius eſt. Similem in modum vox beatorum, ad auditum perueniet per ſpecies intentionales. Efformabitur autem vox à beato, quia in corpore multum habebit aeris, qui licet foras non emittatur, ad efformandam vocem, cantumque; ſatis in ipſo corpore commo-
D uebitur.

De ſpeciebus viſibilibus beatorum.

Odor in cęlo non deerit, quem ipſa beatorum corpora efflabunt, & forſitan ipſum etiam empyreum cœlum. Deferetur autem ad ſenſum, per ſpecies intentionales, abſque materiali alteratione. Illud hoc loco aduerte, quod D. Thom. art. 4. d. 44. q. 1. art. 2. q. 1. ad 2. in corporibus glorioſis, inteſtina plena eſſe nōn turpis ſuperfluitatibus, ſed nobilibus humiditatibus:
E exhalabunt hæ nobiles humiditates, odorem ſingularem.

De odore quo beati perfruētur.

Tactus quoque ſua non carebit operatione. Beatus enim beatum tangere poterit. Quia beata corpora tangibilia ſunt, & palpabilia, iuxta illud Domini Lucæ 24. *Palpate, & videte, &c.* ideoque docet D. Thom. Addit. q. 83. art. 6. quo loco ait, non omne corpus tangibile eſſe palpabile. Nam aer tangibilis eſt, non tamen propriè palpabilis,

De tactu qui erit in beatis.

Digitized by Google

bilis, quia non reſiſtit: palpabile verò corpus dicitur, quod tangitur, & reſiſtit, id quod corpori beato congruit. Tangi poteſt, ſi velit beatus, cum qualitates habeat, quæ tactu percipiūtur, poteſt etiam reſiſtere. Cęlum verò nō eſt palpabile, quia non eſt tangibile, qualitatibus enim caret tangibilibus, frigore, calore, &c. Hinc illud D. Gregor. dictum hom. 20. in Euāgelia: Corrumpi neceſſe eſt, quod palpatur. Et palpari non poteſt, quod non corrumpitur, &c. Palpari non poteſt quod nō corrumpitur, videlidet cęlum. Corrumpi verò neceſſe eſt, ex natura ſua, quod palpatur, quia tangibilibus conſtat qualitatibus. At verò corpus beatum, quamuis ex natura ſua corrumpi poſſit, ex dono Dei corrumpi non poteſt, & tamen palpatur.

Cælum non eſt palpabile.

Guſtatus actionem in cęlo eſſe negant D. Bonauent. & alij. Non enim ibi eſculenta ſunt, aut poculenta, in quibus huiuſmodi actio verſatur. D. Thom. q. 82. ar. 4. de hoc ſenſu ſic ſcriſit. Secundum alios dicendum, quòd guſtus non erit ibi, ita quòd immutetur ab aliquo cibo, vel potu ſumpto. Niſi fortè dicatur, quòd erit ibi guſtus in actu, per immutationem linguę ab aliqua humiditate adiuncta, &c. Credi ergo poteſt in ore beati humorem forè aliquem incorruptibilem, cui ſapor inſit ſuauiſſimus, ne hic ſenſus otioſus ſit. Quòd ſi obijcias, delectationes huiuſmodi beatis nō rectè tribui: quia delectationes ſunt propter operationes, guſtus verò delectatio, in beatis ad nullā dirigatur opinionem. Reſpondebitur, meritò tribui delectationes beatis, tanquā pręmiū meritorū, et ſi ad actiones non dirigantur. Quāuis n. non dirigantur ad actiones, ad Dei laudem, gloriamq; tendent, quæ beatorum oium finis eſt. Vrgebit aliquis moleſta, & faſtidio plena res homini, in ore perpetuum habere ſaporem, etſi dulciſſimū, ergo non eſt concedendus beatis. Reſpondetur in beatis nullum eſſe poſſe faſtidium, neq; vnum ſolum, ſed varios fore humoris illius ſapores, quemadmodum ſapores eiuſdem manna varij erant.

De guſtatu beatorum.

Quomodo delectationes ſint in beatis.

Robur verò corporis beati tantum eſſe ait Anſelmus in Elucidario, vt pede vno totam terræ molem poſſit vertere. Sanctorum [inquit] talis erit valentia, vt ſi mōtes, & omnem molem terræ pede vertere vellent, valenter poſſent. Nemo enim dubitat Angelos hoc poſſe, quibus æquales dicuntur eſſe, &c.

De robore beatorum.

Scire cupis, num damnatorum pœnas, beati è cęlo cernāt. Reſpondetur, cernere quotieſcumq; voluerint, non tamen oculis corporis, ſed mentis. Neque tamen vlla miſericordia afficientur, ſed lætabūtur, iuxta illud Pſal. 57. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam.* D. Anſel. in Elucidario. Iuſti [inquit] videbunt malos in pęna, vt magis gaudeant, quòd hanc euaſerunt pęnam. Licet pater videat filium, aut filius patrem in pœna, non ſolum non dolent, ſed ita eſt eis delectabile, ſicut nobis, cum videmus piſces in gurgite ludere, &c. Lege Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 44.

An beati videant pœnas damnatorum.

Pertinet quoque aliquo modo ad beata corpora, illę quas Theologi aureolas vocant, nomine, vt videtur, ducto ex c. 25. Exod. *Facies illi* [id eſt, menſæ] *labium aureum per circuitum, & ipſi labio coronam interraſilem altam quatuor digitis, & ſuper illam alteram coronam aureolā, &c.* Duplicem coronam habebat menſa tabernaculi, alteram interraſilem, alteram aureolam. Sic duplicem coronam obtinent multi ex beatis, alteram magnam, ac præclaram, id eſt, beatitudinem eſſentialem, quam D. Thom. vocat auream, alteram minorem, quæ dicitur aureola, quæ que pręmium eſt accidentale, pro difficillima victoria datum. D. Thom. Addit. q. 96. art. 11. ait eſſe præmium priuilegiatū, reſpondens priuilegiatæ victoriæ. Sūt autem [vt ait] tres victoriæ priuilegiatæ, in tribus pugnis, quæ cuilibet homini aduerſus tres hoſtes imminent. Ideoque tres quoq; ſunt aureolæ. Eſt homini pugna aduerſus carnem: in hac victoriam priuilegiatā Virgines reportant. Eſt pugna aduerſus mundum: id eſt, aduerſus perſecutores mundanos, in hac præcipuam victoriam martyres obtinent. Eſt pugna aduerſus diabolum, in hac ſingularem triumphum doctores referunt, qui nō ſolum in ſe, ſed etiam in alijs, hunc ho-

De aureolis beatorum.

Tres ſunt victoriæ priuilegiatæ, & quæ illæ.

ſtem teterrimum docendo ſuperant. Itaque martyres, virgines, & doctores, habebunt aureolam priuilegiatum præmium, ob priuilegiatam victoriam, vt cum Angelico doctore loquar.

Ineſt illa præcipuè animo: quia vt idem Angelicus doctor ait art.10. eiuſdem quæſtionis, aureola, gaudium eſt, quod ex operibus illis percipitur, quibus aureola tribuitur, nimirū ex martyrio, ex virginitate, ex doctrina alijs tradita. Verumtamē in corpore quoque aparebit aureola. Sicut ex gaudio eſſentiali præmij (ait D.Tho.art.10.) quod eſt aurea, redundat quidam decor in corpore, qui eſt gloria corporis, ita ex gaudio aureolæ, reſultat aliquis decor in corpore, &c. Quis hic ſit decor in corporibus apparens dubitatur. Veriſimiliter reſpondet Sotus 4. d.49.q.5. art.2. aureolas eſſe coronulas; ita vt in capite Martyris corona cernatur rubra; in capite Virginis cādida; in capite Doctoris viridis. Addit fortè etiam Martyres geſtare manibus palmas; Virgines alba lilia; doctores virides ramos, intellige incorruptibiles.

Aureola, in animo eſt, & in corpore apparet.

Iam quæres, quæ ſit præcipua aureola? Reſpondetur, eſſe aureolam Martyrum; ſecundum locum ſibi vendicat aureola Virginum, tertium Doctorum. Pugna enim ac victoria Martyrum, pugnas Virginum, doctorumque difficultate ſuperat. Certamen verò Virginum, certamen videtur vincere doctorum, Poterit tamen aureola Doctoris ſuperare Virginis aureolam, ſi longo tempore docuit, magnaſque in docendo difficultates ſuperauit.

Quæ ſit præcipua aureola.

Numquid veſtibus induentur beata corpora? Numquid palatia, domoſvè in cęlo habebunt? Qua nam lingua beati loquentur? Primæ quæſtioni reſpondetur, corpora veſtibus indigere, tum propter aeris iniurias, tū propter verecundiam. In cęlo neque iniuriæ aeris erunt, neque vlla ex corpore verecundia. Nullæ igitur veſtes erunt opus. Anſelmus in Elucidario: Beati (inquit) nudi erunt. Sed omni decore fulgebunt, & non plus de illis mēbris, quam nunc de gratioſis oculis erubeſcent, &c. Crediderim habituros veſtes. Non quidem ex ſerico, aut auro, ſed ex luce, iuxta illud quod de Deo legimus Pſal.103. *Amictus lumen ſicut veſtimento*; itaq; erunt beatorum corpora amicta lumine, ſicut veſtimento, in modum veſtimenti, lux coloris varij effingetur, corporaque mirum in modum exornabit. Hi viridis, alij aurei, alij albi, alij cærulei coloris indumentis amicientur, ac rutilabunt. Nam fore in cęlo luces varij coloris, ex aureolis conſtat, & ex Anſelmo in Elucidario; Sicut (inquit) hic eſt diuerſa gratia colorum; ita creditur fore in corporibus ſanctorum. Vt alium colorem Martyres, alium habeant Virgines, & hæc pro veſtimentis reputabuntur, &c.

An beati veſtibus ſint induti.

Secundæ quæſtioni reſpondetur, in cęlo non fore quidem neceſſaria palatia, aut domos, ad propulſandas aeris moleſtias. Sed tamen videri concedendum, decorem Cęleſtis ciuitatis, palatia, magnificaq; poſtulare ædificia. Numquid nihil in cęlo, præter cęli immenſam illam latitudinem, longitudinemque, apparebit? Nunquid beati in cœlo, veluti in agro oues, erunt ſimul in eodem loco omnes? Numquid immenſi cęli Empyrei loca quāplurima vacua erunt, & deſerta? Non videtur hoc decorum. Crediderim ergo, ampla admirabiliaque eſſe in ipſo cœlo palatia, amplaque alia ædificia, ex incorruptibili materia, ipſiſque margaritis pretioſiore fabricata. Forte etiam prata amæniſſima, nemora, ſimiliaque alia, quæ beatorum oculis afferant ipſa veritate oblectationem, & ciuitatem illa cœleſtem exornent. Habebunt beati manſiones, vt ex Euangelio conſtat; Cur non palatia, alia alijs ſuperiora, quibus non concludantur, (erunt enim translucida) ſed decorentur, & alij ab alijs ſeparentur, pro dignitate, ac diſtinguatur, iuxta illud Ioan.14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Huius opinionis fuit olim primarius Doctor Academiæ Eborenſis, & ſapientia & virtute præclarus, Ferdinandus Perez. Fauet illi Scotus, qui in 4.diſt.49.q.4.art.7. concedit beatos a beatis viſitari, & per aliorum manſiones diſcurere. Fauet & D.An-

An ſint palatia beatorum in cęlo.

Qui tenent in cœlo diſtincta palatia.

D. Anſelmus, imò huius forſitan fuit opinionis auctor in lib. de ſimil. c. 44. In ſuperna Ieruſalem (inquit) locus eſt amęnus, & magna dulcedine refertus; domus paratæ, ædificia ampla, diuerſi generis manſiones, &c. Fauet item Caiet. 3. p quæſt. 57. artic. 5. cum ſic ait, Diuina ſapientia diſpoſuit cęli Empyrei vnam partem, quaſi ſolium, & reliquas in ordine ad illam, ſuperiores, vel inferiores. Et ſic Chriſtus ſecundū corpus, in parte illa ſolij ſtans, ita ſuprema parte, ſupremoq; loco reſidere dicitur. Et reliquæ creaturæ beatæ, hinc & inde inferiores partes tenent, &c. Lege etiam D. Greg. lib. 4. Dialog. cap 36.

Beati quomodo in cęlo habitabunt.

Habitabunt autem in cœlo beati, non eo modo, quo habitamus in terra. Habitamus nos in ſuperficie terræ, ſupra quam eſt aer, at beati non habitabunt in ſuperficie externa cœli empyrei, neque enim par eſt credere, habitaturos in vacuo. Locus illorū erit intra ipſum cœlum empyreum, quod plurima leucarum millia habet, conditumque à Deo eſt, accommodate ad hominum habitationem, ita vt in eo habere ſedes, & ambulare facilè poſſint, ſiue penetrando ipſum cœlum, ſiue ſcindendo. Nam ſcindi poſſe cęlum Empyreum ſentit D. Thom. in 2. diſt. 2. q. 2. art. 2. & Richard. in 4. diſt. 49. quæſt. 3. art. 4. Neque verò corrumpitur ſciſſionibus. Huiuſmodi corruptiunculas non eſt abſurdum in cęlo illo cum tanto Magiſtro D. Tho. concedere, quod ad habitationem hominum conditum eſt. Intra ipſum verò cęlum empyreum ad conuexum vſque, beatorum palatia, admirabiliter ſummi artificis manu conſtructa ſunt, ordineque ita diſpoſita, vt alia ſint inferiora, alia ſuperiora, & alia alijs ſint pulchriora, ac pretioſiora. In celſiſſimo cœli loco, palatium ſummi Regis Chriſti eſt, quod omnem ſuperat admirationem. Eo inferius Deiparæ Virginis palatium alterum, quale tantæ Reginæ dignitas poſcit. Ordine ſequuntur alia pene infinita tam angelis, quàm hominibus attributa. Habent enim angeli quoq; peculiares ſedes, atq; palatia, quibus alij ab alijs ſeiungantur loco. Sunt namq; etiam

A in loco, ſi non circumſcriptiuè, certè definitiuè.

Quæſtiones circa palatia cœlorū.

Pariunt hæc palatia quæſtiones alias. Quo nam tempore ſunt fabricata? Reſpondetur, cum cęlum ipſum conditum eſt, tunc & fabricata. & Angelis ſunt attributa. Cecidere permulti Angeli; ad vacua illorum palatia vocantur homines. Quòd ſi plures ſint homines prædeſtinati, quam Angeli damnati, non deerunt omnibus pala-

B tia. Numquid Chriſti palatium, vſq; ad aſcenſionem Chriſti, ab initio Orbis deſertum fuit? Quid mirum fuiſſe vacuum, Regemque, multis expectaſſe annis, ſicut alia vacua palatia homines expectant. Nouerantnè angeli, quem nam Regem palatium illud expectaret? Nouerant, ſiquidem incarnatio illis à Deo eſt reuelata. Angelorum infinita penè multitudo eſt; adde homines beatos; non videtur cœ-

C lum tot palatia poſſe capere. Reſpondetur, cœlum eſſe capaciſſimum; poſſeque capere omnia. Quòd ſi non vis eſſe palatia ampla, concede minora; vel ſaltem concede admirabiles quoſdam thronos, beatis hominibus eſſe fabricatos, angelis, qui corporibus carent, ſed in loco ſunt, loca thronis ſimilia eſſe attributa.

De lingua beatorum.

Quæſtioni tertiæ ſupra poſitæ, de lingua beatorum reſpondet Galati-

D nus lib. 12. cap. 4. his verbis, Quemadmodum ante diuiſionem linguarum, in turri Babel factam, vniuerſa terra erat labij vnius, ita in reſurrectione vniuerſali, omnes homines vna loquentur lingua, Hebraica ſcilicet qua primi Parentes in paradiſo loquebantur, & qua electi omnes in ſtatu Innocentiæ locuti fuiſſent; ſi primi Parentes in gratia Dei ſtetiſſent, &c. Veriſimilius mihi vide-

E tur, locuturos beatos, quacumq; lingua libuerit. Siquidem notæ omnes omnibus erunt, poteruntq; illis vti pro libito.

CAPVT

CAPVT IIII.

De igne Tartari.

Sit ne corpore ut ignis Tartari, & noſtra ſimilis.

POſtulanti verba illa; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum:* vt de igne tartareo breuiter verba faciamus. De natura igitur primum; deinde de loco; poſtea de actione illius; demum de duratione dicemus. Huius ignis naturam ſcribit Auguſt. hominib. ignotam eſſe lib. 20. de Ciuit. cap. 16. Qui ignis (inquit) cuiuſmodi ſit hominem ſcire arbitror neminem, niſi fortè cui ſpiritus diuinus oſtendit, &c. D. Ambroſ. lib. 7. in Lucam in fine cap. 14. ignem eſſe ait non flammarum corporalium; ſed quem generat mœſtitia delictorum. D. Damaſc. li. 4. fidei cap. 28. ſcribit, non eſſe ignem materialem, qualis eſt is, qui apud nos eſt; ſed qualem Deus nouit. Impij (inquit) homines in ignem æternum conijcientur; nõ materia in har huiuſce noſtri conſtantem; ſed qualẽ Deus nouit, &c. D. Gregor. Iob cap. 20. ad illa verba; *Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur*. Incorporeum eſſe ait, quia non indiget corporeis fomentis. Gehennæ (inquit) ignis, cùm ſit incorporeus, & reprobos corporaliter exurat, lignis non nutritur &c. Lege Auguſt. lib. 12. de Gen. ad liter. c. 33. & lib. 15. de Ciuit. cap. 10. & Iulianum li. 2. prognoſticon c. 6.

Ignis tartari eſt corporeus.

Aſſerendum eſt Orci ignem corporeum eſſe, & noſtro ſimilem, quoniã ſcriptura appellat illum ignem, neq; eſt ratio, cur in proprio ſignificato intelligi non debeat. Ignis ergo eſt noſtro ſimilis; idq; ſentit D. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 29. Ignem (inquit) gehennæ corporeum eſſe non ambigo, in quo certum eſt corpora cruciari, &c. Rectè probat corporeum eſſe ignẽ, ab effectu, quia corpora cruciat. Ibidem; diabolus (ait) eiuſque angeli, cũ ſint incorporei, corporeo ſunt igne cruciandi, &c. & Aug. lib. 21. de ciuit. cap. 10. gehenna (inquit) quod etiam *ſtagnum ignis, & ſulphuris* dictum eſt Apocal. 20. Corporeus ignis erit, & cru- A clabit corpora damnatorum, &c. Hęc præterea eſt ſententia Magiſtri in 4. diſt. 44. D. Thom. Add. q. 97. artic. 5. & aliorum Doctorum.

Ignis tartari tenebroſus eſt:

Eſt ignis noſtro ſimilis, eiuſdemq; ſpeciei, vt docet D. Tho art. 6. tamen non lucem habet ſplendidam. D. Anſelmus in Elucidario; Ardet (inquit) & non lucet, &c. D Greg. Iob. c. 10. ad illa verba; *Vbi umbra mortis*; Vltrix (inquit) illa flamma concremationem ha- B bet, & lumen non habet, &c. Infra ad illa verba; *ſempiternum horror inhabitat* aliquid lucis illi concedit. In inferno (inquit) ignis, & ad conſolationẽ non lucet, & tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet, &c. Chryſoſt. hom. 5. ad Theodorum lapſum; Ignis ille lucere non poteſt. Alioqui non eſſent tenebræ, &c. Idem docet D. Baſil. Pſal 33. & Pſal. 28. & Proſper li 3. de vita contemplatiua, cap 12. D. Tho. Add. q. 97. C art 4. Ex diuina (ait) diſpenſatione, eſt ibi aliquid luminis, quantum ſufficit ad videndum illa, quæ animam torquere poſſunt, &c.

Non indiget lignis.

Fomentis ligneis minimè indiget in Tartaro, quemadmodum neque in ſphæra ſua. Iob 20. *Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur:* in quæ verba Greg. Omnipotentis inquit iuſtitia futurorum præſcia, ab ipſa mundi Origine, gehennæ ignem creauit; qui ardorem D ſuum, etiam ſine lignis numquam finiret, &c. Obijcies illud Iſaiæ 30. *Præparata eſt Topheth*, id eſt, Tartareus. *nutrimenta eius ignis, & ligna multa; flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens ea, &c.* Reſpondetur, tribui ligna tartaro, non quòd illa habeat, ſed vt indicetur non eſſe ignem extinguẽdum, quem flatus Domini ſuccendit. De Topheth, ac gehenna diximus, tom. 2. lib. 7. cap. 17.

Ignis Orci ſulphureus, & æternus.

E Nutritur tamen ignis ille ſulphure æterno. Nam Apoc. 20. dicitur Orcus, *ſtagnum ignis, & ſulphuris.* Vnde Abulenſis Matth. 25. q 560. Erit (inquit) ſulphur ignitum, & non conſumetur, &c. & in repetit. de ſtatu animarum, num. 300. Ignem [inquit] hunc, in pice pabulum ſuſcipere aiunt, &c. Eſt igitur ſulphureus, & inextinguibilis ignis, & æternus. Matth. 24. *Diſcedite* [inquit] *in ignem æternum.* Marc. 9. *Bonum*

Digitized by Google

num eſt tibi claudum introire in vitam æternam; quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguebilis, &c. Anſelmus in Elucidario; ſic [inquit] ſemel accenſus eſt, vt ſi totum mare influeret, non extingueret, &c. Propterea Chryſoſt. dixit, non eſſe ſimilẽ noſtro igni; quia noſter mutat, tartareus minimè. Epiſt. 5. ad Theodo. lapſum; Cũ (inquit) ignem audis ne arbitreris eſſe ſimilem huic igni. Accenſus enim hic deferueſcit, & mutat; ille autem ſemel in flammam exurgens, ardet ppetuò, numquam intermorit; &c. ſummi ardoris eſt. Ex ſententia Anſelmi, pictus eſt noſter, ignis ſi cum tartareo conferatur. Tartarei (inquit) ignis ardor, ſic iſtum materialem ignem vincit, vt iſte pictum ignem, &c.

Cur dicat Chryſoſt. noſtro igni non eſſe ſimilem.

Ignis huius locus ſub terra eſt. D. Aug, lib. 20. de Ciu. c. 16. dubitat; ignis [inquit] æternus cuiuſmodi, & in qua mũdi, vel rerum parte futurus ſit, hominem ſcire arbitror neminẽ, niſi fortè cui ſpiritus diuinus oſtẽdit, &c. ſed lib. 2. Retract c. 24. ſub terra eſſe indicat. In libro [inquit] 12. Geneſ. ad lit. c. 33. De inferis magis mihi videor docere debuiſſe, quòd ſub terris ſint; & rationem reddere, cur ſub terris eſſe credant, ſiue dicant, quaſi non ita ſit, &c. Tertullianus, idem ſentit Apolog. c. 47. vbi gehennam appellat ignis arcani ſubterraneum ad pœnam theſaurum.

De loco ignis tartarei.

Infernus ſub terra eſt.

Item in lib. de Anima cap. 54. inferos (inquit) velut gremium terrę deſcribit Plato in Phædone, quo omnes labes mundalium ſordium confluendo, & ibidem deſidendo exhalent, & quaſi cœno immunditiarum ſuarum, craſſiorem hauſtum, & priuatum illic aerem ſtipent. Nobis inferi non nuda cauoſitas, neque ſubdiualis aliqua mũdi ſentina creduntur; ſed in foſſa terræ, & in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas, &c. D. Cyrillus in lib. ad Theodoſium de recta fide, verſus medium, vocat tartari ſpecus ſubterraneos. D. Greg. lib. 4. dialog. cap. 42. rogatus à Petro; Vbi nam eſſe infernus credendus eſt? Reſpondet; Hac de re temerè definire non audeo. Nonnulli namq; in quadã terrarum parte, infernum eſſe putauerunt. Alij verò hunc ſub terra eſſe æſtimant. Deinde verba illa Apocal. 5. citat; *Nemo inuentus eſt dignus, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram, aperire librum, &c.* nullum autem ſubtus terram dignum inuentum ait, quia neque animæ corpore exutæ aperire librum dignæ fuere. Tum concludit his verbis; Cùm ergo ad aperiendum librum nullus ſub terra inuentus dignus dicitur; quid obſtet non video, vt ſub terra infernus eſſe credatur, &c. Hieronymus Iſaiæ 14. Dicimus (inquit) quòd infernus ſub terra ſit, &cæt.

Probatur ex Paulo ad Epheſ. 4. *Deſcendite (inquit) Dominus ad inferiores partes terræ, &c.* id eſt, in infernum, vt Diuus Hieronym. in eadem verba interpretatur. Et Theophylactus; Inferos [inquit] vocat Paul. infimas terræ partes, iuxta communem opinionem, & intellectum, &c. Tertull. lib. de Anima cap. 55. ſi neque (ait) Chriſtus ante aſcendit in ſublimiora cœlorum, quàm deſcendit in inferiora terrarum; habes & regionem inferorum, & ſubterraneam credere, &c. Probat item ex verbis Chriſti Matth. 12 *Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ*, id eſt, apud inferos in quos deſcendit, vt Patres antiquos liberaret. Sicut cor (ait Hieronymus Ionæ 2.) in medio eſt animalis; ita infernus in medio terræ eſſe perhibetur, &c. Tertull loco citato Chriſtum (inquit) in corde terræ triduum mortis legimus expũctum, i. in receſſu intimo, & interno, & in ipſa terra operto, & intra ipſam cauato, & inferioribus adhuc abyſſis ſuperſtructo, &c. Idem probat Hieronym. ad Epheſ. 4. ex alijs locis.

Chriſtus deſcendit ad inferos, ſub terram poſitos.

Quòd inferius (inquit) in inferiore parte terræ ſit, pſalmiſta teſtatur Pſalm. 105. *Aperta eſt terra, & deuorauit Dathan.* Et Pſalm. 54. *Deſcendant in infernum viuentes, &c.* Denique ſub terra eſſe infernum ſententia eſt Damaſceni lib. 3. cap. 29 Bedæ lib. 3. in Iob cap. 7. Primaſij Apoc. 7. Anſelmi in Elucidario, D. Thomæ Add quæſt. 97. art. 7. & doctorum Scholaſt. idq; ipſum nomen inferni, ſiue inferorum indicat.

Digitized by Google

Rationibus probatur inferos in infimo terrę loco eſſe.
Locus infimus impijs congruit.

Æquum autem eſt, vt locus iuſtorũ
ſit cęlum celſiſſimum : ſiquidem glo-
ria ſunt celſiſſimi. Locus autem impio
rum, ſit infima terræ pars; quoniã ſup-
plicio ſunt infimi. Secũdò ſicut in ſter
quilinium ſordes omnes deferuntur;
ſic in tartarum omnes peccatorum im
munditiæ proijciuntur. Tertiò *in cor-
de terra*, i. in Orco impij concludunt;
quia terram in corde ſuo habuerunt,
Deoque prętulerunt. Habuerunt mũ
dum in corde; habet illos viciſſim in
corde mundus, par pari reddit. Quar-
tò. Mortua corpora, ſub terra in infer
no ſepeliuntur, iuxta illud Lucæ 16.
*Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno,
&c.* Quintò, Pondera petunt infimum
locum; damnati homines pondus pec-
cati grauiſſimum habent; ideoque in-
fimum mundi locum petunt. Ponde-
roſi peccati locus velut naturalis, tar-
tarus eſt.

Inferi ſub terram poſiti q̃uo tot millia hominum capere poterant.
Capacitas Orci.

Subibit mẽtem alicuius dubitatio,
quonam modo fieri poſſit, vt poſt iudi
cium, tot hominum corpora infernus
capiat. Conſideret ille maris, & terræ
magnitudinem, cuius minimam par-
tem homines, nunc incolunt. In inter
nis globi huius partibus, latiſſima pa-
tebunt ſpatia, igne exardeſcentia, ve-
luti clibanus, multarum millium leu-
carum; qui omnia damnatorum cor-
pora poſſit capere. Lege D. Bonau. in
4. d. 44. art. 1. q. 2. Dici (inquit) poteſt,
quod omnes homines, qui nunc ſunt,
vix caperent milleſimam partem ter-
ræ, ſi ſimul eſſent. Si ergo omnes homi
nes, qui fuerunt ab initio vſque in fi-
nem, vix excedunt homines, qui nunc
ſunt, in milleſima proportione; omnes
homines vix occuparent ſuperficiem
terræ. Si ergo concauitas maioris eſt
capacitatis, quam ſit ſuperficies, mul-
to magis poterunt capi in concauita-
tibus terræ, &c.

Q̃uo agat ignis tartareus.

De actione ignis agendum eſt. Agit
ille tum in corpora, tum in animas, vt
Dei inſtrumentum; diuerſo concurſu
Dei. Idcirco non ęqualiter oẽs vrit;
ſed eos, qui pluribus criminibus in-
quinati ſunt acerbius, eos qui paucio
ribus tolerabilius cruciat. Vnus (ait
Greg. lib. 4. dialog. cap. 43.) eſt gehen-
næ ignis; ſed non vno modo omnes
cruciat peccatores. Vniuſcuiuſq; ete-
A nim quantùm exigit culpa, tanta illic
ſentitur pœna, &c. Auguſt. in Enchi-
ridio cap. 93. Tantò quiſque tolerabi-
liorem ibi habebit damnationẽ; quan
tò hic minorem habuit iniquitatem,
&c. Abulenſ. Matth. 25. q. 559 Magni-
tudo vel paruitas pœnę, non eſt ex ef-
ficacia ignis, cùm ſit idem omnibus;
ſed ex voluntate Dei eſt magnitudo
cruciatus, &c.

Q̃uo ignis corporeus agat in dęmones, & animas corporeas carẽtes.
Agit ignis per detentionem in ſpiritus.

Quærit, quomodo ignis corporeus
B agat in dęmones, & animas corpore
carentes? Reſpondet D. Thom. Addit.
q. 70. art. 3. & arbitratur ignem corpo
reum, animas dęmoneſque cruciare,
per detentionem violentam, vt inſtru
mentum iuſtitiæ Dei. Eſt hæc opinio
Scoti, Abulenſ. Matth. 25. & aliorum
multorum Doctorum. Torquet ergo
ignis ſpiritum, quia detinet, & alligat
illum diuina potentia; & ita efficitur
ei pęnalis (ait D. Thom.) retardans eũ
C ab executione propriæ voluntatis; ne
ſcilicet poſſit operari vbi vult, & ſecũ-
dum quod vult, &c. Hac de re D. Gre
gor. agit l. 4. dialog c. 29. his verbis, te-
neri ſpiritum per ignem, dicimus, vt
in tormento ignis videndo, atque ſen
tiendo puniatur. Ignem namq; eo ip-
ſo patitur, quòd videt; & quia crema-
ri ſe aſpicit, crematur. Sicque fit, vt
res corpora, incorporeum exurat, dũ
ex igne viſibili ardor, ac dolor inuiſi-
D bilis trahitur, vt per ignem corporeũ
mens incorporea, etiam incorporea
flamma crucietur. Quamuis colligere
ex dictis Euangelicis poſſumus; quia
incendium anima non ſolum vidẽdo,
ſed etiam experiendo patiatur, &c.
D. Aug. 21. de Ciuitate c. 10 miris mo
dis affligi agit ſpiritus ab igne corpo-
reo; ſed ineffabilibus, & incognitis no
bis. Adhęrebunt (inquit) dęmones li-
cet incorporei; corporeis ignib. cru-
E ciandi. Item; Miris & ineffabilib. mo-
dis, adhęrendo accipientes ex ignibus
pęnam, &c. Hugo Victorinus q. 4 in
epiſtolam ad Theſſal. fieri (inquit) po-
teſt, vt res ſpirituales per ea puniant,
à quib. non continguntur; velut quis
horrorem magnum, ex aliquo viſo,
vel imaginato contrahit; etſi ab illo
non contingatur, &c.

Ignis ſpiritus incendit.

Ex Luc. 16. cuius loci meminit Gre-
gor. colligitur, non per detentionem,
ſed

ſed per combuſtionem torqueri animam. Ait enim diues ille. *Crucior in hac flamma;* neque petit ſolui; ſed poſtulat aquam ſibi dari, qua refrigeretur. Ergo anima diuitis calore igneo ardebat, & comburebatur; neq; ſolùm detinebatur ab igne. Verum ergo eſt, ignẽ inferni vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiç eleuari à Deo, & in ſpiritus agere, eoſq; comburere miro & ineffabili modo, vt cum Aug. loquar, ſed nobis ignoto. Argumentis quç opponũtur, opponimus Dei omnipotentiam.

An ignis Orti agat per ſpecies intẽtionales.

Quæritur præterea, Vreine corpora ignis calefaciendo per ſpecies materiales, ac naturales; an ſolum p ſpecies intentionales? Reſpondent D. Th. 4. d. 44. q. 3. art. 1. Abulenſ. Matth. 25. q. 511. & q. 535. & alij, ignẽ vrenda corpora, non per calorem realem; & ſpecies materiales; ſed per intentionales. Dicitur autem ſpecies materialis, per quam calor verbi cauſa, in corpore recipit, per actionem illud alterãtem, & corrumpentem. Species verò intentionalis illa eſt, per quam nõ res ipſa materialiter, ſed rei recipitur intentio in ſenſu; vt verbi grãtia, in oculo, non recipitur candor ipſe, realiter, ſed intentio candoris, & ſpecies intentionalis illum repræſentans. Sic [aiũt] in corporibus damnatorum, non recipit calor ipſe realiter, & materialiter alterans corpora, & corrumpens, ſed intentionalis tantum caloris ſimilitudo, quæ corpus penetrat, mirumq; in modum affligit. Abulenſ. Matth 25. q. 542. Non fieri [inquit] apud inferos aliqua alteratio realis; ignis non calefaciet corpora. Sed manebit actio intentionalis ſola per ſpeciem acceptam in ſenſu ab obiecto, quæ poteſt efficere dolorẽ ſine naturali transmutatione. Sed vita non perit ſine alteratione naturali, facta corruptione quadam in animali. Ideoq; licet ſit dolor, quantumcunque magnus, & perſeuerans, manebit vita cum illis dolorib. & tormentis. Sic ille. & D. Tho. Add. q. 97. art. 1. Paſſio [inquit] ab exteriorib. nõ erit per transmutationem corporis, a ſua priſtina naturali diſpoſitione. Sed erit per actionem ſpiritualem, ſecundum quod ſenſibilia agunt in ſenſum, prout ſentiuntur, imprimẽdo formas

Species intẽtionales quæ ſint.

A illas ſecundum eſſe ſpirituale in Organum, & non ſecundum eſſe materiale, &c.

Per ſpecies materiales torquenda ſunt corpora nõ per intentionales.

At Scripturæ conſentaneum magis videtur, exiſtimare torquenda corpora damnatorum per ſpecies materiales, quemadmodum apud nos modò corpora cruciantur eorum, qui flãmis viui traduntur. Nam Scriptura, ſi non abſone poteſt in proprio ſignificatio intelligi, in proprio eſt intelligenda. Pro-

B prium autem ignis eſt, per materiales ſpecies vrere, non per intentionales. Neque verò Patres harum ſpecierum intentionalium ad hanc rem meminerunt. Multa ſunt concedenda tartaro, quæ mira ſunt. Quamobrem vi caret argumentum illud: Si actione materiali ageret ignis, damnatorum corpora corrumperentur; at non ſunt corrumpenda, ergo. Etenim diuina potentia fiet, vt incorruptibilia ſint damnato-

Dãnatorũ corpora ꝛeuera cremãtur licet nõ moriantur.

C rum corpora, & actione materiali exurantur. Imò quia incorruptibilia ſunt ideo non corrumpent, quamuis igne perpetuo crucient. Lege Dionyſium Carthuſianum pro hac ſententia pugnantem in 4. d. 44. q. 10. quo loco illud rectè aduertit, ſtatum futuri ſæculi fore ſupernaturalem, & alterius mòdi, ac ordinis. Multa ergo illi ſunt concedenda, quæ huic ſtatui repugnant.

Ignis tartareus eſt æternus.

De duratione huius ignis quçritur?

D An ſit æternus? Reſpondetur, ſententiam in damnatos latam aperiè oſtendere eſſe çternum. *Diſcedite* [ait Dominus] *à me maledicti in ignem çternum, &c.* Matth. 25. Item: *ibunt hi in ſupplicium æternum, iſti autem in vitam æternam, &c.* Vita çterna erit iuſtorum; ergo æternum ſupplicium impiorum. Vt enim vita çterna dicitur, ſic ſupplicium çternum eodem dicitur ſenſu. Aug. li. 21. de Ciui. c. 23. par (inquit) pari relata

Vita çterna eſt beatorũ & damnatorum ſupplicium.

E ſunt. Hinc ſuppliciũ æternum; inde vita æterna. Dicere autem in hoc vno, eodemq; ſenſu; vita çterna ſine fine erit, ſupplicium çternum finem habebit; multum abſurdum eſt. Vnde quia vita æterna ſanctorum ſine fine erit; ſupplicium quoq; æternum quib. erit, finem proculdubio non habet, &c. Itẽ D. Greg. lib 4. Dialog. ca. 44. Conſtat (inquit] & incunctanter verum eſt, quia ſicut finis non eſt gaudio bono-

Digitized by Google

rum;ita finis non erit tormento malorum. Nam cum veritas dicat: *Ibunt impij in ſupplicium æternum;iuſti autem in vitam æternam*: quia verũ eſt, ꝙ promiſit, falſum proculdio nõ erit, quod minatus eſt Deus, &c. Apoc. 20. *Diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnũ ignis, & ſulphuris, vbi beſtia, & Pſeudopropheta cruciabuntur, die ac nocte in ſæcula ſæculorũ, &c.* Marc. 9 *Vermis eorũ nõ morietur, &c.*

De ſupplicio damnatorum æterne errores plurimi.

Multi circa hanc æternitatem ignis tartarei errores fuere, quos latè refellit Aug lib. 21 de Ciuit. ca. 23. & ſeq. Nam vt Origenem omittam, multi, vt ait Aug. in Ench c. 112. cruciatus dãnatorum humano affectu proſecuti ſunt, dura mallè molliẽdo, & in leniorem flectendo, ſed falſam, ſententiam. At exterminandus eſt affectus, qui diuinæ repugnat veritati. Vincat affectũ atq; intellectum Veritatis & fidei vis. Lege D. Th. 4 d. 46. q. 3. Proſp. lib. 3. de vita contemplatiuæ ca. 12. Continuus (inquit) gemitus, cruciatus æternus, dolor ſummus, pœnalis ſenſus, torquẽt animas, neq; extorquẽt. Puniunt corpora neq; finiunt. Sibi deputatos ignis non extinguit; vt permanente ſentiendi vita pœna permaneat, & ad dolendum magis, quam ad viuendum, æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis viuacibus, immortalitas ſecundæ mortis occidat. &c.

Peccata ſũt æterna, ideò ignis æternus.

Si quæras, cur ignis eſt æternus? Reſpõdebitur, quia peccata ſunt æterna. Nam damnati non poſſunt pro peccatis facere ſatis Deo; ſiquidem caritate carent; ſunt debita æterna, quia ſoluere illa nullo modo queunt: Sunt etiam æterna ſupplicia. Pati non eſt ſatis, vt pœnæ debitũ remittatᷓ, opus eſt ſatisfacere. Damnati autẽ minimè ſatisfaciunt Deo; quia Deo grati nõ ſunt. Illorum tormẽtum plumbea eſt pecunia, qua nullũ ſoluit debitũ. Purgatorij pœna ſoluit, ꝙ pecunia argẽtea eſt, vel aurea; videlicet hominũq grati Deo ſũt.

Peccata venialia non expiantur in inferno, ſed in purgatorio.

Hinc fit, vt neq; pro peccatis Venialibus in Orco ſit vlla ſatisfactio. Lege D. Th. 1. 2. q. 87. ar. 3. & 5 In iferno (inquit) nulla poteſt eſſe remiſſio. Item: Æternitas pœnæ, reſpondet irremiſſibilitati culpæ, &c. At culpa damnatorum eſt irremiſſibilis; ergo pœna erit æterna, & in 4. d. 45. q. 2. Non poteſt

A eſſe vt pœna tollatᷓ, niſi prius culpa expieť, & ideo cùm culpa continuè maneat in damnatis, eorum pœna nullatenus interrumpetur, &c. Deniq; pœnæ menſura, ex ſapientia Dei infinita pendet. Pœna æterna debita peccato eſt; ſiquidem ſumma ſapientiæ Dei altitudo id iudicauit. Vnde illud Aug. li. de natura boni contra Manich. ca. 31. Quia cuique culpæ, qualis, & quanta debeatur pœna, diuini iudicij eſt, non

Pœna æterna debita & peccato.

B humani; ſic ſcriptum eſt ad Rom. 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius, &c.*

An ſit aliqua pœnæ mitigatio?

Numquid æterna hæc pœna mitigatur aliquo tempore, aut intermittitur? Aug. in Enchirid. cap. 112. permittit credi pœnæ æternæ aliquam mitigationem, his verbis: Exiſtiment, ſi placet pœnas damnatorum certis temporis interuallis, aliquatenus mitiga-

C ri, &c Prudentius in hymno ad incenſum Cerei Paſchalis, ait in nocte reſurrectionis Dominicæ, ſpiritibus nocentibus pœnarum eſſe ferias. Sed Poetis:

Horat. in Art.

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Niſi forte depurgante loquitur igne, in quo ſpiritus qui nocentes fuere, egerétq; pœnitentiam expiantur.

Sunt (ait) & ſpiritibus ſæpe nocentibus,
D *Pœnarum celebres ſub Styge feriæ,*
Illa nocte, ſacer qua redit Deus,
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.
Marcent ſupplicijs tartara mitibus.
Exultat quæ ſui carceris otio.
Vmbrarum Populus, liber ab ignibus.
Nec feruent ſolito flumina ſulphure.

Reſpondetur, non concedi hanc mitigationem: Quamobrem Auguſt. in Enchirid. capite indicato, ſupplicia damnatorum vocat cruciatus ſine in-

E termiſſione perpetuos; & Apocalypſ. 14. dicitur; *fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum, nec habent requiem die, ac nocte, &c.* D. Thom. 4. d. 45. quæſt. 2. Pœna (inquit) diminui non poteſt, niſi diminuatur culpa. Sicut neque auferri, niſi ea ablata, &c. At culpa damnatorum, non minuitur; ergo neque pœna. Eccleſ. 40. gloſſ. interlin. ibi (inquit) nulla pax, nulla doloris mitigatio, &c.

Pœna damnatorũ nõ poteſt diminui.

Item

Item D. Bonau. 4. d. 46 q. 2. Poſt pœnæ (inquit) taxationem, & inflictionem, nulla cadit mitigatio in damnatos. Quia claudit eis Dominus viſcera pietatis, &c.

CAPVT V.

An ſint in inferno alia ſupplicia præter incendium ignis.

Pœnæ in inferno, præter ignē, quæ ſint.

PRæter ignis ſupplicium, eſſe tenebras exteriores indicat Scriptura Matth. 22. *Mittite eam in tenebras exteriores.* Nam, vt ſuprà diximus, ignis ille non erit ſplendidus. Præterea erit fletus, & ſtridor dentium. Luc. 13. *Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium, &c.* Et Matth. 13. *Mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium, &c.* Apocalypſ. 14. adijcitur fumus: *Fumus tormentorum eorum aſcendet.* Iob 24. frigus: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium; & vſque ad inferos peccatum illius, &c.* Marc. 9. mentio fit vermis: *Vermis eorum non moritur, &c.* Inueſtigandum eſt, an in Orco fletus, ſtridor dentium vnde oriatur, an ſit fumus, & frigus, vermeſq; & ſerpentes, ventorumque impetus, vt vult Abulenſis Matth. 25. q. 554 ex Pſalm. 10. *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum*, id eſt, ventus procelloſus, *pars calicis eorum, &c.*

An ſit fletus in tartaro, & fumus verus.

Fletum ait D. Thomas, Addit. quæſ. 97. art. 3. eſſe poſſe in damnatis, ſecundùm quamdam capitis, & oculorum commotionem, & turbationem, non autem eſſe poſſe lacrymarum reſolutionem, & fluxum. Videtur Chriſtus fletum appellare damnatorum gemitus; edent enim magnos gemitus, illaque facient, quę flentes faciunt, quãuis lacrymas nullas fundant. Hugo Victorinus lib. 4. de anima, cap. 13. Nulla in inferno vox, niſi *Va, va, va*, ſonat, &c. Fumum, qui Apocalypſ. 14 igni tribuitur, verum eſſe fumum, non metaphoricum arbitrantur, D. Bonau. in 4. diſt. 50. art. 2. q. 1. & alij. Vnde D. Proſper lib. 3. de vita contemplatiua, ca. 12. ait, barathri fumantis caligine oculos obcęcari damnatorum. Sotus diſt. 50. q. vnica, art. 4. verum fumum eſſe negat, & Ribera Apocalypſ. 14. Nulla. n. materia erit apud inferos, quę in fumum reſoluatur. Sed reſpondebit eſſe ſulphuris materiam æterni.

De ſtridore dentiũ.

Stridor quoque dentium verus eſt, quamuis id neget Ambroſius Luc. 14. in fine. Vnde hic ſtridor oriatur, dubium eſt. Reſpondetur, oriri ex frigore, ſi frigus in tartaro eſt; qua de re mox agemus; vel oriri ex dolore, & indignatione, ſi frigus ibi nõ eſt. Ambr. Luc. 14. in fine. Stridor (inquit) dentium prodit indignantis affectum, eo quòd ſerò vnumquemq; pęniteat, ſerò ingemiſcat, ſerò iraſcatur ſibi, qđ tã peruicaci improbitate deliquerit, &c. D. Bern. ſerm. 8. in Pſ. *Qui habitat.* Fletus (inquit) ob ignem, ſtridor ob vermem, fletus ex dolore, ſtridor dentium ex furore; fletum tormentorum immanitas, ſtridorem dentium vehementia ipſa tabeſcentis inuidiæ, & obſtinata malignitas extorquebit, &c.

De frigore inferni.

Frigus autem eſſe in tartaro Beda ait, Iob 24. in verba illa citata: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium.* Quaſi duas (inquit) gehennas Iob dicere mihi videtur, ignis, & frigoris, ꝑ quas diabolus, hęreticus, & homo impius commutetur. Fortè in ipſa gehẽna talis ſenſum cruciatus fiet illis, qui in ea torquebunt̃, vt nunc quaſi ignẽ ardentem ſentiant, nunc nimiũ algoris incendium, & pęnalis cõmutatio, nunc frigus ſentientibus, nunc calor ſit, vt quaſi de loco ad locum trãſitus æſtimetur. Et fortaſſis inde Dominus ait Matth. 22. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium*, vt hic ſtridor dentium de rigore frigoris oriatur, &c. Eadem habentur in commentarijs in Iob, qui Philippi Presbyteri eſſe dicuntur. Et D. Hieronymus Matth. 10 Duplicem (inquit) eſſe gehennã, nimij ignis, & frigoris in Iob pleniſſime legimus, &c. Hugo Victorinus li. 4. de anima, c. 13. In inferno (inquit) eſt fletus, & ſtridor dentium, ibi trãſitur a frigore niuiũ ad calorẽ igniũ; & vtrumq; intolerabile, &c. Auctor libri, qui inſcribitur de triplici habitaculo, i. regno cęlorum, orbe terrarum, & inferno, tribuiturque Auguſtino, tom. 9. ſic ſcribit, cap. 2.

Duplex gehẽna in inferno, ignis, & frigoris.

Qui dicitur eſſe frigus in tartareo.

Digitized by Google

Principalia duo ſunt tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis. Vnde legitur in Euangelio: *Illic erit fletus, & ſtridor dentium.* Fletus namque, & liquefactio oculorum ex calore naſcitur; ſtridor verò dentium ex frigore. Hinc Iob: *De aquis* [inquit] *nimium tranſibunt ad calorem, &c.* Iuſtinianus in lib. de caſto connubio animæ, cap. 16 In inferno ignis eſt corporeus inextinguibilis, carens neceſſitate fomenti materialis. Lucet ad pęnam, nõ ad conſolationem. Ibi frigus incomparabile eſt, & dentium ſtridor, ibi quoque eſt fumus teterrimus, &cæt. Haymo Matth. 8. Inter cętera mala, quæ in inferno ſunt, duo mala ibi præualẽt, ignis, & frigus. Vnde dicit Iob: *Ab aquis niuium tranſibunt ad calorem nimium, &c.* Denique, ſic opinatur Anſelmus in Elucidario, Innocentius lib. 3. de contemptu mundi, cap. 4. D. Tho. Addit. q. 79 art. 1. ad 3. D. Bonauentura in 4. diſt. 44 art. 2. quæſt. 2. & alij. At Abulenſis Matth. 25. quæſt. 558. exiſtimat non eſſe apud inferos aquas niuium, & locũ illũ Iob, de pęnis huius vitę, nõ tartari interpretatur, vt interpretatũ Sotus in 4. diſt. 50. q. vnica. ar. 4. Idẽ Epiſcopus q. ſequenti 559. in eam opinionem propendet, quæ negat in tartaro eſſe frigus. Hanc ſententiam ſequitur Sotus loco indicato. Prior opinio cõmunis à Soto vocatur, & verbis Scripturæ nititur. In inferno ergo latiſſimum concedi poteſt frigidiſſimarum aquarum receptaculum, maris inſtar, in quod ex igne tranſeant damnati à dæmonibus rapti, & poſt ardorem patiantur frigus, ex quo oriatur ſtridor dentium. Ideoque à Beda, Hieronymo, & Philippo duæ gehennæ nominantur, altera ignis, altera frigoris, quia duo ſunt in inferno receptacula, alterum ignis, alterum aquæ frigidiſſimæ. Hoc idem docet Abulenſis ipſe in repetit. de ſtatu animarum, num. 303. his verbis: In loco gehennæ aqua frigidiſſima, eſt in qua damnati affliguntur. Nam ſicut calor nimius pœna afflictiua eſt, ita & magna frigiditas. De his Iob 24. *Tranſibunt ab aquis, &c.*

Sotus miratur, quòd ex verbis Iob 24. fuerit hæc collecta ſententia. Sed

A mirari deſinet, qui conſiderauerit verba ipſa hũc ſenſum egregiè recipere, & ita exponi à Beda, Hieronymo, Philippo, Haymone, Hugone Victorino, Auctore illo libri de triplici habitaculo, D. Thoma, Titelmanno, Carthuſiano, & alijs. Carthuſianus verò ſic ait Iob 24. Hoc communiter de pœna infernali exponitur, &c. Agit eo loco Iob de adultero: *Maledicta* [inquit] *ſit pars eius in terra, neque ambulet per viam*

Verba Iob explanantur.

B *vinearum*: hoc eſt, Maledicta ſit eius hęreditas in vita eius, agri maledicti ſint, & ſteriles; non ambulet per viam vinearum ſuarum, nullas habeat vineas fœcundas, per quas lætus deambulet, ſed omnia, quæ poſſederit, ſint infrugifera. Addit: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius, &c.* hoc eſt, Poſtquàm è vita diſceſſerit, in Orco igne torqueatur, & frigore, & peccata eius

C vſque ad inferos eum perferant, vbi ſic torqueatur. Quidnam eſt in hac tot Doctorum explanatione vitij? Hebræa non diſſentiunt, quæ ſic habent: ציה גם חם יגזלו מימי שלג *tſija gam ikom iygzelu meme ſcheleg*, qđ ad verbum ſic redditur: *Siccitas, ſiue ariditas, etiam calor, rapient aquas niuis*, hoc eſt, Ariditas, & calor, rapient impios, rapient quoque aquæ niuium in tartaro; quia tranſibunt à calore ad

D aquas niuium. Et quidem Iuſtinianus Epiſcopus Nebienſis in ſua verſione Iob iuxta Hebraicam veritatem; noſtræ verſionis verba omnia retinuit, quia vidit cum Hebraicis verbis conſentire. Habet ergo ſolidum fundamẽtum opinio in Scriptura, iuxta noſtrã verſionem a plurimis explicatam. Vertuntur aliter verba Hebræa hoc pacto: *Ariditas, & calor, rapient aquas niuis, ſepulchrum peccauerunt*: Sicque expli-

E cantur, vt ſimilitudo ſit: Quemadmodum ariditas, & calor, aquas niuales rapiunt, & conſumunt; ſic ſepulchrũ eos conſumit, qui peccauerunt. Hæc autem ſimilitudo noſtræ verſioni nõ congruit, quę & ſequenda eſt, & explicanda, atq; premenda præcipuè, congruit tamen propoſita Doctorum de aquis tartari explanatio. Sotus, & Abulenſis de pęnis huius vitæ interpretãtur. Quaſi dicat Iob: Impios variæ

Alia interpretatio.

riæ

riæ vexant ærumnæ in hac vita, ac cōtrariæ, ab aquis niuium transeant ad calorem nimium. De pœnis tartareis interpretatur idem Abulenſis in repetit. de ſtatu animarum, num. 303. De verme iam dicendum.

An ſint in inferno uermes.

An ſint vermes in tartaro, quæritur. D. Baſilius Pſal. 33. ait vermes in inferno eſſe: Vermium [inquit] innumerabilium genus venenoſum, ac carniuorum, eſitans quidem ſemper, nec tamen ſe ſatians, intolerabiles dolores morſibus infligens, &c. Auctor tract. de triplici habitaculo, tom. 9. D. Auguſtinus: In inferno [inquit] eſt ferocitas beſtiarum, dilaceratio immortalium vermium. Innocentius lib. 3. cap. 2. Vermis (inquit) duplex: interior, qui rodit cor; exterior, qui rodit corpus. Et cap. 4. In inferno erunt vermes indeficientes, &c. Hugo Victorinus lib. 4. de anima, c. 13. In inferno (inquit) omnes comburuntur, & vermib. corroduntur, nec conſumuntur, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur, &c. Anſelmus in Elucidario: Tertia (ait) pœna in inferno eſt, vermes immortales, i. ſerpentes, & dracones viſu, & ſibilo horribiles, qui, vt piſces in aqua, ita viuunt in flāma, &c. D. item Auguſtinus vermes corporeos in tartaro eſſe poſſe concedit lib. 21. de ciuitate, c. 9. Eligat [inquit] quiſque quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo vermem, aut vtrumq; propriè corpori. Iam enim ſuperiùs diſputaui, poſſe animalia etiā in ignibus viuere, &c.

Verum uermem nō fu turum qui dicant.

At D. Thomas, addit. q. 97. art. 2. negat. Vermem verò, de quo Marc. 9. Chriſtus loquitur, ter repetens verba illa; *Vermis eorum non moritur, & ignis nō extinguitur*, exiſtimat dici metaphoricè conſcientiæ morſum, atque ſtimulū. Idem alij ſentiunt Doctores. Nam vt vermis corporeus oritur ex putredine, ſic ex peccati putredine naſcitur vermis ſpiritualis, qui conſcientiam mordet. D. Ambroſius in fine cap. 14. Luc. Vermis [ait] eſt eo, quòd irrationabilia animæ peccata mentem rei (id eſt, peccatoris) ſenſumque compungant, & quędam exedunt viſcera conſcientiæ, &c. Idem ſentit Procopius, & Hieronymus Iſai. 66.

Veruntamen prior opinio confirmatur ex c. 7. Eccleſiaſt. *Humilia* [inquit] *valdè ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis, & vermis, &c.* Et ex cap. 16. Iudith: *Dominus* [inquit] *vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos; dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum, &c.* Cur [ait Auguſtinus cap. indicato, dictum eſt: *Vindicta carnis impij*, niſi quia vtrumque, i. ignis, & vermis, pœna erit carnis, &c. Præterea, verba Chriſti: *Vermis eorum non moritur*, id eſt, vermes eorum ſemper viuunt, (poſito ſingulari pro numero multitudinis) viuos vermes indicant, & immortales.

Vtraque ſententia veriſimilis eſt. Qui priorem ſequi volet, dicet, per Dei potentiam in tartaro eſſe vermes æternos, vt ait Baſilius, & alij. In illo enim multa aliter fient, quàm nunc fiunt. Qui poſteriorem complectetur, exponat neceſſe eſt verba Eccleſiaſtici, & Iudith, quæ vermes corporeos carni impiorum tribuunt. D. Auguſtinus loco citato, Eccleſiaſtici verba in hunc ſenſum exponit: *Vindicta carnis impij*, i. carnalis vitæ, ignis corpori, & vermis animo. Ita & Iudith verba explanari queunt: *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum*, id eſt, in carnalem vitā eorum. Puniet vitam carnalem verme, & igne. D. Thomas loco indicato ait, animas impiorū dici carne, quod carni obtemperarint; vel dici vermē conſcientiæ dari in carnes, & eſſe vindictam carnis; quia licet animi ſit vermis, tamen carnem etiam torquet, eo quòd paſſiones animę redundant in corpus. Rectiùs ſic exponentur; *Vindicta carnis impij, ignis, & vermis*. Ignis [inquam] in tartaro, vermis in ſepulchro. Iuxta illud eiuſdem Eccleſiaſtici 10. *Cùm morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & uermes, &c.*

Vermesq̄ue ſint uindicta carnis impii in ſepulchro.

Obijcies: In ſepulchro vermes non ſunt vindicta carnis impij; quia nullū doloris habet ſenſum: ergo non eſt hic ſenſus probandus. Reſpondebimus, vindictam carnis impij dici vermes; quia mors, & corruptio eſt vindicta carnis, & ex morte, & corruptione carnis naſcuntur vermes. Quaſi dicat ſapiens: Vindicta carnis impij

Digitized by Google

eſt ignis, & mors, atque corruptio, quam vermes conſequuntur. Similiter, & Iudith: *Dabit* (inquit) *in carnes eorum ignem* poſt iudicium, ante iudiciũ verò dabit mortem, corruptionem, & vermes. Illud autem Domini: *Vermis eorum non moritur,* conſcientiæ indicat morſum, qui nõ moritur, hoc eſt, ſemper vexat hominem.

Fętor ĩ tartaro an ſit.

Præter hæc, in tartaro eſſe aiunt fętorem. Hugo Victorinus lib.4. de anima, cap.13. Innocentius lib.3. de contemptu mundi, c.4. D. Anſelmus in Elucidario, Auctor de triplici habitaculo, cap.2. Iuſtinianus de vita ſolitaria, cap.10. ſulphureum fętorem vocat. Sotus quoque in 4. diſt.50. art.4. ſulphureum fætorem in Orco eſſe ait. Addit verò credendum eſſe, ex corporibus damnatorum tetrum emitti odorem, per ſpecies intentionales; quemadmodum ex corporibus beatorum ſuauis emittitur odor per eaſdem ſpecies.

Sitis, & fames in tartaro.

Intolerabili quoque ſiti affligi damnatos Iuſtinianus ſentit, & Auctor tract. de triplici habitaculo, locis indicatis. Addit hic Auctor ſiti famem. At obijcies, famem oriri ex actione caloris in humidum radicale; hanc verò actionem non eſſe apud inferos. Reſpondetur, eſſe hanc actionem apud inferos, & eatenus agere calorem in humidum, quatenus opus eſt, vt fames ſit, numquam autem conſumendum penitus humidum.

An ſint congerenda in aceruum.

Simili modo de ſiti loquendum. Tãdem rogabis de ſitu corporum damnatorum in inferno. Reſpondet Sotus A in 4. diſt.45. art.2. damnatos in aceruũ eſſe congeſtos. Si cauerna (ait) inferni eſt in imo centro terræ, neceſſe eſt dicere, quòd corpora damnatorum erunt congeſta, & aliud ſuper aliud conglomerata ad centrum, & vt in aceruo lapidum compreſſa, ſaxorum inſtar, quæ in camino ignis exurũtur, vt fiant calx. Niſi fortè, aliter Deo diſponente, ita ſint corpora illic pendula, vt inuicem ſe non tangant, &c. B Similiter alij apud D. Thomam, Addit. quæſt. 97. art.4. tenebrarum inferni cauſam eſſe dixerunt, commaſſationem corporum dãnatorum, quę præ multitudine ita Orcum complebunt, vt nihil maneat aeris, qui poſſit lucis eſſe ſubiectum. Verùm iam ſuprà diximus ex D. Bonau. inferni ſpatia eſſe latiſſima; non igitur opus erit hæc corporum coaceruatio.

damnatorũ corpora.

Tranſeamus ad alia; videamus tamen prius, C an dęmones poſt iudicium ſint cruciaturi homines damnatos. Reſpondetur, dęmones vſq; ad iudicium damnatos torquere. Iuxta illud Eccleſiaſtici 39. *Sunt ſpiritus qui ad vindictam creati ſunt, &c.* i. Sunt dęmones creati à Deo, impiorum tortores. Poſt iudicium verò, vt Magiſter d.47. ait, nonnulli putarunt, non habituros torquendi poteſtatem. Huius opinionis eſt D. Bonau. eadem diſt. Alij verò, eo- D dem Magiſtro teſte, arbitrati ſunt, & poſt iudiciũ fore tortores hominum. Quę ſententia videt probabilior. Quĩ ęquũ eſt, vt homines ab ijs torqueantur, quib. ſe per culpam ſubiecerunt.

An dęmones poſt iudicium torqueant homines.

CAPVT VI.

Iudicij dies læta probis, certiſſima, & maximè arcana.

MATTHAEVS CAPITE XXV. Veſ.32.

AB arbore autem fici diſcite parabolam: Cùm iam ramus eius te-
33 ner fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas. * Ita & vos
34 cum videritis hæc omnia, ſcitote, quia propè eſt in ianuis. * Amẽ
35 dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc
36 fiant. * Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præ-
37 teribunt. * De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi
38 ſolus Pater. * Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. *

Sicut

Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nu-
bentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in ar-
cam; * & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes. Ita erit 39
& aduentus filij hominis. * Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & 41
vnus relinquetur. * Duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vn[...]
quetur.

MARCVS CAPITE X[...] Verſ. 28.

A Ficu autem diſcite pa[...]olam: Cùm iam ramus eius te-
ner fuerit, & na[...] fuerint folia, cognoſcitis, quia in[...]
proximo ſ[...]itas. * Sic & vos cùm videritis hæc fieri, 29
ſcito[...]uod in proximo ſit in oſtijs. * Amen dico vobis, 30
quoniam non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta
fiant. * Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea 31
non tranſibunt. * De die autem illo, vel hora nemo ſcit, 32
neque Angeli in cęlo, neque Filius, niſi Pater.

LVCAS CAPITE XXI. Ver. 28.

HIS autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra:
quoniam appropinquat redemptio veſtra. * Et dixit illis ſi- 29
militudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores, * cùm 30
producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt
æſtas. * Ita & vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote, quoniam 31
propè eſt regnum Dei. * Amen dico vobis, quoniam non 32
præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. * Cœlum, & terra tranſibunt, 33
verba autem mea non tranſibunt.

LVCAS CAPITE XVII. Verſ. 26.

ET ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus fi-
lij hominis. * Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & 27
dabantur ad nuptias, vſque in diem, qua intrauit Noe in
arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. * Similiter 28
ſicut factum eſt in diebus Lot; edebant, & bibebant, eme-
bant, & vendebant, plantabant: & ædificabant. * Qua 29
die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem, & ſulphur
de cęlo, & omnes perdidit. * Secundùm hæc erit, qua die filius hominis re- 30
uelabitur. * In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcen- 31
dat tollere illa. Et qui in agro ſimiliter, non redeat retrò. * Memores eſtote 32
vxoris Lot. * Quicumque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet il- 33
lam; & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam. * Dico vobis, in illa no- 34
cte erunt duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. * Duæ erunt 35
molentes in vnum, vna aſſumetur, & altera relinquetur. Duo in agro, vnus aſ
ſumetur, & alter relinquetur. * Reſpondentes dicunt illi: Vbi, Domi- 36
ne? * Qui dixit illis: Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur 37
& aquilæ.

Ab arbore autem fici diſcite parabolam.

DE iudicij .... loquitur Dominus, quæ cùm app.... impij quidem tormenta ſen...erint, improbis autem gloriam omni ... ...erna, rentem ſignificabunt. Suprà dixerat, eadem ſigna magnum hominibus allatura timorem. *Areſcentibus* (inquit) *hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerſo orbi.* Nũc ſuos monet, ne timeant, cùm ſigna viderint, ſed bono ſint animo, atque ex hilarato, eo quòd ſigna bonum eximium illis ſint pronunciatura. Areſcant alij præ timore. Vos verò diſcipuli mei, qui extremo illo tempore, nullo ſcelere contaminatam vitam duxeritis, ne timete, ſed *reſpicite* in cœlum. Græcè, *ἀνακύψατε, καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν*, id eſt, *ſurſum aſpicite, & leuate capita veſtra*, animo non demiſſo, ac mœſto, ſed fidente, atque hilari eſtote. Nam ſicut capita deijcere, eorum eſt, quos timor premit, ad mœſtitia. Iuxta illud Geneſ. 4. *Cur concidit facies tua?* &c. Sic capita leuare, eſt eorum, quos fiducia, lætitia que exhilarat. Vnde illud Pſalm. 3. Tu Domine, *gloria mea, & exultans caput meum.* &c. D. Gregorius hom. 1. in Euangelia, ſic exponit: Cùm plagæ mundi crebreſcunt, cùm terror iudicij oſtenditur, *leuate* vos *capita veſtra*, id eſt, exhilarate corda, &c.

Iuſtorum ſigna iudicij videntium lætitia.

Letitiæ cauſa eſt, *quoniam appropinquat redemptio veſtra*. Quæritur, quænam ſit hæc redemptio Reſpõdetur, redemptionem eſſe corporum, quæ ſub mortis dira captiuitate, ad iudicium vſque tenent. Iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redẽptionem corporis noſtri.* &c. Et illud Oſeę 13. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, ò mors,* &c. Significat autem hæc redemptio non ſolùm redemptionem corporum à captiuitate mortis, & corruptione, verumetiam redemptionem, & libertatem perfectiſſimam ab omnibus morbis, doloribus, cæteriſque malis. Cũ autem Dominus nunc loquatur cũ illis, qui viuent extremis illis diebus, & ſigna ipſa iudicij cernent, ſignificare poterit redemptio, etiam animæ redemptionẽ, hoc ſenſu: Cùm ſigna videritis, ne terreamini, *quoniam appropinquat redemptio animæ, corporiſq; veſtri*, qua ex huius mundi vitijs, periculis, maliſq; omnibus in ſummam gloriæ libertatem redimemini.

Redemptio quænam ſit à iuſtis expectanda.

E... ...it illis ſimilitudinem: Videt.. ficulneam, &c.

SImilitudine indicat Dominus, ſigna iudicij, iudicium, & redemptionem propinquam oſtendere, neque eſſe ſigna, quæ rem longo poſt tẽpore futuram, ſed paulò poſt euenturam indicent. Apud Matthæum ſic legitur: *Ab arbore fici diſcite parabolam; Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas,* &c. Sic & apud Marcum. Apud Lucam hoc pacto: *Videte ficulneam, & omnes arbores, cùm producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas,* &c. Græcè pro illis verbis, *cùm producunt iam ex ſe fructum*, habetur: ὅταν προβάλωσιν ἤδη, id eſt, *cùm producunt iam.* Nomen *fructus* adiecit Interpres, perſpicuitatis gratia. Matthæus, & Marcus, ſolius ficus meminere; Lucas, ficus, & omnium arborum; Chriſtus enim, tam ficus, quàm reliquarum arborum fecit mẽtionem, in hanc ſententiam. *Videte ficum, cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas.* Itemq; Cùm ficus, cęteræque arbores fructũ producũt, id eſt, producere incipiũt, cognoſcitis, quòd æſtas propinqua ſit. Similem in modum, Cantic. 2. in deſcriptione veris, mentio fit ficus: *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit. flores apparuerunt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos,* &c. Ianſenius illa verba, *producunt ex ſe fructum.* ſic interpretatur, id eſt, iam producunt folia, & gẽmas. Euthymij Interpres ſic vertit: Protrudunt iam gemmas. Nam cùm arbores perfectum ex ſe fructum producunt, non eſt propinqua æſtas, ſed plena. Satiùs eſt ſic interpretari: Cũ arbores iam producunt ex ſe fructũ, id

Signa iudicium oſtendens propinquum, vt ...

id eſt, cùm iam incipiunt producere fructum, *ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos cùm videritis ſigna iudicij, ſcitote, quoniam propè eſt regnũ Dei*, quod in die illa extrema cunctis hominibus apparebit. Scitote etiam, quòd propè eſt regnum Dei, à iuſtis in vitam reuocatis, corporeq; donatis, poſſidendũ. Scitote, quòd propè eſt poſſeſſio perfecta regni Dei, in anima, & corpore. Nam in die iudicij dicet Dominus iuſtis: *Venite benedicti, poſſidete paratum uobis regnum*, &c. Matthæus ait: *Scitote, quia propè eſt in ianuis.* Marcus: *in oſtiis.* hoc eſt, Scitote quia valdè propinquũ eſt iudicium. Nam id, quod expectatur, & in ianuis iam eſt, valdè propinquum eſt. Simile eſt illud Iacobi 5. *Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit*, &c. Et Gene 4. *Nonne ſi malè egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit*, &c.

Iuſti hyemẽ habent, poſteà æſtatem, & ver.

Obſeruat Theophylac. Luc. 21. Iuſtis poſt procelloſam hyemem, aduenturam ſerenam æſtatem; impijs poſt ſerenam æſtatem, procelloſam adfuturã hyemem. Prodigia (inquit) ſignant, quòd ventura ſit æſtas. Hoc eſt, regnum Dei poſt hyemem, & tẽpeſtatem, quaſi ęſtatem, aduenturum iuſtis; tametſi peccatoribus futura ſit hyems, & tempeſtas. Nã illi præſens ſæculum pro æſtate habent, futurum autem pro hyeme, &c. Et Chriſoſtomus hom. 78. Prædicit [inquit] Dominus ſpiritalem æſtatem, tranquillitatemque à fluctibus huius vitæ iuſtis, hominibus adfuturam; iniuſtis autẽ, hyemem, ac terribiles tempeſtates, poſt æſtiuam tranquillitatem venturas, &c.

Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

EA omnia, quæ de iudicio dixit, omninò euentura, magna aſſeueratione confirmat. *Amen* (inquit) *dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec oĩa fiant*, &c. De qua generatione loquatur Dominus, dubium eſt. D. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, de generatione fidelium loqui exiſtimant, hoc ſenſu: Non præteribit, aut deſinet eſſe generatio fidelium. Numquam enim deſinent

Quæ ſit hoc loco futura generatio.

A eſſe Chriſti cultores, vſq; ad iudiciũ, etſi mille perſecutionibus vexentur. Similiter Origenes: Non præteribit (inquit) generatio noui Teſtamenti, donec omnia fiant, &c. D. Hierony. & Gloſſa interlinearis in Matthęum, & Beda in Lucam, generationẽ aiũt, aut omne hominum genus ſignificare, aut ſpecialiter Iudæorum, hoc ſenſu: Non præteribit generatio hæc Iudæorum, non deſinet in mundo eſſe, B donec fiant omnia, & iudicium adueniet. Nam ad extremum vſque tẽpus durabit, & tunc fidem veram recipiet. Sed rectiùs de generatione omnium hominũ locus intelligitur, hoc modo; Non deſinet eſſe in mundo humanum genus, donec omnia, quæ dixi, fiant. Hoc eſt, Omninò, & certiſſimè hæc fient, antequàm hominum genus aboleatur ex terra. In die iudicij à terra omnes homines, alij in C cęlum, alij in Orcum commigrabũt.

Loquitur de generatio hominum.

Abulenſis Matth. 24, quæſt. 197. hęc verba de Ieruſalem euerſione interpretatur, aitque, loqui Dominum de generatione Iudęorum, quæ tunc exiſtebat, cùm hęc dicebantur. Nã multi ex Iudęis, qui tũc in vita manebãt, euerſionis tempore ſuperſtites fuere. Idem exiſtimat Cardinalis Baronius 1. tom. Annalium. Non caret probabilitate ſententia, iuxta quam dicendũ D erit, Dominum voluiſſe ſignificare Diſcipulis, euerſionem Ieruſalem nõ eſſe differendam in longum tempus, tranſiſſeq; à ſignis iudicij ad euerſionem, hoc pacto: Quemadmodum arbores, cùm iam producunt gemmas, ac folia, incipiuntque fructum parere, æſtatem propinquam nunciant. Sic iudicij ſigna propinquum nunciabũt iudicium, & regnum Dei. Quod autem attinet ad euerſionem templi, E de qua me rogaſtis, & euerſionem vrbis. Amen dico vobis, quòd euertetur Ieruſalem, antequam hæc Iudęorum generatio extinguatur, id eſt, antequam omnes Iudæi, qui nunc viuunt, moriantur; omnia fient, quæ de euerſione vrbis, & templi dicta ſunt.

De Iudæis qui tunc exiſtebant, hęc intelligi poſſunt.

Cùm tamen reliqua omnia ad iudicium pertineant, veriſimilius videtur, hoc quoque ad illud pertinere,

ſenſu

ſenſu ſuprà explicato. Quòd autem reliqua ad iudicium ſpectent, conſtabit attentè legenti. Nam illud apud Lucam. *His fieri incipientibus, leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* manifeſtè ad iudicium ſpectat. In euerſione enim Ieruſalem nō appropinquabat vlla redemptio Diſcipulorum Chriſti Præterea illa verba; *His fieri incipientibus.* Solis obſcurationem, & ſtellarum indicant, ſonitum maris, &c. Quæ in iudicio contingent, in euerſione verò minimè contigere. Quod ſequitur; *Videte ficulneam*, & cętera, ad iudicium etiam ſpectant; vt illa verba oſtēdunt: *Cùm videritis hæc fieri, ſcitote, quoniam propè eſt regnum Dei.* Non regnum Dei poſt euerſionem vrbis, nō fuit magis propè, quàm ante euerſionem. Si hæc ad iudicium pertinent, cur hoc, quod ſequitur, non pertinebit? *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.*

Cęlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Verba Dei non poſſunt non eſſe firma & valida.

ASſeuerationem auget Dominus, certiſſimaque eſſe verba ſua indicat. Iuxta illud Iſai. 40. *Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum, &c.* An autē cœli tranſituri ſint, necne, ſuprà explicatum eſt. D. Hierony. in hunc ſenſum interpretatur verba hæc; *Cœlum, & terra tranſibunt*, immutatione, non abolitione ſui, *verba autem mea non tranſibunt* Eadem eſt interpretatio vtriuſque Gloſſę, ordinariæ, & interlinearis Bedæ, & Haymonis. Erit ſenſus: Cęlum, & terra immutabuntur, verbis autem meis mutatio nulla inerit, veriſſima ſunt, & immutabilia. Rectius ſic exponemus. *Cœlum, & terra tranſibunt*, &c. hoc eſt, Potiùs, vel priùs cœlum, & terra eſſe deſinent, quàm verba mea deſinant eſſe vera. Impoſſibilius eſt, verba mea deficere, quàm cęlum, & terrā aboleri, Chryſoſtomus ita interpretatur: Faciliùs hæc firma, & immobilia deſtruentur, quàm verba mea poſſint decidere, &c. Et Theophylactus: Confirmans (inquit) Dominus dicta, ait: Facilius

A eſt cœlum, & terram aboleri, quàm vt quoddam ex meis dictis mendax ſit, &c. Eodem modo Euthymius, Abulenſis, & Ianſenius. Probatur hic ſenſus ex c. 17. Lucæ, in quo hæc extant Chriſti verba ſimilia: *Facilius eſt cœlum, & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere*, &c.

B

CAPVT VII.

Dies iudicij latet homines, & Angelos.

De die autem illo, vel hora nemo ſcit, &c.

Dies iudicij maximè arcanus.

DIem iudicij maximè arcanum eſſe, atque omnibus hominibus, Angelisq; ignotum, docet Dominus. C Addit (quod mirum eſt) neque Filiū cognoſcere, ne Diſcipuli rogare velint, quantò diſtet interuallo, vt Chryſoſtomus ſentit. Quod (inquit) dixit: *Neque Angeli*: repreſſit eos, ne diſcere vellent, quod Angeli neſciunt. Eo verò, quod dixit; *Neque Filius*: non ſolū à diſcendo, ſed etiam à quęrendo prohibuit, &c. D. Athanaſius ſerm. 4 contra Arianos: Non reliquit (inquit) Diſcipulis occaſionem, qua ſe ad dicen- D dum premerent. Eo enim, quod dicebat ſe ignorare, refrænauit illorum curioſitates, &c. Refrænauit etiam curioſitates noſtras, ne ſcire, aut inueſtigare tentemus id, quod Angelis eſt ignotum, ſcirique non poteſt. Similem in modum Act. 1. curioſitatē Diſcipulorum cohibuit, cùm rogarūt: *Dñe, ſi in tpe hoc reſtitues regnum Iſrael?* Reſpondit enim: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in* E *ſua poteſtate*, &c. Quæ verba, ait Auguſtinus lib. 18. de ciuitate, c. 53. inutilem, & vanam finis mundi inueſtigationem eſſe oſtendunt. Fruſtrà [inquit] annos, qui huic ſæculo remanent, cōputare, ac definire conamur, cùm hoc ſcire non eſſe noſtrum, ex ore Veritatis audiamus. Quos tamen alij quadringentos, alij quingentos, alij etiam mille ab Aſcenſione Domini, vſque ad eius vltimum aduentum, com-

Cur Chriſtus dixerit ignotā eſſe iudicij diē.

Finis mundi ſciri non poteſt.

Digitized by Google

compleri poſſe dixerunt. Omnium
verò de hac recalculantium dignos
reſoluit,& quieſcere iubet ille,qui di
cit; *Non eſt veſtrum noſſe tempora, quæ Pa
ter poſuit in ſua poteſtate*. Hæc ille. Lege
eundem Pſal.6.

Nouit quidem omnia Chriſtus, in
quo,vt Paulus ait ad Coloſſ.2. *Sunt re-
conditi theſauri omnes ſapientiæ, & ſcientiæ
Dei*. Indagandum igitur eſt,cur dixe-
rit,neque Filium diem iudicij cogno-
ſcere. Numquid ipſa Dei ſapientia
diem iudicij non cognoſcit? Qui fieri
poteſt (ait Nazianzenus Gregor. 36.
orat) vt ſapientia,quidquam eorum,
quæ ſunt,ignoret, &c. Et Ambroſius
Luc. 17. Quomodo non dedit pater
cognitionem temporis filio,cui dedit
Quo ſenſu dixerit Chriſtus ſe ignorare diẽ iudicij. ipſius iudicij poteſtatem? Quomodo
filius neſcire poteſt, quod pater no-
uit,cùm in patre filius ſit,& Spiritus,
ſcrutetur etiam alta Dei,cùm ipſe fi-
lius altitudo ſit diuitiarum ſapien-
tiæ,& ſcientiæ Dei:&c. Multis modis
hæc explanantur verba.

Chriſtus non nouit, quia mem bra eius nõ nouerunt. Primus ſenſus eſt: Non nouit filius
diem iudicij in membris ſuis. Nam
membra Chriſti diem iudicij igno-
rant, ipſum caput egregiè nouit Ita
interpretatur Origenes tract. 30. in
Matth Et D.Grego. lib.8.epiſt.42.ad
Eulogium: Non eſt (inquit) hoc refe-
rendum ad Filium, iuxta hoc, quod
caput eſt; ſed iuxta corpus eius,quod
nos ſumus, &c.

Vel nõ nouit ſcientia experimentali. Secundus: Non nouit filius diem iu
dicij practica cognitione, atque ex-
perimentali. Nondum enim iudiciũ
exercuit. Sic Epiphanius hæreſ. 69.
Non nouit (inquit) diem ſecundum
actionem,hoc eſt,nondum iudicauit,
&c. Et Bernardus de gradib. humilit.
poſt præfationẽ: Volens (inquit) Do-
minus Diſcipulos ab inutilis inqui-
ſitionis curioſitate compeſcere; quod
inquirebant, ſe ſcire negauit, Tali
quodam modo,quo negare veraciter
potuit. Nam & ſi diuinitatis ſuæ in-
tuitu, diem quoque illum palàm ha-
bebat; non tamen carnis ſuæ ſenſib.
experiendo agnouerat, &c. Lege etiã
Originem tract. 3.

Non nouit, vt homo. Tertius ſenſus: Non nouit Filius
diem iudicij, vt homo. Ita Cyrillus
lib 9. theſauri,c.4. Greg.epiſt.indica-
A ta. Ambroſ. Luc.17. Magis [inquit] di
ctum hoc ſecundùm filium hominis
æſtimemus; quia temporum finem ;
non per naturam hominis,ſed per na
turam Dei nouit,&c. Gregorius: In
natura (inquit) humanitatis nouit
Chriſtus diem iudicij, ſed non ex na
tura humanitatis, &c. Et Cyrillus:
Diem iudicij ignorare diſpenſando
dixit Chriſtus; vt homini,quẽ aſſum-
pſit,congruentia diceret. Hominis.n.
B naturæ proprium eſt ignorare futu-
ra,&c. Nazianzenus orat 36. Horam
cognitam habet,vt Deus; ignorat,vt
homo, &c. Obijcies,falſum eſſe ſen-
ſum hunc;quia Chriſtus,vt homo,no
uerat diem iudicij; ſcientia à Deo ac
cepta Reſpondetur, hunc ſenſum ita
eſſe explicandum: Neſcit filius diem
iudicij,vt homo eſt, id eſt,qua homo
eſt,aut qua humanæ naturæ eſt ſcire
hanc diem. Nam ſi humanæ naturæ
C eſſet ſcire diem iudicij,omnes homi-
nes illam ſcirent. Hominis proprium
eſt (ait Cyrillus) ignorare futura, &c.
Non igitur cauſa, cur Chriſto nota
eſſet dies, erat natura humana; ſed
diuina, quæ ſcientiam humanæ infu-
dit. Ideo ait: Neſcit filius diem iudi-
cij, ſecundùm quod habet a Patre di-
uerſam naturam; ſed ſolus pater ſcit,
& filius, ſecundùm quod eandem ha
bet patris naturam, à qua humanitas
D rerum omnium cognitionẽ accepit. *Non ſcit Chriſtus diem iudicij, quà homo eſt.*
Vnde Caietanus ſic exponit: Neque
filius nouit ſecundùm humanam na
turam naturali notitia. Solus enim
Deus nouit ex ſua naturali ſcientia
tempora,& momenta, &c. In his au-
tem interpretationib. illud eſt aduer
tendum, Chriſtum noluiſſe Diſcipu-
lis diem aperire,atque adeò dixiſſe ſe
neſcire, quocumque modo id verum
eſſe poſſet; quamuis fortè non videa-
E tur accommodatè dictum ad id, quod
agebatur.

Chriſtus voluit ad fontem diuinitatis ſcientiam diei extremi referre. Quartus ſenſus: Voluit Dominus
ad fontem totius diuinitatis, & ſcien
tiæ, diei extremi ſcientiam referre, nẽ
pe ad patrem. Quemadmodũ Actor.
1. ad Patris poteſtatem retulit tempo
rum diſpenſationem, dicens; *Non eſt
veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ
pater poſuit in ſua poteſtate, &c.* Ait er-
go: *Nemo ſcit, neque Angeli, neque
Filius,*

A *Filius, niſi Pater.* hoc eſt, Hæc ſcientia in ſolo Patre eſt, veluti fonte, ac principio, Nemo diei extremi ſcientiam habet, niſi Pater, neque homines, neque Angeli illam habent, neque Filius à ſe illam habet, ſed à Patre velut principio accipit; ſolus enim Pater ſcit à ſe. Fauent huic ſenſui D. Baſilius, & Nazianzenus orat. 36. Quin (inquit) ne exiguum quidem mihi videtur intellecturus, qui ſic legerit, vt B vir quidam noſtræ memoriæ literarum ſtudioſus [videlicet Baſilius] nẽpe Filium non aliter diem illum noſſe, quã vt Pater. Quid enim hinc colligitur? Quoniam Pater cognoſcit, ideò etiam Filius. Tanquam videlicet nemo hoc cognoſcere queat, præter Principem illam naturã, &c. Huc etiam ſpectat ſenſus Euthymij: Diẽ neque Filius nouit, niſi Pater, ſubaudi, ſciat. Quia enim ſcit Pater, ſcit vtique & filius, &c. Illud quoque Aug. C ſerm. 21. de verbis Domini: Quod dixit Chriſtus, Patrem ſcire; ideò dixit, quia in Patre & Filius ſcit, &c. Et illud Athanaſij in diſputatione contra Arium, in Concilio Niceno: Ait [inquit] Dominus: *Neque Filius nouit, niſi Pater*; ſciens enim ſe nihil diſtare ſecundùm ſubſtantiam à Patre, ſuam præcognitionem ſubindicauit, ſub Patris præcognitione. Quemadmodum D dixit Ioann. 10. *Ego, & Pater, vnum ſumus, &c.*

Filius non aliter diem illũ nouit, quã ut Pater.

Filius adoptatus, id eſt, Chriſtianus, neſcit.

Quintus ſenſus: Eſt eiuſdam Athanaſij loco citato: Neq; filius ſcit adoptatus, videlicet populus Chriſtianus Minor [inquit] Filius gentium populus hic eſt, per obſequiũ amicus, hæreſque Patris, vt Filius deſignatus omni honore, & gratia apud Patrem dignus habitus eſt, excepto quòd cõſcius non ſit illius diei, & horæ, &c. E Prætereà, in catena D. Thomæ citantur Baſilij hæc verba: Legi in cuiuſdam libro, Filium hunc non vnigenitum, ſed adoptiuum debere intelligi, &c.

Filius neſcit, vt alijs aperiat.

Sextus ſenſus eſt: Neque Filius nouit diem iudicij, vt alijs aperiat; ideóque Diſcipulis aperire noluit. Sic Gregorius epiſtola illa 42. Sicut [inquit] nos diem lætum dicimus, non quòd ipſe dies lætus ſit; ſed qua nos A lætos faciat. Sic dictum eſt, non quòd Chriſtus neſciat diem, ſed quia hunc ſciri minimè permittat, &c. D. Ambroſius Luc. 17. Chriſtus [inquit] horam nouit, ſed nouit ſibi, mihi neſcit, &c. D. Hilarius lib. 9. de Trinitate; Filius diem idcircò, quia tacet, neſcit, &c. Item Auguſtinus lib. 1. de Trinitate, ca 12. Hoc [inquit] Chriſtus neſcit, quod neſcientes facit, id eſt, quod non ita ſciebat, vt tunc Diſcipulis in- B dicaret, &c. Et lib. 1. de Geneſi, contra Manichæos, cap. 22. Quia [inquit] hoc vtiliter occultabat Diſcipulis, neſcientẽ ſe eſſe dixit, quia illos neſcientes occultando faciebat, &c.

Chriſtus impios ſcit, et neſcit.

Neſcio vos, ait Dominus impijs Math. 25. Numquid impios neſcit? Scit quidem, & neſcit. Scit, vt damnet, neſcit, vt ſeruet. Sic iudicij diem ſcit, & neſcit. Scit ſibi, neſcit, vt eam nobis faciat notam. 1. Corint. 2. ait Paulus: C *Non indicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum*, &c. Multa alia nouerat Paulus, ſed nihil ſe iudicauit ſcire Corinthijs manifeſtandum, præter Chriſtum crucifixum. Hoc [inquit Auguſtinus] Paulus neſciebat, quod per illum Corinthij ſcire non poterant, &c. Sic Dominus iudicauit ſe iudicij neſcire diem, quia manifeſtare nolebat. Io. 15. ait: *Omnia, quæcumque audiui à Patre meo, nota* D *feci vobis*, &c. Multa audiuerat à Patre Dominus, quæ Diſcipulis nota non fecerat. Ait tamen, omnia ſe nota illis feciſſe, videlicet quæ a Patre acceperat, dicenda, ac manifeſtanda. Sic loco ait; *Neſcit*, id eſt, non audiuit à Patre Filius diem iudicij, neſcit [inquã] & non audiuit, vt notum vobis illũ faciat. Non enim ex ijs eſt, quæ audiuit, & accepit à Patre, vt vulgaret.

Obiectio.

Obijcitur: Erit ergo huiuſmodi E ſenſus: Diem iudicij nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius, niſi ſolus Pater. Hoc eſt, Reliqui neſciunt, vt aperiãt; ſolus Pater ſcit, vt manifeſtet. Hic autem ſenſus eſt falſus. Nam Filius, vt Deus, & Spiritus ſanctus, eo modo ſciunt diem iudicij, quo ſcit Pater; ergo ſi Pater ſcit, vt manifeſtet, etiam Filius, & Spiritus ſanctus, ſciunt, vt manifeſtent. Ergo nõ ſolus Pater ſcit diem iudicij. Reſpondetur cum Cardinale

dinale Caietano Marc. 13 & Abulenſi Matth. 24. quæſt. 208. Sumi hoc loco Patris nomen eſſentialiter, vt in oratione Dominica, cùm dicimus: *Pater noſter, qui es in cœlis.* eſt ſenſus: Nemo ſcit diem, neque Angeli ſciunt vllo modo, neque Filius ſcit, quia homo eſt, vt manifeſtet; ſed ſolus Deus ſic ſcit. Ille enim ſolus poteſt iudicij tẽpus notum facere. Ex D. Hilario aliter reſponderi poteſt, nomine *Patris* accepto pro prima Trinitatis perſona, hoc modo: Neque Filius ſcit, vt manifeſtet, niſi Pater; Pater enim ſcit, et manifeſtet Filio, quatenùs homo eſt. Neceſſe eſt (ait Hilarius lib. 9. de Trinitate) vt Pater diem ob id ſcire dicatur, quia non celauerit Filio. Si itaque diem Filius neſcit, ſacramẽtum eſt, vt taceat. E contrariò, pater ſolus oſtenditur ſcire, quia non tacet. Et Augu. lib. 1. de gen. contra Manichæos, cap. 22. Patrem (inquit) ſolum dixit Chriſtus ſcire diem ipſum, quia Filium ſcire faceret, &c. Et lib. 83. quæſt. 60. Bene accipitur, quod dictũ eſt, ſolum patrem ſcire, quia facit Filium ſcire, Filius autem neſcire dicitur, quia non facit homines ſcire, &c.

An ſumatur Pater perſonaliter.

Pater ſcit, vt manifeſtet Filio, quatenùs homo eſt.

Obijcitur: Filius, vt Deus, & Spiritus ſanctus, cum Patre manifeſtant Chriſto, vt homini, diem iudicij. Ergo non ſolus Pater ſcit, vt manifeſtet Chriſto. Reſpondetur, dictionem illam, *ſolus*; non excludere duas alias perſonas eiuſdem eſſentiæ numericẽ; ſcilicet, Filium, & Spiritum ſanctum; ſed homines, & Angelos, & Chriſtũ, qua homo eſt. Nemo nouit diem iudicij, neque homines, neque Angeli, neque Filius, vt homo eſt. Nouit, vt dicat, ſed ſolus Pater. Vnde ſequitur, quòd etiã Filius, quatenùs Deus eſt, nouerit, vt dicat, & Spiritus ſanctus.

Obiectio.

Vrgebit aliquis: Ergo ex loco probari non poteſt, homines, aut Angelos ſimpliciter ignorare iudicij diem, ſed tantùm neſcire, vt dicant. Siquidem de hac neſcientia hic ſermo eſt. Reſpondetur, cõcedi poſſe iuxta hãc expoſitionem. Vel rectiùs dicendum. Chriſtum de hominibus, & Angelis ſimpliciter loquutũ; illud verò, quod adijcitur, de ſe tantùm intellexiſſe,

A hoc ſenſu: *Neque Angeli* vllo modo diẽ nouerunt iudicij, *neque filius nouit*, vt dicat vobis Nam vt ſic intelligamus, in filio eſt maxima cauſa; quia ſcimus illum diem ſcire. In Angelis, & hominibus cauſa nulla ſuppetit.

Omnes has interpretationes vidit Chriſtus, cùm hæc verba protulit; aliaſq; pro infinita ſua ſapientia. Omnib. verò his modis, & alijs, vera eſſe voluit verba ſua. Quòd ſi quis opponat, aliquas interpretationes non eſſe

Interpretationes omnes dictæ probantur.

B accommodatas rei, quæ agebatur; reſpondebitur, eum, qui amphibologice loquitur, non id curare, vt accommodatè ad rem, quę agitur, loquatur; ſed vt verè loquatur, vario ſenſu. Chriſtus autem hoc loco amphibologicè loquutus eſt; ita vt aliud Diſcipuli intellexerint, aliud ipſe ijſdem in verbis. Chriſtus ſenſu, ſiue ſenſibus veriſſimis, verba protu-

C lit; Diſcipuli falſo ſenſu tunc intellexerunt. Sed quamuis falſum ſenſum conceperunt, non tamen peccatum aliquod commiſerunt; quia nondum perſpecta illis erat infinita Chriſti ſapientia.

CAPVT VIII.

D Dies iudicij aduenict ex inopinato.

Sicut autem in diebus Noe, &c.

APud Lucam, cap. 17. alio tamen tempore, & loco, hæc eadem dixerat Dominus. Vtrumque Euangeliſtam explicabimus. Noluit Dominus hominib. notam eſſe iudicij diẽ; ideoque arcanam adeò eſſe dixit, vt

E ne filius quidem illam ſciret, ſicut explicatum eſt. Nunc ignotam hanc diem, ex improuiſo, & ex inopinato homines illius ignaros, atque imparatos oppreſſuram ait, duobusq; exẽplis rem illuſtrat. Alterum eſt Noetici diluuij, apud Matthæum; alterum Sodomitici incendij, apud Lucam. *Sicut* (inquit) *in diebus Noe, & in diebus Lot, ita erit & aduentus meus.* Similis erit diebus illis, quibus diluuio orbis de-

Dies iudicij quibus ſimilis futurus eſt.

mer-

Digitized by Google

merſus eſt; & illis quibus infames ciuitates incendio conflagrarunt. Antequàm aquæ inundarent orbem, igniſque in ciuitates deſcenderet ſulphuri permixtus; homines timore liberi, & impendentis mali inſcij, ſolitum humanæ vitæ tenebant curſum, cibum ſtatis temporibus ſumebant, ducebant vxores, mercaturas faciebant, extruebant ædificia, ſerebant arbores, atque alia negotia exercebant. Latuit eos diluuij dies, & incendij, ſubitoque imparatos obruit. Eundem in modum, antequàm iudicij adſit dies, illius temporis mortales ſecuri vitam traducent, imminentiſq; periculi ignari, ſolitis vacabunt operibus; abſcondita illis erit horribilis dies, atque ex improuiſo, nihil tale opinantes, repentina obruet tempeſtate. Simile illud eſt Apoſtoli 1. ad Theſſalonic. 5. *Ipſi diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint Pax, & ſecuritas: tunc repẽtinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient, &c.*

Dies iudicij ex inopinato aduenict.

Obiectio.

Obijcitur; Cùm Dominus aduenerit, nulli iam erunt homines in orbe terrarum ſuperſtites; omnes enim ignis antè abſumet. Non ergo tunc ducent vxores, mercaturas facient, alijſve huiuſmodi occupationibus implicabuntur, ſiquidem mortui erunt. Reſpondetur, aduentum Chriſti, vel diem aduentus, hoc loco complecti etiam ſigna aduentus, quæ cùm apparuerint, ſolitis operibus vacabunt homines. Cùm erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis, tunc ſuperſtites erunt homines, humanaque exercebunt negotia; ſignis conſpectis, horreſcent, areſcentque præ timore. Nã, vt dicitur Luc. 21 *Tunc erit preſſura gentium in terra, areſcentibus hominibus præ timore, &c.* Cùm autem Chriſtus è cęlo deſcendens aduenerit, igni omnes erunt abſumpti. Vrgemus; Signa hæc poſt Antichriſti cladem apparebunt; eo autem tempore non erunt homines comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, ſed pœnitẽtiæ vacantes. Nam poſt cædem Antichriſti ſcient inſtare iudicij diem, potiuſque pœnitentiæ vacabunt, quàm comeſſationibus, ac delicijs. Ergo cũ

Dies iudicij hic complectitur ſigna ipſius.

Poſt cędem Antichriſti multi erunt improbi, qui vacabũt delicijs

A ſigna iudicij conſpicientur, non erũt homines delicijs, ac inanibus occupationibus implicati. Reſpondetur, ſigna iudicij appropinquantis poſt cladem Antichriſti conſpicienda. Poſt cladem verò Antichriſti multos fore improbos, multos etiam improuidos, atque incautos, qui iudicij diem non cogitent. Hos imparatos, ſæculiq; curis implicatos dies opprimet. Gloſſa ordinaria 1. Theſſalonicenſ. 5. Poſt B mortem Antichriſti, quadraginta quinque dies concedentur ad pœnitentiam hominum, qui titubauerunt in perſecutione illa. Sed miniſtri Antichriſti gaudebunt illis diebus, ducentes, vxores, & conuiuentes, dicentes: Licèt Princeps noſter mortuus ſit, modò habemus pacem, & ſecuritatem. Sic Gloſſa. Et D. Hieronymus Matth. 24. Exiſtimandum (inquit) eſt, iuxta Apoſtolum, quòd poſt pugnas, C & diſſenſiones, peſtilentias, fames, terræmotus, & cętera, quibus genus vaſtatur humanum, breui ſubſequutura ſit pax, quæ quieta omnia repromittat, vt fides credentium comprobetur, vt tranſactis malis, ſperent Iudicem venturum. Hoc eſt enim, quod in Paulo legimus 1. Theſſalonicen. 5. *Cùm dixerint: Pax, & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperueniet interitus.* Hæc Hieronymus. Præterea aduerte, Do- D minum nulla hic hominum flagitia commemoraſſe, ſed ea tantùm, quæ etiam homines probi facere conſueuerunt. *Erunt* [inquit] *comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes.* Et apud Lucam *Edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant.* Non ſunt hæc opera flagitioſa, probis etiam hominibus conuenire poſſunt. Quamobrem reſponderi poteſt, Dominum de omnibus ho- E minibus loqui, probis, atque improbis. Omnes enim improbi, & ex probis multi, quia diem ignorabunt, ſolitum vitæ curſum tenebunt, ſolitiſque negotijs dabunt operam, quouſque iudicij ſigna appareant.

Vnus aſſumetur, & vnus relinquetur, &c.

TVnc [ait Dominus] hoc eſt, in aduentu ad iudicium, duo homines ſecuri, abſque vllo timore, ignari impendentis iudicij, erunt in agro commorantes, ſiue laborantes, vnus ex duobus aſſumetur, alter relinquetur. Duæ fœminæ nihil de iudicio inſtante cogitantes, erunt molentes in mola; vna aſſumetur, altera relinquetur. Nam olim ancillarum erat molere. Iuxta illud Exod. 11. *Morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam, &c.* Et illud Iſai. 47. *Deſcende, ſede in puluere, virgo filia Babylon, tolle molam, & mole farinam, &c.* Apud Lucam alio loco, & tempore addidit Dominus: *In illa nocte erunt duo in lecto vno,* videlicet, vir, & vxor, *ſubitoq́; vnus aſſumetur, & alter relinquetur.* Tum rogarunt Diſcipuli apud Lucam: *Vbi, Domine?* Græcè, πῦ, *vbi*, vel ποῖ, quò. Hic *vbi* ſignificat, quò. Quonam, inquit, aſſumentur? Reſpondit Dominus: *Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ.* Quæ verba iam ſupra ſunt explanata lib. 9 cap. 9. Significat Deus aſſumendos bonos ad ſe, improbos relinquendos igni. Qui aſſumitur [ait Ambroſius Luc. 17.] rapitur obuiam Chriſto in aera. Qui autem relinquitur, improbatur, &c. Significat etiam his verbis, iudicij diem ex inopinato homines oppreſſuram, ac diuiſuram. Erunt enim tunc duo ſimul laborantes in agro, duæ ſimul molentes, duo ſimul in lecto, adueniet que inopinata dies, illoſq; diuidet: ex duobus vnus ad Chriſtum aſſumetur, alter tartaro relinquetur. Oſtendit præterea ex eodem ſtatu, alios damnandos, alios beandos, nec ſolum viros, ſed etiam fęminas.

Ancillæ ad molã erant deputatæ.

Vbi ſumitur pro quò.

Quò aſſumendi, vel vbi relinquendi.

Obiectio. An in aduẽtu Chriſti multi ſuperſtites ſint futuri.

Nonne cùm Dominus venerit ad iudicium, omnes homines mortui erunt? Cur igitur Dominus ait: Tunc in illa nocte erunt duo in agro, duæ molentes in mola, duo in lecto; vnus aſſumetur, alter relinquetur? Sanè videntur hæc verba ſignificare, in aduentu Domini multos fore ſuperſti-
A tes, quorum nonnulli aſſumantur in aera ad Chriſtum, alij in terra relinquantur, tartareis ignibus mancipandi. At vt concedamus, multos in ipſa die aduentus, ſaluos, atque incolumes ſuperfuturos: qui fieri poteſt, vt abſque terrore ſint in lecto, vel in agro, vel ad molam, cùm horribilia ſigna præceſſura ſint aduentum, quæ homines magnoperè ab omni quiete, & labore deterrebunt? Reſponde-
B tur, hæc verba vel eſſe parabolica, iuxta ſenſum Auguſtini infrà poſitum, vel intelligenda de tempore antecedente ſigna iudicij, hoc pacto: Illa nox, cum Sol obſcurabitur, & horribilia ſigna exiſtent, ex inopinato homines opprimet. In illa nocte, id eſt, tempore tenebroſo, duo erunt in agro, duæ ad molam, duo in lecto; vnus aſſumetur poſt mortem, vnus relinquetur, &c.

C Caietanus Matth. 24. arbitratur, illius temporis homines iudicij ſignis non credituros, & ſæcularibus negotijs, vt tempore Noe, daturos operã, neque acturos pœnitentiam. Declarat (inquit) Dominus, quem fructum facient ſigna iudicij præuiſa, declarando, quòd non facient communiter fructum; ſed erit tunc, ſicut in diebus Noe, tum quoad officia, comedendo, bibendo, & nubendo, & a-
D lia huiuſmodi faciendo; tum quoad impœnitentiam, &c. Sed hæc arbitratio carere videtur probabilitate, maxime in Chriſtianis. Præterea, quamuis non credant, vel non cognoſcant ſigna eſſe iudicij, tamen timore adeo horrebunt, vt humanis negotijs vacare non libeat. Iuxta illud Lucæ 21. *In terris preſſura gentium, areſcentibus hominibus præ timore, &c.*

Homines nequam iudicij ſignis nõ mouebuntur.

E D. Auguſtinus lib. 2. de quęſtionib. Euang. ſpiritali ſenſu, tria hominum genera hic ſignificari putat. Duos in lecto, eos exiſtimat indicare, qui ſæcularibus negotijs, & Eccleſiaſticis liberi, quietem complectuntur. Duas molentes, eos, qui humanis operam dant negotijs. Fœminæ nuncupantur, quia doctiorum conſilio diriguntur, molentes verò, quia tẽporalia negotia velut molam agitant. Duo verò

Horum verborum quis ſit moralis ſenſus ex Auguſt.

in agro laborantes, Prælatos adumbrant, & eos, qui in agro Domini laborant. Primum genus cenſet adumbrari à Daniele, qui cęlibem elegit vitam. Secundum a Iob, qui filios, & vxorem habuit, amplaſq; terrenarum rerum copias. Tertium a Noe, qui arcam in fluctibus gubernauit. Ex ijs tribus generibus hominum, qui in Eccleſia reperiuntur, quidam aſſumuntur, alij relinquuntur. Aſſumuntur ad Chriſtum illi, qui tentationes ſuperant, relinquuntur illi, qui a tētationibus ſuperantur. Aduen iente (inquit Auguſt.) tentatione tribulationis, & ex illis, qui ſunt in otio, & ex illis, qui ſunt in negotijs ſæculi, & ex illis, qui Deo in Eccleſia miniſtrant, aliqui permanent, aliqui cadunt. Qui permanent, aſſumuntur, qui cadunt, relinquuntur, &c.

Euthymius arbitratur, in agro laborantes ſignificare diuites, molentes verò ſignificare pauperes Theophylactus Luc. 17. diuitum imaginem vult eos eſſe, qui in lecto ſunt, pauperum molentes. Colligitque ex hoc loco, aliquos ex diuitibus ſeruari, aliquos ex pauperibus condemnari. Colligit præterea ex illis verbis Lucæ: *In illa nocte duo erunt in lecto, &c.* aduentum Domini nocte futurum. Dicimus (inquit) quòd in nocte aduētus erit, &c. Chryſoſt. quoq; Matth. 24. Mihi videtur ex hoc etiam ſignificari, aduentum illum nocturno tēpore futurum. Quod etiam Lucas aſſerit, &c. At verò Lucas non loquitur de ipſo illo die, vel nocte, qua Dominus eſt aduenturus, vt diximus; quia tunc nullus homo erit in lecto, nullus in agro, nulla ancilla ad molam; ſed de tempore antecedente iudicium.

Aduentus Domini in nocte futurus eſt.

In illa hora qui fuerit in tecto, &c. E

Nulla alia cura præter quam ſalus animæ habenda eſt.

HÆc verba erant apud Lucam, c. 17. Hortatur Dominus eos, qui extremo illo tempore ſuperſtites fuerint, ne aliud quidpiam tunc præter animæ ſalutem curent, domeſticamque ſuppellectilem, ipſamque etiam vitam ſpernant. *In illa* (inquit) extrema *hora*, id eſt, tempore extremo, *qui in tecto domus ſuæ fuerit*, ſignaq; iudicij A conſpexerit, nullam interponat moram, paret ſe protinus, vt occurrat Iudici, nihil curet aliud, rem familiarē pro nihilo ducat, non deſcendat ex tecto, vt vaſa ſuæ domus, hoc eſt, ſuppellectilē, tollat. Qui verò fuerit in agro, non redeat retrò domum, ſed in agro ipſo ſe præparet ad mortem, & iudicium ſubeundum. *Memores eſtote vxoris Lot*, quæ, quia retrò aſpexit, in ſtatuam ſalis conuerſa perijt. Cauete ne illi ſi B milis ſitis, retroq; in terrenas opes, aut voluptates aſpiciatis, & miſerandum in modum pereatis. Ipſam etiā vitam tunc ſpernite, animæ tantummodo ſalutem præ oculis habete, omnibuſque rebus anteponite. Nam quicunque tunc voluerit, animam, id eſt, vitam ſuam ſaluam facere, deque vita ſola conſeruanda, non verò de pęnitentia agenda cogitarit, perdet eam. Is ſeruabit, qui tunc vitam perdiderit pa- C tienter, ſeq; ad mortem, & iudicium bene præpararit. Sic explicari poſſunt hæc verba. Verum aliud videntur ſignificare: Videlicet, non eſſe timendos perſecutores, periculaq; omnia, pro æterna vita eſſe ſubeunda, Crediderim ergo Dominum ad Antichriſti perſecutionem reſpexiſſe; vel ad alia etiam tempora. Et quia de iudicio agebat, obiter inſeruiſſe hæc verba, quibus omnes monet, vt animę ſa- D lutem, æternamq; vitam temporariæ vitæ anteponant, omneſque cruciatus, ſi opus ſit, perferant, ne in iudicio æternis ſuppliciis mancipentur. Lyranus ad Antichriſti perſecutionem refert, Lucæ 17.

CAPVT IX.

De iudicio.

Morale.

SAnctiſſimus ille Bernard. ad Thomam de S. Audomaro epiſtolam ſcribens 108. non ſalutem illi plurimam dicit, ſed timorem plurimum, in ipſo epiſtolæ aditu; Chariſſimo (inquit) filio ſuo Thomæ frater Bernard. claræ vallis vocatus Abbas in ſpiritu timo-

D. Bern. pro ſalute ſpiritum timoris alteri precatur.

timoris Dei ambulare, &c. Timebat
Bernard. quia non timebat Thomas;
timoris idcirco ſpiritum illi exopta-
bat. Hic imminẽtia ſupplicia non me-
tuebat, ille ne incautus homo, quæ nõ
metuebat incurreret, formidabat. Vn
de in eadem epiſtola addit. Ad om-
nem recordationem tui, animam meã
tranſuerberat gladius timoris; tanto
acerbius, quanto te minus timentem

Eccleſia timorem Dei hominibus perſuadere nititur.

conſidero, &c. Quod beatiſſimus Pa-
ter Thomæ ſuo, & optabat, & time-
bat, id Eccleſia omnibus, qui Dei ti-
more carent, & optat, & timet. Ne in
æterna tormenta malè ſecuri homi-
nes incidant, timet; vt in ſpiritu timo-
ris Dei ambulent, vehementer optat,
atque ideo horrendum Dei iudicium,
rogoſq; tartareos, ob oculos nobis po
nit. Etenim in via mundi, qui ambu-
lant in ſpiritu audaciæ, ij habentur
fortes, qui in ſpiritu timoris, ij imbe-
cilles. Contra verò in via Dei accidit.
teſte Magno Gregorio: ſicut in via ſæ-
culi (ait ille Iob c. 4. ad illa verba. *Vbi
eſt timor tuus*) audacia fortitudinem, ita
in via Dei audacia debilitatem parit,
& ſicut in via ſæculi, timor debilita-
tẽ; ita in via Dei, timor fortitudinem
gignit, &c.

Fortẽ facit timor, audacia debilem.

Imbecillimus eſt in via Dei audax
homo, qui iudicij oblitus voluptates
percurrit audacter, ac flagitia, illis ſi-
milis quos Sapient. 2 ſic loquentes au
dimus: *Coronemus nos roſis, antequam mar
ceſcant; nullum pratum ſit, quod non per-
tranſeat luxuria noſtra; opprimamus pau-
perem, iuſtum, & non parcamus viduæ, &c.*
De his illud eſt Pſalm. 13. *Contritio, &
infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non
cognouerunt. Non eſt timor Dei ante ocu-
los eorum, &c.* Fortis ille eſt, qui timore
armatus, voluptates ſuperat, ſcelera
fugat, prauas animi appetitiones, di-
uinæ legis vinculis obſtringit; nihilq;
timet creatum, quia timet creatorẽ.
Nam vt ait Gregor. loco citato: Mens
noſtra in timore Domini conſtituta,
non inuenit extra quod metuat, quia
dum recto metu conditori omnium
iungitur, poteſtate quadam ſupra om
nia ſubleuatur, &c.

Metus quidam rectus eſt, & quis ille ſit.

Rectum vocat metum, quia ſunt me
tus, ſiue timores, non recti, quibus illa
timemus vſque ad peccatum, quæ ti-
A menda non ſunt, iuxta illud Pſal. 13.
ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
Lege Baſilium Pſalm. 33. Timet ho-
mo imbecillis pecuniæ detrimentum,
ignominiam, vel mortem; atque ideo
crimine ſe inquinat. Non rectus ti-
mor hic eſt, ſed prauus, atque im-
pius. Rectus ille eſt, quo Deus time-
tur, iuxta illud Domini Lucæ 12. *Oſten
dam vobis, quem timeatis, timete eum, qui
poſtquam occiderit poteſtatem habet mittere
B in gehennam. Ita dico vobis hunc timete, &c.*

Timemus, quæ nõ ſunt timenda.

Oſtendam [inquit] vobis, quem ti-
meatis, ſcilicet Deum, quem non vi-
detis oculis carnis, ſed mentis. Hic. n.
ſolus timendus, hunc qui timet nihil
aliud timet. At nos cætera omnia ti-
memus, Deum non timemus. Tan-
demque male ſecuri, in eius incidi-
mus manus, pęnaſq; ſoluimus meri-
tas. Auguſt. de temp. barbarico cap. 1.
Plus (inquit) æſtimatur timor homi-
C nis, quam timor Dei, præferunt homi
nes ipſi Deo, res quas acceperunt a
Deo, &c.

Cum pueris nos confert Chryſoſt.
qui laruas timent, non ignem. Ita nos
laruas timemus malorum, ipſum ve-
rò malum, id eſt, ipſum peccatum, i-
gnemque æternum, quo nos ducit,
non formidamus. Chryſoſt. homil. 5.
ad Populum Antiochen. Pueri [in-
quit] parui laruas timent, ignem non
D timent. Sed ſi ad lucernam portari
contingat, manum immittunt flãmę.
Sic nos timemus mortem, quæ eſt lar-
ua contemptu digna, peccatum non ti
memus, quod eſt vere timendum, &
ignis more cõſcientiam corrodit, &c.
Lucretius lib. 2.

*Nam veluti pueri trepidant, atque om-
nia cæcis,*
*In tenebris metuunt: ſic nos in luce time-
mus,*
E *Interdum nihilo, quæ ſunt metuenda ma-
gis quam*
Quæ pueri in tenebris pauitant,
Finguntque futura, &c.

Cõtra verò qui in ſpiritu timoris am-
bulant, Deum timent, cætera non ti-
ment, timore timorem vincunt, iudi-
cij, & gehennæ timore, cæteros om-
nes timores ſuperãt. Nam timor quo-
runcumque malorum, æterni ignis ti-
more expugnatur. Vnde Chryſoſt.

Ab arbore autem fici diſcite parabolam.

DE iudicij ... nus, quæ cùm app... loquitur Dominus, ...ij quidem tormenta ſe... ...erint, improbis autem gloriam omni fine ... rentem ſignificabunt. Suprà dixerat, eadem ſigna magnum hominibus allatura timorem. *Areſcentibus* (inquit) *hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient uniuerſo orbi.* Nūc ſuos monet, ne timeant, cùm ſigna viderint, ſed bono ſint animo, atque exhilarato, eo quòd ſigna bonum eximium illis ſint pronunciatura. Areſcant alij præ timore. Vos verò diſcipuli mei, qui extremo illo tempore, nullo ſcelere contaminatam vitam duxeritis, ne timete, ſed *reſpicite* in cœlum. Græcè, *ἀνακύψατε, καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν*, id eſt, *ſurſum aſpicite, & leuate capita veſtra*, animo non demiſſo, ac mœſto, ſed fidente, atque hilari eſtote. Nam ſicut capita deijcere, eorum eſt, quos timor premit, ad mœſtitiã. Iuxta illud Geneſ. 4. *Cur concidit facies tua?* &c. Sic capita leuare, eſt eorum, quos fiducia, lætitia que exhilarat. Vnde illud Pſalm. 3. Tu Domine, *gloria mea, & exultans caput meum.* &c. D. Gregorius hom. 1. in Euangelia, ſic exponit: Cùm plagæ mundi crebreſcunt, cùm terror iudicij oſtenditur, *leuate* vos *capita veſtra*, id eſt, exhilarate corda, &c.

Iuſtorum ſigna iudicij videntium lætitia.

Letitiæ cauſa eſt, *quoniam appropinquat redemptio veſtra*. Quæritur, quænam ſit hæc redemptio? Reſpōdetur, redemptionem eſſe corporum, quæ ſub mortis dira captiuitate, ad iudicium vſque tenent. Iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redēptionem corporis noſtri.* &c. Et illud Oſeę 13. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, ò mors,* &c. Significat autem hæc redemptio non ſolùm redemptionem corporum à captiuitate mortis, & corruptione, verum etiam redemptionem, & libertatem perfectiſſimam ab omnibus morbis, doloribus, cæteriſque malis. Cū autem Dominus nunc loquatur cū illis, qui viuent extremis illis diebus, & ſigna ipſa iudicij cernent, ſignificare poterit redēmptio, etiam animæ redemptionē, hoc ſenſu: Cùm ſigna videritis, ne terreamini, *quoniam appropinquat redemptio animæ, corporiſq; veſtri*, quæ ex huius mundi vitijs, periculis, maliſq; omnibus in ſummam gloriæ libertatem redimen...

Redemptio quænam ſit à iuſtis expectanda.

E... ...it illis ſimilitudinem: Videte ficulneam, &c.

SImilitudine indicat Dominus, ſigna iudicij, iudicium, & redemptionem propinquam oſtendere, neque eſſe ſigna, quæ rem longo poſt tēpore futuram, ſed paulò poſt euenturam indicent. Apud Matthæum ſic legitur: *Ab arbore fici diſcite parabolam: Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas*, &c. Sic & apud Marcum. Apud Lucam hoc pacto: *Videte ficulneam, & omnes arbores, cùm producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas*, &c. Græcè pro illis verbis, *cùm producunt iam ex ſe fructum*, habetur: ὅταν προβάλωσιν ἤδη, id eſt, *cùm producunt iam*. Nomen *fructus* adiecit Interpres, perſpicuitatis gratia. Matthæus, & Marcus, folius ficus meminere; Lucas, ficus, & omnium arborum; Chriſtus enim, tam ficus, quàm reliquarum arborum fecit mentionem, in hanc ſententiam. *Videte ficum, cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas.* Itemq;: Cùm ficus, cęteræque arbores fructū producūt, id eſt, producere incipiūt, cognoſcitis, quòd æſtas propinqua ſit. Similem in modum, Cantic. 2. in deſcriptione veris, mentio fit ficus: *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit. flores apparuerunt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos*, &c. Ianſenius illa verba, *producunt ex ſe fructum.* ſic interpretatur, id eſt, iam producunt folia, & gēmas. Euthymij Interpres ſic vertit: Protrudunt iam gemmas. Nam cùm arbores perfectum ex ſe fructum producunt, non eſt propinqua æſtas, ſed plena. Satiùs eſt ſic interpretari: Cū arbores iam producunt ex ſe fructū, id

Signa iudicium oſtendent propinquum, vt ficus æſtatem.

id eſt, cùm iam incipiunt producere fructum, *ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos cùm videritis ſigna iudicij, ſcitote, quoniam propè eſt regnũ Dei*, quod in die illa extrema cunctis hominibus apparebit. Scitote etiam, quòd propè eſt regnum Dei, a iuſtis in vitam reuocatis, corporeq; donatis, poſſidendũ. Scitote, quòd propè eſt poſſeſſio perfecta regni Dei, in anima, & corpore. Nam in die iudicij dicet Dominus iuſtis: *Venite benedicti, poſſidete paratum uobis regnum*, &c. Matthæus ait: *Scitote, quia propè eſt in ianuis.* Marcus: *in oſtiis.* hoc eſt, Scitote, quia valdè propinquũ eſt iudicium. Nam id, quod expectatur, & in ianuis iam eſt, valdè propinquum eſt. Simile eſt illud Iacobi 5. *Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit*, &c. Et Gene 4. *Nonne ſi malè egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit*, &c.

Iuſti hic hyemẽ habent, poſteà æſtatem, & ver.

Obſeruat Theophylac. Luc. 21. Iuſtis poſt procelloſam hyemem, aduenturam ſerenam æſtatem; impijs poſt ſerenam æſtatem, procelloſam adfuturã hyemem. Prodigia (inquit) ſignant, quòd ventura ſit æſtas. Hoc eſt, regnum Dei poſt hyemem, & tẽpeſtatem, quaſi æſtatem, aduenturum iuſtis; tametſi peccatoribus futura ſit hyems, & tempeſtas. Nã illi præſens ſæculum pro æſtate habent, futurum autem pro hyeme, &c. Et Chriſoſtomus hom. 78. Prædicit [inquit] Dominus ſpiritalem æſtatem, tranquillitatemque à fluctibus huius vitæ iuſtis hominibus adfuturam; iniuſtis autẽ hyemem, ac terribiles tempeſtates, poſt æſtiuam tranquillitatem venturas, &c.

Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

EA omnia, quæ de iudicio dixit, omninò euentura, magna aſſeueratione confirmat. *Amen* (inquit) *dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec oĩa fiant*, &c. De qua generatione loquatur Dominus, dubium eſt. D. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, de generatione fidelium loqui exiſtimant, hoc ſenſu: Non præteribit, aut deſinet eſſe generatio fidelium. Numquam enim deſinent

Quæ ſit hoc loco futura generatio.

A eſſe Chriſti cultores, vſq; ad iudiciũ, etſi mille perſecutionibus vexentur. Similiter Origenes: Non præteribit (inquit) generatio noui Teſtamenti, donec omnia fiant, &c. D. Hierony. & Gloſſa interlinearis in Matthæum, & Beda in Lucam, generatiõe aiũt, aut omne hominum genus ſignificare, aut ſpecialiter Iudæorum, hoc ſenſu: Non præteribit generatio hæc Iudæorum, non deſinet in mundo eſ-
B ſe, donec fiant omnia, & iudicium adueniet. Nam ad extremum vſque tẽpus durabit, & tunc fidem veram recipiet. Sed rectiùs de generatione omnium hominũ locus intelligitur, hoc modo; Non deſinet eſſe in mundo humanum genus, donec omnia, quæ dixi, fiant. Hoc eſt, Omninò, & certiſſimè hæc fient, antequàm hominum genus aboleatur ex terra. In die iudicij à terra omnes homines, alij in
C cœlum, alij in Orcum commigrabũt.

Loquitur de generatio hominum.

Abulenſis Matth. 24, quæſt. 127. hæc verba de Ieruſalem euerſione interpretatur, aitque, loqui Dominum de generatione Iudæorum, quæ tunc exiſtebat, cùm hæc dicebantur. Nã multi ex Iudæis, qui tũc in vita manebãt, euerſionis tempore ſuperſtites fuere. Idem exiſtimat Cardinalis Baronius 1. tom. Annalium. Non caret probabilitate ſententia, iuxta quam dicendũ
D erit, Dominum voluiſſe ſignificare Diſcipulis, euerſionem Ieruſalem nõ eſſe differendam in longum tempus, tranſiſſeq; à ſignis iudicij ad euerſionem, hoc pacto: Quemadmodum arbores, cùm iam producunt gemmas, ac folia, incipiuntque fructum parere, æſtatem propinquam nunciant. Sic iudicij ſigna propinquum nunciabũt iudicium, & regnum Dei. Quod autem attinet ad euerſionem templi,
E de qua me rogaſtis, & euerſionem vrbis. Amen dico vobis, quòd euertetur Ieruſalem, antequam hæc Iudæorum generatio extinguatur, id eſt, antequam omnes Iudæi, qui nunc viuunt, moriantur; omnia fient, quæ de euerſione vrbis, & templi dicta ſunt.

De Iudæis, qui tunc exiſtebant, hæc intelligi poſſunt.

Cùm tamen reliqua omnia ad iudicium pertineant, veriſimilius videtur, hoc quoque ad illud pertinere, ſenſu

ſenſu

Digitized by Google

ſenſu ſuprà explicato. Quòd autem reliqua ad iudicium ſpectent, conſtabit attentè legenti. Nam illud apud Lucam. *His fieri incipientibus, leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* manifeſtè ad iudicium ſpectat. In euerſione enim Ieruſalem nō appropinquabat vlla redemptio Diſcipulorum Chriſti. Præterea illa verba; *His fieri incipientibus.* Solis obſcurationem, & ſtellarum indicant, ſonitum maris, &c. Quæ in iudicio contingent, in euerſione verò minimè contigere. Quod ſequitur; *Videte ficulneam*, & cętera, ad iudicium etiam ſpectant; vt illa verba oſtēdunt: *Cùm videritis hæc fieri, ſcitote, quoniam propè eſt regnum Dei.* Non regnum Dei poſt euerſionem vrbis, nō fuit magis propè, quàm ante euerſionem. Si hæc ad iudicium pertinent, cur hoc, quod ſequitur, non pertinebit? *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.*

Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Verba Dei non poſſunt non eſſe firma & valida.

ASſeuerationem auget Dominus, certiſſimaque eſſe verba ſua indicat. Iuxta illud Iſai. 40. *Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum, &c.* An autē cœli tranſituri ſint, necne, ſuprà explicatum eſt. D. Hierony. in hunc ſenſum interpretatur verba hæc; *Cœlum, & terra tranſibunt*, immutatione, non abolitione ſui, *verba autem mea non tranſibunt.* Eadem eſt interpretatio vtriuſque Gloſſę, ordinariæ, & interlinearis Bedæ, & Haymonis. Erit ſenſus: Cęlum, & terra immutabuntur, verbis autem meis mutatio nulla inerit, veriſſima ſunt, & immutabilia. Rectius ſic exponemus. *Cœlum, & terra tranſibunt*, &c. hoc eſt, Potiùs, vel priùs cœlum, & terra eſſe deſinent, quàm verba mea deſinant eſſe vera. Impoſſibiliꝰ eſt, verba mea deficere, quàm cęlum, & terrā aboleri, Chryſoſtomus ita interpretatur: Faciliùs hæc firma, & immobilia deſtruentur, quàm verba mea poſſint decidere, &c. Et Theophylactus: Confirmans (inquit) Dominus dicta, ait: Facilius

A eſt cœlum, & terram aboleri, quàm vt quoddam ex meis dictis mendax ſit, &c. Eodem modo Euthymius, Abulenſis, & Ianſenius. Probatur hic ſenſus ex c. 17. Lucæ, in quo hæc extant Chriſti verba ſimilia: *Facilius eſt cœlum, & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere, &c.*

B

CAPVT VII.

Dies iudicij latet homines, & Angelos.

De die autem illo, vel hora nemo ſcit, &c.

Dies iudicij maximè arcanus.

DIem iudicij maximè arcanum eſſe, atque omnibus hominibus, Angelisq; ignotum, docet Dominus.
C Addit (quod mirum eſt) neque Filiū cognoſcere, ne Diſcipuli rogare vellint, quantò diſtet interuallo, vt Chryſoſtomus ſentit. Quod (inquit) dixit: *Neque Angeli*: repreſſit eos, ne diſcere vellent, quod Angeli neſciunt. Eo verò, quod dixit; *Neque Filius*: non ſolū à diſcendo, ſed etiam à quęrendo prohibuit, &c. D. Athanaſius ſerm. 4 contra Arianos: Non reliquit (inquit) Diſcipulis occaſionem, qua ſe ad dicen-
D dum premerent. Eo enim, quod dicebat ſe ignorare, refrænauit illorum curioſitates, &c. Refrænauit etiam curioſitates noſtras, ne ſcire, aut inueſtigare tentemus id, quod Angelis eſt ignotum, ſcirique non poteſt. Similem in modum Act. 1. curioſitatē Diſcipulorum cohibuit, cùm rogarūt: *Dn̄e, ſi in tpe hoc reſtitues regnum Iſrael?* Reſpondit enim: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in*
E *ſua poteſtate, &c.* Quæ verba, ait Auguſtinus lib. 18. de ciuitate, c. 53. inutilem, & vanam finis mundi inueſtigationem eſſe oſtendunt. Fruſtrà [inquit] annos, qui huic ſæculo remanent, cōputare, ac definire conamur, cùm hoc ſcire non eſſe noſtrum, ex ore Veritatis audiamus. Quos tamen alij quadringentos, alij quingentos, alij etiam mille ab Aſcenſione Domini, vſque ad eius vltimum aduentum, com-

Cur Chriſtus dixerit ignotā ſibi iudicij diē.

Finis mundi ſciri non poteſt.

Digitized by Google

compleri poſſe dixerunt. Omnium verò de hac recalculantium digitos reſoluit, & quieſcere iubet ille, qui dicit; *Non eſt veſtrum noſſe tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Hæc ille. Lege eundem Pſal. 6.

Nouit quidem omnia Chriſtus, in quo, vt Paulus ait ad Coloſſ. 2. *Sunt reconditi theſaur omnes ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Indagandum igitur eſt, cur dixerit, neque Filium diem iudicij cognoſcere. Numquid ipſa Dei ſapientia diem iudicij non cognoſcit? Qui fieri poteſt (ait Nazianzenus Gregor. 36. orat.) vt ſapientia, quidquam eorum, quæ ſunt, ignoret, &c. Et Ambroſius Luc. 17. Quomodo non dedit pater cognitionem temporis filio, cui dedit ipſius iudicij poteſtatem? Quomodo filius neſcire poteſt, quod pater nouit, cùm in patre filius ſit, & Spiritus, ſcrutetur etiam alta Dei, cùm ipſe filius altitudo ſit diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: &c. Multis modis hæc explanantur verba.

Quo ſenſu dixerit Chriſtus ſe ignorare diē iudicij.

Chriſtus non nouit, quia membra eius nō nouerunt.

Primus ſenſus eſt: Non nouit filius diem iudicij in membris ſuis. Nam membra Chriſti diem iudicij ignorant, ipſum caput egregiè nouit. Ita interpretatur Origenes tract. 30. in Matth. Et D. Grego. lib. 8. epiſt. 42. ad Eulogium: Non eſt (inquit) hoc referendum ad Filium, iuxta hoc, quod caput eſt; ſed iuxta corpus eius, quod nos ſumus, &c.

Vel nō nouit ſcientia experimentali.

Secundus: Non nouit filius diem iudicij practica cognitione, atque experimentali. Nondum enim iudiciū exercuit. Sic Epiphanius hæreſ. 69. Non nouit (inquit) diem ſecundùm actionem, hoc eſt, nondum iudicauit, &c. Et Bernardus de gradib. humilit. poſt præfationē: Volens (inquit) Dominus Diſcipulos ab inutilis inquiſitionis curioſitate compeſcere, quod inquirebant, ſe ſcire negauit, Tali quodam modo, quo negare veraciter potuit. Nam & ſi diuinitatis ſuæ intuitu, diem quoque illum palàm habebat; non tamen carnis ſuæ ſenſib. experiendo agnouerat, &c. Lege etiā Origenem tract. 3.

Non nouit, vt homo.

Tertius ſenſus; Non nouit Filius diem iudicij, vt homo. Ita Cyrillus lib. 9. Theſauri, c. 4. Greg. epiſt. indicata. Ambroſ. Luc. 17. Magis [inquit] dictum hoc ſecundùm filium hominis æſtimemus; quia temporum finem; non per naturam hominis, ſed per naturam Dei nouit, &c. Gregorius: In natura (inquit) humanitatis nouit Chriſtus diem iudicij, ſed non ex natura humanitatis, &c. Et Cyrillus: Diem iudicij ignorare diſpenſando dixit Chriſtus; vt homini, quē aſſumpſit, congruentia diceret. Hominis .n. naturæ proprium eſt ignorare futura, &c. Nazianzenus orat 36. Horam cognitam habet, vt Deus; ignorat, vt homo, &c. Obijcies, falſum eſſe ſenſum hunc; quia Chriſtus, vt homo, nouerat diem iudicij; ſcientia à Deo accepta. Reſpondetur, hunc ſenſum ita eſſe explicandum: Neſcit filius diem iudicij, vt homo eſt, id eſt, qua homo eſt, aut qua humanæ naturæ eſt ſcire hanc diem. Nam ſi humanæ naturæ eſſet ſcire diem iudicij, omnes homines illam ſcirent. Hominis proprium eſt (ait Cyrillus) ignorare futura, &c. Non igitur cauſa, cur Chriſto nota eſſet dies, erat natura humana; ſed diuina, quæ ſcientiam humanæ infudit. Ideo ait: Neſcit filius diem iudicij, ſecundùm quod habet a Patre diuerſam naturam; ſed ſolus pater ſcit, & filius, ſecundùm quod eandem habet patris naturam, à qua humanitas rerum omnium cognitionē accepit. Vnde Caietanus ſic exponit: Neque filius nouit ſecundùm humanam naturam naturali notitia. Solus enim Deus nouit ex ſua naturali ſcientia tempora, & momenta, &c. In his autem interpretationib. illud eſt aduertendum, Chriſtum noluiſſe Diſcipulis diem aperire, atque adeò dixiſſe ſe neſcire, quocumque modo id verum eſſe poſſet; quamuis fortè non videatur accommodatè dictum ad id, quod agebatur.

Non ſcit Chriſtus diem iudicij, quà homo eſt.

Chriſtus voluit ad fontem diuinitatis ſcientiam diei extremi referre.

Quartus ſenſus: Voluit Dominus ad fontem totius diuinitatis, & ſcientiæ, diei extremi ſcientiam referre, nēpe ad patrem. Quemadmodū Actor. 1. ad Patris poteſtatem retulit temporum diſpenſationem, dicēns; *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, &c.* Ait ergo: *Nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius,*

Digitized by Google

Filius, niſi Pater. hoc eſt, Hæc ſcientia in ſolo Patre eſt, veluti fonte, ac principio. Nemo diei extremi ſcientiam habet, niſi Pater, neque homines, neque Angeli illam habent, neque Filius á ſe illam habet, ſed á Patre velut principio accipit; ſolus enim Pater ſcit á ſe. Fauent huic ſenſui D. Baſilius, & Nazianzenus orat. 36. Quin (inquit) ne exiguum quidem mihi videtur intellecturus, qui ſic legerit, vt vir quidam noſtræ memoriæ literarum ſtudioſus [videlicet Baſilius] nẽpe Filium non aliter diem illum noſſe, quã vt Pater. Quid enim hinc colligitur? Quoniam Pater cognoſcit, ideò etiam Filius. Tanquam videlicet nemo hoc cognoſcere queat, præter Principem illam naturã, &c. Huc etiam ſpectat ſenſus Euthymij: Diẽ neque Filius nouit, niſi Pater, ſubaudi, ſciat. Quia enim ſcit Pater, ſcit vtique & filius, &c. Illud quoque Aug. ſerm. 21. de verbis Domini: Quod dixit Chriſtus, Patrem ſcire; ideò dixit, quia in Patre & Filius ſcit, &c. Et illud Athanaſij in diſputatione contra Arium, in Concilio Niceno: Ait [inquit] Dominus: *Neque Filius nouit, niſi Pater*; ſciens enim ſe nihil diſtare ſecundùm ſubſtantiam á Patre, ſuam pręcognitionem ſubindicauit, ſub Patris præcognitione. Quemadmodum dixit Ioann. 10. *Ego, & Pater, vnum ſumus, &c.*

Filius non aliter diem illũ nouit, quã ut Pater.

Quintus ſenſus: Eſt eiuſdam Athanaſij loco citato: Neq; filius ſcit adoptatus, videlicet populus Chriſtianus Minor [inquit] Filius gentium populus hic eſt, per obſequiũ amicus, hæresque Patris, vt Filius deſignatus omni honore, & gratia apud Patrem dignus habitus eſt, excepto quòd cõſcius non ſit illius diei, & horæ, &c. Præterea, in catena D. Thomæ citantur Baſilij hæc verba: Legi in cuiuſdam libro, Filium hunc non vnigenitum, ſed adoptiuum debere intelligi, &c.

Filius adoptatus, id eſt, Chriſtianus, neſcit.

Sextus ſenſus eſt: Neque Filius nouit diem iudicij, vt alijs aperiat; ideóque Diſcipulis aperire noluit. Sic Gregorius epiſtola illa 42. Sicut [inquit] nos diem lætum dicimus, non quòd ipſe dies lætus ſit; ſed qua nos lætos faciat. Sic dictum eſt, non quòd Chriſtus neſciat diem, ſed quia hunc ſciri minimè permittat, &c. D. Ambroſius Luc. 17. Chriſtus [inquit] horam nouit, ſed nouit ſibi, mihi neſcit, &c. D. Hilarius lib. 9. de Trinitate; Filius diem idcircò, quia tacet, neſcit, &c. Item Auguſtinus lib. 1. de Trinitate, ca 12. Hoc [inquit] Chriſtus neſcit, quod neſciẽtes facit, id eſt, quod non ita ſciebat, vt tunc Diſcipulis indicaret, &c. Et lib. 1. de Geneſi, contra Manichæos, cap. 22. Quia [inquit] hoc vtiliter occultabat Diſcipulis, neſcientẽ ſe eſſe dixit, quia illos neſcientes occultando faciebat, &c.

Filius neſcit, vt alijs aperiat.

Neſcio vos, ait Dominus impijs Matth. 25. Numquid impios neſcit? Scit quidem, & neſcit. Scit, vt damnet, neſcit, vt ſeruet. Sic iudicij diem ſcit, & neſcit. Scit ſibi, neſcit, vt eam nobis faciat notam. 1. Corint. 2. ait Paulus: *Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum,* &c. Multa alia nouerat Paulus, ſed nihil ſe iudicauit ſcire Corinthijs manifeſtandum, præter Chriſtum crucifixum. Hoc [inquit Auguſtinus] Paulus neſciebat, quod per illum Corinthij ſcire non poterant, &c. Sic Dominus iudicauit ſe iudicij neſcire diem, quia manifeſtare nolebat. Io. 15. ait: *Omnia, quęcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis,* &c. Multa audiuerat à Patre Dominus, quæ Diſcipulis nota non fecerat. Ait tamen, omnia ſe nota illis feciſſe, videlicet quæ a Patre acceperat, dicenda, ac manifeſtanda. Sic loco ait; *Neſcit,* id eſt, non audiuit á Patre Filius diem iudicij, neſcit [inquã] & non audiuit, vt notum vobis illũ faciat. Non enim ex ijs eſt, quæ audiuit, & accepit á Patre, vt vulgaret.

Chriſtus impios ſcit, et neſcit.

Obijcitur: Erit ergo huiuſmodi ſenſus: Diem iudicij nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius, niſi ſolus Pater. Hoc eſt, Reliqui neſciunt, vt aperiãt; ſolus Pater ſcit, vt manifeſtet. Hic autem ſenſus eſt falſus. Nam Filius, vt Deus, & Spiritus ſanctus, eo modo ſciunt diem iudicij, quo ſcit Pater; ergo ſi Pater ſcit, vt manifeſtet, etiam Filius, & Spiritus ſanctus, ſciunt, vt manifeſtent. Ergo nõ ſolus Pater ſcit diem iudicij. Reſpondetur cum Car-

Obiectio.

dinale

Digitized by Google

dinale Caietano Marc.13. & Abulen A ſi Matth.24.quæſt.208.Sumi hoc loco Patris nomen eſſentialiter, vt in oratione Dominica, cùm dicimus: *Pater noſter, qui es in cœlis*.eſt ſenſus: Nemo ſcit diem, neque Angeli ſciunt vllo modo, neque Filius ſcit, quia homo eſt, vt manifeſtet; ſed ſolus Deus ſic ſcit. Ille enim ſolus poteſt iudicij tẽpus notum facere. Ex D. Hilario aliter reſponderi poteſt, nomine *Patris* accepto pro prima Trinitatis perſona, hoc modo: Neque Filius ſcit, vt manifeſtet, niſi Pater; Pater enim ſcit, et manifeſtet Filio, quatenùs homo eſt. Neceſſe eſt (ait Hilarius lib.9. de Trinitate) vt Pater diem ob id ſcire dicatur, quia non celauerit Filio. Si itaque diem Filius neſcit, ſacramẽtum eſt, vt taceat. E contrariò, pater ſolus oſtenditur ſcire, quia non tacet. Et Augu.lib.1. de gen. contra Manichæos, cap.22. Patrem (inquit) ſolum dixit Chriſtus ſcire diem ipſum, quia Filium ſcire faceret, &c. Et lib. 83. quæſt.60. Bene accipitur, quòd dictũ eſt, ſolum patrem ſcire, quia facit Filium ſcire, Filius autem neſcire dicitur, quia non facit homines ſcire, &c.

An ſumatur Pater perſonaliter.

Pater ſcit, vt manifeſtet Filio, quatenùs homo eſt.

Obijcitur: Filius, vt Deus, & Spiritus ſanctus, cum Patre manifeſtant Chriſto, vt homini, diem iudicij. Ergo non ſolus Pater ſcit, vt manifeſtet Chriſto. Reſpondetur, dictionem illam, *ſolus*; non excludere duas alias perſonas eiuſdem eſſentiæ numericę, ſcilicet, Filium, & Spiritum ſanctum; ſed homines, & Angelos, & Chriſtũ, qua homo eſt. Nemo nouit diem iudicij, neque homines, neque Angeli, neque Filius, vt homo eſt. Nouit, vt dicat, ſed ſolus Pater. Vnde ſequitur, quòd etiã Filius, quatenùs Deus eſt, nouerit, vt dicat, & Spiritus ſanctus.

Obiectio.

Vrgebit aliquis: Ergo ex loco probari non poteſt, homines, aut Angelos ſimpliciter ignorare iudicij diem, ſed tantùm neſcire, vt dicant. Siquidem de hac neſcientia hic ſermo eſt. Reſpondetur, cõcedi poſſe iuxta hãc expoſitionem. Vel rectiùs dicendum. Chriſtum de hominibus, & Angelis ſimpliciter loquutũ; illud verò, quod adijcitur, de ſe tantùm intellexiſſe, hoc ſenſu: *Neque Angeli* vllo modo diẽ nouerunt iudicij, *neque filius nouit*, vt dicat vobis. Nam vt ſic intelligamus, in filio eſt maxima cauſa; quia ſcimus illum diem ſcire. In Angelis, & hominibus cauſa nulla ſuppetit.

Omnes has interpretationes vidit Chriſtus, cùm hæc verba protulit; aliaſq; pro infinita ſua ſapientia. Omnib. verò his modis, & alijs, vera eſſe voluit verba ſua. Quòd ſi quis opponat, aliquas interpretationes non eſſe B accommodatas rei, quæ agebatur; reſpondebitur, eum, qui amphibologice loquitur, non id curare, vt accommodatè ad rem, quę agitur, loquatur; ſed vt verè loquatur, vario ſenſu. Chriſtus autem hoc loco amphibologicè loquutus eſt; ita vt aliud Diſcipuli intellexerint, aliud ipſe iiſdem in verbis. Chriſtus ſenſu, ſiue ſenſibus veriſſimis, verba protulit; Diſcipuli falſo ſenſu tunc intelle- C xerunt. Sed quamuis falſum ſenſum conceperunt, non tamen peccatum aliquod commiſerunt; quia nondum perſpecta illis erat infinita Chriſti ſapientia.

Interpretationes omnes dictæ probantur.

CAPVT VIII.

Dies iudicij adueniet ex D inopinato.

Sicut autem in diebus Noe, &c.

APud Lucam, cap. 17. alio tamen tempore, & loco, hæc eadem dixerat Dominus. Vtrumque Euangeliſtam explicabimus. Noluit Dominus hominib. notam eſſe iudicij diẽ; ideoque arcanam adeò eſſe dixit, vt ne filius quidem illam ſciret, ſicut ex E plicatum eſt. Nunc ignotam hanc diem, ex improuiſo, & ex inopinato homines illius ignaros, atque imparatos oppreſſuram ait, duobuſq; exẽplis rem illuſtrat. Alterum eſt Noetici diluuij, apud Matthæum; alterum Sodomitici incendij, apud Lucam. *Sicut* [inquit] *in diebus Noe, & in diebus Lot, ita erit & aduentus meus*. Similis erit diebus illis, quibus diluuio orbis demer-

Dies iudicij quibus ſimilis futurus eſt.

merſus eſt; & illis quibus infames ciuitates incendio conflagrarunt. Antequàm aquæ inundarent orbem, ignisque in ciuitates deſcenderet ſulphuri permixtus; homines timore liberi, & impendentis mali inſcij, ſolitum humanæ vitæ tenebant curſum, cibum ſtatis temporibus ſumebant, ducebant vxores, mercaturas faciebant, extruebant ædificia, ſerebant arbores, atque alia negotia exercebant. Latuit eos diluuij dies, & incendij, ſubitoque imparatos obruit. Eundem in modum, antequàm iudicij adſit dies, illius temporis mortales ſecuri vitam traducent, imminentiſq; periculi ignari, ſolitis vacabunt operibus; abſcondita illis erit horribilis dies, atque ex improuiſo, nihil tale opinantes, repentina obruet tempeſtate. Simile illud eſt Apoſtoli 1. ad Theſſalonic. 5. *Ipſi diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint Pax, & ſecuritas: tunc repẽtinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient, &c.*

Dies iudicij ex impinato adueniet.

Obiectio.

Obijcitur; Cùm Dominus aduenerit, nulli iam erunt homines in orbe terrarum ſuperſtites; omnes enim ignis antè abſumet. Non ergo tunc ducent vxores, mercaturas facient, alijsue huiuſmodi occupationibus implicabuntur, ſiquidem mortui erunt. Reſpondetur, aduentum Chriſti, vel diem aduentus, hoc loco complecti etiam ſigna aduentus, quæ cùm apparuerint, ſolitis operibus vacabunt homines. Cùm erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis, tunc ſuperſtites erunt homines, humanaque exercebunt negotia; ſignis conſpectis, horreſcent, areſcentque præ timore. Nã, vt dicitur Luc. 21 *Tunc erit preſſura gentium in terra, areſcentibus hominibus præ timore, &c.* Cùm autem Chriſtus è cęlo deſcendens aduenerit, igni omnes erunt abſumpti. Vrgemus; Signa hæc poſt Antichriſti cladem apparebunt; eo autem tempore non erunt homines comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, ſed pœnitẽtiæ vacantes. Nam poſt cædem Antichriſti ſcient inſtare iudicij diem, potiuſque pœnitentiæ vacabunt, quàm comeſſationibus, ac delicijs. Ergo cũ

Dies iudicij hic complectitur ſigna ipſius.

Poſt cędem Antichriſti multi erunt improbi, qui vacabũt delicijs

A ſigna iudicij conſpicientur, non erũt homines delicijs, ac inanibus occupationibus implicati. Reſpondetur; ſigna iudicij appropinquantis poſt cladem Antichriſti conſpicienda. Poſt cladem verò Antichriſti multos fore improbos, multos etiam improuidos, atque incautos, qui iudicij diem non cogitent. Hos imparatos, ſæculiq; curis implicatos dies opprimet. Gloſſa ordinaria 1. Theſſalonicenſ. 5. Poſt B mortem Antichriſti, quadraginta quinque dies concedentur ad pœnitentiam hominum, qui titubauerunt in perſecutione illa Sed miniſtri Antichriſti gaudebunt illis diebus, ducentes, vxores, & conuiuentes, dicentes: Licèt Princeps noſter mortuus ſit, modò habemus pacem, & ſecuritatem. Sic Gloſſa. Et D. Hieronymus Matth. 24. Exiſtimandum (inquit) eſt, iuxta Apoſtolum, quòd poſt pugnas, C & diſſenſiones, peſtilentias, fames, terræmotus, & cętera, quibus genus vaſtatur humanum, breui ſubſequutura ſit pax, quæ quieta omnia repromittat, vt fides credentium comprobetur, vt tranſactis malis, ſperent Iudicem venturum. Hoc eſt enim, quod in Paulo legimus 1. Theſſalonicenſ. 5. *Cùm dixerint: Pax, & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperueniet interitus.* Hæc Hieronymus. Præterea aduerte, Do- D minum nulla hic hominum flagitia commemoraſſe, ſed ea tantùm, quæ etiam homines probi facere conſueuerunt. *Erunt* [inquit] *comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes.* Et apud Lucam *Edebant, & bibebant, emebant, & vendebant. plantabant, & ædificabant.* Non ſunt hæc opera flagitioſa, probis etiam hominibus conuenire poſſunt. Quamobrem reſponderi poteſt, Dominum de omnibus ho- E minibus loqui, probis, atque improbis. Omnes enim improbi, & ex probis multi, quia diem ignorabunt, ſolitum vitæ curſum tenebunt, ſolitiſque negotijs dabunt operam, quouſque iudicij ſigna appareant.

Vnus

Vnus aſſumetur, & vnus relinquetur, &c.

TVnc [ait Dominus] hoc eſt, in aduentu ad iudicium, duo homines ſecuri, abſque vllo timore, ignari impendentis iudicij, erunt in agro commorantes, ſiue laborantes, vnus ex duobus aſſumetur, alter relinquetur. Duæ fœminæ nihil de iudicio inſtante cogitantes, erunt molentes in mola; vna aſſumetur, altera relinquetur. Nam olim ancillarum erat molere. Iuxta illud Exod. 11. *Morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam, &c.* Et illud Iſai. 47. *Deſcende, ſede in puluere, virgo filia Babylon, tolle molam, & mole farinam, &c.* Apud Lucam alio loco, & tempore addidit Dominus: *In illa nocte erunt duo in lecto vno*, videlicet, vir, & vxor, *ſubitoq́ vnus aſſumetur, & alter relinquetur*. Tum rogarunt Diſcipuli apud Lucam: *Vbi, Domine?* Græcè, ποῦ, *vbi*, vel *quò*. Hic *vbi* ſignificat, quò. Quonam, inquit, aſſumentur? Reſpondit Dominus: *Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ*. Quæ verba iam ſupra ſunt explanata lib. 9 cap. 9. Significat Deus aſſumendos bonos ad ſe, improbos relinquendos igni. Qui aſſumitur [ait Ambroſius Luc. 17.] rapitur obuiam Chriſto in aera. Qui autem relinquitur, improbatur, &c. Significat etiam his verbis, iudicij diem ex inopinato homines oppreſſuram, ac diuiſuram. Erunt enim tunc duo ſimul laborantes in agro, duæ ſimul molentes, duo ſimul in lecto, adueniétque inopinata dies, illosq; diuidet: ex duobus vnus ad Chriſtum aſſumetur, alter tartaro relinquetur. Oſtendit præterea ex eodem ſtatu, alios damnandos, alios beandos, nec ſolum viros, ſed etiam fęminas.

Ancillæ ad molã erant deputata.

Vbi ſumitur pro quò.

Quò aſſumendi, vel vbi relinquendi.

Obiectio. An in aduẽtu Chriſti multi ſuperſtites ſint futuri.

Nonne cùm Dominus venerit ad iudicium, omnes homines mortui erunt? Cur igitur Dominus ait: Tunc in illa nocte erunt duo in agro, duæ molentes in mola, duo in lecto; vnus aſſumetur, alter relinquetur? Sanè videntur hæc verba ſignificare, in aduentu Domini multos fore ſuperſti-A tes, quorum nonnulli aſſumantur in aera ad Chriſtum, alij in terra relinquantur, tartareis ignibus mancipandi. At vt concedamus, multos in ipſa die aduentus, ſaluos, atque incolumes ſuperfuturos: qui fieri poteſt, vt abſque terrore ſint in lecto, vel in agro, vel ad molam, cùm horribilia ſigna præceſſura ſint aduentum, quæ homines magnoperè ab omni quiete, & labore deterrebunt? Reſpondetur, B hæc verba vel eſſe parabolica, iuxta ſenſum Auguſtini infrà poſitum, vel intelligenda de tempore antecedente ſigna iudicij, hoc pacto: Illa nox, cum Sol obſcurabitur, & horribilia ſigna exiſtent, ex inopinato homines opprimet. In illa nocte, id eſt, tempore tenebroſo, duo erunt in agro, duæ ad molam, duo in lecto; vnus aſſumetur poſt mortem, vnus relinquetur, &c.

C Caietanus Matth. 24. arbitratur, illius temporis homines iudicij ſignis non credituros, & ſæcularibus negotijs, vt tempore Noe, daturos operã, neque acturos pœnitentiam. Declarat (inquit) Dominus, quem fructum facient ſigna iudicij præuiſa, declarando, quòd non facient communiter fructum; ſed erit tunc, ſicut in diebus Noe, tum quoad officia, comedendo, bibendo, & nubendo, & a-D lia huiuſmodi faciendo; tum quoad impœnitentiam, &c. Sed hæc arbitratio carere videtur probabilitate, maxime in Chriſtianis. Præterea, quamuis non credant, vel non cognoſcant ſigna eſſe iudicij, tamen timore adeo horrebunt, vt humanis negotijs vacare non libeat. Iuxta illud Lucæ 21. *In terris preſſura gentium, areſcentibus hominibus præ timore, &c.*

Homines nequam iudicij ſignis nõ mouebuntur.

E D. Auguſtinus lib. 2. de quęſtionib. Euang. ſpiritali ſenſu, tria hominum genera hic ſignificari putat. Duos in lecto, eos exiſtimat indicare, qui ſæcularibus negotijs, & Eccleſiaſticis liberi, quietem complectuntur. Duas molentes, eos, qui humanis operam dant negotijs. Fœminæ nuncupantur, quia doctiorum conſilio diriguntur, molentes verò, quia tẽporalia negotia velut molam agitant. Duo verò in

Horum verborum quis ſit moralis ſenſus ex Auguſt.

in agro laborantes, Prælatos adumbrant, & eos, qui in agro Domini laborant. Primum genus cenſet adumbrari à Daniele, qui cęlibem elegit vitam. Secundum a Iob, qui filios, & vxorem habuit, amplaſq; terrenarum rerum copias. Tertium a Noe, qui arcam in fluctibus gubernauit. Ex ijs tribus generibus hominum, qui in Eccleſia reperiuntur, quidam aſſumuntur, alij relinquuntur. Aſſumuntur ad Chriſtum illi, qui tentationes ſuperant, relinquuntur illi, qui a tētationibus ſuperantur. Adueniente (inquit Auguſt.) tentatione tribulationis, & ex illis, qui ſunt in otio, & ex illis, qui ſunt in negotijs ſæculi, & ex illis, qui Deo in Eccleſia miniſtrant, aliqui permanent, aliqui cadunt. Qui permanent, aſſumuntur, qui cadunt, relinquuntur, &c.

Euthymius arbitratur, in agro laborantes ſignificare diuites, molentes verò ſignificare pauperes Theophylactus Luc. 17. diuitum imaginem vult eos eſſe, qui in lecto ſunt, pauperum mlentes. Colligitque ex hoc loco, aliquos ex diuitibus ſeruari, aliquos ex pauperibus condemnari. Colligit præterea ex illis verbis Lucæ: *In illa nocte duo erunt in lecto, &c.* aduentum Domini nocte futurum. Dicimus (inquit) quòd in nocte aduētus erit, &c. Chryſoſt. quoq; Matth. 24. Mihi videtur ex hoc etiam ſignificari, aduentum illum nocturno tēpore futurum. Quod etiam Lucas aſſerit, &c. At verò Lucas non loquitur de ipſo illo die, vel nocte, qua Dominus eſt aduenturus, vt diximus; quia tunc nullus homo erit in lecto, nullus in agro, nulla ancilla ad molam; ſed de tempore antecedente iudicium.

Aduentus Domini in nocte futurus eſt.

In illa hora qui fuerit in tecto, &c.

HÆc verba erant apud Lucam, c. 17. Hortatur Dominus eos, qui extremo illo tempore ſuperſtites fuerint, ne aliud quidpiam tunc præter animæ ſalutem curent, domeſticamque ſuppellectilem, ipſamque etiam vitam ſpernant. *In illa* (inquit) extrema *hora*, id eſt, tempore extremo, *qui in tecto domus ſua fuerit*, ſignaq; iudicij conſpexerit, nullam interponat moram, paret ſe protinus, vt occurrat Iudici, nihil curet aliud, rem familiarē pro nihilo ducat, non deſcendat ex tecto, vt vaſa ſuæ domus, hoc eſt, ſuppellectilē, tollat Qui verò fuerit in agro, non redeat retrò domum, ſed in agro ipſo ſe præparet ad mortem, & iudicium ſubeundum. *Memores eſtote vxoris Lot*, quæ, quia retrò aſpexit, in ſtatuam ſalis conuerſa perijt. Cauete ne illi ſimilis ſitis, retroq; in terrenas opes, aut voluptates aſpiciatis, & miſerandum in modum pereatis. Ipſam etiā vitam tunc ſpernite, animæ tantummodo ſalutem præ oculis habete, omnibuſque rebus anteponite. Nam quicunque tunc voluerit, animam, id eſt, vitam ſuam ſaluam facere, deque vita ſola conſeruanda, non verò de pęnitentia agenda cogitarit, perdet eam. Is ſeruabit, qui tunc vitam perdiderit patienter, ſeq; ad mortem, & iudicium bene præpararit. Sic explicari poſſunt hæc verba. Verum aliud videntur ſignificare: Videlicet, non eſſe timendos perſecutores, periculaq; omnia, pro æterna vita eſſe ſubeunda, Crediderim ergo Dominum ad Antichriſti perſecutionem reſpexiſſe; vel ad alia etiam tempora. Et quia de iudicio agebat, obiter inſeruiſſe hæc verba, quibus omnes monet, vt animę ſalutem, æternamq; vitam temporariæ vitæ anteponant, omneſque cruciatus, ſi opus ſit, perferant, ne in iudicio æternis ſupplicijs mancipentur. Lyranus ad Antichriſti perſecutionem refert, Lucæ 17.

Nulla alia cura præter quam ſalutis habenda eſt.

CAPVT IX.

De iudicio.

Morale.

SAnctiſſimus ille Bernard. ad Thomam de S. Audomaro epiſtolam ſcribens 108. non ſalutem illi plurimam dicit, ſed timorem plurimum, in ipſo epiſtolæ aditu; Chariſſimo (inquit) filio ſuo Thomæ frater Bernard. claræ vallis vocatus Abbas in ſpiritu timo-

D. Bern. pro ſalute ſpiritum timoris alteri precatur.

Digitized by Google

timoris Dei ambulare, &c. Timebat Bernard. quia non timebat Thomas; timoris idcirco ſpiritum illi exoptabat. Hic imminẽtia ſupplicia non metuebat, ille ne incautus homo, quæ nõ metuebat incurreret, formidabat. Vnde in eadem epiſtola addit. Ad omnem recordationem tui, animam meã tranſuerberat gladius timoris; tanto acerbius, quanto te minus timentem conſidero, &c. Quod beatiſſimus Pater Thomæ ſuo, & optabat, & timebat, id Eccleſia omnibus, qui Dei timore carent, & optat, & timet. Ne in æterna tormenta malè ſecuri homines incidant, timet; vt in ſpiritu timoris Dei ambulent, vehementer optat, atque ideo horrendum Dei iudicium, rogoſq; tartareos, ob oculos nobis ponit. Etenim in via mundi, qui ambulant in ſpiritu audaciæ, ij habentur fortes, qui in ſpiritu timoris, ij imbecilles. Contra verò in via Dei accidit. teſte Magno Gregorio: ſicut in via ſæculi (ait ille Iob c. 4. ad illa verba. *Vbi eſt timor tuus*) audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit, & ſicut in via ſæculi, timor debilitatẽ; ita in via Dei, timor fortitudinem gignit, &c.

Eccleſia timorem Dei hominibus perſuadere nititur.

Imbecillimus eſt in via Dei audax homo, qui iudicij oblitus voluptates percurrit audacter, ac flagitia illis ſimilis quos Sapient. 2 ſic loquentes audimus: *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant; nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra; opprimamus pauperem, iuſtum, & non parcamus viduæ, &c.* De his illud eſt Pſalm. 13. *Contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non eſt timor Dei ante oculos eorum, &c.* Fortis ille eſt, qui timore armatus, voluptates ſuperat, ſcelera fugat, prauas animi appetitiones, diuinæ legis vinculis obſtringit; nihilq; timet creatum, quia timet creatorẽ. Nam vt ait Gregor. loco citato: Mens noſtra in timore Domini conſtituta, non inuenit extra quod metuat, quia dum recto metu conditori omnium iungitur, poteſtate quadam ſupra omnia ſubleuatur, &c.

Fortẽ facit timor, audacia debilem.

Rectum vocat metum, quia ſunt metus, ſiue timores, non recti, quibus illa timemus vſque ad peccatum, quæ ti-

Metus quidam rectus eſt, & quis ille ſit.

A menda non ſunt, iuxta illud Pſal. 13. *ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Lege Baſilium Pſalm. 33. Timet homo imbecillis pecuniæ detrimentum, ignominiam, vel mortem; atque ideo crimine ſe inquinat. Non rectus timor hic eſt, ſed prauus, atque impius. Rectus ille eſt, quo Deus timetur, iuxta illud Domini Lucæ 12. *Oſtendam vobis, quem timeatis, timete eum, qui poſtquam occiderit poteſtatem habet mittere*
B *in gehennam. Ita dico vobis hunc timete, &c.* Oſtendam [inquit] vobis, quem timeatis, ſcilicet Deum, quem non videtis oculis carnis, ſed mentis. Hic. n. ſolus timendus, hunc qui timet nihil aliud timet. At nos cætera omnia timemus, Deum non timemus. Tandemque male ſecuri, in eius incidimus manus, pęnaſq; ſoluimus meritas. Auguſt. de temp. barbarico cap. 1. Plus (inquit) æſtimatur timor homi-
C nis, quam timor Dei, præferunt homines ipſi Deo, res quas acceperunt a Deo, &c.

Timemus, quæ nõ ſunt timenda.

Cum pueris nos confert Chryſoſt. qui laruas timent, non ignem. Ita nos laruas timemus malorum, ipſum verò malum, id eſt, ipſum peccatum, ignemque æternum, quo nos ducit, non formidamus. Chryſoſt. homil. 5. ad Populum Antiochen. Pueri [inquit] parui laruas timent, ignem non
D timent. Sed ſi ad lucernam portari contingat, manum immittunt flãmę. Sic nos timemus mortem, quæ eſt larua contemptu digna, peccatum non timemus, quod eſt vere timendum, & ignis more cõſcientiam corrodit, &c. Lucretius lib. 2.

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis,
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus,
E *Interdum nihilo, quæ ſunt metuenda magis quam*
Quæ pueri in tenebris pauitant,
Finguntque futura, &c.

Cõtra verò qui in ſpiritu timoris ambulant, Deum timent, cætera non timent, timore timorem vincunt, iudicij, & gehennæ timore, cæteros omnes timores ſuperãt. Nam timor quorumcumque malorum, æterni ignis timore expugnatur. Vnde Chryſoſt.

A eadem homil. Si gehennæ(ait] timor comprehendiſſet animas noſtras, non mortis timor habuiſſet. Sed quemadmodum in corporibus, quando nos duo dolores oppreſſerint, inferiorem potentior aſcondere conſueuit; ſic & factum eſſet Si futuri ſupplicij timor in anima remanſiſſet, omnem timorem humanum obſcuraſſet. Itaque ſi quis gehennæ ſemper meminiſſe laboret, omnem mortem deridebit. Hæc ille.

Qui pauet, cauet.

B Pedibus corporis animique, timor addit alas. Nam qui pauet, cauet. Paueamus ergo, vt caueamus; frequẽter ob oculos Dei iudiciũ ſtatuamus; vt in dextera tunc cum ouibus, non in ſiniſtra cum hædis ſtatuamur. Audaciam, inanemque ſecuritatem, ab animo longè pellamus; vt in extremo illo die, ſolidam, æternamque ſecuritatem poſſideamus. Aduentum æterni

D.Greg.

C iudicis, (ait Gregor. hom. 1. in Euãg.) tantò ſecuriores videbitis; quantò nunc diſtrictiorem illius timendo præueneritis, &c. Tertullianus libro de

Tertull.

cultu fœminarum cap. 2. Qui præſumit[inquit) minus veretur, minus prę cauet, plus periclitatur. Timor fundamentum eſt ſalutis, prę́ſumptio impedimentum timoris. Qui ſecurus agit, non eſt ſollicitus, non poſſidet, tutam, & firmam ſecuritatem. At qui ſollicitus eſt, is vere poterit eſſe ſecurus,

D &c. *Semper* (ait Iob. cap. 31.] *quaſi tumentes fluctus timui Deum: & pondus eius ferre non potui, &c.* Cùm ſæua in pelago tempeſtas fuerit; tumentes maris fluctus magnum nauigantibus afferũt metum. Quòd ſi nauem complent, eorum pondus ferre nequit, aquarumque onere obruitur [Extremo illo die, horrenda exorietur iudicij procella, cunctiſque hominibus, formidinem pariet; tumentes diuinæ iræ fluctus,

E ſcelera veluti venti excitarit, mirum in modum attollentur; & ad ipſum ſubſidentes deſcendent tartarum, iuxta illud Poetæ: lib. 3. Æneid.

Tellimur in cęlum curuato gurgite põti,
Subducta ad manes imos deſcendimus
vnda.

Quis nam quæſo eorum pondus ferre poterit? nemo ſanè eorum in quos fecerint impetum. Facient vero impe-

A tum in impios, grauiſſimoque pondere præſſos profundiſſimo demergent Orco. Hos fluctus horreamus, ſæuam hanc procellam animo ſemper, antequam exoriatur, voluamus, ne exopinato exorta nos obruat. Cum Iobo quiſq; dicat, & verè dicat; *ſemper quaſi tumentes fluctus timui Deum. Et pondus eius ferre non potui, &c.* Qui fluctus timet, nauis onera in mare abijcit; vt illi de quibus apud Ionam capit. 1. le-

Fluctus diuinę irę horrendi.

B gimus; *Timuerunt nautæ, & miſerunt vaſa, quæ erant in naui in mare, vt alleuaretur ab eis, &c.* Sic qui diuinæ iræ metuit vndas, animi pondera, i. peccata abijciat; vt veluti nauis, animus leuis peragat nauigationem. Pondus aquarum ferre non poteſt nauis; pondus iræ diuinæ ſuſtinere nequit homo. Nauis fluctibus oppreſſa maris, profundum petit pelagus: homo ira oneratus Dei, profundũ petit barathrũ,

Abijcienda ſunt onera peccati, ne fluctibus obruamus.

C O fluctus iræ diuinæ horrendos! Quis omnia libenter non abijciat, ne in illis æternum faciat naufragium!

Hos horrebat Hieronymus, ideoq; omnes abiecit voluptates, & in eremũ veluti portum ſe recepit. Ille ego [inquit epiſtola 22. ad Euſtochium] qui ob gehennę metum, tali me carcere ipſe damnaueram: ſcorpionum tantùm ſocius, & ferarum, &c. Hos Cyrillus quoq; horrebat Alexandrinus,

Gehennã timẽt ſancti.

D in oratione de exitu animę: Gehennã (inquit] timeo, quippe interminatam: exhorreo tartarum, vt qui nimium inſit caloris; paueo tenebras, quoniã nihil admittunt lucis; formido peſtiferum vermem, quoniam eſt perennis, &c.

Hos Bernardus formidabat, fluctuſque lachrymarum optabat, vt fluctibus fluctus ſuperaret: ſermon. 16. in Cant. Paueo (inquit) gehennam, con-

E tremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum, horreo tenebras exteriores. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lachrymarum*, vt prę́ueniam fletib fletũ, & ſtridorem dentium, &c. & ſerm. 26. in Cant. Si quando [inquit] miſerationis oblitus, ſtimulãte conſcientia, iudicio paulò diutius inhęrerẽ; mox metu incredi-

Hiere. 9.

credibili,ac miſerabili confuſione deiectus,& tenebroſo circumfuſus horrore, hoc ſolum palpitans de profundis clambam, Pſalm. 89. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? &c.* Hos horrent iuſti, de quibus Gregor. lib. 8. Moral. cap. 13. Iuſtorum (inquit) mens ſemper ſollicita venturos examini intendit. Omne enim quod agunt, metuunt, dum conſiderant, ante quantum iudicem ſtabunt, &c.

D. Auguſt. Peccati eſt pœna, timorem iudicij amiſiſſe.

Quis non horreat, ſi horrent viri ſanctiſſimi, niſi is qui tumētes fluctus mentis oculis non cernit? Quod ipſius peccati pœnam eſſe magnam ait Auguſt. ſerm. 120. de tempore: Irremediabile (inquit) periculum eſt, ſic aliquē vitijs, & cupiditatibus fræna laxare; vt rationem Deo ſe non meminerit redditurum. Puto quia magna fit, iā peccati pœna; metum ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij, &c. Qui hāc perdidit memoriam, clauſis oculis, vt ait Gregor. in rogos tartareos ſe præcipiat.

D. Gregor.

Gregor. hom. 39. in Euangelia; Peruerſa (inquit) anima rebus præſentibus dedita, abſcondit ſibi mala ſequentia: quia præuidere futura refugit, quæ perturbant præſentem letitiam. Dumque in præſentis vitæ oblectationibus ſe deſerit, quid aliud quā clauſis oculis ad ignem vadit? &c. Si hominem cernemus clauſis oculis, ad ignem properantem, nonne clamare mus; Aperi oculos, ardentem cerne pyram, in quam paulo poſt incides? Properant improbi clauſis oculis in ignem Orci; clamemus; aperite oculos, cernite æternos ignes. Aperite mentis oculos; non ea ſolum videant, quæ ante pedes ſunt, ſed quod imminet æternum incendium, & atrox iudicij bellum.

Clauſis oculis ad tartara multi properant.

Iob 39. De generoſo equo dicitur; *Procul odoratur bellum:* Sic vir is, cui ſalus æterna eſt curæ, procul iudicij illud cruentum bellum olfacit, præuidet, frequenter conſiderat, dumque conſiderat; eadem conſideratione ſe armat. Mira ſanè fuere arma illa, quibus Gedeō milites inſtruxit ſuos, exercitumq; vicit Madianitarum, Iud. 7. *Diuiſit trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum. Lagenaſq; vacuas,*

A *ac lampades in medio lagenarum, &c.* O nouum armorum genus. Hæc timoris Dei arma ſunt; his Madianitarum, hoc eſt, dæmonum ſuperatur exercitus; videlicet, tubis ſonantibus, lagenis fractis, atque igne. Eximium ſanè timoris telum, eſt tuba illa, quæ extremo die mortales ad immortalitatem vocabit, ſi animo frequenter terribilis inſonet illius clangor. Fortiſſimus clypeus eſt lagena fracta, hoc eſt, fictile

Tartareus ignis, mors, iudiciumq́; conſideranda.

B le corpus noſtrum fractum, diſperſiſque oſſibus ſepulchro conditum, ſi ante oculos mētis, ſemper proponatur. Igne autem tartareo, ſi meditatione irruentes in hoſtes iactetur, quodnam tormentum bellicum eſt horribilius? Hæc arma ſuppeditat Euangelium. In eo enim habemus fictilia vaſa fracta, id eſt, corpora omnium hominum in cinerem redacta; habemus tubas iudicij, horrendo perſtrepen-

C tes ſonitu; habemus ignem æternum, cuius impij omnes eſca erunt ſempiterna.

Erunt (ait Dominus) ſigna in Sole & Luna, & ſtellis, &c. Nos in ea quæ ſunt, conijcimus oculos; nō verò in ea, quæ erunt, ideo primus. Ineſcant enim nos ea quæ ſunt, & veluti aues, in laqueum dæmonis inducunt. A turpi verò eſca depellunt nos, ea quæ erunt: & à laqueo dæmonis liberant. Auerta

In ea quæ erunt, oculi conijciendi.

D mus oculos ab ijs, quæ ſunt, illa contemplemur, quæ erunt. Non curemus caduca, quæ nunc videmus; ſed æterna, quæ videbimus, cōtemnamus, quæ apparent, illa cogitemus quæ non apparent. Quæ nunc magni fiunt, flocci faciamus, quæ per æternitatem maximo in pretio habebimus, ea in ſummis bonis ponamus, mundi luxa bona. Pro nihilo ducamus, eius futuram ruinam conſideremus. Erit enim abſ-

E que dubio mundi ruina, omnia hæc peribunt, quæ nos ſuo conſpectu, veluti infantes faſcinant, oīa euaneſcent. Id quod ſumma aſſeueratione Dominus affirmat, cùm ait; *Amen dico vobis non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant; cœlum, & terra tranſibunt; verba autem mea non præteribunt, &c.* Nihil cœlo, & terra in hoc orbe firmius, ac ſtabilius, nihil vei bis infirmius, nihil inſtabilius, aerea enim ſunt, & mobilia,

Matth. 24.

Verba Chriſti, cęlo & terra firmiora ſunt.

volantq; irreuocabilia. At verba Chriſti, ipſo cęlo, terraq; firmiora ſunt, ac ſtabiliora; perire poterunt cęli & terra, verba autem Chriſti perire nulla ratione queunt. Stabunt firmiſſima fulta veritate. Erit iudicij metuenda dies, omniaq; illa erunt, quæ prædixit horribilia.

Sol Chriſtus in iuditio erit in ſignis iuſtitiæ.

Erunt tunc ſigna in Sole; per conuerſionē verò, erit tunc Soli in ſignis, in ſignis in quam iuſtitiæ. Quemadmodum Sol hic quem cernimus; ſic (B) Sol quem non cernimus, ſed cernemus Chriſtus, in varijs verſatur ſignis. Verſatus eſt in ſignis miſericordiæ, cum venit in orbem terrarum; ſignum Virginis benigniſſimum eſt ingreſſus, ſignumque crucis, & admirandam hominibus præſtitit miſericordiam. Ingredietur in die iudicij ſigna alia horribilia, iuſtitiaque ſumma exardeſcet. Signum ingredietur libræ, Sol in libra erit, aurificis (C) trutina, omnes hominum actiones, omnia verba, omneſque cogitationes ponderabit. In libra ſol æqualem diem noctem efficit iuxta illud Maronis Georg. 1.

Libra die, ſomniq; pares vbi fecerit horas,
Et medium luci, atque vmbris iam diuidet orbem.

Chriſtus ſol erit in libra in die iudicij, & in leone.

Sic noſter Sol, in libra iudicij diem efficiet, noctemque æquales, diem beatis, noctem damnatis. (D) Etenim æqualis erit nox damnatorum, diei clariſſimæ beatorum. Æterna erit dies; æterna quoque nox. O ſtupendum æquinoctium: Ingredietur quoq; Leonem, tantoque ardore terras inflammabit, vt areſcant homines. *Areſcentibus* [inquit] *hominibus, præ timore.* Sol in Leone; Væ impij, æterno illos æſtu torrebit. Ioelis 3. *Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam; & mouebuntur cœli & terra, &c.* (E) Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit? &c.*

Nunc miſericordia offertur, in iudicio iuſtitia puniet.

Dulcis, & rectus dicitur Dominus Pſal. 24. Dulcis nunc eſt, quia impijs miſericordiæ ſuæ offert dulcedinem, ne pereant, rectus in iudicio erit, quia eos qui oblatam miſericordiam neglexerunt, iuſtiſſimè damnabit. Ideoque rectè confert illum Bernardus cum apo; quæ & mel dulciſſimum conficit, & aculeum pungentem habet. Nunc (A) mel offert, in iudicio figet aculeum Serm. 2. de Aduentu; Veniens Chriſtus [ait Bernard.] mel attulit, non aculeum. Sed nolite peccare in ſpe. Habet in apis noſtra quandoque aſſumere aculeum ſuum, & acriter nimis infigere illum in medullas peccatorum, &c. Item Pſalm. 144. dicitur *ſuauis Dominus vniuerſis; & miſerationes eius ſuper omnia opera eius, &c.*

Suauis Dominus eſt vniuerſis, & ſeuerus.

Suauis eſt, ſuper opera ſua: ſuper opera hominum (B) mala, id eſt, peccata ſeuerus erit, vt Auguſt. eodem Pſalmo docet. Si tollas [inquit] opera tua mala, & non in te remaneant niſi opera Dei, non te dimittet miſeratio eius. Si autem tu non dimittis opera tua, erit ſeueritas eius in opera tua, non in opera ſua, &c. *Arcum meum ponam in nubibus,* [ait Dominus Gen. 9.] *& erit ſignum fęderis, inter me, & inter terram, &c.*

Iris in vno tantum cernitur hemiſphario.

Signum pacis eſt Arcus, qui in cęlo inter nubes cernitur. (C) At attende in Solo hemiſphærio vno apparet, in altero minimè. Sic pacis fęderiſq; ſigna, in vno apparent hemiſphęrio, hoc eſt, dum ſuper terram viuimus, in altero illo iudicij, impijs diſparebunt, non iridem pacis ſignum, ſed ſummæ iræ ſigna cernent. Nunc abſque ſagittis arcum cœleſtem vident, nullas enim ſagittas cœleſtis arcus habet, in cęlum verſus eſt, terris non minatur. (D) In die iudicij arcum cernent ſagittis plenum; neque in cęlum, ſed in terras conuerſum, & in impios intentum.

Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens.

Deus enim [vt Dauid ait Pſalm. 7.] *Iudex iuſtus, fortis, & patiens. Numquid iraſcitur per ſingulos dies? Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis*, id eſt, inſtrumenta mortis, *ſagittas ſuas ardentibus effecit, &c.* Iudex (E) eſt Deus *iuſtus*, quia iuſtiſſimè ſententiam fert; *fortis* quia nemo illi poteſt reſiſtere; nemo illius iram effugere; *patiens*, quia peccantes tolerat, & expectat, vt in meliorem redeant frugem. *Non iraſcitur per ſingulos dies*; quia nō afficit impios ſupplicio æterno per ſingulos dies, quibus ſe contaminant ſcelere; patienter expectat, vt conuertantur. Niſi conuertantur, effundit iram, vibrat gladium, *arcum tendit*, ſagittis

Digitized by Google

gittis peccatores configit, configetq; maxime illo extremo die. *Niſi conuerſi* [inquit] *fueritis gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit; ſagittas ſuas ardentibus effecit*, hoc eſt, effecit ſagittas ſuas hominibus, configendis, qui cupiditatum igne hic ardent, vt de igne in ignem tranſeant. Hic igne libidinis, cęterorumq; vitiorum flagrant, poſtea igne tartareo in ſempiternum flagrabunt. D. Hierony. vertit; *ſagittas ſuas ad comburendum operatus eſt, &c.* Sagittæ enim Chriſti in iudicio impios æterno igne incendent, atque vrent.

Agenda nunc pœnitentia, cum Dominus expectat.

Nunc ergo cum Sol eſt in ſignis miſericordiæ, cum patienter nos expectat Deus, conuertamur, ne cum ad ſigna tranſierit iuſtitiæ, ſeuerius damnemur. Nam vt D. Gregor. hom. 13. in Euangelia; Deus quos diu vt conuertantur tolerat, non conuerſos durius damnat, &c. Item; Nemo [inquit] Dei longanimitatem negligat, quia tanto diſtrictiorem iuſtitiam in iudicio exigit, quanto longiorem patientiam ante iudicium prærogauit, &c. Dum in ſigno crucis Sol eſt, ad Deum reuertamur; ne cùm in ſigno fuerit Leonis, ardentes illius flammas experiamur. *Horrendum enim eſt* [vt Paulus ait ad Hebræos 16.] *incidere in manus Dei viuentis.* Horrendũ quidem eſt incidere in manus Dei viuentis, ſed dulce eſt & optabile, incidere in manus Dei in Cruce morientis. Ad thronum illum gratiæ, id eſt, Crucem, nunc accedamus, ex qua veluti fonte gratia in homines effluit, & miſericordia; ne cum Chriſtus in throno ſederit iudicij, igneo fluuio in Orcum deuoluamur. Iuxta illud eiuſdem Pauli ad Hebr. 4. *Adeamus ergo cum fiducia, ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, &c.*

Sol nunc eſt cruce.

Sãcti in die iudicij pro impijs non orabunt.

Non ſolum erunt ſigna iræ in Sole Chriſto, ſed in Luna etiam, & Stellis, hoc eſt, in Virgine Deipara, & ſanctis omnibus. Etenim ſtupendam cernent in iudicio impiorum damnationem, ſtupendoſque cruciatus; Sed neque Deum, vt parcat, orabunt, neque tormenta patientibus, aliquid commiſerationis impertient. O ſigna ſtupenda. Si brutum animal torqueri cernimus, neſcio qua commiſeratione com-

A mouemur. At in die illa, viſcera ſanctorum pietate redundantia, nulla hominum miſericordia tangentur. Erit tunc [ait D. Bernar. ſerm 8. in Pſalm. Qui habitat] non miſericordiæ ſed iudicij tempus. Nec vlla omnino credenda eſt, erga impios futura illic miſeratio; vbi nec vlla ſperanda eſt correctio. Procul erit humanæ infirmitatis iſta mollicies, &c. Item: *Abſorpti* [inquit] *ſunt iuncti petræ iudices eorum:* B Pſal. 140. abſorpti plane in affectum iuſtitiæ, & Petræ [id eſt Chriſti] ſoliditatem cui iuncti ſunt imitantes. Hęc Bernard.

Eleemoſynis placandus iudex.

Conemur nunc iudicē flectere precibus, quem tunc nullæ flectent. Commoueamus, & exoremus illum muneribus nunc, qui tunc erit inexorabilis. Muneribus autem exoratur, id eſt, eleemoſynis, his ſe exoratum in ipſo tribunali oſtendet, cum dicet: *Venite benedicti, poſſidete regnum, eſuriui enim & C dediſtis mihi manducare, &c.* Chryſoſt. hom. 4. de pœnitentia; ij [inquit] qui iudicem mitigare volunt non in ipſo cauſæ examine, ſed priuſquam iudicij ingrediatur locum, beneuolum ſibi faciunt, vel amico Mediatore, vel præſule, aut modo alio ſibi iudicem conciliant. Igitur & Deo, non ſeſſionis tempore, ſuadendum erit iudici. Ante verò iudicij tempus, mitigabilis eſt D iudex. Quare dicit Dauid, Pſalm. 94. *præoccupemus faciem eius, &c.* eadem homilia docet mitigari nunc iudicem pecunia, hoc eſt, Eleemoſynis. Illic [inquit] magnum iudicem ars rhetoris nulla decipiet, & nullius potentia mitigatur, dignitati non condeſcendit, non veneratur perſonam; ſed tremendum, & implacabile iuſti iudicium. Hic verò iudicem exorabimus, & placabimus non pecunia. Magis autem E [ſi verum dicere oportet] clemens ipſe piuſq; pecunia ſuadetur: non ipſe manu, ſed per inopes accipiens. Da inopi pecuniam & iudicem mitigaueris. Hæc Chryſoſt. Memento tamen cũ eleemoſyna coniungere pęnitētiam. Sic iudex exoretur.

Iudex ante quã ſententiam ferat placandus eſt.

Ad placandum per in dicem nunc pecunia mo pinãda eſt.

Sancti nunc exorandi ut eterno igne precib. ſuis nos liberēt.

Virgo verò Deipara, & ſancti reliqui, precibus exorandi ſunt, alijſque bonis operibus, vt in iudicio eorum patrocinio æternam ſalutem conſe-

quamur. Magnus Gregor. hom. 32. in Euangelia: Hos (inquit) id eſt, ſanctos, in cauſa veſtri examinis, quam cum diſtrictio iudice habebitis. patronos facite. hos in die tanti terroris, illius defenſores adhibere. Item; ſi apud quendam magnum iudicem, cauſa qualibet veſtra eſſet craſtina die ventilanda, Patronum veſtra fraternitas quæreret, magnis precibus ageret, vt apud tantum iudicem ſibi defenſor veniret. Ecce iudex venturus eſt, in illo conuentu cauſa noſtra diſcutitur, & tamen Patronos non requirimus. Adſunt defenſores noſtri ſancti Martyres, rogari volunt, atque vt ita dixerim quærunt, vt quærantur. Hos ergo adiutores, veſtris orationibus quærite, hos protectores veſtri reatus inuenite; quia ne punire peccatores debeat, rogari vult, & ipſe qui iudicat, &c. Eodem loco narrat Martyres duos Matronæ cuidam apparuiſſe religioſæ valde, atque hoc auxilium in die iudicij fuiſſe pollicitos. Dum ex more (ait) Matrona valde religioſa adorãdum veniſſet, egrediens duos ſtantes ſub peregrino habitu monachos inuenit; peregrinos credidit, dari eis aliquid eleemoſynæ præcepit. Sed prius quam eius erogator, eis ad largiendam eleemoſynam propinquaſſet, aſtiterunt illi vicinius, & dixerunt Matronæ: Tu nos modo viſitas, nos te in die iudicij requiremus, & quidquid poſſumus præſtabimus tibi, &c. Ergo (dicet aliquis) in ipſo iudicio pro nobis orabunt ſancti, quod ijs quæ dicta ſunt repugnat. Quòd diximus veriſſimum eſt, in iudicio nullum eſſe locum ſanctorum precibus. Omnes enim qui tunc aderunt, vel beati erunt, qui precibus non indigebunt; vel damnati, quibus preces nequaquam proderunt. Nobis autem proderunt valde in iudicio preces ſanctorum, non illo, ſed hoc fuſæ tempore. A Deo nunc nobis impetrant pœnitentiam, cæteraſque virtutes, quæ in iudicio mirum afferent commodum. Hoc verò ſignificant verba ſanctorum Martyrum; quæ poſſunt etiam de die mortis, & particularis iudicij intelligi.

Matrona martyres apparuerunt, & ei auxilium in die iudicij ſunt polliciti.

Preces noſtrorum in iudicio quomodo nobis proderunt.

D. Bernar. ſerm. 8. in Pſal. qui habi-

A

tat, ſignificare videtur, in die iudicij incertam expectari ſententiam: Quid (inquit) tam pauendum excogitari poteſt, quàm iudicandum aſtare illi tam terrifico tribunali, & incertam adhuc expectare, ſub tam diſtricto iudice ſententiam? &c. Sed conſtat omnibus illi aſtantibus tribunali, fore perſpectam, vel beatitudinem ſuam, imò & aliorum, vel damnationem. Nam in morte cuiuſque, ſententia

B

fertur immutabilis, vel de beatitudine, cui ſæpe purgatorio ignis adiungitur, vel de damnatione ſempiterna; Ad ſigna alia pergamus.

In morte cuiuſq; ſententia fertur immutabilis.

CAPVT X.

De iudicio.

C

Morale.

ERunt præterea ſigna in hoc ipſo Sole, qui mundum inferiorem ſuis illuſtrat radijs; in Luna, cæteriſque aſtris. Lucem enim ſuam, qua mundum illuminant, condent, tenebriſque veluti veſte funebri, ſe induent, vt mundi funus lamententur. Patrefamilias moriente (ait Auctor

D

imperfecti homil. 49.) tota domus eius turbatur, omnis familia plangit, & conſciſſis tunicis ſuis, nigris ſe cooperiunt veſtimentis; ſic humano genere circa exitum conſtituto, totus contriſtatur mundus, vniuerſa cœli miniſteria lugent, & candore depoſito, pro veſtibus luctuoſis tenebris veſtiuntur, &c. Cum princeps aliquis vir moritur; celſis ex turribus, ærea magna cymbala, ſigna dant: Sic cum

E

orbis terrarum Princeps homo morietur, excelſis cęlis turribus, veluti magna cymbala, Sol, Luna, & Stellæ ſigna dabunt. *Cæli*, Sole, Luna, Stelliſque exornati, *nunc enarrant gloriam Dei* Pſal. 18. Tunc verò iram Dei impijs annunciabunt.

Totus mundus lugebit fine hominum appropinquante.

Qualis dies talia erunt ſigna, dies ſummæ iræ erit, ſigna quoque. Fore autem diem illum ſummę irę, Prophetæ indicant. Sophonias c. 1. *Dies iræ, dies*

Qualis dies talia erunt ſigna.

illa,

Dies ira dies iudicij

A *illa, dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſeriæ, dies tenebrarum, & caliginis, &c.* Iſaiæ 13 *Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus & iræ furoriſque ad ponendam terram in ſolitudinē, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam Stella cœli, & ſplendor earum, non expandent lumen ſuum, Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo, & viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, &c.* Ierem. 23. *Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Domini, vſque dum faciat, & vſque dum compleat cogitationem cordis ſui. &c.* Similem eſſe ait propheta Dei iram turbini, ac tempeſtati; hic turbo, hæc tēpeſtās, ſuper caput impiorum irruet, eoſque omnes perpetuis flammis demerget. Ad Romanos 2 *theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij*

Theſauri ibi conditi ſint.

C *Dei, &c.* Si peccatores iram ſibi theſaurizant in die iræ, Deus bone, quam referti iræ theſauri illa die aperientur, quæ iræ flumina, quæ maria, qui Oceani apparebunt: Hanc iram indicabit in cœlo Solis, Lunæ, Stellarumque caligio; in aere autem indicabunt horrenda fulgura, tonitrua, fulmina; in mari ſtupendus aquarum fremitus, atque exundatio; in terra admirandus motus. Non negligent D ſigna iræ impij; qui ſigna neglexere miſericordiæ,

In terris (ait Dominus) *preſſura gentiū erit, præ confuſione maris, & fluctuum; areſcentibus hominibus præ timore, & expectationis, quæ ſuperuenient vniuerſo Orbi.*

Impiorum preſſura extremo tempore, & anguſtia quāta erunt.

Preſſura tunc erit impiorum maxima. Nunc diſſoluto illi, laxatòq. animo, abſq. vlla mortis, iudicijq; formidine ſpatiantur, tunc magno mortis, E indicijq. timore prementur. Auis quidem ex cauea emiſſa, liberè peruolat aerem, amænaq. nemora; ſed ſi in laquem fortè incidat, ſummopere premitur, ac coarctatur. Sic impius, nunc nulla mandatorum cauea concluſus, nullis catenis conſtrictus, quacumq. vult vagatur; at cùm dies ille, vt Dominus ait Lucæ 21. inſtar laquei aduenerit, illaqueabitur miſer, premetur, coanguſtabitur maximè, & areſcet pre

A timore; *Areſcentibus* [inquit] *hominibus.* Nunc nitidus eſt, & floridus impius, nunc penitus marceſcet. *Omnis enim caro fænū* (Iſaiæ 40.) *& omnis gloria eius quaſi flos agri, &c.* Facilè areſcit florum faſciculus, quia radicibus carent, ſic facilè areſcent caduca omnia, quippe quæ radices non habent. Ionæ 4. Sub vmbra hederæ lætus ſedebat Ionas, ſubito a verme corroſa exaruit, *percuſſitq Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat:* eun-

Ionæ hedera quid ſignificet.

B dem in modum impij ſub vmbra honorum ſedent nunc, voluptatum, & diuitiarum, velut ſub vmbra hederæ lætiſſimi; at exareſcent hæc omnia, percutietq. iuſtitiæ Sol ſtultorum capita, æſtuabuntq. ardore ſempiterno.

Quid verò iuſtis illius extremi tēporis dicat Dominus audiamus, Lucæ 21 *His* (inquit) *fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra, &c.* Impij, qui mā-

Iuſtorū lætitia extremo tempore quāta futura ſit.

C data mea conculcarunt prementur, & areſcent, vos verò, qui mandata mea in oculis tuliſtis, in cœlum ſuſcipite, lætamini, leuate capite; quoniam æterna, ac perfecta redēptio veſtra appropinquat. Corpora enim veſtra ex mortis captiuitate redempta, vita gloriaque donabitur ſempiterna. Addidit ſimilitudinem ex ficu ſumptā, & alijs arborib. *Videte ficulneam & omnes arbores cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quo* D *niam prope eſt æſtas: ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam propè eſt regnū Dei, &c.* O beatam illam æſtatem, ò ver lætiſſimum, atque æternum, quo poſt procelloſas huius hyemis tempeſtates, iuſti veluti arbores quadā Dei

Nūc hyems eſt iuſtis, poſtea ver.

manu ſatæ, producent ex ſe fructus gloriæ ſempiternos. Etenim arborib. ſimiles ſunt iuſti, quæ hyemali quidē tempore, veluti mortuæ ſunt, verno, & æſtiuo reuireſcunt: flores, fructuſ- E que producunt. *Mortuis nunc ſunt iuſti,* ad Coloſſ 3 illo autem vere, illa æſtate reuiuiſcent, æternæ gloriæ floribus fructibuſque exornabuntur. Haymo in verba citata; Sicut [inquit] hyemis tempore arbores cernimus folijs nudatas, fructibus ſpoliatas, & penè mortuas eſſe; ita in præſenti vita ſancti mortificantes membra ſua, & humiles, & deſpecti apparēt, & ſicut appropinquāte æſtate redini-

uæ

uæ arbores veſtiuntur folijs,decoran
tur floribus,ornantur fructibus ita in
die iudicij ſancti reſurgentes , induti
ſtolam immortalitatis,iucundi,& flo
ridi apparebunt,&c. D. Grego. ho. 1.
in Euang. Bene (inquit) regnum Dei
æſtati comparatur;quia tunc mœroris
noſtri nubila tranſeunt , & vitæ dies
claritate æterni Solis fulgeſcunt,&c.
Sic ſe habebunt iuſti in die illa, ſic &
impij, floreſcent illi,hi areſcent; illi
magna in latitudine verſabuntur, hi
ſummis anguſtijs coarctabuntur. E-
gregiè dictum Iſaiæ 3. *Dicite iuſto,quo-
niam bene,quoniam fructum adinuentionũ
ſuarum comedet. Væ impio in malum. Retri-
butio enim manuum eius fiet ei,&c.* Dicite
concionatores iuſtis,*quoniam bene*,dici
te impijs,*quoniam malè*.O terque qua
tèrque beatos iuſtos;væ impijs. Benè
erit iuſto , mala impio omnia eue-
nient,quoniã comedet iuſtus ſumma
cum dulcitudine fructum adinuẽtio-
num ſuarum,& operum.Impius ſum
ma cum amaritudine fructib.ſcelerũ
ſuorum veſcetur.

Regnũ Dei bene æſtati cõparatur.

Diciteiuſtis bene,& male impijs

Omnes enim tunc creaturæ aduer
ſus impios dimicabũt;dimicabit quo
que ipſe creator. O infœliciſſimos ho
mines,quò fugient,cuius auxiliũ im-
plorabunt,qui & creaturas,& creato
rem inſenſum habebunt? Sapien. 5.
Armabit creaturam ad vltionem inimicorũ.
Item; *Pugnab t cum il'o orbis terrarum cõ-
tra inſenſatos Ibunt directè emiſſiones fulgu-
rum,& tamquam à benè curuato arcu nu-
bium ex:ermınabuntur,& ad certum locum*
[id eſt, ſcopum] *inſılıant,& à petroſa ira*
[id eſt, ab ira petras iaculante] *plena
mittentur grandines,excandeſcet in illos a-
qua maris,& flumina concurrent duriter.
Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis* (id eſt,
ventus fortis) *& tamquam turbo venti di
uidet illos,& ad eremum perducet omnẽ ter
ram iniquitas illorum,& malignitas euer-
tet ſedes potentium,&c.* Armabit Chri-
ſtus cœlum,Solem,Lunam, aſtra, te-
nebratum terrore, aerem fulminib.
grãdine,tonitruis,procellis;mare hor
rendo ſonitu,fluctuumque commo-
tione terram inſolitis motibus. Tan
dem ignem ſolutis immittet habe-
nis,in terram vniuerſam. *Terra* [ait
Diuus Petrus epiſt. 2. c. 3.] *& quæ in ip
ſa ſunt opera exurentur,&c.*

Creaturæ pugnabunt contra impios.

A Cùm tempeſtas oritur,priùs lenius
commouentur fluctus tandem ventis
elati,naues obruunt. Sic cùm extre-
ma illa tempeſtas orietur,prius velu-
ti vnde quædam minores efferentur,
poſtea ignis, vt decumanus quidam
fluctus orbem demẽrget. D. Greg. li.
21. Moral. c. 16. Tempeſtas (inquit) cũ
oritur,prius lenes vndæ,& poſtmodũ
volumina maiora concitantur, ad ex
tremum fluctus ſe in alta erigunt, &
B nauigantes quoſque ipſa ſua altitudi
ne ſubuertunt. Sic illa extrema pro-
perat tempeſtas animarum,quæ mũ-
dum ſubruat. Nunc enim bellis, &
cladibus,quaſi quibuſdam vndis,ſua
nobis exordia oſtendit,& quanto ad
finem quotidie propinquiores effici-
mur,tanto grauiora irruere tribula-
tionum volumina videmus. Ad extre
mum verò commotis omnib. elemen
tis,ſuperueniens iudex finem omniũ
C apportat.

Tempeſtas mundũ demergens.

Quia videlicet,tunc tempeſtas flu-
ctus in cælum leuat. Hæc ille. Equidẽ
tunc tempeſtas altiſſimos in cęlum
leuabit fluctus;elementa omnia con
tra inſenſatos pugnabunt cùm Chri-
ſto;ignis verò in conſpectũ eius exar
deſcens,veluti decumanus maximuſ
que fluctus , mundum obruet vni-
uerſum.

O ſtupendum fluctum, o ſtupen-
D dum incendium,vnum aliquod pala
tium , vel ciuitatem incendio perire
non mirum;at vniuerſas domos,pala
tia,tẽpla,ciuitates,regiones, igne ab-
ſumi,redigiq. in cineres,nouum, ad-
mirabile,ſtupendum. Huc huc adeſte
terrenarum rerum cupidi,qualem fi-
nem ea ſint habitura videte, pro qui
bus animas viliſſimo pretio dæmoni
mancipatis. Conijcitè quæſo oculos
in palatia celſiſſima,ciuitates opulen-
E tiſſimas regna toto orbe p̃clariſſima,
opes,aurum,argentũ,gẽmas,vniueſã
que ſupellectilem pretioſam ac lautã.
Veſtes aureas ac bombycinas, lapidi
buſq. rutilantes pretioſis,aſpicite,cõ-
quiſitiſſimis epulis extructas mẽſas,
gulæque irritamenta omnia intuemi
ni,voluptates in quib. viliſſimum cor
pus enutritis,honores,dignitates,glo
riamq. humanam conſiderate. Incen
dio breui peribunt omnia. Cauete ne
cum

Mundi totius incendium quã ſit futurũ ſtupendum

Incẽdio breui omnia peribunt.

Digitized by Google

cũ illis vos quoq. pereatis Omnes.n. impij terrenis adhærentes reb. ignis erunt pabulũ, iuxta illud Malachiæ 4. *Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, et erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem & germen, &c.*

Beda in collectaneis to. 3. Victorias ignis tres numerat. Prima (inquit) ignis victoria fuit, in qua apparuit Spiritus ſanctus. Secunda, quæ eleuauit Eliam: tertia, quæ comburet peccatores, & terram in die iudicij. &c. De victoria maxima ignis Spiritus ſancti, aliud erit tempus dicendi Deo annuente, victoria quoq. ignis Eliæ aliũ habet locum. Victoria ignis extremi huius eſt. Ea vero admirabilis erit, omniumq. Regum victorias ſuperabit. Vincet.n. ignis ille Reges omnes, duces omnes, omnes exercitus de toto terrarum orbe triumphabit. Nihil eius potentiæ repugnare poterit; ſuperabit omnia, homines, animantia, omnia rationis expertia, aerem, aquas, terram, æs, ferrum, aurum, argẽtum, pretioſos lapides, tecta omnia, omnes arbores, turres, propugnacula, præſidia, denique corpora mixta omnia rediget in cineres, terrãq. vaſtabit vniuerſam. Ezech. 24. de Ieruſalem loquens ait Dominus: *Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyrã, &c.* Grandem fecit Deus Ieruſalem pyram: ſed nihil momenti habet, ſi cum pyra conferatur, qua vniuerſa terra, pars aeris magna, mariaq. omnia, & flumina exurentur. Quis vnquã tantam vidit pyram? In hac tria illa conflagrabunt, de quib. Ioannes epiſtola 1. cap. 2. *Omne* (inquit) *quod eſt in mũdo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt, & mundus tranſit & concupiſcentia eius, &c.* Exuretur carnis concupiſcentia in hac ingenti pyra, exuretur cõcupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ tranſibit mundus, & concupiſcentia eius, finemq. tandem habebunt hominum peccata & concupiſcentię ſuper terram. Ait Philo pag 396. Impietas malum eſt infinitum, quod ſemel accenſum, numquã extingui poteſt, &c. At pyra hæc ingens hoc infinitum extinguet malum. Nulla enim poſt eam impietas, ſuper terram erit; omnia ſcelera relegabuntur in Orcum.

Ieruſalem grandẽ fecit pyram Deus.

Pyra mũdi qualis futura eſt.

Impietas malũ eſt infinitum

A

Vt Agnus Dei abſtulit Dominus peccata mundi in aduentu primo, in ſecundo aduentu, vt Leo Dei auferet. Poſt aduentum primum, è cęlo ignem Spiritus ſancti miſit, quo amicos eius inflammauit. In aduentu ſecũdo ignẽ longè diuerſum mittet, qui inimicos B incendet; iuxta illud Pſal. 96. *Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, &c.* Olim ad expiandum mundum, atque abluendum, aquarũ ingẽs diluuium terris immiſit Deus, iterum in terras, ſordes ſcelerumque immunditiæ introire; quamobrem iterum immittet diluuiũ, quo expurgentur, non aquarum, ſed flammarũ. Cùm diluuium immiſit aquarũ, Arcam fabricari præcepit, in qua ſemẽ C ad inſtaurandum humanum genus, ſeruaretur. At cùm diluuium immittet flammarum, nullum hominibus, animantibusve reliquis perfugium, nullus portus, quo ſe recipere poſſint reliquetur. Non enim opus erit ſeminario, ex quo genus humanũ poſſit renouari, quod funditus tunc mũdo interuenire interibit.

Peccata mũdi tollet Chriſtus vt leo Dei.

Interibit mundus hic, præteribit vt Paulus, ait 1. Cori. 7. figura illius, quæ D compta, atque ornata ſtultos homines decipit, & in naſſam dæmonis pertrahit. Hunc mundi interitum, morientiſque luridam, atque pallentem, non comptam faciem frequenter animo oportet voluere; ſi fallaci illius ſpecie in laqueos diaboli trahi, rectèque ac frugaliter viuere volumus. Hinc illa præclara Diui Petri illatio 2. epiſto. cap. 3 *Cum igetur* (iuquit) *hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſan-* E *ctis conuerſationibus, & pietatibus, expectãtes, & properantes in aduentum dies Domini, &c.* Sancta ſi vult eſſe, ſanctiſſimus Pontifex, noſtras conuerſationes, noſtra opera, noſtra verba. Siquidem hæc omnia, quæ cernimus, diſſoluenda ſunt, breuiq. peritura. Ita nos vult vitam traducere, vt iudicem non metuamus, ſcelerum territi conſcientia, ſed expectemus potiùs, & in aduentum eius properemus, vitę gaudentes

Mundi iſ figura præteribit.

Mũdi finis conſiderandus.

inno-

innocentia. O fœlicem illum, quem
rectè factorum cõſcientia exhilarat,
& ad iudicis aduentum facit prope-
rare. O infœlicem, quem ſcelerum e-
xagitant furiæ, iudicisque tribunal co-
gunt perhorreſcere. Numquid (ait
Augu. Pſalm. 100.) iudicium Dei tan
tummodo formidandum eſt, non a-
mendum? Formidandum malis pro-
pter pœnam; amandum bonus pro-
pter coronam, &c. & Pſalm. 147. Si
amamus Chriſtum, vtiq. eius aduen-
tum deſiderare debemus, &c

Iudicium Dei formidandam & amãdum.

Sãcti Chriſti aduẽtũ ad iudiciũ diligunt.

Intuere Paulum iudicium non me
tuentem, ſed amantem 2. ad Timoth.
4 *Ego* [inquit] *iam delibor, & tempus reſo-
ſolutionis meæ inſtat. Bonũ certamen certaui
curſum conſummaui, fidem ſeruaui In re-
liquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam
reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iu-
dex. Non ſolum autem mihi, ſed & ijs, qui
diligunt aduentum eius, &c.* Qui bonum
certamen certant, quique victoriam
reportant, non metuunt iudicem, ſed
diligunt. Coronam enim ſibi propoſi
tam eſſe ſciunt gloriæ ſempiternæ; q.
verò ab aduerſario victi ſunt, ij iudi-
cium formidant, quoniam norunt,
non coronam ſibi, ſed ſupplicium pa-
ratum eſſe, nullo fine terminandum.
D. Gregor. libro 31. Moral capite 21.
Viſionem [inquit] diſtricti iudicis quã
iuſtus vehementer expectat: iniuſtus
venire reformidat. Iſte namque labo
res ſuos conſiderans, mercedem re-
tributionis quærit, & cauſæ ſuę meri-
tum ſciens, præſentiam iudicis expe-
tit, ille verò qui iuſtitiæ ſuæ meminit,
venire iudicium perhorreſcit, actuſ-
que ſuos examinari metuit, quia dã-
nari, ſi examinetur, noui. Aduentum
iudicis non diligunt niſi qui in cauſa
ſua ſe habere iuſtitiæ meritum ſciũt.
Hæc Greg. *Reſpicite* (ait Dominus iu-
ſtis Lucæ 21.) *& leuate capita veſtra:* in
quæ verba ſic ſcribit Hieron. Cum ca
pita iubet leuare, mentem præcipit
ad æternam remunerationem præpa
rare. In quib. verbis oſtenditur, quia
electi diem iudicij non tam debẽt ti-
mere, quã optare. Vnde quotidie po-
ſcunt in oratione dicentes; *Adueniat
regnum tuum*, quod illorum eſt facere,
qui gratia Dei ſe præueniente, bona
ſe operatos eſſe recolunt, ſicut per Io

D. Gregor. Iudicium Chriſti qui diligunt,

D. Hieron. Poſcim⁹ in oratione Dominica quotidie aduẽtũ Chriſti ad iudiciũ.

A annem dicitur 1. Io. 3. *Cariſſimi, ſi cor no
ſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habe-
mus in die iudicij.* Hæc ille. Ex Petro ha
bemus diem iudicij expectandum, in
eumq. votis, & bonis operib. properã
dum: *Expectantes* [inquit] *& properantes
in aduentum diei Domini*, 2. Pet. 3. &c.

Ex paulo habemus, aduentum Dò
mini diligendum: *Sed & ijs* (ait) *qui dilè
gunt aduentum eius, &c.* & ad Ti. 2. *Sobriè,
& iuſtè, & piè, viuamus in hoc ſæculo, expe-*
B *ctantes beatam ſpem, & aduentu gloriæ ma-
gni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* 2.
Tim. 4. &c. Beatam appellat ſpem, il-
lam beatitudinem, quæ nos in æternũ
facit beatos, tùm animo, tùm corpo-
re, ad Philip 3. *Saluatorem expectamus Do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui refor-
mabit corpus humilitatis noſtræ. configuratũ
corpori claritatis ſuæ, &c.* hoc eſt, quod Do
minus dixit Luc. 21. *Reſpicite, & leuate
capita veſtra, quoniam appropinquat redem*
C *ptio veſtra:* Redẽptio (inquam] corpo
rum ex mortis captiuitate, per quam
corpus veſtrum configurabo corpori
claritatis meæ: huc etiam illud ſpe-
ctat ad Ro. 8 *Ipſi intra nos gemimus ado-
ptionem filiorum Dei expectantes, redemptio-
nem corporis noſtri, &c. Sobriè ergo, iuſtè, &
piè, viuamus in hoc ſæculo:* ſi iudiciũ ama
re, potiùs quam timere volumus. Vt
ſobriè autem, rectè, & piè viuamus, à
mundi compta facit quæ ſuo nos fal-
D lit fuco, oculos auertamus, faciémq.
morientis conſideremus, vt monet
D. Pe. 2. epiſt c. 3.

Amandus aduẽtus ſecundus, & optandus.

Cum hæc omnia (inquit) *diſſoluẽda ſint,
quales oportet non eſſe?* quam caſtos, quã
ſobrios, quàm iuſtos, quam pios; quã
mundi labentis contemptores, quàm
humiles, quam patientes? Et Paul. 1.
Cor. 7. *Tempus* (inquit) *breue eſt.* Item
præterit figura huius mundi: nimirum fu-
cata illa, ac fallax. Ex hac verò tempo
E ris breuitate, mundiq. interitu infert.
*Reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tam-
quam non habentes ſint, & qui flent tam-
quam non flentes, & qui gaudent, tamquam
non gaudentes, & qui emunt, tamquam non
poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo, tam-
quam non vtantur, &c.* Vnde hæc mira-
bilis ſequitur vitæ ratio, abſq. vlla ter
rena ſollicitudine? Vnde nã colligit,
ſic nos in hoc mundo debere vitam
agere, quaſi mundus non eſſet? Videli

Mũdi interitus meditandus, vt cõtẽnatur.

Sic viuẽdũ eſt, ac ſi nõ eſſet mundus.

cet

cet ex temporis exiguitate, mundique ipſius euaneſcentis vanitate, atq. fine. *Tempus* (ait) *breue eſt, præterit figura huius mundi*, & euaneſcit; ergo ita viue in mundo, ac ſi non eſſet mũdus. Mox enim è conſpectu diſparebit. Ecquis hæc mirabilia efficere poterit? Is poterit, qui mundum, non Orientem, ſed Occidentem conſiderarit.

Interibit mundus hic, illius annos, uel ſæcula iam nemo numerabit reſurget alius, alij renaſcentur hono- B res, aliæ dignitates, gloria alia, & amplitudo, aliæ diuitiæ, aliæ voluptates, veræ, ſinceræ, ſempiternæ. Tormenta quoque alia, ignominiæ, contumeliæ, dedecora, ſuppliciaque perpetua. Terribili clangore tuba mortuos euocabit, fietq. illud Apocal. 20. *Dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant, etc.*

Reſurgent omnes homines.

Ezechieli 37. magna hominum multitudo reſurgere viſa eſt: *Et ſteterunt* [in- C quit] *ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde, &c.* Sed exercitus hic grandis nimis valde, paruus nimis valde eſt, ſi cum exercitu illo comparetur, qui ex terra extremo reſurget tempore. Exercitus Ezechielis vno ex cãpo reſurrexit: at tempore extremo immenſus hominum exercitus, toto ex orbe terrarum, in vitam reuocabit. *Dabit mare mortuos ſuos*, id eſt, dabit corpora, dabit quoq. terra, infernus verò D dabit animas: dabit; & cœlum, vt corporibus conſocientur. Stabitque immenſus exercitus, magnam terræ occupans partem: ò rem ſtupendam. *Quis audiuit vmquam tale* (legitur Iſaiæ capite extremo) *quis vidit huic ſimile? Numquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens ſimul? &c.* Admirabilis ſanè res eſſet, ſi die vna iuxta hæc verba, terra gentem vnam pareret, at quantò admirabilius erit, terram E in die vna, imò in hora vna, non vnã, ſed omnes ſimul gentes parere? O ſtupẽdum partum. Partum dolores præcedunt: Quid igitur mirum, ſi tantũ partũ magni pcedãt mũdi cruciatus?

Partus terræ fecundiſſimus.

Oriẽtur autem ex illo, filij, alij pulcherrimi, alij turpiſſimi. Impij turpiſſimis ſcelerũ maculis notati, è terræ viſcerib prodibunt; iuſti virtutũ ſplẽdore fulgentes excitabuntur. Illi in

A ipſa quã dilexerunt terra põdere peccatorum preſſi manebũt; hi aquilarũ inſtar, bonorum operum pennis ad Chriſtum euolabunt. Illorum corpora acerbiſſimum ignis cruciatum experiri incipient, horum Solis inſtar fulgebunt. Illi miſeros ſe, atq. infœlices: hi beatos ſe ac fœliciſſimos proclamabunt. O beatã pęnitentiam dicet iuſtus, quæ viam in tanta hæc bona mihi paraſti: *Pœnitentiam agite* (dixit B Dominus, Matt. 4 *appropinquauit. n. regnum cęlorum*: egi pœnitentiam, iã appropinquat, imò adeſt regnum cœlorũm. O beatas vigilias, beatos labores, beatam carnis macerationẽ, beata ieiunia, precationes, rerum diuinarum meditationes, corporis verberationes. O beatas eleemoſynas, quę me fecere beatum. O beata opera bona quæcumq. feci: beata mala, quæcumque pro Chriſto toleraui. Si fuere ama- C ræ radices, ex amaris radicib. dulciſſimos nunc fructus colligo; tranſijt amaror; permanebit dulcitudo ſempiterna.

Iuſtorũ lætitia in iudicio.

Contra verò impius clamabit: Heu quam cerno rerum commutationem: voluptates in tormenta commutatæ ſunt, diuitiæ in extremã egeſtatem, deliciæ in ſupplicia, honores ĩ opprobria ſuauis odor in fœtorẽ, cantus in gemitum. Clauſis oculis in hũc ignis properaui rogũ, oculos quos vo- D luptas clauſit, nunc pęna aperit. Heu quid video? Nihil quod ſolamen afferat, omnia quę torqueãt. Vtinam hęc præuidiſſem: ſi pręuidiſſem, effugiſſẽ. Heu me nullum iam patet effugium, deſperata res eſt. O mors quam horrere ſolebam, huc ades, his me anguſtijs eripe, quæ horror eras, nunc eris ſolatium. O Tartareæ furiæ inauditæ, diſcerpite, lacerate infœlicem, totq. doloribus eripite. Æternis dolor erit? E O me inſanum modica voluptate æternum emi tormẽtum. Hunc in modum impij ſuum fruſtra lamentabũtur cruciatum: Iuſti verò ob ſummã quæ illis obueniet beatitudinem, gaudio triumphabunt; ſiſtenturq. omnes in valle Ioſaphat.

Impiẽ lamẽtatio in iudicio.

Quis de ijs, quæ in valle Ioſaphat gerentur, quis de maieſtate iudicis, iudicioq. ipſo, pro dignitate verba poterit facere? Quis talia fãdo valebit ex-

De iudicio futuro in valle Ioſaphat.

pli-

Digitized by Google

plicare? ferat opē, qui laturus eſt ſententiam. *Tunc* [inquit Lucæ 21.] *videbunt Filium hominis venientem in nube, cũ poteſtate magna, & maieſtate, &c.* & Mat. 25.] *Cum venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum, omnes gentes, &c.* Vide quæ ſuprà diximus in literali. Deſcendet ſummus è cœlo Iudex, ac Rex, tota cœleſti comitatus curia. *Cum venerit* (inquit) *Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, &c.* Veniet in maieſtate ſua propria, non emendicata, aut aliunde accepta. Veniet ſplendore rutilans, pulchritudine eximia admirandus, iuſtis amabilis impijs horribilis. Veniet ſplendentibus indutus armis, cum hoſtibus certaturus, Sapien. 5. *Induet pro thorace iuſtitiã, accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem, acuet diram iram in lanceam, &c.*

Chriſtus cũ qua maieſtate venturus.

Quis fortiſſimo duci armis ſic inſtructo poterit ire obuiam? O infœlices Impij, parate vos, oportet cum hoc imperatore confligere. Numquãne de hoc conflictu in vita cogitaſtis? Væ vobis, nec fugere, nec impetũ haſtę ſuſtinere poteritis: victi, ac vincti, æternæ trademini captiuitati. Nam vt Nanzianzenus in Apologetico ait: ſolus Deus nec fuga vitari, nec bello ſuſtineri poteſt, &c. Extrema illa die nullum erit effugium, aut perfugium, nunc mille habetis effugia, mille perfugia, effugite, & perfugite, ſed arma ipſa conſideremus.

Induet Dominus, *pro thorace iuſtitiã.* Etenim primum iudicis munimentum eſt iuſtitia, quod pectus iudicis armat, ne muneribus corrumpatur. Qui iuſtitia pectus non munijt, tribunali indignus eſt. Fortiſſimus erit thorax hic in pectore Chriſti, nulla illum dona, nullæ preces, nulla clementia falſa diſrumpet.

Iuſtitia armabit pectus.

Ita muniet pectus illud blandiſſimum, ac clementiſſimum, vt medio in mari circumdata fluctib. rupes immota conſiſtere videatur. Quod nam pectus poterit immenſam hominũ, improborumque Angelorum multitudinem, tormentis addicere æternis? Poterit Chriſti pectus, iuſtitiæ tho-
A race armatum. Id enim aget, quod iuſtitia flagitat. Pſal. 88. *Iuſtitia, & iudiciũ præparatio ſedis tuæ, &c.* Præparatio, hoc eſt baſis, & firmitas tribunalis Dei iuſtitia eſt, & iudicium. Ita verò in hac baſi ſtabilitum, firmatũ mque eſt, vt nullo modo ab ea dimoueri poſſit. Præter thoracem addit ſapiens galeã. Pro *galea* [inquit] *accipiet iudicium certũ*, Græcè, ἀνυπόκριτον, id eſt, *ſincerum, non fictum, aut falſum*, non hypocriticũ:
B iudicabit enim Dominus ſincerè, veriſſimè, non fictè, certiſſimum iudiciũ exercebit.

Galea, i. ſapientia, caput armat.

Indiget iudex integritate ſumma, ne muneribus corrumpatur, hanc indicat thorax iuſtitię; indiget ſapientia, ne in iure dicendo fallatur, hanc innuit capitis galea, qua armatus iudicium certum, ac verum profert. Indiget etiam iudex æquitate, ne nimiũ ſit rigidus, atque horridus, ideò addi-
C tur: *Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatẽ.* Græcè; ὁσιότητα, id eſt, ſanctitatem. Poteſt etiam ſignificare æquitas æqualitatem, qua æqualiter de omnib. abſque acceptione perſonarum iudicatur. Deniq. thoraci, galeæ, & ſcuto, lãcea adiungitur: *Acuet diram iram in lãceam.* Omnia hęc ſummo conueniunt iudici. Integritate ſumma præſtat, ſapiẽtia ſumma, & ſanctitate, atq. ęquitate, iram illã die acuet in lanceã, om-
D neſque aduerſarios vno impetu proſternet.

Prætereà illo die iuſtitiæ thorace pectus ſapientię galea armabit caput, aduerſus hominum iudicia. Oſtendet enim ſumma, cum iuſtitia, ac ſapientia, omnia feciſſe quæcumque fecit in hoc mundo. Cum ad iudicium venerimus, [ait Auguſt. libro 20. de Ciuitate Dei, capite ſecundo.] Non ſolum quæcumque tunc iudicabũtur,
E verùm etiam quęcumque ab initio iudicata, & quæcumque ad illud tempus adhuc iudicanda ſunt, apparebũt eſſe iuſtiſſima. Vbi hoc quoque manifeſtabitur, quã iuſto iudicio Dei fiat, vt nunc tam multa, ac penè omnia iuſta iudicia Dei, ſenſus menteſq. mortalium lateat, cum tamẽ in hac re piorum fidem non lateat iuſtũ eſſe, quod latet, &c.

In die iudicij omnia Dei facta, atq. iudicia iuſtiſſima fuiſſe apparebit.

Apocal. 1. Vidit Ioannes Chriſtum gla-

Digitized by Google

gladio armatum, vtraque parte acutum, ferebat autem illum, nō manu, ſed ore. *De ore* [inquit] *eius gladius vtraque parte acutus exibat, &c.* Ore geſtabit gladium Chriſtus in iudicio; ſententia enim, quam dicet in impios horribilis erit gladius, ore vibratus. Erit autem vtraque parte acutus, quia nō corpus ſolum, ſed animum quoq. æterno vulnere pecutiet. Hominū gladij, vna ex parte tātum acuti ſunt, qa corpus tantum poſſunt fauciare, iuxta illud Domini Luc. 12. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus: & poſt hac non habent amplius, quid faciant*. At gladius Chriſti, vtraque ex parte habet aciē acutiſſimam, quia tam corpori, quam animò vulnera infligit. Vnde addit eodem loco: *Timete eum qui poſt quam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennā, &c.* Acuitur hic gladius modò iuxta illud Ezechiel. 21. *Gladius exacutus, eſt & limatus, &c.* Exacuunt impij toties, quoties crimen committunt, rubiginem aliquam contrahere minimè patiuntur. In die iudicij infinitis propemodum criminibus exacutiſſimus, ac limatiſſimus ſplendeſcet, diuinoque ore vibratus, tùm animis, tùm corporibus iniquorum, mira vulnera imponet, miráſq. edet ſtrages, iuxta illud Deuter. 32. *Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, &c.*

Gladiū in ire Chriſtus teſtabit.

Gladij ſtrages.

Pſalm. 109. *Iudicabit in nationibus implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.* Iudicabit Chriſtus omnes nationes, omnes homines, implebit ruinas in die iudicij: quia multæ impiorum ruinę ante iudiciū extitere, at in die iudicij extremum complementum omnib. his ruinis addetur, nimirum ruina in Orcum. Vel ruinas in Orcum implebit in die iudicij.

Nam vſque ad iudicium, animæ tantum impiorum in Tartarum ruunt: In die verò iudicij implebuntur ruinę; quia etiam corpora cum animabus ruent.

Quomodo Chriſt' ruinas in die iudicij impleturus eſt.

Aliter, *implebit*, hoc eſt, multiplicabit ruinas, multas faciet ruere magnas edet ſtrages, iuxta illud Ezec:

A 21. *Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas, &c.* Deſcribitur Chriſtus velut dux, aduerſus impios dimicans, implenſque campos cędibus. Vnde aliqui vertunt illud Pſalmiſtę מלא גויות *mala geuijoth*, impleuit corporibus, vel cadaueribus, ſcilicet cāpos. D. Hieron. transfert *implebit valles* Etenim valles Tartareas damnatis implebit. Sequitur: *Conquaſſabit capita in*
B *terra multorum* ſcilicet impiorum Iſai. 66. *Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia in igne Dominus iudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino, & cetera.*

Dicuntur autē impij interfecti, qa vita vera, id eſt, Dei gratia carebunt, & Tartareę pęnę adiudicati; mortem
C potius viuent ęternam, quàm vitam. Illa enim vita mors ſecunda appellatur Apoc. 20.

Impij cur dicantur interfecti.

Conijciamus iam oculos in iudicē armatum, in throno ſedentem cernemus, ex nube mirabiliter efformato, plurimis veluti gemmis decorato, varijs coloribus diuina arte rutilante. *Aſtabit à dexteris mater & regina, in veſtitu deaurato circumdata varietate*, ſimilique in ſede fulgebit. Innumerabilia
D Angelorum agmina, ducem ſuum ſtipabunt, latiſſimáque aerijs ſpatia, fortè in corporibus aſſumptis, complebunt: ſplendebit ante omnes, admirabile crucis vexillum, ipſo ſole rutilantius. Comparebunt coràm, cuncti viri, ac fœminę, quicumque in mundo fuerunt, ſunt, & erunt. Reges omnes, Imperatores, principes, duces, nobiles, diuites, pauperes, ignobiles, ſapiētes, inſipienteſque. Vnde illud D. Hie-
E ron epiſtola 1. ad Heliodorum, iudicaturo Domino lugubre mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam Reges nudo latere palpitabunt, &c. Magnus ille nationum videtur numerus, qui Actorum 2. extat: *Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pōtum, et Aſiā, Phrygiā, & Pamphylam, Aegyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenē, et aduenę*

Chriſtus iudex, in tribunali ſedens qualis futurus.

Omnes homines ante Chriſti, tribunal ſiſtētur.

Romani

A innocentia. O fœlicem illum, quem rectè factorum cõſcientia exhilarat, & ad iudicis aduentum facit properare. O infœlicem, quem ſcelerum exagitant furiæ, iudiciſque tribunal cogunt perhorreſcere. Numquid (ait Augu. Pſalm. 100.) iudicium Dei tantummodo formidandum eſt, non amendum? Formidandum malis propter pœnam; amandum bonus propter coronam, &c. & Pſalm. 147. Si amamus Chriſtum, vtiq. eius aduen- B tum deſiderare debemus, &c

Iudicium Dei formidandam & amãdum.

Intuere Paulum iudicium non metuentem, ſed amantem 2. ad Timoth. 4 *Ego* [inquit] *iam delibor, & tempus reſoſolutionis mea inſtat. Bonũ certamen certaui curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex. Non ſolum autem mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduentum eius, &c.* Qui bonum C certamen certant, quique victoriam reportant, non metuunt iudicem, ſed diligunt. Coronam enim ſibi propoſitam eſſe ſciunt gloriæ ſempiternæ; q verò ab aduerſario victi ſunt, ij iudicium formidant, quoniam norunt, non coronam ſibi, ſed ſupplicium paratum eſſe, nullo fine terminandum.

Sãcti Chriſti aduẽtũ ad iudiciũ diligunt.

D. Gregor. Iudicium Chriſti qui diligunt,

D. Gregor. libro 31. Moral capite 21. Viſionem [inquit] diſtricti iudicis quã iuſtus vehementer expectat: iniuſtus D venire reformidat. Iſte namque labores ſuos conſiderans, mercedem retributionis quærit, & cauſæ ſuę meritum ſciens, præſentiam iudicis expetit, ille verò qui iuſtitiæ ſuæ meminit, venire iudicium perhorreſcit, actuſque ſuos examinari metuit, quia dãnari, ſi examinetur, noui. Aduentum iudicis non diligunt niſi qui in cauſa ſua ſe habere iuſtitiæ meritum ſciũt. Hæc Greg. *Reſpicite* (ait Domiuus iu- E ſtis Lucæ 21.) *& leuate capita veſtra*: in quæ verba ſic ſcribit Hieron. Cum capita iubet leuare, mentem præcipit ad æternam remuncrationem præparare. In quib. verbis oſtenditur, quia electi diem iudicij non tam debẽt timere, quã optare. Vnde quotidie poſcunt in oratione dicentes; *Adueniat regnum tuum*, quod illorum eſt facere, qui gratia Dei ſe præueniente, bona ſe operatos eſſe recolunt, ſicut per Io-

D. Hieron. Poſcimꝰ in oratione Dominica quotidie aduẽtũ Chriſti ad iudiciũ.

A annem dicitur 1. Io. 3. *Cariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus in die iudicij.* Hæc ille. Ex Petro habemus diem iudicij expectandum, in eumq. votis, & bonis operib. properãdum: *Expectantes* [inquit] *& properantes in aduentum diei Domini*, 2. Pet. 3. &c.

Ex paulo habemus, aduentum Domini diligendum: *Sed & ijs* (ait) *qui diligunt aduentum eius, &c.* & ad Ti. 2. *Sobriè, & iuſtè, & piè, viuamus in hoc ſaculo, ex- B pectantes beatam ſpem, & aduentu gloria magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* 2. Tim. 4. &c. Beatam appellat ſpem, illam beatitudinem, quæ nos in æternũ facit beatos, tùm animo, tùm corpore, ad Philip. 3. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtra, configuratũ corpori claritatis ſua, &c.* hoc eſt, quod Dominus dixit Luc. 21. *Reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redem- C ptio veſtra*: Redẽptio (inquam) corporum ex mortis captiuitate, per quam corpus veſtrum configurabo corpori claritatis meæ: huc etiam illud ſpectat ad Ro. 8 *Ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri, &c. Sobriè ergo, iuſtè, & piè, viuamus in hoc ſeculo*: ſi iudiciũ amare, potiùs quam timere volumus. Vt ſobriè autem, rectè, & piè viuamus, à mundi compta facieque ſuo nos fal- D lit fuco, oculos auertamus, faciemq. morientis conſideremus, vt monet D. Pe. 2. epiſt c. 3.

Amandus aduẽtus ſecundus, & optandus.

Cum hac omnia (inquit) *diſſoluẽda ſint, quales oportet non eſſe?* quam caſtos, quã ſobrios, quàm iuſtos, quam pios; quã mundi labentis contempores, quàm humiles, quam patientes? Et Paul. 1. Cor. 7. *Tempus* (inquit) *breue eſt*. Item: *praterit figura huius mundi*: nimirum fucata illa, ac fallax. Ex hac verò tempo- E ris breuitate, mundiq. interitu infert. *Reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tamquam non habentes ſint, & qui flent tamquam non flentes, & qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui emunt, tamquam non poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo, tamquam non vtantur, &c.* Vnde hæc mirabilis ſequitur vitæ ratio, abſq. vlla terrena ſollicitudine? Vnde nã colligit, ſic nos in hoc mundo debere vitam agere, quaſi mundus non eſſet? Videlicet

Mũdi interitus meditandus, vt cõtẽnatur.

Sic viuẽdũ eſt, ac ſi nõ eſſet mundus.

Digitized by Google

cet ex temporis exiguitate, mundi-
que ipſius euaneſcentis vanitate, atq.
fine. *Tempus* (ait) *breue eſt, præterit figura huius mundi*, & euaneſcit; ergo ita viue
in mundo, ac ſi non eſſet mũdus. Mox
enim è conſpectu diſparebit. Ecquis
hæc mirabilia efficere poterit? Is pote
rit, qui mundum, non Orientem, ſed
Occidentem conſiderarit.

Interibit mundus hic, illius annos,
uel ſæcula iam nemo numerabit re-
ſurget alius, alij renaſcentur hono-
res, aliæ dignitates, gloria alia. & am-
plitudo, aliæ diuitiæ, aliæ voluptates,
veræ, ſinceræ, ſempiternæ. Tormenta
quoque alia, ignominiæ, contumeliæ,
dedecora, ſuppliciaque perpetua. Ter
ribili clangore tuba mortuos euoca-
bit, fietq. illud Apocal. 20. *Dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant, etc.*
Ezechieli 37. magna hominum multi
tudo reſurgere viſa eſt: *Et ſteterunt* [in
quit] *ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde, &c.* Sed exercitus hic gran-
dis nimis valde, paruus nimis valde
eſt, ſi cum exercitu illo comparetur,
qui ex terra extremo reſurget tem-
pore. Exercitus Ezechielis vno ex cã
po reſurrexit: at tempore extremo im
menſus hominum exercitus, toto ex
orbe terrarum, in vitam reuocabit.
Dabit mare mortuos ſuos, id eſt, dabit cor
pora, dabit quoq. terra, infernus ve. ò
dabit animas: dabit; & cœlum, vt cor
poribus conſocientur. Stabitque im-
menſus exercitus, magnam terræ oc
cupans partem: ò rem ſtupendam.
Quis audiuit vnquam tale (legitur Iſa-
iæ capite extremo) *quis vidit huic ſimile? Numquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens ſimul? &c.* Admirabi-
lis ſanè res eſſet, ſi die vna iuxta hæc
verba, terra gentem vnam pareret,
at quantò admirabilius erit, terram
in die vna, imò in hora vna, non vnã,
ſed omnes ſimul gentes parere? O ſtu
pẽdum partum. Partum dolores præ
cedunt: Quid igitur mirum, ſi tantũ
partũ magni pcedãt mũdi cruciatus?

Reſurgent omnes homines,

Partus terræ fœcundiſſimus.

Orietur autem ex illo, filij, alij pul-
cherrimi, alij turpiſſimi. Impij turpiſ
ſimis ſcelerũ maculis notati, e terræ
viſcerib prodibunt; iuſti virtutũ ſplẽ
dore fulgentes excitabuntur. Illi in

A ipſa quã dilexerunt terra põdere pec
catorum preſſi manebũt; hi aquilarũ
inſtar, bonorum operum pennis ad
Chriſtum euolabunt. Illorum corpo-
ra acerbiſſimum ignis cruciatum ex-
periri incipient, horum Solis inſtar
fulgebunt. Illi miſeros ſe, atq. infœli-
ces: hi beatos ſe ac fœliciſſimos pro-
clamabunt. O beatã pęnitentiam di-
cet iuſtus, quæ viam in tanta hæc bo-
na mihi paraſti: *Pœnitentiam agite* (dixit
B Dominus, Matt. 4 *appropinquauit. n. regnum cęlorum*: egi pœnitentiam, iã ap-
propinquat, imò adeſt regnum cœlo
rũm. O beatas vigilias, beatos labo-
res, beatam carnis macerationẽ, bea-
ta ieiunia, precationes, rerum diuina
rum meditationes, corporis verbera
tiones. O beatas eleemoſynas, quę me
fecere beatum. O beata opera bona
quæcumq. feci: beata mala, quæcum-
que pro Chriſto toleraui. Si fuere ama
C ræ radices, ex amaris radicib. dulciſſi
mos nunc fructus colligo; tranſijt a-
maror; permanebit dulcitudo ſempi-
terna. Contra verò impius clamabit:
Heu quam cerno rerum commuta-
tionem: voluptates in tormenta com
mutatæ ſunt, diuitiæ in extremã ege-
ſtatem, deliciæ in ſupplicia, honores ĩ
opprobria ſuauis odor in fœtorẽ, can
tus in gemitum. Clauſis oculis in hũc
ignis properaui rogũ, oculos quos vo
D luptas clauſit, nunc pęna aperit. Heu
quid video? Nihil quod ſolamen affe-
rat, omnia quę torqueãt. Vtinam hęc
præuidiſſem: ſi pręuidiſſem, effugiſſẽ.
Heu me nullum iam patet effugium,
deſperata res eſt. O mors quam hor-
rere ſolebam, huc ades, his me angu-
ſtijs eripe, quæ horror eras, nunc eris
ſolatium. O Tartareæ furiæ inaudite,
diſcerpite, lacerate infœlicem, totq.
doloribus eripite. Æternis dolor erit?
E O me inſanum modica voluptate æ-
ternum emi tormẽtum. Hunc in mo
dum impij ſuum fruſtra lamentabũ-
tur cruciatum: Iuſti verò ob ſummã
quæ illis obueniet beatitudinem, gau
dio triumphabunt; ſiſtenturq. omnes
in valle Ioſaphat.

Iuſtorũ lætitia in iudicio.

Impij lamẽtatio in iudicio.

Quis de ijs, quæ in valle Ioſaphat
gerentur, quis de maieſtate iudicis,
iudicioq. ipſo, pro dignitate verba po
terit facere? Quis talia fãdo valebit ex
pli-

De iudicio futuro in valle Ioſaphat.

Digitized by Google

gladio armatum, vtraque parte acutum, ferebat autem illum, nō manu, ſed ore. *De ore* [inquit] *eius gladius vtraque parte acutus exibat, &c.* Ore geſtabit gladium Chriſtus in iudicio; ſententia enim, quam dicet in impios horribilis erit gladius, ore vibratus. Erit autem vtraque parte acutus, quia nō corpus ſolum, ſed animum quoq. æterno vulnere pecutiet. Hominū gladij, vna ex parte tātum acuti ſunt, qa corpus tantum poſſunt fauciare, iuxta illud Domini Luc. 12. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus: & poſt hac non habent amplius, quid faciant.* At gladius Chriſti, vtraque ex parte habet aciē acutiſſimam, quia tam corpori, quam animò vulnera infligit. Vnde addit eodem loco: *Timete eum qui poſt quam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennā, &c.* Acuitur hic gladius modò iuxta illud Ezechiel. 21. *Gladius exacutus, eſt & limatus, &c.* Exacuunt impij toties, quoties crimen committunt, rubiginem aliquam contrahere minimè patiuntur. In die iudicij infinitis propemodum criminibus exacutiſſimus, ac limatiſſimus ſplendeſcet, diuinoque ore vibratus, tùm animis, tùm corporibus iniquorum, mira vulnera imponet, miráſq. edet ſtrages, iuxta illud Deuter. 32. *Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, &c.*

Gladiū in ore Chriſtus geſtabit.

Gladij ſtrages.

Pſalm. 109. *Iudicabit in nationibus implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.* Iudicabit Chriſtus omnes nationes, omnes homines, implebit ruinas in die iudicij: quia multæ impiorum ruinę ante iudiciū extitere, at in die iudicij extremum complementum omnib. his ruinis addetur, nimirum ruina in Orcum. Vel ruinas in Orcum implebit in die iudicij.

Quomodo Chriſt⁹ ruinas in die iudicij impleturus eſt.

Nam vſque ad iudicium, animæ tantum impiorum in Tartarum ruunt: In die verò iudicij implebuntur ruinę; quia etiam corpora cum animabus ruent.

Aliter, *implebit*, hoc eſt, multiplicabit ruinas, multas faciet ruere, magnas edet ſtrages, iuxta illud Ezec.

A 21. *Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas, &c.* Deſcribitur Chriſtus velut dux, aduerſus impios dimicans, implenſque campos cędibus. Vnde aliqui vertunt illud Pſalmiſtę מלא גויות *mala geuijoth*, impleuit corporibus, vel cadaueribus, ſcilicet cāpos. D. Hieron. transfert *implebit valles*. Etenim valles Tartareas damnatis implebit. Sequitur: *Conquaſſabit capita in*
B *terra multorum*: ſcilicet impiorum Iſai. 66. *Ecce Dominus in igne ueniet, & quaſi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia in igne Dominus iudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino, & cetera.*

Dicuntur autē impij interfecti, qa vita vera, id eſt, Dei gratia carebunt, & Tartareę pęnę adiudicati; mortem
C potius viuent ęternam, quàm vitam. Illa enim vita mors ſecunda appellatur Apoc. 20.

Impij cur dicantur interfecti.

Conijciamus iam oculos in iudicē armatum, in throno ſedentem cernemus, ex nube mirabiliter efformato, plurimis veluti gemmis decorato, varijs coloribus diuina arte rutilante. *Aſtabit à dexteris mater & regina, in ueſtitu deaurato circumdata uarietate*, ſimilique in ſede fulgebit. Innumerabilia
D Angelorum agmina, ducem ſuum ſtipabunt, latiſſimáque aerijs ſpatia, fortè in corporibus aſſumptis, complebunt: ſplendebit ante omnes, admirabile crucis vexillum, ipſo ſole rutilantius. Comparebunt coràm, cuncti viri, ac fœminę, quicumque in mundo fuerunt, ſunt, & erunt. Reges omnes, Imperatores, principes, duces, nobiles, diuites, pauperes, ignobiles, ſapiētes, inſipienteſque. Vnde illud D. Hie-
E ron epiſtola 1. ad Heliodorum, iudicaturo Domino lugubre mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam Reges nudo latere palpitabunt, &c. Magnus ille nationum videtur numerus, qui Actorum 2. extat: *Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pōtum, et Aſiā, Phrygiā, & Pamphylam, Aegyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenē, et aduenę*

Chriſtus iudex, in tribunali ſedens qualis futurus.

Omnes homines ante Chriſti tribunal ſiſtētur.

Romani

Digitized by Google

Impij quomodo in iudicio stabunt.

nimus à via veritatis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis, &c. Quò ſe vertent miſeremini, atque infœliciſſimi homines? Vndique illos mœror circũdabit, & horror, vt Diuus Anſelmus indicat, in libro de miſeria hominis. Hinc (inquit) erunt accuſantia peccata inde terrens iuſtitia; ſubtus patens horridum chaos Inferni; deſuper iratus iudex, intus vrens conſcia; foris ardens mundus. Iuſtus vix ſaluabitur, peccator ſic deprehenſus, in quam partem ſe premet? &cæt.

CAPVT XI.

De iudicio.

Morale.

Iudicium quale ſit futurum. *Iudiciũ iuſtiſſimum, nemo euadet.*

IPſum iam iudicium ingrediamur. In iudicijs humanis pauci homines, & paucæ diiudicantur cauſæ; de vno aliquo ſcelere, vt homicidio, furto, & huiuſmodi alijs iudicium fit. At in illo extremò iudicio, omnes omnium hominum cauſæ diiudicabuntur, furta omnia, homicidia, adulteria, periuria, opera omnia, omneſque omnium ſæculorum cogitationes; nihil iniudicatum relinquetur. Iuxta illud Eccleſiaſtæ 12. *Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue malum illud ſit, &c.* In iudicijs, locum aliquando iuſtitiæ, iniquitas occupat; in illo autem ſola iuſtitia verſabitur. Vnde Eccleſiaſtes 3. *Vidi* [inquit] *ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo; iuſtum, & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit, &c.* Omnis res iam iudicata, tunc reiudicabitur, vnde illud Bernardi, epiſtola 1. Veniet, qui malè iudicata reiudicabit, &c. Mortalis iudicis manus, rei effugere ſępè poſſunt: immortalis iudicis Dei, nullo modo poſſunt, iuxta illud Pſal. 74. *Dixi iniquis nolite iniquè agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu; nolite extollere in altum cornu veſtrum, nolite loqui aduerſus Deum ini-*

A *quitatem: Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus,* [ſcilicet aliquod vobis auxiliũ adueniet, aut euaſio) *quoniam Deus iudex eſt, &c.* Deus iudex eſt: nulla reis fuga, nulla poterit eſſe liberatio. Ipſis peccatis, veluti catenis peccator conſtringitur; dum his fuerit conſtrictus, effugere ſupplicium nequibit. Chryſoſto. homil. 46. ad Populum: Nullus [inquit] eorum, qui hic peccata non diſ B ſoluerit, illuc migrans eorum pœnas effugere poterit. Sed ſicut ex terrenis carceribus, cum catenis ad tribunal adducuntur; ita omnes animę, cùm hinc migrauerint, varijs peccatorum catenis circumdatæ, ad tremẽdum aguntur tribunal, &c.

Deum iudicem nullus effugere poterit.

In alijs iudicijs falli iudex poteſt: At illo in iudicio decipi iudicem impoſſibile eſt. Siquidem ipſiſſima eſt, atque infinita ſapientia. Secundum C allegata, & probata, ferunt iudices ſententiam; at Chriſtus, ſecundum ſpectata, atque conſpecta. Multis illi indigent teſtibus: Chriſtus nullo indiget, ipſe & iudex eſt, & teſtis, iuxta illud Malach. 3. *Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, &c.* & illud Oſeæ 7. *Nunc circumdederunt eos adinuentiones ſuæ, coram facie mea factæ ſunt, &c.* Teſtis erit iudex, in cuius oculis omnia D ſunt facta. Iudex erit cauſæ tuæ [ait Auguſt. in libro ad decem chordis c. 2.] qui modo eſt teſtis vitæ tuæ, &c. Teſtes etiam erunt ipſi rei, neque locus vllus inficiationi erit, aut tergiuerſationi; patebunt enim omnium hominum conſcientiæ, quæ tùm bona, tum mala, quæcumque egerunt, cunctis proponent ante oculos.

Teſtis, & iudex Chriſtus.

Libri in iudicio multi erunt, &

In iudicijs hominum multi ſunt E ſcribæ, multa quoque commentaria, ex quibus ſententiæ pronunciari ſolent In iudicio illo Dei, multi quoq; erunt libri, ex quibus ius dicetur vnicuique. Audiamus Ioannem Apocal. 20. *Vidi* [inquit] *thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit cœlum, & terra, & locus non eſt inuentus eis, & vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri apert. ſunt, & alius liber apertus eſt, qui*

Thronus Chriſti magnus, & cãdidus, ante illa magni & puſilli omnes.

eſt vita,& iudicati ſunt mortui,ex his quæ ſcripta erant in libris,ſecundum opera ipſorum,&c. Magnus erit thronus Chriſti in iudicio,magnum tribunal,quia nõ de externis ſolùm factis, & verbis,ſed etiam de internis cogitationibus iudicabit;quia de toto mundo ſententiã feret;quia tam corpus,quam animã, vel abſoluet, vel damnabit quia æterna,vel beatitudine,vel pœna afficiet. Non habet hæc vllius Regis tribunal.

B Candidus erit thronus, nullo iniuſtitiæ conſperſus errore;quia iuſtiſſimè ius dicet,iuxta illud Pſalm.44. *virga directionis*,id eſt,directa, *virga regni tui*, & illud Pſalm.74. *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*, *&c.* hoc eſt, cum tempus ad iudicandum deſtinatum accepero,iuſtè iudicabo:quemadmodum enim, *facere iuſtitias* eſt iuſtè facere ita,*iudicare iuſtitias*, eſt iudicare iuſtè, Pſal.81. *Vſquequo iudicatis iniquitatem,& facies peccatorum ſumitis:&c.*

C hoc eſt,vſquequo iudicatis iniquè, & perſonas attenditis, non ius,& cauſam? quemadmodum iudicare iniquitatẽ, eſt iudicare iniquè,ita iudicare iuſtitias,eſt iudicare iuſtè. D. Bernar. ſermone 55.in Cantic. Iuſtitias iudicare interpretatur, iudicare ipſa iuſtorum iuſta opera, hoc ſenſu: Ego non ſolùm peccata, ſed ipſas etiam iuſtorum iuſtitias excutiã, & examinabo.

Iudicare iuſtitias quid ſit.

D A conſpectu iudicis dicitur fugere cęlum,& terra. (vt interpretes exponunt)qui cœlum nouum, nouaq. terra,poſt iudicium erit. Forſitan hyperbole eſt,qua Chriſti maieſtas;ac reuerentia admiranda declaratur, quaſi dicit, tanta erit iudicis maieſtas,tanta reuerentia,vt terra cœlumq.à conſpectu eius fugere,ſeque occultare videatur. Simile illud Iſaiæ 24 *Erubeſcet Luna,& confundetur Sol, cùm regnauerit*

E *Dominus exercituum in monte Sion,& in Ieruſalem,& in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus,&c* Erubeſcet tunc Luna,& cõfundetur Sol,quia præclarioribus iudicis ſummi radijs ſuperabuntur. Pręterea quia multos ſoles fulgẽtiſſimos cernẽt,id eſt,iuſtos. Vidit Ioannes mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, hoc eſt, cũctos homines,qui vel in parua, vel in maiori ætate mortui ſunt, ante iu-

A dicem cõſiſtẽtes. Vel,omnes magnos, id eſt,diuites,potentes,nobiles,& puſillos,id eſt,è media plebe.

Et libri aperti ſunt,id eſt,conſcientię, vt Richardus,D.Tho.& alij interpretantur. Sunt hi libri nunc clauſi, non enim alienas nouimus conſcientias; horribili illo die ita aperientur,vt ab omnibus legi poſſint. Pſalm.36. *Educe quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem,&c.*

Libri ante thronũ aperti,id eſt,conſcientiæ.

B Vide quid in conſcientia tua ſcribas,quidquid ſcripſeris ab omnib legetur,ſiue bonum id ſit,ſiue malum. Iuxta illud 2.Regum 12. Dauidi dictum a Nathan:*Tu feciſti abſcondite, ego autem faciam verbum iſtud, in conſpectu omnis Iſrael,& in conſpectu ſolis,&c*

D. Baſilius libro de vera Virginitate: Quæ (inquit) prius corpore quaſi veſte contecta,minimè habere putabamur, ea nudata ſe omnium oculis

D.Baſilius

C ingerent,nullusque iam,vel negationi,vel defenſioni erit locus, quando ipſa cernentur opera, in ſuo auctore conſpicua. Non enim cõfusè,aut ſummatim,& indigeſte res ipſæ cernentur,ſed ſingula per partes,vt ſeſe habeant, velut in pictura noſcentur. Hæc illæ,& multa alia. Vnuſquiſque (ait D. Ephræm in libro de vera pęniten.cap.4.)cernet ante faciem ſuã expoſita opera ſua,ſiue bona illa,ſiue

D.Ephra.

D mala præmiſit,&c.

Itẽ: Formidabiles libri aperiẽtur, in quibus ſcripta ſunt opera noſtra, & actus,& verba,& quæcumque egimus in hac vita:illic non ſolùm actus, verum,& cogitationes,& intentiones cordis ſcriptæ erunt,&c.& D Chryſoſt.homil.5.ad Rom. Quid(inquit) tunc nobis miſeris fiet, cùm omnia orbi vniuerſo palam facta, in tam aperto, tamque illuſtri theatro denu-

Patebũt omnib. conſciẽt a,& peccata.

E data,hominum nobis partim cognitorum,partim incognitorum oculis ſubijcientur?&c. Hugo Victor.lib.3.de anima.c.13. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuę,& cunctis agminibus parebũt vniuerſa ſcelera tua, non ſolùm actuum,verum etiam cogitationum,& locutionũ Multa peccata tunc proruent ex improuiſo, quaſi ex inſidijs,quę modo nõ vides, &c. Aperietur etiam tunc libèr vitę,

tuę

Liber uitę etiam aperietur.

vt ait Ioannes, in quo prædeſtinati ſcripti ſunt. Tunc enim ſummum prę deſtinationis arcanum omnibus patebit, cognoſcenturque tam prædeſti nati, quam præſciti ab æterno. A

Addit Apoſtolus: *Et iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ipſorum, &c.* Ex libro vitę iudicabuntur, quoniam vt Ioannes ait: *Qui non eſt inuentus in libro uitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis, &c.* qui enim non fuerit prædeſtinatos, damnabitur. B

Ex libro uitę & libris ſcriptis iudicabimur.

Ex alijs libris iudicabuntur, hoc eſt, ex conſcientijs inſcriptæ fuerint verba, cogitationes, opera omnia aurificis trutina expendentur, re ctiſſimoq; iudicio examinata vel prę mio afficientur, vel ſupplicio. Ideoq; D. Bernard. epiſt. 1. ad Robertum: In die (inquit) iudicij, plus valebit conſcientia bona, quàm marſupia plena, &c. Nihil nec verbum quidem otioſum iniudicatum abibit: iuxta illud Domini Matthæi 12. *Dico uobis, quoniã omne uerbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudi cij, &c.* C Tunc ait D. Bernard. ſerm. 55. in Cant. Chriſtum omnes animæ, ac conſcientiæ angulos, ac receſſus ſcrutatorum veluti lucernæ lumine admoto; ne vel minimum peccatum latere poſſit, iuxta illud Sopho. 1. *Scrutabor Ieruſalem in lucernis, &c.* Time (inquit Bernard.) ſcrutinium iudicis, time illum, qui per propheiam dicit, *ſcrutabor Ieruſalem in lucernis;* Acuto vi ſu eſt, nihil inſcrutatum relinquet oculus eius, &c. D Extremo creationis die, opera ſua veluti examinauit De⁹. Extremo iudicij die examinabit opera hominum. Geneſ. 1. *Vidit cuncta quę fecerat, & erant ualde bona;* Videbit in iudicio, quę fecerunt homines; vtinã verè dicere liceret, *& erunt ualde bona.* At erunt plurima valde mala. E Quis enim peccatorum multitudinem penè infinitam numerare poterit omnium hominum, quæ tunc temporis apparebit! Nulli nunc in mari apparent piſces, ſi verò Deus maris aquis abſumptis, illos detegeret, infinita propemodum piſcium multitudo cer neretur. Eundem in modum non videntur nunc hominum ſcelera. Cùm verò Deus illa die ea detexerit, innumerabilia ſubitò conſpicientur. Nullæ apparent in domo atomi, quamdiu ſolis abeſt radius; ſi ſubitò domũ innumerabiles cernentur. Sic nullum nunc in alijs apparet nobis peccatũ, cùm Sol aderit iuſtitiæ, multa millia apparebunt. Sed non deerunt opera multa valde bona, nempe iuſtorum, quæ Deo opitulante faciunt.

Omniũ etiã minimorum peccatorum red demus rationem.

Peccata apparebũt in iudicio.

Videbit tunc Deus omnia hominum opera; quædam valde mala, vt peccata, quædam valde bona, vt virtutum actus. Videbit, excutiet, expen det iudicabit. Bona opera inſtar gem marum erunt, quibus iuſti exornabũ tur, ac rutilabunt, mala inſtar carbonum ſiue prunarum, quibus improbi inflammabuntur, a que exurentur. Item bona ſemen erunt æternæ gloriæ, mala ſupplicij æternæ. Vnde illud Bernar. ſer. 15. ad Clericos; ſtupebit inſipiens, cùm ex hoc modico ſemine, (ſcilicet operum) copioſam viderit exurgere meſſem, ſeu bonam, ſeu malam, pro qualitate ſementis, &c. Stupebit (inquam) inſipiens peccator, cùm ex malis operibus improborum, quæ ipſe pro nihilo ducebat, ve luti ſemine modico, meſſem ampliſſimam tormentorum viderit enatã: cumque ex bonis operibus iuſtorum, meſſem locupletiſſimam infinitorum bonorum viderit exortam. Tunc ſermo Apoſtoli implebitur ad Galat. 6. *Quę ſeminauerit homo, hęc & metet, &c.* Qui peccando, ſeminauerit ignem; colliget ignem: qui iuſtè viuendo, æternã ſeminauerit gloriã, illã metet.

Vnuſquiſque quę ſeminauerit, metet.

Valde cõmendat Dominus in die illa eleemoſynarum ſemen. *Eſuriui (inquit) & dediſtis mihi manducare, &c.* Miſereri enim nos vult, vt noſtri miſereatur; miſericordiam in iudicio, per miſericordiam vult comparari. Latiſſimam ergo eleemoſynarum, bo norumque operum ſementem faciamus; vt copioſiſſimam in iudicio meſſem colligamus. Pſal. 111. *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, cornu eius exaltabitur in glo ria, &c.* In gloria is exaltabitur, qui diſperſit veluti ſemen eleemoſynas; & in fertili tellure ſementem fecit, nempe in pauperib. *Diſperſit* [inquit] veluti ſemen, *dedit pauperib.* Pereunt

Eleemoſyna in iudicio patrona

A
pecunia, cæteraq; bona, expenſa in veſtes, ædificia, epulas, ſimiliaq; alia; at miſericordis, iuſtique hominis opera, non peribunt. *Iuſtitia* (inquit) *eius manet in ſeculum ſeculi.* Peribunt ſemina terræ mandata; nō peribunt eleemoſynæ, ſemina pauperibus donata. Diuerſi theſauri in die iudicij aperientur, alij iuſtorum; alij iniquorū. Iuſtorum illi, de quibus Dominus Matth. 6. *Theſaurizate* (inquit) *vobis theſauros in cælo, &c.* Hi autem ſunt theſauri eleemoſynarum.
B
Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. Alij ſunt theſauri diuinæ iræ, hi ſunt de quibus Paul. ad Roman. 2. *Theſaurizas* (ait) *tibi iram in die iræ, &c.* Videat vnuſquiſque, quem nunc theſaurum faciat; illum enim tunc reperiet. Auguſt. ſer. 220. de temp. Bonus (inquit) homo, ponit in theſauro cœleſti omnia opera miſericordiæ, quæ fecit, & ſcit, qa fidelis eſt cuſtos. Mali verò & ipſi mit-
C
tunt; vt in theſauro omnia mala opera ſua ſeruet illis Deus. Vbi venerit Dominus, conuocabit ad ſe omnes gentes, & incipiet iam tractare theſauros; quid quiſque poſuit, vt inueniat, &c Chryſoſt. ho. 33. ad populū: Eleemoſyna Chriſti adſtat tribunali, non tantùm patrocinans, verùm & ipſi iudici perſuadens; vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ferat ſententiam, &c.
D
Quiſquis tutum locum in terribili illo iudicio habere cupis, eleemoſynarum theſaurum facito pro viribus amplum.

Theſauri iuſtorum, & impiorū diuerſi erunt.

Sed & magni Bernardi conſilium cape, teipſum iudicare memento, ſi te rectè iudices, à ſummo iudice abſolueris Hoc eſt D. Bernard. conſilium ſerm. 55. in Cantica: Vnum (inquit) eſt, *ſi noſmetipſos diiudicauerimus, non vtique diiudicabimur.* Bonum iudicium,
E
quod me illi diſtricto, diuinoq; iudicio ſubducit, & abſcondit. Prorſus horreo incidere in manus Dei viuentis: Volo vultui iræ iudicatus præſentari, non iudicandus. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona; ſcrutabor vias meas, & ſtudia mea, quò is qui ſcrutaturus eſt Ieruſalem in lucernis, nihil inſcrutatum in me ſiue indiſcuſſum inueniat, &c Audi, & D. Aug conſilium, ſer. 181. de tempore:

Iudicemus nos, ne iudicemur in iudicio. 1. Cor. 11.

A
Vt tam dura (inquit) & tam terribilia, ante illud tribunal iudicis æterni, non mereamur audire, conſideremus conſcientias noſtras, & ſi aliqua crimina, vel peccata capitalia, nec dum eleemoſynis, & orationibus purgata, nobis adhuc dominari cognoſcimus, portum pœnitentiæ, deuictis peccatorum fluctibus, Chriſto iuuante feſtinemus intrare, & ſi quid in nauicula animæ noſtræ, multis tempeſtatib.
B
peccatorum fluctib. fractum, aut ruptum eſſe cognoſcimus, reparare bonis operibus feſtinemus, ſtudeamus iugiter vitiorum exhaurire ſentinā, &c. Pœnitentiæ tribunal, in Eccleſia ſua ſummus habet iudex, in quo per iudices ſuos, id eſt, confeſſarios, nos iudicat ante mortem, omneſque ritè crimina confeſſos abſoluit. Ergo quicumque horribile extremi iudicij tribunal, effugere vult, iudicet nunc ſe,
C
excutiat, ſcrutetur, ad pœnitentię tribunal mitiſſimum accedat, ſecretò, ac libenter crimina confiteatur, vt terribile iudicium effugiat, in quo illa inuitus, ac palam confitebitur. Qd ſi pudor obſtet, illud ſibi pudorē ante oculos proponat, quem coram toto terrarum orbe ſubibit; pudoremque pudoris conſideratione pellat. Præterea curam magnam libri habeat, ex quo eſt iudicandus, id eſt, cōſcientię,
D
quid in eo ſcribat diligenter animaduertat, bona ſcribat opera, verba, & cogitationes, mortiferum peccatum ſcribat nullum. Quòd ſi forte ſcripſerit, mox pœnitentia deleat. Demens eſt, qui traditum ſibi à Deo egregiū ex candidiſſima membrana volumē, turpiſſimis lituris, Tartareiſq; oblinit figuris, i. peccatis: Sapiens ille eſt, à q nō niſi literas aureas in eo exarat, i. opera bona. Nemo in volumine cō-
E
ſcientię tuę, quidq̄ aut boni, aut mali, ſcribere pōt præter te, vigila diligēter. Nā qdqd ſcriptū inueniet tibi tribuet.

Denique omnium hominum cauſas iudex diſcutiet, ab omnibus rationem exiget ſeueriſſimè vitæ totius. Audiamus D. Anſelmū, in lib. de miſeria hominis. Quid (inquit) rñdebis in illa die, cùm exigetur a te vſq; ad ictum oculi, omne tempus viuendi tibi impenſū, qualiter fuerit à te expē-

Tribunal pœnitentiæ eſt in Eccleſia.

Pudor pudore vincitur.

Conſcientia liber diligenter curandus.

Digitized by Google

ſunt &c. Illi verò quibus animarum cura commiſſa eſt, non ſolùm ſuæ, ſed ſibi etiam traditarum animarum rationem reddent. Examinantur [ait D. Ephræm libro de vera pęnitentia c. 5.] paſtores, Epiſcopi, ſcilicet, de cõuerſatione ſua, efflagitanturque à ſingulis rationales oues, quas à paſtore ſummo Chriſto acceperant. Ac ſi quidem per Paſtoris negligentiam ouē deeſſe contigerit, ſanguis eius de manu illius requiretur. Similiter & Abbas pro ſeipſo, & pro grege ſuo rationem reddet. Pari ratione presbyter pro ſibi creditę Eccleſiæ populo, rationē redditurus eſt. Diaconi itē, ac lectores, fideleſque omnes rationem pro animabus, quæ ſunt in domo ſua reddent: pro vxore, pro filijs, pro ſeruis, & ancillis, an illos enutrierint in timore, & diſciplina, & correctione Domini, &c. Illud quoque huc pertinet Domini Lucæ 12 *Omni cui multùm datum eſt, multùm quæretur ab eo, & cui cõmendauerunt multùm, plùs petent ab eo, &c.* Illud quoque eiuſdem capitis; *Seruus, qui cognouit voluntatem domini ſui, & non præparauit, & non fecit ſecundùm voluntatē eius, vapulabit multis, &c.* Heu ſi Æthiops, ſi Braſilius, ſi barbarus, Chriſtiana doctrina minimè excultus, qui non cognouit voluntatem, & fidem Chriſti, vapulabit, qualia nam tolerabit verbera Chriſtianus?

Reddent omnium rationem paſtores, patres, &c.

Poſtquam verò omnium hominū cauſas iudex diſcuſſerit, ſententias duas proferet: prior ad iuſtos attinebit, poſterior ad impios ſpectabit. Illa præmium immenſum; hæc ſupplicium tribuet interminatum. Ad iuſtos conuerſus, læto vultu, atque voce dicet; *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, &c.* O beatiſſimum, lætiſſimumque verbum: *venite*, venite ex procelloſo pelago, in quo nauigaſtis, in portum tranquillum: venite ex bello in triũphum, venite ex exilio in patriam, venite ex terrenis gurguſtijs, in palatia ampliſſima, venite ex tugurijs in regnum, venite ex laboribus in quietē; venite ex terra, in cœlum, vbi numquam peritura fœlicitate perfruemini; *Venite, & poſſidete*, poſſidete, inquā, cœlorum regnum, *quod vobis à conſtitu-*

Sententiæ iudicis duæ explicantur.

A *tione mundi pręparaui*, quod meī ſanguinis pretio infinito, vobis emi, *poſſidete regnum*, quod nullus hoſtis, nulla vis, nullus caſus poterit eripere. Patris æternam hæreditatem adite, ex cuius poſſeſſione, nullus vos euentus poterit exturbare. Æternam poſſidete gloriam, æternas opes, æternos honores. Intrate in gaudium Domini veſtri; intrate in æternos theſauros, intrate in æternum epulum; intrate in immē-
B ſum voluptatis Oceanum; vbi omnis demergitur mœror, omnis viget lætitia. *Venite benedicti*, benedictionem Patris percipite *De rore cęli, & de pinguedine terræ*, benedictio data eſt Iacob ab Iſaac Geneſ. 27. Vobis benedictio datur, de maximis fluuijs cęli, & de pinguedine, opulentiaque cęleſtium theſaurorum. Hoc veſtra promerentur opera, quæ me iuuante feciſtis, veſtra caritas, ardenſq; in me amor, eleemo-
C ſynæ, religio, fides, caſtitas, iuſtitia, pęnitentia, fortitudo, laborumq; tolerātia. Venite, venite, qui laboraſtis, quique laborum pondere onerati eſtis pp me, & ego reficiam vos. Iā hyems tranſijt laborum, imber abijt, & receſſit, amœniſſimum ver, lætiſſimũq; adeſt. Venite, flores, fructuſq; æternæ glorię carpite. O terque quaterq;, ò millies, ò infinities beatos illos, quos beatā hæc ſententia complecte-
D tur. Quis nolit paucis vitæ huius diebus, laborem quemuis perpeti, ac ſudorem, vt huius ſententiæ beatus auditor eſſe poſſit? Æterno labore æternum regnum comparandum eſſet; at paucorum dierum labore venditur; neque emitur ab ſtultis. Emitur tamen à ſapientibus. Audiamus Aug. in Pſal 93. Pretium (inquit) regni cęlorum labor eſt, æterna quies digna eſt comparari æterno labore. Non di-
E cit Deus decies centena millia annorum labora, nõ dicit, vel mille annos labora, nõ dicit, quingentos annos labora; ſed cùm viuis labora; in paucis annis, inde iam requies erit, & finem non habebit, &c. O inſenſati homines, quis vos faſcinauit? Cur pp caduca, moxq; fumi inſtar, euaneſcentia bona, oēs ſuſcipitis ſudores, oīa vitæ aditis diſcrimina; propter æterna verò bona conſequenda, nulla laboris im-

Sententia pro iuſtis, quomodo ſit intelligenda.

Regnum cęlorum non emitur à ſtultis, ſed à ſapientibus.

impenſam vultis facere? Quid hac ve-
ſtra ignauia conſequamini, vtinã ani-
mo expenderitis. Si hæc beata ſenten-
tia, ad vos non attinuerit, alteram hor-
ribilem ad vos attinere neceſſe eſt,
quam iam accipite.

Prius pro iuſtis feretur ſententia, quam in impios.

Prius [ait D. Bernard. ſer. 8. in Pſal.
qui habitat] benedicti vocabuntur in
regnum, quàm maledicti in caminũ
deiiciantur ignis æterni, quò videli-
cet acriùs doleant, videntes quid ami-
B ſerint, &c. Videbũt iuſtorum gloriã,
audient illis dictam ſententiam, in-
uidia iraque cruciabuntur, frement,
ac tabeſcent, peribunt omnia illorũ
deſideria, honores, quos deſiderabãt
nuſquam comparebunt, voluptates,
opes, ſolus reſtabit Orcus, iuxta il-
lud Pſal. 111. *Peccator videbit, & iraſce-
tur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. Deſi-
derium peccatorum peribit, &c.* Prima die
cùm orbem cõdidit Deus, vt Geneſ.
C 1. dicitur, *diuiſit lucem à tenebris*, ſic in
hac extrema die, lucem à tenebris di-
uidet. Quid lux? nonne iuſti: quid te-
nebræ? nonne impij. Hinc illud Pau-
li ad Epheſ. 5. *Eratis aliquando tenebræ*,
id eſt, impij *nunc autem lux in Domino*,
id eſt, iuſti, &c. In hoc terrarum orbe
ſimul lux, & tenebræ habitant; ſimul
impij, atque iuſti hunc orbem inco-
lunt, in die iudicij diuidet Chriſtus
lucem à tenebris, hoc eſt, iuſtos ab
D iniquis; illos in cœlo loco fulgentiſ-
ſimo collocabit; hos in tenebroſum
præcipitabit Orcum. Infœliciſſimus
hic erit improborum finis. Nam vt di-
citur Eccleſ. 21. *Via peccantium compla-
nata lapidibus, & in fine illorum inferi, &
tenebræ, & pœna, &c.*

Diuiſio lucis, & tenebrarum.

Poſtquam lucem, id eſt, iuſtos, in
cœlum vocarit Dominus dicens: *Veni-
te benedicti, &c.* ad tenebras, id eſt, im-
pios formidabilem vultum vertet, ter-
E ribilique voce ſicut rugiens leo cla-
mabit: *Diſcedite à me maledicti in ignẽ
æternum, qui paratus eſt diabolo, & ange-
lis eius, &c.* O tonitruum horriſonum!
o fulmen terribile! Vę illis, quorum
pertuſies capita. *Venite*, dixit iuſtis,
Abite, & diſcedite à me, dicit impijs.
Non enim in domum cęleſtẽ iniqui-
tas ingredietur, iuxta illud Apocaly.
21. *Non intrabit in eam, aliquod coinqui-
natum, aut abominationem faciens & men-*

Sententia in impios explicatur

A *dacium, &c.* & illud Pſal. 5. *Non Deus vo-
lens iniquitatem tu es, neque habitabit iux-
ta te malignus, neque permanebunt iniuſti
ante oculos tuos, &c.* Non placet iudici
Deo iniquitas, non habitabit in do-
mo eius impius non permanebunt
ante oculos eius, in cœlo iniqui; abi-
bunt, e conſpectu eius diſcedent, bo-
nis omnibus priuati. Valdè luctuoſa
res eſt, à Deo diſcedere, & à fonte bo-
norum omnium depelli, omnia cœli
B bona amittere. Sed quò nam diſcedẽt
miſeri? quo abibunt? Nũquid vt Cain
à facie Dei eiectus, habitauit profu-
gus ſuper terram Geneſ. 4. Sic illi?
Minimè. Non reuertentur ad inhabi-
tandam terram; ſed in ignem abibũt.
Diſcedite à me [inquit] *in ignem.* Eccleſ.
21. *Stuppa collecta ſynagoga peccantium,
& conſummatio illorũ flamma ignis, &c.*
Pſalm. 20. *Pones eos vt clibanum ignis, in
tempore vultus tui*, [id eſt, iræ tuæ, quæ
C maximè in vultu eminet] *Dominus in
ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos
ignis, &c.*

Luctuoſa res è à Deo diſcedere.

Quot horas? vel quot dies, men-
ſes, aut annos, in igne permanebunt:
numerari non poterunt horæ, men-
ſes, anni; Æternę erunt horæ, æterni
mẽſes, æterni anni, æternus ignis. *Di-
ſcedite* (inquit) *in ignem æternum.* Nullũ
habebit ignis finẽ, nullum terminum
impiorum habebunt tormenta, nulla
D meta tot præfiget cruciatib. Per totã
Dei æternitatem, & beati gloria per-
fruẽt in cœlo, & damnati igne cru-
ciabunt in Orco. Stabit Chriſti ſnĩa
in ſempiternũ rata, & irreuocabilis,
irrita numq̃ fiet. In ignem miſſi igne
exurent in perpetuũ. Irregreſſibilis
erit illa ſnĩa (ait D. Cyprianus, in tra-
ctatu de Aſcenſione) & immutabile
iudicium, & ſtabit dãnationis iſtius
immobile conſtitutũ, &c. O miſeros
E hoĩes, ſed miſericordia indignos, ꝙ
nunc vt maximũ malũ, equis veliſq;
fugiunt, id tunc auidè cupient, nẽpè
mortẽ, vt aliquem finẽ tormenta ha-
beant. Sed irrita erunt optata, fugiet
deſiderata mors, tormenta corpus a-
nimũq; laniabunt perenni cruciatu.
Innoc. lib. 3. de contemptu mundi ca.
9. *Quærent* [inquit] *mortem, & non inue-
nient.* O mors quàm dulcis eſſes, quib.
tàm amara fuiſti, te ſolã deſideranter
opta-

Ignis Tartareus ęternus.

Apoc. 9.

optabunt, qui te ſolam vehementer A
abhorruerunt, &c. Non inuenient
mortem, quam cupient, id eſt, ſepara-
tionem animi à corpore, vel etiam ad
nihilationem; ſed aliam inueniēt mor
tem ſine morte nempè vitam morte
ipſa deteriorem, quę mors potius, quā
vita appellatur. D. Greg. libro 9. Mo-
ral. capite 48. Fit (inquit) miſeris mors
ſine morte, finis ſine fine, qa & mors
viuit; & finis ſemper incipit, &c. D.
Auguſt. libro 3. de Ciuitate cap. 11. B
Numquam erit homini peius in mor-
te: quā vbi erit mors ſine morte, &c.

Mors ſine morte in inferno.

Senec. epiſt. 4. Nullum (inquit] ma-
lum magnum, quod extremum eſt.
Mors timenda erat, ſi tecum eſſe poſ-
ſet; neceſſe eſt, aut non perueniat, aut
pertranſeat, &c. Mors hæc tempora-
ria, magnum malum non eſt, vt ait Se-
neca, quia peruenit, & pertranſit. At
mors tartarea, maximum malum eſt,
quia ſi peruenit, non pertranſit, ęter- C
na eſt. Pſal. 48. *ſicut oues in inferno poſiti
ſunt, mors depaſcet eos, &c.* hoc eſt pabu-
lum erunt ęternum, mortis ęternę im
pij; ſicut herbę ouium pabulum ſunt.
Dictum eſt hoc (ait Inn. c. 9.) a ſimili-
tudine iumentorum, quę non euellūt
herbas radicitus, ſed ſolummodo ſum
mitates carpunt; vt iterum herbæ re-
naſcātur ad paſtum. Sic & impij, qua
ſi morte paſti reuiuiſcent ad mortē,
&c. Pſal. 74. *Calix in manu Domini, &c.* D
*Veruntamen fæx eius non eſt exinanita bi-
bent omnes peccatores terræ, &c.* Calicem
propinat Deus impijs, amariſſimo ple
num potu. Numquid exhaurietur ali-
quando calix hic? Minimè; ſemper di-
cetur, *fæx eius non exinanita.* O calicem
infinitum! Eccleſ. 11. *ſi ceciderit lignum
ad Auſtrum, aut ad Aquilonem; in quocum
que loco ceciderit ibi erit, &c.* Vbi homo
ceciderit, veluti arbor ſecuri pręciſa,
in die iudicij extremi; ibi erit in per- E
petuum: ſiue ad Auſtrum gloriæ, ſiue
ad Aquilonem Tartari, cadat. Qui be
nedictionem patris amiſerit, per totā
æternitatem recuperare illam non po
terit, quamuis Oceanum effundat la-
crymarum, Eſau ſimilis, de quo Pau-
lus ad Hebr 12. *cupiens* [inquit] *hæredita
re benedictionem, reprobatus eſt. Non enim
inuenit pęnitentiæ locum, quamquam cum
lacrymis inquiſiſſet eam, &c.*

De ęternitate ignis tartarei.

Quocumque homo in loco ceciderit, ibi manebit.

A Hæc tormentorum ęternitas valdè
damnatos cruciat, vt Cyprianus ait in
tractatu de Aſcēſione; Omni (inquit)
tormento atrocius deſperatio, cōdem
natos affliget. Non miſerebitur vltra
Deus, neque tunc audiet pęnitentes.
Sera erit illa confeſſio, &c. Deſpera-
bunt infęlices, nullum finem crucia-
tus ſe habituros ſcient, quæ res illos
valdè anget, atq; torquebit. Conſola-
tionē illis magnam afferret Deus, ſi
B quod mox dicam concederet. Finga-
mus montem aliquem eſſe millij, vel
tritici, tantę magnitudinis, quātus eſt
totus terrarum orbis is mons ad lunæ
vſque pertingat globum. In illū poſt
diem iudicij auicula aduolet, granūq;
tantummodò vnum edat; poſt mille
annorum ſpatium iterum redeat, gra
num alterū degluriat: poſt mille alios
annos reuertatur, aliud carpat, idēq;
milleſimo quoque anno faciat. Deus
C bone, quandonam mons hic millij, to
tus ab auicula comedetur? Attamen
magnum eſſet eleuamentum pœnæ,
ſi damnatis concederet Deus, tunc li-
berationem, cùm auicula milleſimo
quoque anno, granum vnum edendo,
totum millij montem abſumeret. Ne-
que hoc concedet Deus. *Diſcedite* [in-
quit) *in ignem æternum*: qui in æternum
vos exuret.

Tormētorū æternitas qua ſimilitudine oſtē datur.

Pronunciata vero ſentētia magno
D hiatu aperietur terra, omneſq; deuo-
rabit igneus Orcus, in quo veluti tene
broſo carcere, claudentur in perpe-
tuum, ita vt efferre inde pedem num
quam poſſint: *Intelligite hæc*, ait Pſ. 49.
*qui obliuiſcimini Deum; nequando rapiat,
& non ſit qui eripiat, &c.* O homines ob-
liti Dei, obliti animæ, obliti futuri ſæ-
culi, intelligite hęc, verſate animo di-
ligenter ignis ęternitatem, in quā pro
peratis; continete gradum; ne illa die
E diuina vos ira rapiat. Nō erit ſanè qui
eripiat, perpetuis exuremini flammis
vlulabitis, & vociferabitis nemo
exaudiet. Hucuſque ſomno vacaſtis,
Dei, ęternarumq; rerū obliti, clamat
Apoſtolus ad Ro. 13. *Hora eſt iam nos de
ſomno ſurgere.* Excitet vos Chriſti hæc
terribilis ſententia ad vitā emendan-
dā, excitet hoc horriſonū tonitruum
ad agendā pęnitentiā. Proh letalis ſo-
por [ait D. Anſelm. in lib. de miſeria

Poſt ſententiā quid ſit ſecuturū.

Conſideranda ignis & ſupplicij impiorum æternitas.

hominis] ad quem excitandum rau- A
cum eſt, tam terrificum tonitruum, &c Item: Quid dormitas anima tepida, & digna euomi? quid dormitas? Qui non expergiſcit, qui non tremit ad iſtum tonitruū; non dormit ſed mortu' eſt Sic Anſel. Quale eſt [ait Chry. ho. 22. ad populum] quale eſt Christi tribunal, non enī in quinquaginta annos, ſed in infinita ſæcula protendens pęnam? &c. & Greg. lib. 21. Moral. c. 16. Quomodo feretur [inquit] ira, B quæ reprobat; ſi ferri modo vix valet Dei ira quæ purgat? &c.

D. Chryſo.

D. Gregor.

Incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius, ait Habacuc cap 3. Incuruanť ſanè colles, & montes mūdi, hoc eſt, ſuperbi, & elati hoīes, ſub itinerib. æternitatis; ſi illā mente cōplectanť. Quis n. non incuruet, humilemq; agat pęnitentiā; ſi itinera illa oī fine carentia cōſideret, quæ neceſſe eſt, hoīem improbum cōficere per C tormenta acerbiſſima? Nullū oīno finem illa milliaria, nullum longiſſimæ illæ, cruciatibuſq; plenæ leucæ terminum habebūt. *Laſſati ſumus in via iniquitatis* [aiunt impij Sap. 5.] *& perditionis. Ambulauimus vias difficiles, &c.* In orbe terrarū laſſati ſunt, in via iniquitatis; in Orco laſſabunť in via æternitatis. Ambulauerunt vias difficiles, cū ſcelera cōmittebant. Ambulabunt vias difficiliores pro ſcelerib. pœnas D dabunt. Nulla in itinere illo longiſſimo. occurrent amæna loca, nulli fontes, nulla nemora, nulla diuerſoria, in quib. cibū poſſint capere: nulli comitabunť ſocij, quorū collocutione, viæ laborē fallant, iuxta illud Publij; *Comes facundus in via, pro vehiculo eſt, &c.* Totum iter igne plenum erit, fame, ſiti, tormentiſq; ſempiternis; ſocij dęmones comitabunť ſæuiſſimi, & damnati hoīes, qui nō pro vehiculo erūt, E ſed pro tormento Congruit illis illud Iſaiæ 50. *Ecce vos omnes accendentes ignē, accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis. De manu mea factum eſt hoc vobis, &c.*

Habacuc. 3. Itinera æternitatis incuruant ſuperbos.

Impij ambulāt vias difficiles, ambulabūt vias difficiliores.

O viſcera Dei clementiſſima nulla vos cōmouebit pietas? immanib. tormentis miſeros hoīes, cruciari patiemini in ſempiternū; *Numquid in æternum proiiciet Deus?* [rogat vates Pſal.

Non flectetur Deus miſeriter.

A 77.] *aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc? aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem? Aut obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? &c.* Rn̄detur, in ęternum proiiciet Deus, non apponet, vt complacitior ſit adhuc. Miſericordiam ſuam liberantem ab impijs abſcindet a generatione in generationem, obliuiſcetur eorum miſereri Deus, continebit in ira ſuæ

dia, ad liberandos damnatos.

B flumina exundātia miſericordiæ ſuę, torqueri illos in totam æternitatem patietur 1. Regum 15. *Triumphator*, inquit Samuel, *in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur. Neque enim homo eſt, ut agat pęnitentiam, &c.* Non parcet, non miſerebiť, à ſua ſnia & decreto, ꝙ de te ſtatuit, & priuare te regno Iſraelis, & tuos ſucceſſores conſtituit numꝗ dimoueri poterit. Sunt. n. firma, & immutabilia eius decreta, &

C ſicut *ſine pęnitentia ſunt eius dona*, ad Ro. 11. ſic damnatio, quæ peccatorū cauſſa imponiť; immutabilis & ſempiterna eſt. *Non enim eſt Deus quaſi homo ut mentiatur*, Numer. 23. *nec ut filius hominis vt mutetur*, hoc eſt, Deus. n. eſt, non homo. Cremabit addictos [ait D. Cyprianus ad Demetrianum] ardēs ſemper gehenna, & viuacibus flammis verax pœna. Non erit vnde tormenta habere poſſint, vel requiē ali-

D qn̄, vel finem, &c. Illud Dn̄i apud Ezech c 7. implebiť; *Immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta uias tuas: & ponam contra te omnes abominationes ſuas.* hoc eſt, immittam in te, ò peccator, irā meā, & ferā in te ſniam, qualem vita tua flagitat; contra, i. corā te, corā tuis oculis, ponam abominanda ſcelera tua Sequiť, *Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerabor. Sed uias tuas ponam ſuper te, & ſcies, quia ego Dn̄s*

Nō parget Deus damnatis.

E *percutiens, &c.* Non parcet oculus Dei in æternū damnatis, non miſerebiť; ſed ſcelerum tormenta ſuper illos imponet, & experientia ipſa ſcient, quia Deus eſt Dn̄s. percutiens in ſempiternum. Pſal. 48. *Frater non redimit, redimet homo. Non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animę ſuę, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finē, &c.* In inferno nulla erit redemptio. Nō redimet damnatū frater beatus;

non redimet alius homo quiſpiam, ét ex beatis. Non poterit Deum placare, aut pretium aliquod illi dare, quo ſe redimat, ęternisque cruciatibus eripiat. Itaque laborabit, & torquebitur in ęternum, & viuet adhuc in finem, id eſt, in perpetuum, vt in perpetuum torqueatur.

Non poterunt dãnati Deum placare.

A

Formidemus igitur tormentorum æternitatem, perpetuos gehennæ rogos horreamus; formidando, & horrendo, ex horrendis flammis euadamus. Vt enim ait D. Chryſoſt. hom. 5. ad Popul. Antiochen. Gehennam continuè timens, numquam in gehennæ ignem decidet; continuè hoc caſtigatus metu, &c. & D. Bernar. in ſerm. de conuerſione ad clericos; Hæc [inquit] qui pauet, cauet: qui negligit incidit, &c. Fugere dum licet, effugiamus, dum viuimus tãtis nos malis eripiamus. Poſt mortem namq; & damnationem, nullum patebit effugium. Nũc proſunt pręces lachrimę, & gemitus; poſt damnationem nullius momenti ſunt. Effugiendi tẽpus hoc eſt, vt monet Magnus Greg. ad Venantiũ ſcribens Italię Cancellarium lib. 1. epiſt. 33. cuius verbis finem dictis imponemus Culpam (inquit) tuam penſa, dum vacat, diſtrictionem futuri iudicis, dum vales, exhorreſce; ne tunc illam amaram ſententiam audias, cùm iam nullis fletibus euadas. Pẽſa quod ſcriptum eſt Matthæi 24. *Orate ne fiat fuga veſtra hyeme, vel Sabbato.* In hyeme vel Sabbato fugere conatur, qui iram diſtricti iudicis tunc appetit fugere, quando ei iam non licet ambulare.

Gehennam cõtinuè timens in gehennam nõ incidet.

Gehenna ignis fugiẽdus.

B

Dum vacat, dum licet, animaduerſionem tanti terroris fuge. Hæc ille. Sed iam loquendi finis ſit de re, quæ non habet finem. Vtinam tartarei ignis memoria noſtris mentibus perpetuò hæreat; vtinam æternarum flammarum conſideratio noſtros occupet animos; Vtinam æternorum tormentorum metus, noſtris infigatur cordibus. Heu,

C

——Facilis deſcenſus Auerni.
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras,

Virg. 6. Æneid.

Hoc opus eſt impoſſibile. Facile eſt in Orcũ deſcendere; impoſſibile eſt, eum qui illuc deſcendit aſcendere. Caue deſcenſum, poſt quẽ non eſt aſcẽſus.

C A P V T XII.

De Præparatione ad iudicium.

MATTHAEVS CAPITE XXIIII. Ver. 42.

VIgilare ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter vẽturus ſit: * 43
Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Pater familias, qua hora
fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domũ
ſuam. * Ideo & vos eſtote parati; quia qua neſcitis hora, filius ho 44
minis venturus eſt. * Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, 45
quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in 46
tempore? * Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit ſic 47
facientem. * Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet 48
eum. * Si autem dixerit malus ſeruus ille, in corde ſuo Moram facit Domi- 49
nus meus venire; * & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, &
bibat cum ebrioſis; * Veniet Dominus ſerui illius, in die quà non ſperat, & 50
hora qua ignorat; * & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Il- 51
lic erit fletus, & ſtridor dentium.

MAR-

MARCVS CAPITE XIII. Verſ.33.

34 VIdete, Vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit: *
Sicut homo qui peregrè profectus, reliquit domum ſuam,
35 & dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſque operis, & ianitori præ-
cepit, vt Vigilet. * Vigilate ergo, (neſcitis enim quando
36 dominus domus veniat: ſerò, an media nocte, an galli can-
tu, an mane) * ne cùm venerit repentè, inueniat vos dor-
73 mientes. * Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

LVCAS CAPITE XXI. Verſ.34.

ATtendite autem vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in cra-
pula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos re-
35 pentina dies illa; * tamquam laqueus enim ſuperueniet in
36 omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. * Vigilate ita-
que omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta om-
nia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

A

Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit.

PAratos nos inuenire vult Dominus, ad reddendam vitæ totius rationem in iudicio; ideoque de pręparatione ad rem tam arduam nunc agit. De iudicio verba fecit, diem ignotum eſſe tam hominibus, quam angelis aſſeruit; iam infert apud Matthæum; *Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit, &c.* B Animo excubare nos admonet, ſummaque vigilantia iudicium expectare, omnibus diebus; quia quo die ſit ad futurum ignoramus. Apud Lucam ſic. *Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ.* Græcè *καὶ μερίμναις βιωτικαῖς*, id eſt, *& curis pertinentibus ad vitam, & ſuperueniat in vos repentina dies illa: tamquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedẽt ſuper faciẽ omnis terræ Vigilate itaque, &c.* C

Vigilare oportet, & ea fugere, quæ animi vigiliam impediunt.

Cauete (inquit) a grauedine cordis. Grauatur autem cor, tùm cibo nimio, & potu, cęteriſq; huiuſmodi voluptatibus; tùm curis huius vitæ. Fugite igitur crapulam, & ebrietatem, hoc eſt, immoderatum cibum, ac potum, & fugite mũdi curas; ne graue, craſſum, obtuſumque cor habeatis, ne ſomno mẽtis ſpiritali opprimamini; oppreſſoſque ſomno, iudicij dies ex inopinato vos opprimat. Vt enim laqueus ex improuiſo autem illaqueat: ita dies illa repentinò homines irretiet, atque implicabit.

Quoniam nulli nota eueniet. Itaq; vigilate. Iam ſupra repentinam diem iudicij fore oſtendit Dominus; quemadmodum repẽtinum fuit diluuium, & ignea illa pluuia, quæ Sodomitas vaſtauit. Matth. 24. *ſicut erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes, et nuptui tradentes, vſque ad eum diem quo intrauit Noe in Arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium & tulit omnes: ita erit & aduẽtus filij hominis, &c.* & Luc. 17. *Similiter* [inquit] *ſicut factum eſt in diebus Lot; edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant; qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit. Secundùm hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur, &c.* 1. Theſſ. 5. *Cùm dixerint, Pax & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, tamquam dolor in vtero habentis, & non effugient, &c.*

Repentè iudicij dies aduenit.

Apud Marcum ad vigilandum nos hortatur Dominus his verbis: *Vigilate; Neſcitis enim, quando dominus domus veniet, ſerò, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cum venerit repentè, inueniat vos*

Vigilandũ eſt omnibus horis.

vos dormientes. Quòd autem vobis dico omnibus dico: *Vigilate, & cætera.* Hoc eſt, Agite excubias, vt milites ſtrenui. Illi quia neſciunt quando hoſtes venturi ſint, omnibus horis vigilant, diurnis, ac nocturnis; diuiduntque noctem in vigilias quatuor, tres horas vnicuique tribuentes vigiliæ. Vos neſcitis quando iudicium ſit futurum, ideò vigilate etiam omnibus horis. Ignoratis quando Dominus domus, id eſt, mundi huius, vel animæ, & corporis, ſit ad iudicandum aduenturus, an ſerotino tempore; an nocte concubia, an cum gallus cantu prædicit diem, an matutina hora. Qua nam vigilia ſit venturus latet vos, prima ne, noctis initio, an ſecunda procedente nocte, an tertia, an quarta matutina; ergo vigilate, ne vos imparatos inueniet, & puniat. Quod autem Apoſtolis tunc Chriſtus dicebat, omnibus dicebat Chriſtianis omnium temporum. Inſtruebat enim in Apoſtolis Eccleſiam totam, *Quod vobis dico* (ait) *omnibus dico, &c.*

Obijciet aliquis, hæc illis tantummodo dicuntur, qui iudicij tempore in vita permanebunt; Non ergo dicũtur omnibus. Nam Dominus vigilare monet homines, ne illos iudicij dies, veluti laqueus imparatos comprehendat, illos igitur monet, qui tunc temporis viuent. Reſpondetur, Deum velle nos ſemper iudicium expectare, ac ſi noſtris temporib. eſſet adfuturum, & ſemper paratos ad reddendam rationem viuere. Præterea iudicij diem incertam eſſe, atq; ideo oportere omnes eſſe paratos, illamque expectare.

Quo nam modo dicat Dominus hæc omnib.

Dices, prius Antichriſtus eſt venturus, non igitur neceſſe eſt, ante aduentum Antichriſti, iudicij diem expectare. Reſpondetur, præparationem neceſſariam eſſe, ad omnia illa, quæ ad iudicium pertinent, tùm ad tolerandam Antichriſti perſecutionem, tùm ad ſigna alia, abſque terrore videnda, & reddendam vitæ rationem. Ad hæc omnia oportet nos vigilare. Præterea oportet vigilare in hac vita, & paratos ſemper eſſe, dominumque expectare; quia neſcimus quando venturus eſt, vt nos iudicet in morte. Qui verò ſe ad mortem, iudiciumque peculiare, vigilanter parat; is ſe ſimul parat ad

Qui ſe ad mortem parat ſe non ad iudiciũ parat.

A iudicij generalis diem. Nam quale fuerit iudicium peculiare, tale generale erit.

Si in primo abſoluerit nos iudex, in ſecundo nõ damnabit, ſi damnarit in illo, non abſoluet in hoc. Auguſtinum audiamus initio epiſtolæ 80. ad Heſychium. In quo (inquit) quemque inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum comprehendet mũdi nouiſſimus dies. Quoniam qualis in die illo quiſ- B que moritur, talis in die illo iudicabitur. Ad hoc pertinet, quod in Euangelio Marci 13. ſcriptum eſt; *Vigilate quia neſcitis quando dominus domus veniat. Quod vobis dico omnibus dico*: Quibus enim omnibus dicit Dominus, niſi electis, & dilectis ſuis, ad corpus eius pertinentibus, quod eſt Eccleſia? Non ſolùm ergo illis dixit, quibus tunc audientibus loquebatur; ſed etiam illis, qui fuerunt poſt illos, ante nos, & ad C nos ipſos, & qui erunt poſt nos, vſq; ad eius nouiſſimum aduentum. Numquid autem omnes inuẽturus eſt dies ille in hac vita, aut quiſquam dicturus eſt, quòd ad defunctos etiã pertineat, quod ait: *Vigilate, ne cum repentè venerit, inueniat vos dormientes?* Cur itaque omnibus dicit, quod ad eos ſolos pertineat, qui tunc erunt, niſi quia eo modo ad omnes pertinet, quomodo dixi? Tunc enim vnicuique veniet dies il- D le, cùm venerit ei dies, vt talis hinc exeat, qualis iudicandus eſt illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inueniat eum Domini aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies; quem imparatum inuenerit ſuæ vitæ huius vltimus dies, &c. Ex Auguſtino ergo conſtat, tunc vnicuique aduenire diem iudicij generalis, cùm ei aduenerit dies mortis, & iudicij particularis: videlicet quia E iudicij particularis ſententia, in generali non mutatur. Tunc [inquit] vnicuique veniet dies ille (ſcilicet iudicij vniuerſalis] cùm venerit ei dies (ſcilicet mortis] vt talis hinc exeat, qualis iudicandus eſt illo die, ſcilicet iudicij vniuerſalis.

Qui ſe parat ad iudiciũ peculiare, parat ſe ad iudiciũ vniuerſale. D. Aug.

Præterea illum ait imparatum, vel paratum inueniendum in die iudicij extremi, qui imparatus, vel paratus inuenietur, in die mortis. Imparatum [in-

(inquit) inueniet dies ille, id eſt, dies iudicij extremi; quem imparatum inuenerit ſuæ vitæ vltimus dies, &c. Itaque, qui ſe ad mortem, vltimumq; vitæ diem egregiè vigilando parat; ad diem iudicij generalis ſe parat. Lege eundem lib. 83. quæſtionum quæſt. 59. *Vigilate* (inquit Auguſt.) *quia neſcitis diem, neque horam*, non modo illius vltimi temporis, quo venturus eſt ſponſus, ſed ſuæ quiſque diem dormitionis, & horam neſcit. Quiſquis autem paratus eſt vſque ad ſomnum, id eſt, vſque ad mortem; paratus etiam inuenietur, cum illa vox media nocte ſonnerit, qua omnes euigilaturi ſunt, &c. Nam vt idem Auguſt. ait in Enchirid. cap. 110. Hic omne meritum comparatur; quo poſſit poſt hanc vitam reuelari quiſpiā, vel grauari, &c.

Si ſciret Pater familias, qua hora fur venturus eſſet, &c.

EXemplo, ſiue ſimilitudine Patrisfamilias, vigilare ſuadet Dominus. Si Paterfamilias cui domus cura incumbit, ſciret horam vel vigiliam, (Græce φυλακή, id eſt, *Vigilia*, dicitur pro hora) qua fur viam ſibi ad furandum perforato aliquo pariete eſſet patefacturus; haud dubiè excubias ageret, furem expectaret, neque pateretur domum ſuam perfodi, id eſt, domus parietem perforari. Imitamini Patrem familias, vos quoq; excubias agite, iudicium veluti furem expectate; Ne ſi ex inopinato adueniat fur hic, domos veſtras perfodiat, omnibuſque bonis vos ſpoliet. Paterfamilias ſi ſciret horam, illa hora vigilaret; Vos vero vigilate omni hora, quia neſcitis horam. Iam ſuprà hæc eadem verba expoſuimus. Bis enim à Chriſto dicta ſunt. Aliter: oſtenditur periculum, quod nobis imminet, ex ignota iudicij hora.

Parabola patrisfamilias, & furis explicatur.

Quaſi dicat Dominus; ſi Paterfamilias ſciret horam, vel vigiliam, qua fur venturus eſſet, tunc vigilaret, neque ſpoliaretur. Ita vos ſi ſciretis horam mortis, & iudicij tunc ageretis excubias; at illā ignoratis, idͦ oī tpe excubare neceſſe eſt. Quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Græca

A verba præterita ſunt.

Sic alij vertunt; *Si ſciuiſſet Paterfamilias, qua hora fur venturus fuiſſet, vigilaſſet vtique, & non ſiuiſſet perfodi domum ſuam, &c.* Sed idem eſt ſenſus; ſcilicet, ſi ſciret Paterfamilias horam aduentus furis, vigiliaret, quia verò neſcit, fur ignota aduenit hora, domumque perfodit. Ita ſi vos certam ſciretis horam aduentus iudicij, vigilaretis illa hora; quia verò neſcitis oportet eſſe

B paratos ſemper ne ſpoliemini, vt Paterfamilias eſt ſpoliatus, quia non erat aduerſus furem paratus.

Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens?

HÆc etiam loco indicato explanata ſunt, exempli cauſa ſeruū ante oculos nobis ponit Chriſtus, fidelem, ac prudentem, reliquis ſeruis prępoſitum; quem Dominus veniens offi-

C cio ſuo rectè fungentem reperit, & præmio afficit. Quòd ſi ſeruus reliquis præpoſitus, domini ſui moram, ac procraſtinationem conſiderans, officio tradito improbè fungatur; pœnas meritas daturum docet. *Quis putas* (inquit) Græcè, τίς ἄρα id eſt, quisnā, *fidelis eſt ſeruus*, fidelis inquam, id eſt, fide Catholica, & fidelitate erga Dominum præditus; *& prudens*, quem herus familiæ ſuæ, id eſt, ſeruis ſuis præ-

D fecit, Græcè eſt θεραπεία, id eſt, *famulitium. Vt det illis*, id eſt famulis; *cibum in tempore*, Græcè ἐν καιρῷ, id eſt, in tempore opportuno. Quis hic cibus ſit indicatur Luc. 12. *Vt det illis in tempore, tritici menſuram, &c.* Erat cibus, quem hic ſeruus cæteris præbebat, certa tritici menſura ſingulis hebdomadis, vel menſibus. Latinè dicitur demenſū, Græcè σιτόμετρον, vel σιτομέτριον, quo nomine vtitur Lucas: noſter inter-

E pres vertit tritici menſuram.

Parab. ſerui fidelis, & prudentis.

Demēſum ſeruorum

Significat ſeruus Paſtores Eccleſię, ac doctores; qui Chriſtianis conſeruis ſuis, diui verbi præbent alimoniam, hoc ſenſu; Quis nam eſt fidelis ſeruus, & paſtor, qui domini ſui oues fideliter paſcit, & prudenter quique famulis Domini prælatus, diuini verbi alimentum, illis vigilanter præſtat? Beatus ille ſeruus, beatus Paſtor, & doctor, quem cum Dominus venerit,

Paſtores Eccleſiæ hic deſignātur

venerit, inuenerit ſic facientem, hoc eſt, diuini verbi cibum, fideliter, prudenter, ac vigilanter miniſtrantem. Nam magno illũ præmio afficiet. Seruis ſuis præpoſitum ſeruum vt illis cibum imperiret, ad aliam magnã transferet dignitatem. Super omnia enim bona ſua, Græcè ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσι, id eſt, *ſuper omnem ſubſtantiam, ſuper omnes poſſeſſiones conſtituet eum*, hoc eſt, omnes res ſuas, omnia bona, illius fidei, prudentiæ, ac vigilantiæ adminiſtranda tradet. Quo præmio & dignitate, æternum præmium & dignitas; adumbratur, qua bonus paſtor, ac doctor, à Deo in cęleſti gloria donabitur.

Parabola mali, & infidelis ſerui.

Quod ſi malus ille ſeruus, id eſt, quod ſi malus aliquis ſeruus cęteris præfectus, non idem ille, de quo ſuprà actũ: Ille enim bonus eſt. Vel ſi ſi ille ſeruus mutatus ab illo, qui fuerat, & ad improbitatem deficiens, in corde ſuo dixerit; *moratur Dominus, domum non reuertitur*. Atque ideò mora dñi abutens, *conſeruos ſuos verberarit; epuliſque, & vino, cum ſimilibus alijs ſe ſe ingurgitauerit*. Tandem aderit Dominus, ex inopinato; minimè vigilantem reperiet, ſed comeſſationibus, ebrietatique & alijs vitijs vacantem; punietq; acerbiſſime. *Diuidet enim eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & ſtridor dentiũ, &c.* Græcè verbum eſt διχοτομήσει quod ſignificat *in duas partes ſecare, & diuidere*. Eſtq; duplex ſenſus; prior, diuidet, & diſſecabit eum in duas partes; Mors enim hominem in corpus diſſecat, & animam. Poſterior, diuidet eum, à ſeruis fidelibus, & ſeparabit adiungetq; ſeruis hypocritis, & infidelibus, in piſtrino, vel carcere tartareo, vbi erit fletus perpetuus, & ſtridor dentium, de quibus ſupradictum hoc libro cap. 5. Hypocritæ autem dicuntur ſerui. Infideles, ſimulatores, Hiſtriones, oculis tantum domini ſeruientes: qui aliud corde gerunt, aliud obſequio oſtendunt. Lege quæ dicta ſunt ſupra.

Quid ſit hic diuidere.

Serui hypocritæ qui dicantur.

Adumbrat verò hic ſeruus nequã cæteris præfectus, percuſſor, comeſſator, ebrioſus, malum paſtorem qui vexat oues, ac deglubit, exemplo malo perdit; epulis, voluptatibuſq; indulget, iudicij aduenturi, & mortis immemor, quia moratur. Tãdem adeſt, ex improuiſo mors, iudicijſque in morte aduentus ſeruumque nequam diſſecat, æternoque orci carceri mancipat vbi perpetuus fletus eſt, dentiumque ſtridor.

Paſtoris Eccleſiæ mali hic deſignatur.

Sicut homo qui peregrè profectus eſt.

Parabola hominis peregrè proficiſcentis.

PArabola hæc breuis, apud Marcum 13. Ianitores cęli præcipuè ad vigilandum excitat; & cum illis populum Chriſtianorum, quemadmodum ſuperior. *Sicut homo* (ait Dominus) *qui peregrè profectus reliquit domum ſuam; & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſq; operis; & Ianitori præcepit, vt vigilet, &c.* Subaudi ſic ego in cœlum abiturus, vobis præcipio, vt vigiletis. Dixerat, *Vigilate, neſcitis enim quando tempus ſit*. Subijcit, *ſicut homo, &c.* quaſi dicat, Vigilare vobis præcipio, cæteriſq; omnibus, peregrè in cęlum profecturus. *Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum ſuam*; ſic ego mundum relinquam poſt paucos dies, & in cęlum abibo. *Dedit ille ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis faciendi*, ego quoque vobis, & alijs, tradam poteſtatem magni operis, videlicet adminiſtrandi Eccleſiam. *Præcepit ille Ianitori, vt vigilaret*; ſic ego maximè paſtoribus, cęlique Ianitoribus præcipio, *Vigilate*. Quod dixit interpres, *& dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis*: Græcè dicitur, δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, id eſt, *dans ſeruis ſuis poteſtatem, & vnicuiq; opus ſuum*. Quod idem eſt, dans poteſtatem ad opus faciendum, & in ea quæ neceſſaria ad opus ſunt.

Numquid ſoli ianitori vigilare homo præcepit? Reſpondetur, ianitori fuiſſe commiſſam curam domus, & aliorum ſeruorum. Cum igitur illi Dominus præcepit vt vigilaret, etiam cæteris præcepit. Vigil enim ianitor, & perfectus ſuæ curæ traditos ſeruos ad perficienda vigilanter opera excitat. Præterea, maximè ianitori excubare iuſſit, vt cum reuerſus ex peregrinatione pulſaret fores, confeſtim aperiret. Iuxta illud Luc. 12. *Vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei, &c.*

Ianitor vigilans an ſolus eſſe debeat.

Vigilate,

Digitized by Google

Vigilate, omni tempore orantes.

Oratio cũ uigilia iungenda.

NOn vigilando ſolum Iudicem expectare oportet, ſed etiam orando. Ad vigilandum excitauit Dominus, excitat etiam ad orandum. Apud Matthæum de oratione tacetur. Apud Marcum, & Lucam, cum vigilijs oratio coniungitur. Apud Marcum: *Videte* (inquit Dominus] *vigilate, & orate.* hoc eſt, Attendite, cauete, manete in vigilia ſalutis veſtræ, Deumque precamini. Apud Lucam ſic: *Vigilate, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis, &c.* id eſt, Vigilate, ſemper Deum precantes, vt dignos vos efficiat gratia ſua, fugere iudicij extremi euentura pericula, & ſtare ante Iudicis conſpectum ſumma cum lætitia, neque cauſa cadere.

CAPVT XIII.

De vigilantia, & præparatione ad iudicium.

Morale.

Omnes morimur, etiã Principes, ac Reges.

EXploratum eſt, mortem ſubituros homines, & iudicium. Iuxta illud Pauli ad Hebr. 9 *Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium, &c.* Et illud 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur in terram, &cæt.* Moriuntur Reges, Principeſque viri. Eccleſ. 10. *Rex hodie eſt, & cras morietur, &c.* Moriuntur docti, & indocti. Eccl. 4. *Moritur doctus, ſimiliter vt indoctus, &c.* Moriuntur diuites, & pauperes, robuſti, ac debiles. Iob. 21. *Iſte moritur robuſtus, & ſanus diues, & fœlix, viſcera eius plena ſunt adipe; alius verò moritur in amaritudine animæ, abſque vllis opibus, &c.* Denique, vt dicitur Pſalm. 88. *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem?* Nullus eſt. Idcircò mors appellatur via vniuerſæ terræ. 3. Reg 2. *Ingredior* (ait Rex Dauid) *viam vniuerſæ terræ, &c.* Vniuerſa terra, hoc eſt, omnes homines terram incolentes, hanc ingrediuntur viam; ea verò impios in Orci ducit flammas, iuſtos in gaudia cœleſtis regni.

Mors uia uniuerſæ terræ dicitur.

A Omnibus hominibus propter peccatum fuit certa hæc pœna impoſita, quam effugere nemo poteſt. Pœna eſt ſed vtilis ad humilitatẽ (vt alia omittam] comparandam Vnde Auguſtin. ſerm. 21. de verbis Domini: Vtatur [inquit) homo bene pœna ſua. Non inde eat ad ſuperbiam, vnde accepit pœnam. Agnoſcat ſe mortalem, & frangat elationem, &c. Item quod mortalis eſt homo, ad diſciplinam illi debet valere, non ad iactantiam, &c.

Mors pęna utilis à Deo homini impoſita.

B Ita verò certa eſt mors, vt nihil in rebus humanis certum ſit, præter mortem, vt idem ſanctiſſimus Pater Auguſtinus obſeruauit loco indicato: De iſta (inquit] pęna ſola certi ſumus, in rebus humanis. Cætera noſtra, & bona, & mala incerta ſunt; ſola mors certa eſt. Conceptus eſt puer, fortè naſcitur, fortè aborſum facit. Ita incertum eſt, fortè creſcit, fortè non creſcit, fortè ſeneſcit, fortè non ſeneſcit, fortè diues erit, fortè pauper, fortè honoratus, fortè humiliatus, fortè habebit filios, fortè non habebit, fortè vxorem ducet, fortè non ducet. Reſpice & ad mala; fortè ægrotat, fortè non ægrotat, fortè à beſtia deuoratur, fortè non deuoratur. Numquid poteſt dicere, fortè moritur, fortè non moritur? Hæc ille.

Nihil in bonis, maliſq; humanis certum, præter mortẽ.

C

Certa quidem mors eſt, & iudiciũ. D Attamen mortis, iudicijque hora incerta, atque ignota. Pœna [ait Auguſtinus] certa eſt, hora incerta. &c. *Neſcitis* (inquit Dominus Matth. 24.) *qua hora Dominus veſter venturus ſit, &c.* Ideò iudicij dies, & mortis, cum fure confertur, illis verbis: *Si ſciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Et 1. ad Theſſalonicenſ. 5. *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita ueniet, &c.* 2. Petr. 3. E *Adueniet dies Domini, ut fur, &c.* Apocalypſ. 3. *Veniam ad te tamquam fur* (ait Dominus) *& neſcies, qua hora ueniam ad te, &c.* Et Apocalypſ. 16. *Ecce uenio ſicut fur, &c.* Fur ignota hora ad furandum venit. Sic iudicium, & mors. Furatur autem mors homini id, quod cæteris caducis bonis omnibus anteponit, nimirum vitam. Perfodit domũ, id eſt, corpus, æquatque ſolo. Iudiciũ verò peculiare improbis animam furatur,

Mors certa hora incerta.

Mors furatur homini uitam.

Digitized by Google

ratur, generale tum animam, tũ corpus rapit, æterniſq; flammis tradit. Similis etiam eſt mors, & iudicium laqueo. Iuxta illud Luc. 21. *Eſ ſuperueniat in uos repentina dies illa; tamquam laqueus enim ſuperueniet ſuper omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ, &c.* Liberè, velut aues, huc, atq; illuc per amœna prata, id eſt, voluptates, volant impij terræ amatores. At repentè mortis laqueo capiunt. Eſt prætereà mors hamus, quo homines, cùm id minimè B præuident, comprehenduntur, vt docet Salomon Eccleſ. 9 *Neſcit* [inquit] *homo finem ſuum. Sed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur; ſic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis exemplò ſuperuenerit, &c* Septuaginta pro *hamo*, vertunt, *rete*. Sicut ergo piſces hamo, vel ſagena capiunt; ſic ex inopinato, mortis ſagena, vel hamo capiuntur miſeri homines. Nullum hic reliquit hamus, omnes expi- C ſcatur, vt diximus iuxta illud Habacuc 1. quod ſenſu literali dicitur de Rege Babylonis: *Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, &c.* Omnes homines in hamo ſubleuat mors, & ſagena ſua comprehendit.

Mors eſt hamus.

Voluit autem Dominus, mortis, & iudicij horam ignotam eſſe, vt ſemper ad migrandum ex hac vita, reddendamque ſummo Iudici rationem D vigilemus, ſimusque parati *Eſtote* [inquit Matth. 24.] *parati, quia qua neſcitis hora filius hominis uenturus eſt, &c* Item: *Vigilate, quia neſcitis, qua hora Dominus noſter uenturus ſit, &c.* Horam vltimam [ait D. Gregorius homil. 13.] Dominus noſter idcircò voluit nobis eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta: Vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur. &c. Paratos eſſe nos cō- E uenit (ait D. Hilarius in Matth. c. 24.) quia diei ignoratio, intentam ſollicitudinem ſuſpenſæ expectationis exagitat. D. Hieronymus: Oſtendit [inquit] Dominus, quare ſuprà dixerit: *De die illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli* quòd non expediat ſcire Apoſtolis. Vt pendulæ expectationis incerto, ſemper eum credant eſſe venturum, quem ignorant, quando venturus ſit, &c. Ambroſius lib. 5. de fide, c 8. No-

Cur mortis hora ſit incerta, & iudicij.

A bis [inquit] ſcire non proderat. Vt dũ certa futuri iudicij momenta neſcimus, ſemper tamquam in excubijs conſtituti, & in quadam virtutis ſpecula collocati, peccandi conſuetudinem declinemus, ne nos inter vitia dies Domini deprehendat. Non enim prodeſt ſcire, ſed metuere, quod futurum eſt. Scriptum eſt enim ad Ro. 11. *Noli altum ſapere, ſed time.* Hæc Ambroſius, & alia.

Scire non prodeſt, quod futurũ eſt.

B Milites, quia vigiliam ignorant, qua hoſtes in mœnia irruent, vigilāt omnibus vigilijs, prima, ſecunda, tertia, & quarta. Sic oportet nos vigilare omnib. horis, quia ignoramus horam illam, qua mors, iudiciumq; aderit. Paterfamilias horam ignorauit furis, ſomnoque ſe tradidit ſecurus; ideò domus perfoſſa eſt, bonaq; omnia ablata Nos horam ignoramus furis, id eſt, mortis, ſomnum caueamus, C ne bonis omnibus, vt paterfamilias, nudemur. Theſſalonicen. 5. *Cùm dixerint: Pax, & ſecuritas; tunc repentinus eius ſuperueniet interitus: ſicut dolor in utero habentis, & non effugient, &c.* Ijs, qui non vigilant, ſeſeque parant, ſed ſecuri vitam in voluptatib. vitijsq; traducũt, hoc euenit. Cùm ſecuritate, & pace ſe frui arbitrātur, ex improuiſo mors fores pulſat. Quemadmodum partus dolores fœminam, ita illos illius hor- D rendi partus, quo animam emittunt, dolores obruunt. Audiamus Regem Antiochum his obrutum doloribus, 1. Mach. 6. *In quantam* (inquit) *tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum, qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea; ecce pereo triſtitia magna, in terra aliena, &c.* Sic impij, minimeque vigilantes pereunt. Lege 2. Machab 9.

Vigilare oportet omnibus vigilijs, & horis.

Qui nō uigilant, pereunt.

Iudicum cap. 18. de exploratorib. E legitur: *Viderunt populum habitantem in ea* [id eſt, ciuitatē Lais] *abſque ullo timore, ſecurum, & quietum, magnarum opũ, &c.* Cùm vero ſecuros, & quietos viderunt ciues, facile vrbem poſſe capi ſibi perſuaſerunt. Quamobrem eodē cap. ſocios ſic alloquuntur: *Intrabimus ad ſecuros, in regionē latiſſimam, &c.* Denique additur: *Venerunt in Lais ad populum quieſcentem, atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladij, urbemq; incēdio*

tradi-

Quod D. Gregorius cubiculariæ Auguſtæ ſuadet, verbis paulò ante citatis: Quouſq. (inquiens) vltima dies venerit, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere culpas debes, atq. eas quotidianis fletib. lauare, &c. Ho. 13. in Euan. Vigilat (inquit) qui ad aſpectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, vigilat, qui ſeruat operando, quod credit; vigilat, qui à ſe torporis, & negligentiæ tenebras pellit, &c. De vigilijs lege Chryſologū ſer. 23. Vigilias [inqt] ad omnia eſſe ſalutares null⁹ ignorat. Plus vigilare, plus viuere eſt. Nam quid tam mortis ſimile, quam dormientis aſpect⁹? &c. Ibidem docet, omnes artifices vigilando lucra comparare. Quæ (inquit) ars, quod opus, quod officiū non vitæ lucra vigilando perquirit? Rex peruigil hoſtis præcauet inſidias. Miles nocturnos impetus cauta pernoctatione propellit. Naura vigilando incertas vias intrat. Paſtor adiungit noctes dieb. ne qua lupis graſſandi in gregem præbeatur occaſio. Viator ſolers per auras noctis, æſtus Solis præuenit, &c.

Plus vigilare, plus viuere eſt.

Cum vigilantia orationem copulandam docet Dominus, non ſolum vt vigilemus, monet, ſed etiam vt oremus. Apud Marcum: *Videte* [ait] *vigilate, & orate.* Apud Lucam; *Vigilate, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis, &c.* Grauiſſima nobis impendent mala, ea effugere nemo valet, niſi opem ferat Deus; neceſſe ergo eſt Deū precari, vt porrigat manum, & auxilium, vtq. nos dignos efficiat, qui tempeſtatem imminentem fugiamus, & in conſpectu iudicis, læti aſſiſtamus. Iactatus tempeſtate gubernator nauis, nō ſolum vigilare vult Ionā, ſed ēt, vt periculum tantum effugeret, orare. Ionæ 1. *Acceſſit ad eum gubernator & dixit ei: Quid tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus, &c.* Ita ſummus gubernator Chriſtus non ſolum excubare iubet, ſed etiam Deum precari. Quid tu ſopore deprimeris Chriſtiane? Surge, inuoca Deū, ne pereas. Lu. 14. Rex ille *iturus committere bellū cum alio Rege, vidēs ſe non poſſe cum decē millib. occurrere illi, qui cum viginti millib. venit ad ſe; adhuc illo longe agente, legatiōnē mittēs, rogat ea, quæ pacis ſunt.* Idē nos faciamus. Venturus eſt Rex ſummus multis cum militib. ad inferendum nobis bellum, in die iudicij. Ipſa autem mala opera noſtra, milites multi ſūt, qui bellū gerent. Ad hoc bellū præparemus alios milites, qui nos tueātur, id eſt, bona opera; & adhuc Rege longè agente, antequā veniat, legationē mittamus, & rogem⁹, q̄ pacis ſunt. Legatus egregius oratio eſt. Pſal. 47. *Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuā in medio tēpli tui, &c.* In medio templi, miſericordiam, & auxilium Dei ſuſcipimus orando. Neq. verò ſolū in tēplo orandū eſt, ſed vbiq. ēt, & ſemp Dei auxiliū implorandū. Quia vbiq & ſēper nobis eſt neceſſariū. Nōne Ionę a Ionam in medio ventre ceti orantē cernis? Tu quoq. nō ſolū in medio tēpli Dei, ſed ēt ſi ī medio vētre ceti ſis, ora die, ac nocte. Iuxta illud Pſa. 87. *In die clamaui, & nocte corā te, &c.* Cā. 4. *Odor veſtimētorū tuorum, ſicut odor thuris, &c.* Orationē indicat thuris odor. Quēadmodū veſtimēta sēp portamus; & vbiq. ſic thuris odorē .i. orationē, ſemper, & vbiq. portare debemus. Semper, & vbiq. ſpiritū, ſiue halitum trahimus; quia ſemp, & vbiq; nobis eſt opus. Eundē in modū, ſpiritus ſemper, & vbiq. è cœlo trahendus eſt; quia ſemper, & vbique eo indigemus. Vnde illud Pſalm. 118. *Aperui os meū, & attraxi ſpiritum, &c.*

Oratio adiūgēda vigilantiæ.

Ore enim attrahitur ſpiritus, hoc eſt, oratione. Thren. 4. *Spiritus oris noſtri* dicitur *Chriſtus Dominus*. Abſque ſpiritu nemo vitam corporis producit, abſque Chriſto nemo vitā prorogat animæ Semper ſpiritus ducit ad viuendū, ſemp Chriſt⁹ oratione ī cot ducāt, ad agendā ſpiritaliter vitā.

Chriſtus ſpiritus oris noſtri eſſe dicitur.

Ad hęc, orationi, & vigilantiæ adiungendā eſt rerum ęternarū meditatio, quę animum maximè ad mortem, iudiciumque præparat. Qui corpore vigilat, apertos habet oculos corporis. Eundem in modum, qui vigilat mente, apertos habet oculos mentis. Aperti corporis oculi ſæpe vident vanitatē,

Vigilantia & orationi adiūgenda meditatio.

aperti mentis oculi ſemper vident æternam veritatem. Oculi corporis præſentiá bona cernunt, quæ mentē decipiunt; oculi mentis futura vidēt, quæ mentem à fallacia liberant. Oculos corporis latet mors, iudicium, tartarus, cœleſtis gloria, virtus, deniq. latet Deus. Oculis mentis hæc omnia cōſpiciuntur. Oculi corporis claudendi ſunt; ne videant vanitatem; oculi mentis aperiēdi, vt videant veritatē. Faxit Deus, ne ſimiles Iudæis ſimus, de quib. Deuteron. 29. legimus: *Non dedit vobis Dominus cor intelligens: & oculos videntes, & aures, quæ poſſint audire, vſque in præſentem diem, &c.* Iſai. 6. ait Dominus Iſaiæ: *Excæca cor populi huius, & oculos eius claude, &c.*

Peccatorū cæcitas quā diu durat pleriſque.

Rogat Iſaias. *Vſquequo, Domine?* hoc eſt, Quouſq. durabit cœcitas hæc? Reſpondet Dominus: *Donec deſolentur ciuitates abſque habitatore, &c.* id eſt, Donec Ieruſalem capta euertatur. Eundem in modum, multorum peccatorū cęcitas vſque eò durat, donec ipſum euertitur corpus, & æquatur ſolo: anima vero ab hoſtib. tartareis capiatur. Oremus Chriſtum, vt det nobis cor intelligens æterna, & oculos videntes. Oremus noſtrum Ioſeph, vt manus ſuas ſuper oculos noſtros imponat, vt videntes fiant. Iuxtá illud Geneſ. 46. dictum à Domino Iacob: *Ioſeph ponet manus ſuas ſuper oculos tuos, &c.* Hoc eſt myſterium (ait Ambroſius ĩ lib. de Ioſeph) quod verus Ioſeph (id eſt, Chriſtus) immittet manus ſup oculos eius, id eſt, populi, vt qui nō videbat antè, iam videat, &c. Et Origenes hom. 15. in Geneſ. Vtinam (inqt) nobis inijciat manus Ieſus ſuper oculos, vt incipiamus reſpicere, non ea, quæ videntur, ſed quæ non videntur; & aperiat nobis illos oculos, qui nō intuentur præſentia, ſed futura, & reuelet nobis cordis aſpectum, quo Deus videtur ĩ ſpiritu, &c. O pulcherrimos oculos, qui non præſentia, caducaque, ſed futura, æternaq. vigilando contemplantur. O beatas vigilias: O fœlices excubias, quæ mentem ab humanis nugis abſtrahunt, & æternitati affigunt. Huiuſmodi ſunt animæ ſanctæ vigiliæ. Can. 5. *Ego* (inquit) *dormio, & cor meum vigilat, &c.* Dormit mens, quæ ſe ad iudicium præparat; dormit, inquam, reb. caducis, mundiq. nænijs, vigilat autem rebus æternis.

Chriſtus oculos mentis illuminat.

Salomonis lectum vigiles, cuſtodes ambiebant. Canti. 3. *Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos, &c.* Habeat quoque lectus Chriſti, id eſt, conſcientia probi hominis, ſuos vigiles cuſtodes, propter timores nocturnos. Vigiles autem conſcientiæ cuſtodes ſint intellectus, memoria, voluntas, oratio, conſideratio. Nihil patiatur vigil voluntas in conſcientiam ingredi, quod maculare illā poſſit. Intellectus verò, & memoria, orando, ac vigilando, & conſiderando Domini aduentum, mortis horam, iudicij horrorem, cœli gaudium, Orci ſempiternum cruciatum ſemper ſpeculētur. *Propter timores nocturnos, cuſtodes, Salomonis lectum cuſtodiebant.* Noſtri cuſtodes; propter timores externos, ſiue nocturnos, id eſt, æternæ noctis lectū cuſtodiant Chriſti. *Super cuſtodiam meā ſtabo* (ait Habacuc c. 2. *& figam gradū ſuper munitionem, & contemplator, vt videam, quid dicatur mihi, & quid reſpondeā ad arguentem me, &c.*

Salomonis cuſtodes qui ſint.

Vigiles conſcientiæ cuſtodes qui ſint.

Eundem in modum, nos veluti ſpeculatores, ſuper cuſtodiam noſtram ſtemus; fixo gradu, velut in excelſa, munitaque turri vigiles perſiſtamus, & diligenter contemplemur, qd Deus ad iudicium veniens dicet nobis; & quid reſpondebimus ad arguentem nos, ac iudicantem. Iſai. 21. *Hæc dixit mihi Dominus Vade, & pone ſpeculatorem; & quandocumque viderit, nunciet, &c.* Sic nobis dicit Dominus: Vigilate, ponite ſpeculatores, intellectum, & conſiderationem, & quodcumq. viderint, annuncient vobis, vt ſciatis, quid facio opus ſit. Eodem cap. *Ad me clamat ex Seir; Cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos: Venit manè, & nox, Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite, &c.* Quærebat quidam à cuſtode, id eſt, ſpeculatore, qd de nocte vidiſſet. Sic nos ab intellectu res futuras explorante, quæramus, quid videat. *Cuſtos, quid de nocte?* Quid in huius vitæ tenebroſa nocte vidiſti de reb. futuris, & æternis? Reſpondebit cuſtos; *Venit mane.* id eſt, tempus iudicij clariſſimum iuſtis, & venit nox iudicij impijs obſcuriſſima. Quam-

Specula Chriſtiani.

Cuſtos, qd de nocte? quid ſit.

obrem

obrem ſi quæritis,& rogatis,bene,& vtiliter rogate,proſit vobis, quod vidi. Vel,ſi quæritis Deum, verè, & cũ vera pœnitentia quærite,conuertimini ad eum,& venite Denique ,' illud impleatur in nobis, quod eodem ca. ſcriptum extat:*Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diẽ,& ſuper cuſtodiam meam ego ſum,ſtans totis noctib. &c.* Audiuit autem hic ſpeculator vigilãtiſſimus:*Cecidit,cecidit Babylon,&c.* Babyloniorum ille præuidit ruinam, ac ſupplicium,&trituram,propterea ad dit:*Tritura mea,& filij areæ mea,* id eſt, Babylonij, & vos Babylonij filij areæ,in qua fiet tritura , omnes triturandi eſtis. Nos impiorum ruinam, & æternum ſupplicium præuidebimus, mirabilemque trituram, quę in valle Ioſaphat,& in morte fiet,& cauebimus.

Babylonis deſtructio nem vidit Iſaias.

CAPVT XIIII.

De fugienda crapula, & ebrietate, & curis vitæ.

Morale.

NON fuit ſatis Domino dicere: *Vigilate,& orate,*ſed illa etiam cauẽda,fugienda pręcipit, quę vigilię , & orationi aduerſantur. Luc. 21. *Attendit* (inquit)*ne grauentur corda veſtra crapula,& ebrietate,& curis huius vitæ, &c.* Aduerſantur maximè orationi,& vigilię,crapula,ebrietas,ingluuies, idcircò hęc fugienda iubet. Quis nõ fugiat crapulam,& ebrietatem,quæ ſolo aſpectu fugam ſuadet? Tam turpis illa eſt,ac fœda , vt exiſtimaris Anacharſis,ad fugiendam temulentiã remedium eſſe,ebriorum fœditatẽ intueri. Rogatus.n.qua ratione quis effugeret,ne fieret vinolentus,reſpondit,ſi ſemper pręoculis habeat ebriorum indecoros mores,ob quos meritò D.Chryſoſto.hom.1.ad populum, ebrietatem generis humani vocat opprobrium. Seruarunt hoc Lacędemo-

Ebrietas quam fœda ſit. Ad fugiẽdã ebrietatẽ remedium.

A nes,pueris.n.temulentos oſtendebãt ſeruos,quò ebrietatem magis abominarentur,videntes, quam deforme ſpectaculum ſit homo ebrius.quamq. inſanienti ſimilis. Intuere Noe, Gen. 8.quamuis abſq.culpa ebrium, vide, quam indecore iaceat in tabernaculo. Intuere Lot. Gen. 19. Vide indecora illius ebrij iuuenis facta,atq.nefanda,quę reſcenſet Augu. ſiue quiſquis eſt ille Auctor,ſerm. 33.ad fratres in
B eremo: Ecce(inquit) hodie ebrietatẽ perpeſſus,matrem prægnantem nequiter oppreſſit,ſororem violare voluit,patrem occidit,duas ſorores vulnerauit ad mortem,&c. Ipſam ebriorum turpitudinem conſidera. Ebrij [ait Ambroſius in lib. de Elia,& ieiunio,c.16.]vocem amittunt,colore variantur,oculis igneſcunt, ore anhelant,fremunt narib. in furore ardeſcunt,ſenſu excedunt,&c. Et D.Baſi-
C lius ho. 14. Eos videre licet oculis liuentibus,cute ſuppallida,ſpiritu graui,lingua balbutiente, ac demiſſa, voce confuſa,pedib. puerorum more infirmis,ac titubantibus , &c. Itẽ ebrij ex crapula continuò dormitãt, capite grauantur,oſcitant , caliginẽ ob oculos habent, ob nauſeam faſtidiunt,&c. Item: Miſerum ſpectaculũ Chriſtianorum oculis, vir ætate florens,corpore robuſtus,obeundis in
D exercitu laborib.aptus, aliorum ſubſidio domum reportatur,neque erigere ſeipſum valens,neq.propriè incedere pedibus. Et qui terrori hoſtibus fuerat,ridiculus in foro pueris videtur,& occaſionemque præbet, vt ab omnibus contemnatur,ſiue ferro vulneratus, ſine hoſtibus enectus, &c.

Ebrij deſcribũtur.

Aſinis,& canib.turpiores eſſe ebrios,ait D.Chryſoſtomus ho.58.in
E Matth. Quantò melior [inquit] aſinus ebrioſo eſt,quantò canis pręſtãtior? Omnes certè animantes rationis expertes,cum bibunt,aut comedant vltra,quam ſatis eſt,ẽtiãſi mille homines cogerent,nunquam elabuntur;peiores igitur irrationalibus vos eſtis,qui inebriamini,&c. D. Augu.ſer.231.de tempore? Animalia [inquit]vbi ſaturauerunt ſitim ſuam,repleta ſiti,bibere nolunt,nec poſſunt.

Ratione carẽtia animalia non bibũt vltra,quã ſatis eſt.

Conſiderent ebrioſi, ſi non peiores animalib. iudicandi ſunt, &c. Fugiamus ergo ebrietatis fœditatem.

Attendite) ait Dominus) *ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, &c.* Grauatur cor, grauatur ratio, & extinguitur ebrietate, ac ſepelitur. Iuxta illud Poetæ lib. 2. Æneid.

Inuadunt vrbem vino, ſomnoq. ſepultam.

Aqua extinguit ignē, vinū rationem. Ebrietatis mala.

Aqua ignem extinguit, vinum extinguit rationem. Baſilius ho. citata: Sicut [inquit] aqua igni eſt aduerſa, ſic vinum immodicum rationem ſupprimit, &c. Aqua maris naues, vinum vitis homines ſubmergit. Idem Baſilius: Ebriorum (inquit) animę vino ſubmerſæ ſunt, &c. Vigilantiā, & ſobrietas homines facit, ebrietas ex hominib. facit belluas. Baſilius: Mentis (inquit) lumine per ebrietatem te priuans, inter beſtias ratione carentes adnumerari potes, ſimiliſque illis videri, &c. Iſai. 28. *Abſorpti ſunt à vino, &c.* Abſorbent ebrij vinum, & abſorbentur à vino. Etenim vinum, illorum rationem, mentemq. abſorbet. Prouerbio. 23. *Eris quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clauo, &c.*

Ebrius quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, quia rationis clauum amittit. Extinguit rationis vſum ebrietas, prauas verò animi affectiones excitat. Iſai. 5 *Væ, qui conſurgetis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum, vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis, &c.* Septuaginta vertunt: ὁ. γὰρ οἶνος συγκαύσει αὐτούς. id eſt, *Vinum enim ſuccendet,* vel *comburet eos.* Succendet, inquam (vt Baſilius interpretatur] affectuum flammis, & incendio. Eadem homilia ſic ſcribit: Quod dicit Iſaias: Quoniam vini feruor corpori infuſus, incendium fit ignitorum inimici vinculorum. Rationem. n. ac mentem vinum deprimit; voluptates, & animi cæteros affectus malos, velut apum examen, excitat. Quis currus equorum indomitorum ita præceps fertur, dominum ſuum excutiens? Quod nauigium ita gubernatore deſtitutum, ita fluctib. exagitatum, & concuſſum, ſi contingat, vt nō ſit ſecurius ebrio? Hæc ille.

Ebrietas rationis vſum abſorbet.

Dicitur ad eodem Baſilio, eadē homilia, ebrietas dæmon voluntarius, ex voluptate animab. inditus, malitię mater virtutis inimica Et quidē dæmone peior eſt, quia eſt volūtaria. A dæmone torquētur dæmoniaci, ſed coacti, ſi valerent, protinus illum ex corpore pellerent. At ebri⁹ ebrietate torquetur, quia placet. Valet illā ex animo facile propellere, ſi ſobrietati aſſueſcat, ſed non vult. O infelicē dæmoniacum. Chry. ho. 58. in Matt. Diabolo (inquit) nemo magis amic⁹ eſt, quam qui delicijs, & ebrietate maculatur, hic. n. fons, hæc mater, atque origo vitiorum omniū eſt. Quid decliciarum hæc fœditas mali nō inducit? Sues ex hominib. facit. Delicijs vacans nullo diſcrimine à dæmoniaco ſeparatur. Impudens. n. & furioſus pariter eſt Et dæmoniacū omnes miſeramur, hunc verò auerſamur; quia ſponte furorem ſibi attrahit, & os, oculos, nares, cætera ſimpliciter ſenſuum inſtrumenta, amariſſimas voluptatis conficit cloacas, &c.

Ebrietas dæmon voluntarius.

Ebrietas ſues ex hominib. facit.

D. Aug. ſer. 231. de tempore, ebrioſos ſordidis paludib. ſimiles eſſe ait, quarum in aqua ſordida ſerpentes, ranæ, vermeſq. naſcuntur. Si ebrium videas, paludem non aq. ſed vini videbis, in qua ſordida naſcuntur vitia, rixæ, & libido. *Cui væ?* (ait Salomon Proue. 23.) *Cuius patri væ? Cui rixæ? Cui fouea? Cui ſine cauſa vulnera? Nonne his, q commorantur in vino, & ſtudent calicib. epotandis, &c.* Et Paulus ad Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Et Hieronymus li. 2. contra Iouinianū, ca. 6. Eſus (inquit) carniū, & potus vini, vētriſq. ſaturitas, ſeminariū libidinis eſt. Vnde & Comicus: *Sine Cerere, & Baccho friget Venus, &c.* D. Aug. ſer. 231. de tēpore: Omnes ebrioſi tales ſunt, quales paludes eſſe videnī. Naſcunī ibi ſerpētes, ſāguiſugę, ranę, & diuerſa genera vermiū, &c. Similes præterea ſunt ebrioſi ſāguiſugę, de qua Poeta.

Ebrij paludi ſimiles.

Terent. Eunuch.

Non miſſura (ait) cutem, niſi plena cruoris hirudo.

Sic pocula nō omitūt, niſi vino pleni ebrioſi, & īgurgitati. Vino die bibūt (ait Am. ī li. de Elia, & ieiunio, c. 12.) multorū dierum labores, &c. Et Aug. ſer. 231. de tp.: Cōſiderēt (inqt) ebrioſi, ſi non peiores animalib. iudicandi ſint. Cum enim animalia amplius,

plius, quam eis opus eſt bibere, nolunt, illi & duplum, & triplum eis, quã expedit, potum accipiunt, &c. Athenæus lib. 11. cap. 2. Non mihi (inquit) inſulſe dixiſſe videntur hi, qui magnũ poculum, argenteum puteum appellarunt, &c. Rectè quidem illi. Nã magnum argenteum, ſiue vitreum poculum, quod hominem inebriat, & ratione priuat, quid aliud eſt, quam puteus profundus vini, in quem cadit ebrius, animam, & rationem ſuffocat, laboreſq. ſuos demergit. Certè D. Auguſtinus ſer. 231. de tempore, ebrietatem puteum inferni appellat: Ebrietas (inquit) quaſi inferni puteus, quoſcumque ſuſceperit, niſi digna ſubuenerit pęnitentia, & emendatio fuerit ſubſequuta, ita fortiter ſibi vẽdicat, vt eoſdem ipſos de inferni tenebroſo puteo ad caritatis, vel ſobrietatis lucem redire ſine pęnitentia nõ permittat, &c.

Poculũ puteus ebrioſi.

Ebrietas puteus inferni eſt:

Itaque fugiamus monſtrum hoc, humanique generis opprobrium; tẽperantiam tam in potu, quam in cibo complectamur. *Modico vino vtere*, ait Paulus 1. Timoth. 5. Si vino vtendum eſt, modico vtendum; modicum enim vtile eſt, immodicum eſt coluber, baſiliſcuſq. venena diffundens, vt Salomõ teſtatur Prouer. 23. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius; ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus*, id eſt, baſiliſcus, *venena diffundet, &c.*

Vino, et cibo quomodo vtẽdũ.

A menſa ebriorum abeſt ratio, abſorpto vino abſorpta; in menſa verò temperantis adeſt, cibo, potuiq. præſcribens modum. Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum, cap. 6. Adeſſe (inquit) debet ratio, vt tales, ac tantas ſumamus eſcas, quibus non oneretur corpus, & libertas animæ prægrauetur, &c. D. Chryſoſtomus hom. 1. ad populum: Scribens (inquit) ad Timotheum Paulus, nobis bibendi vini menſuram, & terminos ſtatuit, tantum bibere iubens, quantum valetudinem adiuuet, quantum corpori ſanitatem præbeat, &c.

D. Iſidorus lib. de ſummo bono ca. 42. Vtendum [inquit] eſt epulis, nõ ad luxuriam, vel ad ſatietatem, ſed tantum ut corpus ſuſtentetur. Nam vt

A Philoſophi dixerunt, cibandus eſt vẽter, vt contineat animam, non vt corrumpat. Qui nimirum cibis vtuntur, quantò magis ventrem paſcunt, tantò magis ſenſum mentis obtundũt. Nam Græci dixerunt, ex craſſo ventre ſubtilem ſenſum gigni non poſſe. Nam gulæ ſaturitas nimia aciem mẽtis obtundit, ingeniumq. hebeſcere facit, &c. Quãadmodũ plantæ, ita corpora irriganda ſunt cibo, atq. potu

Cibãdus vẽter, vt cõtineatanimã.

B non vt obruantur, ſed vt neceſſariũ robur accipiant. Hinc illud Xenophõtis apud Athenæum, li. 11. c. 21. Videtur (inquit) mihi id etiam virorum corpora pati, quod plantę. Illæ ſiquidẽ vbi cęli frequentib. imbrib. irrigatæ ſunt, nullo pacto ſeſe erigere poſſunt, neq. auris perflantur, verũ cum quantum ſufficiat ebiberunt, & rectè, & fęliciter ſurgunt, & ad fructuũ generationem facilimè perducẽtur.

Immoderatus cibus, & pot⁹ mẽtẽ obtũdit.

C Sic nos etiam ſumus affecti. Nã ſi potum frequentiorem hauriamus, ſtatim & mens, & corpora noſtra ab æquitate declinarũt, ac neq. reſpirare, nedum quidpiã dicere poſſumus. Quod ſi nobis pueri in minora pocula irrorauerint, ſic vino leniter commoti, in comitatem, lętitiamq. cõuertemur, &c. Simile illud eſt D. Chryſoſtomi ho. 1. ad populum: Non ita (inquit) terræ natura vexata aquarũ ſu-

D perabundantia continuè diſſoluitur, vt corporis vis molleſcit, & diffluit, & exilis redditi, vini potu cõtinuo ingurgitata, &c. Obſerua verba illa Xenophõtis: Si pueri nobis in minora pocula irrorauerint; irrorandũ. n. vinũ eſt, & inſtar roris ſenſim cadentis, ac guttatim, magna cum ſobrietate, non inſtar procelloſæ pluuiæ, cum ebrietate ſumendum.

Vinũ irrorãdum eſt in minori pocula.

Monet prætereà Dominus, ne gra-

E uentur corda noſtra curis huius vitę. Quemadmodum enim vitę æternæ curæ corda ſubleuant, ita curæ perituræ huius vitæ eadem deprimunt, terræque affigunt. Chryſoſt. Pſal. 4. Nihil (inquit) facit cor adeò graue, vt libido, & ad ea, quæ ad hanc vitã pertinent, affectio, & terræ affixũ eſſe, &c. Iahel Iudic. 4. ducis Siſara dormiẽtis caput grãdi clauo vſq; ad terrã defixit. Sic Iahelis ſimilis caro minimè vi

Curæ mũdi fugiendæ, ne cor grauent.

 gilan-

gilantes Chriſtianos curarum clauis vſque ad terram deprimit, terraq. de figit. D. Gregorius li. 5. Moral. cap. 6. Nequaquam mens ad ſuperna attollitur, ſi curarum tumultibus continuè in infimis occupatur, &c.

Vide quæſo, quàm alienos nos velit eſſe Dominus à curis huius vitæ, ac ſollicitudinibus. Matth. 6. *Ne* [inquit] *ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, & corpori veſtro, quid induamini, & cætera.*

Equidē valdè liberos à vitæ curis nos eſſe vult, quos & cibi, & indumēti ſollicitudinem vult abijcere. Paulus quoque 1. Corinth. 7 hoc mundo vult Chriſtianos vti, *tamquam non vtātur.* Tunc autem mundo vtimur, tamquam non vtamur, cùm illius curas cor deprimentes à corde repellimus, curaſque cœleſtes aſſumimus, cùm opibus affluimus, cor tamen curarū clauis illis non affigimus. Iuxta illud Pſalm. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, &c Surſum corda*, quotitidie in auguſtiſſimo audimus ſacrificio. Surſum ergo attollamus corda in cœlum mundi curis vacua, curis Dei plena, ne deprimamus deorſum in terram curis Dei carentia, curis mundi referta. Putreſcenti in terra, in cœlum elata; ſanitate perfruentur. Non ſine cauſa audimus, *Surſum corda.* [ait Auguſtinus Pſal. 148.] Leuemus cor ſurſum, ne putreſcat in terra, &c.

Chriſtiani hoc mundo quomodo vti debeāt.

Surſum cordia habere debemus.

Terrena curæ quæ mala pariunt.

Putredinem cordibus curæ mundi, & deſideria afferunt, obliuionem etiam ſui pariunt homini, Deiq. timorem abolent. Quia, quæ mūdi ſunt, curat, ſe minimè curat. Gregorius in paſt. par. 1. c. 4. Mens (inquit) cum foras per inſolentem curam trahitur, à timoris intimi ſoliditate vacuatur, fitque in exteriorib. diſpoſitione ſollicita, & ſui ſolummodò ignara: ſcit cogitare multa, ſe neſciens, &c.

Præter ſui ipſius obliuionem, obliuionem quoque cœleſtis patriæ curæ efficiēt; etenim curis mens abſorpta obliuiſcitur, & itineris in cęlum, & cęli, Gregorius eodem loco: Cū mēs (inquit) pluſquam neceſſe eſt, ſe exteriorib. implicat, quaſi occupata in itinere, obliuiſcitur ire, quò tendebat, & cætera.

A Ad hęc, inſenſibilem reddunt affectum erga diuina, mentemq. obtundunt, vt Gilbertus Abbas ait ſerm. 1. in Cantic. Inſenſibilem (inquit) penè reddit affectum frequens cura mundi, & quaſi callum quemdam menti obducit. &c. Idcircò huius vitæ curas, & nimias occupationes, maledictas vocat Bernardus lib. 2. de conſid. En (inquit) quo te trahere habent (ſcilicet in cor durum) occupationes

B maledictæ. Si tū pergis ita dare te totum illis, vt nihil tibi relinquas, &c

Cura terrena inebriāt

Adde, vitę huius curas animum inſtar vini inebriare, ita vt ad cęleſtia, æternaque cognoſcenda reddatur ineptus. Eſt enim ebrietas duplex, vini, & curarum. Vtraque corda grauantur maximè. D. Gregorius Cantic. 1. Quid (inquit) per vinum, niſi cura tēporalis exprimitur, a qua mens ſæcularis cuiuſlibet inebriatur, vt ad inui-

C ſibilia cognoſcenda, aut ex toto, aut penè inſenſibilis reddatur? &c. Adiūge, curas huius vitæ ſuo pondere homines ita incurare, vt cœleſtia, æterque bona nolint reſpicere, aut curare Gibboſi ſunt, qui curis grauantur mundi, vt idem Gregorius ait 1. par. paſt. cap. 11. Gibboſus (inquit) eſt, quē terrenæ ſollicitudinis pondus ita deprimit, ne vſquam ad ſuperna reſpiciat; ſed ſolis illis, quę in infimis calcā-

Gibboſus eſt curis temporalib. deditus.

D tur, intendat, &c. Item: Cogitationis ſtatum non erigit, quem terrenæ ſollicitudinis vſus curuum tenet, &c.

Exoneremus mentem in cœlum nauigantem. Id verò pręſtabimus, ſi imminentem, mortis, iudicijq. tempeſtatem vigilantes viderimus. Si inſtar Iob 31. *ſicut tumentes fluctus Deum timuerimus.* Quemadmodū nautę tumētes cum timēt fluctus, nauem exonerāt, ita nos, voluptatibus, proiectis, & ina-

Mens curis exonerāda.

E nibus ſollicitudinibus, mentem veluti nauem exonerabimus, fęliciterque in patriam nauigabimus cęleſtem. Velut tempeſtate depréſi (ait D. Gregorius Iob. 31.) pondus nauis abijcimus, quando ab oppreſſa mente deſideria terrena remouemus. Fitque, vt ſubleuata nauis enatet, quę mergebatur onerata; quia nimirum curę, quę in hac vita deprimunt, mentem trahunt in profundum, &c.

CA-

CAPVT XV.

De parabola ſerui fidelis, ac prudentis.

Morale.

ADDIT Dominus parabolam de ſeruo fideli, ac prudente: *Quis putas* [inquit] *eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore, & cetera.*

Quatuor flagitantur à ſeruo Chriſti cæteris præfecto.

De Paſtore agit Eccleſię, quatuor ĩ illo requirit, fidelitatem, prudẽtiam; doctrinam, perſeuerantiam. *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens.* Ecce fidelitatem, & prudentiam. Sequitur doctrina; *Vt det* [inquit] *illis cibũ*, id eſt, doctrinam, *in tempore.* Perſeuerantiam illa verba indicant: *Beatus ille ſeruus, quem, cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem, &c.* id eſt, Beatus ille ſeruus, qnem vſque ad aduentum ſuum inuenerit Dominus in paſcendo grege, doctrina, & exemplo fideliter, prudenterque perſeuerantem. Specialem [inquit Hilarius] Epiſcopis, in expectatione, aduentuque ſuo, ſollicitudinem Chriſtus mandat. Hunc. n. ſeruum fidelem, atque prudentem, præpoſitum familiæ ſignificat, commoda, atque vtilitates commiſſit ſibi populi curantem, &c.

Fidelitas ſerui Chriſti qualis eſſe debeat.

De fidelitate 1. ad Corin. 4. Paulus: *Sic nos* [inquit] *exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, &c.* id eſt, Non exiſtimet aliquis nos eſſe dominos, Non enim domini ſumus, ſed miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum, id eſt, Sacramẽtorum, arcanorum Euangelij, & verbi Dei. Serui ſumus, quos conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt demus illi cibum verbi Dei, & Sacramentorum in tempore. Quæritur autem in diſpenſatoribus fidelitas. Fidelis autem

A ſeruus ille eſt, vt Chryſoſtomus ait Matth. 24. qui nihil ex rebus Domini ſibi attribuit, neque incaſſum quidquam expendit. Et D. Thomas 1. Corinth. 4. Infideles (inquit) diſpẽſatores ſunt, qui in diſpenſandis diuinis miniſterijs non intendunt vtilitatem populi, & honorem Chriſti. Fideles autem, qui in omnibus intendunt honorem Dei, & vtilitatem membrorum eius, &c. Et Theophylactus eodem loco: Quæritur (inquit) in diſpen-

Quis ſit fidelis ſeruus.

B ſatoribus, vt fidelis quiſpiam inueniatur, hoc eſt, vt herilia bona ſibi non ſubripiat, vt non velut dominus res tractet, adoriaturve, ſed velut aliena, & gentilia tamen diſpenſet, non ſua dicens eſſe, quæ ſunt Domini, ſed è diuerſo, quæ ſua ſunt, domini eſſe, &c. Docet hoc D. Petrus 1. epiſt. cap. 4. *Vnuſquiſque* (inquit) *ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam admini-*

C *ſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur quaſi ſermones Dei, ſi quis miniſtrat tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus, &c.* hoc eſt, Dona, quæ à Deo accepiſtis, ſicut boni, fideles, & prudentes diſpenſatores donorum Dei multiplicium, adminiſtrate, & diſpenſate, Deo tamquam Auctori, & datori omnem tribuite gloriam. Si quis docet, vel aliud quidpiam donũ

D diſpenſat, intelligat, donum, & virtutem, qua illud adminiſtrat, Dei eſſe, non ſuam, ac proinde Dei quoque eſſe gloriam. Fidelis ſit ſeruus, nihil gloriæ ſurripiat Domini. Vnde D. Bernardus ſerm. 13. Cantic. Fidelis (inquit) reuera famulus es, ſi de multa gloria Domini tui tranſeuntes per te, nihil tuis manibus adhærere contingat, &c.

De prudentia, ſerui Chriſti.

Prudens ille eſt, vt ait Chryſoſto-

E mus, qui diſpenſare opportunè nouit. D. Bernardus lib. 4. de conſid. fidelem eum eſſe ait, qui non frauda, prudentem, qui non fraudatur. Vtrumque neceſſarium eſt in ſeruo, prudentia, & fidelitas. Nam vt Bernardus ait eodem loco, ſi fidelis non fuerit, fraudabit; ſi non fuerit prudens, fraudabitur. Obſeruat idem Pater ſanctiſſimus, Chriſtum, cùm dixit: *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens* rei diffi-

gilantes Chriſtianos curarum clauis
vſque ad terram deprimit, terraq. de
figit. D. Gregorius li. 5. Moral. cap. 6.
Nequaquam mens ad ſuperna attolli
tur, ſi curarum tumultibus continuè
in infimis occupatur, &c.

Vide quæſo, quàm alienos nos ve-
lit eſſe Dominus à curis huius vitæ,
ac ſollicitudinibus. Matth. 6. *Ne* [in-
quit] *ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid man-
ducetis, & corpori veſtro, quid induamini,
& cætera.*

Equidē valdè liberos à vitæ curis
nos eſſe vult, quos & cibi, & indumē-
ti ſollicitudinem vult abijcere. Pau-
lus quoque 1. Corinth. 7 hoc mundo
vult Chriſtianos vti, *tanquam non vtā-
tur.* Tunc autem mundo vtimur, tam
quam non vtamur, cùm illius curas
cor deprimentes à corde repellimus,
curaſque cœleſtes aſſumimus, cùm
opibus affluimus, cor tamen curarū
clauis illis non affigimus. Iuxta illud
Pſalm. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor ap-
ponere, &c. Surſum corda*, quotitidie in
auguſtiſſimo audimus ſacrificio: Sur-
ſum ergo attollamus corda in cœlum
mundi curis vacua, curis Dei plena,
ne deprimamus deorſum in terram
curis Dei carentia, curis mundi refer
ta. Putreſcenti n terra, in cœlum ela-
ta; ſanitate perfruentur. Non ſine cau
ſa audimus, *Surſum corda.* [ait Auguſti-
nus Pſal. 148.] Leuemus cor ſurſum,
ne putreſcat in terra, &c.

Chriſtiani hoc mundo quomodo uti debeāt.

Surſum cordis liubere debemus.

Terrena curæ que mala pariant.

Putredinem cordibus curæ mun-
di, & deſideria afferunt, obliuionem
etiam ſui pariunt homini, Deiq. timo
rem abolent. Quia ea, quæ mūdi ſunt,
curat, ſe minimè curat. Gregorius in
paſt. par. 1. c. 4. Mens (inquit) cum fo-
ras per inſolentem curam trahitur, à
timoris intimi ſoliditate vacuatur, fit
que in exteriorib. diſpoſitione ſolli-
cita, & ſui ſolummodò ignara: ſcit co
gitare multa, ſe neſciens, &c.

Præter ſui ipſius obliuionem, obli-
uionem quoque cœleſtis patriæ curæ
efficiēt; etenim curis mens abſorpta
obliuiſcitur, & itineris in cęlum, &
cęli, Gregorius eodem loco: Cū mēs
(inquit) pluſquam neceſſe eſt, ſe exte-
riorib. implicat, quaſi occupata in iti
nere, obliuiſcitur ire, quò tendebat,
& cætera.

A Ad hęc, inſenſibilem reddunt affe-
ctum erga diuina, mentemq. obtun-
dunt, vt Gilbertus Abbas ait ſerm. 1.
in Cantic. Inſenſibilem (inquit) penè
reddit affectum frequens cura mun-
di, & quaſi callum quemdam menti
obducit. &c. Idcircò huius vitæ cu-
ras, & nimias occupationes, maledi
ctas vocat Bernardus lib. 2. de con-
ſid. En (inquit) quo te trahere habent
(ſcilicet in cor durum) occupationes
B maledictæ. Si tu pergis ita dare te to-
tum illis, vt nihil tibi relinquas, &c.

Curæ terrenæ inebriāt.

Adde, vitę huius curas animum in
ſtar vini inebriare, ita vt ad cęleſtia,
æternaque cognoſcenda reddatur in-
eptus. Eſt enim ebrietas duplex, vini,
& curarum. Vtraque corda grauan-
tur maximè. D. Gregorius Cantic. 1.
Quid (inquit) per vinum, niſi cura tē
poralis exprimitur, a qua mens ſæcu
laris cuiuslibet inebriatur, vt ad inui-
C ſibilia cognoſcenda, aut ex toto, aut
penè inſenſibilis reddatur? &c. Adiū-
ge, curas huius vitæ ſuo pondere ho
mines ita incurare, vt cœleſtia, ætér-
que bona nolint reſpicere, aut curare
Gibboſi ſunt, qui curis grauantur
mundi, vt idem Gregorius ait 1. par.
paſt. cap. 11. Gibboſus (inquit) eſt, quē
terrenæ ſollicitudinis pondus ita de-
primit, ne vſquam ad ſuperna reſpi-
ciat; ſed ſolis illis, quę in infimis calcā
D tur, intendat, &c. Item: Cogitationis
ſtatum non erigit, quem terrenæ ſolli
citudinis vſus curuum tenet, &c.

Gibboſus eſt curis temporalib. deditus.

Exoneremus mentem in cœlum
nauigantem. Id verò pręſtabimus, ſi
imminentem, mortis, iudicijq. tempe
ſtatem vigilantes viderimus. Si inſtar
Iob 31. *ſicut tumentes fluctus Deum timue
rimus.* Quemadmodū nautę tumētes
cum timēt fluctus, nauem exonerāt,
ita nos, voluptatibus proiectis, & ina
E nibus ſollicitudinibus, mentem velu-
ti nauem exonerabimus, fęliciterque
in patriam nauigabimus cęleſtem.
Velut tempeſtate depreſſi (ait D. Gre
gorius Iob. 31.) pondus nauis abijci-
mus, quando ab oppreſſa mente deſi
deria terrena remouemus. Fitque, vt
ſubleuata nauis enatet, quę mergeba
tur onerata; quia nimirum curę, quę
in hac vita deprimunt, mentem tra-
hunt in profundum, &c.

Mens curis exonerāda.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XV.

De parabola ſerui fidelis, ac prudentis.

Morale.

ADDIT Dominus parabolam de ſeruo fideli, ac prudente: *Quis putas* [inquit] *eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore, & cetera.*

Quatuor flagitantur à ſeruo Chriſti cæteris præfecto.

De Paſtore agit Eccleſię, quatuor i illo requirit, fidelitatem, prudētiam; doctrinam, perſeuerantiam. *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens.* Ecce fidelitatem, & prudentiam. Sequitur doctrina; *Vt det* [inquit] *illis cibū*, id eſt, doctrinam, *in tempore.* Perſeuerantiam illa verba indicant: *Beatus ille ſeruus, quem, cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem, &c.* id eſt, Beatus ille ſeruus, qnem vſque ad aduentum ſuum inuenerit Dominus in paſcendo grege, doctrina, & exemplo fideliter, prudenterque perſeuerantem. Specialem [inquit Hilarius] Epiſcopis, in expectatione, aduentuque ſuo, ſollicitudinem Chriſtus mandat. Hunc. n. ſeruum fidelem, atque prudentem, præpoſitum familiæ ſignificat, commoda, atque vtilitates commiſſit ſibi populi curantem, &c.

Fidelitas ſerui Chriſti qualis eſſe debeat.

De fidelitate 1. ad Corin. 4. Paulus: *Sic nos* [inquit] *exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, &c.* id eſt, Non exiſtimet aliquis nos eſſe dominos, Non enim domini ſumus, ſed miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum, id eſt, Sacramētorum, arcanorum Euangelij, & verbi Dei. Serui ſumus, quos conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt demus illi cibum verbi Dei, & Sacramentorum in tempore. Quæritur autem in diſpenſatoribus fidelitas. Fidelis autem

A ſeruus ille eſt, vt Chryſoſtomus ait Matth. 24. qui nihil ex rebus Domini ſibi attribuit, neque incaſſum quidquam expendit. Et D. Thomas 1. Corinth. 4. Infideles (inquit) diſpēſatores ſunt, qui in diſpenſandis diuinis miniſterijs non intendunt vtilitatem populi, & honorem Chriſti. Fideles autem, qui in omnibus intendunt honorem Dei, & vtilitatem membrorum eius, &c. Et Theophylactus eo-

Quis ſit fidelis ſeruus.

B dem loco: Quæritur (inquit) in diſpenſatoribus, vt fidelis quiſpiam inueniatur, hoc eſt, vt herilia bona ſibi non ſubripia, tvt non velut dominus res tractet, adoriaturve, ſed velut aliena, & gentilia tamen diſpenſet, non ſua dicens eſſe, quæ ſunt Domini, ſed è diuerſo, quæ ſua ſunt, domini eſſe, &c. Docet hoc D. Petrus 1. epiſt. cap. 4. *Vnuſquiſque* (inquit) *ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam admini-*

C *ſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur quaſi ſermones Dei, ſi quis miniſtrat tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus, &c.* hoc eſt, Dona. quæ à Deo accepiſtis, ſicut boni, fideles, & prudentes diſpenſatores donorum Dei multiplicium, adminiſtrate, & diſpenſate, Deo tamquam Auctori, & datori omnem tribuite gloriam. Si

D quis docet, vel aliud quidpiam donū diſpenſat, intelligat, donum, & virtutem, qua illud adminiſtrat, Dei eſſe, non ſuam, ac proinde Dei quoque eſſe gloriam. Fidelis ſit ſeruus, nihil gloriæ ſurripiat Domini. Vnde D. Bernardus ſerm. 13. Cantic. Fidelis (inquit) reuera famulus es, ſi de multa gloria Domini tui tranſeuntes per te, nihil tuis manibus adhærere contingat, &c.

De prudentia ſerui Chriſti.

E Prudens ille eſt, vt ait Chryſoſtomus, qui diſpenſare opportunè nouit. D. Bernardus lib. 4. de conſid. fidelem eum eſſe ait, qui non frauda. prudentem, qui non fraudatur. Vtrumque neceſſarium eſt in ſeruo, prudentia, & fidelitas. Nam vt Bernardus ait eodem loco, ſi fidelis non fuerit, fraudabit; ſi non fuerit prudens, fraudabitur. Obſeruat idem Pater ſanctiſſimus, Chriſtum, cùm dixit: *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens* rei diffi-

cultatem innuiſſe. Epiſt.42. ad Henricum Senonēſem Archiepiſcopum: Quærēs (inquit) Dominus, cui tutò ſua committat diſpenſanda myſteria, & quaſi difficilè inueniens, ſub admiratione interrogat: *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam? &c.* Idem Theophylactus obſeruauit, & Chryſoſtomus li.2. de Sacerdo. vt diximus ſuprà.

De doctrina ſerui, vt poſſit tritici dare menſuram.

Præter prudentiam, & fidelitatem doctrina in paſtore requiritur, vt det cibum plebi in tempore. Cibus enim hominum, verbum Dei eſt, & doctrina cœleſtis. Vt cibus neceſſarius corpori eſt, in tempore opportuno; ita verbum Dei, & Doctrina neceſſaria eſt populo. Videant igitur paſtores, quam reddent de ouibus rationem, quibus cœleſtem cibum non præbent. Audiant, quæſo, D. Auguſtinum, & ex eo intelligant, quam ſit hic cibus neceſſarius populo. Ser.56. de tempore: Certiſſimè [inquit] ſcitote, quia qualis eſt caro, quæ poſt multos dies percipit cibum: talis eſt anima, quæ aſſiduè non paſcitur verbo Dei. Quomodo caro per famem ſicca, & tenuis, velut quoddam ſimulachrum efficitur, ita & anima, ſi verbi Dei cibo non paſcitur, arida, & inutilis, & ad nullum opus bonum congrua inuenitur, & cætera.

D. Auguſt.

Neceſſarius eſt verbi Dei cibus.

Ad Ti.1.

Audiant Apoſtolum ad Titum 1. *Oportet Epiſcopum eſſe amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſua, &c* id eſt, Oportet doctrinam habere Paſtorē, oportet habere horreum tritici, vt potens ſit cibum familiæ Dei dare in tēpore, & docere populum. Optima eſt Paſtoris potentia, potentem eſſe in opere, & ſermone, ad docendam plebem ſibi commiſſam. Iuxta illud de Chriſto dictum Luc. 24. *Fuit vir Propheta, potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo &c.*

Paſtor debet eſſe potens in opere, & ſermone.

Potens in opere eſt Paſtor, qui exēplo paſcit. Potens in ſermone is, qui corda permouet, quique valles, montes, oppidaque ſuæ diœceſis omnia, etſi aditu difficilia, docendo, cordaq; mouendo percurrit. Neceſſaria eſt hæc Paſtoribus potentia.

Potentes erunt, ſi iudicij diem, rationemque reddendam vigilanter cōſiderarint. *Speculatorem dedi te domui Iſrael* (ait Dominus Ezechiel. 33.) *audiens ergo ex ore meo ſermonem annunciabis eis. Si me dicēte ad impium: Impie, morte morieris: non fueris loquutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem eius de manu ſua requiram, &c.* D. Proſper li.1. de vita contemplatiua, c.20. Hoc (inquit) eſt dicere: Si ei peccata ſua non annunciaueris, ſi eum non argueris, vt ab impietate ſua conuertatur, & viuat: & te, qui non increpaſti, & ipſum, qui te tacente peccauit, flammis perennibus perdam. Quis, rogo, tam ſaxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem ſententia iſta non terreat? &c. Et Aug. in li. 50. ho.7. Si diligenter attenditis, omnes Sacerdotes in grandi periculo eſſe cognoſcentis; ipſis. n. conteſtat Spiritus ſanctus, dicens Iſai.58. *Clama, ne ceſſes*, &c. Et iterum apud Ezechielē: *Si non annūciaueris iniquo iniquitatē ſuam; ſanguinem eius de manu tua requiram.* Et Apoſto. ad Heb.13. *Ipſi peruigilant tamquam rationem reddituri de animabus veſtris.* Si pro ſe vnuſquiſq. vix poterit ī die iudicij rationem reddere, quid de Sacerdotibus futurum eſt, à quibus ſunt omnium animę requirendæ, &c. Conſideret Paſtor periculum ſuum, familiæ ſibi creditæ cibū diſtribuat; caueat, ne vllus ſit, qui portionē non accipiat ſuam; percurrat diœceſim diligenter. Quo maior eſt hominū barbaries, eo ſæpiùs ad illos pgat, ſæpiuſque colat, vt barbaros exuāt mores, ne patiatur illud in ſua diœceſi cōtingere Thren 4. *Paruuli petierunt panē, & non erat, qui frāgeret eis, &c.* Neq. verò expectet, vt barbari, & inculti homines, & intellectu paruuli panem petant, ipſe porrigat; a Deo enim ſuper familiam conſtitutus eſt, vt cibum det ſeruis Dei, etiam non petentibus.

Periculum Paſtorum quale, & quantūſit.

Sacerdotib. omnibus de animabus reddenda erit ratio.

Addat perſeuerantiam in diſtribuendo cibo. Iuxta illud Pauli 2. ad Timot. 4. *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina, & cetera.*

2 Timo. 4. *Perſeuerantia Paſtoris ſiue ſerui fidelis quāta eſſe debeat.*

Prædicet bonus Paſtor, inſtet oppor-

portu-

portunè, & importunè, arguat oues, obſecret, increpet, vt opus fuerit, patienter in docendi munere, corripiendi, & oues à peccatis reuocandi perſeueret. Paulum ipſum eximium Paſtorem ſectetur, cuius etiam illa ſunt verba Actor. 20 *Vos ſcitis, quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quominus annunciarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi, quominus annunciarem omne conſilium Dei vobis, &c.* Fœlix Paſtor, qui verè vſurpare verba hæc poteſt: *Mundus ſum à ſanguine omnium.* vel, *Mundus ſum à ſanguine omnium.* Nulla perijt culpa mea; nullum enim ſubterfugi laborem, vt ouibus ſuccurrere. *Beatus ille ſeruus* (ait Dominus) *quem, cùm venerit Dominus, inuenerit ſic facientem,* ſic perſeuerantem, à diſtribuendo cibo familiæ numquam deſiſtentem; ampla illũ dignitate in cęlo donabit, etenim *ſuper omnia* (ait) *bona ſua conſtituet eum;* quoniam omnia bona Dei poſſidebit, poſſidebit enim diuinã eſſentiam eo modo, quo à beato poſſideri poteſt, per viſionem beatificam, poſſidebit totum cęlum, & terram, poſſidebit omnium beatorum gloriam: nam ſic de aliorũ gloria gaudio exultabit, ac ſi eam poſſideret ipſemet.

De malo ſeruo, ſiue Paſtore.

Væ autem improbo Paſtori, cuius culpa oues pereunt. De hoc adijcit Dominus: *Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conſeruos ſuos manducet autem, & bibat cum ebrioſis. Veniet dominus ſerui illius in die, qua nõ ſperat, &c.* Propoſuit Dominus exemplum ſerui boni, fidelis, ac prudentis, & cibum familiæ rectè diſtribuentis; nũc proponit exemplum ſerui improbi, infidelis, imprudentis, non cibum, ſed verbera conſeruis diſpertientis. Infidelis fuit hic ſeruus, quia bona Domini ſurripuit, & comeſſationibus, compotationibuſque impendit. Imprudens fuit, quia Domini aduentum, & iuſtitiam non conſiderauit, & quia ſceleribus ſe tradidit, cibum familiæ non tribuit, doctrinæ minimè vacauit. En tibi malum Paſtorem infidelem, quia Eccleſiæ bona, Chriſtique patrimonium non pauperibus largitur; ſed e-

Malus ſeruus infidelis eſt, & imprudens.

A pulis immoderatis, veſtibus, equis, canibus, ludis, vitijſque impendit. Imprudentem, quia futura non præuidet, ſed ſolum quæ ante pedes ſunt, cernit, Eccleſiæque negotia abſque prudentia gerit. Denique cibum conſeruis minimè tribuit, non enim populum docet, non corripit, non auocat a peccatis, quin potius exemplo malo verberat.

Cur malus ſeruus ſe vitijs dedat.

Hæc autem facit, quia morari dominum videt. B *Moram* (inquit) *facit dominus meus venire.* Quaſi dicat: Moratur Dominus, moratur mors, longa mihi vita ſupereſt, fruar illa. Similis eſt imprudens hic ſeruus alteri ſtulto ſeruo, cuius hæc extant verba Luc. 12. *Dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, epulare, &c.* Morari illi videbatur Dominus, longam ſibi pollicebatur vitam, annoſque plurimos, ideo requieſcere, C & epulari decernebat. At deceptus eſt ſtultus. Sequitur enim: *Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te, &c.* Cùm morari videretur Dominus, repentè adfuit, vitamque, quam longam fore ſibi perſuadebat, præſcidit. Tu (inquit) qui annos tibi ſomniabas plurimos, ne diem quidem vnum habes vitę, hac nocte morieris. Qui propinquam ſibi mortem arbitratur, habenas animi appe- D titionib. comprimit. Qui verò longã ſibi ſomniat vitam, laxiſſimè illis habenas remittit. Indomito equo ſimiles ſunt animi perturbationes, præcipitem te dabunt in Orcum, ſi plurimos annos tibi promittens habenas illis remiſeris; morieris non in luce gratiæ, ſed nocte, & in tenebris peccati, & ex nocte in noctem perpetuam diſcedes. Plurimos ſibi annos promittere poterit iniquus homo; ſed men- E tietur iniquitas ſibi, vt ſtulto diuiti mentita eſt, & multis alijs. Ille verè promittere poteſt, qui poteſt dare, cuius in poteſtate vita, & mors eſt. At promiſit quidem veniam, ſi pœnitentiam veram egerit impius; non tñ diẽ vitæ vel vnum impio promiſit. Vnde Auguſt. Pſalm. 101. ei, qui dicit: Cras bene viuam: ſic reſpondet: Indulgentiam tibi Deus promiſit, craſtinum diem tibi nemo promiſit. Si malè vixiſti,

Nemo ſibi longã polliceatur vitã.

Nõ promiſit Deus impio craſtinum diem.

Digitized by Google

ſti,bene viue iam hodie. Stulte, hac nocte auferetur à te anima tua. Non dico: Quæ paraſti,cuius erunt? ſed; Secundum quod vixiſti, vbi eris?&c. Et Pſalm. 144. Deus conuerſioni tuæ indulgentiam promiſit, ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit, &c. Si tardare tibi videtur Dominus, tu ne tardes, ne ſubitò te imparatum opprimat. Monet Eccleſiaſticus cap. 5. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem; ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te,&c.* Et Habac.2. *Si moram fecerit, expecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit,&c.*

Non eſt differenda præparatio.

Conſidera, quæſo, quanti ſit momenti hæc expectatio,& in aduentum Domini,mortemq; præparatio. Sanè ponderis tanti negotium non ages negligenter, neque differes in vltimum diem,vel de die in diem. Audi Auguſtinum ſerm.120,de tempore: Præueniendus eſt dies, qui præuenire conſueuit, &c. Præuenire conſueuit dies mortis homines imparatos, is præueniendus eſt conſideratione,& diligenti præparatione. Pudorem nobis inijciat Philoſophus Seneca,qui diem extremum mortis ita præueniebat, vt dies omnes pro extremis haberet. Epiſtol. 94. Non me (inquit) ad eum A diem aptaui, quem vltimum mihi ſpes auida promiſerat; ſed nullum nō tamquam vltimum aſpexi, &c. Spes auida plurimos promittit dies, plurimos annos vitæ;auidam coerce ſpem, ne craſtinum quidem tibi promitte, ſingulos extremos eſſe exiſtima, animumque para.

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum. *Horat.li.1. epiſt.4.*

Vt ait Poeta. Conſidera extremi diei B periculum;de æterna enim vita, tormentiſq; æternis negotium agitur.Si de lana caprina,hoc eſt,huius vitæ negotijs,ſic ſollicitus es,vt procraſtinare non audea;cur in tanto æternitatis periculo audea procraſtinare? Eſtne luſus æterna vita? Suntſe luſus æterna tormenta? Ipſe ſe ſeducit(ait Auguſt.ſerm.citato) & de morte ſua ludit,qui hoc cogitat: Poſt mihi extremi temporis indulgentia ſubuenire. C Periculoſiſſima eſt in vltimum diem promiſſa ſecuritas. Stultimum eſt,vt cauſa,quæ de neceſſitatibus agitur æternis, inutilitatibus vitæ deficientis cōmitatur extremis, &c. Vide,quid ſeruo contigerit procraſtinanti, quia Dominum procraſtinare putabat. *Veniet Dominus in die in qua non ſperabat, & hora,qua ignorabat,& diuiſit eum,* æternisque cruciatibus tradidit.

Cauenda procraſtinatio pœnitentia.

CAPVT XVI.

De parabola decem Virginum.

MATTHAEVS CAPITE XXV. Verſ.1.

TVnc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ acci-
2 pientes lampades ſuas,exierunt obuiam ſponſo,& ſponſe.* Quin
3 que autem ex eis erant fatuæ,& quinque prudentes. * Sed quin
4 que fatuæ,acceptis lampadibus,non ſumpſerunt oleum ſecum.
* Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadi-
5 bus. * Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormie-
6 runt. * Media nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.
7 * Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas. * Fa-
8 tuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades
9 noſtræ extinguntur. * Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non ſuffi
ciat

10 ciat nobis, & vobis; ite potius ad vendentes, & emite vobis. * Dum autem
irent emere, venit ſponſus; & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nu-
11 ptias, & clauſa eſt ianua. * Nouiſſimè verò veniunt & reliquæ virgines, di-
12 centes: Domine, Domine, aperi nobis. * At ille reſpondens, ait: Amen dico
13 vobis, neſcio vos. * Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus.

QVoniam maximi momenti eſt in mortem, & iudicium animum præparare, & excubias agere, ideò Dominus multis parabolis rem inculcat. Cæteris parabolam adijcit decem virginum, quarum quinque prudentes ad nuptias ſe parauerunt, B parateq; cum ſponſo introierunt quinque aliæ fatuæ, quia imparatę erant, excluſæ ſunt. Hunc in modum, ij, qui ſe in aduentum Chriſti præparant, in cęleſtes nuptias recipiuntur; qui imparati ſunt, ab illis excluduntur.

Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus. Tunc, hoc eſt, in iudicio extremo. Loquitur enim Dominus, vt exploratum habemus ex c.24. Matth. C de iudicio. Poteſt etiam parabola iudicio particulari accommodari. Regnum cœlorum, id eſt, regnum cœleſte, Eccleſia appellatur, vt vir fortitudinis, vir fortis; quoniam regnum eſt celeſte cęleſtè habet Regem, cœleſtem doctrinam. cœleſtem fidem, cęleſtia Sacramenta, cœleſtia mandata, cœleſteſque inco'as habere debet. Senſus eſt: Regnum cœlorum D Eccleſia, id eſt, Chriſtiani, quorum congregatio dicitur Eccleſia, ſimiles ſunt decem virginibus, partim prudentibus, partim fatuis. Nam ex Chriſtianis quidam prudenter ſe gerunt, prudenteſq; imitantur virgines; alij inſipientes ſunt, ſtultaſq; virgines factis exprimunr.

Cur Eccleſia dicatur regnum cęlorum.

Cur de virginibus loquitur Dominus? Reſpondeo, Dominum ſeruare decorũ in parabola. & morem. Cum E enim ſponſus, & ſponſa domum veniebant, nocturno tempore, à virginibus excipiebâtur (maximè ſponſa fęmina, à fęminis) & a ſeruis quoq. Iuxta illud Lu. 12. *Sunt lumbi veſtri præcincti,* A *& lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs.* Videtur enim Dominus ille reuerti à nuptijs cum ſponſa', & redire domum. Non fit autem ibi mentio uirginum, quemadmodum hoc loco non fit mentio ſeruorum, quamuis & hi, & illæ, inflammatis lucernis ſponſem, & ſpõſam expectarent. Decem autem virginum numerum adhibuit Dominus, B non centum, vel mille virginum; quia nobilem ſponſum cum ſponſa redeuntem, hoc numero, plus minus, virgines expectabant, non numero centenario, aut millenario.

Cur de virginibus loquatur Dominus.

Similes ſunt virginibus ſunt Chriſtiani, vel Chriſtianæ animæ, quia omnes virgines ſunt fide. Sicut enim in Sriptura idolorum cultus fornicatio ſæpe dicitur; ita fides virginitas men- C tis appellatur. Qurmadmodum fornicatio corpus, ita idolorum cultus animum corrumpit. Quemadmodum verò virginitas carnis corpus inuiolatum ſeruat, ita fides mentem ſeruat incorruptam à vitio hæreſis. Legantur, quæ diximus 1. tom. lib. 2. cap. 15. in fine. D. Auguſtinus Pſal. 147. Paucorum (inquit) eſt virginitas in carne, omnium debet eſſe in corde. Virginitas carnis corpus intactum, virgi- D nitas cordis fide in corrupta, &c. Ser. 40. de tempore: Mentes (inquit) noſtras timuit corrumpi Apoſtolus, vbi eſt fides virginitas; ſcilicet cum ait 2. Corinth. 11. *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto, &c.* Lege ſerm. 23. de verbis Domini. Chriſtiani ergo omnes his decem virginibus ſignificantur, vt cenſet Origenes homil. 32. In omnibus (inquit) qui didicerunt verbum Dei, regnum cęlorum E aſſimilatur decem virginibus, & ſi in eis ſunt, qui rectè credunt, & viuunt, aſſimilatur quinq; prudentibus. Quæ autem profitentur fidem, non autem præparant ſe bonis operibus, aſſimilantes

Virgines Chriſtianos ſignificant virgines fide.

Origenes.

lanter fatuis,&c. idem opinantur, Auguſt.ſer.23.citato,& alij.

D. Hieron. Significent ne virgines fatuæ hæreticos vel Ethnicos.

D.Hieron. Matth.25.etiam Iudæos, & hæreticos illis ſignificari arbitrantur; & Virgines dici, quia non idola, ſed Deum vnum colunt. Decem (inquit) Virgines, omnes homines complectuntur, qui vidêtur Deo credere, & applaudunt ſibi in ſcripturis ſanctis, tam Eccleſiaſticos, id eſt, Chriſtianos, quàm Iudæos atque hæreticos. Qui idcirco omnes Virgines appellâtur, quia gloriantur in vnius Dei notitia, & mens eorum idolo latræ turbine non conſtrupatur, &c. Huius opinionis meminit imperf. Auctor hom. 52.eamq́; merito refutat: Quidâ (inquit) putant hanc parabolam ad omnes pertinere, & ad hæreticos, & ad Iudæos; præterquam ad Gentiles. Qm illi idolorum cultura corrupti ſunt, & Virgines dici non poſſunt. Verè autē neque ad Iudæos pertinet, neq; ad hæreticos; quia non poſſunt Iudæi dici Virgines, qui crucifixo ſponſo, adulterum diabolum ſuſceperunt. Neq; hęretici Virgines dici poſſunt, qui & ipſi adulterino ſenſu corrupti ſunt. Sed ad Chriſtianum tantummodo populum pertinet &c.

Auct. imperf.

D.Hilar.

D.Hilarius in Matt. ad omnes fideles, & infideles parabolam nimium extendit. Abſolutè (inquit) in quinque prudentibus, & in quinque fatuis, fidelium, atq; infidelium eſt conſtituta diuiſio, &c. Alij coarctant, ad Virgines ſcilicet, quæ propriè virgines ſunt, & virginitatem ſeruant, quarû alię prudentes ſunt, alię fatuę.

D.Gregor. An ſignificent virgines eas, quæ ſunt propriè & carne virgines.

In hac opinione eſt D.Greg. hom.12. in Euang. has decem Virgines omnes Virgines ait adumbrare. Quarum aliæ fatuæ ſunt, quia inanem gloriam ex Virginitate aucupantur; aliæ prudentes, quia propter Deum virginitatem cuſtodiunt. D.êt Chryſ. de virginibus, quæ propriè virgines appellantur, parabolam interpretatur, ſed eas fatuas dici exiſtimat, quæ eleemoſynas non largiuntur, eas prudentes, quæ largiuntur. Sequuntur Chryſoſt. Theophy. & Euthy.

D. Chryſ.

D.Auguſt.

Non ſequitur hanc opinionem Auguſt. Nam ſer. 23. de Verbis Domini ſic ait: Non mihi videtur iſta parabola ad eas ſolas pertinere, quæ propria,

A & excellentiore ſanctitate, virgines ſunt, quas ſanctimoniales appellare conſueuimus; ſed niſi fallor hæc ſimilitudo ad vniuerſam Eccleſiam pertinet,&c. Item, iſtę virgines, omnes omnino ſunt animæ Chriſtianorum, ſed non qualeſcumque animæ, ſed tales animæ quæ habent Catholicam fidē, & habere videntur bona opera, &c. Serm. quidem 22. de Verbis Dñi, arbitratur virgines has ſignificare conti-

Virgines ſūt cūm Chriſtianorum animæ.

B nentes ſenſibus quinque, qui etiam coniugio copulatos complectūtur. Videntur (inquit) mihi quinq; virgines ſignificare quinq; partitam continentiam à carnis illecebris. Continendus eſt.n. animi appetitus à voluptate oculorum, a voluptate aurium, a voluptate olfaciendi, guſtandi, tangendi. Sed quia iſta continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur, partim corā hominibus tantum, vt gloria humana

Virgines cōtinētes quinque cur dicantur.

C capiatur; quinque dicuntur ſapiētes, & quinque fatuæ, vtræq; tamen virgines, quia vtraque continentia eſt, quamuis diuerſo fomite gaudeat, &c. loquitur Auguſt. de continentia quinque ſenſuum, quę in coniugatis etiam eſſe poteſt. Prudentes verò virgines quinque eſſe ait, propterea quod quinque ſunt ſenſus, in quibus cōtinentia ſeruatur, propter Deum, quinq; ſtultas, quia in quinq; ſenſibus continen-

D tes fuerunt, ſed propter gloriam inanem. Epiſt. 120. Virgines (inquit) propter continētiam nuncupauit Dominus. Quinque verò, & quinque propter numerum, quo cenſentur ſenſus, in quibus habitat continentia, cum à voluptatibus turpibus & illicitis abſtinētur, &c. Lege Orig. & auct. imperf. D. Hierony. Matth. de ipſis quinque ſenſibus parabolam poſſe interpretari ſcribit, quoniam alij ſunt ſtulti, terre-

E niſq; rebus vacant, alij prudêtes, qui cæleſtibus ſeruiunt.

Accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ, &c.

GRęcè nunc deeſt nomen, *ſponſæ*. Dicuntur virgines exijſſe obuiam ſponſo. Sed nomen ſponſæ legit Auguſtinus epiſt. 120. ad Honoratū, in qua hanc explicat parabolam, & lib. 83 q. quæſt.

Sponſæ nomen legendum.

quęſt.59. legit Hilarius, & Auctor imperfecti, legunt Syr וכלתא *veihallatha*, & ſponſæ & alij. & legendum eſt, quoniam in Biblijs iuſſu ſummi Pontificis correctis habetur. Quomodo obuiam prodierint virgines ſponſo, & ſponſæ, quæritur. Ianſenius ait morem fuiſſe, vt ſponſus veſpertino tempore adoleſcentibus comitatus, domum veniret ſponſæ; nuptias ibi celebraturus; tunc virgines ſponſæ aſſidentes, ſponſa domi relicta, obuiam prodire ſponſo, cum lampadibus, illumq; domum ſponſæ deducere ſolitas. At verò hic mos repugnat verbis parabolæ. *Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſa.* Non prodibant obuiam virgines ſolum ſponſo, ſed etiam ſponſæ. Non eſt ergo verus mos ille. Exiſtimandū potius ſponſum domum veniſſe ſponſæ, ibique nuptiale conuiuium egiſſe. Poſtea verò nocturno tempore, domum ſuam duxiſſe ipſam ſponſam, ſiue vxorem. Dicitur enim Latinè vir vxorem ducere, quia domum ſuam illam ducit. Cum ergo ſponſus ſpōſam duceret, tunc virgines ex domo ſponſi exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ, accipientes lampades ſuas, quia nocturnum erat tempus. Obijcies paulo poſt in ipſa parabola dicitur; *Ecce ſponſus venit exite obuiam ei.* Nullaque fit mentio ſponſæ, ergo ſoli ſponſo obuiā prodierunt virgines non ſponſo, & ſponſæ. Reſpondetur, ſolum fieri de ſponſo mentionem, neque tamen negari ſponſam eſſe comitem, imò ſubintelligi ſponſum cum ſponſa venire, eamque domum ſuam ducere. Eſt hic ſenſus: *Ecce ſponſus venit*, ducens ſponſam ſuam *exite obuiam ei.*

Quomodo virgines occurrerint ſponſo, & ſponſæ.

Cur paulo poſt de ſponſo non fiat mentio.

Lampades autem ne crede fuiſſe ex vitro effectas inſtar earum, quas nos, *à lampadas*, vocamus. Non enim manibus ferri ſolent, lucernę fuerunt ex alia materia. Quòd ſi erant ex vitro, alterius erant formæ, aptæ vt manibus præferrentur. Veriſimilius non fuiſſe ex vitro; ſed ſimiles illis lucernis, de quibus legimus Lucę 12. *Lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, &c.* Olim Romani quinq; faces in nuptijs inflāmabant, vt ſcribit Plutarchus problemate 2.

Quales fuerint lampades.

A Quid eſt (inquit) quòd nec plures, nec pauciores, ſed quinque tantummodo faces, in nuptijs accendūt, quas Cereos appellant? &c. Rationes deinde affert huiuſce rei. Hic verò decem lāpades recenſentur, quoniam alij erāt Iudæorum, alij Ethnicorum mores. Romani faces quinque accendebant ex more; Iudæi hunc ritum minime curabant, imò nec curabant lucernarum numerum, quo plures erant, eo
B honorificentiores reddebant nuptias. Nam etiam honoris gratia lucernæ accendebantur, vt conſtat ex lib. Iud. c. 3. in quo hæc verba leguntur; *Excipientes eum*, id eſt, Holophernem *cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibijs, &c.* De ceremonijs nuptiarum quas Ethnici ſeruabant, ſi libet lege Alexandrum ab Alexandro lib. 2. c. 5. & Tiraquellum. Sed Iudæis minimè tribuendæ ſunt.

C Lampades verò, ſiue lucernas ardentes bona opera ſignificare, ait D. Auguſt. ſerm. 23. indicato, lampades [inquit] habent propter opera bona, de quibus Dominus dicit, Matth. 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c.* Eodē ſermone, oleum caritatem cenſet adumbrare, quia omnibus liquoribus oleum, omnibus virtutibus caritas ſuperemi net. D. Greg. lampades bona opera ap
D pellari credit, oleum gloriæ nitorem, quod prudentes ferunt in vaſis ſuis, id eſt, cordibus, & conſcientijs, fatuæ nō ferunt in vaſis, id eſt cordibus, ſed in ore hominum, quia propter virginitatem humanæ expetunt nitorem gloriæ. D Hieronymus oleum bona opera eſſe ait; Oleum [inquit] habent virgines, quæ iuxta fidem, & operibus adornantur, &c. D. Hilarius Lampades fidem, caritatem, & gratiam baptiſmi
E eſſe interpretatur: Oleum bona opera, lampades [inquit] animarum ſplendentiū lumen eſt, quæ ſacramento baptiſmi ſplēduerunt. Oleum boni operis eſt fructus, &c. Chryſoſt. lampades præclaræ virginitatis donum, oleū eleemoſynas indicare arbitratur his verbis: Lampades virginitatis nominat donum Dominus, & mundiriā ſanctitatis. Oleum verò benignitatē, eleemoſynam, patrocinium indigentium,

Quid ſignificent lampades, ſiue lucernæ.

Quid ſit oleum habere in lampadibus.

tium,

tium, &c. Et Euthymius, Virginea (inquit) lampas eſt munditia, quæ à Virginitate procedit. Oleum vocat Dominus eleemoſynæ virtutem, &c. Theophy. lampades adumbrare mentes exiſtimat; oleum virtutes, & miſericordiam. Virtutum enim oleo mens inflammatur. Audiamus etiam Auctorem imperfectum: Lampas (ait) dicitur fides; quia ſicut lãpas illuminat domum ſic fides animam. Accenditur autem igne verbi diuini. Verbum. n. Dei ignis eſt. Accipiunt autem homines hanc lampadem, quando per ſacerdotes accipiunt ſibi traditam doctrinam veritatis. Aut ſicut alius putat, verbum Dei, quod accepimus, accedẽtes ad Chriſtum lucerna eſt, Pſal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Oleum autem doctrina ſacerdotum, aut cæterarum ſcripturarum. Quoniam ſicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleum, extinguetur: Sic verbũ fidei noſtræ, quod credentes accipimus, niſi aſſiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus ſcripturarum, extinguitur, & non ſatis illuminat animam. Aut oleum dicitur opus miſericordiæ, quia ſicut oleum lumẽ lampadis fouet, ſic opera bona, fidei vigorẽ accedunt. Hæc ille. Quid de ijs ſentiamus in fine parabolæ dicemus, cum ſimul totam explicabimus.

Quid ſit obuiã ire ſponſo, & ſponſa.

Si quæras, quid ſit obuiam ſponſo exire. Reſpondetur, idem eſſe, quod iudicem Chriſtum expectare, & ad illum iter facere. Auguſt. ſer. 23. de verbis Domini. Quid [inquit] eſt, ire obuiam ſponſo? corde ire, expectare eius aduentum, &c. Hilarius; Primo progreſſu vitæ huius officijs occurrere in reſurrectionem; quæ eſt a mortuis, præparamur, &c. Difficilius eſt explicare, quid ſit obuiam exire ſponſæ, *Exierunt* [inquit] *obuiam ſponſo & ſponſæ*, quæ nam hæc eſt ſponſa, cui homines acceptis bonorum operum lampadibus, obuiam eunt? D. Hilarius exiſtimat ſponſum, & ſponſam, eundem eſſe Chriſtum. Sponſus [inquit] atque ſponſa, Dominus noſter eſt, in corpore Deus. Nam vt ſpiritus carni, ita ſpiritui caro ſponſa eſt, &c. D. Auguſt. ſer. 22. de Verbis Domini, Eccleſiam. Quod (inquit) ſponſæ dixit obuiã venire virgines, ſic intelligendum puto, vt ex ipſis Virginibus, id eſt Chriſtianis, conſtet ea quę dicitur ſponſa, tanquam ſi omnibus Chriſtianis in Eccleſiam concurrentibus, filij ad matrem concurrere dicantur: cum ipſis filijs congregatis conſtet ea quę dicitur mater, &c. Auctor imperf. Ne mireris [ait] quia dixit, *venerunt obuiam ſponſo & ſponſæ*, cum Eccleſia inter nos habeatur ſponſa. Sicut enim Chriſtus cum ſit inter nos, tamen venturus dicitur, cum apparuerit in gloria, ſic & Eccleſia, quamuis ſit inter nos, tamẽ ventura dicitur, cum apparuerit in gloria ſua, &c.

Sponſa eſt Eccleſia.

An bis exierint virgines obuiam ſponſo.

Dubitatur, ſemel ne, an bis, obuiã exierint virgines ſponſo, & ſponſæ? Quòd bis exierit probatur, quia initio parabolæ dicitur, *exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ*; Ecce iam ſemel exierunt. Poſtea exierunt iterum, *cum clamor eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei*; ergo bis exierunt. Reſpondetur ſemel tantum ſponſo, & ſponſæ occurriſſe. Poſtquam clamor eſt auditus; *ecce ſponſus venit.* Quòd enim initio parabolæ dicitur; *exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*, per anticipationem dictum eſt, hoc ſenſu; *exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*, videlicet quando clamor auditus eſt.

Virgines, in domo ſponſi, illi obuiã proceſſerũt.

Dubitatur præterea occurrerint ne Virgines ſponſo, & ſponſæ, in domo ſponſæ; an in domo ſponſi? Reſpondetur, Virgines expectaſſe ſponſum, & ſponſam, in domo ſponſi. Nam ſponſus, ſponſam ducebat domum ſuam noctu, ibique à virginibus excipiebatur accenſis lampadibus. Sic ſerui Lucæ 12. expectant Dominum à nuptijs reuertentem, cum lucernis in domo Domini ſui.

Quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum.

Cur virginum aliæ ſtultæ aliæ prudentes.

Decem erant Virgines, quinque fatuæ, quinq; prudentes; In quo fatuitas, prudentiaq; illarum ſita fuerit nunc docetur. Nimirum idcirco quinque fuerunt ſtultæ, quia oleum non præparauerunt, quod ſatis eſſet; Idcirco quinque fuere prudentes, quia oleum ſumpſerunt in vaſis neceſſa-

ceſſarium. Quæritur, an fatuæ aliquid olei ſumpſerint? Reſpondetur habuiſſe oleum in lampadibus, ſed non ſumpſiſſe aliud in vaſis. Prudentes verò non ſolum habuiſſe oleum in lampadibus, ſed in vaſis præterea oleum ſumpſiſſe, quo lucernarum lumen ſouerent, ſi oleum, quod in illis erat absumeretur. Quòd autem fatuæ oleum habuerint in lampadibus, exploratum eſt ex illis verbis poſt ſomnum dictis; *date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.* Non dicunt, extinctæ ſunt, ſed extinguuntur, videlicet, quia conſumptum eſt oleum, interim dum dormitauimus, & dormiuimus. Extinguuntur, quia olei ferè nihil habent.

Fatuæ habuerũt oleũ in lampadibus, ſed non in vaſis.

Quid hoc indicat? Indicat opus eſſe opera bona præparare magna copia; vt oleum Virgines prudentes parauerunt, non ſolum in lucernis, ſed etiam in vaſis. D. Gregorius vaſa ait ſignificare corda, prudentesque Virgines, quæ propter Deum Virginitatẽ colũt, in vaſis oleum ſumere, hoc eſt, in cordibus, & conſcientijs ſuam gloriam habere, iuxta illud Pauli 2. Corinth. 1. *gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, fatuas verò non ſumere oleum ſecum in vaſis ſuis, id eſt, conſcientijs, quia in ore hominum gloriã ſuam inanem habent, dum propter laudem humanam virginitatem ſeruant. Et notandum [inquit] quòd omnes virgines lampades habent, ſed oleum omnes non habent, quia plerumq; bona in ſe opera, cum electis, & reprobis oſtendunt; ſed ſoli ad ſpõſum cum oleo veniunt, qui de ijs, quæ foris egerint, intus gloriam requirũt, &c. Auguſt. ſerm. 22. de verbis Domini, oleum gaudium intelligit ſignificari, iuxta illud Pſalm. 44. *Vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ*. Prudentes Virgines ait ſumpſiſſe oleum ſecum, in vaſis cum lampadibus, quia lętitiam operum bonorum in corde, atque conſcientia poſuerunt, ſtultas non accepiſſe oleum ſecum, quia gaudium nõ habent niſi in laudibus hominum. Auctor imperf. interpretatur, oleum ſumpſiſſe virgines, vel non ſumpſiſſe, id eſt, bona opera. Et Hieronym. Oleum [inquit] non habent virgines, quę vi-

Quid ſignificet oleum in vaſis ſumere.

A dentur fide Dominum confiteri; ſed virtutũ opera negligũt, &c. D. Chryſ. oleum ſumere putat eſſe, eleemoſynã pauperibus largiri, & eas virgines habere oleum, quæ eleemoſynarum theſaurum in cęlo faciunt.

Moram autem faciente ſponſo dormitauerunt, & dormierunt omnes.

B Mora ſpõſi moram ſignificat iudicis venturi. Non enim [ait Hierony.] parum temporis inter priorẽ, & ſecundum aduentum Domini prætergreditur, &c. Et Hilarius, Mora [inquit] ſponſi, tempus pęnitẽtiæ eſt, &c. Nam moratur Dominus, vt pęniteniiam agamus. Interim verò dum Dominus moratur, nec iudicium aduenit, virgines omnes iam prudentes, quam fatuæ dormitant, & dormiunt. Auctor imperf. dormitatione,
C & dormitione, indicare vult negligentiam, hoc ſenſu, ſponſo tardente virgines, etiam prudentes, in negligentiam inciderunt. Hoc [inquit] ſignificat ſermo. quia tardante conſummatione, non ſolum peccatores, ſed etiã iuſti, & ſpirituales ad negligentiam ſunt reuoluẽdi, & relicta virtutis via, ad carnalia delectamenta ſunt aliquatenus tranſituri, &c. Non placet interpretatio, quoniam prudentibus virgĩ
D nibus non congruit. Non enim prudentes dicerentur, ſi fuiſſent negligentes. Eſt alia interpretatio; *dormitauerũt, & dormierunt*, id eſt, de aduentu ſponſi cogitare deſieruut, & eum eo tempore, quo venit, non expectarunt.

Quid ſignificet mora ſponſi.

Vera interpretatio eſt Patrũ, ſomnum appellari mortem. Dum enim iudicium differtur, omnes tam improbi, & fatui, quàm iuſti, & prudentes, è
E vita hac diſcedunt, iuxta illud ad Hebræi 9. *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Poſt hoc autem iudicium, &c.* Prius moriuntur, poſtea reſurgent, & iudicabuntur. Hilarius, expectantium [inquit] ſomnus, credentium quies eſt, &c. Et D. Hierony. *Omnes dormitauerũt*; id eſt mortuæ ſunt, &c. eadem eſt Chryſoſt. interpretatio, Auguſt. ſerm. 23. D. Greg. hom. 12. & aliorum. Dormitant homines, & dormiunt, dormitant cum deficere incipiunt, & ægrotant,

Quid ſignificet dormitatio, & ſomnus Virginum.

Dormitatio ægrotatio periculoſa eſt, dormitatio mors.

tant,

tium, &c. Et Euthymius, Virginea (inquit) lampas eſt munditia, quæ à Virginitate procedit. Oleum vocat Dominus eleemoſynæ virtutem, &c. Theophy. lampades adumbrare mentes exiſtimat; oleum virtutes, & miſericordiam. Virtutum enim oleo mens inflammatur. Audiamus etiam Auctorem imperfectum: Lampas (ait) dicitur fides; quia ſicut lãpas illuminat domum ſic fides animam. Accenditur autem igne verbi diuini. Verbum.n. Dei ignis eſt. Accipiunt autem homines hanc lampadem, quando per ſacerdotes accipiunt ſibi traditam doctrinam veritatis. Aut ſicut alius putat, verbum Dei, quod accepimus, accedẽtes ad Chriſtum lucerna eſt, Pſal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Oleum autem doctrina ſacerdotum, aut cæterarum ſcripturarum. Quoniam ſicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleum, extinguetur: Sic verbũ fidei noſtræ, quod credentes accipimus, niſi aſſiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus ſcripturarum, extinguitur, & non ſatis illuminat animam. Aut oleum dicitur opus miſericordiæ, quia ſicut oleum lumẽ lampadis fouet, ſic opera bona, fidei vigorẽ accendunt. Hæc ille. Quid de ijs ſentiamus in fine parabolæ dicemus, cum ſimul totam explicabimus.

Quid ſit obuiã ire ſponſo, & ſponſæ.

Si quæras, quid ſit obuiam ſponſo exire. Reſpondetur, idem eſſe, quod iudicem Chriſtum expectare, & ad illum iter facere. Auguſt. ſer. 23. de verbis Domini. Quid [inquit] eſt, ire obuiam ſponſo? corde ire, expectare eius aduentum, &c. Hilarius; Primo progreſſu vitæ huius officijs occurrere in reſurrectionem; quæ eſt a mortuis, præparamur, &c. Difficilius eſt explicare, quid ſit obuiam exire ſponſæ, *Exierunt* [inquit] *obuiam ſponſo & ſponſæ*, quæ nam hæc eſt ſponſa, cui homines acceptis bonorum operum lampadibus, obuiam eunt? D. Hilarius exiſtimat ſponſum, & ſponſam, eundem eſſe Chriſtum. Sponſus [inquit] atque ſponſa, Dominus noſter eſt, in corpore Deus. Nam vt ſpiritus carni, ita ſpiritui carò ſponſa eſt, &c. D. Auguſt. ſer. 22. de Verbis Domini, Eccleſiam. Quod (inquit) ſponſæ dixit obuiã venire virgines, ſic intelligendum puto, vt ex ipſis Virginibus, id eſt Chriſtianis, conſtet ea quę dicitur ſponſa, tanquam ſi omnibus Chriſtianis in Eccleſiam concurrentibus, filij ad matrem concurrere dicantur: cum ipſis filijs congregatis conſtet ea quę dicitur mater, &c. Auctor imperf. Ne mireris [ait] quia dixit, *venerunt obuiam ſponſo & ſponſæ*, cum Eccleſia inter nos habeatur ſponſa. Sicut enim Chriſtus cum ſit inter nos, tamen venturus dicitur, cum apparuerit in gloria, ſic & Eccleſia, quamuis ſit inter nos, tamẽ ventura dicitur, cum apparuerit in gloria ſua, &c.

Sponſa eſt Eccleſia.

An bis exierint virgines obuiam ſponſo?

Dubitatur, ſemel ne, an bis, obuiã exierint virgines ſponſo, & ſponſæ? Quòd bis exierint probatur, quia initio parabolæ dicitur; *exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ*; Ecce iam ſemel exierunt. Poſtea exierunt iterum, *cum clamor eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei*; ergo bis exierunt. Reſpondetur ſemel tantum ſponſo, & ſponſæ occurriſſe. Poſtquam clamor eſt auditus; *ecce ſponſus venit*. Quòd enim initio parabolæ dicitur; *exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*, per anticipationem dictum eſt, hoc ſenſu; *exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*, videlicet quando clamor auditus eſt.

Virgines, in domo ſponſi, illi obuiã proceſſerũt.

Dubitatur præterea occurrerint ne Virgines ſponſo, & ſponſæ, in domo ſponſæ; an in domo ſponſi? Reſpondetur, Virgines expectaſſe ſponſum, & ſponſam, in domo ſponſi. Nam ſponſus, ſponſam ducebat domum ſuam noctu, ibique à virginibus excipiebatur accenſis lampadibus. Sic ſerui Lucæ 12. expectant Dominum à nuptijs reuertentem, cum lucernis in domo Domini ſui.

Quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum.

Cur virginum aliæ ſtultæ aliæ prudentes.

DEcem erant Virgines, quinque fatuæ, quinq; prudentes; In quo fatuitas, prudentiaq; illarum ſita fuerit nunc docetur. Nimirum id circo quinque fuerunt ſtultæ, quia oleum non præparauerunt, quod ſatis eſſet; Id circo quinque fuere prudentes, quia oleum ſumpſerunt in vaſis neceſſa-

Digitized by Google

ceſſarium. Quæritur, an fatuæ aliquid olei ſumpſerint? Reſpondetur habuiſſe oleum in lampadibus, ſed non ſumpſiſſe aliud in vaſis. Prudentes verò non ſolum habuiſſe oleum in lampadibus, ſed in vaſis præterea oleum ſumpſiſſe, quo lucernarum lumen fouerent, ſi oleum, quod in illis erat abſumeretur. Quòd autem fatuæ oleum habuerint in lampadibus, exploratum eſt ex illis verbis poſt ſomnum dictis; *date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.* Non dicunt, extinctæ ſunt, ſed extinguuntur, videlicet, quia conſumptum eſt oleum, interim dum dormitauimus, & dormiuimus. Extinguuntur, quia olei ferè nihil habent.

Fatuæ habuerũt oleũ in lampadibus, ſed non in vaſis.

Quid hoc indicat? Indicat opus eſſe opera bona præparare magna copia; vt oleum Virgines prudentes parauerunt, non ſolum in lucernis, ſed etiam in vaſis. D. Gregorius vaſa ait ſignificare corda, prudenteſque Virgines, quæ propter Deum Virginitatẽ colũt, in vaſis oleum ſumere, hoc eſt, in cordibus, & conſcientijs ſuam gloriam habere, iuxta illud Pauli 2. Corinth. 1. *gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, fatuas verò non ſumere oleum ſecum in vaſis ſuis, id eſt, conſcientijs, quia in ore hominum gloriã ſuam inanem habent, dum propter laudem humanam virginitatem ſeruant. Et notandum [inquit] quòd omnes virgines lampades habent, ſed oleum omnes non habent, quia plerumq; bona in ſe opera, cum electis, & reprobis oſtendunt; ſed ſoli ad ſpõſum cum oleo veniunt, qui de ijs, quæ foris egerint, intus gloriam requirũt, &c. Auguſt. ſerm. 22. de verbis Domini, oleum gaudium intelligit ſignificari, iuxta illud Pſalm. 44. *Vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ*. Prudentes Virgines ait ſumpſiſſe oleum ſecum, in vaſis cum lampadibus, quia lętitiam operum bonorum in corde, atque conſcientia poſuerunt, ſtultas non accepiſſe oleum ſecum, quia gaudium nõ habent niſi in laudibus hominum. Auctor imperf. interpretatur, oleum ſumpſiſſe virgines, vel non ſumpſiſſe, id eſt, bona opera. Et Hieronym. Oleum [inquit] non habent virgines, quę vi- A dentur fide Dominum confiteri; ſed virtutũ opera negligũt, &c. D. Chryſ. oleum ſumere putat eſſe, eleemoſynã pauperibus largiri, & eas virgines habere oleum, quæ eleemoſynarum theſaurum in cęlo faciunt.

Quid ſignificet oleum in vaſis ſumere.

Moram autem faciente ſponſo dormitauerunt, & dormierunt omnes.

B Mora ſpõſi moram ſignificat iudicis venturi. Non enim [ait Hierony.] parum temporis inter priorẽ, & ſecundum aduentum Domini prætergreditur, &c. Et Hilarius, Mora [inquit] ſponſi, tempus pęnitẽtiæ eſt, &c. Nam moratur Dominus, vt pęnitentiam agamus. Interim verò dum Dominus moratur, nec iudicium aduenit, virgines omnes iam prudentes, quam fatuæ dormitant, & dormiunt. Auctor imperf. dormitatione, C & dormitione, indicare vult negligentiam, hoc ſenſu, ſponſo tardente virgines, etiam prudentes, in negligentiam inciderunt. Hoc [inquit] ſignificat ſermo. quia tardante conſummatione, non ſolum peccatores, ſed etiã iuſti, & ſpirituales ad negligentiam ſunt reuoluẽdi, & relicta virtutis via, ad carnalia delectamenta ſunt aliquatenus tranſituri, &c. Non placet interpretatio, quoniam prudentibus virgi D nibus non congruit. Non enim prudentes dicerentur, ſi fuiſſent negligentes. Eſt alia interpretatio; *dormitauerũt, & dormierunt*, id eſt, de aduentu ſponſi cogitare deſieruut, & eum eo tempore, quo venit, non expectarunt.

Quid ſignificet mora ſponſi.

Vera interpretatio eſt Patrũ, ſomnum appellari mortem. Dum enim iudicium differtur, omnes tam improbi, & fatui, quàm iuſti, & prudentes, è vita hac diſcedunt, iuxta illud ad He- E bræi 9. *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Poſt hoc autem iudicium, &c.* Prius moriuntur, poſtea reſurgent, & iudicabuntur. Hilarius, expectantium [inquit] ſomnus, credentium quies eſt, &c. Et D. Hierony. *Omnes dormitauerũt*; id eſt [mortuæ ſunt, &c. eadem eſt Chryſoſt. interpretatio, Auguſt. ſerm. 23. D. Greg. hom. 12. & aliorum. Dormitant homines, & dormiunt, dormitant cum deficere incipiunt, & ægrotant,

Quid ſignificet dormitatio, & ſomnus Virginum.

Dormitatio ægrotatio periculoſa eſt, dormitatio mors.

Digitized by Google

tant,tandem dormiunt,cum moriuntur. Gregor. homil.12. Dormire mori eſt. Ante ſomnum verò dormitare, eſt ante mortem à ſalute langueſcere. Quia per pondus ægritudinis, peruenitur ad ſomnum mortis,&c. Appellauit autem Dominus mortem hominum ſomnum, quia omnes veluti à ſomno ita à morte in iudicio excitabuntur. Conſequẽter dicitur (inquit Hierony.) *dormierunt*; quia poſtea ſuſcitandæ ſunt,&c.

Media autem nocte clamor factus eſt.

Clamor hic vbi factus eſt.

HIc clamor vocem illam tubæ ſignificat,qua mortui ad iudicium vocabuntur,vt ſponſo,& iudici obuiã prodeant. Clamor hic factus eſt in domo, vbi virgines dormientes erant. *ecce ſponſus cum ſponſa venit, exite obuiam ei*, ſurgite è ſomno, excipite illum,ſic extremo tempore, clangor inſonabit tubæ; Ecce iudex venit, ſurgite mortui, prodite obuiam illi ad iudicium. Hilarius; Nocte (inquit) media clamor, tubæ vox eſt, &c. Idem ſenſus eſt Hierony. Chryſoſt. Auguſt. & aliorum. Media autem nocte dixit factũ clamorem, id eſt, ſubitò, cum non expectabant. Greg. Clamor (inquit) in media nocte fit, quia ſic dies Domini ſurrepit, vt præuideri nõ valeat, quando non venit,&c. Auguſt. ſer.23. Media nocte, quando non ſperatur. Noctem poſuit pro ignoratione,&c.

Quid ſignificet clamor media nocte factus.

Quæritur, an media nocte ſit clanglor tubæ audiendus, mortuiq; ad iudicium excitandi? D. Chryſoſt hoc loco, ait Dominum fortè voluiſſe indicare, in nocte futuram eſſe mortuorũ reſurrectionem. Idem opinatur Euthym. D. Hierony. ſic ſcribit; Traditio Iudæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum, in ſimilitudinem Ægyptij temporis, quando Paſcha celebratum eſt, & exterminator venit Exod. 12. Vnde reor, & traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarum Paſchæ, ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Chriſti, & poſtquam illud tempus tranſierit, ſecuritate præſumpta, feſtum cunctos agere diem, &c. Magiſter præterea in 4. d. 43. Nocte

An ſit audienda tuba iudicij media nocte.

A venturum Dominum ſentit, & Caſſiodorum pro hac ſententia citat Pſal. 118. Probatur opinio ex his verbis; *Media nocte clamor factus eſt*; & 1. Theſſalonic.5. *Dies Domini ſicut fur in nocte, illa veniet, &c.* Reſpondemus, incertum eſſe nocturno ne, an diurno tempore, ſint vocandi mortui ad iudiciũ: Videtur tamen vero ſimile nocturno tempore vocandos,& in vallem Ioſaphat ducendos; Iudicem ibi expecta- B bunt, qui matutino aderit tempore. Ad quod forſitan alludit hic locus. Dicitur autem Dies Domini à Paulo, & D.Petro, epiſt.2.cap.4. *Venturus ſicut fur in nocte venit*; quia vt fur ex inopinato veniet.

Tunc ſurrexerunt omnes Virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas.

DOrmierunt omnes Virgines, quia C morientur omnes Chriſtiani. Poſt quam verò clamor factus eſt, ſurrexerunt omnes Virgines, quia poſtquã tuba inſonuerit, ſurgent omnes Chriſtiani extremo die. Quomodo autem lampades ornarint Virgines, dubium eſt. Videntur ornaſſe floribus, odoriferiſq; herbis, vel alio ſimili ornamento,& mundaſſe. Mundicies namq; ẽt ornamentum dici poteſt. Euthym. ipſum oleum infuſum appellat orna- D tum. Ornauerunt (inquit) lampades ſuas olei ornamento, &c. ipſum oleum, mundicies,& lux, & emunctio, ornatus dici poteſt, ſi flores excludamus. Abulenſ. Matth.25.q.22. Ornare (inquit) lampades eſt, eas diſponere, vt bene ardeant, ſcilicet infundendo oleum,& emungendo elychnium, &c. At ornaſſe dicuntur lampades, tam prudentes, quam fatuæ, quæ care bant oleo; vnde liquet ornamentum E lucernarum, non dici oleum ſed aliud quidpiam. Reſponderi poteſt, verba ſic explananda; ornauerũt lampades illæ, quæ ornare potuerunt ſcilicet, quæ oleum habebant. Vnde Euthym. Omnes (inquit) virgines ſurrexerũt; quæ verò ornauerunt lampades ſuas erant prudentes, &c. Itaque vbi primum euigilarunt, protinus lampades ſumpſerunt,& ornauerunt, atque præpararunt. Prudentes oleũ infuderunt.

Quomodo Virgines lampades ornarint.

Stultæ quia oleum in vaſis non acceperunt, illo ſolo contentæ, quod in lãpadibus ferebant; oleum non habuerunt infundendum lucernis, quæ præ olei penuria extinguebantur, tandẽque extinctæ ſunt. Auguſt. ſerm. 22. de Verbis Domini legit: *Aptauerunt lampades ſuas*: Græcè legitur, ἐκόσμησαν, id eſt, *ornauerunt*.

Quid ſignificet, ſurrexerunt, & ornauerũt lampades.

Quid hoc ſignificat? ſignificat homines, poſtquam in vitam fuerint reuocati, protinus ad lampades conuerſuros mentis oculos, an ſint paratæ, nec ne; Alios verò habituros oleum bonorum operum, alios minimè. D. Gregor. Tunc [inquit) omnes Virgines ſurgunt; quia electi, & reprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur. Lampades ornant: quia ſua ſecum opera numerant, &c. D. Auguſt. ſerm. 22. *Aptauerunt* [inquit] *lampades ſuas*; id eſt, rationes reddendas operum ſuorum, &c. Auctor imperfecti, vt diximus, ſomnum Virginum exiſtimat ſignificare negligentiam. Ex illius ſententia Virgines dormierunt, quia Chriſtiani negligentiæ ſomno opprimentur: tùm clamor fiet, non tubæ, ſed ſignorum iudicij. Nam ſigna iudicij clamabũt aduenire iudicem. Signis perterriti Chriſtiani, de ſomno ſurgent negligentiæ, & ornabunt lãpades ſuas, hoc eſt, diſcutient fidem ſuam, & opera conſiderabunt. Denique iudicabunt ſe, & parabunt velut ſponſam ſponſo.

Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis.

FAtuæ Virgines non ſumpſerunt oleum in vaſis, ſed ſolùm in lampadibus Prudentes nõ ſolũ in lampadib. ſed etiam in vaſis acceperunt. Dato igitur ſigno aduentus ſponſi, oẽs pararunt lampadas Prudẽtes ex vaſis oleum infuderunt: fatuæ cùm viderent lucernas ſuas extingui, oleũ à prudentib. petierũt. *Date* [inquiũt] *nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.*

Fatuitas virginum ſtultarum hic oſtẽditur.

Obſeruat Euthymius in his verbis. Virginũ fatuitatẽ Et hoc (inquit] ſtultitiæ fuit, ſperaſſe ſe ibi oleum ad ornatum accepturas, quòd tunc ab alijs poſſideretur, &c. Perierunt: ſed nihil olei datum eſt. Etenim reſponderunt prudentes Virgines:

A *Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis, &c.* ſignificat hæc parabolæ pars, probos Chriſtianos, in iudicio lampadas habituros accẽſas, id eſt, opera, & caritatẽ: Improbos verò, & fatuos lampades habituros extinctas, id eſt, extinctam caritatem, abſque operib. Deinde aliena opera, & merita impijs tũc non profutura. Non n. poterit tũc rogatus D. Petrus, vel alius ex ſanctis,

Aliena opera in iudicio impijs non proderunt.

B merita ſua, & opera dare homini impio, vt ſalutẽ ęternã conſequatur. Nã, vt eſt in Pſal. 61. *Reddet Deus vnicuique iuxta opera ſua.* Quamuis ergo improbus filius à Patre probo, & iuſto, vel filia à matre petat oleum; da mihi Pater, vel Mater, de oleo tuo: nihil impetrabit, D. Hieron. in Matth. 25. Vnuſquiſq; (inquit) pro operib. ſuis mercedẽ recipiet. Neq; poſſunt in die iudicij, aliorũ virtutes, aliorũ vitia ſub-

C leuare, &c. Chryſoſt. Quid hinc docemur? Quia videlicet, nullus nos, qui opera perdiderimus, defendere in iudicio poterit, &c. Euthymius, Docet ſermo, quòd nullus à propria virtute, alterũ tunc iuuare poterit, &c. Theophylactus. Ex ſuis quique operib. iuſtificabunt, non proximorum, &c. Illa autem verba: *Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis*; non indicant, iuſtos dubitaturos in iudicio, num ſufficiant

Cur dicant iuſti ne forte non ſufficiat.

D ſibi ad ſalutẽ opera, quæ habebunt. Erunt enim beati ſcientẽq; clariſſimè ſufficere ſibi opera, & caritatem: ſed parabolæ parergon ſunt. Tribuitur n. hæc reſpõſio Virginib. prudentibus, parabolicè, vt humano modo oleũ fatuis negare videatur, ꝙ dare nõ poſſunt. D. Auguſt. ſerm. 23. de Verbis Domini, irridentium putat eſſe verba: Non conſulentium (inquit) ſed irridentium eſt iſta reſponſio, &c.

E *Ite potius ad vendentes, & emite vobis.*

NVmquid erunt aliqui vendentes oleum in iudicio? Minime, cur ergo fatuæ Virgines, ad vendentes mittuntur, vt oleũ bonorũ operũ emãt? Reſpõdetur ex ſententia Auguſtini, Virgines prudentes irridere fatuas, quòd fatuæ fuerint, mitterèque eas irridendo ad vendentes: qui iam nullibi reperiri poſſint. Alitor reſpondetur, Dominũ hæc verba Virginibus

Cur fatuæ virgines mittantur, ad oleum emendum.

prudentibus tribuiſſe, vt indicaret oleum bonorum operum veluti emẽdum eſſe labore in hac vita, vt in iudicio habeatur. Nobis datur hæc reſponſio; *ite ad uendentes, & emite nobis oleum.* Emitur autem labore, ſiquidẽ bona opera labore conſtant. D. Hieronym. Venditur (ait] hoc oleũ, & multo emitur pretio, ac difficile labore quæritur, quod in eleemoſynis, cunctiſq; virtutibus, & conſilijs intelligimus magiſtrorum, &c. D. Chryſoſt. qui oleum eleemoſynam putat ſignificare, ait vendentes eſſe pauperes. Quinam [inquit) vendunt? Qui paupertie premuntur. In hac ſolùm vita reperiuntur; hic oleum colligendum eſt, vt ibi cùm fuerit tempus, paratũ nobis adſit, &c. Obſerua Auguſtinũ ſerm. 23. citato exiſtimaſſe Virgines prudentes eas eſſe, quæ propter Deũ operantur; fatuas, quæ propter gloriã & laudes inanes. Quamobrem hanc reſponſionem de adulatoribus interpretatur. Irrident ergo prudentes fatuas, ex mente Auguſtini, mittuntq; illas ad vendentes, id eſt, adulatores, qui laudes illi vendere ſolebant illius verba hæc ſunt: *Ite ad uendentes, & emite nobis*: quæ non ſolebatis bene viuere, niſi quia vos homines laudabant, quia vobis oleum vendebãt. Quid eſt oleum vendebant? laudes vendebãt. Qui vendunt laudes, niſi adulatores? Ite ad vendentes, & emite vobis; hoc facere conſueuiſtis, &c. Item D. Gregor. qui hom. 12. in Euangelia, Virgines fatuas eas eſſe ait, quæ propter humanas laudes virginitatem ſeruãt; vendentes oleũ adulatores ſignificare arbitratur. Venditores (inquit) olei adulatores ſunt. Qui enim accepta qualibet gratia, vanis ſuis laudib: nitorem gloriæ offerunt, quaſi oleum vendunt, &c.

Quomodo amatur oleum.

Adulatores ſunt vẽdentes oleũ ſtultis virginibus.

Auctor imperfect. interpretatur, Virgines prudentes, id eſt, Chriſtianos ſumpſiſſe oleum, id eſt, bona opera, fatuas non ſumpſiſſe; ſomno negligentiæ has & illas captas. Ex ſomno negligentiæ excitandas à ſignis iudicij fatuas terrore excitatas petituras oleum bonorum operum a prudẽtib. id eſt, ſanctos rogaturas, vt apud Dominum pro ipſis intercedant; a ſanctis verò mittendas ad vendentes, id eſt, ſacerdotes. Nam ſacerdotes caritatem, & gratiam veluti vendunt; cũ ſacramentum pœnitentiæ, & alia adminiſtrant. Venditores operum bonorum, vel doctrinæ (ait hic Auctor) ſacerdotes ſunt, qui præcepta iuſtitiæ in populo dant, quaſi pretium aliquod accipientes fidem ipſorum: qui peccatores per pœnitentiã ſoluunt, pretio confeſſionis eorum placati. Bonũ eſt conſilium ſanctorum ad peccatores, vt eant ad ſacerdotes, & fideliter audiãt eos: & cũ audierint, faciãt, &c.

Oleum vendẽtes sũt ſacerdotes & quomodo.

Dum autem irent emere, venit ſponſus.

NVlla erit in iudicio facultas abeũdi ad emendum oleum; ſed adhibentur hæc & ſimilia, tùm vt parabolam expleant, & ornent, tùm vt aliquid nobis ſignificent. Significant autem verba hæc, tùm inutilem eſſe ſeram in iudicio pęnitentiam de qua Sap. 5. legitur; *Pœnitentiam agentes, & pra anguſtia ſpiritus gementes, &c.* tùm non eſſe poſt hanc vitam tempus operandi cum merito. Pœnituit ſerò fatuas Virgines, quòd oleum non ſumpſiſſent in vaſis: ideòq; ad emendum oleum abijſſe dicuntur. Præterea dicuntur eo tempore abijſſe ad emendum, quo nullibi oleum poterat inuenire, neque profuiſſe conatum: quia poſt hanc vitam bonorum operũ merita non inueniuntur. Dũ irent emere, veniſſe dicitur ad iudicium ſponſus, illis abſentibus. At in iudicio nullus erit abſens, omnes aderunt viri, fęminæque. Eſt ergo hoc parergon. Paratas Virgines, quæ lampades oleo habebant, & luce ornatas, ſponſus ad nuptias, id eſt, nuptialia conuiuia, & gaudia introduxit, non in thalamum quia vna erat ſponſa. Indicant hæc gaudia, cœleſtes nuptias, & cæleſtia conuiuia, ac gaudia. de quibus Apoc. 19 dicitur; Venerunt nuptiæ agni & vxor eius præparauit ſe, &c.

Sera pœnitentia inutilis eſt.

Dicitur clauſa ianua poſtquam virgines prudentes ingreſſæ ſunt domũ ſponſi, quia nulli aperietur cœli porta, poſteaquam beati poſt iudicium in palatium cęleſte fuerint ingreſſi.

Clauſa ianua cur eſſe dicatur.

Au-

Auguſt.ſerm.22. de Verbis Domini: Receptis illis, qui ſunt in Angelicam vitam immutandi, clauſus eſt aditus ad regnum cœlorum. Non enim poſt iudicium patet precum, aut meritorum locus, &c.

Nouiſſimè veniunt & reliqua Virgines.

Mirum eſt, quod dicitur, rediiſſe fatuas virgines; quæ ad emendum oleum profectæ ſunt, nec tamen refertur, an oleum emerint, & attulerint, necne. Sed exploratum relinquitur, nec inueniſſe, nec emiſſe, nec attuliſſe, quia extra tempus oleo quærēdo deſtinatum, illud quæſierunt. Nam ſi oleum attuliſſent, id eſt, bona opera cum caritate, ſanè ab ſponſo receptæ fuiſſent. Si tamen parabolæ corticem conſideremus, exiſtimat Abulenſis veriſimilius eſſe, illas oleum emiſſe, & attuliſſe. Neque enim ſine oleo auſæ fuiſſent redire ad ſponſum, ac petere, vt in nuptialia gaudia reciperentur. At hoc non ſignificat poſt hanc vitam oleum poſſe reperiri, & emi. Eſt enim maximè falſum. Significant autem hæc omnia, eos qui oleo, id eſt, bonis operibus, & caritate caruerint, à cœleſtibus nuptijs excludēdos, neque prodeſſe poſt hanc vitam oleum quærere, per infructuoſam pœnitentiam, quam damnari habent.

Virgines fatuę oleum non emerunt.

Pœnitentia damnatorum abſq; fructu.

Veniſſe præterea dicuntur fatuæ, & pulſaſſe fores dicentes: *Domine, Domine, aperi nobis*: quia a cęleſtibus nuptijs repulſi, per infructuoſam pœnitentiam quodāmodo venient ad Deū, & per infructuoſos gemitus pulſabunt. Sap 5. *pœnitentiam agentes, & prę anguſtia ſpiritus gementes*. In Gloſſ. ordin. ſic habetur. Nouiſſimè veniunt fatuæ per ſeram pęnitentiam, per infructuoſas lachrymas, pulſant foris relictæ, &c. Vt enim ait Auguſt. ſerm. 22. de Verbis Domini; Poſt iudicium, non patet precum locus, &c.

Verba illa: *Neſcio vos*, ſponſus profert, humano more, quo illis cū quibus commercium nullū volumus habere, dicere ſolemus: *Non noui vos, neſcio vos*, quamuis egregie ſint nobis noti. Dicit et Dominus neſcire impios, ſcientia beneuolentiæ, & approbationis, quia eos non approbat, iuxta illud Pauli 2. ad Timoth. 2. *Cognouit Dominus qui ſunt eius*. &c. Quid eſt [rogat Auguſt. ſermon. 22 de Verbis Domini) *Neſcio vos*? Reſpondet, eſt improbo vos, reprobo vos, &c.

Neſcio vos, quid ſignificet.

Ad extremū addo Euthymij hæc verba. non eſt [inquit) curioſè ſcrutādum, quare decē ſint Virgines, & quæ ſint vaſa earū, cęteraque ſimilia, &c. In parabolis enim aliqua adhibentur parerga. Vnde Chryſoſt. hom. 65. in Matth. In parabolis (ait] nō oportet nimia in ſingulis verbis cura perangi, ſed cūm didicerimus, quid per parabolā intendat Dominus, nihil vlterius anxio conatu inueſtigādū eſt, &c. hac de re tā diximus tom. 2. li. 9. ca. 3.

Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam.

Ad extremum infert Dominus, ex parabola propoſita hanc cōcluſionē. *Vigilate*, id eſt, vigilando vos parare, *quia neſcitis diem, neque horam.* Ne vobis contingat cum fatuis Virginibus imparatis, ex cœleſtib. nuptijs excludi. Obijcitur, Virgines prudentes ad nuptias introierunt, & tamen dormitauerunt, & dormierūt, quemadmodum & fatuæ. Quomodo ergo Virginibus dormientibus, in nuptias receptis, infert Dominus; *Vigilate*? Reſpondetur, dormiuiſſe Virgines non ſomno negligentiæ, ſed ſomno mortis. Ante mortem verò prudentes vigilaſſe, ſeque præparaſſe, fatuas minime. Rectè ergo infertur, vigilando parate vos, quemadmodū Virgines prudentes, ne poſt ſomnum mortis, vobis contingat infœlicitas fatuarum, quæ moram faciente ſponſo ſeſe non præpararunt. Breuiter nunc parabolam rei ſignificatæ libet accommodare.

Parabolę concluſio.

Quemodo prudentes Virgines dormierint, cum Dominus pręcipiat uigilandum.

CAPVT XVII.

De parabola decem Virginum.

In parabolis aliqua dici ad ornatū, & rei, quę narratur, expletionem, ac perfectionē iā diximus. Quamobrem omnia, quę in parabola hac dicun-

cuntur, rei ſignificatę accommodare, non eſt neceſſe. Itaque ſic poteſt explanari. Similes ſunt Chriſtiani Virginibus decem, quę ſponſum, ſpōſam, ſiue vxorem domum ducentem lampadibus accenſis expectabant.

Quid ſignificet parabola oſtenditur.

Quędam ex illis fatuę erant, quędam prudentes. Fatuę oleum non pręparatunt, & lampades, prudentes verò egregiè id prǽſtiterunt. Moram ſponſus fecit, tandem ex inopinato aduenit, paratas ad nuptias introduxit, ianuamque iuſſit claudi, imparatas excluſit. Eundem in modum ex Chriſtianis iudicem Chriſtum expectantibus: quidam fatui ſunt, ij nimirum, qui in aduentum ipſius ſe non pręparant, alij prudentes, qui animum virtutibus ornant. Moram facit iudex. Tandem ex improuiſo adueniet, paratos Chriſtianos in cœlū introducet, imparatos excludet. Igitur vigilate, &c. Reliqua in parabola ad ornandā, & ad complēdam narrationem adijciuntur, neque oportet illa curioſè rei, de qua agitur aptare.

Verùm tamen quęcumque aptari poſſunt, operę pretium erit aptare. Secundo ergo modo ſic explicabitur parabola.

Chriſtiani omnes sūt virgines fide ſaltem.

Chriſtiani ſimiles ſunt Virginibus, quæ ſpōſum ducentem ſpōſam expectabant. Sunt enim Chriſtiani Virgines, ſi non carne, certè fide. Vt Virgines ſic Chriſtiani quidā ſtulti ſunt, alij prudenter agunt. Virgines prudentes oleum ſecum in vaſis acceperunt, ſtultæ minimè. Sic Chriſtiani. Difficile eſt explicare, quid ſit hoc oleum, quid ignis lucernarum; ita vt non repugnet explicatio conſequentibus.

Quid ſignificet oleū, et ignis lāpadum.

Dicet aliquis ignem ſignificare caritatem, rectè quidem, ſed ſtultæ poſt ſomnum, id eſt, mortem aiunt, *lampades noſtræ extinguuntur*: nō aiunt, extinctæ ſunt, ergo aliquid habebant ignis, & lucis, id eſt, caritatis poſt mortem, quod falſum eſt, quia ſi vel minimum caritatis gradum habuiſſent, excluſæ à nuptijs nō eſſent. Non ergo ſignificat ignis caritatem, ſignificabit ergo ignis fidem. Sed obijcitur, in iudicio Virgines prudētes lampadibus inflammatis prodiērunt ſponſo obuiam; ergo ignis non ſignificat fidem, ſiquidem iuſti tunc

A fide carebunt, quia beati erunt. Beati autem fide carent, cui ſuccedit beatifica viſio. Vides ne nō poſſe omnia ad amuſſim aptari? Dicamus tamē igne ſignificari caritatem; oleo opera bona, quibus fouetur, nutritur, & augetur, quòd ſi bona opera, id eſt, mandatorum operatio deſit, extinguitur: lampade verò hominis animam indicari.

Ignis eſt caritas oleū operæ bonæ.

At vt obiecimus, virgines fatuæ poſt ſomnum, id eſt, mortem clamāt,

B *lampades noſtræ extinguuntur*, ergo aliquid luminis, id eſt, caritatis poſt mortem habebant, quod falſum eſt. Reſpondetur, hac in parte nō reſpōdere rem ſignificatam verbis parabolæ ad amuſſim: ſignificarique his verbis, fatuis hominibus bonorum operum oleum, in iudicio defuturum, quo deficiente extinguitur caritatis ignis. Pergamus.

C Vt virgines, ſic Chriſtiani prudētes, dicuntur accipere oleum, non ſolùm in lucernis, ſed etiam in vaſis, quia multa bona opera faciunt, quib. caritatem nutriunt, & augent fatui, verò vt fatuæ virgines, parum olei lucernæ infundunt, hoc eſt, pauca bona opera præſtant.

Mora ſponſi quæ ſit.

Moram facit ſponſus, id eſt, ab aſcenſione, vſque ad iudiciū moratur. Interim omnes virgines, id eſt, Chriſtiani, tam fatui, quam prudētes dormitant, & dormiunt, hoc eſt,

D mortē obeūt. Tandem fiet clamor, & clangor tubæ vocentis mortuos: *Ecce ſponſus*, ſiue iudex *venit, prodite obuiā, venite ad iudicium.* Surgent omnes virgines, id eſt, Chriſtiani omnes reſurgent prudentes, animas habētes oleo ornatas bonorū operum, caritatiſque igne fulgentes, obuiā prodibunt ſpōſo: fatui oleum ſibi deeſſe tūc ſerò animaduertent. Perierūt fatuæ virgines oleum a prudentibus, ſed nō impetra-

E runt; quia vt ſuprà dictum eſt, in iudicio nō poterūt iuſti ſua opera impijs impertiri. Cū oleo ſe carere viderēt, ad vēdētes abiere, vt emerēt oleū, ſed nihil iter, & conatus, & inquiſitio profuit, qa nullus conatus, nulla inquiſitio, nulla diligentia proderit in iudicio impijs, oleū inuenire nullo modo poterūt, vel operū bonorū, vel miſericordię diuinę. Reuerſę fores pulſarūt, ſed repulſę a ſpōſo audierūt: *Neſcio vos*, qa impro-

Impij quomodo ad ianuã reuertentur.

improbi Chriſtiani in iudicio, veluti reuerti volent, per inutilem, & falſam pœnitentiam, ſed repellentur, & reprobati audient horrendum, *Neſcio vos.* Matth. 7. *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus. Et tũc confitebor illis, quia numquam noui vos,* &c. & Lucæ 13. *Cum intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium dicentes, Domine aperi nobis: & reſpondens dicet vobis, neſcio vnde ſcitis,* &c.

Explanatio Chryſoſtomi, & Gregorij.

Chryſoſ. Theophyl. & Euthymius, de Virginibus, quæ propriè Virgines ſunt parabolam exponũt, vt ſupra dixi. Gregor. quoque poteſt illis accommodari; ideo in feſtis Virginum hoc recitatur Euangelium, ſic commodè poterit aptari.

Verè virginibus aptatur Euangelium.

Bonæ, & prudentes virgines, ſemper ſponſum ſuũ Chriſtũ expectãt, illum ſolùm intuentur, illi ſe parãt, illi ſe comũt: lampades ſuas, id eſt, animas omniũ virtutum decore ornant, maximè verò caritatis igne quem vt nutriant multũ olei comparãt, id eſt, bonorũ operũ mortificationis, pœnitentiæ, orationis, eleemoſynarum, & ſimilium. Fatuæ virgines parum aſſumunt olei, neque mortificationẽ carnis, & pœnitentiã curant, neque orationem, & rerum æternarum conſiderationem, ideoq; lampades earum extinguuntur. Dormient, id eſt, morientur. Aderit ſponſus, tunc lãpades cernent extinctas, quamobrem repellentur, &c.

Matth. 25. Parabola hæc omnib. accommodatur, & de operibus miſericordiæ parabola exponitur.

Quoniam Chriſtus, vt diximus ſupra, in iudicio, ait ſe dicturum Chriſtianis iuſtis, *Venite benedicti, poſſidete regnũ. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me,* &c. Improbis verò Chriſtianis: *Diſcedite à me maledicti, eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare,* &c. Probabile mihi eſt, de his operib. miſericordiæ, quæ oleo ſignificari perſpicuum eſt omnibus, parabolam hanc exponendam, ita vt idem ſignificet hæc parabola, quod ſignificant verba Chriſti, quæ eodẽ capite Matth. 25. continentur, in quo eſt parabola. Ait Chriſtus ſe damnaturũ Chriſtianos, quòd opera miſericordiæ non fecerint; in æternã verò gloriam recepturum eos, qui ea exercuerint: quę verbis dicit, parabola exponit. Quid aliud oleum ſignificat, quàm miſericordiam? tota parabola verſatur in oleo. Quia oleum habuerunt virgines prudentes, recipiũtur ad nuptias, quia oleum non habuerunt ſtultæ, excluduntur. Similes ergo erunt in iudicio Chriſtiani virginibus, partim prudẽtibus, partim ſtultis. Prudentes parãt olei multũ, id eſt, miſericordiæ, tam in lucernis, quàm in vaſis, multa miſericordiæ opera præſtant. Fatui, parũ olei, id eſt, miſericordiæ lucernæ infundent, eleemoſynas non curant. Dormient, morientur, tunc intelligẽt quãti pretij ſint eleemoſynæ. Veniet ſponſus, & iudex, dicet prudentibus virginibus, id eſt, Chriſtianis, *Venite benedicti Patris mei, percipite regnũ. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere,* &c. Quid hoc eſt aliud, quàm, venite, introite ad nuptias virgines prudentes, quia accepiſtis oleũ in vaſis veſtris, cum lampadibus, accepiſtis oleum miſericordiæ, eleemoſynas feciſtis multas. Fatuis verò virginibus, id eſt, Chriſtianis dicet, *Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare,* &c. Quod quidem idem eſt, ac ſi dicat: Abite virgines fatuæ, neſcio vos, quia oleum, id eſt, miſericordiæ opera nõ habetis. Intellige tamen dãnari homines, quę eleemoſynas non fecerint, tunc cũ ex præcepto illas debent largiri. D. Chryſoſt. Euthy. & Theophyl. Oleum putant ſignificare miſericordiæ opera, ſed virgines non pro omnib. Chriſtianis accipiũt, ſed pro ſolis virginibus, quas propriè virgines appellamus. Fatuas putant repelli ab ſponſo, quia oleum non habent, id eſt, opera miſericordiæ, prudentes recipi, quia habent.

Homines dãnantur, quod eleemoſynas nõ fecerint, quando ex pcepto eas facere tenentur.

Alius ſenſus.

Auctor imperfecti illud, *dormitauerunt & dormierunt,* non ita exponit, vt mortem ſomnus indicet, ſed negligẽtiam. Si non de morte, ſed de negligentia verba hæc explicentur, poterit eſſe parabolæ ſenſus aliquo modo diuerſus ab alijs, in hunc modum: ſimiles ſunt Chriſtiani virginibus fatuis, & prudentibus. Prudentes oleũ; id eſt, opera parant, fatui minimè.

A Moram faciente iudice, *dormitauerunt omnes Virgines, & dormierunt*, hoc eſt, quia moram facit Dominus, neq; ad iudicium ſtatim venit, Chriſtiani fatui, hoc eſt, negligentes fiunt. Obijcitur. Prudentes non fiunt negligentes, eſt ergo falſa interpretatio. Reſpondetur diuerſo modo fieri negligentes prudentes, & ſtultos.

Negligẽtia Chriſtianorum ſomno ſimilis.

Nam prudentes negligentes fiunt, in peccatis aliquibus venialibus, & in B feruore ſpiritus, quia ſi mortem & Chriſtum iudicem mox adfuturum ſcirent, cautiores eſſent, ardentiuſq; Deo ſeruirent. Fatui negligentes fiũt in mortiferis criminibus, quia iudex moratur, vt ſeruus ille qui Matth. 24. ait; *Moram facit Dominus meus venire, & cœpit percutere conſeruos, & comeſſationibus, compotationibuſque indulgere*, de illo diximus cap. 12 hoc ſignificare poſſunt duo verba illa, *dormitauerunt*, & *dormierunt*. C Nam verbum, *dormitauerunt*, refertur ad virgines prudentes, verbum, *dormierunt*, ad fatuas. Omnes dormitauerunt, & dormierunt, hoc eſt, omnes partim dormitauerunt, ſcilicet prudentes, partim dormierunt, ſcilicet, ſtultæ. Dormitaſſe autem dicuntur prudentes propter veniales negligentias, quę ſimiles ſunt dormitationi: fatuæ dicuntur graui dormiuiſſe ſomno, propter graues negligentias, D criminum, quæ graui ſomno ſimiles ſunt. Abulenſis Matth. 25. quæſt. 15. Veriſimilius (inquit) eſt, quòd prudentes virgines dormitabant, & non dormiebant; fatuæ autem dormiebant. *Omnes* tenetur collectiuè, eſt ſenſus, quod ſub illo ſigno omne, includuntur, illę quæ dormitabant, & quæ dormiebãt, & omnibus competit hoc, quia nulla illarum virginum erat, cui non competeret aliquid horum, id eſt, dormitare, aut dormire. Sic ille. E *Media autem nocte*, hoc eſt, cum minimè expectaretur mors, repente *clamor factus eſt, ecce ſponſus, & iudex venit, exite obuiam ei, &c.* Clamor hic ſignificat mortis ſigna, quæ clamant propè eſſe mortem, ac proinde iudicem mox affuturum, exituramque animam ex corpore obuiã illi, vt rationem reddat vitæ totius. *Tunc* audito clamore indicante mortem, *ſurrexerunt omnes virgines*, hoc eſt, A tàm fatui, quàm prudentes Chriſtiani excitantur à ſomno negligentiæ, vel leuis, vel grauis.

Dormitatio eſt negligentia minor in venialib. peccatis.

Quò prudẽtes dormitauerint, ſtultę dormierunt.

Nam mortis timor homines etiam improbos excitat ad pœnitentiam. Fatui in morte animaduertũt ſe oleo, & igne, id eſt, operibus, & caritate carere. Petunt à prudentibus, prudentes ad vendentes illos mittunt, id eſt, ad ſacerdotes, vt interpretatur Auctor imperfecti. *Ite ad vendentes* ſacer- B dotes, qui oleum abſolutionis peccatorum, & gratiæ, modico pretio vendunt, videlicet, contritione, confeſſione, & ſatisfactione, *& emite vobis*. Emite (aiunt) quoniam ſacerdotes non poſſunt quibuſcumque etiam imparatis, abſolutionem peccatorum donare. Vendere quodammodo dicuntur, non pecunia, ſed dolore, confeſſione, &c. Card. Caietanus: Confeſſores [inquit] non poſſunt donare, ſed C vendere oleum. Nam quaſi vendere eſt, exigere veram pœnitentiam, pro pretio olei, &c. Fiunt ad ſacerdotes fatui, ſed imparati abſq; dolore, & abſque propoſito vero peccata fugiendi; ideoque a nuptijs excluduntur. Prudentes verò, qui oleum habent recipiuntur. Nam fatui, qui prudentiam, vel in extremo ſpiritu non comparant, in pœnitentia etiam agenda fatui ſunt; ſinceram & veram pœniten- D tiam non agunt, & fatuè pereunt. Auctorem imperfecti cautè lege, & Caietanum de ſera pęnitentia in morali dicemus.

Cõfeſſio peccatorũ tollit peccata.

Confeſſores nõ poſſunt oleum donare, ſed vendere.

Pœnitentia falſa fatuorum.

CAPVT XVIII.

De parabola decem Virginum.

Morale.

E TRibus de rebus agemus, in primis de cœlorum regno, quod virginibus dicitur eſſe ſimile: Deinde de habitatoribus huius regni, poſtea de prudentia quorundam, aliorum verò imprudentia. Quodnam eſt hoc cœlorum regnum, quod Dominus ſimile ait eſſe virginibus prudentibus, atque fatuis? Numquid in regno cœlorum fatuitas reperitur? Eccleſia eſt hoc cœlorum.

Quod nam hoc ſit cœlorum regnũ.

lorum regnum, vt iam ſupra diximus. Quia verò ea non iuſtos ſolùm, ſed im probos quoque complectitur; ideò fatuis virginibus, & prudentibus ſimilis perhibetur. In Eccleſiam triumphantem nulli ingrediuntur imprudentes, in Eccleſia militante verſantur multi. Meritò autem Eccleſia regnum cœlorum nuncupatur, multiplici quidem de cauſa. Primò, quia excelſa eſt, vt cœli. Secundò, quia ampla. Tertiò, quia ſplendida. Quartò, quia Dei ſedes. Quintò, quia vt cęli in terras influunt, ſic illa vniuerſum influit orbem.

Eccleſia cũ regno cęlorum cõfertur.

Excelſa eſt propter fidem. Quid enim excelſius fidei Chriſtianæ myſterijs? Quemadmodum cœlum digito tangere nemo valet, etiam ſi maximus gigas ſit, ita Chriſtianæ fidei myſteria, nemo poteſt intellectu pene trare, quamuis ingenio ſit acutiſſimo. Acutiſſimum enim, celſumque ingenium, obtuſum, aut puſillum eſt, ſi cũ fidei myſterijs, Deique vijs, & cogitationibus confeatur, vt D. Cyrillus docet ex Iſaia lib. 1. in Geneſ. Quod humanũ [inquit] ingenium exile ſit, vel potiùs nullum penitus, Dei comparatione, ipſe Deus declarat cùm dicit Iſai. 55. *Sicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltata ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, &c.* Adde fidei, caritatis, reliquarumque virtutum, quæ in Eccleſia fulgẽt, celſitudinem, & videbis quàm ſit excelſum regnum.

Eccleſia excelſa, & ampliſſima vt cęlum.

Secundò regnum cęlorum eſt Eccleſia, quia magna, ampliſſimáque eſt cœlorum inſtar. Etenim quemadmodum cœli totam terram complectuntur, ſic Eccleſia. Vnde Catholica dici tur, vt Auguſt. docet epiſt. 170. ad Seuerinum, καθολικὴ (inquit) *Catholica*, Græcè appellatur Eccleſia, quòd per totum terrarum orbem diffunditur. Hinc illud D. Leonis ſer. 1. de ſanctis Petro, & Paulo, & de Roma loquentis: *Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens ſancta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis & regia, per ſacram beati Petri ſedem, caput orbis effecta, latiùs præſideres religione diuina, quã dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs,*

Eccleſia eſt Catholica, id eſt, vniuerſalis per totum orbẽ diffuſa.

A ius imperij tui terra, mariq; protuleris, minus tamẽ eſt quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod pax Chriſtiana ſubiecit, &c. Item illud D. Proſperi in lib. de ingratis.

Sedes Roma Petri, quę paſtoralis honoris.
Facta caput mundo, quidquid non poſſides armis,
Religione tenet, &c.

Pſal. 2. *Dabo tibi gentes hęreditatẽ tuã, & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ, &c.* Pollicetᷓ

B Pater Filio regnũ Eccleſię, per totũ orbem diffundendum. Ierem. 3. *Congregabuntur ad eam*, i. Eccleſiã, *omnes gentes, & nõ ambulabunt poſt prauitatẽ cordis ſui, &c.* Pſal. 86. *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic*, i. in Eccleſia, &c. Iſai. 60. *Ponam te in ſuperbiã ſeculorũ, gaudiũ in generationẽ, & generationẽ, & ſuges lac gentiũ, & mammilla Regũ lactaberis, &c.* Item: *gens & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit, &c.* Deniq; D.

De Eccleſia amplitudine vaticinia.

C Bernard ſer. 27. in Cant. Eſt (inquit) Eccleſia in ſua vniuerſitate ingens quoddam cœlum, extentum à mari, vſque ad mare, Pſal. 71. *& à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. &c.*

Tertiò dicitur regnum cœlorum, quia ſplendida eſt, ſicut cœli, fulget in ea caritas inſtar Solis, fulget fides inſtar Lunæ, fulgent virtutes reliquæ, inſtar aſtrorum. Quamobrem Apoca. 12. *Mulier dicitur amicta Sole, & Luna*

Eccleſia ſplẽdida vt cœlum.

D *ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Nam Dei caritate, ſplẽdidiſſimo veluti amictu, induitur, fidẽ veluti Lunam ſub pedibus habet, quoniam à fide illius ducuntur pedes, iuxta illud Pſalm. 118 *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis, &c.* Coronam ſtellarum in capite geſtat, quia aliarum multarum virtutum corona eſt exornata. Neque verò ſolùm virtutibus ſplendet in Chriſtianis, ve

E rum etiam fulget magna dignitate, ac poteſtate in Pontificibus, ac Regibus. Fecit enim in ea Deus. vt legitur Geneſ. 1. *duo luminaria magna*, hoc eſt, Pontificalem auctoritatem, & regalem poteſtatem, luminare vnũ maius, vt præſit diei, hæc eſt Pontificalis auctoritas; alterum, vt præſit nocti, hæc eſt regalis poteſtas. Hic illud Innocentij 3. Summi Pontificis, ad Conſtantinopolitanum Imperatorem ſcribentis, li. 1.

Duo luminaria magna in Eccleſia, Pontificalis auctoritas, & regalis poteſtas.

A Decretalium, tit. 33 cap. ſolitæ. *Ad firmamentum* [inquit) *cœli*, id eſt, *vniuerſalis Eccleſia, fecit Deus duo luminaria magna*, id eſt, *duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis auctoritas, & Regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus*, id eſt, *ſpiritualibus maior eſt, quæ verò carnalib. minor. Vt quanta eſt inter Solem, & Lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoſcatur*, &c. Adde his ſummũ ſplẽdorẽ, quẽ inde comparat, quòd Regẽ

Eccleſia eſt Chriſti regnum.

B habeat in cœlo, ac moderatorẽ Chriſtum Deum verũ. Huius enim Regis regnum, Eccleſia eſt. Regnum illa dicitur; ergo alicuius Regis regnũ eſt. Cuius nã? Certè Chriſti. Cùm verò Chriſtus cœlorum Rex ſit, dicitur Eccleſia eius regnum, regnum cœlorũ, id eſt, regnũ, cuius Rex eſt cœleſtis. His adde miraculorũ fulgorẽ, quæ in Eccleſia innumera facta ſunt. Deniq; adeò ſplendida in terris eſt Eccleſia, C vt ſplendorẽ toti mundo afferat, iuxta illud Iſaiæ 60. *Super te orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui*, &c. Omnes gentes, quæ in lumine Eccleſiæ nõ ambulãt, in tenebris ambulant, omnes Reges, & homines reliqui, quos Eccleſiæ ſplẽdor non illuminat, in caligine verſantur. Ideò D. Paulus eos, qui extra Eccleſiam ſunt, tenebras vocat; eos verò, quos illa continet appellat filios lu- D cis, imò, & lucem: *Fratres* [inquit] *aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate*, &c. Filij lucis dici poſſunt quoquo modo, propter ſplẽdorẽ, quẽ fides intellectui affert, ij qui carent caritate. Alij vero, qui cũ fidei ſplendore, caritatis, virtutumque reliquarum lucem copulauere, filij lucis; & lux propriè dicuntur, à ſummo caritatis fulgore.

Chriſtiani filij lucis ſunt.

E Quartò dicit regnum cçlorũ Eccleſia, quia Dei ſedes eſt, inſtar cœlorũ: habitare dicitur Deus in cçlis; ſic habitare dicit in Eccleſia, ſedes Dei eſt cœlum, Iſaiæ 66. *Cœlum* [inquit] *ſedes mea*, &c. Sedes etiam Dei eſt Eccleſia. Auguſt. Pſal. 88. Sedes Domini ſũt ij, quib. dominatur, in quibus, ſedet, in quibus regnat, &c. Ieremiæ 3. *Vocabunt Ieruſalem*, id eſt, Eccleſiam, *ſolium Domini*, &c. Pſal. 88. *Thronus* [ait A Deus] *eius* [ſcilicet Chriſti] *ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum*, &c. Thronus Chriſti Eccleſia eſt, Soli fulgenti ſimilis propter eximium fulgorem, ſimilis quoque Lunæ perfectæ, hoc eſt, plenæ. In hoc *Sole poſuit Deus tabernaculum ſuum*. Pſal. 18. habitat enim in Eccleſia Chriſtus, tùm quoad diuinitatem, tùm quoad humanitatem in auguſtiſſima Euchariſtia.

Eccleſia eſt ſedes & thronus Dei, vt cœlum.

B Quintò dicitur Eccleſia regnum cœlorum, quia vt cœlũ, ſic illa in terras immittit influxus ſalutiferos. Immittit enim in terras fidei doctrinã, Dei verbum, Sacramenta, virtutes, quibus ſalutarius nihil inueniri poteſt Huic regno cçlorum illud congruit Pſalm. 88. *Miſericordia ædificabitur in cçlis, præparabitur veritas tua in eis*, &c. in cçlis enim Eccleſiæ, miſericordia Dei ædificata, & cõſtructa eſt Ve C ritasque Dei, cui falſitas ineſſe nulla poteſt, præparata, atque conſtituta, & firmata Ex Eccleſia verò, tum miſericordia, tùm veritas in totũ fluit terrarum orbem. D. Hieron. vertit, *Sempiterna miſericordia ędificabitur, cœlos fundabis, veritas tua in eis*, &c. Sempiterna miſericordia in Eccleſia ędificata eſt. Cœlos, id eſt, cœlorũ regnum Eccleſiam, in terra fundauit Deus. Veritas illius ſumma, id eſt, fides veriſſima, in D Eccleſiæ cœlis eſt, ab ijs verò cœlis, in orbem terrarum emittitur.

Eccleſia vt cœlũ in terras influit.

Sexto dicitur regnum cœlorũ Eccleſia, quia non eſt inuiſibilis, vt volunt hæretici, ſed conſpicua omnibus, quemadmodum cœli. Quamobrẽ D. Auguſt. illud. Pſal. 18. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, de Eccleſia interpretatur his verbis; *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, in manifeſtatione Eccleſiam ſuam, non in occulto, non quæ E lateat, &c. Item: Poſuit in Sole, id eſt, in manifeſtatione, tabernaculũ ſuũ, id eſt, ſanctam Eccleſiam ſuam, &c.

Eccleſia eſt viſibilis.

Adhæc, poteſt Eccleſia appellari regnum cçlorum, quia regnum Chriſti eſt, multos in ſe habens cçlos, hoc eſt, viros virtute præclaros, cçlis ſimiles. D Bernard ſerm. 27. in Cant. Eccleſia (inquit) habet cçlos ſuos, homines ſpirituales, vita, & opinione conſpicuos, fide puros, ſpe firmos, latos caritate,

con-

Digitized by Google

Cæli ſunt viri ſpiritales, virtute preclari. Cçlum ſancta anima.

A contẽplatione ſuſpenſos. Et hi pluunt pluuiam verbi ſalutarem, tonant increpationibus, coruſcant miraculis, hi enarrant gloriam Dei, &c. Itẽ; eſt (inquit) cœlum ſancta aliqua anima, habens Solem intellectum, Lunam fidem, aſtra virtutes, &c. Cùm igitur Eccleſia multas huiuſmodi animas habeat, in quibus regnat Chriſtus, meritò regnum cęlorum nũcupatur. Lege quæ diximus tom. 1. de regno Chriſti lib. 2. c. 13. & de Ciuitate, quã **B** extruxit, c. 6. de regni huius habitatoribus iam dicamus.

De habitatorib. regni cœlorum, id eſt, Eccleſia.

Oportuerat ſanè oẽs huius regni habitatores eſſe cęleſtes, imò cęlos. Regnum. n. cęlorum cęleſtes flagitat incolas. Verum non tanta eſt humana fęlicitas, vt omnes Chriſtiani cęleſtes euadant; quamobrem ſimile dicitur regnum cęlorum virginibus, partim prudentibus, partim fatuis, partim cę- **C** leſtibus, partim terrenis. Omnes quidem regni incolæ virgines ſunt fide, quia neque idolorum cultu, neq; hęreſi violati ſunt. Eſt enim [vt ſupra diximus ex Auguſtino] carnis virginitas corpus intactum, eſt cordis quędã virginitas, fides incorrupta, & D. Hieronym. Iſai. 37. Ideo [inquit] virgo Ieruſalem appellatur, & filia, quia cunctis gentibus ſimulachra adorãtibus, hæc ſola conſeruet caſtitatẽ religionis, & **D** vnius diuinitatis cultũ, &c. Ideò quoque virgines appellantur Eccleſię incolæ, quoniam cum cæteri mundi incolæ, vel idolorum cultu, vel hæreſibus, & erroribus varijs corrupti ſint, ipſi integram ſeruant religionis, ac fidei virginitatem. Aduertendum verò integritatem fidei, dici virginitatem, quia maxima indiget cuſtodia, inter corruptores, i. hæreticos, vt integrè ſeruetẽ, quemadmodũ virgo inter **E** procos. Hanc ob rẽ vigilant Eccleſiæ paſtores, inquiſitores ſacri, & doctores, ne imperitorum mens, prauo aliquo dogmate corrumpatur. *Filię ſibi ſunt* (ait Eccleſ cap. 7.) *ſerua corpus earum, &c.*

Virginitas fides, & religionis.

Virginitas fides ab hæreticis corrumpitur.

Virgines multas filias habent paſtores, prudentes, & fatuas, diligenter ſeruent mentes earum, ne hęreſi violentur, zelotypi ſint, æmulentur eas Dei æmulatione, hoc eſt, zelo Dei

A complectantẽ, Chriſtoq; exhibeant fide caſtos: iuxta illud Pauli 2. Cor. 11. *Æmulor vos Dei ęmulatione, deſpõdi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto, &c.* Eodem loco ſubijcit Apoſtolus: *Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus noſtri, & excidant à ſimplicitate, quę eſt in Chriſto, &c.* Zelotyp⁹ erat, Corinthios veluti virgines zelotypia quadam diuina proſequebatẽ; timebat ne à Pſeu- **B** doapoſtolis corrumperentur eorum mentes. *Timeo* [inquit] *ne corrumpantur ſenſus mentis noſtrę*, ſenſus enim mentis falſa doctrina corrumpuntur.

2. Cor. 11. Paſtor ſit ardens zelo Dei.

Non habetur ſermo in parabola de virginibus, quas violauit ſerpens, fidemque abſtulit, id eſt, de hæreticis, ſed de ijs, qui fidei ſeruant puritatem. Vtinam vt fidei integritatem omnes ſeruant; ita cum illa carita- **C** tem, operaque copularent. Hoc quia multi Chriſtiani non faciunt, virgines quidem ſunt, quia fidem habent inuiolatam; ſed fatuæ, quia operibus, & caritate carent. Itaque virgines habet Eccleſia prudentes, & fatuas; quia non iuſtos ſolùm, ſed improbos etiam Chriſtianos caritate carentes complectitur.

De hæreticis in Euangelio nõ ſit mentio.

Quemadmodum ſagena in mare iniecta bonos, maloſque piſces, ita Ec- **D** cleſia bonos, maloſque recipit Chriſtianos. Siquidem, vt Dominus ait Matth. 13. *Similis eſt ſagenę miſſę in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.* Quales piſces ſint æquor occultat, littus aperit, quales ſint Chriſtiani obtegit mundus, iudicium reteget. Quemadmodum in area tritico permixtæ ſunt paleæ; ſic in Eccleſia permixti ſunt bonis mali.

In borreum cœleſte triticum inferetur, pa- **E** *lea igne comburentur inextinguibili*, vt Baptiſta ait Matth. 3. In agro ſimul paſcuntur oues; atque hœdi, in Eccleſia ſimul verſantur probi, atque improbi. At in iudicio, vt ait Dominus Matth. 25. ab ouibus hœdi ſegregabuntur. Creſcunt zizania ſimul cum tritico Matth. 13. ſed vſque ad meſſem tantũ: creſcunt impij cũ pijs ſimul, ſed vſq; ad iudicium ſolũmodò. Munda, immundaque ani-

Eccleſia malos, & bonos contĩnet Chriſtianos.

inalia

Digitized by Google

malia continuit Area Noe, ſed interim dum durauit diluuium; ſic criminibus inquinatos, virtutiſque munditia, præclaros incolas continet Eccleſia, interim dum ſæculum hoc durat turbulentum. Permixti ſunt duarum ciuitatum ciues Ieruſalem, & Babylonis; extrema die penitus diuidentur. Perplexæ ſunt iſtæ duæ ciuitates in hoc ſæculo (ait Auguſt. lib. 1. de Ciuitate cap. 35.) inuicemque permixtæ, donec vltimo iudicio dirimantur, &c. A B

In cælo, ſolum ſunt boni, in inferno, ſolū mali, in terra mali & boni.

D. Gregor.

Tria ſunt hominum loca: locus ſupremus cœlum eſt, terra medius, Orcus infimus. In ſupremo loco, boni tantummodò ſunt, in infimo tantummodò mali; in medio, videlicet in terra, tùm boni, tùm mali. Ex medio boni in ſupremum aſcendunt; mali in infimum deſcendunt. Quouſque hic viuimus (ait Greg. ho. 38. in Euang.) neceſſe eſt, vt vitam præſentis ſæculi, C permixti peragamus, tunc autem diſcernimur, cùm peruenerimus. Boni enim ſoli, nuſquam ſunt, niſi in cęlo, & mali ſoli, nuſquam ſunt niſi in inferno; hæc autem vita, quæ inter cœlum, & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtramque partium ciues communiter recipit, &c. Cur autem bonis permixti ſint mali, rationem hanc reddit idem ſanctiſſimus Pontifex, lib. 31. Moral. cap. 12. D Hoc (ait) tempore coniuncta vtraque pars ſibi neceſſariò congruit, vt & mali mutentur per exempla bonorum, & boni purgentur per tormenta malorum, &c. Qui improbus eſt, proborum reſpiciat exempla, velut ſpecula, mutetque mores, qui probus eſt, improborum ferat moleſtias, & inſectationes, & purgetur. Vt enim ait idem ſanctiſſimus Pontifex hom. 38. in Euangel. Ferrum animæ noſtræ, nequaquam perducitur ad ſubtilitatem acuminis, ſi hoc non eraſerit alienæ lima prauitatis, &c. E

Cur mali boni ſint permixti.

Sunt itaque regni cęlorum, id eſt, Eccleſiæ habitatores omnes virgines, id eſt, fide præditi, ſed alij boni, alij mali bonis permixti. Reliquum eſt, vt de bonorum prudentia verba faciamus, malorumque imprudentia.

Eccleſiæ habitatores ſunt uirgines.

A Quāuis boni malis permixti ſint loco, diuiſi tamen maximè ſunt morib. prudentia, & affectibus, locus idem eſt, eadem eſt Eccleſia, mores, prudētia, & affectus, longe diuerſi. Auguſt. Pſal. 8. Agitur (inquit) nunc vt non loco, ſed affectu interim ſeparentur boni à malis, quamuis ſimul in Eccleſijs, quantùm attinet ad corporalem præſentiam conuerſentur, &c. Virgines decem coniunctæ erant loco, non B tamē moribus, prudentia, & affectu. Erant enim quædam fatuæ, aliæ prudentes. Sic Chriſtiani, eadem continentur Eccleſia, ſed quidam prudentes ſunt, ij ſcilicet, qui animi ſaluti operam nauant; alij imprudētes, qui animi ſalutem minimè curantes, corporum mancipia fiunt.

Boni à malis diuiſi ſūt morib.

Videamus cur ex virginibus, quędam fatuæ, aliæ prudentes dicantur. Cauſa eſt, qui ad ſponſi aduentum C quædam lampades præparant, aliæ minimè. Illæ prudentes, hę, fatuæ nominantur. Oſtendunt facto ſuo, illos prudentes eſſe, qui in mortem, aduētumque iudicis, bene ſeſe parant: Illos verò imprudentes, qui de præparatione hac non ſunt ſolliciti. Prudentiæ enim eſt, ea quæ ſunt ad finem cōſequendum neceſſaria pręparare. Imprudentię, & fatuitatis, præparationē negligere. Opponet quiſpiam verba D illa Domini, Lucæ 16. *Filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt, &c.* Filij ſęculi virginibus fatuis ſignificantur, ergo fatui ſunt. Quo igitur modo à Chriſto prudentiores dicuntur filijs lucis, id eſt, ipſis virginibus prudentibus? Antequam reſpondeamus, audiendus eſt D. Thomas de triplici prudentia loquens 2. 2. quęſ. 47. arti. 13. Eſt [inquit] quædam prudentia falſa, vel per ſimilitudinem E dicta. Cùm enim prudens ſit, qui benè diſponit ea quæ ſunt agenda, propter aliquem bonum finem; ille qui propter malum finem, aliqua diſponit congruentia illi fini, habet falſam prudentiam, in quantùm illud quod accipit pro fine non eſt bonum, ſed ſecundùm ſimilitudinem. Sicut dicitur aliquis bonus latro: hoc enim modo poteſt ſecundùm ſimilitudinem dici prudens latro, qui conuenientes vias adin-

Cur virgines quadā dicantur prudentes, alia fatua.

Triplex prudentia eſt una falſa, altera imperfecta, tertia vera & perfecta.

adinuenit ad latrocinandum. Secunda autem prudentia, eſt quidem vera, quia inuenit vias accommodas ad finem verè bonum, ſed eſt imperfecta duplici ratione. Vno modo, quia illud bonum, quod accipit pro fine, non eſt communis finis totius humanę vitę, ſed alicuius ſpecialis negotij, vt cùm aliquis inuenit vias accommodas ad negotiandum, vel ad nauigandum, dicitur prudens negotiator, vel nauta. Alio modò quia deficit in principali actu prudentię, vt cùm aliquis rectè conſiliatur, & benè iudicat etiam de ijs, quæ pertinent ad totam vitam; ſed non efficaciter præcipit. Tertia autem prudentia eſt vera, & perfecta, quę ad bonum finem totius vitę, rectè cõſiliatur, iudicat, & pręcipit, & hęc ſola dicitur prudentia ſimpliciter, quæ in peccatoribus eſſe non poteſt. Hactenus Angelicus doctor.

Filij huius ſæculi quã prudentiã habeant.

Eo audito reſpondemus, filios huius ſęculi, virginibus fatuis ſignificatos eſſe, quia verè ſunt imprudentes: carent enim tertia prudentia, quę vera eſt, atque perfecta, quęque ad bonũ finem totius vitę, ſcilicet ad Deũ, & cœleſtem beatitudinem, apta, & neceſſaria media reperit, eaque exequenda pręcipit efficaciter. Prudentiam falſam habere poſſunt, diſponere namque valent propter malum finem, media aliqua congruentia, quibus illum adipiſcantur. Hoc modo prudens fuit villicus Luc. 16. Sunt etiam prudentes latrones, prudentes auari, prudentes ambitioſi, & ſimiles alij, iuxta illud Ierem. 4. *Stultus populus meus me non cognouit, filij inſipientes ſunt, & vecordes, ſapientes ſunt, vt faciant mala, benè autem facere neſcierunt, &c.* Poſſunt etiam prudentiam habere ſecundi generis, circa peculiares aliquos fines conſequendos, peculiariaque vitę negotia. Poſſunt enim eſſe prudentes negotiatores, prudentes nauarchi, prudentes iudices, ſimiliaque alia officia prudenter gerere hoc genere prudentię. Poſſunt pręterea prudentiam habere circa finem totius vitę, ſed inefficacem. Nouerũt enim filij huius ſęculi, media ad finẽ vltimum conſequendum neceſſaria; A at illorum prudentia inefficaciter præcipit executionem mediorũ, id eo finem non aſſequuntur.

Cur filij ſæculi dicantur prudentiores filijs lucis.

Itaque prudentiores dicuntur filij huius ſæculi filijs lucis, quia per prudentiam falſam, ad malos fines conſequendos, media idonea inueniunt, eaque diligenter exequuntur; filij verò lucis ieiunium, mortificationẽ, orationem, eleemoſynam, aliàque ſimilia media, maximè accommodata ad B finem ſuum, non auidè amplectũtur, mandantq. executioni.

Quo imprudentia modo virgines fatuę laborarint.

Si quæratr aliquis, quo imprudentię modo, virgines fatuę laborauerint reſpondebitur, laboraſſe illa imprudentia, quæ media ad finem adipiſcẽdum nota, non exequitur bene, & efficaciter: faciebant enim medium, ad aſſequendum finem, eſſe accenſas habere lampadas: idcòque ſumpſerunt lampades ſuas, hoc tamen medium C negligenter, & inefficaciter parauerunt; contra prudentes diligenter illud, & efficaciter executæ ſunt. Propter hanc imprudentiam Chriſtiani fine vltimo priuatur; quia media nouerunt, nota verò nec amplectuntur, nec efficaciter exequuntur. Nouerãt virgines fatuæ ſponſum venturum, nouerant, vt illi obuiam procederẽt, lucem eſſe neceſſariam, atque oleũ, quo lux foueretur, ne deficeret; tamẽ D negligenter lucem, oleumque pararunt, ideò nuptiali conuiuio ſunt priuatæ. Eundem in modum nouerunt imprudentes Chriſtiani, venturum Chriſtum iudicem, nouerunt vt illi occurrant, caritatis lucem omninò eſſe neceſſariam, operumq; bonorum oleum; at adeò negligenter hæc parant, vt abſque oleo, id eſt, bonis operibus, extinctaque caritate, iudici ſiſtantur, quamobrem à cœleſti epulo E excluduntur. Prudentes illi ſunt ad exequenda media quibus diuitias, honores, voluptateſque comparent, imprdentes ad illa paranda, quibus cœleſtem beatitudinem aſſequãtur. Multum viatici ad breuem quærunt viam peragendam, parum ad peragendam longiſſimam.

Poteſtnè quidquã eſſe imprudentius, quam ad breue iter quam plurimum viatici quærere; ad longiſſimũ,

pa-

A parum comparare? Quis non videt, quàm breuis vita hæc ſit? ad hoc iter breuiſſimum conficiendum, noctu, diuque cibum quæris: ad ea verò itinera, de quibus legitur Habacuc 3. *Incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius*, vel parum, vel nihil potiùs comparas? Nonne ſcis te victurũ in æternum? Quid igitur ad æternam vitam viatici fers? De vita breui omnis cura, de ęterna nulla: ò hominem

Viatici parum breui huius vitę itineri ſufficit.

B imprudentiſſimum illum, qui tam imprudenter ſibi prouidet. Si quis in oppidum iter faciens duobus, vel tribus diſtans milliaribus, iumenta plura onuſta ferat viatico; proficiſcens autem per loca deſerta, in locum aliquem quingentis milliaribus ſeparatum, neque pecuniam portet, neque cibariorum quidquam, nonne dicetur mente captus? Idipſum Chriſtianis contingit imprudentibus. Iter fa-

C ciunt in ſepulchrum paucis diſtans milliaribus, ſeque ipſos, & domos onerant viatico. Ad iter verò infinitorum milliarium, id eſt, ad æternitatem, nihil portant. *Omnis labor hominis in ore eius* [ait Salomon Eccleſ. 6.] *ſed anima eius non implebitur, &c.* hoc eſt, omnem laborem homo confert, in comparandos cibos, quos ore edat. Sed illius cupiditas non expletur. Qui omnem laborem in os, & cibum, corporiſq; via-

D ticum confert, quid quæſo laboris cõfert in viaticum animi? omnem laborem abſorbet corpus. Omnis labor hominis imprudentis, in ore eius: at omnis labor hominis prudentis in animo eius. Animo alendo multa prudens comparat, ori pauca, quia pauca illi ſatis eſſe intelligit. Audiamus quęſo magnum Gregorium homil. 32. in Euang. Incaſſum [inquit] multa portantur, cùm iuxta eſt, quò itur, &c.

Animo alẽdo multa prudens cõparat, corpori pauca.

E Item: Curſum ſuum quiſque conſideret, & agnoſcit ſibi poſſe ſufficere parua, quæ habet, &c. Iuxta eſt, quo itur, vt ait ſanctiſſimus Pontifex, id eſt, ſepulchrum, incaſſum igitur multa portantur, nempe diuitię, honores, voluptates, quę omnia hominem in morte deſerunt. Curſus vitę breuiſſimus eſt. Curſum ſuum quiſque ſepe conſideret, ſanè cognoſcet pauca breuiſſimo vitæ huius itineri ſatis eſſe,

A transferetque ſollicitudinem ad parandum viaticum, in æternitatem, & ad exornandam lampadem ſuam, vt ſponſo, & iudici obuiam procedat ornata, & inflammata lampade, non extincta.

Ornauerunt [inquit] virgines *lampades ſuas*. Ornantùr autem lampades, id eſt, animæ noſtræ, luce caritatis, & oleo bonorũ operũ. Etenĩ eximium ornamentum eſt caritas, operibus bo-

Lampades quomodo ornentur.

B nis exardeſcens: hoc ſi ornetur anima, ab ſponſo recipitur ad nuptias, hoc vno ſi careat, etſi reliqua omnia habeat, repudiatur. Non ſunt ornamenta animæ opes, non honores, nõ bombycinæ, aureęque veſtes; hæc omnia, etſi corpus ornare videantur animam ſæpè fœdant. Veſtis aurea, quæ animam exornat, mundus animæ nõ muliebris, ſed cęleſtis, caritas eſt bonis operibus veluti fulgentibus mar-

C garitis coruſcans Ornat corpus maximè pulchritudo; corpus namque pulchrum abſque ornatu, ornatum magis eſt, quàm corpus pulchritudine carens, omnibus licet margaritis, auro, ſericoque contectum. Eundem in modum ornat animam maximè caritas, cum operib. bonis, ſiquidem Deum diligens anima, ornata magis eſt omnib. mundi ornamentis carẽs, quàm illa, quæ caritatem non habet,

Caritas animam ornat.

D quamuis omnib. mundi operib. & honorib. ſit prædita. Nam animę pulchritudo caritas eſt, teſte Auguſtino trac. 9. in epiſt. Quantùm (inquit) in te creſcit amor, tantùm creſcit pulchritudo. Quia ipſa caritas eſt animæ pulchritudo, &c. Vis obuiam ſponſo prodire? orna lampadem, orna animam igne, & oleo, id eſt, caritate, & operibus bonis.

Pulchritudo animæ eſt caritas.

Hæc via eſt recta, qua obuiam pro-

E ceditur ſponſo, alias vias ſi adieris, illi minimè occurres. *Excellentiorem viã vobis demonſtro*; ait Paulus 1. Corinth. 12. Caritatem viam vocat excellentiorem, Græcè, *καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν*, id eſt, *viam ſecundùm excellentiam*. Eſt.n. caritas via excellẽtiſſima, omnes vias quæ in cœlum ducunt, traſcendens, omnes intra ſe habens. Hæc via ſola ducit in aſtra, vt Apoſtolus ſequenti cap. 13. oſtendit. *Si linguis* [inqui.] *ho-*

Via qua ad ſponſum itur caritas. 1. Cor. 12.

minum

Digitized by Google

minum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens: & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, caritatem autem non habuero nihil ſum. & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum; ita ut ardeam, caritatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt, &c. hac via prudentes virgines accenſis lampadib. ingreſſæ ſunt, ſponſumque inuenerunt; ab hac aberrarunt fatuæ, ſponſoque minimè occurrerunt.

Alieno exemplo, ac periculo cautiores eſſe diſcamus, ornemus lampades noſtras; ignem caritatis extingui ſinamus numquam. Vt verò nũquam extinguatur, oleo alatur. Alit oleum ignem lucernæ, alunt opera bona caritatem, alunt conciones, alunt ſanctæ lectiones, alunt bonæ cogitationes, & amoris diuini frequentes actus, alunt ſanctorum exempla, alunt denique mortis, æterni ſupplicij, æternæ gloriæ, vitæque Domini, paſſionis diuinæ conſiderationes. Hęc omnia velut oleum in lampadem, infundenda ſunt in animam, ne caritatis extinguatur ignis, dicamuſq; cum fatuis virginibus; *lampades noſtræ extinguuntur.* Cur extinguuntur veſtræ lãpades ò virgines fatuæ? Quia oleum non accepimus in vaſis cum lampadibus, quia bona opera non egimus, quia conciones non audiuimus, quia ſanctorũ exempla non legimus, quia diuini amoris actus non frequentauimus, quia diuinas cogitationes neglexímus, quia mortis non meminimus, quia æternum ignem ante oculos non propoſuimus, quia gloriæ perpetuæ gaudia, Chriſtique vitam, & paſſionem in memoriam non reuocauimus, defuit hoc oleum; heu, lampades noſtræ extinguuntur. Non ſunt autem extinctæ lampades prudentiũ, qui oleum hoc acceperunt in vaſis ſuis, hoc eſt in cordib. ſuis, & mente ſua, cum lampadib. Leuitic. 6. præcipit Dominus; *Ignis in altari meo ſemper ardebit, &c.* Item: *ignis eſt iſte perpetuus, qui numquam deficiet in altari, &c.* Sic etiam nobis præcipit: caritatis ignis in corde veſtro, quod eſt altare meũ, ſemper ardebit, numquam extinguetur. Ignis iſte perpetuus, qui numquam deficiet in corde. Quid remedij, vt ſemper ignis ardeat in altari? Addit Dominus remedium eodem loco: *Quem*, id eſt, ignem, *nutriet ſacerdos ſubiciens ligna mane, per ſingulos dies, &c.* hoc quoque remedium adhibendum eſt, vt ſit ignis caritatis in corde perpetuus, ſubijciēda ſunt ligna igni, infundendum oleum lampadi. Ligna enim idem ſignificant, quod oleum.

Ignis caritatis quo oleo alatur

Ignis in altari Dei ſẽper ardere debet, & quid hoc ſit.

Virgines prudentes ſibi egregiè prouiderunt, *ſumpſerunt olei multùm in vaſis, cum lampadibus*, ſic oportet Chriſtianum ſibi largiter prouidere; bonorumque operum, & meditationũ, magnam copiam comparare. Copioſè prouidere conſueuerant Iſraelitæ altari, quo tempore ſtabat. Vt enim ligna ſuppeterent, feſtiuitatem inſtituerunt, quæ xylophoria, hoc eſt, *lignorum comportatio* appellabatur, de qua, & igne ſacro egimus tomo ſecundo, libro tertio, capite trigeſimo tertio. Grandem lignorum materiam mos erat omnib. [vt Ioſephus ibi citatus ait] in hac feſtiuitate in templum conuehere, ne igni deficeret pabulum. Prouideamus nos quoque altari noſtro, id eſt, cordi, xylophoria faciamus cœleſtis ignis, id eſt, caritatis nutrimenta, cogitando, legendo, audiendo, operando, vndique comportemus. Caueat quiſque ne xylophoriam, id eſt, lignorum comportationem faciat, quibus Tartarea flamma nutriatur in ſempiternum; ea autem ligna peccata ſunt, ijs ita flamma illa alitur, vt numquam deficiat, quia numquam ligna deficiunt.

Oportet Chriſtianũ de oleo ſibi largiter prouidere.

Feſtũ xylophoriorũ Iudæi inſtituerunt, & quod illud ſit.

Zachar 4. Videt propheta candelabrum, lampadibus fatuarum virginũ longè diſſimile. *Vidi* [inquit] *& ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernę eius ſuper illud, & ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput eius, & duę oliuę ſuper illud, vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius, &c.* Vides quàm bene paratum ſit candelabrum, ſic lampadẽ tuam præpara; Aureum erat candelabrum, aurea mens ſit. Multas habebat lucernas inflammatas, magnamque lucis copiam; eodem modo magnam ardentis caritatis

Candelabrum olei abundantia præparatum.

Explicatio cãdelabri, de quo ſcripſit Zach.

abundantiam

abundantiam habeat animus. Infuſoria habebat, id eſt, vaſa oleo plena, ex quib. in lucernas oleum infunderet. Præterea oliuas duas oleis plenas, ex quib. efficit oleum: eximia hæc eſt olei præparatio; non ſolùm vaſa plena oleo, ſed oliuas etiam habere; habere oleum factum; atque infectum. Vaſa oleo plena habet, qui animi vaſa, intellectum, voluntatem, memoriam, qui pedes, manus, oculos, linguam, ſenſus omnes, qui cor omneſque animæ facultates, plenas habet pabulo caritatis, hoc eſt, ijs rebus, verbis, & cogitationib. quæ caritatem nutriūt.

Oliuas quæ ſint.

Oliuas verò ille poſſidet, qui ea amplectitur, ex quib. huiuſmodi oleū, caritatiſque pabulum poſſit efficere; vt libros de ſanctorum vita, ſpiritualibuſve reb. conſcriptos, vt conciones vt religioſam vitam, vt amicos virtute præclaros, vt virtutum omnium habitus, & huiuſmodi alia. Quid enim religioſa vita? quid virtutum habitus? quid libri de ſanctorum vita conſcripti? quid alia huiuſmodi ſunt aliud, quā oliuæ quædam vberes, ex quibus, exprimi poteſt oleum, quod eſt nutrimentum caritatis. Diſcamus ex hoc candelabro noſtris animis copioſè prouidere.

Mulier ſtrenua ſibi prouidens Salomone deſcripta.

Diſcamus item ex fœmina illa ſtrenua, de qua Salom. Prou. 31. *Mulierem* (inquit) *fortem*, id eſt, ſtrenuam diligētem, *quis inueniet*? egregie illa prouidit domui ſuæ, vt eodem capite docet verba illa: *Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum: facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum. Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus; ſtragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus, & purpura indumentum eius. Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias. Tu ſupergreſſa es vniuerſas. Non extinguetur in nocte lucerna eius, &c.* Videſne quam fuerit mulier hæc diligens, & ſtrenua in comparandis rebus neceſſarijs?

Accommodatur hæc fœmina animæ prudenti.

Similes fuit naui, de longè portans cibum, domuique neceſſaria comportans, reliquas mulieres diuitias congregandos ſuperauit. Animam fortem quis inueniet, ſtrenuam, & diligentem, in comparandis ijs rebus, quæ neceſſariæ ſunt ad

A comparendum in iudicio? Naui ſimilis eſt, quæ in cœlum, in Tartarum, in ſepulchrum, in templum in conciones, confeſſiones, ſimiliaque alia ſpiritalia emporia ſæpè nauigat, indeque, quæ opus ſibi ſunt conuehit. Quærit opera bona, ex quibus veſtes ſibi faciat, ne iudicij frigore pereat. Non timebit à frigoribus iudicij: Omnes. n. domeſtici eius, id eſt, omnes domeſticę facultates, amictæ ſunt duplicib.

B hoc eſt, fide & caritate, cum bonis operibus coniuncta. Hæc eſt purpura, hæc eſt byſſus, qua induitur. Animas reliquas in congregandis cœleſtib. diuitijs, id eſt, bonis operib ac meritis, ſuperat. Huiuſmodi animæ lucerna, & lampas, in nocte, id eſt, morte non extinguitur, ſicut fatuarum virginū extinctæ ſunt lucernæ. Non enim fatua eſt, ſed prudens. vnde illud. *Quæſiuit linum, & lanam, & operata eſt conſilio*

C *manuum ſuarum, &c* id eſt, manib. prudentib Prudentia enim ex intellectu, in omnia membra, actioneſque deriuatur. Prudentis manus prudentes ſunt, quia prudenter operantur; pedes, quia prudenter incedunt, oculi, quia prudenter cernunt; aures, quia prudenter audiunt, cæteraque ſimiliter.

Prudentia intellectus in omnia mēbra deriuatur.

Ad formicam nos ire iubet Salomon, & ex illa diſcere hanc pruden-

D tiam. Prouerb 6. *Vade* [inquit] *ad formicam ò piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cùm non habeat ducā, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat. &c.* Formica in meſſe triticum congregat, quod in hyeme comedat, ſic vir prudens in vita, velut in æſtate, horreum facit operum bonorum, quibus in hyeme procelloſa, id eſt; morte paſcetur. Auguſti.

Formica ſibi prouidet.

E Pſal. 48. Eſto (inquit) prudens, imitare formicam, reconde in æſtate, ne eſurias in hyeme. Hyems eſt dies nouiſſimus, dies tribulationis; collige quod ibi tibi ſit in poſterum. Si autem non facis, ſimul imprudens, & inſipiens peribis, &c.

Lege Geneſ. 41. Ioſeph viri prudētiſſimi huiuſce rei eximium exemplum. *Ecce ſeptem anni venient* (ait ille Pharaoni Regi) *fertilitatis magnę, in vni-*

Digitized by Google

vniuerſa terra Ægypti, quos ſequentur ſeptem anni alij tantę ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia. Nũc ergo prouideat Rex virum ſapientem, & induſtrium, &c. Prouidit Rex virum ſapientem, id eſt, ipſummet Ioſeph, qui ex vbertate præcedente, inopiæ ſuccurreret ſubſequenti. Itaque ſeptem anni ſummæ fertilitatis prçceſſerunt; ſeptem alij ſummæ ſterilitatis ſecuti ſunt in Ægypto. Prudentiſſimus Ioſeph formicę prudentiam imitatus, fertilib. annis parauit alimenta; quib. populus ſterilib. paſceretur annis, ne periret fame. Ecce (vt cum Ioſepho loquar) anni in Eccleſia vniuerſa fertilitatis magnæ; hos ſubſequentur anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundãtia. Nam ſummæ ſterilitatis anni ſuccedent nobis poſt mortem, in quibus nemo poterit operari, aut mereri æternam vitam, pulſabunque cœli fores, qui hic horreum non fecerunt, & audient horriſonũ illud: *Neſcio uos.* Summæ vbertatis anni hi ſunt, quib. vitam traducimus in hoc terrarum orbe. Geneſ. 41. *Tanta fuit abundantia tritici, ut arena maris coęquaretur, & copia menſuram excederet, &c.* Nunc quoque diuini frumenti admirabilis eſt abundantia, & infinita. Patent verò diuina omnib. horrea. Prudentes viri Ioſepho ſimiles, his annis fertilitatis, magna copia ex apertis horreis in animos ſuos alimenta exportant, quibus annis ſubſequentib. ſummæ inopiæ alantur: Fatui diuina horrea non curant, pereuntque fame, vt fatuæ virgines.

Ioſeph prouidens Ægypto exẽplũ eſt prudẽtia Chriſtianę.

Nunc ubertatus ſunt, anni ſuccedent alij mira ſterilitatis.

Prudentiam complectuntur prudentes, ſtulti deſpiciunt. Hinc illud D. Greg. Nazianze. de fortuna, & prudentia; Auarus olim quiſpiam hoc dixit; bonæ mihi gutta ſortis, id eſt, fortunæ, eſt prior mentis (id eſt, prudentiæ) cado. Ad quẽ hoc reijcit quiſpiã prudentium. Mihi gutta mẽtis [id eſt, prudentiæ (eſt prior ſortis (id eſt, fortunæ) mari, &c. Si guttam prudentiæ, & prouidentiæ habuiſſent agricolæ Ægypti, id feciſſent, quòd feci Ioſeph, prouidiſſent ſibi ſeptem illis annis ſummæ fertilitatis. Quia prouidẽtia caruerunt, ideò non pecora ſolũ, ſed ipſos etiam agros pro frumento tradere coacti ſunt. Geneſ. 47. *Emit Ioſeph omnem terram Ægypti, uendentib. ſingulis poſſeſſiones ſuas prę magnitudine famis, &c. Gens eſt abſque cõſilio, & ſine prudentia* (ait Moſ. Deuter. 32.) *Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent, &c.* De populo ſuo hoc cecinit Moyſes. Vtinam in noſtrum nõ quadret; heu multi ſunt abſque conſilij, & mentis gutta; qui guttã lucri pluris faciunt, quàm mentis cadum. Experientur illi pluris faciendam fuiſſe mentis guttam, & prudentiæ; quàm lucri, & diuitiarum Oceanum: nimirum cùm in Tartaro, cum helluone illo diuite, vnam aquæ guttam petierint, neque impetrarint, quia dum viuunt ſibi prouidere neſciunt.

Prudentia longè præſtat fortunæ.

Prudentia neceſſaria, & prouidẽtia.

CAPVT XIX.

De parabola decem Virginum.

Morale.

ALias fatuitates harum decem virginum fatuarum, velut corollarium addamus. Prima eſt, gratis illæ ſibi oleum dari voluerunt. *Date* (inquiunt) *nobis de oleo veſtro, &c.* Sed à prudentib. audierunt, *ite potius ad uendentes, & emite uobis.* Diuinam gratiã, caritatemque, & bona opera abſque labore, qui comparare volet, is erit imprudens, oportet aliquid laboris, & curæ, veluti pretium, pro hoc oleo ſoluere. Oportet de animi ſalute eſſe ſollicitum, peccata ritè confiteri, veram agere pœnitentiam, eleemoſynas largiri; alijſque ſanctis actionib. vacare. Hoc eſt, olei pretium. At dicet, nonne gratia dicitur, quia gratis datur? Si gratis datur, non eſt opus emptione. Reſpondetur, gratis dari gratiam, quia nullum pretium, nullus labor, nulla opera, illi exæquantur. Vnde illud Cantic. 8. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſua pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam, &c.* Non eſt enim caritatis, & gratiæ pretium tota hominis ſubſtantia, omnes hominis opes, ſi quaſi pretium gratiæ dentur.

Fatuitates plurimę harum virginum.

Fatuitas eſt ſine labore uelle virtutem cõparare.

tur, nihil ſunt. Si obtulerit pro dilectione omnes diuitias ſuas, quaſi nihil eas deſpiciet, quia gratia, & caritas omne pretium ſuperant. Verumtamen emendæ quodammodò ſunt contritione, confeſſione, ſatisfactione, boniſque operib. Non enim impartis ſua dona largitur Deus, ideoque Iſaiæ 55. dicitur, *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac,* &c. Quid eſt, *emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac,* gratiæ, & caritatis? ſi emptio eſt, quomodo ſine argento fit, & ſine vlla commutatione? Non talis eſt emptio (ait D. Bernar. ſerm. 5. de reſurrect.) apud amatores huius ſæculi, ſed apud Auctorem ſæculi, alia eſſe omnino non poteſt. Propheta enim dixit Pſal 15. *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, &c.* Emptio autem eſt, quia labore, & cura conſtat; ſine argento, & commutatione, quia tanta dona omne pretium longiſſimo ſuperant interuallo, gratis dātur, etiam ſi magno labore emantur. Gratia (ait idem ſanctiſſimus Pater) gratis datur; etiam cùm emitur, gratis emitur. &c. Et Aug. lib. de Patientia tomo quarto, capite vigeſimo. Illud Pſal. 55. *Pro nihilo ſaluos facies eos*: gratiæ accommodat, quia Deus pro nihilo, id eſt, ſine pretio, ſine meritis, gratiam donat gratis. Si vera ſit gratia [ait ille] id eſt, gratuita, nihil inuenit in homine, cui meritò debeatur. Quod benè intelligitur, & in eo quod dictum eſt Pſal. 55. *Pro nihilo ſaluos facies eos*, profectò ipſa dat merita, non meritis datur, &c.

Quomodo gratia gratis detur, & ematur.

Gratia gratis datur etiam cùm emitur.

Obijcies iuſtū mereri gratiæ augmentum ex condigno, quamobrem digno pretio emi gratiam. Reſpondemus, verum quidem eſſe iuſtum gratiæ incrementum ex condigno mereri, id tamen non deberi operib. ſecundum ſuam ſubſtantiam conſideratis, abſque gratia, ſed gratiæ deberi, qua affectus eſt iuſtus, & Filius Dei effectus, hæreſque cœli. Hinc illud Pauli, ad Ro. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c.* Non ſunt [in-

Opera bona quomodo ſint condigna vita æterna.

A quam] condignæ ſecundùm ſubſtantiam operis, vt exponit D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 3. ad 1. quamuis condignæ ſint ſecundùm gratiam. Illud etiam habet hæc emptio, pretiū quod damus, in noſtras reuertitur crumenas. Omnis enim labor, cura, atque conatus, quem ad comparandam caritatem adhibemus, in noſtram cedū dat vtilitatem idq; nobis contingit, quod Ioſeph fratribus olim contigit,
B Geneſ. 42. *Iuſſit Ioſeph miniſtris, vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum, in ſacculis ſuis, &c.* Emerunt illi triticum, pecuniam ſoluerunt; ſoluta pecunia tritici, in marſupia emptorum reuerſa eſt: ſic pretium noſtrum, in noſtra reuertitur emolumenta.

Quidquid pro gratia damus, in noſtram cedit utilitatem.

Secunda fatuitas, emere voluerunt oleum, alieniſſimo tempore, nimirū, poſtquam dormierunt, id eſt, mortuę
C ſunt. Qui volet poſt mortem bona opera, & caritatem amiſſam comparare, is erit fatuus. Nō enim poſt mortem caritas, & vitæ æternæ merita, comparari poſſunt; dum viuimus, ante mortem, comparanda ſunt. Eccleſiaſ. c. 9. *Quodcumque* [inquit] *facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erunt apud inferos, quo tu properas, &c.* hoc eſt, bona fac opera, quamdiu vi-
D tam in hoc terrarum orbe agis; quia poſt hanc vitam, in inferno, hoc eſt, in limbo, vel Tartaro, vel purgatorio, [in hæc n. loca illo tempore ante aduentum Chriſti homines deſcendebant] non eſt opus meritorium, quod poſſis facere, nec ratio, aut ſciētia, aut ſapientia ad operandū meritoriè. Aliter; operare inſtanter ante mortem; quia poſt mortem in inferno, i. Tartaro, quo tu tibi relictus, niſi tibi Deus
E ferat opem, properas, vel ſi non opereris benè, nec eſt opus, quod proſit, nec ſcientia, nec ſapientia, nec ratio ad operandum, benè, & meritoriè. Item nec eſt ratio, nec ſcientia, nec ſapientia, qua te poſſis a cruciatib. liberare. Aliqui, *Infernum*, pro ſepulchro ſumunt, ad quod properamus omnes; poſtquam enim homo in ſepulchro eſt, operari non poteſt corpore mortuo; aio verò operari neq; meritoriè.

Altera fatuitas.

Poſt mortem nemo poteſt meritoriè operari.

Alius

Alius horũ verborũ ſenſus.

A Alius eſſe poteſt horum verborum ſenſus. Sunt verba hæc hominum inſipientium, qui huius tantum vitæ voluptates nouerunt, qualia ſunt illa Sapient. 2. *Dixerunt impij cogitantes apud ſe, exiguum, & cum tadio eſt tempus vita noſtra, & non eſt refrigerium in fine hominis. Venite, fruamur bonis, qua ſunt, vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, et non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant, &c.* Eſt ergo ſenſus voluptariorum, hortantium ad ſequen- B das voluptates vitæ huius: *Quodcunque poteſt facere manus tua, inſtanter operare*, id eſt; operare pro viribus ad conſequendas diuitias, & voluptates; *quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erunt apud inferos, quo tu properas*, id eſt, operare hic, fac omnia toto conatu, vt vitam iucundam, ac voluptate plenã, poſſis degere. Quoniam in ſepulchro, quo properas, non eſt ſcientia, ſapientia, aut ratio, ad conquirendas volu- C ptates, & opes, mortuum corpus, voluptate frui nequit, fruatur dum viuit. Simile illud Iſaiæ 22. *comedamus, & bibamus, cras enim moriemur, &c.* & illud de Megarenſibus apud Hieronymũ in epiſtola ad Gerontiam: Viuunt quaſi altera die morituri. Videlicet, quia voluptarij erant, & ita vitæ fruebantur delicijs, quaſi mox è vita diſceſſuri. Auidius enim fruimur ijs, quibus mox carituri ſumus. Sic Epi- D curei, qui ad Orcum properant. At Chriſtiani, qui properant in cœlum, *quodcunque manus facere poteſt, inſtanter*: Hebraicè, בכחך *bechochacha*, id eſt, *in virtute tua*, & fortitudine, Græcè, *ὡς ἡ δύναμίς σου, vt eſt tua potentia*, vel, *ſecundum vires*, vel, *ſecundum potentiam*, operantur, quoniam poſt mortem meritoriè operari non poſſunt. Conſilium ſequuntur Pauli, ad Galat. 6. *Dum tempus* [ait] *habemus, operemur bonum ad omnes,* E *&c.* Dum tempus [inquit] habemus, quia poſt mortem, tempus non habebimus. Hæc hominum eſt imprudentia magna, dum tempus habent, tunc nolunt operari, in hac vita, cum tẽpus non habent, tunc operari volunt. Si enim damnatis in vita liceret reuerti, ſanè mira facerent. Oleum hic emere nolũt virgines fatuæ, poſt mortem ad vendentes ire volunt. Noluit in vita

Epicureorũ dicta & facta.

A oleum emere diues helluo Luc. 16. cũ tamen ante oſtium, olei egregium venditorem haberet, Lazarum mendicum. Oleũ enim ab eo emiſſet, ſi eleemoſynæ bonũ opus egiſſet. Poſt mortem petijt guttam, non dico olei, ſed aquæ, neque impetrauit.

Quid ſit tẽpus acceptabile.

Hoc eſt *tempus illud acceptabile, & dies ſalutis* apud Paul. 2. Cor. 6. & tempus placitum, quod apud Iſai. 49. dicitur Hebr. בעת רצון *behheth ratſon*, id eſt, *in* B *tempore bona voluntatis diuina, beneuolentia, & placabilitatis Dei*, id eſt, tempus Deo placitum, acceptum, & gratum, quo ille miſericordiam ſuam auxilia, & dona nobis impertit. Dicitur dies ſalutis, quia nunc oportet ſalutem nobis æternam, totis viribus comparare. *Operamini dum dies eſt*, [ait Dñs Ioan. 9.] *venit enim nox, quando operari, nemo poterit; &c.* Nunc dies eſt, quamdiu in vita commoramur. Poſt vitam nox erit, & C caligo magna, in qua opera facere nequibimus, per quæ ſalutem æternam comparare poſſimus. Chryſoſt. hom. 79 in Matth. Hic [inquit] colligẽdum eſt oleum, vt ibi cum tempus fuerit, paratum nobis adſit. Non enim illud tempus congregationis eſt, ſed hoc, &c. Nunc tempus eſt colligendi olei, & emendi, poſtea ne gutta quidem tibi dabitur. Nazianz. Gregor. in ſententijs 9. *Mercatum* [inquit] *vitam exiſti-* D *ma:* Si negotiatus fueris, quæſtum facies, &c. Mercatus eſt hęc vita, aguntur nunc nundinæ; in quibus oleum, diuinæq; merces venduntur, nunc emendæ ſunt. Exactis nundinis non reperietur merces: hoc tempus eſt, eundi ad vendentes, & emendi. *Negotiamini dum venio*: ait Dominus Luc. 19. Nam poſtquam venerit Dominus, tempus non erit negotiandi, & emendi, aut vendendi. Ad Epheſ. 5. *Videte fratres* E [ait Paulus] *quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, &c.* Velut captiuum eſt tempus inſipientium. Nam in captiuitatem redigitur ludorum, inutilium negotiorum, voluptatum, denique peccatum. Nonne captiuum meritò dici poteſt tempus, quod homo peccatis impendit? Non ſolum improbus captiuus eſt, ſed tempus quoque in captiuitatem

Parandum oleum dum viuimus.

Vita mercatus eſt.

Tempus impiorum captiuum.

ſione, ſatisfactione, bonis operibus, ſi A
ſic pulſentur, aperientur. *Pulſate* (ait
Dominus) *& aperietur vobis*, ſi dum vi-
ta manet, rectè pulſaueritis. At poſt
exactam vitam, non auditur vlla pul-
ſatio: *Clauſa eſt ianua in ſempiternum.* Ma
nibus pulſatur ianua, operibus bonis

Pulſandæ cœli fores (dum viui mus) bonis operibus.

pulſandæ ſunt cęli fores. Virgines fa-
tuæ verbis tantum pulſarunt: *Nouiſſi-
mè veniunt & reliqua virgines, dicentes: Do-
mine, Domine aperi nobis, &c.* Verbis tan-
tum pulſant, Dominum appellantes. B
At vt Dominus ait Matth. 7. *Non omnis,
qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in
regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem
Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in re-
gnum cęlorum.* Quaſi dicat: Non qui
verbis ſed qui operibus volũtate Dei
obſequens pulſat, in cœlum reſarata
ianua intrat.

Interrogantur qui pulſant ad cœli ianuam. Neſcio vos, quibus dicatur.

Antequam ianua aperiatur interro
gatur is, qui pulſat, quisnam ſit. Eun-
dem in modum, antequam cęli ianua C
reſeretur, interrogantur qui pulſant,
qui nam ſint, diligenter excutiuntur,
& examinantur, ſi reſpodeat quiſpiã,
ego ſum Cæſar, alius, ego ſum Rex, a-
lius, ego ſum dux, alius, ego nobiliſſi-
mus, alius, ego ditiſſimus, alij ſimili-
liter, nihilq́; habeant aliud; id audiũt,
quod fatuæ virgines audierunt: *Neſcio
vos.* Illos enim Deus neſcit ſcientia ap
probationis, qui caritate, & bonis ope
ribus carent; quamuis dum vita ma- D
net, in celſiſſimo loco ſint collocati. Si
quis tibi notus imaginem ſumeret lu
pi, vel porci, perſonatuſq́; fores pulſa-
ret, vt domo reciperetur petens, re-

Amicus nõ cognoſcit amicum in forma foralatitãtem.

ſponderes merito: *Neſcio te.* Hominem
tibi notiſſimum ob alienam imaginẽ,
quam gereret, neſcire te diceres. Eun
dem in modum, Dominus improbis
ſibi ſecundum omnia notiſſimis, cœli
fores pulſantibus ait: *Neſcio vos*, quia
imaginem fertis non Chriſtianorum, B
ſed animalium ratione carentiũ. Qui

A Nabuchodonoſorem videret, belluæ
gerentem figuram Dan. 4. cognoſce-
retne Regem, aut hominem? Nonne
diceret, *Neſcio te?* Multi ſunt Nabucho
donoſores in belluarum conuerſi mo-
res: ideo audiunt, *Neſcio vos.* Chryſoſt.
Geneſ. 6. Non (inquit) ſpiritum ha-
bere hominis, & oculos, & nares, &
os, & genas, & cætera membra, homi
nem eſſe oſtendunt. Hominem illum

Homo quis dicendus.

dicimus, qui imaginem hominis ſal-
B uam retinet. Quæ eſt autem imago
hominis? Rationalem eſſe. Verum
non hoc ſolum fuerit hominem eſſe,
ſed & virtutibus eſſe deditum, & vi-
tia fugere, &c.

Obſtare videtur parabola alia, à nu
ptijs ſumpta Matth. 22. in qua Rex di-
citur feciſſe filio nuptias. Seruis enim
ſuis ait: *Ite ad exitus viarum, & quoſcum-
que inueneritis, vocate ad nuptias, & egreſ-
ſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes,
C quos inuenerunt malos, & bonos, & imple-
tæ ſunt nuptiæ diſcumbentium, &c.* Omnes
tàm boni, quam mali in nuptias in-
trant. Cur igitur virgines fatuæ, id
eſt, homines improbi, a nuptijs exclu
duntur? Reſpondetur, alias celebrari

Nuptiæ aliæ celebrantur in terra, aliæ in cœlo.

nuptias in Eccleſia militãte, alias in
triumphante. In nuptias Eccleſiæ mi-
litantis intrant boni, & mali, fatuę ẽt,
& prudentes virgines, in cœleſtes ſo-
læ intrant prudentes, caritatis incen-
D ſis lampadibus *Intrauerunt* (inquit Do
minus) *cum eo ad nuptias.* O beatum in-
greſſum in nuptias, in conuiuia, in
gaudia, ex quibus nullus per totam
æternitatem erit egreſſus. Vnuſquiſ-

Duo ingreſſus ſine egreſſu qui.

que ſibi prouideat, duo ſunt ingreſ-
ſus abſque egreſſu, ingreſſus in cœ-
lum, & ingreſſus in Orcum non ha-
bent egreſſum. In æternitate non
eſt egreſſus, aut regreſſus. Eccleſiaſt.
11. *Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad
B aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi
erit, &c.*

CAPVT XX.

De parabola talentorum.

MATTHAEVS CAPITE XXV. Verſ.14.

SIcut enim homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos,
15 & tradidit illis bona ſua: * & vni dedit quinque talenta, a-
16 lij autem duo, alij verò vnum, vnicuique ſecundum pro-
priam virtutem. Et profectus eſt ſtatim. * Abijt autem,
17 qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lu-
cratus eſt alia quinque. * Similiter & qui duo acceperat,
18 lucratus eſt alia duo. * Qui autem vnum acceperat, abiens
19 fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui. * Poſt multum verò tem
20 poris, venit dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. * Et
accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, di-
cens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlu-
21 cratus ſum. * Ait illi dominus eius: Euge, ſerue bone, & fidelis, quia ſu-
per pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domi-
22 ni tui. * Acceſſit autem &c. qui duo talenta acceperat, & ait: Domi-
23 ne, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. * Ait illi domi-
nus eius: Euge, ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper
24 multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. * Accedens autem &c.
qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio, quia homo durus es,
25 metis, vbi non ſeminaſti, &c. congregas, vbi non ſparſiſti; * & timens
abij, &c. abſcondit talentum tuum in terra, ecce habes, quod tuum eſt.
26 * Reſpondens aūt dominus eius, dixit ei: Serue male, &c. piger, ſcie-
27 bas, quia meto, vbi non ſemino, &c. congrego, vbi non ſparſi. * Opor-
tuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, &c. veniens ego,
28 recepiſſem vtique quod meum eſt, cum vſura. * Tollite itaque ab eo talen-
29 tum, & date ei, qui habet decem talenta. * Omni enim habenti dabitur, &
abundabitur; ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur
30 ab eo. * Et inutilem ſeruum, eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus, &
ſtridor dentium.

Sicut enim homo.

DE iudicio agens Chriſtus, parabolæ decem virginū adiunxit Matt. 25. alteram talentorum, quæ dominus peregrè proficiſcens, ſeruis diſtribuit. Illa docuit ad iudicium nos parare, vigilando; hæc eandem præparationem opus eſſe oſtendit, quoniam talentorum, quæ accepimus, reddenda

A ratio eſt Iudici. Luc. 19. ſimilis extat parabola, quam explicauimus hoc tom. lib. 6. c. 26. Neque deeſt, qui eandem eſſe putet, ſed legenti patebit diuerſas eſſe, vt Chryſoſt. ſentit, Ianſenius, Abulenſis Matth. 25. q. 90. Salmeron, & alij. Ambr. vero, & Hierony. aliud non aſſerunt. Neque verò opus eſt, quæ diuerſa in eis ſunt, ſigillatim indicare, & alteram cum altera conciliare, ſiquidem duæ parabolæ ſunt. *Parabola Luc. 19. diuerſa ab hac.*

Sicut

Sicut enim homo peregrè proficiſcens.

IMperfecta eſt oratio: *Sicut enim homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, &c.* Nihil enim ſequitur, quod particulæ *Sicut*, reſpondeat. Imperfectam orationem perficies, ſi ſubaudias: Sic facit Deus: vel ſimile quidpiam. Dixerat: *Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam.* Subdit: *Sicut enim homo, &c.* Particula, *enim* oſtendit, quorſum tendat parabola, nimirum ad vigilantiam, & præparationem, vt ea, quæ præceſſit decem virginum. Peregrè abijſſe dicitur homo quidam, ſeruoſq; vocaſſe, diſtribuiſſeque eis bona ſua. *Et vni* [inquit] *dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Græcè. δύναμιν, id eſt, *potentiam*. Id eſt, Vnicuique dedit pecuniam, ad negotiandum, iuxta vniuſcuiuſque facultatem, vires, & prudentiam, ad faciendum lucrum. Tres erant ſerui. Primus, qui excellebat prudentia, & induſtria, quinque accepit talenta. Secundus inferior erat, accepit duo. Infimo vnum datum eſt. Primus, & ſecundus diligenter, prudenterque negotiati ſunt, pecuniamque duplicarunt. Qui quinque talenta acceperat, quinque alia, qui verò duo acceperat, duo lucratus eſt. Tertius ſeruus infimus, cui vnum tantum talentum dominus dederat, timuit, ne pro lucro talenti dati damnum reportaret, ſi negotiaretur. Itaque abſcondit illud, facta foſſa, terraque operuit, ne ſurriperetur, & vt tutò ſeruaretur, abſque vlla iactura. Putauit enim ſatis ſe facturum domino, ſi talentum, quod dederat, integrum reſtitueret, abſque lucro. De talento iam diximus tom. 2. lib. 3. c. 12. & lib. 10. c. 37. Magna erat ſumma auri, vel argenti.

Quorſum tendat hæc parabola.

Quid ſit ſecundũ propriam virtutem.

Significat parabola, Chriſtum peregrè abijſſe, quia ex hominum oculis diſceſſit in cælum, ſedetq; ad Patris dexteram, quouſque redeat ad iudicium. Vocauit ſeruos ſuos, id eſt, Chriſtianos. ex nihilo, in naturam humanam. Iuxta illud ad Rom. 4. *Vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt, &c.* Quia ex nihilo creat, & vocat homi-

Quid ſignificet parabola, oſtenditur.

A nes, reliquaſque creaturas. Vocauit præterea in fidem, & Eccleſiam. De Chriſtianis enim hic ſermo habetur, quemadmodum in præcedenti decem virginum parabola. His ſeruis vocatis tradidit bona ſua, hoc eſt, dona tam corporalia, quàm ſpiritualia. Omnia enim ſunt dona Dei. Quia verò Deus non tradit omnibus dona æqualia, ſed alijs maiora, alijs minora, alijs plura, alijs pauciora; ideò dicitur Do-

Dona Dei ſunt bona corporalia, & ſpiritualia.

B minus dediſſe vni ſeruo quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum. Dantur verò talenta, id eſt, dona, à Deo, non vt otioſa ſint, ſed vt fructũ, lucrumque pariant. Hoc ſignificat fidelium ſeruorum negotiatio. Quidam fideliter negotiati ſunt, id eſt, acceptaque à Domino talenta duplicarunt. Multi enim ex Chriſtianis fideliter operantur, datiſque a Deo donis prudenter vtentes, bona opera multi-

C plicant. Hi namque dicuntur lucrum facere ex talentis acceptis, qui talenta, hoc eſt, Dei dona, intellectum, voluntatem, memoriam, animi, corporiſque facultates, & vires, artes, ſcientias, virtuteſque omnes bene impendunt, in dieſque bonis operibus opulentiores fiunt.

Quid talenta multiplicant.

Illi autem ſeruo malo, & pigro ſimiles ſunt, qui talenta, id eſt, dona, quæ à Deo acceperunt, in terram velu-

Seruus malus quos indicet.

D ti defodiunt, & abſcondunt, id eſt, otioſa eſſe patiuntur, neque proximis opem ferunt, neque bonis ea operibus impendunt. D. Hieronym. talentum in terra abſcondere interpretatur, terrenis operibus, & ſæculi voluptate, Dei præcepta negligere, & polluere. Auctor imperf. Abſcondit (inquit) ille ſuum talentum in terra, qui accipiens notitiam Chriſti, contemnit vitam ſpiritualem, & in terrenis

E actibus, & delicijs conuerſans, obruit illud in carne ſua, & ſollicitudinibus mundi, quaſi ſpinis ſuffocat fidei ſuæ bonum, & non facit fructum. Hoc eſt enim talentum in terra abſcondere, quod eſt ſemen verbi inter ſpinas ſuffocare, &c. Similiter D. Greg. hom. 9. in Euangel. Talentum [ait] in terra abſcondere, eſt acceptum ingenium in terrenis rebus implicare, lucrum ſpirituale non quærere, cor terrenis cogi-

cogitationibus nunquam leuare,&c. Theophylactus: Si bona(inquit)mentis videris, & ſtudioſum hominem, qui ingenio ſuo ad negotiationes,dolos, & terrena opera abutitur, de illo dicas. quòd defoderit talentum ſuum ſub terra, hoc eſt, in terrena opera, &c. Sic facilè hæc parabolæ pars explicatur de vniuerſis donis,quæ homo à Deo accipit, tum naturalibus, tum ſupernaturalibus, quia omnia talenta ſunt data ad faciendum lucrum bonorum operum. Congruit hæc explicatio omnibus Chriſtianis, ſed præcipuè Prælatis, & Eccleſiæ Paſtoribus eſt tribuenda.

Illud obſtat,quòd in parabola dicitur dominus dediſſe talenta vnicuiq; ſeruorum, ſecundum ſuam virtutē,id eſt,facultatem,& induſtriam. At bona naturalia, cùm quibus homo in lucem prodit,non dantur illi ſecundum propriam virtutem,& induſtriam. Supernaturalia quoque dona, baptiſmus,fides,prima gratia, & ſimilia nō dantur ſecundum facultates naturales, & vires. Item diuitiæ, &c. Ergo non eſt intelligenda hæc parabola de donis omnibus,tam naturalibus, quā ſupernaturalibus. Reſpondemus,parergon hoc eſſe parabolæ. Quia enim homines, ſi pecuniam ſuam ſeruis ad lucrandum diſtribuunt, pecuniam tradunt, ſpectata ſingulorum induſtria,& prudentia; ideò Dominus hoc parabolæ addidit, quamuis in diſtributione talentorum Dei non fiat. Prætereà dicimus, hoc non omninò eſſe parergon. Significare enim poſſunt hæc verba: *Vnicuique dedit talenta,ſecundum propriam virtutem*, & potentiam, Deum à nobis nihil impoſſibile petere, nullum lucrum talentorum, quod ſupra vires,& potentiam noſtram ſit, poſtulare. Non enim rationem reddemus impoſſibilium, ſed lucri, quod potuimus ex talentis conſequi. Dat Deus talenta vnicuique, ſecundum propriam potentiam, vt ſecundum eam vnuſquiſque negotietur,& rationem reddat.

Parergon parabolæ.

Deus à nobis nihil petit impoſſibile.

Origenes talenta ſeruis concredita,diuina eloquia interpretatur:Vocauit[inquit] ſeruos, & tradidit eis pecuniam ſuam,in eloquijs caſtis, quo-

Quid ſignificent talenta data ſeruis.

A niam *eloquia eius,eloquia* ſunt *caſta*, Pſal. 11. *argentum ignitum, &c.* D. Hilarius talentum putat dici verbum Dei auditum, & acceptum à docente. Vnuſquiſq; [inquit]talentum, id eſt,Euangelij prædicationem à prædicante ſuſcepit, &c. D. Hieronym. In quinque [ait] & duobus,& vno talento vel diuerſas gratias intelligamus,quæ vnicuique traditæ ſunt,vel in primo omnes ſenſus examinatos,in ſecundo in-
B telligentiam,& opera,in tertio rationem, qua homines a beſtijs ſeparantur, &c. Auctor imperf. talentum fidem ſignificare ait: Non propter hoc [inquit] ſolum vnuſquiſque fit Chriſtianus,vt ſit Chriſtianus, ſeruans talentum fidei ſuæ, ſed vt operetur iuſtitiam Chriſto,&c. Addit etiam,verbum Dei eſſe talentum, presbyteratum,baptiſmum,& ſimilia. D. Greg. hom. 9. in Euang.quinque talentis do-
C num quinque ſenſuum intelligit,duobus intellectum,& operationem,vno intellectum tātummodò. Haymo omnibus talentis bona ſpiritualia,ſcilicet virtutes deſignari putat. Euthymius gratias docendi: De ijs [ait] differit Dominus, qui à Deo gratias acceperunt docēdi [Nam has talenta vocat] & vel per illarum vſum lucrum attulerunt,vel defodiendo,nihil lucri fecerunt,&c. Seruos, quibus data talenta
D ſunt,exiſtimat Epiſcopus eſſe,& præceptores Eccleſiarum. Lyranus quoque de Paſtoribus Eccleſiæ parabolam interpretatur. Carthuſianus illis peculiariter conuenire ait. Theophylactus ſeruos arbitratur indicare Epiſcopus, Sacerdotes,Diaconos, & ſpiritualia dona accipientes, vel plura, vel pauciora. Ianſenius ijs parabolam tribuit, qui gratias à Deo accipiunt, ad Eccleſiæ vtilitatem. Talenta enim putat eſſe gratias gratis da-
E tas. Iuxta illud Epheſ. 4. *Aſcendens in altum, dedit dona hominibus, & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Euangeliſtas, &c.*

De Paſtoribus qui parabolam interpretantur.

D. Chryſoſtomus talentum ait ſignificare docendi gratiam, & cuiuſcumque facultatem, ac dona ad benefaciendum proximo. Talēta [inquit] hic pro eo,quod vnuſquiſq; facere poteſt,accipimus, ſiue auctoritate prote-

gere,

gere, ſiue pecunijs iuuare, ſiue doctrina admonere, ſiue alia quapiam re proximis prodeſſe queas, &c. Et Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus q. 84. in Scripturam: Exiſtimo [inquit] parabolam talentorum dictam eſſe de omni dono Dei, vt ſinguli, quam gratiam à Deo habere didicerint, eam multiplicent, ad operationē, & vtilitatem plurimorum, &c. In Gloſſa interlineari ſic habetur: Tradidit illis bona ſua, dedit hominibus dona naturalia, & gratuita, &c. Lyranus ita: Tradidit illis bona, bona ſcilicet naturæ tradidit Prælatis, bona gratiæ gratis datæ, bona ſcientiæ, bona potentiæ, & bona opulentiæ, &c. Et Dionyſius Carthuſianus: Vocauit [inquit] ſeruos ſuos Prælatos aliorum, & vnumquemque fidelium, & tradidit illis bona ſua, id eſt, beneficia ſua eis conceſſit, dona videlicet naturæ, & gratiæ, Sacramenta Eccleſiæ, & quidquid boni in fidelibus inuenitur. *Quid enim habes, quod non accepiſti?* &c. Abulenſis quoque Matt. 25. quæſt. 128. omnibus hominibus parabolam ait congruere, & talenta, beneficia, & dona eſſe a Deo hominibus data interpretatur. Omnibus [inquit] hominibus commiſſa ſunt bona Dei, cum omnes teneantur ad rationem aliquam, & nemo tenetur rationem dare niſi de eo, quod commiſſum eſt, &c. Hanc ſententiam ſupra ſequuti ſumus, adiunximus, Eccleſiæ præſertim Paſtoribus parabolam tribuendam.

1. Corint. 4

Poſt multum verò temporis venit dominus.

PRofectus peregrè dominus, ſeruis talenta tribuit, tempuſque interfluxit, quo duo negotiati ſunt, tertius talentū abſcondit. Hoc in prima parabolæ parte continetur. Secunda pars hæc eſt, in qua reuertitur dominus, ratioq; lucri redditur. Poſt lōgum tempus venit dominus; Græcè, ἔρχεται, in præſenti, & poſuit rationem cum eis, Græcè συναίρει λόγον, id eſt, *confert*, vel *ponit rationem*, etiam in præſenti. Sed idem eſt ſenſus, ſiue præſenti vtamur, ſiue præterito. Significatur autem Chriſti aduentus ad iudicium, & longum tempus ab Aſcenſione Domini vſque ad extremum diem. Grande tempus eſt [ait Hieronymus] inter Aſcenſionem Saluatoris, & ſecundum eius aduētū, &c. Et Gregorius: Dominus [inquit] qui talenta ſeruis contulit, rationem poſiturus redit; quia is, qui nunc ſpiritualia dona tribuit, diſtrictè in iudicio merita exquiret. Quid quiſque accepit, conſiderat, & quod lucrum de acceptis reportet, penſat, &c. Dicitur aūt tempus vſque ad iudicium breue, & longum, diuerſa ratione. Breuiſſimum eſt, ſi cū æternitate conferatur, ad quam tēdimus, & cum menſura Dei, apud quem *mille anni ſicut dies heſterna ſunt*, Pſalm. 89. & 2. Petr. 3. Longum eſt, quia hominibus longum videtur, quorum alia menſura eſt.

Secunda pars parabolę explicatur.

Quod ſit longum tēpus.

Reddēt in iudicio omnes homines rationem de talentis acceptis, pluribus, vel paucioribus: ideò redeunte domino, dicuntur acceſſiſſe ſerui, & de lucro facto rationē rēddidiſſe. Acceſſerunt, in primis primus, & ſecundus, & duplicata talenta domino obtulerunt, à quo ſunt hilari vultu excepti, atque laudati, & præmio donati. Idem in iudicio eueniet. Lætiſſima frōte Chriſtus bonos ſeruos excipiet, qui ex talentis lucrū fecerunt, & laudabit illos. Iuxta illud Apoſtoli 1. Corint. 4. *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tūc laus erit vnicuique à Deo*, &c. Præterea præmio donabit: *Euge* (inquit) *ſerue bone, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui*, &c. Gregorius homil. citata: Seruus, qui geminata talenta retulit, a Domino laudatur, & ad æternam remunerationem intromittitur, &c. Græcè, εὖ, id eſt, *benè egregiè*. Idem ſignificat εὖγε, vox eſt laudantis, gratulantis, & exultantis.

Redditur ratio talentorum.

Pauca verò appellantur dona huius vitæ, quamuis multa ſint; quia multò maiora ſunt bona cœleſtia, diuinaque præmia. Notandū (ait Hieronymus] quòd omnia, quæ in præſenti habemus, licèt magna videant, & plurima; tamen cōparatione futurorum, parua, & pauca ſunt, &c. Boni ſerui, fideles ſunt in paucis huius vitę donis

Dona Dei in hac vita pauca sūt.

Digitized by Google

tractandis, & in negotiatione paucorum talentorum; propterea in cœlo ſuper multa à Domino conſtituuntur. Non quòd aliquarum ciuitatum, vel officiorum adminiſtrationem accipiant; ſed quòd maximo præmio afficiantur, bona hic accepta valdè ſuperante. Præterea, ſuper multa bona in cœlo conſtituuntur, quæ illis traduntur in ſempiternũ poſſidenda, ijs maiora, quę hic poſſederunt. *Non enim ſunt condigna paſſiones huius temporis* (ait Paulus ad Rom. 8.) *ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c.*

Magna dona Chriſti ſunt, quæ dantur in cœlo.

Addit: *Intra in gaudium Domini tui, &c.* Gaudiũ Domini, exiſtimat Theophylactus ſignificare lætitiam Dei, quam habet gaudẽs in operibus ſuis. Intrant fideles ſerui in gaudium Domini; quia, quemadmodum Deus gaudet in operibus ſuis, ita & in ſuis beati lętantur. Rectius dixiſſet, gaudium Dei eſſe, quod ex viſione ſuæ eſſentiæ percipit, & in hoc introire beatos; quia gaudio gaudent, quod ex eadem diuina ſcientia emanat. Euthymius beatitudinem ait nomine gaudij intelligi. Hebraiſmus eſt, ſumitur gaudium pro rebus ipſis, ex quibus oritur gaudium. Eſt ſenſus: *Intra in gaudium Domini tui*, id eſt, in domum Domini tui, plenam omnibus rebus, quæ gaudium, voluptatemq; afferre poſſunt. Obſeruat Auctor imperfect. non dictum, Intra ad gaudium, ſed, *Intra in gaudium*, vt poſſeſſor (inquit) ſit gaudij, non tantum ſpectator. Sed idem eſt, intrare ad gaudium, & in gaudiũ. Cardinalis Caietanus vult dici, *Intra in gaudium*; quia (inquit) tam magnum eſt gaudium cœleſtis patriæ de Deo, vt non poſſit concludi in homine; & ideò intrat homo in gaudium illud incomprehenſibile, & non intrat gaudium illud in hominem, velut comprehenſum ab homine, &c. Iam diximus, intrare in gaudium, eſſe intrare in locum, vel domum plenam ijs rebus, quæ gaudium pariunt. Cœleſtis autem domus huiuſmodi rebus redundat. Nihil ibi cernitur, quod mœſtitiam parere poſſit, omnia gaudium, ſummamque pariunt voluptatem, præſertim ipſa Domini viſio beans omnes.

Quid ſignificet intrare in gaudium Domini.

Gaudiũ de Deo quantum.

A Eadem verba: *Euge, ſerue bone, et quia in pauca, &c.* dixit primo, & ſecundo ſeruo, qui diligenter fuerant negotiati. Quæritur, an eadem habuerint merita, & eandem receperint beatitudinem, primus, & ſecundus ſeruus, ſiquidem eiſdem verbis vtriq; dicitur: *Supra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* D. Chryſoſt. homil. 41. in Geneſ. ſic reſpondet: Quid (inquit) ad diligentiam attinet, ambo pares B fuerunt, proinde & eandem dignitatem nacti ſunt, &c. Theophylactus: Vide [inquit] quod & is, qui quinque, & is, qui duo talenta acceperat, eadem bona conſequantur. Quando enim quis pauca dona acceperit, & datum ſibi donum, licèt paruum ſit, bene diſpenſarit, æqualem honorem accepturus eſt cum eo, qui magna habuit, & fecit. Vnuſquiſque enim, vt acceperit, ita & excelſus videbitur, ſi bene C egerit. &c. Item Euthymius: Quamquam [inquit] diuerſæ gratiæ fuerũt, æqualis tamen eſt honor, quia & æquale in illis ſtudium, ſiquidem vterque accepta duplicauit, &c. Auctor imperfect. Etſi [inquit] ſecundus ſeruus fuit minor in opere, non fuit minor in voluntate, &c. D. Hieronymus: Duos ſeruos [inquit] ſimili gaudio recepit dominus, non conſiderans lucri magnitudinem, ſed ſtudij voluntatem, &c. D Lege etiam Origenẽ hom. 33. Caiet. Par [inquit] præmium redditur ambobus lucra referentibus; quia meritum fuit æquale. Nam quantum ſtuduit alter, negotiando in quinque, tantum alter ſtuduit, negotiando in duobus. Vterque enim ſecundum vires duplicant ſibi data, &c.

An primus & ſecũdus ſeruus æquales fuerint præmio, & merito.

Reſpondemus, ex parabola non colligi, idem fuiſſe meritum duorum ſeruorum, & eandem beatitudinem. E Quamuis enim talenta duplicarint, is, qui quinque lucratus eſt, maius meritum videtur comparaſſe, quàm is, qui lucratus eſt duo. Fatemur quidem, in duobus talentis lucrifaciendis potuiſſe plus laboris impendi, & caritatis, pluſque meriti comparari. Fatemur quoque, eum, qui pauciora talenta accepit, poſſe plura lucrari, quam illum, qui accepit plura. Verum qui plura talenta lucrifecit, is videtur plura me-

Non fuit idem amborum meritum.

ra merita, & maius præmium conſequutus. A Id, quod ipſe talentorum numerus indicat. Plura talenta, quæ lucriſecit, plura indicant merita. Quod verò iiſdem verbis a domino accepti ſunt, non repugnat. Nam quamuis eadem fuerint verba, illa neque ſignificant æquale meritum, neque æquale præmium, *Euge* (inquit) *ſerue bone & fidelis:* quia vterque in ſuo gradu bonus fuit, & fidelis, ſed inæqualiter. Additur: *Quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra* B *multa te conſtituam,* Hæc verba videntur æqualitatem præmij præ ſe ferre, ſed æqualitatem non ſignificant. Nã & prim9, & ſecũdus ſeruus, ſupra multa ſunt conſtituti, ſed non ſuper eadem. Alius ſuper multa conſtitutus eſt, quæ erant maiora, alius ſuper multa, quæ erant minora, vterq. gloriam aſſequutus eſt, ſed inæqualem. Vtriq. ſeruo dixit dominus. *In pauca fuiſti fidelis.* Tamen conſtat, hæc verba non ſi- C gnificare æqualitatem. Nam vnus fidelis fuit, in quinque talentis, alter in duobus. Eundem in modum illa: *Supra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.* æqualitatem non indicant. Euthymius: Dici (inquit) poteſt, quod æqualiter ſerui laudantur, & æqualiter introducuntur, ſed diuerſi modè remunerantur, iuxta proportionem lucrorum, quæ ab ipſis facta ſunt, &c. Lege Abuleſem Matt. 25. q. D 150. qui in hac eſt opinione.

Chriſti verba nõ ſignificãt æqualitatem.

Accedens autem & qui vnum talentum acceperat.

Piger ſeruus rationem reddit.

EGregiam de datis talentis rationem primus, & ſecundus ſeruus reddiderunt, laudati, & præmio affecti ſunt. De tertio ſeruo nunc agitur, qui talentum acceptum in terra ſe- E peliuit. Acceſſit ad reddendam rationem, lucrum verò reddere non poterat, quia nullum fecerat. Fatetur ergo ſe talentum in terra abſcondiſſe; cur id fecerit, indicat, adhibetque excuſationem, cur ſicut cæteri, lucrum nullum compararit. *Domine* [inquit] *ſcio quia homo durus es; metis, vbi non ſeminaſti, & congregas, vbi non ſpargis. Et timẽs abij, & abſcondi talentum tuum in terra; ecce habes, quod tuum eſt, &c.*

Timore (inquit) perterritus negotiari non potui. Noui enim te hominem eſſe auſterum, inexorabilem, & lucri cupidiſſimum, lucrumque inde extrahere, vnde nemo extrahit. Meſſem in agro inuenis, in quo nihil ſeminaſti; congregas frumentum ex locis, in quibus nihil ſparſiſti ſeminando; ex ipſis lapidibus lucrum elicis. Significant hęc verba hominem lucrandi auidiſſimum, & peritiſſimum, qui lucrum ex rebus omnibus emungit, & durum eo exigendo Vel ſignificant hominem auarum, & raptorẽ, qui alienas ſegetes demetit. Ego verò (ait ſeruus] non ſum adeò lucrandi peritus; ideo timui, ne ſi ad lucrandum pecuniam exponerem, non lucrum, ſed iacturam reportarem, & à te homine duro, & acerbo cruciarer. Talentum ſeruari abſque iactura, integrum refero. Habuit timorem ſeruus, ſed non ſecundum ſcientiam, vt ait Origenes: Timuit [inquit] Dominum ſeruus, habens timorem Dei, ſicut alter zelum Dei, non autem ſecũdum ſcientiam timens, abſcondit talentum in terra, &c.

Timor non ſecundum ſcientiam huius ſerui fuit.

Retorſit Dominus in ſeruum inertem, ipſa illius verba: *Serue* (ait) *male, et piger.* Alios ſeruos appellauit bonos, & fideles: *Serue bone, & fidelis.* Hunc appellat malum, & pigrum; quia ſegnis fuit, & ignauus ad lucrum faciendum. *Sciebas quia meto, vbi non ſemino, & congrego, vbi non ſpargo.* id eſt, Sciebas me durum eſſe, & lucri auidiſſimum, peritiſſimumque lucrandi; oportuit ergo timere, ne ſi ſine lucro talentum redderes, a me ſupplicio magno afficereris. Oportuit ſaltem hoc, quod nullius periculi erat, facere, talentum nummularijs tradere, & ego ab ipſis illud nunc exigerem, cum fœnore, & lucro. Cur paſſus es mortuam eſſe pecuniam, neque tradidiſti illam trapezitis, vt mihi lucrum redderent abſque periculo? Nummularij dicuntur Grę cè τραπεζῖται, id eſt, *menſarij*; τράπεζα enim eſt menſa. Campſores hoc nomen ſignificat, & fœnatores, qui pecunias vel permutabant, vel dabãt fœnori Ij enim, quia magna pecunia-

Domini ad ſeruum reſponſio.

Trapezitæ qui ſint.

CAPVT XXI.

De parabola talentorum.

Morale.

Peregrè profectus eſt Chriſtus in cęlum poſt Aſcenſionē

POſtquam Dominus in vitam ex morte redijt, paucis, id eſt, quadraginta diebus, cum dilectis Diſcipulis verſatus, peregrè profectus eſt in cœlum. Quis eſt iſte homo, qui peregrè proficiſcitur (ait D. Gregorius homi. 9. in Euangel.) niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cœlum. Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrum in cœlo collocatur, &c. Peregrina ſanè fuit cœleſti ciuitati humanitas Chriſti, quamuis diuinitas ſemper fuiſſet incola, à mundi procreatione. Veluti peregrinum excipere videntur Angeli, cùm Iſai. 63. rogant: *Quis eſt iſte, qui uenit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua,* &c. Et Pſalm. 23. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Quaſi dicant: Quis habitus eſt iſte peregrinus? Quis peregrinus Rex è terra veniens in cœlū? Hactenus nullum hominem recepit noſtra ciuitas, peregrina illi eſt omnis humanitas. Quis hic eſt homo Rex gloriæ, qui in cęlum tanta cum gloria, & maieſtate ingreditur? Reſpondent alij: *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* Item: *Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloria,* &c. hoc eſt, Peregrinus hic e terra veniens in cœlū, Rex eſt fortiſſimus, qui fortiſſimo aduerſario dæmone ſub iugum miſſo triumphat. Rex eſt potentiſſimus, qui omnib. orbibus, & terrarum, & cęlorū dominatur. Rex eſt glorioſiſſimus, qui omnib. electis parta per crucem gloria, in cœlum venit. Homo eſt, & Deus. Si cœlo peregrina eſt humanitas, certè non eſt peregrina diuinitas. Incepit tunc cœlum homines pati, peregrinus hic & nouus cęli, quoad hu-

Ab Angelis veluti peregrinus excipitur Chriſtus in cœlum aſcēdens.

Chriſtus quis et qualis peregrinus.

A manitatem, incola effecit, vt cœlum ciuitas iam ſit peregrinorū hominū. Erat ciuitas Angelorum, quia in ea conditi ſunt, & a condito orbe habitabant. Non erat ciuitas hominum, quia, & nati erant, & habitabant in terra. At poſt hanc fœliciſſimam Domini peregrinationem, peregrini homines cęleſtis ciuitatis ciuis ciues facti ſunt, adeò vt terra exilium, cœlū vero hominum patria iam reputetur.

B *Cœlū cœli Domino* (ait Dauid Pſal. 113.) *terram autem dedit filijs hominum, &c.* Deo veluti aulam, celſiſſimumq. palatium, cęlum ſupremum aſſignat, hominib. terrā tribuit in colendam. Si enim naturam ſpectes, ea non poteſt homines ad cœli habitationem efferre, Chriſti gratia illos effert.

Chriſtus ſecundū diuinitatē nō eſt profectus peregrè.

Peregrè quidē profectus eſt Chriſtus in cœlum, ſed non propterea in terra eſſe deſinis. Nam & in cœlo eſt, C & in terra quoque, cum humanitate quidem, & diuinitate in tremendo Euchariſtiæ Sacramento, ſecundum diuinitatem vbique. Vnde Origenes Matth. 25. Secundum diuinitatis ſuæ [inquit] naturam, non peregrinatur, &c. Quamuis ergo peregrè profectꝰ eſt Dominus, non relinquit ſeruos, illis ſemper adeſt; illos ſemper intuetꝰ, peregrinatur tamen ab oculis eorū corporeis, Dominum non vident oculis carneis; nauanda opera eſt, vt illū ſemper videant oculis animi, & fidei. Viri impij neque corporis, neq. animi oculis Deum adeſſe vident. Pſal. 33. *Dixerunt: Non videbit Dominus, neque intelliget Deus Iacob, &c.* Hinc illud Eliphaz, Iob 22. *Et dicis* (inquit) *Quid enim nouit Deus? Et quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat, &c.* Item: *Dicebant Deo: Recede à nobis: & quaſi nihil poſſet facere Omnipotens, aſtimabant eum, &c.* Pſalm 72. *dixerunt; Quomodo ſcit Deus? Et ſi eſt ſcientia in excelſo? &c.* Iſai. 29. *Quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt. Quis videt nos, & quis nouit nos? &c.*

Impij Dei oculos non curant.

Eccleſ. 23. adulter ſic ait: *Quis me videt? Tenebra circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me. Quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus, &c.*

Quæ-

Quærit inſipiens: *Quis me videt?* Videt te, ô ſtulte, videt te Deus. Quæris: *Quem vereor?* Vereri, ac formidare vehementer debes Deum. Circumdant te tenebræ, & parietes cooperiunt te, at Dei oculi tenebras illuminant, parietes penetrant. Dixi (ait Pſalmographus Pſal. 138.) *Forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quoniam tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur, etc.*

Tenebræ nō occultāt ſcelera impiorum.

Non poſſunt tenebræ operire ſcelera improborum. Nox enim ipſa illuminatio, & lux eſt coram oculis Dei, coram Deo non obſcurantur tenebrę, nox ſicut dies eſt ſplendida. Ideò Eccleſiaſticus adijcit: *Et non intelligit* [ſcilicet adulter] *quod omnia videt oculus illius* [videlicet Dei] *quoniam expellit à ſe timorem Dei. Huiuſmodi hominis timor, & oculi hominum timent eſt illum. Et non cognouit, quoniam oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper Solem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, et hominum corda intuentes in abſconditas partes, &c.* Non intelligit impius, quia intelligere non vult, oculos Domini omnia penetrare, omnia p.ſpicere, etiā in tenebris, Soliſque inſtar caliginē illuminare. Atquam fiant omnia, Deus cernit, omnia quoq cernit, cum fiūt, & poſtquam facta ſunt. *Domino Deo* (addit Eccleſiaſticus) *antequam crearentur omnia, ſunt agnita, ſic & poſt perfectū reſpicit omnia*, id eſt, poſtquam ſunt perfecta, &c. Reſpicit etiam, cum fiunt.

Dei oculi omnia cernunt.

D. Bernar.

Audiamus Bernardum adulterio illi reſpondentem, qui ait: *Quis me videt? Parietes cooperiunt me, &c.* Serm ad Clericos, c. 16. Eſto [inquit] nemo te videat, non tamen nullus. Videt te Angelus malus, videt te Angelus bonus, videt te & bonis, & malis maior Angelis Deus, videt accuſator, videt teſtium multitudo, videt & ipſe Iudex, cuius te oportet aſſiſtere tribunali. Sub cuius ſanè oculis velle delinquere tam inſanum eſt, quam horrendum incidere in manus Dei viuentis. Nuda ſunt eius oculis omnia, &c.

Qui vidēt ſcelera, quæ in mundo fiunt

Non conſiderant hæc inſipientes; ideò, quia peregrinatur ab eorum oculis Dominus, ſcelera multa committunt. Adultera illa fœmina Pro-

A uer. 7. in ſcelus pellicit iuuenem his verbis: *Veni non eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſſima, &c.*

Quia peregrè profectus erat vir, quia illum non cernebat; ideò ſcelus committere parabat. Sic impij anima quia non cernit Deum in domo, ſua ab illius oculis peregrinatur, flagitia abſque timore perpetrat. Pſalm. 9. *Non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore, &c* In He-

B breo ſic habetur, אין אלהים כל מזמותיו *en elohim col mezimmothau*; id eſt, *Non Deus, omnes cogitationes eius, &c.* Non proponit Deum ante oculos, cogitat non eſſe Deum, qui puniat; ideò polluta ſunt impij opera. Hieronymus vertit: *Nec Deus in omnibus cogitationibus eius, &c.* Pſalm. 53. *Alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum, &c.* At iuſti, probi-

Iuſti Deū præſentem adeſſe conſiderant.

C que viri Deum proponunt ante conſpectum ſuum, etſi oculis corporis cernere illum nequeunt, oculis animi, fideique cernunt. De Moyſe Paulus ad Hebr. 11. *Inuiſibilem* (ait) *tamquam videns ſuſtinuit, &c.*

Ita iuſti inuiſibilem Deum, quem oculis corporis non vident oculis mētis vident; & tamquam videntes colunt. Pſalm. 118. *Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua; quia omnes viæ meæ in*

D *conſpectu tuo, &c.* Lib. 3. Reg. 16. *Viuit Dominus* (ait iuſtus Elias) *in cuius conſpectu ſto, &c.* Hæc iuſti viri verba ſunt: Deum habeo viuum, in eius conſpectu ſemper ſto, quidquid in me eſt, in eius conſpectu ſtat, etiam intimas cogitationes meas cernit. Iuſtus in conſpectu Dei ſtat, vitia verò cadunt, & iacet. Lib. 1. Reg. c. 5. *Ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini, &c.* Ante arcam cecidit, iacuitque ido-

E lum. Ante oculos, & præſentiam Dei à iuſto conſideratam cadit, iacetque peccatum.

Si Rex iuſtus ſuos ſemper intueretur milites, ſuos Iudices, ſuos Præſides, nonne ſumma cum diligentia, & fidelitate ſuis omnes fungerentur muneribus? Quod ſi ex throno ſuo omnes ſubditos, omniumque cerneret cogitationes, & corda, quis ſcelus aliquod committere,

Præſentia Dei cōſideratio à quātis peccatis nos arcere debeat.

quis

Digitized by Google

quis fœdam aliquam, aut flagitioſam animo voluere cogitationem auderet? Vt enim eſt in Prouerbis, cap. 20. *Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſolo, &c.* Si terreni Regis intuitus hęc efficere poſſet, cœleſtis Regis, qui omnes homines vbique, eorumque omnia facta, & cogitationes intuetur, quid efficere par eſt intuitum? At hominum oculos timent homines inconſiderati, Dei oculos non timent. Hinc illud Proue. 23. iam citatum; *Non intelligit* (ſcilicet inconſideratus adulter) *quòd omnia uidet oculus illius* [ſcilicet Dei] *quoniam expellit à ſe timorem Dei huiuſmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum, &c.* Hoc eſt, *Huiuſmodi timor hominis*, id eſt, quo homo timetur. *expellit à ſe timorem Dei. Et oculi hominum timentes* [ſubaudi, ſunt] *illum*, id eſt, oculi hominum timent illum timorem hominum, & non timent timorem Dei. Timent enim homines adulteri oculi omnia circumſpicientes, ne videantur ab hominibus. Hebraiſmus eſt, timere timorem, id eſt, rem timẽdam. Iob 3. *Timor quem timebam, euenit mihi, &c.* Aliter: *Et oculi hominum timentes, illum*, ſcilicet hominem. Græcè modò ſic habetur: καὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπων ὁ φόβος αὐτοῦ, hoc eſt, *& oculi hominum ſunt timor ipſius hominis, &c.* Timor hominum ſunt oculi hominum, verentur maximè oculos hominum, non tamen verentur oculos Dei; quia oculis carent animi, id eſt, conſideratione. Si verentur homines oculos hominum, nonne Chriſtus Deus eſt, & ſimul homo? Ergo illius formident oculos. Bernardus loco citato: Si (inquit) Deum non times, & ſolos hominum revereris aſpectus, memor eſto, hominem Chriſtum hominum facta ignorare non poſſe. Vt quod coram me attentare minimè prorſus anderes, multò minùs audeas coram ipſo. Quodq; non dico non liceret, ſed neque liberet quidem præſumere, vidente conſeruo, inſpiciente Domino, vel cogitare penitùs exhorreſcas, &c. Qui cõſideratione pollet, is oculos Dei, & hominis Chriſti conſiderat, & timet. Non illud ait impij adulteri citatum; *Tenebræ circumdant me, & parietes coope-*

A *riunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor?* Sed illud ſanctiſſimi Eliæ: *Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto. Beatus uir* [ait Eccleſiaſticus 14.] *qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu* [Græcè, συνέσει, id eſt, *in intellectu*] *cogitabit circumſpectionem Dei, &c.* Qui ergo beatus eſſe cupit, in ſapientia moretur, in iuſtitia meditetur, & intellectu ſuo cogitet Dei circumſpectionem hoc eſt, conſideret

B Dei intuitum, & Dei oculos cuncta circumſpiciẽtes, ſe ſemperq́; atq; vbique à Deo videri meditetur, & circumſpici. Hic ſummi Regis intuitus ante mentis oculos propoſitus omne malum, ipſo Deo iuuante, diſſipabit, & ad omne bonum excitabit.

Peregrè profectus eſt Dñs, reuerteturne aliqñ? Reuertetꝰ abſq; dubio. Id. n. pollicitus eſt per Angelos, Act. 1. *Hic Ieſus* [aiunt] *qui aſſumptus eſt à uobis in cęlũ, ſic ueniet, quemadmodum uidiſtis eum euntem in cęlũ.* hoc eſt, Hic Dominus, qui peregrè proficiſcitꝰ a vobis, reuertetur. Reuertetꝰ ex peregrinatione Dñs, & videbunt eum etiã ij, à quorum oculis tum carnis, tum mentis interim peregrinatur. Apoc. 1. *Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, &c.* Diſceſſit veluti peregrinus, ignotus Iudęis, & gentibus, at redibit Rex, & Deus, cunctis notus

Reuertetur Dominus, qui peregrè profectus eſt.

D hominib. Diſceſſit coram paucis Diſcipulis, redibit coram orbe vniuerſo. Diſceſſit in cęlum, ad dexteramq́; Patris ſedit, redibit in terras, ſtupendoq́; in tribunali oẽs homines, Angeloſq́; iudicãs ſedebit. Diſceſſit ex mõte Oliueti, qui valli Ioſaphat vicinus eſt, redibit in eandẽ vallem. Diſceſſit, ſeruiſq́; ſuis & talenta, & tempus negotiandi præbuit, redibit, lucrumq́ue ab illis negotiationis repoſcet.

E *Tradidit* [iquit] *ſeruis bona ſua.* Quęnam bona? Nimirũ illa, de quib. legitꝰ Geneſ. 1. *Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant ualdè bona, &c.* Hæc bona nobis tradidit, videlicet, cuncta ferè, quę fecit, Pſ. 8. *Oĩa* [ait Pſaltes] *ſubiecisti ſub pedib. eius*, i. hominis, *oues, & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi, uolucres cęli, & piſces maris, &c.* Tartarũ oĩbꝰ, oĩaque bona ſua, q̃ in illo hẽt, tradidit nobis, & ſubiecit Deus, elementa, cęlos quo-

Pſal. 8.

Quæ bona ſeruis tradiderit Dñs

negotiationis perfertis, paulò poſt opes tot laborib. dolorib. ſudoribuſq; partas, alij deuorabunt. Pſal. 48 *Simul inſipiens, & ſtultus peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas, &c.*

De Rege Tyri cap. 29. ait idem Vates: *In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluiſti ſanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te, &c.* Auari negotiatores, B in iniquitate negotiationis ſuæ polluunt ſanctificationem ſuam, quam a Deo acceperunt: ideo de medio eorũ, id eſt, de peccatis, quæ ex medio eorum, videlicet ex corde exierunt, producit Dominus Orci ignem, qui eos in ſempiternum cruciet in cõſpectu beatorum, & damnatorum.

Auari negotiatores polluũt sãctificationẽ ſuam.

Cauete negotiatores auaritiã, fraudem, vſuras, & cætera peccata, quæ in negotiationib. committuntur. C Cauete ne aureum auaritiæ idolum colatis. Auari enim aurum colunt, & argentum quemadmodum idolorũ cultores aurea, & argentea idola colũt: *Hoc ſcitote* (ait Paul. ad Epheſ. 5.) *intelligẽtes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in Regno Chriſti, et Dei, &c.* In quæ verba Card. Caiet. ſic ſcribit, Auarum dicit Pau. idolorum Cultorem, eo quòd conuenit vterq. in co D lendo vnam & eandem rem. Idolorũ ſiquidem cultor argentum, & aurum colit, iuxtũ illud Pſalm. 113. *Simulacra gentium argẽtum, & aurum.* Auarus quoque argentum, & aurũ colit, &c. Lege quæſo ca. 3. prophetæ Danielis, in quo narrat Babylonis Regem ſtatuã auream populis adorãdam propoſuiſſe. *Fecit* (inquit) *ſtatuam auream, & ſtatuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis, &c.* Et inferius, *Cadẽtẽ omnes populi, tribus, & linguæ, adorauerũt ſtatuam auream, &c.* E En tibi auaritiæ idolum, à Dæmone conſtitutum in campo Babylonis, id eſt, mundi huius. Vt Babylonij aureã adorarũt ſtatuam; ſic auari negotiatores aurum, argentumque veluti adorant. His illud cõgruit. Sap. 15. *Aeſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtrã, & cõuerſationem vitæ compoſitam ad lucrũ: & oportere vndecumque etiam ex malo ac-* A *quirere, &c.* Negotiatores .n. impij, vitæ conueſationem totam, ad lucrum cõponunt. Vndecumque, etiã ex malo, lucrum acquirere conantur. Græcè, ἐλογίσαντο παίγνιον εἶναι τὴν ζωὴν ἡμῶν, καὶ τὸν βίον πανηγυρισμὸν ἐπικερδῆ. Hoc eſt, *æſtimauerũt luſum puerilem eſſe vitam noſtram, & nũdinationem quæſtuoſam.* De idolorum fabricatoribus propter lucrum loquitur ſapiens. Exiſtimabãt idolatræ, Deum verum igno B rantes, vitam noſtram eſſe ludũ, quẽdam puerorum, & nundinas quaſdã, ad lucrum omni ex re comparandũ. Nonne hoc ipſum præ ſe fuerunt impij fœneratores, reliquiq. omnes, qui quæſtũ iniuſtè cõparant? vitam ſic traducunt, ac ſi ludus eſſet puerorũ, ſeria animæ negotia non curant, puerilib. corporis lutei operibus intendunt: de ratione Deo reddenda non cogitant, lucro perpetuo inhiant, vt pueri inſi- C pienter negotiantur, amittuntq. tandem omnia.

Auaritia idolorũ ſeruitus eſt.

Dan. 3.

Auaritia idolum eſt ſtatus Nabuchodonoſoris.

Sapien. 15.

Improbi negotiatores lucrũ ẽt iniuſtũ cõquirunt.

Vita noſtra æſtimata eſt ludus.

Longè aliter viri probi ſapienter negotiantur, inſtar non puerorum, ſed virorũ. Si terrena vtuntur negotiatione, nihil turpis lucri, quod cum crimine ſit copulatum comparant; excutiunt negotiationis partes omnes, lateatne fraus aliqua, vſura, aut illicitum quiſpiam diligenter explorant; non ingreditur illorum domos quæ- D ſtus iniquus, quia iuſtitiæ lumine adhibito actiones ſuas omnes perſpiciunt. Longe ab illis illud abeſt Amos 3 *Neſcierunt facere rectum, theſaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus ſuis, &c.* & illud Pſal. 73. *Repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ, domibus iniquitatum, &c.* qui in terra ſunt, terreno lucri puluere, in oculos incurrente obſcurati, hi repleti ſunt domib iniquitatũ, &c. D. Hie. vertit, *Repleta ſunt tenebris terræ, ha-* E *bitationes iniquæ, &c.* D. Aug. eodẽ Pſalmo, Multi (ait) attendunt ad terrã obſcurati ſunt, & repleti ſunt terra. Intrauit in oculos eorum puluis, & excæcauit eos, &c. At qui non ſunt obſcurati lucri puluere terreno, ſed cęleſti illuſtrati luce, repleti ſunt domibus non iniquitatum, ſed iuſtitiæ, quã ſemper in negotiatione conſulunt.

Probi negotiatores iuſtum tãtũ lucrũ quærunt.

Relinquamus terrenos negotiatores, de negotiatione cæleſti agamus,

Negotiatio cæleſtis cęle

de

Digitized by Google

homo breui tempore uiuere; quamuis etiam, [vt omittam alia] illud Hippocratis in principio definitionum non me lateat, *Vita breuis, Ars verò longa, &c.* neque ignorem à M. Tullio memoriæ proditam Theophraſti accuſationem naturæ, Tuſcul. 3. Theophraſtus (ait) moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod ceruis & cornicibus, vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet, hominibus quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet, quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur, &c. Aio, inquam, poſt multùm temporis vitæ conceſſum, aduenire iudicem; quia vitæ noſtræ tempus, & longum eſt, & breue. Breue quidem eſt, ſi cum æternitate, quam poſt mortem ingredimur, conferatur. Omnia ſæculorum ſpatia definita (ait D. Auguſtinus lib. 12. de ciuita. cap. 12.) ſi æternitati comparentur, non exigua exiſtimanda ſunt ſed nulla, &c. Præterea breue eſt, quia finem habet, iuxta illud Diui Hieronymi in proœmio cap. 8. Ezech. Nihil longum eſt, quod finem habet, &c. idem Diuus Auguſtinus ſentit loco indicato: Nihil (ait) eſt diurnum, in quo eſt aliquid extremum, &c.

Noſtra vita breuis & lõga eſt diuerſa ratione.

Longum autem eſt, ſi cum negotiatione, ad quam miſſi ſumus, collatum ſpectetur. Nam ad cæleſtem negotiationem exercendam, ad lucrum ſpiritale conquirendum, ad virtutes, meritaque comparanda, quibus gloriam æternam conſequamur; ſatis longum eſt cuiuſlibet vitæ ſpacium. Exceſſit è vita adoleſcens annorum viginti; breui ſane vixit tempore, immaturuſque obijt, ſi alios ſpectes homines prouectæ ætatis; at longo vixit tempore, ac maturus è vita migrauit, ſi quod negotiationi ſatis eſt tempus attendas. Satis enim pauci illi anni fuere, ad lucra magna facienda, iuxta illud Sapient. 4. *Conſummatus in breui, expleuit tempora multa, &c.*

Longa eſt vita ad q̃rẽda lucra cęleſtia.

Vixit quidem paucis annis, ſed illi pauci, inſtar fuere multorum, quia A paucis annis lucrum perinde fecit, ac ſi multis vixiſſet. Non facit in nundinis quæſtum is qui multis diebus in nundinis verſatur otioſè; ſed qui multa emit negotioſè. Eundem in modum, in nundinis ſpiritalibus, nõ lucrum magnum comparat, qui multos annos viuit ſegniter; ſed qui multas margaritas, id eſt, multa operum bonorum merita, congerit diligenter.

B Conqueratur de natura Theophraſtus, quod breuem hominibus vitam dederit, ad artes perdiſcendas; non conqueretur Chriſtianus de Deo, quod breuem illi vitam tribuerit, ad virtutes operaque bona comparanda. Breuis illa ſit, ad artes perdiſcendas; ſatis longa eſt, ad virtutum merita conquirenda. Si vitam longam tribuit Deus ceruis, & cornicibus; multò longiorem tribuet C hominibus vita hæc non hominum eſt vita, ſed via, vita eſt ceruorum, cornicum, cæterorumque animalium ratione carentium; quorum nihil poſt mortem ſupereſt. Hominum vita ſempiterna eſt, non in terra, ſed vel in cœlo ſumma cum gloria, & lætitia coniuncta; vel in orco, ſummo cum cruciatu, & mœſtitia copulata. Dicat Hippocrates ὁ ϐίος βραχὺ, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, hoc eſt, *Vita breuis, ars* D *vero longa*. Nos dicamus; via hominum breuis, mora verò, & habitatio longa, ſiue in cœlo, ſiue in Orco; nempe ſempiterna.

Chriſtianus nõ debet de vita breuitate conqueri.

vita hæc eſt uiua æterna vita eſt vita hominum.

Ariſtoteles ſimiliter vt Theophraſtus conuerebatur, teſte Seneca libro de breuitate vitæ, capite primo. Ariſtoteli (ait) lis eſt cum rerum natura: illam animalibus tantum induſiſſe, vt quina, aut dena ſecula educerent; homini in tam multa, ac magna E genito, tantò citeriorem terminum ſtare, &c. Sed reſpondet philoſophus egregiè, ſecundum ea, quæ dicta ſunt. Quid [inquit] de rerum natura quærimur? illa ſe benignè geſſit, vita ſi ſcias vti, longa eſt &c. Obſerua quod ait, vitam eſſe lõgam, ſi ſcias illa vti; hoc eſt, ſi ſcias illam bonis meditationibus, lectionibus, orationib. eleemoſynis, ieiunijs aliſque bonis operibus impendere.

Vita longa eſt ſi vtiſ illa ſcieris...

Longam vitam is ducit, qui nihil ex vita perdit; omneſque horas bene locat. Breuis vel nulla illius eſt vita hominis, & ſi longiſſima videatur; qui vitam perdit, qui in anes, vitioſas, perniciosaſque in res, cogitationes, atque opera, tempus inſumit. Inde idem Seneca eodem loco; Non exiguum (inquit) temporis habemus; ſe multùm perdimus. Satis longa vita, & in maximarum rerum conſummationem largè data eſt; ſi tota bene collocetur, &c.

Itaque Deus longam vitam dat ſeruis ſuis, longum dat tempus ad negotiandum; poſt multum temporis venit. Conqueri non poſſunt, quòd per temporis anguſtias negotiari, talentaque exercere non licuerit. Temporis ergo prodigalitatem caueant, ac vitæ, qui talenta acceperunt: nullam temporis, vel minimam partem; ſine lucro effluere patiatur. Vitam à Deo longam acceperunt; ne faciat ipſi diſperdendo, breuem. Latè patebit, ſi bene, non prodigè expendatur. De prodigalitate vitæ, & temporis, ait idem philoſophus, loco indicato: Non accepimus breuem vitam, ſed fecimus: non inopes temporis, ſed prodigi ſumus. Sicut amplæ, & regiæ opes, vbi ad malum dominum peruenerunt, momento diſſipantur; at quãuis modicæ, ſi bono cuſtodi traditæ ſunt, vſu creſcunt: Ita ętas noſtra, bene diſponenti multùm patet, &c.

Cauenda prodigalitas temporis.

Quemadmodum quidam prodigi pecuniarum ſunt, alij prudenter illas, ac parcè expendunt; ſic quidam prodigi ſunt temporis; alij ſapienter illud ſummaque cum parſimonia non niſi in cœleſti negotiatione inſumunt, ſumm(o)que bonorum operum lucro complent. Vt enim ait Hieronym. nihil tempus prodeſt, & & ſi longiſſimum; niſi bonorum, atq; ęternorum operum in eo viaticum præparetur. In proęmio capite 8. Ezech. Omnis [inquit] retrò temporum ſeries tranſacta, non prodeſt, niſi fortè bonorum operum, ſibi viaticum præparauerit; quæ ſemper ad futura, imò & ad æterna reſpiciunt, & nullis terminis coarctantur, &c. Boni ſerui operantur, in tempore æternorum operum viaticum parant, Domino talenta duplicata offerunt. *Abijt qui quinque acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque*; item; *qui duo acceperat operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia duo*. Non fuere temporis prodigi, ſed vt ita dicam auari; operati ſunt, æternas operando diuitias ſibi compararunt.

Expendendum tempus in bonis operibus.

(A) (B) Sibi inquam, non Domino; tradidit enim liberalis Dominus talenta, vt negotiarentur; rationem exegit. Nũquid lucrum factum ſibi accepit? Non hoc legimus. Imò legimus; *Tollite ab eo*, id eſt, ſeruo ſegni, & ignauo *talentum, & date ei, qui habet decem talenta, &c.* Nonne vides Dominum non accepiſſe talenta, quorum rationem expoſcebat? *Date* (inquit) *ei, qui habet decem talenta.* Domine nonne hæc talenta tua ſunt? nonne rationem illorum exigis? Cur igitur dicis, ſeruum habere decem talenta, & præterea (C) vndecimum dari iubes? Videlicet; quia non domino lucrum, id eſt, operum merita, ſed ſibi comparant ſerui boni. Gloria lucri facti Dei eſt, lucrum ipſum, & meritum ſeruorum. Sibi ergo quæſtum faciunt, tam liberalis Domini ſerui; qui & pecuniam ad negotiandum, & lucrum factum liberaliſſimè largitur.

Negotiationis utilitas noſtra eſt.

Accedat iam ſeruus ille piger, qui (D) pigro gradu, poſt omnes, ad Dominum rationem redditurus acceſſit. Sed rationem reddit, ſine ratione; ſiue potiùs Domini accuſationem. *Domine* (inquit) *ſcio quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti: & timens abij, & abſcondi talentum tuum in terra, &c.*

Accedit ſeruus piger ad rationẽ reddendã.

Durum Dominum appellat, mollis, & piger ſeruus. Nam pigris, & mollibus ſeruis, diligens, ac vigilans (E) Dominus, durus videtur. Rei familiaris curam habens, & laborem, penſumque exigens, metere dicitur, vbi non ſeminauit, colligere, vbi non ſparſit. *Timens* [inquit] *abſcondi talentum*; timore abuſus eſt ſeruus, non bene vſus. Ideoq; reprehenditur à Domino. *Serue* [inquit] *male, & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi, oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, &c.*

Abuſus eſt timore ſeruus.

Quaſi

Quaſi dicát, timore malè vſus es. Si timebas me durum exactorem mearum rerum: cur timore hoc non es bene vſus? bene fuiſſes vſus, ſi eo ductus pecuniam meam nummularijs dediſſes, vt ex ea lucrum colligerem. Malè vſus es, quia illo impulſus pecuniam abſcondiſti, ac ſepeliſti.

Vtendum timore ſapienter.

Cauẽdum eſt ne male timore vtamur, ſed benè. Vtemur benè, ſi eo perculſi peccata toto corde fugiamus, & æterna lucra toto conatu conquiramus. Vtemur malè, ſi talenta nimio metu deiecti, abſcondamus; vel ſi in deſperationem eo ducente incidamus Timendum valdè eſt Dei iudicium, ac iuſtitia; ſed ita vt non deſperes de miſericordia, ſperandum de miſericordia; ſic tamen vt negligentem ſecuritatem euites.

D. Bernar. Duo pedes Domini deoſculandi, miſericordia, & iuſtitia.

Quamobrẽ Diuus Bernardus ſerm. 6. in Cant. duos pedes Domini, id eſt, miſericordiam, & iuſtitiam, ſimul oſculandos docet; ne vel iuſtitia in deſperationem adducat, vel miſericordia negligentiores efficiat. Alterum (ait) pedem, ſine altero, oſculari non expedit. Quia & recordatio ſolius iudicij, in barathrum deſperationis præcipitat; & miſericordiæ fallax aſſentatio, peſſimam generat ſecuritatem, &c. Experientia propria hoc probat; Si quando (inquit) miſerationis oblitus, ſtimulante conſcientia, iudicio paulò diutiùs inhærerem, mox metu incredibili, ac miſerabili confuſione deiectus, & tenebroſo circumfuſus horrore, hoc ſolùm palpitans de profundis clamaui; *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

Pſal. 89.

Quòd ſi pedem miſericordiæ plus tenere contingeret; tanta è cõtrario incuria, & negligentia diſſoluebar, vt confeſtim & oratio tepidior, & actio pigrior, & riſus promptior, & ſermo incautior, & omnis denique vtriuſque hominis ſtatus, inconſtantior appareret, &c. Oportet ergo attentè miſericordiæ ſpe vti, ne negligentes efficiamur: & timore, ne deſperemus, prætereà ne talenta à Deo accepta abſcondamus.

Timidi talenta abſcondunt.

Videntur ſibi cauti, ij, qui timidi

A ſunt: at timore minimè prudenti deiecti, talenta ſepeliunt, ibi trepidantes timore, vbi non eſt timor. Deum iuſtiſſimum, rationemque ſeuerè exigentem, mente concipiunt, & facto ipſo dicere videntur; *ſcimus quia durus es, metis ubi non ſeminaſti, congregas vbi non ſparſiſti*: ideo taſentis acceptis vti nolumus, ne fortè non lucrum. ſed damnum faciamus. Iis enim qui prodeſſe proximo poſſunt, ſcrupulos,
B timoreſque immoderatos inijcit dæmon, vt à iuuando proximo deterreat. Deum auſterum, & durum, ante oculos proponit, pericula, conſcientiæque diſcrimina, & laqueos, menti obijcit. Sed Deo iuuante timores immodici ſuperandi ſunt; qui vt eſt in Pſalmo 90. ſuos liberat *à timore nocturno, & à negotio perambulante in tenebris.*

Scrupuli timores nocturni, & negotia perambulãtia in tenebris.

Quid enim aliud ſunt ſcrupuli, quàm timores quidam nocturni, & dæmo-
C nis quædam negotia perambulantia in tenebris hæſitationum. Per quæ id negotiatur, & lucratur, vt talẽta ſerui Dei abſcondant, quibus proximo prodeſſe poſſunt? Magnum Gregorium audiamus lib. 31. Moral cap. 29. ad illa verba: *In occurſum pergit equus armatis, &c.* Plerumque (inquit) fit, vt hoſtes callidi, militem Dei; iam ẽt de inteſtino bello victorem, tantò de ſemetipſo terribiliùs tentent, quan-
D tò illum contra ſe, & in alieno corde præualere fortiùs vident. Vt dum illum ad ſe tuendum reuocant; aliena corda libertiùs, quæ ex hortatione eius protegebantur, inuadãt. Cùmque eũ ſuperare non poſſint: ſaltem occupare conantur. Quatenus dũ miles Dei, de ſemetipſo concutitur: non ipſe, ſed is, quẽ defendere cõſueuerat, perimatur. Sed mens in Deũ immobiliter fixa, tentationũ impetum deſpicit: nec
E cuiuslibet terroris iacula pertimeſcit. Supernæ enim gratiæ fretus auxilio; ſic vulnera infirmitatis ſuæ curat, vt aliena non deſerat. Vnde bene de equo apud Iob. 39. ſubiungitur: *Contemnit pauorem, nec cedit gladio*: contemnit pauorem; quia nullius tentationis formidine, ad hoc vſque terretur, vt taceat. Nec cedit gladio: quia & ſi violenta illum tentatio percutit, à cura tamen proximi non repellit, &c.

Dæmon tentationibus eos conatur implicare, qui proximo ferunt opem.

Timent quidam Dei iuſtitiam; alij timent laborem, ideòque talenta terra obruunt. Seruum timidum, vocauit Dominus pigrum: piger laborem timet; ſic ſerui quidam ſegnes, pro animarum ſalute difficilia opera aggredi recuſant præ ſegnitie. Miles timidus, bellum metuit; at magnanimus pro Repub. nullum laborem, periculumque refugit, ſicut Dux magnanimus, fortiſque Iudas, cuius verba illa ſunt 1. Machab. 3. *Melior eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum. &c.* Eundem in modum animi homo puſilli, belli ſpiritalis labores horret; ſtrenuus verò melius ſibi eſſe putat ſanguinem profundere, & mori in bello, quàm videre mala gentis ſuæ, & Eccleſiæ Dei. Non horret labores, aut dolores, omnibus ſe offert, vt ſuccurrat proximo. Prouerb. 26. *Dicit piger: leo eſt in via, & leæna in itineribus. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua. &c.* Ecce tibi timidi, & pigri ſerui effigiem; læanas quaſdam, & leones, commentitios timet, ignauia, ac pigritia captus; in lecto ſeſe huc & illuc vertit, vt vertitur in cardine oſtium: denique ſi ſurgit, ſub axillis manus recondit, & talentum abſcondit, omne ſubterfugiens opus, quo iuuare proximum valet Diligēs autem, ac vigilans ſeruus, terras, mariaque peruagatur; vt pereuntibus hominibus opem ferat.

Seruus piger laborē timet.

Naui inſtitoris, ſiue mercatoris, ſimilis eſſe dicitũ ſtrenua mulier, Prou. 31 *facta* (inquit) *eſt ſicut nauis inſtitoris. &c.* Chriſti ſeruo ſtrenuo, ſimilitudo valdè cōgruit: is enim vt mercatoris nauis, in omnia nauigat emporia; in quibus animarum lucrum poteſt facere: nullos formidans fluctus, nullas propter tantū queſtū metuens tēpeſtates. Numquā otioſus, aut piger eſt negotiator terrenus. D. Ambroſius lib. de Elia & ieiunio cap. 19 ad mercatores: Verecundiores (inquit) ſunt venti, quam veſtræ cupiditates. Illi habent otia ſua: numquam veſtra quærendi ſtudia feriantur. Et cū otioſa tempeſtas eſt, numquā veſtra otioſa ſunt nauigia, &c. Hos celeſtis imitatur negotiator, quieſcunt venti, nō quieſcit illius cupiditas, non pecuniæ, ſed animarum; numquam feriatur, numquam vacat otio, niſi vt redeat alacrior, ad negotiationē, & lucrum. Nolite (inquit Auguſtinus tract. 10. in Ioannē] nolite quieſcere lucrari Chriſto; quia lucrati eſtis à Chriſto. &c. item eodē loco: Si aūt fueris frigidus, marcidus, ad te, ſolùm ſpectans, & dicens in corde tuo: Quid mihi eſt cura re aliena peccata? Sufficit mihi anima mea, ipſam integrā ſeruem Deo. Eia non tibi venit in mentē ſeruus ille, q abſcondit talentū? Numquid accuſatus eſt, quia perdidit, & non quia ſine lucro ſeruauit? &c. item; vnuſquiſq; in domo ſua, cū amico ſuo, cū inquilino, cum cliente ſuo, cum maiore, cū minore, quomodo dat Deus aditum, quomodo aperit ianuam, verbo ſuo, nolite quieſcere lucrari Chriſto. Hæc Auguſt. & Pſal. 33 in illa verba, *Magnificate Dominum mecum.* Si amatis (inquit] Deum, rapite omnes ad amorē Dei, qui vobis iunguntur: & omnes, qui ſunt in domo veſtra, &c.

Seruus ſtrenuus pro animarum ſalute nullum fugit laborem.

Animarū ſaluti nauāda opera diligenter ab omnibus.

Erant olim in tabernaculo phialæ, & cyathi, Exod 25. Vaſa quædā erāt maiora, alia minora; omnia tamen tabernaculo inſeruiebant, & Deo. Ita in Eccleſia, quidam maiores ſunt, & ſapientiores, alij minores, qui Sapientia non præſtant: oēs tamen oportet tabernaculo, id eſt, Eccleſiæ, eiùſque mēbris, & Deo inſeruire. Sic Magnus Gregorius docet homil. 6. in Euangelia: ſcimus [inquit) quòd in tabernaculo non ſolū phialæ, ſed præcipiente Domino, etiam cyathi facti ſunt. Per phialas doctrina exuberans; per cyathos parua deſignatur ſciētia. In Dei tabernaculo, id eſt, Eccleſia poſiti; ſi per doctrinam, miniſtrare Sapientiæ phialas minimè poteſtis; in quantùm ſufficitis, proximis veſtris boni verbi cyathos date. Etiam vobiſcum alios trahite, in vias Domini ſocios habere deſiderate. Si ad Deum tenditis, curate ne ad eum ſoli veniaris, &c.

Tam docti, quàm indocti animarū ſalutem procurent.

Iuuandus eſt proximus duplici eleemoſyna; tum illa, qua corpus alitur, tùm ea, qua animus paſcitur, eripiturq; peccato. Egregia eſt prior, poſteriorem antefert Chryſoſtomus homil. 3. in Geneſim: Vt anima [ait) cor-

Duplici eleemoſyna proximus iuuandus eſt.

D. Chryſo.

corpore melior eſt, ita his, qui indigentibus pecunias, & facultates ſuppeditant, maioribus præmijs digni ſunt ij, qui admonendo, & continuè docendo, in viam rectam ſupinos, & deſides inducunt, monſtrando eis diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum malcolentiam. Et Gregorius loco citato, Fortaſſe [inquit] panem, vt indigenti eleemoſynam porrigat, non habet; ſed maius eſt, quod tribuere valeat, qui linguam habet. Plus enim eſt, verbi pabulo, victuram in perpetuum mentem reficere: quàm ventrem morituræ carnis, terreno pane ſatiare, &c.

Eleemoſyna uerbi, praſtantior quã panis. D.Greg.

Denique reprehenditur ſeruus piger à Domino, quòd talentũ, ſiue pecuniam acceptam, non dederit nummularijs. Paſtorum eccleſiæ hoc eſt munus, pecuniam nummularijs dare, id eſt, ouibus ſuis, doctrinam Chriſti tradere; vt cum vſuris operum bonorum. Deo illã reſtituant. Sic Chryſoſtomus docet, & interpretatur homil. 41. in Geneſim: Hæc (inquit) de magiſtris dicta ſunt: vt talenta ſibi concredita, non abſcondant: ſed diſcere cupientibus, omni diligentia apponant, &c. item: pecuniam dicit Dominus, eloquia pretioſa: nummularios autẽ vos, qui ſuſcipitis; id eſt, auditores, &c. Cæſarius epiſcopus Arelatenſis homil. 22. Pecunia (ait) non aliud intelligitur, niſi id, quod in Eccleſia prædicatur, nummularij, qui pecuniam accipere debent, non alij, niſi populi Chriſtiani, &c. idem docet Beda Luc. 19. Vrget paſtores paſtor Cæſarius eodem loco: Qui bene (inquit] nouit, quàm graue pondus immineat ceruicibus ſacerdotum; intelligit, quòd quamuis aſſiduè verbum Dei prædicemus, reddimus quod debemus. Teſtificatur enim ſacerdotibus Spiritus Sanctus, Iſai. 58. *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam; & annuncia populo meo peccata eorum.* Et Ezech. 13. *Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram, &c.* Audiant paſtores eximium paſtorem Paulum, & imitentur. Actorum vigeſimo. *Vigilate* [inquit) *memoria retinentes, quoniam per triennium, nocte & die, non ceſſaui cum lacrimis, monens vnumquemque*

Paſtores nõ abſcondãt talenta.

A *veſtrum, &c.* Si Apoſtolus [ait Cæſarius) vt ſe apud Dominum exſolueret, die noctùque verbum Domini prædicabat, quid de nobis fiet, qui vix vel poſt paucos dies, commiſſo nobis gregi, ſpiritualia paſcua prouidemus? Et propterea conteſtatur idem Apoſtolus 2. Tim. 4. *teſtificor coram Deo, & IESV Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius. Prædica verbum, in-*
B *ſta, opportunè, importunè argue, obſecra.* Quid eſt opportunè importunè? opportunè volentibus audire verbum Dei offerendum eſt; faſtidientibus ingerendum. Ne forte contra nos ante tribunal Chriſti ſtantes, dicant, ſe à nobis non fuiſſe admonitos, & animarum illorum ſanguis, de noſtris manibus requiratur Vnde cum grandi timore, & tremore, cõſiderare debemus: ne ad nos etiam illa terribilis
C ſententia dirigatur, quam ſeruus ille audire meruit, qui acceptum talentũ duplicare noluit: *inutilem ſeruum proijcite in tenebras exteriores.* Hactenus ille.

Debitores igitur ſunt doctrinæ paſtores. Debent pecuniam Dei, id eſt, doctrinam tradere nummularijs, id eſt, auditoribus. Qui nummularij dicuntur, quia quemadmodum nummularij, pecuniam acceptam dominis reſtituunt cum lucro: ita audito-
D res, Verbum Dei auditum, cum lucro operum. Deo debẽt reddere. Beda Luc. 19. Qui (inquit] verbi pecuniam à doctore percipit, emitq; credendo, neceſſe eſt eam cum vſuris ſoluat operando. Vt quod auditu didicit, exequatur & actu, &c. Obſeruat verò Chryſoſtomus, Deũ ex pecunijs vſuras vetuiſſe: ex doctrina verò illas repetere. Quia illæ ſoluẽti damnum: hæ lucrũ afferũt. Homil. 41. in Geneſim:
E In pecunijs [inquit] prohibuit Dominus, ne quis vſuram acciperet, quia vterque magno damno afficitur. Debitor inopia atteritur: creditor peccata accumulat. In ſpiritualibus autem, repetiturũ ſe promittit Vſuras: quia diuerſo modo ſe habent ſpiritualis vſura, & ſenſibilis. Illic enim is, a quo requiritur, in inopiam defertur; hic à quo exigitur, quantò maiorem vſuram afferet, tantò largiori fruetur remuneratione, & cætera.

Pecunia tradẽda nũmularijs, doctrina eſt tradenda auditorib.

Vſura Verbi diuina ſoluenda.

D.Chryſo.

Vſura ſpiritualis eſt exigenda non corporalis.

Sint

Sint ergo paſtores, & concionatores, in tradenda nummularijs pecunia vigilantes; nummularij vero, id eſt, auditores, ſint in ſoluendo ſpirituali vſurarum lucro, id eſt, bonis operibus, fideles, ac diligentes; vt omnes à Domino audiant, *intrate in gaudium Domini veſtri*; intrate in domum Dei, vbi nulla mœſtitia eſt, ſed omnis habitat lætitia, Intrate numquam exituri, intrate numquam dolorem, laborem, aut mœrorem percepturi: Intrate in gaudium ipſummet Domini. Ille ſua viſione gaudet; vos eadem gaudebitis. D. Thomas Matth. 25. *Intra* [inquit) *in gaudium Domini tui*; id eſt, gaude de eo,

Præmium æterni gaudij.

D. Thomas.

A quo gaudet, & de quo gaudet Dominus tuus; ſcilicet, de fruitione ſui ipſius. Tunc gaudet homo, vt Dominus; cùm fruitur, vt Dominus, &c. eodem loco ideo ait dici beatos edere, & bibere ſuper menſam Domini; quia gaudent gaudio Domini, & ſunt beati eo, quo beatus eſt Dominus, id eſt, viſione. Iiſdem epulis dulciſſimis, in eadem menſa, veſcuntur Deus & beati; ſunt autem epulæ præ- B cipuæ, viſio Dei totius fons beatitudinis. Lucæ. 22. *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam, in regno meo, &c.*

Iiſdem epulis gaudens Deus & beati.

FINIS TOMI III.

Deo Ieſu Chriſto Æterni Dei coæterno filio ſit gloria & honor æternùm.

Omnia ſanctæ Eccleſiæ iudicio ſubiecta ſunto.

1-6-3

Digitized by Google

1_6_3

Digitized by Google